John Adams
Library.

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF NO
★ ADAMS
★ 62.13

CL. VIRI PETRI
PECKII
ZIRICÆI
OLIM IN
ACADEMIA LOVANIENSI
IVRIS PROFESSORIS,
IN MAGNO SENATV BELGICO
CONSILIARII
OPERA OMNIA

In vnum Volumen redacta, ac de nouo in lucem producta: Quorum Elenchum altera poſt Epiſtolam Dedicatoriam pagina indicabit.

I.C.I.

ANTVERPIÆ,

Apud Hieronymum & Ioan. Bapt. Verduſſen.
Anno M. DC. LXVI.

Cum Gratiâ & Priuilegio.

ADAMS
X 62.13

ILLVSTRI VIRO

D. FRANCISCO DE KINSCHOT EQVITI,

TOPARCHÆ DE RIVIEREN, IETTE, GANSHORN &c.

REGI HISPANIARVM CATHOLICO A CONSILIIS STATVS

Ac ſupremo Ærarij apud Burgundos Belgaſque

THESAVRIO.

SCientias omnes inter ſe cognatas eſſe, & impulſu quodam quaſi vi Magneticâ aliâ in aliam ferri agnouit Antiquitas, dum earum præſides Muſas ſorores fecit, & eiuſdem domicilij ſuauiſſimo contubernio incluſit. Idem de animis artium bonarum ſcientiâ imbutis dici poſſe, nempe inter ſe cognatos eſſe, & quâ neſcio vi occultâ alios in alios ferri, & exiſtimaui ſemper, & verò Tuo, VIR NOBILISSIME, exemplo comperi. Qui non Iuris tantùm, ſed omnis Antiquitatis ſcientiâ, vel, vt rectiùs dicam, Cyclopædiâ inter primos inſtructus, tam in fouendis præclaris ingenijs, ijſque complectendis quos eruditione aliquâ præſtare cognoueris, & exardes facilè, & conceptam inde flammam tam prodis luculentè & magnificè; vt quoties in Te oculos conijcio, HERCV-

LEM illum *Muſarum Ductorem* mihi videre videar: cuius in Græcia nobile olim nomen extitit, & Romæ à Fuluio Nobiliore Ædes publicè dedicata eſt. Atque hunc quidem non minùs in Phyſicis ac Mathematico puluere verſatum fuiſſe, quàm ad Palæſtræ leges corporis vires exercuiſſe, docet Cælum feſſo iam Atlante, atque ætate pariter & viribus fatiſcente, in humeros ſuos ſublatum. Sed cùm ei per dura Euryſthei Regis iuſſa, & noua quotidie alia ex alijs ſuccreſcentia monſtra quieto eſſe & mitioribus his ſtudiis vacare non liceret: vt tamen ſuum erga illa amorem aliquo tenus Orbi teſtatum relinqueret, Muſarum tutelam aſſumens, Muſagetæ in Græciâ nomen obtinuit. Quæ quam aptè Tibi conueniant, quod quidem Reip. (quæ Te ægerrimè vel ad horæ momentum carere poteſt) commodo facere valeas, parumper hîc mecum attende. Cùm ad animi cultum & doctrinarum omnium exercitationẽ & naturâ factus, & educatione, Maiorum tuorum exemplo, formatus eſſes; prudẽtiſſimo Regis Maximi iudicio ſubitò abreptus es in medias occupationum vndas: inter quas tot iam annorum decurſu verſaris ſummâ fide & induſtriâ; tot noctes inſomnes publicæ vtilitati imputas; tantum negotiorum inuicto animi robore ſuſtines, prudentiâ & dexteritate frangis & ſuperas; vt decantatos illos Herculis labores longè infra laudes tuas deſpicias. Neque permittit intereà animi Tui vigor, omni negotiorum mole diffuſioris, vt ad amata olim ſtudia non ſubinde ſumma cum delectatione recurras, aut excellentium in ijs Virorum curam ac patrocinium vllo tempore detrectes. Quæ cùm mecum animo repeterem, facilè in eam ſententiam inductus ſum, vt Ampliſſimi Viri & Iuris inter Belgas ſcientiſſimi PETRI PECKII Opera, à multis iam diu deſiderata, velut errabundos ſub vnius manipuli

ſignum

ſignum colligerem, atque Amplitudinis Tuæ fidei ac clientelæ, toti Belgio ſpectatæ committerem. Nihil feceris vel à Genio Tuo, in Eruditos omnes propenſiſſimo; vel à Maiorum tuorum gloriâ alienum, ſi nobilem hunc hoſpitem in familiam veſtram (veram Aſtreæ domum) admiſeris. Quod vt facias, eâ, quâ omnium Tibi animos deuincire ſoles, comitate & beneuolentiâ, humillimè ſupplico, vtque diu, in Regis Maximi decus, ſæculi noſtri ornamentum, communis Patriæ vtilitatem, rebus humanis interſis, Deum immortalem veneror. Antuerpiæ Prid. Idus Octobr. ƆIƆ. IƆC. XLVI.

Nob. & Ampliſſ. D. T.

Æternùm deuotus cliens

HIERONYMVS VERDVSSEN.

ELEN-

ELENCHVS
OPERVM HOC VOLVMINE
CONTENTORVM.

I.	De Regulis Iuris.	fol. 1.
II.	Partitio Titulorum vtriuſque Iuris.	f. 341.
III.	De Continentia Clericorum.	f. 382.
IV.	De Reparandis Eccleſijs.	f. 392.
V.	De Amortizatione Bonorum.	f. 439.
VI.	De Teſtamentis Coniugum lib. V.	f. 484.
VII.	Paraphraſis in vniuerſam Legatorum materiam.	f. 685.
VIII.	De Iure Siſtendi.	f. 719.
IX.	Ad partem Iuris de Re Nautica commentaria.	f. 815.

ADMONITIO
AD LECTOREM.

SCire te cupio, candide & beneuole Lector, primis aliquot folijs huius Editionis, celeritate operarum omiſſas eſſe diſtinctionum Notas, quibus adiunctæ Remiſsiones nouiſsimæ, ab allegatis ipſius D. Peckij ſecernuntur; quod tamen peritus Lector facilè cognoſcere & æſtimare poterit. Id poſtea per has clauſuras [ ] emendatum fuit. Hoc tantum incautos admonere volui, ne impingant.

INDEX

REGVLARVM IVRIS PONTIFICII

INDEX ALPHABETICVS.

ACceſſorium. pag. 177.
Actus leg. 204.
BEneficium. 2.
Bona fides. 321.
CErtum eſt. 338.
Contra eum. 228.
Contractus. 329.
Cui licet. 210.
Cum non ſtat. 264.
Cum quid. 325.
Cum quid prohibetur. 335.
Cum quis. 75.
Cum ſint. 61.
DAmnum. 333.
Decet. 81.
Delictum. 248.
Dolo. 238.
EA quæ. 123.
Eum qui. 142.
Ex eo. 166.
Exceptionem. 252.
FRuſtra. 294.
Factum. 296.
Generi. 151.
IGnorantia. 70.
Imputari. 175.
In alternat. 279.
In argumentum. 300.
Indultum. 86.
Infamibus. 336.
In generali. 312.
In iudic. 67.
In malis. 74.
In obſcur. 137.
In pari. 261.
In pœnis. 201.
In re com. 224.
Inſpicimus. 184.
In toto. 308.
Is qui tacet. 180.
Is qui in ius. 289.
Locupletari. 197.
MOra. 117.
Mutare. 147.
NEmo poteſt ad. 31.
Nemo poteſt plus. 314.
Non debet. 103.
Non eſt in mora. 241.
Non eſt obligat. 231.
Non eſt ſine. 93.
Non firmatur. 90.
Non licet. 145.
Non præſtat. 209.
Nullus ex conſilio. 249.
Nullus pluribus. 96.
Odia. 79.
PEccati venia. 29.
Peccatum. 24.
Pluralis. 172.
Poſſeſſor. 12.
Poteſt quis. 270.
Plus ſemper. 154.
Præſumitur. 195.
Priuilegium. 39.
Pro poſſeſſore. 158.
QVæ à Iure. 131.
Quæ contra ius. 256.
Qui ad agendum. 282.
Qui contra ius. 318.
Qui facit per alium. 286.
Qui prior. 214.
Qui ſentitur. 219.
Qui tacet. 180.
Quod alicui gratioſè. 293.
Quod alicui ſuo non licet. 267.
Quod ob gratiam. 245.
Quod omnes. 335.
Quod quis. 111.
Quod ſemel. 99.
RAtihabitionem. 54.
Rationis. 300.
Ratum. 50.
SCienti. 126.
Semel Deo. 206.
Semel malus. 45.
Sine culpa. 108.
Sine poſſeſsione. 20.
Vtile per inutile. 162.

FINIS.

APPROBATIO
CENSORIS ORDINARII.

OPERA hæc Ampliſsimi & Clariſſimi Viri PETRI PECKII, Iuris vtriuſque ſcientiſſimi, in Parlamento Mechlinienſi quondam Conſiliarij, & Iuris antea Profeſſoris in Academia Louanienſi, variè antehac diſperſa, & nunc in vnum volumen collecta, illuſtria ſunt ac pererudita, & Iuris ſtudioſis maximè vtilia, nihilque continent Sanctæ Matri Eccleſiæ, aut fidei Catholicæ contrarium, ideoque ad bonum publicum in lucem ſimul prodibunt. Actum 22. Octobris. 1646.

GVIL. BOLOGNINO. S. Th. L.
Eccleſ. Cath. Can. & Lib.
Cenſor Antverpiæ.

TENOR PRIVILEGII.

PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Regis Catholici, Ducis Brabantiæ &c. Priuilegio cautum eſt, ne quis citra Hieronymi Verduſſij Typographi voluntatem, librum cui titulus eſt, *Ampliſsimi & Clariſsimi Viri Petri Peckij, in Parlamento Mechlinienſi quondam Conſiliarij, & Iuris antea Profeſſoris in Academia Louanienſi,* in Belgio imprimat, aut alibi locorum impreſſum in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve exponat. Qui ſecus faxit, confiſcatione exemplarium & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ 30. Aprilis 1661.

Signat

Loyens.

DOMINI
D. PETRI PECKII
IVRECONSVLTI
ET
ORDINARII IVRIS
PROFESSORIS,

Ad Rubricam huius Tituli.

1. *Habitus quid ſit.*
2. *Facta ſunt infinita.*
3. *Vtilitas regularum Iuris quanta ſit.*

IVRECONSVLTVM ex habitu iuriſprudentiæ de negotiis ciuilibus particularibus reſpondere,& quid iuſtum vel iniuſtum ſit,oſten-
1. dere conſtat.* Habitus autẽ & ars ipſa eſt comprehenſio præceptionũ vniuerſaliũ,quæ artifex rebus indiuiduis applicat & accommodat. Quomodo & Ariſtoteles libro 1.Metaphyſic.artem fieri ait, cum ex multis experientiæ conceptibus vna de ſimilibus oritur exiſtimatio. Ideoque medici cum vident herbam aliquam purgaſſe choleram in Titio,in Seio,in Sempronio,ex his experimeneis propoſitionem illam mente concipiunt,quod huiuſmodi herba purgat choleram. Et Vlpianus noſter cum in diuerſis iuris partibus obſeruaſſet primùm moribus receptum ac deinde legibus conſtitutum fuiſſe,quòd fœminæ non poſſunt eſſe Iudices, non poſſunt Magiſtratum gerere, non poſſunt poſtulare, non poſſunt curatrices exiſtere: vniuerſaliter definiuit,quod fæminæ ab omnibus ciuilibus officijs,vel publicis remotæ ſunt. *l. 2.ff.eod.de R.I.* Et rurſum cùm conſtitutum eſſet,piſces fieri occupantis,quia in nullius bonis ſunt feras beſtias fieri occupantis,quia in nullius bonis ſunt,& lapillos in littore maris inuentos fieri occupantis,quia in nullius bonis ſunt, ex omnibus his compendioſa hæc regula deſumpta eſt:Quæ in nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur. *§. feræ igitur I.de R.Diuiſ.**Ex quo facilè apparet,
2. quæ & quanta ſit vtilitas regulariũ iuris,de quibus hoc titulo agitur.*vide D.Peck.in part.tit. v. 3.de R.I.&c per to.*Nam cùm facta & indiuidua ſunt numerò infinita:infinitum autem rationi aliqua comprehendi & cognoſci non poteſt.*l.non poſſunt.ff.de legibus.*operę pretiũ fuit regulas aliquas generales, communia quædam capita, ſeu (vt Medici vocant)aphoriſmos huius artis conſtituere,ad quos veluti ad certas aliquas ſtationes,in tanta cauſarũ varietate & multitudine recurri poſſet, earumq; regularum vis & effectus eſt,quod in deciſionib.cauſarũ allegari poſſunt:
* quòd in cauſis non deciſis eandemque æquitatẽ habentibus ius faciunt.*d l.non poſſunt.*quòd 3.
in his totius iuris theſaurus deliteſcit,quòd eius cõditio potior eſt,qui eas habet pro ſe.*Gloſſa & Philippus Franc. hic Barth. in l. Quoties ff. ſi quis cautionib.*quod ſententia contra eas lata perinde atque illa quę contra leges aut canones lata eſt,eſt ipſo iure nulla *Philip.in Contingit de appell.*quod enumeratio ſpecierũ eas non conſtringit:*l. Quæſitum.§. fi. & ibi Bar. ff. de ſupell. legata.* quod etiam in cauſis & perſonis priuilegiatis,ſi modò priuilegium ex eo non infringatur, obtinent.*Decius conſ.* 5. & quod conſtituendarum regularum ſtudium mentem atque iudicium acuit, modumque aliquem & rationem demonſtrat,de omnib.reb. ſtatim & ex tempore reſpondendi.*de varijs Regularum effectib. conſ.D. Gail.2.obſ.79.n.13.& ob.151.ſub.n. 3.& de pigno.obſ.2.& ob.14.n.2.& de Arreſt.c. 11.n. 32. Grauæum in pract .Concluſ. conc.36.conſid. 1.lib. 1.n.1.H.Piſtor.1.qq.38.n.17.& 2.qq. 4. n. 45. Maſcard.concl.1261.de prob.VViller.inter Conſil. Varior.tom.4.Conſ.15.n.27.infinitos alios recenſentes.*Porrò a quid ſit regula,quantum à lege & generali pronunciato differat,quo pacto conſtituatur,& an ex iure fiat,hoc loco non referam, tum quòd ea in re inſignem operam præſtiterunt veteres.*ad l. 1. ff. eod.*quorum verba repetere eſſet ſuperuacaneum, tum etiam quòd in earum rerum cognitione non admodum ma-

gna verſatur vtilitas,quæ tamen ſola ſpectanda eſt à Profeſſore iuris,qui ſtudioſæ iuuentuti inutilibus quæſtionibus moleſtus eſſe non debet.

REGVLA I.

Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.

1. *Beneficium pro quo accipiatur.*
2. *Beneficium Eccleſiaſticum quid ſit.*
3. *Clerici quare ex beneficijs alantur.*
4. *Clerici non luxuriari de beneficijs, ſed honeſtè viuere debent.*
5. *Diuiſio beneficiorum Eccleſiaſticorum prima.*
6. *Beneficiorum vſus quando incepit.*
7. *Beneficiorum ſecunda diuiſio.*
8. *Beneficiorum tertia diuiſio.*
9. *Subſtitutus non admittitur vbi eſt electa induſtria perſonæ.*
10. *Beneficiorum quarta diuiſio.*
11. *Clericorum capita quare radantur.*
12. *Varij modi perueniendi ad beneficia.*
13. *Electio quid ſit.*
14. *Confirmatio quid ſit.*
15. *Poſtulatio quid ſit.*
16. *Differentia inter electionem & poſtulationem.*
17. *Prouiſio quid.*
18. *Nominatio quid ſit.*
19. *Prælati Eccleſiæ & Pontifices quàm variè electi fuerint.*
20. *Studioſis cur priuilegium nominationis conceſſum ſit.*
21. *Collatio beneficij quid ſit.*
22. *Præſentatio quid ſit.*
23. *Admiſſio quid ſit.*
24. *Inſtitutio quid ſit.*
25. *Miſſio in poſſeſſionem beneficij per quem fiat.*
26. *Canonica inſtitutio quid ſit.*
27. *Laicus an Epiſcopus creari poſſit.*
28. *Beneficium quo pacto licitè dicitur obtineri.*
29. *Ampliationes ad hanc regulam.*
30. *Ratio dubitandi.*
31. *Ratio decidendi.*

IN celebri hoc tractatu regularum iuris, non abs re initium fecit pontifex à beneficijs,quod eorum materia, non ſolùm prima potiſſimaque iuris canonici eſt portio: verum etiam, quia tam latè & confuſaneè tractata eſt, vt ſi in qua alia,certè in hac ipſa regula & præceptione aliqua fuerit opus, ad quam in tanta rerum vaſtitate recurrere liceret.

Beneficium Eccleſiaſticum. a † Sunt qui reiecto
1. beneficij verbo veluti obſoleto & parum latino, ſacerdotium dicere malunt, quod apud veteres Romanos id quod ſacerdotibus tribuebatur, ſacerdotium dictum ſit. *Ioan. Coraſius de ſacer. ca.1. in fin. Tiraq. ceſſant cauſa parte 1. num.*46. Sed quoniam aut nuſquam,aut certè rariſſimè, in iure canonico reperias beneficium pro ſacerdotio accipi: cùm ſacerdotium ſumatur pro præsbiteratu vel officio ipſo, ſeu dignitate ſacerdotis, ad quem pertinet ſacrificium corporis & ſanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. *c. Perlectis* 25. *diſtinctione.* Beneficium verò conſiſtit in prouentibus emolumentoque quodam,vt præbenda: aut in ſola quadam præeminentia præſtantiaque ſine iuriſdictione,vt quis primas ſedes habeat, vt perſonatus: vel cum iuriſdictione, vt dignitas: vel in ſimplici quadam adminiſtratione ſine illis,& officium dicitur. Ideo nos ea in re Rebuffum ſecuti, *in praxi benef. in proœm.* ne ius ipſum vnà cum arte confundere videamur, non decreuimus verba vſitata, & apud Iuriſperitos tot ſæculis recepta,ac veluti eiuſdem artis vocabula,immutare, quod & Quintilian. *Lib.* 1. *cap.*20. ipſe, abſurdum eſſe indicat. Et tametſi quædam exiſtant beneficia,quæ à ſolis ſacerdotibus haberi ſeu poſſideri queant: *c. conſtitutus de conceſſ. præp. c. ei cui de præb. lib.* 6. perperam tamẽ reliqua omnia beneficia, quæ ſine ſacerdotio eſſe poſſunt,nullique ordini annexa ſunt, atque ſimplicem dumtaxat tonſuram requirunt. *cap. vlt. de præb.* ſacerdotia appellaueris. Magna quidem emendatione eget antiquitas, quæ in multis propter temporum calamitatem lapſa eſt,ſed tamen periculoſa eſt nouitas, quam ſæpius melioribus rationibus confutari,quàm aſſeri potuiſſe video. † Porrò autem beneficium 2.
Eccleſiaſticum eſt ius percipiendi fructus prouenientes ex bonis Deo dicatis propter diuinum officium, *Coraſ. dict. loco capite* 2. vel, vt alij volunt, eſt portio obuentionum Eccleſiæ, quæ pro ſeruitio datur, & quæ à benefactis Chriſti fidelium nomen habet,qui à primo illo tempore enaſcentis Eccleſiæ, feruore quodam religionis excitati, & pia deuotione ducti, ex patrimonio ſuo non ex rapinis aut ſcelere,eiuſmodi ſtipendi aminiſtris Eccleſiæ cõſtituerunt, ne ob victus inopiam,cultus diuinus,ab his vel negligeretur,vel deſereretur. *cap. paſtoralis. de his quæ fiunt à prælat. c. fin. de reſcript. lib.* 6. † *Neceſſũ* 3.
erat (inquit Origenes) *vt eum populus communiter iuuaret, qui ſi qua neceſſaria ſunt, non præbuerit Sacerdotibus & Leuitis: occupati illi familiaris rei curis, minus legi Dei vacabunt. Illis autem non vacantibus, neque operam dantibus legi Dei, populus periclitatur.* Obſcuratur enim lux ſcientiæ quæ in ſacerdotibus eſt,populo non ſubminiſtrante oleum lucernæ. *Polyd de inu. rer. l.* 6. *c.* 14. Quomodo & apud Ethnicos,quibus Chriſtus ſol iuſtitiæ & fidei nondum illuxerat, ſacerdoti Palladis apud Acropolim degenti, pro quolibet mortuo, & pro quolibet nato puero,menſuram hordei & tritici dari cautum erat & obulum vnum,

Vide ad materiam I. nouiſſimè Garciam de benef. tr. amp. doctiſſimoq. per tot. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 20. *& ſeq.*

vnum, *Ariſtot. lib.2.œcon.* Ex quo ſatis intelligunt hi quibus beneficia eiuſmodi obueniunt, quis eorum ſcopus & finis eſt, non vt luxurientur, non vt ſcortentur, non vt ab ortu ſolis vſque ad occaſum ad menſas accumbant, non vt ſplendidè veſtiantur & delicijs affluant: †ſed vt
4. illibatum Deo ſacrificium, in omni ſobrietate & ſanctitate conficiant, lucem Euangelicā populo annuncient, exemplis vitæ illuſtribus prę-eant, hoſpitales ſint, & quod honeſtè ſupereſt, erogent pauperibus. *c. Eccleſiæ 25. diſt. c. res Ec. 1. c. de monac. de præb. 42. di. Tibi ô ſacerdos* (inquit Hieron.) *de altari viuere, non luxuriari permittitur.* Et Ambroſius *Lib. 2. offic. c. 21. Alterum* (inquit) *inhumanum, alterum prodigum eſt, ſi aut ſumptus deſit neceßitati ſacerdotum, quos à ſordidis negotiationū aucupijs retrahere debent, aut voluptati ſuperſit. conf. Gail. 1. P. P. 8. num. 21. D. Pe. k. de rep. Eccl. c. 20. in fin. & c. 26. per tot.*
5. † Beneficiorum verò Eccleſiaſticorum, quædam ſunt ſæcularia, quædam regularia. Sæcularia quidem, non quod ſæcularibus hominibus aut laicis competant, ſed quæ clericis ſæcularibus, hoc eſt, nullam religionem profeſſis, & in ſæculo, atque inter laicos Deo ſeruientibus, aſſignari ſolent. *Clement vnica, de ſupplenda neglig. prælat. Bald. ad c. licet, de offi. ord.* Et regulariter omne beneficiū præſumitur ſæculare ex primæua inſtitutione, ſi non contrarium ex aduerſo probetur. *Rebuff. d. ca. incip. Quotuplex.* Quia poſtquam Diuus Petrus fuit ſæcularis, præſumitur quòd ita beneficia fundata ſunt, ſequendo illum primum patronum, *d. de Rota deciſ. 33. incip. fuit dubitatum in nouis. Philip. Probus ad. c ſuper eo. n. 17. de præben lib. 6.* eaque præſumptio notanda eſt ab his qui ſe grauari ſentiunt hoc onere, vt probent,
6. beneficia quæ petunt, ſæcularia non eſſe, † Ex tempore B. Petri, beneficiorum iſtorum vſum, quæ ſingulis perſonis particulariter tribuuntur, non rectè aſſeri puto. Quia cùm iam facula fidei accenſa erat miſſo ſancto Spiritu, & cùm vna adhuc agebat anima in membris omnibus, cor vnum, & fidei propoſitum vnum, Eccleſia nulla eo modo & veluti iure ſuo priuato, tenebat bona. Quin & ipſe Petrus magnificam illam vocem edidit. *Aurum & argentum non eſt mecum.* Et Vrbanus vir ſanctitate vitæ & doctrina ſingulari, qui ſedere cœpit anno 24. ab eo qui fuit ſalutis humanæ, decreuit primus, vt ſacerdotibus liceret fundos à cultoribus religionis oblatos, recipere. Deinde an iuſta ſit hæc argumentatio, B. Petrus fuit ſecularis, ergo præſumuntur beneficia omnia ſecularia eſſe, non ſatis ſcio. Fortè illud explicatiùs dici potuiſſet, quod religioſa monaſticaque viuendi ratio, votis ſuis aſtricta, poſterior eſt. *Polidorus lib. 6. c. vlt. & lib. 7. cap. 1.* & cùm monachi inſtitutū ab omni ſtrepitu abhorreat, atque in contemplatione potiſſimùm conſtat: *placuit 2. 16. q. 1.* non eſt præſumendū aliquod beneficium eſſe regulare, quo religioſus à contemplatione ad actionē auocatur, niſi de eo aliter appareat, ſcilicet propter ſtatum ſuum naturalem, quē ab origine habet. *Iuxta ea quæ notat latè Alc. reg. 1. Præſumt. c. 1.* †Regularia verò be- 7.
neficia ſunt, quæ religioſis addicta ſunt, & vel ex fundatione, vel ordinarij ſeu ſuperioris inſtitutione, vel ex 40. annorum præſcriptione bona fide completa, *c. de capel. monachorū c. cum de beneficio de præb. lib. 6. Reb. d. loco.* per religioſos monachos regi & adminiſtrari ſolēt. Tametſi enim Eccleſias parochiales aut ſimiles, Concilium Lateranenſe religioſis conferri vetet, ne ſoli inter ſeculares homines, ſpiritualiū hoſtiū conflictum expectent: *c. 2 de ſtatu monach.* vrgente tamen neceſſitate vel vtilitate Eccleſię, admittūtur, *c. quod Dei timorem eod. ti. c. priſcis 55. diſti.* eaque etiam ratio eſſe poteſt, quòd in dubio beneficiū præſumitur eſſe ſeculare. Ideoque velim prudentes eſſe prælatos, vt ad ſecularis Eccleſiæ regimen, quod vel ex diſpenſatione Pontificis Max. vel ex longi temporis præſcriptione habent, non eos protrudant, quorum adoleſcentiæ multas vias lubricas oſtendit natura, in quibus ſine prolapſione aliqua conſiſtere vix poſſunt: nec eos quos propter morū inelegantiam & aſperitatem domi ferre ipſi nolunt, ſed eos qui ſic cœleſtiū delitiarum copia exuberant, vt in verbo Dei abundent: *d. ca. priſcis.* familię Chriſti fideliter inſeruiāt, & de quibus certior ſpes eſt, quod iniquam cogitationē cohibere, lumbos & concupiſcentiam comprimere, libidini reſiſtere, laſciuiæ effectum denegare, auaritiam atque rapinam cōtemnere, proximi læſionem deuitare, ſuperbiam vincere, inuidiam & iram ſuperare poterunt. *Beatus Fulgent. in ſerm. de confeſſ.* †Rurſum alia ſunt bene- 8.
ficia Eccleſiaſtica curata, alia ſimplicia. Curata ſunt, quibus cura animarum ſubditorum adhæret, vt fit in Eccleſia parochiali. *c. dudum de elect. c. execrabilis de præb. in extra.* Cura enim dicitur ineſſe beneficio, cum clericus ei præfectus, ſacramentorum adminiſtrationi obſtringitur, quippe quod languente paſtore grex inſidiatoris dentibus laniandus exponitur, *c. quamuis 7. quæſt. 1.* eiuſdemque gregis ſanguis ex manibus Paſtoris petendus eſt. *c. irrefragabili de offic. ordinarij.* †Et propterea ſicut cùm eſt electa per- 9.
ſonæ induſtria, ſubſtitutus non admittitur. *l. inter artifices. ff. de ſoluit.* ita quoque Eccleſiarum Paſtores, quorū prudentia electa eſt, in ſuis Eccleſijs reſidere coguntur. *c. ſi & tot. tit. de cleric. non reſident. conf. Gail. 1. obſ. 44. n. 11.* & vbi mādatur, prouideri de beneficio, non comprehenditur curatum. *c. in illis 5 de præb. hoc lib. 6. latè Rebuffus ad concor. in forma. mandat. apoſt. ad verb. cum cura.* Quæ omnia etiam poſtrema ſancta Synodo Tridentina ſunt ſalubriter conſtituta. *Seſſ. 23. cap. 1.* Et hinc eſſe exiſtimo, quòd iſtiuſmodi beneficia etiam duplicia alio nomine appellari ſolent, quod qui ea obtinent, & ſua & extranea aliorum cura premantur. *Rebuff. d. loco cap. 4. n. 2.* Quomodo dupli-

ces actione ideo ſunt dictæ,quòd in duplum condemnationem continent.§.*ſed furti.Inſt. de act.* Econtra ſimplicia ſunt,quę à cura eiuſmodi libera poſſidentur, vt Capellaniæ & Altaria.*c.quæſitum* 1.*q.*3.Sunt etiam inter beneficia Eccleſiaſtica quædam adminiſtrationem habentia,ſunt rurſum alia quæ non habent.
10. † Prioris generis ſunt, Papatus , Patriarchalis, Archiepiſcopalis,Epiſcopalis,Abbatialis, perſonalis dignitas *c.*1.*de maled.c.quando de off.ordin.c.clericos* 21. *diſtin. Reb.d. loco.* Poſterioris verò: Canonicatus,capellaniæ,altaria , *idem ibi latiùs*.Et quamuis tam variè exiſtant beneficiorum ſpecies;Pontifex tamen in hac regula meminit,non beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſed beneficij Eccleſiaſtici tantùm,non quòd in omnibus non ſit eadem ratio,vt inferiùs dicemus,ſed quòd tacitè indicare voluit, pluralitatem beneficiorum,ſi non iuſta ex cauſa, & impetrata diſpenſatione defendatur,abominabilem eſſe.*c.de multa de præben. clem. gratiæ de reſcript.*Quo reſpiciens Auguſtinus de bonis Eccleſiæ reſpondet.*Non ſunt illa noſtra.ſed pauperum,quorum procurationem quodammodo gerimus*.Et Beatus Bernardus, *Quamdiu*(inquit)*anima noſtra poſſeſſionum atque redditaum procuratione deuincta eſt,de Deo liberè cogitare non poſſumus*:q.d.quod diuites,& potiſſimum quidē eiuſmodi ſacerdotes auro inhiantes impedimētis plurib.implicati, imò cōcatenati & compediti,non poſſunt in cœlum aſpicere,quoniam mens luto demerſa,in terram defixa eſt,*Lact.l.*
11. 7.*c.*† Quapropter raſio capitis eorum , temporalium rerum ſuperfluitatem atque depoſitionem deſignat,*c.Duo* 12.*q.*2. Sic & Beatus ille Ambroſ.in ep.Pauli ad Tim.1.c. 6. *Nihil tam aſperum tamque pernicioſum eſt*(inquit) *quàm ſi Eccleſiaſticus,maximè qui in ſublimi loco eſt,diuitijs huius ſeculi ſtudeat: quia non ſolùm ſibi ipſi, ſed & cæteris obeſt.Contrariam enim famam dat hominibus,& neceſſe eſt multos eius imitatores eſſe ad perditionem.Quantò enim eſt honorificentior ordine,tantò magis ſuadet ad imitandum,maximè in hac re,ad quam vita iſta procliuis eſt.*

Sine inſtitutione. Multi & varij ſunt modi,
12. quibus ad beneficij Eccleſiaſtici adeptionē peruenitur,videlicet electio,confirmatio,poſtulatio,Papæ prouiſio,nominatio,collatio,pręſentatio,admiſſio,inſtitutio,inueſtitura.*DD. ad c. authoritate de inſtitu.*Electio eſt perſonæ alicuius ad prælationem vel ſocietatem canonicè facta vocatio: aut ſi maius , eſt quædam ad præ laturæ aut beneficia vacantia , ab his ad quos pertinet,ritè facta optio.*c.*1 *de elect.gl.in c.vin. ad verb.vera* 5.*de poſtula.prælat.l.*6.*Boëtius dec.* 1.*Reb.ad concord.de reg.ad præl.nom.*§.1.*ad ver. ad electionem.*
13. † vt cùm canonici alicuius Eccleſiæ,aut religioſi alicuius monaſterij, eligunt prælatum aut ſuperiorem defuncti Antiſtitis cadauere ſepulto, *c. cum in cunctis de elect. c.*1.*de conceſſ. præb.* ijs qui abſunt vocatis, *c. bonæ de elect.*ſacrificio miſſæ præcedente,*c. quia propter eod.tit.* præſtito iuramento de eligendo magis idoneum,*c.cum Eccleſia de cauſ.poſſeſſ.*& maiore aut ſaniore parte capituli conſentiente.*c.Eccleſia de elect.* † Confirmatio
eſt iuris quæſiti per electionem corroboratiua declaratio,*Car.ad clem.*§.1.*nos itaque de iureiur.* quando ſuperior contradictoribus citatis,& in iudicio auditis,aut non comparentibus confirmat electionem.*c.vlt. de elect.in.* 6. *c.bonæ de elect.*Nam qui ad aliquam dignitatem electus eſt,non ſtatim plenum ius dicitur conſecutus,niſi electionis confirmationem à ſuperiore impetrauerit. Quare ſi ante confirmationē ſe adminiſtrando ingeſſerit,non ſolùm omni ſpe confirmationis excidit,ſed etiam omni iure per electionem quæſito. Superiorem hîc appello Pontificem reſpectu dignitatum , quæ immediatè ſubſunt Sedi Apoſtolicæ,ſiue ſint Epiſcopatus,ſiue abbatiæ,ſiue aliæ ſuperiores dignitates.*c.nihil eo tit.*Sed & Legatus in prouincia ſibi decreta poteſt confirmare, quia in ea prouincia cum quolibet ordinario,*c.legatos de off.legati in* 6.concurrit. Epiſcopus verò nō exemptum confirmat Archiepiſcopus , *c. cum dilectus de elect.*etiam nondum conſecratus , *c. quoniam* 100.*diſt.*Archiepiſcopum confirmat. Primas,ſeu Patriarcha ſi ſit,vel Papa.*c.quia igitur,& ibi gl.*36.*diſt.*Electos autem ad dignitates inferiores Epiſcopali dignitate,ſi non ſubſint immediatè Pontifici, Epiſcopus in ſua diœceſi confirmare ſolet,*c.*1.18.*q.* 2. & Sede vacante capitulum.*gl.in c.cum olim de Maior.& obed.*Poteſt tamen etiā à Pontifice confirmatio illorum peti, ſiue immediatè illi ſubſint ſiue non ,quia Papa concurrit in poteſtate & Iuriſdictione cum quolibet ordinario,*cap.ad Romanam* 2.*q.*6.*Car.& Im.ad d.c. cum Eccleſia.* Peti autem debet hæc confirmatio ab electo vel eius procuratore,intra tres menſes, computandos à die præſtiti conſenſus,ſeu acceptatæ electionis quam electus intra menſem, ceſſante legitimo impedimento,facere tenetur.*c.quam ſit ea.cum elect.de elect lib.*6.Poterit etiam electionis confirmatio peti per ipſos electores, *d. c. cum Eccleſia.*per amicos electi ſine mandato,dummodò electus intra tres menſes ratam habuerit huiuſmodi petitionem,*c.poſtquam.& ibi Præpo.* 50.*diſt.gl.in c. dudum* 2.*de elect.* aut etiam per ipſum populum cuius intereſt bonum habere Prælatum.*Reb.de lo.ad verb.ſolemni.peti.* † Por- 14.
rò ad electionem proximè accedit:& ſub ea ſæpè continetur poſtulatio , quæ eſt petitio capituli vel collegij , facta apud Antiſtitem de perſona,quæ aliquo defectu impeditur,quo minus ſecundum Iuris communis diſpoſitionem,ad regendam vel adminiſtrandam Eccleſiam aſſumatur.*Panorm.& alij ad rub. de poſt.præl.*Sæpè enim exiſtunt homines in rebus tam politicis quàm ſpiritualibus exercitatiſſimi,quorum prudentia & ſanctitate , ſtatus Eccleſiæ ciuilis & ſpiritualis mirum in modū florere poſſet Subeſt tamen vitium aliquod

quod corporis ſeu natiuitatis, quo minus eligantur. Ponamus enim Prælato rebus humanis exempto, capitulum in ſuo numero idoneum, qui tantæ functioni præſit, non habere, aut ſi habet, is ob defectum natalium, ætatis, inferiorum ordinum, bigami, vitium corporis, eligi non poteſt. Ideoque ne exiguum hoc impedimentum magno malo publico noceat: ſolent collegia ab Antiſtite, cui ille aſtrictus eſt, poſtulare, talem ſibi Prælatum dari, & impedimentum remitti. Quod ſi impetrant, alia electione vel confirmatione non eſt opus, ſed omne ius conſequetur poſtulatus, quod ſi electus & cõfirmatus fuiſſet haberet. *Pan. d. lo-*
16. *co.* † Ex quo facilè intelligi poteſt, qua ratione electio à poſtulatione deſtinguatur: quia prius ſi fieri poſſit, electio celebratur, quã poſtulatio, atque frequentius prouidetur Eccleſijs per electionem, quam per poſtulationem. Et cùm illa ſit ex iure communi: hæc dicitur ex gratia prouenire. Deinde qui eligi poteſt, poſtulari non debet, *c. vni. de poſt. præl. lib. 6.* ſed qui ob impedimentum aliquod eligi non poteſt, poſtulatur. Dico propter aliquod impedimentũ, non propter delictum, quia qui crimine aliquo conſperſus & notatus eſt, neque eligi neque poſtulari poteſt *c. 1. ſin. de poſt. præl. in 6.* * Prouiſionis
17. autẽ verbũ generale eſt, & pluribus alijs adaptari poteſt. Quandoque enim ſapit electionem, quandoque cõfirmationẽ, quandoque vtrumque ſimul, & in ſumma, continet omnem modum, per quem Eccleſię prouidetur. *Fely. in d. c. in noſtra, de reſcri. D. ad c. cum in illis* §. 1. *de*
18. *præbend. in 6.* * Nominatio eſt, quæ Imperatori, Regi, ſeu Principi, aut alicui permittitur apud eos ad quos pertinet electio, de pluribus perſonis ad dignitatem vacantem. *Panorm. ad d. c. bona.* Nam (vt prolixè & exactè tradidit Rebuffus *ad concord. de elect. derog. in princ.*) circa electionem prælatorum Ec-
19. cleſiæ magna ſæpe fuit altercatio. † Principio enim apud ſolos Apoſtolos & diſcipulos Chriſti in infantia religionis noſtræ electio ſucceſſoris fuit. Deinde Laici qui clericis oppidò infeſti ſunt, neminem recipere voluerunt in Antiſtitem, quem non ipſi primũ approbaſſent, quod longo tempore tollerarunt Pontifices, partim vt fides catholica propagaretur: partim vt ea conniuentia populum in officio continerent. Quomodo & Nicolaus Papa, Epiſcopos non eſſe conſecrandos ſtatuit, Metropolitano & populo eos non probante. *c. fin. 61. diſt.* Cæterùm cum iam iure iſto abuti inciperet, & nulla probitatis habita ratione, in idoneos eligebat, ea facultate priuatus fuit. Poſtea verò propter præclara beneficia Principum in Eccleſiam, Carolo Imperatori Francorum regi, & Regibus Hiſpaniarum Catholicis tributum fuit, vt non ſolùm Epiſcoporum & Arciepiſc. verùm etiam ſummorum Pontificum electio ab his probaretur. *c. Adrianus cum ſequ. 63. diſt.* vt illorum authoritate corroborata, nullus hæreticorum vel ſchiſmaticorum auderet contraire. Cæterum hoc iure poſtea vel propria renunciatione. *c. ego Ludouicus &c. ſeq. 63. diſt.* vel neſcio qua alia occaſione, Principes nec ſunt vſi, vt eo vterentur, eis permiſſum fuit. *c. quoniam 16. q. 7. c. meſſana de elect.* Porrò poſterioribus temporibus, non quidem id ipſum ius recuperarunt; ſed in eius locum, eorum placitum de electione Prælatorum ſui Regni facta, & facultas nominandi ad prælaturas vacantes ſucceſſit. Alio modo, nominatio eſt gratioſa quædam conceſſio facultatis petendi & acceptandi beneficium, præfinito tempore vacans ab vniuerſitate aliqua, authoritate pontificia ſuæ diſciplinæ alumno gratioſè conceſſa. † Vel (vt ait Re- 20.
buffus *de Nominat q. 4. in princip.*) eſt ius quoddam nominato legitime qualificato, beneficia certo tempore eidem præſtituto vacantia, petendi & acceptandi competens. Quia vt viri docti Eccleſijs præficerentur, quibus magnopere egent, vtque pauperes ſtudioſi ſpe aliqua ad diſciplinas Eccleſiaſticas inuitarentur: & vt aliquis apparere in poſterum poſſet anteacti laboris atque conſumpti patrimonij remuneratio: Prudenti conſilio, primùm quidem ſancta ſynodus Baſilienſis, ac deinde verò diuerſi Pontifices, famoſis aliquot Vniuerſitatibus, ſeu Academijs hanc poteſtatem fecerunt, vt gradu aliquo inſignitos, ſibi notos, idoneos, probos & pauperes ſtudioſos, nominare poſſent ordinarijs collatoribus collationem beneficiorum habentib. vt ijſdem ſic nominatis beneficia vacantia conferant, quod requiſiti facere tenentur, adeoque manus eorum ligatæ ſunt, vt alij ea conferre non poſſint. *latè Rebuff. d. loco q. 2. & 3.* Et harum profecto nominationum quanta ſit vtilitas & frequentia in hac noſtra Louanienſi ſchola, res ipſa teſtatur, multique ſunt illuſtres & pręclari ingenij homines, qui ex his emerſerunt magna Reip. vtilitate, perpetuò alioqui obſcuri & abſque nomine manſuri. Eſt & aliud genus nominationis, cùm canonici vel religioſi electuri prælatum, priuſquã ſcrutinio ſe occupant, ipſi inter ſe ex omnibus aliquos nominãt veluti dignos & alijs meliores, ex quibus vnus eligatur, aut etiam cũ plures eligunt tanquam præſtantiores cæteris, eorumque nomina in ſcriptis ſolemniter depoſita ad ſum. Pont. aut Prin. cui ea facultas conceſſa eſt, tranſmittant, ſupplicantes eorum vnum, Eccleſiæ Antiſtitem aut prælatum dare velit. *Hoſtien. in ſumma de elect. Dd. ad. c. bona.* * Collatio verò beneficij, eſt gratuita quædam
vacantis beneficij aſſignatio, facta alicui cle- 21.
rico ab eo, qui collationem habet. *Panor. ad c. ex frequentib. & in d. c. authoritate de inſtitut.* Gratuita, dico, vt ſimoniacæ pactiones excludantur, ſed tamen ſubinde neceſſaria eſt, vt quam collator nominato, ſiue illi qui à Pontifice prouiſionem habet & mandatarius appellatur, facere debet. *c. tibi c. cum duo-*

23. *bus de reſcr. in 6.*†Præſentatio eſt perſonæ alicuius Eccleſiaſticæ, Epiſcopo vel alteri ad quem inſtitutio pertinet, legitimè per patronum facta exhibitio, vt præſentato de beneficio vacante prouideatur. *Panor. ad c. ea de his quæ fiunt à maior. part. ca.* Patronum autem hîc vocamus eum, qui alicuius Eccleſiæ extruendæ, aut ante conſecrationem dotandæ, auctor fuit. Etenim vt Laicos ad fundandas dotandaſque Eccleſias allicerent Pontifices, & ne illis beneficium perijſſe videretur, qui in ſacrum vſum aliquid contuliſſent: in præmium, & veluti in accepti beneficij memoriam, ius patronatus illis conceſſerunt, hoc eſt, ius præſentandi & offerendi clericum, vt Eccleſiæ vacanti præeſſe, & in eam collatis fundis ſeu redditibus, frui velit. Ita quod præſentatio eſt actus patroni, perſonalis quidem ex parte præſentati, vt facilius eius qualitas & cõditio Epiſcopo vel ſuperiopi innoteſcat: *gl. Imol. Card. in clem. dudum §. ac deinde de ſepu. Panorm. in d. c ea.* ſed non ex parte patroni, qui abſens & per literas præſentare poteſt. *dd. ibi.* Quod ſi prælatus conferat beneficium contempto patrono, qui patronus taceat toto tempore ad præſentandum conſtituto, remanet collatio valida & rata, ſiue beneficium ſit ſub patronatu Laico, ſiue ſub patronatu Eccleſiaſtico: ita tamen, ſi contulerit prælatus ſimpliciter ſine iure ordinario. Secus ſi contulerit tanquam iure ad ſe deuoluto ex negligentia patroni, antequam tempus lapſum ſit: quia tunc non confirmatur etiam lapſo tempore, quantumuis accedente conſenſu patroni, ſiue ante ſiue poſt tempus præſentandi lapſum, ſed omninò noua collatione eſt opus. *Panorm. diſp. 5. incip. Augerio in 2. dubio Rota deciſ. 10. de iure patron. in antiq.* Et ratio differentiæ eſt, quia poriore caſu nulla ſubeſt, ſed prorſus deficit veritas fundamenti & qualitas, in qua actus fit. *Molineus ad conſuet. Pariſ. par. 2. §. 36. n. 30.* Priore verò caſu, ſubeſt de præſente poteſtas in conferente, qui liberas manus habet omni reſpectu à patrono, qui expreſsè, vel tacitè perpetuò vel quoad vnum actum ius ſuum remittere poteſt. Admiſſio eſt quando præſentatus habetur pro rectè præſentato. Honeſtè enim & prudenter facit prælatus, qui perſonam præſentati non ſatis perſpectam habet, ſi antequam eum inſtituat, in eius vitam mores & religionem diligenter inquirat. *c. fin. de elect. lib. 6. & ibi Dd.* Nec enim debet ex abrupto alicui manum imponere, quod prohibet Apoſtolus.
24. *1. ad Thim. 5. c. quid eſt manus 78. diſt.* † Inſtitutio autem eſt tranſlatio iuris non libera, à ſuperiore facta, quando ſcilicet præſentatus per patronum inſtituitur. Et tranſlatio (inquam) non libera: quia ſuperior velit nolit, tenetur illud ius conferre in præſentatum, ſi eſt idoneus, *Panor. ad d. c. authoritate. & ibi Imol. & Card.* adeoque inſtitutio principaliter concernit prſonam præſentati, tanquam approbatam & acceptatã, & ſolùm per eam confertur titulus & ius in re. *Molineus d. loco num. 27.* præſentatio enim & admiſſio nõ conferunt niſi ius ad rem, ſi præſentatus non ſit inideneus *c. decernimus 16 q. 6. c. Paſtoralis c. quod autem. de iu. pa.* Et in eo inſtitutio differt à collatione, quod collatio propriè eſt iuris trãſlatio libera, ideo quod is qui collationem habet, non tenetur conferre iſti vel illi, ſed liberè cui vult, dummodo inueniatur ideoneus: *c. relatum de præben.* præterquam (vt antè diximus) cùm nominatio ſeu mandatum Pontificis præceſſit. Alij verò, tametſi id ſe ita habere permittant; exiſtimant tamen, propriè hoc loco inſtitutionẽ pro libera collatione beneficij Eccleſiaſtici accipiendam eſſe. *Hoſt. in rub. de inſti. & per d. c. authoritate & c. 1. eo. tit.* Licet verbum inſtitutionis æquiuocũ ſit, vt aliquando pro collatione, aliquando pro libertate, aliquando pro ordinatione, aliquando aliter accipiatur. *Card. in d. c. auth.* Et mihi quidem id non videtur eſſe abſurdum, etiã ſi exiſtimem, eandem eſſe rationem omniũ eorum, de quibus iam dictum eſt; ſcilicet quod ſicut ſine collatione canonica non poteſt obtineri beneficium Eccleſiaſticum: ita nec ſine canonica electione, confirmatione, præſentatione, poſtulatione &c. vbicumque illis opus eſt. Vt ſic intelligatur Dynus, *n.* 13. qui voluit in præſenti regula inſtitutionem largo modo ſumi pro omnibus ſupradictis. Sic etſi inſtitutio ſubinde accipiatur pro inueſtitura & inductione in poſſeſſionem. *c. cum ex iniuncto. de hær. c. ad hæc c. vt noſtrum de offi. Archid.* Propriè tamen loquendo diſtinguntur: quia inueſtitura fit per annulum. biretum (vt vocant) vel quid ſimile, quando collatio vel inſtitutio præceſſit. Et tunc, ſi fit in abſentia rei de qua re inueſtitura facta eſt, illa inueſtitura eſt quaſi confirmatio iuris præcedentis. Quippe quod ſuperior, quantum in ſe eſt, beneficium illud in inueſtitura transferre videtur, etiam ſi poſſeſſio rei non perinde ex eo transferatur, ſicut ſi in ipſius beneficij præſentia facta fuiſſet. *Panor. d. loco vide Coraſ. de ſacerdot. par. 4. c. 1.* Eodem modo accidit in feudo cùm dominus inueſtiendo vaſallum, ei enſem, haſtam aut quid aliud, pro loci conſuetudine porrigit. Nec enim ſtatim vaſallus ex hac inueſtitura poſſeſſionem realem acquirit, ſed illud tantùm, quod rei feudalis poſſeſſionem apprehendere poteſt. *vide Gail. 2. obſ. 152. n. 14. & ſeqq. Mynſ. 4. ob. 61. c. 1. de conſ. recti. feudi. Alu. & Præpoſ. ad c. 1. quid ſit inueſt.* Et quamuis propria authoritate eam poſſeſſionem accipere poſſit, quando ita inueſtitutus eſt, & nemo alius in poſſeſſione reperitur: ideò quod tradendo pileum & calamum, adeoque iuueſtiens clericum, eo ipſo videtur dare facultatem ingrediendi propria authoritate: *d c. 1. quid ſit inueſtit. c. 2. de conſu. Ro. ſing.* 136.† quia tamen ſæpè ignorat beneficiarius, 25.
an alius ceperit poſſeſſionem nec ne: ideo ſemper tutius eſt, vt ſe petat mitti in poſſeſſionem. *Reb. in prax. benef. de miſſione in poſſeſ. n. 4.* Solet au-

let autem quis mitti in poſſeſſionẽ per Archidiaconum, *c. ad hæc de off. Archid.* per Decanum *c. poſt electionem de conceſſ. præb.* per iudicẽ ordinariũ, per delegatum Pontificis, *c. ſi quando c. ſuper eo de offi. dele.* Epiſcopum *c. 2. de eo qui mitt. in poſſ. c. 2. de ſequeſt. poſſ.* Item hodie per quemlibet ſacerdotem vel clericum, ſeu per notarium apoſtolicum, vel ab ipſo Epiſcopo creatum: Nam in collationibus ſolet mandari quibuſlibet Eccleſiaſticis perſonis ac tabellionibus & notarijs, vt inducant in poſſeſſionem talem prouiſum, *Reb. d. lo. n.* 32. ſicut fit cum quis mittitur in poſſeſſionem præbendę & canonicatus. Aſſignatur enim ei locus in choro & in capitulo, & ſaltem in choro datur ei cathedra ad ſedendum in ea. *c. pro illorum.* Et ſi quis perperam accepit poſſeſſionem, licet bono ſit iure munitus, non manutenebitur in poſſeſſione vitioſa, ſed in iudicio poſſeſſorio ſuccumbet. *c. dilect. fil. de præb.* Poteſt enim poſſeſſio eſſe vitioſa, & titulus tamen iuſtus, ſicut & è contrario, iniuſtus titulus, & poſſeſſio iuſta. *c. licet cauſam de probat.* In beneficijs tamen, poſſeſſio ſine titulo nec acquiritur nec retinetur. *l.* 1. §. *ſi vir ff. de acqui. poſſ. Rebuf. di. lo. nu.* 17. & in beneficialibus negotijs poſſeſſio ex titulo colorari debet *c. in. lit. de reſtit. ſpol. c.* 1. *de eo qui mit. in poſſ.*

26. *Canonica.* † Duobus modis beneficium Eccleſiaſticum impetratur, iuſtè ſcilicet & iniuſtè: vno tantùm modò, nimirum iuſto atque legitimo, obtinetur, ita vt non ſine cauſa vſus ſit hic Pontifex verbo obtinere, quod firmitatem ſignificat, & cauſam permanentem deſignat, non verbo impetrari, quod etiam ad cauſam temporaneam & reuocabilem trahi poteſt. Iniuſte impetratur per ſimoniam, *c. ad decimas de reſtit. ſpolia in 6.* per vim, precibus hæreticorum, & alijs modis nimis benè cognitis & frequentib. Iuſte verò, quando lex vel canon rationem acquirendi probat. Vnde canonica inſtitutio, collatio, præſentatio, electio, prouiſio, dicitur, quæ ſecundum canones, & more ab his probato, facta eſt. Et canonicè inſtitutus is dicitur, qui iure prouiſus eſt, *c. extirpandæ §. qui vero de præb. Rebuff. in prax.* & ſicut iuſta legitimaque vxor appellatur, quæ ſolemni ritu ſecundum præſcripta legum ducta fuit, atque in manum viri conuenit: *l. ſi. vxor. ff. de ædilit. edicto.* legitima dicitur conuentio, quæ lege aliqua confirmatur: *l. Legitime. ff. de pactis.* legitima cenſetur tutela, quæ à lege defertur: *ff. de legi. tut.* ita Canonica dicitur inſtitutio, quæ ſecundnm canones facta, à canonibus probata & confirmata eſt. *c. cau. de reſc.* Porrò autem an quis canonicam inſtitutionẽ vel collationem habeat; an iuſtè & canonicè per oſtium, vt paſtor, non per feneſtrã, *c. ſi quis deinceps.* 16. *quæſtion. 7. cap. maſſanac. ſacro. capit. quiſquis de elect.* vt fur & prædo, ingreſſus ſit, cognoſci poteſt. Primò ex perſona eius à quo beneficium accepit. Ad laicum enim inſtitutio, quæ ſpiritualis eſt, *doct. ad.* 1. *de procur. in 6.* non pertinet, niſi fortè ex priuilegio ſpeciali. Quomodo ius patronatus habet, adeoque eã quàm non habet, in aliũ transferre non poteſt. Imò quod amplius eſt, laicus nõ poteſt cõſtitui procurator in genere, ad eligendũ Prelatũ, qui non ei in ſpecie deſignatus eſt. *c.* 1. *de immunit. Eccl. eo. l. 6.* quia per laicos, qui clericis oppidò infeſti eſſe ſolent, *c. decernimus de iudic.* cauſę Eccleſiaſticę tractari non debent *c. expoſtulaſtis, de cler. excom.* Eodẽ modo iniuſta eſt inſtitutio eius, qui excõmunicationis vinculo ſubiacet. *c. eum. qui de præb. l. 6.* Vnde ſicut intruſus dicitur, qui per vim occupat beneficiũ. *c. auaritiæ de elect. eod. lib. 6.* qui ante confirmationẽ ceſſante neceſſitate Eccleſiæ, vel cũ ſimplici nominatione, & abſque literis Pontificis adminiſtrat: *c. quia diuerſi de conc. pr.* qui ſine authoritate illius ad quem collatio ſpectat, ſeſe ingerit, nullumque titulum habet: *c. fin. de exceſ. prælat. Reb. d. lo. tit. de ſur. col.* 4. ita & is quia ſuperiore excommunicato, ſuſpenſo, vel ab eo, qui non habet poteſtatẽ conferendi accepit. Secundò cognoſcitur ex perſona eius, qui inſtituitur, aut cui de beneficio Eccleſiaſtico prouidetur. Etenim ſicut laicus beneficia Eccleſiaſtica (vt dictum eſt) conferre non poteſt, ita quoque laico legitimè nequeunt conferri. *c. cũ adeo de reſcript.* 61. *diſt. per tot.* Et ideo in ſimili Gregor. *Peruenit* (inquit) *ad nos fama ſiniſtra, quod quidam Epiſcoporum, non ſacerdotibus propriæ Diocæſis, decimas atque Chriſtianorũ oblationes cõferant, ſed potius laicalibus perſonis. Vnde ſi quis amodo inuentus fuerit huius Diuini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos & antichriſtos, non minimus habeatur. c. peruenit* 1. *q.* 3. Sic & coniugati arcentur: tum quia teſte Paulo, impensè cogitant quomodo placere poſſint vxori, & ideò quæ Dei ſunt minus perpendunt; tum etiam quia in duo quodammodò diuiſi, plenam ſui poteſtatem non habent, eoque animum intendunt, vt & à quo ſtipendium eiuſmodi accipiant, plenius famulentur, *c. diuerſis de cleric. coniug.* adeò quidem quod qui ſponſalia de præſenti contrahit, beneficium perdit, ſecus ſi contrahat ſponſalia de futuro dumtaxat. *gl. in c. de cler. coniug. lib. 6. deciſ. Tholoſ.* 239. Quid igitur illud eſt, quod beatus Nicolaus cum laicus eſſet, & B. Seuerus ex infimo & humili opere lanifici in Epiſcopos ſunt aſſumpti? Ita ſe res habet. † Sed hinc 27
reſpondit Leo, quod Eccleſiaſticæ prohibitiones proprias habent cauſas, quib. ceſſantibus, ceſſant & ipſæ. Vt. n. Laicus in Epiſcopum non eligeretur, etiam hæc cauſa fuit: quod vita laicalis Eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non erudita neſcit exempla religionis de ſe præſtare alijs, quæ in ſe ipſa experimento non didicit. Quando ergo laicus meritò ſuæ perfectionis, clericalem vitam tranſcendit: vtique exemplo B. Nicolai, Seueri, & Ambroſij, eius electio rata haberi poteſt: ita tamen vt non laicus maneat; ſed per ſingulos

gradus aſcendat ad tanti culmen Epiſcopatus. *cap. Oſius 61. diſt.* Tum verò, cùm dictorum Antiſtitum electio, ob eximiam vitæ ſanctimoniam, diuina reuelatione facta credatur: rectè dixerimus, diuina hæc & admiranda miracula, in humanæ actionis exemplum produci non poſſe. *c. fin.* 4. *q.* 3. Cui non eſt abſimile, quod Xenocratis ſanctitati tantũ tribuit antiquitas, vt cum aliquando teſtimonium dicere coactus, ad arma acceſſiſſet, vt iuraret ſe omnia verè retuliſſe, conſurrexerunt vniuerſi iudices, proclamaueruntque ne iuſiurandum diceret. *Cicero ad Atticum l.* 1. *& in orat. pro Balbo. Valerius lib.* 2. *cap.* 5. Eodem modo clericus ſæcularis, Eccleſijs regularium præfici non debet: quia non congruit rationi, vt diuerſæ profeſſionis homines in vnum congregentur, *c. dilectus de ſtatu monach. clem. de elect.* Aliquando tamen, Pontifex ſæculari clerico, de regulari beneficio prouidet, atque cum eo diſpenſat, prælaturamque regularem concedit in commendam ſeu cuſtodiam. Sed ea in re, magna prudentia opus eſt. Nam vt ait Rebuff. Commendarum nimia indulgentia, eſt pernicies & exitium reipub. Chriſtianæ, quippe quod diuinus cultus diminuitur, religio monaſteriorum abſente paſtore debilitatur, ius hoſpitalitatis perit, bonis, lignis, & nemoribus ſuis, Eccleſia ſpoliatur. In ſumma, non niſi idoneis beneficia Eccleſię conferri debent, hoc eſt, ijs quos boni mores, pręſtans eruditio, legitima iuſtaque ætas, præcedens ordo, probata natiuitas, commendant. *c. cum in cunctis de elect. c. fi. de temp. ord. l.* 9. *cap.* 1. *de filijs presbyter.* Boni mores, inquam, quia Simoniaci, furioſi, fures, homicidæ, adultert, ſacrilegi, falſarij, concubinarij, his beneficijs indigni ſunt, *late Rebuf. ibi in tit. de mod. amit. benef.* iiſdemque vel ipſo iure priuati ſunt, vel per ſententiam priuari debent. Neque enim ſors eorum eſt Dominus, neque ſuper eos requieſcet Spiritus eius, ſed diabolo ſeruiunt, & cum eo ſors eorum, *gl. in c. iudices* 1. *q.* 1. *& in c. audi denique* 11. *q.* 3. *& in c. dilectus de appel.* in maledictione perpetua (ſi non reſipiſcant) erit. Eruditionem requiro talem, quæ ſufficiat ad regendum & adminiſtrandũ beneficium quod quis obtinet, idque arbitrio iudicis aut ſuperioris. *c. venerabilis de præb. Panor. ad d. c. cum in cunctis.* Et ideò pulchrè & prolixè diſputat Roffredus. *Bonif. de vital. ad cle.* 1. *q.* 1. *de ætat. & quali.* Si alicui collata eſt præbenda, qui exiſtimabatur peritus & doctus, & poſtea apparet imperitus, an eadem illa præbenda ab eo poſſet auferri, multiſque tandem in vtramque partem excuſſis argumentis, exiſtimat, Eccleſiam extraordinario reſtitutionis iure adiuuandam eſſe, *c. fin. de ætat. & qualit. gl. in c. veniam* 35. *q.* 6. quia Eccleſiæ debet prouideri de perſona, non perſonæ de Eccleſia. Ætas verò ideonea eſt ad primam tonſuram, ſeptem annorum: ad ſubdiaconatum octodecim annorum: ad diaconatus ordinem viginti annorum: ad presbyteratum, præpoſituram, decanatum, & beneficium curatum, prioratum curam animarum habentem, viginti quinque. *c. ſi de temp. ordi. d. clem. fi. de ætat. & qual. d. c. cum in cunctis.* ad Epiſcopatum triginta *d. c. cum in cunctis.* ad canonicatum Eccleſiæ collegiatæ decem, *ad reg. cancel. reg.* 17. cathedralis quatuordecim. *Bellamera. deciſ.* 27. *Pan. in c. præterea de æta. & qu.* anni ſufficiunt. Cæterùm quid in his per ſanctam Synodum Tridentinam immutatum eſt, ex eius deciſione & traditione abundè conſtat. *ſeſſio.* 25. *c.* 12. *ſeſſ.* 23. *cap.* 5. Ætatem verò probare debet is, qui ſe in ea fundat, ſiue agendo ſiue excipiendo. *l. cum de ætat. ff. de probat.* Et ideò qui dicit clericum non habere ætatem legitimam, hoc probare tenetur. *l. de ætate. ff. de min. Ro. deci.* 254. Sed & ordinis ratio habenda eſt, vt gradatim ab inferioribus ad ſuperiores aſcendatur. *c. à multis c. intelligimus de æta. & qu.* arcenturque ſpurij & adulterini partus à re tam digna, quod in his exemplum paternæ incontinentiæ non ſine cauſa metuatur. *vt titu. de fil. preſſ.* Vnde qui indignis hominibus beneficia conferunt, poteſtatem conferendi pro prima vice amittunt: ad id quod intereſt, Eccleſiæ tenentur: ſacrilegi iudicandi ſunt, & iram Dei in ſe prouocant. *c. ſunt quidam* 1. *q.* 1. *ca. apoſtol.* 16. *q.* 1. Tertiò cognoſcitur an inſtitutio vel collatio ſit canonica, ex modo inſtituendi, conferendi & prouidendi. Primò quia non ad tẽpus aut ſub conditione, ſed in perpetuũ, hoc eſt, ad vitam accipientis & purè fieri debet. *c. quam pio* 1. *q.* 2. *c. præterea c. ſatis* 56. *diſt.* Ad tẽpus quidem non, quia ſicut matrimonium ad tempus non contrahitur (eſt enim coniunctio viri & mulieris, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens) §. 1. *inſtitu. de patria poteſt.* ita nec ſpirituale matrimoniũ, quod eſt inter Eccleſiam & clericum, ad tempus contrahi. *c. cum inter de tranſ. Epi.* decet, ne dũ perpetui ſunt beneficiarij, bona Eccleſię ſpoliẽt atque expilent, gregem commiſſum negligant, & ſucceſſoribus infructuoſa arua relinquant. Pontificis tamen authoritatem hîc excipio, qui ad tempus conferre poteſt, ſicut & interdum coadiutor. *c.* 1. *& fi. de cle. ægrotant.* ægrotanti, & viſitator ſeu ſubſtitutus. *c. vlt. de. ſuppl. negli. præla.* capto conſtituitur, & quem nunc adminiſtrat, ad nutum ſuperioris ex cauſa reuocatur. *c. cum monaſterium de ſtatu monach.* Sub conditione quoque non: niſi fortè ſub ea, ſi aliud quod obtinet reſignet: *Hoſtien. ad. ca. ad. audientiam de reſc.* quia eiuſmodi conditiones non rarò ſimoniam inducunt, ſiue ſint tacitæ ſiue expreſſæ. *c. cum pridem de pact. c. laicos* 16. *q.* 1. Idemque eſt de modo, qui conditioni adæquatur. *c. verum de condit. appoſit.* Deinde verò abſque diminutione fieri debet. *c. vn. vt Eccl. benefic.* Vnde Prælatus non poteſt conferre beneficium alicui, & ſibi, vel nepoti aut famulo ſuo, fructus ſeu penſionem ex eo ſine legitima diſpenſatione reſeruare: *Extirpandæ de præbend.* quia benefi-

beneficium ea ratione diminueretur; & dum tenues tantùm ſperantur fructus, tenuis ſolùm adminiſtratio à beneficiato expectari poteſt. Adde quod liberè omnino has fieri conuenit, id eſt, ſine aliqua coactione & vi. Item liberè, id eſt, abſque pretio, ſed iuſto, puro, & rationabili motu, non carnali. Et ideò Hieronymus. *Nunc* (inquit) *cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt nō quærant eos in Eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcunt Eccleſiæ prodeſſe, ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorū quiſpiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt. c. Moyſes* 8. *quæſt.* 1. Palàm etiam beneficia conferre debent, id eſt, præſentibus teſtibus fide dignis, non ſolis domeſticis. Alioqui enim illi collationi non creditur. *c. poſt ceßionem de probat.* & eſt ſuſpecta, *c. vnic. §. porro vt Eccleſ. benef.* quod tamen pluribus verbis explicat Rebuffus quem vide *ad con. in Rub. de col. verſ. palam.* Deinde viuentis & non vacans beneficium, ad collatorem ſeu inſtitutionem non pertinet, quia nimis improbum eſt de ſucceſſione viuentium cogitare, eiuſque mortem quodammodo deſiderare, in cuius beneficium quis ſe credit ſucceſſurum. *c.* 1. *&* 2. *de con. pr. l. fi. C. de pact.* adeò quod contra impetrantem beneficia viuentium, omnes leges tam diuinæ quàm humanæ inſurgere dicantur, quia per talem impetrationē ambitioſis & nimiùm auaris hominibus, occaſio captandæ mortis, & inſidiandi beneficiatis datur: *Gail.* 2. *obſ.* 155. *n* 6. *& ſeqq d. l. fi. Bald. ad l.* 1. *ff. vbi pup. edu. de. c. di. cap.* 1. Et ideò qui hoc vitio ſunt contaminati, ab Eccleſiaſtica cōmunione pellendi ſunt: fures & latrones cenſendi ſunt, *c. non. furem.* 7. *q.* infames ſunt, *c. audiuimus* 3. *qu.* 2. *c. infam.* 6. *q.* depoſitione digni ſunt: *c. in primis* 2. *q.* 1. ad beneficium illud perpetuò adſpirare non poſſunt: *Panorm. & Anch. ad d. c.* 1. & nullus inferior Pontifice, poteſt cum illis diſpenſare. *dd. ibi.* Hinc ergò facilè intelligi poteſt, quid voluit Geminianus, dum ait, *conſ.* 88. *n.* 4. electionem ſeu inſtitutionem dici canonicam, largè, ſtrictè & ſtrictiùs: Largè, in qua non ſunt ſeruata ſubſtantialia, & ſolemnia à iure poſitiuo requiſita, ſed quæ habet tantùm iuris naturalis fulcimentum, nudum ſcilicet conſenſum eorum, quorum, *c. quia propter c. ſicut. de elect. in* 6. eſt electio. Strictè, quando ſeruantur illa, quæ ſunt de ſubſtantia, ſed omittuntur illa, quæ ſunt de ſolemnitate, & talis non eſt nulla ipſo iure, ſed annullanda: *c. quod ſicut de elect.* Strictius autem, in qua omnia interueniunt, quæ ſunt de ſubſtantia & de ſolemnitate, eoque modo communiter accipitur. *c. nullus & ibi Arch. diſt.*

28. *Non poteſt licitè obtineri.* † Ergo nō tranſactione, non præſcriptione, non ſententiâ, ſed ſola canonicâ inſtitutione. Non tranſactione: quia in tranſactionem venit datio alicuius rei, quæ ob periculum ſimoniæ à beneficijs arcetur, *c. ſi quando de offi. deleg. c. conſtitutus de tranſact.* ſed dumtaxat amica quædā & æquabilis compoſitio ſuper expenſis factis, aut ſuper ipſo iure controuerſo, admittitur: vt ſi concordiæ cauſa, amicis partes ſuas interponentibus, iuris contentioſi examinationem, nulla interueniente datione, committant, & ſic manus porrigant. *c. ſuper eo d. t.* Non præſcriptione: quia vt legitima ſit præſcriptio, bona fides & iuſtus titulus omninò & neceſſariò requiritur. *c.* 1. *pro xim.* Atqui is qui contra canones ad beneficium peruenit, bonam fidem non habere præſumitur. *c. qui contra* 1 *eodem.* Non denique ſententia, quia vt cauſa matrimonij carnalis, ſententia non tranſit in rem iudicatam: ita nec in cauſa beneficiali & matrimonij ſpiritualis ob periculum animarum quod ſubeſt. *d c. ſi quando.* Adeò vt non canonicè facta inſtitutio, puta quæ fit excommunicato aut incapaci, per ſequentē abſolutionem aut diſpenſationem non cōualeſcat. *Archid in c. nullus* 63. *diſtin. Fely. in c. cum dilectus de accuſ.* quia non firmatur ex poſt facto, quod initio nullum fuit. *cap. non firmatur* 1. *eod.* Quin & ſi quis petat à Pontifice, beneficium non canonicè obtentum ſibi confirmari, vtique niſi expreſsè adijciat, non canonicè illud à ſe obtentum eſſe, confirmatio ſequens nihil operatur, propterea quod eo caſu præſumitur Pontifex eſſe circumuentus, *l. authoritate C. vnde vi. c. gratioſè* 3. *de reſcri.* eaque quæ iuri ſunt contraria, nunquam intelliguntur eſſe confirmata, *Bald. in c. literis de reſtitu. ſpoliat.* niſi idem Pontifex ex certa ſcientia, de nouo facta intruſionis & violentiæ mentione, illud beneficium concederet, prioraque vitia ſic ablueret & abrogaret: *Salice. in d l. authorit. Reb. in tract. de pacificis poſſeſſ. n.* 256. † Amplia primò hanc 29
regulam vt procedat, etiam ſi alij idonei non reperiantur, quibus beneficium Eccleſiaſticum conferri poſſit. Licet enim ſubinde, in cæteris negotijs, quando idonei haberi non poſſunt, inhabiles & minus idonei admittantur: *l generaliter §. fi. ff. de decurion.* in Eccleſiaſticis tamen & ſpiritualibus negotijs maior cautio adhiberi debet, in quibus quamuis corpore vitiati ſeu aliter iure impediti, accedente diſpenſatione, alijs deficientibus admittantur: *c.* 1. 55. *diſtin.* ſimoniaci tamen & non canonicè ingreſſi, arcendi ſunt: *dd. ibi.* quippe quod longè ſatius eſt ad tempus beneficium vacare, quàm publico ſcandalo indignos atque flagitioſos aſſumere. Solent quoque diſpenſationes Pontificum Roman. ſtrictiùs intelligi, ne ad inhabiles trahantur, neque extendi vltra, quàm tenor earum apertè demonſtrat. Ideoque filius naturalis & illegitimus, ad omnem dignitatem non obſtante defectu natalium per Pontificem legitimatur, Eccleſiaſtici beneficij etiam dignitatē habentis, capax non erit, niſi eius rei expreſſa & ſpecialis in eiuſmodi diſpenſatione facta fuerit mentio. *Felin. ad. d. c. veniens.* 1. *de acc. Hypo. ſing.* 193. *incip. Baſtar. Inno. ad c. dilectus* 3. *de præben*

Amplia.

Amplia ſecundò quòd confirmatio, de intruſo violento & alio ſimili,à ſuperiore hoc ignorante,facta,non valet,*Bald.ad c.in lit.de reſtitu. ſpolia.*& ſi talis petat à Pontifice ſibi confirmari beneficium per vim & illicitè obtentum,& Papa hoc facit,& talis impetrans hoc poſtea per triennium & vltra poſſedit , adhuc tamen moleſtari poteſt:*Reb.de pacifi.poſſ.num.* 256.cum eiuſmodi confirmatio nullũ ius tribuat,*v.Gail.*2.*ob.*1.*per tot.Peck.de amot.bon.c.* 31.*n.*2.*l autor.C.vnde vi.Alex.conſ.*3.*l.*5.& ita quę ſunt iuri contraria,nunquam intelliguntur eſſe confirmata,*Bald.ad c.*2.*per quos fiat inſtit.* gratiaque non faciens mentionẽ de illicita beneficij occupatione,non ſubſiſtit.*Panor.in cap. præterea de iure patr.& in c.quiſquis de elect.*At ſi Pontifex ex certa ſcientia concederet inuaſori beneficium,expreſſa facta mentione violentiæ & intruſionis,aut non canonicæ adeptionis,tunc videretur vitium illud remittere, & ſubexiſtentis vitij relaxationem facere , atque de nouo illud conferre , de quo omnium latiſſimè diſputat Felinus *ap c.poſtulaſti. n.*15. *de reſcrip.*Amplia tertiò,quòd geſta per intruſum non valent,quantumcumque dicatur eſſe toleratus:quandoquidem in intruſo(inquit Panormitanus)non habet locum tolerantia:*ad* 6. *de reſtitut.in integr.gl.in c.omne* 25.*q.*1.quia non habuit ingreſſum legitimum , ab habente legitimam poteſtatem , *Arch.ad c.alienationes* 12.*q.*2.& à tali intruſo ſubditi non poſſunt abſolui.*c.dudum* 2.*de elect.Pan.ad c.cum noſtris n.* 17.*de conceſſ.præb.*& impetratio beneficij, quæ ab initio fuit nulla,tractu temporis nõ conualeſcit.*c.non firmatur eo Boë.q.*70.*n.*8. Tu verò latiùs hac de re diſtinguentem vide Archidiaconum,*ad.d.c. alienatio. & ad d. cap.omne.* exactiuſque & fuſius explicantem, quid quantumque interſit,an is qui toleratur confirmatus ſit necne , pertinetque huc etiam anceps illa quæſtio , quæ multorum ingenia fatigauit, vtrum ſubditi Prælato intruſo,& non canonicè electo,obedire teneantur,& an debitores ei ſoluentes,à monaſterio & obligatione liberentur,quod eleganti diſtinctione explicant Henricus Bohick.*ad c.in lit n.*10.*de reſtit. ſpolia.* & Baldus,*ad l.*2.*verſic. ſed quid de* 6. *puncto.C. de ſeruit.& aq.*quos vide. Amplia quartò , quòd cùm beneficium ſic imperatũ,ſaluâ conſcientiâ retineri non poſſit.*c.dudum* 1.*de elect.c.ex frequ. de inſti.* vtique qui longo tempore illud poſſedit , & iniuſtitiam tituli ſui non ignorauit, alteri qui meliore iure nititur, relinquere debet,*Inn.in c.plerique de immu. eccle. & in prag. ſan.titu.de pacif.poſſeſſ.ad verbum moleſtari.* etiamſi rei iudicatæ ſubſidio fulciatur.Sicut enim res iudicata naturalem obligationem non tollit : ita quoque conſpurcatam læſamquè conſcientiam non purgat. Amplia quintò, quòd licèt nemo ſit priuandus ſub poſſeſſione,etiam ſi ſit prædo , niſi & citatio & cauſæ cognitio anteceſſit:*l.fi.C.ſi per vin.c.licet Epiſ. & ibi gl de præ.in l.*6.adeò vt ſi iudex contra poſſeſſorem eiuſmodi , his non præcedentibus acerbiùs decreuit,vel alium aliquem in poſſeſſionem bonorum miſit,factum ſuum reuocare teneatur:*v.j ad reg.ea quæ fiunt.n.*6. *Rom. conſ.* 99. Si quis tamen adeò notoriè & manifeſtè iniuſtam beneficij occupationem obtinuit, vt nulla tergiuerſatione nullaque inficiatione temerarium , iniuſtum , & doloſum illius factum negari & defendi poſſit ,vtique ſicut de facto proceſſit, ita etiam per iudicem de facto expelli poteſt,*Fel.ad c.qualiter & quando l.de accuſat.* quod veluti ſingulare , & ad multarum legum reſtrictionem pertinens,perpetuò menti tenẽdum eſſe admonetHypolitus Marſilienſis. *ſingu.*196.*In c.nemo priuandus.* Amplia ſextò hanc regulam,vt procedat, etiam ſi longi temporis conſuetudo contrarium recipit:quia conſuetudo,quæ eſt oneroſa Eccleſiæ, qualis procul dubio eſſet iſta,quâ furibus impuris & impijs hominib.aditus ad Eccleſiã patefieret:non valet. *c.*1.*& ibi Pan.de conſ.c.cum cauſam de re Iu.*nõ poteſt igitur defendi cõſuetudo,vt beneficiũ viuẽtis impetretur,*c.commiſſa.*5.*de elect. hoc l.*9.*Rebu.in ſua prax.ti.de repro.benef.viuen. Im.gl.*7.*n.*42.vt quis pro animi ſui arbitratu tot beneficia poſſideat quot velit:*Pan.ad.c. cũ Eccl.de except.*vt canonici qualitercumque non reſidentes,cũ graui læſione officij diuini , fructus beneficiorũ ſuorũ conſequantur : *in prag. ſanct.tit.de col.ad ver.plura.Feli.ad c. cum omnes de conſtit.*vt Laicus conferat vel eligat:*c.Meſſana ſacro ſanct.de elect.*aut quod beneficiũ manuale fiat irreuocabile.*Pan.c.ad noſtram de cler. coniug Reb.de pacif. poſ.n.*299.Amplia poſtremò,vt locum habeat , etiam ſi titulus aliquis habilis poſtea accedat , vt ſi poſt beneficium non canonicè adeptum , accipiat tonſuram. Non conualidaretur enim ex eo collatio, quæ ab initio nulla fuit,*c.non firmatur inf.eo. Phili. Franc.in c.ſi.pro clericis* 5.*de præben.Boer.d.q.*7. *n.*8.ſicut non valeret collatio laico facta,quantumuis haberet propoſitum ordines recipiendi, & deſtinatus eſſet ad clericatum , quod cum alijs multis deciſionibus huc pertinentibus,eleganter diſſerit Rebuffus,*in tract. de pac. poſſeſſ. n.*190.*verſ.incip.imo.ſi poſt benefi.*ad quem,breuitati conſulens,remitto.

Ratio tamen dubitandi in hoc capite multiplex eſt & varia.†Et primò quidem ex eo,quòd regula eſt de triennali poſſeſſore, quod quicum- 30.
que poſſederit beneficiũ Eccleſiaſticum triennio,non poterit,nec in poſſeſſorio nec in petitorio iudicio moleſtari. *reg.* 33. *Cancel.* Quæ regula,cum introducta ſit,vt clerici litibus non diſtracti,diuino officio ſeruiant :videtur etiam non canonicam inſtitutionẽ defendere.Secundò ex eo,quòd Alexãder tertius reſcripſit Eboracenſi Archiepiſcopo,religioſos non poſſe Eccleſias contra canones obtinere , niſi legitima fuerint præſcriptione muniti.*cura de iure pat.* Nã ſi tantùm poteſt prę̃ſcriptio,quantũ priuilegium

giũ.*c duo de offi.or.c.cum contingat de foro comp.* ſequitur,quod ſicut ex priuilegio inſtitutio aliter quam ſecundum canones facta ſubſiſtit, ita & ea,quæ defenditur præſcriptione. Tertiò ex eo,quod ex titulo minus Canonico poſſeſſiõ beneficij transfertur. Nam qui Eccleſiaſticum aliquod beneficium,tanquam prædo poſſidet, & eodem rurſus ſpoliatur, interdictum vtique habet,iubetque lex reſtitui ei poſſeſſionem, & cauſam eius adiuuat.*c. item cum q. de reſtit. ſpol. ibi.*Quartò ex eo, quod Laicus multis iuris locis,dicitur præbendam aliquam poſſe obtinere, *gl.in c.cum m.de conſt.t.*cuius tamen præbendæ appellatione, quodcumque beneficium aliud ſæpiſſimè continetur.*Felyn.in cap. poſtulaſti col. 7.de reſcr.* Quintò ex eo,quod ſi quis poſſidet Epiſcopatum de facto,per vim,aut nullo iure: is ab vniuerſitate nominatis beneficia confert, & onera epiſcopatui impoſita ſuſtinet, cùm tamen nullam veram conferendi habeat poteſtatem.*Panor.in cap.per venerabilem qui fil.ſiut legit.Caſt.in l inter quos §.ſi dominus ff. de damno infect.Rebuff de nom.q.*8.*n.*25.Sextò ex eo,quod bona fides & communis opinio, plerumque defendit eum,qui quid ab eo accepit,publicè & vulgo idoneus reputatur, *l. Barbarius ff. de offi. præto.*ita vt Felinus in *c.ad probandum de re iudic.*collationem ab excommunicato factum valere ait,antequam excommunicatus declaratus fuit.

31. *Ratio vero decidendi eſt*,† quod in Eccleſiam Dei non debet eſſe alius ingreſſus, quàm per oſtium,cuius oſtij claues, proculdubio præfectis Eccleſiaſticis committuntur, qui eiſdem clauibus, & canonicis regulis inſtituendos in eamdam Eccleſiam Dei intromittant. Et ſicut Eccleſia in ſe pura, ſancta, immaculata eſt, & omni ex parte abſoluta: ita & clericos Eccleſiæ tales eſſe decet,vt abſque ſcandalo, verbo & factis populum Dei regere poſſint,adeò quod qui indignos inſtituunt,ſacrilegium contrahunt, & pro prima vice ab inſtitutione repelluntur. *c.ſunt quidam* 1.*q.*1.*d.c.cum in cunctis.*Nec mouet primum argumentum, quod in contrarium adductum eſt,quia quamuis in ea opinione ſint plerique quod iniuſtum poſſeſſorem, regula quæ de triennali poſſeſſione lata eſt, defendat in foro contentioſo:æquior tamen & benignior opinio eſt hæc,quod non ſolùm in iudicio animæ aduerſus iniuſtũ hunc poſſeſſorem iudicari debet,ſed etiam à iudice & in foro Eccleſiaſtico,tùm quod poſſeſſio de qua loquitur regula,vt & quæuis alia, intelligitur de poſſeſſione iuris & nõ facti *l.ſtipulatio ff.de verb.oblig.Bald. in l.*1.*C.de vſufructu.* tum etiam quod poſſeſſio iniuſta pro nulla reputatur,*d. c. eum qui. Decius conſ.*169 ſicut non quæuis exhæredatio remouet filium,ſed ea quæ ritè facta eſt.*l. non putauit.ff.de bon.poſſ.contra tab.Rebuff de pac.poſſeſſ. n.*298. Quod maximè dicendum eſt,ſi manifeſtè conſtet eum non per oſtium,ſed per feneſtrã vt furem,ad beneficia ingreſſum eſſe. Nec magis mouet ſecunda obiectio, quia quod ibi præſcriptio defendit regulares,tacitus Epiſcopi & Capituli conſenſus,eiuſdemque patientia & ſcientia efficit,qui cùm contradicere potuit, & tamen videntibus oculis non contradixit, iuſtam dedit illis credendi rationem,quod conſentiebat.*Pannor.& gl. ibi.*& quaſi non vitioſã eorum adminiſtrationem approbabat, qua de re latius dicendi alio loco offeret ſe occaſio. Quod verò dicitur,tantum poſſe præſcriptionem,quantum poteſt priuilegium,tunc verum non eſt,cùm vel ſcandalum inde oriretur, vel Eccleſia læderetur,vel ſi is qui inſtituitur, non eſt capax beneficij.*Felyn.in c.accedentes de præſcript.*Neque pugnat,quod violentus & non canonicus poſſeſſor, aduerſus ſpoliatorem iuuatur:quia cùm poſſeſſio ſit facti,*l. quod vxor ff.de acq.poſſ.* iure infirmari nõ poteſt. Vnde ex contractu reprobato lex non impedit quo minus transferatur poſſeſſio.*l.*1.*§. adipiſcimur eo. ti. l. fundum ff.de fundo dotali.Bal.conſ.*478.*lib.*1. Vt enim affirmatiuè verum eſt,cauſas quæ transferendo domino ſufficiunt, eas & transferendæ poſſeſſioni ſufficere, *l.* 3. *§. Nerua eod. tit.* ita è contrario falſum non eſt,aliquas cauſas tranſlationi poſſeſſionis ſufficere,ex quibus tamen dominium non transfertur *d.l.qui bona.Alciat.ad l. quod meo n.6.eo.tit.*Nec obſtat, quod cum lex ſuper his,quæ facti ſunt fingat, potuit fingere poſſeſſionem traditam non fuiſſe, ſicut in poſtliminio fingit. Quia id canones in ſubiecto caſu noluerunt,ne maior aliqua turbarum & armorum daretur occaſio,dum quiſque ex interuallo,propria authoritate ſuum vindicare vellet,quod eſſet indecorum,*l. nullus C. de Iudæis l. æquiſſimum ff.de vſuf.*Sic nec illud quoque mouere debet,quod qui de facto epiſcopatum occupat,beneficium nominatis conferre tenetur. Etenim ne ex delicto ſuo lucrum capiat: in omnibus quæ ei grauia & odioſa ſunt, fingitur Epiſcopus, quemadmodum fur in omnibus pro poſſeſſore habetur, & clericus qui matrimonium contrahit, & ſi ob conſanguinitatem fortè ipſo iure nullum: cadit beneficio à quo in quantum in ſe fuit reddidit ſe alienum. *Reb. in prax.gl.*14.*de infirmo.benef.reſig.latè Tiraq.de vtroque retractu,§.*16.*n.*1.*cum ſequ.* Nec magis vrget, quod laicus præbendam obtinere poteſt, quippe quod conſiderandum eſt, præbendam dupliciter accipi. Primo pro quadam fructuum perceptione,à canonicatu ſeiuncta, quæ tametſi de rebus Eccleſiaſticis detur, non tamen ratione diuini officij, ſed pro labore aliquo temporali,de Eccleſia bene meritis conceditur, puta aduocato, procuratori aut ſindico,*c.poſſeſſiones* 12.*q.*2.eamque nihil ſpiritualitatis habentem,laicus meritò obtinere poteſt. Accipitur ſecundo,vt canonicatui coniungatur,& quia propter diuinum officium competit,beneficij verbo continetur,*c.fin.de præb.*nec à laico,vtpotè rei ſpiritualis prorſus incapace citra priuilegium obtineri poteſt. † Poſtremo non

non obſtat,quod de communi errore & bona fide dictum eſt:quia tametſi in rebus ſæcularibus,in quibus minus verſatur præiudicium, communis error excuſet:in beneficijs tamen & ſpiritualibus negotijs, in quibus omnia pura abſolutaque eſſe conuenit,& in quibus periculum animæ timeri poteſt,alio iure vtimur. *Iaſon ad d.l.Barbarius.*

REGVLA II.

Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit.

Circa hanc regulam vide ampliſſime Couarru. in relect. & Coler.ad C.fin de præſc.

1. *Titulus quid ſit.*
2. *Bona fides quid ſit.*
3. *Bona fides cur requiratur.*
4. *Dubitans an ſit bonæ fidei.*
5. *Poßidere qui propriè dicantur.*
6. *Bona fides in dubio præſumitur.*
7. *Bona fides an præſumatur abſque titulo.*
8. *Titulum poſſeßionis ſuæ quando quis oſtendere cogatur.*
9. *Mala fides vnde colligatur.*
10. *Bona fides an omni tempore ſit neceſſaria.*
11. *Mala fides ſuperueniens an vitiet præſcriptionē bona fide inchoatam.*
12. *Similis quæſtio præcedenti.*
13. *Mala fides poſt completam præſcriptionem ſuperueniens,an impediat eandem.*
14. *Ampliationes ad hanc regulam.*
15. *Rationes dubitandi.*
16. *Ratio decidendi.*
17. *Cauſis duabus concurrentibus potior conſiderari debet.*
18. *Lex dura quia ſcripta eſt,ſeruanda eſt.*
19. *Tempus neque inducit neque aufert obligationem.*

IN omni præſcriptione, titulus, bona fides
1. & continua poſſeſſio eſt neceſſaria. † Titulum voco cauſam poſſidendi iuſtificandæque poſſeſſionis, hoc eſt, qua defenditur cuiuſque poſſeſſio ab impugnatione alterius. Dicitur enim titulus quaſi titulus, à tuendo, quod factum authoris ſui defendat atque tueatur. Quomodo & apud politioris linguæ authores milites aliquando Tituli dicti ſunt. Vt ecce,ſi quis dubitet vtrum iuſtè poſſideam,aut ſi quis impugnet meam præſcriptionem & poſſeſſionem, quaſi iniuſta ſit, ego illi cauſam allego meæ poſſeſſionis,& iudico mihi talem rem ex contractu emptionis, donationis, permutationis, vel ex dote aut legato eſſe traditam. Tunc cauſa huiuſmodi iure probata,eſt mihi titulus,tuturque meam poſſeſſionem. Inſtituendæ enim fuerunt multiplicato hominum genere, cauſæ, ex quibus vnicuique liceret apprehendere, occupare,poſſidere, vt qui nullam ex his cauſis bona fide allegare poſſet,is certò ſciret nullum poſſidendi & præſcribendi ius ſibi competere. *vide Oldendorp act.claſſ.3.princ.& tract.de vſucap. ad pr.n.12.ad rub.Inſt.de vſuc.& 1.dec.reſp.4.n. 22.Treutl part.2.diſp.22.theſ.5.lit.e.* † Bona fi-
des eſt ſincera conſcientia in ſimplici illo puro 2.
& recto animo ab omni fraude,dolo, calliditate aliena,vnumquemque excuſans de ignorantia rei alienæ,quam vel tradit alij, vel accipit ab alio. *Treut.d.lo.th.6.pr.* Hæc eſt illa æquitas, humanitas & probitas, quæ alienæ rei vſurpationem non admittit, quæ vna facit vt inter bonos bene agi,& ſine fraudatione poſſit. *Cic.li. 3.offi.l bonæ fidei ff.de verb.ſignif.* Hinc nos bonam fidem præſtare, *l. ſi cum fundum ff. de contrab.emp.* negotium bona fide contractum, rem bona fide venditam & poſſeſſam dicimus. *l. res bona eo.tit.* Hinc bonæ fidei poſſeſſor appellatur, qui dolo fraudeque caret, ſcientiam rei alienæ non habet, & omninò ſe credit iuſta ex cauſa poſſidere, atque ab eo, qui dominus non eſt, quem tamen dominum eſſe credidit, titulum aſſecutus eſt. *l.quæcumque § fi.ff.de public.d l.bonæ fid.* Quare qui vel à fure vel à falſo procuratore rem emit alienam, certoque & explorata fiducia perſuaſum habet eam fuiſſe verè venditoris,ex æquo & bono agens,tum demùm bonæ fidei emptor eſſe dicetur. Quod ſi roges cur potiſſimum in hoc præſcriptionis tractatu fiat mentio bonæ fidei,quæ in omni negotio vbique neceſſaria eſt,cùm ab omni humana actione abeſſe debeat dolus malus? Reſponſum ei velim,non idcircò id fieri hic,quod in reliquis actionibus mala fides permittatur, aut quod poſſeſſores bonæ fidei appellemus ad differentiam illorum, qui per fraudem & rapinam poſ-
ſident. † Sed quod ius & conditio præſcri- 3.
ptionis potiſſimum ex bona fide dependet, & ad diſtinctionem eorum, qui ratione veri dominij,quod à domino in eos tranſlatum eſt, rem traditam tenent, quos verius dominos quàm poſſeſſores dixeris. Sic & contractus quidam ſunt bonæ fidei,quidam ſtricti iuris, non quod non vbique requiratur bona fides, *l. in omnibus negotijs de act.* ſed quod ob eorum frequentiam ac neceſſitatem, bona fides in ijs abundat,ita vt iudex in cognitione, poteſt habere rationem earum quoque rerum, quarum inter contrahendum nulla mentio facta eſt, ſi animaduertat inuicem alterum alteri ex æquo & bono præſtare aliquid oportere. *l. conſenſu d. t.* cùm tamen in ſtricti iuris contractibus, qualis eſt ſtipulatio,nihil poſſit quod non ſit expreſsè & nominatim conuentum. *vide Myn. ad § actionum Inſt.de act.l.quicquid.ff. de verb. oblig.* Econtra malæ fidei poſſeſſor dicitur non ſolùm fur & prædo,ſed omnis omnino qui prudens & ſciens rem alienam detinet, vel iure reſiſtente poſſidet, *c.ſi virgo 34 qu.5.* & vt Iuuena-
lis ait: † 4.

quem

——*quem diri conſcia facti,*
Mens habet attonitum,& duro verbere cadit,
Occultum quatiente animo terrore flagellum.

Sed quo loco cenſendus qui anceps animi hæret, iuriſque ſui incertus dubitat, magnæ eſt res plena contentionis, cùm enim dubitans in fide habeatur pro hæretico: *c.1. de hæret.* cùm dubitans de ſtatu ſuo perinde atque inhabilis foret, teſtari non poteſt: *Iſa in l. is qui. ff. de acq. hær.* cum dubitans vel de morte teſtatoris, vel de viribus teſtamenti, hæreditatem acceptare nequeat. *Bald. in l. cum antiquiorib. C. de iure de lib.* cùm dubitans eligere non poſſit, *idem in l. manifeſtiſſi. ff. de furtis.* cùm dubitans de mandato ſuo, id quod facit irritum facit, & ipſo iure nullum eſt, quod ſic ab eo peragitur, *Bart. in l. qui manumiſſi. ff de teſt.* ita quoque in dubio videri poſſet, quod qui dubitat præſcribere non poſſet. Tum verò ſunt, qui exiſtimant, *Bart. in l. ſed & ſi. §. ſcire. ff. de petit. hæred.* à principio præſcriptionis bonam fidem requiri, mediumque nullum, niſi fortè quo ad acquiſitionem fructuum, ſpectari poſſe. Sunt rurſum qui inchoandæ præſcriptioni dubitationem obſtare, currenti verò non nocere arbitrantur, *Bartolus in l. naturaliter ff. de acquirend. poſſeſſio.* Sed quia dubiæ opiniones poſtulant, vt ad mitiora deflectantur, & in meliorem partem accipiantur omnia, potiſſimum quidem, vt delicti præſumptio euitetur, *l. merito ff. pro ſocio.* quod vtique ex mala fide contrahi certum eſt: contrahi autem non poteſt, niſi animus nocendi adſit, *l. reſpicendum ff. de pœnis.* & quia ignorans, & dubitans, qui etiam propterea, quod in ſcientiam incertitudo non cadat, neſcire dicitur, *l. 1. ff. quis ordo &c.* non vno loco in iure noſtro æquiparentur, *d. l manifeſtiſſimi. C. de furtis.* ideo crebriore & benigiore ſententia receptum eſt, quod rem alienam à ſe poſſeſſam vſucapere, & vt bonæ fidei poſſeſſor præſcribere poteſt. *ſequitur Auctore nominatim referendo Treut. d. th. 6. ſub. lit. c. d. c. ſi virgo. Dd. in c. fin. de præſcr.* Quo pertinet quod ſicut renunciatio non trahitur ad ignorata *l. mater ff. de inoff. teſtam.* ita nec ad dubia: *l. vlt. C. de furt.* prout pluribus in hanc ſententiam adductis exemplis confirmat Iaſon *in l. quamdiu C. qui admittit.* Ideoque Baldus, *d. c. fin.* Malæfidei eſt, inquit, qui ſcientiam habet rei alienæ, & bonæ fidei poſſeſſor eſt, qui non ſcit (non dicit qui dubitat) eum eſſe dominum à quo accepit, ſed ignorat rem eſſe alienam. Sed hæc ita, ſi ſit iuſta ratio dubitationis, nam bona fides quæ requiritur, debet iuſta opinione niti, vt ſcilicet bona ſit cauſa cur putet, nec modò putet, ſed veluti credat, rem eſſe ſuam. Neque enim omnis ignorantia aut dubietas purgat flagitium, quin (vt ait Cicero,) *lib. 1. officior.* ſæpè cogitationem adfert iniuriæ: ſed ea quæ eſt iuſta, probabilis, non affectata, non craſſa aut ſupina, quæ ſcientiæ æquiparatur. *v. Gail. 2. obſ. 48. per tot. c. eos, de temp. ordinat.* Quid enim ſi de iure ſuo ſtatim certus eſſe poſſit? quid ſi relectis inſtrumentis proprijs, ius alienum incontinenti queat cognoſcere? *Fely. in d. c. fin.* Huic tum verè & iuſtè dixeris, quod nemo ius ſuum relinquere debet indiſcuſſū, *l. illud. ff. de pet. hær.* quod dictum neſcio quo & quàm malè in contrariæ ſententiæ aſſertionem trahi atque deflecti ſolet. Certè hæc mentis facula quā Dei munere accepimus, ita bona fide colenda & exercenda eſt, ne aut ſentibus, aut lapidibus, hoc eſt, prauis pernicioſiſque cupiditatibus & rerum alienarum occupationibus obruta præfocetur, & dum ſuum eſſe exiſtimat, quod cognoſcere poteſt ad alium pertinere, in proximi fortunas irrumpat, & legem naturæ de honeſtate viuendi, de non lædendo proximo, de tribuendo cuique ſuum, grauiſſimè offendat. Supina dumtaxat & ſtulta dubietas hæreticum facit: *Fely. in d. c. 1.* adire, & auaro animo veluti appetere hæreditatem eius de cuius morte aut tabulis dubitatur, improbum eſt: *l. is. poteſt l. qui hæreditatem ff. de acq. hæred.* teſtatorem de ſtatu ſuo non dubitare, ſed certum eſſe conuenit, quod in tanta incertitudine nulla quies animi eſſe poteſt, quæ tamen in teſtamento requiritur. *Conanus l. 9. c. 4. n. 3.* Et quod dubius eligere non poteſt, inde fit, quod electio debet eſſe cum intellectu, qui non eſt in dubitante, *Bald. in d. l. manifeſti.* æquumque eſt eum qui de mandato ſuo dubitat, nihil agere, ne cum eo contrahentes, decipiantur.

Poſſeſſor. Non dicit Pontifex detentator, ſed poſſeſſor. Poſſeſſores enim præſcribunt, detentatores non præſcribunt. Poſſidere autem & tenere vel detinere etſi ſubinde diuerſis iuris locis confundantur: propriè tamen non ſola voce, ſed & effectu quoque diſtinguuntur. Poſſident enim qui cogitatione dominij rem tenent, vt ſe dominos rei eſſe contendant, aut ſaltem vt fiant aliquando domini. Sed qui detinent, occupant quidem illi rem corporaliter, & ſi per mille annos detinerent, nunquam domini efficerentur, *latè Zaſius ad l. qui bona n. 4. ff. de acq poſſeſſ.* tenet etiam rem furioſus, infans, dormiens, hoſpes, amicus, quia corpore incumbunt rei, ſed propriè non poſſident: quia vel omni affectu carent, vel nullum ſe ius in ea re habere contendunt. Sic fructuraius, colonus, procurator, nullo modo poſſident, ſed habent & tenent dumtaxat. *vide Gail. de pign. ob. 6. n. 7. & ſeqq. & 1. ob. 5. in fin. j. reg. ſeq. n. 2.* Quæ nuda, & ſine iure corporalis occupatio, præſcriptionem non parit *l. certè ff. de preca.* Nec magis præſcribunt eiuſmodi quàm creditores, cōmodatarij, depoſitarij, vaſalli, emphyteutæ: quia vel bona fide carent, vel cogitationem dominij acquirendi non habent. Poſſeſſores autem (quales eſſe conuenit eos, qui volunt præſcribere) dici non poſſunt. *Conanus li. 3. cap. 10.*

Malæfidei. Bona fides, quæ omninò ad præſcriptionem iure requiritur, præſumitur in dubio, niſi contrarium probetur. *vi. Menoch. 3. præſ. 130. & 2. arb. 225. vid. i. ad reg. 56. n. 1. & ſeq.*

*ſeq.l.penul.C.de euictionibus.*Nam cùm quilibet naturaliter præſumatur bonus,*c.dudum de præſump.*nec vnquam capitur præſumptio delicti. *l.merito ff.pro ſocio.*mala fides verò peccatum eſt dolo commixtum: vtique is qui dolo dicit factum aliquid (inquit Vlpianus) *l. quoties §. qui dolo ff.de probat.* dolum admiſſum probare debet. Adeò vt in ea ſententia ſint plerique, vt exiſtiment etiam eum, qui abſque titulo poſſidet, præſumi bonæ fidei poſſeſſorem. *Bar.in l.Celſus n.7 ff.de vſucap.*Sed alij contra titulum tantopere neceſſarium eſſe contendunt, vt nulla introduci poſſit bonæ fidei præſumptio abſque titulo, *Inno.& Bald.in c. per tuas de Teſti.* quod & ſibi quoque alibi contrarius Bartolus exiſtimauit, *in l. vl. C. vnde vi.* propterea quod(vt ait Iuſtinianus)*d.l.vlt.*omnes ſcire debent quod ſuum non eſt, hoc modis omnibus ad alios pertinere. Quomodo Demoſthenes furi reſpondenti,neſciebam quod tuum eſſet, at tuum non eſſe ſciebas obiecit: Didacus Couarruuias *libro relectionum in Commen. ad hoc cap.*primam ſententiam ſequitur,ſed rationibus non adeò firmis,quin facilè reſponſionem admittere videantur,nam in exemplis, quæ adducit,ſi quis ea diligenter perpendat, non difficili negotio cognoſcet,titulum aliquem ſubeſſe,quantumuis primo conſpectu non appareat, aut certè immemoriale vel antiquum tempus concurrere debet vltra ordinariam præſcriptionis metam. Quæ temporis antiquitas, titulus quidem non eſt,ſed titulum aliquem interceſſiſſe fingit,aut ſaltem præſumit,*Dd. in c. illud de præſumpt.*ideò quod ex tanti temporis lapſu facilè inducitur obliuio tituli etiam iuſtiſſimi præcedentis *conf.D.Peck.ti. de amortiz. c.* 29. *Gail.*1*.obſ.*21*.n.*15*.verſ .idq.& ob.*85*.n. 6. &* 2*.ob.*52*.n.* 23*. & ob. vl. in fi. l. peregrè de acqui. poſſeſſ.*Sed quod iuſtæ antiquitati lex concedit, id indiſcriminatim aliò extendere, & ad communem præſcriptionis 30.annorum terminum porrigere,oppidò durum eſt:quia quod de vno dicitur,de alio negatur,*c.nonne de præſumption.* & caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*conf.Gail.*1*.obſ.*35*.n.*10*.ver. & reg. & obſ.*131*.n.& de Arreſt.c.*11*.n.*1*.verſ.quicquid l.commodiſsime ff.de lib. & poſth.*

Igitur exiſtimo,iure ſaltem Pontificio, quod hic tractamus, & reſpectu antiqui domini aut poſſeſſoris bonam fidem abſque titulo non præſumi,vt grauibus admodum argumentis oſtendit Imol.*in c.fi.de præſc.* † nisi vel abiectarum
7. viliumque rerum ſit poſſeſſio, quarum acquiſitionis cauſam facilè obliuioni tradimus, *Dd. ad l.cum in rem ff.de probat.& in l. ſi certis annis C de pactis & in l.penul. C. comm. diuidundo.* vel niſi diuturnitas,aut antiquitas temporis concurrat, vel legitima accedat credulitas præſcribentis,veluti quod à fide dignis,eam rem quam poſſidet maiorum ſuorum fuiſſe intellexit, aut alio aliquo iuſto titulo ad ſe eã pertinere audiuit,vt idipſum quod cerdit verum eſſe, loco tituli ſurrogari queat. Vnum tamen obſtare videtur, quod regulariter nemo compellitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. *l. cogi. C. de peti.hæredita.*† nam quod clericus poſſeſſor beneficij ad inſtantiam iudicis interrogantis cogatur titulum ſuæ poſſeſſionis declarare: ſpeciali iure ob periculum animæ, & ſcandali publici euitationem receptum eſt. Atqui hoc non mouet,quia ad præparationem iudicij, reus titulum,ſeu cauſam ſuæ poſſeſſionis dicere non tenetur,ſed ad commodum ſuum & ad victoriam obtinendam defendendamque poſſeſſionẽ tenetur. *Caſtr.ad d.l.cogi.verſ.in.gl.pri.*Sed cùm is qui ſe præſcripſiſſe dicit,probare debeat poſſeſſionem, cur non etiam bonam fidem, quæ æque neceſſaria eſt præſcriptioni, probare debet?quia poſſeſſio plus facti habet, & in occupatione corporali potiſſimum conſiſtit. *Gail.* 2. *obſ* 129*.& obſer.*152*.ſub.nu.*9*.l.l.poſſeſsio.& ibi Alciat. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ea verò quæ facti ſunt,lex non præſumit,ſed probari debent.*Gail.* 2*.obſer.*13 *n.*3.4*.& ob* 71*.n.* 4. Mala fides verò ſolo animo potiſſimum continetur. Ideoque præſumitur ignorantia rei alienæ vbi ſcientia nõ probatur.*l verius.ff de prob.c.præſumitur.j.eo.* Illud tamen hîc animaduertendum eſt non ſufficere præſcribenti coniecturam bonæ fidei, quam facit lex,niſi proponatur & allegetur. *v. Gail.*2*.obſ.*48*.per tot.& præſertim n.*31. 32. 33. *D.Peck.j.ad reg.*47*.n.*3*.l.ſi adulterium ff.de adulter.* Eaque eſt ratio quod aduocatos, qui ſæpe grauiter labuntur,& enormiter errant,admonere ſolẽt Interpretes.*Angel. in l.ſuper longi. C. de præſc.longi temp.*iuris,ne omittant hanc allegationẽ bonæ fidei,niſi à cauſa cadere velint.Quia (vt ait Franciſcus Baldus)*ad.l. Celſus n.*4*. ff. de vſucap.* Præſumptio bonæ fidei exurgit ex præſumptione ignorantiæ iuris, aut facti alieni, *d. c ſi virgo.*in quo facto etſi præſumatur ignorantia,*d.l.verius.* eius tamen allegatione opus eſt, *Alexandr.ad l.qui bona §.de illo ff. de damno infecto.* & vbi præſumptio ex facto actoris vel rei prouenit, licet ſufficiat libellum præſumptiuè concludere, debet tamen allegari.*l. omnes §.Lucius ff.de his quæ in frau.* Sic licet cauſa præſumatur ex antiqua ſolutione,debet tamen allegari.*Dd.in l.cum de in rem.*Sic licet ex poſſeſſione præſumatur dominium,tamen præſumptio alleganda eſt.*Bart.in l.rem alienam ff. de pi. act.* Sic quamuis iudex ſupplere poſſit in notorijs:intelligitur tamen ſi allegetur: *Anth.de Butrio in cap.bonæ memo.* quia etiam notorium, & ſi probatione non egeat, allegari tamen debet.*vide omnino Gail.*2*.obſ.*46*.n.*9*.& ſeqq. &* 1. *ob.*124*.cir.fi.&* 1*.P.P.*11*.n.*28*.& ſeq.Cle.appel. de appel.* Et in ijs, quæ commodum priuatum ſpectant iudex non ſupplet niſi petatur, *l.* 1*. ff. de da.inf.Gail.obſ.*55*.n.*6*.& ſeqq.& ob.*50*.n.* 4*. & ſeqq.& d.obſ.*46*.ſub.n.*13*.D.Peck.de iur.ſiſt. c.* 16*.n.* 3.beneficiumque legis hanc interpretationem habet, ſi quis eo vti velit,ad quam rem declaratione animi opus eſt, quod late

8. (margin, beside "poſſeſſor beneficij")

aliquan-

aliquando tradidit Tiraquellus, *in l. ſi vnquam ad verbum reuertatur. C. de reuoc. dona.* lex quę hac in re probationem in contrariū admittit, præcedentem allegationem neceſſariò præſupponit, *Fely. in c. cum ordinem de reſcript.* quam etiā tunc fieri poſſe crediderunt omnes poſtquam in cauſa concluſum eſt: & quando conſultatio vel reſponſum iuris iudici exhibetur. *Alexan. in d. l. ſi adul. Bald. ad. d. l. Celſus num. 8.*

Excipitur tamen, ſi tempus immemoriale concurrat, vel ſi ex actis colligi poteſt, bonam fidem quantumuis tacitè, propoſitam eſſe: ceſſat enim his caſibus allegationis neceſſitas, *Inno. & Bald. in d. cap. ſi diligenti.* cùm in pleriſque iſtiuſmodi eadem ſit ratio taciti & expreſſi. Non ignoro in diuerſam partem receſſiſse Panormit. *in d. c. vlt.* exiſtimantem allegationem bonæ fidei non eſse neceſſariam, propterea quod ea, quæ videntur eſse intrinſeca, neque probanda neque alleganda ſunt, *l. ſciendum ff. de verb. oblig.* ſed quod iudex ipſe ex officio ſuo hanc præſumptionem iuris ac legis cuius miniſter eſt ſequi debet, cum ea præſumptio liquidiſſima probatio appelletur. *vide Gail 2. obſeruat. 97. num. 6. verſ. & huiuſmodi.* Sed nō ideò à communi opinione recedendum puto, nam & lex beneficia ſua circumſcriptis, exhæredatis, præteritis, mulieribus, adoleſcentibus, concedit, *l. tutor. C. de peric. tut.* Ita tamen ſi ea allegent & proponant. Adde quod licet in his, quę meri iuris ſunt. Iudex nonnunquam ſupplet, vtpotè cùm videt quartam iure naturæ debitam detrahendam eſse, *c. Raynutius de teſtam.* tamen cùm quis deceptus eſt, cùm iniuſtè exhæredatus dicitur, cùm bona fides præſumitur, hæc omnia quid amplius ex facto habent, allegationeque indigent. Rurſum quod intrinſeca præſumantur, ſcimus, quod alleganda nō ſunt, non credimus, & an bona fides intrinſecum ſit præſcriptionis, cū Felino dubitamus *in d. c. vlt.* Cùm igitur bona fides præſumatur, malam fidem ex indicijs & coniectionibus colligi conuenit. † Coniecturæ autē ſufficientes hæc pu-
9. tantur eſſe, ſi poſſeſſor extra iudicium, etiam parte abſente, dixerit ſe ſcire fundum eſſe alienum, *Bart. in d. l. Celſus.* quia nemo exiſtimādus eſt, dixiſſe quod non mente agitauit, *l. Labeo ff. de ſuppell. leg.* & verum eſſe creditur, quod quis contra ſe confitetur, *l. cum te. C. de tranſact. l. generaliter C. de non numer. pec.* Et in his quæ ex animo vnius pendent, præſentia partis non requiritur. *Bart. in d. l. Celſus §. ſi quis ff. de confeſſis.* Item ſi vicinus erat emptor. In vicinia verò fama fuit rem non eſſe venditoris, nam vt cognati ſcire præſumuntur facta cognatorum, *l. octaui ff vnde cog.* & vxor præſumitur ſcire facta mariti, *D. Peck. 1. de teſt. coniug. 34. n. 6. & c. 38. n. 4. Corneus conſ. 144. lib. 3.* ita & vicini pręſumuntur ſcire facta, poſſeſſiones, & iura vicinorum quæ ad eorum notitiam communiter ſolent peruenire, *D. Peck. ad l. 7. de incend. rui. nauf. c. quanto de præſumpt.* vel ſi contractus clā factus eſt, *l. non intelligitur ff. de iur. fiſc.* quia qui malè agit odit lucem. *c. conſuluit de offic. delegati.* Clàm autem dicitur fieri: cum ita fit ne ei cuius ſcire intereſt innoteſcat. *l. 2. C. de his quæ ex publi. ration.* Aut cum per interpoſitam perſonam, dum de re prohibita ei acquiri agitur, aliquid comparatur, *conſ D. Peck. ad c. cert. n. 1. & num. 8. l. penu. C. quod met. cauſ.* vel ſi à coniuncta perſona, quæ vel crimen admiſit, vel iam fugæ ſe accinxit, quiſpiam quid acceperit, *l. data C. de dona.* Idem eſt ſi contra iura rem comparari vetitā, ſeu à perſona quæ alienare eam non potuit, aut ab eo quē adoleſcentem ſciuit pecuniam acceptam in ſcorta impenſurum, *l. ſi quis ff. de vſucap.* mercatus eſt, de quo paulò inferius dicetur. *c. qui contra inf. eod.* Aut ſi pendente præſcriptione impetret priuilegium: quo caſu de iure ſuo videtur diffidere. *c. veniens. de præſc.* vel ſi appareat de antiquiore poſſeſſore, & huius poſterioris recentiſſima ſit poſſeſſio *c. licet de prob.* Aut denique ſi legitima interuenit denunciatio, vt quia vel ab ipſo domino vel à viro fide digno ei denunciatum eſt, quod res non erat venditoris. *l. ſi fundum C. de rei vendic.* quia bono viro credendū fuit, *gl. in l. Titio ff. de condict. & demonſt.* & ipſe ius ſuum non debuit relinquere indiſcuſſum. Nam & ſi Cicero reſponderit, neruos ſapientiæ eſse non temerè credere: tamen (vt ad Lucilium ſcribit Seneca) *Vtrumque vitium eſt, & omni credere & nulli*: modo tamen aliqua ſit probabilis ratio, cur denuncianti credere debeat, *Fely. in c. nihil de præſcript.* quia alioqui omnes contractus futuli aliqua denunciatione facilè impediuntur. Et propterea cautio eſt pro emptore, quod ſi quis denunciet ei, & ius aliquod ad rem habere iactitet, vt eundem authore iudice compellat infra breue temporis ſpacium ius ſuum tentare, ſub pœna perpetui ſilentij imponēdi, *Gail. 1. obſ. 57. n. 9. & obſ. 70. n. 27. l. diffam. C. de ingenuu.* Porrò autem de continuatione poſſeſſionis ſequenti capite dicemus.

Vllo tempore. Hic aperit ſe mare magnum, difficultas penè inextricabilis, nodoſa & ſubtilis quæſtio. † Quo tempore bona fides, quæ ad præſcriptionem neceſſaria eſt, debeat interuenire: ſcilicet an initio dum res poſſideri incipit, an in fine dum abſoluitur præſcriptio, an toto illo continuoque tempore, an denique poſt præſcriptionem perfectam & iam legitimo tempore completam. Sanè ad ius ciuile quod attinet, cœptæ poſſeſſionis tempus duntaxat inſpicitur, vt ſcilicet ſufficiat initium poſſeſſionis abſque vitio eſſe, *l. ſequitur §. quod ſi. l. iuſto ff. de vſucap.* etiamſi poſt inchoatā præſcriptionem rei alienæ ſcientia interueniat, *l. vnica C. de vſucap. trāsfor. manda.* ita quod in prima illa cauſa, quæ & iuſta, & legitima eſt cepta ſemel poſſeſſio, vno & continuo quaſi impetu, totius ſui temporis curriculum perficit, & ſuperueniens tanquam ex tranſuerſo mala fides non impedit quominus præſcriptio 10

ſuum curſum quem à bonis initijs ſuſcepit, conficiat.

Nam quod alibi ait Vlpianus, *in l.qui bona ff.de acquir. rer. dom.* bonam fidem in ſingulis momẽtis ſpectandam eſſe, non in initio: propterea eſt, quod illic quæritur de eo, quod ſeruus alienus bona fide poſſeſſus, quærit poſſeſſori. Quia cùm ſingularum rerum acquiſitarum ſingulæ ſint poſſeſſiones & præſcriptiones, à ſe inuicem diſcretæ & ſeparatæ: nõ multò aliter quàm annua debita, non vnum ſunt debitum, ſed ſingulorum annorum: ita quoque in ſingulis ſingularum rerum initijs, bona fides illic ſpectanda eſt. Sic & cùm idẽ Vlpianus alio loco ait, *in l. ſed & ſi leg. §. de eo. ff. de peti. hær.* nihil referre, ab initio quis doloſè verſatus ſit, an poſtea hoc facere cœperit: loquitur de acquiſitione fructuũ ad quã ſola bona fides neceſſaria eſt, & facilius lex ſeu legis miniſter manus porrigit in eiuſmodi negotijs, quàm in cæterarum rerum præſcriptione. *Fulgoſius ibi.* Atqui iure Canonico, cui cùm de re ad animã hominis (qui eſt Princeps huius mundi ſublunaris) & ad ſalutem pertinẽt agitur, ſtare conuenit: *c.nouit de Iudic.* omnis illa legum Romanorum diſpoſitio antiquata & concuſſa eſt, quo ſtatuitur, quod bona fides nulla temporis parte abeſſe poteſt, *Gail.* 2.*obſ.* 18.*n.*7.8.9 10.*Mynſ.*4.*ob.* 6. *Garc.de vlt.fi.iu.n.*37. *Connan.* 3.*com.* 13.*in fin.ne quidẽ per mille millia annorum, vt ait Zaſius con.*16.*n.*51.*lib.*2.*d.c.finali.* vt ſicut præſcriptionem interrumpi contigit, ſi poſſeſſio non eſt prorſus continua: ita etiam cadet præſcriptio, & ſi non omni tempore, tã ſcilicet in initio, quam in medio & in fine adſit bona fides. Nam hoc expoſtulare videtur æquitas & naturalis ratio, vt eadem ſit cauſa ſingularum partium temporis, quæ eſt totius.

11 † Maiorem verò dubitationem habet, an ſuperueniens bona fides abrumpat malam fidem præcedentem. Sanè vix eſt, vt ſemel concepta mala fides aliquo caſu aboleri, & ex poſſeſſoris animo euelli poſſit, præſertim cùm nemo poſſeſſionem ſuam ſibi mutare queat, niſi fortè (vt eleganter reſpondit Copus *in lib. de fructib.* 2.*c.*4.) hauſta ex lethæo flumine vnda, ſe veri Domini oblitum eſſe cauſetur, quem prius bene nouerat: Et certè præcedenti malæ fidei tempori, tempus bonæ fidei non coniungetur: quia extremum iuſtum eſſe conuenit, & poſſeſſionis principium potiſsimum ſpectatur, *d. l. ſequitur.*

12 † Sed quid ſi bona fide quis inchoauit præſcriptionem: cœpit autem poſtea mala fide poſſidere: nouiſſimè iterum redijt ad bonam fidem? In diuerſas ſententias abiere Bart. Abbas & Panormitanus. Ille enim *in d. l.naturaliter.* putat, impleri præſcriptionem non obſtante medio vitioſo, quaſi purgata ſit conſcientia medij tẽporis per extrema. Iſte verò, quem & Hoſtienſis & Baldus ſequuntur, *in d.c.vlt.* eum qui præſcripturus eſt, in nulla parte temporis conſcientiam rei alienæ habere voluit, & hanc opinionem, quam vetuſtiſsimi quique ſecuti ſunt, & quorum tantò maior debet eſſe authoritas, quantò magis ſemper legi adhæſerunt, *d. c.vlt.& c. vigilanti.* probabiliorẽ eſſe aſſerit vir doctus Æmilius Ferettus. *in l.*3.*num.* 23.*ff. de vſucap.* Sed hunc articulum ſuo more diligentiſſimè excuſſit Didacus Couarruuias, *dict. loco.* quem vidi non omninò à veteribus abeuntem, ſed Dyni commentationẽ & opinionem veluti mendoſam, & erraticam corrigentem.

† Denique illa quæſtio omniũ eſt maxima, an 13 poſt completã omninò bona fide præſcriptionem, vtetur poſſeſſor temporis iſta exceptione, aduerſus eum quem modò ſcit verum Dominũ eſſe, an pòtius de iure ſuo diſcedet, ne quid poſſideat alieni? Nam cùm non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatũ: *c.* 2. *l. eod.* cùm lex eſſe non debeat autrix peccati: cùm veritas ſẽper ſit erroris correctiua: vt meritò præſcriptum transformet in non præſcriptum: cùm omne quod non eſt ex fide, peccatũ eſt, *d.c.vlt.* cùm ſit tutius eam ſectari opinionem, qua animo conſulatur: cùm denique expreſsè deciſum ſit. *d.c.vigilanti.* quòd nulla antiqua dierũ poſſeſſio defendat malæ fidei poſſeſſorem, plurimis certè placuit quòd etiã poſt completam bona fide præſcriptionem, ſuperueniens rei alienæ notitia noceat. Sunt qui volunt, quod ſi putes bona fide præſcriptum, fas eſſe tibi ſemper retinere, ſin mentis ratio aliud tibi perſuadet ei eſſe obtemperandum, & eius præſcripto quod mala fide (vt tu opinaris) præſcripſiſti reſtituendũ. Alij *Conanus lib.* 3.*cap.* 13. rem ex lucratiua cauſa quæſitã ſi impleta præſcriptione notitia domini aduenerit, retinere nollent, & potius lucro ſuo cederent, quàm vero domino damnum adferrent. Contrà ſimpliciter alij aſſerunt, quòd quamuis Pontifices id maximè agant, vt animarũ ſaluti conſulant, hoc tamen accipiendum eſſe in his, quæ ad eorum ſcientiam referuntur. At poſtquam poſſeſſor præſcripſit, non eſt quod vltra inueſtigare velint, & nouas lites & nunquam finiendas controuerſias excitare, ſed conſcientiæ ſuæ eum relinquunt, qui iuſtum Dei iudicium non effugiet, *Alciatus de quinque pedum præſcrip. Panor. d. locis.* nam ſi iuſtè poſſidet, qui authore Prætore poſſidet, *l. iuſte ff. de acq. poſſeſſ.* multo maiore iuſtitia nititur, qui legis authoritate poſſidet, quæ ipſa rerum noſtrarum omnium domina eſt, & eas cui vult, & quando vult, atque ex cauſa aut aufert, aut tribuit, & tandem in tanta rerum humanarum incertitudine conſtituendum fuit aliquod extremum, in quo poſſemus conquieſcere, nam licet lex non probet, vt quis contra conſcientiam alterius rem retineat: tamen diſſimulandam hanc iniuriam, propter bonum publicum cenſet. *ſequitur hanc vltimam Authoris opinionem, eum referendo Treuth.d.theſ.6.ſub.lit.c.Gutier.*2.*pr.qq.* 1.*n.*24. Interea etiam grauiſſimis argumentis Rebuſ-

Rebuffus *de pacificis poſſeſſ. n.*21. nec denunciationi Euangelicæ locum eſſe putat.

Præſcribit. Ideoque nec fructus ſuos facit. *l. eos. C. de vſucap.* Non dicit Pontifex *vſucapit*, ſed *præſcribit*, quod de vſucapione minoris temporis, nulla quaſi erat dubitatio, ſed de præſcriptione 30. annorum aut longiore dubitari potuiſſet, an malam fidem poſſeſſoris, negligentia Domini rem ſuam non repetentis, & tamdiu negligentis, ſuperaſſet. † Amplia primò hanc regulam, etiam ſi malæ fidei poſſeſſor authoritate ſententiæ tutus ſit: licet enim in ea opinione fuerint plerique, *gl. in c. paſtoralis ad ver. annal. de offi. ordi.* vt exiſtimarent, quod per errorem adiudicatum etiam à malæ fidei poſſeſſore præſcribi poſſet: eorum tamen cenſuram reprobat Bart. *ad l. electio ff. de morali act.* ſolumque noxalem cauſam excipit, *l. qui fundum § qui bona ff. de vſucap. pro empt.* in qua cauſa noxali vel ſimili, licet ſeruus mihi detur pro noxa à non Domino, tamen ſi Dominus præſens eſſet, dare eum deberet, & propterea non videor propriè eſſe malæ fidei, licet ſciam eſſe alienum, qua de re plurima notant D. Anth. Cardinal. *ad d. c. paſtoralis §. fin.* & Franciſcus Baldus *in lib. præſcri. 2. parte 3. parte princip. q.* 19. Amplia ſecūdò, vt procedat ſiue agatur de præſcribenda actione reali, ſiue agatur de præſcribenda perſonali. Quamuis enim iure ciuili longioris temporis præſcriptio tollat actionem realem & perſonalem, non attenta bona fide quæ in perſonalibus actionibus non conſideratur, *l. ſicut l. omnes l. cum notiſſimi C. de præſcrip. 30. vel. 40. anno.* ſicut & Bartolus *ad l. pignor. §. fin. ff. de vſucap.* ait, eum qui ſcit ſe actione tantùm perſonali teneri, malæ fidei poſſeſſorem non eſſe: crebriore tamen calculo receptum eſt, quod iure canonico ciuilis illa cōſtitutio eſt emendata. *vt Gail. d. ob.* 18. *ſub n.* 10 *Inno gl. Fely. Imola in c. fin. de præſcript.* Ille enim qui ſcit ſe debere vtique ſēper peccat, præſertim ſi eum aut dies, aut creditor ipſe, ſeu alius eius nomine interpellauit, *vt l. dolus ff. mand.* & quia ratio peccati, quę militat in præſcriptione actionis realis, non minus etiam in perſonali actione locum habet. Quod tamen quatuor modis limitat Felynus quem vid. *ad d. c. fin. & Baldus d. loco q.* 10. *& q.* 13. Amplia tertiò, quod ſtatuto fieri non poteſt, vt malæ fidei poſſeſſor aliquando pręſcribat. *Gail. d. obſer.* 18. *num.* 8. Vnde & quàm plurimis perſuaſum eſt, non valere, aut ſaltem in foro animæ non attendi ſtatutum, iuxta quod ſi creditor non petierit debitum infra certum tempus cadit à ſuo iure, vel quod vlterius non audietur *Fachinæus 1. controuerſ. 68. vide Vaſq. 2. illuſt. controuerſ. 76. Iohan. Andr. in cap. 2. de exceptionib. lib.* 2. Leges enim & ſtatuta, quæ permittunt præſcriptionem cum mala fide, nutriunt peccatum. Et ideò ſiue diſponant, ſiue fingant, ſiue per quæcumque verba loquantur: non poſſunt tollere naturalem rationem & iuſtitiam, ſeu ipſam veritatem, in qua Euangelicā denūciatio fundata eſt, adeò vt non obſtantibus his, ſemper ad Eccleſiam recurſus haberi poteſt, *Bald. in authent. ad hæc. Col. 3. verſi. ſed ponam quod ſtatuto de vſuris. Matth. not. fol.* 13. *Cumanus conſil.* 67. *Alexand. conſil.* 185. *lib.* 2. etiamſi à Principe fuerint confirmata, *d. Anton. in cap. peruenit. colum.* 27. *de cenſibus. Imo. conſil.* 27. exceptis tamen aliquot caſibus, quos dicto loco ex Felyno annotat Baldus *quæſt.* 14. A quo Baldo, etiam & alias quoque huius regulæ ampliationes ſecunda parte ſui tractatus facilè colligere poteſt. Ego rem planè ab eo diſcuſſam non exiſtimo eſſe refricandam. Amplia quartò, quod adeò requiritur bona fides, vt etiam in fauorem vniuerſitatis ſeu ciuitatis mala fides impediat præſcriptionem, tamdiu quamdiu ſupereſt vnus de vniuerſitate habens ſcientiam rei alienæ, & conſcientiam læſam. *Aymo de antiq. temp. part.* 4. *in princi. n.* 18. Quod & Bartolus affirmans his verbis ait, *ad l. poteſt pluribus. ff. de vſucap.* Sed quid ſi collegium vel ciuitas occupauit aliquam rem mala fide, quando hæc mala fides purgabitur? Reſpondeo mortuis hominibus his, qui ab initio ſciuerunt. Idque etiam & Socinus *conſi.* 187. *inci. controuerſia lib.* 2. & Corneus *conſ.* 22. *lib.* 3. ſequuntur. †. Porrò autem ratio dubitandi in hoc capite eſt multiplex. Et principio quidem 15
ex eo, quod Iulius Paulus ait, *in l. ſequitur §. ſi viam. ff. de vſucap.* quod ſi viam habeam per fundum tuum, & tu me ab ea vi expuleris, per longum tempus non vtendo amittam viam, & tu qui me vi expuliſti, libertatem aduerſum me præſcribes, quamuis is, qui per vim poſſidet, mala fide poſſidet. *§. quod autem inſtit. eodem.* Secundò ex eo, quod filius fam. cui contra S.C Macedonian. pecunia data eſt, & qui ſe verum debitorem agnoſcit, exceptione defenſus eſt, *l. qui exceptione de condic. indeb. & ibi. DD.* alienæque pecuniæ poſſeſſor manet. Tertiò ex eo, quod etiam ius Pontificium reſtitutionis in integrum beneficium certo tempore circūcludit, illudque coarctat, & præſcriptionem aduerſus illud inducit: cùm tamen is, qui vltra dimidium iuſti pretij aliquem decepit, bona fide verſari dici nō poſſit. *c.* 3. *de emptione.* Quartò ex eo, quod qui vitioſum equū aut librum comparauit, niſi intra ſex menſes redhibeat, ſua actione cadet, *tot. tit. de edilit. edict.* & malæ fidei venditor aduerſus eum pręſcribet. Quintò ex eo, quod ſi quis aliquem locum alieni Epiſcopatus ad vnitatem catholicam conuertat, & eundem locum triennio teneat, vlterius ab eo, licet ſciat alium eius loci Epiſcopum eſſe, non repetetur, *c. 1. de præſcri.* Sextò ex eo, quod ſi quis mandet Titio, vt emat fundum nomine ipſius mandantis, & Titius proprio nomine emit, quamuis mala fide verſetur, qui mandatum quod bonæ fidei eſt violat: in poſſeſſione tamen illius fundi contra ipſum mandantem defendetur. *l pignora §. fin.*

ff. de vſucap. Septimò ex eo, quod mala fides non impetit publicianam actionem, *l. & ſi generaliter ff. de noxal. act.* neque etiam iuris ciuilis conſtitutioni canones in eo derogare reperiuntur. *Bald. in l. ancilla verſ. ſed an ius canonicū C. de furt.* Octauò ex eo, quod ſi malæ fidei poſſeſſor non præſcribat, impunita manet negligentia domini rem ſuam non petentis, turbabunturque incerto modo ſemper rerum dominia, neque quiſpiam colere velit id, quod an retenturus ſit, ſemper dubitabit, nullusque finis erit litium, ob quam tamen ſolam rationem, præſcriptio bono publico eſt introducta. *l. fin ff. pro ſuo l. 1. ff. de vſucap.* Nonò ex eo, quod præſcriptio poteſt cauſari ex titulo inualido, *Bald. in l. ſolemnibus C. de fide inſtr.* ſed titulus inualidus eſt contra ius, & ſic bona fides deeſt. *d. l. qui contra.* Adde quod in vniuerſum videtur à legibus improbatum, ne quis vectigalia noua inducat, *C. noua vectigalia &c.* & tamen permittunt canones præſcriptionem in eiſdem. *c. ſuper de verb. ſignif.* Accedit etiam, quod omnis præſcriptio iuri naturæ aduerſari videtur: quia natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento locupletiorem fieri. *l. nam ff. de condict. indebit.* Cùm autem præſcriptio adijciat dominium alienæ rei, certè locupletior videtur poſſeſſor cum aliena iactura refragante æquitate. Secundò iuſtiſſima eſt iuris regula, Id quod noſtrū eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſe: *l. id quod ff. eodem* & in omnibus, *l. in omnibus ff. de actionibus* quæ dominium transferunt, affectus ex vtraque parte contrahentium concurrat neceſſe eſt, atqui in præſcriptione, regulariter nullum factum nulluſque effectus domini interuenit: ergo dominium ab eo auferri iniquum eſt. Prætereà, tempus neque conſtituere poteſt, neque tollere obligationem. *l. obligationum ff. de actionibus.*

16 † Dominium autē maius eſt obligatione: igitur abſurdum videtur, per tempus tolli dominium, cùm id quod minus eſt, videlicet obligatio, tolli non poſſit. Ratio verò decidendi eſt, quod nemo ex delicto ſuo lucrum vel fructum aliquem capere, & conſequi debet, *l. ſine hæreditaria ff. de neg. geſt.* at mala fide poſſidere eſt delictum, & quidem graue in furibus, raptoribus, & omnibus alijs iniuſtis. *Zaſius ad l. poſſidere §. item acquiremus num. 17. ff. de acq. poſſ.*

Præſcriptio autem non eſt introducta ad defendendam hominum malitiam, nec ad eum finem, vt alter alterius res vtcumque nactus, ſciens retineat & contrectet: verùm ad tuendam alterius innocentiam, eorumque defenſionem pertinet, qui ignorantes bonaque fide, & ex legitima cauſa poſſeſſionem alienæ rei acquirunt, quod frequentiſſimè accidere poteſt, *Copus in l. de fructibus dicto loco fol. 104. & 4.* vnaque etiam ad coërcendam negligentis domini ſocordiam inuenta eſt. Non obſtat quod primo loco, de præſcribenda libertate objicitur, quia omnis illa legum Romanarum, quæ eo pertinet conſtitutio, iure Pontificio antiquata eſt. Lex enim Pontificia exiſtimans peccatum eſſe omne id, quod non eſt ex fide, etiam in eo præſcriptionis genere bonam fidem deſiderabat. *Coraſius ad l. ſeruitutes n. 42. & 43. ff. ſeruitu.* Lex ciuilis autem hanc rationem præ oculis habuit, quod de via, hoc eſt, de ſeruitute viæ, mero iure quis non detruditur, cùm ſit res incorporalis, & ideò via vi poſſeſſa intelligi non poteſt. Tùm etiam exiſtimauit fauorabilem eſſe præſcriptionem, per quam res ad naturalem ſuam libertatē reducitur. *gl. in c. ſtatutum. ſupr. de præb.* Neque magis mouet, quod ſecundo loco de filiofam. dictum eſt. Quia odio delicti & fœneratorum id introductum eſt, vt ſcirent qui peſſimo exemplo fœnus exercent, vitæque parentum inſidias parant, nullius poſſe filijfam. bonum nomen fieri. *Pet. de VValdis ad d. c. ſi diligenti.* Poſſet tamen hæc ratio non ſatis firma videri ad excuſandum adoleſcentis conſcientiam, ideò quod creditor non dicitur peccare, cùm lex non reſtat omninò contractui, ſed petitioni tantùm, *Alciat. in cap. cum contingat n. 126. de iureiur.* vel quod etiamſi peccet (vt verius eſt) tamen non debet filiusfamilias peccatum committere, vt peccatum creditoris puniatur, *cap. verum 1. diſt. Imola ad §. ſi vero.* Quapropter & naturaliter obligatur, & ſi paterfam. factus ſoluit, non repetit ſolutum. *d. l. qui exceptionem.* Itaque eſt probabilius, quod ideò exceptione tutus eſt, quia in foro conſcientiæ non obligatur ad reſtitutionem ſic mutuo datæ pecuniæ ſi nolit, propter authoritatem legis, quæ eum in conſcientia à mala fide excuſat. *Ferrettus ad d. l. 3. n. 89.* Non eſt maioris momenti tertia obiectio, nam quod ille præſcribit aduerſus reſtitutionem aut reſciſſionem, qui alterum vltra dimidium circumſcripſit, bono publico inuentum eſt, vt litium aliquis eſſet finis, & vt hominum impudentia excitaretur, quo cautius mercari diſcerent, *gl. in d. c. vlt. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. d. loco.* neque ſanè concedendū eſt ei, cui ſemel integrum fuit ſe aduerſus ſuam ſimplicitatem reſtitutione iuuare, vt eadem neglecta, nouam quandam aduerſus duplicatam negligentiam poſtulet reſtitutionem, *c. ſi ſæpius de in integ. reſtitu.* licet me non lateat, nonnullos eſſe, qui exiſtimant, eo caſu iure canonico, non concedi præſcriptionem. Sed tamen communius arbitratum eſt, quod conſcientiæ ſuæ in ea re relinquitur, ferè etiam eodem ſpectat quartæ obiectionis diſſolutio, quia quod redhibitoriæ actioni præſcribit rei vitioſæ aut morbidæ venditor, eo priuilegio vtitur cum d. Antonio & Felynus. *in d. cap. fin.* non puto. Quinta dubitatio iuſta hac ratione diſſoluitur, quod argui non poteſt malæ fidei, is qui ciues deſidia proprij Epiſcopi, non quæ Chriſti ſunt, ſed ſua commoda quærentis, neglectos, ad vnitatem Eccleſiæ reuocat. Quin potiùs præmio dignus eſt: & alter ſupplicio afficiendus, de

dus, de

dus, de quo locutus eſt dominus, quod ſanguinem ſubditorum ex manibus eius requiret. Nihil enim vrget ſexta dubitatio: quia cùm bona fide vel à Domino vel à non Domino, quem tamen Dominum eſſe putauit, emit, licet fidem feſellit mandanti, aduerſus alios tamen rectè præſcribet: aduerſus mandantem non præſcribet: quin ad tradendam rem emptam mandati actione ab eo compelli poterit, *l. res ex mandato. ff. de acquirend. rerum domin.* Sic & Angelus. *Nota* (inquit) *diligenter quod licet procurator proditorio modo rem ſibi emat, quam emendam Domino ſuo ſuſcepit, ſit in dolo vero: tamē quia non committit dolum in habendo ſcientiam rei alienæ vſucapit illam rem, ſi venditoris non erat, & vſucapit eam ſibi, licet eam reſtituere teneatur actione mandati ipſi domino mandatori. in dict. §. ſi mandauero. l. pignori.* Reſpondeo ea quæ ex Iulio Paulo. *l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquirend. poſſeſſ.* relata ſūt, ita accipi atque intelligi oportere, ſi procurator nomine proprio emit, neque is, qui vendidit id egit, vt mandatori poſſeſſio aut dominium quæreretur, nullam fortè mandati notitiā habens. *Angelus. Raphael. Caſtrenſis in dict. §. ſi mandauerò.* Cæterùm ſi procuratorio nomine emit, ſtatim re tradita Dominium aut vſucapiendi conditionem mandatario acquiret & non ipſe ſibi, ſed Dominus præſcribet.

Porrò autem ad ſeptimam dubitationem quod attinet: non dicit Africanus malam fidem publicianæ actioni obeſſe non poſſe, ſed quod ſi alieni ſerui nomine qui tibi iuſta ſeruitute ſeruiret noxali tecum egerim, tu eum noxæ mihi dederis, exceptionem doli aduerſus Dominum me habiturum ſi me poſſidente Dominus eum vendicet, & litis æſtimationem, cùm conſtat ſeruum verè deliquiſſe non offerat. Aut ſi ad Dominum ipſum peruenerit, habiturum me contra eumdem Dominum publicianam actionem, quamuis ſciam illum ſeruum eius eſſe. Licet enim regulariter publiciana in rem actio contra Dominum non detur: *l. fi. ff. de publi. in rem act* excipitur tamen caſus ſupradictus. *gloſſ. ibi.* Nam alioqui (inquit) ſumma iniquitate bonæ fidei poſſeſſor à quo ſcil. accepi, & qui noxæ tradidit afficeretur, ſi cum ipſo iure noxalis actio mihi aduerſus eum competeret, neceſſitas ei imponeretur, vt litis æſtimationem poſtea ex regreſſu ſufferat. Adde quod (vt Baldus, *ad d. l. generaliter.* ait) licet habeat ſcientiam rei alienæ, non tamen eſt malæ fidei, quia Dominus in cauſa noxali ad idem tenetur. Quod latius explicans Coraſius, *ad d. l. ſeruitutes* 4. *n.* 33. *de ſerui.* reſpondet quod cum ipſe verus Dominus ad æſtimationem damni, vel ad dandum ſeruum pro noxa teneatur: certè is cui ſeruus à bonæ fidei poſſeſſore adiudicatus eſt, videtur à Domino cauſam habere. Potuit enim ante ſeruum vendicare Dominus, litis æſtimationem offerendo. Quod cùm non fecit, conſentire videtur, vt ſeruus pro noxa habeatur. *l. alienationis ff. de verb. ſignif.*

Sed nec octaua mouet dubitatio, quia quando ad aliquam rem duæ cauſæ concurrunt, tunc ea potius conſideranda eſt quæ præualet. 17
† Atque potius eſt, vt poſſeſſor malæ fidei, quod alienū eſt reddat, & conſcientiam ſuam purget, quàm quod negligentia Domini puniatur, qui vel hoc ipſū pro pœna habet, quod tanto tempore re ſuā caruit, & fortaſſe nunquam fructus ab inope poſſeſſore recuperabit, cùm inanis ſit actio, quam excludit inopia debitoris. *l. nam. & is ff. de dolo.* Porrò quod ex titulo inualido cauſetur præſcriptio, non aliter verum eſt, quàm ſi eiuſmodi titulo lex non aduerſetur *l. non dubium C de legib.* Et quod de vectigalibus dicitur, euidentem rationem habet: quia ex concurrentia immemorialis temporis, ſatis videtur communis conſenſus acceſſiſſe, qui conſenſus purgat legis prohibitionem, in fauorem populi emanantem. Poſtremò nihil minus verum eſt, quàm quod præſcriptio iuri naturæ repugnat. Quia id ius quod ex præſcriptione naſcitur, iuſtitia plenum eſt, ſoletque ius naturæ interpretationem aſſumere ex ratione moderatrice, quæ & ipſius iuris naturæ portio eſt, *Didacus d. loco n.* 5. Lex dura quidē, non tamen eſt iniqua. † Expedit enim diligentiam dominorum ad res ſuas conſeruandas excitare, earumque amittendarum metum inijcere, & in eo ius naturæ non violauit ſed auxit. Eſt etiam hæc vox naturæ iuſtiſſima. 18
Salus populi ſuprema lex eſt, & tantū abeſt quod reclamet natura, vt omni ſupplicio dignos exiſtimet negligentes qui non obtemperant patrijs legibus. *Canon. cap.* 1. *lib.* 7. *in fin.* Nec mouet quod res noſtræ ſine facto noſtro à nobis non abeant: quia lex præſumit eum qui tanto tempore rem ſuam negligit, conſentire in perpetuam eius alienationem. *l. alienationis ff. de verb. ſigni.* Denique ieiuna eſt hæc collectio, tempus non producit vel aufert obligationem vel dominium: præſcriptio fundatur in tempore: ergo eſt iniuſta; † quia lex quæ ait tempus non auferre aut inducere obligationē, 19
non loquitur de tempore præſcriptionis, ſed de tempore à contrahentibus definito. Neque hîc dicimus ſufficere nudum tempus, ſed requiritur ex legitima cauſa traditio, ex traditione poſſeſſio, ex poſſeſſione præſcriptio. Neque etiam mouere nos debet, quod alibi ait Iuſtinianus, *in d. aut.* impium eſſe præſidium præſcriptionis, nam id intelligitur vel de præſcriptione ex mala fide cauſam habente, vel de ea quæ minor eſt centum annis, aduerſus Eccleſiam Romanā, *vid. omnino Argentræum ad Conſuet. Brit. tit. des appropriances pag.* (*mihi*) 804. *& ſeqq. Vaſq.* 2. *illuſt. cont.* 52. *Ferr. d. l.* 3.

REGVLA III.

Sine poſſeſsione præſcriptio non procedit.

1. *Poſſeſsio eſt cauſa vſucapionis.*
2. *Poſſeſsio quid ſit.*
3. *Poſſeſsionum quot ſunt ſpecies.*
4. *Poſſeſsio an debeat eſſe continua.*
5. *Præſcriptio quibus modis interrumpitur.*
6. *Poſſeſsio quomodo probatur.*
7. *Ampliationes ad hanc regulam.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Ratio decidendi.*

IVlius Paulus lib. 3. ad edictum. Nunquam (inquit) nuda traditio transfert dominium, ſed ita ſi venditio aut aliqua iuſta cauſa præceſſerit, propter quã traditio ſequeretur *l. nunquam nuda ff. de acqu rer. dom.* Quibus verbis indicat; quod vt quis rei alicuius verum & legitimum dominium aſſequatur, neceſſariò requiri iuſtam cauſam, hoc eſt, titulum aliquem legitimum, & iuris authoritate comprobatum. Nec dicat quiſpiam ſuperfluè id requiri, cùm ſi nulla cauſa adſit, præſumatur donatio: *l. Campanus ff. de oper. libert.* quia ſolùm eo caſu procedit, quoties conſulto data eſt, *l. cuius per errorem ff. h. tit.* In dubio autẽ receptius eſt, vt tali caſu error præſumatur. *Alc. in l. traditionibus n. 45. C. de pactis.* Tum etiam requiritur traditio, quæ vires aſſumit ab eius, qui tradit, voluntate, adeò vt neque ſola traditio, neque ſola voluntas ſufficiat, ſed requiratur vtriuſque quaſi concurſus. *Conanus lib. 3. cap. 7. n. 1.* Et cui ſcienti, læſaque conſcientia recipienti à nõ domino facta eſt traditio, ea accipientẽ nõ cõſtituet iuſtum poſſeſſorem: quia ex legitima traditione dumtaxat legitima emergit poſſeſſio. Sic & in præſcriptione vſu venit. Nam vt quis iuſtè præſcribat & titulum de quo primo capite, & bonam fidem, de qua ſecundo capite, & traditionem ſeu poſſeſſionem, de qua hoc tertio capite huius tit. agitur, habere debet. Vnde ſi quis fuiſset ſpoliatus re poſſeſsa, præſcriptio inchoari ab illo tempore non poſset, quoniam ſine poſſeſſione non procedit, *Pauor. conſ. 3. lib. 2. Anchor. conſ. 157.*

1. † Verius eſt ergo poſſeſsionem cauſam eſſe vſucapionis, *Alc. in rub ff. de acq. poſſ. n. 2.* quæ nihil aliud eſt quàm capio, id eſt, acquiſitio, quæ fit per vſum, id eſt, per poſſeſsionẽ, *l. quæſtio ff. de verb. ſignif.* Ita vt vſu, poſſeſsione, & tempore, rem alienã ſic præſcribamus, vt de ea deinceps ſecuri eſſe poſſimus, ſicut & Cicero præſcriptionem vocat, ſollicitudinis & litium finem. Porrò cur tantopere & peculiariter rerum dominia præſcriptione non aliter acquiri hoc loco definiant Pontifices, quod in alijs acquirendi dominia generibus non eſt: non obſcuram & inelegantem rationem habet, nempè quod in acquiſitione quæ fit per præſcriptionem, maior eſſe poterat dubitatio: quia negligentia Domini pro iuſta & legitima cauſa: præſumpta verò voluntas, rem ſuam pro derelicta habere volentis, *l. alienationis ff. de verbor. ſignificat.* ei pro bona fide eſſe videbatur.

Poſſeſsione. Longè aliud eſt (inquit Vlpianus. *in l. ſi quis ante §. 1. ff. de acq. poſſ.*) poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe. *vid. ſupr. reg. prox. verſ. poſſeſſor.* Nam cuſtodiæ cauſa, amicus, hoſpes, procurator, creditor, in poſſeſſione eſt, qui tamen non poſſident aut præſcribunt, ſicut aliud eſt acquiſitio, aliud retẽtio poſſeſſionis. *Didacus Couar. in ca. proximo. §. 1.* poſſeſſionem alij aliter definiunt. † Quidam enim eam vocant *Corporalem rei detentionem, iuris effectum producentem* 2.
vtique vſucapionem fructuum acquiſitionem, & ſimilia. Alij poſſeſſionem rei corporalis detentionem appellant. *Duar. lib. 1. diſputa. c. 18.* Alij vocant ius quo res aliqua tenetur. *Alex. & Are. in d. l. 1.* A quibus non longè receſſit Bart. *ibi.* qui poſſeſſionem eſſe ait, Ius inſiſtendi rei non prohibitæ. Cuius finitio ſi tam candido pectore perpenderetur, quàm nouandi & carpendi alio vellicatur; non tàm mala videretur quàm à quibuſdam eſſe exiſtimatur. *Latè Didacus ad c. poſſeſſor in init. num. ſupr. eod.* Omniũ ſimpliciſſimè, & veriſſimè Mõdeſtinus, poſſeſſionem appellauit vſum, & quicquid apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere. *l. quæſtio ff. de verb. ſignif.* Non quin dominus fundum ſuum poſſideat, eiuſdemque proprietatem habeat, & poſſeſſionem; ſed illa poſſeſſio in domino vix attenditur, cùm ſit pars dominij cui accedit, cenſeturque totum ius fundi à proprietate tanquam à principali. Ideò neque quemque propriè appellamus poſſeſſorem fundi ſui, ſed dominum. Cõtrà vocamus eum poſſeſſorem, qui alienis vtitur fruiturque: quia in ijs præter poſſeſſionem nihil habet. *Conna. lib. 3. c. 8. n. 2.* Et ideò plerique vocant poſſeſſionem, vſum à iure & proprietate ſeparatum. *Alciat. 1. loco.* Deinde verò cùm dicimus poſſeſſionem vſum eſſe: intelligimus vſum nomen generis eſſe, quia poſſumus vti etiam citra nomen poſſeſſionis. Veluti iure familiaritatis. *l. qui iure ff. de a q. poſſ.* vel amicitiæ. *l. 1. ff. de obſeq.* vel facultatis, *l. 1. ff. de via publica. Alciat. in l. de quinque pedum præſcript.* Cæterùm quotuplex ſit poſſeſſio certatum eſt ſententijs. † *Ioannes duas eſſe ſpecies tradidit: Ciuilem & naturalẽ.* Probauitque hanc ſententiã plurimis argumentis hic Dynus, cuius ſententia communiter recepta eſt. *At Placentinus & Azo vnam eſſe dumtaxat poſſeſsionem exiſtimarunt* argumentis adeò probabilibus, vt doctiſſimos quoſque traxerint in ſuam opinionem. Malo hic Alciatum *in l. 1. num. 2. ff. de acquirend. poſſeſſion.* ſequi, & non arbitror operæprecium eſſe hac in re plurimum inſiſtere, quandoquidem conten- 3.

contentio hæc magis in verbis quàm in re ipſa eſt. Nam nec Azo negat ciuilem eſſe poſſeſſionem, ſed ait ſpeciem à naturali ſeparatam non eſſe, ſed potius qualitatem, & differentiam non reſpectu ſubſtantiæ, ſed reſpectu affectuũ dumtaxat. Non videtur autem diuerſitas effectus diuerſitatem ſpecierum arguere. nam in profeſſo eſt, quod mulier fœcunda & mulier ſterilis, ſpecie non differunt, quod eadẽ eſt nix, & vnica nix, quæ candida eſt, & frigida, quod eſt idem ſol qui liquefacit ceram & indureſcere efficit glebas terrarum. *Zaſius in l.* 1. *&* 3. *ff. de acqu. poſſ. Vna certè ratio hæc omnibus* ſufficiat, quod nemo poteſt poſſidere ſolo corpore, niſi animus concurrat. §. *in amittenda. d. l.* 3. quomodo ergo poſſent eſſe ſeparatæ ſpecies, vbi aliud ſine alio conſiſtere non poteſt? *Ius ciuile nihil aliud facit quam approbat, qualificat, modum &* formam poſſeſſioni tribuit, ſpeciem autem non diſtinguit. Poſſeſſio tunc dicitur *naturalis, cùm quis corpore rei inſiſtit eo* animo, vt vel ſuo vel alieno nomine poſſideat. *l. naturaliter. d. loco. Ciuilis verò quæ* à lege ciuili aut Canonica approbatur. *Conſtat introductas eſſe omnes ex iure gentium* obligationes, eaſque etiam naturales dici, ſed animaduertendum eſt, ex ijs obligationibus quaſdam ius ciuile approbaſſe & confirmaſſe, quæ & ideò ciuiles appellantur: aliæ verò, quibus vim nullam dedit, & quas in ſua natura omnino reliquit, naturales dicuntur, & in ſuo nomine remanent. Idem de naturali & ciuili poſſeſſione dicendum eſt. Illa enim iure naturali, hæc vero iure ciuili prodita eſt. *l. ſi cum ff. de. Donat. inter virum & vxor.* Itaque ciuilis tum erit poſſeſſio, cùm lex ciuilis ea probat, & certam formam tribuit, ſuaque interpretatione iuuat, veluti cùm quis proficiſcitur ad nundinas nemine domi relicto, & nihilominus animum poſſidendi quem prius habuit, retinet, dicitur ciuiliter poſſidere, & poſſeſſionem etiam abſens retinere: Idque vtilitatis cauſa receptum eſt, ne teſtudinis more perpetuo domi nos continere, aut ius noſtrum amittere cogamur. *d. l. clam.* §. *qui ad nundinas.* Similis eſt eorum hominum ratio, quorum coloni, procuratores, filij & ſerui, naturaliter rem ipſam tenent eorum nomine. Ciuili enim interpretatione hi poſſidere dicuntur, cum eorum nomine detineatur, *d. l.* 1. *Naturalis autem dicitur* hæc poſſeſſio, cùm neque approbata neque reprobata eſt iure ciuili, & quæ ſolo corpore conſiſtit. *Ludouicus Charundas lib. veriſimilium* 1. *cap.* 6. *Si quæras qualis eſſe debeat poſſeſſio, quæ requiritur ad præſcriptionem? Reſpondeo naturalem* ſolam minimè ſufficere, quid enim credamus futurum (inquit Oldendorp.) *in initio claſ.* 2. ſi iuſta ſtatim concedatur poſſeſſio ei, qui rem occupat, quis non omnia paſſim velit apprehendere, ſolus vt ſibi habeat? Sed hæc ratio non eſt ſat firma: quoniam abſque bona fide præſcriptio non procedit. Verior eſt igitur ratio Didaci, *in cap. poſſeſſor in initio.* quod naturalis poſſeſſio animo dominij non habetur: *Ciuilem* quoque ſolam multi exiſtimant non ſufficere. Quis enim non diceret, ego concepi animo rem talem habere. Sanè ad inchoandam & acquirendam poſſeſſionem non ſufficit: quia animus & corpus requiruntur: *d. l.* 3. ſed ad retinendam & adimplendam præſcriptionẽ idonea eſt. *d. l.* 1. § *per ſeruum. l. furti* § *videlicet ff. de furt. Alc. in d. l.* 1. *n.* 33. Omnium conſenſu ſufficit ciuilis & naturalis ſimul, hoc eſt, ea poſſeſſio, quam lex approbat, & interpretatione iuuat, corporis occupatione interueniente. *Di. d. lo.*

Non procedit. † Non dicit, ſine poſſeſſione præſcriptio non incipit, aut ſine poſſeſſione non abſoluitur, *ſed non procedit,* vt indicet poſſeſſionem requiri, non tantùm in initio & in fine, ſed continuo tempore medio & in progreſſu dum procedit, à principio ad vltimum complementum. Continua autem dicitur non ſolùm quæ penes vnum atque eundem ſemper eſt: verùm etiam quæ ab vno ad alium legitimè tranſlata fuerit. *Etenim tempora* poſſeſſionis quibus authores bona fidè poſſederunt, meritò debent prodeſſe & reputari ad complendam præſcriptionem ijs, qui in locum eorum ſuccedunt, ſiue ex contractu, ſiue ex vltima voluntate, *l. de acceſſionibus ff. de diuer. & temp. præſcript.* niſi fortè medius aliquis ex authoribus non poſſediſſet: quia tunc per rerum naturã nõ poſſet cenſeri continua ſeu coniuncta poſſeſſio. *l. in vſucapione* §. 1. *d. tit. Interrumpitur autem poſſeſſio & præſcriptio* cùm cœpta retrahitur, aut impeditur ne progredi queat. † Id verò fit duobus modis, naturaliter & ciuiliter, quibus modis perfecta poſſeſſio acquiri ſolet. *Naturalis interruptio* contingit, cùm quis nulla iudicis poteſtate ſed violenter de poſſeſſione eijcitur, vel alicui res eripitur. *l. naturaliter ff. de vſucap.* Ciuilis *Interruptio eſt*, quæ per authoritatem legis impedit præſcriptionem: veluti per vocationem in ius, per litis conteſtationem, per ſolemnium denunciationem, vel ſi aliàs debitor iamiam præſcripturus actioni, pignus tradat, vel vſuras ſoluat, vel alia ratione debitum agnoſcat. *intra ff. de diuerſis præſcri.* † *Ciuilis interruptio ſoli* interrumpenti prodeſt, aduerſus alios procedente nihilominus præſcriptione. Naturalis autem extendit ſuas vires contra omnes. *d. l. naturaliter. Sed quo pacto probabitur poſſeſſio?* Sanè communiter qui olim poſſedit, hodie poſſidere præſumitur. *Gail.* 2. *obſ.* 75. *in fin. & de pign. ob.* 22. *n.* 8 *l. ſiue poſſidetis C. de probat.* Quia amiſſio ſemel acquiſitæ poſſeſſionis, in animo conſiſtit, animi verò mutatio nunquam præſumitur, *ca. maiores* §. *vlt. de baptiſmo.* licet hic nulla ratione iuſta reclamet Dinus *in c. ſemel malus in eodem.* Quæ tamen ita accipienda ſunt, modò præſens poſſeſſio fuerit allegata, alioqui non eſt locus præſumptioni: *Bart. in d. l. ſiue poſſ.* quia præſumptio iuris procedens à facto proprio allegari debet. *l. ſi adul-*

4.

5

6.

terium

terium ff. de adult. Maximè autem præſumetur continua probatis extremis, hoc eſt, poſſeſſione in initio & in fine: qui probatis extremis media præſumantur, *ca. inter dilectos de fide inſtrum.* qua de re latiſſimè agit Alciat. *tit. 2. de præſum.c.22.Menoch. 1.præſ.24.Mynſ.2.dec.Reſp. 19. n.23. & Didacus in c.poſſeſſ.§.1.num. 7.ſup. eodem. Duo igitur ex hoc capite colliguntur: Alterum eſt*, quod præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit, *Alterum*, quod continua requiratur poſſeſſio.

7. † Amplia primò, quod non ſolum ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, verum etiam neceſſe eſt, quod hæc poſſeſſio fiat contra omnes, quia (vt ait Bald. *ad l.2. verſic. ſed quid de perſon.C.de ſeruit.& aqua.*) cùm prorogatio de perſona ad perſonam non fiat: poſſeſſio quæſita contra me alteri non nocet; & cùm præſcriptio ſit odioſa, adeoque reſtringi non ad aliam rem vel perſonam extendi debeat: *Inno. ad c. tua de decimis.Bald. ad l. non dubium C.de lege.* ſi quis quo ad vnũ eſt in bona fide, quo ad alium verò in mala fide, neque præſcriptio neque poſſeſſio (qua ad præſcriptionem peruenitur) alteri obeſſe poteſt. *Bald.ad l.ſi ædes ff.de ſeruit. Vrb.præd.* Sed cùm latior ſit iſtius ampliationis tractatio, quàm quæ hoc loco ſuſcipi debeat, & nonnulla de his iam ſtatim dixi, remittam vos ad Franciſ. Balbum, diffuſius eam explicantem & exactius omnia diſcutientem. *in tracta præſcript.3 parte 6.partis princip.q.3.& 4.* Amplia ſecundò, quod ad præſcriptionem & vſucapionem non ſufficit ficta poſſeſſio, ſed debet eſſe vera poſſeſſio, & ideò captiuitate interrupta præſcriptio, ſeu vſucapio iure poſtliminij non reſtauratur. *l. denique cum l. ſeq. ff. quib.ex cauſ.ma.* Et fictio legis Corneliæ procedit in his; quæ ſunt iuris, nõ autem in his quæ ſunt facti, ſicut eſt poſſeſſio: quia in his quæ ſunt facti, attendimus veritatem & non fictionem, *Albericus ibi.* & ſuper mero facto quod à iure abſtractum eſt, lex non fingit, *l. 1. §.ſi vir vxori ff.de acqu.poſſeſſ.* quia (vt ait Baldus *ad d. l.denique.*) veritas facti mutari non poteſt: quæ in præſcriptione circa poſſeſſionem potiſſimum attenditur. Alciatus ſanè huc accedens, dum huius rei cauſam perquirit, & poſteaquam omnes aliorum rationes impugnauit, exiſtimat *ad l ſi is qui pro emptore ff. vſucap.num. 6.* dicendum eſſe, quod poſſeſſio eſt facti, hoc eſt, iuris naturalis. Lex enim ea, quæ iuris naturalis ſunt, facti eſſe ait: *l.nec ſeruus ff.de pœnis.* quia à iure ciuili in ſuis finibus relinquuntur, nec mutari poſſunt. *ſi vnus §.pactus.ff.de pactis.* Ideoque ad poſſeſſionem fictio trahi non ſolet, quam lex ſecundum ius naturale in corpore & animo conſiſtere permittit, nihilque in ea mutat, *l. in bello §. factæ ff. de capt.* niſi quod approbando efficit, vt non ſolum naturalis, ſed etiam ciuilis dicatur. Nec fingit lex aduerſus hanc naturalem rationem, licet quandoque ex magna cauſa aliud ſurroget, *l. 2. ff. de vſuf.earum rerum.* aut ſi planius dicere velis, non poſſunt qui capti ſunt videri aliquid poſſidere, cum ipſi ab alio poſſideantur. Sequitur ergo, vt his reuerſis, noua poſſeſſione opus ſit. Amplia tertiò, quod iſta poſſeſſio ita debet eſſe continua, quod alioqui per ſolutionem vnius nummi interrumpitur præſcriptio, *Bald. ad c.illud de præſcr.col.vl.Iaſ.ad aut.qui rem C. de ſacro Ecc.* quod eleganter explicat Tiraquellus. *in tract. de iudic. in reb. exig. folio quinquageſimo tertio. verſ. trigeſimotertio.* Sed cũ eodem pene loco *fo.44.ver.ſeptuageſimo ſecundo* aſſerat, præſcriptionem pauciſſimi temporis non nocere ad complendam vſucapionem, ſi quis eam paruo interiecto tempore recuperet, omninò videnda erunt ea, quæ ad conciliationem & illuminationem iſtorum, vnà cum Decio *ad c.de appellationibus.* & alijs allegat. *in d.tract.cir. fin.*

Ratio dubitandi in priore articulo eſt. † Primò ex eo, quod hæreditas iacens, hoc eſt, quæ nondum adita eſt, non poſſidetur, nec per ſe nec per alios, quoniam per rerum naturam, hoc eſt impoſſibile, cum anima careat, & factorum ſit incapax, *l. 1. §.Sceuola ff.ſi teſt.lib. eſſe &c.* & tamen cœptam à defuncto complet vſucapionem. *l.cœptam.l.iuſto.ff.de vſucap.* Secũdò ex eo, *quod captus ab hoſtibus non poßidet*: quia ipſe tanquam ſeruus ab alijs poſſidetur, *d. l. iuſto §. fi. cum apud.* nihilominus tamen vſucapit & præſcribit. *d.l.iuſto.* Tertiò ex eo, quod incorporalia non poſſidentur, quia nec tangi nec videri poſſunt, vſucapionem tamen & præſcriptionem admittunt *l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruitus vindic.* Quartò ex eo, quod pater filium ſuum non poſſidet, *l. 1. §. item acquirimus ff.de acquir. poſſ.* & tamen filiationem præſcribit. *l. 1. C. de patr. poteſtate.* Quintò ex eo, quod debitor aduerſus actionem perſonalem præſcribit, *l.omnes C.de præſcri.* cùm tamen nihil poſſideat quod ſit creditoris, quia pecunia quam debet, donec creditori numeretur, manet in dominio debitoris, adeoque eius eſt, & præſcriptio in actione perſonali non fundatur ſuper poſſeſſione debitoris, ſed tantùm ſuper negligentia creditoris. *Roma. & Imola ad l.ſequitur §.ſi viam ff.de vſuca. Ratio verò dubitandi in ſecundo articulo eſt.* Primò ex eo, quod debitor qui incipit rem præſcribere, ſi eam pignori dederit creditori ſuo, quamuis eam non poſſideat, complet tamen præſcriptionem. *l.qui pign.ff.de vſucap.* Secundò ex eo, quod ſeruitutes diſcontinuæ, & ſic quarum quaſi poſſeſſio nulla eſt continua, ſaltem tempore immemoriali præſcribuntur. *l.hoc iure § ductus aquæ ff. de aqua quoti.* Tertiò ex eo, quod non cenſetur diuertiſſe, qui ſtatim reuertitur, *§.Pauon. Inſt.de rerum diuiſ.* & ideò poſſeſſio, quæ modico tempore eſt interrupta, videtur quod haberi debeat pro continua. Quartò ex eo, quod Labeo reſpondit, quod ſi is cui ad tignorũ vel columnarum vſucapionem decem dies ſupereſſent, eas in ædificium 8.

contu-

contuliſſet, nihilominus vſucapturum eſſe *l. rerum mixtura* §. *Labeo ff. de vſuc.* Poſtremò ex eo, quod ſi poſſeſſio requiratur continua, magna exurget iniquitas aduerſus eum, qui ſine culpa ſua per emendationem, vel vim inimici, vel per metum iuſtum cadit à poſſeſſione.

9. † *Ratio decidendi eſt in primo articulo*, quòd lex imitatur naturam. § *minorem inſtit. de adopt.* Sed naturaliter abſque poſſeſſione nihil acquiritur, *d. l naturaliter & Alciat. in lib. de quinque pedum.* ergò neque lege aut iure ciuili, quod præſcriptionem introduxit. Adde quod legiſlator certum habere voluit argumentum, tam de animo negligentis domini, quàm de animo occupantis & dominium acquirere volentis, *d. l.* 3. Nullum verò maius animi teſtimonium eſſe potuit, quàm ex poſſeſſione. Nam qui poſſeſſionem rei alienæ bona fide accipit, id indubiò facit animo dominij acquirendi. Qui verò poſſeſſionem rei ſuæ apud alium eſſe ſinit, non videtur eam rem amplius appetere, ſed pro derelicto habere. *d. l. alienationis.* Non obſtat, quod de hæreditate iacente dictum eſt: quia hoc ſingulari iure receptum eſſe teſtatur Pomponius. *d l. iuſto* § *nondum.* Cùm enim ante aditionem nihil ſit, quod imputetur hæredi, quare poſſeſſionem non apprehenderit, *Caſt. ad l. nunquam* §. *vacuam eod. tit.* quæ iure ſecum deliberat, conſultum ne ſit ei ſe hæreditati immiſcere, qui fortè plus incommodi adferre poſſit quàm vtilitatis: vt immeritò tempus quod à lege ei indultum eſt dammo ei eſſe non debeat: *l. quod fauore C. de ll.* æquitatis gratia eſt introductum, vt hæreditas tantiſper defuncti perſonam ſuſtineat, *l hæreditat. ff. de vſucap.* & vt aditio hæreditatis retrotrahatur, temporique mortis defuncti coniungatur aduerſus rigorem iuris, ſi non ad inchoandam, certè ad continuandam poſſeſſionem. Et ſicut teſtator omne ius ſuum tranſmittit in hæredem, ita & iſtud ius poſſeſſionis, quod ad præſcriptionem valet, tranſmiſiſſe videtur, *Conna. libro terio cap.* 13. ne mors eius ferat incommodum, & ſic hæreditas iacens eo reſpectu habere fingitur qualem qualem poſſeſſionem, non quidem verè, ſed iuris interpretatione. *Alciatus ad legem eius qui numero ſexageſimo nouo ff. ſi certum petat.* Nec plus mouet, quod de capto ab hoſtibus ſecundo loco dicitur, quod præſcribit ea, quæ tempore captiuitatis per ſeruum vel filium ex cauſa peculiari poſſidebat. Etenim poſſeſſio illa plus iuris quàm facti habet, quoniam fundatur in authoritate patriæ & dominica poteſtatis, quæ à iure eſt, adeoque ſufficit iure poſtliminij ad præſcriptionem. *d. l. iuſto* §. *vl.* Nam cùm vſucapio, & præſcriptio ad ius pertineant, *l. bonæ fidei ff. de acq. rer. dom.* & poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recuperandæ: Ideò iure poſtliminij vſucaptum intelligitur, ſicut è contrà, ea quæ ex cauſa, non peculiari per eos poſſidebat, non præſcribit: quia plurimum facti habet ea poſſeſſio, & in factis fictio poſtliminij, nihil aut parum operatur. *l. poſtliminij ff de capt.* Neque enim fingi poteſt retro poſſediſſe, qui non poſſedit. *Dida in cap. poſſeſſo.* §. 1. *in. fi.* Nihil etiã mouet tertia dubitatio: quia licet incorporalia propriè non poſſideantur: dicuntur tamen quaſi poſſideri, *l. ait prætor ff. ex quibus cauſis maiores.* & quod operatur vera poſſeſſio in corporalibus (ſine qua præſcriptio non procedit) hoc operatur in incorporalibus quaſi poſſeſſio, vt ad præſcriptionem ſufficiat. Sic & interdicta poſſeſſoria pro ſeruitutibus ſunt prodita, *l. ſicut ff. ſi ſeruitus vindicetur.* quæ tamen non niſi poſſidenti conceduntur. *l* 1 *ff. vti poſſidet.* Ipſaque etiam ſcientia & patientia aduerſarij, cum vſu præſcribentis ſufficit *l.* 2. *C. de ſerui.* Quarta dubitatio leuiuſcula eſt. Quia ſicut pater filium non poſſidet, ſic quoque nec eum præſcribit, ſed ſicut eſt in exercitio & quaſi poſſeſſione patriæ poteſtatis & filiationis, ita quoque ius illud contra filium præſcribere poteſt. *Zaſ. in d.* § *in amittend.* Quomodo & vxor præſcribit contra maritum, *cap. ex literis de reſtit. ſpoliat.* & Princepes contra ſubditos. Non vrget quoque quod debitor actioni perſonali præſcribens, nihil poſſideat. Quamuis enim ſint, qui hoc ideò receptum arbitrantur, ne lites in infinitum durarent, & propter negligentiam creditorum, qui tanto tempore ſuos debitores non appellaſſent, *Conna. libro tertio capite vndecimo*, tamen quia ea ratione nulla requireretur poſſeſſio etiam in reliquis: ideò verius eſſe exiſtimo, quod aliquid hîc ſit, quod poſſeſſionis loco habetur, videtur enim debitor poſſidere libertatem, & quamuis pecunia debita verè non fuerit creditoris, quoniam permanſit in dominio debitoris: tamen quia creditori debita fuit, & bona debitoris non computantur, niſi deducto ære alieno *l. fructus ff. ſoluto ma.* Ideò & poſſeſſio eius rei ſufficere videtur, debito ipſo tacitè veluti poſtea remiſſo. *Ratio decidendi in ſecundo articulo eſt*, vt exiſtimat Iaſon, *in rub. de acq. poſſeſſ.* quod qui præſcribere cœpit, & non continuat, ſed amittit poſſeſſionem: amplius conueniri non poteſt à Domino: quia Dominus volens agere rei vindicatione, duo probare debet, dominium ſcilicet ex ſua parte, & poſſeſſionem ex parte aduerſarij. *l. ſi. in rem ff. de rei vendic.* Cum ergo agi cum eo non poſſit, nec præſcribere is poſſe debet. *l.* 1. *C. de anna. except.* Cæterùm hanc rationem improbat Alciatus *in d. rub. n.* 2. Quod enim dicitur non valenti agere non currere præſcriptionem: reſpectu ipſius domini inductum eſt, cui negligentia nequit aſcribi, ſi agere non potuit, & ideò præſcriptio contra eum non currit. At ſi de ipſo præſcribente loquamur, eius præſcriptio interrumpitur. Verius eſt igitur (inquit) poſſeſſionem cauſam eſſe præſcriptionis & vſucapionis, quæ nihil aliud eſt, quàm capio, id eſt acquiſitio per vſum, id eſt, per poſſeſſionem. *d l. quæſtio.* Vnde niſi integra continuaque ſit cauſa, effectus perfici non poteſt

poteſt,& per intercapedinem poſſeſſionis, ferè ſemper incidere ſolent conſcientia rei alienæ. Non obſtat quod de pignore primo loco dictum eſt: quia licet creditor iuſtè poſſideat, non tamen poſſidet opinione dominij, quod requiritur ad præſcriptionem, quæ vt ſequatur, debet quis pro ſuo poſſidere, hoc eſt, ex cauſa ex qua dominus eſſe poſſet. *l. 1. ff. pro ſuo.* Sed qui pignori accepit, pro alieno, & nomine debitoris poſſidet. Ideoque ſicut dominium pignoris manet apud debitorem: ita & vſucapiendi conditio, quæ eſt loco dominij, *l. cum & ſortis ff. de pig. act.* apud eundem manet, qui animo ſuo, & corpore creditoris poſſidet *Iul. cap. ad l. ſerui nomine ff. de vſucap.* Neque etiam mouet ſecunda dubitatio, quæ eſt de præſcriptione diſcontinuatarum ſeruitutum. Quia nullus actus corporalis ſic continuus eſſe poſſit, vt non aliquando conquieſcat. *l. foramen digeſt. de ſeruitute vrbanor. prædi.* Sed ciuilis poſſeſſio, quæ animo fit, continua eſſe poteſt, quod ſufficit. Vnde ſeruitutes non continuum actum, ſed perpetuam cauſam habere dicuntur, *d. l. foramen*, & licet mero iure non præſcribantur: tamen ex æquitate & per negligentiam dominorum fundi, ſaltem maiore tempore præſcribuntur, de qua re latius agit Corraſius. *ad. l. ſeruitutes ff. de ſeruitutibus.* Non obſtat quoque tertium argumentum: quia licet ad amiſſionem dominij vel pœnæ incurſionem abeſſe non videatur, qui mox reuertitur: *l. quidquid ff. hoc tit.* tamen cùm lex expreſsè requirit continuam poſſeſſionem, & quia ea, quæ eſt interrupta, ſubſidio naturæ & legis deſtituta eſt, ipſaque poſſeſſio eſt cauſa præſcriptionis: ideò interrupta tanquam deficiente cauſa, non continuatur, neque effectum ſuum parit, totumque præcedens tempus cadit in irritum, adeò quod opus eſt illam de nouo inchoare, & erit neceſſarius idem temporis curſus, qui primo requirebatur. *Panor. in c. illud, & c. cum liceat de præſ.* Quartò non mouet, quod de præſcriptione regularum proponitur, nam quamuis communiter crediderunt omnes *vt per Alex. in § de Labeo.* ex æquitate, quod ſi pauciſſimis diebus ceciderit poſſeſſor à poſſeſſione, remiſſo ſummo iure, reſtituendum eum eſſe in integrum: ea tamen opinio lege caret, *Feret. in d. l. 3. num. 47.* habetque eam rationem reſponſum Labeonis, quod facilius continuetur quàm acquiratur poſſeſſio, cum ſolo animo retineatur, & non niſi animo & corpore quæratur. *d. l. 3. de acqu. poſſ. Conna lib. 3. cap. 14. num. 6. in fin.* Adde quod tignum licet iunctum ædibus, quodammodò poſſidet, non quidem diſtinctè & ſeorſim, ſed confusè & vniuerſaliter ratione totius, quod vtique poſſidetur. Poſtremò non vrgent ea, quæ de abſurdo adducta ſunt: Quia licet naturalis poſſeſſio ſit amiſſa, tamen ex æquitate in integrum reſtituetur, qui ſine culpa ſua poſſeſſione cecidit, & animum poſſidendi verè & vltro non amiſit: quia reſtitutione ſic facta, fingit lex numquam alium poſſediſſe, ſed poſſeſſionem ſemper penes iſtum extitiſſe, licet plærique non æqua ratione contrarium ſentiant, & iniquitati præſcriptionis, quæ tamen æquiſſima eſt, inſiſtant. *vide Balbum in lib. de præſcr. in 3. parte ſextæ partis n. 9.*

REGVLA IV.

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

1. *Vſurarum malignitas & pernicies.*
2. *Peccatum, delictum, crimen, an differant.*
3. *Remiſſio delicti facta à Principe, non tollit ius partis.*
4. *Vſurariorum cadauera à ſacris locis abijcienda.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*
8. *Auaritia impietas.*
9. *Fornicatio an in neceſſitate mortis permiſſa ſit.*
10. *Mater & vxor quæ filium in adulterio genuit quid faciat, vt in conſcientia tuta eſſe poſſit.*

PRæſens hoc capitulum iuſto ordine ijs ſubſtituitur, quæ prius de præſcriptione latè ſunt pertractata, eorumque quodammodo rationem & cauſam continet, & cur malæfidei poſſeſſor vllo tempore & quantacumque poſſeſſione accedente non præſcribat oſtendit: quia ſcilicet non dimittitur peccatum, niſi res mala fide poſſeſſa, & Domino ablata, reſtituatur. Nam qui ſemel læſam conſcientiam habuit, temporis lapſu etiam antiquiſſimi eam non purgat, ſed magis magiſque onerat. *c. fin. de conſuet.* Latior eſt tamen vis & efficacia huius capitis, quam vt ad ſolos præſcriptionis illius terminos reſtringatur: quandoquidem nec iudici qui corruptus ſententiam tulit, *l. vlt. ff. de variis & extraor. cognit.* adoleſcenti qui virgini vitium intulit: *cap. 1. de adult.* nec furi, qui rem aliquam furatus eſt: nec detrectatori, qui famam alteri læſit: *cap. in eum 1. qu. 1.* Nec beneficiato clerico, qui oneri ſuo nō ſatisfecit: *conſ. Gail. 2. obſ. 118. n. 11. Panorm. in c. ad audientiam de cle. non reſid.* Nec vſurario, qui turpe fœnus exercuit, peccatum dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. Nihil enim excuſat eum quod furta auertere, & neceſſitati pauperum ſuccurrere videtur. *v. D. Peck. de rep. Eccl c. 25. n. 4. 5.* Videtur quidem neceſſitati eorum ſuccurrere: re vera autem in maiorem mittit neceſſitatem. De vno vinculo ſoluit, & multis vinculis alligat, & non propter iuſtitiam Dei ſtat, ſed propter proprium lucrum,

ſimiliſq́; eſt, (inquit Chryſoſtomus *Homilia*
1. *12. in 5. cap. Matth. in fi.*) *aſſiduus morſui.* † *Sicut enim qui ab aſpide percutitur, quaſi delectatus vadit in ſomnum, & ſic per ſuauitatem ſopo is moritur, ſic & qui accipit ſub vſuris, pro tempore delectatur, quaſi qui beneficium accipit, & ſic per ſuauitatem beneficij non ſentit quomodo captiuus efficitur. Et ſicut venenum aſpidis latenter per omnia membra diſcurrit & corrumpit: ſic vſura per totas facultates eius diſcurrit & conuertit in debitum.* *Conf. D. Gail. 2. obſ. 4. in pr. & ob. 5. item obſ. 9. n. 7. verſ. porrò.*

Peccatum. † Inter peccatum, delictum, &
2. crimen, multi gloſſam ſecuti deſtinguere ſolent, maiore quidē ſtudio, quàm fructu, ſc. vt peccatum perpetrando, delictum omittendo, crimen ſceleris atrocitate contrahitur. Sed & defunctione nihil hic nobis opus eſt. Nam ſicut Princeps Iuſtinian. delicti verbo duntaxat vſus eſt, dum de obligatione quæ ex crimine, delicto, aut negligentia oritur agit: ita & hîc vice verſa, peccati appellatio effuſa & generalis eſt de omnibus criminibus & delictis, ſiue in omiſſione, ſiue in perpetratione conſiſtant, modò damnum inferant proximo. Nō enim quærimus, quomodo proximus læditur, ſed an læſus ſit. Vnde ſi quis vel ex officio publico teneatur criminibus & iniurijs obuiam ire, quod proprium eſt iudicis officium: *conf. Gail. 1. obſ. 5. n. 2. & obſ. 10. n. 9. & 2. P. P. 18. n. 8. Mynſ ad §. retinēdæ. n. 8. Inſt. de Interd. l. æquiſſimū ff. de vſufructu.* vel teſtimonium dicere, cùm in teſtem ad iudicium imperio magiſtratus vocatus fuit & non facit, aut non venit: ad damni illati reſtitutionem tenetur. *late Dulaeus hic parte* §. 3. Sed quoniam maximè offenditur Deus turpitudine criminum, peccati verbum non inconcinnè hic poſitum eſt, quo plærumque offenſa diuina contrahitur.

Non dimittitur. Neque quoad Principem & Iudicem, neque quoad Deum, neque quoad Eccleſiam, neque quoad partē læſam. Ad Principem & Iudicē quod attinet, vſu compertum eſt, quod omnis remiſſio de homicidio impetrata, præſupponit & includit pacem & reconciliationem hæredū defuncti, cum ſatisfactione. Ideoque videmus communiter Principes apponere in remiſſione hanc clauſulam. *Satisfactione parti læſæ facta* quod eſt etiam conſonum
3. iuri, † & ob quod Principes poſſunt quidem remittere pœnam corporalem aut pecuniariā applicandam fiſco, ſed nō pœnam pecuniariam applicandam parti. *conf. Gail. 1 obſ. 114. per tot. & 2. P. P. 18. n. 13. & ſeqq. pulchrè D. Peck. de rep. Eccl. c. 6. per tot. Panorm. conſi. 6. lib. 2. Aux. in l. ſi docueris C. de falſis.* Satisfactio autē & reſtitutio continet non ſolùm, vt occiſor ſoluat impenſas medicorum & chirurgorum, ſed etiam rationem habet operarum quibus hæres, aut filius occiſi cariturus eſt. *v. Gail. 2. PP. 2. n. 9. l. hac lege ff. ſi quadrup. paup. fecis.* Vſque ad tempus quo veriſimile eſt illum occiſum viuere potuiſſe, *l. hered. ff. ad l. Falc.* Sic vbi princeps vſurarios eſſe permittit, vſurā nō approbat, *v. Gail. 2. obſ. 5. n. 19.* ſed conniuet ob maius malum euitandum, pœnamq́; quā incurrerent, remittit: parti verò læſæ, actionem & ius non adimit: Non multò aliter, quàm permittit publica lupanaria. Non enim rem tam fœdā probat, ſed tantummodò oculos claudit, pœnamque remittit meretricibus, vt maius malum euitetur, ſcilicet adulterium, incœſtus & ſtuprum. Eadē tamen eſt ratio & magnitudo peccati quoad Deum. Scriptum eſt enim, redde quæ per fraudem integra habere voluiſti. *Reg. c. 8. in Leuit. c. 6 Tu petis* (inquit Auguſtinus) *quod det tibi Deus id quod ex debito non debet, & tu non reddis proximo, quod ex debito ei debes.* Miniſter quoque Eccleſiæ ſacerdos peccatū non dimittit, niſi reſtituitur ablatum. Qua ratione vſurarium nec abſoluere, nec ſepelire, nec ad communionē admittere poteſt, niſi aut facta, aut ſaltem mandata ſeu promiſſa reſtitutione, eoq́; nomine cautione præſtita, *v. quanquam ſup. de vſuris.* & ſi aliter moriatur vſurarius, fueritque ſepultus, exhumari, proculq́; ab Eccleſiaſtica ſepultura proijci debet, *c. ſac. de ſep.* & ſi oſſa eius ab aliorum corporibus diſcerni nequeāt, terra expiari & reconciliari debet. *c. conſul. de conſ. ec.* † Tum verò ad partem 4.
læſam quod attinet, nulla ei præſcriptio, nullus temporis lapſus, impedimento eſt, aut obijci poteſt: quia vt eſt in lege 12. tab. & in l. Attinia, *rei furtiuæ ſubtractæq́; æterna authoritas eſto.*

Niſi. Magno & ſuperfluo labore torquent ſe hic interpretes in explicatione huius dictionis, *Niſi*, multaque extra rem & propoſitū adducunt, & tandem volunt, quod peccatum dimittitur, ſi reſtituatur ablatum, quaſi ſcilicet hæc dictio, *Niſi*, cum eam præcedit affirmatiua, aliquid negetcum verò præcedit negatiua vt hic, aliquid ponat, *Gail. obſ.* 82. *n.* 23. *Dinus hic.* Vnde etiam à quibuſdam (quos tamē damnat Alciatus, *in actione n.* 33. *de tranſact.*) reſponſum eſt, *Andreas Sicu. conſ. 6. lib. 1.* quod ſi puella iuueni ſe ad concubitum appellanti, reſpondeat: non conſentio niſi honeſtè, & ita ſe ille facturum recepit, vitiumq́; intulit: matrimonium contractum videri: quia dictio illa *Niſi* negationem ſequuta, ponit id quod honeſtè citra matrimonium attingi nō potuit: Verùm ſententiā Dini hic omnibus penè diſplicuit. Ponit enim hæc dictio non actum, ſed potentiam. Et ſicut cum teſtator ait, Liber ne eſto ſerue, niſi rationes reddideris: redditis rationibus non ideò liber eſt ſeruus, ſed prohibitio ſolum ceſſat: *titu. ff. de manu. teſt.* ſic reſtituto ablato, non eſt remiſſum peccatum quia adhuc confeſſio pœnitentiaque neceſſaria eſt. *Alciat. dic. lo.*

Reſtituatur. Sed quid ſi remittatur ab his quorum res malafide ablatæ ſunt? quid ſi hi gratis & ſponte liberent prædonē, furem aut vſurariū? In diuerſas ſententias abeunt interpretes. Sunt enim, qui putant peccatum non di-

mitti ideò quod à ſignificatione vocabuli non eſt recedendũ, *l.non aliter ff. de leg.* 3. Lex verò meminit hic, non remiſſionis, ſed reſtitutionis. Quod tantò magis dicendum videtur, non ſolùm quod aliud eſt remiſſio, aliud reſtitutio: *l.cum prætor l.reſtitu. ff.de verb. ſig.* verùmetiam quod in dubio ſequenda eſt ea interpretatio, qua animæ peccantis magis conſulitur. *ca. iuuenis ne ſponſa.* Et ſicut pactum de nõ repetendis vſuris, non ſtringit eum, qui ſoluit: *c.ad noſtrũ 2.de iureiuran.* Poſſitque ſolutas vſuras repetere etiam is, qui ſcienter & indebitè eas perſtitit, *c.debitoribus eod. tit.* ad communes regulas: *l.cuius ff.hoc tit.* pari ratione & remiſſio quoque inhibita videbatur. Sed crebrius in contrariam ſententiam deflectunt maximi quique nominis Doctores. Etenim rei contractæ vitium, voluntate Domini permittentis rem ſuam apud improbum poſſeſſorem manere purgatur, *l.inter omnes ff. de furt.* ſolaque ſatisfactio quoquo modo facta ſufficit, *l.ſi rem. ff. de pign.* rationibus in contrarium adductis non obſtantibus, quas pulchrè refellit Fredericus de Senis. *conſil.* 18. quem vide.

Ablatum. Aut certè eius æſtimatio, ſi res ablata non extet: *l.eos C. de fur.* vnà cum reſtitutione fructuum perceptorum & qui percipi potuiſſent: *l.certum C.de rei vendica. Bar. in l. ratio ff.de act.empti.* quia verbo reſtitutionis, omnis vtilitas cõtinetur. *conf.Gail.* 2.*P.P.vlt.n.*29. *& de pign.ob.*17.*&* 18.*d.l.cum prætor.* Neque ſolùm illi tenentur qui abſtulerunt, verùmetiã qui occaſionem, conſilium, aut opem præſtiterunt, damnique cauſam dederunt, *v.Gail.* 2. *ob.*109.*n.*10.*& ſeq. &* 1.*P.P.*1.*n.*43.*& ſeqq. &* 2.*P.P.*10.*n.*26. *l. nihil ff. de Sicarijs l. ff.de ſeruo corrupto.* tum qui rem ablatã inuenerunt. *Nam ſi quid inueniſti* (inquit Canon) *& non reddidiſti, rapuiſti: cap. ſi quid* 14. *qu.* 5. Amplia primò hanc regulam vt procedat, non ſolùm quando quis ex proprijs rebus & fortunis proximi quid aufert, & ſic lucrum aliquod ſentit: ſed etiam quando damnum illi infert, & lucri quod habere ille potuerat, acquiſitionem impedit. *Couarruuias hic.* Hic enim cenſetur procuIdubiò ab altero auferre, id in quo eum lædit. *l.damnum ff.de damno infecto.* † Amplia ſe-
5. cundò, etiam ſi res ipſa ablata ſine illius culpa perierit. Eſt enim ſemper in mora is, qui deliquit, & propterea interitu rei non liberatur. *conf.Gail.d.pig.obſ.*11.*n.*7.*& ob.*17.*n.*3. *verſ. qui igitur, & ob.*18.*n.*4.*& de Arreſt.c.*13.*n.*9.*& ſeq. l.ſi.ff. de condic.furtiua.* Cætera verò quæ ad regulam pertinent, fuſiſſimè explicant Summiſtæ, *ad verbum reſtitutio in ſumma Angelica. Piſana, Siluestrina, Roſellana &c.* ad quod cùm res & negotium poſtulat, practici recurrere ſolent. *Ratio dubitandi in hoc* capite varia eſt, & *primò quidem ex eo*, quod alibi reſponſum eſt, *cap.magna de pœnitentia diſtinct.* 1.magnam eſſe pietatem Dei, vt ad ſolam promiſſionem peccata dimittat. Si enim ſola promiſſio ſufficiat de non peccando amplius, reſtitutio non videtur eſſe neceſſaria. Secundò ex eo, quod lex Canonica non vult vrgeri à iudice, ad reſtitutionem rei alienæ eum, qui per ſententiam, quæ tranſit in rem iudicatam victor euaſit, etiamſi poſtea appareat de bono iure ſuccumbentis, de quo ſi ante ſententiam conſtitiſſet, non ſuccubuiſſet, & tamen verum eſt quod victor ille rem poſſidet verè alienam. *cap. inter monaſterium &c. ſuborta de ſchiſ. & re iudicat.* Tertiò ex eo, quod Vlpianum *in l.qui ea mente ff.de furtis.* ſecutus Caius, *l.penult. ff.de vi bon. rapt.* reſpondit, non prodeſſe ei qui rapuit, ad peccati dimiſſionem, ſi ante iudicium ablatum reſtituat. Quartò ex eo, quod ad impoſſibile nemo obligatur. *c.* 2.*infr. eod.* At qui ſi peccatum non dimittatur niſi reſtituatur ablatum: conſequens eſt, non dimitti peccatum pauperi, qui reſtituendi voluntatem habet, poteſtatem non habet, quod quidem & iuri humano. *l.continuus ff. de verb.oblig. cap. Odoardus de ſolutio.* & miſericordiæ diuinæ aduerſatur. Quintò ex eo, quod alibi dicitur, *in cap.ſi quis de fur.* eum qui propter neceſſitatem famis aut nuditatis furatus eſt, ſola pœnitentia abſque reſtitutione liberari. Sextò ex eo quod mulier adultera quæ ex adulterio filium peperit, bonaque mariti cum adultero conſumpſit, non tenetur id reuelare, vt hoc modo marito qui læſus eſt, ſuum reſtituatur, & adulterinus filius ab hæreditate, quæ verè ad eum non pertinet, excludatur, ſcilicet, ne famam ſuam prodere cogatur mulier, *cap. officij de pœnitent.* quæ tamen ſi marito id non indicet, adulterinis ſuccedet, veriſque hæredibus debita portio auferetur, nullamque reſtitutionis occaſionem habebit illa, quæ adminiſtrationem bonorum non habet. Septimò ex eo, quod hoſtibus auferre, & ablata non reddere licet. *cap. ius. gent. diſtinct.* 1. *hoſtes ff. de capt.* Octauò ex eo, quod iudices illicita extorquentes, non veris Dominis reddere, ſed tanquam ſua pauperibus erogare licitè poſſunt, *cap. ſi.* 14.*q.*5. Poſtremò ex eo, quod ſcriptum eſt ſacro in Euangelio: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* † *Ratio verò decidendi eſt*, quod 6.
qualis præceſſit offenſio, talis debet ſequi ſatisfactio: & omne peccatum quo modo committitur, eo modo diſſoluitur. Si verbis læſiſti proximum, vade, & verbis ſatisfac ei. *Si operibus aliquem offendiſti* (inquit Chryſoſtomus *Homilia in* 5. *cap. Matthæi*,) *puta alicuius pecuniam fraude abſtuliſti, redde ei, & pœnituiſti, quia abſtracta rei peccatum, rerum compenſatione, diſſoluitur. Alioqui niſi quem factis læſiſti, factis placaueris, ſine cauſa oras ad Dominum, ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus quibus alios expoliaſti. Quid prodeſt tibi ſi alter pro te oret, alter aduerſus te interpellet Deum? Melius eſt, vt & ſi nemini prodes, nemini noceas: quàm vt alios ſpolies & alios veſtias.*

veſtias; & ſi res aliena non redditur, pœnitentia non agitur ſed ſimulatur, cap. ſi res 14. *quæſt.* 6. Iudex quoque peccatum non dimittit, quia Reipubl. intereſt crimina puniri. *vide Gail.* 2. *obſer.* 110.*n.* 40. *&* 1.*P.P.* 1.*num.*9. *verſ. ne autem & c.*11.*n. ſub n.*25.*cap.*20. *ſub n.* 26.*&* 2. *P.P.*6.*num.*7.*& c.*7.*ſub n.*2. *& c.*9.*cir.fin.c.*10. *n.*2.*& cap.*17.*n.*28.*c.*18.*n.* 17.*& de pign.obſ.*3. *ſub n.*11.*D.Peck.ad rub.tit.de inc.rui.nauf.n.*5.*l. ita vulneratus ff. ad l. Aquiliam.* Non obſtat autem primum argumentum: quia ad ſolam quidem promiſſionem Deus peccata ſtatim dimittit, ſicut vertex Eccleſiæ Petrus, eadem nocte lapſus eſt, & erectus, vulnusque & medicinam accepit, ægrotauit atque ad priorem rediit ſanitatem: ſed ita hoc operatur promiſſio, ſi in ſe promptam contineat voluntatem, rem alienam reſtituendi. *Dida. hic ca.*1.*col.*3.*verſ.tenetur.denique Angel. in ſua ſumma in verb. reſtitutio* 3. *in initio.* Alioqui enim nihil aut parum intereſt, rem alterius rapere, vel diutius retinere: *cap. ſæpe de reſtit. ſpoliat.* Neque enim mouet 2. obiectio, quia vt ſemel litium finis ſit, conſtituunt Canones, ſententiam quæ nulla appellatione ſuſpenſa, tranſijt in rem iudicatam, pro veritate habendam eſſe, *conf. Gail.de pign.obſ.vlt.n.*2. ſibique imputare poteſt is, qui non prouocauit, & ius ſuum in iudicium ante ſententiam non intulit, adeò vt nihil habeat quod imputet iudici, qui iudex non de iure illius diuinare, ſed ex allegatis & probatis duntaxat ſententiam dicere debet. *Gail.*2.*obſ.*17. *ſub.n.*5. *l.de quare l.Non videtur ff.de iud.* Iniquum tamē victorem, conſcientiæ ſuæ relinquunt, qui diuinam manum nō effugiet, ſicut ſuperius diximus de præſcribente & poſt præſcriptionem malam fidem contrahente. *Interim tamen ſi noua* inſtrumenta inuenerit is qui victus fuit, aut ſi probare queat ex falſis probationibus ſententiam fuiſſe latam: vtique in integrum reſtituetur: *l. Diuus ff.de re iudicia.lege finali, Codice ſi ex falſis inſtrumentis.* Non magis vrget quod tertio loco ex Vlpiano & Caio dictum eſt. Lex enim ciuilis id potiſſimum agit, vt magis ad aliorum terrorem, quàm ad emendationem reorum, crimina & delicta publicè puniantur. Nam cùm delictum conſummatum eſt, publicum ſcandalum natum eſt, quod non niſi publica coërtione punitioneque tolli poteſt, & vt delinquentis confuſio aliorum ſit diſciplina, leges publicè intereſſe paſſim iudicant, vt crimina puniantur. *d. l. ita* Non fruſtrà fuit inſtituta poteſtas regis, diſciplina dominantis, vngulæ carnificis. *cap. non fruſtrà* 21.*q.*5. Hæc enim cùm timentur, & mali coërcentur, & boni inter malos quietè viuunt, & ſi ea de quibus Deus offenditur vlciſci differimus, ad iraſcendū vtique diuinitatis patientiam prouocamus, *cap. ſi ea* 23. *q.* 4. Ipſe etiam Deus quem manſuetum habemus Dominum, & ſi peccatum & culpam dimittat ſola etiam contritione: ſatisfactionem tamen aliquam requirit, *cap. medicina de pæni. diſt.* 1. *non tam exigens ſupplicium* (inquit Chryſoſt. *in ſer. de pæn.*) *quam nos corrigens ad futura.* Neque maioris ponderis eſt id, quod de paupere, qui furti crimen contraxit adductum eſt: quia (vt ait Demoſthenes Græcæ eloquentiæ princeps) neceſſitas veniam aliquam habet apud humaniter cogitantes. Multa namque cogit inopia miſeros facere, in quibus miſericordia potius quàm pœnam inueniat. *latè Tira. de vtroque retractu.*§. 20.*gl.* 1. *n.* 12. *cum ſequen.* Ideoque quod non eſt licitum in lege, hoc neceſſitas licitum facit. *Gail.* 1.*ob.*102.*n.*8. *& ſeqq.& ob.*142.*cir.fi.&* 2.*P.P.*2.*n.*1.*& ſeqq. Peck.ad l.*28.*cū in eadem n.*6. *ad l.Rhod. cap.quod non ſup. de reg.iuris in antiquu.* Tum verò, qui extrema neceſſitate preſſus fruſtráque ſubinde poſtulans, furatur: rem verè alienam non aufert, ſed ſuam propriam accepit. *O auare* (inquit Ambroſius *cap. ſicut* 51.47.*diſt.*) *eſurientium panis eſt quem tu detines, nudorum indumentum eſt quod tu recludis, miſerorum redemptio eſt pecunia, quam tu in terra defodis.* † Neque minus criminis eſt habenti tollere, & cum abundans ſis, indigenti denegare. 8. Sed quid quod Vlpian. ait *in l.palam ff.de ritu nupt.* non eſſe ignoſcendum ei qui obtentu paupertatis turpiſſimam vitam agit? Vnde communi calculo creditum eſt, non excuſari fœminam, quæ extremæ paupertatis neceſſitate coacta, fornicationem aut adulterium committit. *gl. in d. ca. ſi quis.* Sanè cum pudicitia ſit virtus animi, comitemque habeat fortitudinem, potius quælibet mala tollerare, mortemque ſubire, quàm malo conſentire debet. *c. Lotharius rex* 31.*q.*2. *ca. itane* 32.*q.*5. Cœptum quidem inter homines dæmoneſque certamen ſublatum non eſt. Sed ea colluctatio fortiſſimos pugiles non conſtituit. Illi perſuadere poſſunt nos ſuaſionis illecebras ſi non remouemus, materiam abſcindimus coronarum, proprioque torpore ſuperamur: Rationes diuerſitatis variæ per varios allegatæ, aliæque aliarum telis confixæ, & multis rationibus confutatæ ſunt hic à Didaco. Sed facilius illi fuit contra falſum dicere, quàm verum inuenire. † Scio Phœdo- 9.
nis Arthenienſis filias, 50. Lacedæmoniorum virgines, ſeptem puellas Mileſias imò exercitum illum totum vndecim millium matronarum, mortem obire maluiſſe, quàm libidini hoſtium ſua corpora præbere, exemplū ſui relinquentes, oſtendentesque honeſtis mentibus magis pudicitiam curæ eſſe, quàm vitam. Vnde etiam legimus Sophroniam nobilem fœminam, itemque Pelagiam, vt castè morerentur, manus ſibi intuliſſe, & ab Eccleſia martyrum numero aſcriptas eſſe. Sed an lethale crimen contrahat, quæ in extrema famis neceſſitate conſtituta, vitam ſeruare, niſi fornicetur, non poſſit: magis diuino quàm humano iudicio relinquendū cenſeo. Malū perferre

ferre quàm malum facere, vtique expedit: ſed malum perferre vt te ipſum perdas, an omninò neceſſum ſit, dubito: quantumuis in eam partem magis procliuis ſim, quod præſtat honeſtè mori, quàm cum turpi conſenſu viuere, & dubiam irati numinis vindictam timere. Quomodo certum eſt culpa non carere eum qui metu tyranni fidem negat, etiam ſi manus eius aliter effugere non poſsit. Ad leges ſeculi quod attinet, exiſtimo neceſsitatem illam ſatis eſſe, vt mulier non puniatur. Nam Vlpiani verba eo ſpectare videntur, vt non ſit ignoſcendum ei, qui ob paupertatem quam aliundè retundere poſſet, turpem vitam agit, & in ſordibus volutari, quam honeſta ratione neceſsitatem auertere, mavult. Non obſtat quoque quod ſexto loco de adultera vxore proponitur. Nam in eo conueniunt omnes, quod adultera habens patrimonium, ex quo marito legitimiſque mariti hæredibus, damnum illatum reſarcire queat: id omnino facere tenetur: quia ſic ea reſtitutio ſub alio prætextu fieri poterit abſque iactura famæ ipſius adulteræ. *Panorm. in d. c cum officij.* Sin verò bona non habeat: & agnoſcat reuelationem criminis non profuturam: non tenebitur ſcelus detegere. Eſſet enim temeraria hæc reuelatio, & famæ propriæ prodiga diſsipatio, quæ fortaſſis maximis odijs occaſionem daret. Suffecerit igitur ſacra confeſsio, cum pœnitentia ſequente. Neque placere poteſt cautela, qua vſa eſt mulier, quæ vicina morti filios ſuos vocauit, & dixit: † Filij mei, inter vos vnus eſt ex adulterio natus, ideoque in bonis mariti malè ſuccederet, ego verò ne moriar in iſto peccato, conſtitui eum manifeſtare, niſi vos inuicem omne ius iſtud remittatis, propter quod ipſi, cum quilibet dubitaret de ſeipſo, ſe mutuo abſoluerunt & liberarunt. Omnis enim remiſsio & liberatio illa, non ex ſpontaneo & libero animo profecta, ſed iuſto iuuentutis, comminatæque confuſionis metu, & reuerentia quadam materna facta fuit. Refert nihilominus hoc loco Didacus, eſſe qui ſentiant, quod ſi patrimonium mariti ampliſsimum eſt, oportere adulteram matrem, adulterino filio vitium natalium ſignificare, ne rerum alienarũ iniuſtus ſit poſſeſſor, magno legitimarum prolium detrimento. Qui quamuis matri id aſſerenti credere non cogatur: *vid. Gail. 2. ob. 98. n. 9. & ſeqq.* hæc tamen conſcientiam ſuam graui onere preſſam, hac declaratione purgare, & infamen maculam damno mariti proliumque eius contractam, nonnihil diſcutere videbitur.

10

Septima obiectio debilis eſt & ieiuna, quia quod iuſto bello acquiritur, id & diuino & humano iure fit occupantis. §. *Item ea Inſtit. de rerum diuiſione.* Iuſtum autem bellum eſt, quod pro rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium, & iniuriarum auertendarum cauſa, geritur. *conf. Gail. 1. P.P. n. 19. 20. 21. 40. & ſeqq. & c. 16. n. 10. & 2. P.P. vlt. n. 25. verſ. prædicta, & de pign. obſ. 12. n. 2. & 2. obſ. 57. n. 5. c. 1. 23. q. 2.* Quomodo ſanctus Dauid bellum geſſit, ſanctus ille Centurio Domino placuit, Laudatus Abraham victoriam retulit, *ca. noli 23. q. 1.* & Eccleſia poſſeſſiones eorum defendit, qui infidelium bona occuparũt, antiquiſque eos ſedibus, vera luce (quæ Chriſtus eſt) illata, expulſiſque tenebris eiecerunt *ca. ſi de rebus 23. q. 7.* Non vrget quoque octauum argumentum. Nam quod iudices iniuſtè quædam extorquentes, & plura quàm oportet, contra fas & æquum exigentes, non ijs à quibus acceperunt, ſed pauperibus erogant: varietas lectionis textus illius ex quo deſumpta eſt obiectio, dubium fecit. Cæterùm antiqua lectio placet: licet eam tùm demum veram eſſe exiſtimem, ſi ſit incertum à quibus iniquum illud compendium extortum fuit. Etenim incertis iſtiuſmodi caſibus, vbi facta diligenti inquiſitione aut verus Dominus, aut veri domini hæres, agnoſci non poteſt: recipitur, vt conſenſu authoritateque ſuperioris, pauperibus pijſque locis reſtitutio fiat. *c. diuinæ 87. diſtinct. cap. Epiſcopos 88. diſtin. doct. in cap. 1. de rapt.* Nõ me latet quod quibuſdam hæc ſtat ſententia, *Archidiaconus in d. c. fi.* quod iniuſtè extorta vel vltrà quam oportet accepta, propter voluntatem tradentis & dominium transferre volentis, verè fiant accipientis. Sed intelligere nõ poſſum quod proptereà pauperibus fieri poſſit reſtitutio, quando verè apparet, à quibus pecunia illa accepta fuit, quos certè omninò veriſimile eſt daturos non fuiſſe, ſi ſpontaneam & liberam animi ſui ſententiam ſequi auſi fuiſſent. Nec magis etiam mouet vltima obiectio. Nam quod in ſacro Euangelio dicitur. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis:* non eo pertinet, vt iniuſtè ablatum Domino non reſtituatur: ſed facere amicos de mammona iniquitatis eſt, pauperibus largiri diuitias, quæ per ſordes, auaritiam, & nimiam ſollicitudinem quæſitæ ſunt, ſi modò nõ appareant hi, quibus verè reſtitutio fieri deberet. *gl. in cap. non eſt putanda 1. quæſt. 1.* Et ſanè non laudauit dominus villicum de fraude, (vt ad 16. cap. Lucæ ait gl.) ſed de prudentia: & ad huius imitationem adhortatus eſt ſuos, taxans noſtram ſocordiam, quod homines huic mundo ſeruientes, in proſpiciendo ſibi de victu corporis, prouidentiores ſunt & attentiores, quam hi, qui abdicato mundo ſectantur ea quæ ſunt æterna, in proſpiciendo ſibi in vitam cœleſtem.

REGV-

REGVLA V.

Peccati venia non datur niſi correcto.

1. *Pœna multiplicato delicto augetur.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Deus animum reſpicit etiam delicto non ſecuto.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Ratio decidendi.*
6. *Aliæ rationes dubitandi.*
7. *Alia ratio decidendi.*

VT correctionis verbum & vitæ emendationem ſignificat, & punitionem delictorum continet: Ita quoque & præſens hoc capitulum, duplici ſenſu accipi poteſt. Primò, quod peccati venia non datur niſi correcto, hoc eſt, pœnitenti, emendato, & meliore facto delinquente. Secundò, quod peccati venia non datur niſi correcto, hoc eſt, punito, & qui iuxta ſeueritatem diſciplinamque legum, legitimas pœnas ſubijt. Ad priorem explicationem pertinet, quod ſicut ſi perpetrato crimine delinquentem pœniteat, mitius certè puniri debet: *vide Gail. 2. obſ. 106. n. 9. & 2. P. P. 11. circ. fin. latè Hipolitus in l. qui falſam ff. de falſis.* Ita qui ſemel de delicto punitus eſt, ſi iterum ſcelus admittat, prioris delicti veniam non videtur eſſe conſecutus: quia præcedēs correctio eum non emendauit, & ideò delicta ſi iterata fuerint, acerbius coërcentur. *v. Gail. d. c. 11. per tot. l. ſi diutino & ibi doct. ff. de pœnis.* † Sic ſi fur mino-
1. rem pœnam pro primo & ſecundo furto, cui furto per ſtatuta ſupplicium capitis impoſitum non eſt ſuſtinuit, vt ſi virgis fortè cæſus eſt, vel ſi truncationem auricularum paſſus eſt, certè ſi tertium deinde furtum contrahat, etiamſi anteà pro præcedentibus illis punitus ſit, nihilominus tamen laqueo ſuſpendi, & ſtrangulari poteſt: quia nullo modo emendatior factus, in turpi crimine perſeuerauit. *Ang. in tract. maleficiorum, in verbo etiam veſtem num. 14.* Sic & Ambroſius: *Inanis eſt pœnitentia* (inquit *cap. inanis de pœnit. diſt. 3.*) *quam ſequens culpa coinquinat: frequenter precans & lugens vix veniam meretur. Nihil proſunt lamenta, ſi reiterantur peccata: nihil valet veniam à malis poſcere, & mala denuò iterare.* Sic Gregorius. *cap. qui admiſſa eod. tit. Qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit, pœnæ grauiori ſe ſubijcit: quia ipſam quam impetrare potuit veniam contemnit.* Huc etiam pertinet, quod alibi ait Gomeſius: *ad reg. Cancella. tit. de vtriuſque ſignaturæ Compendio q. 16. verſic. differt tertio.* quod licet maior Pœnitentiarius poteſt vti ſignatura cum clauſula motus proprij, prout etiam vti poteſt ordinarius: materia tamen ſubiecta, quæ in dicto officio tractatur, ſignaturam iſtam non patitur: quia conceſſiones quæ per maiorem Pœnitentiarium fiunt, circa abſolutiones peccatorum verſantur, & abſurdum videretur quòd peccatori nō petenti, contritionemque & correctionem atque pœnitentiæ argumenta non oſtendenti, abſolutio motu proprio concederetur. Ad poſteriorem explicationem quod attinet. *Non ſufficit* (inquit Auguſtinus *cap. non ſufficit de pœnit. diſtinct. 1.*) *mores in melius mutare, & à præteritis malis emendatos recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat Domino.* Sic & ſolus Princeps culpam remittit & pœnam, *v. Gail. obſ. 114. n. 4. & ſeqq. l. 3. C. de epiſco. audientia l. cum indulgentia l. fin. C. de ſent. paſſis l. fi. C. de generali abolitione.* quoniam in poteſtate inferioris iudicis, niſi fortè priuilegiarij, non eſt correctionem remittere, & delinquentibus nō correctis & non punitis, veniam indulgere. *Menoch. 2. arb. Iud. 92. & 367. A. Faber. in ſuo Cod. tit. de confeſ. def. 8. Cuiac. 20. ob. 2. D. Peck. infr. ad reg. nō eſt. oblig. n. 6. l. ſi quis reum & ibi doct. ff. de cuſtodia reorū & in ca. de cauſis de offic. delegati. latè Tiraq. in præfat. lib. de pœnis.* Et vt in atrocibus atque enormibus criminibus ob quæ leges tranſgredi licitum eſt, *cap. felicis §. cæterum de pœnis l. 6.* ordinariam pœnam propria authoritate inconſultoque Principe egredi non poteſt: *v. Gail. 2. P. P. 9. n. 22. Gutier. p. qq. 46. n. 2. & ſeq. l. diuus 2. ff. de falſis, Hypolitus ſingulari 244.* Ita quoque eandem pœnam inconſulto Principe remittere nequit.

† Amplia primò, quod non datur peccati venia niſi contrito etiamſi ſit peccatum veniale. 2.
Quia licet in ſpecie quis non teneatur confiteri peccata venialia: ſunt tamen confitenda & detegenda in genere, dicendo nos quidem neſcire quod incidimus in peccatum aliquod mortale: in multis tamen alijs nos deliquiſſe. Quod ſi verò dubium eſt, an peccatum ſit veniale, melius eſt vt in ſpecie explicetur. *vide Silueſtrum in ſua ſumma ad verb. confeſſ. 1. n. 13. itē de verb. contritio correctio, peccatū.* Amplia ſecundò, vt procedat etiam in delictis non conſummatis: quia licet regulariter ſecundùm leges humanas delicti non conſummati pœna, actui conſummato præſcripta, locum non habeat, *v. Gail. 1. PP. 14. per tot. D. Peck. 1. de teſt. con. 5. n. 23. l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Hypol. ad l. diuus eod. tit.* in foro tamen conſcientiæ aliter res ſe habet. Ideoq; & Chriſtus ipſe, tā diſcretè apud Matthæum ait, *cap. 5.* quod non ſolùm committit adulteriū, qui coniugem alterius ſtupro violat, eiuſque corpus ſuo corpore complectitur: verùmetiam qui oculus parum pudicis intuetur alienam, cuius iam animus eſt impudicus, cuius oculi ſunt adulteri. † Non habet ma- 3.
ritus cur ad pœnam adulterū vocet, ſed habet Deus cur damnet adulterij, apud quem commiſit flagitium qui voluit. *Eraſmus ibi.* Amplia tertiò, quod quantumcumque adſint alia opera, tamen ſine contritione peccatū non remittitur,

titur, *ca. menſuram de pœnit. diſt.* 1. qua de re pulcherrimè (vt ſolet omnia) diſſerit Beatus Ioannes Chryſoſtomus, *in lib. de compunctione cordis.* quem vide. *Ratio dubitandi ſecundùm priorem* expoſitionem eſt. † *Primò ex eo*, quod Gre-
4 gorius Pontifex ſcriptum reliquit, eum qui denuò peccat, nō in id quod remiſſum eſt incidere. *ca. ſi illic* 29. *qu.* 4. Et Gelaſius Papa tradidit, diuinam clementiam dimiſſa peccata in vltionem non reducere, ſemelque in abolitione remiſſam punitionem reciduo dolore iterandam non eſſe. *ca. fin. de pœnitent. diſt.* 4. Sicut enim nihil prodeſt malè viuenti antè actæ vitæ probitas: quia ſuperueniens nequitia iuſtitiæ opera deleuit: Ita nihil officiunt peccata vetera correcto; quia ſuperueniens iuſtitia labem vitæ prioris aboleuit. *Lactantius lib.* 6. *cap.* 14. Neque vnquam aliquem ſanauit Dominus, quem non omninò liberauit. *c. ſunt plures de pœnit. diſt.* 3. Quomodo & alio quoque loco reſpōdit Vlpianus, *l. licet* §. *pen. ff. nautæ caupones ſtabulat. vbi omninò vide D. Peck. & infr. ad reg. bona fides n.* 7. de eiuſdem hominis admiſſo ſæpius quærendum non eſſe. *Secundò ex eo*, quod nulla facta correctionis ſeu emendationis, & contritionis mentione, veniam concedunt Canones etiam ijs, qui prauæ prætextu conſuetudinis, bacchanalia viuunt, & poſtremis bacchanaliorum diebus, abſurda quadam mētis cæcitate capti, vſque ad medias noctes ſeſe ingurgitāt *c. denique* 4. *diſtinct. Tertiò ex eo*, quod ad confeſſionem & pœnitentiam admittuntur ab Eccleſia, qui apertis & diſertis verbis declarant ſe emendari & præteritis vitijs abſtinere non poſſe. *cap. quod quidem. de pœnitentiis & remiſſionibus.* † *Ratio verò decidendi eſt hæc,*
5 *quod* (vt Plato, ait) nullus punit eos, qui deliquerunt, huc reſpiciens, huiuſque rei gratia, quia deliquerunt.

Hoc enim quod factum eſt, infectum fieri non poteſt, ſed futuri gratia, ne denuò delinquat vel hic ipſe, vel alius qui caſtigari ipſum viderit. Quod ſi correctus non pœniteat neque emendatus meliorem vitæ rationem ſequatur: reſecandæ ſunt putridæ carnes, *cap. reſecandæ* 24. *q.* 4. & ſcabioſa ouis à caulibus repellenda eſt, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant, & quaſi cauſa emendationis atque correctionis & punitionis ceſſante, velutque ſuperiorum illorum ſuppliciorum contemptor, grauius puniri debet. *dict. l. ſi diutino & ibi doct. cap. ſi quis at. in fin. de pœnit. diſt.* 3. *His non obſtat quod primo* loco pro contrario adductum eſt. Nam quod dicitur, quod Deus non iudicat bis in idipſum, & priorem culpam ſemel remiſſam in vltionem iterum non adducit: de his tantùm intelligi oportet, quos præſentia ſupplicia commutant, ſuper quos non conſurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores & deteriores fiunt, ſicut Pharao Ægyptiorum Rex, qui flagellatus à domino, durior factus eſt: præſentibus æterna commutant, vt temporale ſupplicium ſit eis æternæ damnationis initium. *cap. ſunt plures in fi. de pœnitent. diſtinct.* 3. Verum equidem eſt, quod idem peccatum pro quo ſemel quis punitus eſt, iterum & in ſpecie, ſic vt punitum fuit, non punitur. Nemo enim pro eodem furto bis flagellatur, nemo pro eodem delicto in ſpecie bis in exilium mittitur, ſed propter præcedens delictum, grauior pœna imponitur, ſi punitus non emendatur: eoque reſpectu, præcedens venia veluti reuocatur, & durius, quod ſi prius nō peccaſſet, coërcetur. *v. Gail.* 2. *P. P.* 11. *n.* 24. *& ſeqq. c. Honoratus* 74. *di.* 5. Et ſicut bona quæ peccato moriuntur per pœnitentiam, reuiuiſcunt ad præmium: ſic & mala quæ per pœnitentiam delentur, reuiuiſcunt ad ſupplicium. *d. c. fi. de pœ. di.* 4. Et quiſquis poſt acceptam remiſſionem peccatorum, ad vomitum redierit, tantò grauius punietur, quantò magis benignitate Dei abuſus, remiſſionis acceptæ ingratus extitit. *cap. qui recedit, de pœnitentia, diſtinctione quarta.* Et in ſacris ſcripturis non legitur datam illis veniam eſſe, qui in errore perdurarunt. Mortuos ſuſcitaſſe Chriſtum legimus, in errore manentes abſoluiſſe non legimus. *c. elegatur* 24. *q.* 2. Non mouet quoque ſecunda dubitatio, quia quæ in contrarium adducta eſt deciſio: loquitur de venia pœnæ temporalis, quæ ex certis cauſis quandoque datur non correcto, *c. ſchiſma* 24. *q.* 2. *c. flagitia* 72. *q.* 7. *gl. in d. c. denique* ratione maioris alicuius mali aut ſcandali publici euitandi. Ideoque quamuis Eccleſia aut iudex ebrioſos homines non puniat, & pœnæ veniam concedat propter multitudinem peccantium, & receptam malam conſuetudinem. Nihilominus tamen huiuſmodi ſuo tempore à Deo punietur. *conf. Gail.* 2. *obſ.* 110. *ſub n.* 8. *gl. in d. c. denique & ibi Præpoſitus.* Multitudini enim & communiter parcendū eſſe, ſemper docuit antiquit. *v. Gail.* 2. *P. P.* 9. *n.* 36. *& ſeqq.* Vnde Liu. memoriæ prodidit: quod cùm militum magna multitudo, authoribus Albio Baleno & Atrio Vmbro, ſeditionem feciſſent eos Scipio longa & eleganti oratione coërcuit, quam his verbis tandem concluſit. Itaque quod ad vos vniuerſos attinet: ſi erroris pœnitet, ſatis ſuperque pœnarum habeo. Quomodo & apud Ægæſippum Titus Imperator dicit, animaduerſione in ſingulos vſque ad factum promoueri debere: In multitudinem verò verbotenus. Et quod multum in temperandis remittendiſque pœnis, veteres tribuerint conſuetudini, latè ſuo more explicat Tiraquellus, *in tract. de pœnis. cauſa* 42. *conf. D. Peck. infr. ad reg.* 22. *n.* 4. quē vide. Nō obſtat quoque tertium argumentum: quia quamuis peccator dicens ſe abſtinere non poſſe, recipiatur ad confeſſionem & pœnitentiam: non tamen propterea peccatum illi remittitur, ſed dum ad confeſſionem inuitatur, ſperat Eccleſia, quod bonis monitionibus inductus, tandem

dem reſipiſcet. *Panor. & alij in d.c.quod.quidem.*

6. † Porrò ſecundùm poſteriorem explicationem, ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod ſi quis poſt commiſſum delictum baptizetur, ei omnis peccati & delicti venia conceditur abſque punitione *c. quod autem 32. q. 1.ca. vlt.ca. 2. de conſecrat. diſt. 4.* Secundò ex eo, quod licet pater poſſit exhæredare filiam quæ in corpus peccauit, & turpem vitam duxit: *l. ſi filiam C. de inoff. teſtam.* tamen ſi filia ad bonos mores conuerſa pœnitentiam egit, iam non eſt ius patri illud facere, veniamque ſine punitione concedere debet. *Alex & Iaſ. in l. ff. ſolu. matr. facit l. imperialis C. de nuptiis cap. ferrum 50. diſt.* Tertiò ex eo, quod alibi ſcriptum eſt, etiam ſine punitione transfugam & furem eſſe dimittendum *l. non omnes §. vlt. ff. de re mili. l. 2. §. poſtea cum Appius ff. de origine iuris.* † Ratio verò

7. decidendi eſt quod nec domus nec reſpub. ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis. Quotuſquiſque erit aut reperietur, qui impunitate propoſita abſtinere poſſit ab iniuria. Nec ſatis eſt eum, qui laceſſerit, iniuriæ ſuæ pœnitere, ſed quid lex requirit ne amplius quid tale poſthac committat, & vt cæteri ſint ad iniuriam tardiores, *Cicero libro 1. 3. officio.* vtiliuſque eſt vnius improbi ſupplicio multorum improbitatem coërcere, quàm propter mitiorem aliquam cauſam, vni parcere. Neque obſtat primum argumentum: quia quod baptiſmus in foro iudiciali pœnam abluat, communiore calculo improbatur. *gl. in c. admonere 32. quæſt. 2. doct. in cap. gaudemus de Diuortiis.* Cùm enim Eccleſia, quæ eſt iuſtitiæ cultrix, *cap. 1. de aliena feudi.* non defendat iuſtè condemnatos pro delictis: *cap. vlt. 24. q. vlt.* abſolutio quæ baptizato tribuitur, ſicut baptiſmus ipſe, *c. quia paſſus diſtinct. 2.* ad animam tantum reſtringi debet. Nam cum delinquentes plerumque priuatos, ſemper verò Rempublicam lædant, *l. Locatio ff. de public.* non debet videri remiſſionis beneficium in publicam perniciem ab Eccleſia eſſe conceſſum, *l. 2. ff. ne quid in loco pub. §. ſi quis.* ne hac captata occaſione, infideles ſolummodò quærant rationem, pœnas euitandi. *Tiraq. de pœnis cauſa 15.* Nihil etiam mouet ſecūda obiectio. Textus enim eius reſponſi, quo fulcitur allegata opinio, *c. accuſaſti de accuſat.* eam non probat, ſed illud tantùm inquirit, an ſi quis patre meo interfecto agat pœnitentiam; bonuſque fiat, poſſum eum licitè accuſare: qua de re dubium eſſe poterat: quia ſi non accuſem, perdo hæreditatem: *l. 1. C. de his quibus vt indi.* ſi verò accuſē, videor ex odio procedere: cùm ſit emendatus. Ideoque ſummi nominis & maximæ authoritatis interpretes, qui reſponſum hoc ad conſilium, non ad neceſſitatem trahunt, in diuerſam ſententiam recedunt: *Panor. & Ioannes And. in d. c. accuſaſti.* quia ad euitandam delicti conſummati pœnam, nullus pœnitentiæ locus eſt. *Gail. ſecundo obſeruat. 106. num. 9. 10. & 2. P. P. 11. cir. fin.* Nō vrget quoque vltima obiectio: quia propter delinquentis aut maiorum ipſius beneficia in rempub. collata, pœna ſubinde remittitur, *Gail. 2. ob. 110 n. 41. & ſeqq. & 2. P. P. 9. n. 22. & ſeqq. l. 1. in fin. ff. de conſtit. principum.* Et idcirco quia in argumento adducto transfuga miles iterum reuerſus multos latrones, alioſque transfugas indicauerat: reſpondit conſultus, parcendum ei eſſe. *d. l. non omnes.* Sic & cū Flauius ſcriba, Appio librum legum ſurripuiſſet, eumque populo Romano tradidiſſet: non ſolùm non punitus fuit ob furtum, ſed & præmium conſecutus eſt. *dic. § poſtea.* Sic & Darius Perſarum Rex (vt teſtis eſt Herodotus) cum Sandocem Æolidis præfectum, ob hanc cauſam cruci affigi iuſſiſſet, quod cùm ex regijs iudicibus eſſet, iniquam ſententiam tuliſſet: reputans eius in cruce ſuſpenſi plura peccatis eſſe beneficia in domum regiā collata, agnoſcenſque properantius ſe quàm prudentius egiſſe, hominē ſoluit. E contrario verò, ex hac regula infertur, quod pœnitenti & correcto, peccati venia datur: *Ouidius l. 1. Ponto.*

Sæpè leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,
Cùm bene peccati pœnituiſſe vident.

Quod Ciceronem non putaſſe, adeoque grauiter erraſſe, oſtendit Lactantius, *lib. 6. cap. 24. Deus enim imbecillitatē noſtram ſciens, aperuit homini portum ſalutis, vt huic neceſſitati cū fragilitas noſtra ſubiecta eſt, medicina pœnitentiæ ſubueniret. Ergò quicumque aberrauerit, referat pedem, ſeq; quàm primum recipiat, & reformet. Conuertimini ad me, ego conuertar ad vos, dicit Dominus Deus exercituum.*

REGVLA VI.

Nemo poteſt ad impoſsibile obligari.

1. *Nullitatis tres ſunt modi.*
2. *Impoßibile an latinè dicatur.*
3. *Impoßibile quid ſit.*
4. *Impoßibile de iure quid ſit.*
5. *Impoßibile perplexi quid ſit.*
6. *Impoßibile ex facto quid ſit.*
7. *Ampliationes ad hanc regulam*
8. *Præſumitur quis ſe velle legi conformare.*
9. *Rationes dubitandi.*
10. *Ratio decidendi.*
11. *Conditio ſolutiua & ſuſpenſiua quæ ſit.*
12. *Caſum fortuitum in ſe ſuſpiciens ad quid teneatur.*
13. *Aeſtimatio quando peti poteſt re perempta.*
14. *Virginitatem ſeruare res eſt minimè impoßibilis.*

QVod ſuperioribus capitibus accidit, vt certa quadam connexione & veluti ſer-

ruminatione inter ſe cohæreant: illud quoque & hoc loco fieri videtur. Nam quod peccatum dimittitur ſi vera concurrit pœnitentia, & ablatum reſtitui non poſſit: non aliam habet rationem, quam quod nemo ad impoſſibile obligatur. Et cum (vt ait Salluſtius) negat ſibi ipſi, qui quod fieri non poteſt petit: qualicumque actui impoſſibile adijcitur, nulla ex eo oritur obligatio. † Marcus Mantua refert hoc
1. loco, ſed admodum confuſè, tres eſſe modos nullitatis. Primus eſt, ratione ſubſtantialis ordinis prætermiſſi, quomodo ſtipulatio, ſi reſponſionem non præcedat interrogatio nulla eſt. *l. 1. ff. de verb. oblig.* Sententia contra ſolitū iudiciorum ordinem lata, iure cadit, *l. prolatam C. de ſent.* & reſcriptum non ſeruato eius ordine, nō prodeſt impetranti. *c. cum dilecta de reſcr.* Secundus eſt, ratione erroris expreſſi, veluti ſi iudex pronunciauerit nullam excuſationem eſſe à tutela: minorem 14. annis teſtari poſſe: ſi condemnet Titium in centum, adiecta hac cauſa, quia ex vno contractu 50. ex altero 25. debeat. *l. 1. ff. de ſent. quæ ſine appell. reſcinduntur.* Tertius eſt, ratione impoſſibilitatis, de qua hîc agitur. Rectè quidem Mantua, ſi modò reliquos nullitatis modos ad tres iſtos referre velit, veluti quod contractus bonæ fidei, cui dolus cauſam dedit, eſt ipſo iure nullus: *l. 1. eleganter ff. de dolo.* quod ſententia à non ſuo iudice lata, nulla eſt: *l. 1. C. ſi à non compet. iudic.* quod lis cum inhabili perſona ſuſcepta, non ſubſiſtat: & ſi quæ ſunt ſimilia, quod vix fieri poſſe exiſtimo. Impoſſibile verò appellamus, quod exiſtere non poteſt. † Nam quamuis Labeo &
2. Iulian. à verbo impoſſibilitatis, tanquam inſolenti & inconſueto adeò abhorruerint, vt Græco vti maluerint. *l. ab omnib. ff. de lega. 1.* alij tamen Iuris Conſulti, impoſſibile etiam Latinè dici non dubitarunt, *l. impoſſibilis, ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de actio.* quemadmodū nec ipſe quidem Quintilianus ab ea voce abhorruit. Iſtiuſmodi verò impoſſibilitas, ex tribus ferè cauſis accidere ſolet. Aut enim rerum natura impedimento eſt, aut lex, aut factum. Vnde vulgò impoſſibilitas, naturę, iuris, & facti appellatur. Ex his prima propriè impoſſibilitas dicitur.
3. † Nam Iuſtinianus impoſſibile deſcribit eſſe, cum natura impedimento eſt, quo minus exiſtat: *§. Item impoſſibile, Inſtitut. de inutil. ſtip.* veluti ſi quis ita dixerit, ſi digito cœlum attigero, dare ſpondes? Licet enim diuina aliqua ratione ſupra naturam poſita fieri poſſe videatur: tamen id perinde habetur apud homines, atque ſi fieri non poſſit. Spectatur quippe in rebus naturalibus ſola natura. Quo etiam pertinet temporis anguſtia, quæ impoſſibilitatem quandam naturæ in ſe includit, vt ſi inter eos qui Louanij ſunt, talis fiat ſtipulatio: Hodie Romæ dare ſpondes? Licet enim dare ſit res per ſe poſſibilis natura: Intra tantillum tamen temporis ſpatium ſic dare, natura vetat. *l. continuus ff. de verb. oblig.* Impoſſibile de iure dicitur, quod ius, lex, Princeps, Magiſtratus, aut boni mores, fieri vetant. Quoniam id tantùm poſſe dicimur, quod de iure & honeſtè poſſumus. *l. nepos Proculo ff. de verb. oblig.* † Quæ 4.
verò contra leges & bonos mores fiunt, nec facere poſſe credendum eſt. Veluti ſi patrem ab hoſtibus redemeris: ſi parentes non alueris: ſi hominem occideris, *l. ſi plagij de verb. oblig.* centum dabo: vel ſi teſtator oſſa ſua in mare proijci mandet: quia priſcis illis legiſlatoribus ineptæ atque ſtultæ eiuſmodi voluntates, ſemper diſplicuerunt, laudandumque magis quàm accuſandum hæredem exiſtimarunt, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundùm ipſius voluntatem abiecit, ſed in memoriam humanæ conditionis, tradidit ſepulturæ. *conſ. Gail. 2. ob. 145. ſub n. 11. & de Arreſt. c. 11. n. 19. l. quidam in ſuo ff. de condit. & demonſt.* Et in vniuerſum huc pertinent (vt Paulus ait *l. generaliter ff. de verb. oblig.*) quæ impleta pietatem, exiſtimationem aut verecundiam noſtram lædunt. Vnde reſpondit *hic* Anchoranus, quòd miles inſultatus à ruſtico, licet, poſſit fugere, ſi non fugit, ſed ſuſtinet & percutit, non tenetur: quia ſalua bona ſua fama fugere non poteſt. Sic & ea, quæ niſi Principe concedente fieri nō poſſunt, iure impoſſibilia dici ſolent. *l. Iulianus §. conſtat ff. de legat. 1.* Ex quo plerique exiſtimarunt. *Panormit. & Innoc. in c. ſuper eo de condit. ad poſitis.* quod ſi inter duos prohibitum eſt matrimonium, contrahantque ſub ea conditione, ſi Pontifex diſpenſauerit, matrimonium eſſe nullum: quia cùm pendeat à poteſtate ſolius Pontificis, videtur contractum ſub impoſſibili conditione. Ideoque etiam ſi diſpenſauerit, non valebit matrimonium, niſi nouus denuo conſenſus accedat. *Idque latè diſputatum in illuſtri cauſa Mezelceri contra Fugger. in Cam. Imp. de qua in peculiari ad id edito reſponſo & inter reſponſ. cuiuſdam Aduoc Cam. reſp. 74. vide quoque Azeuedo reſp. 4. in quibus etiam tota ferè materia conditionem teſtamentariarū eleganter tractatur.* De quo tamen dubitat Iaſon. *in d. § conſtat.* Sed tamen aiunt hæc in ijs non procedere, quæ à Principe facilè obtineri ſolent: *Caſt. in d. l continuus §. cum quis.* plærique verſantur in ea opinione vt exiſtiment; ea quæ contra honeſtatem fiunt, non tam ad iuris, quàm ad naturæ impoſſibilitatem eſſe reijcienda: quippè quod natura non ſolùm ſecundùm phyſicos, verùm etiam ſecundùm eos, qui de moribus tractant, accipiatur. Sed cùm lex ipſa, omnia turpia prohibeat, eoque vergant iuris præcepta: non video cur à recepta traditione recedamus licet legi natura accedat. Æmilius Ferrettus aduerſus omnes nouam defendit opinionem, *in d. l. impoſſibilis.* & aduertendum monet, ea quæ iure fieri non poſſunt impoſſibilia non rectè appellari. Alioqui enim (inquit) ICtus, cùm de illis alibi tractaſſet, *in d. l. ff. de act.* aut malè, aut fruſtra, aut ſaltem otioſè ſubiecisset hæc verba. Item ſub impoſſibili, & cætera.

Quia

Quia id non ſolùm ad nominum differentiam attinet,ſed ad rem ipſam. Nam impoſſibilia affirmatiuè tantùm vitiant ſtipulationem, ſed quæ fieri non poſſunt,& affirmando & negando vitium faciunt. *l.Iuriſgentium §.ſi ob maleficium ff.de pactis.* Sed de his inferius tractandi alia ſe offeret occaſio. Sub hac (vt quidam volunt) rectè collocaueris impoſſibile perplexi, quod ita in ſe recurrit & reuoluitur, vt iuris regulis repugnantibus exiſtere non poſſit. Veluti ſi tibi do fundum Tuſculanum, niſi eum Caio dedero, & Caio rurſum, niſi eum tibi dedero. Nam ſi alter petat à me fundum, quia alteri eum non dedi: reſpondebo perpetuo, adhuc expeditum non eſſe,an alteri dare velim.*l.ſi Titius ff.de verb.oblig.* Et quãuis quod promittitur in ſe eſt poſſibile:perplexio tamen facit impoſſibile, quod nullus quodammodo exitus in eo reperiatur: quia duæ perplectuntur promiſſiones, & ſe collidunt atque conſumunt. Vnde Africanus hoc appellat inſolubile,*l.qui quadraginta ff.ad l.Falcid.*eumque habere tractatum quem Græci aſſiſtatum appellant. Impoſſibile ex facto dicitur, quod licet natura & honeſtè euenire poſſit: quia tamen non fit niſi cum extrema difficultate, impoſſibile iudicatur. Veluti ſi ſeruus quem nihil habere certum eſt, liber eſſe iuſſus ſit hac conditione, ſi mille aureos hæredi dederit.*l.cum hæres ff.de ſtatu liberis.* Cæterum,an in his omnibus locum ſibi vindicet huius capitis diſpoſitio: ex rationibus dubitandi & decidendi inferius apparebit. Certè quamuis in ſolis ijs negotijs ex quibus contrahitur vel quaſi contrahitur,locum habere videatur,ſi quis corticem verborum inſpiciat:ex mente tamen legiſlatoris,quæ vtique præualere debet, *l.non aliter ff. de legat.* 3. latius patet, quod operæ precium erit in hac materia,quæ poſita eſt in vſu homi-
7. num atque foro, paulò latius explicare. † Igitur primò amplia, vt procedat in contractibus & pactis: quia pacta,quæ contra leges conſtitutioneſque vel contra bonos mores & naturam fiunt, nullam habere vim indubitati iuris eſt,*l.pacta quæ C.de ll.* Amplia ſecundò, vt locum habeat etiam in ſententijs. Ab ea ſententia (inquit Iulius Paulus) cui parere per rerum naturam non poterit, ſine cauſa appellatur,cum ipſo iure nõ obliget. *l.fi.ff.quæ ſententia ſine appell.* Veluti ſi hominem mortuum exhibendum eſſe à fideiuſſore pronunciauerit. *l. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſda.cogãt.* Amplia tertiò, vt procedat in præceptis iudicum: quia impoſſibile præceptum iure non ſubſiſtit, *Gail. 2.P.P. 17.n.27.d.l.fin.*veluti ſi ad diem feriarum citauerit;*Gail. 1.obſ.53.* ſi ad locum peſtilentẽ venire iuſſerit:*vid.Gail. 1.obſeruat.52. numero vndecimo. Mynſingerus obſeruatione ſeptuageſima ſecunda.* ſi tempus nimium coarctauerit. *Gail. 1. obſeruat.23.num. 19.& ſeqq.Dd. in l. prima ff.ſi quis in ius vocatus:*aut ſi quid mandauerit, quod legi diuinæ aduerſatur.*Decius conſil.72.*Etenim cùm iudex ſit miniſter legis:conſequens eſt,vt quod lex fieri vetat, iubere nõn poſſit. *cap. ea. quæ infra eodem.* Amplia quartò, vt obtineat quoque in confeſſionibus. Si quis hominem viuum falsò ſe confiteatur occidiſſe, & poſtea paratus ſit oſtendere hominem viuum eſſe: ex confeſſione illa non poteſt condemnari: quia natura non admittit,vt is qui viuit,ſit occiſus. *l.vnde Neratius ff.ad l.Aquiliam.*Sic & Paulus: *l. confeſſionibus ff.de interrogatorijs act.*Si quis filiũ ſuum eſſe confitetur (inquit) ita demùm ex confeſſione obligatur, ſi ætas eius patiatur, vt filius eius eſſe poſſit: quia ita confeſſiones ratæ ſunt,vt reſpondet Iabolenus, *l.ſi is eod.tit.* ſi id quod in confeſſionem venit, & ius & natura recipere poteſt. Amplia quintò, vt obtineat in cautionibus præſtandis Tametſi enim fructuarius cautionem præſtare debeat, de vtendo fruendo arbitrio boni viri: eamque cauendi neceſſitatem nec teſtator quidem ipſe remittere poteſt;*l. 1. C. de vſufructu.* & quamuis qui alium in iudicium vocat, cauere teneatur de expenſis litis reſtituendis reo, ſi ipſe non obtineat: tamen ſi iurauerit vterque fideiuſſorem inuenire ſe non poſſe, aut ſe pignora quæ ſupponat hypothecæ non habere: ſola iuratoria cautio ſufficit cum generali bonorum obligatione, & iurata promiſſione, quod ea bona in fraudem non alienabit,*Gail. 1.obſeruat. 148.num. 6.& 2. obſeruat. 47. num. 5.& ſeqq. D.Peck.de iure ſiſten.cap. 45. num.8. & 10. latè Hypolitus ad l. 1 §.præterea.num. 113.ff.de quæſt.* Amplia ſextò, vt procedat etiam in pœnis, à quibus impoſſibilitas excuſat. Nam & mater quæ filio tutorem non petijt ob peſtem, excuſatur.*Gaſtrenſ.Conſil.374.* Vaſallus ſi dominum iuuare non potuit,feudo non cadit. *Bald. in capit. querelam. de iureiurand.* Ægrotus qui Chriſtianum medicum inuenire nequit, ſi Iudæum adhibuit, à quo canones medicinam accipi vetant,non excommunicatur. *cap. nullus, & ibi doct. 28.quæſt. 1.*Et quamuis Prælatus ſub graui pœna ſine ſuperioris conſenſu etiam in caſu licito bona Eccleſiæ alienare non poſſit: *ſupr.de rebus Eccleſ.non alienand.* tamen ſi imminet neceſſitas alienandi, quæ tantam celeritatem exigit, vt ſuperior interim adiri non poſſit, alienatio non retractatur.*Panor.in ca.ſi.de Eccle. ædifica. Hypo.d.loco num. 130.* Amplia ſeptimò, vt procedat etiam in præſcriptionibus: quia non valenti agere,non currit præſcriptio, *vid. D.Peck. 1.de teſt.con. 38. n.2.& n.7. Gail. 1. obſ. 140.n.6.& 2.obſ.60.n.3.* & cui impoſſibile eſt appellare, vel quia iudicis aut notarij & teſtium copiã habere non poteſt, vel quia propter paupertatem imponere nequeat pecuniam, quæ ab appellantibus exigitur: tempora appellationis illi non current.*Gail. 1.ob. 142.c. ex oratione & ibi Dd.de appellat. Hypo. dic. loc. n.* 118. Amplia octauò, vt procedat etiã in actis iudiciarijs: quia & ſi tabellio & ſcriba vnius tribunalis non poſſit conficere acta alterius tribuna-

tribunalis, etiam ex prorogatione partium: *Bald. in l. repetita C. de Epiſc. & cleric.* illud tamen intelligitur, ſi non ſit impoſſibile, illius tribunalis tabellionem inuenire. *Innoc. in cap. cum p. & g. de offic. delegat.* Amplia nonò, vt locum habeat etiam in correctione: licet enim Epiſcopus proprijs manibus clericum delinquentem cædere non poſſit: hoc tamen non habet locum, ſi alium qui percutiat, habere nequit. *cap. cum non liceat & ibi gl. 86. diſt.* Amplia decimò, vt procedat hæc regula in excommunicatione: quia impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione, & ſi quis per impotentiam ſeu paupertatem non ſoluat, non eſt excommunicatus, *conf. Gail d. ob. 142. n. 4. c quæſtioni & ibi Philip. Francus de appellat Innoc. d loco Hypo. d loco n.* 117. Quod tamen ita accipiendum eſt, ſi paupertas illa allegata & iudici probata fuit. *Felinus & alij in d. c. cum p. & g.* Amplia vndecimò, vt obtineat regula in excutionibus faciendis & ſupplicijs irrogandis. Nam ſi lex propter maleficium, oculum delinquentis erui velit, & cœcus delinquat: propter impoſſibilitatem in alio membro punietur. *Albe. in l. impoſsibilium ff. eodem.* Et à quibuſdam (cæteris tamen refragantibus) reſponſum eſt. *Bald. & alij in authen ſed nouo iure C. de ſeruis fug.* quod ſi lex imponat pœnam amputationis manus dextræ, & manus dextra delinquentis ſit arida, nullamque in ſe vitam contineat: alteram manum eſſe amputandam. Amplia duodecimò, vt procedat etiam in teſtamentis: quia ſolemnitas teſtamentorum remittitur, ſi tot teſtes quot communiter requiruntur, vocari, ordinariæque ſolemnitates, vel propter peſtem, vel propter aliud impedimentum, adhiberi nō poſſunt. *D. Peck. 3. de teſt. con. 18. Gail. 2. obſ. 118. n. 18. Mynſ. 1. ob. 96. Doct. in l. fin. C. de teſt.* Amplia decimo tertiò, vt locum habeat etiam in ſponſalibus: quia qui prius ſponſalia de futuro contrahit cum vna, & poſtea ſponſalia de præſenti cum alia, debet adhærere ſecundæ: *cap. penult. de ſponſali.* quia licet dicatur quod primam fidem deberet ſeruare, hoc tamen intelligitur, niſi ſit impoſſibile de iure ſeruare: quia iuris impedimentum adeſt. *Socyn. Nepos conſil. 42. n. 10. lib. 2.* Amplia decimo quartò, vt obtineat in excuſatione à mora: quia ſi debitor prohibeatur à iudice vel magiſtratu ne creditori ſuo ſoluat, non conſtituitur in mora: quia ſoluere non poteſt. *l. vlt. ff. de leg. commiſſo Guido Pa. deciſ.* 240. Amplia decimo quintò, vt procedat in conuentionibus, ſiue impoſſibilitas expreſsè adiecta ſit, ſiue non. Vnde famulo imponi non debet aliquid quod præſtare non poteſt, nec cogi quis debet ad id quod neſcit. *l. moris §. ſunt autem ff. de pœnis l. ſi pupilli de neg. geſt. Bald. in l. Titius §. fi. ff. de ex uſ. tuto.* Amplia decimo ſextò, vt etiam obtineat ad thori coniugalis ſeparationem: quia ſi mulier non poteſt emendari à marito de ſua inſolentia, malitia & crudelitate: poteſt maritus eam deſerere: quia impoſſibile eſt ei cohabitare. *Panorm. in c. quemad. de iureiuran.* Amplia decimo ſeptimò vt procedat in omni generali diſpoſitione, in qua non includuntur impoſſibilia: *Roma. conſil.* 102. *Barbatius conſil.* 13. *num.* 8. *lib.* 2. quia verba indiſtinctè prolata & ſimpliciter, debent intelligi in caſu poſſibili, *l. eum debere ff. de ſerui. vrba. prædio.* impoſſibilique in eſſe poſito, nullum ſequitur poſsibile ſeu contingens, *l. filium ff. de his qui ſunt ſui. Bald. conſil.* 28. *lib.* 1. quandoquidem de neceſſarijs & impoſsibilibus non eſt conſilium, ſed de contingentibus tantùm, nullaque impoſsibilium ſolutione executioue exiſtit. *Bald. conſil.* 145. *l.* 3. Amplia decimo octauò quod nec fictio legis vnquam ſe extendit ad ea, quæ ſunt impoſsibilia: quia fictio legis eſt aduerſus veritatem in re poſsibili, *Alciat. in præfat. de præſumptio. cap.* 1. quod & à Poëtis obſeruatum eſt, ne facilè impoſsibilia inducerētur. *Alc. l.* 6. *parerg. c.* 1. Vnde cum naufragio facto deſcripturus eſſet Homerus Vliſſem per triduum in mari & fluctibus natantem, quod ſupra humanas vires id videretur: adiecit ope Leucotheæ id factum eſſe, quæ ei faſciam pectori ſubijciendam dederat, quo interim ſubleuaretur ne mergi poſſet. Nonnunquam tamen ex æquitate, id quod impoſsibile eſt, lex præſupponere videtur. *Idē Alcia. d. cap.* 1. *de præſumpt.* Amplia decimo nonò, vt procedat etiam ſi iuramentum adiectum fuerit. *l. iuriſgent. §. ſi paciſc. ff. de pact.* Neque enim iuſiurandum oportet vinculum eſſe iniquitatis, *cap. inter cætera* 22. *q.* 4. & placent magis Deo tranſgreſſiones hac in parte, quàm ſuperſtitioſæ obedientiæ *conf. D. Gail.* 1. *P. P.* 4 *n.* 11. *& ſeqq. &* 1. *obſ.* 10. *num.* 3. *D. Peck. de iu. ſiſt.* 28. *num.* 7.

Amplia 20. vt locum habeat, etiamſi pœna fuerit adiecta: *con. Gail.* 2. *ob.* 145. *n.* 7. *l. ſi ſtipuler. l. ſi plagij l. ſtipul. hoc modo ff. de verb. oblig.* quia cum principale non valeat, non debet valere adiectio pœnalis, tanquam acceſſoria. Amplia 21. vt procedat etiam in lege: quia lex niſi honeſta & poſſibilis fuerit non tenet. *Gail.* 2. *ob.* 88. *n.* 2. 3. *cap. erit lex* 4. *diſtinct.* Amplia 22. vt locum habeat etiam in conſuetudine: in qua ſi deducatur aliquid impoſsibile, nulla oritur obligatio: quia tunc ligat conſuetudo, quando eſt rationabilis, *cap. fin. de conſuetudine, & in auth. vt nulli iudicium* §. 1. & poſsibilis, ne alioqui detur occaſio delinquendi. *Gail.* 2. *ob.* 31. *n.* 11. *verſ. quartò, &* 1. *obſ.* 18. *n.* 4. Amplia 23. vt locū habeat, non ſolùm quando impoſsibilitas per ſe eſt adiecta conuentioni, ſed etiam ſi eſt adiecta per modum conditionis. Cùm enim conditio legem actui præſcribat, vt niſi impleta naſci non queat obligatio: *l. cedere diem ff. de verbo. ſign.* ſi impoſsibilis ſit, obligationem quoque naſci impoſsibile eſt. *l. impoſsibili ff. de verb. oblig.* Amplia vigeſimo quartò, vt obtineat etiam ſi promiſſor diceret, ſe ſcire eſſe impoſsibile iuris aut contra bonos mores:

Aret.

Aret.coſ. 14.*Capy.deciſ.Neap.*93.*n.* 7. quia ius publicum pactis priuatorum mutari non poteſt, *l.ius pub.ff.de pactis.* & nemo facere poteſt, ne leges in actu ſuo locum habeant. Amplia vigeſimo quintò, vt nec fideiuſſor in hanc obligationem dari queat, *l.ſi ſub impoſſibili. l.fideiuſſor.ff.de fideiuſſor.* quia vt omni obligationi accedit fideiuſſor, *l.* 1.*digeſt.illo titulo.* ita obli-
8. gationi nulli non accedit. † Amplia poſtremò, vt locum habeat tàm in contractibus ſtricti iuris quam bonæ fidei. *d.l.* 3.*non ſolùm.*

Nemo poteſt. Multò minus quis præſumitur actum impoſſibilem facere velle. Vnde nemo præſumitur eligere viam, per quam iudicia ſua ſubuertantur. *l.*3. *de milit. teſtam.* Et in dubio capitur ſemper illa præſumptio, per quam actus potius valeat quàm pereat, *l. quoties.ff.de reb.dub.c.Abbate de verb.ſigni.* etiamſi verba impropriari debeant. *v.D.Peck.* 1.*de teſt. con.*44.*n.* 2. *& infr. ad reg.*38.*n.*3. *Alciat. reg.*3.*præſum.c.* 34. *& ſequent.*

9. † *Ratio dubitandi* in hoc capite varia eſt & multiplex, & primò quidem ex eo, quod ex his contractibus in quos incidit impoſſibilitas, videtur ſaltem naſci naturalis obligatio, quæ oritur ex conſenſu, *l.* 1.*ff.de pactis l.cum amplius §. is natura debet ff. de reg.iur.* qui in promiſſione adeſſe videtur, propterea quod quilibet (vt dictum eſt) præſumitur ſic agere, vt valeat, & non pereat quod actum eſt. *l.quoties ff. de verbo.oblig.* Secúdò ex eo, quod Pomponius *l.veluti eod.titu.* reſpondit, ex turpibus promiſſionibus & impoſſibilibus conuentionibus, officium prætoris intendi, & ex huiuſmodi obligationibus actiones denegari. Ex quibus verbis colligendum videtur, quòd ex dictis promiſſionibus producuntur obligationes, quamuis ex ijs actiones denegentur, quemadmodum & à pleriſque reſponſum eſt, *in l.* 1. *ff. de condict.indeb.* ex teſtamento non ſolemni naturalem obligationem naſci, licet actio ex ea denegetur. Tertiò ex eo, quod in ſacris Canonibus fidem frangere dicitur improbus latro, qui iuxta pacta cónuenta ſocio latroni partem ſpoliorum non tribuit. *ca.ſi ad peccatum.* 22. *q.* 4. Fides autem vinculum & obligationem præſupponit. Quartò ex eo, quod ſi turpis ſtipulatio & promiſſiò præceſſit, lex ait *l. penult. ff.de condict. ob turpem cauſam.* dari petitioné & exceptionem, quæ eſt actionis excluſio. *l.* 1.*ff. de exc.* Deinde verò ſolutum non condici, quod ſignum eſt certiſſimum adeſſe obligationem, *l.fideiuſſor §.fideiuſ.ff.de fideiuſſ.* Quintò ex eo, quod Gregorius nonus Pontifex reſpondit, *cap. fin. de condit. appo.* conditiones contra ſubſtantiam matrimonij inſertas, veluti ſi ſobolem non generaueris, vel ſi te alijs ad quæſtuoſam libidinem proſtituas, vitiare totam conuentionem nuptiarum: alias verò conditiones turpes vel impoſſibiles non nocere, ſed pro non adiectis haberi, tenereque matrimonium, atque ſi adiectæ nón eſſent. Sextò ex eo, quod Iuſtinianus veteres ſequutus ait, §. *impoſſibilis inſtit. de hæred. inſtituend.* impoſſibiles conditiones in inſtitutionibus & legatis, nec non in fidei commiſſis & libertatibus, pro non ſcriptis haberi, perindeq́; eſſe, ac ſi purè actus factus eſſet, adeoque non nocent, nec vitiant quod datum aut relictum eſt. Septimò ex eo, quod alibi reſponſum eſt, adiectionem pœnæ valere, licet impoſſibile ſit quod principale impleatur. *l. in illa ſtipulatione ff.de verb.oblig.* Octauò ex eo, quod Venuleus ait, ſi ſtipulatus ſum ab eo, qui facere non poteſt, vt quid fiat: iure contractam obligationem. *l. continuus § fi. ff. eod. tit.* Alterius verò factum ſpectare non oportet, quando alterius perſona extrinſecus non intelligitur, factumque alienum promitti non poteſt. Nonò ex eo, quòd is, qui moriens inſulam, hoc eſt domum, ædificare promiſit, conſtituit obligationem: obligatur ex ea promiſſione: cùm tamen conſtet impoſſibile eſſe, vt eam adimpleat. Decimò ex eo, quod difficilia & impoſſibilia æquiparantur: *l. fi. C. de contra.ſtipula.* ſed difficilia non impediunt obligationem: *l.nepos ff.de verb. ſignif.* igitur nec impoſſibilia impedire debent. Vndecimò ex eo, quod euitare caſus fortuitos impoſſibile eſt, *d.l.continuus.* & tamen valet conuentio, quia quis in ſe eos ſuſcipit, eorumque periculum præſtat, *l. quæ fortuitis C. de pignora act.* & ſic ad impoſſibile obligatur. Duodecimò ex eo, quod quamuis res dari promiſſa ſit perempta, nihilominus tamen etiam poſt interitum, æquè ac ſi perempta non eſſet, peti poteſt, quamuis certo conſtet, per rerum naturam fieri non poſſe, vt detur. *ibi l.* 4. §. *inſt.ff. ſi quis cautio.l.ſi quis fundum ff.locati.* Decimo tertiò ex eo, quod ſi defunctus legauit pecuniam reipublicæ ad faciendum opus, quod lex aut ſenatus fieri nõ permittit, adeoque impoſſibile eſt, nihilominus tamen ex eiuſmodi præcepto hæres obligatur. *l.ſi ſeruum §. effectus de verb.oblig.l.penult. ff.condic.cauſ. dati.* Decimo quartò ex eo, quod quis obligatur ad obſeruationé contractuum coràm ijs factorum, coram quibus de iure fieri nõ potuerunt. *l.Barbatius ff.de offic.prætò.* Decimo quintò ex eo, quod ſententiam ſub conditione ferri de iure impoſſibile eſt: tamen ſi ita lata ſit, is qui ſuccubuit, ad eius obſeruationem obligatur, *l.* 1.§.*biduum ff.quando appellandum ſit.* & quamuis relegato ad tempus, bona adimere iudex non debet, hoc enim lex prohibet: ſi tamen adimat, ſententia ligat relegatum, *l.relegatorum §.ad tempus ff.de interd.& rel.* Decimo ſextò ex eo, quod liberi hominis venditio impoſſibilis eſt, facta tamen obligationem parit. *l.liberi l. & liberi ff.de contrah. empt.* Decimo ſeptimò ex eo, quod ex contractu improbato, adeoque de iure impoſſibili, tranſit dominium. *l.eleganter ff. de dolo l. dolo C. de inutil. ſtip.* Vnde & præcedere obligationem neceſſe eſt. *l.nunquam nuda de acquiren. rer.dom.* Decimo octauò ex eo, quod omnia maleficia & cri-

& crimina quæ ius fieri vetat, cenſentur de iure impoſſibilia: naſcitur tamen ex ijs obligatio vel quaſi. *Inſt. de obliga. ex delicto.* Decimo nonò ex eo, quod in ſacro Euangelio ſcriptum eſt *apud Marcum c.* 10. facilius eſſe camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum, cùm tamen diues obligetur ad ea, quæ ad ſalutem eius pertinent. *cap. omnis de pœnitent.* Vigeſimò ex eo, quod ſi Titus ſtipulatus eſt à te fundum, ſi eum Seio non dares, deinde Seius eundem à te ſtipulatus eſt, ſi eum Titio non dares: hic eſt impoſſibile perplexi, & tamen actio obligatioque, quæ in iudicium produci poteſt, nata eſt, *l. ſi. Titus ff. de verb. oblig.* Vigeſimo primò ex eo quod impoſſibilis conditio parit condictionem ob cauſam. *l. militem C. de condic. ob cauſ.* Vigeſimo ſecundò ex eo, quod ſi quis dicat, remitto tibi debitum, vt me hæredem inſtituas, iſte modus eſt impoſſibilis de iure, quia pacto non poteſt dari hæreditas, *l. ſtipulatio hoc modo eo tit.* & tamen remiſſio ſub illo impoſſibili modo facta, obligat: *l. cum donationis C. de tranſ.* Poſtremò ex eo, quod impoſſibile eſt caſtitatem ſeruare, niſi Deus ipſe manum admouerit, *cap. de his 28. diſtinctione.* & tamen clericus qui caſtitatem non ſeruat, imò & ſecularis fornicator, punitur. *toto tit. de cohabitat. cler. & mul. l. ita nobis C. de adult.*

10 † *Ratio decidendi eſt*, quod in ea re, quæ ex duorum pluriumuè conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, & contractus concluditur & abſoluitur ex conſenſu contrahentium, quorum proculdubiò in huiuſmodi actibus talis eſt cogitatio, vt nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione, quam ſciunt eſſe impoſſibilē, *l. non ſolum ff. de actio.* nec ſerio quicquam agere, ſed magis iocari & ludere voluiſſe videntur *l. an inutilis ff. de acceptil. l. cum hæres §. 1. ff. de ſtatu lib.* Tum verò, cum legis officium ſit imperare honeſta, iuſta & vtilia: quandoquidem nihil aliud eſt lex (inquit Tullius) quàm recta & à nomine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibenſque contraria: mirum videri non debet, ſi aut lex aut legis miniſter iudex, impoſſibilia præcipere aut ſuſtinere non poſſet, ne potius ad Tyrannidem, quàm ad iuſtitiam pertinere videatur, præcipuè cùm naturam imitetur, *§. 2. inſtit. de adopt.* quæ impoſſibile non admittit. Deinde omnis obligatio eſt propter finem. Vnde ex quo finis eſt impoſſibilis, reputatur impoſſibile principium & medium ſi. C. de ſuffrag. Bald. in l. non dubium xi. oppo. C. de legib. Adde quòd malitijs hominum obuiam eſt eundum, *l. in fundo ff. de rei vendic.* ne materia delinquendi tribuatur, *l. conuenire ff. de pac. dotali.* qui ſi ſe ex turpi promiſſione obligatos ſentirent, promptiores forent ad ſcelera exequenda. Rurſum ſequitur omnis obligatio eſt in dando aut in faciendo, *l. 2. ff. de verb. oblig.* ſed quod nō eſt, nec eſſe poteſt, dari aut fieri nequit: & cùm non poſſit eſſe filia ſine matre, effectus ſine cauſa, conſequens ſine antecedente: quod ad impoſſibile eſſe non poteſt poſſibilis obligatio, *c. enim ex offi. de præſcript.* Non obſtat primũ argumentum: quia cùm lex ait nullam naſci obligationem: *l. impoſſibilium ff. eodem.* ſequitur quòd nec ciuilis nec naturalis oritur, quæ naturalis ſi oriretur, accedere poſſet fideiuſſor, *d. l. fideiuſſor l. ſi ſub impoſſibili eod. tit.* quod tamen lex non admittit. Et quando naturalem obligationem voluit excludere Iuriſconſultus, non dixit obligationem nullam, ſed obligationem ciuilem. *l. generalis §. quod ſi faciam digeſt. de præſcript. verb.* Quod verò ex conſenſu naſcitur ea obligatio, hic eſt impertinens, quando iam dictum eſt, cōſenſum non præſumi. Præterea verum non eſt, ex omni conſenſu naturalem naſci obligationem: ſed ita demùm, ſi conſenſus ex firmo conſilio, iuſtaque & rationabili cauſa proficiſcatur. Naturalis ſiquidem obligatio fundatur in æquitate & ratione, *l. Stichum §. naturalis ff. de ſolut.* ſuadetque etiā volentes ex turpi cauſa promittere, non obligari: quandoquidem natura vtique dux optima eſt, & homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt, *Cicero libro tertio offic.* & vbicumque actus eſt contra legem, ibi arguitur mens agentium volentium actum eluſorium facere: *d. l. an inutilis. Alcia. regul. tertia præſumptio cap. 34. n. 12. verſic. & ita.* quia quilibet præſumitur velle accommodare voluntatem ſuam ſecundùm leges, *l. quæro §. inter locatorem ff. locati.* honeſtaque & vtilia facere. *l. merito ff. pro ſocio.* Nihil mouet ſecunda obiectio, quia non eſt nouum appellari obligationem, quæ obligatio non eſt, ad rem de qua agitur facilius demonſtrandam. Ita enim appellatur venditio quæ nulla eſt. *l. cum lex. §. ſi ita. ff. de fideiuſſ.* Ita quoque vacuum appellat Ariſtot. locum carentem corpore, cùm tamen vacuum locus non ſit. Verbum igitur obligationis in lege contraria poſitum, accipitur vel pro ſolo contractu, *Corraſ. ibi in d. l. veluti.* vel in genere generaliſſimo, vt contineat tam veras, quàm fictas primaque facie apparentes, non etiam efficaces obligationes. *Zaſ. Ferret. & alij ibi.* Veriorque ſententia eſt eorum, qui exiſtimant non obligari naturaliter hæredem ex teſtamento non ſolemni. *doc. in d. l. 1. de condic. indebiti.* Eodem quoque pertinet tertia obiectionis ſolutio. Nam cùm canon fidem frangere ait latronem ſocio: *d. c. ſi ad peccatum 22. q. 4.* loquitur de falſa, inualida & apparenti fide, quo ad ſuperficiem verborum duntaxat *Archid. ibid. in princip.* Nec eſt maioris ponderis quarta obiectio, quia cùm ex parte ſtipulatoris tantùm turpitudo verſatur: exiſtimant plærique mero iure ſubſiſtere ſtipulationē. *l. ea quæ C. de donat. ante nupt. Corraſ. d. loco.* Nō obſtat quoque 5. argumentum: quia vt communis habet ſententia, fauor matrimonij efficit, vt matrimonium valeat impoſſibilitate reiecta, ne ſimplices puellæ decipiantur,

piantur, credentes adoleſcentes per iſtas conditiones impoſſibiles vel turpes in matrimonium conſenſiſſe, quod illi poſtea negarent. *Zaſ. in d. l impoſſibilis in fine.* Cæterùm hæc ſententia plæriſque improbatur exiſtimantibus vt conſeruetur matrimonium ſemel ritè contractum, ſummè enitendum eſſe, quod & leges debent fauoribus promouere. *ca ſi. de iudi.* Verùm vt introducatur matrimonium vbi conſenſus deeſt, quo quis præter mentem ac ſine conſenſu nuptijs implicetur: *contra c gemma. de ſponſal* fabulis anilibus vanius eſſe nullamq; dici poſſe captionem puellarum eſſe, vbi verba apertè conſenſum deeſſe ſignificant, nihilque actum eſſe quilibet contrahentium intelligit, præcipuè cum nulla talis legum interpretatio ſit admittenda, quæ expreſſam eius arguat iniquitatem. Tum verò friuolum eſſe, quod ius conſenſum adeſſe fingat, quod in re aperta fictioni locus eſſe non debeat, & qui eiuſmodi conditionem dijcit, apertè demonſtrat ſe nuptijs illis conſentire non velle. Intelligunt itaque conſtitutionem Gregorij, aut in modis loqui aut certè in conditionibus nō ſuſpenſiuis, ſed ſolutiuis. Solutiuæ verò ſunt, quibus euenientibus poſt nuptias cōtractas (ſemper enim eas ſequuntur) ſolueretur matrimoniū. Suſpēſiuæ ſunt, quæ præcedunt nuptias, eaſq; donec eueniant, ſuſpendūt. Illæ quidem in matrimonij cauſa plurimū habent odij, quod nuptias, quarū magnus fauor eſt, ſoluant, & vitiato pudore vinculū rumpant. Hæ autem non habent, quia à matrimonio nondum contracto dumtaxat arcent, contractū non diſſoluunt. Porò ſi quis ita fidem dederit puellæ, vt patrem occidat, quia hic modus poſt matrimoniū impleri debet, per æquum eſt pro non adiecto eſſe. Et hoc eſt quod Gregorius ſubdit, turpes aut impoſſibiles cōditiones propter fauorem matrimonij pro non adiectis haberi, neque nouum videri debet, conditionis verbum pro modo poſitum eſſe, quod conſultis infrequens non eſt, *l. 1. § fin. ff. de dona. l. menia ff. de manumiſſ. teſt.* Alij in ea opinione verſantur, vt exiſtiment Eccleſiam iuſtè has conditiones reijcere, quod qui contrahunt nuptias, ſcientes talem conditionem ab Eccleſia tolli, & fauore matrimonij manere firmum, matrimonium videntur contrahere purè. *Prapo. Innoc. & alij in d. c. vl. Didac. in epitome decret. cap. 3 §. 2.* Ignorantia autem iuris neminem excuſat. *l leges C. d. ll.* Alij conſiderant matrimonium diuini iuris rem eſſe, in quo nemo videtur ludere, vt ſic pro non adiecta, vel pro impleta haberi debeat. Scio modi mentionem nullam fieri in contrario, ſed conditionis & fauoris nuptiarum. Et verum eſſe puto, rectè id intelligi de conditione ſolutiua. de qua in prima parte textus facta erat mētio, Ideoque ſi matrimonium contractum ſit, & arctiore vinculo conſummatum: arbitror à conditione receſſum eſſe, ſaltem tacitè. Quod ſi coniunctio arctior non acceſſit, ęquum eſt, vt ludatur, qui tantum ſacramentum ludere voluit, & ferè eo modo conſenſus eius fingitur, quo qui crimen admiſit, fingitur conſentire in pœnæ irrogationem, ideo quod ſemel conſentijt in leges patrias, ex quibus pœnæ ſupplicia impijs irrogantur. Sexta quoque obiectio non vrget. Sed quæ ſit eius rei ratio, hoc opus, hic labor eſt, & pauci quos ęquus amauit Iuppiter, oculos intendunt. Sunt enim qui exiſtimant, pleniorem lationemque in vltimis elogijs fieri interpretationem mentis teſtantium, *l. in teſtamentis ff. eod.* propter publicam vtilitatem, cui expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere, *l. vel negare ff quemad. teſt. aperiantur.* neque credendum eſſe, aliquem quicquam tabulis ſuis adijcere, quo iudicium ſuum impugnetur, *l 3. ff. de militari teſta.* Sed hæc ratio non concludit, quæ tamen aſſertorem cum multis alijs habet Corraſ. Nam quod fauorabilis ſit voluntas vltima vtique verum eſt, ſed ita demùm, ſi de ea conſtet, qua de re hîc tantùm quæritur. Alij arbitrantur in contractibus impoſſibilitatem vitiare, quod imputandum ſit ſtipulatori, qui ſibi proſpicere potuit & curare, vt vel conditio reijceretur, vel voluntas vtriuſque declararetur apertius. Legatario autem & hæredi nihil minus cogitanti, nocere eam non poſſe, qui ſibi cauere non potuit. Cæterùm nec hoc quoque verum eſt. Nam ſi nihil agi exiſtimet teſtator: quo pacto ſubſiſtit legatum, quod voluntate legantis deſtituitur; Alij putant odio teſtatoris id factum eſſe, qui ſi fuerit tam impudens, vt rem impoſſibilem aut legibus improbatam, facere iuſſerit: in odiū eius pro non aſſcripta habebitur conditio. Sed hoc in turpibus voluntatibus verum eſſe poſſet, *l. turpia ff. de leg. l. 1.* in reliquis verò locū non habet, in quibus lex *d. l. in teſtam.* non odiū teſtantis, ſed fauorem teſtamenti cōſiderat. Ideoque magis placet eorum ſententia qui putant teſtamenti diſpoſitionem, rem eſſe, quæ vnius tantùm teſtatoris conſenſu abſoluitur, qui facilè labi & errare poteſt, præcipuè quod multi mortis cogitatione conturbati, aliud ſcribunt, aliud cogitāt, & ita cùm dubium ſit, an ſponte talem aliquam conditionem adiecerit, an verò per imprudentiam: magis præſumitur per imprudentiam adieciſſe, vt in ambiguis pro vltima voluntate reſpondeatur. Sunt tamen caſus non nulli, in quibus impoſſibilitas teſtamenta vitiat, quos alio loco, & apud alios requirere licet. *apud. Gulie Benedic. in cap. Raynutius ad verbum reliquit nu. 16. de teſtam. Guil. Meynerum in l. quod nullius ff. de reg. iur.* Ad ſeptiman obiectionem quod attinet: homine quidem promiſſo & abſque culpa promiſſioris mortuo, contingit liberatio: *l. ſi homo l. ſi ex legat. ff. de verb. oblig.* ſed in lege ex qua proponitur, Stichus non in obligatione, ſed tantùm in conditione poſitus erat, cuius conditionis natura eſt, vt non diſponat, *l. ſi quis ff. ſi quis omiſſ a ca. teſt. &c.* & quoquo modo, etiamſi de facto eueniet.

niat,nihil intereſt.*l.qui hæredi ff.de cond. & demonſtrat.* Neque decem ibi poterant videri promiſſa, ſi promiſſor fuiſſet in mora dandi Stichum,ſed ſolum in euentum conditionis,ſi non daretur,quæ conditio extitit. Fuit enim contracta præcipua obligatio ad decem, ſub conditione ſi Calendis Stichus non daretur. Licet igitur interierit Stichus,non ideò perierunt decem. Quantitas enim aut genus perire non poteſt. *incendium C ſi cert.petat.*ſuffeceritque aliquo modo conditionē euenisse. *Caſt.& Corraſ.ad d.l.in illa.*Sed nec octaua mouet dubitatio.Quod enim Venuleius ait,iure contractam obligationem: non eò pertinet, vt ipſe promiſſor facere cogatur id quod neſcit: (hoc enim eſſet impoſſibile) ſed vt per alium fieri curet,præcipuè quando in facti ſpecie illic propoſita,non expreſsè ſe facturū,ſed tantùm imperſonaliter id quod fieri conuenerat, facere promiſerat. Vnde cùm nemo ignorare præſumatur,imò ſcire debeat conditionem qualitatemque eius cum quo contrahit:*l. qui cum alio ff hoc tit.* præſumitur non ſolùm promiſſor, qui non cenſetur ſe voluiſſe obligare ad impoſſibile,verùm & ſtipulator ipſe,qui ſciuit aut ſcire debuit promiſſorem eius rei peritum non eſſe,cogitaſſe, vt opus conuentum per alium explicaretur, quod erat poſſibile, aut certè ſic iure contracta eſt obligatio, vt promiſſor ſoluat æſtimationem,quod poteſt.*Caſt & Zaſ. in d c.continuum§ ſi ab eo.*Eodē ferè ſpectat nonæ obiectionis diſſolutio. Nam cùm omnis actus ita interpretandus ſit, vt valeat potius quàm vt pereat:*d.l quoties.* veriſimile eſt tam promiſſorem quàm ſtipulantem in ea cogitatione eſſe, vt opus fieret ſi promiſſor conualeſcat.Nam & eum,qui mori putatur, conualeſcere poſſe conſtat. Et Ideò cum à Tauro Philoſopho Athenis quæreretur,quando moriens moreretur:reſpondit plenam difficultatis eſſe quæſtionem.*Gell.l.6. c.* 13. Aut ſaltem ſi ſanus promiſit facere cum moreretur, ille videtur fuiſſe animus contrahentium, vt hæredes promiſſoris obligarentur. *Salice. in d. l.veteribus C.di.contra.ſtipulat.* Niſi tamen omninò appareret, promiſſorem ſcientem impoſſibile eſſe,quod promittebat, obligari noluiſſe, vt eſt in exemplo ægroti Æſopici, qui cùm à medicis deſperatus erat, Deos rogabat, promittens ſe centum boues ipſis oblaturum in ſacrificium, ſi ſanitatem reſtituiſſent:& vxore eius rogante, vnde hæc corraderet ſi conualuiſſet?reſpondit, putas me ſurgere hinc vt Dij hæc à me repetant? ſciens eſſe impoſſibile quod promiſerat adimplere. Decimum quoque argumentum non vrget: quia infrequens Iuriſconſultis non eſt,non ſolùm quod hæc duo, ſcilicet difficilia & impoſſibilia ſæpè confundant, & vtraque dictione promiſcuè vtantur:*l. de illo & ibi gl.ff. pro ſocio.*verùm etiam quod ea æquiparent & pari effectu conſtituant, ſed id tamen aliter,quàm ſi aut ſubiectæ materiæ ratio id patitur,aut ex mente contrahentium id eſſe videatur, vt non magis ad ea, quæ admodum difficilia ſunt, quam ad ea quæ impoſſibilia ſunt,obligari velint,quod quidem eſt in contrario. Vim etiam non aufert, quod vndecimo loco obiectum eſt. Nam (vt Salicetus ait *in l. 1. fin.C.commodati.*) quod in ſe merè eſt impoſſibile,id non parit obligationem. Sed cùm caſus fortuiti eueniant contingenter, non etiā neceſſariò:ſequitur,quod eorum euitatio in ſe eſt poſſibilis,quamuis propter cognitionis humanæ defectum, reſiſtere eis non valeamus: Vt ſic magis videatur eſſe difficultas,quæ propriè perſonam reſpicit, quàm impoſſibilitas, quæ potius ad rem refertur. † Verius eſſe exiſtimo,quod ſuſceptio caſuum fortuitorum,intelligitur de ſolitis,non de inconſuetis & rarò contingentibus. *Gail 2.ob.23.n.*18. *& ob. 52. n.27.l. fiſtulas §.frumenta ff. de contra emt.*Et nimiū generalis omnium fortuitorum caſuum ſuſceptio, tanquam captionis plena, iure non ſubſiſtit. Ea autem quæ ſolita ſunt,vtcumque præuideri poſſunt.Tū verò,quamuis ſint inſoliti aliquot caſus, quibus impoſſibile eſt ope humana reſiſtere:eo tamen cogitationē dimittere oportet,quod qui ſuſcipit eorum periculum,non id promittit quid iis reſiſtit. (hoc enim ſtulti & furioſi hominis eſſet)ſed tantùm ſe obligat,vt occaſione eorum,damni remiſſionem aut refuſionē non petet,vel quod æſtimationem cladis acceptæ alteri ſoluet,quod vtrique poſſibile eſt.Non obſtat etiam duodecima dubitatio:quia quod res quæ peremta eſt peti poſſit,hinc fit,quod dandi obligatio eſt præciſa,& quid aliud peteret actor,quàm quod ſibi debitum eſt?ſcilicet homo aut res, quæ fuit in obligatione? † Iudicis tamen officio continetur,vt condemnet ad æſtimationem: quæ quamuis in obligatione non fuit,nec petita eſt nō dicetur ſententia difformis eſſe libello,cùm æſtimatio fuerit quaſi debita,& actor ipſe ſenſiſſe videtur,vt æſtimatio daretur, quando res dari non poterat. Auſus verò non fuit petere æſtimationē ſimpliciter,quoniam illa in obligatione non fuerat.Ideoq;conſultè fecerit,ſi dixerit,peto à reo mihi dari hominem, & quia mortuus eſt,darique non poteſt,imploro officium tuum iudex,vt mihi ſaltem circa æſtimationem ſuccurras ex officio.*Zaſ & alij in l. ſtipulationes non diuiduntur §. fin. ff. de ver.oblig.* Decima tertia obiectio inanis eſt. Non enim ad faciendū opus,quod vel lex vel ſenatus fieri prohibet,hæres obligatur:ſed ex voluntate defuncti,qui cum de impoſſibili opere dixit,præſumitur de licito cogitaſſe. Ad liciti igitur operis conſtructionem obligatus eſt. Nam quod alibi dicitur,*in l.Labeo ff.de ſuppell.lega.* neminē præſumi dixiſſe,quod non prius mente cogitauerit: ita recipitur,ſi non id dixit, quod lex fieri vetat. Etenim cùm humana fragilitas mortis præcipuè cogitatione perturbetur,*l.hac*

Margin numbers: 12 (beside "quæ potius ad rem refertur. † Verius"), 13 (beside "in obligatione? † Iudicis tamen")

conſultiſſima C.qui teſta.fac.poſſ. cenſeaturque teſtator voluntatem ſuam accommodare legi: *l. 3.ff.de teſt.militar.& d.l.quæro.* potius eſt, vt hic error, quàm delictum præſumatur *.d.l.merito.* Ad decimumquartum dubium quod attinet: cogitandum erit, communẽ errorem ius conſtituere, *l. 1.& 2.C.de ſentent. ex breuiculo recitan.* ipſamque æquitatem expoſtulare, eorum contractus, qui contrahere potuerunt, non ob id vitiari, quod coram ijs bona fide & errore publico facti ſunt, qui interponendæ authoritatis poteſtatem non habuerunt, habuiſſe tamen crediti ſunt, ne quis permiſſione magiſtratus, qui aut tales non amouit, aut in eorum qualitates non inquiſiuit, iure ſuo quęſito excidat, volentibus magno reipub. malo, à pactionibus reſilire ijs, quos iam ſero contraxiſſe pœniteret. Nec habet plus virium id quod 15. loco adducitur de ſententia. Quando enim lex ſimpliciter quid vetat, tunc vtique verum eſt, impediri obligationem impoſſibilitate iuris, vt hic. Vbi verè vlterius pergit, & actum in contrarium factum confirmat, vt in contrario: alio iure vtimur, quippé quod lex ipſa modum oſtendit, & viam aperit, quo & per quam actus ſaluari poſſit, *Bald. ad l. non dubium. in quinta oppoſitione C.de ll.* Nec etiam vrget decima ſexta oppoſitio: Ita enim emptori liberi hominis ignoranti conſtet emptio, vt actione ex empto agat contra venditorem ad id quod interfuit eius ne deciperetur. Quod ſi emptio nulla eſſet omninò: non amplius quàm pretium repetere poſſet. Emptio itaque tanquam impoſſibilis, nulla eſt, vt ius aliquod tribuat in homine venditoris non vt ex empto ad idquod intereſt, non oriatur actio odio venditoris. *l.etſi d.l.liberi ff.de cõtrahen.empt.* Decima ſeptima quoque obiectio non refragatur, eaque cõmodius ſuo loco inferius diſſoluetur. *in cap.quod contra infr.eodem.* Non magis mouet decima octaua dubitatio: Crimina enim de iure ſunt impoſſibilia. Supplicia verò pro ijs ſuſtinere adeò non eſt impoſſibile de iure, vt ſine his nec reſpublica, nec domus ſtare poſſit, cenſenturque in ea cõſenſiſſe delinquẽtes ipſi, quando ſemel in leges patrias de his irrogandis latis conſenſerunt. Sacri quoque Euangelij authoritas decimo nono loco allegata, vim non facit. Intelligitur enim de diuitibus corpore non ſpiritu, deque ijs qui epulonem illum imitati, pacem habent in ſubſtantia ſua, nullaque ornati veſte nuptiali, moriũtur, quicquid dixerit varia ſentiens Archidiaconus *in cap.ſicut hi 47.diſtinct.* Sed nec perplexitas de qua 20. loco dubitatur, conſiderari debet: quia ea ad poſſibilitatẽ deduci poteſt, ſola litis conteſtatione. Nam qui prior iudicium ſuſcepit, tanquam potior obtinet. *d. l. ſi Titius.* Quod autem impoſſibilitas condictionem parit, vt 21. habet obiectio: non tam contractæ quàm non exiſtentis obligationis indicium eſt. Et quod modus impoſſibilis non vitiat de quo habetur 22. dubitatione, hinc fit, quod modus ex ſe efficax eſt diſpoſitionemque ſicut conditio *l. quibus §. Termulius ff.de condit. & demonſtra. Alciat. & alij in d.l.cum donationis.* non ſuſpendit. Denique non vrget poſtrema dubitatio. Nam quod multa millia non ſolùm virorum qui fortiores ſunt, verùm etiam puellarum, quæ debiles & infirmæ ſunt, in florenti ætate præſtiterunt, impoſſibile dici non poteſt. † Vbi virginitas ſecum ſororem & ſocium habet eleëmoſynam, ieiunium, & ora- 14
tionem: ibi in eam nulla aduerſa poterunt, ſed omnibus ſuperior erit, *Chryſoſt.in 19.cap. Matthæi, & in ſermone de pœnit. & omnia poſſumus in eo* (vt Paulus ait *cap. 4. ad Philippenſ.*) *qui nos confortat,* hoc eſt in Deo, & ſeruatore noſtro. Qua de re plurima ſcribit Beatus Ambroſius, quem vide. *lib.3.de virginibus.*

REGVLA VII.

Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

1. *Leges quare dicantur aranearum telis eſſe ſimiles.*
2. *Legiſlatores multa conſultò omittunt.*
3. *Priuilegium vnde dicatur, & quid ſit.*
4. *Priuilegiorum diuiſio.*
5. *Cardinalis occurrens damnato ad mortem, eum liberare poteſt.*
6. *Ampliationes & rationes dubitandi.*
7. *Ratio decidendi.*
8. *Monetariorum priuilegium ad quos extendatur.*
9. *Alia ratio dubitandi.*
10. *Alia ratio decidendi.*

P*Riuilegium, &c.* Officium & natura legis eſt, vt generaliter ſtatuat de negotijs hominum & in commune. *l. nam ad ea ff. de ll.* Vnde Papinianus. Lex eſt (ait) commune præceptum: *l. 1. eod tit.* quia omnes communiter tenet. *Nam ſicut Medicus imperitè facit* (inquit Cicero) *ſi vnam partem corporis curet, alteram negligat: Ita legiſlator ſi de vno hominum genere conſtituat, alterum ſine lege facit.* † Nam 1
quod dici ſolet telis aranearum legem eſſe ſimilem, vt ſicut in ijs infirmiora animalia hærent, maiora perrumpunt: ita leges humiles ſtringunt, potentiores non puniunt: eo pertinet, non quod vitium ſit in lege, ſed in miniſtro legis iudice, qui lege abutitur. Naturalis verò ratio vel iuſtitia per quam dirigitur voluntas humana ad politicam vitam, circumſpicit in ſingulas circumſtantias, num rectè ſit omnibus ius ſuum diſtributum. Vnde etiam Græcis nomos dicitur. Tum ſi quid inuenit quod nõ ſatis rectè poſitũ ſit ſub

ſit ſub communi præcepto, id eximit, & priuato, hoc eſt, ſingulari iure donat: quia veteres (vt ait Gellius) priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus, ſicut & Vlpia. ſingularia quædam præcepta eſſe ait, circa pecuniam creditam: *l. ſingularia ff. ſi certum petatur.*
2. † quaſi dicat, extra communes iuris regulas quædam peculiariter obtinent in contractu mutui. Fieri enim non poteſt, vt omnia legibus exprimantur, & ſæpe tempora incidunt, quibus legum generalitatem ſeruari iniquum eſſet, multaque accidunt quæ à legiſlatoribus omittuntur, vel ex natura ei, propterea quod plura ſunt negotia quàm vocabula, & vt ait Vlpianus actionum humanarum vis & natura nō eodem modo ſe habet ſemper, ſed eſt varia & mutabilis. Vel ex perſona legiſlatoris, qui quandoque imprudentia, quandoque cōſultò multa omittit, in quorũ deſcriptione & difficilis & infinitus contineetur labor, & ſtudium inutile, vt Ariſt. primò Rethor. tradit. Ideoq; Papin. grauiſſimè reſpōdit, quod legibus omiſſum eſt, hoc non eſſe omiſſum religione iudicis & principis, *l. quæſitum ff. de teſtib.* qui quædam eximere à generalitate legis & priuato iure dare poteſt. Eſt ius cōmune, vt quiſque ſeruet pacta, ſatisfaciat promiſſionibus, liberet fidem ſuam pro ſe vel pro alijs datam. *in orat. pro domo ad Pontif.* Quid igitur ſi mulier fideiubeat, aut minor contrahat? eſtnè iuſtum, vt comprehendantur ſub regula? Minimè gentium quia mulieres ſexu, minores ætate imbecilles ſunt, & multis captionibus ſubijciuntur. *c. priuilegia 4. diſt.* Igitur exemptæ ſunt eiuſmodi perſonæ alia lege ſpeciali, quæ vocatur priuilegium, ſeu ius ſingulare. Non propterea quod ipſam legem vi & effectu ſuo priuant, vt perperam cenſuit Accurſius, imò interpretatur & ſupplet magis eam in ea parte, ad quam lex & regula generalis, ſalua iuſtitia & æquitate porrigi non debet: ſed quia tanquam priuatæ
3. leges (vt ait * Cicero) & in priuatum rogationes ſunt priuilegia, & in priuato ferantur: videlicet non communiter ad omnium vſum, ſed aut priuatis hominibus, aut priuatis rebus publicis, aut priuatis collegijs, vel rebus, quibus ob id præ cæteris ea non habentibus, prærogatiua datur, *l. forma C. de Cenſ.* quodq; priuũ, hoc eſt, ſingulare ius, extra generalem legem conſtituat: quia (vt dixi) veteres priua dixerunt, quæ nos ſingula vocamus. *Gell. lib. 10. cap. 10.* ideò definiri ſolet priuilegium, vt ſit ſpecialis quædam indulgentia iuris, aliquid agendi contra id quod regulariter alioqui iure communi permiſſum non eſt, ob aliquam æquitatis rationem. Nam ſi naturali æquitati aduerſetur: tyrannis & euerriculum ciuitatis erit, non priuilegium. *l. vlt. C. ſi contra ius vel vtilita. &c.* Et quamuis à iure communi variet: ex iure tamen interpretationem capit, *Gail. de Arreſt. c. 11. n. 1. 2. conf. D. Peck. inſ. ad c. quæ à iure n. 1. & ſeqq. & n. 7. 8. Fel. in c. cum ve-niſſent de iud. l. c. in cauſis de procura.* diuinique & humani iuris limites tranſilire non poteſt. Accidere quoque videmus ſubinde, vt idem contineat quod ius commune. *c. in cauſis de procurat.* Quod cùm ſit, non tam priuilegium eſt, quàm eſſe putatur. Sed hoc inde fieri credibile eſt, quòd ſæpe tam Princeps qui concedit, quàm ſubditus qui impetrat, iuris ignarus eſt, & ſingulare ius eſſe arbitratur, quod legibus comprehenditur: Vel certè hoc ideo fieri poteſt vt magis timeantur, quæ magis ſpecialiter conceduntur. *conf. Gail. 2. ob. 2. ſub. n. 5. Hoſtienſ. in ſum. de priuileg. §. 1.* Ita tamē hæc accipienda ſunt, vt ſemper fiat interpretatio per quam priuilegium aliquid operatur amplius, quàm ius commune. *c. de his de priuile. l. 1. ff. ad Municipales.* ſi modo id commodè fieri poſſit. Adde quod vtrumque, & ius commune ſcilicet, & priuilegium, ab vno eodemque homine in iudicium deduci poteſt. *Bald. in l. 1. col. penult. C. de furt.* Sed an ius commune potentius ſit, latius tractat Alciatus, *l. 3. præſum. cap. 36.* dum pro regula tradit, priuilegiatum in dubio præſumi potius iure communi, quàm priuilegio ſuo vſum eſſe. *Menoch. 6. præſ. 6. & 4. præſ. 4. l. Centurio ff. de vul. & pupil. l. quanquam C. de teſta. milita.*

Perſonali. Scio magna perturbatione & confuſione traditas eſſe vno veluti ore ab omnibus, varias priuilegiorum ſpecies, dum priuilegium faciunt aliud perſonale communiter, aliud ſingulariter, aliud corporale, aliud mixtum, aliud alio nomine. Sed cùm nulla vſquam in legibus extent exempla abſtruſorum eiuſmodi verborum: à frontibus ipſis veritas petenda eſt. Etenim quid ſimplicius aut purius dici potuit, quam quod reſpondit Modeſtinus dum ait. † Priuilegia quædam cauſæ ſunt quædam perſonæ, *l. priuilegia ff. hoc tit.* quaſi dicat, 4.
hoc ſpectandum eſt, vtrum conditio perſonarum an verò cauſarum, & actionum circumſtantia id exigat, vt eximatur à communi lege. Priuilegia perſonæ vocat, quæ proximam cauſam à perſona habent, quando perſona proxima beneficij cauſa eſt, & quæ principaliter perſonæ gratia conceduntur, *cap. volentes de officio legati.* ſcilicet quando vel nominatim perſonæ exprimuntur proprijs ſuis nominibus, vt perſona Titij & Sei, vel communiter & cum qualitatis deſignatione, vt cùm cōceditur priuilegium minoribus, profeſſoribus vel alijs, nominibus eorum aliter non expreſſis. Cauſæ verò priuilegia vocat, quæ certæ alicui cauſæ ſeu generi actionis tribuuntur, vt cauſæ matrimoniali, fiſci, dotis, decimarum, & quoties ea cauſa eſt, quę reliquis perſecutionibus antefertur, non quidem propter perſonam quæ expetitur, ſed quia cauſa vel genus actionis eius conditionis eſt, vt cæteris anteponatur. Quomodo qui propter funus aliquid impendit, omne creditũ in eo repetendo præcedit: quod humanitatis ratio exigat, ne corpora inſepulta

pulta neglectave maneant. *l. at ſi ff. de religio. & ſumpt funerum.* His adde & reale privilegium, quod tum dicitur eſſe conceſſum, cùm alicui dignitati Eccleſiæ, civitati, collegio, univerſitati rei vel alicui loco conceſſum eſt, *cap. olim de privilegijs c. cum olim de conſuetudine.* Qualia ſunt privilegia noſtræ Vniverſitatis, quæ non perit: quia omnes qui amore ſtudij ad eam veniunt, ijs gaudent, quamvis reſpectu ſingulorum ſtudentium perſonalia dici poſſunt.

Perſonam ſequitur, &c. Duo potiſſimum exiſtunt, quibus reſpublica veluti ſuſtentaculis quibuſdam ſuſtinetur: præmium, ſcilicet & pœna. *Conf. Gail. 1. P. P. 3. n. 7. 8. Nec domus* (inquit Cicero *primo de orator. perfecto.*) *nec reſpub. ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis.* Ideoque ut noxa, delictum pœna, excommunicatio, & infamia caput ipſum ac perſonam delinquentis ſequitur, non multò aliter quàm lepra leproſum quocumque eat, neque ulterius progreditur, nullique alteri perſonæ adhæret: *l. ſancimus C. de pœnis.* Ita & privilegium, quod virtutis præmium eſt, ſemper perſonam ſequitur, donec privilegiatus aut eo abuti cœperit; *l. 2. C. de privileg. ſcho.* aut tempus ad quod limitatum erat, expiraverit: *l. quoties C. de precibus offeren.* aut longo tempore adverſus illud præſcriptum ſit, *l. 1. ff. de Nundinis c. de terra. de privileg.* aut contra illud fecerit: *ca. cum acceſſiſſent de conſtit.* aut ex iuſta cauſa revocatum fuerit: *ca. ſuggeſtum de decimis cap. nuper de verbo. ſignif.* aut denique ſi ei vel derogatum, *cap. veniens de reſcript.* vel renunciatum fuerit: *cap. nobis de deci.* de quo inferius latius dicetur. *in c. decet. inf. eod.* Amplia primò iſtam regulam, quod ſicut privilegium cauſæ tranſit cum ſua cauſa, *l. tempus ff. de re iudic.* ita privilegium perſonæ tranſit cum perſona, eamque concomitatur

5. etiam abſentem. † Et propterea Cardinalem quocumque ierit, privilegium ſuum ſequitur, vt addicto ſupplicijs occurrens, manumque damnato imponens, à morte eum liberet. *Bald. in l. ad dict. C. de appell.* Sic ſcholarem privilegium ſuum ſequitur, ut extra Academiam captus à iudice laico, retineri non poſſit. *Doct. in authent. habita. C. ne filius pro parte.* Sic Pontifex vel Princeps ubicumque eſt, ibi poteſtas ſua eum ſequitur, *cap. ad honorem de Auth. & uſu pallij.* vt ibi Roma & curia eſſe cenſeatur, *Clement. 2. de electione capite ſecundo ſuprà de privil.* Sic etiam prolytam quem licentiatum dicimus, ſequitur ſuum privilegium, ut ubicumque locorum ſit, reputetur habilis ad docendum & patrocinium clientibus præſtandum. Sed hoc ita, niſi omnino perſona in loco conſideretur, vt cum abſentes etiam in ſervitio Epiſcopi exiſtentes, à diſtributionibus quotidianis, *de quibus vide inſig. tractatum nouiſſimum Monetæ per tot.* arcentur, *cap. ad audientiam de cleric. non reſi.* de quo plura Pariſius notat. *conſ. 2. lib. 4.* Amplia ſecundò, quòd privilegium perſonale ſequitur perſonam in ſolidum, quia priuilegium perſonæ conceſſum, dicitur individuum, & pro parte durare, pro parte verò convelli non poteſt, *Aymo. conſil. 239. numero 4. libro 2.* ad exemplum ſententiæ unicum caput tantùm continente, *gl. in l. 1. C. ſi adverſ. rem iudic.* Et licet res ſint ſeparabiles à perſona, ipſum tamen privilegium perſonæ conceſſum & rebus, dicitur individuum, ſicut dicimus in iure hypothecæ, quod eſt individuum, licet res hypothecatæ dividi poſſunt. *l. quamdiu C. de diſtract. pigno.* Amplia tertiò, quod adeò ſequitur perſonam, vt ſi talis privilegiata perſona, cum perſona non privilegiata in aliqua diſpoſitione concurrat, priuilegium ipſius proderit etiam non privilegiato, vt actus ſuſtineatur, *V. Gail. 1. P. P. 6. num. 17. & ſeqq. l. ſi communem ff. quemad. ſervit. amit. Iaſon ad l. ſi mater num. 10. C. de inoff teſt.* Et ideò ſi priuatus habet ius commune cum Eccleſia, iuuatur privilegio Eccleſiæ, ut contra eum non currat minor præſcriptio, quàm contra Eccleſiam currere ſolet. Et ſi cauſa eſt indiuidua, reſtitutio in integrum competens minori, proderit etiam maiori. Et ubi in aliqua materia concurrunt cauſa quæ nocet, & cauſa quæ prodeſt, & materia eſt inſeparabilis, attenditur cauſa quæ nocet, niſi cùm cauſa quæ prodeſt, concurrit favor validitatis actus, quia illa præfertur, & veluti potentior perimit eam, quæ nocet.

6. † *Ratio verò dubitandi* in hac prima capitis noſtri parte, quam omnes ſicco pede tranſeunt, varia eſt & multiplex. Et primò quidem ex eo, quod licet aliquibus conceſſum ſit, ut certis diebus non ieiunent, vel ut à carne non abſtineant: priuilegium tamen illud perſonam non ſequitur. Nam ſi in aliam ciuitatem veniant, in qua illis diebus abſtinetur, priuilegio illo uti non poſſunt, eorumque ritum inter quos exiſtunt, ſeruare tenentur. *cap. illa 12. diſtinct.* Secundò ex eo, quod Epiſcopum cui ex priuilegio (quod perſonale eſt) pallij geſtandi poteſtas facta eſt, *ca. cum in iuuentute de præſump.* priuilegium ſuum non ſequitur: quandoquidem eo nec præſente Pontifice aut eius legato, nec extra territorium ſuum, etiam conſentiente Dioceſano Epiſcopo, uti poteſt *cap. antiquam de privileg. d. c. ex tuarum de authorit. pallij.* Tertiò ex eo, quod priuilegium perſonale ob quod quis non niſi coram certo iudice conueniri poteſt, perſonam non ſequitur, quia vel ob delictum, vel ex contractu alibi rectè conuenitur *l. 1. C. ubi ſenatus vel clariſſimi l. interdum ff. de iudiciis.* Quartò ex eo, quod exempti à iuriſdictione Epiſcopi priuilegio perſonali, nihilominus per Epiſcopum puniuntur. *cap. 1. de priuileg. lib. 6.* Quintò ex eo, quod priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio ſuo non utitur. *cap. cum cauſam de præbend.* Vnde conſequens eſt, quod priuilegium perſonam eius non ſequitur. Sextò ex eo, quod priuilegium habens, ut co-

ram duobus teſtibus teſtari poſſit, priuilegio illo alibi exiſtens non utetur, ſed ſecundùm morem regionis in qua exiſtit, teſtari debet. *Bart. & alij in l omnes populi ff. de inſtit.& iure.* Poſtremò ex eo, quod alibi reſponſum eſt, ligari peregrinos conſuetudine locorum, in quibus exiſtunt. *Authen. omnes C. commun a de ſucceſſio.*

7. † *Ratio autem decidendi fuit*, quod niſi priuilegium ſequeretur perſonam: aut nihil, aut certè perparum operari poſſet: quippe quod impoſſibile eſt, hominem liberum uno ſemper loco contineri, & tamquam glebæ aſcriptum domi deliteſcere. Beneficia quoque principum latè ſunt accipienda, *l. beneficium ff. de conſtit.* & cùm propter perſonam conceſſa ſint, adeoque cauſam veluti præcedentem, & in perſona fixam fundatamque habeant: fieri nequit, ut non eam concomitentur. Neque mouet prima dubitatio: quia vitandi ſcandali cauſa, propter quod multa paſſim in iure noſtro aut vetantur aut admittuntur, *Conſ Gail* 1. *ob.* 10.*n.*1.*&* 2.*P.P.*9.*n.*20.*latè Tiraq.in l.de pœnis cap.*46.receptum eſt, quod in eadem prima dubitatione de eſu carnium & ieiunio adducitur. Nec magis urget, quæ ſecundo loco facta eſt obiectio: quia priuilegium pallij, perſonam Epiſcopi ſequitur in eo loco, quo Epiſcopus pro tali perſona reputatur. Vnde cùm ab initio priuilegium eius certis locis circumſeptum videatur, nec perſona eius extra territorium conſideretur: æquum eſt, ut non ſequatur priuilegium eius perſonam, ubi perſona eius in tali qualitate eſſe non putatur. Tertia quoque obiectio debilis eſt: quia ubi quis contraxit vel deliquit, ibi ſortitur forum, fori priuilegio non obſtante, niſi contrarium in eodem fuerit expreſſum. *Conſ.Gail* 2.*ob.*1.*n.*4. *& ob.*36.*n.*14.*& ſeqq.& de pign.c.*14.*n.*4. Ratio eſt, quod delinquens indignum ſe conſtituit priuilegio, & reatus omnem fori præſcriptionem excludit, *d. l.* 1. ne ſub prætextu eiuſmodi occaſio tribuatur delinquendi. *l. conuenire ff. de pact. dotalib.* Et cui contrahit in certo loco, æquum eſt, ut ibi conueniatur, ne detur ei occaſio contra omnem æquitatem res alienas emptas aut commodatas ſeu diſpoſitas, ſub hoc prætextu, domum auferendi, *l. ſi legationis ff. de iudiciis.* Eo quoque pertinet quartæ dubitationis diſſolutio: quia priuilegium meretur amittere, qui conceſſa abutitur poteſtate, *cap. priuilegium* 11.*q.*3. Neque etiam obſtat ſequens dubitatio: quia in pari caſu potior eſt conditio poſſidentis, & ubi par priuilegium exiſtit, ibi princeps tacitè quodam modo alterum à priuilegio alterius eximit. Poſtrema quoque dubitatio facillimè remouetur: quia priuilegia non proſunt peregrinantibus, ſi illis ratione vel certi loci, vel à certo principe in regno ſuo ſunt conceſſa. Ideoque cum Anglis tributum ſit, ut coram duobus teſtibus teſtari poſſint: hoc intelligitur, ſi in Anglia exiſtentes, & de rebus illic ſitis, teſtari velint, *Alberi. & al. in l arrogator ff.de adopt.v.Gail* 2.*ob.*123.*& ſeq.D. Peck.*3.*de teſt.co.*17.*&* 4.*c* 28.*&* 29.

Extinguitur cum perſona, &c. Adeò quidem extinguitur, vt quod perſonale eſt, cedi aut transferri in alium non poſſit, quale eſt ius conceſſum hæredi ſuper inuentarij confectione *l. ex pluribus ff. de adminiſt. tuto Laur. Calca. conſ.* 18. quale eſt ius uſusfructus, quod cùm eſt à perſona inſeparabile, cedi non poteſt: *l ſi vſuſfructus ff.de iure dotium*, qualis eſt bonorum poſſeſſio: *l.*3.§.*acquirere ff.de bonorum poſſ.* quale eſt ius adeundi: *Bald.in rubr de procurato*, qualia ſunt omnia quæ facti ſunt. *l. vlti. ff. de verb. oblig.* qualis eſt facultas conceſſa de expellendo alium propria authoritate. *Bald.conſi.*136. *l.* 3. *adde D.Pek.* 1.*de teſt.coniug* 30.*per tot.* Sed preſſius faciunt ad hanc cauſam, ea quæ ſequuntur, ſcilicet, quod priuilegium conceſſum marito, ut uxorem adulteram in ſcelere comprehenſam coërceat: *l. Gracchus C. de adult.* ad filium eius non porrigitur. Sic & poſſeſſio triennalis, quæ tuetur poſſeſſorem beneficij, vt neque in petitorio neque in poſſeſſorio iudicio amplius conueniri poſſit, perſonale priuilegium continet, & ad ſucceſſorem in beneficio non tranſit. *Gomeſius de triennal. poſſeſſ. qu.* 13 *Rebuf.de pacificis poſſeſſ.nu.* 194. *verſic.fallit.* Sic priuilegium datum regi, non habet locum in regina & eius liberis, niſi aliud exprimatur. *Decius conſ.* 516. Sic immunitas data perſonæ, cum eadem extinguitur. *v.tamen Gail* 2. *obſ.* 2. *n.*13.*& ſeqq.Mynſ.*4.*ob.*76.*l.ætatem ff.de cenſib.* Sic cauſa honoris & officij, morte ſoluitur, *l.ſi pater C.ſi pendent. appellat.* & extinguitur cum perſona, & multo minus extenditur priuilegiato viuente. Ideoque eſt quod priuilegium certis monetariis & operariis datum, ad cæteros eorum officiatos non porrigitur, *Steph.Bertran.conſ.*181.*n.*17. *lib.*3. *Doct. in l.citatio ff.de publica.Dec.conſ.*48.*lib.*1. & priuilegium conceſſum alicui, vt pro rebus ſuis vectigalia non ſoluat, ad emptorem earum rerum non extenditur *Bart.in l. ſed etſi ff.de iudicijs.* Nec priuilegium patris tranſit in filios, *gl.in l.*2.§.*fin. ff. ſolut.matr.* nec priuilegiũ fori in fidei commiſſarium. *Bald.in l.filium C. familiæ erciſcun.* Nec priuilegium filiorum ad illegitimos. *l.*1.§.*promittitur ff.de aqua quotidia.Ancb.hic.* An autem priuilegium perſonæ ſit, ſiue cauſæ vel rei, facilè non eſt in vniuerſum diffinire, nec de eo magnopere laborandum eſſe puto, quoniam ex qualitate rei & ſpeciei atque ex mente & verbis concedentis, perſonaque eius cui conceditur, id commodius æſtimari poterit. *v.Menoch.* 3.*praſ.*103. Quo etiam pertinet quod Vlpian. ſcribit, *l. Iuriſgentium* §.*pactorum ff.de pact.* an pacta in rem an in perſonam ſint, non ſolùm ex verbis, ſed etiam ex mente paciſcentium iudicari. *D.Peck.de Iu.ſiſt. c.* 13. Eſt enim facti magis, quàm iuris quæſtio, quæ tota ex iudicantis arbitrio pendet.

† *Ratio*

8. † *Ratio dubitandi* naſcitur primò ex eo, quòd ſenatorum viduæ priuilegio perſonali maritorum illis extinctis & durante viduitate gaudent. *l. cum te C. de nup. l. fi. C. de Incol. l. quoties C. de priu. ſchol l. m heres C. dignitat. Guido. Papa q.* 375. Secundò ex eo, quod beneficium reſtitutionis in integrum, quod minoribus conceditur, & auxilium Senatuſconſulti Velleiani, quod mulieribus tribuitur, eſt perſonale, & tamen tranſit in hæredes. *l. non ſolùm ff. de reſti in integ l. hæredes C ad Velle.* Tertiò ex eo, quod maritus priuilegium perſonale habet, vt ab vxore facto diuortio, dotis nomine conuentus, non exigatur niſi in quantum facere poteſt, *l. etiam eo tit.* hoc eſt, vt tantum reſeruet, vnde honeſtè viuat. Hoc tamen priuilegium, etiam ad filios eius qui patri hæredes extiterunt, porrigitur, ſi à matre conueniantur, *Auth. habita C. ne filius pro patre.* Quartò ex eo, quod priuilegia perſonalia, ad domeſticos & familiares ſe extendunt, *D. Peck. 4. de teſt. con.* 34 *in fin. Gail.* 2 *obſ.* 68. *n.* 6. *&* 1. *P. P.* 6. *ſub n.* 21. *& de Arreſt. c.* 8. *n.* 10. ſicut & priuilegia noſtra ſe extendunt ad famulos, ad nuncios, ad librarios, pedellos, & alios huiuſmodi homines nobis ſeruientes; ſicut & priuilegia clericorum & Eccleſiæ, ſæpe ſe extendunt ad colonos eorumdem. *Panorm. in c. Inter alia cum cap. ſequ. de immunit. Eccl.* Quinto ex eo, quod reſcriptum ab vno ſociorum impetratum, effectum ſuum porrigit ad omnes. *l.* 1. *C. de diuerſis reſcript.* Sextò ex eo, quòd decet priuilegium principes eſſe manſurum. *c. decet inf. eo l.* 3. *C. quæ ſit longa conſuetudo.* Manere autem dici non poteſt, quod cum perſona quæ moritur, & non manet, extinguitur. Septimò ex eo, quod alibi reſpondit Iabolenus, *l. fi. ff. de conſt. princ.* beneficia principum latiſſimè eſſe interpretanda. Octauò ex eo, quod priuilegium gerendi pallij eſt perſonale: *c. cum in iu. de præſ.* tranſit nihilominus tamen ad ſucceſſorem. *c. fi.* 100. *diſt.* Nono ex eo, quòd priuilegium conceſſum actori, ne expenſas ſoluat: extenditur etiam ad reum, licet nulla eius fuerit facta mentio. *l. fi. C. de fructu & litium expenſis. l. in ſacris C. de proximis ſacro. ſcri. & ibi Bart.* Decimò ex eo, quod pacta perſonalia facta venditori porrigunt ſe ad ſucceſſorem ſingularem. *l ſi tibi §. pact. ff. de pactis.* Vndecimò ex eo, quod reſcriptum impetratum contra perſonam violenti poſſeſſoris, etiamſi is deſierit poſſidere, effectum ſuum extendit ad ſingularem eius ſucceſſorem. *c. quia V. de iudicijs cap.* 1. *de alienat. iudicij mutan.* Duodecimò ex eo, quod priuilegium reale trahitur ad augmentum rei. *l. quod in rerum §. ſi quis ff. de leg.* 1. Et ideò cùm à re ad perſonam iuſta in iure ducatur argumentatio: *l. qui furere ff. de ſtatu hom.* Videtur priuilegium perſonale, ad augmentum perſonæ, quòd ſunt eius liberi, extendi quoque debere. Decimo tertiò ex eo, quod vſusfructus merè perſonalis eſt, ſicut perſonale eſt honorarium profeſſorum: hæres tamen fructuarij & profeſſoris eo gaudet. *l. defuncta ff. de vſufruct.* Decimò quartò ex eo, quod reſcripta principum perſonalia fuerunt, quæ tamen ad omnes in vniuerſum ſeſe extendunt. *l.* 1. *in fin. C. de nouo codice confirmand.* Decimo quintò ex eo, quod princeps voluit priuilegia immunitatis, & ſi quæ ſunt ſimilia, quæ eius maieſtati competunt, transfundi in Auguſtam ſuam coniugem. *l. donationes C. de donat. inter vir. & vx. l. fiſcus ff. de iure fiſci.* Decimo ſextò ex eo, quod priuilegia odioſa ad alias perſonas ſe extendunt, *l.* 3. *ff. quod quiſque iuris.* multò magis igitur in rebus fauorabilibus id concedendum videtur, *cap. odia inf. eod.* Decimo ſeptimo ex eo, quod cui conceſſum eſt, vt exceptione aliqua uti poſſit: is eadem quoque exceptione alium defendit. *l. procurator C. ad exhiben. l. idemq; §. generaliter ff. mandati.* Poſtremò ex eo, quod priuilegium Theologis conceſſum, vt abſentes recipiant fructus beneficiorum, porrigitur quoque ad eos, qui iuri canonico operam nauant. *latè Feſſ conſil.* 18.

9. † *Ratio verò decidendi eſt*, quod limitata cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris ff. de acq. rer. dom. l. age C. de tranſact.* Et ideò cum priuilegium perſonale ſit limitatum & reſtrictum ad certam perſonam, fieri non poteſt, vt vltra eam producat effectum. Adde quod effectus idcircò inducitur, vt remoueatur defectus, *Bald. in l.* 1. *C. de furt.* & propterea cùm defectus generalitatis legis, quam generalitatem in hac perſona obſeruare iniquum foret, ſit per effectum priuilegij ſublatus: ad quid (inquit Zaſius *conſ.* 4. *nu.* 25. *lib.* 1.) ad alios extenderetur? Perſona quippè eſt cauſa priuilegij. Ceſſante verò cauſa, ceſſat effectus, *c. cum ceſſante de app l. athleta ff. de excuſat. tot.* Nec mouere debet prima dubitatio: quia vidua quamdiu vidua manet, cenſetur adhuc exiſtere in matrimonio mariti, rebus humanis exempti. *Gail* 1. 1. *P. P.* 6. *n.* 23. 24. *l. fin C. de bo. ma.* Vnde olim cùm Valeriam Meſſalinam Sulpitij coniugem, interrogarent fratres poſt mariti mortem, cum & ætate eſſet adhuc integra, & forma eleganti, nubere iterum an vellet, minimè verò inquit illa, nam Sulpitius mihi ſemper viuit. Et ſi quis in id quod res eſt intueatur: non tam tranſit priuilegium perſonale mariti in viduā, quàm in ea continuatur, cui princeps ipſe & vxor quoque hoc concedere voluiſſe exiſtimetur: quia apud veteres abſurdum fuit, aliquid eſſe quod non coniugibus foret commune. Vnde & inter eos donationes quoque prohibuerunt. Neque vrget quoque 2. dubitatio. Nam quamuis beneficia reſtitutionis & Velleiani perſonalia ſint: non tamen in his potiſſima cauſa ſunt perſonæ, ſed læſio ex facilitate nimia emergens, quia probata nec aliter quidem reſtituuntur. *l. quod ſi minor l. non omnia ff. de minoribus.* Atqui hic agimus de beneficiis, quibus perſonæ quarum ſunt, proximam cau-

ſam præbent, & indubitati iuris eſt, quod cauſa proxima ſola ſpectanda eſt, non etiam remota. *l. ſi mulier ff. rerum amotar.* Tertia quoque obiectio non eſt maioris momenti. Quia ut durum, acerbum, & inhumanum eſt, maritum domus principem, ab uxore quæ ſocia vitæ eſt, quæque ei ſubeſſe non dominari debet rigidè & aſpectè tractari. ita quoque natura non patitur, ut acerbius agat mater cum liberis ex ea procreatis, ipſiuſque perſonam repræſentantibus, ſi non pro ea devotione & obedientia, ſaltem pro eadem affectione & charitate. *Iaſon in d. l. beneficium late*, quos, ſi ipſi nulla bona habent, ipſa ſi ſatis dives eſt, alere tenetur, ut qui ſunt pars & portio viſcerum eius. Nec magis contra ea quæ diximus, pugnat quarta dubitatio, quandoquidem ita interpretanda ſunt privilegia, ut inutilia non maneant: *l. fi. C. de dot promiſſ. Bart. ad l. ſi quis ff. de li. agnoſ.* quod utique futurū eſſet, niſi privilegia quæ familiam concernunt, ad famulos domeſticos & coniuges extenderentur. Neque obſtat quod quinto loco proponitur. Reſcriptum enim ideò illic extenditur, quòd cauſa erat communis, quòdque ſupplicatio communi nomine fuerat porrecta, & quòd de modico preiudicio agebatur, cenſeturque princeps ſecundùm ſupplicationem partis reſcriptum dediſſe *in d l. 1. in initio.* ſextum verò argumentum vim nullam habere inferius dicemus. *ad d. c. decet.* Eſtque etiam 7. obiectio inanis. Beneficium enim principum potiùs latè interpretandum eſt in ipſorum præiudicium, quàm in prejudicium aliorum. *v. Gail 2. o. 2. n. 14. & ſeq. & ob. 54. n. 8. & 1. ob. 33. ſub. n. 6. Doct. in l. gal. §. inſtit ff. de lib. & poſt.* Sed nec in principis quidem præiudicium, niſi quando præſumpta mens Principis latè vaganti & effuſæ interpretationi non adverſatur. *Conf. Gail de Arreſt. c. 11 n. 2. cap. cum dilect. de donat Ang. in l. tale §. fin. de donat.* Aduerſari verò videtur in priuilegio immunitatis: & propterea illud ſtrictè accipi ſolet. *Decius conſ. 31. Alexand. conſ. 135. lib. 2.* Non urget quoque 8. dubitatio: quia priuilegium pallij tum demum ad ſucceſſorem tranſit, cum de nouo petitum & gratioſè conceſſum eſt. *gl. in d. c. fin.* Nona verò obiectio æquitate plena eſt, ut circa litigatores ſervetur æqualitas. *Iaſ. in d. l. non tantum n. 3. ff de re iudicata.* Dictant enim iuris regulæ, quòd actori licere non debet id, quod reo non permittitur, *cap. non debet inf. eodem.* Sed huius rationis veritatem quæ profundius iacet, & cauillis non caret, ſuo loco proprio, commodius excutiemus. *ibi in cap. non debet.* Decima quoque dubitatio non obſtat: quia pacta perſonalia venditoris, non proſunt emptori aut ſucceſſori ſingulari, niſi durante vita venditoris, adeoque ſicut priuilegiū perſonale, extinguuntur cum perſona. *d. § pactum & ibi latè Caſt.* Neque etiam obſtat undecima obiectio: quia regulare eſt, quod reſcriptum contra authorem impetratum, non ſtringit ſucceſſorem, niſi (ut in contrario) in vitium quoque & malam fidem inciderit, iureque authoris ſui uti voluerit. *In Anchora, & Feli in d. c. quia.* Quod autem duodecimo loco adducitur, ratione caret & fundamento. Nam cum reſpectu rei priuilegium tribuitur: æquum eſt, ut ad augmentum rei ſubinde trahatur, ideò quod eadem ſit ubique ratio in re ipſa, & in augmento. Atqui cùm priuilegium perſonale reſpectu meritorum perſonalium perſonæ tribuitur: non poteſt extendi ad liberos, in quibus facta eiuſmodi non ſubſiſtunt, niſi princeps in memoriam paternæ virtutis id indulgeat. Nec à re ad perſonam iuſta eſt argumentatio, ſi allegari poteſt ratio diuerſitatis. *Præſes Ever. in lo à re ad perſonam.* Uſusfructus quoque & ſtipendium in hæredes non tranſeunt: ſed dumtaxat facultas exigendi id, quod perſonæ defuncti debebatur, in qua perſona priuilegium cœperat competere. Unde eleganter Zaſius: *in d. l. maritum n. 27. Si alicui* (inquit) *datur immunitas à collectis, & interea moriatur, antequam collectæ exigantur: tunc etiam ad eas hæredes ſui non tenebuntur: quia iam cœperat priuilegium competere perſonæ defuncti.* Decima quarta quoque obiectio non movet: quia licet reſcripta ſpecialia fuerint in cauſis ſpecialibus: tamen poſtea mandatis principum in unum volumen collecta, leges communes eſſe cœperunt. *Caſt. ad l. 2. C. de ll.* Et quod 15. loco proponitur de Auguſtæ friuolum eſt, Fulget enim radiis mariti, *d. l. fœminis.* & cùm princeps aliis dare priuilegia poſſit, niſi ea talia ſint, quæ ſupremæ dignitati Cæſareæ tantùm competunt: mirum non eſt, ſi iura ſua ſuæ communicet uxori cum qua una caro eſt, & indiuiduam vitæ ſocietatem habet. Privilegia quoque quæ odioſa ſunt, ad eos tantùm ſe extendunt, qui iis uti volunt: Et quòd exceptio unius aliis prodeſt: tunc verum eſſe poteſt dumtaxat, quando ſi non prodeſſet aliis, omnino inutilis foret iis, quibus à iure conceſſa eſt. *Caſtr. in d. l. pact.* Poſtremò quòd abſentes, & iuri Canonico operam dantes, Theologis æquiparentur, ex tacita mente principis eſt; quia maximam partem Theologicæ profeſſionis, ex decretalibus epiſtolis deſumptam fuiſſe videmus, ut de Euchariſtia, de Baptiſmo, de Ieiunio, & de ſimilibus. *Alciat. in oratione Ferrariæ habita.* Et certè ut Theologi circa ſpeculationem, ita Canoniſtæ circa actionem verſantur, vtrique tamen reipublicæ utiles & neceſſarij.

REGVLA VIII.

Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

v. *Menoch.* §. *præſ.* 32.

1. *Peccati vis & turpitudo.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Periuro ſemel, amplius non creditur.*
4. *Semel tantùm facta lex ponderat.*
5. *Filius patri ſimilis eſſe ſolet.*
6. *Præſumptionis effectus.*
7. *Præſumptio an allegari debeat.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Ratio decidendi.*

1. QVanta † ſit peccati & malitiæ vis, quæ turpitudo & macula, quam acriter inſidietur ſemel operantibus iniquitatem, nemo eſt, qui ignoret. Et ſanè non multo aliter inſidias ſtruit hominibus, quàm leo venationi. *Eccleſiaſt. cap.* 27. Qui ſi ſemel manus porrexerint, & iugum eius, virtute neglecta, ſuſceperint: meritò deinde mali præſumuntur: cùm (vt ait Euripides) *ſemper aliud malum poſt aliud naſcitur.* Porrò vt illuſtribus aliquot exemplis, huius capitis deciſio, quæ plus in receſſu quàm in fronte habet illuminetur. † Primo
2. ampliabimus eam obtinere in periuro, cuius iuramento amplius non creditur, vt nec mendaci: *conf. Gail.* 2. *obſ.* 47. *num.* 11. *& ſeqq. & ob.* 48. *num.* 32. *&* 1. *ob.* 148. *n.* 6. *Mynſ.* 2. *ob.* 11. *& ad* §. *namq;*, *num.* 17. *Inſt. de act. c. paruuli* 20. *quæſt.* 5. quia (vt teſtis eſt Cicero *in orat. pro Roſ. Comedo.*) *qui ſemel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quàm ad mendaciũ perduci cõſueuit, & vbi quis ſemel peierauit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos iuret, (idem Cic. in orat. pro Rabirio) non conuenit.* Et ideo licet iuramento alicuius credatur ſuper quantitate, qualitate, & æſtimatione ſuarum rerum, ſi ei ſarcina aliqua vel ciſta violenter erepta eſt, *conf. D. Peck. ad l.* 2. §. *ſi mauis, n.* 2. *& ſeqq. ad l. Rhod. & ad l.* 7. *n.* 5. *de inc. rui. nauf. Gail.* 2. *obſ.* 64. *n.* 7. *& de pign. obſ.* 16. *n.* 8. *& obſ.* 18. idque in odium violenti, qui efficit quo minus de veritate conſtare poſſit, *l. ſi quando, C. vnde vi.* non gaudebit tamen hoc beneficio is, qui ſemel periurus fuit, ſed aliundè petere debet probationes. *Hypo. ſingula. ſuo* 74. *Doct. in cap. per*
3. *tuas de ſymo.* † Et qui aliquando ſub cautione iuratoria à carcere relaxatus aufugit, & denuò captus eſt, vtique ſub iuramento non relaxabitur. *gl. in l. lege Corne. ff. ad Sillan.* Et notarius ſemel de falſo condemnatus, ne pro pia quidem cauſa, inſtrumenta alia conficere poteſt, *Iaſ. in l. Barbat. de offic. præto.* quique ſemel dixit falſum teſtimonium, poſtea non admittitur vt teſtis, *cap. teſtimonium de teſt.* & ſi dixerit teſtimonium, non ſolùm non faciet indicium ad torturam, ſed nec ſufficiet ad formandam inquiſitionem: ideò quod fundamentum teſtimonij fides deficiat. *c. ſicut de teſtib. Fulgo. conſi.* 173. *&* 107. Quinimò qui iuramentum exigit ab eo, quem cognoſcit falſum iuraturum, homicida deterior eſt, & non ſolùm ſuam, ſed illius animam in periculum adducit. *c. ille qui* 22. *q.* 5. Amplia ſecundò, vt locum habeat in pœnis & ſupplicijs irrogandis. Nam ſi plures fuerint in rixa, in qua homo aut vulneratus aut occiſus eſt, & ignoratur cuius ictu id factum ſit, poterit iudex deuenire ad torturam contra illum, qui aliàs ſimile delictum commiſit, *Gail.* 2. *ob.* 109. *n.* 4. 5. *Salicet. in l. fi. C. de quæſt. Hypo. in l.* 1. §. *præterea ff. eod. tit. & ſingul.* 217. Sic & is qui ſemel fuit excommunicatus, præſumitur hodiè etiam talis eſſe, vt ab alijs vitetur. *cap. ſicut nobis de ſent. excommunicationis* Et Inquilinus tenetur de incendio, qui aliàs probari poteſt negligens fuiſſe in cuſtodiendo igne. *conf. Gail.* 1. *obſ.* 21. *ſub. n.* 3. *verſ. & hæc Bald. & alij in l. quæ fortuitis C. de pig. act.* Amplia tertiò vt obtineat etiam in lucro amittendo. nam qui negligenter ſtuduit in iure ciuili, præſumitur quod negligenter quoque ſtudebit in iure canonico, & ideò à beneficijs illis ſtudijs adſcriptis, arcebitur. *Panor. & alij in c. ſcribam de præſump.* Et maritus qui nimium ſæuit in vxorem, lucrum dotis amittit, nec reſtituitur ei vxor, etiamſi cauere velit de ea non offendenda, quando præſumi poteſt, quod nihilominus eam lædet. *Panorm. in c.* 1. *de diuor. & ibi Prępoſit.* Publicani quoque & conductores vectigalium, ſi primo annò conductionis mercedem non ſoluant: non debent admitti ad conductionem ſequentis anni: quia lex præſumit, quod ſi primo anno non ſoluant, multo minus ſoluent pro duobus. *l. citatio* §. *licitatores ff. de puplica.* Amplia poſtremò, vt locum habeat in pœnis euitandis. Lex enim quæ pœna capitis punit raptores mulierum, *l. vni. C. de rapt. vir.* non habet locum in eos, qui abduxit mulierem, quæ aliàs vltrò abducta fuit, vel laſciuiter alios oſculata: quia talis non præſumitur rapta per vim, ſed quod ſpõtè eum ſequuta eſt, *Gail.* 2. *ob.* 48. *num.* 34. *Soar. Theſ. recep. ſent. lit. M. num.* 314. *Caſtr. conſil.* 303. *Hypo. ſingu.* 71.

† *Semel.* Ex hac dictione colligimus, etiam ea quæ ſemel tantùm facta ſunt, eſſe in conſi- 4.
deratione legum. Sic quod ſemel placuit, amplius diſciplicere non poteſt: *ca. quod ſemel inf. eodem.* Semel Deo dicatum, non poteſt amplius ad vſus humanos transferri: *c. ſemel inf. eod.* ſemel dumtaxat datur reſtitutio: *l.* 1. *C. ſi ſæpius in integr.* ſemel beneficium inuentarij tribuitur non amplius: *l. fi.* §. *ſed quia C. de iure deliberandi:* ſemel denique ſufficit vel extitiſſe, vel defeciſſe conditionem. *l. ſi ita ff. de manumiſſ. teſt. l. quidam ff. de fideicom. liberet.*

Malus. Et in malitia deprehenſus, ſeu de ea legiti-

legitimè conuictus, *gl. in c. ſi quis Diacon.* 30. *diſt.* Idem eſt ſi ex malo genere natus ſit. Vnde filij ſacerdotum à ſacerdotijs, filij proditorum à dignitatibus, repelluntur, *capit. primo de filiis presbyteri l. quiſquis Codi. ad l. Iul. maieſt.* ideò quod lex præſumit & veretur, illos incontinentiæ, hos proditionis paternæ imitatores fore, iuxta prouerbium. *Mali corui malum ouum.* Nam vt à malo præceptore malus proficiſcitur diſcipulus, ex patria illaudata vir il-
5. laudatus: † Ita ex improbo patre plærumque producitur improbus filius, & ſicut arbor in fructu cognoſcitur & fructus per arborem demonſtratur: ſic parentes cognoſcuntur in filiis, & filij per parentes. *Gail* 2. *P. P.* 13. *n.* 22. 23. 24. Contrà præſumitur quis deſcendens ex nobili & virtuoſo genere, quod ſit vir animo nobilis & virtutis ſtudioſus, *l. quod ſi nolit. ff. de ædil. edict.* & qui habuit maiores ſuos alicuius artis inſigniter peritos; ſi ipſe in ea ſe exerceat, præſumitur quod & ipſe inſigniter in ea peritus erit. *l. 2. verſic. ſed Anatolium C. de vet. iure. enuclean. Alciat. reg. 1. præſump. ca. 42. num. 2.*

6. † *Præſumitur.* Vtilitas, vis & effectus huius præſumptionis in eo eſt, quod alio in contrarium non adducto aut probato, habetur pro veritate, adeò vt vel liquidiſſima dicatur probatio, *Gail. 2. obſ. 97. num. 6. verſ. & huiuſmodi. Menoch. 1. præſ. 1. & ſeqq. l. licet Imperator ff. de legat. 1.* vel certè releuet ab onere probandi. *conf. Gail. 1. ob. 21. n. 8. & 2. obſ. 62. n. 9. verſ. & ſic. obſ. 69. n. 13. ob. 97. n. 19. obſ. 128. n. 12. & de Arreſt. c. 7. n. 4. Bald. ad rub. C. de probat.* Et lex parificat iſtos caſus, quod quis probet, & præſumptione iuris habet pro ſe. *Alciat. in probamio de præſumpt. cap. 3.* Quapropter onus probandi contrarium, transfundit hæc præſumptio in aduerſarium, *l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſ.* vt ſe bonum eſſe, malum amplius non eſſe doceat, & innocentiam ſuam oſtendat *latè Alberic. in l. omni modo C. de inoff. teſt. Multos enim vidi & audiui* (inquit Cicero *in orat. pro Cel.*) *qui totam adoleſcentiā voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquādo, & ſe ad frugem bonam recepiſſe. grauesq; homines & illuſtres fuiſſe.* Adde quod Pericles ex ſceleſta prodijt domo, tantus Athe-
7. nienſium Imperator. † Cæterùm vt præſumptio iſta aliquid conducat, neceſſum eſt eam in iudicio proponi & allegari, vel exceptione includi, vt ſic vſus eius vegetus fiat, atque operari incipiat. Nam cùm iudex ſententiam non dicat niſi ex allegatis & probatis: *l. de qua re ff. de iudic.* non proderit præſumptio non allegata, ſed tunc conſiderari debet, num is cuius fauore inducta eſt, ea ſe adiuuet, ſeque beneficio illius vti velle oſtendat. *l. ſi adulter. §. pollioni ff. de adult.*

Semper. Non dicit in omnibus aliis negotiis vel rebus, ſed ſemper, hoc eſt, omni tempore. Licet enim is qui eſt malus in vno, non modicam habeat præſumptionem contra ſe, quòd ſit malus in alijs, propter magnam connexitatem & concatenationem quam habent vitia inter ſe: quapropter filij ex vna ſpecie delicti paterni præſumuntur pluribus & diuerſis vitijs laboraturi: *cap. ſi gens Anglor. 56. diſt.* quia homo ſemel ad malitiam proueniens, (teſte Iuſtiniano. *in nouella vt hi qui obligatas perhibent, &c.*) nihil eſt mali quod non inueniat, & vt ait Iuuenalis,

——— quis
Peccandi finem impoſuit ſibi? quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quiſnam hominum eſt quem tu contentum
videris vno
Flagitio?

Limitatur tamen huius capitis deciſio, vt non procedat niſi in vna vel ſimili malitiæ ſpecie. *l. ſi cui §. 1. de ac. Al. reg. 2. præſ. c. 7.* Et vitium ac defectus in vno actu, non infert præſumptionem in alio actu, ita quod de vno ad alium iuſta illatio fieri non poſſit. *Ancho. hic. Fit enim* (inquit Eraſmus *in Enchi. milit. Chriſt.*) *vt natura veluti parta faciens morbum animi dote quapiā diuerſa, compenſet. Eſt hic quidē propēſior ad voluptatem, ſed neutiquam iracundus, neutiquam inuidus. Eſt alius incorrupta pudicitia ſed iracundior, ſed attentior ad rem. Neque deſunt, qui prodigioſis quibuſdam vitijs ſollicitentur furto, ſacrilegio, homicidio, quib. adulterium, periurium & reliqua crimina, non rectè obieceris.*

† *Ratio dubitandi* in hoc capite eſt, Primò 8.
ex eo, quod vnicus actus non ſufficit ad probationem abſolutæ virtutis, *§. cumq; in ve. bis, ex multis rerum argumentis inſti. proœmio.* ſed ad minus requiritur triennalis temporis ſpacium. Quapropter laicus ignotus non eſt recipiendus in monaſterium, *in authen. de monachis.* niſi fuerit triennio probatus, *c. ad apoſtolicam de regularibus.* Rurſum ex vno actu negotiationis, non dicitur quis mercator: *l. 1. §. 1. l. procuratoris §. quæritur ff. de tribut. actio*, neque numeratur inter ſtrenuos athletas, qui ſemel tantùm victor euaſit; *l. 1. C. de athletis.* Multò minus igitur verè dici poſſe videtur, quod is qui ſemel tantùm malus fuit, præſumitur & dicitur ſemper eſſe malus, cùm facilius pro bonitate cuiuſque reſpondendum ſit. *l. merito ff. pro ſocio.* Quo etiam ſpectare videtur, quod ait Quintilianus Innocentiam per gradus certos ab homine diſcedere, iuxta illud Satirici. *Nemo repentè fit turpiſſimus.* Et pulchrius Cicero *in orat. pro Pub. Silla. Quod quiſque* (inquit) *cogitauerit, voluerit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus eius qui arguitur, eſt pōderandū. Neque enim poteſt quiſque noſtrum ſubito fingi, cuiuſquā repentè vita mutari, aut natura conuerti. Nemo repentè fit ſummus, nemo repentè turpiſſimus.* Et propterea ſacra ſcriptura non vnicum actum (vt videtur) ſed plures conſiderans, ait. *Impius cùm in profundum malorum venerit omnia contemnet.* Secundò ex eo, quod qui ſemel fuit contumax, non præſumitur ſemper futurus contumax: & propterea poſt

ea poſt primã contumaciam iterum citandus eſt, *cap. 2. de dolo & contu.* quòd minimè foret neceſſarium, ſi lex præſumeret futurum eum contumacem: quia non eſt citandus is quem ſcimus certo non venturum. *v. Gail.* 1. *obſ.* 132. *n.*8. *Hyp. ad l. de vno quoque ff. de re iudic.* Tertiò ex eo, quod Vlpia. ait, *in l. abſentem ff. de pœnis.* ſanctius eſſe impunitum relinqui facinus nocentius quàm innocentem punire. Atqui ſi ſemel malus præſumatur ſemper eſſe malus, poteſt falſa eſſe legis præſumptio, & poteſt rediiſſe improbus ad bonam frugem, quamuis id nequeat probare, & in criminalibus non ex præſumptionibus quid conſtituendum eſt, ſed requiruntur probationes luce meridiana clariores: *Gail.* 1. *P. P.* 15. *n.* 5. 6. *& c.* 7. *n.* 14. *& c.* 18. *n.* 17. *&* 2. *ob.* 109. *ſub n.* 1. *l. fi. C. de probat.* quia vbi maius eſt periculũ, & vbi agitur de capite vel infamia hominis, ibi cautius eſt agendum. *cap. vbi maius ſuprà de elect.* Quartò ex eo, quod ſemper accipienda eſt interpretatio, per quam pœna euitetur. *l. proximè ff. de his quæ in teſtam. delentur.* Vnde ſi in contractu appoſita eſt pœna pro vna parte, non cenſetur appoſita pro alia. *Bald. in cap.* 1. *qualiter dominus feudo priuetur.* & vtens communi, non præſumitur velle interuertere ius ſocij *d. l. merito.* Sed præſumẽdo eum eſſe malum qui ſemel fuit malus, non accipimus interpretationen per quam pœna euitatur, ſed per quam incurritur. Quintò ex eo, quod probatio, quæ non concludit nulla eſt. *Gail* 2. *ob.* 13. *n* 4. 5. *& ob.* 22. *n.* 3. *verſ. & probatio* quomodo ad probandum quæm eſſe hæredem defuncti, non ſufficit probare quod poſſidet bona defuncti: *l. non hoc C vnde cogna.* quia licet ea bona poſſit vt hæres poſſidere, poteſt tamen etiam fieri vt poſſideat, non tanquam hæres, ſed tanquam creditor aut depoſitarius, *conf. Gail* 2. *obſ.* 128. *per tot.* & propterea dicitur, non probat hoc adeſſe, quod contingit ab hoc abeſſe, *l. neque natales C. de probat.* Adeoq; quia accidere poteſt quod ſemel malus ſit adhuc malus, vel ſit effectus bonus, non videtur quicquam hic ſtatuendum ex argumento & probatione non concludentem. Sextò ex eo, quod regulariter mutatio non præſumitur adeſſe niſi in iis quæ ſemper permanent. *l. Spadonem § qui abſolutus ff. de excuſ. tut.* Sed animus hominũ in quo militia vel bonitas reſidet, miris fluctibus agitatur, nec vnquam in eodem ſtatu permanet, vt meritò hic præſumas mutationem mali in bonum. Septimò ex eo, quod an quis malè viuat vel benè agat, eſt facti, facta verò non præſumuntur, ſed alia. *l. in bell. ff. de capt.* probatione egent. Octauò ex eo, quod ad probandam ſimoniam, & quod quis in hæreſim vel lapſus vel relapſus eſt, admittuntur teſtes homines criminoſi, mali, excommunicati, participes & ſocij criminis. *c. in fidei ſupra de hæreticis cap. per tuas de ſymonia.* Nonò ex eo, quod qui propter crimina & delicta ſua flagellis cæſi, aut honoribus moti fuerunt, rurſum ad dignitates admittuntur. *l. eos C. de decurionibus l ſi quis C. de cohertali.* Decimò ex eo, quod qui in rebus pupillaribus ſemel graſſatus eſt, non propterea remouetur à tutela pupilli. *l.* 3. §. *nunc videndum ff. de ſuſpect. tutorib.* Vndecimò ex eo, quod antiquitas temporis efficit, vt omnia præſumantur ſolemniter & bona fide eſſe facta. *vide D. Peck. de amort. c.* 29. 3. *de teſt. con.* 22. *Gail* 2. *obſ.* 13. *n.* 14. *obſ.* 71. *n.* 7 *& ſeq. & obſ vlt. n.* 6. *& ſeqq. l. ſciendum & ibi Dd ff. de verb. oblig.* Vnde præſumitur ex antiquitate temporis pecunia mutuò accepta à prælato, eſſe conuerſa in vtilitatem Eccleſiæ, cùm tamen ſæpè id falſum eſſe conſtet, *Deci. conſi.* 36. *Ancho. conſil. vl.* Duodecimò ex eo, quod incidens mala fides, ex diſpoſitione legis non interrumpit vſucaptionem, adeoque lex non præſumit illum eſſe malæ fidei in fine præſcriptionis, qui tamen ſemel ante læſam conſcientiam habuit. Decimò tertio ex eo, quod vt quis crimen contraxiſſe dicatur, lex requirit perſeuerantiam, nec vnico actu contenta eſt. *l. quidquid calore ff. de reg. iuris.* Decimo quartò ex eo, quod ex hac præſumptione videtur ſequi abſurdum. Nam cùm Deus quotidiè vocet peccatores & oues ſuas erraticas ad pœnitentiam, ſi ſemel malus ſemper præſumatur eſſe malus, videretur frænum imponi miſericordiæ diuinæ, & ſequi, quod vocatio eius nihil operaretur, nec potens aut ſufficiens eſſet ad auertendos homines à malo, & transformandos in meliorem mentem. Decimo quintò ex eo, quod clericus qui iuramentum non ſeruauit ſuo ſuperiori, nihilominus admittitur ad iuſiurandum, *cap. cum in Eccleſiis de maioritate & obedientia.* & qui ſemel periurus fuit, eo non obſtante, & calumnia fidelitatis, & obedientiæ, iuramentum præſtare tenetur. *gl. ibi & Pa. in c. intelligimus de iud.* Decimo ſextò ex eo, quod facultas probationũ non eſt coanguſtanda & in arctum reiicienda, *Gail.* 1. *obſ.* 91. *n.* 7. *l. generaliter C. de rebus credit.* ne veritas lateat, quam (quia in profundo iacet) omnibus modis patefieri publicè intereſt. Atqui ſi ſemel mali vel periuri ad teſtimonium non admittantur, facillimè accidere poterit, vt occultetur veritas, & homicidium, latrocinium, aut furtum probari non poſſit, & ſic non ſolum non graue inferetur damnum priuatis hominibus, ſed etiam reipublicæ, cuius intereſt puniri malefactores, vt pacata ſit prouincia, *ne quid ff. incendio, ruina & naufragio. vbi D. Peck.* qui tamen malefactores non probato crimine abſoluentur, aliaque plura facinora committent, ſimul ſpe deficientis probationis. Decimo ſeptimò ex eo, quod qui olim poſſedit, hodiè non præſumitur poſſidere. *obſeruare ff de officio proconſulis.* Bona autem comparatio eſt malitiæ ad poſſeſſionem vel quaſi, *l. ſiue poſſidetis C. de probat.* Sicut ergo poſſeſſio non præſumitur continuata ad poſſeſſionem, ita nec malitia ad malitiam. Decimo octauò

ex eo,

ex eo,quod potius debet in homine conſiderari & præſumi illlud, quod eſt ſecundùm naturam,quam quod eſt ſecundùm accidens.*l.3. ff. de acqu.poſſeſ.Ancho.hic.*Atqui natura prima in homine fuit perfectiſſima,bona, & ad bonũ ab optimo & perfectiſſimo creatore ordinata, *c. naturalia 6.diſtin.*quam meritò Cicero,*lib.1. offic.& lib.1.de legibus.* ducem optimam appellat,qua duce nullo modo quis errare poteſt, & nos ſi eam ſequamur, ab omni quod abhorret ab ipſa oculorum auriumque comprobatione,fugiemus. Decimò nonò ex eo, quod quilibet præſumitur bonus,*Gail.2.obſ. 110. n. 6.& 1. P.P.5.n.7 Men.5 præſ.1. & ſeqq. Peck. infer ad reg.72.n.1.2.d.l.merito caput.dudum de præſumpt.*neque immemor ſalutis æternæ,*conſ. Gail.2.obſ. 20. n. 4. & ob.43. n 6. Menoch. 5. præſ.5.l.fin.C.ad l.Iul.repetundarũ.* & vbi actus aliquis ſe habere poteſt ad bonum & ad malum,lex eum præſumit bonum eſſe.*Gail.2 obſ. 110 n 8.Myn ad 8. quia n.2.Inſt.vi.bo.rapt. & iterum ſi quis in fin.n.29.30.Inſt.de act. Doct. in c.auditis de præſu.* Poſtremò ex eo. quod ſola ſuſpicio malitiæ ſufficit,vt quis tanquam malus à dignitate repellatur.*capit. ſi mala 1.q.5.*& propterea non videtur eſſe neceſſarium , quod quis reuera ſemel fuerit malus, ſed quod malitiæ præſumptio ſufficit.

Ratio vero decidendi eſt, quod mutatio non præſumitur:quia mutare eſt quid accidens, & accidentia non præſumuntur.*gl in.l.ſi vero §. qui pro rei ff qui ſatiſd cogantur Alcia.reg.2.præſumpt in initio.* Præterea ſi tales nos natura genuiſſet, vt eam ipſam intueri , perſpicere , eademque optima duce curſum vitæ conficere poſſemus:pauci deflecterent ad turpiorem vitam.*Nunc* verò (inquit Cicero) *paruulos nobis dedit igniculos,quos malis moribus celeri er deprauatos,ſic reſtringimus,vt nuſquam naturæ l men apppareat.Sunt enim ingenijs noſtris ſemina innata virtutũ,quæ ſi adoleſcere liceret,ipſa nos adbeatam vitam natura perduceret.Nunc aut ſimul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus,in omni continuo prauitate verſamur,vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.Cùm autem ſemel radices egerit malitia,tamquam congenita ægritudo difficilis extinctu eſt,iuxta illud Lucani. Nullus ſemel ore receptus,pollutus patitur ſanguis manſueſcere fauces.* Et hoc eſt quod toties conqueritur princeps Iuſtinianus dum ait, humanam naturam non ex ſe,ſed facto noſtro ad vitia procliuem eſſe,multasq;vias lubricas habere , & vitiorum imitatricem exiſtere. *in auth. de monachis §. ſi vero in auth.de nupt.§.tutiores c.1.12.q.1.* Non obſtat primum argumentum:quia in his quæ exercitium requirunt,& tractum temporis habent,qualia ſunt negotiatorem,athletam,opificem eſſe:vnus actus nõ ſufficit,ſed ex vſu eiuſmodi cognoſcuntur & diſcernuntur, quandoquidẽ plures decertant,plures aliquando quod pro ſe emerunt,amico diſtrahunt,plures priuatim opus opificis faciunt.Sed non eo animo vt athletæ,mercatores aut opifices fiant. Malus verò aut turpis quis efficitur vno actu,licet non turpiſſimus aut peſſimus , quod hîc non requiritur , & hæc malitia non requirit tractum,neque ex lege diuina,quæ ſolam cogitationem punit,neque ex lege humana , quæ affectum & conatum punire ſolet,etiamſi ad effectum non perducatur,modò non conſtiterit in meris finibus nudæ cogitationis, ſed ad actum aliquem exteriorem proceſſerit.*l. is qui cum telo ad l.Corne.de Sica,c.cogitationis.de pœnitent.diſtinct.1.* Nec vrget 2. dubitatio : quia facilius quis remouetur à re aliqua obtinenda,quam ab obtenta,*l.patre furioſo ff.de hu qui ſunt ſui vel alie.iuris.*vnde qui ſemel malus fuit, facilius repellitur à dignitate, commodo & emolumento percipiendo , quam exuitur rebus ſuis acquiſitis, ſicut prælatus præiudicare poteſt Eccleſiæ , & ſeruus domino in acquirendis, non in acquiſitis,*c.1.& ibi gl.de ſolut l. ſeruus & ibi Dd.C de pactis.* Tum verò, malitia meritò remouet à dignitate & teſtimonio aut iureiurando,ne damnum graue tertio alicui inferatur.Quæ ratio locum non habet in bonis contumacis proprijs. Et propterea qui in vno cotumax fuit, verè malus dici non poteſt,ſed præſumptiuè malus dumtaxat , ideoque denuò citatur , vt veniens contumaciam ſuam purget atque excuſet,aliaſque etiam non præſumit lex,eum qui primæ contumaciæ leuiores pœnas contempſit, iterum contempturũm multò acerbiores.*latè Hypo.in l de vnoquoque ff.de re iudicat.* Nam ſi manifeſtè conſtaret citatum verè contumacem eſſe , & fortè reſpondiſſe ſe nolle comparere,adeoque ſufficienter conſtaret de malitia non tantùm præſumpta ſed vera : minimè amplius citandus erit, *Bald.in l.2.C.quomodo & quando iudex.Hypo.d. lo.n 56.*Nec magis mouet tertium argumentũ propterea quod cum planè verſamur in dubio,melius præſtat nocentem abſoluere, quam innocentem damnare. Ideoque nemo abſque indicijs torturæ ſubijci poteſt.*l.repeti.l.maritus ff.de quæſtio.*& vbi tractatur de probanda innocentia,teſtes domeſtici aliàs inhabiles, admittuntur,*conſ.Ga l.1.P.P.5.num. 5. 6. & numero 20.21.& cap.16.numero. 22. & ſeqq.& cap. 18.num.11.12. Mynſ.5.ob.13.Hypo. in l.1.§.ad quæſtio. & in l. vnius §.cognituram nu.62.eod.tit.* Cæterùm vbi quis ſemel malus fuit,ibi lex non præſumit innocentiam adeſſe in eodem genere mali. Neque refert, quod verè potuit factus eſſe bonus:quia ſicut lucerna ſupra mõtem poſita non abſconditur: ita vix fieri poteſt,vt virtus luminis ſui radios non oſtendat. Et ſi verè bonus factus eſt ,non erit difficilè ſe purgare, & præſumptionem legis ex præcedente malitia contractam, iuſtis teſtimonijs diluere. *vide Gail.2.P.P.7. & 8. per tot.*Quarta quoque obiectio non admodum efficax eſt, eodemque ferè pertinet. Quandoquidem in obſcuris dumtaxat & dubijs negotijs locum

habet.

habet. Et ſicut quando actus prima fronte habet majorem formam delicti quàm boni: præſumitur potius delictum: *c. eſtote de reg. juris ca. cum dilecti. de accuſat.* ita vbi quis ſemel fuit malus, potiùs præſumitur eſſe malus quàm bonus, cùm à re ad tempus iuſta ducatur argumentatio, *Præſes in loco de tempore ad rem.* Adeoque contra malum meritò pœnalis ſumitur interpretatio. Plus quoque virium non habet quinta dubitatio: quia quod dicitur, id non probare adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe: & quod probatio neceſſariò concludere debet: non ſimpliciter accipiendum eſt, ſed reſtrictivè tantùm. Sufficit enim ſi præſumptivè concludat, non quidem ſimplici præſumptione iuxta ſenſum cuiuſvis, ſed præſumptione legis ad id relata, quos frequẽter & à communiter accidentibus contingit. Quod amplè & latè poſt veteres iuris civilis interpretes tradidit Iaſon *in d. l. non hoc.* Neque etiam vim adferre videtur ſexta obiectio: Nõ enim ex eo, quod mutatio in ijs quæ ſemper permanent, non præſumitur, neque ex eo quod varius & mutabilis ſemper ſit homo, nũquam in eodem ſtatu permanens: rectè inferri poteſt, quod qui ſemel malus fuit nunc pręſumatur eſſe bonus. Quamvis enim variæ ſint hominum cogitationes, & varij conatus: non tamen facilè à malo deflectunt in bonum, & neſcio quid dulcedinis ſibi ſe habere perſuadent hi, qui verè ambulant vias difficiles & laſſati ſunt in via iniquitatis. *c. 1. Sapientiæ*, Nõ obſtat quod ſeptimo loco cõtrovertitur. Nam quod ea quæ facti ſunt non præſumuntur: nõ aliter verũ eſt, quàm ſi nihil præcedat, ex quo ea pręſumptio duci & trahi poſſit. Et ideò nemo præſumitur eſſe malus, nemo præſumitur admiſiſſe dolũ, niſi probetur *l. dolum C. de dolo l. ei qui ff. de prob.* Atqui cum ſemel malus eſſe quis cœpit, eiuſque malitia probata eſt, immittit ea probatio vim & virtutẽ ſuam in tempus ſequens, & præſumptionem malitiæ producit, quę nõ niſi probata innocentia & prioris maculæ ablutione, conſumitur, manetque vetus & conſtans regula, quod ex præteritâ vitâ colligimus, quid in futurum præſumamus. *d. cap. ſcribam cap. fin. de præſumptione.* Octavæ etiam dubitationis nulla violentia eſt. Nam ſicut propter immanitatem & atrocitatem criminis, legum ſeveritatem intendere, & ordinarias pœnarum acerbitates egredi licet, *v. D. Peck. ad l. 4. num. 2. in fin. de inc. ru. naufr. & 1. de teſta. con. 5. n. 2. 3. Gail. 2. obſ. 109. ſub n. 11. & 1. P. P. 14. per tot. l. ſi. ſi quis filio ff. de injuncto teſtam. l. 1. C. de iuramento calumniæ l. 2. C. de precibus imperat. offer.* quod pluribus atque elegantibus exemplis demonſtrat Tiraquel. *in tract. de pœnis c. 49. num. 20. cum ſequent.* Ita & ſymoniacæ hæreticæque labis enormitas jus aliquod ſingulare in teſtimonijs *d. c. in fidei.* habet, non quod improbis infamibuſque illis teſtibus omninò & paſſim credendum ſit (illud enim à lege & à natura alienum eſſet) ſed tunc dumtaxat, cùm tam ex numero & perſonis eorum, quàm ex qualitate reorum & alijs circumſtantijs, eiuſmodi teſtes vera dicere præſumantur: quod quidem diligenter notandum eſt, *Tiraq. d. loco num. 25. verſic. verum lector.* propterea quòd multi graviter decipiuntur, dum in cœco errore verſantes, affirmant ex eo ſimpliciter huiuſmodi teſtes eſſe admittendos. Non viget quoque nona obiectio. Etenim qui ob delicta ſua flagellis cæſi & honoribus moti fuerunt, ita demùm iterum admittuntur, ſi adverſus præcedentem infamiam, Principali oraculo ſeu reſcriptio in integrum reſtituti fuerunt, *d. l. ſi quis in fine.* & abolitionem impetraverint, *v. Gail. 2. P. P. 18. & 19. l. 2. C. de aboliti.* Non obſtat quoque argumentum quod decimo loco controvertitur, propterea quod tutor, licèt antequam tutor eſſet, in rebus pupillaribus malè verſatus fuit, non præſumitur idem facturus tempore tutelæ, propter præcedens ſolemne juramentum à ſe præſtitum, cui anteà aſtrictus non erat, neque videtur ad tutelam fuiſſe aſſumptus poſt priorem & antecedẽtem graſſationem, niſi poſteaquàm vel teſtatori, vel judici, vel conſanguineis pupilli apparuit eum ad mores meliores eſſe reverſum. Æquali facilitate diſſolvi poteſt vndecima objectio. Nihil enim poteſt præſumptio, quæ ex antiquitate temporis exurgit, niſi in dubio & quando de præcedente malitia non apparet: *Aymo in tract. de antiquitate temp. in princip. 3. partis numero 26. cum ſequentib.* Duodecima quoque dubitatio non movet, nam is qui à non domino emit ignorans, ſi deinde cognoverit, non fuiſſe illum dominum, tamen cauſam ſibi poſſeſſionis non mutat. *l. qui bona ff. de acquir. poſſeſ.* Itaque ex primâ illâ cauſâ, quæ & iuſta & legitima eſt, cœpta ſemel poſſeſſio, vno & cõtinuo quaſi impetu totius ſui temporis curriculum perficit. *Conanus lib. 3. c. 13. num. 9.* Sed an id ſapiens & bonus vir faciet, an potius verum dominum admonebit: & quæ eâ de re ſit juris canonici conſtitutio, alibi abundè dictũ eſt: *in ca. poſſeſſor. ſuprà eod.* Sed nec decimę tertię obiectionis vlla eſt efficacia: quãdoquidem nemo ſemel malus dicitur, qui in delicto perſeveravit, & perſeverantia ex animo id profectum eſſe manifeſtet. *l. divortium ff. de divortijs.* Homines enim nos eſſe agnoſcimus, & affectibus abundè expoſitos, quos qui planè exuere aut aufugere volet, hominem exuat oportet. Tum verò perſeverantia non plures actus diverſos à priore requirit, ſed indicijs nudis cõtenta eſt, quibus conſtantia animi delinquentis ſignificatur. Neque etiam obſtat decima quarta objectio: Moderatio enim Dei ac pietas, ſolum noſtrum reditum querit, ac nos cupit lõgâ ſuâ benignitate ſalvari. Quotidie vocat & revocat errantes, ſed inceſſabilibus noſtris iniquitatibus efficitur, vt nõ miſericodia

 ac vo-

ac vocatio eius,ſed propria noſtra negligentia nobis deficiat, qui ad tam lætam & ſalutarem vocationem obturamus aures, & quod maximè optabile votiſque omnibus expetẽdum eſt reijcimus,& bonitatem ac miſericordiam eius repudiamus ,ſemelq; proſtrati definimus reluctari, noſq; totos permittimus affectibus, neque cogitamus de recuperanda libertate. Et ideò ſi non convertimur toties vocati, & ſi in peccatis perduramus : aſſiduè peccantium & vſque ad mortem perſeverantium amplius nõ miſeretur, *c. Diaconi ſunt* 93.*diſtinct.*& vt ait Auguſtinus,*qui te creavit ſine te, non ſalvabit te ſine te*,hoc eſt, ſine tuo labore,diligentia & opera.Sic nec decimum quintum quoque argumentum movet : quia juramenta quæ potius oneris quàm honoris ſunt præſtare cogitur *Ioannes Monach. & Philip.Probus hic in addit.ad eũ.*perjurus & infamis:delictum enim prodeſſe ei non debet,nec ex eo lucrum ſentiat,ex quo pœnam meretur.Neque etiam obſtat decima ſexta dubitatio,quia teſtes, qui aliàs non ſunt idonei,in ſubſidium reputantur idonei,quãdo aliæ perſonæ haberi non poſſunt,*ca.veniens* 2. *de teſtib.*modò tamen numerus eorum magnus ſit,*Alex.conſi.*5 .*lib.* 1. vel cum alio integro teſte deponant, *Hypol.in. l. de minore* §.*tormenta ff.de quæ*, aut ſi alia aliqua indicia concurrant. *Fely.in c.de cætero de teſt.*Pari modo non vrget decima ſeptima dubitatio. Quãvis enim Dynus hoc loco eam inducat tanquam fundatam lege & communi opinione receptam: Alciato tamen *reg.*2.*præſum.cap.*21.improbatur, qui è contrario hanc regulam poſuit multis tamen limitationis reſtrictam, quod præſumitur qui olim poſſedit, & hodie poſſidere. *v. s. ad reg. poſ.* Deinde verò non movet decima octava dubitatio. Quia licet natura noſtra ex ſe ab initio bona creata ſit : tamen cùm ſemel corrupta fuit & denegavit à recta ſua conditione ac via:homines immerſi malis & voluptatibus ſine vlla cura in malũ omne abeunt,quod vbi ſemel inhæſit,difficile eſt in totum reijcere,& anima ſemel malignitate capta,omnes inſaniæ numeros (ait Chryſoſt.) explicare conſuevit: Proinde vel hirci Æſopici caſu admoniti, priuſquam in peccati puteum deſcendamus, cogitare debemus non perinde facilè inde eſſe reditum.Decimum nonum quoque argumentum non obſtat,propterea quod quilibet præſumitur bonus, niſi ex neceſſitate vitę præcedentis aliud induceretur, vt hic *Alciat.reg.*3. *præſump.cap.* 2.*n.*7. Poſtremò non vrget vltima dubitatio, quia ne vituperetur ſacrificij miniſterium,& ne alij presbyteri licentius in peccata labantur, alijſque ſubditi ob malam famam clerici accuſati ſcandalizentur, receptum eſt, vt qui accuſatus & diffamatus, licèt non convictus eſt, à tali dignitate arceatur, donec famam ſuam purgaverit, *d.cap.ſi mala.* & ſe meliorem eſſe oſtenderit.

REGULA IX.

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine geſtum non eſt.

*Gail. de pig.obſ.*5. *n.*3. *verſ.quod vſque.*

1. *Iuſſus, mandatum, authoritas, licentia, ratihabitio quomodo differant.*
2. *Gero verbum, quo pacto hic accipiatur.*
3. *Negotium, quot modis dicatur noſtrum.*
4. *Negotium noſtro nomine eſſe geſtum vnde conſtat.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*

R*atum.* † Inter juſſum, authoritatem, li- 1.
centiam, mandatum, conſenſum & ratihabitionem, diſtinguere ſolent juris interpretes,*id l.ſi quis mihi* §.*juſſum ff.de acqu.hæred.*ſcilicet quòd mandatum, præceptum, licentia, & permiſſio ſignificatione ipſa verborum, actum præcedere debent. Authoritas verò, quæ eſt fundamentum ſolemnitaſque actus, qui abſque ea in pendenti eſſe nõ poteſt. *Bald. in cap. cum conſuetudinis.de conſuetudine*, in ipſo negotio neceſſaria eſt,dum agitur. Conſenſus autem, vel voluntas, ſive præcedat, ſive ſubſequatur non intereſt. Ratihabitionem verò ſemper ſequi actum antecedentem. De cujus diſtinctionis veritate ſuo more multa congeſſit Jaſon.*in de* §.*juſſum.* Eadem ratione inter conſenſum, confirmationem, & ratihabitionem intereſſe videtur, quia cõſenſus ſimultaneus eſt,ejuſdemque temporis non ex intervallo: *l.*1.*ff.de pactis.*ſed ratihabitio temporis intervallum habet,*l.ratum l.quod dicimus ff. de ſolutionibus.*Confirmatio autem propriè eſt ſuperioris,ſuper actu inferioris, *v.Gail.* 2.*obſ.* 1. *per tot.de confirmat. vtili vel inutili.* Quomodo Epiſcopus confirmat electionem Canonicorum,& Princeps confirmat ſtatuta ſuarum civitatum. Ratihabitio verò à pari & ejuſdem qualitatis homine fieri aſſolet.*Decius in Rubri. d.tit.*Tum verò confirmatio poteſt præcedere id quod confirmatur : *l.fin.C.de codicil.*ſed ratihabitio communiter ſequitur. Sunt quoque qui ratum ad jus & juris effectum trahunt. *Alciat. in l. interpoſitas C. de tranſactio. in lib. cum poſtquam C. de pactis.* Firmum verò ad ea quæ facti ſunt. *Bart. in l. metum ff. quod metus cauſa.* Sed hæc verborum aucupia magis eſſe videntur, quàm quod à viro bono obſervari debeant, qui ex mente agentium cæteriſque rerum & cauſarum circumſtantijs omnia dijudicabit. *l.*3:*ff.de teſta.*

Non poteſt. Multò minus cogitur ratum habere,

bere, quod ſuo nomine non eſt geſtum, cùm (quod amplius eſt) nec tūc quidem ſemper ratum habere quis debet illud negotium, quod ſuo nomine geſtum eſt, quando iudicio negotiorum geſtorum convenitur. Quid enim ſi interfuit eius negotium ſic geſtum non eſſe? quid ſi gerens malâ fide verſatus ſit? quid denique ſi nimium ſumptuoſus fuit? *l. cum pecuniam & alijs ff. de neg. geſt.*

2. † *Ipſius nomine geſtum.* Verbum hoc Gero quamvis plures habeat ſignificationes; in hoc tamen loco pro adminiſtrare ſumitur, ſicut & in vulgata regula. Qui per alium gerit, per ſeipſum gerere videtur. Negotium autem noſtrum, adeoque nomine noſtro geſtum, quatuor modis dicitur. † Primò cura & ſollicitu-
3. dine, vt in tutoribus, procuratoribus, adminiſtratoribus, qui propter neglectam adminiſtrationem tenentur. Nam cùm ex officio eis incumbat neceſſitas gerendi: conſequens eſt ſuū videri negotium: Deinde re ipsâ, cùm in rem alienam quid impendo. Tertiò ratihabitione, cùm quod alieno nomine geſſi, ille ratum habet & niſi ratum haberet, nihil ad eum pertineret. Denique ipſo geſtu, cū creditori alieno ſolui, ipſo ignorante vel invito, *l. ſolvendo d. tit.* Et quamvis plura huc pertinentia cōgerat Barto. omnia tamen ea, quę magno molimine tentat, ad hæc pauca facilè referuntur. *gl. in l. ſed etſi pupill. §. item quæritur eod. tit.* Sed quomodo probabitur negotiū noſtro nomine verè eſſe geſtum, vt locum habeat huius regulę diſpoſitio? † Reſpondeo id colligi primò ex eo,
4. quod is qui geſſit, ſciverit negotium ad me pertinere. Deinde quod proteſtatus ſit, ſe nomine meo gerere. *Quid enim* (inquit Paulus *l. Neſennius ff. de neg. geſt.*) *ſi etiam proteſtata eſt mater ſe filium ideò alere, vt aut ipſum aut tutores ejus conveniret?* Denique ſi amicitiam docuerit, ex qua conijciendum ſit, meo nomine potiùs geſſiſſe eum quàm ſuo aut alterius. *d. l. ſi pupilli §. ſed & ſi ego.* † Amplia primò hanc
5. regulam, vt locum habeat tam in reb. ſpiritualibus quàm in temporalibus. Licet enim ſunt qui putant in rebus ſpiritualibus regulæ huic locum non eſſe: vtpotè in quibus poteſt quis ratū habere quod ſuo nomine geſtum nō fuit: *Dd. ad c. Felicis. de pœnis c. Lugd. 9. q. 2. c. quod ſicut de elect.* eorum tamen opinionem damnat Henricus Bohick, *ad c. mulieres n. 39. cum ſequ. de ſētent. excom.* antiquus & inſignis doctor, propterea quod leges ſeu canones ex adverſo allegati & producti, eo caſu loquuntur, vbi negotium de quo quæritur, ſine ratihabitione non habet ſuū effectum ſecundum intentionem agentium, ſicut manifeſtè ex ipſis apparet, ſuntque etiā inter hęc quędam, quę non de ratihabitione, ſed de cōtemptus & injurię remiſſione loquūtur. *d. c. Lugdunen.* Amplia ſecundò, vt hęc regula, quę habet, quod quis ratū habere non poteſt quod ſuo nomine non eſt geſtum: procedat ſubinde etiamſi in ſuum ratihabentis præjudicium ratum habere velit. *vide Dec. ad l. ſemper qui n. 21. ff. eod.* Adhuc enim futurū eſt, vt ſi delictum fuit planè conſummatum, & ſic verè effectum ſuum ſortitum eſt, certè is qui ratum habet illud, non omninò eodem modo punietur, atque ſi ipſe delictum perpetraſſet. Vnde ſi quis dat ſymoniacè pro beneficio pecuniam, & alius poſtea acquirens beneficium, hoc quod non ſuo nomine factum fuit approbat: peccatum quidem contrahet propter conſenſum, & beneficium illud licitè ac tuta cōſcientia, vix retinere poteſt, ex ratihabitione tamen obligatus eſſe dici non poteſt. *Panorm. ad c. ſicut in fin. de ſimonia.* Quo modo & Henric. Bohick. *d. loco.* Si negotium (inquit) de quo quęritur, ſine ratihabitione habet plenum ſuū effectum ſecundum intentionem agentium: verbi gratia. Aliquis interfecit hominem, vel perpetravit aliud delictum ſuo non alieno nomine, certè effectū ſuum jam habet ſine ratihabitione, & propterea ratihabitio in præjudiciū alterius illud ratum habentis, non tàm largè operatur, ex quo non ſuo nomine delictum perpetratum eſt. At ſi negotium de quo quæritur, ſine ratihabitione non habet ſuum plenum effectum ſecundum intentionem agentium: vt cùm quis obligat rem meam: quo caſu non habet illa obligatio plenum effectum abſque mea ratihabitione: *l. res aliena, l. rē alie. ff. de pignor. act.* tunc poſſum ratum habere in meum præjudicium, id quod non eſt nomine meo geſtum. *l. 1. ff. ſi ratum ff. quod juſſu l. ſi fūdus ff. de pignor.* Sed tu de veritate huius deciſionis diligentius attende ad ea, quę mox ſubijciemus, ne facilè ſic decipiaris. Amplia tertiò quod ſicut nō poteſt quis ratum habere quod ſuo nomine non eſt geſtum: ita quoque ratum habere nō poteſt id, quod eius nomine per falſum procuratorem in auditorio principis factū fuit: *vid. tamē j. ad cap. ratih. n. 11. verſ. amp. non.* videlicet propter vitium ſurreptioni, quod quia in tali conſiſtorio eſt admodum deteſtabile, vtique punire debet, *c. ex parte de reſc. Baldus ad l. falſus col. 1. verſ. 2. præmitte C. de furtis.* Quo pertinent ſex illæ concluſiones, quas eleganter ad rem propoſitā Angel. tradit, *ad l. falſus n. 17.* videlicet, quod actum factum à procuratore falſo, qui funditus nō eſt nullus, poſſum habere ratum in prejudicium gerentis: vt mihi jura cedere compellatur. Rurſum quod actum factum à procuratore revocato, nec ad meum commodum nec ad meum incommodum poſſum habere ratum, ſi modò actus geſtus erat nullus funditus ipſo jure, quacumque etiam ratione, vel ſub quocumque colore revocatio facta fuerit. Pro quo facit quod Baldus ait: *d. loco col. 3.* quod vbi nihil geritur, certè ratificatio nihil invenit in quo figat pedes ſuæ confirmationis. Confirmatio verò nō eſt actus per ſe ſtans. Et ideò vbi non eſt cōfirmabile, confirmatio & ratificatio non procedit. *cōſ. Gail. ob. 17 n. 17. 18. Peck. de amort cap. 10.*

cap.10. & c.27.n.2.& j.ad c.ſeq.n.14. verſ. Et vt paucis l. Aurelius §. teſtamento ff. de lib. legat. Qua de re tamen latius expendens ea, quæ ad propoſitum alio loco notant, *ad l. ſi tutor C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. eſt neceſ.* Caſtrenſis, Bartolus, *ad l. obſervare col. 1. ff. de offic. proc.* & Corneus, *conſ. 18. lib. 3.*

6. †*Ratio dubitandi in hoc capite* ex diverſis cauſis conſiderari poteſt. Et primò quidem ex eo, quod is qui geſſit negotia pupilli nomine tutoris, ne ſcil. iſte judicio tutelæ teneretur etiam pupillum cuius nomine non geſſit, ad hoc obligatum habet, vt id quod geſtum eſt, ratum habere cogatur. *d. l. ſi pupilli in princip.* non multò aliter, quàm cùm frater exiſtimans ſororem ſuam Titij hæredem eſſe; debita hæreditaria nomine ſororis ſolvit. Nam cum detecta veritate manifeſtum ſit ſororem hæredẽ non fuiſſe, ſed alium: cogitur verus hæres ratam habere ſolutionem, *l. quæ vtiliter. ff. de nego. geſt.* Secundò ex eo, quòd ſi quis rem aliquam tanquam ſuam & ſuo nomine proprio diſtraxerit: poteſt verus dominus cuius nomine venditio non eſt facta, ratam habere eandem, vt pretium conſequatur. *l. fin. eod. tit. l. mater C. de rei vend. l. ſi eum ſervum ff. ſi cert. pet.* Quomodo & pignoris conſtitutionem, de re ſua, non ſuo nomine factam, verus pignoris dominus; *l. ſi fundus ff. de pignor.* ratam habere poteſt. Tertiò ex eo, quòd ſi ſoror ſuo nomine de re ſua & ſuorum fratrum tranſegit: poſſunt ijdem fratres eandem tranſactionem non ſuo nomine factam ratam habendo, confirmare. *lib. 1. C. ſi in communi eademq; cauſa.* Quartò ex eo, quòd dominus vel pater ratum habere poteſt, quod à ſervo aut filio, non eorum nomine factum eſt. *l. 1. §. ſi ratum ff. de eo quod juſſu. l. fin. ad S. C. Maced.* Quintò ex eo, quòd is qui cùm libero homine nomine proprio contraxit, etiam contra eum ad quem negotium à libero illo homine geſtum pertinet, ſola ratihabitione actionem acquirit. *l. ei §. fin. C. quod cum eo qui in alien.* Sextò ex eo, quòd dominus ratam habere poteſt manumiſſionem ſervorum, quam alius proprio nomine & tanquam verus dominus de ijs fecit. *l. 1. C. de his qui à non domi. &c.* Septimò ex eo, quòd receptatores furum vt fures puniuntur, propterea quòd furatum approbare ratum habere videntur, *l. 1. ff. de receptor. furum l. 1. C. de h. qui latro &c.* cùm tamen furtum nomine eorum non ſit factum. Et ſi quis non meo, ſed ſuo proprio nomine hominem necaverit: ego & ratum habere poſſum, & ratum habendo, quamvis non incidam in pœnam homicidij, contraho tamen crimen & delictum. Octavò ex eo, quòd ſi Laicus contra jus & canones, jure ac nomine proprio, Eccleſiam contulit, Epiſcopus collationem non ſuo nomine factam ratam habere, *cap. cum quis de ſentent. excommunicat. hoc lib. 6.* poteſt, ſicut & Capitulum ratam habet alienationem, à Prælato nomine proprio factam *cap. cura de jure patronat.* Nonò ex eo, quòd ſi Canonici præſentes eligant Epiſcopum ſuo nomine, poſſunt abſentes electionem taliter factam ratam habere, eandemque perinde atque ſi proprio nomine eorum facta eſſet, confirmare. *cap. quia nos de his quæ fiunt à Prælatis.* Decimò ex eo, quòd hæres & ſucceſſor ratum habere poteſt, quod non ſuo ſed defuncti nomine geſtum eſt, *cap. quod ſicut de electionibus.* Undecimò ex eo, quòd filius delatam bonorum poſſeſſionem, ſuo nomine petit, & tamen pater ratam eam habere poteſt, *l. ſi ſine ff. ratam rem hab.* Poſtremò ex eo, quòd ſemper præſumi poſſe videtur, nomine alterius rem eſſe geſtam, & quod propterea inutilis ſit huius capitis deciſio, quaſi nullus caſus evenire poſſit, quo dici queat noſtro nomine quid eſſe geſtum, *l. 1. C. qui ad mit.* Etenim qui negotium alienum gerit, aut malæ fidei eſt, aut bonam fidem habet. Priore caſu, quia negotium ad alium pertinens gerit, æquum eſt vt lex fingat eum non ſuo ſed domini nomine gerere, ne ipſe ex geſtione & improbitate ſua actionem, *lib. itaque fullo ff. de furt.* conſequatur: locupleturque jactura domini. Poſteriore verò caſu, qui bonâ fide alienum negotium quamvis ſuo nomine proprio gerit, etiam fingi debet nomine domini illud geſſiſſe: nam ſi interrogatus foret, ſibi ne an vero domino acquirere vellet actionem, cùm intelligeret ad ſe negotium nõ pertinere, vtique reſponderet, bonam fidem agnoſco, & ſi ſciviſſem alienum negotium eſſe, aut nihil meo, ſed veri domini nomine feciſſem, aut certè in vniverſum abſtinuiſſem.

† *Ratio verò decidendi eſt*, quod negotium nõ 7.
poteſt dici noſtrum, niſi illud per nos vel per ſervos noſtros, & quos in noſtra poteſtate habemus, vel quibus mandavimus, verè vel interpretativè factum ſit. Atqui quod alius ſuo nomine facit, nullo modo neque verè, neque interpretativè noſtrũ dici poteſt, *Bald. in l. 1. C. qui admitti &c. & in d. l. mater.* quia in negotio quod noſtrũ eſt ratihabitione, intercedere debet mutuus quidam conſenſus, vt is noſtro nomine faciat, & nos ratum habeamus quod ſic factũ eſt. Cæterùm ſi ille nomine ſuo faciat nos vt negotium efficiatur noſtrũ ratũ habere non poſſumus; qua ſi extrema cõſideres, potius diſſenſus quã cõſenſus intelligitur. Adde quòd ſi poſſem habere ratũ quod meo nomine non geſtũ, facilè fieret prejudicium tertio quo cum negotiũ geſtum eſt, & qui nullum reſpectum mei dum contraheret habuit, eius ſolius fidem ſecutus eſt cuius nomen expreſſũ fuit, & ſi ſciviſſet quod alius ratum habendo in locum cõtrahentis fuiſſet ſurrogatus, fortè non contraxiſſet: quia fieri poſſet quod is qui ratum habendo ſuum faceret negotium, futurus eſſet homo rixoſus, potens & difficilis ad cõveniendum cui ſe non auderet opponere. Non obſtat autem primum argumentum, quod ex adverſo pro-

ſo proponitur, qui licet in ſolidum conveni-tur tutor,cujus nomine negotium geſtum eſt, tamen quia in rei veritate negotium quoque pupilli geſtum eſt, ejuſque interfuit illud ſic geſtum eſſe, quamvis nomen ejus expreſſum non fuerit,meritò cogitur illud habere ratū, *Caſt.in d.l.ſi pupilli,in prin.* ne cũ aliena iactura locupleretur. Secundum quoque argumentum, majus præjudicium non facit. Poteſt enim aliquis in ſuum detrimentum ſuique juris diminutionem, gratum habere quod nomine ejus geſtum non eſt,quando vel ex certa ſcientia & non per errorẽ conſentit,*l.ſi per errorem ff.de juriſd.om.judic.* vel quando æquitas aliud expoſtulat. Vnde quando res præſcripta aut perẽpta eſt, poteſt quis rei ſuæ venditionẽ habere ratam in ſubſidium,ad id,vt is qui rem ejus vendidit,pretium reſtituat,nec ex delicto aut negligentia ſua, cũ aliena jactura ditetur, qua de re multa elegãter tradidit Zaſius,multaque ſuo more cõtrovertens Loriotus.*in d. l. ſi eum ſervum.* Tertia quoque objectio eodem pertinet. Fratres enim in ſui juris præjudicium ratam habere poſſunt tranſactionem à ſorore eorum factam: *Fulgoſ.in contrario.* niſi (vt plerisq; placuit)dicere velimus in facti ſpecie opposita, tranſactionem aut nomine omnium, adeoque etiam fratrũ,*Caſt.ibi.* aut certè de re indiviſibili quæ ad omnes æquè pertinet,initam fuiſſe, *Baldus ibi.* Sed nec 4. objectio vim adferre poteſt, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus.*c.ceſſante de appellat.* Vnde quãdoquidem in gratiam patris prohibetur contractus mutui,& lex vel S.C.ſuccurſum eſſe voluit filio accipienti mutuum,propter patrem,ne ſcilicet filius ante tempus,patrios inquirat in annos: vtique manifeſtum eſt,patrem juri ſuo ratihabitione præjudicare poſſe.*l penult.C.de patric.* *Ioannes Monachus hic.* Adfert quoque Dynus aliã quandam magis generalem ſolutionem, à qua,quantumvis Anchoran.*hic.* exiſtimet eam non omninò eſſe expeditã, minimè diſſentio. Neque etiam plus momenti eſt in eo quod 5. loco controvertitur.Ideò quod (vt refutatis aliorũ rationibus cenſet Caſtrenſis,qui plerũque veritatẽ attingit)ratihabitio in prǽjudiciũ ratum habentis illic facta eſt,ex quo ratũ habens obligatur,negotium gerenti,vel quòd(ſi Baldo credimus *in d.l.& qui.*)ratihabitio non requirit geſtum quid eſſe nomine alterius in ſpecie,ſed ſufficit geſtio generalis. Vnde cùm illic geſtor in genere omnia negotia alterius gerebat,licet ſpecialiter mutuum accipiẽs nomen illius non expreſſerat,ſed ſuum proprium tantùm: poteſt tamen alius id habere ratum, cujus nomine in genere geſtũ erat, propterea quod generalis illa geſtio, ſingulas ſpecies, & ſic etiã mutui acceptionẽ in ſe continebat. Et licet ſuo nomine geſtor accepit mutuũ,ſciebat tamen ſe nomine alterius id facere, & cùm in vim illius generalis geſtionis acceperit mutuò,ſufficit quod hoc gerebat in animo, licèt nõ fuerit expreſſũ in forma cõtractus. Et quãvis accepit nõ nomine alterius, accepit tamen alterius gratia,quod(vt etiam hic tacitè ſentire videtur Mantuanus) pro nominis deſignatione habetur. Sexto nõ obſtat,quod de liber-tatis datione dictũ eſt. Sicut enim multa ſingularia habent libertates,ita quoque & illud, præcipuè cùm nõ de alio quàm de iactura ipſius domini ratã habentis agatur. Neque etiam movet 7.dubitatio. Receptatores enim furũ, ſine quibus crimẽ diu latere non poſſet,*d.l. 1.* participes quidem prædæ ſunt, & facinoroſos non ſolùm non accuſant,ſed eos fovent ac ſuſtinent. Propriè tamẽ dici non poſſunt delictũ ejuſmodi habere ratum, ſed quod ab eo non diſſentiunt: Vnde & ea nata eſt diſceptatio,an eadem pœna cum his puniantur: de qua re latiſſimè agit Salic.*Gail.2.P.P.10.Peck.ad l.3.§. nõ tant.de inc.ru.nauf.in l.vnica C.de raptu virg.* In8.obiectione eadẽ eſt ratio. Epiſcopus enim in ſuum præjudiciũ ratam habere poteſt collationem, aliàs hoc caſu expreſſa illius ratihabitio effectum mandati facilius parit,& ſi non omninò expreſſus,ſaltem tacitus qualis qualis ejus cõſenſus anteceſſiſſe videtur,quippè quod non præſumitur ea quæ ſic geſta ſunt in ſua diœceſi,ignoraſſe. *Anchor.& gl.in d.c.cum quis.* Alijs æquius viſum eſt,ratihabitionem collationis nullæ non valere,niſi Epiſcopus quatenus neceſſe eſt, de novo conferre velit. *Guido cõſil.179. Rebuffus in praxi benef.tit. de forma vicariatus nu.11.* Capitulum quoq; ratã habendo alienationem à Prælato factam, non peccat in hanc regulam: quia ibi & alienatio capitulo quidem contradicente,ſed nomine tamen ejus facta erat à Prelato,& de ſolius ipſius capituli præjudicio agebatur. Nona dubitatio minoris ponderis & momẽti eſt,quia præſentes canonici,etiamſi alij abſint,tamen eorum quoque nomine eligere cenſentur. Nõ enim vt privat quidam homines, ſed vt capitulum, ſub quo indubiè continentur etiã abſentes, eligere ſolent. Hæres quoque an ſimpliciter ratum habere poſſit quod nomine defuncti geſtum eſt, proximo capite fuſius dicetur. Penultima autem dubitatio nullam vim facit. Nam ſi filius petat bonorum poſſeſſionem,pater non quidẽ id habet ratum tanquam dominus negotij,ſed tanquam pater,& jure patriǽ poteſtatis,quæ ei in filium maxima eſt.*l.in ſuis ff.de l. & poſthu.* *Mantuanus hic.* Sed nec vltima objectio nos movet. Lex enim in ſubſidium vero domino, ne vẽditor ſeu geſtor malæfidei *d.l.mater.* locupletetur,ſuccurrit. Et licèt quis bonæ fidei fuerit, quia tamen propoſitum tempore contractus in mente gerentis retentum nihil operatur:*l.ſi repetendi de cõdi.ob.cauſ.* fictio legis ei non ſuffragatur, maximè quod propoſitum illud adeò velatũ & obductum fuit, vt gerens ipſe,ne ſemel quidem tunc de eo cogitaverit, ſed lex ſolùm hoc ipſum, ſi monitus fuiſſet, cogitare voluiſſe præſumit.

REGULA X.

Ratihabitionem retrotrahi & mandato non eſt dubium comparari

1. *Argumentum à contrario ſenſu in jure eſt validum.*
2. *Ratum habere quid ſit.*
3. *Ratihabitio quomodo fiat.*
4. *Mandatum an præſumatur ex antiquitate temporis.*
5. *Obligatio an firmet ſe à tempore negotij geſti, an verò à tempore ratihabitionis.*
6. *Ratihabitio & mandatum quomodo differant.*
7. *Mandati actio an generetur ex ratihabitione.*
8. *Aliud eſt facere, aliud promittere ſe facturum.*
9. *Ampliationes ad hanc regulam.*
10. *Contractus an & quatenus ſint facti.*
11. *Ratihabitio poteſt etiam fieri per abſentem.*
12. *Rationes dubitandi.*
13. *Fictio imitatur naturam.*
14. *Ratio decidendi.*
15. *Ratihabitio intra quod tempus fieri debeat.*
16. *Summaria quædam traditio in materia ratihabitionis.*
17. *Ratihabitio in quibus nihil operatur.*

1. VAlida firmaque juris argumentatio eſt, quæ vel à contrario ſenſu legis, *ca. cum virum de reg. l. qui teſtam. §. mulier. ff. de teſtā.* vel à ratione caſus conuerſiua ducitur, *l. 1. ff. de ſolut. l. penult. C. eod. titu.* vtpotè quæ ex mēte ipſius legis proprijſſimè deſcendit. *gl. in d. §. mulier.* Ideoque ſi id quod noſtro nomine geſtū non eſt, ratum habendo nihil efficimus, quod quidem proximè dictum eſt, juſta illatione euincitur, id quod noſtro nomine factum eſt, ratum à nobis haberi poſſe, eamque ratihabitionis illius vim atque effectum eſſe, vt retrotrahatur, mandatoque æquiparetur. Qua in re, quæ nunquam non ante oculos poſita eſt, quæque in vſu quotidiano, in conſuetudine hominum atque foro plurimum verſatur, primùm inquiremus, quid ſit ratihabitio & vnde colligatur. Tum verò, quâ ratione retrotrahatur, & denique quibus modis mandato æquiparetur.

2. *Ratihabitionem.* † Ratum habere ferè nihil aliud eſt hîc, quàm approbare & confirmare id, quod antè actum eſt. Qua in re tamen negligi non debet differentia, quam inter ratificationem & approbationem notant Molineus *ad conſuet. Pariſ. parte prima. §. 23. & nu. 38.* & Cardinalis, *conſil. 44.* ſicut & aliud eſt ratificare, aliud promittere ratum habere. *Caſt. conſ.* 281. *lib.* 1. Veteres autem ratare dicebant, à quo irritare, id eſt infringere nec ratum habere. Sed hæc magis Grammaticorum functio, eſt, quam ICti officium, vt latius inquirant in ſtrictam eam vocis ſignificationem. Scævola ex Paulo reſpondet, *l. Paulus ff. rem ratā haberi l. ſi proponas. §. 1. ff. de in offic. teſt.* nō. tantū verbis ratum haberi poſſe, ſed etiam actu, niſi quando lex pro forma expreſſam ratihabitionem exigit. *v. j. D. Peck. ad. c. qui tacet. c. is qui de reg.* † Quin potius fortior eſt ratihabitio, quæ ex facto fit, quàm quæ verbis interponitur, 3. cum ſæpè quis fictitiè loquatur. *conf. Gail. 2. P. P. 9. n. 32. Peck. 3 de teſt. con. 3. n. 5. Bald. ad l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. Alciat. conſ. 76. nu.* 2. Tacitè verò fieri dicitur ratihabitio his modis. Primò receptione literarum, quæ conjunctam habet taciturnitatem. Nam qui literas recipit, & contrariam teſtationem non facit, cenſetur ea quæ illis literis continentur, rata habuiſſe. *Gail. 1. obſ. 21. n. 9. v. nam acceptans, l. ſi quis alicui §. 2. ff. mād. Bal. in l. 1. eod. tit. Panor. conſ. 18. Laurentius Syluanus. conſ. 57. num.* 30. Ideoque reſponsū eſt. *l. ſi filius fam. ff. ad S. C. Mace.* non vno loco à conſultis, quòd ſi filius patre abſente mutuam pecuniam accepit, & ad patrem literas miſit, vt eam pecuniam ſolueret: debet pater, ſi factum filij ſui improbat, continuò proteſtationem interponere contrariæ voluntatis. Alioqui ipſa literarum receptio & retentio, mutui ratihabitionem inducit. Et qui inſtrumentum mandati, in quo procurator conſtituitur, recipit, cenſetur ſe ad officium illud obligare: ita vt amplius excuſare ſe non poſſit, niſi præceſſit proteſtatio. *Clem. 1. de procur.* Secundò per ſolutionem expenſarum in lite. Nam ſi quis ſoluat expenſas factas in lite ab eo qui geſſit ſe pro procuratore alterius, ipſa ſolutione, id quod nomine ejus geſtum fuit, ratum habuiſſe dicitur. *Alexan. conſ. 127. num. 2. & conſi. 175. num. 24. lib. 5.* Tertiò per proſecutionem litis: quia ſi is cujus nomine alius litem inchoavit, eandem proſequitur, ratihabitio ejus quod geſtum eſt, inducitur, *d. l. Paulus.* Quartò per ſolutionem cenſus ſeu penſionis per alium promiſſæ, veluti ſi quis alterius nomine, & abſque illius mandato agrum aut domum penſione annuâ conduxit, & is cujus nomine conductio facta eſt, penſionem annuam ſoluat. Ideoque ſi maior 25. annis hæres minoris factus, id quod promiſſum eſt à minore, ſolverit, cenſetur contractum minoris ratificare, *Alex. d. conſil. 127. Bald. conſil. 84. incip. Ad intelligentiam lib. 2.* nec amplius illum infringere poteſt. Sic & vice verſa, qui promiſſam penſionem recipit, contractum, ex quo illa debetur, cōfirmat. Et propterea Prælatus ſucceſſor, qui recipit penſionem annuam à colono, videtur ratam habere locationem à prædeceſſore ſuo factā, *Cagnolus ad l. ſemper n. 20. ff. hoc tit. Ioānes de Milis in repertorio, ſuo, ad verbum, Prælatus,* & vxor percipiens fructus, cenſetur

cenſetur confirmare acquiſitionem à marito communi nomine factã, *Decius conſi.*§8. Quintò ſi quis alteri fructus rei ſoluit, cenſetur eum tanquam eiuſdem rei dominum agnoſcere, & titulum eius ratum habere, *Baldus conſil.*120.*lib.incip.videtur.* Sextò ex eo, quod is cuius nomine initus eſt contractus, agit ex eodem, *l.ſi ſervus ali.ff. de fidejuſſ. Decius conſil.*5. *Ludo.Goſa.conſ.*42. *Bald. conſ.*34. *l.*2. *& conſ.* 14.*l.*5 quia vt ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet: ita ex quo cõtractu quis agit, eundem improbare nõ poteſt, ne ſibi contrarius eſſe reperiatur. Cùm enim ex eiuſmodi contractu agit, vtique validitatem eius præſupponit & admittit, ſcilicet non ignorans actionem efficacem ex inutili contractu non dari. Neque etiam poteſt contractum ſuo nomine geſtum, pro parte reprobare, pro altera parte ratum habere, *ſi ita ff.de oper.libert.* ſed aut totum cum ſuis qualitatibus & cauſis agnoſcere, aut à toto recedere debet, *l.cum queritur ff.de admin.tuto.* quod elegantiſſimis & penè infinitis exemplis ac reſponſis demonſtrat Tiraquellus, *in l.de retract.convent. ad fin.tot.num.*4.5.6.*& ſequentib.* Septimò, ex vſu retentione & poſſeſſione. Qui enim vtitur, poſſidet vel retinet rem, quę illi abſenti ex contractu ab alio nomine illius facto ceſſa eſt, eundem contractum ratificare videtur. *Ang. conſil.*16.*Caſtr.conſ.*300.*l.*2. *Decius conſ.* 464. *Bald. conſ.*349.*lib.*3. Octavò exigens rationes adminiſtrationis, cenſetur ratificare geſta ab eo qui adminiſtravit. Nonò præſumitur ratihabitio ex tempore. Quia major viginti quinque annis factus, ſi quinquennio tacuerit, poſt vigeſimum annum omnia rata habere cenſetur, quæ vel ipſe minor exiſtens, vel eius curator geſſit, excluditurque à beneficio reſtitutionis, *l.fin.C.ſi major factus.* Decimò ex antiquitate temporis.† Licet enim acriter diſceptatum ſit inter interpretes iuris, vtrùm mãdatum ex temporis antiquitate interveniſſe prę-
4. ſumatur, quod vtrimque latè diſputat, ampliat & reſtringit Aymo Cravetta, *in l.de antiq. tẽp. part.* 2.*in pr.nu.*28. *cum ſeq.* ratihabitio tamen præſumitur præcipuè ſi de modico præjudicio agatur, *Socy.con.*49.*lib.*3.*Ludovicus Goſa d.conſ.* 11.*Decius conſ.*299. *Iaſon conſ.* 104.*lib.*4. Vndecimò ex actu fortiore ſuperveniẽte. Etenim ſi quis vi metúve coactus quid promiſerit, poſteaque his ceſſantibus promiſſum ſolverit, ſpõtanea ſolutio ſuperveniens inducit ratihabitionem eius quod antè promiſſum fuit. *Gail.* 2. *obſ.* 93.*n.* 29.30.*conf. D.Peck.*1.*de teſt.con.* 10.*n.*7.*verſ.rurſum l.*2.*C. de cond.indeb.* Quomodo ſi quis vi metúve coactus vxorem duxerit, fidémve etiam per verba de futuro dũtaxat dederit, & deinde ceſſante metus cauſa, ſponſam cognouerit: priorẽ promiſſionem tacitè ratificavit, puramq; reddidit, & ſic tranſeunt ſponſalia in matrimonium, vt amplius non ſuperſit facultas ab ea reſiliendi. *Gail. d. loc.*27.28.*cũ ad id cap. is qui de ſponſalib.* Poſtremò ſi ille cuius authoritas ad contrahendum requiritur, fide jubeat pro contractu, eundem ſanè ſub ea tamen diſtinctione de qua alibi latius Bald. agit, *in l. exceptionem C.de evictionib.* ratum habere cenſetur.

Retrotrahitur. Duo hîc nobis excutienda ſunt, videlicet à quo retrotrahatur, & ad quid retrotrahatur ratihabitio. Ad primum quod attinet: legis miniſterio fit ea retrotractio, & vniverſa iſta res fictione quadam legis conſtat, quia is qui ratum habet, ipſe negotium geſſiſſe videtur. *l.ſi pupilli §.item quæritur ff.de neg.geſt.* Legis porrò officium eſt, in his quæ abſque legis authoritate non conſtant, fingere. Homo autem cùm legi ſubſit, fictione ſuâ legem alterare non poteſt, §.*hac ſolemnia & ibi gl.inſtit. de verb.obl. l. ius publicum ff. de pactis*, & tantò quidem minus, quod ſi ſtricti juris rigiditatem ſequamur, non etiam ipſam æquitatem: qua tamen ſola huius capitis deciſio ſuſtinetur, certè is qui ratum habet id, quod ſuo nomine geſtum eſt, nihil ageret, ideò quod in contractibus initium temporis ſpectandum eſt. *l. fin. procuratorem ff.mandati.clem.fin.de reſcriptis.* Iſte verò eo tempore acquirendi animum, abſque quo nihil vnquam perfectè acquiritur, *l.quemadmodum ff.de acq.poſſeſſ.* non habuit. Quantum verò attinet ad ſecundum: in profeſſo eſt, ad tempus actus ſeu negotij geſti, fieri oportere retrotractionem, vt ſic perinde obligetur ratum habens, atque ſi eo tempore ipſe vel feciſſet illud vel certè fieri mandaſſet. Illud verò olim ab excellentiſſimis ingenijs magna argumentorum vi diſputatum & controverſum fuit, vtrum ita fiat hæc retrotractio, vt actio obligatioque ex ipſa ratihabitione eiuſq; tempore virtutum & vitam accipiat, an potius ab ipſo tempore negotij geſti?† Quæ res vt multos habet vtrimque aſſertores, ita vtilis eſt minimeque cõtemnenda homini in foro ac legibus verſanti. Inde enim evenit, vt forũ vel ex loco negotij, vel ex loco ratihabitionis metiamur. Nam ſi negotia mea Antuerpiæ geſſit Titius, & ego Lovanij exiſtens, quod illic geſtum eſt, ratum habeo: ſi ratihabitio ad tempus & locum actus geſti retrotrahitur, potero ratione contractus illius Antuerpiæ conveniri, perinde ac ſi præſens ibi contraxiſſem. Sin autem ex tempore ratihabitionis obligor dumtaxat, vtique non potero, ſed is qui cum Titio meo nomine contraxit, forum meum hîc Lovanij ſequi cogetur. Quod ſi ex vtroque oriatur actio, vtrobique rectè me conveniet. *Albericus ad d.§.item quæritur.* Quod autẽ ex tẽpore ratihabitionis tantùm obligatio incipiat operari ſuum effectum, inde perſuadetur, quòd huiuſmodi ratificatio facit, vt negotium cenſeatur factum eſſe ab ipſo ratificante, non etiam ab ipſo gerente, *d.§. item.* aliaſque ille qui dat robur actui, qualiter ſine eo eſſet inutilis, ipſum actum facere cenſetur. 5.

Bart. & alij in l. & quia ff. de juriſdict. omnium iud. Geſtum verò nomine alterius, non habet robur, niſi cum ratum haberi cœpit. *c. ſi tibi de præben. l. qui abſenti ff. acq. poſſ.* Et ideò, ſi ex contractu debet ſolvi gabella intra menſem à die contractus & quiſpiam aliquid vendidit nomine alterius, qui poſtea eam venditionem ratificavit, ex illo ſtatuto ſolvi debet gabella ei cui debetur tempore ratificationis, non tantùm ei cui debetur tempore venditionis, *Aret. in l. ſi Stiibum §. ſtip. ff. de verb. obl.* quia cum ad perfectionem contractus aliqua requiruntur, dicitur contractus ex vltimo confirmari & valere, *l. quoties C. de rei vend.* ſufficitque ratihabitionem inducere obligationem, etiam ſi ex tempore negotij geſti non obliget, quamvis in conditionali ſtipulatione, propterea quod ſpes eſt debitum iri, conditio ad initium retrotrahatur, de qua re plurib. agit Tiraq. §. *ex cond: Inſt. de v. ob. Ioh. Mon. in c. cum quis de ſen. exc.* Contrariam partē ſequuntur maximè authoritatis interpretes. Paria enim ſunt ab initio eſſe tale, vel redire ad tale. *in l. de retract.* §. 1. *glo.* 1. 0. *n.* 64. *cum ſeq.* Sed ſi ab initio negotiū eſſet noſtrum ipſo facto ſine ratihabitione, oriretur actio ex negotio geſto, ergò etiam nūc cùm noſtrum eſſe incipit per ratihabitionem. Et cum duo reperiuntur, quorum vnum eſt cauſa alterius, inſpicitur iſtud tamquam principale. *l. ſi cum dos ff. rer. amot.* Sed geſtio eſt cauſa ratihabitionis, non verò ratihabitio eſt cauſa geſtionis, nec ratihabitio inducit præcedentem materiam ex qua agitur, ſed præexiſtentem applicat ratum habenti. Vnde ſicut aditio hæreditatis applicat negotium hæredi, cùm non oriatur actio ex aditione, ſed ex cauſa pręambula: ita & hic concludere oportet, ex negotio geſto, non ex ratihabitione. *l. quidam ff. de verb. oblig.* Accedit, quod effectu denominatur à priore non à poſteriore. *Bart. in l. ſi pecuniā. de neg. geſtis.* Vnde ſicut lex ex priore pacto, non ex lege confirmante pactū, jus tribuit, *l. legitima ff. de pactis.* & in contractu permutationis non ex implemento, ſed ex contractu prævio datur actio, *l. ex placito C. de rer. permu.* & non ex datione tutelæ, ſed ex præcedenti geſtione, actio tulæ naſcitur: *l. niſi ff de tutelis & rat. diſtrab.* ita quia geſtio eſt per prius, & ratihabitio per poſterius, nō ex ratihabitione, ſed ex geſtione ipſa actio oritur. Alioqui enim (inquit Caſtrenſis. *ad d. l. ſi pecuniā*) non diceretur actio negotiorum geſtorum, ſed ratihabitionis, aperteque decidit Vlpianus, *l.* 3. §. *hac autem ff. de neg. geſt.* negotiorum geſtorū actionem, ex negotio geſto eſſe. Et ſi non tam authoritatis in diſputando, quàm aut rationis momenta aut legis verba ſpectanda ſunt, *Cicero lib.* 1. *de natu. deor.* ipſe Princeps Juſtinianus, expreſſis verbis hanc contentionem definiens ait: *Sicut & alias ratihabitiones negotiorum geſtorum, ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta ſunt, l. donationis 2. C. de donat. inter vir. & vx.* quod & de ipſa actione intelligit. Quę verba cum ſint clara & aperta, vtique nulla alia contorta & ſiniſtra interpretatione ad alium ſenſum trahi debent.

Mandatio. Latius hunc articulum & alio loco & aliud agens explicat Rebuffus. *in praxi benef. inter privileg. & reſcriptum num.* 45. *vſq. in fin.* Mandatum, (inquit) aut Principis eſt, aut privati hominis. Principis quidem reſcriptum eſſe, per quod ille aliquid mandat vel præcipit, *l.* 2. *C. de man Prin.* ſive ad gubernādas provincias, ſive ad formulas exequendæ juſtitiæ, ſive ad gratiam, *in authent. de mand. Princip.* Privati verò mandatum aliud eſt, verùm, vt quando mando alicui vt det vel faciat aliquid pro me vel pro alio, *tot. tit. C. & ff. mādati.* aliud eſt fictū, vt quando fide jubeo pro aliquo pręſente & patiente. Is enim mandare videtur, *l. qui patitur ff. mādati.* & perinde agi poteſt mādati iudicio, ac ſi verè mandatum eſſet, *l. qui fide in eod. tit.* quia lex fingit pręſentem mandare, cōtra quam fictionem non recipitur probatio in contrarium *gl. in l. fin. ff. quod met. cauſa.* Aliud eſt mandatum figuratum, quod nos dicimus ratihabitionem, ſed ſub mandato ficto hoc comprehendit Rebuffus, propterea quod ratihabitio ex legis fictione mandato æquiparatur.

Æquiparatur. Non dicit eſt mandatum, ſed mandato æquiparatur: nimirum tacitè & quaſi ſub velamento quodam ſignificans, eandem eſſe naturam ſimilium. *l. fin. ff. man.* † Cæterùm nullum ſimile eſſe idem *l. ad ſimilitudinem C. de Epiſco. & cleri.* Etenim pleraque exiſtunt, 6.
in quibus mandatum & ratihabitio diſcrepant. Mandatum enim ſemper præcidit, vel certè actu nondum profecto ſupervenire debet. *Felynus ad c. nonulli de reſcript.* Ratihabitio ſemper ſequitur. Mandatum in rebus alienis eſſe poteſt, quod latius explicat Conanus, *l.* 7. *cap.* 14. *num.* 3. Ratihabitio de re ad nos non pertinente nulla eſt, *ſup. cap. prox.* Mandatum ex diuturnitate temporis non præſumitur, niſi aut de eo mentio fiat in ſententia vel in inſtrumento, *Decius conſil.* 36. aut niſi preſumptio ſit ad eiuſmodi actum neminem voluiſſe abſque mandato venire, puta ſi quis ſolvit penſionem alienam, quia præſumitur ſolvere de mādato eius pro quo ſolvit. *Sozynus cōſ.* 46. *lib.* 3. *Curtius ſenior conſ* 77. quod veriſimile non ſit, quem velle ſuum jactare, *l. cum de indebiti ff. de proba.* aut ſi poſſeſſio concurrat, *Alex. conſil.* 1. *l.* 4. aut ſi alia accedant adminicula, *Hanc D. Peckij doctrinam commendat Treutl. p.* 1. *diſp.* 9. *th.* 9. *ſub lit. d. vid. quoque D. Peck. ad c. quod quis nu.* 7. *& de amortiz. c.* 29. *&* 3. *d. teſt. con.* 22. *cir. fi. Menoch.* 2. *præſ.* 33. *n.* 7. *Curtius dicto loco*, aut niſi agatur de favore eius, qui mandatum allegat, *Aretinus conſil.* 42. Quæ omnia latius congerit Aymo, *De antiq. tem. par.* 2. *n.* 6. *ad fin. vſque.* Ratihabitio tamē pręſumitur ex tēporis antiquitate, *Sozynus d. loc. con.* 299. Rurſum vbi vel lex vel

vel ſtatutum mandatũ requirit pro forma, ibi ratihabitio non ſufficit, *v. D. Pek. 1. de teſt. con. 5. n. 1. & 3. c. 5. & 6. & ſ. ad c. qui tacet. Tyraq. conſt. poſſ. p. 3. lim. 30. n. 21. & c. ſeq. Baldus in l. obſervare §. hac ff. de offic. proconſ.* quia forma actus eſt de ſubſtãtia ipſius, *l. cer. forma C. de jure fiſci.* quæ ſi nõ obſeruatur, actus corruit. *Baldus ad l. humanum C. de legibus.* adeò quidem, vt ne per æquipollens adimpleri queat. *D. Pek. d. c. 5. n. 1. 2. & n. 4. Gail. 1. obſ. 2. n. 7. & ob. 124. n. 1. & 2. ob. 19. ſub n. 17. & ob. 65. n. 5.* Sed hæc tamen diſcretè non ex abrupto vel inconcocto ſtomacho accipienda ſunt, quod ex Præſide Euerardo, qui pulchra diſtinctione articulum hunc attigit, *in loco ab Æquipoll.* facilè intelligi poteſt. Adde quod ex mandato, actio mandati naſcitur, ex ratihabitione verò actio negotiorum geſtorum. *d. §. item quæritur.* Inter quas actiones duas, dum nihil intereſſe exiſtimat, lapſus eſſe videtur Ferrarius. *ad d. l. ſemper in fine.* Non me latet confuſaneè explicatum eſſe hunc articulum, an mandati actio ex ratihabitione generetur. † Pleroſque enim in affir-
7. matiuam ſentẽtiam deduxerunt verba Vlpiani, dicentis, eum qui ratum habet, mandati actione obſtringi, *d. l. ſemper.* cui reſpõſo & alia quædam conſona ſunt. Cæterùm quia periculoſum eſt à communi opinione recedere, & præcipuè in foro: magis arridet diſtinctio Saliceti communiter recepta, quàm ſubtilis & fortè etiam arrogans eorum cogitatio, qui nihil non contra receptam opinionem veterum innovare ſtudent. Diſtinctio ea hæc eſt, *in d. l. ſi pecuniam.* Aut loquimur de effectu obligandi, & paria ſunt mandatum & ratihabitio. Aut de ſpecie actionis producẽdæ, tunc ſi negotium geſtum eſt abſente domino, nulloque prius mandato præcedente, non mandati, ſed negotiorum geſtorum actio competit. Si autem prius præceſſerat mandatum, quod tunc reſpuerat, ſed poſtmodum pœnitentia ductus geſſit, ſicut filius ille Evangelicus, qui dixerat ſe non facturum, & tamen fecit, & ille ratum habuit, rurſus æquiparantur, & mandati actio datur. *c. licet ſuprà de proc.* Quod ſi negotiũ geſtum eſt præſente domino, idque euidenter ei vtile eſt, ex ſola præſentia datur mãdati actio. Ratio eſt, quia voluntas ejus, propter euidentem vtilitatem videtur præcedere: ſi verò euidenter vtile non ſit, tunc ex ſola præſentia nõ æquiparatur mandato, ſed vnà cum ratihabitione poſtea ſecuta. Idem igitur nõ ſunt mandatũ & ratihabitio, ſed ſpecies oppoſitę ſicut veritas & fictio: quia cùm ratihabitio non ſit neceſſaria, vbi præceſſit mandatum, *l. ſi procurator ff. de cond. indeb.* & cùm conſtet ab initio mandatum verè interueniſſe, vtique per fictionem, non per veritatem, & non ex proprietate verbi, ſed ex æqua benigna interpretatione tantum, æquiparatio iſta procedit. Vnde in odioſis & pœnalibus aliud recipitur. Nam ſi lex mandatum non teſtibus, ſed ſolis publicis documentis probari velit, non continebitur ratihabitio, *Bald. in d. §. hac quæſtio. 11.* quoniam lex illa correctoria & dura, ad hunc caſum trahi non debet. Quamuis enim quoad effectum, ratificatio mandato æquiparetur, ſcilicet vt obligationem æquè efficacem inducat, *Alciat. conſil. 283. & de verb. ſignif. col. 3.* eandẽque ſolemnitatem requirat: *l. nuptia. ff. de rit. nupt. Roma. conſ. 12. Tiraq. de retractu §. 1. gl. 10. num. 87.* non tamen æquiparatur, quoad probationis modum. † Et vt hæc inter ſe diſcrepant, ita etiam aliud eſt ratum habere, aliud 8.
promittere de ratum habendo, ſicut aliud eſt redhibere, aliud id promittere, *l. quod ſi nolit. ff. de Ædil. edic.* aliud commodare, deponere, vendere, mutare, aliudque promittere, *latè Tiraq. de retract. conven. ad fin. tit. num. 42.* Ideoq; non ſufficit promittere ratũ habere intra tempus, quo actus fieri potuit, niſi & intra ipſum tempus ratum habuerit, *Caſtr. conſil. 281. lib. 1.* & ſi quis promiſit alterum ratificaturum, non eſt ſatisfactum, ſi is alter tantùm promiſerit ratificare, nec aliter ratificaverit. *Steph. Bertrandus con. 345. li. 2.* † Amplia primò hanc regulam, 9.
quod ratihabitio retrotrahitur, tam quo ad proprietatem & rem ipſam, quàm quo ad fructus, vt ſcilicet pro tempore præterito etiam fructus cenſeantur eſſe obligati. Qua de re plurimum diſſerit Angelus: quem vide *ad l. ſi fundus §. ſi ſciente ff. de pig. & hyp.* Amplia ſecũdò, vt procedat etiã in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum. *l. quod ſi ſpeciale ff. de mino. Angel. in l. licet ff. de judic. num. 2. l. inſti. §. ſi ab alio, & ibi Fulgoſ. ff. de inſti. act.* Quomodo & homicidium quod ſine ſpeciali mandato me non obligat, ſi ab alio ſit perpetratum, ratihabitione ſequuta ita me obligat, atque ſi illud fieri mãdaſſem, *ca. 1. de homi. lib. 6.* Porrò autẽ quæ ſint ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt, & alio loco dixi, *ad c. fin. ſup. de procur.* [*qui libellus vtinam extaret, & bono publico prodiret.*] & alibi latè explicat Rebuffus. *ad conc. ad rub. de elect. de roga.* Amplia tertiò, quod ratihabitio actus, etiam qui verè non interceſſit aut prædeceſſit, inducit mandatum ad actum poſteà gerendum, & ſic ratihabitio actus præteriti inducit mandatum de nouo, reſpectu actus futuri. *l. ſi quis mihi bona §. quid ſi mandavit ff. de acqu. har.* Vnde qui ratificat agnitionem bonorum poſſeſſionis, tanquam iam factam: cẽſetur voluiſſe quod poſſit adire. Neque nouum eſt, quòd actus factus ad conſervandum aliquid, inducat voluntatem acquirendi de novo, vt latius per Jaſonem videre licet, *ibi num. 6.* Amplia quartò, quod iſta ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, non ſolùm ad id quod eſt actum, ſed pręterea, vt elegãter aſſerit Romanus, *ad d. §. ſed qui num. 4. & vide Bart. ad §. pater ea. l.* ex ratihabitione ad vnum actum, inducitur mandatum ad alium, qui eſt paris naturæ. Amplia quintò, quod adeò retrotrahitur iſta ratihabitio, quod ſi quis ſine mandato apprehen-

prehendat poſſeſſionem pro altero,ſatis eſt, vt poſtea ille cuius nomine apprehenſa eſt,ratum habeat ſine interventu alterius actus corporalis, *l.communis ſervus ff. de acq.poſſeſſ.* Quia ille primus actus apprehenſionis, præſtat adminiculum ad acquirendam poſſeſſionem ei, qui ratum habet.*Tiraq.de conſtituto.ampliat.2. n.3.* Et hinc eſt quòd ſi poſſidens conducit poſſeſſionem ab illo, videtur facere illum poſſeſſorem,*l.ſi quisl.qui bona ff.de acq. poſſeſſ.* & tamen ibi non intervenit actus corporalis ad apprehendendam poſſeſſionem. Amplia ſextò, quod in multis caſibus ratihabitio æquiparatur mandato, etiam poſt ius alteri quæſitum: *Pariſius conſ.*14.*n.*25.*l.*1.vt ſi ordinarius confert abſenti beneficium,& antequam ille ratificet, denuò confert alteri, & tradat poſſeſſionem, primus tamen præfertur etiam re nõ integrâ, ſi ratum habet,*c.ſi tibi abſẽti* 3.*de præbend.* Sed quoniam eius articuli explicatio latior eſt, quàm vt hoc loco tractetur, ad Curtium juniorem *conſ.76.nu.6.& conſ.*55.*nu.*10.*Alciat. conſil.* 12.*deciſ.Neap.* 335. *Roland. à Valle conſi.* 97.*Natta conſ.*253.& alios vos remittã. Amplia 7. quòd regula iſta procedit non ſolùm quando is cuius nomine geſtum eſt,ratum habet:verùm etiam quando hęres eius ratum habet. Quia facultas ratificandi tranſit ad hęredes eius, qui debet ratificare eo defuncto ante ratificationem,*l.ſi ſine §.ſi procu.ff.rem rat.haberi.*etiamſi mentio heredum in actu geſto facta non ſit. *Alexand. conſi.46.& conſi.92.lib.6.* Quæ res tamen difficultate non caret, præcipuè in contractu: quia contractu ante acceptationem ſunt meri facti,& jus nullum pariũt. *l.*1. §.*Scævola ff.ſi quis teſtam.l.*

10. † Ideò ſicut ad hæredes non tranſeunt, ita hæres eos ratum habere non poteſt,*l.*3 *ff.de bon.poſſeſſ.Alci.conſ.* 133. *num.* 9. Ideoque & Malinæus approbare qualem poſt ſe hęredem ait,ratificare non poſſe,*d.§.*23.*n.*38.*conſuetud.Pariſ.part.*1. Omniũ verò latiſſimè hunc articulum attigit Tiraquellus,quem tu varias referentem opiniones vide,*de conſtituto limit.*30.*n.*69.*eum ſequ.* Huc etiam pertinet, quod concluſione 360.notant Domini de Rota, quòd Prælatus poteſt geſta per procuratorem ſui prædeceſſoris ratificare, ſi procuratos illa geſſit nomine Eccleſiæ,ſecus ſi nomine proprio prędeceſſoris. Amplia octavò, vt non referat, ſive illa ratihabitio fiat ab abſente, ſive à præſente, *l.fi.C.ad S.C. Maced. Barto. ac l.Pomponius ff. de neg.geſt.& ad l.quo enim ff.rem rat. hab.*Ratificatio enim parte abſente fieri poteſt, ſicut & mandatum abſenti rectè datur.*l.*1.*in fin.ff.de procur.*

11. † Cæterũ an ratificatio abſentis faciat valere id, quod in præſentiâ ratificantis fieri debuiſſet:latius explicat Speculator. *tit.de dilationibus §. nunc videamus verſ .ſed pone.* Et cum ratificatio fieri debeat eâdẽ ſolemnitate quâ fit actus:nos alio loco cui magis propria erit ea queſtio,hoc exactè diſcutiemus,deligenterq́;hoc & eleganter tradidit Henricus *ad c.mulieres de ſentent.excommunic.*Bohick,qui vnus pro omnibus ſufficere poteſt.*l.ſi proponas C.de nupt.l.nuptiæ ff.de ritu nupt.Calca conſ.*57.*num.*6.Amplia nonò,quod licet Jaſon exiſtimet, quod non poteſt fieri ratificatio vbi exceptio falſi procuratoris eſt appoſita:communis tamen ſententia ei adverſatur. Quia quamvis dicat lex, quod ex defectu mandati acta retrò ſunt nulla, non tamen negatur, quin poſſit fieri ratificatio, vt inquit Marcus Antonius Natta *conſil.*126.*nu.*7.*lib.*1. [*vid.Gail.*1.*ob.*47.] Et ratio, quòd actus invalidus,propter non conſenſum alterius, convalidatur eo ſuperveniente, militat pariter quando fuit oppoſitum, quod conſenſus non intervenerat. Et ita ſervat praxis,quòd oppoſita exceptione hac,tu nõ es procurator, fiunt inſtrumenta mandati, cum clauſula quod is cuius nomine factum eſt, approbat & ratum habet omnia quæ antè facta ſunt, vt ſic ratificatio ſuppleat defectum mandati, etiamſi oppoſitum fuerit de defectu ipſius. Amplia decimò, quòd ratihabitio eius quod meo nomine geſtum eſt,procedit etiam mortuo eo qui geſſit,*Baldus ad l.falſus col.6.in fi. verſ.ſed pro dicto divi.C.de furt.*ſicut & mortui procuratoris geſta ratificari poſſunt.

Non dubium. † Imò maximè dubium videri poterant his quæ ſequũtur. Primò ex eo,quod Ulpianus reſpondit, *l. quid ergò §.* 1.*ff. de his qui notant infamia.*patrem qui filio mandat, vt viduam intra tempora luctus exiſtentem,vxorem ducat, infamia notari : ratum habentem verò eiuſmodi nuptias,infamem non fieri. Secundò ex eo,quod Africanus ait, *in l.bonorum ff.rem rat. haberi.* bonorũ poſſeſſionem ab alio agnitam & ratihabitione confirmatam, viribus carere. Et ſi quis ratam habet poſt decennium appellationem ab alio antè interpoſitam inanis eſt ratihabitio , *l.* 1.*& ibi gl.ff.de appell. recip.* Tertiò ex eo, quod reſcripta per alium impetrari poſſunt mandato præcedente. Impetratio tamen eorum per falſum procuratorem facta, rata haberi à Domino non poteſt.*capit. nonnulli.cap.ex parte.de reſcript.*Quartò ex eo, quod Caius IC[tus] ait, ratihabitionem tutoris de ijs quæ per pupillum geſta ſunt, mandato non æquiparari : qui tamen tutore authore & mandante omnia poteſt, *l.obligari ff.de author. tut.*Quomodo & alibi Ulpianus voluit,jubere ac mandare poſſe dominum ſervo, vt adeat hæreditatem, ratum habere autem non poſſe, *l.ſi quis mihi §.juſſum ff.de acq.hæred.*Quintò ex eo,quod alibi ſcriptum eſt: *d.l.obſervare.* Proconſulem ratam habentem juriſdictionẽ prius à ſe demandatam, non perinde facere ac ſi antè mandaſſet,neque etiam retrotrahi ratihabitionem, ſed ex ſuo tẽpore reſtringi. Sextò ex eo,quod lex non fingit impoſſibilia,*l.Gallus ff. de liberis & poſth.* fictio enim naturam imitatur,§.*adoptio inſti.de adopt.*nec majoris potẽtię ea eſſe debet quàm ſit ipſa veritas,*l.filioquem ff. de lib.* 12.

de lib.& poſthu. † Impoſſibile verò eſt, ratum
13. habentem mandaſſe id, quod actum eſt, quia forte vel abfuit, vel ita geſtum eſſe ignoravit, vel furioſus fuit: & propterea non videtur in huiuſmodi negotio locus eſſe fictioni. Septimò ex eo, quod apud Julianum reſponſum eſt, ſi ſervum non neceſſarium emero filio tuo, & tu ratum habueris, nihil ages ratihabitione. *l.ſi pupilli* §.*ſed ſi ego in fin ff.de neg.geſt.* Octavò ex eo, quod ſi vrbana prædia locaverit Prædo, Dominus locationem ratum habendo, non acquirit actionem contra conductorem. *l.ſi vrbana ff de cond. indeb.* Nonò ex eo, quod mandatum Principis contra ius publicum aut contra leges impetratum ſeu factum, eſt nullum. *l.fin.C. ſi contra jus*, & tamen ſententiam contra jus latam, ratum habendo confirmat, *cap.in primis* 2.*quæſt.*1. Decimò ex eo, quod ſi quis homicidium ſuo nomine factum ratum habet, equidem punitur, ſed non perinde in omnibus atque ſi mandaſſet, *capit. cum quis de ſen. excom.* Vndecimò ex eo, quod ratum habens ſolutionem diſpenſatori ſuo factam, nihil facit, neque acquirit actionem. *lib. de diſpenſatore ff. de ſolut.* Duodecimò ex eo, quod ratihabitio vnius ſocij in probanda ceſſione vel ſervitute, nihil operatur. *lib. acceptum ff. communia prædiorum.*

† *Ratio decidendi eſt*, quod primum præci-
14. puumque obligationis fundamentũ eſt conſẽſus, *l.conſenſu ff.de actionibus.* abſque quo neque delictum vllum cõtrahi, *l.*1.*C.ad l.Cor.de Sicarijs*, neque actio aliqua acquiri poteſt. Et cum tempus non ſit modus inducendæ aut tollendæ obligationis, non eſt ſpectandum quo tempore conſenſus præſtatur, ſcilicet an antè, an verò poſteaquam factum fuit. Secundò quia ratihabitio eſt quædam qualitas, quæ ad aliud tempus præcedens aliumque actum accedentem refertur. Et propterea cùm ſit eadem natura relativorum (relatum enim eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, [*Gail.*1. *obſervat.*82.*n.*5.*& ſeqq.&* 2.*obſ.*1.*ſub nu.*15.] *l.aſſe.toto ff. de hered.inſtitutione.*) conſequens eſt, ratihabitionem, quæ refert ſe ad actum præcedentem, qui mandator ratum habentis fieri potuiſſet, & ad quem fit relatio, eiuſdem omnino naturæ eſſe. Neque obſtat primum argumentum quod ex adverſo vrgetur, vel quia nuptiæ illæ de quibus dictum eſt, nomine patria non ſunt contractæ, ſed dumtaxat nomine filij, *Baldus in d.l.quid ergo*, quod autẽ non nomine noſtro geſtum eſt, aut geri non potuit, ratum haberi non poteſt: vel quia pater ratũ habens eas nuptias quas ignoraſſe præſumitur eſſe vetitas, *c.præſumitur inf.eod.* non peccavit: quia etiam ratum non habendo, nõ poſſet diſſolvi matrimoniũ. *Albericus ibi ind.l.quid ergo.* multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent: vel denique quia odia reſtringi convenit, *cap.inf.odia.eodem* Ideoque lex quæ patrem conſentientem in initio infamat, ac ratihabitionem non trahitur. Sic nec 2. movet dubitatio. Ratihabitio enim intra ea tempora quibus actus ratificatus celebrari poterat, fieri debet. Primò enim, qui tempora prętendę bonorum poſſeſſionis tranſire patitur, hoc eſt, ſpatium centum dierum: tacitè videtur juri ſuo renunciaſſe, *l.*1.§ *ſi autẽ ff.ſi cap.teſtam.nulla extab.* quod vtique poteſt, *l.penul.C.de pactis* & ideò quia repudiandi ſemel jus ſuum, amplius non datur regreſſus ad illud, *cap.quod ſemel inf.eod.* æquum eſt ratihabitionem non admitti. Secundò, quia ratio cur bonorum poſſeſſio intra centum dies peti debeat, hæc eſt, vt creditores defuncti maturius ſciant, & citius habeant, cum quo experiantur, ſeu quem conveniant: quæ quidem ratio facilè ſubverti, & voluntati legiſlatoris non difficili negotio imponi poſſet, ſi ratihabitio ſemper ſequi poſſet, & creditores animis perpetuò ſuſpenſos, dubios atque fluctuantes teneret. Tertiò, quia ratihabitio ſine præiudicio tertij fieri, [*Peck.*3.*de teſt.con.*7.] debet, ni alteri per alterum iniqua conditio inferatur, aut ne jus ei quæſitum auferatur, *cap.non debet j.eodem.* Et ideò quia creditoribus lapſu temporis jus quæſitum eſt, ſicut & proximis in gradu hæredibus: minimè mirum videri debet, ſi hoc caſu ratihabitio ſequens nihil operetur. *Iaſon in l.ſi is qui pro emptore num.*130.*ff.de vſucap.* Tertiæ quoque objectionis vis nulla eſt. Ratio enim denegatæ ratihabitionis illic eſt, quòd actus bono publico à lege improbatus, à privato homine confirmari non poteſt, *c.fi.de poſtul.* ne in poteſtate eius ſit, juri publico derogare, *l.jus publicum ff. de pactis.* Lex autẽ in impetratione eiuſmodi reſcripti, præcedeat mandatum pro forma requirit, *Card. in d.cap. nonnulli.* Et cùm talis impetratio non dependeat à partium voluntate, ſed à Pontifice vel Principe: vtique conſenſu earum validari non poteſt, ne tota juris diſpoſitio tale reſcriptum irritans, facilè ſubvertatur, dum emptione quadã ſimoniaca & fraudulenta, ratihabitio iſtiuſmodi ſæpè ab aliquo impetrari poſſet: *Panorm. & Imola. ibi.* Vel etiam dici poteſt, quod vitium ſurreptionis omnia inficit, & quid eiuſmodi non admittit, *Bald.in l.Iulia ff.qui ſatiſd. cog.* & quidẽ præcipuè, ſi quis in conſpectu Principis mentiatur. Nam quamvis falſi procuratoris factum ratum haberi ſubinde poſſit: *latè Bald.ad l. multum C. ſi quis alteri vel ſibi.* non tamen poteſt ratum haberi, ſi is audaci mendacio munitus, coram Principe comparuerit, & mandatum ſe habere illic mentitus ſit. *Bald.ad l.falſus col.* 2.*C.de furtis.* Et vt paucis totum dicamus, omnes literę ſic impetratæ, propter ſurreptionem ipſo jure nullę ſunt, & vbi nihil geritur, ibi ratihabitio non invenit aliquid in quo pedem figat ſuæ confirmationis. [*v.D.Peck.* 5.*ad cap. prox.n.*5.*verſ.pro quo.*] Ratihabitio enim non eſt actus qui ſtat per ſe. *l. Aurelius* §.*teſtamento ff.de liberat.leg.* & vbi nihil eſt quod cõfirmari

poteſt,

poteſt, ibi ratihabitio confirmans nihil operatur. *Bald. in d. l. falſus Fely. latè in d. c. nonnulli §. ſunt & alij verſ. amplia tertio.* Quarta quoque obiectio vim non facit, nam quod ratihabitio tutoris nihil operetur, idcircò eſt, quòd authoritas in ipſo negotio pro forma requiritur, [*v. D. Peck. 1. de teſt. con. 5. n. 1.*] *§. tutor autem inſtitu. de authori. tut.* ne ſcilicet pupilli capiantur contrahendo cum ijs, à quibus bona eorum, poſt initum contractũ prodigaliter fortè conſumpta, poſteà repeti non poſſent: & inanis eſt actio, quàm excludit inopia debitoris. *c. olim de reſtit. ſpoliat. l. nam & is ff. de dolo.* Vbi verò certum tempus de ſubſtantia eſt, ibi niſi illud obſervetur actus ipſo jure nullus eſt: [*Gail. 1. ob. 155. n. 1. & 2. ob. 19. D. Peck. 3. de teſt. con. 5. & 6.*] *l. ſcire ff. de excuſat. tut.* quia recedere à tẽpore eſt recedere à forma *l. qui Romæ §. Augerius ff. de verb. oblig.* & vbi forma deeſt, ibi nihil efficitur. Sed nec vllum præjudiciũ facit quinta dubitatio. Eſt enim per quã abſurdum (inquit Vlpianus *d. l. obſervare.*) antequam ipſe proconſul jurisdictionem nãciſcatur (nec enim prius ei competit, quàm in provinciam venerit) alij eam mandare, quam non habet: quia nemo quod non habet, dare poteſt, niſi idem proconſul neceſſarium moram in itinere patiatur, antequam provinciam ingreſſus ſit, & maturiſſimè legatus in provinciã perventurus ſit. *l. aliquando eod. tit.* Quod enim aliàs non licet, neceſſitas licitum facit. [*D. Peck. 1. ad reg. 78.*] *c. propter neceſſitatem de fur.* Sextum quoque argumentum non obſtat. Etenim lex quæ fingit ratum habentem mandaſſe id, quod nomine eius factum eſt, intelligitur, non quod verè fecit (hoc enim impoſſibile eſſe & falſum, quia conſtat alium feciſſe) ſed juris interpretatione & fictione. Et quamvis rerum natura non admittat vnum eundemq; hominem ratum habere & facere aut mandare: ſufficit tamen ratũ habentem, id quod ratum habet, facere aut mandare potuiſſe. Et propterea maior factus, ratum habere non poteſt homicidium, eius nomine, cum vnius anni puer eſſet, factũ: propterea quod in eâ ętate conſtitutus, neque homicidium facere, neque faciendum mandare potuiſſet. In ratihabitione autem fictio locum non habet, niſi ſit habilitas termini àquo, hoc eſt, temporis ratihabitionis, & termini ad quẽ, hoc eſt, temporis actus geſti, ſcilicet vt factum ipſum & tempore ratihabitionis & tempore actus geſti à ratum habente fieri potuiſſet, *l. quod meo ff. de acq. poſſ.* qua de re multa eleganter poſt Jaſonem tradidit Alciatus *in d. l. ſi is qui pro emptore.* Septimi quoque argumẽti nulla eſt ratio. Cum enim illic negotium nomine patris geſtum non fuerat, ſed filij aut ſervi, quem is qui geſſit, ſui juris eſſe exiſtimabat: *d. §. ſed ſi verſ. idemq́; eſt.* minimè mirum eſt nullum fuiſſe locum ratihabitioni. *cap. ſub. prox.* Sic nec octava dubitatio præiudicium facit, quia ex quo contractus fuit celebratus cum prædone, licet ſuper re veri domini, certè contrahens ipſi prædoni & non vero domino ſolvere teneretur *l. de filia ff. de ſolut.* poteſtque prædo ex contractibus celebratis per eum ſuper rebus alienis, efficaciter experiri, & quod ſibi ſolutum eſt, tamquam indebitum nõ repetitur, *l. ſi pig. §. ſi prædo ff. de pign. act. Iaſon in d. l. ſi vrbana.* ſi modò contrahens cum prædone bonâ fide, & ignorans, *d. l. filia* eum prædonem eſſe ſolvat. Et quamvis prædo agere poſſit: nõ tamen vero domino denegatur, quin in ſubſidium dictam locationem aut conventionem ratam habere poſſet, quando aliter ſibi conſultum non eſſet. *l. mater tua C. de rei vendic. l. ſi mo. & Titium ff. ſi cert. pet.* Ideoque ſtatutis ſeu conſuetudinibus multarum provinciarum receptum eſt, defructuatores bonorum, hoc eſt, eos qui agros alienos poſſident, fructuſque eorum percipiunt, ſeu alienarum ædium inquilini ſunt, etiam citra vllam præcedentem conventionem, perſonali actione poſſe conveniri. Nonæ etiam dubitationis non admodum magna vis & ratio eſt, quia reſcriptum principis contra jus elicitum, cenſetur ſubreptitiè, obreptitiè & importunitate quâdam, adeoque contra mentem Principis impetratũ eſſe. [*Gail. 1. obſ. 14. & 2. ob. 58. per tot. & 1. P. P. 5. n. 28. 29. & conſ. Gail. 2. ob. 55. 56. 57. 58. per tot.*] *Plerumque* enim (inquit Gratianus Imperator *l. 1. C. de petit. bon. ſubli. li. 10.*) *ita nonnullis cauſis inverecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus*, neque credendum eſt Romanum Principem qui jura tuetur, tam leviter obſervationem legum multis vigilijs excogitatam atque inventam, velle evertere *l. ſi quando C. de in offic. teſtam.* Sed ſi clauſula motus proprij & certæ ſcientiæ, eiuſmodi reſcriptio inſeratur, hoc eſt, ſi princeps reſcribat, & in reſcripto exprimat, ſe motu proprio & ex certâ deliberatâque ſcientiâ, contra jus aliquid concedere, valet reſcriptum: [*Mynſ. 4. obſ. 8. n. 4. D. Peck. 3. de teſt. con. 25. & ſ. ad c. peccatum*] *c. ſi motu proprio inſ. de præb. Iaſon in l. nec damnoſa C. de precib. imper. offer.* quia cuius eſt legem concedere, eius eſt eam tollere, reſtringere & limitare. *l. vlt. & penult. Codice de legibus, l. & ideo. l. quod verò ff. eodem titulo.* Eâdem ratione ſententia contra ſolitum ordinem judiciorum lata non ſubſiſtit, *l. prolatam, Codice de ſentent. & interlo.* ſed tamen per reſcriptum ſimile Principis ſuſtineretur, faciliuſque ea quæ ſunt facta defenduntur & tolerantur, quàm ea quæ adhuc ſunt integra, fieri permittuntur. [*D. Peck. de Iur. ſiſt. cap. 17. num. 5.*] Decimæ verò objectionis non magna eſt authoritas, cùm & ipſa quæ ex adverſo proponitur epiſtola decretalis, contrarium ſatis indicet. Et licet interpretes juris eam in varias formas flectant atque reflectant, ijs tamen non aliter credendum eſſe exiſtimo, quàm cum illorum opinio legibus conformis atque conſentanea eſt. Non

eſt. Non obſtat quoque vndecima dubitatio. Ratihabitio enim mandato æquiparatur, quãdo gerendi negotij prohibitio non interceſſit. Atqui cùm quis ſemel ſuo nomine fieri quid prohibuit, aut cùm ſemel declaravit ſe ratum habere non velle quod ſuo momine geſtũ eſt, amplius, niſi in ſuum præjudicium, mutandæ voluntatis arbitrium non habet: *Caſtr. Imo. & alij in d. l. diſpenſatorem.* tùm quod ſemel repudiando jus ſuum, (vt antè diximus) regreſſum ad illud amplius non habet: tum, quod nemo mutare poteſt conſilium ſuum in alterius detrimentum *c. mutare. infra eod.* Sed nec poſtrema dubitatio movet, quia in contrariæ ſeu oppoſitæ objectionis ſpecie, omnia integra eſſe deſierant. Si enim ego & tu ſumus domini ejuſdem fundi, & ego impono vel acquiro illi ſervitutem, tu verò eandem ſervitutem imponis vel acquiris poſt menſem, confirmando & ratũ habendo quod ego feci: licet iſtæ impoſitiones vel acquiſitiones factæ ſint inſpectâ veritate diverſis temporibus: finguntur tamen eodem tempore (ſi modò omnia ſint integra) eſſe facta. Sed ſi antequam tu imponas vel acquiras, mutatum eſt dominium ex parte mea: quia ego deſij dominus eſſe, vel quia mortuus ſum, vel quia vẽdidi, tũc ratihabitio tua nihil efficit, quia res non eſt integra, & eo tempore quo tu ratum habuiſti, deficiebat habilitas extremi à quo, quod ego tũc verè imponere vel acquirere potuiſſem. *Caſt. in d. l. rer.* In ſumma, ratihabitio mandato æquiparatur in judicijs, [*Gail. 1. ob. 47. n. 5.*] *l. licet ff. de judicijs.* in cõtractibus, *l. vlt. C. ad Maced.* in quaſi contractibus, *l. Pomponius de neg. geſt.* in differẽtibus *l. procuratori ff. de ſolut.* in vltimis voluntatibus, *d. l. donationes,* in delictis, [*Gail. de pign. ob. 5. n. 8. & obſ. 7. n. 5.*] *cum quis l. 1. ff. de vi & vi ar.* in ijs quæ requirũt ſpeciale mandatũ, modò nõ pro ſolemni forma *c. fin. de procur. l. 6. Philip. Probus in d. c. cũ quis.* Quinimò vbi inſinuatio neceſſaria eſt, *Alex. conſ. 119. n. 42. l. 6.* vbi cognatorũ conſenſus requiritur, *idẽ conſ. 139. n. 2. l. 1.* ſubinde vbi falſus procurator interceſſit. [*Gail. d. ob. 47.*] *l. qui ff. rem rat. hab* ratihabitio ſufficit, etiam ſi præſtetur vel intercedat per abſentẽ. *Socy. conſ. 119. num. 30. l. 2.* † Et qui incidit in pœnam faciendo, incidit etiam ratificando, *d.*
16. *c. cum quis:* poteſtque recuperandæ poſſeſſionis judicium inde intentari, *Alexan. conſi. 88. l. 5.* & ſententia quæ nulla eſt, ita ratificari poteſt, vt licet non valet in vim rei judicatæ (vt eſt dictum) ſaltẽ valet vt in vim pacti ſuſtineatur. [*conſ. Gail. 1. obſ. 37. n. vl.*] *Bald. in d. l. obſervare q. 7.* Cæterùm magna (vt antè dixi) eſt inter interpretes diſputatio & contẽtio, vtrùm hæres ratũ habere poſſit, quod nomine defuncti geſtum eſt. Sic hanc quæſtionem adeò latè excuſſit Tiraquellus, vt nihil eorũ quæ in vtrãque partem adduci poſſent, omiſerit, quem vide *in lib. de conſti. in 30. limita.* Locum verò non habet ratihabitio, quando ex ea aufertur jus tertio: [*D. Peck. 6. de teſt. 7. n. 1.*] *late Alexãd. conſ. 78. l. 5.* quãdo æquitas repugnat: [*D. Peck. d. lo. n. 3. verſ. tum. item.*] *idem ibidem nu. 251. & Tiraq. de retract. d. lo. n. 69.* quando res non eſt integra: [*D. Peck. d. l. n. 2.*] *d. l. diſpenſatorẽ.* quãdo mãdatum pro forma certo tempore requiritur: [*D. Peck. 5. de teſt. 5. & 6.*] *Bald. in d. l. obſervare & d. l. obligari.* quando id quod ratũ haberi petitur, ipſo jure eſt extinctũ. [*D. Peck. 5. de teſt. 7. n. 2. verſ. præterea.*] *l. 1. ff. de appel. recip.* quando actus geſtus nullus eſt, quando ratihabitio & mandatũ ſunt diſparis conditionis & naturæ: *Rom. in. d. l. ſi quis mihi bona §. ſi quid. n. 4. ff. de acq. hæred.* quando non invenit principium confirmabile: [*ſ. ad c. prox. n. 5. in fin & 1. de teſt. 5. n. 1.*] *d. l. obſervare.* quãdo actus peccat in alio quàm in conſenſu: *l. fin. §. neceſſitate C. de bon. quæ lib.* quando actus non poteſt pendere: *d. l. receptum.* quando actus medius reſiſtit conjunctioni extremorũ. [*D. Peck. d. c. 7. n. 3.*] *l. cum decem ff. de ſolut.* quando maleficium per aliũ explicari non poteſt quale eſt adulteriũ, quod alterius nomine fieri non poteſt, & in ratihabitione intercedit fictio, quæ fictio non cadit ſuper eo, quod de natura penitus eſt impoſſibile: *Bald. in d. l. fin. C. ad SC. Maced.* quando lex requirit tractatum vel machinationem ad delictũ, *c. 1. de converſ. infidelium.* quãdo quis ratam habet confeſſionẽ metu tormentorũ factã: *Rolãdus à Valle co. 2. n. 74.* quãdo ex ignorantia ſeu ab ignorante fit: vel deniq; quando agitur de irregularitate incurrenda: *Bald. conſi. 310. l. 1. & co. 39. eod. l. Alci. con. 164.* quia clericus habens ratum homicidiũ, irregularitatem ſemper non incurrit. *Hypo. ſing. 184.* Qua de re pluribus agit Felynus, *in c. ſicut tuis de ſimonia* latiſſimè autem omnium Henricus Bohic: quẽ omnino vide. *ad c. mulieres de ſent. excom.*

REGULA XI.

Cùm ſint partium jura obſcura, reo favendum potius eſt quàm actori.

1. *Iudicium ex tribus perſonis conſtituitur.*
2. *Actor & reus quare dicantur partes.*
3. *Ius quomodo dicatur in cauſa eſſe poſitum.*
4. *Probationis ſpecies quot ſint.*
5. *Iura partium quando dicantur obſcura.*
6. *Actor & reus in quo conveniant.*
7. *Actor & reus in quo differant.*
8. *Ampliationes ad hanc regulam.*
9. *Rationes dubitandi.*
10. *Rationes decidendi.*

C*Vm ſint partium.* † Quoniam omne judicium conſtituitur inter duos, litis & 1.
controverſiæ per tertium aliquem dirimendæ, cauſa: tres ſunt in vniverſum perſonæ

princi-

principales, quæ in judicio verſantur atque conſiſtunt, ita vt nec plures per rerum naturam, nec pauciores eſſe poſſunt, ſcilicet actor & reus, qui litigant inter ſeſe atque contendunt,& judex qui arbiter eſt & diſceptator litis. *l. vbi C. ad l. Cornel. de falſis.* Actorem appellamus eum, qui in jus vocat, qui ad judicium provocat, qui ab adverſario ſibi quid dari reſtitui aut fieri petit. *l. in tribus ff. de judicijs.* Reus verò quoad præſentem tractationem dicitur, qui in litem pertrahitur, ſive criminaliter ſive civiliter agatur. † Et hi duo, nimirum actor & reus, dicuntur partes, vel quod apud judicem deſiderium ſuum exponunt, quemadmodum in actionibus partes dicũtur perſonæ, quæ ad alium loquuntur. Vnde Cicero: *Tibi dedi partes Antiochenas, mihi ſumpſi Philonis:* vel quod conſiſtunt ab vtraque parte judicis, tanquam mediatoris, qui plerumque medio nobilioreque loco ſedet, litigatoribus ad vtrumque latus rejectis, vt oſtendat quod ſicut Diameter ſuis ſe dimenſionibus ſecat, & ab angulo ad angulum mediam figuram dividit, vt vtrumque ſpatium relinquat æquale: ita judex in neutram partem debet eſſe propenſior. *d. l. vbi & authen. vt judiſur. à moriente præſti.* Nam vt in ponderibus, ſi alteram tantùm lancem oneres, alteram leviorem omninò facias: ſic in judicando, alterius exceſſus, neceſſariò alterius efficit imminutionem. Alterâ enim parte, reo ſcilicet vel actore, durius vel remiſſius tractata, alteram injuria effici neceſſe eſt. [*conſ. D. Peck. ad l. 4. §. Divus, ff. de inc. rui. nauf. Gail. 2. obſ.* 110. *num.* 43.] Cæterùm in jure quandoque dubitatur, quis actoris, quis rei partes ſuſtinet. [*conſ. D. Peck. de Iur. ſiſt. ca.* 36. *per tot.*] Nam & reus in cuius bona ob cõtumaciam itum eſt, ſi revocari decretum prætoris poſtulet, actor dicitur. Idem in eo qui vel pignoris capionem, vel aliam aliquam executionem, principaliter cancellari petit. Is quoque qui inſtrumentum reſcindi cupit, ſi non poſſideat, actor dicitur. *latè Alciat. in lib. de ſingulari certamine cap.* 5. *in initio.* Et in tribus illis judicijs duplicibus, familiæ erciſcundæ: communi dividundo & finium regundorum, ſæpè quæritur, quis actor intelligatur: quia par cauſſa omnium eſſe videtur. Sed cùm omnes ad judicium provocant, vel ſorte vel judicis arbitrio conſtituendum erit, quis actor, quiſue reus ſit dicẽdus, vt ex eo colligatur, cui illorum hujus noſtri capitis deciſio applicari poſſit. [*v. Gail. de pig. obſ.* 21. *n.* 5. 6.] *d. l. in tribus cum ſeq. & Dd. ad c. ex literis de probat.* Prudenter autem meminit Pontifex hic, *Partium,* non alterius partis tantùm: propterea quod ſi actoris jura clara ſunt, reus condemnabitur: ſin autem rei defenſio manifeſtè liqueat, vel actor probatione eius quod intẽdit, deſtituitur: vtique reus ab impetitione agentis, etiamſi nihil ipſe præſtiterit, abſolvetur: [*Gail. de pig. obſ.* 22. *n.* 11.] *cap. fin. de iureiur.* quia judex cùm nihil ei probatum eſt, nihil mandare poteſt, & in obſcuris ac dubijs, non in claris & manifeſtis, locus eſt conjectioni, aliàſque ſemper ille vincit, qui melius probat, [*diſſentire videtur Gail. d. n.* 11. *verſ. quod procedit*] *l. fi. C. de edic. divi Adrian. tollen.* & dicitur melius probare ille, cuius intentio magis conſonat rationi: vt ſi vnus probat poſſeſſionem cum titulo, alter ſine titulo, potior eſt poſſeſſio titulata: quia magis juſtificatur per viam rationis. *c. licet cauſam de probat. Bald. in l. qui accuſare in fi. C. de edendo.* [*Gail. d. obſ.* 22. *num.* 9. 10. *&* 1. *obſ.* 81. *n.* 7. *verſ. titulata.*]

Iura. † Rectè Alphenus Juriſconſult. dixit, jus in cauſa poſitum eſſe. *l penul. de capitis diminutione.* Niſi enim judici de facto conſtet, eiuſque cognitionem aſſecutus ſit: de jure non facilè ſtatuerit. Ideoque probandi vſus propter cauſas in judicio controverſas inſtitutus eſt, vt veritas certò conſtet rerum adminiculo, quod judex aut condẽnando aut abſolvendo ſequatur. † Ea verò probatio fit aut per teſtes, aut per inſtrumenta vel publica vel privata, aut per cõjectiones & præſumptiones, aut per juſjurandum, aut per confeſſionem factã in jure, hoc eſt, in loco vbi jus redditur, aut per evidẽtiam facti, *l. vulneris ff. de iniurijs l. qualiter C. de rebus creditis:* quæ omnes probationis ſpecies, partium à quibus aut fiunt, aut producuntur, jura ſeu munimenta appellantur. Nam & is qui teſtium depoſitiones ſeu atteſtationes, inſtrumenta, privilegia, apochas, antipochas, documenta, confeſſiones adverſarij, vel facti evidentiam in judicium adducit, jura ſua producere dicitur, non quod hæc omnia ex propria & genuina ſignificatione jura ſunt, ſed quòd ex iſtis omnibus jus partis litigantis apparet judici, vt ex eo certus reddatur, quid legibus & juri conveniens ſit, quid nõ ſit, vt id ſequatur. Et quemadmodum apud oratores ſæpè fit, vt cauſam accipiant pro effectu: ita & hoc loco appellantur jura partium, ea documenta, ex quibus & jus ipſum, & effectus juris cerni atque cognoſci poteſt.

Obſcura. Nam ſi clara eſſent jura partium, judex in judicando fidem eorum quæ probarentur, ſequi deberet, [*vide Gail.* 1. *obſ.* 42. *ſub n.* 3. *& ob.* 107. *ſub nu.* 13. *&* 2. *obſ.* 17. *ſub n.* 5. *&* 1. *P. P.* 11. *n.* 5.] *l. illicitas §. veritas ff. de officio præſidis.* & ſi ea quæ ſunt probata, conſcientiam eius remorari videatur, vt ſi reum ſciat eorum criminum, quæ ei imponuntur, verè eſſe culpabilem, qui tamen actorum fide innocens probatur, vel contrà, ſi judicis conſcientia ſit pro eo, qui tamen convincitur teſtimonijs, obnoxius eſſe: potius à pronũciando abſtinere debet quàm aut adverſus ea, quę in actis allegantur & probantur, aut adverſus conſciẽtiã ſuã judicare. Quapropter ad ſuperiorem magiſtratũ, quaſi conſulturus eam cauſam referet, ipſiq; id cuius eſt conſcius exponet, petetque vt quod juſtum fuerit, ipſe ſtatuat, & pronũciet, eoque modo

modo poteſtas ſit ſuperiori illi magiſtratui, ejuſmodi judicem conſulentem, quodammodo teſtis loco habere, & ita demum ex deductis & probatis ſententiam ferre. [*vide omnino A.Fabr.in ſuo Cod.tit.de sẽt.præfect.defin.7.Co. uar.1.var.reſ.1.Vaſq.ill.cõ.14.Iaſ.ad§.ſi minus. n.15.Inſt.de act. Hoſtienſ.& alij in c.per tuas de*
5. *ſimonia & cap.paſtoralis de officio deleg.*†Obſcura autem ſunt jura partium, quando judex ex conflictu probationum vel privilegiorum non videt quid judicet, nihilque eſt quod illi perſuadeat, pro quo ſententiam proferre poſſit, Item proprie loquendo jura partium dicuntur ambigua, quando inſtrumentis vel teſtium depoſitionibus verba quædam inſeruntur, quæ plura ſignificant, & in varios ſenſus trahi poſſunt. *l.vtrum ff.de petit.hæred.* Vnde Cicero ad Herenniũ. *Ex ambiguo*(inquit) *ſententia naſcitur, cùm ſcriptũ duas aut plures ſententias ſignificat.* Id autem hoc exemplo demonſtrari poteſt. Si aliquo trivio excipiat, vbi contecto denſitate nebulæ cœlo, nihil viarum eluceat: obſcurus hic locus eſt, vnde ne pergam, obſcuritate teneor. Cæterùm vbi aliquantulum rareſcere cœperunt nebulæ, plures viæ ſe oſtendunt, ſed quo pergere debeam, non obſcuritate teneor, ſed ambiguitate dubito. *Salomonius ad l.omnes populi ff. de juſtit. & jure. Corraſ. ad l. quoties ff.de verb obl.* Eodẽ modo in judice res ſe habet. Etenim ſi teſtes vtrimque producti, perſonarũ integritate, teſtimoniorum fide & numero pares fuerint: ſi ſint privilegia paria: ſi probationes æquales verſatur in obſcuro is qui præeſt juriſdictioni, neſcit enim quo pergat: quia ſi reum abſoluit, videtur peccare in probationes actoris: ſi verò reum condemnat, probatio rei reclamat. Atqui quãdo ipſius inſtrumenti verba quædam, vel in hunc vel in illum ſenſum deflecti poſſunt, habet judex quod judicet. Alterum enim judicandum eſt, ſed quid judicet, ſeu quã ſequatur interpretationem, ambigit. Igitur tutius eſt in ijs omnibus, ne innocentia perimatur, reum abſoluere, quàm condemnare. [*Gail.de pig.ob.22. n.4. & ſeq. vſque ad fi.*]

Reo favendum. Semper iniquus eſt judex (inquit Cicero) qui aut invidet aut favet. Ideoque omnibus ferè in rebus legiſlator æqualitatis ſervandæ cauſa, parem conditionem conſtituit litigatorum, [*conſ.Gail. 1. obſervat. 91. numer.14.& 1.pac.pub.15.num.2.*]ſi vel culpa alterius aliud exigat, aut æquitas pro altero intercedens, favorẽ ſuadeat, qua de re hoc
6. loco videndum eſt.† Actor igitur & reus, potiſſimum in his, quæ ſequuntur, pari jure vt ſolent. Primò, ſicut actor de dolo actionem intendere non poteſt, ſi aliam actionem habet, *l.2.C.de dolo.* ita & reus de dolo excipere nequit, ſi alia ei competit exceptio. *gl.in l.1.ff. de dolo §. ait prætor.* Secundò ſicut ſi actio injuriarum civilis vel criminalis intentatur, ſpecificari debet locus & tempus delicti admiſſi *l. libellorum ff.de accuſat.* ita quoq; & reus, ſi de crimine alterius excipiat, & loci & temporis deſignationem facere tenetur. [*D. Gail. 1. obſ.64.n.10.*]*l.præſentium in fi.de teſt.ſup.eod. l.* Tertiò, ſicut actor debet aptè actionem ſuã proponere & pertinenter, [*Gail. 1. ob. 66. & 67.& obſ.127.numero.3 verſ.ſecundò lim.*(ſic & reus debet aptè proponere ſuam exceptionẽ: quia ineptam & impertinentem exceptionem æquè reijcit & dilacerat iudex atque ineptam actionem. *l.2.§.2.ff.ſi menſor falſum modum dixerit, cap.examinata de iudic.l.1.§.Labeo ff.de,fluminibus.* Quartò ſicut actor grauatur onere probandi id quod intendit, (*Gail.de.pig.ob.16. n.10.*) *l.actor C.de probat.* ita & reus exceptionem ſuã probare debet. (*Gail.2.pa.pub.15.nu. 15.& de pign.obſ.5.in fi*)*l.1.ff.de excep.* Quinto priuilegium conceſſum actori, cenſetur etiam reo conceſſũ eſſe. *l.fi.C.de fruc.& lit.expenſ.l.in ſacris C.de proxi. ſacro. ſcrin.* Et denique ſicut reus tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti, *Aut.offeratur C.de litis conteſt.* ita & actor de lite proſequenda. *Auth.generaliter C.de Epiſc.& cleric.*
† Cæterum alia pleraque ſunt in quibus actor & reus diſpari iure cenſentur. 7. Primò enim, actor tenetur concludere, & per concluſionem id quod abeſt, poſtulare, dicendo: Peto partem ream condemnari, ad hoc &c. qua in re diligenter aduertẽdum eſt, ad quid & quo pacto concludatur: quia ex concluſione æſtimatur libellus, & ſi ex facti ſerie quãtumuis benè narrata, malam concluſionem colligi contingat: libellus (vt quidam putant) corruet, *Iaſon in lib.1.de edendo.* & in proferenda ſententia, iudex nõ tam quid narratur, quàm quid cõcludendo petitur reſpicit(*Gail.1.obſ.61.n.13. & ſeqq.*) *Innoc.in c. ſuper literis de reſcript.* Reus verò non tenetur quicquam petere aut cõcludere, ſed ſola ei exceptio ſufficit. Iudex enim ex officio omnia ſupplet, & mẽtem rei ex exceptione propoſita colligens, cum abſoluet, *Zaſ.Pulchrè ad d.l.1.* etiã ſi abſolutionẽ expreſſis verbis non petierit. Secundo, debet actor regulariter actionem ſuam proponere ſcripto, maximè ſi ſint cauſæ alicuius momẽti. *d.auth. offeratur.* Reus autem exceptionem ſuam ſine ſcripto proponere poteſt, *l.ſcire §.oportet ff. de exco.tu.* præterquã in electionibus. *c.cõſtitutionum ſup.de elect.* & non numeratæ pecuniæ exceptione, *l.in contractibus C.de non numerata pecunia,* vel ſi conſuetudo fori reſiſtat, *Zaſius dict. loc.* Tertio actor non poteſt iuuare intentionem ſuam ex iure, quod ei poſt litem conteſtatam ſuperuenit. Etenim ſi tanquam hæres hæreditatem petat, & tempore litis conteſtatæ hæres nõ fuit, non proderit ei ad victoriam, ſi ante ſententiam à vero hærede hæreditatem emat. *l. non videtur ff.de iud.* Sed ſecus eſt in reo, qui ſe ex noua cauſa tueri poteſt, modò ante prolationem ſententiæ ius aliquod, quo ſe defendat, ei ſuperveneri, *l. ſi conſtãte §.fin.ff.ſolut. matr.* Quarto, reus poteſt

 doli

doli mali exceptionem actori obijcere, eumque dolum, ſe ex actoris ipſius rationibus aut inſtrumentis probaturum affirmare, adeoque eorum editionem officio judicis implorare, vt ſibi imputet actor qui adverſus proverbium crabones excitarit. *l. non eſt nouum & ibi Alciatus numero ſexto, Codice de edend.* Sed id è contrà minimè actori permiſſum eſt. *libro primo, leg. qui accuſa. eodem titulo.* Quintò, ſi reus poſſidet immobilia bona, relevatur ab onere ſatiſdandi. *l. ſciendum ff. qui ſatid. cogant.* Actor verò etſi immobilia poſſideat, eo tamen onere non eximitur. *Iaſon ad lib. de die num. 3. eod. tit.* Sextò ad defendendum reũ, quilibet etiam extraneus admittitur ſine mandato, dummodo ſatiſdet de judicato ſolvendo. *l. vnica C. de ſatiſd.* Et in ſimili videmus quod vnuſquiſq; poteſt pro reo capitis damnato etiam invito & reclamãte appellare: quia (inquit Vlpia.) non eſt audiendus perire feſtinans. *l. nõ tantum ff. de appellat.* Ex parte vero actoris non admittitur procurator ſine mandato, etiamſi de rato cauere velit, *l. 1. C. de pro. l. non ſolũ ff. eod. tit.* niſi fortè fuerit conjuncta ejus perſona. *l. non ſolum ff. ſolut. matr.* Septimò, in cauſis criminalibus accuſatori non dantur niſi duæ dilationes: Reo verò tres conceduntur. [*Gail. 1. ob. 91. n. 13.*] *l. fin. ff. de ferijs.* Octavò actor de calumnia tenetur, reus non tenetur, *l. 1. ff. ad Turp.* ſed ſatis eſt quod in expenſas litis condemnatur. *Alciat. in l. ſub prætextu C. de tranſactionibus.* Nonò, ſi reus abeſt, judex conſtituit procuratorem, per quẽ defendatur. Actor verò ſi abeſt, hunc favorem non habet, debuit enim quempiam relinquere, per quem cauſa ejus peragatur. *l. ſi quando C. de procurat.* Decimò, quæ ſunt temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendũ. *Docto. ibi.* [*Gail. 1. obſ. 92. n. 9.*] Vndecimò, reus contrarias exceptiones obijcere poteſt, *l. pure §. fin. ff. de exce.* [*Gail. 1. pac. pub. 17. n. 11. & c. 18. n. 6. & ſeq. D. Peck. infr. ad c. nullus plurib.*] actor vero contraria allegans repellitur [*Gail. 1. obſ. 79. n. 9.*] *l. nemo prohibetur ff. illo tit.* Duodecimò, ſi ſucceſſerit in jus alterius & ſuccumbit, nõ excuſatur ab expenſis: reus excuſatur. *l. 2. C. de furtis.* Decimo tertiò, ſi morti vicinus vel aliquẽ accuſet, vel eum debitorem ſuum eſſe profeſſus ſit: nullum ea profeſſio præjudicium fecit. E contrà ſi aliquem excuſet, & ſibi ſatisfactum eſſe à debitore confeſſus eſt, proderit cõfeſſio ad abſolutionẽ. *Bartolus in l. qui in alterius ff. eod.* Decimo quartò, reus qui in veritate juſtã cauſam habet, per fraudes ſe defendere poteſt, actor nõ poteſt, *Authen. quod attinet C. de probat. Dd. ad l. ſi quis in gravi ff. ad Syllan. gl. in c. Dominus 27. q. 2. Alciatus reg. 2. præſumpt. c. 32. in fine.* Decimo quintò, actor non impetrat condemnationem contra reum in criminali cauſa, niſi habuerit probationes luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probat.* quia vbi majus eſt periculum ibi cautius eſt agendum: *cap. vbi majus. ſupra de elect.* reus tamen abſoluitur ex ſola præſumptione, etiamſi plena probatione convictus ſit. Etenim ſi ſententiam paſſus, fracto laqueo in terram concidit, quia exiſtimatur innocentiæ ſuę teſtimonium habere miraculũ: liberatur à morte, præſertim ſi antè ſe proteſtatus ſit ſontem non eſſe, *Lucas de Penna ad l. ſi quis fortè C. de deſertoribus.* Cæterùm hoc ita intellexero, ſi magiſtratus principem primum conſuluerit, & mentem ejus intellexerit. Nam cùm vel per tortoris fraudem, vel per debilitatem laquei accidere poſſit, quod cecidit: interea cuſtodiendus erit in carcere, donec conſultus princeps quid fieri velit, reſcripſerit. *Hieronymus Cagnolus ad l. favorabiliores ff. eod.* Et proinde in ſententia adijci ſolet, non tantùm quod fur laqueo ſuſpendatur, ſeq etiam quod ſtrangulari debeat, & vitam cum morte mutare, laudaturq; judex, qui ad clamorẽ populi dimittere juſſus eum qui ceciderat, facturum ſe pollicitus eſt, & crediturum miraculo accidiſſe quod ceciderat, ſi iterum ſuſpenſus cecidiſſet. Sed duplici laqueo iniecto ceſſavit miraculum, nec amplius deſcendit, qui in altum ſublatus fuit. Decimo ſextò, Reus in materia duelli, juxta conſtitutionẽ Frederici Imperatoris, electionem habet temporis, armorum, loci, & judicis, ne alioqui facilè ſit provocatori præparatis dolis illũ in inſidias trahere: *Alciat. in lib. de ſingul. certamine c. 6.* provocator non habet, Decimo ſeptimò, judex reum citatum non comparẽtem, certis diebus expectare poteſt: actorẽ verò qui citavit, expectare non poteſt. Nam cum conſentijt in terminum præfixum: ſibi acceptum feret, qui ſe *l. ſi vitam & ibi Bald. ff. quod vi aut clam.* coniecit in difficultatem. Sunt plęraque alia quæ huc pertinent, ſed nimis operoſum foret vno loco omnia hæc recenſere.

Potius. Oſtendit Pontifex à favore quidem quantum fieri poteſt, alienum eſſe debere judicem. Cæterùm ſi favendum ſit, pro reo judicandum eſſe. † Quam deciſionem multis rationibus extendi & propagari poſſe conſtat. 8.
Primò vt procedat etiam in reo, qui per accidens eſt actor, veluti ſi petat imponi ſilentium alicui, qui ſe prætendit aut iactat creditorem eſſe. *l. diffamari C. de ingenuis manumiſſis. Domi. Ant. ad c. in præſ. de prod.* Secundò, vt procedat, etiamſi pro actore eſſent clariores teſtes, nam ſi pro parte accuſantis probatum ſit crimen per duos clericos, & pro innocentia rei ſtant duo laici: favore rei prævalebit probatio laicorum. *gl. in c. clerici 8. diſtinct.* Tertiò, quod hæc interpretatio, quæ eſt pro reo, conijcit actorem in cõdemnationem expenſarum, non aliter quàm ſi temerè & per calumniam litigaſſet, *Alciat. reg. 3. præſumpt. ca. 44. num. 10.* niſi habuerit juſtam cauſam litigandi. Quartò vt procedat, etiamſi cõſtet, quòd reus nullũ omninò jus habeat, ſoloq; poſſeſſionis commodo fruatur: quoniã ex actoris tantùm perſona jus metimur,

metimur, *l.1.* §. 10. *ff. ſi pars hæreditatis petat.* neque curatur de jure poſſeſſoris, ſi non conſtet de iure petitoris, *l. fina. C. de rei.vendic.* cum aliàs etiam in pari cauſa turpitudinis, potior eſt conditio poſſidentis. *c. in pari inf. eod.* Amplia quintò hanc regulam, etiamſi reus ipſe onus probandi in ſe ſuſcepiſſet, nec ſuſceptum ſatis exequeretur, quia nihilominus in obſcuris potius ei favendum erit. *Alciat ad l. qui accuſare nu.* 23. *C. de edendo.* Sextò procedit hæc regula, etiam ſi actor ſit optimæ exiſtimationis, reus verò perfidus & deploratus, *Alciat. de loco nu.* 29. Quod tamen intelligo modò non ſit locus juraměti delationi, nam cum pares ſunt probationes, poſſet vtique judex bono viro actori iuſiurandum deferre. *c. fin. de jurejurando.* Septimò procedit quoque in fiſco, cuius tamen cauſa ſemper eſt favorabilis: quia procurator fiſci nomine publico agens, rationes & inſtrumenta reo edere tenetur, non è contrà, niſi ex maxima cauſa. *Alciat. ad l. non eſt nouum n.* 22. *C. de edendo.* Septimò amplia hanc regulam, vt locum habeat, etiamſi ſit actor in poſſeſſione juris de quo agitur. Data enim probationum paritate inter actorem & reum, etiamſi actor ſit in poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione juris de quo agitur, reo tamen favendum erit, non actori. [*conf. Gail. de pig. obſ.* 22. *ſub n.* 11.] *c. ex literis & ibi Fel. & alij de probat.* Poſtremò amplia, quòd ſi actor habet privilegium eligendi forum, & reus ſimiliter habet privilegium ſimile, reus audietur in electione fori, non actor: quia duplici favore nititur, ſcilicet quod eſt reus, & quod etiam è contrà eſt ęquè privilegiatus. *Matthæus de afflictis in conſt. reg. ſtatuimus* 2. *in* 7. *notab.*

9. † *Actori.* Multa paſſim extant in jure noſtro ex quibus in hoc capite dubitationis ratio deſumi poteſt. Et primò quidě ex eo, quod proximè ſequenti regula deciditur. Perſonarum exceptionem habendam non eſſe. Secundò ex eo, quòd Calliſtratus Conſultus reſpondit, judicem precibus reorum & calamitoſorum illachrimari non oportere. *l. obſervare ff. de offic. præſi.* Tertiò ex eo, quòd judicium in favorem actoris, ſcilicet vt ſuum conſequatur, introductum eſt; adeoque vt favorabile principium habet actor, ita & finem & medium ſimile habere videtur, nempè quod extremorum & medij eadem ſit ratio, neceſſariaque in his quędam reperitur eſſe conſonantia. *l. Pomponius ff. de acq. poſſeſſ.* Quartò ex eo, quòd in pari cauſa melior eſt conditio ejus qui certat de damno vitando, *l. proculus ff. de dam. infect.* & idcirco repetenti, qui de damno contendit, ſěper favetur. *l. non debet actori* §. 1. *ff. h. tit.* Atqui reus certat de lucro captando, retinendoque permiſſo, actor autem de damno vitando, & re ſibi debita admittenda. Quintò ex eo, quod ait Ulpianus, ſi actor intentione ambigua vel oratione obſcura vſus eſt, id quod vtilius ei eſt, non quod reo magis expedit, accipiendum eſſe. *l. ſi quis ff. de iudicijs.* Sextò ex eo, quod Julius Paulus reſpondit, in obſcuris credendum eſſe actori, quem Stichum ſtipulatus ſit ex pluribus, non reo qui alium Stichum ſe promiſiſſe aſſerit. *l. inter ſtipulantem* §. 1. *ff. de verb. oblig.* Septimò ex eo, quod Gregorius Pontifex reſcripſit in cauſa matrimonij, libertatis, dotis, ſeu teſtamenti, pro actore cauſam illam ſuſtinente, interpretandum eſſe. *c. fi. de re judi. l. inter pares eo. tit. c. ſi quis* 33. *q.* 1. Octavò ex eo, quòd vbi obſcurum eſt, quas, quantas, & quam pretioſas res violentus raptor ex arca ſuſtulit: actori vtique favetur, & non ſacramento rei, quod non plus abſtulit, ſed in jurejurando actoris, quod tantum ablatum eſt, cauſa deciditur. *l. ſi quãdo C. vnde vi l. qui tabulas. ff. de furtis.* Nonò ex eo, quòd ſapiens ille Salomon, cum in obſcuro iudicio de occiſo filio verſaretur, non quidem pro rea judicavit, ſed vtrique litiganti partem pueri tradendam præcepit. *cap. adferte de præſumpt.* Quemadmodum & jure Romano infrequens non eſt, quod judex neque actori neque reo faveat, ſed ex officio vtique partem tribuit, aut certè ſorti rem committit, *l. ſi cum ambo ff. de judic. l. & hoc Tyberius ff. de hæred. inſtit. cap. licet cauſam de probat. ca. ſors.* 26. *q.* 2. Decimò ex eo, quòd cum obſcura probatio nõ relevet, tam bene ex parte rei quàm ex parte actoris, [*Gail.* 2. *obſer.* 13. *num.* 5.] *l. matrem C. de probat.* videtur ſequi, quod in obſcuris, ex dubia probatione non magis reus abſolvi, quàm actor non obtinere debet. Undecimò ex eo, quod in criminalibus cauſis tametſi crimen probatum non ſit, reus tamen innocentiam ſuam oſtendere, & juramentum purgationis ſubire debet. [*Gail.* 2. *pac. pub.* 7. *per tot. &* 2. *obſ.* 106. *n.* 5. *verſ. item quod Mynſ.* 2. *ob.* 87. *verſ. idem. Borell. in ſum. deciſ. tit. de purg. Can. nu.* 19.] *l. præſěti C. de his qui ad Eccleſiam fugerunt.* Duodecimò ex eo, quod cum jura ſunt obſcura, videtur non eſſe abſolvědus reus, ſed juſiurãdum in ſupplementum probationis deferendum illi, cui magis tutè credi poteſt. *cap. fin. de jurejurando.* Decimotertiò ex eo, quod cùm actor ſyngraphã exhibet, quam à ſe ſcriptam reus negat, poterit is compelli, vt in conſpectu iudicis ſcribat etiam actore nihil probante, adeoque & in re obſcura, ad juvandam actoris intentionem vrgetur: & ſic ex literarum comparatione manus illius agnoſci poſſit §. *ſi quis in auth. de inſtrumen. fide.* Decimo quartò ex eo, quod vbi vterque non probat, nõ favetur reo vt abſolvatur, ſed delatum ſibi juſiurandum ſuſcipere, vel referre cogitur. *l. manifeſtæ ff. de jurejurando.* Et poſtremò ex eo, quod cautio de judicio ſiſti, pro actore interpretari ſolet, *l. de die ff. qui ſatiſ. cogant.*

† *Ratio decidendi etiam varia eſt.* Primò, quia 10.
(vt Ariſtoteles ait, *in problem. partic.* 29.) in poteſtate actoris eſt, quando & corã quo judice, rebus ſecũ perpenſis, reum conveniat. Ideoque ſicut miles digladiaturus cum adverſario,

præ-

præparatus ad judicium accedere debet. Contrà reus ad cauſam inopinus imperatuſque trahitur, quo fit vt aliqua ad eius defenſionem ab eo omitti veriſimile ſit. *Alciat. ad d. l. qui accuſa. n.* 25. Etenim quemadmodum non eſt favendum illi, qui ſe conjecit vltrò in neceſſitatem, *d. l. ſi fideiuſ.* ita vulgare eſt legiſlatori, vt contra improviſum caſum ſuccurrat. *l. licet C. de locato.* Secundò, quia deterior eſt qui iniuſtè aliquem aggreditur, quàm qui pari culpa ſe defendit. *Alciatus ad d. l. non eſt novum num.* 2. Vndè & in re turpi potior eſt cauſa retinentis, *l.* 2. *ff. de condict. ob turp. cauſ.* Tertiò, quia actor qui agit contra reum, arguit in effectu eius moram, culpam vel delictum, ex quo alias reus non compelleretur iudicium ſubire. *l. ſi reus ff. de procur.* At qui alterum deliquiſſe vel moram commiſiſſe ait, duriorem cauſam habet, cùm pro cuiuſque probitate præſumatur. *l. merito ff. pro ſocio.* Quartò, quia in dubio humanior interpretatio ſequenda eſt, & melius eſt innocentem abſolvere quàm nocentem dãnare, *l. abſentem ff. de pœnis*: meliusque ac tutius eſſe exiſtimatur, ſi erroris periculum ſubire oporteat de iniqua miſericordia, quàm de injuſta crudelitate Deo rationem reddere, *cap. ponderet* 50. *diſt.* Et poſtremò, pro cuiuſque libertate præſumitur. *l. altius C. de ſervitutibus.* Ideoque cum debitor cliens ſit creditoris, *l.* 3. *C. de nova.* & qui mutuũ recipit, ſervus fit fœnerantis, *Proverbiorum c.* 13. meritò libertati favendum erit. Et idcirco actorem ab initio de rebus ſuis oculatum eſſe convenit: quia ſatius eſt in ambiguo iure omnino abſtinere, & ante tempus occurrere, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *l.* 1. *C. quan. vnicuique licet.* Huic enim dici poteſt, quod alibi reſpondit Ulp. *Conſultius feciſſet ſi manibus ſũptibus ſe non vexaſſet. l.* 1 *ff. de inoff. teſtam.* Neque obſtat primum argumentum, nam quod aliud eſt perſonarum acceptio, aliud favor rei, ſequẽti capite in initio latius oſtendemus. Neque etiam movet ſecunda dubitatio: quia vbi reus plenè convictus eſt, nefarium eſt facinus ignoſcere. Supplices aliqui veniunt miſeri & calamitoſi, (inquit Cicero *in oratione pro Muræna*) ſceleratus & nefarius fueris, ſi quicquam miſericordia ductus feceris. Hinc enim fit, vt regendi authoritas minuatur. *l. nec quicquam* §. *circa ff. de offic. procon.* Sed vbi iura obſcura ſunt, ibi viri boni eſt miſereri & ignoſcere. Non pugnat quoque tertia obiectio. Actio enim in favorem actoris prodita eſt, iudicium vero favore non corrumpitur, ſed vtrique parti commune manet, & quidem vt non maneret, ſed gratia actoris conſtaret: nihilominus hoc non alia ratione fieret, quàm quod lex præſumeret actorem nolle calumniari. Quæ legis præſumptio ceſſat, cùm iam apparet actorem non probare intentionem, adeoque qui favore dignus videbatur, odium contrahit, & cauſa favoris in reum tranſit. [*vid. Gail.* 1. *ob.* 31. *n.* 12.] *Coſtal. ad l.* 8. *ff. qui ſatiſd.* In quarto argumento nulla etiam vis eſt. Cùm enim obſcuræ ſunt probationes, minimè apparet quis certet de damno vitando. Quin potius actor ſi non probat, lucrum captaſſe videtur cum detrimento rei, quem falſò aſſeruit ſuum eſſe debitorem. Sed nec 5. obiectio permovet. Nõ enim ex ea cauſa actoris favorabilior dici poteſt, quod ambiguo ſua verba declaret, quia & reo idem quoque permittitur. *Bartolus in l. is qui reus ff. de publ. iudiciis.* Adde quòd etiam ſine vlla rei captione ratum erit iudicium: quia nullum effectũ habitura eſt actoris declaratio, niſi certam rem ſibi debitam eſſe docuerit, quod cùm facit vtique audiri debet, ne alioqui reus ſemper dicat actorem aliter ſenſiſſe. *Fulgo ad d. l. ſi quis.* Sed nec ſexta dubitatio difficilis eſt. Reſponſum enim Pauli hanc rationem habet, ne reo illudendi iudicij occaſio præbeatur. Sic enim poſſet reus tergiverſando dicere, ſi de Sticho inter nos iudicium accipiatur, & duo Stichi ſunt, de primo ſenſi, quem me debere nego, de ſecundo illo, de quo te ſenſiſſe ais, tunc videro, cum eius ſervi nomine iudicium mihi dictabitur. *Durare. ad d l. inter ſtipulantẽ* §. 1. In ſeptima quoque obiectione non eſt plus ponderis aut momenti. Plerumque enim ſemper illis caſibus actori favetur propter bonum publicum, quod in illis ſpecialiter conſideratur. Neque etiam obſtat octava dubitatio, quippè quod odio violenti, qui alteri probandi facultatem abſtulit, id introductum fuiſſe conſtat. [*D. Peck. ad l.* 7. *n.* 5. *ff. de inc. ru. nauf.*] Vt nec nona, eo quod Salomon non judicando, ſed tentando veritatem, puerum in duas partes ſecari juſſit, ſed tamen ſecari non permiſit, [*conf. Gail.* 1. *P. P.* 17. *n.* 8.] *gl. in d. adferte de præſump.* & non niſi ſumma æquitate pro vtraque parte reſplendente, cuique parti aliquid attribui ſolet. Decimæ quoque obiectionis nulla vis eſt, quia obſcura probatio nõ relevat reum, quando ex parte actoris factum de quo contenditur plenè probatum fuit, ſed vbi vtrimque dubia eſt probatio, ibi pręſenti regulæ locus eſt. Reo quoque purgationis juramentum non imponitur, niſi præſumptione aliqua gravetur, *Alc. in d. l. qui accuſare colu. fi.* & quod reus ſyngrapham ſe ſcripſiſſe negans, ſcribere cogatur, veritatis eruendę & longioris probationis evitandæ cauſa receptum fuit. Deterior etiam fieri conditio eius ex delatione juriſiurandi dici nõ poteſt, nam ſi jurare nolit, cogitur actor ad eius relationem juſiurãdum eiuſmodi ſubire. *l. manifeſtæ ff. de iureiur.* Poſtrema dubitatio ſimiliter non obſtat, non quod in præparatorijs judiciorum, magis favetur actori, vt omnes opinati ſunt, ſed quia natura ſtipulationis hoc importat. Nam qui promittit judicio ſiſti, cenſetur promiſiſſe vſque in finem litis. *l. Græcè ff. de fidejuſſ.* Sed quia interim poſſet eſſe grave promiſſori, ſi finis litis diutius protelaretur, vel peteretur quòd ſiſteret tempore

pore aliquo importuno, iudex ipſe moderabitur ſpacium aliquot temporis quod ęquum eſſe exiſtimabit, neque etiam ob id cenſebitur ſibi præiudicaſſe ſtipulator, quo minus agere poſſit. *Alc.d. præſum.* 44. Sed in foro animæ interpretatio ſit contra reum: quia talis via eſt tutior ad ſalutē. *c.* 1. *de ſcrutinio & ibi gl.* Vnde ſi teſtator confeſſus eſt ſe fuiſſe vſurarium, fiet interpretatio quòd ſemper fuit ad finem, vt hæres eius ad reſtitutionem compellatur: quia iſtud erit ſalubrius pro anima defuncti, *Hypol. ſign.* 151. *Felin. in c. fi. de præſumpt.* quod & in foro canonico quidam exiſtimant, etiam quo ad pœnam ſuſpenſionis ab altari eſſe verum. *c. presbyterum de homici. Cuma. conſil.* 134. Sic vbi eſt dubietas ſuper iuriſdictione, regulæ noſtræ non eſt locus. *Alc. d. l. in fi. Iaſ. ad. l. de die. in prin. circa finem.* [*conſ. Gail.* 1. *obſ.* 31. *per tot. & ob.* 48. *n.* 8. *& obſ.* 139. *n.* 7.]

REGULA. XII.

In iudicijs non eſt acceptio perſonarum habenda..

1. *Æqualitas in iudiciis, quid efficiat.*
2. *Acceptio perſonarum quid ſit.*
3. *Iudicium quatuor modis ſubuertitur.*
4. *Iudex iniquus, quo pacto puniatur.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*

TAmetſi cum iura partium ſunt obſcura, reo potius fauendum eſt, quàm actori, quod ſuperiore capite dictum eſt: Nemo tamen ob id exiſtimare debet, ſacroſanctam illam iudiciorum officinam ac maieſtatem, præruptis iuſtitiæ præceptis, perſonarū acceptionem admittere, à qua (vt mox dicemus) & lex diuina, & naturalis ratio, & ius illud antiquum, quod apud omnes gentes peræquè obſeruatur, & leges tam humanæ quàm Pontificiæ abhorrent. Nam quod reo in dubio fauent iura, non ex perſona rei fit, ſed ex natura defenſionis, quæ ſi par & æqualis eſt probationi agentis, merito præualet: Econtrà qui perſonam conſiderat, nullam habet defenſionis rationem, ſed dumtaxat eius qui litigat perſonam reſpicit, etiam ſi ſit actor: quæ ſola ratio eſt, quod præſens hoc capitulum, amouendæ dubitationis cauſa præcedenti ſubiicitur.

1. *In iudiciis.* † Ideoque quantum ſoluit vnus litigatorum pro ſportulis, tantum & non plus, ſoluit alter. Et ſi vnus propter priuilegium nihil ſoluat: etiam eius aduerſarius nihil ſoluet, quantumuis condemnetur in expenſas, adeoque æqualitatis ſeruandæ gratia, priuilegium perſonale aduerſus communes regulas perſonam egreditur. *l. fi. C. de fru. & lit. ex.* Sic etiam dilatio vni data prodeſt alteri, *l. petendæ C. de tem. re. in integr.* & ideo ſtāte ſtatuto, quod reus non poteſt opponere exceptionem contra inſtrumentum, ſi actor dilationem habuerit ad inſtrumēti liquidationem, poterit quoque interea & reus quiduis allegare, & ſic allegatum, ad euertendum vires inſtrumenti, probare *Baldus in l. ſi. cauſam. C. de execut. rei iudic. Hypol ſign.* 168.

Acceptio perſonarum. † Solent plerique iuris interpretes, acceptionem perſonarū appellare, iniuſtitiam, per quam perſona perſonæ præfertur, in tribuendo ſeu conferendo ei aliquid, quod ex debito iuſtitiæ alteri, vel magis idoneo, tribuendum ante conferendum erat. *Angel* 1. *in ſua ſumma in ve. acceptio perſona. & in ſumma Roſellæ ad idem verbum & Alb. in ſuo dictionario ibidem.* 2.

Non eſt habenda. † Quatuor modis (inquit Gregorius *ca. quatuor.* 11. *qu.* 3.) humanum iudicium peruertitur. Primò timore: vt cum metu poteſtatis & perſonæ litigatoris, aliter quam oportet vel iudicium dictatur, vel ſententia profertur. Quod quidem cum facit iudex, non ſolum ſentētia eius viribus deſtituitur, *c. iniuſtum. eaden qu. & cauſa.* verùm etiam iram Dei ſuper ſe prouocat, vt qui magis hominem timens, quàm diuinam maieſtatem, adulari maluit, quam pro veritate ſupplicium ſubire: *cap. quiſquis ibidem.* Ideoque apud Ægyptios iuſiurandum proferebant iudices, quod ne regis quidem minæ aut iuſſa à recto bonoque illos deducerent aut tranſuerſos agerent. Secundò cupiditate, cum ſcilicet abducuntur iudices ab inſtitutis ſuis, magnitudine pecunię, quæ & veritatem & religionem eorū perſtringit. *Cic. actione* 2. *in Verr.* Atqui nō eſt libera mens iudicis, quàm cupiditas ligatam tenet: *c. fin.* 8. *q.* 2. *Quis enim* (inquit Iuſtinianus) *ſine periculo non furetur, quis non latrocinabitur ſine reatu, qui iudicem reſpiciens omnia auro vendētem, præſumere poteſt, quòd quicquid egerit illicitum hoc pecunias dādo redimet. Hinc homicidium, adulterium, inuaſiones, vulnera, raptus virginum, contemptus legum & iudicium, omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus. Et omninò hæc eſt omniū occaſio & metropolis malorum totiuſq; nequitiæ principium & terminus.* Tertiò odio: dū iudex contra alteram partem aliquid molitur, fructumque iuſtitiæ in damnationis amaritudinē conuertit *c. quicumque* 11. *qu.* 3. Quartò amore litigantis. Vnde Cicero 3. officiorum. *Vir bonus* (inquit) *ponit perſonam amici, cùm induit iudicis. Nam ſi ratio amicitiæ ineunda eſt, nō amicitiæ tales, ſed coniurationes putādæ ſūt.* [*cōſ. Gail.* 1. *ob.* 153. *per tot. & præſertim circ. fin. Myn. ad pr. Inſt. tit. de obl. ex q. de l. latiſſ. Farin. qq. crim. p.* 3. *q.* 111 *Menoch.* 2. *arb. Iu.* 342.] Igitur ſenſus eſt huius capitis, quod iudex eſſe debet vir grauis, ſanctus, ſeuerus, incorruptus, inadulabilis, maieſtate æquitatis veritatiſque terrificus, *Gell. lib.* 14. *cap.* 4. vt cui ſalus Reipub. in hoc com- 3.

mittitur. Et quemadmodum ſol non eſt alius pauperi, alius diviti, ſed omnibus communis: ita judex perſonas reſpicere non debet, ſed rem. Et ſicut ſagittarius telum ad ſcopum dirigit, neque exceſſu, neque defectu, neque in vtramque partem prævaricatione à iaculatione aberrans: ſic iudex iuſtitiam conicctat, neque perſonam reſpicit, neque aliquid ad preces facit, ſed recta iudicia profert. Tantum abeſt, vt qui ad tyrannidem, ad prædas & rapinas, iam quaſi conſenuerunt, ſacratiſſimo iuris tribunali pręfici, & ſacroſanctum iudicium ignavi, ſordidi, inſatiati (quorum vita funebri cõvivio ſimilis eſt) contaminare, permitti debeant.

4. † Quid igitur ſi iudex ſecundum acceptionem perſonarum iudicaverit, aut corruptus ſententiam dixerit? Sanè lege 12. tab. quę ad conſervandam iuſtitiam lata eſt, cautum erat, vt capite plecteretur. Severius ſanè Cambiſes Perſarum Rex, vivente adhuc Athenis Solone: Romæ autem imperante Tarquinio Superbo, Siſannem iudicem, quem Aſiæ præfecerat, cùm audiviſſet corruptum iniquè iudicaſſe, occidi juſſit, eiuſque cutem cadaveri detractam, inſtar pellis, in tribunali extendi, in eoque ſedere Othonem Siſannis filium fecit, vt paternæ pœnæ conſideratione admoneretur, quid iniquos iudices maneat. Conſtantinus ſtatuit eiuſmodi iudicem infamem fieri, & ei quem iniqua ſententia læſit, litis æſtimationem præſtare. *l. vlt. C. pœna iud. qui male jud.* Sed & lex Iulia repetundarum hunc ſtringit, quemadmodum & lex Cornelia de falſis, vt vel deportatione, vel capite, pro admiſſi criminis qualitate puniatur. *l. lex Iulia ff. de l. Iul. repetunda l. 1. ff. de falſis.* Sed molliora hæc ſunt, & quæ ad ſeveritatẽ legis divinæ minimè accedunt, quæ ait: *Væ vobis qui corrupti prece vel precio, fracti amore vel odio, dicitis bonum malum. & malum bonum: qui attenditis nõ meritum cauſarum, ſed merita perſonarum, non vitam ſed munera, non iuſtitiam ſed pecuniam, non quod ratio dictat, ſed quod mens cupiat: vt nõ quod liceat, hoc libeat, ſed vt liceat, quod libet. Pauperum cauſam negligitis, divitũ cauſas promovetis, propterea captivus ductus eſt populus meus, nobiles eius interierunt fame, multitudo eius ſiti exaruit, egredietur vt ignis indignatio mea, & non erit qui extinguet, c. de vobis 11. q. 3.*

5. † Amplia primò hanc regulã, vt procedat etiam in arbitrijs, *l. ſi de meis ff. de arb.* quæ ad inſtar iudiciorum ſunt redacta. *l. 1. eod. tit.* Item & in arbitratoribus, qui hac fiducia à partibus aſſumũtur, vt boni ęquique formam nulla perſonarum ratione habita, ſequantur. Amplia ſecundò, vt locum habeat in electione ad dignitates: quia cùm non loca vel generis nobilitas, ſed aut merita bona nos Deo coniungant, aut mala à Deo diſiungant, *c. cũ loca 40. diſt. c. penul. de præb.* Pręlati Eccleſiarum ſine acceptione perſonarũ eligendi ſunt & non niſi idoneis beneficia Eccleſiaſtica cõferenda. [*v. D. Pec. ad reg. benefic. ſupr.*] *c. recurrat 32. queſt. 4.* Vnde & Honorium tertium reſcripſiſſe legimus, quòd Clerici ignobiles propter hoc non debent à præbendis repelli, etiamſi Eccleſia tales admittere non conſuevit. *c. penult. de præben.* Amplia tertiò, quòd ſicut in judicijs non eſt habenda acceptio perſonarum, ita etiã ſacerdos ſecundùm leges pœnitentiam imponit contrito & confeſſo, neglecta perſonarum acceptione, licet in modo pœnitentiæ injungendæ qualitates cuiuſque perpendere teneatur. *c. ſacerd. 26. qu. 7.* Et eleemoſyna omnibus ęquè indigentibus, ęquè patere debet: *c. quam multos 11. quæſt. 3.* recipiendiq; ſunt exemplo Abrahę egeni, ſine ſcrupuloſa ordinis & loci inquiſitione, *c. quieſcamus 42. diſt.* Amplia quartò hanc regulam, etiam ad ſacramenta. Quia in ſacramentis, quæ ſuſcipientis cauſa conferuntur, vt baptiſmus, confirmatio, ſacramentum Euchariſtiæ, pœnitentię: nullus fidelis debet excludi, ſive ſit ſervus, ſive liber, dives vel pauper, nobilis vel ignobilis. *c. 1. & ibi gl. 2 de coniugio ſeruor.*

Ratio dubitandi in hoc capite eſt. † Primo ex eo, quòd lex conſtituit, ex iiſdem facinoribus aliter puniri ſervos quàm liberos, *l. aut facta ff. de pœnis:* ignobiles quàm nobiles, *c. qui cont. 24. q. 3.* juvenes quàm ſenes, *c. ſi quis in gravi ff. ad Syll.* mulieres quàm viros, *c. indignanter 32. q. 6.* divites quàm pauperes, *c. tempora 16. q. 7.* humiles quàm graves, *c. quiſq. 2. q. 8.* quæ tamẽ omnia ad acceptionem perſonarum ſpectare videntur. 6. Secundò ex eo, quòd alibi ſcriptum eſt, iudicando eſto miſericors pupillo, vt pater; & pro viro matri eius. *Eccleſiaſtici c. 4.* Quamobrem licet jure cautum ſit, quod nemo poſſit ad curiam principis vocari pro lite examinanda vel ſuſtinenda in prima inſtantia, ſed ſolùm per appellationem pauciſſimis tantum caſibus exceptis, *l. nemo C. de iuriſdict. iudicium & in authen. vt differentes iudices, &c.* viduæ tamen, pupillo, & miſerabilibus perſonis, conceſſum eſt, vt eos adverſus quos actiones habent, in prima inſtantia, & quo ad primam cauſarum cognitionem, ad curiam principis ſeu regis evocare poſſint, inferiore iudice omiſſo. *l. vni C. quando imperat. inter pupill.* Tertiò ex eo, quòd litigatores & teſtes litigandi, deponendi, ſeu iurandi cauſa, ad iudicium accedere debent, non iudices ad eos. *l. iubemus C. de Epiſc. & cle.* Acceptioni tamen perſonarum locus eſt, quandoquidẽ (vt ait Julius Paulus) *ad egregias perſonas domum mittere oportet ad iuſiurandum ab eis recipiendum l. ad perſonas egregias ff. de iureiurando.* Et quod cuique privatorum liberum facit lex, vt in cauſis ciuilibus vel per ſe, vel per procuratorem litigent, *l. 1. ff. de procu.* hoc illuſtribus perſonis denegavit, quæ non per ſe, ſed per procuratores ſuos, lites peragere debent. *l. penul. C. de pro.* Quartò ex eo quòd iudici permittitur, vt ratione amicitiæ quæ illi eſt cum eo qui deliquit, minuat pœnam. *c. niſi de officio delig.* Quintò ex eo, quòd in pari cauſa ac delicto,

licto, lex concedit vt alter ex delinquentibus vltore gladio feriatur, alter vero ſi eximius artifex eſt, abſoluatur. *l. ad beſtias ff. de pœnis.* Sextò ex eo, quod iure ciuili ſeruus, monachus & deinde apoſtata factus, vnà cum rebus à Domino in ſeruitutem reuocatur: liber verò homo, eodem crimine notatus, in ſeruitutem nõ venit. *in authen. de monach. §. ſi verò.* Septimò ex eo, quod ſi quis cum pupillo ſine tutore cõtraxit, ex vno latere conſtat contractus. Iudex enim contrahentem cum pupillo ad implemẽtum vrgebit, pupillum non vrgebit. *l. Iulianus §. ſi quis ff. de act. empti.* Et quamuis hæres nomine negligentiæ commiſſæ teneatur: pupillus tamen hæres non tenetur. *l. cum filius § in hac ff. de verb. oblig.* Poſtremò in operibus miſericordiæ videtur. Scriptum eſt: *deſudet eleemoſyna tua in manu tua, donec inueneris iuſtũ. Iohel. cap. 3.*

7. † *Ratio decidendi eſt*, vt hic teſtatur Ioannes Monach. Cardina. quod in omnibus ſeruanda eſt æqualitas, maximè tamen in judicijs. [*Gail.* 1. *ob.* 91. *n.* 14. *&* 1. *P. P.* 15. *n.* 2.] *l. in ſacris C. de proximis ſacro. ſcrinio.* Cæterùm quantumuis id verum ſit quod ait, rationem tamen cur ita ſit nõ explicat. Id ipſum enim quæritur cur magis in judicijs hoc obſervari convenit, quàm alibi? Propius igitur accedunt hi qui hanc exiſtimant eſſe rationem, quòd aliorũ honores non debent eſſe occaſio alijs nocendi. Quæ ratio vtiq; vera eſt, ſed nihil nimium conſtricta, vtpotè quæ ad acceptionem perſonarum, quæ metu accidit, tantummodò ſe extendit, reliqua non attingit. Ideoque & verior & generalior ea eſt ratio, quod Dei, non hominis judicium eſt. Nam vbicumque nos divina lex, non ſecundum faciem, ſed quod juſtum eſt: non prece vel odio, ſed ex veritate judicare præcipit, nullâ habitâ perſonarum diſtinctione: incontinenti ſubijcit hæc verba. Quia Dei judiciũ eſt. 2. *&.* 16. *Deutero.* Quaſi dicat, quod licet omnes actiones humanæ in Deum tanquam in finem & ſcopum aliquem certum dirigendæ ſunt: nihil tamẽ majus ac vicinius ad Deum accedit, vel nos ad eum deducit, quàm ipſa æquabilis juſtitiæ functio. Quapropter & apud veteres juſtitia Iovis filia dicta fuit, quam finxerunt poëtæ ſemper Iovi aſſidere. *Cælius Rodiginus l.* 22. 6. *cap.* Ideoque vt judex qui legis miniſter eſt, legum præcepta egredi non poteſt: ita & judex qui tanquam vicarius Dei judicium Dei exercet, perſonam accipere non poteſt: quia apud Deum nulla eſt perſonarum acceptio. Neque repugnat huic prima dubitatio. Quamvis enim prima facie appareat, quod vnus æquè malè fecit atque alius: tamen cum volueris hujus loci rationẽ inveſtigare, non eſt reſpiciẽdum ad turpitudinem, quam Cic. in parad. non abſurdè ad abſterrendum homines, per omnia delicta diſputat parem eſſe: verùm ad vtilitatem repub. ac humanæ ſocietatis conſeruationem vertenda eſt cogitatio. Ea enim exigit ordinem quendam politicum ordo differentiam perſonarum, differentia diverſum jus tam in meritis quàm in pœnis: præſertim quod ſublimiores & bonæ frugi homines, non tam leviter ducuntur ad delinquendum, quàm fex plebis. *Cælius Rodig. dicto loco.* Quocirca duplex juſtitia ſtatuitur: Diſtributiva, quæ habita perſonarum ratione meritum & pœnam conſtituit, de qua nulla in hac regula mẽtio eſt. Commutativa, quæ perſonas non diſtinguit, ſed ex commercijs, commutationibus, pactis & conventionibus, jus ſuum cuique tribuit, de qua hujus capitis deciſio intelligenda eſt. Tũ verò vbi omnia æqualia ſunt, ibi nulla eſt perſonarum acceptio, ſed vbi inæqualitas inter perſonas reperitur, æquum eſt æqualia æqualibus, inæqualia inæqualibus diſtribui. [*Dominus Peck. ad l.* 4. §. *Divus n.* 8. *&* 9. *ff. de inc. ru. nauf.*] Quæ autem ſit ratio quòd aliter juvenes quàm ſenes, fœminæ quàm viri, nobiles quàm ignobiles puniantur, maioris inſpectionis res eſt, quàm eleganter explicat Tiraquellus, quẽ vide. *in l. de pœnis tempor. cauſa.* 7. 8. *&* 9. *cum alijs.* [*Gail.* 2. *obſ.* 110. *n.* 41. *& ſeqq. &* 2. *P. P.* 9. *nu.* 22. *& ſeqq.*] Non obſtat quoque ſecundum argumentum: Nam quod dicitur miſericordiam eſſe faciendam pupillo, intelligendum eſt, dummodo citra injuriam alterius fiat, *cap. fin. de re jud.* Fiet itaque miſericordia in eo, vt celeri expeditione cauſa pupilli decidatur, vel vt data opera, probationum paritate, pro eis etiamſi agant, judicetur, *Lau. Covar. li. practic. quæſt. cap.* 6. *& l. variar. reſo.* 2. *c.* 16. *num.* 9. Quod autem pupilli ad curiam principis in prima inſtantia adverſarium evocent, minuendorum ſumptuum cauſa, & vt ſic pro duabus litibus vnam habeant, conſtitutum fuit: quia multorum calumnijs atque cavillis expoſiti ſunt. [*Gail.* 1. *ob.* 1. *n.* 40. *& ſeqq.*] Neque injuria facta videri poteſt adverſario, qui vnica lite finem habet, ſumptibus parcit, neque dubitare debet, quin juſtitia æquè in ſenatu principis, atque à judice inferiore adminiſtrabitur, *l.* 1. *C. de ſumma Trinit.* Tertium quoque argumentum non obſtat, quandoquidem in ea ratione fundatum eſt, vt illuſtribus atque egregijs perſonis hic honor habeatur, ne nimia familiaritate plebeiorum contemnentur, & vt cùm ad publicas functiones, [*vid. Gail.* 1. *obſ.* 11. 4.] aſſumpti alijs imperabunt, magis obſerventur ac venerentur. Quarta quoque dubitatio vim non facit. Verius eſt enim textum qui in contrarium adducitur, in ſolo Pontifice & Principe, apud quos omnium pœnarum arbitrium eſt. *Tiraq. dic. libro cau.* 16. habere locum, ad alios verò judices non extendi. Sed nec quinta dubitatio movet. Princeps enim ſolus vel propter artificium aliquod inſigne, vel ob eruditionem aliquam ſingularem, capitis pœnam remittere poteſt, judex inferior non poteſt, [*v. D. Pec. ſupr. ad reg. peccati, ſub n.* 1.] *l. cõtra ff. de pact.*

de pact. Quod quidem cum Princeps facit,non tam habere videtur reſpectum ad perſonam delinquentis, quàm ad eruditionem & artificium,vnde reſpublica in poſterum juvari poſſet.[*vide D.Gail.*2.*obſ.*119.*n.*41.*&* 2.*P.P.*9.*n.*22.] Et certè in ſeruili corpore, ſeruilis animus (vt ait Plato) plerumque eſſe ſolet, & ideò cum proniores ſunt ſerui ad delinquendum quàm liberi mirum videri non debet, ſi gravitate & magnitudine maiorum ſuppliciorum(de quo ſexto loco dubitatur) deterreantur. Sic nec ſeptima movet dubitatio. Illud enim ætati munerique tutelari tributũ eſt, vt pupilli ſine tutore conditionem ſuam meliorem facere poſſint,*l.ſed etſi ff de inſtit.act.*deteriorem nõ poſſint, ſibique imputet ille qui cũ his,*l.qui cum alio ff.hoc tit.*quorum qualitatem ignorare non debuit, contraxit. Quod verò pupillus hæres ob negligentiam non tenetur: ideo eſt,quod probabilior ſit in ea ętate & excuſatio & ignorantia,quia ætas illa quid agat, & quid viderit,ignorat,*l.vnica C.de falſa moneta l. pupillus ff.de acquir. hæred.* Denique quod in poſtrema objectione propoſitũ eſt,vim non facit. Nam ſi omnibus ſuccurrere poſſumus, & id rei noſtræ familiaris opulentia admittat, omnibus equidem ſubuenire cogimur qui indigent. At ſi non omnibus, ſed quibuſdã tantùm ſuccurrere poſſimus,deſudare debet eleemoſyna in manu noſtra, vt juſto potius quàm injuſto, conſanguineo & vicino magis quàm alijs tribuamus.

REGULA XIII.

Ignorantia facti non juris excuſat.

1. *Ignorantia, error, dubitatio, quo pacto differant.*
2. *Ignorantia facti quid ſit.*
3. *Ampliationes hujus regulæ.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*
6. *Pater familias non excuſatur qui malos domeſticos domi ſuæ alit.*
7. *Ampliationes ad 2.partem regulæ.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Ratio decidendi.*
10. *Ius an & quomodo ſit finitum.*
11. *Memoria puerorum cur ſit labilis.*

VT ignavos ſed validos mendicantes artificium ignorantes populo graves & reipub. exitioſos, legitimis pœnis coërcet legiſlator: eos verò quos juſta ignoratio ſeu infirmitas tenet, à ſtipe non reijcit: *lib.*1.*C. de mendic.valid.* ita & otioſa illa telluris pondera juris publici ignorationem allegantia,non ſuſtinet, juſtam facti ignorantiam habentes admittit.*c.quamuis* 38.*diſt.* Porro illud in primis obſervandum eſt, magna argumentorum vi ab excellentibus ingenij diſputatum eſſe, an & quatenus ignorantia, error, dubitatio, à ſe diſtinguantur: aiuntque quidam, quòd errare dicitur is,qui aliud ſentit quàm veritas habet. Qui verò neque diſſentit neque conſentit,non tam errat quàm ignorat.*Conanus l.*7.*c.*6.*n.*5. *Maynerus ad l.in totum ff.hoc tit.*Dubitat autẽ, qui in variatione ſententiarum ſatis perſpectũ non habet quid ſequatur.Sed cùm animaduerto,non ſolùm reſcriptis Principum, *l.*6. *&* 7. *C.de juris & fact.ign.*verùm etiam frequentiſſimis prudentum reſponſis,*l.*2.*&* 8. *ff. illo tit.* ignorantiæ & erroris vocabulum in propoſita materia promiſcuè accipi,diſtinctioni ejuſmodi,quæ aliò pertinet, & ad præſentem regulã aliquo modo impertinens eſt, accedere non poſſum.† Ignorantia facti eſt in eo,qui ignorat 1.
aliquid factum eſſe, vt ſi neſciat patrem deceſſiſſe, ſe hæredem ſcriptum eſſe,*l.ſi metum* §.*ſed ſi ff.de acqu.poſſeſſ.*tutorem pronunciatum eſſe. Ignorantia juris eſt, non quidem imperitia illa, quæ ſcientiæ juris opponitur,ſed cùm quis ignorat id quod lex conſtituit,aut quod princeps fieri mandavit.

Ignorantia facti, † Igitur qui ignoranter la- 2.
trones recipit in hoſpitium:pœnæ receptatorum, ſine quibus, teſte Metiano, crimina diu occultari non poſſunt,*l.*1.*ff. de re. furum.* non ſubijcitur. [*D.Peck.ad lib.*3.§. *non tantum, ſub n.*2.*de inc.ruin. nauf. Gail.* 2. *obſervatione* 48. *num.*3.*&* 2.*P.P.*10.*num.*6.]Sic & is qui virgines,non matronali habitu,ſed meretricia veſte indutas,meretrices dixerit,vel pudicitiam earum attentaverit, actione injuriarum non tenetur,*l.itẽ* §.*ſi quis virgines ff.de injurijs*.inquit Vlpian. Et excommunicationis periculo non ſubiacet is, qui manus inijcit in clericũ veſte laicorum indutũ.*cap.ſi verò de ſentent.excomm.* Sic ſi mulier vel cum ſacerdote, vel alterius mulieris viro,quem liberum eſſe credidit,bona fide nuptias contrahat facti ignorantia efficit,vt quæ inde naſcitur proles, etiam quoad ſucceſſionem in bonis paternis.*c.ex tenore c.referente qui filij ſũt leg.*legitima reputetur.[*Gail. d.obſ.*48.*n.*6.*&* 1.*ob.*112.*n.*12.]

† Amplia primò iſtam regulam, vt proce- 3.
dat etiam ignorantia facti proprij multum antiqui, quia vt ait Bart.*ad l.ſi quis delegaverit n.*2.*de novat.& deleg.l.emptor* §.*Lucius ff.de pact. arg.l.ſi diuturno ff. de pœnis. Henricus Bohick ad c.is qui n.*4.*de ſolut.*ignorantia in facto proprio præſumitur,& ideò toleratur, quando factum eſt aut antiquum, aut valdè intricatum, ita quod memoria facilè retineri non poſſit.[*Gail.* 1.*ob.*104.*n.*2.*& d.ob.*48.*nu.*20.*verſ. idem. D. Peck. ad reg. ſeq. in princ.*] Amplia ſecundò vt locum habeat,etiamſi factum illud erat publicè notum in loco ejus de cujus ignorantia vel ſcientia quæritur aut tractatur: ſi modò ipſe fuit abſens extra locum illum tempore publicationis

cationis illius facti, eoque caſu præſumetur ignorantia, niſi ſcientia probetur, *c. ex tenore de teſtib. cap. cum in tua qui mat. accuſ. contra ſenſu.* Quod tamen intelligo (inquit Henricus Bohick.) *ad c. n.* 4. *de poſtul. prælat. & probatur in c. vlt. de conſtit. l.* 6. in recentia illius facti, nō autem poſtea ſemper. Nam ſi poſtea domi verſatus eſt, vtique veriſimile eſt, quòd ad ipſius notitiam pervenit. Quod verò de abſente dicimus, idem quoque & de infante, furioſo, atque *Bohick. d. loco, Barbat. conſ.* 17. *lib.* 3. graviter infirmo dicendum eſt, *Innoc. ad d. cap.* 1. *ad verb. editur, Hoſt. ad cap. exceptionem de except.* quia nihil de his intellexiſſe præſumuntur. Porrò autem ſi factum illud ſit publicè notum alibi, non etiam in loco domicilij illius de cuius ſcientia vel ignorantia agitur, tunc procul dubio ignorantia illius facti, paucis quibuſdam caſibus exceptis, quos annotat idem *d. loco num.* 3, Bohick excuſat. Amplia tertiò, quòd etiam denunciatio alieni facti alicui facta, non conſtituit eum in mala fide, veluti cùm denũciatio eſt ſubſtantialis [*conſ. D. Peck. infr. ad reg.* 31. *n.* 8.] *Hypol. ad l. ſi quis* 62. *ff. de quæſt.* vel quando fit ab eo, qui nullum ius in re, de qua agitur habet. Et vbi denunciatio fit ad conſtituendum alium in mora, ſi fiat alieno nomine, non habet eum effectum, *l. ſi maior C. de reſcind. vend. l. ſi cum fundum C. de rei vendic. Rom. conſ.* 6. niſi doceatur de mandato, *Alex. con.* 7. 8. *lib.* 5. *& conſ.* 26. *lib.* 6. & vt contrahatur mora, requiritur ſcire aut ſcire debere. Adde quòd non tenemur alteri credere, niſi nobis fidem fecerit ſui dicti. *l. quod te ff. ſi cert. pet.* In vniverſum verò, an notificatio & denunciatio alieni facti ad domum alicuius facta, excuſet vel non, latiſſimè & eleganter explicat Tiraquellus, *de retra.* §. 16. *gl.* 11. *& de retra. convent.* §. 4. *gl.* 6. *num.* 5. *cum ſequ.* quem vide.

4. † *Ratio tamen dubitandi eſt.* Primò ex eo, quòd in hac ſtipulatione: neque per te neque per hæredem tuum fieri, quominus ire agerévе liceat, hæres promiſſoris, etiamſi abſens ſit, & promiſſum ignoret, ſi tamen prohibet ne ſtipulator eat vel agat, tenetur. *l.* 1. *ff. de eo per quem fac. erit & ibi gl.* Secundò ex eo, quòd Iulius Paulus reſpondit, facti errorem nō prodeſſe ei, qui admiſit ad diviſionem bonorum defuncti eum, quem exiſtimavit ſuum cohæredem eſſe & non erat. *l. cum filiusfam.* §. *fin. ff. de verb. obl.* Tertiò ex eo, quòd rurſum alibi idem Paulus ait, ſi mihi fit iniuria ab eo cui ſum ignotus, aut ſi quis putet me Seium eſſe cum ſim Titius Caius, nihilominus tamen injuriarum actione tenetur. *l. cum putares ff. hercifc.* Quartò ex eo, quòd Celſus ſcripſit, *l. eũ qui* §. 1. *ff. de injurijs*: ſi quis mandato meo rem ſuam, quam ignoravit ſuam eſſe, vendidit, vtique tenetur emptori, neque id quod vendidit, vēdicare poteſt. *l. ſervum Titij ff. mand. ati.* Quintò ex eo, quòd is qui ignorauit inſtrumenta extare, quibus judici oſtenſis, victoriam obtinuiſſet: errore facti, etiam inſtrumentis illis de nouo repertis, non juvatur. *l. ſi ſub ſpecie C. de re iud.* Sextò ex eo, quòd qui per errorem confeſſus eſt, fundum ſuum eſſe alienum, probato errore non contravenit. *l. certum* §. *ſi quis ff. de confeſſ.* Septimò ex eo, quòd qui rebaptiſatus eſt ignoranter, ad ſacros ordines promoveri non poteſt. *cap. qui bis de conſec. diſt.* 4. Octavò ex eo, quòd ex magna miſericordia tantum, in Eccleſia Dei adminiſtrare permittuntur, *c.* 1. *q.* 5. quorum parentes, ipſis adhuc in infantia exiſtentibus, & ignorantibus, beneficia ſymoniacè compararunt. Nonò ex eo, quòd pœnitentia imponitur ei, *cap. in lectum* 34. *q.* 2. qui ignorans cum ſorore vxoris ſuæ peccavit. Decimò ex eo, quòd pœnitentia imponitur ei, qui in furore conſtitutus, & ignorans hominem interfecit, ſi ad ſe revertatur. *c. ſi quis inſaniens* 14. *quæſtione vltima.* Poſtremò ex eo, quòd tutor allegans ignorantiam minoris ætatis pupilli, *l. de tutela C. de reſtit. in integr.* & conſanguineus ſi allegat ignorantiã eius quod à conſanguineo factum eſt, *l. Octaui. ff. vnde cognati.* & ſervus ſi ſe ignorare dicat id, quod actum eſt in domo etiam eo abſente, *l. conſenſu C. de repudijs.* non excuſatur: quæ tamen omnia factum alienum continere conſtat.

† *Ratio decidendi eſt*, quòd vt Marcellus ait, *l.* 2. *ff. de iuris & facti ignor.* facti interpretatio 5.
ſeu ſcientia plærumque etiam prudentiſſimos fallit. Quamvis enim, vt lumen in oculis quo fit viſio, ita in mētibus humanis notitiæ quędam ingenitæ exiſtunt, quibus plæraque neque viſa prius neque ab alijs audita cognoſcimus: rerum tamen varietas, cauſarumque & factorum multiplicatio, tum verò ingenij noſtri imbecillitas & locorum diſtantia efficit, vt plurima ignoremus, neque reperiri poſſet aliquis, qui ſecundùm naturam inter quoſcumque vbique acta ſciat: & propterea cum nulla huic imputari poſſit culpa, meritò excuſatur, ſi facti ignoratione lapſus fecit quod facere non debuit, aut quod facere debuit neglexit. Non obſtat primum quod ex adverſo proponitur, argumentum. Hæres enim promiſſoris, cuius oſſibus obligatio infixa erat, perſonam illius repræſentat. Et ideò diligentiam præſtare, curareque debuit, ne per eos quos prohibere potuit ſtipulator, impediretur, *l. in illa ff. verb. oblig.* & proinde ſi eo abſente, familia eius ſtipulatorem ire agereve prohibeat, culpa ſua incidet in pœnam. *Iaſon & Zaſ. ad d. l. contra natur.* Quomodo alio loco ait Ulpianus, quod excuſatione dignus nō eſt paterfam. qui ſe informare debuit, *l. fin. ff. nautæ caupon. ſtabul.* [*vbi vide D. Perk.*] cuius fidei & innocentiæ erant, quos in ſuam domum recepit. Sin autē ignoravit promiſſionem, tenetur nihilominus ipſo iure, ſed quoniam alieni facti error tollerabilis eſt, *l. final. ff. pro ſuo.* vtique ſi talis ignorãtia ſit, quæ in virum diligentiſſimum cadere poſſet: ex clauſula generali edicti prætorij, deficienti

cientibus nimirum alijs remedijs, reſtituetur. Sed nec ſecunda dubitatio nos movet. Ea eſt enim rei judicatæ vis & authoritas, vt quod alterius ad aliquem, etiam per errorem, ex ſententia pervenit, repeti non poſſit, *Fulgo ad d. l. cum. putaret. latius Bald. in l. 1. C. communia vtriuſque judicij.* quia ſine cauſa res apud eum qui obtinuit, eſſe non dicetur, quando ſententia jus facit, *l. ingenuum ff. de ſtatu hom.* & iniquum, vt ille ait, in candida vertit. *Alciat. num. 5. & Zaſius in l. ſi me & Titium ff. ſi cert. pet.* Cui conſequens eſt, quòd ſi diviſio extra judicium facta ſit, repetitio quoque non denegabitur. *l. ſi poſt C. de juris & facti ignoran. Decius conſil. 206.* Neque maius præjudicium adfert id, quod tertio loco proponitur, licet enim quis injuriam mihi inferat ignoranter, non ob id tamen minorem infamiam paſſus ſum. Quid enim ſi me furem, adulterum, falſarium eſſe dixit, & id plerique in trãſitu audierint, & verum eſſe crediderint, atque etiam id quaſi verum eſſet, apud alios retulerint? Ideoq; ne alterius error mihi damno fiat, qui prævidere non potui neque in mea poteſtate fuit, injuriam illam avertere, meritò mihi tribuenda eſt injuriarum actio adverſus injuriantẽ, cui imputari poteſt, quòd antequã talibus verbis me aggrederetur ignotum, non eſt vſus meliore diſtinctione. *Bart. & alij in d. l. eum qui.* Craſſa iſta ignorantia, nimiumque ſupinus error, veniam, nõ meretur, vt inferius dicemus. [*ad c. præſumitur.*] In quarto quoque argumento nulla vis eſt. Nam qui rem ſuam, vt alienam tanquam procurator vendit, evictionis vinculo ligatur. *l. procurator ff. de procurat.* Atqui quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l. vindicantem ff. de evict.* Et ſecundùm veteres juris regulas, nemo contra factum ſuum proprium venire poteſt, *l. poſt mortem ff. de oper. liber.* niſi lex ipſa facto ejuſmodi ex diametro reſiſtat. *l. 1. C. de liberali cauſa.* Contra mandãtem igitur dumtaxat actionem habet. Plerique etiam ſentiunt non denegari domino vendicationẽ, ac ſi adverſus mandantem, inopem & pauperem debitorem nulla vtilis actio cõmpetat, ex qua ſcil. aliquid emolumenti conſequi poſſit. Inanis enim eſt actio, quam excludit inopia debitoris. *de c. extra de reſtit. ſpoliat.* Nõ obſtat ſimiliter, quinta dubitatio. Etenim quamvis permiſſum ſit generaliter omnibus, qui falſorum inſtrumentorum & teſtium authoritate atque ſubornatione ſe ſuccubuiſſe oſtendunt, ſi in prævеſtigatione cauſæ, cognitum de crimine falſi non ſit, appareatque judicem ſpecie talium probationum deceptum eſſe, vt propter odium ejus criminis, vel ſententiarum reciſſionem, vel certè adverſus eam reſtitutionem jure poſtulent: *l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum.* tamen, ſi quis poſtquam ſententia illa tranſijt in rem judicatam, petijt eam reſcindi prætextu novorum inſtrumentorum, minimè audietur, [*vide Mynſ. 4. obſ. 60.*] *l. ſub prætextu C. de tranſact.* niſi ea adverſarius illius malo more ſubtraxerit. *l. pure §. fui ff. de excep. doli.* Authoritas enim judicis, vt tandem aliquis litium ſit finis, tuenda eſt, eique imputandum eſt, qui principiò hujuſmodi inſtrumenta non invenit, vbi poſt dilationem probatoriarum conceſſionũ, tempora lapſa ſunt, lex de contentione partium vult diffinitivè judicari, neque reum vlterius ſub cultro eſſe ſinit. *l. properandum §. & ſiquidem C. de judiciis. Alciat. ad d. l. ſub prætextu, n. 4.* Sed ſi nulla culpa ipſi imputari poſſit, cur non invenerit, fortè quod ſine facto ejus apud tertium aliquẽ erant, exiſtimat eũ *in d. l ſub ſpecie.* Caſt. reſtitutionis ſpe juvari poſſe, Sed nec ſexta dubitatio conſideratione aliquã meretur. Confeſſus enim condemnato ſimilis eſt, & propria ſua voce quodammodo dãnatur, *l. 1. ff. & C. de confeſſis.* quod ob quã cauſam nonnulli ad certam ſcientiam referant, nõ video. Quẽ enim inveneris, qui ex certa ſcientia ſuum fundum fatebitur eſſe alienum, *l. cum de indebito ff. de probat.* & ideò æquius eſt, ſi dicamus non obeſſe ei confeſſionem, niſi culpa imprudenter aliquid confitentis accuſari poſſit. *Caſtr. ad l. ſi certum.* Septima quoque dubitatio, quæ in rigido & ſtricto illo jure, quod non rarò ad injuriam alterius pertinet fundata eſt, obſervari nõ debet, ſi aliud exigat æquitas. Quæ vbi illuxerit, vtique vir bonus ſuperior ſeu Epiſcopus, diſpenſare poteſt. Eaque diſpenſatione ideò opus eſſe videtur, quòd hi qui in Eccleſia Dei deſeruiunt, omni ex parte debent eſſe abſoluti, *Archid. & gl. in contrario.* cùm in ſimili videamus nõ ſufficere, quod clericus optimis naturæ dotibus præfulgeat, ſi ſolo corpore fuit vitiato. *d. c. 1. q. 5.* Eoque pertinere exiſtimo quod de ſymoniaci patris filio in octava objectione proponitur. Nonum quoq; argumentum non obſtat regulæ. Omnia enim ſingulari quodam nitore ſplendere debent in conſpectu Dei. Et ideò quamvis in foro judiciali lex non punit vel furore vel ignorantia lapſum: Eccleſia tamen cautionis cujuſdam gratia & abundantem cautelam, aliqualem pœnitentiam ei imponit, ſi fortè conſenſus aliquis ratione aliqua admixtus fuerit, *c. excommunicatorũ 23. q. 5. c. 1. de ordin. ab Epiſc* Deniq; nihil etiã me movet vltima objectio, propterea quod contra eum qui illic ignorantiam prætendit, vehemens aliqua ſcientiæ prę-ſumptio eſt, ideò quod cognatus præſumitur ſcire facta cognati, [*vide D. Peck. j. ad c. præſumitur, ſub n. 7. & 8.*] & tutor etiã pupilli negotia ſcire tenetur. Sic & in legatis alternativis eligendo vnum, in altero ſibi præjudicat legatarius, qui exactè particulam teſtamenti *l. ſi legatum ff. de edendo.* videre & inſpicere debuiſſet.

Non juris. † Amplia primò vt procedat etiam in foro animæ, quia ignorantia juris præcipuè divini non excuſat in judicijs conſcientiæ. *c. ſi cupis 16. q. 1.* Qua de re ampliſſimè in ſua ſum- 7.

ſua ſumma differit: & diſtinguit Silueſter Prieretanus, quem vide *in verbo ignorantia n. 7. verſ. ſeptimo quæritur.* Et rectè in oratione exhortatoria ad baptiſmum dixit Baſilius: Dei ignorantiam, animæ mortem eſſe. Amplia ſecundò, quòd non ſolùm nō excuſat iuris ignorantia, verùm etiàm præſumitur eſſe in dolo qui ius ignorat, non quidem ſimpliciter, quià regulariter non præſumitur quis in dolo licet errauerit in iure, *l. ſed etſi lege §. ſcire autem ff. de petit. hæred. l. ſi quis in graui ff. ad Syll.* ſed quando ius reſiſtit actui, *ca. qui contra iuſ. eod. l. quemadmodum C. de agric. & cenſ.* cùm quis ignorat ius naturale, vel quaſi, [*Gail. 2. obſ.* 110. *nu.* 8. *&* 1. P. P. 7. *nu.* 13 *& de pign. obſ.* 11. *n.* 7. *& obſ.* 173. *verſ qui igitur. & obſ.* 18. *num* 4. *verſ. Ratio. confer. Peck. ſ. ad c. dolo, num.* 1. *& ad c. qui contra iura*] vel quando erraret in iure ciuili notorio & indubitato, [*Gail* 2. *obſeruat*, 48. *num.* 16. *&* 22. *&* 1. P. P. 1. *num.* 11.] *Ang. Raphael. Imol. ad l. ex conſenſu §. final ff. de appellat.* quòd latiùs explicat Alciatus. *reg.* 3. *præſum. cap.* 30. Amplia tertiò, quod procedit etiam in forenſi, qui ſi longam moram traxerit in regno, non excuſatur ignorantia conſtitutionis regni, *Alex. conſ.* 86. *lib* 4. ſecus ſi ibi moram longam non traxit. [*Gail. d. obſeruat.* 48. *num* 38. 29. *D. Peck.* 4. *de teſt. con.* 30.] *Mattheus de Afflictis ad conſti. homines col.* 3. *Andreas de Iſernia ad caput primum. quæ ſunt regalia.* Exterus tamen cum intrat regnum, verè ligatur edictis & legibus regni, & ſi de illis non inquirit, poteſt videri in craſſa & ſupina negligentia verſari. *Afflictis d. loco cap. vlt, de conſlit lib.* 6.

8. *Ratio dubitandi eſt.* † Primò ex eo, quòd officium & natura legis eſt, vt ijs ſe applicet, non quæ raro ſed quæ communiter accidere ſolent. *l. nam ad eā ff de legibus.* Atque à communiter accidentibus videmus, quod maxima pars hominum iura ignorat, imò etiam periti falluntur. *l.* 2. *§ ſeruus autem ff. de orig iur gl. in cap. præterea* 23 *diſt.* & per conſequens lex excuſare debet iura ignorantes. Secundò ex eo, quod Iulius Paulus reſpondit. *l. qui commeatus in fin. ff. de re milit.* Tironi militi contra iura, thoracem ſeu arma alienanti, & ius illud ignoranti, crimen remitti. Quod quidem mirum videri poteſt, quia licet milites iuris communis ignoratione excuſentur, quod magis arma quàm leges intelligere cenſentur, [*Gail.* 2. *obſ.* 118. *n.* 7.] *l. fi. C. de iure liberandi.* militare tamen ius in quo verſantur, ignorare non debent. Tertiò ex eo, quod qui ignorat reſtitutionem, quæ proculdubiò iuris eſt, ſibi competere poteſt & ipſe & eius hæres etiam poſt centum annos eam poſtulare, iuris ignorantia eiuſmodi non obſtante, *Bald. in l. falſam C ſi ex falſa cauſa. Hypol. l. qui falſam num.* 91. *ff. de falſis.* Quartò ex eo, quod alibi reſpondit Scæuola, *l. fi. ff. de decretis ab ord. faciend.* iuris municipalis ignorationem eſſe iuſtam, & non niſi ſcientes eo obligari. Quintò ex eo, quod ſententijs & ſtatutis quorumcunque ordinariorum ignorantes non obligantur. *ca.* 2 *ſu. de con. hoc l* 6. Sextò ex eo, quod qui in iure errat, non ſolùm excuſatur, verùm etiam fructus rei alienæ ſuos facit. *l. ſed etſi lege § ſcire ff. de pet. hær.* Septimò ex eo, quod qui iuris imprudentia lapſus, exiſtimanſq; id licere ſibi, rem ſuam propriam per vim abſtulit à poſſeſſore, actione vi bonorum raptorū conueniri non poteſt, *l.* 2 *ff. vi bon. rapt.* & qui per imperitiam iuris album prætoris corrupit, aut tabulas patrifa. occiſi aperuerit, in pœnam edicti non cadit, *l. ſi quis ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis in graui §. ſi quis ignorans ff. ad Syll.* nō multò aliter, quàm mulier excuſatur, quæ inceſtum admiſit, ſi ex eo crimine in ceſtum ſecundùm leges contrahi ignorauit. *l. ſi adulter. ff. de adulter.* Octauò ex eo, quod reſpondit Papinianus. *l quæ fidei commiſſum ff. de legat.* 2. eum qui per ignorantiam iuris patitur alium re ſua vti, ſibi non præiudicare, & generaliter, iuris ignorantiam ſuum petentibus non nocere. *l. iuris ff. de iuris & facti ignor.* Nonò ex eo, quod Calliſtratus expreſſis verbis, ruſticos, pauperes, & fœminas, ab ignorantia iuris excuſat, *l.* 2. *in fin. de iure fiſci,* in quorum numero etiam ſunt minores. *l. quamuis C. de iuris & fact. ignor.* Decimò ex eo, quod (vt Vlpianus voluit) venia dignus eſt, qui iuris ignoratione lapſus, perperā quid confeſſus eſt, *l de ætate §. vit. & penult ff. de interrog. act.* Vndecimò ex eo, quod Iuſtinianus opprobriū eſſe ait, ſi clerici ſe velint oſtendere peritos eſſe forenſium diſputationum. *l. repetita C. de epiſc & cler.* Poſtremò ex eo. quòd vxor credens donationem à marito factam valere, donatum vſucapit. *l ſi vir ff. pro donato.*

Ratio verò decidendi eſt † quod vt Marcellus 9.
ait. *l.* 2. *ff. de iuris & fact. ignor.* ius finitum eſt, & eſſe poteſt, quaſi dicat, quod iuris ciuilis theoremata & præcepta, diffinitis quibuſdam finibus circumſcribi, eademque in ſua principia & cauſas reſolui facilè poſſunt, cùm nihil ſit in iure noſtro, quod ad præcepta vniuerſalia redigi, & ratione aliqua conſtringi non poſſit, quæ præcepta, ſpecies, & genera finita ſunt, & certa, & quia finita, ideò facillimè cognoſcuntur. Vnde qui ea non cognoſcit, & iuris ignorantiā protendit, propriam culpam, ac turpitudinem allegat, *Bald in l. cum quis C. de iuris & facti ignor. Hypol. ad l. qui ignorans n.* 31 *ff. de ſicariis* & ob id meritò non eſt audiendus. [*conf. Gail.* 1. P. P. 1. *n.* 11. *&* 12. *& de Arreſt. c.* 13. *ſub. n.* 15. *& d. obſ.* 48. *ſub n.* 16.] † Nam quod iuriſ-
cōſululti de negotijs particularibus reſpondent, 10.
& præceptionibus ſuis particularia facta ſeu caſus admiſcent, id non alia de cauſa fieri exiſtimandū eſt, quàm quod exemplis legē ipſam generalem illuſtrare conantur, ars verò ipſa comprehenſa eſt vniuerſalium præceptionum. Nec verò refert, quod longi ſunt iuris libri, tam vaſtum ſcriptorum pelagus, tam perplexa ſenten-

tiarum confuſio. Nam ſcientia ipſa natura ſua breuis eſt,& homini ingenioſo ac diligentia prædito facilis,nec hominum aut librorum magnitudine, ſed præceptorum munere, diſciplinæ æſtimandæ ſunt. Non obſtat autem primum argumentum,quia leges quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt earum præſcripto cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. *l. leges 2.de legibus.* Et ideò etſi multi ſint qui iura ignorant, tamen omnes ſcire debent, vel per ſe,vel per alium, & meritò, cùm teneantur ſcire,lex præſumit quod quiſque ſcit, quòd ſcire debet,[*Gail.*1.*P. P.*1. *n.* 12. *& de Arreſt. c.* 13.*ſub n.* 15.] & quemodmodum qui ignorat ea,quæ ſciri nequeunt, culpa vacat, ita quem latent ea,quæ cognitu facilia ſunt, is certè veniam non meretur. Nam ſicut Thimiamata quantò magis digitis atteruntur, tantò maiorem natura ſua fragantiam reddunt: ita & in iure vſu venit,quantò quis conatur illi eſſe familiarior, tantò magis paulatim ſentit latentem in eo theſaurum. Sed hic rurſum accidit quod quibuſdam animalibus, quæ cùm ſenſibiles theſauros effodere conantur, non in ſuperficie ſolùm fodiunt,ſed penitiores terræ ſinus ſcrutantur;ita & nos ad ima legum deſcendere oportet,ſi vim earum, ſæpè etiam in exiguis tantùm verbis latentẽ, cognoſcere velimus. Cùm ergo introduxit præſumptionem iſtam, quòd omnes ſciant leges, quia ſcire debent,& ſic in odium ipſorum, ne eis ſuccurratur qui eas neſciunt: ſequitur, quod præſumptio hæc nulli alij,ſed ipſis ſolis nocere debet. *Alciat. reg.*3.*præſum.c.*31 Secunda etiam dubitatio non mouet. Antiquum enim prouerbium eſt: *Venia primum experienti*, *Eraſmus in Adagiis ſub capite, Iterati erroris.* quia agnoſcendum eſt his,qui rudes in nouo aliquo negotio exiſtunt,ſi quid per imperitiam peccarunt, *l. qui cum vno §.vlt ff. de re milit.* cùm nec militaria iura, in quibus primùm verſari incipiunt, ſatis rectè intelligant noui tyrones. *Tiraqu. de pœnis cauſa* 10. Sed nec tertia quoque obiectio nos conturbat. Quia quamuis reſtitutio ſit iuris,id tamen, quod dicitur: eam etiam poſt centum annos concedi ignoranti,non hoc ad iuris ignorationem,ſed ad probabilem dumtaxat facti & læſionis ignorantiam, refert Socynus. *Marianus Socynus Nepos conſil.*86.*n.*106.*l.*1. Quartò non obſtat, quod ſtatuta & ius municipale non ligant ignorantes. Nam id variè intelligi poteſt. Nouello enim ciui,aut ſcholari extraneo, vel forenſi,qui quid aduerſus ſtatuta ignorans fecit,vt parcatur æquum eſt.[*conſ.Gail.d.obſ.* 48. *n.*28.29.] *Roman.conſ.*491.*Curtius ſenior. conſ.* 27.*Curt.iunior conſ.*19. preterquã ſi vel ſciuiſſe ea probetur, *Bald.in d.leges*, vel aſſiduè ibi cõuerſatus fuerit, *cap.poſtquam de elect. Iaſon in l.*1.*n.*32.*C.de ſummo Trinitate* vel niſi ius municipale in vicinis omnibus locis commune ſit & notorium. *Fely.conſ.*17.*n.*6.*& cap.*1. *num* 4.*de re iud. Alber.in d.l.fin.* Eoque etiam pertinet quintæ dubitationis diſſolutio: quia ſubditi ſtatuta Epiſcopi ignorantes excuſantur quidem, ſed non aliter, quàm ſi probabilem ignorationem habent. *Anchor.& Dominicus in d.c.*2.*de conſtitut.* Sextò,quod is qui iuris ignorantia lapſus eſt, fructus ſuos facit; mirum non eſt,quia ad lucrandum fructus,& præcipuè quidem per reum ſufficit bona fides. *Fulg.in d.§. ſcire in fi. & §. præc.* Atqui ius ignorat,& propterea in culpa eſt,non idcirco in dolo eſſe cenſetur, ſed potius bonam fidem habere exiſtimatur. *Alciat. reg.*3. *præſump.c.*30. ſi modò ius illud extraordinariũ intricatum aut nouũ ſit. Quid enim antiquitas peccauit (inquit Iuſtinianus. *l. iubemus in fin. C.de teſta.*) quæ huius legis inſcia priſtinam ſecuta eſt obſeruationem? Igitur dolo carere non præſumitur, qui ius ignorat,quod enixè, apertè,& dilucidè,atque ex diametro actui reſiſtit, *c.qui contra ſup eod.* aut ſi iuris naturæ vel ciuilis quod indubitatũ & notorium eſt, ignorantiam allegare velit. *latè Alciat.d.c.*30. Imperitia autem quæ ex imperfectione hominis ſubinde prouenit,& peritis etiam plærumque accidit,extra reatũ culpæ exiſtit, quia homo quaſi aquam errorem bibit, *l. illicitas § ſicuti ff. de offic.præſidis. Iob.c.*15. E contrario, hi qui nimia ſua fiducia artes aſſerunt ipſis parum competas, vt ſolent facere plęrique ardeliones & circumforanei, certè ſi ſimplici & improuido animo,non maligno fine,verſentur negligenter,in culpam ignauiæ: ſin cupiditas quæſtus & intentio non probata eos inuaſerit, in culpam verſutiæ incidunt, quod pulchrè & accommodatè explicat Zaſius, *l.*1.*ſingul.reſp.c.ſecundo n.*14. *cum multis ſequent.* Vnum etiam demonſtrans, quis ex iuris ignorantia in culpam latam incidat, & præcipuè quidem ille, qui iudicialia tractat,& ignorationem eius in quo verſatur allegat. In ſeptima quoque obiectione nulla omnino vis eſt, quia quamuis in propoſita facti ſpecie, vi bonorũ raptorum actio, quæ dolum requirit,ei qui offenſus eſt, non tribuatur: alijs tamen modis latè ab ipſo Iuſtiniano expreſſis,raptor ille punietur. *§.quia inſt.de vi bono rapt.* Sic & is quoque qui occiſi tabulas aperuit,& albũ prætoris corrupit, pæna edicti non tenetur, quia dolus requiritur. Octaua etiam dubitatio nihil euincit. Lex enim ijs qui ex ignorantia iuris lucrum captare volunt, non ſubuenit, propterea quod indignum eſt, propriam turpitudinem allegantes lucrum conſequi,ſed ijs qui de damno vitando certant,ideo ſuccurrit, ne aduerſarij eorum, contra ius naturæ,quod lege ciuili tolli non poteſt, *§ fin.inſt. de iure natur.* cum eorum iactura lucrũ faciant, iniuſteque poſſideant id quod conſtat eſſe alienum. Non obſtat quoque nona obiectio: quia propter ſimplicitatem,quę in ruſticis eſt,vel certè olim eſſe ſolebat,& adhuc eſſe deberet, item

propter

propter debilitatem ſexus muliebris qui circa res domeſticas, familiares, & culinarias potiſſimum occupatur, & propter indigentiam pauperum, qui non legibus, ſed eleemoſinis intendunt, lex allegationem ignorantiæ iuris admittit, præterquam ſi ea ſit ignorantia iuris naturæ, *l. 2. C. de in ius vocando.* iuriſgentium, *Bal. in l ſi quis in 7. q. C. vnde vi* iuris notorij, *Angel. in l. ex conſenſu §. vlt. ff. de appel.* aut eius quod eſt ante honeſtatem, *L. 1. C. de interd. mat.* vel ſi quid clam factum ſit, quia in his quæ fiunt clã præſumitur dolus. *l. vlt. ff. de ritu nupt.* Tum etiam ſi contraria teſtimonia eiuſmodi dicant, non pro excuſatione allegari poteſt ſimplicitas, vbi manifeſta reperitur contrarietas. Sed quoniam in hoc articulo contraria aſſerunt Bald. *in l. ſcriptur. C. de fide inſtru.* & Iaſon. *in l. ſi quid ff. de iuriſd. om. iu.* maximè quando aliter non conſtet quod ex propoſito & malitioſè falſum dixerunt, æqui boniq́ue iudicis arbitrium erit, vt cuiuſmodi hæc ſit ruſticitias & qualis quanta ſit iuſta contrarietas, diligenter inueſtigare. Non enim nequitiæ, calliditati, & ſagacitati ruſticorum, ſed his qui verè & opere & conuerſatione ruſtici, atque ſimpliciores ſunt, lex ſuccurrit. *Bal. in l. 2. q. 4. C. de reſ. ven.* Quamuis enim vt plurimum vera ſit in his ſimplicitas, quod lepido & eleganti exemplo oſtendit Gellius. *lib. 9. c. 12.* Fit tamen vt hunc ipſum ruſticum, quem nec ſapientem iudicas, nec prudentem, nec cautum appellas, ſi fuerit in bonis ſuis periclitatus, cerneres longè rei ſuæ intentum, & apprimè diligentẽ, *pulchrè Chryſoſt. in ſerm. Ne ſcandalum cuique ponamus.* ſæpè etiam violentum & malignum. *Baſilius Magnus epiſto. 173.* Adde quod in his, quæ ad iuris rigorem conſeruandum inducta ſunt, ſolemnitatemq́ue continent, vel in damnum alterius vergunt, neque ruſticitati, neque ſexui parcunt leges, præcipuè ſi prudentiores conſulere potuerunt. [*D. Peck. 1. de teſt. con. 34. n. 2. & ſeq.*] *in bonorum ff. de bonor. poſſ.* Vnde & eleganter Romanus, *in l. iuris ignorantia C. qui admitti.* veteres ſecutus ait, ruſticos & fœminas non aliter ad ciuitatem pro conſilio ire oportere, quàm eunt ad ſyluas pro lignis ferendis. qua de re multa quoque cum Alciato, *in l. venia n. 26. C. de in ius vocando.* tradidit Tiraquellus. *in tracta. de temp. pœnis, cauſa 11. & de retrac. conuen. §. 4. gl. 17. num. 13. cum multis ſeq.* In minoribus etiam & pueris, eadem eſt ratio cur impunè ignorent, *Alciatus. reg. 1. præſumpt. c. 42.* quia id quod audiunt vix retinere poſſunt. Nam ſicut non imprimitur in aqua fluenti ſignum annuli, ita neque res cognitæ in memoria, cerebro vehementer agitato, quale eſt in huiuſmodi perſonis, propter continua corpuſculi incrementa, *Ludouicus Viues in lib. de anima 2. cap. 3.* Unde etiam tolerabiliorem eſſe iuris ignorantiam in his quàm in mulieribus reſpondit Iuſtinianus. *d. l. quamuis* Quod decimo loco obiicitur facilè etiam refutari poteſt, ſi reſponſum Vlpiani ex aduerſo allegatum, de errore facti intelligamus, iure aduerſarij minimè læſo, & quod hæres ſua confeſſione diſpoſitionem iuris mutare non poteſt, aut certè quod re adhuc integra exiſtente confeſſio eiuſmodi erronea reuocata nulli adhuc præiudicium fecit, quod pluribus explicat Zaſius quem vide *in l. non fatetur num. 12. ff. de confeſſ.* Vndecima quoq; dubitatio non mouet. Neque enim Iuſtinianus vult iuris eſſe imperitos eos qui ſacris cooperantur, ſed aduocatos & forenſium rerum actionibus occupatos eſſe eos, cum in ſortem domini vocati, & Eccleſiæ quodammodo aſſcripti ſunt, turpe eſſe exiſtimat. *ad l. 4. ff. de iuris & facti ignor.* Poſtremã dubitationem vtpotè eleganter per Accurſium reſolutam, tranſimus, eumq́ue ſequimur.

REGVLA XIV.

Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

1. *Succeſſio quotuplex ſit.*
2. *Succeſſor an cogatur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem.*
3. *Regula an extendatur ad omnem hæredem.*
4. *Hæredi quædam conceduntur, non etiam autori eius.*
5. *Præſumptio legis habetur pro veritate, alio non probato.*
6. *Ampliationes huius regulæ.*
7. *Ratio dub itandi.*
8. *Ratio decidendi.*

TAmetſi facti proprij nulla ſit probabilis ignorantia quod proximè diximus, præterquam ſi factum illud obligatorium & promiſſionem propriam non continens *Baldus in l. vnica col. 4. de confeſſ.* ſit antiquum, [*D. Peck. ſuprà ad reg. pro n. 3.*] cuius obliuio facilius præſumi poſſit. *l. peregrè ff. de acq. poſſ.* ſi tractatur de damno vitãdo, [*Gail. 2. ob. 48. n. 20.*] *l. ſi poſt C. de iuris & facti ignor.* ſi ſit factum multum intricatum, *Gail. d. ob. 48. n. 20. D. Peck. ſuper ad reg. prox. n. 3.*] *l. emptor §. Lucius ff. de pact.* ſi per alios, licet noſtro nomine geſtũ ſit, *gl. in l. ſi res ff. de leg. 1.* ſi quis multis negotiis intricatus ſit, *Bartol. in l. 2. §. quod obſeruari C. de iurã. calumnia.* ſi deniq; non magna diligentia fuerit adhibita. *l. 3. §. quod Nerua ff. de acq. poſſeſſ.* qua de re latius agunt Zaſius, *in l. non fatetur ff. de confeſſ.* & Socynus: *Reg. 175.* Ignorantia tamen facti alieni excuſat, & ideò qui in ius alterius ſucceſſit, iuſtã habet ignorantiæ cauſam, & per omnia bonę fidei eſſe exiſtimatur, *Matthæus de afflictis deciſ. Neap. 140.* adeò vt nec ob morã vel ad impẽſas condem-

condemnari, nec doli inſimulari poſſit.

1 *In ius ſuccedit.* † Succeſſionem in ius alterius duplicem eſſe aſſerit Baldus. *in l.2.in 4. oppoſit. de liber. præterit.* Aut enim ſuccedimus (inquit) per priuationem, aut per tranſmiſſionem. Per priuationem quidem is ſuccedit in ius alterius, qui ſine facto aliquo anteceſſoris locum eius occupat, ita vt ius ſuum non ab eo ſed aliunde habet. Quomodo ſuccedit ille cuius anteceſſor vel ob delicta ſua, *ca. querelam de iureiur.* vel ob defectum qualitatis, *l.iudicium ſoluitur ff. de iudiciis.* iure ſuo exutus eſt. Sed ſi quis exactius omnia perpendat, forte inueniet huiuſmodi hominem, non tam ius alterius ſuccedere, quàm in locum alterius ſubſtitui, cum talis ſucceſſor nihil iuris habeat à ſuo prædeceſſore, & propterea Rebuff. triplicem eſſe ſucceſſorem ait, *in tractatu de concor. inter Pontific. & regem Galliæ rubr. de mandatis apoſtolicis §. declarantis verſicu. notandum eſt.* Primò rei, iuris & cauſæ. *l. tam ex contractibus ff. de iudiciis.* Secundò rei, cauſæ & iuris. *cap. ſi hi vt lite pend. lib. 6.* Tertiò rei tantùm non iuris nec cauſæ, vt in beneficiis non litigioſis, in quibus ſucceſſor ſimpliciter prædeceſſori ſuccedit, *cap. anteceſſor 1 1. quæſt. 3.* & quoniam ius ſuum à prædeceſſore non habet, ideo non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem niſi ſit facta pro Eccleſiæ vtilitate vel neceſſitate, *c.*
2 *fin. ne prælat. vices ſuas.*] neque tenetur ſoluere debita prædeceſſoris quæ non ſic contracta fuerunt, *c. 1. de ſolut.* neque etiam ad reſtitutionem fructuum, quos prædeceſſor percepit obligatus eſt, *Rebuffus dicto loco in verbo ſucceſſor.* quia ſecundum nihil iuris ab eo tenet. *Rebuffus. d. loco in verbo ſucceſſor.* Vnde etiam fit, quod conſanguinei & hæredes non etiam ſucceſſor beneficiati ad expenſas funeris tenentur, *Decius conſil. 157. Panormit. in c. præſentium de pigno.* quia ſucceſſor in beneficio cauſam habet non à defuncto, ſed à collatore, & ideo quando in ius eius ſuccedit, veluti cum ſe ſurrogari petit in locum reſignantis beneficium, idque poſt recredentiæ ſententiam latam contra reſignantem, non ſurrogabitur niſi ſolutis expenſis & fructib. quos reſignans reſtituere debuiſſet. *Rebuff. d. loco.* Per tranſmiſſionem autem ſuccedit quis, vel vniuerſaliter vel particulariter. Vniuerſaliter ſuccedit hæres, in quem vniuerſum ius ſuum tranſmittit defunctus, *l. nihil ff. de verb. ſignif.* etiamſi particulariter bona mobilia vel immobilia conſequi nequeat. *l. hæreditas ff. de petitione hæredita.* Particulariter verò ſuccedunt emptor, donatarius, legatarius & ſimilis. Sed hæc differentia eſt inter illos, quod propriè hæres eſt ſucceſſor iuris vel ex tabulis vel expreſſa voluntate defuncti vel iure ſanguinis vel beneficio legis ab inteſtato. *l. 1. C. vnde vir.* Nonnunquam etiam contra defuncti voluntatem, vt cùm fiſcus ſuccedit in bono delinquentis. Donatarius verò, emptor & legatarius, non ſunt propriè ſucceſſores iuris, ſed rei duntaxat. Nam quamuis legatarius ius in re legata acquirat, propter quod à nonnullis particularis iuris ſucceſſor dicitur, *in l. in tempus ff. de vſucap.* tamen cum id ſemper quod principaliter agitur; non quod in conſequentiam venit intueamur, *l. 1. ff. de author. tut.* hæreditas verò ius ſit; legatum corpus, etsi ſub hæreditate corpora contineantur, & rei legatæ dominium & ius cohæreat: *Gloſ. in §. namque ad verb. vendicat. inſtit. de act.* non tamen ideo hæreditatem corporis vel legatum iuris eſſe dicemus. *l. 3. §. 1. ff. de bonor. poſſ.* Haud ergo rectè legatarius in ius ſuccedere dicitur, *Vigilius ad §. legatarius nu. 4. inſtit. de teſtam.* Quæ ratio fuit quod cum propriè ſucceſſores iuris dicantur hæredes, plærique fuerunt in ea opinione, vt exiſtimarent hanc præſentem regulam, de particulari ſeu ſingulari ſucceſſore intelligi non poſſe, quia vbi lex ſimpliciter ſucceſſoris mentionem facit, vt hic, intelligitur, non de particulari, ſed de vniuerſali ſucceſſore loqui, *l. quædam & ibi Caſtr. ff. de edendo. Bart. in l. pater §. mater ff d. l.* quod ego eruditiores ſequutus interpretes, erroneum exiſtimo. Nam cum cauſæ qualitas permittit vt ad vtrumque ſucceſſorem ſe extendat legis diſpoſitio, quod hîc fieri ſtatim dicemus, appellatione ſucceſſoris omnis ſucceſſor intelligitur. *Zoſius ad l. ſtipulatio §. ſicut ff. de verb. oblig. & in l. Pomponius §. quæſitum n. 8. ff. de acq. poſſeſſ.* Et cur id non dicamus, cùm etiam fideiuſſores licet ſucceſſorum aut hæredum iure non cenſeantur, ignorantiam tamen ex facto alterius allegare poſſunt. *l. qui in alterius §. 1. ff. eod.*

† Cæterùm maior poteſt videri dubitatio, 3
an hæc regula ad omnem hæredem & in ius alterius ſuccedentem ſe extendat, propterea quod ſucceſſionis verbum propriè pertinet ad cauſam inteſtati, *Socyn. conſ. 30. lib. 1.* & aliàs vbi ſui hæredes qui ab inteſtato ſuccedunt, præſumuntur habere ignorantiã, cum ſint ipſo iure hæredes, & forte in remotiſſimis orbis terrarum regionibus abſint, ibi extranei hæredes qui ex teſtamento ſuccedunt, non habere ignorantiam præſumuntur. *l. non eſt ferendus ff. de tranſact. Bart. & Iaſ. in l qui Romæ §. duo fratres ff. de verbo oblig.* Sed tamen hæc non ſunt tam magni momenti, vt propterea exiſtimare poſſimus, generalitati huius regulæ vinculum iniectum eſſe, & ad ſolum ſucceſſorem ab inteſtato pertinere, quod paulò inferius latius dicemus: & non ignoramus quod verbum ſuccedendi, & ſucceſſoris latiſſimè pateat, & comprehendat omnem ſuccedendi rationem, niſi materia odioſa ſit, quàm reſtringere conuenit. *l. fluminum §. adiicitur ff. de damno infecto. Tiraq. de retractu §. 12. n. 3. & in lib. Le mort. parte 2. de clara. 6. & 7.* Porrò autem, quod regula in vtroque ſucceſſore obtinet, paucis aperiemus. Quia igitur vniuerſalis ſucceſſor iuſtam habet ignorantiæ cauſam, fit quòd hæres emphyteutæ aut vaſalli fundum alienans, iure ſuo non excidat, & inue-

& inueſtituram rei feudalis, quam tanquam allodialem poſſeſſam videt, non petens excuſatur. *Alciat.conſil.*108.*num.*6.*Socyn.Nepos conſil.* 115.*n.*15.*lib.*2.*& conſ.*76.*n.*29.*lib.*1. [*Pulchrè D.Gail.*2.*ob.*48.*n*,11.*Mynſ.*5.*ob.*9.*n.*8.]

4. † Et licet defuncto non debuerit aſſignari terminus deliberandi ſi vixiſſet: aſſignabitur tamen hæredi, qui factum defuncti ignorare potuit. *Bal. in l. orationi ff. de feriis.* Sic vbi defunctus citari non debuit, citabitur hæres. [*conf.D.Gail.*1.*obſ.*110.*n.*6.*& obſ.*113.*ſub n.*17. *verſ.vbi probatur.*]*Felyn.in ca.licet de accuſat.* Sic ſi inſtrumentum habet executionem paratam contra principalem etiam non citatum, hæres tamen erit citandus, ſaltem vt diſcutiatur qualitas, nunquid ſit hæres. *Bald.in l.per diuerſas in* 10.*quæſt.C.mand Alciat.ad l.*2.§.*ex his num.*10. *ff. de verb. oblig.* Sic ſi defunctus rationem confeciſſe dicitur, & hæres ad earum exhibitionem compulſus negat ſe eas habere, & confectas eſſe, probare id aduerſarius ob præſumptam hæredis ignorantiam tenetur, *Card. conſ.* 119. Sic ſi donatari us donatari alimenta conuenta non præſtat, donatio reuocatur, poteſtque is qui dedit, rem donatam reuocare & vendicare, ſed in hærede donatorij hoc locum non habet. *Ludouicus Goſad.conſ.*56. Sic ſi filia quæ hæreditatem adire debuit, intra vigeſimumquintum annum non adiit, & hæredes eius reliquum tempus quinque annorum elabi ſinant ignoranter, ex capite iuſtæ ignorantiæ reſtituuntur. *idem Goſad. d.conſ n.*10.*Alex.conſ.* 271.*l.*1.*Caſt.conſ.*465.*l.*2.*Corneus conſ.*67.*l.*2. Sic denique iuſta hæredis ignorantia alienationem rei per fidei commiſſum relictæ confirmat,*l.fin.*§.*fi.ff.de legat.*2.*Curtius con.*88.*n.*5. At ſucceſſorem vero particularem quod attinet, idem eſt. nam conſuetudo prædeceſſorum iudicium incarcerari faciendo homines in caſu illicito, excuſat ſucceſſorem iudicem idem facientem. *Gl. & Ancho. in c. cum venerabilis de conſuet. Felyn.conſil.*34.*n.*18. Et ſi quis ex facto alterius eſt debitor ſimplex, denonciatio non ſufficit ad conſtituendum in mora, niſi inſtrumentum debiti oſtenſum fuerit, ne aliàs non plenè informatio nimium præiudicetur, *Bartolus ad l.quod te ff.ſi cert.pet.* & qui poſſeſſionem prædeceſſoris, quæ oppugnari poterat, continuat, cenſetur eſſe bonæ fidei: quia factum prædeceſſoris potuit ignorare. *Card. conſ.* 62. *n.*5.

5. *Cenſetur habere.* † Hæc eſt igitur legis præſumptio, quæ alio non adducto pro veritate habetur, quam iudex in iudicando ſequi debet, reuelatque ſucceſſorem ab onere probandi, quia lex parificat iſtos caſus, quod quis probet, vel quod habet præſumptionem iuris pro ſe. [*conf.D.Peck.infrà ad reg.*24.*n.*8 *Gail.*2.*obſ.* 97.*n.*6.*v.huiuſmodi*] *l.licet Imperator ff.de leg.*1.

6. † Amplia primò, quòd ſucceſſor non ſolum cenſetur ignorare ea, quæ contraxit & adminiſtrauit defunctus, verumetiam in dubio cenſetur ignoraſſe contenta in inſtrumento defuncti, niſi ex aduerſo ſcientiâ probetur. *l. non eſt ff de tranſact.l.verius ff.de prob.Zaſ.ad l.qui Romæ* §. *duo fratres num.* 32. *& ibi alij Dd.ff.de verbo. oblig.* præterquam ſi vidiſſet & cognouiſſet teſtamentum, ſiue euentu ſiue data opera, [*conſ. Gail.* 2.*ob.*139.*num.*7.*& ſeqq.*]*Bart.ibi in fi.* Secundò ſi legata antè ſoluiſſet, ſi cum legatariis pactus eſſet, ſi longo tempore tabulas teſtamenti penes ſe habuit, ſi hæres extraneus eſt, & non niſi ex teſtamento ad hæreditatem venire poteſt, *l.ſed etſi ff.de acq.hæred.* vel ſi ſuus hæres ex teſtamento ſe adijſſe, non ab inteſtato veniſſe declarauerit. *l. cum bonis eod. tit. Zaſ d.lo.*

Amplia ſecundò, quod non ſolùm excuſatur ſucceſſor ignorantia facti alieni, verumetiam poteſt compellere prædeceſſorem, vt ipſum informet, librosque & rationes ei exhibeat. *Baldus ad l.* 1.*C.an ſeruus ex ſuo facto & ad l. fin.C. de pactis.* Quomodo etiam dici ſolet, quòd ſucceſſor ex actis coram prædeceſſore geſtis ius dicere cogitur. *cap. de ſyndicatu.* & ideo ſucceſſor illum informare tenetur.

Amplia tertiò hanc regulam, quod præſumitur ſucceſſor ignorare factum prædeceſſoris, tam in ijs quæ ipſi ſucceſſori proſunt, quàm in ijs quæ nocent. Et ideo iuramentum neceſſarium, quod defertur à Iudice parti in ſupplementum probationis, non defertur hæredi, qui veriſimiliter ignorat iura eius cui ſucceſſit. *Bald. ad l. in bonæ fidei col. vlt. C. de iureiurand. in Alexand. conſ.*39.*libr.*5. Neque alteri illud iuramentum defertur, niſi ei qui rem verè & certò nouit. *Gloſ.ad d.l.in bonæ fidei. Lupus allegat.* 86. Et regulare eſt quod de alieno facto hæres vel alius iurare non debet, *l. Marcellus ff. rer.amot.l.videamus, l.ff.de litem iurando.* Ea res tamen longam & altam inſpectionem habet, cùm plærique ſint caſus, in quibus de facto defuncti iurat hæres. [*vid. Gail.*1.*ob.*123. *num.* 8.] Qua de re latiſſimè agit Tiraquellus *de retractu* §.2.*gl.*11.*num.*2.*cum multis ſeq.* quem vide.

Ratio tamen dubitandi varia eſt. † Et primò 7
quidem ex eo, quod ſucceſſor quantumcunque ignorans ſuccedit in vitium defuncti, *l. licet Imperator ff de leg.*1. & hæres ſuccedens in vitium defuncti, eodem modo de fructibus reſtituendis tenetur, ſicut is qui defunctus eſt, *l. cum hæres ff.de diuerſ & temp.præſcrip.* Secundò ex eo, quod vicini, conſanguinei, domeſtici, amici, & familiares, [*vide D.Peck.infrà ad c. præſumitur.*] præſumuntur ſcire facta vicinorum & amicorum. Multo magis idem de hærede dicendum videtur, quia plerumque nemo hæredem inſtituit, niſi talem, qui vel maximè amicus, vel proximè ſanguine coniunctus ſit. Tertiò ex eo, quod pro regula traditur, non debere eſſe ſucceſſorem melioris conditionis, quàm ſit ſuus author. *l.non debet ff.de regul. iuris.* Vnde hæredibus non conceditur quod defuncto conceſſum non fuiſſet, & ideo

& ideo ſicut defunctus ignorantiam prætendere non potuiſſet, ita nec hæres. *Bartol. in. l. 2. §. ex his ff. de verbor. obligat.* Quartò ex eo, quod Vlpianus reſpondit, non debere ex perſona hæredis circa obligationem aliquid noui induci, ne præiudicetur creditori, ideoque legis fictione eadem perſona cenſetur hæredis & defuncti, §. 1. *in authent. de iure iurand. à mor. præſt.* & idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero. Quintò ex eo, quod ſurrogatum omnino ſequitur naturam eius in cuius locum ſurrogatum. [*vide Gail. 2. obſeruat.* 120 *num. 6. & ſeq. & obſeruat.* 148. *num.* 9.] *l. ſi eum iniuriarum ff. ſi quis caut.* Sextò ex eo, quod culpa ſua cuique nocere debet non alteri, *cap. mora. infra eod.* Sed cui ſucceſſit, in culpa eſt, quod non diligenter inquiſiuit de facto defuncti: non etiam creditor qui contentus eſſe potuit ſua obligatione. Septimò quod ſi defunctus promiſit non impedire per ſe vel hæredem ſuum ire, agere per certum fundum ſub pœna, ſi hæres eius ignorans hanc promiſſionem impediat, tenetur ad pœnam, *l. cum filius §. final. ff. de verbor. obligat.* Octauò ex eo, quod ignorantia non excuſat ſi mentitus eſt defunctus, & hæres litem conteſtatus ſuper noxa defuncti, mendacium non reuocat ante litem conteſtatam, *l. electio. §. neque ff. de noxal. act.* & exiſtimant plerique, quod mortuo eo qui iuſtam cauſam litigandi non habebat, eius hæres qui cauſam proſecutus eſt, & ſuccubuit, debuit in expenſas condemnari. *Bald. in l. ſi pater C. ſi pendenti appellat.* Nonò ex eo, quod ſi pecunia traiecticia ad diem ſub pœna promiſſa eſt, committitur pœna aduerſus hæredem, *l. ad diem ff. de ver. obl. l. fi. ff. de nau. fœn.* Decimò ex eo, quod ſi conuentum ſit inter Titium & Seium, vt fundus inemptus ſit, niſi præfixis diebus pecunia ſoluatur, & Titius emptor primo termino ſoluto, ante ſecundum terminum ſolutionis moriatur, filia eius pupilla hoc ignorans, & non ſoluens ſuo die, non excuſatur. *l. Æmi. ff. de minor.* vndecimò ex eo, quod qualitas ſurrogati vel ſucceſſoris, nõ inſpicitur, ſed eius in cuius locum ſurrogatur, & propterea non videtur attendenda ignorantia ſucceſſoris, ſed ſcientia defuncti. Poſtremò ex eo, quod Iuſtinianus Imperator de præſcriptione verba faciens, reſpondet, *l. fin. C. de præſcript. long. temp.* inter ſcientiam vel ignorantiam ſucceſſorum, differentiam conſtitui non debere, quia alias nunquam eſſet litium finis, & ſi ſucceſſor ob culpam defuncti tenetur, multo magis ob ſuam, qui diligens non fuit in facto inquirendo.

8. *Ratio autem decidendi eſt.* † quod in facto alieno tollerabilis eſt ignorantia. *l. ſi. ff. pro ſuo.* Conſtat autem quod ſucceſſor re vera eſt alius à prædeceſſore, & ideò cùm factum eius ſit alienum reſpectu prædeceſſoris, probabiliter illud ignorat. Nam licet plerique teſtamentorum captatores, & hæredipetæ ſenibus omnibus ſeu cadaueribus inhiantes, auaritia & animo ſuccedant ante mortem, ex quo emanauit prouerbium, ſi vultur es, expecta cadauer; & diligenter ea quæ à parentibus geruntur obſeruant: [*conf. D. Gail. de Arre cap.* 1. *n.* 22. *& cap.* 11. *in fin conſentit illud Horat. Sat.* 4. *caperes aſtutus vtriq; Teſtamenta ſenum. vide Caſtu. quot. cont.* 6. *Argentr. in Conſ. Brit. pag. (mihi)* 2007. *conf. etiam D. Peck.* 3. *de teſtam. con.* 9. *n.* 3.] quia tamen facta infinita ſunt, & ſæpè etiam ipſos prudentes latent, iuſta ignoratio intercedere poſſe præſumitur, niſi aliud demonſtretur, quod ſit ignorantiæ excluſiuum. *Aretinus conſ.* 112. Non obſtat primum argumentum, nam quod hæres ignorans malam fidem defuncti, præſcribere non poſſit, ſaltem iure nouo, verum eſt, ſi ſuis temporibus, tempora defuncti mala fide vitiata, iungere velit, ad complendam vſucapionem. Qui enim vtitur iure alterius, cum qualitatibus & cauſis annexis vti debet. *l. Pomponius §. cum quis ff. de acq. poſſ.* & ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet, *l. ex qua perſona ff. eod.* Factum autem anteceſſoris hic vitioſum eſt, & ideò qualecunque eſt, ſuſtinendum eſt, etiam in detrimentum hæredis, vt lucrum inde ex præſcriptione conſtituere non poſſit. Non obſtat etiam ſecundum argumentum, quia cum ea de re agitur, quæ vt plurimum vicinis & amicis nota eſſe ſolet, procedit obiectio, qualis eſt, an quis ſit iuuenis an ſenex, an bonæ vitæ vel malæ, an mortuus, an infirmus, an pro filio habitus, quando natus. *Alciatus ad l. virum num.* 32. *ff. ſi cert. pet.* Nam & his caſibus regulæ noſtræ locum non eſſe crediderim. Tertium quoque argumentum non mouet, qua vbi in genere quæritur an hæres alterius conditionis ſit, quàm ſuus author, nihil aliud poſſumus reſpondere, quàm quod ſpectanda eſt ratio, vt cum ea eadem apparebit in hæredib. obligatio per omnia retineat ſuam naturam. *Duarenus in d. § ex his.* Et ideò cùm hic ſit alia ratio in ſucceſſore qui ignorare poteſt factum alienum, quàm in authore, qui ignorare non poteſt factum proprium: intelligimus nullam vim eſſe argumento. Quò etiam pertinet quarta dubitatio, quia cùm hæres allegat ignorantiam, obligatio principalis non mutatur, ſubſtantia eius eadem manet, res debita non variatur, intentio contrahentium non læditur, *Zaſ. in d. § ex his num.* 15. ſed ipſe hæres ex propria ignorantia à mora & pœna defenditur, & quotieſcumque hæres non vt hæres, ſed ex propria perſona quid allegat, poteſt alia natura eſſe obligationis, *Zaſ. ibi num.* 2. ſicut hic, quamuis hæres vt hæres agat, ſeu litem ſuſtineat, non tamen vt hæres ignorantiam allegat, ſed ſicut quilibet extraneus de facto alieno. Sic & quinta obiectio dilui poteſt, data ratione diuerſitatis, & ſurrogatum ſequitur naturam eius in cuius locum ſurrogatur, quo ad naturam

turam primordialem & præcipuam, ſed non in his, quæ acceſſionis tantummodo vice funguntur. Sed nec ſexta obiectio vim facit: Communius enim exiſtimatum eſt, regulam hanc habere locum, quando hæres aut ſucceſſor conuenitur, non etiam ſi agat. Priore caſu inopinus ad iudicium trahitur, ſed poſteriore caſu ſi experiri vult, & actionem intendere inſtituat, non profuerit ignorantiam allegare, inſtructus ſiquidem eſſe debet, & prouidus, ne cui immeritò negotium faceſſat. *l. quando C. de dilat.* Sed confundi videntur hæc ex eo, quòd hæres etiam vt agat, reſtitutionem in integrum poſtulare poſſit. Vnde exiſtimat Hieronymus Cagnolus, *in l. qui in alterius num.* 14. *ff. eod.* quod communis opinio procedit, ſi quid reperiri poſſit, ob quod minus diligens fuiſſe dici, aut videri poterit in perquirendo facto defuncti, non aliàs. Septimæ obiectionis diſſolutionem antè notauimus. *in cap. ignorantia ſub eod.* Octaua verò dubitatio nulla eſt. Nam ſi penitus ipſa verba legis intueamur, manifeſtè inueniemus de reuocatione mendacij per hæredem facienda nullam fieri mentionem, ſed de ipſo mendace tantùm; qui quo pacto mendacium reuocare poſſit, latius tradit Zaſius, quem vide. *in l. 2. ff. de confeſſis.* Nona etiam obiectio non obſtat, vt nec decima. Quando enim non facto hæredis committitur, ſed ex contractu defuncti, meritò non ſuccurritur etiam minori. Vnde vulgò dici ſolet, quod quando ſtipulatio talis eſt, vt faciendo committatur, rationem habendam eſſe pupillaris ætatis, quæ non intelligit quòd agit. *l. fi. ff. de iur. & fa. igń.* Cùm verò committitur negligendo, atque id quod fieri debuit omittendo, tunc eodem iure vti debet quo defunctus, nec enim per ætatem ſuccurrit lex, niſi ab eo aliquid geſtum ſit. *l. ait prætor ff. de minor.* Et ſi aduerſus hæreditatem iacentem committitur ſtipulatio ex contractu defuncti, *d. l. ad diem*, multò magis contra pupillum, qui nullum aduerſus geſta defuncti ex ſua perſona priuilegium habet. *l. apud Iulian. ff. ex quibus cauſis.* Quod ſi tamen culpa tutoris acceſſerit damnum pupillo, ex facultatibus eius ſarciri poterit, & poſſet eſſe tam magna aliqua & ardua cauſa, vt reſtitutio concederetur. *Coraſius & Duaren. ad d. l. ad diem.* Non obſtat quoque vndecima obiectio. Qualitas enim ſurrogati non attenditur, ſed eius qui anteceſſit, ſi ſurrogatus illius iure vti velit, & nulla exiſtat ratio conſtituendæ diuerſitatis. Poſtremò ſcientiæ & ignorantiæ nulla conſideratio eſt poſt completam longi temporis præſcriptionem, ne nullus ſit litium finis, & ideò ignorantiam allegare tunc non licet, ne hæredi quidem, & in alterius ius ſuccedenti. Sed eò & ad tempus tam longum regula hæc non pertinet.

REGVLA XV.

Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.

1. *Odioſum reſcriptum quod eſt.*
2. *Pater dans claues filiæ, an videatur rem cuius cuſtodiæ claues ſeruiunt, ei donare.*
3. *Ampliationes huius regulæ.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*
6. *Mulier prohibita gemmas gerere, an poſſit gerere gemmas fictitias.*
7. *Exceptiones ad hanc regulam.*
8. *Odioſum an fauorabile ſit quid, vnde cognoſcatur.*
9. *Diſpoſitio an poſſit eſſe partim fauorabilis.*
10. *Studioſi an gaudeant priuilegiis ciuium.*
11. *Ratio dubitandi in ſecunda parte.*
12. *Ratio decidendi.*

ODia, hoc eſt conſtitutiones & leges pœnales, edicta, reſcripta acerba & odioſa. † Odioſum verò reſcriptum eſt, quod in odium aliquorum vel alicuius datur, vel pœnam aut odium continet. *Rebuffus ad conſtit. reg. part. 3. de reſcript. in præfat.* Tùm verò quicquid recedit à iure communi odioſum eſt. [*D. Peck. 4. de teſt. con. 5. n. 5. & ca 28. ſub. n. 5.*] *c. cum dilectus de conſuetud. l. cum quidã ff. de lib. & poſth.* Odioſa igitur ſunt ſtatuta aduerſus ius commune, *Panor. in cap. quia de priuile.* & ſtrictè interpretanda. [*conf. Gail. 2. obſ. 33. per tot. & ob. 124. n. 7. & ob. 140. ſub n. 10. & ob. 151. n. 3. verſ. legumq́; & de Arreſt. c. 11. n. 1. D. Peck. de Iur. ſiſt. c. 2. n. 7.*] *l. quod vero ff. de legibus.* Nam cùm leges communes ſumma animi alacritate, publicæ tranquillitatis fauore conditæ fuerint, non poteſt non videri receſſus ab iiſdem eſſe odioſus. *Aymo conſil. 170. n. 3. Bald. in l. non poſſunt ff. de legibus.* Quicquid etiam contra iuſtitiam æquitatis conſtituitur, odioſum eſt. Quapropter ſtatutum diſponens quod extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, licet ſit inductum bono publico ad familias conſeruandas per maſculos, quia tamen eſt contra iuſtitiam æquitatis, *l. maximum vitium C. de lib. præter.* odioſum cenſetur & ſtrictè interpretandum eſt. *Corneus conſ. 97. num. 4. lib. 3.* [*Gail. d. ob. 33. n. 10. & ob. 124. n. 15, verſ. aliud. & ob. 140. n. 13. & ob. 148. n. 6. Peck. 4. de teſt. con. 22. n. 1.*] Sic & omnis diſpoſitio qua libera facultas teſtandi tollitur, [*conf. D. Peck. 3. de teſt. con. 1. per tot. & 4. de teſt. 5. n. 5. & cap. 11. n. 5.*] *Aymo conſil. 25. nu. 4.* vel per quam inæqualitas inter liberos conſtituitur, odioſa eſt, *l. illud C. de collat.* & licet in prohibendo ſeu conſtituendo verſetur fauor publicus ne delictum fiat, tamen vbicumque adiicitur pœna, diſpoſitio dicitur odioſa, & ad hanc regulam per-

pertinet. *Bald.in l.venia C.de in ius vocan.* [*Gail. 2.ob.138.n.9.vide D.Peck.1.de teſt.5.n.7.8.& de amor.c.18.num.2.verſ.at.*]

Reſtring. Hinc eſt quod ſubſtitutio fratrum inter ſe, non extendit ſe ad nepotes & filios fratrũ. *Caſt. conſ 338. Rubeus conſ.2. Alciat.conſ. 545. Bald. conſil. 307. libr.9.* & prohibitio alienationis extra familiam, non extendit ſe vltra quartam generationem. *§.nos autem in auth. de reſti. fideicom.* Sic ſi lex vetat mulierem ſine conſenſu mariti teſtari, quæ pleriſque odioſa cenſetur, [*D. Peck. 3. de teſt. 1.n.2.& ſeq.*] crebrius exiſtimant noſtri, in marito putatiuo, hoc eſt, non vero, locum non habere. *Tiraqu. de legibus connubialib.ca.penult.q.vlt.* † Sic ſi pater filiæ ſuæ rei alicuius claues moriens dedit, non cenſetur hoc feciſſe animo donandi rem eidem, ne inæqualitatem inter liberos conſtituere videatur, quod odioſum foret. *l. cum pater §. pater ff. de leg. 2.* Sic vaſallus etſi veniat contra iuramentum, non tamen priuatur feudo, niſi in caſibus expreſſis. [*Diſſentit Gail. 2.obſ.157.n.1.*] *cap.1.§. illud quæ fuit prima cauſa, &c.* Et in ſumma, ordinatio quæ non conuenit æquitati, bonis moribus, legibus, vel honeſtati, non debet extendi, ſed in caſu ſuo ſtricte intelligi. *Anch.conſ. 356.* Quemadmodum & diſpenſationes, [*Gail.2.obſ.142.*] & reſcripta ad lites [*Gail.1.obſ.35.n.3.*] *ca.quamuis de præbend.in 6.Calder.conſ.13.* & decretales pœnales, *Oldrab. conſ. 67.* & priuilegia in præiudicium tertij tendentia [*Gail. 1. obſ. 33. n.6. & 2.obſ.1.n.14.& ſeqq.& obſ.54.n.8.& ob.58. n.4.& ob.76.n.9.10.11.& de Arreſt.c.11.n.2. conſ.D.Peck. ſuper ad priuil.& infrà ad c.ſequens.*]

3. † Amplia primò, quod ita odia reſtringuntur, vt ſi in aliqua diſpoſitione concurrat fauor & odium, vt ſæpiſſimè fit, ea cenſetur ſimpliciter fauorabilis. *Bald. ad l. 1. C. qui non poſſunt ad libert. admit.* Et in dubio, vbi concurrunt fauor & odium, debet potius conſiderari ipſe fauor, *Panor. ad c. in litteris de reſtit. ſpol. Anchor. conſ. 37. & conſ. 206.* ſi fauor & odium ſeparationem recipere non poſſunt, vt ait Tiraquellus, *de retractu. in præfat. num. 66.* refutata eorum ſententia, qui exiſtimabant in dubio totam diſpoſitionem cenſeri odioſam, quod hæc regula non patitur, vt videtur. [*vt tamen D.Peck.4.de teſt.con.5.n.6.infrà eo.n.8.9.*] Amplia ſecundò, quod præterea correctoria & pœnalia quæ ſunt odioſa, etiam ex identitate, & maioritate rationis, non recipiant extenſionem. [*conſ. Gail. 2. obſ. 33. ſub nu. 9. & ob. 138. nu.10.11.& 12.& obſ.134.n. 6. v. ideo & n.8. vide eundem 2.ob.85.n.5. Peck. 4.de teſt.con.2.n 4 & c.5.n.3.& c.14.n.1.& c. 39.n.4.*] *l.quas actiones C.de ſacroſ eccleſiis.* Quæ tamen ampliatio magnam habet inſpectionem, eamque multis modis reſtringit, & temperat D. Præſes Nicolaus Euerardi, quem omninò vide. *in loco à ratione legis larga ſeu generali.* Amplia tertiò, quod licet regulariter in dubio capitur ſemper præſumptio, per quam potius actus valeat quàm pereat, *l. quoties ff. de rebus dubiis, c. abbate ſane, de verb.ſignif.* tamen hoc limitatur in odioſis: quia indubio non fit interpretatio, vt ſimiles actus ſuſtineantur. *Aretinus in l.continuus §. cum quis ff. de verb.oblib.* Quia vt ait Alciatus, *reg.3.præſum. cap. 34. num. 13.* cùm præſumptio debet fieri in meliorem partem, videtur melior pars eſſe per quam odia extinguuntur, & quia annullatio actus odioſi eſt fauorabilis. *l. 2. ff. de lib.& poſthu.*

Ratio dubitandi eſt. † Primò ex eo, quod pœnalis & odioſa conſtitutio, qua punitur libertus, qui abſque venia patronum in ius vocauit, extendit ſe etiam ad patroni vxorem. 4. *l.1. C. de in ius vocand.* Secundò ex eo, quod odioſa hæc iuris diſpoſitio, qua vſurario non cauenti de reſtituendo, teſtamenti factio aufertur, ad codicillos quoque & mortis cauſa donationes ſe porrigit. *cap. quæcumque in fine ſup. de vſuris.* Tertiò ex eo, quod odioſa lex qua quis inteſtabilis eſſe iubetur, non ſolùm eo pertinet, ne eius teſtamentum vel teſtimonium recipiatur, verùm etiam ne & ipſi teſtimonium dicatur. *l.cum lege ff. de teſtam.* Quartò ex eo, quod lex quæ exercitu miſſum, infamia notat, ad hunc quoque extenditur, qui duntaxat à parte aliqua exercitus miſſus eſt. *l. 2. §. exercitum ff. de his qui not.infam.* Quintò ex eo, quod lex quæ infames efficit patriæ & principis proditores ſeu hæreticos, extenditur etiam ad filios eorum, adeò vt neque ad ſeculares, *l.quiſquis C.ad l.Iul.maieſt.* neque ad eccleſiaſticas dignitates, ſine ſpeciali gratia aſſumi poſſunt. *c. quicunque ea. ſtatutam ſup. de hæret. deciſ.Capel.Th.120.* Sextò ex eo, quod pœna quæ conſtituta eſt in mulieres ad ſecunda vota tranſeuntes, etiam eam continet, quæ turpiter viuit. [*Gail 2.ob.98.n.15.*] *l.de his C.de reu.don.* Septimò ex eo, quod pœna conſtituta in eum qui clericum verberat, quod certam perſonam in prælatum eligere noluit, extenditur ad eum qui eiuſdem clerici bona, vel amicos lædit. *c. ſciant cuncti ſup. de elect.lib.6.* Octauò ex eo, quod pœna raptoris virginum mulierem quoque virum rapientem complectitur. *in dict.l.vnica C.de raptu virgin.* Nonò ex eo, quod conſtitutio pœnalis contra confirmationem pendente appellatione factam, *cap.cupientes ſup.de electo.* extenditur etiam ad prouiſionem, de qua tamen non loquitur. *c. ſi poſtquam eod.tit.* Poſtremò ex eo, quod SCtum Macedonianum, de mutua pecunia loquens, & quod odioſum eſt, etiam ad vinum, oleum, byſſum, & reliqua quæ ita data ſunt, vt his diſtractis pecunia acciperetur, extenditur, *l.ſed Iulianus ff.ad Maced.*

Ratio verò decidendi eſt. † Quod lex pronior eſt ad liberationem quàm ad condemnationem, *l. Arrianus ff. de oblig. & act.* & quia præſtat cum reſtrictione odioſæ conſtitutionis 5. nocen-

nocentem dimittere, quàm cum ampliatione eiuſdem innocentem damnare. *l. abſentem ff. de pœnis.* Non enim alia res maiore opus habet diligentia atque conſideratione, quàm vt vbi maius eſt periculum, ibi cautius agatur, *cap. vbi maius ſup. de elect. lib. 6.* ne quid temerè ſtatuas in hominem, de cuius fama, ſanguine ac vita agitur, cùm hæc eiuſmodi ſint, vt ſemel amiſſa poſtea reparari nequeant. [*Gail. 1. P. P. 15. num. 6.* Neque obſtat primum, quod ex aduerſo proponitur, argumentum, quia quælibet diſpoſitio ad eum caſum trahitur, qui ex lata verborum ſignificatione comprehendi poteſt. *d. l. cum lege.* Vxor autem patroni, patrona quoque appellari poteſt, *cap. debitum de bigamis.* idque hoc caſu dicendum eſſe refutatis aliorum ſententiis exiſtimat. Alciatus, *in d. l. in fin.* quia de modica pœna pro naturalis reuerentiæ defenſione agitur. Secunda quoque obiectio vim non facit. Niſi enim ad codicillos & mortis cauſa donationes traheretur conſtitutio, facilè circumueniret legem improbus fœnerator; æquumque & iuſtum eſt, vt quod vna via prohibetur, omni alia via cenſeatur eſſe prohibitum, per quam ad id perueniri poſſet. *cap. cum quid inf. eod* ne alioqui lex non rebus, ſed ventoſis tantummodo verbis impoſita videatur. Neque obſtat tertium argumentum, quia cùm non poſſit is qui inteſtabilis eſt, teſtamentum condere: nulla foret vtilitas ei ſic teſtanti, teſtimonium dicere in teſtamento nullam vim habituro. *Caſtr. in d. l. cum lege.* Neque etiam mouet quarta dubitatio, propterea quod ſpeciali odio principem & rempub. deſerentium, atque contra fidem datam venientium, hoc conſtitutum eſſe exiſtimant plærique, *in d. § exercitum.* quemadmodum & aliàs non infrequens eſt in iure noſtro, vt propter atrocitatem criminis, ordinarias & legitimas pœnas egredi liceat. [*vide D. Peck. ſuper ad c. peccati n. 1. in fin. cum concord.*] *Hypol. ad d. vnic. C. de raptu virg.* Quintum verò argumentum alio loco magis proprio non obeſſe oſtendemus. *in c. nemo debet inf. eod.* Sexta porrò dubitatio ſatis efficax eſt, ſed cùm non dubium ſit, quin in maiore ſcelere verſetur vidua turpiter viuens, quàm ad honeſtas ſecundas nuptias tranſiens, ita quod Iuſtinianus, qui figurata loquutione reſpondit, animas maritorum contriſtari ex ſecundis nuptiis vxorum, multò maiorem indignationem ſuſcipere exiſtimat ex turpi & ſcelerata earum vita: facilè intelligimus, quanta æquitate extenſio eiuſmodi permittatur. Septimum verò argumentum nihil momenti habet, quia paria ſunt committere aliquid contra aliquem, vel contra illos, qui ſunt de eius ſanguine, & familia, quippe quod quilibet carnem ſuam diligit, *cap. non exiſtimemus 14. quæſt. 2.* & par metus eſſe præſumitur in ſe, & ſuis, *l. iſti quidem ff. quod met. cau.* & cùm ſit iniuria vni de domo, vtique cenſetur & toti familiæ eſſe facta. *latè Felyn. in capit. litteras de præſumpt. & Bart. in l. lex Cornelia ff. de iniuriis.* Non obſtat etiam octaua dubitatio. Nam quod mulier virum rapiens æquè puniatur vt raptor maſculus, hanc benignam rationem habet, quod par ex eo raptu ſcandalum, occaſioque cædis & rixarum naſcitur, cùm mulier non niſi viris comitata, hoc tam audax facinus plerumque aggrediatur. Nonò non obſtat quod conſtitutio de confirmatione loquens extendant ſe ad promiſſionem, quia vna lex aliam interpretatur. *l. non eſt nouum ff. de legibus.* & ideò cùm ſit regula generalis, quod appellatione pendente nihil innouari poſſit. *l. 1. ff. nil innouari lite pend.* facilè intelligimus non tam per extenſionem quàm per aliam legem hoc factum eſſe.

Poſtremò non obſtat vltima dubitatio, quia niſi ſic conſtitueretur, daretur occaſio improbis fœneratoribus Senatusconſultum circumſcribendi, & huiuſmodi merces pro pecunia dandi.

Et vt clarè atque dilucidè appareant omnia: Regula quidem eſt, quod in odioſis & pœnalibus non fit extenſio etiam ex identitate rationis, multò minus ſi non ſit eadem ratio. *l. fin. C. de interd. matri.* † Vnde mulier plebea 6
incidens in pœnam propter delationem gemmarum, non incidit in pœnam ſi deferat gemmas fictitias. *Bar. ad l. 1. § hoc inter dictum ff. de fundo. dot.* † Sed hæc regula multas patitur ex- 7
ceptiones, veluti quando niſi fieret ampliatio, diſpoſitio odioſa facilè elidi aut effectum ſortiri non poſſet. *d. c. quanquam* [*vi D. Peck. 4. de teſt. con. 38. n. 3. & c. 40. n. 2. & c. 18. n. 3. & c. 11. n. 1. & 3. de teſt. 17. n. 2.*] quando extentio fit per aliam legem interpretantem: *in auth. de filiis ante inſtrumen. dot. nat.* quando lex odioſa fauore reipublicæ, *Roma conſ. 105.* eccleſiarum, *gl. in d. c. ſciant. ad verb. alias.* aut animæ principaliter facta eſt: quando appoſita eſt clauſula, vt de ſimilibus ad ſimilia procedatur: quando aliàs reſultaret abſurditas: quando caſus odioſus exempli tantùm gratia expreſſus eſt: *ca. ſi papa. ſup. de priuileg.* quando caſus qui extenditur, ſecundùm communem viſum loquendi ſub expreſſo continetur: *l. librorum ff. de leg. 3.* & denique quando fit extenſio ad connexa, & in iure æquiparata. [*conſ. Peck. 4. de teſt. 20. n. 2. D. Gail. 1. P. P. 6. n. 17. & ſeqq.* Quæ omnia multum ponderanda, & perpetuò obſeruanda, viginti & vna limitationibus, Philippus Francus: *in cap. 1. de temp. ordinal. lib. 6.* Præſes verò Euerardi, *in loco à ratione legis larga § inci. 3. caſu pri.* quatuordecim, ad materiam præſentis regulæ annotatis eleganter illuſtrarunt.

Fauores † Ad cognoſcendum an aliquid ſit 8
fauorabile vel odioſum, non conſiderantur præeiſe res, prout ſunt in ſe, ſed effectus qui inde reſultat. *Alciat. ad l. 2. in pr. num. 44. de verb. oblig.* Quomodo dos eſt fauorabilis reſpectu liberorum, & ſic propter effectum qui inde ſequitur

quitur poſt dotem. *l. 1. ff. ſolut. matrim.* Venter parturiens eſt fauorabilis reſpectu filij, qui inde naſcetur. *l. 1. ff. de ventre in bon. poſſ. mit.* Studia ſunt fauorabilia propter effectum qui ex his ſequitur, gubernatio ſcilicet tranquilla reipublicæ in partibus credendis. *inſti. in proœmio in fin. auth. habita C. ne filius pro patre.* Plærique autem in ea opinione verſantur, vt exiſtiment poſſe reperiri diſpoſitionem aliquam quæ partim odioſa, partim fauorabilis eſt, qualem eſſe aiunt, qua ei ſacris interdicitur, qui ſacerdotem violauit: *ca. ſi quis ſuadente 17.*
9. *q. 4.* † quia ratione percutientis odioſa, & pœnalis eſt, ratione verò ſacerdotis fauorabilis. Ideoque ad eum quem conuerſum appellamus, tametſi ſacerdos non ſit, extenditur. *Panorm. in c. non dubium de ſent. excom.* Sic quælibet lex in facinoroſos lata, ratione pœnæ odioſa eſt, ſed quia publicè intereſt ſontes meritis ſupplicijs affici, fauorabilis cenſetur: *Bar. in l. quemadmodum C. de agricolis & cenſit. lib. 11.* verùm contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimant Decius. *in d. l. 1. C de in ius vocand.* Alciatus & Tiraquellus. *de vtroque retractu in præf. num. 63.* arbitrantes eandem rem non poſſe eſſe partim odioſam, partim fauorabilem, ne diuerſo iure eadem res cenſeatur: *l. eum qui ff de vſucap.* Sed ea qualitas attendatur, quæ ex ſubiecta ratione præualet, *l. 3. & ibi Bal. C. de nuptiis.* ſcilicet vt diſpoſitio iudicetur fauorabilis aut odioſa ex principali intentione diſponentis, nec poteſt quicquam extendi in fauorem vnius, quin ſemper ferè deflectat in odium alterius, ita vt ſæpè fiat, quod vbi fauor & odium in aliqua diſpoſitione concurrunt, ea diſpoſitio ſimpliciter vel fauorabilis vel odioſa dicatur, niſi fauor & odium ſeparationem recipere poſſint, *l. 2. C. de in ius vocand.* & exiſtimat Panormitanus, fauore & odio concurrentibus, in dubio cenſeri diſpoſitionem eſſe fauorabilem. *in cap. in litteris de reſtit. ſpoliat. Anch. conſil. 27. & 225.* Sed vbi diſpoſitio eſt contra ius, etiamſi facta fuerit principaliter fauore aliquorum, nihil tamen dubitandum eſt, inquit Tiraquellus, *d. loc. n. 66.* quin ſimpliciter tanquam odioſa ſit reſtringenda. Neque enim intentio contrahentium facere poteſt, vt quod ſuapte natura odioſum eſt, id cenſendum fauorabile ſit; & quod fauorabile eſt, ſit odioſum, quia naturales eiuſmodi qualitates mutari non poſſunt à contrahentibus ſeu diſponentibus, quin velint nolint immotæ maneant adhæreantque tenaciſſimæ. Quid enim, an ſi aliquid fauore alterius faciam, id ne fauorabile cæteris cenſendum erit, & è diuerſo? [*v. ſuprà eod. n. 3.*

Ampliari. Hinc eſt quod ſi princeps conceſſerit alicui caſtrum, videtur mobilia & ſuppellectilem conceſſiſſe, *l. 2. C. de bonis vacant.* quod ſecus eſt in donatione ſeu venditione rerum priuatarum. *l. Iulianus de act. empt.* † Sic
10. priuilegium dotis extenditur ad filios, *l. etiam ff. sol. matr.* & dignitas mariti ad vxorē, [*Gail. 1. P. P. 6. n. 24. l. fœmina ff. de ſtatu hom.* Sic priuilegia ciuitatis porrigunt ſe ad ſtudioſos, ſi iis vti velint. Et conceſſio fructuum beneficij principi facta, etiam ad minima beneficia extenditur. *c. tua nobis. de verb. ſignif.* † Ratio verò 11.
dubitandi eſt, primò ex eo, quod beneficium principis eſt fauorabile, *l. fi. ff. de conſti. princip.* & tamen ſi cui princeps concedat, vt de rebus ſuis de quibus aliàs teſtari non poſſet, cuiuſmodi ſunt res feudales, diſponat, non cenſetur ex eo formulas teſtandi remiſiſſe. *l. ſi quis C. de inoffi. teſt.* Secundò ex eo, quòd priuilegia principum, ſunt beneficia eorum & per conſequens fauorabilia, cùm tamen non amplientur, ſed omnibus modis reſtringantur, *ca ſua. de decimis c. 1. ſup. de priuileg.* & ideò reſcriptum de beneficio non extenditur ad præbendam eccleſiæ cathedralis vel ad penſionem. *c. quamuis ſup. de præbend.* Tertiò ex eo, quòd libertatis ac teſtamenti admodum fauorabilis eſt conditio. *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* manumiſſio tamen ex teſtamento, non extendit ſe ad peculium manumiſſi per vltimam voluntatem, vt illud ſequatur, ſicut extenditur manumiſſio inter viuos. *l. 1. c. de peculio eius.* Quartò ex eo, quod fiſci cauſa paſſim & vbique fauorabilis eſt, vnde tot in iure priuilegia habet, *C. de priuile. fiſci toto titulo.* & tamen non puto delinquere eum (inquit Modeſtinus *l. non puto ff. de iure fiſci.*) qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facilè reſponderit. Quintò ex eo quod materia teſtamentorum (vt dictum eſt) magnos fauores continet, *l. in teſtamentis ff. eod.* & tamen legatum nummorum reſtringitur ad minimos, non etiam ampliatur ad maximos & mediocres. Sextò ex eo, quod immunitas poſteris data ad eos qui nati ſunt ex fœmina non pertinet. *l. fin ff. de iure immunit.* Poſtremo videtur, quod neque reſtrictione neque ampliatione vti conuenit, ſed quod in re dubia adiri debeat princeps & is qui conceſſit, vt mentem ſuam explicet, & vel reſtrictione, vel extenſione vtendum doceat. *l. in ambiguis orat. ff. hoc erit.*

Ratio autem dicendi eſt. † quod vt imperia- 12.
lis fortuna ſuper omnes eminet, ita oportet & principales fauores hoc priuilegium præcipuum habere, vt latè interpretetur. *l. cum multa C. de bon. quæ lib.* Liberalitas enim principis, fræno non ſubiacet, nec vllo pacto coërceri debet. *l. penult. C. de donat. inter vir. & vx.* Et certè perquam abſurdum, & temerarium eſt, per aſtutam aliquam interpretationem liberales principis conceſſiones ad ſtrictam interpretationē reducere velle. *l. fin. C de præp. agent. in reb.* Nec obſtat primū argumentum, quia beneficia principū latè quidē interpetrāda ſunt, ſed ita tamen, ne plura ſpecialia contineant, præcipuè cū præiudicio alieno. [*D. Peck. infrà ad c. quæ à iure, n. 9. & ſuper ad c. priuil. & 3 de teſt. cōiug. 25. n. 11.*] Duo enim ſpecialia cōcurrere nō poſſūt. *l. 1. C. de dotis promiſ. Præſes in loco à tolerat. incōuē.*

ſed

ſed ſufficit quod principis beneficium aliquid operetur. *Noque enim credendum eſt*, (inquit Iuſtinianus *d. l. ſi quando*) *Romanum principem qui iura tuetur, vno verbo tantam obſeruationem teſtamentorum, multis vigiliis excogitatam atque inuentam, velle euertere.* Quaſi dicat, non eſſe præſumendum quod princeps concedens alicui facultatem teſtandi, voluerit vnà concedere, vt non ſeruatis legum formulis, tanto labore adinuentis, teſtari poſſit. Neque etiam obſtat ſecunda dubitatio. Beneficia enim principum, quæ ſoli principi præiudicium ferunt, non etiam ea quæ vtilitati publicæ derogant, & inſolita tribuunt, *Iaſon in d. l. fin. n.* 51. ampliari conuenit.

Et licet generaliter beneficij verbo contineantur, in eo tamen à beneficio diſtinguuntur quod ſtrictè interpretari debent, & potiſſimum quidem, ſi in detrimentum tertij vergant. [*con. Gail.* 2. *obſ.* 1. *n.* 14 & *ſeqq.* & *obſ.* 55. *per tot.* & *ſeqq. Peck.* 4. *de teſt. con.* 25. & *de rep. Eccl. c.* 6 *per tot.* Nam concedere alicui poteſtatem quid faciendi, reſpectu principis dicitur fauorabile, quia à principe in alium deriuatur, & nemini niſi ipſi concedenti nocet. Rurſum beneficium ius commune imitari ſolet, cum è contrà priuilegium, iuri communi aduerſetur, aut detrahat. *pulchrè Curt. ſenior con.* 45. *n.* 47. Et ideò quia eſt contra ius commune, omnis receſſus à iure communi eſt odioſus, *gl. d. c.* 1. ſicut econtrà, ſi per priuilegium derogans ſtatutis ac conſuetudinibus iuri communi aduerſantibus rurſum reditur ad ius commune, cenſebitur fauorabile. [*Gail.* 2. *obſ.* 85. *n.* 5.] *cap. ſtatutum ſup. de præbend. li.* 6. Quod ſi exactius ſcire velis, quando priuilegia natura ſua exoſa & reſtricta, extendi poſſint, latè conſultus docebit Iaſon, quem vide. *in d. l. fin* [*Gail. de Areſt. cap c.* 11. *n.* 2. *D. Peck. ſupr. ad c. priuil.*] Nec obſtat ſimiliter tertium argumentum, propterea quod manumittens inter viuos ſperat operas liberti, & ideò vberius prouidere videtur, cùm è contrà moriens ampliùs nihil ſperet, quod vnus ex multis reſpondet Baldus, *in d. l.* 1. tamen ſi aliam rationem non inelegantem adijciat Fulgoſius, quem vide, *ibi*. Quod autem quarto loco de fiſco dictum eſt, mouere non debet, laudat enim ſuum Antoninum Iulius Capitolinus, quòd pro fiſco in cauſis compendij nunquam iudicibus fauit. Ex quo intelligimus fiſci cauſam fauorabilem non eſſe, ſi certat de lucro, & priuatus ſubditus de damno. *Alciat. parer. iuris lib.* 8. *c.* 6. Et propterea diuus Adrianus reſpondere ſolet, fiſcum eſſe debere veluti lienem, vt quemadmodum eo excreſcente cætera membra contabeſcunt, ita aucto fiſco ſubditi affliguntur, & ſemper fiſcus iure communi vt priuatus vtitur, niſi ſpeciatum aliud deciſū ſit in eius fauorem, [*conſ. Gail.* 1. *obſ.* 90. *n.* 2 & 2. *obſ.* 86. *n.* 7. & *per tot.* & 2. *P. P.* 16. *per tot.* & 1. *obſ.* 18. *n.* 6. *Turamin. in eleg. rep. l. non puto, de Iu. fiſc. Peck.* 5. *de teſt. con.* 10. *in fin.* & *ad tit. C. de naufrag. l.* 1. & *ad auth. nauigia* 5. *tranſgreſ. C. de furt.* & *infr. ad reg.* 79. *n.* 3. *l. item veniunt* §. *aptāda ff. de petit. hæred.* Nihil etiam mouet quinta dubitatio, nam in obſcuris primò voluntas inſpicitur, & ſi ea non appareat id quod veriſimile iſt. Quod ſi neque veriſimile manifeſtū ſit, verborum proprietas ſequenda erit, & ſi ea latet, mos regionis ſpectabitur, & ſi is incertus fuerit, tunc quod minimum eſt in legatis ſpectamus, iuxta legis contrariæ deciſionem. *Dynus in cap. inſpicimus infra eod.* [& *ibi etiam D. Peck.*] Sed nec ſextum argumentum obeſt, quia verbum, genus & poſteritas, cuius fit mentio in lege obiecta, refertur ad familiam, quæ in deſcendentibus ex maſculis conſiſtit, *l. familiæ ff. de verb. ſignif.* aut (quod probabilius eſt) cùm priuilegia immunitatis odioſa ſint, & reſpiciant iuris publici diminutionem, vtique reſtringi debet. [*conf. Gail.* 2. *obſ.* 2. *n.* 14. *Mynſ.* 4. *obſ.* 70. *Peck. ſupr. ad c. priuileg.*] *Alber. in d. l.* 1. *ff. de iure immunit.* & *in dicta lege finali, n.* 10. Poſtrema quoque obiectio vim non facit, nā cùm adeò dubium eſt priuilegium, vt nullo pacto mens Principis colligi poſſit, tunc ad Principem itur, vt explicet quem velit eſſe modum ſui beneficij, *l. Neratius ff. eodem. Alber. ad d. l. fi. nu.* 2. non etiam aliàs, vbi ſimplex aliquod dubium emergit, quod ex iure interpretari poteſt. *Bald. in l. cum de nono C. de ll. Fely. in c. cum veniſſent de iudic.*

REGVLA XVI.

Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.

1. *Priuilegium conceſſum ſubditis per principem, an poſſit reuocari.*
2. *Princeps quare non poſſit venire contra contractum ſuum.*
3. *Epiſcopus an & quando priuilegium concedere poſſit.*
4. *Beneficium & priuilegium principis quomodo differant.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*
8. *Principem maximè decet conſtantia.*

VT odia reſtringi, fauores ampliari conuenit: ita ampliatos & benigna interpretatione ad alia extenſos, imò etiam inter proprios limites ſe continentes, decet eſſe perpetuos. Vnde beneficium relaxationis conceſſum incarceratis cenſetur in perpetuum extēdi, *Signorolus conſil.* 97. *n.* 11. & Abbatis morte prioratus beneficium non cenſetur reuocatum, licet illud pro arbitrio ſuo Abbas expreſſim reuocare & adimere potuiſſet, *Pan. in c. vl. de precar.* præterquam ſi ſummus Pontifex illud beneficium ex certa ſcientia confirmauit, *D d. in dicto c. cum ſingula ſup. de preb.* Quia tunc verum

verum eſt,quod indultum à principe vel pontifice beneficium, decet eſſe manſurum. *Imbert.in enchir.iuris ad verbum Abbatis morte.* Sic antiquo vaſallo ius feudi ſine cauſa princeps non aufert,[*conf.Gail.2.obſ.1.num. 14.verſ.ſic. conceſſ.& obſ.49.n.3.& ſeqq.*]*Socyn.Nepos conſ. 76.num.14.lib.1.& conſil.160.num.50.lib.2.*& lex per principem lata,vt iudex Eccleſiaſticus iudicet de factis laicorum, perpetua eſſe debet, *Dominicus con.74.n.2.*& in ſumma, beneficia principum ſunt perpetua,niſi in eis certum tempus apponatur.*l.2.C de diuerſ.reſcript.deci.Neap. 2.n.2.*

Decet.† Non dicit, debet, cuius verbi natura eſt vt adferat neceſſitatem, *l. prætor ff. de edendo.* ſed decet, propterea quod beneficium conceſſum ſubditis, poteſt per principem regulariter reuocari,[*Gail.2. obſ.60.n.17.*]*ca.in noſtra & ibi Dd.de iniurijs.*veluti ſi conceſſerit priuilegium ciuitati ſibi ſubditæ de condendis ſtatutis,*Bald.in tit.de paceConſtantiæ verſ.in omnibus.* vel adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ alicui crediderit,*c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum*, idque ex plenitudine poteſtatis, [*conf.Gail.2.obſ.1.n.17.& obſ.56.n.13. Peck.3. de teſt.25.n.8.9.*]*l.princeps ff.de legibus.* qua tamen vti non abuti debet,quamuis eius ſit ſoluere legem & priuilegium, qui conceſſit. *l. qui condemnare ff.de re iudic.*Sed hoc ita,niſi ſubdito ius gentium beneficinm principis pactione aliqua confirmauerit, vel niſi remunerationis cauſa conceſſum fuerit, vel denique niſi inferior à principe qui plenitudinẽ poteſtatis non habet,ſed ſuperiorem recognoſcit alium, illud conceſſerit,qua de re plura cumulat Felynus, *in c.nouit.de iu.col.3.n.4.*ſed quando conceditur non ſubdito,reuocari non poteſt:[*Gail.2.ob. 60.n.12.*]vnde priuilegium immunitatis acciſiarum conceſſum à ciuitate vel principe, ſcholaribus ſeu venientibus ad habitandum, non poteſt in eorum præiudicium reuocari, *Caſt.& alij in l.digna vox C.de legibus Ancho conſ. 306.*quia tranſiuit in contractum, & princeps tenetur etiã ſubdito ſeruare priuilegium, quod tranſijt in contractũ,cuiuſmodi eſt quod princeps in inauguratione ſua iurat obſeruare, vel cõceſſit ob fortia facta,ſeu etiam pecunia accepta,*Pulchrè D.Henning.Goden.conſ.32.*

2. † Ratio eſt,quia ſi eſſet in voluntate principis contractum factum aut tale priuilegium infringere,nullus cũ eo contrahere vellet, nullus ſubeſſe vellet,& qui princeps eſt omnium, commercio omnium careret, & qui eſſet omnium præſul,eſſet omnium exul. *Bald. in d. l. princeps.*Cùm verò nullus poteſt cõtra ſubſtantiam actus illo remanente diſponere, *l. cum precario ff.de precariis.*ſed ſubſtantia contractus eſt,vt ſit vltrò citroque obligatorius, *l. Labeo ff.de verb.ſignif.*& ideò princeps contrahendo ſubſtantiæ contractus ſe ſubijcit, alioqui non eſſet contractus,nec eadem eſſet correlatiuorum natura,vel lex deſiderat,*l.2.C. de indic. viduit.* quia contrahens cum principe obligaretur, è contra verò principem obligatum non haberet, quod abſurdum eſt, præcipuè cùm princeps propter conſenſum iure naturę obligetur.*l.1 ff.de pact.*quam obligationem tollere non poteſt.*Decius conſil. 286.* quemadmodum non poteſt derogare iuri gẽtium, ex quo contractus procedunt. *cap.1. de probat.* Sed in his contractibus conſideratur,vt priuatus, & ideò ſicut alius fidem ſeruare debet. Qua de re latè admodum Rebuff.[*Gail.2.obſ.55.num.7.8. Cacheran dec.139.n.2.Peck.3.de teſt.con.25.in fin.& ſ.ad reg.quod ſemel,n.6.7.& ad c.ſequens, n.2.*]*in tract.de concord.inter pontificem & regẽ Galliæ in præfat.Rubr.de collat.verſic. inſuper quæro cum multis ſeqq.*Et propterea in ſimili dici ſolet, quod nouus princeps debet relinquere ſubditos in eo ſtatu & vſu priuilegiorum, in quo eos inuenit,*Ioan.de Platea in l nemine C.de decurionibus.libro decimo.*præcipuè cum ea lege à ſubditis receptus eſt.[*Domi.Peck. ſ.ad cap. is. qui in ius,ſub numero 13.Surd deciſ. 326. numero 5.Cacheran. dicta deciſione 139.numero 15. Pereg.de Iure fiſci,libro primo, titulo tertio, numero 45. A.Gabriel.in communi opinione titul.de Iur.quaſt.concluſione quinta,numero tertio, Connan.1.Commentat. decima ſexta.Henningus conſil.32.numero ſeptimo,*]Sed hæc tamen ita,niſi priuilegium iſtiuſmodi vrgeret in præiudicium ſuperioris principis,*ca. veniens de iureiu.* niſi enormiter læderet ipſum concedentem præter eius intentionem,niſi iuſta cauſa ſuperueniat,niſi oriatur ex contractu ſimulato, niſi nondum acceptatum fuerit, niſi ſubditus ſeu priuilegiatus eo abutatur aut ingratus eſſe cœperit.Quæ omnia eleganter explicat Felynus,*in c.nouit.n.8.de iudiciis* quem vide.

Conceſſum. Hæc clauſula ſeruit excluſioni beneficiorum, quæ importunitate quadam extorquentur,& quæ propterea non decet eſſe manſura. Neque cenſetur princeps verè conceſſiſſe.quod ita conceſſit. *Plerumq; enim* (inquit Iuſtinianus *l.1.C.de petit.bonor.ſublata.*)*ita nonnullis cauſis inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur,vt nõ concedenda tribuamus.* Ideoque nullam habent firmitatem,*c.cum iuuentute §.cæterum de purgat canonica.*non magis, quàm reſcripta contra ius elicita,*l.reſcripta C. de prec.ib.Imp.offe.*& diuinam iuſſionem, hoc eſt imperiale mandatum continentia, *Auth. atqui ſemel C.de proba.*[*conf. Gail.1. obſ. 14.& 2.obſ. 58.n.2.& ſeqq.& 1.P.P.5.n.vlt.*

† *Principe* vel ſupremo, vel ſuperiore, nam 3
& Epiſcopus tribuit priuilegium, præcipuè cum conſenſu capituli, *c. paſtoralis de iure patron.*& libera reſpub. non agnoſcens ſuperiorem principem,[*vid.Gail 2.obſ.57. num. 7. & obſ.130.num.15.& 1.P.P.6 n.11.& de Arre. c. 9.n.1.& 1.obſ.21.n.2.*]vt ſaluum conductum, ita & priuilegium tribuere poteſt.*Dd.ad l. ſeruos C.ad l.Iu.de vi.*

Beneficium propriè, & in ſpecie principis benefi-

beneficium eſt, quando de ſuo vel ſecundum vel præter ius commune aliquid concedit, veluti cùm vel feudum tribuit, vel domum aliquam propriam donat. Priuilegium autẽ propriè eſt contra ius commune, vt cùm dicit princeps ſe aliquid concedere tali lege nõn obſtante *Iaſon d.l.fin n.*15. Porrò autem hoc loco ea diſtinctio obſeruari non debet, cùm & priuilegium effuſa quadam interpretatione hic contineatur.

Manſurum. Verſantur interpretes in hac opinione, vt exiſtiment non niſi realia beneficia ſeu priuilegia hoc contineri, propterea quod priuilegia perſonalia nõ manẽt, ſed cũ perſona extinguũtur, *c.priuilegium ſupra eod.*[*& ibi Pec*] qua in re conſentire non poſſum, & exiſtimo tam realia quam perſonalia beneficia ſub hoc cap. comprehendi; & quod iuſtè manere dici poſſunt, ſi non ante mortẽ perſonę, cui conceduntur, vel ante tempus præſtitutum, reuocentur. Nam & ſocietas dicitur perpetua eſſe, quæ durat ad mortẽ ſociorum, *l.*1.*ff.pro ſoc.* & perpetuũ dicitur, quod conceditur ad beneplacitũ concedentis, [*conf.Gail.*2.*ob.*60.*n.*15.16.] *c.ſi. ſup.de reſ.* & manere dicitur, quod cõfertur vſque ad tempus mortis, *Corneus cõ.*243.*n.*5.*l.*3. & actiones ſunt perpetuę, quę tantum triginta annis manent, vt nihil occurrere videatur, ob quod dici poſſit non manere beneficium perſonale, quod ad mortem durat, & ante tempus non reuocatur, licet alias manere dicatur id quod durat *l.vlt.§.vlt.in fi.ff.de liberat.lega.*

5. † Amplia primò hanc regulã, quod ita cenſetur priuilegium eſſe perpetuũ, quòd lex noua ſuperueniens non tollit priuilegia præcedentia, quæ ſunt contra ipſam legem nouam generaliter loquentẽ, *Mat.de Affl.ad conſt. ea quæ ad decus col.*11.*in* 8.*nata.* & per legẽ generalẽ nũquam derogatur priuilegio ſpeciali, niſi de eo fiat mentio, [*conf.Peck. infr.ad c.generi.*] *l.*3.*C. de ſil. & Dec. l.* 12. & conſuetudo trahitur ad priuilegium, nõ autem priuilegiũ ſpeciale trahitur ad cõſuetudinem generalem. *Bal. ad l. cũ cler.C.de Ep.& cler.* An verò nouum priuilegium tollat antiquum, alterius loci eſt, *l.receptitia & ibi Bald. C. de conſt. pec. Pan. in c.veniens de præſ.* neque huc propriè, vt puto, pertinet.

Amplia ſecundò etiam ſi ignoranti priuilegium fuerit acquiſitum. Quia abſenti & ignoranti priuilegium conferri poteſt, dummodò poſtea ratificet. *c. ſi tibi abſenti ſup. de præ.not. in l.Labeo quæ eſt penult. de iniuriis.* Tametſi enim abſentib.& ignorantibus priuilegia poſſũt conferri: tamen tunc demum effectum & vires perfectas conſummataſque & irreuocabiles aſſumunt, cùm fuerint acceptata. Idque etiam de nobilitate & legitimatione notat Tiraquellus *De nobilitate c.*6.*n.*33.

Amplia tertiò quod ita decet beneficium principis eſſe manſurum, vt ſi illud prohibitorium ſit, ei renunciari non poſſit. Quia ſicut conſtitutioni prohibitoriè renunciare nõ licet *gl.in l.à Diuo Pio ff.de rit.nupt. & in l.*1.*C.de fideiuſſ. dot.* ita quoque priuilegio prohibitorio renunciari non poteſt. *Bald.ad l.diues D.de appell.Tiraq.de iure primog.q.*24.*n.*11.[*Gail.d.obſ.* 60.*num.*12.*verſ.fallit. Garcias de benef.p.*5.*c.*4. *num.* 179. *& ſeqq.*] Habent enim huiuſmodi prohibitoria vim pręcepti, cuius eludendi fraudandique ſola renunciatione, non facit lex poteſtatem. [*conſ. Gail.* 2. *obſ.* 4. *ſub num.* 4.] Quin quod fieri non vult prohibuiſſe ſufficiat, potentiorque eſt lex, quæ prohibet, vt ait Quintilianus, quàm quæ permittit, & ideò non poteſt clericus renunciare priuilegio ſuo, quo vetatur coram ſeculari iudice in ius vocari, *cap. ſi diligenti de foro compet.*[*Gail.*1.*obſeruat.*37. *num.* 1. *& obſeruat.*40.*num.*7.*&* 1. *P.P.*1.*num.*7.]

Ratio dubitandi eſt. † Primò ex eo, quòd nũdinæ non niſi ex priuilegio impetrantur, aut tempore immemoriali acquiruntur, *l.*1. *C. de nundinis.* & tamen priuilegium illud non eſt perpetuum, neque manet, ſed per nõ vſum decennio amittitur. *l.*1.*ff.de nundinis.* Secundo ex eo, quòd ſucceſſor poteſt reuocare factum defuncti. Quia licet princeps ligetur contractu, non tamen illius ſucceſſor: tũ quia morte regis finitur honor regis pręcipuè electui, *Bald.in l.ſi pater C.ſi pend.ap.* tũ quia princeps non poteſt imponere legem ſucceſſoribus. *c.*1.*& ibi doc.qui feud.dare poſſunt.* Tertio ex eo, quòd reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, *l.vectigali ff.de pign.* ſed morte Imperatoris priuilegiũ eiuſmodi cõcedentis, reſoluitur in Imperatore ius Imperij ſeu poteſtatis Imperialis, ideò videtur & ius quoque priuilegij extinctum ſeu reſolutum eſſe. Quartò ex eo, quod reſcripta à Pontifice impetrata non niſi ad annũ retinent vigorẽ. *ca.plerumque de reſcrip.* Quintò ex eo, quod cùm ſine temporis prẽfinitione imponitur pœna exilij, intelligitur in decenniũ dumtaxat. *l.ſi ne ff.de pœnis.* Sexto ex eo, quòd ſi beneficia ſunt perpetua, ſequetur (quod abſurdum eſt) ea præſcriptione tolli non poſſe. *c. accedentibus de priuil.* Septimò ex eo quòd Pelagius Pontifex reſcripſit, poſſe pontificem priuilegia reuocare, etiam pietatis intuitu conceſſa. *c.poſteaquam* 75.*qu.*2. Octauò ex eo, quod ſententia contra priuilegium lata valet. *ca.cum inte.de re iudic.* 6.

† Ratio verò decidendi eſt, quod non omne quod licet honeſtum eſt. *l.nõ omne ff.de reg. iur.* Et ideò quamuis poſſet, princeps beneficium reuocare, decet tamen illud manere, pręcipuè quod ea ratione magis procliues erunt ſubditi, vt principi credant, & perpetui beneficij ſpe allecti arma pro eo ſumant, quod in incertis & fluctuantibus priuilegiorum conceſſionibus facere nollẽt, & ea fide qua conuenit, obſequia præſtare detrectarent. Adde quod Bald.ait, † *conſ.*326.*l.*1. quod principibus maximè cõuenit illud verbũ *ſemel locutus eſt Deus & illud, quod ſcripſi ſcripſi.* nam & princeps 7. 8.

debet habere vnum calamum & vnam linguam, non plures: & debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in cœlo. [*Gail.2.obſ.55.n.3.*] Non obſtat argumentum primum. Culpa enim civitatis fit nō principis, ſi intra decenniū privilegio non vtatur. Quod cum facit, renunciare videtur privilegio, & publica vtilitas poſtulat, vt tempore eiuſmodi jure ſuo non vtentibus præſcribatur, vt princeps poſt decennium ſcire poſſit, an alicui vicinæ civitati ſimile nundinarum privilegium concedere velit. Sed tamen ita hæc omnia intelligi velim, ſi modò occaſio fuerit privilegij vtendi. Nam ſi non fuit occaſio, decennio non amittitur, quemadmodum & privilegium immunitatis tringinta annis, & privilegium Eccleſiæ quadraginta annis, per non vſum dumtaxat corruit, quod cum multis huc pertinentibus latè ſuo more explicant Jaſon *in d. l.fin.* & Felinus *in ca.cum acceßiſſent.de conſtit.* [*Gail.2.obſ.60.num.1.& ſeqq.*] Neque etiam movet ſecunda dubitatio, quia communis ſententia eſt interpretum, quod contractus principis tranſit ad ſuos ſucceſſores, eiſque præiudicat ac eos obligat, nempè quod iuſtitiæ ac rationis ordo ſuadet, vt qui à ſucceſſoribus ſua mandata ſervari deſiderāt, prædeceſſoris ſui volūtates cuſtodiant, præcipuè ſi ſucceſſor hæres quoque fuerit defuncti, vel beneficium illud confirmavit. Quæ verò in contrarium allegantur, in contractibus vel pactis geſtis ſeu factis per principem non procedunt, niſi tamen enormiter præiudicetur ipſi dignitati, de qua re multa cumulat Rebuffus *ad Concord.* Neque etiam vim facit tertia dubitatio, dignitas enim imperij ipſa morte in Imperatore reſolvitur, quo ad futura, non quo ad ea, quæ antè præceſſerunt. Et quę in ſola principis voluntate conſtituta ſunt, morte eius extinguuntur, [*conf.Gail.di.obſ.60.nu.15.*] aliter quàm ſi aut merita aut cōtractus pręceſſerint. Quartum verò argumentum ex negligentia impetrantis reſcriptum diſſolvitur, ideo quod publicè intereſt beneficia Eccleſiaſtica diu nō vacare contra voluntatem fundatorum. Non obſtat quoque quintum argumentum, quia in lege pro contrario adducta, error iudicis tempus quidem penes ſe conſtituentis, ſed in ſententia non exprimentis, in cauſa eſt, vt lex declarationi illius de decennio poſtea fidē habet, *Salic.& gl.in l.ſervo,& de pœnis.* vel quod verius eſt, in negotijs pœnalibus perpetuum exilium non merentibus, lex ſupplendo factum iudicis, interpretatur exilium fore decēnij, ſi tempus non exprimatur. Sextò non obſtat, quod videtur tolli præſcriptio: quia verba hæc *Perpetuò, ſemper, manere,* nullam tollunt præſcriptionem, ſed ſi tempore ſuo manent, & intra limites præſcriptionis ſe contineant, perpetua dicuntur, *Tiraquel.de retractu convent.§.1.gl.2. num.* 8. Sed nec ſeptima obiectio præiudicat, quia ceſſante neceſſitate, ceſſare debet privilegium, *cap.cum ceſſante de appell.* aliaſque eſt in poteſtate principis, ex cauſa privilegium revocare, interdum etiam ſine cauſa id poteſt, ſed vtique non decet. Poſtremò non obſtat vltima obiectio, quia cùm poſſit vnuſquiſque juri ſuo renunciare, & iudex nō iudicat niſi ex allegatis & probatis: mirum non eſt ſi ſententia contra privilegium non allegatum vel exhibitum ſubſiſtat. Et denique plurimi ſunt alij caſus, in quibus privilegium quis amittit ante tempus præfinitum, de quibus hoc loco latius non agemus, eò quod in gloſſa huius capitis ſufficienter explicantur.

REGULA XVII.

Indultum à jure beneficium, non eſt alicui auferendum.

1. *Privilegia principis quædam ſunt perpetua, quædam verò non.*
2. *Sacerdos dum celebrat à latrone aggreſſus, an poßit eum intermiſſo ſacrificio occidere.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*

QVemadmodum conceſſum à principe beneficium decet eſſe manſurum, quod ſuperiore capite dictum eſt, ita indultum à jure beneficium non eſt alicui auferendum. Quę duo tametſi prima fronte vel nihil vel certè parum à ſe invicem diſtare videntur, propterea quod beneficium principis ſit beneficium juris, quod ab ipſo principe veluti latore & conditore legis proficiſcitur. Si quis tamen penitus introſpicere, & nō in ſolo cortice hærere, ſed vim & effectum legum propius conſiderare velit, nō difficili negotio inter hęc duo diſcrimen aliquod reperire poterit. Beneficia enim ſeu privilegia principis varia ſunt. †Quędam cùm perpetuam atque conſtantē habeant rationem in natura poſitam, perpetuò competunt ijs, quibus data fuerunt: pleraque verò momentanea ſunt, eoque animo vt perpetuò maneant, non conceduntur. Ius autem natura ſua æternum eſt, & licet ſubinde hoc jus quod civile vocamus, emendari, corrigi, mutari poſſit, vel tacito conſenſu populi, vel authoritate ſummi magiſtratus, voluntate principis, ſuffragio legiſlatoris, alia poſtea lege lata, *l.nō eſt novum ff.de legi.* quoniam id quod humano fragilique cōſilio conſtitutum eſt, hominum iudicio iterū confirmari & tolli poteſt, cùm actionum humanarum vis & natura non eodē modo ſemper ſe habeat, ſed varia & mutabilis eſt: [*conf.Gail.de Arre.c.2.n.12.13.*] ipſa tamen lex eâ intentione principis conſtituitur, vt perpetuò maneat, niſi neceſſitas & viciſſitudo rerū civi-

civilium aliud expoſcat. Unde plerumque in legibus & novis principium conſtitutionibus adijcitur hęc clauſula. *Perpetuis duratura temporibus*. Tum verò beneficiũ principis iuris civilis portio eſt, qua cives & populus lege regia omnem poteſtatem ſuam in principem contulerunt, *l.2.ff.de origi.juris.* Beneficium autem juris latius patet, & ad ea quoque, quæ ex jure naturæ ſeu gentium indulgentur, pertinet. Quæ duæ juris ſpecies, divina providentia cõſtitutæ, omnino perpetuæ ſunt & immutabiles, quia quod vel in natura poſitũ eſt, vel tacita Dei voluntate per omnes vbique nationes diſperſum eſt id tanquam divinum & æternũ nullis hominum ſcitis & legibus abrogari, aut in aliam ſpeciem formamque transfundi poteſt, & ideò jus illud naturæ vel gentium non rectè dixeris eſſe manſurum, ſicut de beneficio principis dicitur, perinde atque ſi ſubinde poſſit immutari, quandoquidem ex natura ſua eſt perpetuum, & non tam decet eſſe manſurum, quã permanere debet, & perpetuò permanet.

A jure. Quod ſi huius capitis deciſionem ad jus naturæ referas, convenientiſſimum exemplum erit ex defenſione, qua inſtantem, immanentemque vim aut iniuriam à nobis noſtriſque repellimus, quia defenſio vnum præcipuum eorum eſt, quæ natura omnia animalia docuit ad conſervationem cuiuſque, *l.vt vim ff. de iuſtitia & jure.* quod tantæ vis eſt, vt ne Imperatoris aut principis poteſtate auferri poſſit. *Clem. Paſtoralis de re iudic.* adeoq; neque ex lege aut ſtatuto tolli poteſt. Et ideo quod quis periculum capitis à ſe nõ impunè avertat, nullo jure fieri poteſt, *Marius Salomon. in d.l.vt vim*
2. *verſ. nam hoc jure.* †quia illud beneficium à jure cuilibet indultum eſt, adeò vt ſi ſacerdos intra ſacra miſſarum aggreſſorem ſuum ſe defendendo occidat, mox redire ad altare, intermiſſaque ſacrificia peragere non prohibetur, [*vide Gail.2.obſ.110.n.9.& ſeqq. & 1.P.P.16. n.6.& ſeqq.*] *Panorm.in ca.clericis de vita & honeſt.cleric.* Unde etiam fit, quod parte non petente iudex ad proponẽdam defenſionem terminum illi præfigere debet, quantumvis ſtatuto caveatur, vt ſine figura iudicij adverſus criminoſum procedatur, [*conſ.Gail.1.P.P18.n. 7.8.9 & 1.obſ.107.nu.5.& ſeqq.*] *Bart.ad l.3. ff.de damno infect.* Sic & quod ius gentium alicui tribuit, auferri ab eo non debet. Quapropter Imperator pacta & conventiones cùm jurisgentium ſint, infringere non poteſt, *Socyn. conſil.273.* donationem ritè factã reſcripto ſuo non reſcindit, *l.ſi donatione C. de revoc. donat.* venditionem jure abſolutam non impedit, *l.de cõtractu.C.de reſc.vend.* Et nec princeps nec civitas poteſt aliquẽ privare domino rei ſuę ſine cauſa, [*D.Peck.ſup.ad c.prox.n.2.*] *Bart.& Alex. ad l.1.ff.de conſt.pecunia.* quia domina jurisgentium ſunt, quo agris limites poſiti ſunt, rerumque domina diſtingui cæperunt, *l. ex hoc jure ff. de iuſtit. & jure.* adeo vt reſponderit Anchoran.& eum ſecutus Felynus *in cap. quæ in Eccleſia.de conſtit* quod ſi princeps per reſcriptum rem meam ſine cauſa concedat alteri, non teneor in foro conſcientiæ obedire, [*v.D. Peck.infr.ad reg.79.nu.2.3.*] Sic & jus ſpeciale Legatis Principum indultum, paſſim & vbique ſanctum ac inviolabile, cum hominum præſidio munitum, tum jure gentium defenſum, inter bella & hoſtium tela incolume ſervari debet, *Bartol.ad l.fin.ff.de legibus l. 2. ff.de iudiciis.* Poſtremò ad jus civile quod attinet, indultum eo jure beneficium auferri non debet. Ideoque beneficij permutatio ſine conſẽſu capituli, ſi eius intereſſe poſſet, fieri non poteſt, quantumvis etiam Epiſcopo, vt capitulũ conſentiat, pręcipiente, *Calder. conſil.2.titu.de permutat.* Sic & is qui vltra dimidiũ iuſti precij circumſcriptus eſt in vendendo rem ſuam, non reſtitutionem in integrum petere, ſed reſciſſionem ex L. 2.C. de reſc.vend. poſtulare debet, *Aymo.conſil.7.n.13.l.1.* ne petendo reſtitutionem indultum à jure beneficium adverſario auferat, cui lex, vt ſupplendo iuſtum precium quod deeſt, rem retineat ſi velit, conceſſit, *d.l.2.* cùm è contrà poſtulata in integrum reſtitutione, rem ipſam reſtituere deberet.

Alicui.†Amplia hanc regulam, quod quamvis verba hæc (beneficium perſonale) dumtaxat quod perſonæ alicuius conceſſum eſt, reſpicere videantur, latius tamẽ mens legiſlatoris patet, quàm vt ſic conſtringatur, & in arctum contrahatur huius capitis deciſio, quia beneficium à jure rebus alicuius indultum, proculdubio comprehenditur, quod auferri earum rerum domino non debet, cuiuſmodi ſunt beneficia quæ profusè & cumulatim rebus Eccleſiaſticis, boniſque Eccleſiæ divi principes conceſſerunt, *tot.titu.C.de ſacroſ.Eccleſ.* 3.

† *Auferendum.* Ratio dubitandi multiplex eſt. Primò ex eo, quòd indultum cuique beneficium eſt, vt ſe ſuaque defendat, & adverſus vim atque iniuriam tueatur, quod beneficium tamen & filio & ſervo aufertur, quia ſi pater aut dominus verberet filium aut ſervum, reſiſtere ei non licet, quia ex quo licita eſt offẽſio patri in perſonam filij, & domino in perſonam ſervi, non eſt licita defenſio contra eoſdem, *tit. de emend.ſeruo.* Sic & adverſus iudicẽ niſi manifeſtam inferat iniuriam, *Hypol.in praxi crimi. §.aggredior. numer.79.* defendere ſe non licet, *l.ſi ſervus & ibi Barto.C.de his qui ad Eccleſ.cõfug.* & vt Ariſtoteles *l.5.ethicor.c.5.* ait, ſi principatum habens percutiat, repercutere non licet, ex quo legitima violẽtia à ſuperiore iuſtè infertur. Unde non abs re princeps ſecularis gladiũ ante ſe ferri facit, vt ſcilicet ſubditi intelligant eũ, teſte Paulo ad coërcendos malos à Deo prępoſitum & cõſtitutum eſſe, & ſe illi reſiſtere nõ debere. *Petrus à Duennas reg.192. in fi.* Secundò ex eo, quòd appellatio eſt defẽſio innocẽtię, *c.cũ ſpeciali de appella.* quę ex jure naturę & civili omnibus indulgetur, *d.clem.* 4.

paſtoralis. cuius tamen beneficium veneficis, maleficis, adulteris, manifeſtā violentiam committentibus, argumentis conuictis, teſtibus ſuperatis, vitium ſceluſq; confeſſis, aufertur, *l. ob. ſeruare C. quorū appell. non recip.* & princeps nō rarò committit alicui cauſam appellatione remota, [*Ga. l. 1. obſ.* 33. *n.* 5. *& obſ.* 135 *n.* 6.] *c. paſtoralis ca. et debitus de appell.* Tertio ex eo, quod mero iure naturali nullus arbitrio caret ſuo, ſed omnes ab initio homines liberi naſcebātur. *§. ius autē gentiū inſtit. de iur. natu. gen. & ciuili.* Hoc tamen naturalis iuris beneficium multis aufertur, & pleriſque humanis legibus ſeruitus imponitur, & vix quicquam aliud hominis naturæ æquè refragatur, vt durus ille ſeruitutis nexus. Cùm enim hominum cauſa creata, eiuſque pedibus ſubiecta ſint omnia, §. *in pecudum inſt. de rerū diuiſ.* atque ita conſtat hominē natum eſſe ad imperium, palam eſt eum mox quàm ſeruire incipit, à proprię naturæ ſtatu ac dignitate deflectere. Quartò ex eo, quod lex indulget patri, vt in bonis aduenticijs filijfam. vſumfructum habeat. *l. cum oportet C. de bon. quæ lib.* cuique tamē teſtatori liberum eſt, filiofam. conditione hac adiecta bona ſua relinquere, ne patri obueniat vſusfructus. *authē. excipitus ibid.* adeoque eundem patrem indulto ei beneficio priuare. Ex quo in ſimili nata eſt inter iuris interpretes diſputatio, quam exactis & collectis hinc inde argumentis examinat Bart. *quæſt.* 12. *incip. quidā reliquit.* Verùm fieri poſſet, vt monacho quis aliquid relinquat hac cōditione adiecta, ne monaſterio acquiratur, quod plerique aſſerūt, cùm tamen ſit ſuperiori indultum à iure beneficiū, vt monachus quicquid acquirit, monaſterio acquirat, & propriū nihil habere poſſit. Quinto ex eo, quòd condemnatis certum tempus præfinitum eſt à iure, ſpaciumque aliquod ſentētiam paſſis indulgetur, intra quod pecuniā corradant & iudicatū ſoluant. *l.* 2. *C. de vſuris rei iudic. l. debitorib. ff. de re iudic.* Is tamen qui pro tribunali cognoſcit, beneficium illud auferre poteſt, & nō ſemper tempus illud ſeruat, ſed nonnunquam prorogat, nonnūquam coarctat, & pro motu animi ſui conſtringit. *l. qui pro tribunali ff. de re iudic.* Quo etiam pertinet, quod ad perſequendā appellationem annalis temporis ſpaciū indulgetur, quod tamen iudex authoritate ſua reſtringere & appellanti auferre poteſt. *c. cùm ſit. de appell.* Sextò ex eo, quòd lex ventri beneficium & proli nondum natę, vt in poſſeſſionem bonorum paternorum, excluſit his qui ab inteſtato ſuccederent, mitti poſſit, concedit. Hoc tamen beneficium proli ſuæ auferre poteſt mater, ſi iudici inſpectionem & cuſtodiam iubenti obtemperare nolit. *l.* 1. *§ ſi cui ff. de ventre inſpic.* Septimò ex eo, quod indultum à iure beneficium eſt, ne filius pro patre, aut pater pro filio conueniatur, *C. ne filius pro patre tot. tit.* valere tamen hoc ſtatutum vnus ex multis reſpondit Alex. *con.* 42. *li.* 1. per quod filius ad debita per patrem cōtracta obligetur. Octauò indultum à iure beneficium eſt, vt filius legitima iure naturę debita non poſſit priuari: ſtatuto tamen beneficium illud auferri poſſe exiſtimant plerique, *Dynus hic. Soc. cō.* 288. *n.* 15. *li.* 2. Nonò ex eo, quod priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio ſuo non vtetur, adeoque indulto ſibi beneficio ſpoliatur. *l. verum ff. de minorib.* Mulier Senatuſcōſulto Velleiano non vtitur aduerſus minorem, quia minor aduerſus hanc reſtituitur. Poſtremò ex eo, quòd beneficium teſtandi communiter omnibus à iure indultū fuit, *l. generali C. de ſacroſ. Eccleſ.* & tamē lege lata monialibus & monachis ademptum fuit. *d. auth. ingreſſ. C. de ſacroſ. Eccl.* †Ratio verò decidendi eſt, quod ſicut beneficium iuris inuito non datur, ita quoque alicui inuito non aufertur, & ſine culpa (niſi ſubſit cauſa) nemo puniri debet: ne alioqui eiuſmodi beneficium in verbis & non in rebus poſitū videatur, Porro autem prima dubitatio non mouet. Hi enim quos decora domeſticę laudis exempla ad virtutem non prouocant, vt correctionis medicina compellantur æquiſſimū eſt, *l.* 1. *C. de emen. propin.* Ideoque patri aut domino corrigendi filium aut ſeruum poteſtas conceditur. Furtaque & delicta domeſtica priuatā correctionem expoſtulant, ſed publicam accuſationem, ſi non ſint enormia, non admittunt. *l. reſpiciendum ff. de pœnis.* In dubio autē ſi pater vel dominus verberat filium aut ſeruum, præſumitur id feciſſe cauſa correctionis. [*conſ. Gail.* 2. *obſ.* 106. *n.* 6.] *latè Alciatus reg.* 1. *præſumpt. cap.* 3. Qua in re ſi modicum excedat, cum iure ſuo vtatur, reſiſti non debet, quia (quod amplius eſt) non modò reticere homines parentum iniurias, ſed etiam æquo animo eos ferre oportet. *Cicero in Orat. pro Cluent.* Et ideò Plato, *Oportet* (inquit *li.* 4. *de legib.*) *iratis animumq; explentibus cedere, ſeu verbis ſeu rebus id faciant, non ignorantes patrē iure admodum filio ſuo ſuccenſere, ſi quid mali ab eo fieri arbitretur. Fely. ad c. dilecti filij num.* 7. *de excep.* Quod ſi verò correctio & emendatio ad atrocitatem deueniat, velitque pater aut dominus filium aut ſeruum occidere vel grauiter vulnerare, omnino permiſſa eſt defenſio, quia in huiuſmodi non eſt licita oſtenſio. [*conſ. Gail.* 1. *obſ.* 17. *ſub n.* 5.] §. 1. *inſtitu. de patria poteſtate.* Sic & hodie iudici reſiſtere & ſe aduerſus illum defendere non licet, præterquam ſi iniuſtè, temerariè, aut de facto procederet, *Bart. in l. prohibitum C. de iure fiſci.* veluti ſi appellatione non obſtante, condemnatum trucidari vellet, ſi notoriè innocentem quæſtione ſubijceret, ſi nulla cognitione adhibita condemnet. Qua de re multa apud Hypol. *ad d. l.* 1. *num.* 64. *ff. de ſicariis.* extant exempla, quæ omnia hoc vno loco referre ſuperuacaneum eſt. In his enim in quibus ita excedit, vt priuatus non vt iudex cenſetur, ideoque ei tanquam priuato reſiſti poteſt. [*Pec. infr. ad c. ea quæ n.* 6.] *Card. in clem.* 1. *de celebrat. miſſ.*

Neque

Neque etiam obſtat ſecunda dubitatio, quia iuſta cauſa ſubſiſtente poteſt princeps tollere appellationem, quemadmodum poteſt cum cauſa dominium rei alienæ auferre, veluti cùm pro bono pacis damna ſubditis illata remittit, *Dd. ad l. Antiochenſium ff. de priuileg. cred. Fulgoſ. conſ.* 144. agrum militibus veteranis in præmia aſſignatum diſtribuit, fundum priuati in ciuitatis vſum deſtinat. [*Peck. infr. ad reg.* 79. *n.* 2.] Iuſta autem hic ratio ſubeſt cur appellatio denegetur, quia confeſſus propria voce condemnatur, clariſſimis probationibus (quales in criminali cauſa requiruntur) conuictus, nullam cauſam reclamandi habet, & reipub. expedit in atrocibus delictis terrore denegatę appellationis ſceleratos homines à flagitijs deterrere. Nam dum intelligunt ſe in cruciatum abripi nulla dilatione executionis ex appellatione ſperanda, facilius à criminibus metu tormentorum abſtinere ſolent. Quæ ſola ratio eſt, quod in hac Belgica noſtra omnis in vniuerſum appellatio in criminalibus interdicta eſt. [*vide Gail.* 1. *obſ.* 1. *n.* 27. 28. *&* 1, *P. P. vlt in fin. Couar. pr. qq.* 25. *n.* 5. *Dãboud. pr. crim. c.* 15. *Clarus* §. *fin. qu.* 94. *nu.* 3.] Neque mouet, quod appellatio quæ eſt defenſio, iuris ſit naturæ: quia non omnis defenſio ex iure naturali profluit. Nam citatio iuris naturæ eſt, appellatio verò à iure ciuili inuenta & introducta eſt, quã princeps legiſlator ex cauſa poteſt denegare, [*conſ. Gail.* 1. *obſ.* 135. *n.* 12.] *Philipp. Francus ad d. cap. paſtoralis q.* 7. aliaſque etiam princeps ex cauſa, & etiam de plenitudine ſuæ poteſtatis, ius naturæ & gentiũ non quidem in vniuerſum tollere, ſed limitare & quibuſdam in cauſis ſiſtere poteſt. [*conſ. Gail.* 1. *obſ.* 75. *n.* 8. *& ſeqq.*] *latè Felyn in c. quæ Eccleſiarum de conſt.* Qua de re omnium latiſſimè ſcribit Bellonus *conſ.* 20. Tertia quoque dubitatio non mouet, quia ius naturale non prorſus tolli poteſt, derogari tamen illi poteſt §. 1. *inſtit. de leg. agnat. tut.* Unde lex ait, ius ciuile dici, quod neque in totum à naturali recedit, neque per omnia ei ſeruit, & ideo in ſeruis non planè tollitur libertas, ſed eius libertatis vis & officium ſuffocatur, ne effectum ſuum producere queat. *Dd. in l. quod attinet ff. eod. Loriotus ad l. iura ſanguinis eod. ti.* Hactenus tamẽ ſeruitus ſecundùm naturã eſt, vt qui prę-eſſe alijs nequeat, alijs ſubſit, & qui ſuapte natura ad malum ſunt procliues, ab alijs compeſcantur, tũ vero, vt pauper diuiti ſeruiat ęquum eſt, *Cælius Rodig. li. varia. lectio.* 25. *cap.* 15. quam naturę rationẽ ſi tollas, vniuerſa reſpublica corruere debet, ſolaq; naturæ noſtræ corruptione factum eſt, vt qui liberi nati eramus, ad omne malum procliues ſæpè in ſeruitutem rapimur. Sed nec quartæ dubitationis vlla eſt vis, non enim lex ſimpliciter conceſſit patri vſumfructum in bonis aduentitijs filij, ſed ita demum, ſi eum teſtator, qui filio legauit, vt hæredem ipſum inſtituit, non prohibuit, quod ſumma ratione eſt introductum, ideo quod quilibet eſt moderator & arbiter ſuarum rerum. *l. in re C. man.* & vt potuit teſtator non relinquere, ita multo magis reſtrictiuè relinquere potuit, veluti ſi filioſam. fauit quem diligit, patrem verò eius tamquam inimicum odit, vel ſi pleniſſimè filio proſpectum voluit, vt ex fructibus rerum legatarum reditus illi comparentur. Et non ſolùm poteſt hæc cõditio adijci, ne patri vſuſfructus acquiratur, verùm etiã & alius gubernator rerum relictarum poterit quiſpiam à teſtatore conſtitui, in fauorem filijfam. cui legatum ſeu hęreditas relinquitur, ſi minor ſit, §. *ſi vero & minoris in auth. vt liceat matri. & auiæ.* præcipuè ſi pater, cui alioqui adminiſtrationem lex indulget, luxui inſeruiat, ne ipſa poteſtate propria ad licentiam corrumpendi, profundẽdiq; bona filij abutatur. *l. fi. C. de ſent. paſſ. Ioan. Dilectus in lib de arte teſtandi. ti. de legat. ca.* 16. *num.* 3. Porro autem de monacho cui aliquid relictum eſt, ne Abbas habeat eius quod relictum eſt poteſtatẽ, variant ſententię, latiuſque de eo diuerſis in locis diſputat Bart. *in d. auth. excipietur & in d. qu.* 13. Cæterùm vt quis diſputationis illius prolixitatem effugiat, cautum eſt, vt temporaliter donet monacho, quãdiu ipſi abbas non mouerit quæſtionem *Bald. ad l.* 1. *q.* 7. *C. de his quæ pœna nomine. Panorm. cõ.* 67. *l.* 2. *Ioannes Dilectus d. lo. c.* 63. Non abſimile eſt, quod ad quintam quæſtionem reſponderi poteſt, quia quando à iure ſtatuitur certum tempus, tunc in eo locum habet iudicis arbitrium, vt idem tempus vel prorogare vel reſtringere poſſit, niſi eodẽ vel alio iure expreſsè caueatur, quod tempus illud ſit arbitrarium, arbitrique & poteſtati iudicis ſubijciatur. Quinto Zaſ. alios ſequutus exiſtimat, iudicem id poſſe etiam ſi id alia lege non exprimatur, [*vide Gail.* 2. *P. P.* 4. *n.* 23.] quia lex poſitiua generaliter ponitur, quæ non poteſt omnia particularia circumſpicere. *l. neque leges ff. de legibus.* Æquum igitur eſt, vt iudex ſuppleat id, quod lex dando dilationem fortè non cogitauit, niſi iudex mutãdo hanc dilationem intromitteret ſe dẽ iuriſdictione ſuperioris, veluti ſi terminum appellandi præfigeret, vt intra eundẽ finiretur appellatio, vel niſi eandem dilationem in vniuerſum tolleret, aut parti aduerſæ inutilem faceret. *Ioan. Monach & Philipp. Probus ad c. cupientis n.* 12. *verſi. item decet de elect. in* 6. Non obſtat quòque ſexta dubitatio, vel quia in petitorio iudicio nullum ſit præiudicium ventri, vel (quod magis puto) quia iudex non niſi cauſa cognita in poſſeſſionem mittere poteſt. *Zaſius d. loco n.* 4. *&* 5. quæ cauſæ cognitio cum muliere inſpectionem non permittente fieri nequeat, meritò negat miſſionem, tanquam cauſa ſibi nullo modo probata, omne tamen damnum quod inde accepit poſthumus in matrem redundat. *l.* 1. *ff. de ventre inſpic.* In 7. dubitatione nulla eſt violentia. Nam quod ſtatutum valeat, quod pater filij, vel filius patris debita, cuius hæres nõ fuit ſoluere teneatur, non eſt om-

eſt omninò expeditum, & in contrarias ſententias diſcedunt interpretes, *Salicet. ad l. 1. C. res inter alios acta. latè Hypol. ad l. infans ff. ad l. Corne. de ſicar. num. 16.* quia non ſolùm legibus graue, verùm etiam æquitati naturali contrarium eſt, pro alienis debitis alios moleſtari, *l. vnica C. vt nullus ex vicaneis li. 11.* quo ceſſante, eiuſmodi ſtatuta ſi principe ſciente & non contradicente recepta forent, vendicarent quodammodo legis nouæ authoritatem indulto illo beneficio in locum ſurrogato. [*vide Gail. 1. obſ. 36. n. 2.*] Neque etiam mouet octauum argumentum, quia quicquid dicat Dynus, *hic.* communi calculo receptum eſt, quod legitima poteſt diminui ſtatuto, ex cauſa, ſed in totum tolli non poteſt. [*Gail. d. ob. 36. n. 5. & 2. obſ. 122.*] niſi de aliquo quod loco legitimæ ſit, prouideatur: ſicut videmus in ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſſione & prohibentibus legitimam petere, ſed prouidentibus vt dotentur arbitrio aliquorum, quia dos iſta ſuccedit loco legitimæ, licet diminutæ. [*Gail. 2. obſ. 122. n. 12. 13. & obſ. 147. n. 6. Pec. 1. de teſt con. 41. n. 5.*] *Albericus ad l. quoniam C. de inoff. teſt.* Sed nec nona obiectio ſcrupulum facit, quia ſicut paria delicta mutua compenſatione tolluntur, ita & paria priuilegia ſe impedire ſolent, quia princeps ſimile priuilegium alteri concedens, videtur prioris priuilegium aduerſus poſteriorem reſtringere, vt contra eum locum non habeat, *Dd. ad d. l. verum.* aliàs verò æquiſſimum eſt potentius priuilegium, minus potenti præualere, & ideò minor contra filiumfam. Maced. SCtum allegantem, & contra mulierem ex Velleiano excipientem, reſtituitur. *l. ſi minor 2. ff. de minor.* Poſtremò vltima obiectio vim non facit, propterea quod lex noua veterem tollere potuit, temporis ratione id fortè exigente, neque ſibi neceſſitatem imponit legiſlator, à qua legem ferendo recedere ei non liceat.

REGULA XVIII.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.

1. *Actus ab initio non ſubſiſtit propter tres cauſas.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Rationes decidendi.*

QVemadmodum factum legitimè retractari non poteſt, licet caſus poſtea eueniat à quo non potuit inchoari. *c. factum inf. eod.* Ita vice verſa non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit, vt ſic par & eadem ſit ratio ac diſciplina contrariorum. *latè Præſes in loco à contrarijs.* Qua ratione reſpondet Iuſtinianus, impuberes & furioſos teſtamentum facere non poſſe, nec ad rem pertinere, ſi impubes poſtea pubes, aut furioſus poſtea compos mentis factus fuerit & deceſſerit. *§. præterea cū ſeq. inſtit. quib. non eſt permiſſū fac. teſt.* Sicut è contrario nocere non poteſt, ſi ſcripto teſtamento furere teſtator cæperit. *l. patre furioſo. ff. qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Sic proclamationes ſine cauſa emanatæ adeoq; de iure nullæ, nunquam etiam ex longiſſimo tempore conualeſcunt. *Roman. conſi. 150.* Sic licet naturales liberi per ſubſequens matrimonium legitimantur, *cap. tanta ext. qui filij ſunt legit.* eodemque loco habentur atque ſi ab initio, tempore natiuitatis ſuæ, ex iuſtis nuptijs fuiſſent procreati; illud tamen verum non eſt ſi inter eoſdem parentes matrimonium ab initio non potuit conſiſtere. [*vide tamē 2. obſ. 141. ſub n. 4. & ſeqq.*] *latè Aretinus conſ. 17.* † Porrò autem tres potiſſimum ſunt cauſæ, ob quas actus ab 1.
initio non ſubſiſtit, ideoque tractu temporis non firmatur, quia aut perſona inidonea, aut inhabilis eſt quę actum facit. Quomodo donatio à pupillo tutori facta iure improbata, confirmari & validari nō poteſt. *l. etſi contra & ibi Bald. C. de nupt. Rebuff. ad conſtitut. reg. tomo 2. ti. de donat. in fine.* Cauſa iudici excommunicato delegata, coram eodem tractari nō poteſt, licet poſtea tractu temporis abſoluatur. *gl. & Dd. ad c. dilectus de præbend.* Et hæres inſtitutus, qui tempore teſtamenti conditi hæres eſſe non poterat, hæreditatem non capit ex quocumque actu ſuperueniente. *l. pen. ff. de regu. iuris.* Et ſi ſtipulor hominem liberum, non firmatur ſtipulatio, licet tractu temporis homo ille fiat ſeruus: *l. inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de verb. oblig.* aut denique quia forma à lege præſcripta in actu aliquo non obſeruatur. Et ideò ſententia à iudice ſtante lata, nulla eſt, & conualeſcere non poteſt. *c. ſpacium 3. q. 3.* Rurſum tutor ſtatim in ipſo negotio præſens author fieri debet, poſt tempus aut per epiſtolam interpoſita authoritas nihil operatur, *l. obligari §. tutor ff. de author. tut.* quia à legis forma recedere non licet. [*vide Pec. ſupr. ad c. ratihab. n. 6. cum ibi concord.*] *l. nemo poteſt ff. de leg. 1. l. 1. C. de vſufructu.* Et in ſumma, oportet vt legitimè ſit factum vnde nobis aliquid debendi vel permittendi ius eſſe optamus, ne poſthabita iuris regula, ex eo nobis acquirere ſtudeamus, quod nulla obligationis cauſa habemus obſtrictum. Id quod tunc potiſſimum manifeſtabitur, ſi initium intuemur, quo vitioſo, vtique neceſſe eſt illud quod ſubſequitur, eadem morbi contagione laborare. *Præſes in loco à deſtructione anteceden.* Initium enim cuiuſque actus ſiue vtile ſiue inutile inſpiciendum eſt, [*Gail 2. obſ. 49. n. 6.*] *l. 3. C. ad Maced.* & idcircò ſiue in vltimis voluntatibus, *inſtit. de exhæred. liberorum.* ſiue in contractibus, *d. §. ſacrā.* ſiue iudiciis *l. ſi expreſſim ff. de appellat.* ſiue in reſcriptis, *c. 1. de reſcrip. in 6.* ſiue

in 6. ſive electionibus, *ca. auditis de elect.* ſive in vſucapionibus, *l. 4. §. de illis ff. de vſucap.* ſive in poſſeſſionibus, *l. clam ff. de acq. poſſ.* verſemur, quod ab initio inutiliter factum eſt, ex poſt facto non convaleſcit. Adeò hic locus fœcundus eſt, lateque per deciſiones juris civilis & Pontificum patet, vt licet regulariter ceſſante cauſa, ceſſet effectus, *c. cum ceſſ. de app.* tamen quando actus quiſpiam eſt nullus propter aliquam cauſam etiam ſi poſtea ceſſet ea cauſa, effectus nullitatis non ceſſat, *Tiraq. in tractatu ceſſante cauſâ. Limit.* 19. *l. eius qui ff. de teſt.* Veteres quo magis gradus & dignitatem perſonarum retinerent, diſtinguebant diligenter Senatoriū ſeu Patriciū ordinem à plebeio. Ideoque matrimonia inter patres & eorum liberos & plebeios ac libertinos noluerunt contrahi, *l. lege Iulia de ritu nupt.* contractaque iuſſerunt ſeparari, quæ matrimonia etiam ceſſante cauſa, & patre per ignominiam ſenatu remoto non firmabantur. *l. filium ff. de ſena.* Sic & ſponſalia inter impuberes propter defectum conſenſus, qui in eiuſmodi perſonis eſſe non præſumitur nullâ plenâ pubertate adveniente niſi novus conſenſus acceſſerit, non convaleſcunt. *cap. 1. ſuprà de deſpon. impub.* Sic & electio à minore parte capituli cæteris non vocatis facta, nulla eſt, neque etiam ſi maior pars poſtea conſentiat, & ſic cauſa nullitatis ceſſet, firmaturq́, *d. c. auditis.* Quinimò quod amplius eſt, etiam ſi res deveniat ad eum caſum à quo incipere poſſet, non ſolùm non tractu temporis, ſed ne ex ęquitate quidem lege confirmatur. [*conf. Gail. 2. ob.* 85. *n.* 2. 3. *Mynſ. in §. ex contrar. Inſt. de leg.*] nam ſi filiusfam. ſimpliciter donationis cauſa ius patris viuentis remiſerit, credens fortè ratum habiturum. remiſſio nulla eſt, & nullo ipſe remiſſionis vinculo alligatur, niſi in caſibus exceptis, Ideoque etiam ſi ei ſuccedat, & nunc poteſtatem habeat remittendi debitum, remiſſio tamen non confirmatur, neque obſtabit exceptio quo minus exigere poſſit. *Alciat. n.* 17. *& n.* 2. *ad l. filius C. de pactis.* Eodem modo manumiſſio à non domino facta non tenet, etiam ſi poſtea dominus fiat, *l. ſi ſeruus ff. quis & à quo.* confeſſioque quæ non præcedentibus indicijs in turtura facta eſt, adeo nullitati ſubiacet, vt ne ſuperuenientibus quidem nouis indicijs & perſeuerante in ea confeſſione reo, confirmatur, quod à patronis cauſarum ad literationem reorum plurimum obſeruandum & notandum eſſe admonet Hypol. *ad l. 1. & ad. quæſtionis ff. de quæſtionib.* Sed nec priuilegium ſuperueniens quicquam operatur, quia ſi teſtator fecit teſtamentum nullum propter defectum ſolemnitatis, etiam ſi poſtea priuilegium acquirat, vt abſque ſolemnitate teſtari poſſit, prius tamen teſtamentum non conualeſcit. *Baldus & ad l. Titius ff. de milit. teſtam.* Quomodo etiam Roman. *conf.* 509. reſpondit, quòd ſi ſtatutum habeat, quod non poteſt fieri ceſſio actionis in non ſubditum, non valet ceſſio etiam ſi princeps poſtea concedat vni quod in extraneum cedere poſſit. Vbi enim expreſsè aliud non cauetur, ibi ſicut lex, ita & priuilegium non ad præterita, ſed futura dumtaxat extenditur. *l. legis C. de leg.*

† Amplia primò hanc regulam, vt procedat etiam ſi negligentia aduerſarij concurrat. Quia malæ fidei poſſeſſor quantumuis negligens ſit dominus rei, vllo tempore non præſcribit, vt ſuperius diximus, *ad cap. 2.* & ſi in aliquem lata eſt ſententia excommunicationis, contra legitimam appellationem, & ſic nulliter, certè cùm ab initio non ligauerit, non ligat tractu temporis, quanquam per negligentiam fuit appellatio deſerta. *c. licet ſup. de ſentent. excom.* 2.

Amplia ſecundò, quod ſicut tractu temporis non firmatur, ita etiam nomen eius rei, quam ſignificare poſſet, non habet. *Tiraq. ad l. boves §. hoc ſermone limit. 1. nu. 9. ff. de verb ſigni.* verbi gratia, ſententia quæ ab initio non ſubſiſtit, non eſt ſententia, *l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. l. vlt. C. de ſent. ex breui. recit.* & inſtrumētum quod à principio non valet, non dicitur inſtrumentum, *l. cum Proculus C. de probat. cap. conſtitutus, & ibi Baldus de trāſact.* de quo plurima refert Tiraquellus. *d. loco & de retractu §. 1. gl. 2. num. 5. cum ſeqq.*

Amplia tertiò, quòd tractu temporis non conualeſcit, etiam ſi cauſa nullitatis ceſſet. *§. 1. inſt. de exhared. liber. l. Papinianus ff. de inoff. teſta. l. ei qui ff. de teſtam.* Vnde ſi filia ſenatoris contraxit matrimonium cum libertino, id quidem matrimonium nullum eſt, & ab initio non ſubſiſtit, nec vires aſſumet, etiam ſi cauſa, ob quam matrimonium illud non valebat, ceſſat, quia ſcilicet pater deſijt eſſe ſenator. *l. generali. §. vlt. ff. de ritu nupt.* Hæc tamen ampliatio ingentem continet diſputationem, multiſque articulis conſiſtit, ideoque ſola remiſſione ad alios facta, contentus ero. [*vid. Gail. d. obſ.* 85. *n.* 3. *Mynſ. in §. illis, n.* 5. *Inſt. de teſtam. Peck.* 3. *de teſt. con* 19. *n.* 4. 5. 6.] *Tiraq. in l. ceſſante cauſa limit.* 19. *& ad eos quos ipſe copioſè allegat.* Pertinet huc etiam quod ait Albericus, *ad l. quæ ab initio ff. eod.* inſtitutionem ab initio vitioſam non poſſe conualeſcere, licet amoveantur ea, quæ illam inutilem efficiebant.

Ratio dubitandi eſt. † Primò ex eo, quod ſi minor curatorem habens ſine eo contrahit, eiuſmodi contractus ab initio eſt ipſo jure nullus, adeò vt in integrum reſtitutio non ſit neceſſaria, *l. ſi curatorem C. de integ. reſ.* non aliter quàm ſi bona eius abſque decreto à curatore diſtracta fuiſſet. *l. 3. C. de præd. minor.* Si tamen per quinque annos continuos poſt impletam minorem ætatem, id eſt, poſt 25. annos connumerandos nihil conqueſtus eſt minor, nunc maior factus, perinde erit, atque ſi ab initio omnia ſolemniter acta fuiſſent, lapſuſque quinquennij efficit, vt quod antè non ſubſiſtit, ipſo quinquennio confirmetur. Cui non abſimile 3.

ſimile eſt quod donatio præſidibus prouinciarum à ſubditis facta, iure ciuili Romanorum irrita eſt, & ab initio non ſubſiſtit, quinquennali tamen tempore poſt depoſitam adminiſtrationem, ſi nulla querela ſuper eiuſmodi adminiſtratione facta eſt, cõfirmatur. *l. vnica C. de cõtra. iudic.* Secũdo ex eo, quòd ordinatio, collatio & reſtitutio Epiſcopi ſeu Archidiaconi, ſpreto patrono Eccleſiæ, ad quem præſentatio pertinet, facta, nulla eſt ab initio. *ca. decernimus 16. quæſt.* 7. Si tamen poſtea non vocato patrono lapſũ ſit tempus præſentandi id quod antè nullum fuit, confirmabitur. *latè Felyn. in c. cum Berthold. de re iudic.* Tertiò ex eo, quod vẽditio rei alienæ in præiudicium veri domini nulla eſt, quia id quod noſtrũ eſt, ſine facto noſtro ad alium tranſire non poteſt, *l. id quod noſtrũ ff. eod.* licet valeat in præiudicium vendentis, ſcilicet, vt teneatur ad id quod intereſt ei, quem vendendo rem alienam decepit, *l. rem alienam ff. de contrah. emptio.* hæc tamẽ vẽditio, quæ reſpectu domini nulla fuit, ab initio tractu temporis confirmatur, propterea quod rei alienæ emptor 30. annorum ſpacio aduerſus verum dominum præſcribit, ſi modò bona fide emerit, exiſtimans venditorẽ ius vendendi habuiſſe. Quartò ex eo, quod paria ſũt legitimè quid fieri, & legitimè confirmari. *l. tribunus ff. de re milit.* Perinde igitur eſſe videtur ſiue actus, qui ab initio non conſiſtit, legitimè poſtea cõfirmetur, ſiue ab initio legitimus fuit, pręcipuè quod confirmatio tria operetur. Quia dat authoritatem actui, facit actum cenſeri validum, qui erat inualidus, & denique ſine cõſenſu illius qui eũ confirmat, retractari non poteſt. *c. 1. de tranſact. gl. ad c. frater 17. q. 4.* Quintò ex eo, quod nullũ eſt, etiam tractu temporis aliquid operatur, quia electio prima quæ nulla eſt, ipſo iure impedit ſecundam tractu temporis ſubſequentẽ. *c. auditis & ibi gl. in fi. d. elect.* magis igitur videtur poſſe confirmari, quod nullum eſt, Si enim res inualida aliquid per ſe operetur, quãto magis operari aliquid debet, ſi iuſto aliquo titulo confirmãte adiuuetur. Poſtremò ex eo, quod Vlpianus ait: Si quis in ſenatorio ordine agens libertinam habuerit vxorẽ, quamuis interim vxor non ſit, attamen in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatem, vxor eſſe incipiat. *l. ſi quis in ſenatorio ff. de rit. nuptiarum.*

4. † Ratio verò decidendi eſt quod in contractibus id tempus ſpectamus quo contrahimus. *l. non omne* §. *in ſtipulationib. ff. eod.* Cũ ergò eo tempore id quod agitur non ſubſiſtat, fieri non poteſt vt temporis tractu conualeſcat, cum ſit opus ex iuris conſtitutione, non ex tempore, in repub. negocia formari, & quod ex radice infecta ſeu nulla eſt, eius naturam à quo procedit, & ortum habet, ſequatur neceſſe eſt, qua amputata omnes rami & fructus decidunt, & in cauſato plus virtutis eſſe non poteſt, quàm quod ab influenti potentia cauſæ procedit. *Bald. ad l. 1. ff. de ſenatorib. cap. 1.* §. *hac autẽ Qui feudum.* Secundò, quia tempus non eſt modus inducendi vel tollendi obligationem, *l. obligationum ferè* §. *placet ff. de act. & oblig.* & ideò nõ eſt modus actum de Iure non ſubſiſtentem reparandi & confirmandi, alio extrinſecus non accidente, quia confirmatio eiuſmodi idem eſſet quod ipſe actus, *Ioannes Monach. hic. Meynerus ad l. quod initio ff. eod.* [*& ibi etiam Cagnol. nu. 6. conf. D. Pec. ſupr. ad c. ratihab. nu. 6. cum ibi concord. & infr. ad c. quod quis n. 7.*] Non obſtat autem primum argumentum quod ex aduerſo proponitur, quia alienatio rei minoris vel donatio præſidi facta, quæ nulla fuit ipſo Iure, ſolo quinquennio vel tractu temporis quinquennalis non conualeſcit, ſed ſolum ex præſumpto conſenſu minoris, & ſubditi, qui toto quinquennio tacentes, videntur omni querelæ renunciaſſe, adeo vt non tam confirmatio præcedentis nullitatis, quàm renunciatio & refutatio omnis querelę & actionis, facta videatur. quæ ſolutio etſi (vt exiſtimo) vera & bona ſit, facilè tamen oppugnari poſſet. Et quidem primò ex eo, quod conſenſus tacitus non plus poteſt quàm expreſſus, quia in conſenſu expreſſo, nullum eſt dubium de voluntate conſentientis, ſed in tacito præſumptoq; cõſenſu, animus iudicis decipi poteſt, præſumendo eum conſenſiſſe qui non conſenſit, atqui conſenſus expreſſus creditoris, alienationẽ rei hypothecatæ ipſo Iure nullam, non confirmat. *l. 4.* §. *fin. l. ſicut ff. quibus modis pig. vel Hyp. ſoluit.* & præcipuè quidem hoc locum habere deberet quãdo actus aliter eſt nullus, quàm propter conſenſum ipſius qui eum confirmat prius non intercedẽtem, ſicut in alienatione rei minoris, alienatio non eſt nulla, ideo quod ipſe nõ conſenſit, ſed ideo quia forma legis non fuit obſeruata. §. *pupill. inſtit. de inutilibus ſtipula.* Adeoque Romanus ait, *conſ. 54. incipi. viſis.* quod quando actus eſt nullus propter ſolemnitatem omiſſam, tunc per conſenſum ſupervenientem non convaleſcit. [*conſ. Pec. ſupr. ad c. ratihab. cir. fin. & Gail. 1. ob. 47. n. 5.*] Secundò ex eo, quod circa eandem rem non poſſent concurrere plures fictiones, ſed hoc ex lapſu quinquennij fingitur, *l. 1. C. de dotis promiſ.* Primò quod interceſſit conſenſus: Secundò quod omnia ſolemniter fuerunt acta: Tertiò quod oblivio & ignorantia præſumptivè decennio inducuntur. *l. peregre ff. de acq. poſſeſ.* Ideoque & ſcientia alienationis præcedentis quæ de jure nulla eſt, & tacitus in eam conſenſus, nõ quinquennio ſed decennio dumtaxat introduci debere videtur. Quæ omnia etſi prima fronte magnã probabilitatem habeant, in receſſu tamen inania ſunt. Ad primum enim quod attinet, vtique verum eſt, quod quando actus eſt nullus ex eo capite quod ſolemnitas non eſt adhibita, tunc regulariter non poteſt confirmari, ſed locũ hoc non habet quando illa ſolẽnitas reſpicit favorẽ certę alicuius & determinatę perſonę, tũc enim ſuperveniẽte illius cõſenſu cõfirmatur.

matur. *Bart. ad l. 1. §. ſed ſi ff. de leg. 3.* Nam in ſimili videmus, quod ſi filius à patre in teſtamento præteritur, hoc eſt, neque inſtituitur neque exhæredatur, teſtamentum non conſiſtit, neque quicquam ex eo debetur, quia ſolẽnitas teſtandi non eſt ſervata, tamen ſi ipſe filius poſtea conſentiat, tabulæ teſtamenti convaleſcunt, *l. filio præterito ff. de iniuſto teſta.* Unde etiam creditor, ſi alienato rei pignoratę eſſet nulla, ſolum propter deficientem ipſius cõſenſum alienationem illam ante nullam novo ſuo conſenſu confirmare poſſet, ſed quando ob aliam cauſam nulla eſt, locus eſt cõtrario, quia jus publicum pactis privatorum tolli non poteſt. *l. jus publicum ff. de pactis.* Eiuſmodi verò eſt ſolemnitas in alienatione rei minoris acquiſita, quæ vtilitatem & favorem minorum principaliter concernit, licet ſecundariò ad publicam vtilitatem quoque pertineat, ne minores in initio ætatis ſubvertantur, nulli poſteà vſui reipub. futuri, quia juri publico quod principaliter in favorem aliorum introductum eſt, renunciare licet. *Iaſon. ibi.* Eadem eſt ratio donationis, quæ Præſidi Prouinciæ à ſubditis facta eſt, quandoquidem idcirco prohibitæ ſunt donationes hæ, quod ſæpè videntur metu extortæ. Neque mouet quod duæ fictiones concurrere non poſſunt, quia hoc verum non eſt, quamdiu vna fictio in ſequelam alterius venit, *d. l. cum duo ff. de c. Præſes in loco à ficti.* vt hic figendo enim conſenſum, neceſſum eſt vt omnia reliqua figantur. Quod vero de obliuione dictum eſt, non ſemper verum eſt, quin etiam aliquando vnius anni ſpacio, *l. ſi arbiter ff. de probat.* aliquando ex multitudine negociorum, *Alex. conſ. 214. l. 2.* aliquando ex infirmitate obliuio præſumitur. *Bald. ad l. hac conſultiſſima C. qui teſta. facere poſſunt.*

Non pugnat quoque ſecunda dubitatio, quia quod inſtitutio quæ ſpreto patrono nulla eſt, confirmetur, ſi poſt inſtitutionem tempus præſentandi lapſum ſit, non efficit lapſus & tractus temporis, ſed negligentia patroni, qui iuris ſui priuatione dignus eſt, ne Eccleſiaſtica officia intermittantur, & magno ſubditorum detrimento negligantur, ipſeque Epiſcopus non rectè faciet, ſi propriam turpitudinem allegando, inſtitutionem dicat eſſe nullam, *l. 1. C. de liberali cauſa.* tenebiturque eam habere ratam, vt ex hoc tempore à quo ad ipſum devoluta eſt collatio, valeat. Superuenit enim (inquit Felynus) *ad c. cum Bertholdus num. 14. de re iudicata* negligentia patroni, quæ irreuocabiliter confirmat id quod eo inſtante irritabile & irritum erat. Sic & ad tertiam obiectionem reſpõderi poteſt, quod venditio quæ fuit nulla reſpectu veri domini, non confirmatur per præſcriptionem, ita vt emptori ex illa venditione mediante præſcriptione acquiratur dominium, ſed tantum paratur emptori exceptio, qua dominum, qui tanto tempore rem ſuam neglexi, non ex capite venditionis quæ nulla fuit, ſed ex capite præſcriptionis repellit *Doct. ad l. 3. ff. de vſuc.* Pari modo quod 4. loco obijcitur vim non habet, quia paria quidem ſunt hæc duo, legitimè quid fieri & legitimè confirmari. In paritate enim eſſe debet proportio extremorum ad ſe inuicem. [*conf. D. Peck. ſupr. ad c. ratihab. cir. fin. cum ibi concord.*] *Præſes in loco à pari & in loco à ſimili.* Inter actũ verò qui eſſe non poteſt, & inter actum qui confirmari poteſt, nulla paritas eiuſmodi penitus reperitur. Non obſtat quoque 5. obiectio quod quia electio quæ nulla eſt, aliquid operetur impediendo ſecundam electionem, odio eligentium introductum fuit, qui vel ſcienter eligendo indignum, vel ſimoniacam labem committentes, ſeipſos ipſo Iure ſpoliant, poteſtateque eligendi prima vice exuunt, vt ſic puniantur in eo in quo peccarunt, & ſic in eorum præiudicium id quod verè nullum eſt, ſubſiſtet. Subinde tamen actus qui nullus eſt, in fauorem alterius confirmatur, modò nihil appareat quod illi imputetur. Quia iudicium cum procuratore falſo agitatum, eſt nullum, *l. licet C. de procurat.* & tamen poteſt per dominium in ſuum fauorem confirmari, *Dd. ibi.* quoniam nullam ipſe falſitatem admiſit. [*Gail. 1. obſ. 47. per tot.*] Poſtremæ quoque dubitationis non eſt magna conſideratio, quia in propoſita facti ſpecie quæ dubitationem fecit, cauſa nullitatis ceſſauit, & ideo quoque prohibitio ceſſare debuit, tum etiam odiũ mariti eas nuptias contrahẽtis, ibi cõcurrit. Quæ duo ſimul coniuncta, ad eam rem neceſſaria ſunt. Nam alioqui ſolum illud non ſufficeret, cauſam nullitatis in dicto caſu ceſſaſſe, vt aut Tiraquellus, quem vide. *ad tractat. ceſſante cauſa. limit. 19.*

REGULA XIX.

Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.

1. *Rei appellatio generalis eſt.*
2. *Res quot modis pertinere dicatur.*
3. *Prohibitio quibus caſibus non tollat actionem neg. geſt.*
4. *Ruſticus de culpa tenetur qui falconib. carnes falſas porrexit, vnde mortui ſunt.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*

QVemadmodum olim reprehenſum fuiſſe legimus Conomon Athenieſem ducem, quòd in cauſa propria nauali prælio ſuperatus, redintegratis copiis, non ſuam propriam ſed aliorum libertatem reſtituit: Ita etiam qui immittit falcem ſuam in meſſem alienã, quam neque

neque ſeminauit neque coluit, ob ſuam culpã tanquam reus condemnandus eſt,& ſicut volente domino ſuſcepta rei alienæ adminiſtratio ſine culpa deſeri non poteſt,quod in tutela, cura, cuſtodia & mandato euidentiſſimum eſt,*l.contractus ff.eod.*ita ſi non cõſentiente domino,rei alienæ quis ſeſe immiſcuit,extra culpam eſſe nequit,adeoq; vel ad damni illati æſtimationem, vel ad pœnam publicam,vel ad iniurię reparationem,vel denique iuxta qualitates ac circumſtantias perſonæ aut cauſæ alio quouis modo obligatur. Quod enim hic dicitur non eſſe ſine culpa eum qui rei,quę ad eum non pertinet,ſe immiſcet, non in ſolo verborum cortice accipiendum eſt,ſed vt hæc culpa ſuas quoque pœnas habeat,intelligi debet.

1. *Qui rei.* † Rei appellatio generaliſſima eſt, vtpote quæ ſe ad omnem adminiſtrationem, ſententiam,controuerſiam,ad omne iudicium, factum,patrimonium, ius,& rem alterius extendat.*l.rei ff.de verb.ſig.*

2. *Ad ſe non pertinet.*†Quemadmodum res aliqua ad nos pertinere dicitur, vel ratione dominij quod noſtrũ eſt, vel ratione iuris quod in ea habemus, cuiuſmodi eſt ius poſſeſſionis aut pignoris,*l.verbum illud ff. de verb.ſignif.*vel ratione vſus communis, vnde res quæ communis eſt noſtra dicitur *l.ſerui* §.*Labeo ff.de leg.*1. vel ratione adminiſtrationis ,ſicut tutela,cura atque ſollicitudine eſt tutorũ, *l.ita* §.*geſſiſſe ff. de adm.tut.*[*conf.Gail.de pig.obſ.*4.*n.*4.5.*Mynſ.* §.*fin.Inſt.de vi bon.ra.*]ita è contrario pluribus modis ad nos res non pertinere dicitur.Principio enim ad hanc regulam pertinent hi, qui vel rem alienam inuadunt, vel poſſeſſionem vacantem propria authoritate occupant.Quia qui rei ad ſe non pertinenti ſe immiſcent,non ſunt ſine culpa,& ob id tanquã prædones puniuntur.*Ridiculum enim eſt dicere vel audire*(inquit Iuſtinianus*l.fina.C.vnde vi.*)*quod per ignorantiam rẽ aliquis occupauerat. Omnes enim ſcire debent ,hoc quod ſuum non eſt ; ad alium omnibus modis pertinere.* Quomodo Demoſthenes furi dicenti neſciebam hoc tuum eſſe, reſpondit, *at tuum non eſſe ſciebas.* Imo quod amplius eſt, operarij & laboratores rei alienæ ſeſe non ſine culpa immiſcent ,ſi vineam vel rem quamcumque aliam,ab alio poſſeſſam ſcienter mandato conductoris, operarum cauſa ingrediantur.*Bart ad l.non ſolũ* §.*ſi mandato ff.de iniurijs.* Secundò rei ad ſe non pertinenti immiſcet ſe, qui inuito & prohibente domino, aliena negotia adminiſtrat, quia hæc prohibitio domini tollit negotiorum geſtorum actionem in his ,quæ poſt prohibitionem geruntur, adeoque ſi quid poſtea in rem alienam impendat,& repetere velit,non auditur, quia quod actionẽ non habet, ipſius culpa prouenit,[*vide Peck. ad l.*1.§.*magiſt.*1.*n.*5.*de exer. act.*]*l.fin.C.de neg.geſt.*
3. † præterquàm ſi quis ſumptum fecit,vt quem inuitum è domo ruinã minitante extraheret:ſi carceratum reluctantẽ redemit : ſi ægrum perire volentẽ medica arte iuuit,[*Coſtal.in l.ſoluendo,de neg.geſt. Dec.conſ.* 691.]*c.ipſa* 23.*q.*4. *Caſtrenſ.& alij ad d.l. fin. Roma,ſingul.*120.*Panorm. conſ.*91. non enim eſt audiendus perire feſtinans *.l .non tantũ ff.de appel.* Tertiò immiſcere ſe dicitur rei ad ſe non pertinenti, qui ſe immiſcet Iuriſdictioni alterius.Ideoque nũcius,executor,ſeu apparitor ,ſi in alieno territorio quicquã faciat,eius loci Iudice non cõſentiente,eſt in culpa, & in carcerem conijci poteſt,[*pulchrè D.Peck. de jur. ſiſt. c.* 22.*per tot.*] *Romã.ad l.nolle nu.*3.*ff.de acquir.hæred.*Quartò etiam is miſcet ſe rei ad ſe non pertinenti,qui artem quam profitetur ignorat.Diuerſa quippe hominum eſt natura.Alij talentum à domino acceptum defodiunt, grauiterque peccant: quia vt Luna quod luminis accepit à ſole mũdo refundit : ita domum à Deo acceptum, in commodum aliorum eſt conferendum. Alij ambitione pleni ſunt,& quod non in omnibus excellunt,dolẽt,qui perinde faciunt,ac ſi quis moleſtè ferat,quod vinea nõ ferat ficus,quodque arbores oliuarum non ferant botros. Alij denique omniũ pernicioſiſſimi, nihil ſciunt & multa profitentur, ideoque (inquit Plinius *lib.*11.*cap.*32.) vt Chameleon magnum habet pulmonem & nihil aliud intra ſe,ita hi præter ventoſam iactantiam nihil habent. Hinc eſt quod ſi medicam artem,aut quam aliam artem exercens,per imperitiam peccauit,& quod ſuæ profeſſionis non eſt, fecit, vnde vel morti, vel damno feneſtra aperiatur, impunè culpam non feret, [*Gail.*2.*obſ.*111.*n.*25.*& ſeqq.*] & non aliter quàm mulio, obſtetrix ,iudex, [*Gail.obſ.*153.*per tot.*] *l.item ſi obſtetrix ff ad l. Aquil.l.ſi ff.de varijs & extraord.cognit.*aſſeſſor, ſeu tutor ex imperitia tenebitur, [*vide Farin. par.*3.*titu.de diuerſ.crim.q.ſi.* 111. *n.* 435. *& ſeqq.VVrm.obſ.pract.tit.de Iud.obſ.* 2.*qui tamen id procedere negat in ciuitatibus & villis,vbi Ciues & ruſtici coguntur eſſe iudices:de quo dubito.cùm peritiores conſulere debeat, ter not. D.Peck.ſupr. ad reg.*13.*nu.*10.*verſ. adde,cũ ibi cõcord.*] †Quo 4.
pertinet quod lepidè & eleganter ex facto cõſultus reſpondit Felynus *conſ.* 15. Ruſticum de culpa teneri,qui falconi alterius,carnes ſalſas comedendas porrexerat, morique fecerat, aut certè mortis occaſionem præſtiterat,quippe quod rei, quam non intelligebat, hoc eſt falcones alere,ſe minimè debuerat immiſcuiſſe.Sed & hi quos lex ab artis alicuius exercitio remouet, quemadmodum ab exercitio artis medicæ & chirurgicæ remouet Sacerdotes, *c.tua de homicid.*ad ſe non pertinenti rei ſe immiſcent.Eoque pertinet quod lib.4 de dignitate ſacerdotali tomo 5. cap. 1. ſcribit Chryſoſt.*Nullus*,inquit , *relinquitur excuſationis locus in his,quæ poſtea commiſit is, qui ſe ad ſuſceptionem honoris iſtius & oportunum ſpondet & impediuit, nec poteſt vltra dicere , quia intuitus hoc aut illud feci ,aut inuitus in hoc deliqui.Reſpondebitur ſiquidem ei à iudice. Et cur conſcius*

tibi

tibi tam grandis inſcitia, nec habens exercitatum ſenſum, ab hanc artem ſine offenſione tractandam auſus es accedere, atque properaſti? Officium quod vires tuas ſuperat, aſſumere quis coëgit? Quis fugientem violenter attraxit? Hactenus ille. Quæ ſanè ambitioſis pleriſque hominibus & cùm minime idonei ſint, conſilijs Principum, alijsque functionibus ultro ſeſe ingerentibus rectè obieceris. Exiſtimo etiam hujus capitis deciſionem teſti optimè applicari poſſe, qui nō rogatus vltrò ſe iniecit vt teſtis eſſet, cum ex eo ſuſpectus ſit, & ſi vt ſuſpectus repellitur, injuriarum actionem non habet, quia in culpa eſt, qui ſe immiſcuit rei ad eum non pertinenti.

5. † Amplia ſecundò vt procedat, ſive immiſceat ſe ipſe, ſive per alium, nam vt ait Tiraq. *in tractatu de nobilitate c.27. in fin.* Culpâ non caret qui artes ad ſe non pertinentes, & ſibi prohibitas per alios exercet, *gloſ. & Dd. ad clem.* 1. *de vita & honeſt. cler.* Quo pertinet etiam, quod ne dum tenetur quis de ſua imperitia, ſed etiã de imperitia illius, quem ipſe aſſeruit eſſe peritum, vt aliqui negocio præficeretur, *l. ſi ſervus ſeruũ, §. ſi fornicarius & §. fin. ff. ad L. Aquil.* adeo, vt imperitia aſſeſſoris non excuſet judicem, quin faciat litem ſuum, ſi iniquè pronunciavit, *Florianus ad d. §. ſi fornicar.*

Amplia ſecundò, quod propter hanc culpã poteſt privari dignitate obtenta, vt ſi quis aſſeruit ſe eſſe peritum ſacrarum literarum, cum non eſſet, & Pontifex ei propterea beneficium conceſſit, poteſt contra ejus literas & gratiam excipi. *Albericus ad l. ſi per imprudentiam ff. de evictionib.* Qua de re latius in vtramque partem diſputat Roffredus, *quæſt. ſabbat. 2. incip. Oderic.* tandemque reſoluit, ſaltem beneficio reſtitutionis in integrum juuari poſſe Eccleſiam, ſi Epiſcopus indocto ſe peritum aſſerenti, & officio peritiam requirenti ſe immiſcenti, beneficium conceſſit.

Amplia tertiò, quod non ſolum non eſt ſine culpa qui immiſcet ſe rei ad ſe non pertinenti, verùm aliquando cenſetur eſſe in dolo, vt ſi is qui ne à limine quidem medicinæ ſtudium ſalutavit, aſſerat ſe ſimpliciter peritum medicinæ eſſe, vel aſſumat officium medicandi, [*vid. Gail. 2. ob.* 111. *n.* 26. 27.] Ideoque latiſſima hic eſt culpæ acceptio pro modo & qualitate ejus de quo agitur, vt ſubinde culpam levẽ, ſubinde leviorẽ, ſubinde & dolo adæquatam contineat. *Bart. ad l. in venditione §. de tempore ff. de bo. author. judic. poſ.*

Amplia poſtremò, vt non excuſetur etiam ſi dicat ſe iocosè feciſſe, *c.* 1. *de præſum.* quia in hujuſmodi præſumitur dolus vel culpa, niſi ex alijs vrgentioribus præſumptionibus aliud probetur, *l. ſi non convicij, Cod. de injurijs, Dd. ad di. cap.* 1.

6. Ratio dubitandi eſt. † Primò ex eo, quod lex permittit aliena negotia nos gerere, gerentibuſque negociorum geſtorum tribuit actionem. Secundò ex eo, quod officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, *l. ſi ſervus ff. de furtis.* Tertiò ex eo, quod Vlpianus ait agrimenſorem imperitum, imperitè in ſua arte verſantem, de culpa non teneri; *l.* 1. *ff. ſi menſor falſum mod. dix.* Et denique ex eo, quod is repetitionem ſumptuum non habet qui pro invito ad mortem condemnato appellat. *dict. leg. non tantum.*

† Ratio decidendi eſt, quod omnia ſuo loco atque ordine fieri convenit, vt concors illa rerum harmonia, quam toties in civitate exoptat Ariſtoteles, conſervetur. Quiſquis igitur in loco non manet, ſed pro libidine ſua, quod ad ſe nō pertinet, attentare audet, & ſic alienę rei citra legis adminiculum ſeſe immiſcet, culpa carere non poteſt, turbato namque ordine facit quod ſua non intereſt, adeoque intelligere debet infirmitaten ſeu ignorantiam ſuam alijs pernicioſam futuram, iuxta vetus prouerbium; *Ne ſutor vltra crepidam.* Ita tamẽ plerumque accidit, vt plerique cum nihil didicerunt, credant ſe eſſe ſapientes, vt in vita Diui Baſilij teſtatur Gregorius Nazianzenus, & cum nullo prius muniti ſunt gradu, nec virtute aut eloquentia, ignaui abſque diſciplina elati ac ſupini ſupra meliores ſe extollunt, nec boni aut humilitatis exemplo mouentur, ſed omni ſtudio tamen honores quærentes, ex poteſtate ſibi ingenium atque prudentiam pollicentur. Ex quo verum eſt illud Demoſthenis, *Rem præter dignitatem fœliciter aſſequi, ſtultis malè ſentiendi aut cogitandi eſt occaſio.* Non obſtat autem his quæ diximus, & pro confirmatione iſtorum paulò ante hic adduximus: prima dubitatio, quia homini homo ex inſtinctu naturę tenetur prodeſſe, *l. ſervus ff. de ſeruis export.* Vnde ſi intromittit ſe in negotijs alienis ſine mandato, vt ei proficiat, vtique intromittit ſe de eo, quod ad ipſum pertinet, non quo ad damnum vel lucrum, ſed quo ad officium humanitatis cauſa. 7.

Secunda quoque dubitatio non mouet quia quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire, *l. quod quis ex culpa ff. eo.* quo ad iuris conſiderationem, quod huic damno patrocinetur, quia tales ſibi ipſis obſtant, & vulnera ſuis tales facta patiuntur. [*vid. D. Peck. infr. in c. damnum per tot & in l.* 1. *§. non autem, n.* 3. *de exerc. act.*]

Tertia quoque dubitatio remouetur, quod ſibi imputare debuit qui eum *d. §. hac autem de actio.* adhibuit. Quod non ſimpliciter accipiendum eſt. nam & de medico & obſtetrice, vbi plures inuenire potuiſſent, id dici poſſet, ſed Vlpian. non negat agrimenſorem eſſe in culpa, profitendo artem quam ignorat, ſed ſolùm de leui culpa non teneri ait, & ſi per imperitiam quid fecit, tenetur in ſubſidium, ſi is qui ex falſa menſuratione lucrum cœpit, non eſt ſoluendo. *l. ſi. duos. eod. titu.* adeoque extra damnum manet, qui deceptus eſt, quod in medico &

dico & obſtetrice dici non poteſt, quia ſanitas hominis cum opibus medicorum comparari non poteſt. Poſtrema verò dubitatio vim non facit, nam vt ſuprà dixi, non eſt audiendus perire feſtinans, & neminem iniuſſu Dei ante tempus fato fungi, aut id, æquum eſt. *Plato dialogo 9. de legibus.*

REGULA XX.

Nullus pluribus vti defenſionibus prohibentur.

1. *Actione vna electa, an ad aliam via pateat.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Exceptiones contraria an conditionaliter ſint proponenda necne.*
4. *Exceptionem malitioſè opponere differens cõdemnatur in expenſas.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Probare non convenit, quod probatum non relevat.*
7. *Rationes decidendi.*
8. *Actor an initio inſtrumenta ſua reo edere teneatur.*
9. *Mendacium lex vbique punit, & deteſtatur.*

QVoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna tantum quis
1. experiri debet. *l.nemo §.quoties ff.eod.* † Et quando lex ex eodem facto plures actiones concedit, licet omnes ab initio oriantur: non tamen omnes ſimul intendi poſſunt, ſed eligendum ab actore eſt, quà potiſſimum velit experiri, *l.cuius bonis ff.de Cur.furioſ.* eaque electione facta, vna ſola competit, aliæ quatenus in eadem re concurrant, extinguuntur, vt merito impoſſibile ſit eas accumulari. *l. quod in hær.ff.§. Eligere de Tri.act.* Quæ tamen regula nonnullas habet reſtrictiones, quas hoc loco referre non eſt neceſſarium, ſed cumulatim apud Alciat. reperiuntur. [*vide D.peck. ad l.1.§.hac actio n.2.de exer.act. Gail.de Arreſt.ca.5.n.16.*] *ad l. edita C.de edendo.* In reo verò omnia aliter atque alio modo ſe habent. Nam vt ſerpens quidã vtrimque caput habet, & vtralibet corporis parte pro cauda vtitur, ita rei ancipites, nunc hac nunc diverſa ratione ſe tuentur. Qua tamen in re, boni viri officio eos vti convenit, ne defenſiones hæ magis ad ludificãdos mortales, negociaque malo more & doloſè procraſtinanda, quàm ad tuendam innocentiam in-
2. ventæ videantur. † Principio igitur amplia hãc regulam procedere in exceptionibus diverſis. Servus enim ex tranſactione conventus, ſi excipiat ſe per metum tranſegiſſe, id non probet: poteſt ea exceptione relicta dicere tranſactionem inter dominum & ſervum non conſtitiſſe. *l.intepoſitas C.de tranſact.* Et qui deferente actore iuravit ſe non debere, & de iuramento excipit, nec probat: ad exceptiones pacti de non petendo, rei judicatæ, vel alias quaſcumque ſimiles, jure recurrit. *l.nemo ff.de except.* Secundò ampliatur dicta regula, vt locum habeat, etiam in cõtrarijs exceptionibus. Vt ecce: Cum petebam à te librum, tu excipiendo dicebas, te mihi eum reſtituiſſe. Id quia probare non poteras, vtebaris aliâ exceptione, dicẽdo, eundem librum te præſcripſiſſe. Quæ exceptiones etſi contrariæ ſint: quia ſi reſtituiſti, non præſcripſiſti: opponi tamen à te poſſunt. Rurſum ſi quis fundum ſuum à me petat, quem ego excipiendo me præſcripſiſſe aſſero, poſſum non probata præſcriptione, excipere eundem fundum meum eſſe, quæ duo planè ſunt contraria. Et qui prius hominem ſe occidiſſe negavit, nunc allegans defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, auditur, [*Gail. 1.P.P.17.n.11.& c.18.n.5.& ſeqq.*] *late Hypol. ad l.1.C.de ſicar.* † Sunt tamen qui exiſtimant 3.
contrarias iſtas exceptiones, non copulativè, ſed alternativè & conditionaliter eſſe proponendas. Ut, nego me pecuniam accepiſſe, & ſi conſtiterit, dico me ſoluiſſe. Nam ſi copulativè diceret. Nego quod mutuo dediſti, & dico me ſoluiſſe: tunc non audiretur, niſi dicta ſua interpretando, declarare velit, ſe alternativè & conditionaliter hoc intellexiſſe, quod ei permittendum eſſe Socynus & Zaſius reſponderunt. [*Menoch.2.præ.42.Covar.1.var.reſ.5.n.3.*] *ad d.l.nemo 31.& Zaſ. ad.d.l.is qui.* Tertiò extenditur hæc regula etiam ad inſtantias diuerſas. Poſſet enim reus malitiosè differre aliquam exceptionem peremptoriam, eamque in prima inſtantia non opponere, tentando martem, ſi fortè alioqui ſententiam obtineret, & ſi ſuccumbat, poteſt eam exceptionem in cauſa appellationis proponere, quàm in prima inſtantia dolo ſuppreſſit.

† Sed propter ſuam calumniam & malitiam, in expenſas prioris litis condemnabitur, 4.
quantumvis in iudicio aptionis victor extiterit. *c.exceptionem de exceptionib.* Nã & in ſimili, debitor à creditore excommunicatio agendique poteſtatem propterea non habente, in jus vocatus, ſi ſcienter & malitiosè eam exceptionem excommunicationis non oppoſuit, ſed vt actorem inanibus ſumptibus fatigaret, eandem exceptionem in finem litis præſervavit, & ante cauſæ concluſionem primò oppoſuit, abſolvitur quidem ab inſtantia & judicio, ſed propter nequitiam ſuam litis expenſas feret, vt ſic in foveam incidat, quam ipſe alijs fecit. [*cenſ.Gail.1.obſ.60.in fin.& ob.151.n.14.15.*] Quartò ampliatur hæc regula, vt etiam poſt litem conteſtatam locum habeat. Sunt quidem nonnulli, qui exiſtimant, quod non niſi ad litis conteſtationem vſque poſſit reus mutare ſuam exceptionem, ſicut actor ſuam actionem, vt æqualitas inter partes ſervetur, [*iux.not.D.Peck.ſup.in c.iudic.nu.7.*] *l.fin.C.de fruct.*

fruct.& lit.exp. & ne alioqui ſequatur ſententia ſuper eo, de quo in litis conteſtatione nihil fuit actum. Sed hãc opinionem Baldo, Riminaldo & *ad l.edita n.66.C.de edendo.* Alciato diſplicere video. [*Gail.*1.*P.P.*18 *n.*5.6.] Quia ſi ex aliqua cauſa reus litem conteſtatus eſt, aliam deinde proſequendo, non dicitur à prima conteſtatione recedere, cum etiam contrarias defenſiones objiciẽs audiatur, nec eius reſpectu quicquam intereſt mutare factum, cùm idem inde effectus proveniat, videlicet abſolutio: quod in actore ſecus eſt, qui certæ cauſæ aſtringitur. *l.habebat ff. de inſtit. act.* Poſtremò quoque & ad replicationes iſtud extendi ſolet quæ ſunt exceptionum exceptiones. *l.2.de except.* Et licet hic ceſſet ratio favoris rei: alia tamen ratio hic militat, nimirum quòd actor de exceptionibus rei non inſtructus, ab initio cogitare non potuit, quid ſibi eſſe replicandum.

5. †Ratio dubitãdi eſt. Primò ex eo, quod æqualitas eſt in iudicijs ſervanda. *cap.2.de muta. petit.d.l.fin.* Ideoque ſicut actori vel plures vel contrarias actiones cumulare & ſimul proponere non permittitur, quod ſuperius diximus: ita quoque videtur, quod reus ad proponendum plures exceptiones admitti nõ debet. Et quidem præcipuè, quod reus excipiendo vices actoris ſuſtinere dicatur. *l.1.ff.de excep.* Secundò ex eo, quod allegans contraria non eſt audiendus, [*Dd.in l.vbi repugnant.ff. de reg. Iur. Gail.*1.*obſ.*79.*n.*9.] *l.1.C.de furt.* prohibitaque eſt in alterius detrimentum variatio. *c. mutare inf.eod.* Unde ſicut in actore reprobatur variatio circa propoſitionem actionum, cum perſiſtere debeat in actione propoſita: ita & in reo conſtantia reprobari videtur, cum damno & detrimento actoris. *auth.qui ſemel C. quomodo & quando iud.* Tertiò ex eo, quod Innocentius Pontifex reum qui de privilegio excepit, & in ea exceptione non obtinuit, ad præſcriptionis exceptionem confugere non poſſe reſcripſit. *c. veniens de præſcrip.* Quartò ex eo, quod appellatio eſt ſpecies defẽſionis ſicut exceptio. Qui tamen appellat, contraria allegare non poteſt. Ideoque qui appellat à ſententia contra alium lata, is (vt ait Marcellus) non rectè allegat quod alieno nomine & pro ſuo intereſſe *l.penul.§.ſed ſi alius ff.quãdo app.* prouocauit. Quintò ex eo, quod qui emit ignoranter rem ſuam, precium quod ſoluit, repetere poteſt. Nam contra emptionem quam fecit, excipit quod nulla fuit, quia ſuæ rei emptio non ſubſiſtit. *l. rei ſua ff.de contrah.empt.* Et ſi petatur ab eo rei emptæ reſtitutio, excipere nõ poteſt quod velit eam retinere, quia emit. *lib.cum res ff.de contrah.empt.*

Sic ſi emptio pacto legis cõmiſſoriæ, reſoluta eſt, & emptor petit rem ſibi tradi, venditorq; excipiat de precio non ſolutò, offerens ſe illud paratum recipere: vtique denuo ea exceptione omiſſa, ad aliam confugere, & emptionem illam pacto legis cõmiſſoriæ eſſe diſſolutam, dicere ei non licet. *l.poſt diem ff.de lege cõmiſ.* Sextò eo, quod malicijs hominum obuiam eundum, non indulgendum eſt: *l.in fundo ff.de rei vendic.* ideoq; cõtrariæ exceptiones admitti non debent: quia ſine mendacio & malitia proponi nõ poſſunt. †Septimò ex eo, quod 6.
cum contraria probari nequeant, *c.imputari de fidei inſtrum.* reus ad contrarias exceptiones allegandas admitti non debet: quia inanis & fruſtratoria eſt eius rei allegatio, quã ſi negata fuerit, probare non licet, *Bald.ad l. peremptorias C.ſent. reſcind.non poſſe.* lex vero quia naturam imitatur, nihil fruſtra conſtituit. *l.loci ff.ſi ſeruit vend. l.cum donationis C.de tranſact.* Octavò ex eo, quod qui negavit aliquid teſtamento relictum eſſe, ſi poſteaquam de falſo convictus eſt, prętendat teſtamentum ex lege non eſſe factũ: vel ſi ſocer ſe dotem promiſiſſe neget, & de mendacio convictus, excipiat quod non niſi in quantum facere poteſt conveniri debet: minimè audietur, & ad euitationem plenæ ſolutionis ei non proderit alia defenſione niti. *l.ſunt cum ſeq. ff. de re iudic.* Poſtremò verò ex eo, quod is qui exceptionem peremptoriam oppoſuit, ad declinatoriam confugere non poteſt. *l. ſed etſi ff.de iudic.*

† Ratio verò decidendi eſt hæc, quod (vt ait Caius *l.is qui in alterius ff.eod.tit.*) Is qui agit certus eſſe debet: cum ſit in poteſtate eius, 7.
quando velit experiri, & ante diligenter omnia explorare, & ſic tandem ad agendum procedere debet, quod in reo non idem eſt. Quaſi dicat. Quod actor in cuius arbitrio eſt litem intendere vel non intendere, non niſi præparatus ad iudicium, ſicut miles ad pręliũ, accedere debet. Et ideo apud ſe qua actione agat, ſtatuere poteſt, & malam actionẽ elegerit aut intenderit, eſt quod ſibi imputet, & acceptum ferat. Cum contrà reus, ad cauſam inopinus imparatuſque trahatur, neſciens quando in Ius vocabitur, vel quid actor ſit propoſiturus. Quo fit vt multa ab eo omitti veriſimile eſt, miſerrimaque foret conditio defenſionis, quam vna tantùm ratio commonſtraret, & quæ non niſi vno modo fieri permitteretur, cum tamen natura liquidè oſtendat, irruentem hoſtẽ quovis telo & quibuſvis modis repelli poſſe. *Alc.ad l. qui accuſare n.15.C.de edendo.* Quo pacto accipiendum exiſtimo quod *l.15.c13.* Quintilianus ex Cicerone reſpondit, difficilius eſſe defendere, quàm accuſare. Quæ quamvis ita ſint, monendi tamen ſumus, inconſultè facturum reũ, ſi in exordio litis ad exceptionem confugiat, quando probabilem ſpem habere poteſt, defecturum in probatione actorem. [*Couar.in reg. poſſeſſor. p.1.n.5.Maſcard.de prob.concl.36.n.1. & 22.*] *Si quidem* (inquit Imperator *l.ſi quidem C.de except.*) *intentionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defenſio neceſſaria eſt.* Cur enim inutilibus ſumptibus & difficilibus laboribus ſe opprimet reus, cum actor intentionem ſuam docere debeat, etiam ſi reus nihil

I præ-

præſtiterit? *c.fin.de iureiur.*† Quamobrem qui providi ſunt, ab initio litis poſtulare poſſunt, vt adverſarius inſtrumenta,quorum in libello ſuo mentionem facit, exhibeat, vt ijs perſpectis,reus ſecum deliberet, cedere ne liti an cōtendere velit. Et ideo pulchrè Imbertus. *lib. 1.forenſ.inſtit.cap.17.in fin.doct.ad l.1.ff.de edēdo.* Reus,inquit,actionem propoſitam diligentius excutiet, an in ea literarij alicuius documenti, hoc eſt inſtrumenti, habeatur mentio, idque poſtulare debet edendum: neque ante editionem iudicium accipiet: aut certè actor ab illius deinceps proferendi facultate ſubmovebitur. Aliud eſt in teſtibus, qui contractui interfuerunt, quorum nomina actor ab initio litis reo edere non tenetur, ne interim reus eos ſubornet,& ad falſum alliciat. *Alciatus ad l. fin.n.7.C.de edendo.* Principio igitur ad primam objectionem quod attinet: vtique verum eſt, æqualitatem inter litigantes ſervādam eſſe per eum qui Iuriſdictioni præeſt,vt ſc.vni nō magis faveat,quàm alteri.*d.l.fi.* Cæterum lex ipſa propter inæqualitatem rationum ac circūſtantiarum,inæqualitatem iuris ſubinde cōſtituit, quæ tamen inæqualitas reſpectu litigantium maximam æquitatem & iuris æquabilitatem habet, quod in hoc ſubiecto caſu ex ratione decidendi ſuperius poſita, vſu venire conſtat, adeoque vbi eadem eſt ratio,ibi æqualitas eadā ſervatur; ſed vbi ipſa ęquitas ſuadet diverſitatem conſtitui,ibi diverſitas rationis diverſum ius introducit. Quod autem dicitur reum excipiendo actorem fieri, ad onus & formam probationis pertinet. Nam ſicut actor intētionem ſuam ita & reus exceptionem ſuā probare debet. [*v. Peck.ſup.ad c.in iud.*] *Zaſius ad d. l.1.n.8.& ad l.11.qui.n.3.* Secundò verò,quod dicitur eum qui allegat contraria audiendum non eſſe,ad actorem propriè pertinet, *l.1.C.de fur.* quia lex favore liberationis quæ in iure plurimi fit *l.Arri.ff.de act.* reo indulſit,vt quovis modo & quibuſvis actionibus quantumcumque cōtrarijs,ſe defenderet. Tum vero obſervandū eſt, actorem qui quid à reo poſtulat, de recipiendo & de emolumento acquirendo certare: Reū verò agere de damno vitando,& patrimonio diminuendo, ob quod potior eſſe debet eius conditio,*l.cum par ff.hoc tit.* mutandoq; exceptionem, non tam infert pręiudiciū & detrimentum actori, intentionem ſuam nō probanti, quam à ſe arcet præiudicium & detrimentum, in quod incideret ſi adverſus iniquū actorem contraria exceptione vti non licet,& ſic improbū lucrum nulla ratione debitum actor acquireret,iuſtitia atque conſcientia repugnāte.*l.iure naturæ ff.eod.* Quod autē tertio loco de privilegij & pręſcriptionis exceptionibus dictum eſt, movere quoque non debet. Bald.enim preſcriptionem & privilegium non cōtrariari aſſerit.*ad d.l.1. col.pen.verſ.Item quæro.* ideo quod privilegium poteſt eſſe præſcriptionis cauſa, etiam ſi erretur in iure: quia authoritas ſuperioris bonam fidem inducit. *l. fi.C. de his qui à non dom.* Sed hoc verum eſſe poſſet,ſi modò is qui pręſcripſit ad confirmandā eam præſcriptionem & bonam fidē huiuſmodi privilegium impetraverit & allegaverit. Atqui ſi nulla facta privilegij mentione,ex ſola & ſimplici præſcriptione ius ſuum metitur, & in eo ſuccumbat,amplius ſe privilegio iuvare non poteſt,cōtrariaq; hęc exceptio minimè admittitur:non ſolùm propterea quod pręſcriptioni renunciaſſe videtur, qui privilegiū nulla præſcriptionis confirmandæ cauſa expreſſa, impetrat:verumetiā quod qui illud poſt præſcriptionem impetrat,cenſetur malam fidem ab initio habuiſſe, ob quam non ſatis fidat præſcriptioni,quę ſine bona fide abſolvi nō poteſt *c.2.ſub.eod.* Alij verò in ea opinione verſantur quod exiſtimant privilegiū & præſcriptionem ſi ad vnum eundemq; finem tendant, in vno eodemq; iudicio proponi poſſe:ſed in reſponſo Innocentij idcirco ea ſimul proponere non licuit,quod effectu ſuo contrariebantur, propterea quòd privilegium quod allegabatur,erat limitatum, videlicet vt Abbas & monachi ſui haberent poteſtatem recipiendi ordines,primo quidem à proprio diocœſano,ſi catholicus foret,aliàs ab alio quem eligerēt. Cōſuetudo autem quæ allegabatur.pręſcripta erat,quod habebant poteſtatem plenā & liberam recipiendi ordines à quocumque vellent, quæ quia inter ſe contraria erant & pugnantia: non fuerunt admiſſa. Quartæ quoque dubitationis nulla eſt conſideratio. Eſt quidem verum, quod appellans non dicitur propriè actor in cauſa appellationis,cum communis ſit appellatio actori & reo: *l.ampliorem C.de app.& Bald.ad d.l.1.in 4. oppoſ.* ſed in probando dumtaxat dicitur vices actoris ſuſtinere, & quo ad alia dicitur reus, etiā ſi fuit originalis actor: quia dicitur ſe adverſus ſententiam defendere. Atqui non ex eo ſequitur, quod talis nunc appellans & primò actor,contraria opponere poſſit,quia ſubeſt eadem ratio, ob quam in prima inſtantia hoc ei non licuit. Neque movet quod ex Marcello obiectum eſt: quia vna & eadem exceptio in ſe contraria continens nunquam opponi poteſt & qui dicit ſe pro ſuo intereſſe appellare, & alieno nomine appellare, dilucidè ſeipſum excludit, dum vult cauſam ſuam alienam videri. *d. §. ſed ſi alius.* Non obſtat quoque quinta dubitatio,quia exceptiones iſtę quod precium non eſt ſolutum, & quod lex commiſſaria cōtractum diſſolvit: origine & effectu contrariæ ſunt: Nam qui dicit precium nō eſſe ſolutum, & illud recipere paratus eſt, re ipſa oſtendit, quod emptio nō eſt reſoluta:quia ex emptione diſſoluta precium non debetur. Et qui precium recipere paratus eſt,cenſetur legi cōmiſſoriæ renunciaſſe. In 6.etiam dubitatione major difficultas non eſt. Si enim reus in mendacio reperitur,& tamen iuſtam defenſionis cauſam habeat, actor illi mandacium objicere nō

poteſt

poteſt, quia ipſemet turpius agit, qui nulla iuſta cauſa, reum iuſtè ſe defendentem moleſta & magna lite diuexat. Si verò reus malè ſe defendat, contrarietas mendaciumque eius, expenſis atque ſumptibus litis coërcetur. Septima quoque obiecto non obſtat, quia (vt Zaſius *ad l. nemo circa fin.*) hoc quod dicitur, quod qui non admittitur ad probandum, non debet admitti ad allegandum, quaſi fruſtra allegaret, quod probare non liceret, accipiendum eſt, quando reus conformes exceptiones allegare vellet: ſed nos loquimur cum reus contrarias exceptiones obijcit. Illas quidem obijcere poteſt, ſed probare contrariá ei nón licet, niſi altera non probata, adeoque re integra, ad alterius probationem conuolaret. Exiſtimo hanc eſſe rationem, quòd qui contraria probare velit, fateri deberet propriam turpitudinem, oſtendendo ſe in probatione vnius exceptionis teſtes corrupiſſe, cùm per rerum naturam ſit impoſſibile, duo contraria ſimul eſſe vera. Ideoque nón ſatis percipio quid voluerunt Baldus & Felinus, dum aiunt, tenere hanc probationem, ſi reus à iudice ad hæc contraria probanda admiſſus ſit, *in d. cap. imputari de fid. inſtrum.* Nihil
9. etiam mouet octaua dubitatio: † Nam vt multis modis in iure noſtro mendacium punitur, quos ex ordine recenſet Bald. *d. l.* 1. *col.* 5. Ita etiam qui id negat, quod ſui beneficij cauſa eſt, perdit illud, aliaſque ne ei impunè ſit mentitum eſſe, & ne aperta videatur feneſtra malitiæ, is qui negat ſe ſcripſiſſe aut promiſiſſe, conuictus de mendacio, rectè & iuſtè priuilegio ſuo ſpoliatur, *l. non tantum cum ſeq. ff. de re iudic.* Poſtrema quoque dubitatio non obſtat, quia qui proponit exceptionem peremptoriam, hoc ipſo iudicis perſonam probat, ideoque per exceptionem declinatoriam amplius eundem reprobare non poteſt, *l. Pomponius ff. de neg. geſt.*

REGULA XXI.

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

1. *Variatio & inconſtantia reprobatur.*
2. *Facto proprio contrauenire non licet.*
3. *Hæres ne ex ſua perſona venire poteſt contra factum defuncti.*
4. *Ampliationes ad hanc regulam.*
5. *Ciuitas immunitatem exteris conceſſam reuocare non poteſt.*
6. *Princeps ex ſuo contractu quomodo obligetur.*
7. *Pontifex an poſſit à Germanis imperium ad alios transferre.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Medicus ſemel aſſumptus à magiſtratu, an poſſit reprobari & deſtitui.*
10. *Rationes decidendi.*

Qvemadmodum Chameleon connumeratur inter animantia quæ colorem mutant, fitque nunc niger, nunc pallidus, nûc alio colore mixto, ita nonnulli homines polipi mentem tenent, aliud ſtantes, aliud ſedentes volunt, de toga ad pallium tranferunt, & quacumque occaſione leuiſſima, mox de his pœnitent, de quibus paulo ante conſtituerunt.
† Quorum omnium leuitatem, & in rebus gerendis ſeu contrahendis vanitatem atque inconſtantiam, tanquam reipub. exitioſam, hic reprimit legiſlator, indicans, quod ſicut ab initio libera poteſtas cuique eſt habendi vel non habendi contractum, ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi, aduerſario non conſentiente, minimè licet. [*Gail.* 1. *obſ.* 46. *nu.* 3. *& de arreſt. cap.* 6. *nu.* 24. *conf. infr. D. Pec. ad c. mutare. per tot.*] *l. ſicut C. de act.* Iudex poſteaquam ſemel ſententiam dixit, corrigere eam non poteſt: ſemel enim ſiue bene ſiue malè functus eſt officio [*Gail.* 1. *obſ.* 116. *nu.* 3.] *l. iudex ff. de re iudic. Si quis iuſiurandum detulerit,* inquit Iuſtinianus, *& necdum eo præſtito poſtea, vtpote allegationibus ſibi abundantibus, hoc iterum reuocauerit: ſancimus nemini licere penitus iterum ad ſacramentum recurrere. Satis enim abſurdum eſt, ad hoc redire, cui renunciandum putauit, & cum deſperauit de alia probatione, tũ demum ad religionem conuolare l. ſi quis C. de reb credit.* Porro autem hæc regula longè lateque patet, multaque & alia diuerſa axiomata parit. Et inter cætera, vulgata illa hinc profluit regula,
† quod contra factum proprium nemo venire poteſt, *l. poſt mortem ff. de adopt.* Vnde licet res litigioſa alienari nequeat, *l.* 2. *C. de litigioſ.* ille tamen qui eam alienauit, contrauenire non poteſt, *Innoc. ad c. inter dilectos. de donat.* Et debitor qui in fraudem creditorum bona ſua alienauit: fraudem illam allegare, eademque bona à poſſeſſoribus auocare nequit, *l. cum profitearis, C. de reuoc. donat.* Quinetiam ſi non ex ſua, ſed ex alterius perſona ius ſuum metiri & variare vellet is cui quid ſemel placuit: nihilo magis audietur. Vt ſi filiusfam. omiſſa exceptione Macedoniani ſoluerit, & ſic à repetitione eius quod ſolutum fuit, ſeſe excluſerit: non poteſt hæres patris ſui factus, nummos ſolutos vendicare, & allegare eos cum ſoluerentur, non ſuos ſed ſui patris fuiſſe, *l. ſi non ſortem, ff. de cond. indeb.* † Deinde verò & huc quoque ea regula pertinet, quæ habet, quod ex eo non debet quis fructus conſequi, quod niſus extitit impugnare, *c. ex eo. infr. eod.*
† Ampliari verò & extendi hęc regula poteſt: Primò vt locum habeat etiam in domino & ſuperiore, cui ſemel cum ſubdito contrahere vel agere placuit. Nam ſi dominus pagi in quo columbaria habere non licet, permiſit alicui ſuorum ſubditorum columbarium ædificare,

conſenſum ſuum reuocare non poteſt, etiam illud nondum ædificare cæptum ſit, *Chaſſ. ad conſuet. tit. de matr.* §. 7. *in verb. ſi non eſt n.* 42. *Praſ. conſ.* 12. *& Aymo conſ.* 200. Sic ſi maritus vxori, quæ fortè ob ſtatuta loci ſine conſenſu eius teſtari non poteſt, ſemel conſenſerit, pœnitere, conſenſumque ſemel antè præſtitũ reuocare nequit, [*Pec. 3. de teſt.* 21. *n.* 4.] Secundò ampliari poteſt, vt locum habeat etiã in ciuitate.

5. † Nam ſi magiſtratus ciuitatis alicui extraneo vel forenſi, vt eum alliciat, promittat indemnitatem operum, acciſiarum, pedagiorum, ac ſimilium aliarum collationum, vt illic habitatum veniat: certè ſi ea ſpe extraneus ille venerit, domiciliumque tranſtulerit, immunitas illa auferri ei non poteſt, cẽſebiturque eo caſu quidam contractus innominatus, facio vt facias, initus eſſe: qui poſtquam eſt ab altera parte impletus, nequit amplius reuocari, *l. quod ſemel ff. de decr. ab ord. fac. Caſtr. ad l. dig. vox, C. de legib.*

6. † Tertiò extenditur etiam ad ipſum ſummum & ſupremum principem, qui ſi contrahit cum ſubdito, contractum ſeruare debet ſicut priuatus, ne alioqui non inueniatur aliquis, qui cum eo contrahere vellet. Et licet Deus ſubiecerit leges principibus: non tamen ſubiecit illis contractus, qui ſunt iuriſgentium, [*D. Pec. ſupr. ad c. decet, n.* 2. *cum ibi concord.*] *Baldus ad l.* 2. *C. de ſeruit.* quamuis ex plenitudine poteſtatis, iuſtaque ex cauſa, interdum poſſunt non ſolùm proprijs contractibus contraire, verumetiam rerũ alienarum dominia auferre, *l. item ſi verberatum. ff. de rei vendic.*

7. † Quò etiam pertinet, quod Pontifex ipſe, qui conceſſit principibus Germaniæ poteſtatem eligendi Imperatorem, non poteſt hac poteſtate eos priuare, eandemque rurſum vel ad ſe reuocare, vel ad alios transferre, niſi ſuprema contumacia accedente, *c. per venerabilem, de elect. gloſſ. penult. in cap. apoſtolica. de re iudic. Iaſõ ad l. ſi pecuniam nu.* 16. *ff. de cond. cauſ. data.* Quartò ampliatur, quod non ſolum is, cui quid ſemel placuit pœnitere non poteſt, ſed nec eius hæres, etiam ſi ex propria ſua perſona ius ſuum metiri vellet. Nam ſi pater bona materna filij ſui alienauit, vel in alienationem ſemel conſentijt, non poteſt filius hæres patris factus, pœnitere, & contra illam alienationem venire, aut conſenſum præſtitum reuocare pro ea parte, pro qua hæres eſt, [*conſ. Gail.* 2. *obſeruat.* 154. *numer.* 12.] *l. cùm à matre C. de rei vend.* Quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, [*Gail.* 2. *obſeruat.* 139. *numer.* 12.] *l. vendicantem ff. de euict.* Quod locum habet non ſolum in hærede immediato, verum etiam in hærede mediato, qui alterius hæredis hæres eſt. Vt ſi hæres illius ſim, qui hæres illi extitit, qui ſemel placuit, mihi quoque diſplicere non poteſt: [*vide Gail.* 2. *obſeruat.* 2. *num.* 10. 11. 12. *D. Peck.* 1. *de teſtam. coniug.* 32. *num.* 2. 3. *& lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. *& lib.* 3. *cap.* 22. *num* 4.] quia hæres hæredis alicuius, hæres quoque illius eſſe cenſetur, *l. hæredis* 1. *&* 2. *l. ſciendum ff de verb. ſignificat.* Quintò locum habet, etiam ſi principis authoritate pœnitere vellet: quia ſicut princeps ipſe à contractu diſcedere non poteſt, ita quoque multo minus alteri tribuere poteſt licentiam ab eo reſiliendi. Ideoque reſcriptum quo datur à principe debitori dilatio temporis, non nimis magna ad ſoluendum creditori, valet; ſed quo totum debitum remittitur, non conſentiente creditore non valet, *l.* 2. *C. de precib. Imp. offer.* Sextò etiam obtinet, licet iuſta aliqua cauſa in genere ſubeſſe videatur. Conſtat enim debitorem de fuga ſuſpectum, capi, detenere, vel ad interponendam cautionem vrgeri poſſe, etiamſi dies ſoluendi nondum aduenerit. [*vide Dn. Peck. de Iur. ſiſten. cap.* 4. *per tot. confer. eundem cap.* 2. *& cap.* 8. *numer.* 7. *Mynſinger. in.* §. *item ſi quis in fraud. numer.* 35. *Inſt. de actionib.*] Si quis tamen cum eo, qui vel inops vel ſuſpectus de fuga eſt, contrahat ſcienter, iam eum ſiſtere, capere, vel ad cautionem compellere non poteſt: [*Peck. de Iur. ſiſtendi cap.* 5. *num.* 24. *Gail.* 2. *obſeruat.* 23. *ſub numer.* 6. *& obſeruat.* 44. *numer.* 5. *& obſeruat* 84. *per tot.*] *l. in omnibus ff. de iudi. l. aut. prætor* §. *ſi debitorem ff. quæ in fraud. cred.* quia videtur qualitatem eius approbaſſe, *Bartol. ad l. ſi creditor ff. de priuil. credit.* non multò aliter, quàm cùm quis cum deformi perſona contraxit ſponſalia, & quæ adeò deformis eſt, vt non niſi cum horrore apud talem eſſe liceat: ſi tempore contractus talis deformitas extiterit, & cõtrahens hoc non ignorauit, ſponſalia minimè diſſoluuntur. *c. quemadmodum de iureiur.* Et huic dici poteſt id, quod alibi ait Vlpianus, quod beneficium legis non meretur, qui ipſe ſibi impoſuit neceſſitatẽ. *l. ſi fideiuſſor.* §. 1. *ff. qui ſatiſ. cogant.* Septimò locũ habet etiamſi cauſa impulſiua ob quam ita ſemel antè placuit, ceſſet. *l.* 2. §. *ſi. ff. de donat. Tiraqu. in lib. Ceſſante cauſa limit* 1. *nu.* 19. Ideoque ſi quis pauperi pecuniam dedit, vt libros apud talem bibliopolam exiſtentes emeret, & antequam emeret, furto ſublati ſint, quamuis cauſa ceſſet, tamen pœnitere nõ poteſt: quia lex preſumit hanc fuiſſe donantis intẽtionem, vt alibi emeret alios, ſi illos habere non poſſet, niſi cõtrarium probetur. Octauò & in teſte & in eo qui teſtes produxit, locum habet. Ad teſtem enim quod attinet: ſi quis nunc aliter deponat, quàm in alia depoſitione fecit: mutatio iſta nõ admittitur, ſed fides priori dicto adhibetur: quia talis teſtis præſumitur ab aduerſa parte poſtea ſubornatus, quæ ſubornatio ſubornatori prodeſſe non debet: [*Gail.* 1. *obſ.* 104. *n.* 7. 8. 9. [*Panorm. in. c. cũ tua de Teſtib.* quippè quod nemo ex delicto ſuo lucrum ſentire debet, ex quo pœnam meretur. *l. ſeruus ff. quod vi aut clam. l. itaque ff. de furt.* Porrò autem quod attinet ad eum qui teſtes produxit: ſi quis teſtibus vſus fuerit, ijdemque teſtes aduerſus eum in alia lite producantur: non licebit ei contra perſonas eorum excipere, niſi ex cauſis poſt

primam

primam depoſitionem emergentibus;quia impugnare non poteſt teſtes ,quos pro ſe examinari fecit , licet in alia cauſa & inter diuerſas perſonas , etiamſi eorum depoſitionibus vti nolit.*Aymo. con.*188. *nu*.5.Poſtremò,quod ſemel placuit , non poteſt diſplicere : ſubinde etiam aduerſa parte,qua cum contractũ eſt,volente & conſentiente. Matrimonium.n.ſemel conſummatum nunquam diſſoluitur, quamuis vtroq;coniugũ volente :quia quos Deus coniunxit,homo ſeparare non poteſt,[*conſ.Gail*.2. *obſ*. 94.*n*.13.14.] *c. ex pub. de conu.con*.At vbi ſola ſponſalia de futuro contracta ſunt etiã iurata;mutuo conſenſu doſſolui poſſunt,ſi ſponſo & ſponſæ placuerit à ſponſalibus reſilire,*cap*.2. *de ſponſalibus*.

8. † Ratio autem dubitandi varia eſt,& multiplex.Et primò quidem ex eo , quòd vt iam diximus,is cui ſemel placuit ſponſalia per verba de futuro cum aliqua contrahere, vtpotè ſi dicat, promitto quod ducam te in vxorẽ:diſplicere,& priore ſponſa relicta, cum alia matrimonium per verba de præſenti contrahere poteſt(dicendo:do tibi meã fidem,vel accipio te in meam uxorem, ſi modò poſt ſpõſalia illa de futuro,ante hæc ſecunda de præſenti,copula carnalis interceſſerit.*ca.ſunt c.ſi inter de ſponſalib.* Quininò & matrimonium per verba de præſenti contractum , nondum ſecuta copula, dirimitur ſuperveniente profeſſione religionis,vtpotè pœnitendi & diſplicendi poteſtate contrahenti conceſſa. *d.cap.ex publico*.Secundò ex eo,quòd ſi patronus Laicus ſemel clericum aliquem ad Eccleſiam præſentauit,poteſt animi ſui ſententiam mutare , & priore relicto, alium præſentare,qui præferetur.*ca.cum autem ca. paſtoralis de iur. patron.* Tertiò ex eo,quòd ſi filius repudiauit hæreditatem paternam, hæc repudiatio communiter eſt actus perfectus,perfecteque conſummatus , qui operatur omnimodam excluſionem ab hæreditate: *l. ſicut C.de repud.hæred*.poteſt tamen voluntatem ſuam mutare , & re adhuc integra,hoc eſt,non alienatis bonis,intra triennium ſe paternæ hęreditati iterum immiſcere.*l.fin.eod.tit*.Quartò ex eo , quòd Celſus ait , quod iuſſit vetuitúe Prætor,contrario imperio tollere,& remittere poteſt.*l. quod iuſſit ff.de re iudic.* Quia nihil tã naturale eſt , quàm ſoluere eo modo ſingula, quo ligata ſũt.*l.nihil ff.eod.*Quintò ex eo,quod prælatus Eccleſiæ,qui rem Eccleſiæ alienauit, contra factum proprium venire , & rem à ſe alienatã vendicare poteſt, *c.ſi quis presbyterorũ de rebus Eccleſ.non alie*.etiam ſi iuramentũ alienationi fuiſſet adiectum.Quo modo reſpondit Aretinus,*conſ*.114.*in* 2.*dubio*.alienationem factam per abbatiſſam & moniales de bonis ad menſam pauperum deputatis ,cum iuramento de non contraueniendo;poſſe per eas reuocari, ſicut plerique exiſtimant maritũ rem dotalem à ſe alienatam,vẽdicare poſſe.*Bart.ad l.cum vir ff.de vſur.* Sextò ex eo, quod Hermogenianus Conſultus reſpõdit ,neminem eam ſibi legem poſſe dicere, vt à priore voluntate ei recedere nõ liceat.*l quis in pr.ff.de leg*.3.Septimò ex eo quòd ſi pater filio iuſſit ,vt ſeruum manumitteret:voluntatem ſuam mutare poſſet, filiuſq; mutatæ voluntatis paternæ neſcius manumittens,nihil efficit.*l. ſi pater ff. de manumiſſ. vim.* Eodem modo ſi nuncius ad aliquẽ mittitur ad contractum aliquem ineundum,& mittentem pœniteat ,antequam nuncius vel epiſtola perveniat ad abſentem:mutatio illa volũtatis impediet contractum, etiam nuncio eam penitus ignorante .*latè Salic.ad l*.1 *ff. quod iuſſu*.Octauò ex eo,quod hæres ſub beneficio inuentarij facto defuncti licitè contraire poteſt.*l.fin.C.de iur.deliber.*Nonò ex eo, quod etiam ei qui ſolemni ritu in iudicio quid confeſſus eſt,pœnitere, & ante ſententiam confeſſionem reuocare permittitur.*l.error. C.de iur.ign*.Decimò ex eo,quod cùm precariò aliquid datur,ſi conuenit vt ante calendas Iulias precario poſſideat: poteſt qui dedit pœnitere, & quandocumque placuerit,ante calendas illas rem ſuam reuocare.*l.cũ precario ff.de precario*.Vndecimò ex eo, quod medicus vel tutor ſemel à magiſtratu aſſumptus & approbatus , reijci atq; reprobari poteſt *l. vt gradatim ff. de muner.*† Duodecimò 9.
ex eo,quod in cõtractibus innominatis pœnitentia regulariter permiſſa eſt. *d. l.ſi pecuniam.* Poſtremò ex eo , quod is cui ſemel placuit à ſẽtentia aduerſus ipſum lata prouocare, poteſt pænitere,& appellatioquibus huiuſmodi interpoſitis renunciare.*cap.interpoſita.de appellat.*

† Ratio vero decidendi eſt hæc , quod ea- 10.
dem eſſe debet conditio & natura cauſæ & effectus. Et ideo ſicut lex ipſa debet eſſe certa, ne ex opinione hominum ſemper pendeât iudicia : & pro ingenijs diuerſorum vel impia vel æqua ſit:ita etiam effectus legis certus eſſe debet , vt vbi ſemel vires ſuas firmauerit in actionibus vel contractibus hominum quibus prædominatur : ibi nulla amplius ſit variatio, quæ incertitudinem parit.Cui non eſt abſimile , quod de exceptione non numerat ſi pecuniæ traditur. Nam ſi ſyngrapha mea promiſi me redditurum tibi centum quos accepi à te mutuo ,cum re vera nihil acceperim , ſed ſperarem me accepturum :ſi mecum agas ex ſyngrapha , poſſum excipere pecuniam non fuiſſe numeratam :ſed id intra biennium,poſtea autem non audiar , & dependendum mihi erit, quod tibi promiſi in ſyngrapha:non quod reuera vlla ſit obligatio, ſed putatur eſſe , non quod veritas rerum mutetur , ſitque aut ciuiliter aut naturaliter obligatus , qui nihil debeat:ſed quod in tanta rerum humanarum incertitudine conſtituendum fuit certum aliquod extremum,in quo poſſemus conquieſcere.*Conanus lib*.1.*commentar.cap.6 n*.11.Sic etiã bono publico introducta eſt vſucapio , ne ſcilicet rerum diu & ferè ſemper incerta dominia eſſet,[*D. Peck.ſupr.ad c.poſſeſſor.*§. 3 *ff.de vſuc.*

Non obſtat prima dubitatio; nam cùm de inuitis nuptijs triſtis exitus plerunque evenire ſoleat, fortiuſque vinculum superveniat per ſponſalia de præſenti: benigna ratione receptum eſt, vt is cui prima ſponſa diſplicet, illi adhæreat quam magis diligit, & cui fortiori vinculo ſeſe coniunxit, ſed tamen de violatione fidei pœnitentia ipſi iniungenda eſt. *cap. cum locum de ſponſal.* Sic quod is pœnitere poteſt, cum quo matrimonium nondum conſummatum fuit, ſi religionem ingredi velit: ſingulari favore religionis eſt introductum. Poſt copulam verò non licet, *cap. penult. eod. tit.* quia iam cognita & derelicta coniunx, fortè alium ſibi ſponſum facilè non inueniet, adeoque ex deſperatione malè & turpiter vivendi occaſionem accipiet, *d. cap ex publico.* Quod verò ſecundo loco de patrono laico dictum fuit, movere non debet: quia ſicut nihil efficit nominatio, niſi ſequatur electio: ita nihil operatur præſentatio, niſi ſequatur admiſſio. Ideoque quia nullum ius fuit acquiſitum præſentato ex ſola præſentatione: re adhuc integra variatio patrono laico permiſſa eſt. Atqui Anchoranus *ad d. c. paſtoralis*: in ea opinione verſatur, vt exiſtimet hic non variationem volũtatis, ſed accumulationem eſſe præſentatorum. Patronus enim (inquit) compellere non poteſt Epiſcopum, vt præciſè præferat poſteriorem, ſed locum facit electioni Epiſcopo, vt eligat quem velit. Sic & illud de quo tertio loco dubitatum fuit, vim non facit: quia filius in poteſtate exiſtens, ſuus & neceſſarius hæres dictus fuit, *l. in ſuis ff. de liber. & poſth.* & quamvis à prætore æquitate moto data ſit illi facultas abſtinendi: non potuit tamen prætor filium ſuum & neceſſarium hæredem facere deſinere eſſe hęredē: & ideò quia repudiando remanſit hæres nomine, & apud illum remanſerunt reliquiæ illius iuris, lex hoc privilegiũ illi indulſit re adhuc exiſtente: integra quia res facilè ad ſuam naturam redire ſolet. *§. quos autem inſtit. de bon. poſſ.* Quartò etiam non obſtat, quod dictum eſt prætorem contrario imperio, quæ iuſſit tollere poſſe. Illud enim ad interlocutorias ſententias, non ad diffinitivas pertinet: [*conf. Gail. 1. obſ. 19. cir. fin. & 2. P. P. 5. n. 5. verſ. vnde & n. 7.*] vel quod illæ non ſint tanti momenti quanti ſunt hæ, neque tanto iudicio aut ſtudio proferuntur: vel quod poſt latam diffinitivam ſententiam iudex amplius iudex non eſt: quia ſententia tranſit in rem iudicatam, aut devolvitur per appellationem ad ſuperiorem: & ſic iudicium ſuum vt iudex, corrigere non poteſt, quia amplius iudex non eſt. Sed in interlocutoria ſententia alio iure vtimur: quia iudex qui eſt interlocutus, adhuc iudex manet vſque ad ſententiam diffinitivam, adeoque vt iudex aliter iudicare poteſt, *l. ſi vnus §. pactus ff. de pact. Caſt. & Iaſon ad d. l. fin.* Quintò nõ movet, quod de Prȩlato Eccleſiæ obiectum eſt: non enim dicit lex Prȩlatum ipſum poſſe revocare, ſed quod tam ipſe qui alienavit, quàm is qui emit procurare debet reſtitutionem, hoc eſt, vt emptor rem, venditor verò precium reddat. *Barto. Zaſius ad d. l. quod iuſſit.* Et quod de alienatione bonorum ad menſam pauperum deputatorum diximus, hanc rationem habet, quod alienatio prohibita fuit favore pauperum, non etiam favore monialium quæ alienaverunt. Sic & magna pars interpretum exiſtimat, maritum rem à ſe alienatam repetere non poſſe, cùm de euictione teneatur. *Riminaldus ad §. 1. inſtitut. quib. alien. non licet. num.* 337. Atqui communem ſententiam illi repugnantem, ſequi libet, quæ videtur eſſe veriſſima: *gl. & Cuman. ad d. l. cum ver.* dicemuſque his omnibus caſibus hanc ineſſe rationem, quod quando factum ipſum eſt à lege improbatum propter publicam vtilitatem, vel præiudicium alterius, poteſt quis pœnitere, *c. intellecto. de iureiur.* factoque proprio contraire. [*D. Peck. ad c. quæ contra num. 9. gloſ. & Dd. in §. 1. Inſt. quib. alien. lic. & in l. vn. §. & cum, C. de rei vxor. act. & in l. 1. C. de lib. cauſ. & in l. quemad. C. de agr. & cenſ. lib. 11. & in c. diverſis, de cler. coni. latiſſimè & elegantèr Barboſa in lib. 1. p. 5. nu. 15. & ſeqq. ff ſol. matrim. Baëca de non melior. dot. rat. cap. 34. per tot. Gutier. de Iur. confir. p. 1. cap. 1. num. 95. & ſeqq. Gomez ad l. Tauri 50. num. 63. & reliqui infiniti ab ijs allegati, qui omnes idem in Syndico, Adminiſtratore, Curatore, Tutore, Donatore, & ſimilibus, obtinere aiunt, Pinell. in l. 1. p. 3. num. 73. C. de bon. matr.*] *l. quēadmodum C. de agricolis.* Quod iuris axioma eleganter expendunt, & varia diſtictione mitigant Anchoran. *ad c. quia diverſis. de cleric. coniug.* Albericus, *ad d. l. poſt mortem.* & Reminaldus, *d. loco num.* 335. Melius tamen & honeſtius fecerit maritus & Prælatus, ſi in vendicanda re alienata, proprio honori parcat, & vxoris ſeu Eccleſiæ nomine vtatur. [*Barboſa d. loco num.* 18.] *Ange. & Caſtr. ad d. l. cum vir.* Sexta quoque dubitatio ſimiliter præiudicium non facit. Nam quod Hermogenianus loco citato reſpondit, ad ſolas vltimas voluntates pertinet. *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* quas nimis inhumanum foret ita conſtringere, vt eas mutare non liceret: tum quod periculoſum foret ſic teſtari: ne legatarij vel hæredes ſcripti inſidias ponant vitæ teſtatoris, quo citius relicta acquirant, & liberalitate teſtantium non reuocanda fruentur: tum quod nemo ferè libenter operam præſtat alicui: à quo beneficij remunerationem non expectat. Quod ſanè futurum eſſet, ſi ſemel facto teſtamento mutandæ voluntatis arbitrium teſtator non haberet. Non obſtat quoque ſeptima dubitatio. Is enim cui mandatum datum eſt, vt contrahat aut manumittat: ea lege datum cenſetur, vt non magis hoc mandato mandans ligetur, quàm ſi ipſe contraheret. Et ideò ſicut re integra pœnitere poſſet ipſe, ita

ita etiam antequam contractus à mandatario eſt perfectus, poteſt. Non obſtat octaua dubitatio, quia hæres ſub beneficio inuentarij, quatenus factum defuncti vires hæreditatis ſupergreditur, hæres eſſe non cenſetur. Et ſic factum defuncti probare non debet. *Paulus Pariſius conſ.33.lib.3.Decius con.* 185. Quo modo & hæres poteſt venire contra factum defuncti, quod eſt ipſo iure nullum, *Socy. conſ.* 79.*lib.*1. *Deciſio. Neapolit.* 240. & quando factum defuncti tendit ad fraudem hæredis. [*v. D. Peck. infr. in c. is qui.num.*12.*cum ibi conc.*] Vt ſi pater habet vnicum filium ex primo thoro, & ſine cauſa cum plura bona heberet, omnia bona feudalia dat filio ex ſecundo thoro, filius primus quantumuis hæres factus patris, contra factum patris venire poteſt. Non obſtat quoque nona obiectio, quia lex quæ æquitate quadam introducta eſt, & paſſim ac vbique innocentiam tuetur, non ſinit locum eſſe captioni. Et propterea antequam ſententia feratur, probato errore, non geminatæ vel præmediatæ & diu deliberatæ confeſſionis reuocationem admittit. [*conf. D. Peck.* 1. *de teſt. con.*42.*num.*3.] *Molinæus ad conſuet. Pariſienſ. fol.* 115. *parte* 1.§.8.*gl.num.* 22. Sed nec decima dubitatio ſcrupulum mouere debet: quia pactum contra naturam actus non ſubſiſtit, *latè Hypol. ad l. vnius* §. *cogniturum ff. de quæſtio.* abſurdumque foret, quod priuatorum conuentio, precarium in commodatum: emptionem in locationem: mandatum in ſocietatem conuertere poſſet. Lex fines ſuos precario conſcripſit, vt ſemper reuocari poſſit: quos egredi nequit priuatorum hominum pactio, quæ facilè hac via leges benè conſtitutas euerteret, & incertis caſibus omnia ſubjeceret. Non obſtat quoque vndecima objectio. Publica enim vtilitas deſiderat, ne imperitia medicorum ciuibus pernicioſa ſit, & ne improba tutoris adminiſtratio, innocentiæ ætatis pupillaris præiudicium ferat. Ad contractus innominatos quod attinet: quoniam eorum vſus in republica non adeò frequens eſt aut neceſſarius, & quia debiliores exiſtunt contractibus nominatis: æquum viſum fuit, vt in his pœnitentia facilius admitteretur. *l. vbi donatur C. de donat. cauſa mortis.* Poſtremò quod appellationi renunnciare poteſt, is qui ſemel prouocauit: ea eſt ratio: quia iuri ſuo renunciat, nulli præiudicium facit, parti victrici cedit, eique tribuit quod optat. *Conanus. l* 69.*c.*6.*num.*12. *Carundas in lib. veriſimilium* 2.*cap.*7.

REGULA XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægrauari.

1. *Onus ſuum quiſque portabit.*
2. *Mater non poteſt exhæredare filium odio mariti.*
3. *Mater ſoluens partem debitorum filij, non ideo tenetur reliqua debita ſoluere.*
4. *Vxorum dos an confiſcetur ob hæreſim maritorum*
5. *Hoſpitij famulus ſi vulneret hoſpitem, an dominus teneatur.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Ratio decidendi.*
8. *Paterfam. qui curam ſuorum non habet iam fidem negauit.*
9. *Pœnarum duplex genus.*
10. *Parentes plus terrentur in liberis quàm in ſe.*
11. *Vxores cur in prouincias duci non poterant.*
11. *Domini an teneantur ex dilicto famulorum.*

SAcrarum Literarum teſtimonio conſtat, animam quæ peccauit mori debere, & quod filius nõ portabit iniquitatem patris, vel pater iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum. [*Gail.*2.*P.P.* 13.*n.*24.*verſ. ſed de.*] *Deuteronõ.cap.*29.*Ezechielis* 18. Tum verò lex ſeu iuſtitia, quæ legi dominatur, ius ſuum cuique tribuit, & pœnas ſuas ſceleratis hominibus: præmia ſua excellentibus & præſtantibus ingenijs, addicta habet. Ideoque meritò communi regula cautum eſt, quod nemo debet alterius odio prægrauari, vt ſit delictum par cum pœna, & non vlterius progrediatur ad alias perſonas. [*vide Gail.*1.*obſ.*70.*n.*10.11.*&*2.*obſ.*49.*n.*4.5.6.7.*&* 2.*P.P.*13.*n.*9.*& c.*15.*n.*1.*& de Arreſt.c.*9.*ſub n.* 8.] Sed quoniam longè lateque patet huius regulæ tractatio, & ferè etiam fines iuriſprudentiæ egreditur: pari modo extenſionibus & reſtrictionib. ſuis exornanda videtur. Principiò igitur non debet aliquis alterius odio prægrauari, etiam ſi filius ſit eius quem odia premunt, & qui aliàs vna eademque perſona cum patre reputatur. † Mater enim non poteſt exhæredare filium odio mariti. Quia crudele eſt eum qui iniurias inferre noluit, ingratum exiſtimare, naturamque ſuam fallere illa non debet, quæ aliud iuris remedium aduerſus eum habet, ſi fortè vel adulterium commiſit, vel in ipſam plus æquo ſæuijt, cum poſſit ſub conditione emancipationis, hæreditatem ſuam filio derelinquens, & patris odium punire, & iure filij ſui minimè nocere, nec ſuam naturam fallere, *l. ſi quis*, §. *legis C. de inoffic. teſtam.*

3. † E contra verò, mater ex debito vel facto filij ſui grauari non poteſt, *Con. ne filius pro patre. &c.* adeò vt licet partem debiti filij ſui ſoluerit, non propterea tamen ad ſolutionem reſidui compelli poſſit, *l. cum te C. ne. vxor pro marito.* Quo etiam pertinet, quod generali titulo ſtatutum eſt, ne filius pro patre, vel pater pro filio, vel libertus pro patrono conueniatur, [*vide tamen Gail. 1. obſer. 36. num. 3.*] *dict. tit. C. ne filius pro patre li. 4.* acerbumque eſſe reſpondit Cicero, parentum ſcelera filiorum pœnis lui. Secundò verò eadem ratione extenditur ad vxorem & maritum, quos conſtat lege diuina non diuerſos, ſed duas animas in vno corpore conglutinatas, cenſeri, *cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* Et licet ciuili quadam ratione propter promiſcuum vſum, bona vxoris, bona viri: & facultates vxoris, facultates viri eſſe dicantur, *l. 1. §. ſi vir. ff. ad Syllanum.* non multò aliter quàm noſtrum dici ſolet propter vſum indiuiduum, id quod cum alijs commune habemus, *l. ſerui electione §. 1. ff. de le. 1.* tamen ob maritorum culpam vxores inquietari, & earum bona confiſcari leges vetant, *l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito.* † ideoque vxorum
4. catholicarum dotes, propter hæreſim maritorum non confiſcantur, niſi fortè mulieres ipſæ cum viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos tunc ſciebāt, *cap. decreuit. de hæreticis. hoc libro.* Adeoque ſi mariti bona confiſcentur, poteſt vxor propria authoritate rebus ſuis manus inijcere, & aduerſus fiſcum eas defendere: quia licet vere poſſeſſio earum marito tradita fuerit: tamen propter communionem vitæ, ipſa quoque poſſidere, & poſſeſſionem defendere, non ab alio poſſeſſam inuadere cenſebitur, [*plenè Gail. 2. obſeruat. 86. & 2. P. P. 16. Connan. 8. comment. 11. ante num. 10. Farinac. de delict. lib. 1. titu. 4. quæſt. 25. num. 111. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 5. titu. 1. nume. 82. & reliqui infiniti ab ijs allegati.*] *Chaſſaneus ad conſu. Burgundiæ titu. de confiſcat. §. 2. numer. 4.* Quæ omnia & in prælato quoque Eccleſiæ locum habent. Quia ob factum & delictum Prælati, qui maritus Eccleſiæ eſſe cenſetur, bona Eccleſiæ publicari, aut fiſco adſcribi non poſſunt, *Bald. ad l. meminerint, C. vnde vi.* Sed & tertiò non abſimili ex cauſa, ad hæredem quoque hæc regula porrigitur: quia hæres plus petentis, ſi author ſuus lite pendente rebus humanis exemptus fuerit, pœna legis plus petentibus præſcriptæ non tenetur. *Bald. ad l. 1. in fi. C. de plus petit.* Vnde Caliſtratus de filio hærede verba faciens. *Crimen paternum* (inquit) *vel pœna paterna, nullam maculam filio infligere poteſt, quia vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur.* [*vi. plenè Gail. 2. P. P. 13. nu. 26. 27. 29. & num. 33. & ſeqq.*] *l. crimen. ff. de pœnis.* Et generaliter, vt ait Marcellus, defuncto eo qui reus fuit criminis, pœna extincta eſt, [*Gail. 1. P. P. 20. per. tot.*] *l. defuncto ff. de. publ. iud.* Quartò quoque ampliari poteſt hæc regula, vt locum habeat etiam in illo, qui ei qui deliquit poteſt imperare. Seruus enim delinquens non præſumitur deliquiſſe conſenſu domini. Et ideo dominus non niſi ſeruum pro noxa dare tenetur, cùm alias teneretur in ſolidum *l. 2. ff. de noxal.* Et idem eſt in famulis noſtris liberis hominibus; quia non præſumuntur deliquiſſe de conſenſu domini ſui: ideoque dominus non tenetur, ſicut nec ſcholaris pro delicto ſui miniſtri, *Bolognim. ad auth. habita ne filius pro patre.* Qua ratione reſpondent Ioan. de Anania *conſ. 2.* & eum ſecutus Iaſō *ad l. 1. C. de ſeru. fugit.* † quod ſi famulus hoſpitij vulneret 5.
viatorem hoſpitio exceptum, hoſpes ſeu dominus hoſpitij ad damna, & id quod intereſt non tenetur. Quod quidem tunc verum eſſe intelligit Alciatus. *reg. 3. præſ. nu. 6.* quando eum extra hoſpitium vulneraſſet. Alioqui, inquit, ſi eum vulneraſſet in hoſpitio, dum confidit extraneus in cuſtodia hoſpitis: videtur ſecus, quia ſi hoſpes tenetur de damno dato in rebus: multò magis de damno illato perſonæ tenere debet, [*conſ. D. Peck. in l. fin. princ. ff. nautæ, caup. ſtal. Gail. 2. obſ. 21. n. 6. 7. & de pign. obſ. 5. n. 4. 5. 6. Bonacoſſa tra. de ſeru. q. 41.*] *l. iuſtiſſimè ff. de ædilit. edict.* Amplia quinto, quod nec is quidem odio alterius grauatur, qui ab eo qui odio premitur, cauſam aliquam habet. Vſusfructus enim proprietate confiſcata non cenſetur confiſcatus, licet à proprietario cauſam habeat fructuarius, *Chaſſaneus dict. loc. numer. 16.* Et licet is qui per fideicommiſſum ſuccedit, ſuccedere dicatur non tam teſtatori quàm grauato, vt multis argumentis confirmat Socinus, Nepos *conſil. 126. numer. 44. libr. 1.* bona tamen alienari prohibita, ſeu fideicommiſſo grauata, delicto grauati non confiſcantur, [*Gail. 2. P. P. 13. n. 30. 31. 32. & c. 14 n. 18.*] *l. Imperator ff. de fideicō. liber. Alex. con. 88. li. 3.* Et ſicut ſententia non mandatur executioni in rebus alterius quàm condemnati, *Bald. ad d. l. ob maritorum in pr. C. ne vxor pro marito.* ſiue ſint res alterius quo ad proprietatem & poſſeſſionem, ſiue quo ad proprietatem tantum, ſiue quo ad poſſeſſionem tantum, [*vide plenè Gail. 1. obſ. 118. n. 1. & ſeqq. & 2. P. P. 17. n. 10. & ſeqq.*] *gl. in §. quoniam verò in authent. vt. nulli iudic.* ita quoque confiſcari ea non poſſunt. Sextò nec ſtatutum quidem in contrariū factum quicquam operatur, [*conſ. Gail. de Arreſt. c. 9. n. 8. & 9.*] Statutum enim quod omnes vicini pro vnius vicini delicto puniantur, vel quod pater cadat à feudo propter delictum filij ſui, vel quod filij mercatorum teneantur ad debita patris, ſi non ſunt hæredes patris, non ſubſiſtit, [*vide tamen Gail. 1. obſ. 36. n. 1. 2. 3.*] *Bald. ad l. dotis C. de iure do. ad l. vnicam C. de his quæ pœnæ nomine.* Poſtremò non debet aliquis alterius odio prægrauari, etiamſi ſocius criminis eſſe dicatur: Nam ſi reus criminis confeſſus eſt debitum, ea confeſſio ſocium criminis non grauat, etiamſi reus condemnatus dicat ſupplicio iam imminente, alium

alium qui cum eo captus eſt, verè ſocium criminis fuiſſe, adeò quidem vt ex hac confeſſione alter quæſtionibus ſubijci non poſſit, niſi vel fama publica vel alijs vitæ ante malæ actæ indicijs accuſetur aut diffametur, [*Clar. in §. fin. q.21. verſ. ſed quid. in latè Farin. in tit. de ind. & tort.*] *l. fi. & ibi Salic. C. de accuſat.*

6. † Ratio dubitandi, tā ex reſponſis conſultorum & conſtitutionibus principum, quàm ex occultis diuini iudicij cauſis eſt varia. Et primò quidē ex eo, quòd filij Heli ſummi ſacerdotis, dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant oſtium tabernaculi, multiſque nominibus Deo odibiles facti erant. Et tamen Heli propter eorum peccata à Domino punitus eſt, ceciditque à ſella retrorſum, & fractis ceruicibus expirauit, *c. ſicut hi §. neceſſe. 47. di. c. 1. & 2. lib. 1. Regum.* Secundò ex eo, quod ex peccato Achor plebs Iſraëlitica in manus hoſtiū tradita eſt: peccato filiorū Heli, populus in poteſtatem Philiſtinorum venit: peccato Dauidis, gladius Domini deſæuit in populum, multaque millia peſte conſumpta ſunt, *cap. Eccleſia 1. quæſt. 1.* Tertiò ex eo, quòd propter odium Amalechitarum animalia eorum iuſſa ſunt interfici, quibus quia Saul pepercit, à Samuele reprehenſus eſt, peccatoque Ægyptiorum poſſeſſiones eorum grandini traditæ, & primogenita ipſorum percuſſa ſunt, 1. *Regum ca. 9. & 15.* Quartò ex eo, quòd filij odio parentum grauati leguntur: quia Cham peccante, filius eius maledicitur: Gieſi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros: Achab peccante, poſteri eius regni ſolium amiſerunt: paruulos Sodomitarum non excuſauit innocentia, quin pro paterno ſcelere cœleſti igne conſumpti ſunt: peccatoque Dathan & Abyron, paruuli viui deſcenderunt in mortem, & pro peccatis parentum, paruulos corporaliter flagellati, ex verbis Euangelij apparet, dum inquirunt Apoſtoli à Domino, an cœcus peccaſſet, an parentes eius, vt cœcus naſceretur. Ad quæ omnia accedit etiam illud, quod Dominus ait ad Moyſen. Ego ſum Dominus Zelotes viſitans peccata parentum in filios vſque in tertiam & quartam generationem, *cap. 1. 24. quæſt. 3.* Quinto ex eo, quod filij presbyterorum à ſacris ordinibus reijciuntur, *tot. titu. de filijs presbyteror.* filij hæreticorum eorumque nepotes, ad dignitates Eccleſiaſticas non admittuntur; *cap ſtatutum de hæretic. hoc lib. 6.* & filij eorum qui crimen læſæ maieſtatis admiſerunt, à materna & auita omniumque proximorum ſucceſſione repelluntur: ex teſtamento extraneorum nihil capere poſſunt: ad nullos honores eis eſt aditus: ſemper paterna infamia eos comitatur: vt perpetua egeſtate ſordeſcentibus ſit mors ſolatium, & vita ſuppliciū & ſupplicans principi pro eis, perpetua infamia notatur, *l. quiſquis C. ad l. Iul. maie.* Sic etiam ſi patroni, feudatarij, ſeu vice domini, aut beneficiati Eccleſiæ, rectorem vel clericum eiuſdem Eccleſiæ occidere vel mutilare auſi fuerint, filij eorum omni prorſus priuilegio excidunt, *c. in quibuſd. de pœn.* Sextò ex eo, quod ciuitas quæ interficit Epiſcopum, dignate Epiſcopali priuatur, *cap. ita nos 29. q. 2.* adeoque delictum ciuium redundat in Eccleſiæ detrimentum. Quo modo ſi prælatus vaſallus principis, vel fœloniam committat, vel principē iniuria afficiat: redundat delictum in Eccleſiā, quæ prælato illo viuēte feudo exuitur, *§ fin. in vſib. feud. ti. de Capitulis Corradi.* & naui Eccleſiæ confiſcatur propter negligētiam prælati, ſi eam ſubtrahat publicis oneribus tranferēdis. *l iubemus nullam C. de ſacroſ. Eccleſ.* Septimò ex eo, quod mora rei nocet fideiuſſori. *l. mora ff. de verb. obli.* Nam ſi reus ſit obligatus in ſpeciem aliquam, dederitque fideiuſſores, & interpellatus non ſoluerit, quo caſu eſt in mora, nocebit fideiuſſori aduerſus quem ſpecie debita interempta, perpetua eſt actio. Octauò ex eo, quod ſi contra aliquem ſententia lata eſt, & prouocator eius non appellauit, dominus non auditur, *l. 1. §. vlt. ff. quando appell. ſit.* & aliàs de dolo procuratoris aduerſus dominū nequitiæ illius inſcium, excipere licet. *l. apud Celſ. § quæſitum. 2. de excep. doli mali.* Nonò ex eo, quòd maritus ex facto vxoris ſuæ delinquentis obligatur. *l. obſeruare ff. de offic. proconſ.* Decimò ex eo, quod nauræ, caupones, ſtabularij, etiam ſi nihil ipſi admiſerint, ex delicto tamen ſuorum teneantur. *l. 1. & fin. ff. vt nautæ caup. ſtab.* Poſtremò ex eo, quòd plerumque propter morboſa mancipia vel animale vendita; etiam non morboſa redhibentur. *l. plerumque ff. de ædil. edic.*

† Ratio verò decidendi eſt, quod nimis durum acerbumque foret, ſuis negotijs ita quempiam præeſſe, vt alteri deſit, nam hoc iniuriæ magis quàm iuri reſponderet, quod nos iubet honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere, adeoque ſceleratos punit, ab innocentibus abſtinere. Quis enim locus relinquitur innocentię, ſi alienū crimen maculat neſcientem? *c. 3. 1. q. 1.* Nam ſicut in ſeminibus non peccat terra quę confouet nō ſemen quod in ſulcis iacet, non humor vel calor quibus tēperata frumenta in germē abeunt: ita quoque naſci à ſceleratis nō eſt eius culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat. *naſci 56. diſt.* Sit igitur ibi pœna vbi & noxia eſt, neque affinitas vel amicitia crimen admittunt, ſed peccata ſuos teneant authores, nec vlterius progrediatur metus quàm reperiatur delictum. *l. ſancimus C. de pœnis.* Non obſtat primum argumentum. Quia qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit & eſt infideli deterior. *d. c. ſicut 47. diſtinct.* 7.

† Ideoque licet Heli ſummus ſacerdos in ſe bonus exiſteret, quia tamē filiorū exceſſus nō reprehendit, & in ſe & in ipſis diuinæ animaduerſionis vindictā excepit, *c. licet Heli. de ſimonia.* ita vt nō propterea quod malos habeat filios 8.

lios puniebatur, ſed quia vltra debitum increpationi pepercerat, & cum leges Dei violarentur, ſeuerius in illos vltus non eſt. *Chryſoſtomus de prouident. Dei lib.* 3. Non mouet quoque ſecunda dubitatio. Permittit enim dominus aliquãdo populum affligi vt tantò quoque commodius & principum & eorum peccata puniantur, ſicut nauicula Ionæ periclitatur, vt fugitiuus ſeruus deprehenſus, fluctibus mergeretur. Sic quia Dauid numerando populum ſuum peccauerat, in eius diminutione punitus fuit. Nam ſicut in lata gente gloria regis eſt, ita & in diminutione plebis contritio eius, *d. c. Eccleſia.* & ſubditi mala prælatorum tolerantes, meritò puniuntur tanquam criminis participes, *c. frater. 7. q.* 7. occultaque Dei iudicia ſunt, qui populum non ſine cauſa ferit. Tertia quoque obiectio vim non facit. Animalia enim primogenita & poſſeſſiones peccantium puniuntur, quorum facilitate & abundantia illi lætabantur, vt ſcilicet intelligi poſſit, quod mundus peribit & concupiſcentia eius. *d. c. Eccleſia.* Sed nec quarta dubitatio vim habet. quia duplex eſt pœnarum genus, alterum quod in præſenti vita infertur, alterum quod poſt mortem infligitur. De priore notorium eſt, quod alios ſæpè extenditur, & diuinæ iuſtitiæ non aduerſatur: quia res iſta quæ appellatur vulgò mala, vt ſunt paupertas, ſeruitus, morbus, exilium, mors, adiaphora ſunt, hoc eſt, nec bona nec mala, ſed talia ſunt, qualis eſt

9\. qui ea patitur. † Et cum prodeſſe hæc poſſit, nihil iniuſtè agit Deus, dum ea innocentibus immittit, ſed materiam & occaſionem præbet exercendæ virtutis. Et quamuis pœnæ propriè dicendæ non ſint, quatenus ab his qui non peccauerunt tollerantur, cùm omnis pœna ſi iuſta eſt, peccati pœna ſit, illorum tamen comparatione pœnæ ſunt, ob quorum peccata infliguntur. Quare & rectè in tertiam & quartam generationem protrahuntur, quia ad tantum ferè tempus olim viuebant homines, vt quartam à ſe viderent progeniem, qua aduerſa patiente, ipſi non poterant non cruciari. Quaſi dicas, quod hæc mors filiorum & ſubditorum, quæ nobis fortaſſis mala videtur, non omnino mala dicẽda eſt, cùm iuſtus ſemper benè pereat, & in quacumque hora moritur, in refrigerio eſt, ſoletque precioſa dici mors ſanctorum in conſpectu domini. Impijs verò prolibus vel ſubditis pœnæ debentur, licet patres vel domini eorum non peccaſſent. Sic & filijs Sodomitarum mors non fuit oneroſa, ſed ſaluti. Proſpexerat & præviderat enim dominus, paruulos hos in idem crimen fuiſſe caſuros, à quo innocentem ætatem defendere voluit, & hoc igne pœna illis diminuta eſt, quibus ſucceſſio paterni ſceleri eſt ad-empta. Et hoc eſt quod voluit Cælius Rhodignus, *in li. antiqua. lectio. li. 6. ca. 14. & ſeq.* dum ait, pœnam corporis & bonorum detrimentum medica ratione irrogari animæ ad ſalutem, ideoque in congruum non eſſe, quempiam affici pro alterius peccato. In ſpirituali verò ſupplicio ſecus eſſe, in quo vicariam pœnam nemo cogitur ſubire, quippe quod quo ad animam filius non eſt perſona patris. Qua de re & de his omnibus latiſſimè diſputat multaque refert & accumulat Didacus, quem vide. *lib. 2. variarum reſolut. cap.* 8. exactiuſque olim in oratione quadam ſua de hac re diſputauit frater Adamus Delphius minorita Louanienſis, ad quem me remitto: Elegantius verò Aquinas in prima ſecundæ, quæſt. 87. art. 1. dum ait. *Si loquamur de pœna pro peccato inflicta, in quantum habet rationem pœnæ, ſic ſolum vnuſquiſque pro peccato ſuo punitur, quia actus peccati aliquid perſonale eſt. Si autẽ loquamur de pœna, vt habet rationẽ medicinæ, contingit quod vnus punitur pro peccato alterius, & ſic puniũtur filij pro parentibus & ſubditi pro dominis, in quãtum ſũt quædã res eorum. Ita tamen quod ſi filius eſt particeps culpæ. huiuſmodi pœnalis defectus habet rationem pœnæ quo ad vtrũque videlicet eum qui punitur & eũ pro quo punitur. Si verò non ſit particeps culpæ, habet rationem pœnæ quantum ad eum pro quo punitur. Ad eum pro quo punitur rationem medicinæ tantùm habet, niſi per accidens, in quantum peccato alterius conſentiat. Ordinatur enim ad bonum animæ eius ſi patienter ſuſtineat. In bonis autem animæ nemo patitur detrimentum ſine culpa propria, & propter hoc talibus pœnis vnus non punitur pro alio, quia quo ad animã filius nõ eſt pars patris ſui.* Hactenus Diuus Thomas. Quinta igitur obiectio non obſtat. Puniuntur enim in filijs parentum admiſſa: quia à flagitioſis nati & educati, ad delinquendum procliuiores, magiſque lubrici euadunt, tum conſuetudine, tum exemplis allecti. [*vide Gail. 2. P. P. 13. n. 23. 24.*] Et coniunctos ſanguinis vinculo ideo ferè puniri adnimaduertimus, quod propinquorum damna in eos quodammodo redundant, qui peccarunt, & domeſtica exempla domeſticæque pœnæ permouent validius. Sic quod filij ſacerdotum ab ordinibus arceantur, niſi vitæ claritate diſpenſationem meruerint, fit partim, quod dignitas & excellentia ſacramentorum, quæ non niſi ſumma veneratione & magna caſtitate tractari conuenit, infamibus perſonis committi nõ debet, *c. inter de exceſſis prælat. c. infamibus infra eod.* partim quod ſolent filij vitia parentum ſæpius imitari, & præſumitur is incontinens, cuius pater incontinens fuit. *c. ſi gens Angelorũ 56. diſt.* Sic & in crimine læſæ maieſtatis eſt ratio, quod in filiis paterni criminis exempla timentur, [*vide Gail. d. c. 13. n. 21. & ſeqq.*] *d. l. quiſquis*, & quod pater facilius abſtinebit à delicto, ſi videt etiam filios ſuos puniri, quia præſumuntur patres plus terreri in filijs, quàm in ſeipſis *cap. afferte de præſumpt. l. iſti quidem ff. de eo quod metus cauſa.* Vnde Labeo Iureconſultus, cùm apertè reprehenderet Auguſtum Imper. interrogatus vnde tantum audaciæ aſſumeret, reſpondit quod

quod naturę beneficio eſſet ſenex & filios non haberet. Sic etiam iuſtus eſt metus filij qui in ſtudio exiſtens, renũcians iuri ſuo propter metũ qui patri inferri poſſit. *Panorm. in c. ſuper eo.*
10. *de renun. Alciatus regula 1. præſumpt. c. 2.* † Et licet ceſſet illa ratio, quia ſcilicet probaretur patrem fuiſſe inimicum capitalem filiǫ, cuius amore à crimine nõ abſtineret, vt ſubinde fieri poſſet, militaret tamen adhuc altera ratio, quæ in lege ipſa expreſſa eſt, *d. l. quiſquis*, & legiſlator non videtur fuiſſe vna tantum ratione motus, ſed duabus. Vbi verò duę ſunt rationes, quamuis vna deſinat aut ceſſet, nihilominus diſpoſitio locum adhuc habet, *Salic. ad l. ſi vim C. de noxal.* quod nihilominus durum eſſe arbitratur Alciatus. *regula. 1. præſumpt. c.* 19. Fortè tamen, ſi aduerſus patrem læſæ maieſtatis reum, pro principe pugnauerit filius, altera quoque ratio ceſſabit, veluti præſumptione illa ceſſante. Fusè quoque exiſtimat Igneus, *ad l. ſi ex pluribus ff. ad SC. Syl.* pœnam illam ciuilẽ filijs inflictam, poſteriore lege eſſe ſublatam, quod non puto. Sextæ quoque dubitationes nulla habenda eſt ratio. Poteſt enim capitulo inſtante, cũ dignitate ſua Epiſcopali aliò tranferri ſedes, & delictũ prælati Eccleſiæ non nocet, quippe quod reſtituetur in integrum, ſi damni reparationem ex bonis prælati conſequi non poſſit. [*conſ. Gail. 2. obſ. 60. n. 14. & de Arreſt. c. 10. n. 14.*] *Baldus & alij ad d. l. iubemus.* Sic & in ſeptima dubitatione nõ magna difficultas eſt, quia ex mora debitoris, obligatio fideiuſſoris, non niſi in paucis caſibus, qui alibi notantur, *in l. centum ff. de eo quod certo loco in l. quæro ff. locati.* creſcit, ſed tantummodò perpetuatur continuaturque adhuc eius obligatio, ſcilicet, quod ſicut reus nõ eximitur à principali obligatione, quando ex mora eius ſpecies debita interijt : ita nec fideiuſſor à ſua obligatione liberatur: quia nondum ſatisfactum eſt creditori, iniquumque eſſet, propter moram debitoris, qui in culpa eſt, ius creditoris qui in culpa non eſt, & cui patientia ſua obeſſe non debet, eo inuito extingui. Sed nec octaua dubitatio mouet, ſibi enim imputare debet, qui talem elegerit. *§. fin. inſtit. de ſociet.* Quòd ſi tamen conſtaret eum fraudulẽter & colludendo cum aduerſario, appellare omiſiſſe, vel ſi euidenter ex actis apparet appellare eum debuiſſe, & ſic non appellando deliquiſſe, vel ſi procurator non eſſet ſoluendo, aut ſi ex legitima cauſa abſens fuiſſet: exiſtimat Bart. *in d. l. 1. §. fin.* dominũ iuuari. [*conſ. Gail. 1. ob. 139. n. 8. & ſeqq.*] Quod autẽ nono loco obijcitur, ſuam quoque rationem habere Cornelius Tacitus *li. 3. annalium.* teſtis eſt, his verbis. *Haud fruſtra placitũ olim, ne fœminæ in gentes externas traherentur.* † *Ineſſe enim mulieres comitatui, quæ*
11. *pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimilitudinẽ barbari inceſſus conuertant non imbecillem tantum & imparem laboribus ſexum, ſed ſi licentia adſit, ſæuũ, ambitioſum, poteſtatis auidum, incedere inter milites, habere ad manũ centuriones: & cogitare oportet, quoties repetũdarum aliqui arguuntur, plura vxoribus obiectari, his ſtatim adhæreſcere deterrimũ quemq; prouincialium, ab his negotia ſuſcipi, tranſigi.* Sic & Tiraquellus *de legibus cõnu. l. 9. verſ. ex hac.* exiſtimat, factũ id fuiſſe, ne vxores prouinciales ſua auaritia expolient, de quo & in miſcellaneis ſuis multa notat Coraſius. Decima quoque dubitatio non obſtat. Licet enim regulariter dominus non teneatur de delicto ſui famuli, præcipuè ſi famulus fuerat probus atque fidus exiſtimatus: vnde nõ tenetur, qui tali aliquid credidit, *Bald. conſ. 222. l. argentum ff. cõ.* ſicut liberatur debitor, qui per nuncium probum & qui conſueuerat eſſe probus & diligens, mittit pecuniam ad creditorem, quam nuncius ille perdidit aut ſubtraxit. *Bald. in d. l. argentum. Tira. de pœnis cauſa* 51. *num.* 58. Recipit tamen generalis illa regula aliquot reſtrictiones, & primò quidem in nauta, caupone & ſtabulario, propter neceſſitatem nauigandi proficiſcendique. Nemo quippe ipſe ſatis tutam ſemper poteſt rerum ſuarum præſtare cuſtodiam in itinere: ſed perſonam propriam, nedum res, oportet aliorum fidei committere. Et ideò peſſimum in republica exemplũ foret, ſi res itinerantium inſidijs exponerentur illorum, ad quos prorſus ignotos diuertere cogit neceſſitas, tempuſque non ſinit, vt hoſpes nouus de qualitate & innocentia domeſticorum inquirat, ſæpeque ſolent domini hoſpitij adhibere familiam impurioris farinæ, quorum factum ab eis præſtare æquum eſt. *l. 1. ff. de exercit. act. in princ. d. l. fin. l. 1. ff. furti aduerſ. naut.* [*& vtrobique D. Pec.*] Secundò quando famuli aliàs eſſent homines improbi eo tempore quo aſſumuntur: quia veriſimile eſt quod perſeuerabunt in ſuis delictis, *c. ſemel. ſup. eo.* ideoque imputatur domino qui tales in ſuam familiam recepit, *d. l. ſi.* quod plurimum obſeruandum eſſe notat Alciatus *d. loc. reg. 3.* aduerſus nobiles, qui lenones & homicidas ſeruitores aſſumunt : quia pro eorum delictis in poſterum committendis facilè tenerentur. † Deinde quoque, ſi dominus ſciat famulum delinquere velle, & non prohibet, vtique 12.
obligatur, *c. Petrus de homicidio c. Matth. de ſimonia.* Poſtremò non vrget quod vltimo loco de redhibitione dictum eſt, quia quod in vniuerſum omnia animalia redhiberi poſſunt, hęc ratio fuit, quod veroſimile eſt emptorem non aliter fuiſſe empturum, ſi ſciuiſſet in eo numero quo emere conſtituerat, aliqua morboſa extitiſſe, fortè quod numerus ille ſibi neceſſarius fuit, & quod eius interfuit eodem loco, eodemque tempore, vno & eodem pretio omnia comparare. Qua de re latius agit Tiraquellus *in lib. de retractu §. 27. gl. 1. nu. 17. cum ſequentibus.* quem vide.

REGV-

REGULA XXIII.

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

1. *Furioſus puniri non debet.*
2. *Ebrius an ſit puniendus.*
3. *Caroli Quinti Imp. conſtitutio contra ebrioſos.*
4. *Conſuetudo in delictis an excuſet.*
5. *Ampliationes huius cap.*
6. *Innocentiæ priuilegia multa.*
7. *Confeſſus delictum, ſi de veritate aliter non conſtat, an damnari poſſit.*
8. *Angeli pulchra admonitio ad iudices.*
9. *Duobus pugnantibus, quis præſumitur aggreſſor fuiſſe.*
10. *Rationes dubitandi.*
11. *Ciuitas tempore belli deijciens ædificia priuatorum an teneatur ad reparationem damni.*
12. *Ratio decidendi.*
13. *Pœna an ſemper ſit culpæ adiuncta.*
14. *Rationes dubitandi ſuper 2. parte regulæ.*
15. *Ratio decidendi.*

HOc præceptum officij diligenter tenendum eſt, inquit Cicero, *lib. 2. offic.* ne vnquam innocentem iudici capitis acceſas. Id enim ſine ſcelere fieri nullo pacto poteſt. Vitia autem hominum atque fraudes, damnis, ignominijs, vinculis, verberibus exilijs, morte mulctare conuenit. Rectè igitur hæc regula cauet, ne malo more innocentia puniatur. Quod ſi quis omnia penitus exactiuſque perpendere atque conſiderare velit; facilè inueniet duas huius capitis eſſe partes, & rurſum ſub altera earum etiam tertium aliquod axioma contineri. Prior eſt, quòd ſine culpa nemo puniri debet. Sub qua, ſumpto à contrario ſenſu argumento, comprehenſa eſt hæc regula. Quod vbicumque reperitur culpa ibi debet eſſe pæna. Poſterior verò eſt, quod ſubinde ex cauſa etiam is qui culpa caret, puniri poteſt. De quibus omnibus ea dumtaxat referemus, quæ ad propoſitam materiam proximè pertinere videbuntur. Igitur ad priorem partem quod attinet, multa extant in iure noſtro exempla, quibus illa illuminari atque illuſtrari poteſt. Leges & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotijs, non ad facta præterita reuocari, *l. leges C. de leg.* [*Gail. 2. obſ. 9. n. 3. Pec. 4. de teſt. con. 25. n. 2.*] nō alia quidem ratione, quàm ne ſine culpa puniatur is, qui ante legis prohibitionem contra legem non fecit. *c. 2. de conſtit.* Sic & ea, quæ ex improuiſo caſu accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur. *l. 1. C. de ſicar.* [*Gail. 2. obſ. 110. n. 38. & 39.*] Et ideo delicta, quæ imprudenter ſunt commiſſa, magna ex parte impunita relinqui ſolent. Et cum quis alterum de crimine accuſat, quod ignorantia aliqua iuſta poteſt excuſari: debet nominatim exprimere, reum ſcienter id commiſiſſe, *l. omnes C. de agricol. Barba. conſ. 51. lib. 3.* & quidem præcipuè in his, quæ ex natura ſua mala ſunt, & quæ quamuis aliquo caſu excuſari poſſunt, tamen contra ea præſumitur. *Tiraq. de pœnis cauſa 5. n. 10.* [*conſ. Gail. 1. Pac. publ. 7. n. 12. 13. & d. obſ. 110. n. 8.*] Sic etiam dormiens, ſi quid facit quod habet ſpeciem delicti, quia fortè hominem interficit, non eſt puniendus. *Clement. vnica. de homicid.* Dormiens enim comparatur furioſo. *c. maiores. de baptiſmo.* [*Gail. d. ob. 110. d. 30.*] † Ideòque ſicut id, 1.
quod à furioſo factum eſt, perinde eſt cenſendum, atque ſi caſu euēniſſet: [*Gail. d. obſ. 110. num. 20. & ſeqq.*] ita & quod à dormiente eſt commiſſum. Omne enim peccatum ex iudicio rationis dependet, quo ſublato, omnis ratio peccati tollitur. Iudicium autem in dormiente eſſe non poteſt, cùm dependeat ab operationibus potētiarum animalium, quæ tunc veluti ligantur & quieſcunt. Quod tamen intelligendum eſt, niſi in culpa fuerit dormiens, quoniam ſciebat ſe eo vitio laborare, vt dormiendo ſurgeret, arma caperet, vim inferret, verberaret, occideret, nec diligentiam adhibuit, vt huic rei obuiam iretur arma remouendo, & ſe, ſi opus eſſet, ligari vincirique præcipiendo *Iaſō & alij ad l. 1. §. adipiſcimur ff. de acqui. poſſeſſ.* [*Gail. d. obſ. 110. n. 30. verſ. ſed hic.*]

† Quo etiam pertinet, quod ebrius ſi delictum aliquod commiſerit, vel omninò abſoluendus eſt, vel certè mitius puniendus. 2.
Tiraqu. de pœnis d. loco. ſi modò eius ſit tanta ebrietas, quod mentis exilium quodam modo induxit, *l. omne §. per vinum ff. de re milit.* vt ſic verum ſit quod diximus, eiuſmodi ebrium non longè à furioſo diſtare: qui vbi ebrietas, ibi & furor eſt, *Bald. ad l. 1. C. vnde vi.* [*Gail. d. obſ. 210. n. 24. & ſeqq. & 1. P. P. 1. n. 45. in fin.*] cenſenturque ebrij ex infirmitate potius quàm ex ſtudio vel induſtria peccare. Vnde Pirrhus Epirotarum rex, cùm audiſſet ſe à quibuſdam adoleſcentibus inter bibendum conuitijs maledictiſque oneratum eſſe: iuſſit eos omnes interdiu coram agi. Quod vbi factum eſt, eorum primum rogauit, an ea ſe dixiſſet, cui iuuenis reſpondit. Hoc nempè rex diximus, dixiſſemuſque longè plura, ſi plus vini habuiſſemus. Imò niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te. Qua vrbanitate tota eſt criminis inuidia diſſoluta, vt Valerius Max. teſtis eſt. *lib 5. cap. 1.* Sed quoniam in his ditionibus tam frequens inter plebeios eſt ebrietas, multaque & non ferenda mala ab ebrijs perpetrantur: † noua ſua conſtitutione 3.
cauit Carolus Quintus Imperator Auguſtus, nemini propter ebrietatem, ſi homicidium perpetraſſet, parcendum eſſe. Exiſtimauit enim prudentiſſimus ille princeps, ſine culpa eius non

non eſſe, qui quotidie ſeſe ingurgitãt,& ebrietatis cauſam ſibi præſtant.[*vide Gail.d.obſ.*110. *n.*24.*verſ.reprobatur. Obrecht.tract.de neceſſ. defenſ.c.6.in fin.VVeſem.in paratit.l.ff.de ſicar.n.*24

4. *vbi quoq; huius Carolinæ ſanctionis meminit.*]†Sine culpa quoque eſſe cenſetur is, quem conſuetudo excuſat: quia conſuetudo etiam improba excuſat à pœna temporali, vt vel non puniatur, vel mitius puniatur in foro iudiciario is qui deliquit.*ca. venter* 35. *distinct.* Ideoque & Anchoranus ſe Archidiaconum quendam à pœna priuati carceris liberaſſe aſſerit, qui clericum non debito loco,hoc ſolo colore concluſerat, quod ipſius prædeceſſores ita facere conſueuiſſent. Et quod cũ Bononiæ mos eſſet puerorum, vt iactu lapidum luderent, & aliquando vnus alterum quem lapide offenderat,interemiſſet: nulla pæna occiſorem propter conſuetudinem illam punitum eſſe ait.*ad.c.cum venerabilis. de conſuet.* Quomodo Romanus *conſ.* 283. & Oldradus *conſ.* 9. reſponderunt, quòd conſuetudo ſuper iuramento non obſeruando excuſat à pœna temporali, ſed non à pœna diuina.[*conſ.D.Peck. ſupr ad reg.*5.*n.*5.] Olim Romani cũ barbaros quoſdam Dijs immortalibus hominẽ immolaſſe accepiſſent,magiſtratus eorum accerſendos puniendoſq; putauerunt,quos tamen poſtea cum id conſuetudine quadam eos feciſſe intellexiſſent, impunitos dimiſerunt, aliaſq;id poſteris fecere prohibuerunt.*Plutarchus Problematum cap.*83.Quę verò priuata tantùm & peruerſa conſuetudo eſt,nulla ratione excuſat, ſed tantò diutius infœlicem animam affligit, atque rempublicam lædit, quantò maiore tempore tolleratur. *cap.*

5. *fin.de conſuet.*†Porrò hęc regula duobus modis ampliari ſeu extendi poteſt. Et primò quidem vt locum habeat,etiam ſi is, qui verè eſt inno-

6. cens,culpam confeſſus ſit. † Vbiq;enim lex fauet innocentiæ,multaque paſſim priuilegia, ei concedit,veluti primo,quod ſtatutũ excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem innocentiæ, præcipuè quando damnum aliquod irreparabile imminet. *Hypol. in praxi crimi.*§.*oportune nu.*31. [*Gail.*2.*Pac.pub.*8.*n.*4. 5.*&c.*12.*n.*20.21.]Secundò,quod iudex maleficiorum poteſt ex officio ſuo examinare teſtes à parte non productos, vbi quæritur de innocentia rei, etiam ipſo re hoc nõ petente.*l.*1.§. *fi.& ibi doct.ff.de quæſt.& in l.*2.*C.de abolitionibus.*[*Gail.c.*1.*P.P.*18.*n.*6.7.8.*& n.*12.]Tertiò quod ad probandam innocentiam, admittuntur teſtes domeſtici & aliàs non idonei.*Hypol. d loco nu.*25.*& ſingu.*59. [*Gail.*1.*P.P.*13.*n.*21. *& c.*16.*n.*22.*& ſeqq.Mynſ.*5. *obſ.* 13.]Quartò quod quilibet admittitur ad probandam innocentiam accuſati,etiam abſentis & ignorantis. *Hypol.d.loco num.*16.*& ad l.vnius* §.*cogniturum. ff.de quæſt.*[*Gail.*1.*P.P.*10.*n.*15.16.*&* 2.*P.P.*8. *n.* 6.] Quintò quod licet abſens condemnari non poſſit.*l.abſentem ff.de pœnis.* ſi tamen conſtet de innocentia eius, poteſt abſolui:Poſtremò, quod quando apparet de innocentia rei, tollitur vel annullatur confeſſio eiuſdem. *Decius ad l.nemo qui condemnare ff.eo.*Si quis hominem viuum, falsò confiteatur ſe occidiſſe, inquit Vlp.*l.inde Nerat.*§.*ſi quis ff.ad l. Aquil.*& poſtea paratus ſit oſtendere hominem viuum eſſe,culpa confeſſata quæ verè non ſubeſt, ipſum non premit. Ideoque & Angelus *l.* 1. *C. de confeſſ.*ait,& Angelũ ſecutus Bald.aſſerit,*in l. cum probatio.ff.de prob.* † quod ſi quis confeſſus 7.

eſt ſe plures mercatores peregrinos iugulaſſe, & in profluentem vel mare proieciſſe, ſi non conſtat de corpore mortuo: non poteſt qui ita confeſſus eſt,occidi, niſi etiam ingens fama de aliquo per accuſatum aut confeſſum verè illo occiſo, & de vita antè malè acta concurrat. [*Myn.*3.*obſ.*1.*Clar.*§.*fin.q.*5.*in prin.&q.*55.*verſ poteſt.Fachin,*1.*cõt.*28.*conſ Gail.*1.*P.P.*15.*n.*8.] Rurſum ſi quis confiteatur ſe plura furta diuerſis temporibus commiſiſſe, ſimplici huic & nimium effuſæ confeſſioni, fides non habetur: Vnde & alio loco his verbis exclamat Angel. *in tractat.de malefic. in verbo & veſtem num.* 26.

† Tu iudex ſis benè cautus, ne damnes animã 8.

& corpus tuum, quando fur confitetur coram te maria & montes, & plura furta ſe commiſiſſe, vt per nuncium inquiras de veritate, vt appareat quæ diſtraxerit,quæ pignorauerit, & quæ penes ſe vel alium habet. Aliàs enim ſæpè innocentem damnares, qui metu tormentorum multa & non vera confitetur. Sic etiam ſi reus confitetur ſe veneno interfeciſſe aliquẽ, qui iudicio medicorum non erat veneno mortuus; ex tali confeſſione non debet condemnari.*Alex.cõſ.*15.*lib.*1.Secundò locũ habet hæc regula, etiam vbi verè culpa interdum ſubeſt, ſed an ſubſit dubium eſt.† Nam ſi ignoretur

quis ex duobus inuicem vulnerantibus fuerit aggreſſor,vterque propter incertitudinem 9.

abſoluetur: *l. ſciendum* §. *cum ſtramenta ff.ad l. Aquil.Bart.& gl.ad l.*1.§.*cum arietes ff.ſi qu.ad. paup.feciſ.dic.* quia cùm fieri poſſet quod alter innocens ſe defendiſſet,vtiq;melius eſt nocentem abſoluere,quàm innocentem damnare, *d. l.abſentem.*licet aliàs in dubio præſumatur, ex duobus ſimul digladiantibus, eum qui mortuus eſt fuiſſe inuaſorẽ.*d.*§.*cum arietes* & propterea viuus eſt abſoluendus,niſi merita præcedentis vitæ,facerent præſumi pro mortuo, vel niſi alter probaretur fuiſſe rixoſus. Præſumeretur enim ille ad rixam prouocaſſe, aut niſi robuſtior & fortior fuiſſet,vel ſi probatum eſſet,quod is qui mortuus eſt,ab initio auxilium vicinorum inuocaſſet, de qua re eleganter latè apud Alciatum videre licet. *reg.*3.*præſum.cap.*39.[*Gail.*2.*obſ.*109.*per.tot.*]

† Ratio dubitandi eſt in priore parte regulæ.Primò ex eo, quòd ſi pater beneficium ec- 10.

cleſiaſticum per ſimoniam ſibi comparauit, filius qui hoc ignorat & penitus in nulla culpa verſatur,punitur:quia beneficio illo gaudere nõ poteſt.*c.*1.*l.*1.*quæſt* 1.Secũdò ex eo,quòd

propter delictum Regis Anglorum, qui pro diſcordia, quæ inter ipſum & filios ſuos ſuborta erat, vxores eorũ detinuerat, vniuerſum regnum quod nõ peccauerat, punitum fuit: quia donec per illum detinebãtur vxores, nulla adminiſtrabantur ſacramenta, prꝫter baptiſmum paruulorum & pænitentias pœnitentium dumtaxat. *c. non eſt. de ſpõſa.* Tertiò ex eo, quod ſi Epiſcopus ordinauerit ſacerdotem abſque titulo, in culpa eſt. Illud enim ſancta Synodus vetuit. Et tamen ordinatus, qui in culpa non eſt, in officio adminiſtrare non poteſt. *cap. neminem 70. diſt.* Quartò ex eo, quòd qui innocens repertus & declaratus eſt, nihilominus ſe adhuc purgare tenetur. *cap. mennam 2. quæſt. 5.* Quintò ex eo quòd is, qui vxorem duxit corruptam, quam bona fide exiſtimabat virginem eſſe, proculdubiò eſt extra culpam, & tamen in eo punitur, quod poſt illius mortem ſine diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri non poteſt, *cap. curandum cum ſeq. 34. diſt.* Sextò ex eo, quòd prælatus Eccleſiæ propter lepram ab abminiſtratione: & is qui corpore vitiatus eſt, à ſacris ordinibus reijciuntur, cùm tamen in nulla culpa exiſtant, quod certè mirum videri poteſt, ideò quod maritus vxori leproſæ, & vxor marito leproſo, indiuiduè adhæreſcere cogatur, nulla habita conſideratione, quod alter alterum lepra inficire poſſet. *c. 2. de coniug. leproſorũ*, Septimò ex eo, quod principis donatio de re aliena facta valet, & dominus rei qui in nulla culpa eſt, ab eiuſdem rei ſuæ repetitione poſt quadriẽnium excluditur, *l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip.*

11\. † poteſtque princeps rem alterius eo inuito alteri aſſignare, *l. item ſi verberatum ff. de rei vendic*, & fiſcus qui rem cum alio communem habet, totam rem communem diſtrahere poteſt: *l. 2. C. comm. rer. Aliena.* Adde quod ciuitas tempore belli vel hoſtis imminentis, etiam non ſoluto precio ędes ad mœnia vel extra mœnia exiſtentes, ex quibus incendium aut inſidiæ timeri poſſent, proſternere atque dirimere poteſt. *l. ſi. cui C. de ædifi. priuat. l. ædificia C. de operibus publicis.*

12\. † Ratio verò decidendi eſt, quod pœna eſt menſura culpæ *l. ſancimus C. de pœnis & Philippus Probus hic.* Et ideò inquit Ioannes Monach. *hîc* menſurato non exiſtente, menſura locum non habet, quia menſura & menſuratum debent conuenire, ſicut relatiua, quæ poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. Non obſtat primum argumentum: quia licet filius non fuerit in culpa, ſubeſt tamen cauſa ob quam ad beneficium illud non admittitur, ne ſcilicet malo ſcandaloque publico per ſimoniam Eccleſiam Dei ingrẽſſus eſſe dicatur. Tum verò non punitur ille, ſed tantùm non acquirit, quæ longè lateque diſtãt, *l. qui autem ff. quæ in fraud. credit.* Sed pater ipſe qui deliquit potius punitur in eo, quod pecuniam quam pro beneficio dederat, amittit. Similiter nec ſecunda dubitatio obſtat. Quia hoc ideò ita proditum & conſtitutum eſt, ne interdictũ vanum & inane ſit, & ne rex qui peccauit, facilè interdicto fraudem faciat, immiſcẽdo ſe clam congregationibus aliorũ, dum ſacrificia fiunt: vel vt miſeratione populi ductus, citius reſipiſcat, Tertia quoque dubitatio præiudicium non facit: qui abſque culpa non eſt, quia aduerſus legem ordines ſuſcipit, aut ſanè ſi culpa caret, reuerentia rerum ſacrarum iniuſta cauſa eſt, ne publico ſcandalo adminiſtret. Quarta quoque dubitatio non mouet. Etenim ad maiorem gloriam innocentiæque teſtationem, & ampliorem aduerſariorum confuſionem voluiſſe videtur Pontifex, vt innocens Epiſcopus ſe purgaret, & coram regina apertum innocentiæ ſuæ teſtimonium faceret. Eadem eſt ratio quintæ dubitationis, licet enim in culpa non ſit, qui bona fide corruptam pro virgine duxit: lex tamen ratione non caret, quæ ob caſtitatem maieſtatemque ſacramentorum non niſi caſtæ virginis maritum viduum, ad ſacros ordines admittit. Sic & Hieronymus ait. *ſuper 1. ad Titum & 1. Corinthior. 8. Si tamen præcipitur vt ab vxoribus abſtineat propter orationes: quid de illis ſentiendum eſt, qui pro ſuis & populi peccatis immaculatam hoſtiam quotidie offerunt?* Eius igitur qui caſtam ducit, in ſimili maius priuilegium eſt, & in maiore caſtitate victurus creditur, quàm is, qui cum corrupta vel vidua, quarum lubricitas ſæpè ſuſpecta eſt, contraxit & vixit. Sed & ſextæ dubitationis nulla etiam vis eſt. Non enim à ſacris ordinibus corpore vitiati, & ab adminiſtratione lepra infecti ſine cauſa repelluntur: quippè quod non niſi cum horrore & periculo aliquo aſpicientium adminiſtrare poſſunt. Interim tamen prælatus ab adminiſtratione remotus, ſecundum facultates Eccleſiæ ali debet, *c. tua de clerico ægrotante.* Poſtrema quoque dubitatio non obſtat. Præſcriptio enim rei alienæ à principe donatæ, non niſi cum princeps bona fide ſuam eſſe credidit, locum habet, & vt crebriore calculo receptum eſt, *l. item ſi verberatum ff. de vend.* dominus ab æſtimationis petitione non repellitur, durumque videri non debet, ſi id ſoli principi tribuatur, vt donatio ab eo facta, non tam facile ſubuerti poſſit. *Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum columna 11. verſ. ſed pro intellectu de conſtitut.* Alioqui verò princeps, non poteſt aliquem ſine cauſa rei ſuæ dominio, pretio non ſoluto, ſpoliare. [*vid. D. Peck. de rep. Eccl. c. 6. num. 5. & 3. de teſt. con. 25. per tot. & infr. ad c. nemo poteſt, n. 2.*] quia licet ſit dominus vniuerſorum in vniuerſo, *l. de precatio ff. de l. Rhodiam.* non tamẽ habet dominium rerum priuatarum, quod ex iure gentium potiſſimùm deſcendit. Illud tamen illi conceditur, vt ex cauſa & facta recompenſatione, rem vnius alteri concedat. *Felyn. d loco columna 5.* Et quoniam res tota plures diſtrahi poteſt quàm per partes: vtique beneficia & priui-

& privilegio ſpeciali fiſco tribuitur, vt rem communem vendere poſſit, parte pretij ſocio ſoluta, electioneque data, an eodem pretio quo alius emere velit. *Salicet.ad d.l.2.* Sic & quod ædificia extra vel ad mœnia ſita non reddito pretio, & hoſte imminente proſterni poſſunt, durum non eſt. Cùm enim lex propter inſidias hoſtium ita conſtituerit: in culpa verſari videntur hi qui temerè ibi ædificant, & ſciunt aut ſcire debent, caſum illum aliquando evenire poſſe, vt ædificia diruantur, ſicut
13. lex ipſa præmonuit. *d.l.ſi cui in fi.* † Quod autem ex hac regula à contrario ſenſu diximus, quod vbi eſt culpa, ibi eſſe debet pœna, latè examinat Tiraquellus, *in lib. de temperandis pœnis.* & pleriſque limitationibus eam regulam reſtringit, ad quem ſi neceſſitas poſtulat confugere licet. Ad ſecundam verò & poſteriorem partem regulæ quod attinet, videlicet quod cum cauſa & ſine culpa quis puniri poteſt, de quo latè & fuſiſſimè antè dictum fuit. [*vide D.Seck.in l.3.§.miratur,n.5.6.naut. caup. ſtab.*]

14. † Ratio dubitandi eſt primò ex eo, quod nulla eſſe poteſt ratio vel cauſa, ob quam innocens filius crimino ſi patris puniatur, non quidem propter ſuum delictum, quia non eſt: neque etiam ob alienum, quia nemo alterius odio prægravatur. Itaque ſi innocens eſt, cur non dimittitur? ſi nocens eſt cur nõ damnatur? Et ideò lex mavult in dubio nocentem dimitti, quàm innocentẽ damnari. *d.l abſentem.* Cur non multò magis abſolvendus eſt, quem non ſub dubio, ſed clarè, dilucidè, aperteque conſtat eſſe innocentem? Secundò ex eo, quod Pontifex etiam ſine cauſa clericum ſuo beneficio privat, & Epiſcopum ab Epiſcopatu removere poteſt. *Sozynus conſ.156. Caſt.conſil. 281.per c.2.de præſcrip.in 6.* Tertiò ex eo, quod Princeps poteſt cogere aliquem, vt compromittat ſuper iure ſuo, & tamen fieri poteſt, quod arbiter ei auferet aliquid à iure ſuo. *cap. cum inter de elect.*

15. † Ratio decidendi eſt, quod princeps eſt lex animata in terris. Et ideo ſicut lex rebus & hominibus prædominatur, atque ex cauſa meum tuum facit, quomodo ab initio id quod noſtrum nõ erat, noſtrum facit: ita & Princeps ex cauſa poteſt, quod noſtrum eſt nobis auferre, prǽſumitque lex eum hoc non niſi iuſta ratione facturum *cap. ex tuarum de authorit. & vſu pallij.* Non obſtat primum argumentum in contrarium adductum. Manifeſtum eſt enim, ſolertem artis medicæ profeſſorem, filios plerumque à parentum morbis avertere, priuſquam eos vincat, & iam iam graſſatur malum. Quippe quod ex malè affectis nati, medela & cuſtodia digni ſunt, vt progerminantem tabem cito & tempeſtivè effugiant. Ita eſt etiam in principe, qui ſubinde occaſionem ſubtrahit prolibus, vt ſuccreſcentem flagitiorum ſeminoſam luem, quæ in parentibus abundavit, avertat. Nec video quid aliud reſpõderi poſſit ijs, qui tantoperè cõfiſcationibus favent, quas leges civiles plurimum reſtrinxerunt. *aut bona C.de bonis proſcript.* Et quamvis ſubinde durũ videatur innocentem affligi: publica tamen vtilitas aliquando id poſtulat, ſæpeque initium præbet æternæ ſalutis, quod ſuperiore capite fuſius diximus. Non obſtat quoque ſecunda obiectio. Nam quod Pontifex etiam ſine cauſa clericum beneficio exuere non poteſt, verius eſſe multis argumentis aſſerit Cardinalis. *conſ.141.* Quia licet communiter pro arbitrio ſuo in beneficijs ſtatuere poſſit, *d.cap. 2.* hoc tamen ita accipiendum & intelligendum eſt, vt nemini iniuria fiat, & vt nemo abſque cauſa iure ſuo excidat, propterea quod qui acceptat beneficium ſibi collatum, videtur per quaſi contractum ſe ad ipſius adminiſtrationem obligare. *ca. niſi de renunciat.* Et ideo talis contractus ſine cauſa diſſolvi non debeat. In quam ſententiam & Romanus quoque accedit. *conſ.345.* Poſtremò non movet vltima dubitatio: quia Pontifex vel Princeps non facit illud certitudinaliter, cum poſſit eſſe quod ei arbiter non auferet quicquam, *Felyn.d.loco.col.14.verſ.ſecundo declaratio.* ſemperque melius eſt benè tranſigere, quàm malè litigare. *l. 1. ff. de inoff teſtam.* Sæpe enim qui iuſtam cauſam habet, loculis benè excuſſis ſuccumbit. Cæterùm vt in vniverſum conoſcas, an ſine cauſa poſſit princeps ius vel dominium alterius auferre, latè ea de re videnda erunt, quę tradidit Felynus, *d.loco.* quęque pulchrè ad hunc locum explicat Aymo Crauetta. *conſ.5.l.1.* [*Gail. 2.n.56. 57.& 58. per tot.Peck.3.de teſt.con.25.*]

REGULA XXIV.

Quod quis mandato iudicis facit, dolo facere non videtur, cùm habeat parere neceſſe.

1. *Ampliationes ad hanc regulam.*
2. *Principis mandatum pro iuſſu eſt.*
3. *Rogandi verba in reſcriptis principum vim præcepti habent.*
4. *Patris mandatum an excuſet filium.*
5. *Laboratores in agrum alterius contra ius miſſi, an excuſentur.*
6. *Debitor an liberetur à mora, ſi pecunia iudicis authoritate arreſtetur.*
7. *Mandatum quando & in quibus caſibus præſumatur.*
8. *Præſumptio iuris quamdiu non conſtat de contrario, habetur pro veritate.*
9. *Rationes dubitandi,*
10. *Ratio decidendi.*

11. *Princeps præſumitur ex iuſta cauſa omnia facere.*
12. *Princeps remittendo delictum, non excludit ius partis læſæ.*
13. *Regula quod iudici parere neceſſe eſt. Ibidem. Ampliationes ad illam.*
14. *Iudex ſi nequit habere carnificem, poteſt hominem vilem ad exequendum cogere.*
15. *Rationes dubitandi.*
16. *Epiſcopus vno eodemq; tempore à rege & à ſuo Archiepiſcopo vocatus, cui parere potius debet.*
17. *Ratio decidendi.*
18. *Famulus per dominum ira commotum abire iuſſus, an ſimpliciter poſſit recedere, vel an volente domino manere cogatur.*

QVemadmodum ſuperior regula in duas partes diuiſa eſt, ita & hæc quoque, ſi quis eam penitius intueatur, duo axiomata continet. Prius eſt, quod qui paret mandato iudicis, extra culpam & dolum eſſe cenſetur, & proinde puniri non poteſt. Poſterius eſt, quod iudicis præcepto & ſuperioris mandato obedire neceſſe eſt. Ad priorem partem quod attinet, plura paſſim in iure noſtro extant exempla, quibus ea illuſtrari poteſt. [*vide Gail.* 1.*obſ*-88.*num* 14.*& ſeqq.*] Debitor enim qui iudicis mandato vel non ſoluit, vel alteri quàm creditori ſoluit, in mora eſſe non cenſetur, & à dolo excuſatur, *l. qui autem* §. *apud Labeonem ff. quæ in fraud. cred.* quippe qui iudicis præcepto vni ex hæredibus depoſitum reſtituit, aduerſus omnes reliquos hæredes excuſationem habet *l. ſi ſtipulatus* §. *lancem ff. de ſolut.* Naſcūturque præterea ex hac regula variæ & illuſtres aliquot præceptiones ſeu theoremata, admodum in foro frequentia & vſitata. Vt quod iuſtè poſſidet, qui authore iudice poſſidet. *l. iuſtè ff. de acq. poſſ.* [*Gail.* 2. *obſ.* 76. *num.* 5.] & quod actus factus in præſentia iudicis, doli, fraudis, & metus præſumptionem excludit. *Doctor. ad l. interpoſitas C. de tranſaction.* [*conf. Gail.* 2. *obſ.* 1. *num.* 10. *& obſ.* 89. *num.* 9. *& obſ.* 125. *ſub nu.* 5. *&* 1. *obſ.* 104. *num.* 7. *& obſ.* 144. *num.* 7. *D. Peck.* 3. *de teſt. con.* 24. *num.* 2. *& de iur. ſiſt. c.* 43. *num.* 7.] † Amplia iſtam regulam Primò, vt argumento ducto à minori ad maius, locum habeat etiam in mandato Princeps, quia qui mandato Principis aliquid facit, dolo non cenſetur fecere, *l. quid princeps ff. de aqua pluuial.* † Quinimo quod amplius eſt, etiam qui non mandato, ſed ad preces Principis facit, à dolo & culpa excuſatur. Principum enim preces pro iuſſu ſunt, & mandati vices tenent, *glo. in l.* 1 *ff. quod iuſſu.* atque proinde veteribus armatæ preces appellabantur, iuxta illud :

Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi.

Quippe quod liberè fieri non dicitur, quod ſit ad poſtulationem Principis, *c. nullus & ibi glo.* 36. *quæſt.* 1. cuius iram & indignationem quiſque potius effugere & euitare, quàm contrahere ſeu excitare mauult. † Et ideo plerique exiſtimant, quod verba rogandi in reſcriptis Principum, vim præcepti habent, *cap. rogo* 11. *quæſt.* 3. *c.* 1. §. *porro ſtatu regular.* [*Gail.* 2. *obſ.* 93. *nu.* 20. 21. *&* 1. *P. P.* 2. *num.* 8.] Quo etiam ſpectat quod de Zenone illo Stoicorum Principe tradit Laërtius, ad quem cùm Antigonus Rex Mecedoniæ literas miſiſſet, quibus eum orabat, vt ad ſe veniret, reſpondens Zeno dixit, ſe id facturum quod iuberet Antigonus, niſi ætas obſiſteret, cùm tamen non iuſſiſſet Antigonus ſed oraſſet, quia Zeno preces regias pro iuſſu accepit. Amplia ſecundo, vt locum habeat etiam in ſeruo, *l. nam ad ea ff. eod.* mandato domini ſui aliquid faciente. Nam cùm Marcus Blandius cliens, Appij Claudij decemuiri iuſſu virginem in ſeruitutem aſſeruiſſet, quo facilius Appius ea potiretur. *l.* 2. §. *& cum placuiſſet ff. de orig. iuris.* & ob id ipſe Appius in carcerem coniectus ſibi mortem conſciuiſſet, bonaque ipſius fuiſſent publicata, M. Blandio vltima pœna remiſſa, exilium tantùm propter iuſſum domini eſt indictum. Sic & apud Appianum Alexandrinum in bello Mithridatico, Mithridates Attilium qui ei inſidias ſtruxerat, ſupplicio affecit. Seruos autem qui Attilio hac in re obſequuti fuerant impunitos eſſe voluit, vtpote qui ſuo domino paruiſſent. Cæterùm cum ad exemplum trahi non debeat id, quod illis gratioſè remiſſum eſt: non aliter hanc ampliationem intelligo, quàm ſi omnino parere coacti ſint vt ſit locus regulæ iuris quæ habet, quid ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis qui dominis obtemperauerunt. [*vide Gail.* 1. *P. P.* 4. *num.* 12. 13. 14.] Tertio amplia hanc regulam vt locum habeat in mandato patris. Nam ſi filius iuſſu patris, in cuius ſacris exiſtit, eam duxit vxorem, quam lex ducere vetat, propter mandatum patris à pœna legis excuſatur. *l. liberorum in fine ff. de his qui not. infam.* † Et ſi eo loco laqueos poſuit filius ad mandatum patris, quo ius ponendi non habuit, & pecus vicini in ipſos incidit: lex Aquilia, vel iniuriarum actio, patrem qui iuſſit, non filium qui paruit, tenet. *l. quemadmodum l. liber homo ff. de l. Aqu.* qua de re eleganter & exquiſitè plura tradidit Gellius, quem ſi libet, vide. *cap.* 7. *lib.* 2.

Amplia quartò, in cæteris hominibus ſui iuris, vt ad mandatum alterius aliquid in genere permiſſorum facientes, excuſentur à dolo, quantumuis ad parendum cogi non potuerint. † Quod de eo dici ſolet, qui operarios in vineam ab alio poſſeſſam miſit, nam ſi illi ignorent vineam alterius eſſe, credantque ab eo qui eos immiſit poſſeſſam eſſe, fortè quia hoc illi dicenti crediderunt, vel ab alijs audiuerunt: à turbata poſſeſſione excuſantur. At ſi ſciebant hanc vineam ab alio poſſeſſam eſſe, vel ſi illis legitimè hoc denunciatum fuit, vel ſi fama publica viciniæ hoc afferat:

extra

extra dolum vel culpam eſſe non cenſentur. *Bar.ad l.nō ſolum§ ſi mandato ff.de tutur.& ad l. in rem § tignum ff. de rei vend.* † Quinto am-
6. plia vt locum habeat, etiam ſi is qui mandato iudicis facit, iuriſiurandi vinculo in contrarium ſe aſtrinxit, vt ſi debitor cum iuramento, & ſub pœna ad certũ diem ſoluere promiſit, & iudex vel pecuniam ſequeſtrari fecerat, vel ne ſolueret præceperat, neque periturus eſt, neque non ſoluendo pœnam præſtat, excuſante ipſum iudice. *l.fin.§.fin.ff. de ge commiſ. Felynus in cap.*1 *de iureiu.* Excepto ſi malitioſè & ad protrahendam ſolutionem, vt ſæpè fit, eiuſmodi ſequeſtrum vel præceptum ſibi fieri procuraſſet: *l. qui & data ff. ex quibus cauſis maior. Felyn.in c.fin.de Teſt.* quia malitiis hominum non indulgendum, ſed obuiam eundum eſt. *l. in fundo ff. de rei vẽdi.* [*Gail.*1*.obſ.*70*.ſub n.*20*.& obſ.*84*.in fin.*] Sexto ampliari poteſt hæc regula, vt obtineat etiam ſi is qui mandato ſuperioris paret, aduerſus propriam conſcientiam, ſed tamen non benè informatum, & nimium ſcrupuloſè faciat. Quomodo & Beatus Auguſtinus aduerſus Manicheos reprehendit eos, qui ob id bella euitabant & damnabant, quod conſcientia eorum iudicabat ſcelus eſſe hominem occidere. *Nam dum Princeps iubet*, inquit, *culpa nō eſt in iuſto bello occidere, ſed nocendi cupiditas : vlciſcendi crudelitas ; rebellandi feritas : & libido domandi, in bellis iure culpari ſolent c. quid culpat* 25*.quæſt.*1*.*[*conf.Gail.*1*.P.P.*4*.num.* 20.] Quaſi dicat, quod vanos eiuſmodi ſcrupulos, ex animo ſuo eijcere debent homines, præceptoque ſuperioris obedire. Vnde facilè intelligimus, quid ſtatuendum ſit in his, quæ notoriè impia & iniuſta ſunt, vel certè quæ nullo ſuperioris mandato excitata, ſcrupulum aliquem priuatim inijcere aſſolent. Aliquando quoque locum habet hæc regula, etiam ſi præceptum ſuperioris ſit iniuſtum. Quia ſi ordinarius Iudex ad præciſum mandatum delegati exequitur ſententiam, quam ſcit eſſe iniuſtam, non ſolùm de dolo aut culpa non tenetur, verumetiam ad exequendum cogi poteſt. *cap paſtoralis §.quia vero.de offi deleg.* Sed & Septimò ad inualidum mandatum extendi poteſt hæc regula, *l. ſi quis ff. de iuriſd.om.iudi.* ſufficitque ad excuſandum dicere, inquit Zaſius, *ad d.l ſi quis nu.*22. iudex iuſſit. Et ſi replicetur, iniuſtè aut nulliter iuſſiſſe, dicito, ſufficit merus iuſſus : quia licet iudex vel ſuperior peccet præcipiendo, ſubditus tamen non peccat obediendo, *d. c. quid culpat.* niſi in caſibus quibuſdam, quos inferius latius oſtendemus. Poſtremo ampliari poteſt, vt non ſolum à dolo excuſet iudicis mandatum, verum etiam actum aliàs inualidum confirmet. *Si debitor pupillo ſoluat.* (inquit Iuſtinianus §. *penult. Inſtit. quib. alien. licet vel non*) *neceſſaria eſt debitori tutoris authoritas, alioqui non liberabitur.* Quod ſi tamen iudex pecuniam pupillo vel minori ſine tutore vel curatore ſolui præcipiat: vtique excuſabitur debitor qui compulſus ſolvit. *l. ait prætor.§.quid ſi tamen ff.de minoribus.*

Mandato.† Diligenter admonendi ſumus, 7.
quod vt hæc regula locum habeat, de mandato apparere debet : quia mandatum ex quocunque temporis curſu, etiam mille annorum, non præſumitur, *Bald.ad l.*2*.C.ſi ex falſ. inſtru. Curtius conſ.* 6. cum ſit facti, & facta regulariter non præſumuntur, niſi probentur *l.in belli ff.de captivis.* Quæ ſententia, quantumvis habeat adverſantes ſibi aliquot Interpretes : communis tamen & receptior eſt, ſub his reſtrictionibus que ſequuntur, & in quibus mandatum præſumitur. [*D.Pec.ſup.ad c.ratih.n.*6.] Primò, quando conſtat item cum aliquo, tanquam procuratore fuiſſe conteſtatam. *Goſadinus conſ.* 96. *Imol.a ad l. ſciendum de verb. oblig.* Secundò, quando verſamur in actu ad quem veriſimiliter quis non accederet ſine mandato: puta ſi quis aliquid ſolvit nomine alieno: quia præſumitur ſolvere mandato eius pro quo ſoluit, cum veriſimile non ſit quod velit ſuum jactare. *Rota deciſ.*23*.in antiq. Decius conſ.* 36. *Sozinus conſ.* 46*.l.*3. Tertiò, licet non præſumatur mandatum ex tẽporis antiquitate: præſumitur tamẽ ratificatio ipſius mandati, *Decius conſ.*239*.Goſadinus conſ.*11*.* ſi modò vt intelligit Iaſon, *conſ.*140*.l.*9. de modico præiudicio agatur, ſecus ſi de magno. Quartò, quando diuturna patientia & quaſi poſſeſſio concurrunt, quia tunc mandatum præſumitur ex lapſu 30. annorum *Alex. conſ.*1*.l.*4. Quintò in mandato de cuſtodiendo loco non habet, quod præſumitur ex temporis antiquitate ſeu diuturnitate cuſtodiam præcedente. *Bart. ad l. ſi vxor §. ſi quis ff.de adulter.& deciſ Neap.*345. Sextò nõ procedit in mandato vicarij Epiſcopi, quod præſumitur ſi non negetur, & in eo ſufficit probare communem nominationem & reputationem. *Fely.ad c. ſicut de re iudic.* Septimò præſumitur mandatum ex diuturnitate temporis, ſeu potius qualitas mandati, ſi aliqua indicia & coniecturæ concurrant. *Curtius ſenior conſ.* 77. *verſic. Tertia concluſ.* [*conſ. Peck. ſup. in c. firmetur ſub num.*4.] Quæ omnia & alia multa huc pertinentia latiùs fuſiuſq; tradidit Aymo Cravetta, quem vide. *in lib.de antiq. parte* 2*.in fine.*

Non videtur. Non dicit quod in dolo vel in culpa non eſt, ſed quod non videtur eſſe. Hæc enim eſt præſumptio iuris, quæ alio omnino non adducto pro veritate habetur. † Et omnis præſumptio legis eſt fundata ſuper veriſimili, *c.quia veriſimile de præſumpt.* quæ transfert onus probando contrarium in adverſarium, eique in iudicio eſt ſtandum, donec contra hanc præſumptionem allegatur & probetur tale quid, per quod huiuſmodi præſumptio tollatur. *l. ex perſona l.ſive poſſidetis C.de probat.* Vbi enim ſunt duæ præſumptiones, quarum vna non preponderat alteri, ibi invicem ſe confundunt.

dunt. Sed vbi altera eſt potentior, tunc fortior tollit debiliorem: *c. tranſmiſſa qui filij ſint leg.* Multo magis vbi plena probatio adducitur, quæ res ex iudicis arbitrio plurimùm dependet. *Panorm. in c. cum inter. de elect.* Itaque præſumitur qui iuſſu ſuperioris facit, non eſſe in dolo; ne delictum præſumamus, *l. meritò ff. pro ſocio.* ſed tamen nihilominus hæc præſumptio probationem in contrarium admittit. [*vid. D. Peck. ſupr. ad reg. cum quis. num. 5. cum ibi concord.*]

9. *Ratio dubitandi.* † In hac prima parte regulæ eſt, Primò ex eo, quod ſi vxor certò intelligat impedimentum aliquod matrimonij ſubeſſe, etiamſi Eccleſia præcipiat & excommunicationem aduerſus eam decernat: obedire & illi quem ſcit maritum ſuum eſſe non poſſe, adhærere non poteſt. *c. inquiſitioni tuæ de ſent. excommu.* Secundò ex eo quod ait canon, cùm miniſter iudicia occidit eum quem iudex iuſſit occidi, ſi id ſponte facit, homicida eſt, etiam ſi occidat eum quē ſcit à iudice occidi debuiſſe. *c. cum miniſter 23. quæſt. 5.* Tertiò ex eo, quod qui compulſus à domino periurium commiſit. Legis pœnam non euadit, quantumuis etiā ignorauerit ſe peccaſſe. *c. 1. & 2. 22. quæſt. 5.* Quartò ex eo, quod in omni mandato ſemper videtur excludi delictum *l. procurator ff. de condic. indeb. l. patrem ff. quæ in fraud. credit.* Fruſtra igitur diſputatur de dolo propter mandatum contrahendo, quod mandatum dolum non includit, & nihil aliud in ſe continet quàm quod eſt iuris. *l. hac conditio ff. de condit. & demonſt.* Quintò ex eo, quod ſerui qui metu iuſſuque dominorum violentiam admiſerunt, ſecundum legem Iuliam ad metallum damnantur, *l. ſeruos C. ad l. Iul. de vi.* & cuiuſcumque mandato facta eſt iniuria, tam is qui fecit, quàm qui id mandauit, tenetur. *l. non ſolum §. ſi mandato ff. de iniur.* Sextò ex eo, quod præceptum iudicis & præceptum teſtatoris æquiparantur. *l. non eſt mirum ff. de pign. act.* Sed præceptum teſtatoris non excuſat delinquentem, *l. quidam in ſuo ff. de cond. inſti.* ergo nec præceptum iudicis excuſare debet. Septimò ex eo, quod præſtat omnia mala perferre, quàm ſemel malo conſentire. *cap. 3. & c. omni 23. quæſt. 8.* Ideoque qui iudicis præcepto paret, ex quo culpa contrahi poſſet non videtur excuſandus, niſi timor qui corporis cruciatum aut bonorum penè omnium periculum, aut carceris metum contineat, acceſſiſſet. Vani enim timoris nulla eſt excuſatio. *l. vani ff. eod.* Poſtremò ex eo, quòd non is excuſatur qui in loco in quo facere non licet iuſſu Præſidis aut Prætoris aliquid exſtruxit, *l. 3. §. plane ff. quod vi aut clam.*

10. † Ratio verò decidendi eſt, quòd præſumitur pro Iudice, quod eſt vir bonus & quod quæcumque facit, ea ex iuſta & vera cauſa facit *l. 2. C. de offic. ciuil. iudic.* Vnde & illi credi poteſt: quia ad illud officium vt plurimum eliguntur literati & honeſti viri, & ſic meritò pro eis præſumitur. *cap. in veſtra de procurat. cap. niſi eſſent de præbend.* Et propterea non præſumitur Iudex aliquid facere fraudulentum, licet eius ſententia retractetur. *c. cum olim de priuil.* Et qui cauſas cognoſcunt, non facilè præſumuntur ad culpam venire. *in auth. vt defuncti in princ.* Qua ratione ſi aliquis ſuccubuit per ſententiam iudicis, præſumitur, habuiſſe malam cauſam. *l. Herennius §. fi. ff. de euict.* [*conf. Gail. 1. obſ. 144. num. 7. & de Arreſt. c. 11. nu. 18.*] Et ideo is cui iudex imperat, ſi obtemperet, merito extra dolum eſſe cenſetur, propterea quod credere poteſt, iudicem non niſi iuſta & licita mandare, etiam ſi prima facie iniuſta videantur: & quia parere neceſſe eſt. Sunt tamen nonnulli caſus, quibus pro iudice non præſumitur, & in quibus vix excuſaretur is qui ſciens prudenſque ei obediret. Veluti ſi error expreſſus ſit in ſententia: *c. cum inter de re iudic.* ſi iudex ex abrupto, parte non audita procedat: *Panorm. in cap. quinta vallis de iureiur.* ſi limites iuriſdictionis ſuæ egrediatur: *c. ſignificauit de appell.* aut ſi eſt idiota, quia non eſt veriſimile quod curabit ſeruari ſolemnitates iuris, quas ipſe ignorat. *Aretinus cōſ. 69.* Quæ omnia & alia multa ad reſtrictionem illius præſumptionis pertinentia, duobus locis eleganter explicat Alciatus. *reg. 3. præſump. cap. 8. & 9.* [*vide A. Fab. in ſuo Cod. tit. de fructib. de fin. 41. Gabriel. cō. op. tit. de ſent. cōcl. 4. 5. 6. vide Menoch. 2 præſ. 67. & aliquot ſeqq.*] Idem & de Principis iuſſu dici poteſt. † Nam cui Princeps aliquid 11.
iubet, præſumere poteſt, Principem ex iuſta cauſa moueri, quia quicquid facit Princeps, præſumitur facere prout conuenit iuſtitiæ ac iuri, *clem. vnica de probat. c. cū à nobis de teſtibus.* [*vi. D. Peck. ſupr. ad. odia, n. 7. 8. cum ibi concord.*] & intentio Principis talis eſſe præſumitur, qualis eſt legis ſcriptę, & naturalis rationis. *Decius conſ. 33. Bal. ad l. 1. ff. de conſt. prin.* † Et ideo remiſſiones delictorum quas concedit Princeps, nunquam trahuntur ad pœnam parti applicandam. *Iaſon ad l. venia C. de in ius voc. Alc. reg. 3. præſump. cap. 11.* [*vide D. Peck. 5. in c. peccati, ſub nu. 1. Gail. 1. obſ. 114. per tot.*] Idē etiam eſt in prælato, pro cuius facto ſemper præſumitur, *c. ad noſtrā de appellat.* ſicut & pro patre, cui filius obediens & obtemperans, ideo non punitur. Credere enim illi poteſt ex eo, quod ſemper præſumitur pater accipere ſalubrius conſilium pro filio, quod poteſt. *l. nec ad eam ff. de adult.* [*vide D. Gail 1. P. P. 4. ſub nu. 14.*] Nec mouet prima dubitatiò: quia quicquid fit cōtra conſcientiam, ædificat ad gehennam. *cap. omnis 28. quæſt. 1.* Et ideò ſi iudex Eccleſiaſticus ſciens ac prudens ſub pœna excommunicationis mulierem compellat vt adhæreat viro, quem maritum habere non poteſt: præſtat excommunicationem ſuſtinere, & ab eius decretatione apud ſuperiorem conqueri, quàm contra conſcientiam venire. Cui non eſt abſimile quod dici ſolet, quod ſi ſententia pro me iniuſtè lata

ſtè lata eſt, quãuis iudicis authoritate nititur, ſine peccato tamen ea vti non poſſum *Anchar. ad d. ca. inquiſition. in* 1. Sic quod ſecundo loco de miniſtro iudicis dictum eſt, ſcrupulum movere non debet. Non enim dum iudici paret, ex eo quod paret homicida eſt, ſed tunc tantum ſcelus contrahit, quando tanquam ſanguinaria aliqua bellua, magisque odij & vindictæ, quàm iuſtitiæ & officij ſui exequendi gratia, & veluti in medijs epulis conſtitutus id facit. *c. cum homo ca. ſciendum* 8. *q.* 1. Tertia quoque dubitatio non obſtat: quia, vt abundè ſuperius dictum eſt [*in ca. ignorant.*] iuris ignorantia in delictis non excuſat. Et in his quæ diuinę maieſtati propriæq; ſaluti aduerſantur, nemo alijs obedire debet. *c. qua cõtra* 8. *diſtinct.* Aliqua tamen habetur ratio ſerui obſequentis, ſaltem vt mitiore aliqua pœna feriatur, quandò dominum offẽdere metuit. [*conſ. Gail.* 1. *P. P.* 4. *n.* 12. 13. 14.] Non pugnat quoque quarta dubitatio: quia indubio & in generali mandato, nũquam cenſetur dolus eſſe comprenhenſus: propterea quòd delicti præſumptio accipi non debet. *d. l. merito.* Sed quando apertè conſtat cõtrarium, vtique legis *l.* 1. *&* 2. *Cod. pl.* 9. *valere quod agit.* præſumptio cedit veritati. Sed nec quinta dubitatio vim habet. In his enim quæ atrocitatẽ facinoris cõtinent, nulla planè obedientia excuſat, ſi non vis aut metus acceſſerit *l. ad ea ff. eod.* [*vid. Gail.* 1. *P. P.* 4. *num.* 10. *& ſeqq.*] Non obſtat quoque ſexta dubitatio: quia præceptũ teſtatoris in ciuile, inualidum & inhumanum, obſequentem hæredem non excuſat: veluti ſi oſſa defuncti in profluentem mandato teſtatoris abijciat. Eſt enim ſtolidum hoc mandatum contra naturalem honeſtatem factum, cui obedire non debuit. *d. l. quidam* [*v. Gail.* 2. *obſ.* 145. *ſub n.* 11. *verſ. non obſtat*] Septima quoque obiectio nõ mouet, quia in ſummis ſceleribus adeò manus comprimere oportet, vt potius mortem ſuſtinere quàm delictum admittere debeamus, quia melius eſt honeſtè mori quàm turpiter viuere. Et qui vano timore, aut in his, aut in alijs non tã atrocibus delictis dominis parent, apud quos facilè excuſari poterãt, nulla venia digni ſunt. [*Gail. d. c.* 4. *n.* 12. 13.] Denique non obſtat quod vltimo loco adducitur, quia cum ad officium Præſidis vel Prætoris tale quod iubere non pertinebat: ideò impunè non parere potuiſſet. *l. fin. ff. de iur. omnium iudic.*

13 *Parere neceſſe.* † Poſterior hæc præſentis regulæ portio, non ſolùm eiuſdem regulæ rationem continet, ſed etiam regulã quandam conſtituit, videlicet quod iudici & ſuperiori obedire neceſſe eſt. Quæ regula varijs etiam modis extendi atque ampliari poteſt. Et quidem primò, vt locum habeat, etiam ſi iudex id quod
14. vile & abiectũ eſt iubeat. † Vnde Iudici in facienda executione ſententiæ, per quam vltimum ſupplicium infert, parendum eſt, ideoque ſi miniſtrum & executorẽ habere nequit, poteſt aliquem ciuem loci cogere ad illã executionem faciendam, ſi modò ciuis ille perſona ſit infimæ conditionis & vilis. *do. ad l.* 3. *C. Ne quis liber l.* 10. *Florianus ad l. liber homo ff. de l. Aquil.* Officium enim quod redundaret in dedecus exercentis illud, vt eſt ſuſpendere, fuſtigare, morte afficere condemnatos honeſti viri quantumcumque ſubditi, facere non compelluntur. Secundò extendi poteſt, etiam ſi mandatum vix tollerabile videatur. *c. in memoriam* 19. *diſtinct.* quia parere neceſſe eſt, & hæc eſt volũtas domini, vt in humilitate ac obedientia quantumuis dura, animas noſtras poſſideamus. *c. ante triennium* 31. *diſt.* Tertiò procedit, etiam ſi mandatum iuſta aliqua ratione carere videatur: Nam vt in ſimili Gregorius ait, *contra morem Eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſsimè etiam iniuſta tollerantur. c. contra morem* 100. *diſt.* Ampliari quoque poteſt quartò, vt locum habeat, licet mali & impij ſint qui præcipiant. Quia vir iuſtus ſub rege ſacrilego iuſtum bellum gerere poteſt *d. c. quid culpatur.* & ſacerdotes Epiſcopos ſuos diligere debent, eorumque præceptis obedire, etiamſi ipſi aliter quàm debent viuant. *c. ſacerdotes* 2. *quæſt.* 7. Quomodo Petrus nos obedire debere docet ſuperioribus noſtris quantumuis diſcolis & moroſis. 5. extenditur hæc regula ad ea mandata, de quibus dubitare poteſt iuſta ſint necne. *d. c. quid culpatur.* Non enim debemus in dubio de factis ſuperiorum iudicare, ſed in omni humilitate obedire.

† Ratio dubitãdi eſt. Primò ex eo, quod Epiſcopus Archiepiſcopi ſui mãdatis parere nõ 15.
tenetur. † Quia ſi vno eodemq; tempore à Re- 16.
ge & Archiepiſcopo vocetur; Archiepiſcopo nõ parebit, ſed ad Regem vocatus accedere debet. *c. ſi Epiſc.* 18. *diſt.* Secũdò ex eo, quod cũ iudex decurionẽ torqueri iubet *l. omnes iudices C. de decurioni.* vel magiſtratus eũ qui inimicus eſt, indebitè grauat: *l. vnica C. de magiſtr ſacror.* vel apparitor nullo oſtenſo mandato, bona alicuius occupat. *l. prohibitum C. de. appell.* nõ ſolum non obedire, verumetiam impunè ei reſiſtere licet. *c. ſi quis* 11. *qu.* 8. Tertiò ex eo, quod ſi Epiſcopus aut Abbas, presbytero aut monacho ſacrificium facere pro hæreticis iubeat: aperto iure deciſum eſt, obtemperãdum non eſſe. Poſtremò ex eo, quod Iuſtinianus ait, iudicem cui quid à Principe mandatur, non debere parere ſed ſecundam iuſſionem expectare. § *fin. &* §. *hoc vero in authent. vt nulli iudicum.*

† Ratio verò decidendi eſt, quod Deus ip- 17.
ſe probat imperia & magiſtratus, ſiue quibus non magis ciuitas, quàm nauis ſine gubernatore, ſalua eſſe poteſt, ijſdemque proinde velut bonorum morum ac inſtituendæ vitæ parentibus, ciues libenter, non tam metu pœnæ quàm honeſtatis amore, parere debent. Vnde & Apoſtolus tradit, poteſtatem hanc Dei ordinationem eſſe. Nõ obſtat primum argumentum, quamuis enim nonnulli hunc honorem regiæ maieſtati deferendum eſſe exiſtiment, vt

Epiſcopus potius ad vocationem Regiam, quàm ad mandatum Archiepiſcopi ſui venire debet: *Innoc. in cap. cum parati de appell.* communiore tamen ſententia receptum eſt, hoc ita demum verum eſſe, ſi non de rebus ad Eccleſiam pertinentibus agatur, aut ſi Epiſcopus ſit vaſallus Regis, & ſic propter feudum quod ab eo tenet, comparere teneatur. *Præpoſ. in d. ca. ſi Epiſcopus* 18. *diſt.* Secunda etiam dubitatio non mouet. Non enim ſemper malum eſt, non obedire: veluti ſi id mandet ſuperior, quod diuinæ legi vel bonis moribus & iuris diſpoſitioni contrariatur. *doct. ad d. ca. cum parat. late Guilhelmus Benedicti in c. Rainutius* 1. *parte in verb. vxorē nu.* 50. *de teſtam. ca non ſemper* 11. *q.* 3. *l. fin. C. ſi contra ius.* quippe quod melius eſt pro veritate pati ſuppliciū, quàm pro adulatione beneficium habere, potiuſque eſt omnia mala pati quàm malo conſentire. [*Gail* 1. *P.* 1. 4. *n.* 10. *& ſeqq.*] *ca. nemo. eod. loco.* Et quemadmodum ſi id quod eſt impoſſibile de facto vel de natura præcipiatur, nec debet nec poteſt quis obedire; ita quoque ſi quid de iure impoſſibile eſt mandetur, non obedire oportet. [*D. Peck. ſupr. ad. c. impoßibil.*] ſæpeque etiam Princeps ita inuerecunda petentiū inhiatione conſtringitur, vt non concedenda concedat, eaque propterea robore & effectu carent. *l.* 1. *C. de petit. bon. ſublat.* [*Gail.* 2. *obſ.* 58. *num.* 1. *& ſeqq.*] Non obſtat quoque vltima dubitatio, quia quod ſecunda iuſſio Principis expectanda eſt, tunc tantum locum habet, quando Princeps ira commotus grauiorem pœnam quàm leges ferunt, præcepit. [*conſ. Gail. primo. obſ.* 35. *num.* 6. 7.] Nam quod furore aliquo factum eſt, meliore mente reuocari poteſt, & ideo in conſideratione haberi non debet.

8. † Vnde in ſimile, ſi dominus iratus expellat famulum qui ſeruire debebat per annum; non intelligitur famulus à ſeruitio liberatus, ſed ſecundam dimiſſionem expectare debet; *Ioan. Neuiſanus in tract. ſylua nuptial. ca. quomodo iudicandum ſit pro communi opinione nu.* 49. quia quæ ex ira & calore fiunt, ſæpè ſecum comitem pœnitentiam ferunt. *Decius in ca. ſi quando de reſcripti.* Non obſtat denique tertia dubitatio. Intelligi enim debet de ijs, qui notoriè in hæreſi mortui ſunt, & pro quibus ſpecialiter orandum nō eſt. *c. non æſtimemus* 13. *quæſt.* 2. At qui pro hæreticis & alijs omnibus in rebus humanis adhuc exiſtentibus, & in cœco errore adhuc verſantibus, optimum & vtiliſſimum eſt orationes fundere, *gl. in d. cap. ſi quis*, vt ad lucem quæ Chriſtus eſt, pulſis tandem tenebris, redire queant.

REGULA XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociua.

1. *Mora an commiſſa, facti magis quàm iuris eſt quæſtio.*
2. *Mora qui pacto definire poßit.*
3. *Stipulationum diuiſio.*
4. *Debitor non cogitur ſtatim cum ſacco paratus venire.*
5. *Interpellatio quotuplex ſit.*
6. *Interpellatio procuratori facta an debitori noceat.*
7. *Interpellatio quo loco & tempore fieri debeat.*
8. *Interpellatio vnica an ſufficiat nec ne.*
9. *Dies quo pacto dicatur interpellare pro homine.*
10. *Debitor an & quando debet accedere ad domum creditoris.*
11. *Mora quomodo & in quibus dicatur eſſe nociua.*
12. *Caſmate rem perire quid ſit.*
13. *Lucri ceſſantis an & quando habenda ſit ratio.*
14. *Vſuras non deberi niſi per ſtipulationem, quomodo accipiendum ſit.*
15. *Ampliationes ad hanc regulam.*
16. *Rationes dubitandi.*
17. *Ratio decidendi.*
18. *Moræ purgatio quando admittitur.*
19. *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus, videtur in omnem cauſam fideiubere.*
20. *Moroſus comparatur ignauo militi & negligenti ſponſæ*

MOræ tractatio frequens ac neceſſaria eſt eiuſque vſus potiſſimum ſpectatur inter mercatores, quorum maximè intereſt præfixa die pecuniam ſolui, cum à ſola fide promiſſorum dependeant, qua ſemel vel violata, vel in ſuſpicionem deducta, vix amplius honeſtè in foro verſari poſſunt. Et licet offerre pecuniam debitumque ſoluere, ſemper bonum ſit: fit tamen vt in pluuia, quæ etſi ferè ſemper bona eſt, maximè tamen ſuo tempore grata & oportuna eſt, dum vrget ſiccitas.

Mora. De mora diuus Pius Tullio Balbo in hunc modum reſcripſit. † *An mora facta intelligatur, neque cōſtitutione vlla, neque iuris authorū interpretatione decidi poteſt, cum ſit magis facti quàm iuris quæſtio, planeq; difficilis eius rei finitio. Ideoque an commiſſa ſit nec ne, iudicis religione & ſapientia relinquendum eſt, vt cauſa cognita & perpenſio iudicio factum æſtimet. l. mora de vſuris.* Et propterea cùm tanta ſit humanarum actionum mutatio, tanta verietas, tot quotidie euaneſcentes conuentionum formulæ, in quibus mora committi poteſt, & (vt fides hominum deficit) committitur, vtpote in contractibus, 1

in vlti-

in vltimarum voluntatum executionibus, in iudiciis, libellorum, reſponſionum, replicationum, inſtrumentorum, exhibitionibus, teſtium productionibus, appellationibus, cautionibus, rerum malè ablatarum reſtitutionibus, inuentarij confectionibus, tutoris petitione, alijſque multis: neſcio quid ſit, quod noſtri tanta definitionum diſparitate moram hanc deſcribere conantur, quòd nec ipſe iureconſultus auſus
2. fuit facere *d. l. mora.* † Verum ſi quid illa ſit, breuiter explicari poſſet, videtur eſſe iniuſta dandi faciendíve, eius quod dari fieríve oportet, dilatio. Et proinde Marcellus *d. loco.* moram ex perſona fieri ait, ſi interpellatus loco oportuno non ſoluerit, quod apud iudicem examinabitur. Sed ne ex abrupto & confuſè in hac tam frequenti celebrique materia verſemur, quę poſita eſt in conſuetudine hominum atque foro: primum omnium (quod hic potiſſimum agitur) de mora debitoris per ordi-
3. nem dicemus. † Principio conſtat, quod omnis ſtipulatio, & promiſſio aut pura eſt, aut in diem, aut ſub conditiome, §. *omnis inſt. de verb. oblig. Quoties in obligatione dies aut conditio non ponitur, praeſēti die pecunia debetur. l. cū qui §. quoties. eod. tit.* Eſt tamen ea res æquitatis ſale condienda, & cum aliquo temperamento tempo-
4. ris intelligenda, † vt non cum ſacco paratus cogatur debitor venire *l. quod. dicimus de ſolut.* niſi forte in nundinis emat, vbi ſolet venditor ſtatim pecuniam recipere, *l. hares abſens ff. de iudiciis.* Nec conuentiones humanæ ad punctum & vnguem exigendæ ſunt, ſed ciuili modo accipiendæ, idque iudicis arbitrio relinquendū eſt. *l. ſi cui ff. de ſeruit. l. ſi debitor ff. de iudiciis.* Ex quo conſtat, interpellatione, denunciatione, admonitione opus eſſe. *d. l. mora.* Cum enim pura obligatio eſt, prius moneri debet ad ſolutionem is, vnde petitur. Aliàs ſi nulla præcedente monitione, creditor eum ad iudicem coegerit, in expenſas condemnabitur, quod Panormitanus reſpondit. *in c. licet Heli nu. 13. de ſimon.* Quomodo nec ſententiæ executio fieri debet, niſi primo fuerit factum edictum debitori; vt iudicatum faciat, *l. qui reſtituere ff. de rei. ven.* quòd pragmatici noſtri, vulgari & barbaro vocabulo ſummare vocant, quanquam & illud inter omnes conueniat, poſſe recta via fieri executionem abſque monitione, ſi in ea-
5. dem re fiat, quæ ſententia continetur. † Fit autem hæc interpellatio, etiam extra iudicium, tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris *Alex. ad l. à diuo Pio §. in venditione ff. re iu. iudic.* ſiue creditor interpellet ſiue procurator eius, *l. denunciaſſe ff. de adulteris.* [*ſequitur Auctorem Treutb. p. 2. diſp. 3. theſ. 7. l. t. 6.*] ſiue ſuper debito, ſiue ſuper conditione adimplenda, *l. ſi quis ſolutioni §. mora ff. de vſur.* ſufficitque humanis verbis debitorem admonere vt ſi dicat, ego pecunia mea egeo, vel ſis memor ſummulæ mihi debitæ, vel ſi ei cui reuerentiam debeo dixi, emi domum & precium debeo nec pecuniam habeo. *l. 1. §. item ſi ff. ad l. Falcid.* Contra hunc enim admittitur interpellatio verecunda quæ aliàs non ſufficeret. *l. quidam liberus ff. de ſeruit. vrb. prad. Zaſius & al. ad l. quod te, & ad l. vinū ff. ſi. cert. pet. Alc. ad l. deteſtatio nu. 61. ff. de verb. ſig.* Dicenti autem ſe creditoris procuratorem eſſe, & ſic interpellanti impunè non cerditur, niſi doceat manifeſtè de mandato. *c. cum in iure de offic. deleg.* Et ideò cum ei debitum petenti, illius ſolutio iuſtè negari poſſit: *l. ſi quis inficiatus ff. depoſiti.* conſtat quod nec extra iudicium interpellando in mora conſtituat, niſi tanquam coniuncta perſona interpellaret, non vt ſibi, ſed vt creditori ſolutio fiat. *d. l. qui ſolutioni §. mora.* Quo caſu & iuſtè debitor ſibi petet caueri de rato *l. non ſolum ff. ſolut. mat. l. qui abſente ff. de procurat.* [*conf. D. Peck. de Iur. ſiſt. c. 3. n. 10. Gail. 1. obſ. 133. per tot.*] † E cō- 6.
tra verò interpellatio procuratori debitoris facta, debitorem in mora non conſtituit, ne in eius facultate ſit domino præiudicare, *d. l. mora §. nec ſufficit.* [*vide tamen Gail. 1. obſ. 50. in fin. Myns. 1. obſ. 9.*] niſi tamen effuſiſſimam & liberrimam haberet poteſtatem, *Salicetus ibi.* Quo modo ſi quis ipſe non contraxit, ſed vel procurator ſuus, vel filius ſuus vel defunctus cui ſucceſſit, ibi interpellatio ſimplici verbo facta non conſtitueret eum in mora, ſed neceſſe foret, quod creditor interpellans inſtrumentum debiti aut cautionem obligatoriam oſtenderet, eique quem interpellat, exemplum, vel vt vulgò nominant, copiam daret, ex quo intelligere poſſet, debeat nec ne. *Bart. & Zaſius in l. fin. quod te.* Pupillo tamen nocet mora tutoris, ſi tutor interpellatus non ſoluit. Sed hoc eatenus accipiendum eſt, vt cedere dumtaxat teneatur actionem quam habet contra tutorem, *l. 3. ff. de tab. exh. Coraſius ad d. l. ſi ex ſtipulatu.* nec vlterius ſanè ex facto tutoris obligatur, niſi fortè de eo quod ad eum ex dolo vel ex culpa tutoris peruenit, *l. 3. ff. quando ex facto tut.* Debet tamen hæc extraiudicialis interpellatio congruo loco & tempore fieri, *Accurſ. & alij ad d. l. mora.* vt eſt locus contractus verus aut fictus, *l. contraxiſſe ff. de act.* vel vbi reus domiciliū habet. *l. iuris Cod. de iuriſd. om. iudi.* Quomodo in ſimili dicimus, quod in ius quocumque tempore debitorem trahere non licet, veluti dum ſacra peragit, vxorem ducit, mortuo iuſta facit, &c. Alioqui enim iniquus creditor importunè media nocte in incendio, ruina, ſeditione, in nemore aliquo, & in medio periculo latronum debitorem interpellaret, qui tunc temporis ocium non habet interpellationem eiuſmodi rectè expendendi, ſed magis de fuga ſaluteque quærenda cogitat. Communiore tamen ſententia exiſtimatum eſt, ad ſolutionem congruo loco & tempore faciendam, cuiuſcumque loci & temporis interpellationem fieri poſſe, ſi modo rectè eam intelligere queat debitor. Ideoque Alciatus *ad d. l. deteſtatio.* regulariter receptum eſt, inquit, quemlibet locum,

cum,& quodlibet tempus ad hoc idoneum eſſe. Ita quod & in Eccleſia & feriato die interpellato fieri poteſt, cùm ſit actus extraiudicialis, [*vid. D. Peck. de iur. ſiſt. c. 10. Gail. 1. obſ. 53. n. 7.*] Conferenda tamen erit ſolutio in locum & tempus idoneum. Potero igitur te in loco inhoneſto fortuito repertum interpellare, vt tu mihi loco congruo ſolvas. Potero tibi nocte invento prædicare, vt poſtridie mihi de reliquis ſatisfacias: quia paria ſunt fieri tempore permiſſo, vel fieri tempore prohibito, ſed conferri in tempus permiſſum. *l. in tempus ff. de hæred. inſt.* Quæ interpellato etſi initium moræ eſſe videatur: temporis tamen intervallum aliquod ſequi neceſſe eſt, quo ſe præparare ſolutioni debitor poterit, *l. ſi quis filium §. fin. de col. bon.* quod iudicis officio relinquendum eſt, *l. Æmilius ff. de minoribus.* vt ſi hodie diceret creditor ad te, ſolve: Sanè ſi non protinus venias cum loculis & ſolvas, non propterea ſtatim conſtitueris in mora: ſed temperamentum iuſti alicuius temporis adijciendum eſt, *l. quod dicimus ff. de ſolut. Zaſ. ad l. ſi ex legati nu. 10. ff. de verb. obl.* Quod ſi creditor cum ſemel debitorem rectè interpellavit, repetendi debiti inſtantiam omittat, ampliuſque non perſequitur, ſed ab interpellatione deſiſtat: vtique debitorem in mora conſtituere velle non videtur, ſed potius dilationẽ illi producere. Ideoque reſponſum eſt, non aliter interpellati moram argui, quam ſi ſemel atque iterum, hoc eſt, ſæpius ei denunciatum eſt. *l. ſi convenerit ff. de pig. act. & d. l. mora.* Quod nihil aliud eſt, quàm repetendo debito inſtare, vnde moram eleganter Ireconſ. fruſtrationem appellavit, *l. ſi hominem certum in fina. mandati l. 3. ff. de vſur.* quaſi non ex ſola interpellatione, ſed etiam ex eius à quo petitur contumacia & dilatione oriatur.

Quæ res multorum ingenia fatigavit, dum hic vnicam interpellationem ſufficere aſſerit, [*Gail. 1. obſ. 28. num. 5. 6. & de Arreſt. c. 13. n. 3. Maſc. de prob. concl. 933. nu. 35. & concl. 1070. n. 11. & ſeqq. Menoch. 1. arb. Iud. 220. nu. 6. Treutl. d. theſ. 7. lit. c. Godd. de cont. ſtip. num. 66. Soarez. com. op. dit. M. num. 214.*] ille plures deſiderat. [*Coraſ. 2. miſc. 6. Coſtal. ad l. 32. nu. 17. de vſur.*]

8. † Unam enim requirunt conſulti, modo illi inſiſtatur, & aliquando repetatur. Quomodo intelligi poteſt, quod frequenter apud iuris authores legimus, non aliter moram contrahi, quàm cum ſæpius denunciatum fuit. *d. l. Æmilius & l. ſi conveneri.* Quod ſi vero debitor interpellatus & admonitus, faciem fugiens ſuorum creditorum, amplius ſui poteſtatem non faciat, ita vt creditor quantumvis vellet, repetendo debito inſtare non poteſt: nulla alia interpellatione opus eſt, ſtatimque in mora conſtituitur. *latè Cora. l. 2. miſcella. ca. 6. num. 7.* Sed vnde factum eſt, vt in obligationibus dandi, mora abſque interpellatione non committatur, cum in obligationibus facti ſucceſſivi ſecus ſit? *l. ſi ita ſtipulatus eſſem ff. de verb. oblig.* Quia obligatio faciendi tacitam à lege diem habet, quatenus id quod promiſſum eſt, fieri poſſit. *l. interdum eod. tit.* Vnde ſi interpellationem neceſſariam diceremus, ea aut ſera eſſet, poſtquam factum eſſe iam opus debuit, aut præmatura, antequam dies veniſſet, *Alciat. ad d. l. vinum num. 51.* qua de re tamen altius cogitandum eſt. Et hæc quidem hactenus de interpellatione mora, quando dies non fuit adiectus. Porrò autem quando dies appoſitus eſt, & ſolutioni faciendæ in contractu deſignatus: ex aduentu illius diei & ſtatim atque lapſus eſt, mora contrahitur abſque vlla alia interpellatione. [*vide Menoch. d. caſ. 220. num. 43. & ſeq. & caſ. 498. n. 60. & ſeq. Treutl. d. loc. lit. d.*]

† Dies enim interpellat pro creditore, cum iam certus ſit debitor, quod ſoluere debet. *l. magnam C. de contra. ſtipulat.* Idemque erit ſi nõ ſolum dies ſed & hora quoque adiecta ſit, ſiue ad homine, ſiue à lege etiam miſerationis gratia, *l. vnica §. exactio. Co. de rei vxor. act.* ſiue contra ipſum debitorem, ſiue contra eius hæredem, *l. ad diem ff. de verb. oblig. & ibi latè Coraſ.* tam aduerſus maiorem quàm minorem. *d. lib. Æmilius.* Neque refert, ſi calendis & quandocumque volueris promiſero, *l. cum ſtipulatus ſim ff. de verb. obl.* vel ſi dixero non me conuenies ante calẽdas, *Bald. ad l. fin. §. fin. C. de iur. dot.* vel ſi ſingulis annis aliquid promittam. *l. 2. C. de iure Emphiteutico.* Sed in debito conditionali diuerſum vſurpatum eſt, in quo conditionis euentus non interpellat, neque in mora conſtituit. Ante enim non erat nata actio & ſic non eſſet æquum, vt quo die obligatio creatur, eodem aliquis in mora conſtitui dicatur. *Bart. ad l. quoties ff. de verb. oblig.* Sicut nec tunc quoque committitur, cum dies vel demonſtrationis, *l. liber homo 2. §. decem d. tit.* vel commodioris præſtationis. *l. ita ſtipulatus d. tit.* vel memoriæ reuocandæ gratia adijcitur, vel quando omnino incertus eſt. *gloſ. in l. qui Romæ §. Flavius eod. tit.* Adde quod ex diei lapſu mora non committitur, niſi actor probet ſe illo die ad recipiendum debitum comparuiſſe, quia aliàs debitor fruſtra veniſſet. *l. arbiter ff. de arbit. Bar. ad l. item illa ff. de conſtit. pecunia.* Item ſi mortuo creditore nullus eſſe cui ſolutio facta foret, vt ſi adita hæreditas non ſit, quia eius temporis mora inculpata eſt. *l. pecuniæ ff. de vſuris.* Porrò quando creditor & debitor diuerſi fori ſunt, debet actor rei forum & creditor dibitorem ſequi. *gl. in d. l. item illa ad verb. non venit.* Sed ſi ſunt eiuſdem fori, debitor creditorem accedere debet. *l. 1. ff. de peric. & com. rei. ven.* Atqui dices nõnne dies in fauorem debitoris adijcitur, *l. ſtipulatio. §. inter ff. de verb. obl.* qua ratione igitur in ipſius odium moram introducit? *l. quod fauore C. de legibus. Bart. ad l. 1 ff. de.* Sũt qui reſpondent, debitorem non per diem, ſed ex ſua negligentia in moram incidere. *Decius in d. l. vinum. num. 9.* Probabilius eſt, totum tempus debi-

debitoris fauorem, temporis verò lapſum creditoris commodum reſpicere. *d.* §. *decem.* Et quemadmodum debitor in mora conſtituitur, ita & creditor quoque ſi congruo tempore & loco oblatum debitum recipere nolit, *l. acceptam C. de vſur. aliment. legat. l. obſignatione C. de ſolut.* non ſolùm quando offertur ad ipſo debitore, ſed etiam ſi ab alio offertur, quia poteſt quis inuiti & ignorantis debitum ſoluere, *l. ſoluendo ff. de negot. geſt.* licet is qui pro inuito ſoluit, ſolutum non repetat. *fin. C. eod.* Cæterùm oblatio debitoris non ſemper in mora conſtituit creditorem. [*vide D. Pec. infr. de c. non eſt in mora.*] *l. tutor* §. *Lucius ff. de vſur.* Quid enim ſi res clarè liquideque debita tota, non pauca habet incommoda; Quid item ſi tota quidem, ſed non cum vſuris aut eo quod intereſt offeratur; *l. plane ff. fam. erciſ.* Quid ſi offeratur pecunia in ſacculo vel folle ſignata, vt videri quanta ſit non poſſit *gl. in d. l. qui Romæ in initio.* Quid item ſi ante diem in fauorem creditoris appoſitum, *Bart. in l. cum ſeruus ff. de condit. & demōſt.* aut hora intempeſtiua noctis, clauſa iam domo creditoris. *d. item illa.* aut creditori equo, currui, vel naui inſidenti & peregrè proficiſcenti eam offeret, *l. ſi ſoluitur ff. de ſolut.*

Nociua. Mora diuerſis rationibus moroſo debitori nociua eſt, de quibus per ordinem aliquod dicendum eſt.
11. † Principio igitur mora facit rem vel intereſſe æſtimari iudicis officio, prout erat tempore moræ, vel ſicut cœpit eſſe perſeuerante mora, *text. & gl. in d. l. Qui Romæ l. ratio* §. *ſi per venditorē ff. de act. empt.* vel certè in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad id quod intereſt, *l. ſi quis ab alio ff. de re iudi.* In obligationibus verò dandi debetur æſtimatio quanti plurimi fuit à tempore moræ iudicis officio. *l. ſtipulationes non diuiduntur* §. *Celſus ff. de verb. oblig.* Secūdo mora adeo nocet debitori, vt ſi homo vel equus promiſſus mortuus fuerit poſt moram, debitor non liberatur, etiamſi aliàs interitu ſpeciei ante moram debitor liberetur, *Salicetus ad d. l. mora* [*Gail. de pigno. obſ.* 18. *n.* 4. *& de Arreſt. c.* 13 *n.* 1. *& ſeqq. Meno.* 3. *præſ.* 138. *per tot. Medices de caſi. for. p.* 1. *q.* 4. *n.* 25. *& ſeqq. Treut. p.* 2. *diſp.* 3. *th.* 8 *lit. a.*] & nihilominus homo vel equus promiſſus licet mortuus, peti poteſt: quia propter moram viuere fingitur, ſed in æſtimationem fit condēnatio. *l. ſi ſeruum* §. *ſequitur ff. de verb. oblig.* Et quamuis iſta æſtimatio rei peremptæ non ſit in obligatione, nec ſit debita, ſed ſolùm officio iudicis creditor eam conſequitur, quod officium iudicis non præſupponit obligationem, *l. qui per colluſionem ff. de act. empt.* tamen iſta æſtimatio eſt quaſi debita, ſicut omnia ea, quę officio iudicis debentur. Ex quo ſequitur, quod cùm petitu res perempta poſt moram, & iudex contemnat ad æſtimationem quæ non eſt directè petita, ſententia non videtur propterea eſſe deformis libello, quia ſaltem tacitè eſt petita æſtimatio, quatenus res debita præſtari non poſſit, *Zaſ. ad l. ſi ſeruum* §. *ſequitur nu.* 1. *de verbo. oblig.* [*vide Gail.* 1. *ob.* 62. *nu.* 5. 67. *& d. obſ.* 18. *in pr. Myn.* 3. *obſ.* 21.] aliaſque conſtat iudicem neceſſitate vrgente, aliud quàm quod in libello deductum eſt, iudicare poſſe. *l. fideicommiſſa* §. *ſi ſerui de leg.* 3.

† Eodem modo hæres, qui fundum dare damnatus eſt, poſt moram tenetur, etiamſi poſt caſmate perierit, *l. cum res* §. *fin. ff. de leg.* 1. [*Gail. de Arreſt. c.* 13. *num.* 10.] hoc eſt hiatu & voragine terræ, ex calida ſiccaque materia ignitos vapores ad ſuperna euomente. Tertius effectus moræ nociuus eſt, quod calumniæ præſumptionem inducit, vt eſt in eo, qui termino accuſationi proſequendæ iudicis arbitratu conſtituto, non accuſat, vel non abeſt. *l. qui crimen C. de accuſat.* Quartus effectus eſt, quod ſi ex mora graue præiudicium imminet, executio permittitur, non obſtante appellatione, *l. fin. ff. de appell. recip.* Quintus effectus moræ eſt, quod in actionibus & contractibus ſtricti iuris, vſuræ debentur ex tempore iudicij accepti, hoc eſt à tempore litis conteſtatæ, *l. amplius ff. rem rat. hab.* ſed in bonæfidei iudicijs ex tempore moræ. *l. cùm fundus ff. ſi cert. pet.* Quæ bonæfidei iudicia, & qui contractus, ex æquitate propter contrahentium diſpoſitionem recipere ſolent interpretationem, per quam iudex quamuis nihil dictum ſit de vſuris, ad eaſdem tamen condemnat à tempore moræ. Sed in ſtricti iuris contractibus aliud eſt, cum nec contrahentes quicquam rectè petant, quod non expreſsè conuentum eſt, *l. quicquid de verb. obl.* Sed cùm vſuræ prohibitæ iure diuino, *cap. quia in omnibus. de vſuris.* quod nouella conſtitutione probaſſe videtur Iuſtinianus, *in auth. de Eccleſiaſticis.* ſunt qui exiſtimant hodie vſurarum nullam eſſe habendam rationem. *Iaſon in d. l. vinum.* Quod tamen Alciato Zaſioque diſplicet, *ibi & in d. l. quod te.* periculoſúſque eis videtur, præcipuè cùm ipſi canones inter bonæfidei & ſtricti iuris contractus diſtinguant, *in cap. cum venerabilis de except.* tametſi improbum facinus non admittant, ac turpem vſuram damnent. Quemadmodum nec ea quoque Iaſoni placet, quod in contractu principis à tempore moræ vſuræ non deberentur. Nam ſi princeps aut fiſcus debitor eſt, cur deteriore loco erit quam aliquis priuatus? Si verò creditor erit, Iureconſ. ait parem eius conditionem eſſe cum priuato, niſi nominatim lex ei priuilegium indulgeat. *l. non puto ff. de iure fiſci.* Et certæ hæc res in iuſtis vſuris: & multò magis in eo quod intereſt, quodque vel ad recompenſationem damni vel ad punitionem culpę pertinet, dubium non habet, quia ad hæc omni iure moroſus tenetur. [*Treut l. d. lo. lit. c.* [*Gail d. c.* 13. *n.* 2. *& ſeqq. & de pignor. ob.* 17. *&* 18. *per tot.*] † Imò quod amplius eſt ſi creditor lucrari ſolitus eſt, illud quodoque præſtandum erit. *l.* 3. §. *fin. l. ſociū qui in eum ff. pro ſocio Cardinal.*

dinal. in clem 1. §. *ſanè 7. quæſt. de vſur.* Igitur ſi mercatori debebam centum, mercator aget & ad centum, & ad id quod ex illis lucratus fuiſſet, ſi ea centum habuiſſet, cùm ſic lucrari ſolitus: [*Gail. 2. obſ. 6. per tot. & de pign. ob.* 17. *n.* 6. *& ſeqq. & de Arreſt. d. c.* 13. *n.* 16.] Quod probatur docendo quod homines eiuſdē cōditionis, cuius ille eſt, vel tantum lucrati fuiſſent in proximis nundinis. *Ang. & Caſtr. ad l. continuus §. cum ita. ff. de verb. oblig.* Sed ne Hermogenis conſtitutio huic repugnare videatur, *in l. fin. ff. de peric. & comm. rei vendit*, hoc ita accipiendum eſt, vt certi lucri duntaxat in eo, qui negotiari ſolitus eſt, ratio habeatur, vt ſi conſtare poſſet negotiatorem lucrum facere potuiſſe, quia fortaſſe præ manibus merces habuit, quas ſi præſentem & paratam tunc habuiſſet pecuniam, emere potuiſſet. Incerti verò lucri non habetur ratio, *l. quemadmodum §. idemque Labeo. ff. ad l. Aqu.* quando quidem non ſequitur, conſuetus eſt aliquando lucrari, ergo ſi nunc habuiſſet pecuniam, lucratus fuiſſet. Multa enim accidere poſſunt, quæ impediant lucrum, *l. noſtram. §. 1. ff. d. acq. rer. do.* quod & Coraſius *li. 3. miſcel. c.* 13. *& Reb. ff. ad l. vnic. in gl. vlt. C. de eo quod intereſt.* latius tradidit. [*v. H. Piſtor. p. 3. quæſt. Iur. 2 per tot.*] Vnde dubium non eſt, quin id quod intereſt tam in contractibus bonæ fidei, *l. 3. §. fina. ff. de act. empt.* quàm in contractibus ſtricti iuris, etiam ante litis conteſtationem, & ab ipſo tempore moræ debet conſiderari, *l. ſi calendis. ff. de re iudic.* licet aliàs fructus & vſuræ in ſtricti iuris conuentione, vt dictum eſt, poſt conteſtatam litem debeantur, poſtquam omnes poſſeſſores & debitores, qui litigare quàm iti cedere maluerunt, malæfidei eſſe dicantur. *l. ſed etſi lege §. ſi ante ff. de petit. hæred.* [*vide Gail. de Arreſt. d. c.* 13. *n.* 2. *& ſeqq.*]
14. † Nec huic aduerſatur, quod dicitur, niſi per ſtipulationem vſuras non venire, nam id intelligitur niſi iam antè ad litis conteſtationem fuerit progreſſum. Quia lite conteſtata vſuras venire lex ipſa oſtendit, *l. lite ff. de vſuris.* cùm per litem conteſtatam & iudicium æquè dicatur contrahi atque per ſtipulationem. *l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio.* Aliud eſt in citatione & libelli oblatione, per quam debitor in mora non conſtituitur, quia vt ſecum conſtituere ac deliberare poſſit, libellus offertur. *l. 1. ff. de edendo.* [*Gail. 1. obſ. 74. n. 5. 6. 7. & ob. 134. n. 23.*] Ideoq; pendente ea deliberatione non poteſt videri præciſè interpellatus. *Loriot. ad d. l. quod te nu.* 19. Sextus effectus moræ eſt, quòd contra moroſum fit in omnibus ſiniſtra interpretatio. *l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. Iaſ. ad. l. cum res nu.* 39. *ff. de leg.* 1. Septimus eſt, quod per litis cōteſtationem & moram, præcluditur via ne exceptiones dilatoriæ proponi poſſint. *l. exceptionem C. de probat.* [*Gail. d. ob. 74. n 2. & ſeqq. & ob. 33. n. 11.*] Octauus eſt, quod mora perpetuat actiones. [*Gail. de Arreſt. d. c.* 13. *nu.* 10.] Et poſtremus effectus moræ ſpectatur in eo, quòd lex hæredem recuſantem ſoluere debitam portionem filio in legitima ſua inſtituto, punit. Nam ſi frater inſtitutus hæres in magna parte paternæ ſubſtantiæ ſit in mora reſtituendi fratri ſuo, illud quod ſic eſt relictum pro ſua legitima, condemnatur propter moram, ad aliam tertiā partem quantitatis, quæ fuerat relicta. *l. ſi. quis in ſuo. C. de inoffic. teſtam.* Et hæres intra annum à die monitionis iudicis computandum non implens voluntatem teſtatoris, priuatur hæreditate, ſola legitima excepta. *aut. hoc amplius C. de fideicom.* Sed his ita præmiſſis, multis modis hæc regula, poteſt ampliari, † & primò quidem, mora ſemper nocet, etiam ſi ſpecies debita intra tempora purgandæ moræ intereat, [*Gail. d. c.* 13. *num.* 11.] vt ſuperius dictum fuit, veluti ſi dicat creditor debitori, non præſtitiſti equum promiſſum ſuo die, & moram contraxiſti, nihilominus indulgeo tibi adhuc menſem, intra quem moram purgare poſſis, præſta adhuc intra menſem. Si equus intra ea tempora interierit, mora hæc reo nocebit, & æſtimationem ſoluere cogetur, & ſic lepra ſemel contracta, etiā ſi obtegatur, nihilominus inficiet. *l. ſancimus C. de fideiuſ. Zaſius ac l. ſi ex legati. nu.* 8. *Alciat. ad d. l. quod te num.* 19. Secundò ampliatur, vt locum habeat etiam ſi res debita fuiſſet eodem modo apud creditorē peritura, cùm lex dicat, moroſum detrimentum omne præſtare debere, licet ipſa res caſmate perierit, *d. l. cum res l. ſi filiofam. §. ſi poſt ff. ſolu mat.* & quamuis caſma perinde apud creditorem contigiſſet. [*Gail. de pig. ob.* 18. *nu.* 4. *& ſeqq. Goddæus latè in l.* 12. *§.* 1. *de V. S. Treutle. p. 1. diſp. 7. th. 7. lit. b. vbi etiā D. Peck. allegat. & diſp.* 20. *th.* 14. *ſ b. lit. c.*] Sed aduerſus hanc ſententiam leges in actione quod metus cauſa, *l. quod cauſa. ff. quod metus cauſa.* in petitione hæreditatis, *l. illud ff. de petit. hæred.* in rei vendicatione, *l. item ſi §. fin. ff. de rei vend.* in depoſito, *l. ſi plures ff. depoſiti §. fin.* & in dote *l. ſi is qui §. quanquam ff. de iure dot.* diſtinctionem facere videntur, vt moroſus debitor non teneatur, niſi res apud creditorem perinde erat peritura. Petrus Loriotus in tractatu moræ, quem inter apices iuris conſtituit, in fin. verſic. in conciliandis : paucis admodum verbis. vnum contraxiſſe videtur, quæ fuſius alij tradiderunt. Nam ſi ſit bonæfidei poſſeſſor, inquit, non tenetur de re quę perinde apud actorē erat peritura, *d. l. illud.* quia bonæ fidei epoſſeſſor durante bona fide non poteſt dici in mora eſſe. *d. l. quod te.* Qui verò eſt malæfidei poſſeſſor vel moroſus, ille indiſtinctè omne rei periculum præſtat *d. l. item ſi.* quoniam moroſus ſemper malæfidei eſt, quia nemo moroſus eſt niſi ſciat ſe debere. *d. l. quod te.* Vbi verò quis ſcit, ſtatim malæfidei eſt *l. item veniunt § petitam ff. de petit. hæred.* Quod ſi verò communem ſententiam ſequamur, dici poteſt cum Zaſio, *in d. l. quod te num.* 26. in reali iudicio ſpectandum eſſe, an actor vel creditor rem illam diſtracturus ante interitum fuiſſet.

iſſet,vt eo caſu debitor teneatur. Sed in obligationibus quæ ex delicto procedunt,vt eſt in furto & rapina, indiſtinctè tenetur, ſicut in alijs obligationibus perſonalibus, in quibus fur & moroſus æquiparantur,& vtrique caſus fatalis nocet, etiamſi apud creditorem res æquè fuiſſet peritura.

Tertiò extenditur hæc regula ,vt procedat etiam difficultate aliqua ſubexiſtente. Nam ſi difficultas illa aliqua diligentia præuideri potuit,non excuſat,*l.penult. ff.de iure dot.l.2.ff.ſi quis caut.*quemadmodum nec illum excuſat, qui promiſit ſe facturum & cum effectu curaturum. *Iaſon in l.ita ſtipulatus §.poſſū.ff.de verbo.obligat.*aliquid ideò quòd eiuſmodi verborū adiectio, rem omnimodo effici oportere ſignificat.*l.ſi non mortis in fin.ff.de inof.teſtam.*quę ſi non eſſet appoſita, ſufficeret promiſſorem curare & facere quod poſſet.*Bar.conſ.* 226.*incip. Martinus.*[*vide VVeſ. ad tit. Inſt.de inut.ſtip.Farin. pr. crim. lib.* 1. *t.* 4. *q.* 36. *n.* 16.*Hering. de fideiuſ. ca.* §. 9. *n.* 126. *Couar. inc. quamuis p.* 2. §. 5. *num.* 7. *Surd. deciſ.* 234. *num.* 12. *Guiter. de Iur. conſ. p.* 1. *ca.* 44. *Gabriel.lib.*3. *com. op. tit. de pact. concil.*2.*Gomez.*2.*var. reſ.* 10.*n.*23. *vbi Soarez.Caual.com. opin.q.* 846.] Eodem modo ſi debitor vel à difficultate illa extricare ſe potuit, vel non obſtante ea promiſit, *d.l.penult* vel in altera tantum ex rebus debitis difficultas eſſet, non excuſabitur.*d. l. ſancimus.* Rurſum ſi dolo fecit quo minus dare poſſet, vtique venia indignus eſt, & perinde atque ſi poſſideret, tenetur. *l. parem ff. eo.* Idem eſt ſi lata ſua culpa rem habere deſijt,*l.mulier.*§.*ſed & ff.ad Trebeli.*[*D.Peck. infr. ad c.pro poſſeſſ.*]quia culpa illa dolo æquiparatur.*l.* 1. *ff. ſi menſ. falſ. mod. dixerit.*Quartò procedit (vt nonnulli volunt, *Barto. ad d. l. quod te*) etiam ſi ſubſiſtat impoſſibilitas in genere vel in quantitate promiſſa. Quia promiſſor generis vel quantitatis, quæ duo perire non poſſunt, *l. in ratione* 2. §. *incerta ff. ad l. Falcid.* nulla impoſſibilitate *l. incendium. C.ſi cert pet.* aut difficultate excuſatur, *l. ad diem. ff. de verb. oblig.* præterquam ſi creditor aliquod impedimentum debitori fecerit, *l.ſi pro emptore ff.de act. emp.* aut ſi debitor beneficium haberet ne conueniretur vltra quàm facere poſſet.Cæterùm contraria ſententia verior eſt, videlicet quod impoſſibilitas,vel difficultas ſuperueniens poſt contractam obligationem ,licèt non impediat quo minus valeat obligatio, neque illam dirimat:*l. continuus* §. *illud ff. de verb. obligat.* à mora tamen excuſat, quoniam culpa abeſt, ſine qua mora non contrahitur, *Zaſius & alij ad d. l.quod te.* [*vide Peck. ſupr. ad c. nemo poteſt ad num.* 9.*verſ. decimo. & num.* 12. *verſ. dicimum, cum ibi concord.*]

Quintò ampliari poteſt vt locum habeat, etiam ſi res debita odio debitoris ab inimico homine deſtruatur,qui fortè equum vel ſeruū debitum interfecit, aut domum promiſſam excuſſit.*l.ſi. merces* §.*culpa ff.locati. Zaſ.ad.l.ſi Stichus num.*9. *de verb. oblig.* Si tamen debitor nullius culpæ reus ſit, probabilius eſt teneri tantum eum ad hoc, vt actiones ſuas aduerſus eiuſmodi occiſorem & exurentem cedat creditori. *l. huic ſcripturæ ff. ad l.Aquil. Alciatus ad d. l. quod te. num.* 7. Sextò extenditur, vt procedat etiam ſi debitum pro parte, tantùm ſit liquidum : quia in ea parte committitur mora, ſi creditor illam petat, & debitor non ſoluat: *l. qui ſolidum & ibi Bar. de le.* 2. [*D. Peck. in c. non eſt in mora. n.* 3.] Quia in iudicio interrogatus non de toto duntaxat, ſed de qualibet eius parte reſpondere debet, ne calumniæ via pateat, néve iudicia illuſoria reddantur : idque crebriore ſententia receptum fuiſſe videtur. *l.ſi quis cum totum.ff. de excep.rei iud. doct. ad d. l.* 1. §.*ſi ſtipulanti.ff.de verb. oblig.* [*vide Gail.* 1. *obſ.*82. *n.*16.*& ſeqq. Mynſ.* 2. *obſ.* 55. *& in* §.*ſi quis agens verſ. ſed hæc inſt. de act.*] Amplia ſeptimò, vt mora noceat etiam ſi creditor in petendo rem debitam, poſt moram parum diligens fuerit.Creditori enim in re ſua parùm diligenti,poſt acquiſitum ius ex mora ,nihil imputari debet,*l. merito ff.de vi.& vi arma.*ſi debitor in more eſt, ne ſua fruſtratione creditori damnum inferat, *d.l.hominem.*niſi & ipſemet creditor in poſteriore mora reperiatur,[*conf. D. Pec.ad.c.non eſt in mora per tot.*]Poſtremò adeò mora cuique eſt nociua,vt mandatum tempore limitatum,poſt moram incipiat eſſe perpetuum. *l.ſi mandato* §. *ille aut ille ff. mandati.*

†Ratio verò dubitandi varia eſt.Et primò 16. quidem ex eo quòd ſi quis per metum coëgiſſet me rem aliquam ei tradere, quo caſu delictum commiſſum eſt,& quidem graue,adeo vt ſtatim in mora conſtitutus dicatur, qui quod meum eſt,mihi non reſtituit: ſi tamen res illa ſuo fato interierit,ille liberatur.*d.l.ſi cum* §.1. *ff.mandati.*Sic & apud Vlp.*lib* 33.*ad edictum* re debita poſt litem conteſtatā,per quam proculdubio mora contrahitur,*d. l. cum fundus d.l.illud.* apud poſſeſſorem mortua liberatur debitor.Secundò ex eo,quod Vlp.*l. ſciendum ff.de vſuris.* ait, debitorem interpellatum ex mora non teneri, ſi ſubterfugia non quærat,& amicos adhibendos requirat, vel expediendi debiti,vel fideiuſſoribus rogandis occupatus ſit. Tertiò ex eo, quòd Iulius Paulus reſpondit. eum qui ex ſtipulatu Stichū debet ſi eū manumiſerit,nō teneri,*l.is qui ff. de act.*cum ſe ſciret præſtare debere, & manumiſſum præſtari non poſſe.Vnde ſi ex dolo ſuo non teneatur certò nec ex mora quoque obligari debere videtur, Quartò ex eo,quòd promiſſor ſerui,ſi eundem negligat infirmum ,& medicos non adhibeat, ita vt ſeruus decedat,non tenetur.*l.ſi ſeruū in princ. ff.de verb. oblig.* multò minus igitur ex mora illum obligari æquū eſt. Quintò ex eo, quòd ſi poſt moram offerat promiſſor id,quod

L conti-

continenter ſtipulatione, is moram à ſe factam purgare atque emendare poteſt, nihilque ei imputabitur, & ſequens oblatio, vitium & incommodum omne quod ex mora naſcitur, diluit & abſtergit. *l. ſi ita de verb. oblig. l. Celſ. ff. de arbit. & d. §. ſequitur.* Verum igitur eſſe non videtur, quòd mora per aliquem contracta, eidem ſit nociva. Sextò ex eo, quòd ſi ego emptor interpellavi venditorem, vt traderet rem venditam, & non facit: iam certè in mora eſt. Si tamen poſtea venit & offerat, ego verò nolim recipere, mora eius ſemel per eum contracta, minimè nociva eſt. *l. illud ff. de peric. & com. rei vendi.* Septimò ex eo, quòd Pomponius depoſitarium non aliter ex mora teneri ait, quàm ſi depoſitum reddere potuit & nō reddidit, adeò vt ſi eam poſſidere deſijt, vel illa interierit, ex mora ſua non videtur obligari, *l. ſi in Aſia §. fin ff. depoſiti.* Quemadmodum & aliàs occidens ſervum debitum, à mora excuſatur. *l. ſi ſervum ff. de verb. oblig. l quis ergo. §. hæres ff. de leg. 1.* Poſtremò ex eo, quòd patet ex mora filij, *l. cum filius f. de ver. oblig.* & fideiuſſor ex mora principalis, *l. mora eo. tit.* ſocius ex mora ſocij tenetur, *l. penult. ff. de duob. reis l. in condemnatione §. cuique hoc tit.* adeoque verū non eſſe videtur quod dicimus, moram ſibi tantum, qui eam contraxit, nocivam eſſe, cùm etiam alij noceat.

17. † Ratio verò decidendi eſt, quod malitijs hominum obviam eundem eſt, *l. in fundo. ff. de rei vēd.* [*Gail. 1. obſ. 70. n. 20. & obſ. 84. in fin. & 2. obſ. 69. n. 26.* 28. 29.] quod fruſtratio ſua cuique nocere debet: *d. l. ſi hominem.* quod lex contumaciam nō ſinit eſſe inultam: *l. 3. §. condemnatio. ff. de tab. exhib.* [*conf. Gail. 2. pac. pub. 5. n. 2. & de Arreſt. c. 11. n. 7.*] quod nemo ex delicto ſuo & cum iactura alterius locupletari debet, *l. iure naturæ ff. hoc tit.* quod deniq; æquum non eſt, alterius odio aliū grauari. Et ideò cū moroſus non ſolùm in culpa ſit, *d. l. ſi ex legati cauſa.* verùm etiam prædonibus & furibus æquiparetur: *l. fin. de cond. furtiua l. qui ſine ff. de neg. geſt.* æquum eſt, vt pœna hæc authorem ſuum ſequatur, neq; vlterius ad innoxios porrigatur. *l. ſācimus. C. de pœnis.* [*vide D. Peck. ſupr. ad c. non debet, de reg.*] Neque mouet prima dubitatio. Licet enim debitor qui metum intulit, interitu ſpeciei liberetur: nihilominus tamen pœnam tripli ſoluere cogitur. *§. tripli. inſti. de act.* & ſic cū grauatur in pœna, releuatur in re, quod & Zaſius *in d. l. quod te num.* 27. & Alciatus *ibi. num.* 15. reſponderunt. Et quod Vlpianus de bonæ fidei poſſeſſore ait, ſuam quoque rationem habet: quia ad fructus quod attinet, mala fides per litis conteſtationem intercedens, quo ad illos nocet, *d. l. illud.* [*vide Couar. 1. var. reſ. 3.*] non etiā quo ad vſucapionē, *d. l. ſed etſi lege §. de eo l. certū. C. de rei vendic. & l. 1. C. de vſuc. trans.* aut interitum rei, *d. l. illud.* quæ æquè apud creditorem interijſſet. Nō obſtat quoque ſecunda dubitatio, quia qui in quærēdis fideiuſſoribus ſine fraude occupatur: qui vt domum promiſſam multis rebus plenā & occupatā, præſtet ſtipulatori, in euacuatione illius intentus eſt, vel qui teſtes aut amicos ſolutioni, ſine dolo adeſſe poſtulat, quo magis ipſi cautum & proſpectum ſit: moram facere dici non poteſt, quæ ſine culpa non contrahitur, quod ad diſſolutionē eiuſdem dubitationis reſponderunt Fulgoſius & Salicetus. *in d. l. ſciendum.* Sicut & generaliter in omni materia ſemper locus eſſe debet iuſtæ & non quæſitæ excuſationi. *l. 2. ff. de tritic. act.* Tertia obiectio maioris eſt ponderis & momenti. Aliqua enim videtur eſſe iniquitas, quod debitor rem debitam dolo deſijt poſſidere, & quod tamen interitu illius nihilominus liberatur, adeò vt Odofredus *in l. venditor ff. de hæred. vel act. vend.* hanc iuris diſpoſitionem ſummæ iniquitatis plenam eſſe apertè dixerit, quam & Zaſius quoque exiſtimat in foro & praxi obſeruari non poſſe.

Cæterùm ratio quæ IC^tos^ mouit, hæc eſt, inquit, quod ſolum reſpexerunt an debitor ſit in mora an non, fundaruntque ſe duntaxat ſuper ſtatu obligationis contractæ, non curantes quid ageret debitor ante moram. Crimen tamen ſtellionatus contrahit, quia dolo poſſidere deſijt, ſitque infamis infamia facti, & exilio iuxta perſonæ qualitatem puniri poteſt, *l. 3. & ſequ. ff. ne crim. ſtellio.* quod & Ripa *in d. l. quod te num.* 72. ſenſiſſe videtur. [*vide Peck. ad ca. non eſt in mora.*] Nihil etiam mouet quarta dubitatio. Quia qui dare promiſit ſervum, ad dandū tenetur, non ad faciendum, id eſt, ad curam adhibendam, ſeu ad medios accerſendos, quæ diligentia ſtat in faciendo, & ſufficit ſi nihil faciat contra contractum, & ſi non ſit in mora. Aliud tamen eſſet ſi negligeret eum ex dolo vel lata culpa malitiam continente, quia tunc fraus ſua ei non debet patrocinari, veluti ſi cùm poſſet & neceſſarium videret medelam adhibere, noluit, vel ſi fundum ex nequitia non coleret. *Zaſius num. 5. & ſeqq. & alij ad d. l. ſi ſervum.* licet in alijs pleriſque judicijs negligentiæ nomine condemnatio fiat, veluti in rei vendicatione, *l. ſi homo ff. de rei vendic.* in petitione hæreditatis, *ſi quid §. ſunt autem ff. de petit. hæred.* in iudicio redibitorio, *l. quod ſi nolit §. mancipium ff. de ædilit. edict.* quæ multum diſtant à judicio ex ſtipulatu, in quo ſtrictè omnia accipiuntur. Sed nec quinta objectio monet. Vtique enim durum eſt, & ab æquitate alienum viſum eſt, ita rigidè contractus accipere, vt reſipiſcentia nulla venia datur, & quidem maximè, ſi ex eo creditori præiudicium non adfertur.

† Vnde quod dicitur moræ purgationem admitti, ita accipi atque intelligi debet, ſi res adverſarij non ſit facta deterior: *l. etſi poſt ff. ſi quis caut. l. mancipiorum ff. de option. legat.* ſi adverſæ partis non interſit, *l. vtique ff. de arbit.* ſi res integra eſſe non deſierit: *d. l.* 18.

manci-

*mancipiorum.*ſi ſpecies debita non interierit.*d. l.ſi ex legati.*Sed quoniam articulus purgandæ moræ fuſiſſimè ſe extendit, & hoc vno loco tractari non poteſt ſuffecerit ad eos remittere, qui ex profeſſo eũ multis ampliationibus dotatum,multiſq; limitationibus reſtrictum *Salic.in repetit.l.ſemel ff.ſolut.matr.Loriot.in tract. de mora & doctores præcipuè Zaſ.ad d.l.ſi inſulã ff.de verb.oblig.*exornarũt.[*vide Menoch.2. arb. Iud.*7.]Sextò non movet, quod de venditore interpellato dictum eſt. Nam vt paria delicta mutua compenſatione tolluntur,[*vide Dyn.& Peck.infr.ad c.in pari.Mynſ.in* §.*in bon.fid.n.*37. *l. de act.*] *l. viro ff.ſolut.matr.* juxta illud.*Quid hebræus hebræo.quid Catilina Cethego?* itavulgatũ eſt,quod dicitur,vltimã morã nocere,& ex ea antecedentem moram purgari, *d. l. ſemel.* quod rationem habet,niſi is qui prius moram contraxit,in dolo eſſet verſatus,*l.ſi per emptorem* §.*vlt.ff. de act.empt.* quia dolus vnius magis quàm culpa alterius puniri debet. Sed nec ſeptima dubitatio vim facit, vbi enim clarum & certum eſt, quòd ceſſante dolo aut culpa depoſitarij eſt impoſſibile adimplere promiſſionem & depoſitum reddere, ibi nulla impoſſibilium obligatio aut executio eſſe poteſt, *cap.nemo poteſt ſup.eod.*Subexiſtente verò difficultate quantumuis maxima, licet obligatio nõ impediatur:*l.cõtinuus ff.de verb.oblig.*à mora tamen excuſationem præſtat. *Zaſius ad d. l. quod te.*Sic & is excuſari ſolet, qui ſeruum ex juſta cauſa legibus probata,atque permiſſa occidit,*d.l.ſi ſeruum & d.l.quis ergo.* quia qui ſuo jure vtitur, nulli facit injuriam.Poſtrema quoque objectio non nocet, † quia fideiuſſor ſimpliciter acceptus,intelligitur in omnem cauſã fidejubere,*l.ſi.fideiuſſor.ff de fideiuſſor.*quæ ſit de natura actionis. Ideoq; ex mora debitoris tenetur ad vſuras,quas in bonæ fidei judicijs acceſſoriè ſecundum naturã actionis venire conſtat.*l.mora.*§.*in bonafidei.ff. de vſur.* Qua de re multa eleganter Coraſius alijq;tradiderunt.*ad l.mora ff.de verb. oblig.* Idem & in obligatione patris, quæ eſt acceſſoria obligationi filij, locum habet exemplo fideiuſſoris;*d.l.eum qui.*§. *an pater.*quamvis à fidejuſſoria obligatione in multis differat.*latè Coraſ.ad d.l.cum filius f.n.*5. ſociorumq; commune damnum & periculum eſt,ſibiq; acceptum ferre poteſt ſocius,qui parum diligenti ſocio ſe commiſit.§.*fin.inſtit.de Societate.* In ſumma, ſicut virgo diſformis & debilis ſine cauſa ſe comit adveniente ſponſo, & ſicut miles fruſtrà feſtinat levare gladium, purgare loricam,ſtringere ſcutum,cũ rex exercitum luſtrat,quod ſcutum tempore ſecuritatis ſordeſcere,frangi aut rumpi permiſit : ita quoque ſolutio vel obligatio non ſuo tempore facta,ingrata & inanis eſt, fruſtraque moræ purgatio poſt tempus poſtulatur.

REGULA XXVI.

Ea quæ fiunt à judice,ſi ad ejus nõ ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt:

1. *Officium judicis quod ſit.*
2. *Officium judicis nobile quid.*
3. *Officium judicis mercenarium quid.*
4. *Officium judicis quo pacto hic accipiatur.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Iudici de facto exequenti,an poßit reſiſti de facto.*
7. *Rationes dubitandi.*
8. *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*
9. *Ratio decidendi.*
10. *Excommunicatio quàm periculoſa.*

LEx XII.Tabularum hęc eſt. *Iuſta imperia ſunto, iiſq; cives modeſtè ac ſine recuſatione parento.* Nam vt dicimus civẽ qui juſto imperio magiſtratus non paret, in dolo eſſe: ita & magiſtratus quoq; ſi leges patrias contemnat aut violet,ſi iniquè imperet:ſi injuſtè jubeat:ſi limites poteſtatis ſuæ egrediatur, meritò obtemperandum ei non erit.Quo reſpiciens Cicero,*in orat.pro Cluentio.judicis*(inquit)*eſt meminiſſe, tantum ſibi permiſſum eſſe,quantum commiſſum & creditum fuit,& non ſibi ſolùm poteſtatem datam, verùm etiam fidem habitam eſſe. Sed quoniam eſt hæc humanæ naturæ fragilitas, vt facilè ab officio ſuo decedat,idcircò legilator ea quæ vel malitia, vel levitate quadam à judice fierent. quaque ad officium ejus non pertinent : irrita eſſe voluit, atque viribus carere conſtituit.*

Officium.†In omnibus actionibus & judicijs, officij judicis frequentiſſima eſt mentio,quod nihil aliud continet,quàm functionem, poteſtatem & ordinationem eorum, quæ ad dirimendas lites tollendaque gravamina pertinẽt. Sed quoniam in tanta actionum humanarum mutatione,quæ nunquam certis ſedibus eſt fixa, judex officium ſuum variè exercet;ſubinde vltroneè & nemine petente,interdum coactus & à parte requiſitus:factum eſt, vt judicis officiũ ſubinde nobile, ſubinde verò mercenarium dici cœperit. 1.

2 † Nobile quidem, quaſi nemini ſerviat, quodque judex prout ſibi videtur, vel negat, vel concedit;veluti cum vltrò adverſus ſceleratos inquirit;*ca.qualiter 1.de accuſat.*cùm minorem 25. annis lapſum & circumſcriptum, omniq; civili actione deſtitutum,in integrum reponit,*l.in cauſa.ff.de minoribus.*cum filio impietate parentis preſſo, ſuccurrit ; cum advocatis & medicis adverſus ingratos clientes,ſalarium

3. lariū decernit. *l.1.ff.de extraor. cognit.* † Mercenarium verò eſt, quod actioni deſeruit, & ideò ſic appellatur, quod ibi iudex non poteſt nolle & velle, ſi æquus iudex eſſe velit, ſed cogitur ſecundum naturam propoſitæ atque inſtitutę actionis pronunciare: ductaque eſt metaphora à ſervis & obſequio. Quemadmodum enim ſervus operam ſuam locat bonâ fide, lubenſque eam prętat, nec alio modo quàm dominus pręſcribit, facit, nihil arbitrio ſuo committit; ita iudex actionibus in judicium deductis, ſuum officium exercet, vltrò quidem, ſed non arbitrio ſuo, & non aliter quàm ad normam actionis, *l. Ædiles §. item ſciendū. ff. de Ædilit. edict.* quod dilucidè tradit Oldend. *in initio ſuarum claſſium. in c. de offi. iudicis.* conſiſtitq; potiſſimum in decernendis citationibus: in cognitione inſtrumentorum, in cauſæ finitio-
4. ne & ſimilibus. † Porrò hoc loco judicis officium pro iudicis poteſtate, ſibi à lege vel ſuperiore commiſſa, ſuſiſſimè accipitur, quam poteſtatem ſi egreditur judex, hoc quod agit, viribus non ſubſiſtit: Veluti, ſi poteſtatem ſuā in perſonam ſibi non ſubditam exercere intēdat, *l.1.C. ſi pro ſuo iuriſd.* ſi extra territorium ius dicere inſtituat, *l. fin. ff. de iuriſ. omn. iud.* [*vide Gail. 1. obſ. 48. n. 7. & obſ. 52. n. 2. & 2. obſ. 124. num. 5. & 1. Pac. p. 16. n. 28.*] ſi de re ſibi non ſubiecta, vel cauſa ſibi non commiſſa, cognoſcere incipiat. *l.1. & 2. C. vbi in rem actio.* [*vide Dn. Peck. 1. de teſt. con. 21. ſub. num. 1.*]

5. † Sed hæc regula, quæ elegans eſt & quotidie obvia, multas ampliationes habere cognoſcitur, ſi quis ſingula non in cortice, ſed intus & in cute conſiderare velit. Primò enim locum habet, etiam in his, quæ bona ſunt, ſed ad iudicem non pertinent, *c. bene quidem 96. diſt.* quia non ſufficit bonum facere, ſi non bene fiat. Et ideò quamvis officium eccleſiaſticū facere bonum ſit, monachis tamen extra monaſterium exiſtentibus, alibi ſine conſenſu ſuperioris illud facere non licet, *c. monachi 16. quæſt. 1.* vulgataque iuris eſt regula, quòd non omne quod licet honeſtum eſt. Secundò, locū habet etiam in ſummis principibus atq; pontificibus ſuperiorē non recognoſcentibus. Quia non poteſt pontifex exercere iuriſdictionem in clericum ratione bonorum temporalium non ſubiectorum ſui iuriſdictioni: ideò quod illa bona non ſunt ſibi ſubiecta. *Caſt. conſ. 285. Aret. conſ. 58. Hypolit. ad d. l. fin. num. 152.* [*conſ. Gail. 1. obſ. 30. per tot. & ob. 37. num. 3. & ſeqq. & obſ. 16. verſ. Memini & de pign. obſ. 7. n. 3. & ſeq.*] Et è contrario, cùm Imperator ſit filius eccleſiæ non præſul eccleſiæ, diſpoſitioni perſonarum aut rerum ad eccleſiam pertinentiū, ſe immiſcere non poteſt, *c. verum, cap. Imperator 96. diſt.* [*vide Peck. de amortiz. bon. cap. 5. & 6. Gail. 2. obſeruat. 32. per tot.*] ſicut & reſcriptum ab ipſo contra ius vel vtilitatem publicam impetratū, viribus non ſubſiſtit, *l. fin. C. ſi contra jus* [*conſ. Gail. 2. obſ. 58. D. Peck. ſupr. ad c. odia*]. Impuraq; & infamis ſcorto magis quàm Auguſtâ digna fuit vox Iuliæ, quæ Anthonino Caracallo Imperatori, privigno ſuo reſpondit, eum leges dare, non accipere. Tertiò amplia hanc regulam, quod iudex delinquentem in ſuo territorio, non poſſit extra illud punire: quia ex quo in alio territorio exiſtit, cenſetur eiuſmodi correctio ad eius officium non pertinere, quamvis redeuntem punire queat. Et ideò ſi iudex loci delicti, extra territorium citat reum, exiſtentem extra territorium, & reus non comparet: nec pro contumace nec pro confeſſo habebitur. *Hypol. ad d. l. final num. 35. & Zaſ. num. 5.* [*vide Gail. 1. Pac. publ. c. 16. num. 17. & ſeqq.* Quartò amplia hanc regulā, vt etiam porrigatur ad locum exemptum. Nam ſicut iudex officium ſuum egreditur, ſi extra territorium quid facit: ita etiam eſt ſi quid attentat in loco exempto, ad quem locum qui confugiunt, capi & puniri à judice territorij nō poſſunt, quippè quod paria ſunt, extra territorium eſſe, & in loco exempto eſſe, *Calderinus conſ. 13. de foro comp. Dominicus ad cap. 2. de conſtit.* † Quintò amplia, quod iudici officium ęgredienti de facto reſiſti po- 6.
teſt, ſicut cuique privato violentiam inferenti, *l. probibitum, C. de iure fiſci.* [*D. Peck. de iu. ſiſt. c. 17. n. 10. 11. & c. 31. n. 4. 5. & ſupr. ad reg. benef. num. 29. ampl. 3. & ad c. indultum. ſub num. 5. Gail. 2. obſ. 76. per tot. & 1. P. P. 5. n. 8. & de Arreſt. c. 11. num. 15.* Sed quoniam illud periculo plenum eſt, & contra iudicem, ſi iniquè verbo vel facto agat, iuris remedia, cuiuſmodi ſunt appellatio, querela, ſupplicatio, & ſi quæ ſint his ſimilia, introducta ſunt: non aliter hoc recipit Anchoranus, *hic. d. verſi. ex prædictis quæro.* quàm ſi notorium eſt ad iudicem hoc quod agit nullo modo pertinere, & quando per appellationem aut aliud iuris remedium, damnum illud illatum reſarciri non poteſt. Sextò amplia vt locum habeat, non ſolum quando iudex abſolutè quid definiendo facit, verùm etiam quando ſtilum & modum conſuetum citandi non obſervat, citatio viribus caret, & citatum in contumacia non conſtituit. *doct. ad c. quoniam. de probat. & ad l. prolatam C. de ſentē.* [*conſ. Gail. 1. obſ. 48. nu. 3. & obſ. 54. nu. 6. & de Arreſt. c. 13. nu. 8. & de pign. obſ. 14. in fin.*] Septimò amplia, vt locum habeat tam in iudicialibus quàm extra iudicialibus negotijs authoritate iudicis explicandis, quia tam illorum quàm iſtorum robur & efficacia ab eiuſdem iudicis poteſtate dependet, *Anchora. hic. col. 2.* & ſine ea ſubſiſtere non poteſt. Octavò extēditur, vt nec conſenſus quidem partium aliquid in his operetur. Unde partes facere non poſſunt, vt ſententia quæ vel nulla vel à non iudice lata eſt, tanquam ſententia valeat, & quod ex ea veluti ex ſententia aliquid debeatur: quia ius publicū pactis privatorum mutari nō poteſt. Sed vt ſententia nulla valeat vt pactum, facere poſſunt: quia iuri publico eo caſu

non

non detrahũt, quod eiuſmodi formam ſententijs præſcripſit, pactis non præſcripſi: eaque ampliatio aperto jure comprobatur, *l. privatorum C. de iuriſd. omn. iudic.* [*conf. Gail.* 1. *obſ.* 37. *num.* 12.] Poſtremò ampliatur hæc regula vt locum habeat, licet ſtatuto caveatur, quod nulla exceptio opponi poſſit: quia exceptio incompetentiæ, & quæ ex regula oritur, etiam poſt tres ſententias conformes opponi poteſt, *Hypol. ad d. l. fin. num.* 185. [*Gail. obſ.* 42. *n.* 12.]

7. †Ratio dubitãdi eſt, primò ex eo, quod iudex extra territorium ſuum jus dicens, proculdubio facit id, quod ad officiũ eius non pertinet, *d. l. finali.* & tamen Epiſcopus & legatus extra ſuum territorium beneficia confert: Iudex extra ſuos limites emancipat, adoptat, manumittit, *l. 2. de offi. proconſ. l. emancipare. de adop.* expulſusque à ſuis civibus magiſtratus, extra territorium ius in eos dicit, *clem.* 1. *de foro cõp.* Secundò ex eo, quod juriſdictiones diſtinctas eſſe convenit, *l.* 1. *de bon. auth. iud. poſſi.* Qui igitur ſe de perſonis, rebus, vel cauſis ad alium judicem pertinẽtibus immiſcet, falcem mittit in alienam meſſem, eaque facit, quę ad eius officium non pertinent. Tamen ſi quis, inquit Ulp. ex alia juriſdictione ad prætorem vocetur, venire debet, ipſaq; citatio extra officium & in nõ ſubditum facta, viribus non caret, *l. ſi quis ex alien. de iud.* Et Juſtinianus ſententiam in clericos prolatam defendit, *l. omnes. qui C. de Epiſ. & cler.* decretumq; alienationis bonorum pupilli, etiam ad bona illi iudici non ſubiecta, ſe extendit, *l. magis puto.* §. *ſi poßim. de reb. mino.* non multò aliter, quàm cùm judex vnius territorij decernit in poſſeſſionem bonorũ alibi exiſtentium quem mittendum eſſe. *ca. Romana de foro compet. in* 6. Tertiò ex eo, quod officio judicis incumbit ſtatuere & eligere, vtrum magis obligare, an vendere permittat. *d.* §. *non paßim.* Et tamen ſi officium ſuum egreſſus, ita decreverit vendere, obligare permitto: viribus decrementum non caret, *l. ſi pupillorum.* §. *ſi prætor de reb. eorum.* Sic & quamvis ad judicẽ pertineat, ſententiam puram, & non ſub conditione proferre, aliter tamen lata valet, *d. l.* §. *biduum. ff. quando ſit appell.* Quartò ex eo, quòd ad judicem petinet die feriata ſententiam non ferre, *l. omnes C. de ferijs.* tamen ſi arbiter qui judici comparatur. *l.* 1. *de arbitris.* de feriata ſententiam dixerit, valet. *l. ſi feriatis. de arbitris.* † Eſtque hoc vulgatum juris axioma,
8. quod multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, *l. relegatorum.* §. *ad tempus de interd. & releg.* Quintò eſt regula, quod non valet vt ago, valet vt valere poteſt, *l.* 1. §. *ſi quis ita. de verbor. obligat. & ibi Doctor.* & quod vtile per inutile non vitiatur. *cap. vtile. inf. eod.* Ex quibus inferri poſſe videtur, quod quæ judex vltra officium fecit, ſaltem vſque ad limites officijs vires habere debent, veluti ſi judex qui tantum de ſumma centum aureorum cognoſcere poteſt, de 200. judicet. Sextò ex eo, quod judex limitatam habet iuriſdictionem & cognitionem. Qui tamen ſuper re certa datus eſt, etiam de eo quod intereſt, & de fructibus rectè pronunciat, *l. Paulus ff. de re iudic.* Septimò ex eo, quod juxta juris diſpoſitionem, remiſſioni captivorum locus eſt, vt ſcilicet ad locum delicti remittantur, ibique ad ſolatium eorum, quibus iniuria facta eſt, puniantur, *l. capitalium.* §. *famoſos ff. de pœnis.* & tamen judex raptorem virginis non remittens, non punitur. *l. vnica. C. de raptu virginum.* Poſtremò ex eo, quod ſentẽtia excommunicationis ſive iuſta ſit, ſive iniuſta, timenda eſt, *cap. quibus Epiſcopi* 11. *quæſt.* 3. adeoque illa ſententia iniuſtè, & extra officium lata, viribus non caret.

† Ratio verò decidendi eſt, quia robur & 9.
efficacia eorum, quę geruntur à judice, fundatur in eius iuriſdictione, quæ ſi defuit, non eſt fundamentum, adeoque omnia corruere debent, pariaque ſunt, quod quis non ſit judex, vel quod ſit, ſed nõ ad illud de quo agit, *Ioan. Monachus hic.* Et ideò ſicut priore caſu non ſubſiſtit quod agit, ita nec poſteriore caſu ſubſiſtere poteſt. Nam cùm limitata cauſa limitatum pariat effectum: actuſque agentium non egrediantur eorum intentionem: *l. non omnis ff. ſi cert. petat.* vtiq; iuriſdictio ad certam cauſam limitata, vlterius porrigi non poteſt cõtra intentionem eius qui iuriſdictionem cõceſſit, & judicem eiuſmodi conſtituit. Non obſtat quoque prima dubitatio. Nam vt communis habet ſententia, de qua tamen dubitat Hypolitus *ad d. l. fin. n.* 5. ea quę voluntariæ ſunt juriſdictionis, vt emancipare, adoptare, eligere, conferre, manumittere: vbique locorum, & extra territoriũ fieri poſſunt. *Iaſon & alij ad d. l. fin.* [*Gail.* 2. *obſ.* 39. *n.* 18. *Coſtal ad l.* 2. *ff. de offic. pro conſ.*] Sed ratio huius quæ ſit, non explicãt interpretes. Exiſtimo autem eam eſſe, quod in his nullum eſſe penitus verſatur præjudicium judicis, domini vel ſubditorũ territorij in quo ea fiunt, quandoquidem nihil in perſonas, aut in res eorum ſtatuitur, neque iudicialis cognitio exercetur, nemo citatur, nemo in jus trahitur, omnia favore quodam conſtant, & vel liberationem, vel libertatem, vel pietatem habent. Pari modo ſecunda dubitatio nõ movet. Quando enim dubium eſt, an ſit judex vel nõ ſit is qui citat, & ad judicium evocat: citatus comparere debet, ne judicem contemnere videatur, [*Gaili. obſ.* 16. *n.* 3. *& obſer.* 48. *nu.* 8. *& num.* 24. *& obſeru.* 73. *num.* 5.] ſaltem donec cognoverit ille, ſua ſit juriſdictio nec ne: [*Gail.* 1. *obſ.* 34. *num.* 1. 2. 3. *& obſ.* 48. *num.* 11. *& obſ.* 144. *num.* 4. *verſ. præterea.*] qua ex re ſe gravatum eſſe conqueri non poteſt, qui in jus vocatur: quandoquidem ſumptus & id quod intereſt, ab adverſario perperam in jus trahente conſequitur. [*Gail. d. obſeru.* 34. *num.* 4. *& ſeqq. & obſeru.* 137. *nu.* 6. 7.] Sed ſi maniſeſtiſſimum eſt judicem eſſe incompetentẽ, veluti ſi magi-

ſtratus Lovanienſis ſcholarum in ius evocaret : ſine pœna & impunè licet non comparere. [*Gail.1.obſer.31.num.4.& obſer.48.num.9. & obſer.119. num.7.verſ.ſed ſi.A.Fab.in l.3. de Iud.& in lib. 2.ff.ſi quis in 19.voc.*] Nec refert quod ex Iuſtiniano in contrariũ adfertur. Quia ſi *ad d.l.2.& Iaſon ad d.l.fin.* Baldo credimus, ea Iuſtiniani conſtitutio locum habet, quando vel rei vendicatio, vel poſſeſſorium iudicium, vel reconventio adverſus clericum inſtituitur, vel quando ad defenſionem eius, qui quid ab eo emit, agitur, quibus caſibus certum eſt clericum coram laico iudice iuri ſtare oportere. *in auth.clericos.C.de Epiſc.& clericis,*[*vide Gail. 1.obſ.37. num.4. & ſeqq.*] Et quod de decreto dictum eſt, vim non facit: propterea quod illic perſona principaliter cõſideratur, quæ ſubeſt iudici, ideoque iudex de bonis perſonę pupilli ſibi ſubiectæ ſi decernat, decretum illud per modum acceſſionis ad bona alibi ſita ſe extendit. *Hypolitus dicto loco,num.*187.[*Gal.2. obſeru.123.num.6.& obſer.130.num.24. Mynſing.in princip.Inſt.de legit.agn.tut.& in §.datus, infr. de exc. tut.*] Et quamvis decernat iudex poſſeſſionem in bona alibi ſita fieri oportere, non tamen ipſe, ſed iudex loci vbi bona ſita ſunt, in poſſeſſionem mittit, *d.l.1.à Diu.Pio.ff. de re iu.*[*Gail.1.obſ.113.num.6.& 2.obſ.130.n. 13.14.& 2.P.P.17.nu.35.*] Neque etiam obſtat tertia dubitatio. Ita enim valere decretũ exiſtimat Raphaël Cumanus, *ibi.* ſi ex eo præiudicium pupillo non generetur, aliaſq; etiam eidem pupillo adverſus magiſtratum aliter quàm oportet decernentem, & ipſum lædentem, proprijs actionibus proſpectum eſt. *l.1.ff. de magiſt.conuen.* Quod autem dicitur, ſententiam valere contra legem latam : tunc verum eſt, quando lex alia eam valere dicit, & expreſsè confirmat, *Barto in d.§.biduum.* non quando vlterius progreditur, & limites ſimplicis prohibitionis egreſſa, actum in contrarium factum non valere conſtituit. *l.non dubium & ibi Bald.& Salic.C.de legib.* Sed nec quarta dubitatio movere debet, nam propter bonum publicum pietatemque, & favore extirpandarum litium recipitur, quòd arbiter ſi dies compromiſſi alioqui expiraret, & diutius propagari non poſſet, die feriato ſententiam dicat, ne poſt longam litem veterem, re adhuc vt prius infecta, nova alia lis inſtituatur, *Alber.ad d.l.ſi feriatis.* excuſaturque proculdubiò arbiter, qui iudici aut ſuperiori debuit obedire, vulgarũque illud axioma iuris, quod multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, tunc locum habet quando vlterius id quod factum eſt, lex expreſsè ex cauſa confirmat. *Bald.& alij in l.non dubium C.de legibus.* [*vide Peck.de Iur.ſiſt.c.17. n. 5. & ſeqq.*] Sic quod nec quinta dubitatio movet, latiſſimè explicat Alciatus quem vide. *Alc.ad d.§.ſi quis ita.* Et quod vtile per inutile non vitiatur, verum eſt in his quæ ſectionem & diviſionem recipere non ſolent. [*vide Peck. infr.ad c.vtile*] Sententia autem eſt actus individuus, qui pro parte valere non poteſt, *l. vſuris l. placuit ff.de vſuris l.in hoc iudicio ff.fam. ercis.* Nihilominus tamen an ſententia deducẽtis lata, ad centum vſque valeat, res eſt magnę plena diſſenſionis, & in vtramque partem probabiliter multa adferri poſſent, de quibus apud Alciatum, Romanum, Iaſonem & alios plenè videre licet. *ad d.§.ſi quis.* [*v.Gail 1.obſ.110.in princ.*] Neque etiam obſtat ſexta dubitatio. Cui enim cauſæ cognitio committitur ; illi quoque ea quæ acceſſoria ſint, commiſſa eſt cenſentur, ne duplici iudicio, in his quæ vna ſententia vnoque iudicio peragi poſſunt, opus ſit[*Gail.1.obſ.35.n.8.& ſeq.& obſ.70.num. 2. vid. D.Peck.inf.in acceſſ.*] Septima quoque vim non facit, quia hoc ſpeciali odio raptorem inductum eſt, vt vbicumque capti puniri poſſunt, *d.l.vnica.* hodieque in his prouinciis vel rarò vel nunquam remiſſioni locus eſt, quia vbicumque capti ſunt, illic puniuntur. [*conſ. Gail.1.P.P.9.num.30.& ſeqq.*] Poſtremò nõ obſtat quod de ſententia excommunicationis dictum eſt. Non enim dicimus iniuſtam ſententiam excommunicationis validam eſſe, ſed à viro bono timendam eſſe, donec de iniuſtitia agnoſcatur, & talis declaretur. † Nam vt 10.
ait Canon, *d.c.quibus piarum mentium eſt ibi culpam metuere, vbi culpa non eſt*, propter magnitudinem periculi, quod ex eiuſmodi excõmunicatione imminet, cum dictum ſit Eccleſiæ, *gens & regnum quod non ſervierit tib, peribit & habere non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. B. Cyprianus lib. de ſimplicitate prælatorum.*

REGULA XXVII.

Scienti & conſcienti non fit iniuria, neque dolus.

1. *Sciens æquiparatur renuncianti.*
2. *Paria ſunt actum facere vel ei conſentire.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Dotes vxorum an confiſcentur ob hæreſim maritorum.*
5. *Pacto an fieri poßit id quod per legem fieri non poteſt.*
6. *Vidua alteri nubens dicitur triſtiorem reddere animam mariti.*
7. *Actio quando privato & parti non competit, an tunc competere poßit fiſco.*
8. *Pater an iniuriarum agere poßit, quas filius remiſit.*
9. *Cauſa plures cum concurrunt, quando vnam ex his adeſſe ſatis eſt.*
10. *Intellectus c.Odoardus, de ſolution.*
11. *Rationes dubitandi.*
12. *Ratio decidendi.*
13. *Perſuaſio doloſa plus eſt quàm violẽta coactio.*

14. *Paria*

14. *Paria ſunt per importunitatem concedere, & coactè concedere.*

VArij multique ſunt ſcientiæ & conſen-
1. ſus effectus. † Nam qui ſcit, æquiparatur renuncianti. *l. quamuis §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict.* citarique aut certiorari non debet, *c. eum qui infr. eod. Bald. in auth. ſi omnes C. vt ab hæred. abſti.* repelliturque ab allegatione erroris iuris aut facti, ideoque eſt, quod ſi cautio nullo iure peti poterat, & ſit à ſciente interpoſita, valet ac tenet, nec allegatio erroris admittitur. *l. fin. Cod. ad l. Falcid. l. damni §. cum pariete ff. de dam. infect.* [*Gail. 1. obſ. 51. num. 7. 8.*] Sic ſi hæres ſcienter promiſit ſeruum legatum, fugitiuum non eſſe: efficaciter obligatur, nec vlla admittitur erroris excuſatio, quaſi prius ad hoc non eſſet obligatus. *l. ſi legati & ibi Bart. ff. de leg. 1.* Sic etiam ſi prima obligatio ſit inefficax: ſecunda ſubſequens ſcienter facta, omni erroris propoſitione reiecta, valet & tenet. *Iaſon. & alij ad l. ſi dati de verb. oblig.* Rurſum qui conſentit, ius ſuum remittere, donareque videtur. *Bald. ad l. 2. C. reſcin. ven.* Et ideo patronus conſentiens donationi factæ à liberto: *l. non videtur ff. ſi quid in fraud. pat.* filius conſentiens patri omnia ſua bona donanti, *l. 2. C. illo tit.* vel eam in feudum concedenti: *c. Titius filius ſi de feudo controuerſia fuerit.* ſubſtitutus cõſentiens vt alienentur ea quæ reſtitutioni ſubiecta ſunt: *l. ſi fundum ff. de legat. 1.* contrauenire non poteſt: [*vide Gail. 2. obſ. 139. num. 11.*] quia qui conſentit, iura ſua perdit, *l. cum quidam C. de admi. tut.* † pariaque ſunt, actum aliquem
2. fecere, aut ei conſentire, *l. quoties C. de fideicommiſ.* Vtriuſque verò, ſcientiæ ſcilicet & conſenſus, vis atque poteſtas in hoc noſtro capitulo relucet: quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria neque dolus. Quapropter licet in inueſtitura & renouatione feudali, ſi dominus vltra veterem modum ſuos vaſallos grauet, permitti hoc ei non debet: *l. cum ſatis C. de agricol. li. 11. Cardinal. conſ. 12.* [*vide Gail. 2. obſ. 49. n. 2. & ſeqq. & obſ. 50. nu. 15. & obſ. 159. nu. 3. verſ. feuda. & 2. Pac. pub. 13. num. 3. 4.*] iſtud tamen non procedit, ſi vaſalli talem recognitionem ex certa eorum ſcientia feciſſent. *Bald in l. fina. C. de ſuis & legit. Alciat. conſ. 118. num. 5.* Sic qui conſentiunt arbitro, vt alteram partem grauare poſſit, conqueri nequeunt, *Corneus conſ. 168 num. 3. lib. 1.* niſi enormiſſimè grauare cœperit. [*vide Gail. 1. obſeruat. 150. num. 8. & ſequentib.*] Sic qui conſentientibus creditoribus à debitore in fraudem creditoris bona ſua alienante, quid emit: aduerſus reuocatoriam actionem defenditur: quia non fraudantur qui conſentiunt. *l. qui autem §. præterea ff. quæ in fraud. cred.*

3. † Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, etiamſi quis vltra dimidium per ſuam ſcientiam & ſuum conſenſum deceptus eſſet. Recepta eſt enim interpretum ſententia, exiſtimantium, quod remedium libro ſecundo C. de reſcind. vend. non competit venditori ſcienti verum valorem rei ſuæ, etiam ſi ſit deceptus vltra dimidium iuſti precij. *Doct. ad l. 2. C. de reſcind. vend. Alexãd. conſ. 125. lib. 5. Decius conſ. 583.* [*Gail. 2. obſeruat. 29. num. 11. vide Pinell. in d. l. 2. p. 1. c. 2. nu. 11. & ſeqq.*] Quia ſcienti dolus non infertur, & ille qui facit valorem rei ſuæ, videtur partem vendere, & partem donare. *l. ſi quis donat. ff. de cont. emp.* Et ſicut dolus ex propoſito non infertur ſcienti: ita nec dolus re ipſa, adeo vt eiuſmodi emptor, iuſta bonaque conſcientia rem illam retinere poſſet.

Secundò amplia hanc regulam, vt locum habeat, etiamſi aduerſarius fraudandi animum habuerit, & verè decipere inſtituerit: quia ex parte agentis, non ex cauſa aut mente poſſidentis hæc metiri oportet. *l. 1. ff. ſi pars hæred. pet.* Et ideo qui ſcienter rem alienam à fure comparat, ſi dominus rei eam repetat, de euictione aduerſus furem non agit. Nam ſi furi obijciat quod & ipſe ſciuit alienam eſſe, replicabit ille, & tu quoque ſciuiſti alienam eſſe, & in pari cauſa culpæ, potior eſt ille qui defendit. *l. idem l. ob turpem ff. de cond. ob turpem cauſ.* Quod verum eſſe intelligit Tiraquellus *de retract. conuention. ad finem tit. num. 46.* etiamſi ſpecialis ſtipulatio euictionis interceſſiſſet. *l. quemadmo. C. de agr.* Tertiò amplia vt locum habeat, etiam ſi vis amoris ad conſentiendum quem impulerit, & licet de præiudicio dotis agatur, Communis quidem regula eſt, eum leuius eſſe puniendum (ne dicam impunitum relinquendum) qui præ nimio amore deliquit, veluti ſi nõ ex animi ſententia, ſed furore amoris concitatus quid admiſit. *latè Tiraquellus in tractatu de pœnis temper. cauſa. 5.* quapropter Oldradus *conſil. 210. incip. regulariter Tiraquellus de tempe. pœnis cauſa. 4.* aliquẽ excuſat tanquam furioſum, qui vt quadam virgine potiretur, quam deperditè amabat, arte magica imagines ad eam rem (vt ipſe putabat) accommodatas confecerat, dæmoneſque inuocauerat: [*vid. Gail. 2. obſ. 110. num. 23. Farin. in qq. crim. tit. de pœn. temp. q. 98. n. 91. & ſeqq. Caualc. deciſ. 26. lib. 5. Cothman. vol. 1. reſp. 133. nu.*
14. & ſeqq.] † Tamen ſi mulieres vel vi amo- 4.
ris adactæ vel aliter cum viris quos hæreticos tunc ſciebant, matrimonium contraxerint, dotes earum vna cum bonis maritorum confiſcantur: [*Gail. 2. obſ. 84. n. 4.*] quia ſcientibus & his adhærentibus non fit iniuria neque dolus. *c. decreuit ſupra de hæret. li. 6.* Sic & ea quæ non de dote amittenda, ſed de lucro antenuptiali acquirendo certat, propter cõſenſum & ſcientiam excluditur *Corneus conſ. 36. lib. 3. gloſ. & doct. ad ca. 2. de donat. inter vir. & vxo.* Nec obſtat, quod vxor expreſsè non poſſet doti per pactum renunciare, *Bart. & alij ad l. iubemus C. ad Velleia.* quodque bona ſit argumentatio à pacto ad legem. *d. l. fin.* † Quia licet verum eſt
quod 5.

quod per actum fieri non poteſt, id quod per legem fieri nequit: tamen è diverſo multa per legem fiunt, quæ in pactum venire non poſſunt: *latè Præſes in loco de facto ad legem.* [*Gail. d.obſ.*84.*num.*5.6.7.*&* 2.19.*nu.*4.5.]quia major eſt potentia legis quæ omnibus imperat conventionibus, quàm hominis paciſcentis qui legi ſubjacet, & ſeruit. Quartò amplia, quod ſicut ſcientia & conſenſus præjudicat vxori in dote,ita etiam præjudicat filio in legitima,quę doti æquiparatur.*Præſes in loco à dote*.Nam ſi filius ſcienter renunciavit ſuæ legitimæ ſibi competenti, ſeu ſupplemento eiuſdem:non poteſt dicere ſe iniuria affectum eſſe & pœnitere. *Iaſ. ad l.filiusfa.* §.*divi.*2.*lect.col.* 16.*ff.de leg.*1.*Bart.ad l.Titio centum* §. *Titio genero ff.de condit.& demonſt.*Sicut nec tunc quoque quãdo renunciavit querelæ inofficioſi teſtamẽti,*Bald.& Alex.in l.fin.C.de repud.hæred.* de quo tamen cum alijs quibuſdã dubitat quidam, quẽ vide *latè Guilielmus Bened.ad c.Raynutius in* 2.*parte in verb. Mortuo itaq;* 2.*n.*137. [*vid.Gail.*2.*obſ.*120.*n.*12.*verſ.& hæc.*]Quintò amplia vt conſentiẽs, nec ad precium rei alienatæ agere queat.Ut ſi liberti conſentiant hęredi patroni, alienanti rem eis relictam: precium illius poſtulare non poſſunt. *in l.qui poterat per l. ita tamen* §. *ſi patronus ff. ad Treb.* Quod & de domino qui conſentijt vaſallo aut emphiteutæ feudum ſeu res emphiteutas alienanti,*l.codicillis* §.1 *ff.de leg.*2. Baldus & Immola reſponderunt,*ad l.dotalem ff.de ſolut.mat.* Quæ res tamen ſcrupulo non caret,propterea quod ſatis videtur operari conſenſus in eo, quod res ipſa alienatur.[*Gail.*2.*obſ.*19.]*l.mater tua C. de rei vend.* erga quam (quia fortè fuit maiorum,& quia avita eſt)magna ſæpè dominorum eſt affectio, ob quam affectionem ſolã minor reſtitui poteſt,*l.ſi emptionem ff.de minor.* & in qua vniverſum ius retractus fundatur, iuriſque proprij remiſſio ſtrictè accipi debet, *l. cum de indebito ff. de probat.* Quamobrem in eorum ſententiam proclivior ſum, qui exiſtimant, non cenſeri pretium remiſſum, niſi aut non poſtea,ſed ab initio conſenſus accedat,aut niſi aliæ coniectiones appareãt, ex quibus hoc actum videri poteſt, vt eſt conjunctio ſanguinis,vel quia nulla neceſſitas alia ſubeſt, vel ſi quid his ſit ſimile, *Iaſon latè ad l. ſi fundum ff. leg.*1.eaque ſententia aperto quoque iure probari videtur.*d.l.mater tua C.de rei vendic.*Sextò amplia quod iſta iniuria non ſolùm allegari non poteſt ab ipſo conſentiente, ſed nec ab eius prolibus, licet hæredes eius non ſint, & quorum intereſſe poſſet,conſenſum illum pręſtitum non eſſe.Mulier enim ad ſecundas nuptias tranſvolans, jure civili Romanorum lucrum omne amittit, teneturque illud prioris thori liberi reſervare.*l.feriæ Co.de ſecund.nupt.* quippè quod præter lubricitatis præſumptionem,iniuria afficit maritum, & (vt Juſtinianus cenſuit:) † triſtem reddit animam eiuſdem,§.*quia vero in auth.de nupt.*Unde ſi maritus moriens vxori conſentiat vt alteri nubat, & ſic iniuriam illã remittat: liberi illius amplius eam obijcere non poſſunt, *latè Ro. conſ.* 219. [*Gail.*2.*obſ.*98.*n.*18.*Peck.*2.*de teſt.cõ.vlt. n.*12.*verſ.limita Sextò*]tametſi eorum intereſt, iniuriam illam non remitti, & ſecundas nuptias impediri: quippe quod vidua ad alienas nuptias convolans, vt plurimum non ſolùm bona, ſed & vitas quoque prolium ſuarum priorum,novis maritis addicit. *l.lex quæ C. de adminiſt. tut.*[*vid.Peck.*1.*de teſt.con.*3. *& c.*43. *n.*3.]Septimò amplia, vt locum habeat etiam ſi lex prohibitiva, vel legis prohibitio concurrat: Vt ecce, lex prohibet hominem liberum vendere, quia non tam ſuus quàm reipublicæ eſt,*l.liberi hominis ff.de contr.empt.*Is verò qui eum vendit,iniuriam facit, tametſi vẽditio non ſubſiſtat. *l.*1.*ff. de iniur.* niſi tamen ſcientem & conſentientem vendiderit. Tunc enim iniuriarũ non tenetur conſentienti §.*vſque adeo d l.*quamvis legis prohibitio accedat: quia lex quæ venditionem prohibet, conſenſum & iniuriarum remiſſionem non vetat: & quamvis conſentiens iniuriarum agere nequeat:judex tamen pro intereſſe publico agere poterit: *Bart.ibi.*quia talis conſenſus impedire poteſt,ne ius conſentienti quæratur: non autem impedire poteſt,ius reipublicę quęrendum.*l.iuriſgentium.*§.*ſi paciſca ff.de pact.& ibi. Bart.* Sed in contrarium vehementer vrget, quod Salicetus,*in l.eos ff.de furtis.*Cæpolla *cõſi.*59. & alij tradiderunt, † quod vbi non naſcitur parti actio civilis,ibi nec reipub competit actio vel inquiſitio criminalis. Ideoque Alexander *conſ.*207.*l.*2. ait quòd quando cõſtat judici nullum jus competere agenti,debet ſuperſedere & illum repellere:qua de re latius agit Hypolitus.*ad l.vnicam num.*17.*C.de raptu virginum.* [*vide Gail.*2.*obſ.*17.*num.*3.*&* 2.*P.P.* 12.*num.*13.*& de pign.obſ.*5.*num.*12.] Sed hãc Saliceti, Cæpollæ & Hypoliti ſententiam eo dumtaxat caſu veram eſſe crediderim,quando omnino nulla actio parti nata fuit,aut propter legis reſiſtentiam naſci non potuit,quia ſi lex, quæ vinculum eſt publicæ tranquillitatis,rem adeo vilem habet, vt parti actionem non tribuat: multò minus publica vindicta dignam cenſet,quod & Bartolus licet obſcurè, videtur voluiſſe:*conſ.*100.*incip.A domino num.*4.Cæterùm quando lex cõcedit actionem in privato homini læſo, eamque læſionem vlterius ad aliorum exemplum publicè coërcendam ſtatuit: tunc privata læſionis & iniuriarum remiſſio, non tollit fiſco vindictam publicam:*l. agraria ff. de termino moto.* nam cum interſit reipub. ne crimina maneãt impunita:*l.ita vulneratus ff.ad l.Aquilam.*ius publicum pactis privatorum mutari non poteſt.*l.jus publicum ff.de pactis.*[*vid.Gail.*1.*P.P.*11.*nu.*20.*& ſeqq.& cap.* 20.*num.*25.*verſ.idque &* 2.*P.P.*6.*nu.*56. *Connan.*5.*cõment.*7.*ante num.*3.*latè Farin.li.*1.*tit.* 2. *quæſt.*

2.*queſt.* 13.*&* 14.*per tot.*]Sicut nec aliis præiudicat hic conſenſus, qui ex iniuria illa læſi ſunt.

8. † Vnde ſi filius iniuriam ſibi factam remittat: pater qui non remiſit & cui per iniuriam filio illatam,iniuria facta eſt,iniuriarum agere poteſt:*d.§.vſque adeo.Ang.in tract. maleficiorum in verb. contra voluntatem.* quia res inter alios acta aliis non præiudicat.*l.ſæpè ff. de re iud.* Et in ſimili videmus, quod iudex à limine Iudiciorum repellere poſſet eum, quem pars ipſa reiicere nõ poteſt,*An.de Butrio in c.cum dilectus de conſue. Barbat.con.*64.*in fi.lib.*1.Octauò amplia hanc regulam, etiam ſi cauſa in conſenſu expreſſa non fuerit vera, modo tamen ſine ea cauſa æquè conſenſus pręſtitus fuiſſet,vt ecce: Si cum frater meus & inops eſſes, perſuadere cœperis mihi,te negotia mea diligenter curaſſe,& ego propterea eaque cauſa expreſſa aliquid tibi dedero. Si poſtea comperta rei veritate,inuenero te negotia mea nõ geſſiſſe,ideoque quod dedi repetã:tu obiicere poſſes, cauſam quidem donationis veram non eſſe, ſed tamen ſine ea me tibi fratri meo inopi & egeno,daturum fuiſſe, & ob id mihi conſentienti & donanti nullam iniuriam factam eſſe, *l. in ſententia §.id quoque ff.de condic.indeb.*Quia vnã ex cauſis pluribus coniunctim requiſitis,ſufficit eſſe veram. *ca.iam dudum de præbend.*

9. † Quod tamen intelligo,quando hæc cauſa quæ expreſſè fuit.non fuit principalis: quia ſi ex duabus rationibus altera expreſſa & principalis ceſſat aut falſa ſit, altera non expreſſa non ceſſat:diſpoſitio & donatio corruit. *Tiraqu. in lib.ceſſante cauſa.limit.* 22.*nu.* 19.Nonò amplia, vt obtineat ſiue ſciat,ſiue ſcire debuit: quia hæc ſũt paria *l.quod te ff. ſi cert.pet.*habeturque pro ſciente non ſolũ is qui ſcire nolit. *l.qui contra C.de inceſt.nup.* verũetiam qui ſcire potuit aut debuit,*l.qui cum alio ff.eod.*diceturque affectata ignorantia quæ pro ſcientia reputatur.*l.regula ff.de iuris ignorantia*[*vide latè Pec.ſupr.ad c.ignor.& infr.ad c.præſumitur& in c.qui contra n.*5.*& in c.certus n.*4.*circ.fin Gail.*2.*ob.*48.*n* 15. *& ſeq.*] Et ideo ſi quis paciſcitur hæreditatem futuram, & hæres non ſcribitur iuxta pactum:non poteſt dicere ſe iniuria affici quia ſcire debuit hæreditatem pacto dari non poſſe.*l.cum donat.C.de tranſact.*Et tutor honorarius qui non adminiſtrat, ſi adminiſtrantem malè contutorem nõ accuſat,rectè conuenitur abſq; iniuria,nec excuſatur,ſi ſe ignoraſſe dicat,quia ſcire debuit,*l.quod ſi forte § ſunt aliqui ff.de ſolut.* Nullaq; paſtoris excuſatio eſt,ſi lupus oues deglutiat,& ille ſe neſciuiſſe dicat.*c. ſubeſt.c.adverſitas* 7.*quæſt.*1.Sic & is qui aliquẽ verberari mandat, licet proteſtetur quod eum interfici aut mutilari nolit: ſecuta morte vel mutilatione tenetur: quia ſcire debuit quod verbera non dantur ad menſuram, & quod primi motus hominum non ſunt in eorum poteſtate,adeoque lex in odium criminis, cum conſenſiſſe præſumit. *in fi. de homicid.hoc lib.*6. Decimò amplia, ſiue verè ſciat,ſiue præſumptiuè,ſiue expreſsè conſentiat ſiue tacitè.[*conſ. Gail.*2.*obſ.*98.*nu.*22.*D.Peck.infr.in.c.qui tacet. per tot.*] Iniuria fit patri, ſi ius abſque venia vocetur.*l.*1 *ff.de iniur.l.*1.*Cod.de in ius vocando.* Si tamen vocatus veniat, & non excipiat de venia non impetrata,atq;reſpondeat: iniuriam ſibi factam allegare nõ poteſt:quia tacitè conſentit non excipiendo. *l. quamvis & ibi Iaſon. num.*1.*ff.de in ius voc.*Sic ſi is cui pleno iure res reſtituenda erat, patiatur vſumfructum penes alium eſſe,non fit illi iniuria:quia cenſetur tacitè conſenſiſſe,quod nõ pleno iure res ad eum perueniret.*Anchor.conſ.* 180.Quam ampliationem Romanus quoque in materia ſocietatis eleganti exemplo demonſtrat.*conſ.*475.Vndecimò amplia hanc regulam vt procedat, ſiue præcedat ſcientia & conſenſus, ſiue ſequatur, *Pariſ. conſ.* 49. *n.* 44.*li.*1.quia quando minor maior factus ratificat contractum dolosè geſtum in minore ętate,&tempore ratificationis habet notitiam & ſcientiam doli præteriti qui interuenit tempore contractus celebrati:tunc videtur confirmare illum contractum, & remittere omnem iniuriã,omnemq; dolum preteritum, necdum præſumptum, ſed etiam verum.*l.*1.*& ibi Bar. Sal.Caſt.C.ſi maior factus.* Cæterum hæc cum dico, reſpicio ad effectum iniuriarũ:quia conſenſus poſtea accedens tollit omnem actionem iniuriæ & doli,effectumque eorundem.Nam alioquin in veritate iniuria facta & dolus commiſſus eſt, licet læſus poſtea conſentiat,& ſic intelligere oportet id quod Gloſſam imitatus Dynus cenſet, ſcientiam & conſenſum præcedere debere.Poſtremò quoque locum habet in penſionibus eccleſiaſticis, & ad ſecluſionem beneficiorum iuris. † Clericus ſi non habet vnde ſoluat,ex- 10.
communicari aut moleſtari non debet, ſed præſtat cautionem de ſoluendo, quando perueniet ad meliorem fortunam *c. Odoardus de ſolutionibus.*Quod ſi tamẽ conſentiat in impoſitionem penſionis eccleſiaſticæ, eamque ex fructibus beneficii ſoluere iurauit, non poteſt allegare iniuriam ſibi fieri, ſi à beneficio illo iuris communis & non ſoluendo, excludatur: *Gomeſ.ad regu.Cancell.regul. de vtriuſque ſignatura compend. in fi.verſ.eſt tamen vnum.* qua de re plura Caſſiodorus, *de reſcript.deciſ.*11.*& de penſionibus deciſ.*1.

Scienti & conſentienti. Hic obſerua,copulatiuę ſcientiam & conſenſum requiri. Interdum enim ſcienti fit iniuria, ſed reclamanti & proteſtanti.Interdum fit ſcienti, tacenti & ferenti ſed non conſentienti: quia contradicere non audet propter metum aduerſarij. Interdum denique fit conſentienti ſed non verè intelligenti, & quid agat ſcienti. Ideoque *Homilia* 51.*in* 27.*c.Matt.*in ſimili Chryſoſtomus,prudentem vocat non ſcientem, & doctum,ſed ſenſatum menteque acutum,qui po-

teſt

teſt rerum cauſas ponderare, omniaque rationabiliter agere,vt ab hac regula prodigi atque impuberes ſecludantur,qui id quod agunt aut in quo conſentiunt,non intelligunt.*l.ſi.de jur. ignor.* Porrò autem qui hæc duo adeſſe dicit, probare debet: quia præſumitur ignorantia niſi ſciẽtia probetur,*c. præſumitur infra eod.*[*& ibi D. Peck.*] præcipuè in his quæ contra jus fiunt.*Bald.in d.l.cum donationis.*

11. † Ratio dubitandi erat. Primò ex eo,quod raptor virginum capite punitur, etiam ſi virgo ante ſciat & conſentiat, *l. vnica C.de raptis virgin.l.raptores Cod.de epiſc.& cler.* Secundò ex eo, quod monialis quæ vltro & ſponte habitum deſeruit,& propria authoritate receſſit à monaſterio,petitque reſtitui, & moniales nolunt eam recipere, eo ipſo intelliguntur eam ſpoliaſſe:& ideo agere poteſt poſſeſſorio recuperandæ, vt recipiatur & alatur, quantumuis obiecerint ei moniales, quod eam non ſpoliaverint aut injuria affecerint, cum ſciens prudensque monaſterium egreſſa eſt, *cap. pervenit & ibi gl.27. quæſt.1.cap.quidam monachi.2.placuit.16. quæſt. 1.* Tertio ex eo, quod qui expreſsè injurias remittit, non per hoc intelligitur remiſiſſe damna,expenſas,& id quod intereſt. Vnde qui vulneratus fuit ab aliquo, cui remiſit injuriam, poteſt nihilominus repetere expenſas in curationem vulneris factas, niſi id expreſſim quoque remiſſum ſit.*Iaſon ad l.1. num.16 ff.de pactis.* Quæ cum ita ſint:videtur per conſenſum injuria non eſſe planè remiſſa, cum hæc omnia propter injuriam petantur. Quartò ex eo,quod ſi mulier 25.annis,volens ſciensque adeat damnoſam hæreditatem, poteſt nihilominus tamquam injuriam & dolum paſſa,reſtitui, *l. ſi mulier §. ſi metu ff. quod met. cauſa.* Quinto ex eo, quod qui animo injuriandi clericum in ſacris conſtitutum & conſentientem percutit, non minus propterea incidit in ſententiam excommunicationis. *cap. cõtingit.de ſent.excom.* Sextò ex eo,quod Princeps aliquid alicui conſentiens vel concedens, dolum & injuriam allegare poteſt: Poſtremò ex eo, quod ſi ſeruus ab aliquo perſuaſus ſit, vt domino furtum faciat, injuriarum agere dominus poteſt, etiam ſi ſciat & conſentiat,*l. 1.C.de pet. bon.ſublat.*

12. †Ratio decidendi eſt, quòd ſi iniuria verbis illata facta ſit, cenſetur is qui conſentit & non reclamat, generoſa animo tanquam falſam negligere & contemnere. Si autem vera ſit,aut re fiat, cenſetur pio & Chriſtiano animo remittere. Non obſtat prima dubitatio, quia voluntas mulieris raptæ non eſt libera & ordinata, ſed doloſa perſuaſione nequiſſimi raptoris verè aut prҿſumptivè exorta.*l.ſi quis ſervo C.de furtis.*†Perſuaſio autem doloſa,plus
13. eſt quàm violenta coactio, *l.1.§.perſuadere ff. de ſervo corrupto.* ideoq; Ovidius Junonem increpat quod Caliſtonem à Jove vim paſſam in vrſam mutaverit, dum ait:*lib, 2.Faſtorum.*

Quid facis invito pectore paſſa Iovem?

Sed quoniam ſubinde etiam mulier virilem animum ſumens,& furore amoris excitata,virum rapit, *Doct.ad l.raptores.* quo caſu iam dicta ratio ceſſat: Salicetus *in d. l.vnica circa finem.* aliam rationem magis generalem adijcit, ſcilicet, quod maximè ponderandum eſt ex raptu etiam ſi mulier conſentiat, multa mala ſequi poſſe,velut cædes & homicidia:dum parentes & conſanguinei raptҿ mulieris,qui gravi iniuria afficiuntur, ad arma contra raptores concurrunt,& vniverſã rempub. commovent, adeò quod propter hҿc omnia conſenſus raptҿ non conſideratur. Neque etiam movet ſecunda dubitatio. Nam vt eleganter reſpondet Dominicus Geminianus *conſ.290.*& Speculator *in tit.de actio.verſ.item excipitur.* vbi ex renũciatione vel conſenſu, renuncians aut conſentiens contraheret peccatum,vt certè cõtraheret profeſſa monialis,ſuâ authoritate monaſticam vitam deſerens: tunc favore animæ regula noſtra locum nõ habet. Nec abſimile eſt, quod maritus poteſt vxorem fornicariam & adulteram à ſe repudiatam,invitam rurſum ſibi reconciliare favore animҿ,ne vel ille alienis hæreat amplexibus, aut ne illa diutius in peccato perſeveret, *gl.in c.ex literis de divortiis & in c.ex literis de reſti.ſpoliat.* Tertia quoque dubitatio non pugnat: quia remiſſio juris cuiuſque ſtrictè intelligenda eſt,*cum de indebito ff.de probat.* ſatiſque eſſe debet, quod nihil acquirat vel petat nomine iniuriarum qui læſus fuit,etiam ſi non prҿterea damnum ſuſtineat,& impenſarum facturũ iacturam ſubeat.[*Gail. de Arreſt.c. vlt.n. 7. 8. Meynſ.4.obſ.10.*] Nec magis vrget quod quarto loco etiam objicitur: quia voluntas mulieris adeuntis coacta fuit non libera, & quamuis ſecundum rigiditatem iuris, voluntas coacta ſit voluntas, propterea quod non reſtitit qui voluit, ſed à metu ſuperatus, & tacens paruit:æquitas tamen ſuccurrit metum paſſo,vt ſaltem reſtituatur beneficio clauſulҿ generalis edicti prætorij: *Si qua mihi iuſta cauſa videbitur. Mantuanus ad l.nihil tam conſenſui ff.hoc tit.*[*Gail.2.ob.93.n.4.5.vid.D.Peck.infr.in.c.in argũ.*] Sed nec quinta dubitatio movet,quia clericus ea quæ fauore ordinis clericalis primariè introducta ſunt, remittere non poteſt.*Felyn.in d.c.contingit.*[*Gail.1.ob.37.n.1. & ob.40.n.7.& 1.P. P.1.nu 17.*] quemadmodum nec poſſet quis conſentire, vt manus ſibi per iniuriam amputaretur, quippe quod nemo eſt dominus membrorum ſuorum,& non tam noſtri ſumus quàm reipublicæ,*l.liber homo ff. ad l.Aqui.*[*conſ.Gail.2.P.P.2.nu.13.& ſeqq. & c.5.ſub.num.4.*] ideoque infirmus ſi in domo ruinam minitante exiſtit:etiam inuitus extrahitur.*cap.ipſa pietas 22.quæſt.4.* Præterea non obſtat ſexta dubitatio:quia quæ per importunitatẽ à Principe conceſſa ſunt, non cenſentur libera voluntate conceſſa,ſed coacta eſſe dicũtur:qui paria ſunt per importunitatẽ concedere

& coa-

& coactè concederet. *c. audacter 8.q. 1.l. ſi privatus ff. qui & à quib.* [*vide Gail. 2. obſ. 5 8. per tot.*] Poſtrema quoque obiectio ſcrupulum non facit, quia ibi dominus ſciebat quidem & conſentiebat, non ſimpliciter, ſed ſolùm vt experiretur malitiam ſuaſoris, & vt ſceleratum eius propoſitum ad effectum perduceretur: adeoque vt commodius & tutius cum improbo ſuaſore aut furti aut iniuriarum aut ſervi corrupti agi poſſet. *Maynerus ad l. nemo videtur fraudare num 7. ff. eod.*

REGULA XXVIII.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ſunt ad conſequentiam trahenda. [*Iunge c. in argum. infr. & ibi D. Peck.*]

1. *Interpretatio illa optima eſt, cum jure communi maximè convenit.*
2. *Leges Romanorum æquiſſimæ & dignæ quas omnes ſequantur.*
3. *Præter jus quæ fiant.*
4. *Legiſlatores multa cõſultò omiſerũt, & quare.*
5. *Contra jus quæ fieri dicantur.*
6. *Exorbitantiæ à jure quæ ſint.*
7. *Ampliationes ad hanc regulam.*
8. *Princeps confirmans certa quædam privilegia, videtur reliqua reprobaſſe.*
9. *Principis beneficium quando ſit latè interpretandum.*
10. *Rationes dubitandi*
11. *Conſuetudo vicinorũ locorum an attendenda.*
12. *Rationes decidendi.*
13. *Conſuetudo an extendatur ad locum vnitum.*
14. *Reſtrictiones ad hanc regulam.*

OMNIS interpretatio ſic facienda eſt, vt quantum fieri poſſit, nulli ſit oneroſa.
1. Id verò fieri non poterit aliâ ratione commodius, quàm ſi omnia ad jus commune reducantur. *c. cauſam quæ de reſcript.* [*v. D. Pec. ſupr. ad c. odia, cum inibi concord.*] Nam id minimè oneroſum naturaliter omnibus videtur, quod cum multis habemus commune. † Et hoc jus
2. commune quod tantis vigilijs cogitatum atque inventum eſt, *l. ſi quando C. de inof. teſtam.* adeo bonum & æquum ſemper viſum fuit omnibus, vt hi quos Romani Imperij leges non tenent, hoc ipſum jus tanquam æquitati naturali maximè conſentaneum, libenter ſequantur, & vbique probent, ſuaſque leges per hoc interpretentur. Meritò igitur dictum eſt, quod ea quæ ad hoc jure exorbitant, non ſunt ad conſequentiam trahenda. Quoniam verò huius verbi, *exorbitare*, frequens eſt apud noſtros juris interpretes mentio, exiſtimeturque à quibuſdam non ſatis eſſe receptum: pauca quædam præmittam, quæ rei huic tam obſcuræ, & nimia brevitate interpretationis cõtractæ lucem aliquam adferre poſſint. Ea igitur quæ extra jus commune poſita ſunt, vel ſunt præter jus vel contra jus, vel exorbitant à jure. † Præter jus ſunt ea, quæ in ſpecie à jure 3.
communi vel à lege non ſunt definita. Philoſophia & ratio naturalis dictat hoc eſſe honeſtum, illud turpe. Sed non omnia poſſunt ſigillatim legibus comprehendi. Partim quod humanarum actionum vis & natura non eodem modo ſemper ſe habet, ſed & varia & mutabilis, partim quod nemo tanto judicio præditus eſſe poſſit, qui omnia quæ poſſunt accidere queat prævidere & quaſi divinare. † Ideo- 4.
que qui legibus deciſa non ſunt, judex ex his quæ deciſa ſunt, ſtatuet, & de ſimilibus ad ſimilia procedet. *l. non poſſunt ff. de ll.* † Contra 5.
jus commune ſunt, ea quæ vim & effectum eius vniverſum tollunt aut ſuſpendunt: *l. nam vt Pedius & l. ſeq. ff. de ll.* veluti ſi Princeps ſuperiorem non recognoſcens Cæſarem, mandat jus commune in aliquo articulo per regna ſua non ſervari, ſed penitus aboleri. Sed ſi ſtatutum fiat contra jus commune, hoc ſtatutum non tollit jus commune: quia jus commune ſublato illo ſtatuto aut fortè iterũ antiquato, ſtatim redit in locum ſuum priſtinum, & potius dicitur ceſſare quamdiu durat impedimentum ſtatuti, *Salomonius ad l. omnes populi ff. de iuſtit. & jure.* vel contrariæ legis municipalis, quam extingui. † Exorbitant ve- 6.
rò ea quæ non ſunt omnino contra jus, nec præter jus, & quando in totum jus non abrogatur, ſed in aliquo ei derogatur, *Aymo in tracta. de antiquit temporis 4. parte num. 15. Corn. conſ. 174. libro 4. Riminal. inſtit. de donat. in princip. num. 124. & ad §. primum. num. 543. eod. tit.* cuiuſmodi eſt materia diſpenſationis, quæ non fit contra jus, nec præter jus, ſed limitat tantummodo atque reſtringit jus commune, vt in illo caſu non procedat. Unde ea quæ nos hic exorbitantia vocamus, alij limitatoria appellitant, quod intra certos limites communem regulam juriſque communis diſpoſitionem coërcent. Quo fit vt Jaſonis ſententiam minimè probet Alciatus. *l. 2. de verb. ſignificat.* inter has voces differentiam conſtituentis. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matr.* Quia inquit, *quidquid derogat legi, eamque reſtringit & limitat, exorbitare decitur, quaſi ab orbita, id eſt, à communi & lata via deflectat.* Vnde & Auguſtinus. *lib. 9. de Ciuitate Dei c. 3. Nihil approbantes,* inquit, *quod exorbitet ab itinere ſapientiæ.*

Quam explicationem & Tiraquello quoque placuiſſe video *ad l. ſi vnquam ad verbum libertis num. 17. Co. de reuoc. donat.* Et hæc quidem exorbitantia non ſunt ad conſequentiam trahenda. Ex quo etiam profluit argumentatio à ſpeciali, quæ hoc modo concipitur. Si ſpeciale eſt in tali caſu, ergò in contrarium illæſum manet ius commune. *ius ſingulare ff. de ll. l. 1. ff. ad municipales* [*cõfer. Gail. de pig. obſ. 14. n. 2.*] Hino

2.] Hinc quoque naſcuntur varia juris axiomata. Videlicet; quod caſus omiſſus remanet in diſpoſitione juris cõmunis. *l. commode ff. de l. & poſthu.* [*vide D. Peck. ſupr. ad d. c. odia. cum inibi con. Gail. 1. ob. 121. n. 1. & de Arreſt. ca. 11. nu. 1.*] quod ceſſantibus verbis privilegij, privilegium ceſſat: *d. l. jus ſingul.* [*Gail. d. lo. n. 2. v. Peck. ad c. privileg. cum inibi concord.*] quod ex diverſis non ſit illatio: *l. Papinianus ff. de minorib.* [*Gail. de pign. ob. vlt. ſub n. 4.*] & ſi quæ ſint ſimilia. Ex qua regula & illud quoque inferri ſolet, quod ſtatutum quo cavetur, vt per edictum quis citari poſſit: extra caſum ſuum non trahitur. *Rota deciſ. 367. in novis.* Rurſum quod poteſtas diſſolvendi matrimonium per ingreſſum religionis, non extenditur ad eum qui ſacerdotium ſuſcipere & in ſeculo manere velit, *cap. ex publico de converſ. coniugat.*

7. † Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, etiamſi eadẽ ſubſit ratio. *gl. in ca. conſtitutus de regu. jur. in 6. Calcaneus con. 1. n. 12.* [*v. Peck. ſupr. in d. c. odia num. 3. & ibi concord.*] & licet materia ſit odioſa, vt cum lex patri filios filiáſve, victus ſeu famis cauſa vendere conceſſit. Non enim alia ex cauſa fieri id poterit, quamvis ſimilis alia premat neceſſitas, *glo. ad lib. 2. C. de patrib. qui filios diſtrax.* Ideoque exiſtimat Alciatus *lib. 2. de verb. ſignif.* de iure nõ licere patri, quantumvis Principi, filium ſuum invitum hoſti obſidem dare, vt ſe redimat. Hinc eſt quod patri datur jus occidendi adulterum ſimul cum filia, quam in poteſtate habet. Patri verò qui ipſe filiusfam. eſt, adeoque in ſacris ſuis filiam non habet: ea licentia non datur. *l. patri ff. de adulte.* Cum tamen eadem ſit ratio iuſti doloris in vtroque, quem dolorem patria poteſtas, quæ civilis eſt, non eximit.

Hinc etiam eſt, quod nominatio ad prælaturas Principi conceſſa vno loco, non porrigit vim ſuam ad alium locum, niſi nominatim hoc cautum & dictum ſit: *ca. hinc eſt 16. quæſt. 1.* quamvis eadem ſit vbique ratio: Intereſt enim Principis tãquam mariti reipublicę quales ſint prælati: quia cum reputentur inter ſtatus patriæ: *Authent. habita C. ne filius pro patre.* plurimum refert quales ſunt, & an poſſent de rebus publicis prudenter conſulere & ſi quando occurret neceſſitas, cordatè de his ſtatuere.

Amplia ſecundò vt locum habeat, etiamſi ſit maior ratio in caſu ad quem fit extenſio, quàm in caſu expreſſo. *latè Benedict. Capra. con. 3. in fin.* Nam ſi ſtatutum imponit pœnam pecuniarum pro homicidio extra civitatem commiſſo, exorbitat id à jure communi, quod jus commune pœnam capitis imponit vbicunque doloſè homicidium admiſſum eſt, *lib. 1. ff. de Sicarijs.* Non tamen idem dicendum erit in alio crimine minori, licet major ratio videatur in eo imponendi pœnam pecuniariam, quàm in graviſſimo delicto. *Cynus ad l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. Immol. ad l. ſi vero §. viro ff. ſolut. mat.* Præterquam ſi major illa ratio proveniat ex diſpoſitione generalis regulæ quæ habet. Cui licet quod plus eſt, multò magis quod minus eſt licere debet. *cap. cui licet infra eod.* [*& ibi Peck. ſub num. 2.*] Quia in effectu hæc eſt paſſiva extenſio, & per conſequens permiſſa. Vnde ſicut pater poteſt vendere filium ſuum, ſi durum telum neceſſitas famis vrgeat: ita quoque poteſt eũ hoc caſu obligare, cum plus ſit vendere quàm pignori ſubiicere. *gl. in d. l. 2.* Et cui ſtatutum ſeu lex permittit, vt adulterum occidere poſſit: illi multo magis facultatem præbet impune vulnerãdi. *Bart. ad l. nec in ea § eius ff. de adulter.*

Amplia tertiò hanc regulam, vt procedat etiam in diſpenſationibus & priuilegiis Principum [*D. Peck. ſupr. ad c. priuileg. ſub. nũ. 3. cum inibi concord.*] Mulier cum filio habet priuilegium vt præferatur omnibus antiquioribus creditoribus in dote: *l. fin. C. qui pot. in pignor. hab.* quod certè exorbitat à iure communi, cuius iuris vulgatum axioma eſt, quod qui prior eſt tempore, prior eſt in iure. *ca. qui prior infra eod.* Hoc tamen priuilegium ad alios hæredes mulieris, qui filij mariti debitores non ſunt minimè extenditur. *l. etiam ff. ſolu. matr.*
†Hinc eſt quod ſi Collegium aliquod habeat 8.
certa priuilegia vel ſtatuta, quorum confirmationem petit à Principe vel à ſuperiore, Princepsque aut ſuperior quædam capitula ex his confirmat, & de aliis nihil dicit, cenſetur reliqua reprobaſſe. *Alber. ad l. cum prætor verſ. deinde nota ff. de iudiciis.* Et ſi prælato cõceſſum eſt, vt religioſos certo caſu abſoluere poſſit: non cenſetur in alio caſu id permiſſum eſſe: *Fredericus de Senis. conſ. 14.* Sic & diſpenſatio non comprehendit beneficia, niſi de quibus mentio fit in ea. Quapropter diſpenſatus ad beneficia curata, hoc eſt, curam animarum habentia ſine dignitate, non cenſetur ad reliqua diſpenſatus eſſe, *c. cum in illis de præb. lib. 6.* Ideo cautus eſſe debet impetrans, vt in vniuerſum omnes qualitates enumeret, quia aliàs diſpenſatus ad beneficium curatum, non cenſetur diſpenſatus ad ſimplex ſine cura, *c. tui eod. tit.* Sufficitque diſpenſationem in minimo prodeſſe. *c. non poteſt eo. tit. Rebuf. de diſp. num. 3. in praxi beneficiorum.* Neque obſtat quod benefi- 9.
cium Principis latè interpretari debet. *l. fin. de conſtit. princip.* Nam hoc verum eſt in præiudicium principis concedentis, non in detrimentum aliorum. *Iaſon. ibi.* [*D. Peck. ſupr. ad c. odia. num. 12. & ibi conc.*]

Amplia quartò, vt locum habeat, etiamſi diſpoſitio exorbitans partim ſit fauorabilis, partim odioſa. *Bald. ad. l. fin. C. de interdict. matr.* Vnde præſcriptione quinque annorum, crimen adulterij cum inceſtu iunctum, non excluditur. *l. vim paſſam ff. de adult.* Et ſtatutum aduerſus Eccleſiam parochialem, etiam ſi ſit admixtum intereſſe publicum, non porrigit ſe ad Eccleſiam parochialem collegiatam. *c. licet*

ret.Canon.c.ſtatutum de elect.li.6. Explicatque in materia compromiſſi hanc ampliationem exemplo admodum eleganti,Ludovicus Romanus,*conſ.*400.quem vide.

Poſtremò amplia hanc regulam, vt procedat, etiamſi materia de natura ſua ſit proportionabilis ad alia.*Præſes in lo.à rat.legis larga.*

10. †Ratio autem dubitandi eſt multiplex, & primò quidem ex eo, quod Senatuſconſultum Macedonianum loquens de filiofam.exorbitat à iure communi, quo iure communi mutuum reſtitui iubetur. Trahitur tamen in conſequentiam ad filias familiarum & nepotes. Cumque de ſola pecunia verba faciat, porrigitur nihilominus ad reliquas res, quibus diſtractis pecunia haberi poteſt.*l.ſep Iulianus l.filio ff. ad Maced.* Sic & exorbitans conſtitutio in eum prodita, qui ſeruum alienum corrumpit, vires ſuas porrigit vlterius, eumque coërcet, qui filium vel ſervitorem alterius corrumpere auſus eſt.Secũdò ex eo,quod privilegia dotis, alimentorum piæ cauſæ, eccleſiæ,fiſci,reipub. & ſimilia exorbitant à iure communi, quia limitant, atque reſtringunt communes regulas, ſuoque proprio favore conſiſtunt. Trahuntur tamen in conſequentiam, & quod in vno ſtatuitur, porrigitur quoque ad alia. Unde & à libertate ad piam cauſam,*l.ſi quis ſervo C de furtis.*à pia cauſa,ad alimenta, à dote ad piam cauſam, à fiſco ad eccleſiam, à pupillo ad rempub.*l.1.C. de communi ſervo manumiſ.l.rempu.C.de iure reip.l.fi. C. de ſacroſ. eccle.* iuſta procedit argumentatio

11. † Tertiò ex eo, quod conſuetudo exorbitans à iure communi,quę eſt in uno loco,extenditur ad locum vicinum, *c. ex parte de cenſibus.* Vt ecce,quando aliqui longo tempore nõ ſolvunt frumentum, licet olim ſolverint, ſi non appareat ad quam menſuram olim ſolverint, recurrimus ad conſuetudinem vicinorũ locorũ, ad quam menſuram vicini ſolvere conſueverunt.*c.in eccleſiis c.ſopite de cenſib.*Et ſi Epiſcopus in ſua provincia habet plures eccleſias, talis cõſuetudo ſervari debet etiã in alijs eccleſijs illius provincię,*gl.fi.in l.ex ea ff.de poſt.*

Quartò ex eo, quòd exorbitans à iure communi conſuetudo civitatis,quæ eſt caput Diœceſis & metropolis, debet ſervari in toto illius territorio, & in loco vnito, etiam ſi in loco illo talis conſuetudo non fuiſſet obſervata.Puta eſt conſuetudo,quod licitum eſt lapides cædere in agro alieno, & dominus agri non patitur id fieri in ſuo agro, ſub prætextu quod in agro ſuo hoc numquam fuit obſervatum,contradictio eius reijcitur.*Decius conſ.*389.*Roma.conſ.*213. Quintò ex eo,quod diſpoſitio pœnalis & exorbitãs impoſita vxoribus ad ſecundas nuptias convolantibus, extenditur etiam ad viduas incontinenter viventes, licet in viduitate manentes.*Cynus ad l.etiam C.de iure dot.Caſtr.conſ.*372.*l.*[*Gail.*2. *ob.*98.*nu.*15.16.17.*D.Peck.*1.*de teſt.con.*13.*n.*9.]Sextò ex eo,quod minor 25 .annis diſpenſatus ad beneficium curatũ cenſetur extenſivè diſpenſatus de non promovendo intra annum, *c.tua de decimis.Oldra.conſi.*267. & ſi eſt diſpenſatum cũ aliquo, vt plura beneficia curata habere poſſit, extenditur exorbitans hæc diſpenſatio, vt poſſit habere ſubſtitutum in altero. *doctor.ad l.de his ſolis C.de revoc.donat.* Et diſpenſatus ad plura eiuſmodi curata beneficia,cenſetur diſpenſatus de non reſidendo in vno.*d.c licet.*Et ſi Epiſcopus electus obtineat diſpenſationem ne conſecretur intra annum, vbi de iure communi debet conſecrari intra tres menſes, in diſpenſatione autem nihil dicatur de retinendis beneficijs prioribus : Iure communi vacant poſt lapſum dictorum trium menſium.*gl.in cap.quia iuſtum de præb.Felyn.in c.de ſimonia de ſimo.*Diſpẽſatio iſtiuſmodi trahitur in conſequentiam, & impedit vacationem dictorum beneficiorum vſque ad annum *cap. cum in cunctis §. cum vero de electione.*Et ſi ſtipulatus fuero in favorem mariti, quod per promiſſorem non fiet,quo minus marito domo vti liceat, extenditur ſtipulatio ad vxorem, vt etiam vxor prohiberi non poſſit, *l.ſi ſtipula.fuero ff.de verb.obl.*Septimò ex eo,quod ſi quis habet literas Pontificis de beneficio proximè vacaturo, non debetur illi beneficium proximè de novo erectum & fundatum poſt impetrationem earum litterarum,& hoc tamen extenditur ad eum, qui litteras tales habet à legato, *clement.fin de reſcrip.* Octavò eo, quod ſi conſuetudo ſit, quod in ſucceſſione decedentis ab inteſtato maſculi præferantur fœminis, decedatque pupillus, qui propriè non dicitur inteſtatus, ſed inteſtabilis: quia teſtari non poteſt: extenditur etiam ad eum.*Corneus conſ.*318 *l.*1.*Dd.in l.*1.*ff.de li. & poſth.*Poſtremò ex eo, quod lex diſponens quod ſi maritus relinquat vxorem ſuam dominam & fructuariam bonorum ſuorum, exiſtentibus liberis cenſetur tantum reliquiſſe alimenta : extendit etiam ſe ad caſum contrarium ; *latè Bald.ad authen.hoc locum C.ſi ſecundo nupſerit.*

†Ratio decidẽdi eſt,vt pleriſq;placet,*Baldus*
*ad l.quod vero.*quod ex vno incõvenienti aliud 12.
inferri non debet, quia inconvenientia debemus minuere, non multiplicare, *l. ratas.C.de reſc.vendit.* Sed hanc rationem video non eſſe ſolidam : quia multa à iure communi exorbitant,quæ nihil quod inconveniens ſit,habent, qualia ſunt omnia illa privilegia, de quibus diximus.Quapropter verius dici poteſt,quod ius commune æquiſſimum eſt, ſecundum quod quiſque præſumitur accommodare ſuam voluntatem. *l.quæro. §. inter locatorem ff.loca.* Et ideò extra id quod nominatim dictũ eſt, non cenſetur quis ab eo iure communi recedere voluiſſe, *l.ſi extraneus ff.de cond.cauſ. dat. cau. non ſecut.* præcipuè quod ea quæ exorbitant, ſunt limitantia. Sed limitans cauſa ſeu

 ratio,

ratio illimitatum producit effectum, *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* vlterius progredi nequeat. *latè Felyn. ad c. cum ordinem de reſcrip.* Nihil obſtat prima dubitatio: quia quando ſubeſt favor reipublicæ, licet delinquentibus grave ſit, exorbitantia tamen vel ex identitate vel ex maioritate rationis ad conſequentias trahuntur: *d. l. 2. C. per quas perſonas & l. ſi quis ff. de iuriſ. om iu.* [*Pec. in d. c. odia n. 7.*] quia intereſt publicè maleficia puniri *l. ita vuln. ff. ad l. Aq.* [*Gail. 2. P. P. 18. n. 17.*] Et in his quæ ad retũdendas fraudes introducta ſunt, quantumvis odium habent: regula noſtra non procedit, permittiturque ex tenſio ad eiuſmodi fraudes repellendas. *l. 1. §. pecuniam ff. de calumniat. c. quando de priv. Aym. d. lo. n. 137.* Sic eſt in C S. Macedoniano. Quid enim intereſt filiamfa. vel filiumf. corrumpat improbus fœnerator, Quin potius plus intereſt publicè mutuũ non accipere, ne ſceleratus Macedo pudicitię illarum inſidias ſtruat. Adde quod longè magis intereſt, filios noſtros reipub. palmites futuros nõ corrumpi, quàm ſervos, *Zaſius ad d. l. quod vero n. 2.* & propterea facilius extẽſio permittitur. Nec eſt abſimile, quod ad ſecundam dubitationẽ reſpondens, ſcilicet quod regula noſtra in reb. favorabilibus, ob cauſam piam, vel aliã, locum nõ habet: *l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ.* quia favores ampliari convenit, *c. odia. ſup. eod.* [*& ibi pulchrè Pec. n. 8. & ſeqq.*] præcipuè quãdo non reperitur regula contraria, etiamſi favor publicus principaliter non ſit admixtus. Veluti ſi ſtatutum ſit, quod omnes agnati & affines debent compromittere: fit extenſio ad eos, qui impropriè tales appellantur, & tamen ea res non reſpicit vtilitatem publicam principaliter, ſed ipſorum litigantium tantùm, licet ſecundariò interſit publicè ſubditos eſſe diuites & litium ſumptibus non conſumi. *Præſes d. lo. §. ſecundo caſu col. 5. Bart. Alex & alij ad l. qui ſi patris C. vnde liberi Aymo d. loco num. 79.* Sed tamen hæc ita intelligit Socyn. *conſ. 278. lib. 5.* niſi ageretur de nimis magno præiudicio aliorum, & vt Roman. ait: *in auth. ſimiliter num. 76. C. ad l. Falcid.* de incommodo publico, vel alterius cauſæ æquè favorabilis. Neque etiam movet tertia obiectio: quia quando agitur, tantummodo de interpellatione aut declaratione alicuius actus, qui fit in vno loco, tunc recipitur interpretatio & declaratio potiùs quàm extenſio, à conſuetudine locorum vicinorum, *d. c. ex parte.* ficut voluntas diſponentis dubia declaratio ex cõſuetudine vicinorum. Et quod de procuratione dictum eſt, conforme eſt cum iure communi, non exorbitans. *Caſt. conſ. 437. l. 2. deciſ. Neap. 248. Aymo d. lo. n. 59. & n. 49.* Sed nec quarta dubitatio movet: quia quęcũque ſunt in territorio, cenſetur eiuſdem naturæ eſſe, tãquam membra cum metropoli & ſuo capite, vt à lege & iure eius dependeant *c. cõquerente de offi. ordi.* Quod tamen intellige, niſi in territorio eſſet propria lex aut conſuetudo contraria, eo caſu quo illi qui ſunt de territorio, conſuetudinem ſeu legem contrariam inducere poſſent. *Decius conſ. 389.* † Idem eſt in loco 13. vnito & adiuncto alteri per modum acceſſorij. Secus ſi æquè principaliter: puta Delphinatus fuit vnitus coronæ, vniturque regno Franciæ, non per modum acceſſorij, ſed æquè principaliter, retinendo ſuas leges, & ideò de vno ad alterũ non fit extenſio, qua de re plериq; *Socyn. conſ. 7. l. 1. Aret. conſ. 13. Rom. col. 61.* cũ Aymone plurima latius tradiderunt. *conſ. 114. Ang. 247.* [*Gail. 2. ob. 61. n. 10. & ſeqq.* Neque obſtat quinta dubitatio, propterea quod quãdo ratio eſt ſcripta in lege exorbitante aut corrigente, vt eſt in lege contraria, tunc licita eſt extẽſio ex identitate vel maioritate rationis, quia tunc non tam dicitur extenſio, quàm quod tacitè in ipſa lege includitur. Quod tamen non indiſtinctè verum eſt, ſed maiore aliqua explicatione eget, quam hic fieri, temporis anguſtia non ſinit, ſed eleganter à Præſide peti poterit. *d. loco. num. 5. cum ſeq.* Nec etiam movet ſexta dubitatio: quia regula noſtra locum non habet in his, in quibus exorbitantia effectum non haberent ſine extenſione, & quę ſunt conſecutiva neceſſaria ad ea, quæ conceſſa ſunt & exorbitant. [*Gail. 1. ob. 35. n. 10.*] *d. lo. §-16. ver. ad iſta.* vt eſt in omnib. ſuis exẽplis, quæ in dubitatione poſita fuerunt, quod tamen intellige, vt non procedat in conſecutivis ſeparabilibus. Unde diſpenſatus de non promovendo, & vt non celebret, nõn cenſetur diſpenſatus de obtinendo beneficium curatum: quia licet hoc ſit conſecutiuum, tamen eſt ſeparabile & nõ neceſſarium. *d. l. ſi ſtipulatus* Neq; magis movet ſeptima dubitatio: quia indecorũ eſſet quod literæ legati maiores vires & maiorẽ honorem, quàm literę Põtificis haberent. *Rebuffus de diſpenſ. n. 76.* Sic nec octava movet dubitatio: quia ſecundum communem modũ loquendi, qui reſpici debet, is qui inteſtabilis eſt, dicitur quoq; decedere inteſtatus, quantumvis generali locutione, non propriè. *doct. in d. clement. fin.* Poſtremò quoque non movet vltima dubitatio: quia quod in viro ſtatuitur, in vxore quoque ſtatutum eſſe cenſetur, *Imol. in d. §. de viro.* propter maturam correlativorum, quæ limitat atque reſtringit hanc regulam, *l. fin. C. de indicta viduitate.* † In 14. ſumma verò, vt quaſi pro coronide omnia hæc in vnum contrahas, dic quod hæc regula non procedit, primò quando publica vtilitas cõtrarium poſtulat. *Iaſ. & Caſt. ibi.* Secundò quando ob cauſam favorabilem fit extenſio. Tertiò quando agitur duntaxat de interpretatione aut declaratione actus alicuius ex loci vicinitate. Quartò quando fit extenſio ad acceſſoria. Quintò non procedit in his, quæ habent neceſſariam conſequentiam. Sextò quando diſpoſitio exorbitans aliàs non haberet effectum. Septimò non habet locum in corre-

correlatiuis. Octauò, quando vnus caſus ad quē fit extenſio, comprehenditur ſub caſu expreſſo, ex lata ſignificatione vocabuli. Nonò, quando fit extenſio per communem vſum loquendi. Decimò, quando duo æquiparantur à lege antiqua. Vndecimò, quando agitur de excludendis fraudibus, Duodecimò, quando niſi fieret extenſio, ſequeretur abſurditas. Decimotertiò, quando vnum ſurrogatur loco alterius. Quæ omnia & alia plura latiſſimè apud Aymonem, *d.4.parte c.1.* Romanum, *ad d.auth ſimil.* Imolam, *in d.§.de viro.* Præſidem, *d.loco.* Iaſonem. *in d.auth.quas actones.& l.cum quidam. ff.de lib.& poſth.* Dominicum, *in c.1.ſup.de temporib. ordin.* & triginta duas concluſiones facientem Chaſſanæum, *in fin.ad conſuet.Burgundia* videre licet. Tunc etiam non procedit hæc regula, quando alter locupletaretur cū alterius iactura, *Aymo.conſil. 176. num. 13.* vel quando per extenſionem rediremus ad ius commune, *idem conſil.175.num.9.* aut denique niſi hi, qui exorbitanter ſtatuiſſent, ſtatuendique poteſtatem habuiſſent, nominatim ſibi reſeruaſſent extenſionem *Zaſius ad l.quamuis num. 5.ff.de in ius vocando.* Et quamuis nonnullæ reſtrictiones ex omnibus antedictis loquantur nō in exorbitantibus, ſed in correctorijs, hoc eſt, in diſpoſitionibus legem corrigentibus: tamen in omnibus caſibus, in quibus correctoria extenduntur, multò facilius permittitur extenſio in his, quæ à iure cōmuni exorbitāt. *Præſes in loco à ſpeciali.* [*vide plura apud Peck.ſupr.in d.c.odia.*]

REGULA XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. [*Iunge Pec.infr. ad reg.in re com.per.tot.*

1. *Scholaris inuito ſocio inhoneſtam puellam in cubiculum commune inducere non poteſt, & minus eam retinere.*
2. *Conſenſus quo tempore præſtari debeat.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*
6. *Religioſis inuitis an auſterior regula indici poſſit, quàm ſunt profeſſæ.*
7. *Ruſtici compelluntur victualia ſua in ciuitatem deferre & illic diſtrahere.*

MAxima iuris ciuilis pars atque ingens fori negotium eſt, quomodo & qua ratione ſeu via, vnuſquiſque quod ſuum eſt, retinere, & conſeruare valeat. Illud verò commodius fieri non poteſt, quàm ſi iuxta præceptiones huius regulæ. *Quod omnes tangit, ab omnibus probetur.* [*vide Gail.de ping.obſ.20.num.2.& ſeqq.*] Hoc enim cum ſit, nemo inuito res auferet, nemo prædabitur, nemo damnum inferet alteri, vnuſquiſque ſua ſorte erit contentus, ſtabit iuſtitiæ ſuus honor, cuius partes ſunt, honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. Et ne res careat exemplo: *Si cōſtat,* inquit Vlpianus, *in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te, nec priuato nec publico nomine quiſquā lapides cadere poteſt, cui id faciendi ius non eſt. l.vēditor. §.ſi conſtat.ff. communia prædior.* † Sic & 1.
ſcholaris, ſi vnum cubiculum conduxerit, alter inuito altero, inhoneſtam mulierem inducere non poteſt, *gl.in l.nō aliter.ff.de vſu.& habit.* Sic etiam ſtatutum factum à maiori parte collegij vel ciuitatis in odium ſeu præiudicum alterius partis aut particularis hominis eiuſdē ciuitatis, nullum eſt, *Panorm.in ca.cum omnes nu.20. de conſtitut.* paritque exceptionem doli aduerſus eum qui ex illo ſtatuto agit. *Barto.ad l.omnes populi.nu.5.ff.de iuſtit.& iure.Iaſ. ad l.1.nu.3.ff.de ll.Bert.conſ.1.nu.25.lib.2.* Vel ſaltem ab eo appellari poteſt, *Iaſ.conſ.2.& conſ.61.li.1.* etiam ſi per verba generalia conditum fuerit, *Decius ad d.c.cū omnes numero* 15. habetque inſuper qui grauatus eſt, recurſum ad ſuperiorem per viam querelæ, *l.qui grauatos.Cod.de cēſ.lib.11.Bart.ad l.ambitioſa n.31.ff.de decret.ab ordine faciendis,* ſed ad annum dūtaxat. Quod quidem diligenter obſeruandum eſt, quia quando tempora appellationis interponendæ elapſa ſunt, ſupereſt adhuc (tanquam ſacra quædam anchora) ſupplicatio & querela apud principem, miſerationis cauſa inſtituenda. *auth.quæ ſupplicatio.C.de precibus Imperatori offerēdi.* [*cōf. Gai.1. obſ.vlt.*] Hinc etiā eſt, quod ſyndicus ciuitatis, ſingulares civitatis homines & ciues non obligat. *Corneus cōſi.277.nu.10.lib 2.* [*vide Gail.de arreſt.c.9.per tot.*] quod iudex maleficiorum tranſigens vel componens ſuper ſcelere & pœna, non cenſetur parti læſæ actionem ſuam adimere voluiſſe: *Bal. ad l.2.ff.ad Syllan.* quod is qui banno imperiali ſubiectus eſt, non niſi conſentientibus omnibus eximi poteſt: *Barbat.conſil.27.nu.9.lib.3.*] *vide Gail.2.PP.18. n. 5. & ſeqq.*] quod denique pauci ciues conſuetudinem oneroſam ſoluendi vel præſtandi aliquid, introducere non poſſunt, *Bertran.conſ. 15.nu.8.lib.2.* quod in eleganti admodum ſpecie ante Iaſonem *conſ.81. lib.1.* ſcriptum reliquit Guido Papæ. *con.84.li.1.* [*vide Connan.1. comment.10.n.7.*]

† *Approbari.* Sed quando? An eodem tem- 2.
pore vel ex interuallo? Ioan.Mon. Cardi.exiſtimat, quòd in extraiudicialibus actibus, etiā ſucceſſiuus & ex interuallo præſtitus conſenſus ſufficit: *l.profundū ff.de ſeruit.reſt.præd.* quia licet authoritas requiratur in ipſo actu nec poſſit præſtari ex interuallo: tamē vbi requiritur conſenſus vel voluntas, nihil refert ſiue præcedat ſiue ſequatur *l.obligare.ff. de auth tutor.in l.ſi quis mihi.§.iuſſum.nu,32.ff.de acq.hæred.* niſi in quibuſdam caſibus quos apud Iaſonem videre licet. *conſ. 1. lib. 1.* Sed in iudicialibus *ca.cum ab vno ſup.de re iudic.* vel extraiudicialibus, quæ ſolemnitatem & tractatum præcedentem requirunt, alio iure vtimur. *cap. dudum de reb.eccl.non alien.c. auditis de elect.* Qua

de re etiam Decius quædam annotaſſe videtur. *in c. cum omnes in 2. lectura num. 33. de conſtitut. Panorm. in c. fin. nu. 5. de his quæ fiunt à maiore parte Cap.* [*vide D. Peck. ſup. in c. ratum, in prin. cũ ibi concord.*] † Amplia primò hãc re-
3. gulam, vt locum habeat, etiam quando agitur de pia cauſa. Piũ eſt exequi voluntates defunctorum, & tamen ſi plures ſcripti ſunt executores, omnes conſentire debent in executionẽ. *Bald. ad l. nulli C. epiſ. & cler. ca. fin. de teſtam. lib. 6.* Pium eſt injurias remittere: tamen ſi ſunt duo hæredes, & vnus vult pacem facere de morte & occiſione defuncti, alius nõ vult: nihil agit *cap. 1. qualiter olim feud. alien. pote.* Pium quoque eſt pauperibus legare: non poteſt tamen hoc facere vaſallus ſine conſenſu domini de re feudali: *Card. conſ. 144.* [*conſ. D. Peck. de rep. eccl. c. 25. num. 2. & ſeqq.*] quia leges iuſtam rationem habentes, & in æquitate fundatæ, etiam in pia cauſa debent obſervari. *Alexan. conſi. 192. lib. 2 Boer. quæſt. quib. mod. Chaſſa. ad conſuet. Burg. tit. de ſucceſ. legitimorũ c. 1.* Secundò amplia in ijs, quæ aliàs in ſe favorabilia ſunt, cuiuſmodi eſt legitimatio filij naturalis, quæ ſemper continet hanc clauſulã, vt ſic legitimatus ad ſucceſſionem parentum cõſanguineorumque ſuorum & aliorum quorumlibet admitti poſſit, dummodò ipſi velint [*conſ. Gail. 2. obſ. 140. & 142 per tot.*] Ita vt niſi conſenſerint parentes cognati vel agnati: ad eorum hæreditates nullum ius habent qui legitimantur. *l. vlt. C. de author. tut.* Et cùm pupillus ſe dare deſiderat in arrogationem, omnes tutores conſentire debent. *§. ſi quis in verbo nullo in auth. de deſen. civit.* Tertiò amplia vt procedat etiam in his, quæ publicè expediunt. Nam cùm agitur de reformatione præfecti vrbis, omnes ordines conſentire debent: *Decius dict. loco*, Statutumque pœnale ab omninibus probandũ eſt. *Panorm. ad cap. non ideo minus de immunit. eccleſ.* Et deliberatio populi non ſufficit ad obligandum clerum converſa. *Panorm. ad c. non ideo minus. de immunit. eccleſ.* Sed hæc ampliatio indifferenter non eſt intelligenda, quod altius monet Panormitanus, *ad d. cap. omnes*, & paulò inferius dicemus.

Quartò etiã ſi illi de quorũ præiudicio agitur, eſſent abſentes: nihilominus vocandi ſũt, *c. quia propter de elect. Lucas de Penna ad l. nominationũ C. de decurionib.* vt cõſentiant ſuffragiũ dicãt. [*cõ. Gail. 1. ob. 22. n. 3. & ob. 46. n. 10. & 2. ob. 1. n. 11. & obſ. 37. n. 11. & 1. P. P. 5. n. 12. 13*]

Quintò amplia, etiam ſi res communis futura eſſet melior: quia ſocius non poteſt erigere communem parietem altero ſocio inuito, etiã ſi velit illum fortiorem facere, modo aliàs idoneus ſit & ſufficiens. *l. quod autem l. parietem ff. de ſervitut. vrban. prædior.* Neque depingere poteſt inuito ſocio domum communem, vt pluris elocetur. [*Gail. de pign. d. ob. 20. n. 7.*] Quod quidem intelligo, non quod omninò non liceat hoc ei facere, ſed quod ſumptus factos non repetet. *l. lex duobus ff. de negot. geſt.* Quid enim ſi ſocius pauper ſit, qui ſumptum ferre non poſſit, aut ſi dives eſt, ſed malit pecuniam in alium vſum impendere, & dicat ſibi ſufficere, quòd domus idonea ſit, vt elocetur. *l. in fundo & ibi Da. ff. de rei vendic.*

Poſtremò amplia, etiam ſi vnus ſociorum, vel rem communem habentium, nullum ſumptum faceret, & res ſua melior eſſet, pluriſque diſtrahi poſſet. Quâ ratione reſpondet cum Albe. *ad l. ſi fund. ff. de ſervitut. ruſt. præd.* Oldrad. *conſ. 34.* Quod ſi emphyteuta vel colonus vendat prædium cum conſenſu omnium dominorũ, excepto vno, venditio illa illi ſoli non præiudicat, quantumvis multo pluris diſtrahi poſſet eius portiuncula quam veriſimile eſt, quod nemo ſolam emere vellet.

† Ratio verè dubitandi eſt, primò ex eo, 4.
quod monialibus invitis clauſura ſtricta imponitur, arctiorque vivendi regula indici poteſt, quàm ſunt profeſſæ. *ca. 1. de regular. in 6.* Secundò ex eo, quod ſi princeps vel fiſcus rẽ communem habet cum aliquo, invito ſocio poteſt eam alienare, *l. multum intereſt. C. de com. rer. alienatione.* etiam ſi haberet in tali re minimam partem, *l. 1. C. de vendit. rerum fiſcal. l. 10.* & verè ipſa dividi poſſet. Tertiò ex eo, quod generali regula traditum eſt, quod factũ à maiori parte in rebus collegij, vniverſitatis, vel civitatis, valet, etiãſi omnes non conſentiant. *l. quod maior ff. ad municipa.* Et quod factum eſt à maiore parte creditorum, præiudicat alijs, veluti ſi debitor, qui nõ erat ſolvendo, ſcripſerit hæredẽ eum qui non vult adire hæreditatem, niſi creditores remittant certam partem debiti, ſtabitur iudicio maioris partis creditorũ, neque audientur reliqui diſſentientes, *l. & ſuum. §. hodie ff. de pact.* Vel ſi debitor velit cedere bonis, niſi creditores concedant inducias & terminos ſolvendi: ſtabitur maiori parti creditorum ad impediendam flebilem bonorũ ceſſionem, *l. fin. qui bonis cede. poſſunt.* Similiter ſi creditores pupilli mittãtur in bona eius, adminiſtratio conceditur illi quem maior pars elegerit, *l. 2. ff. de cura. bon. dando.* Quartò ex eo, quòd ſi ſeruus pluriũ velit effici clericus, ſufficit cõſenſus vnius domini dumtaxat. *ca. nullus 54. diſt.* Quintò ex eo, quòd ſi incidãt duo per accidens in communionẽ, fortè quod vna eademque domus illis donata eſt, is qui maiorẽ partem habet, poteſt alteri invito ſuæ partis æſtimationem offerre, vel ad præſtandã æſtimationem maioris partis eum vrgere. *l. ſancimus. §. ne autem. C. de donat.* Sextò ex eo, quòd ſocius invito ſocio poteſt mortuum in locũ communem inferre. *l. ſi plures, ff. de relig. & ſum. fund.* Et ſi duo fratres vel ſocij habent fundum communem pro indiviſo, & vnus vult quod collatur & ſeminetur, prout fieri debet: alter verò dicit, quod pars ſua nõ ſeminetur: ſi alter facit totũ coli, & ſeminari, non tenetur alteri fructus reſtituere, etiã pro parte alterius

vacante

vacante, *Iaſ ad l. 1.n.26.C.qui teſtam fac. poteſt. Socyn.conſ.*58.*lib.*4. Poſtremo ex eo, quod ciuitas habens frumentum ſuperfluum, poteſt compellere ciues vt emant, & egens frumento, compellit vt illud vendant, *l. vnica C. vt nemini*
5. *liceat in empt.ſpecie.ſe excuſ.* † Ratio verò decidendi eſt, quod res inter alios acta aliis non præiudicat: *l.ſæpe.ff. de re iudic.* quod alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet: *l. non debet quis ff.eod.* quod id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro auferri non poteſt: *l. quod noſtrum ff. eod.* & quod in pari cauſa melior eſt conditio prohibentis. *cap.in re communi. inf.*
6. *eod.* Non obſtat prima dubitatio. † Quamuis enim diſputatum fuerit inter interpretes iuris, vtrum religioſis inuitis, auſterior vita imponi poſſit quàm profeſſi ſunt, tenetque Oldradus *conſil.*96.*per hanc regulam.* quod non, quia nemo creſcit inuitus, *c.geſta* 74 *diſ.* & votum debet eſſe liberum, & qui intrant religionẽ, apud Deum, & in conſcientia ſua ſolùm videntur ſe obligare ad ea, quæ tempore profeſſionis ſeruabantur: communis tamen ſententia receptior eſt, aperto textu in contrarium adducto, *de ſtatu regularium libro ſexto*, & per ſynodum Tridentinam cõfirmata.

Religioſi enim non habent velle nec nolle, duriórq; eſt eorum vita & conditio quàm ſeruorum, *c. ſi religioſus de ele. in* 6. *cap. multos* 34. *diſt.* & annus probationis non ideò tantùm inductus eſt, vt ingreſſi obligentur ad ea, quæ videntur obſeruari, ſed etiam vt aptos ſe faciant ad quamlibet obſeruantiam regularem ſeruandam. Sciunt enim vel ſcire debent, ſtatuta ordinis & accidentalem rationem viuendi, ſubinde mutari, & ideò profitendo videntur ſe obligare ſaltem tacitè, ad reformationem, maioremque auſteritatem, ſi contingat eam ex cauſa induci. *Fely. & alij in c. ſuper eo de app.* Nam (vt inquit Innocent.) in ingreſſu ducuntur ſpiritu Dei, vel non. Primo caſu non debent laudabiles informationes detrectare. Poſteriore caſu, non ſunt audiendi, tamquam allegantes propriam turpitudinem, nimiaque eorum licentia reprimenda eſt. Neque mouet ſecunda dubitatio. Nam quod in contrario dicitur, ſpeciali fauore fiſci receptum eſt, nempè, quod maiore precio venditur tota res quàm pars, *l. Menius ff fam. her.* Et debet fiſcus prius interpellare ſocium an emere velit, eundemque aliis præferre, ſi tantum offeratur, *Bald.ad l multum Iaſon in l.fin num.* 11.*C. de iure emphy.* Sed nec tertia dubitatio vim adfert. Quia communis regula ibi allegata vera eſt in his, quæ pertinent ad plures, vt ad ſingulos: [*vide Gail.de pign.d.ob.*20.*nu.*7. *verſ. & hactenus &* 2.*P.P.*7.*n.*18 *& c.* 9.*n.* 14.] Tum vero ea regula multas reſtrictiones habet, Romanus, *in rubr.de arbit.nu.*41.*Dec. in d cap. cum omnes.* enim quinque, Decius decem. *ibi in* 1.*lectura.* vno loco, alibi quinque, Iaſon, *in d.* §. *hodie.* ſeptemdecim, vnam & viginti Andreas ab Exea. *in d.c.cum omnes.nu.*15. *vſque ad num.* 204. reſtrictiones adfert, & præter hos Felynus quoque quatuordecim, quas omnes hoc vno loco tamquam in ſyluam quandam extraordinariam colligere nõ expedit. Quarta quoque obiectio non mouet. Nonnulli enim tribuunt hoc, de quo dubitatum eſt, fauori religionis, ſed Prępoſitus Alexandrinus *in d.c.nullus.* intelligit non aliter hoc eſſe verum, quam ſi reliquis dominis æſtimatio vel pretium offeratur. Nec magis vrget quinta dubitatio. Nam quamuis Baldus, Salicetus, Albericus *in d.l.ſancimus*, & reliqui, tribuant hoc quod obiicitur, paci, ſcilicet quòd communio parit diſcordiã: tamen ſi verba conſtitutionis benè inſpiciantur, longè alia eſt ratio. Quia lex diſponit donationem ſine inſinuatione factam, non valere vltra quingentos aureos, quorum ſinguli hodie noſtris moribus ferè conſtituunt tres florenos cum dimidio. Vnde ſi domus donata, eſt trium millium, partem retinebit donatarius, ad æſtimationem quingentorum ſolidorum: reliquas partes ſeruat donator. Et ne communio pariat diſcordiam inter liberalem donatorem & donatarium, lex concedit ſpeciali iure donatori licentiam redimendi portionem donatarij. Nõ obſtat quoque ſexta dubitatio: quia quando minor pars vel vnus ex ſociis vult vti re communi ad vſum deſtinatum, regulæ noſtræ locus non eſt. *Felyn. Baldus num.*2.*& alij & ad d. c.cum omnes* [*Gail d obſ.* 20. *num.*9. 10.] Nam qui ſocium ita vti volentem re communi impedit, improbè facit aduerſus pacta conuenta, vel naturam rei, & ideò audiri non debet: quia malitiis hominum obuiam eundum eſt, *l. in fundo ff de rei vend.* Poſtremò non mouet vltima dubitatio: quia vtilitas publica à nemine impediri debet, & ſi inter priuatos homines neceſſitas extrema omnia faciat communia: *l.* 2.*ff.ad l. Rhodiam.* quantò magis tum cùm publica neceſſitas vel vtilitas vrget, cogi quis poteſt, vt ſuccurrat neceſſitati? † Vnde eſt quod ruſtici compelluntur venire ad ciuitatem, & 7.
ibi victualia vendere, *Doct. ad ca.* 1. *de emp. & ven. Zaſius in l.ſi ſe.ff.de re iud.* quando ex illo facto non incurrunt graue præiudicium, *Bald. con.*85. *&* 402.*lib.*2. Sunt quidem aliæ reſtrictiones huius regulæ, quas nimis longum foret hic recenſere. & ideò ſufficerit quòd apud Andream ab Exea. & Felynum videre eas liceat. *ad d.cap.non omnes.*

REGVLA XXX.

In obſcuris quod nimium eſt ſequimur.

1. *Omnis diſpoſitio verbis & mente conſtat.*
2. *Promittens dare quantum alij dant, & alij dant difformiter ad quid teneatur.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*

 4. *Pro-*

4. *Promittens dare ſingulis Canonicis quid annuũ, non tenetur aucto numero Canonicorum.*
5. *Manus ſi alicui amputari debet, intelligitur de ſiniſtra.*
6. *Opinionem communem in dubia ſequi debemus.*
7. *Furore correptus poſt ſententiam mortis, mori non debet durante furore.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Calice legato aut promiſſo qualis debeatur.*
10. *Ratio decidendi.*
11. *Euangelium in ſenſu potiſſimum eſt.*
12. *Mulieres dignæ ſunt miſeratione, & quare.*
13. *Veritas in legibus non eſt abſconditia, licet ſit ſubinde obſcura.*

1. OMnis diſpoſitio quæ à lege vel ab homine fieri poteſt, ex verbis & mente conſtare dicitur. *l. ſcire leges ff. de leg. Quinti. lib. 7. cap.* 7. Vbi mens & verba clara ſunt atque inter ſe conueniunt, quæſtionem voluntatis non admitti conſtat. [*Gail* 2. *obſ.* 97. *n.* 18. *verſ. in claris, & de Arreſt. c.* 11. *n.* 2. *verſ. quod eſt D. Peck. infrà ad c. inſpicimus, in pr.*] Nam in his argumentari tam ſtultum eſt, quàm in clariſſimum ſolem lumen mortale inferre. *l. ille aut ille §. fin. ff. de leg* 1. Sin autem manifeſtè repugnent: neutrum ſeruare oportet. *l.* 3. *ff. de rub. dub.* Cæterùm quando neque ex eo, quod communiter actum eſt, neque ex eo, quod veriſimile eſt, neque ex more regionis, neque ex ſermonis conſuetudine, neque ex ſuperiore aut inferiore ſcriptura, neque ex cæteris dictis, factis, animo aut vita loquentis quid rei ſit, & quid voluerint homines aut legiſlatores liquet, res dicitur obſcura, & in his quod minus eſt, ſequimur. Hinc eſt quod eleganter reſpondet & ſe ita iudicaſſe refert Guido Papæ præſes concilij Gratianopolitani, *quæſt.*
2. 252. † quòd ſi quis promittat operarijs ſuis euntibus in vineas pro mercede diurna tantum dare, quantum dabunt alij ciues: & reperiantur ciues difformiter ſoluiſſe: fortè quod nonnulli ſoluerint in dies ſingulos ſex ſtuferos, nonnulli ſeptem, & alij quidam octo ſtuferos: ſatisfaciet promiſſor ſoluendo quod minimum eſt, ſcilicet ſex ſtuferos in ſingulos
3. dies. † Amplia primo hanc regulam ad contractus. Nam ſi quis promiſit alicui in ſingulos annos dare duos modios frumenti, vel duas amphoras vini, non ad amphorarum aut modiorum, adeoque ipſius menſuræ, ſed duntaxat ad præſtationem vini frumentique menſurati tenetur. *l.* 3. *ff. de tritico & vino legat. Fulgoſ. conſi.* 231. Sic & Iabolenus. *Si fideiuſſor* (inquit) *ſine adiectione bonitatis tritici, pro altero triticum ſpoſponderit: quodlibet triticum dando, reum liberat. l. ſi fideiuſſor. mandat.* Sic etiam qui promittit dare ſingulis annis decem, ſingulis canonicis illius eccleſiæ: in hac obſcuritate fit interpretatio, vt non videatur promiſiſſe, niſi ſecundum numerum canonicorum qui
4. nunc eſt. † Ideoque aucto canonicorum numero, non tenetur ijs qui acceſſerunt. *Ime ad c. literas reſcript.* Amplia ſecundo, vt locum habeat in teſtamentis, ſiue obſcuritas conſiſtat circa quantitatem, ſiue circa numerum, ſiue circa tempus ſolutionis, vel circa qualitatem rei legatæ. *l. idem Iulian. §. ſcio. ff. de leg.* 1. Vnde ſi maritus leget vxori tantum, quantum aliquis hæredum habiturus eſt: hæredes vero difformes portiones habeant, minima portio conſiderabitur, *l. qui concubinam. §. cum ita. ff de leg.* 3. & nummis in genere legatis, minimæ æſtimationis debentur. *l. nummis eod. titu.* Amplia tertio, ad ſententias iudicum & arbitrorum. Nam ſi ſint tres iudices, & vnus condemnat reum in quindecim, ſecundus in decem, tertius in quinque, in hac obſcuritate præualebit ſententia de quinque. *l. inter pares. ff. de re iud. l. idem proferre § ſi plures ff de arbitris.* [*vide Garz. de expenſ. c. vlt. n* 8 *Teſſaur dec.* 1. *n.* 10. *Cuiac.* 12. *obſ.* 16. *D Peck. infrà in c plus ſemper, ſub n* 4.] Vnde etiam eſt, quod in dubio, iudicem pronunciare conuenit, appellationem non eſſe deſertam, ſed amittendam, *ca. vt debitus ibi Panor. de appella.* quia id minus præiudiciale eſt parti, quæ ſuccubuit. *Bald conſ.* 183. *Alexan. conſ* 54. *lib.* 5. [*Gail.* 1. *n.* 10. 11. *& ob.* 150. *verſ ſicut. Mynſ.* 3. *ob.* 22.] Amplia quarto ad libertatis dationem: quia ſi ſub diuerſis conditionibus diſiunctim poſitis, ſeruus liber eſſe iuſſus fuerit: poteſt eligere conditionem minimè ſibi moleſtam. *l. ſub diuerſis ff. de condit. & demonſtrat.* Quinto amplia vt locum habeat in ſuſpecti tutoris accuſatione: quia cùm dubitatur an tutor ſuſpectus remotus ſit ob dolum vel ob culpam, præſumimus eum ob culpam tantùm remotum fuiſſe. *l.* 4. *de ſuſp tut.* Amplia ſexto, vt procedat etiam in pœnis: quia in dubio minor pœna eligenda eſt, *l benult. ff. de pœnis.* & vt id fiat, pœnaque euitetur, contractus præſumitur conditionalis. *Decius. conſ.* 2. Et ſi quis condemnatus eſt ſimpliciter ad pœnam capitalem, intelligitur de exilio, *Panorm. & alij in cã quanto. de iureiurand.* † aut ſi condemnatus ſit ad amputationem manus, intelligitur ſiniſtra amputanda. 5.
Salicet. Caſtr. & Alber. ad aut. ſed nouo iure C. de furtis. Adde quod ſi quis percutiat baculo, dum potuiſſet percutere gladio, quem ad manum habet, & occidit, non punietur vt homicida, ſed fit interpretatio quod non habuit animum occidendi. *Hypol. ad le.* 1. *§. Diuus Adrianus. ff. de ſica,* [*vide Peck. infrà ad c. in pæn. per totum, & præſertim n.* 4.] Amplia ſeptimò, vt locum habeat, quando obſcuritas naſcitur ex conflictu opinionum, & ſi communis ſententia reſiſtat: quia quamuis pro regula traditum ſit, † quod ſtare debeamus communi opinioni, aduerſus quam qui iudicat, cenſetur 6.
eſſe temerarius, & per imperitiam iudicare. *Iaſon ad l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cog.* Hoc tamen verum non eſt, quando communis opinio nimis dura ac rigida eſſet, & alia æquior minuſque

quę grauet *Iaſon.ad l. placuit. C. iudiciis.*] *vide Gail 1 obſ.*154.*n.*5*.& ſeq Cauallos in ſpecul. op. com.contra com.*] Amplia octauò ad euitationem peccati: quia ex duobus malis minus malum eligendum eſt, ſi vtrumque vrgeat & euitari non poſſit.*cap.*1.*&* 2. 13. *dict.Cicero li.* 3. *Offi.*[*conſ. Gail* 1.*P.P.*4. *ſub n.*16.] Poſtremò procedit etiam in his quæ ſunt captioſa: quia quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt id, quod minimū habet iniqui-
7. tatis, *l.quoties nihil.ff eod.* † Vnde ſi paſſus ſententiam furore corripiatur, ſupplicio affici non debet, & in furioſum licet antea deliquerit, pœnalis executio non fiet. *Bald ad ca.*1. *de eo qui fratrem ſuum occidit.Iaſ.in l.ex facto,ff. de vulg.& pupill.* Atqui in eum qui ſimulat ſe furere, pœnam exequi nihil prohibet. [*vide Gail* 2.*obſ.*110.*n.*20.*& ſeq. Peck.ſuprà in c.ſine culpa n.*1.] Et ſi dubium eſt, an condemnatus verè correptus ſit furore nec ne, poſſitque ea in re aliqua eſſe captio: omnem lapidē mouebit iudex, vt veritatem expiſcetur: quemadmodum & Salomon Rex infantem viuum, de quo diſceptabant meretriculæ, allato gladio iuſſit in duas partes diuidi, & vnicuique partem dari, eaque induſtria ad hoc peruenit, vt veritatem intelligeret. *cap. adferte. de præſumpt.*[*conf.Gail* 1.*P.P.*17. *n.* 8.] † Ratio du-
8. bitandi eſt, primò ex eo, quòd Caius ait, in dubijs benigniora præferenda eſſe. *l. ſemper in dubiis.ff. eod.* Paulus verò, in ambiguitate valere quod actum eſt, reſpondit *l vbi eſt.ff.de reb.dub.* Aliàs vero id quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri aſſolet, lex conſiderat: *ca. inſpicimus inf.eod.* Iulianus obſeruandum credidit id, quod rei gerendæ eſt aptius. *l. quoties* §. *idem ſermo.ff.eod.* Metianus ait in ambiguis orationibus ſpectandum eſſe, quid ſenſerit is, qui eas protulit. *l. in ambiguis orationibus. ff. eod.* At Proculus refert eum qui ambiguè loquitur, id loqui, quod ex his quæ ſignificantur, ſenſerit *l.Nepos.ff.de verb.ſignificat.* Rurſū Vlp.in re dubia vult edicti verbis ſeruiendum eſſe *l.* 1.§.*ſi quis nauem ver.in re igitur dub.ff.de exe.action.* Quę varietas reſponſorum, diſſidium magnum excitare, vim aliquam adferre huic regulæ videtur, quæ quod minimum eſt, ſequendum eſſe, definit. Secundò ex eo, quòd non videtur verum eſſe, quod in teſtamentis minimum ſequimur. Nam aliquando lex vult præſtari idquod eſt maximum. Etenim ſi is qui ducenta depoſuit, ita leget: Scio cum ducentis, quæ apud eum depoſui, trecenta lego: naſcitur hic obſcuritas, vtrum quingenta præſtanda ſint, vel an in trecentis ducenta depoſita numerentur: reſpondetque Iuli, quingenta præſtanda eſſe. *l.ſi is qui ducenta ff.de reb. dub.* Alioqui verò lex id quod mediocre eſt præſtandum eſſe cenſet. † Nam ſi quis calicem legauerit, vel vt Scæuola ait, ſignum Dei in æde ſacra fieri præceperit: non ex auro tamquam metallo optimo, neque ex ære tanquam viliore, ſed ex argento, veluti ex mediocri metallo, hæres legatum præſtre debet. *l. Titia.*§.*fin.ff.de auro & arg.leg.* Pari modo, ſi is qui tres lances habuit, leget in genere lancem, non apparet quam legare voluerit: mediæ magnitudinis legaſſe cenſetur. *l.qui lancem.eod. tit.* Rurſus, legato hominis generaliter relicto, ſcribit Vlpianus; id obſeruandum eſſe, ne optimus vel peſſimus accipiatur. *l. legato generaliter ff de leg.*1. Interdum quoque nihil præſtari lex permittit. Nam ſi teſtator leget amico ſuo Sempronio fundum, extentque plures eius nominis amici teſtatoris, obſcurumque ſit de quo ſenſerit: cadit legatum neque vlla æquitate ſuſtinetur. *l.ſi fuerit.ff.reb.dub.* Denique & illud vrget, quod Alexander Imperator reſcripſit, voluntatis defuncti quæſtionem in æſtimatione iudicis eſſe *l. voluntatis C. de fideicom.* Tertia dubitandi ratio eſt ſimilis in contractibus. Nam lex aliquando præſtari præcipit, quod maximum grauiſſimumque eſt: quia in obligationibus vbi dies non apponitur, ſtatim & præſenti die debetur. *l. in omnibus oblig.ff.eo.* Et in dubio dotalis ſtipulatio interpretari ſolet, quatenus vxori vtilior eſt, non prout eſt exigua. *l.emptor fundi,ff.de vſucap.pro empto.* Et ſi emptor emit fundum ſciatque aliquam eius partem eſſe alienam, ſed neſcit quæ ſit illa: non interpretabimur partem minimam illam eſſe, ſed vſucapio impedietur in toto fundo. Aliquando etiam id quod mediocre eſt, prętari mandat, *l ſi quis argentum* §. *ſimiliq. modo.C de donat.* Venditor (inquit Caius) qui ſimpliciter dixerit ſeruum coquum eſſe, ſatisfacere videtur, etiamſi medicorem coquum præſtet, idque & in cæteris generibus artificiorum, *l.ſi quid venditor ff.de ad l edicto.* locū habet. Interdum verò lex propter obſcuritatem actum vitiat, veluti ſi quis frumentum, vinum, ferrum, pecuniam promiſerit non adiecta menſura, pondere, aut numero. *l. ita ſtipulatus ff.de verb.oblig.* Eodem etiam modo ſubinde lex dubij totius explicationem arbitrio iudicis committit, veluti cum non expreſſa quantitate dos promiſſa eſt, *l.cum poſt* §. *gener.ff.de iure dotium.* Quarta dubitatio eſt ex eo, quod Vlp.ait, Si plures hominem percuſſerint, & non apparet cuius ictu perierit: omnes lege Aquilia tenentur. *l.item Mela.*§.*ſi plures ff.ad l.Aquil.* Et cum dubitatur vtrum quis habuerit animum occidendi vel iniuriandi, lex non præſumit quod minus eſt, ſcilicet quod non habuerit animum delinquendi, ſed quod maximum eſt, & quod occidere & iniuriari voluerit, quantumuis ante proteſtatus ſit, quod animo iniuriandi non diceret: *l.*1. *C. de ſicar.l.ſi non conuitij C.de iniur.* Huc etiā pertinet, quod in dubio præualere debet ea opinio, quæ plus pœnarum habet, vtpotè quod eam ſeruari, animæ delinquentis magis expediat, & in obſcuris præualet ea ſententia, quæ ſuadet id quod animæ vtilius eſt, *c.conſilium de obſer.*

obſer. ieiuniorum ca. iuuenis de ſponſalibus. Ideóque ex facto conſultus reſpondit Anchora. *conſ.* 179. quod ſi teſtator confeſſus eſt ſe eſſe vſurarium, fiet interpretatio quod ſemper fuerit vſque ad mortem: quia hæc interpretatio animæ ipſius vtilior eſt, quamuis Alciatus non omninò malè contra Anchoranum ſentire videatur, *reg.* 3. *præſumptionum c.* 1. *in fin.* Poſtremò ex eo, quod ſi duo ex iudicibus vel arbitris condemnent in ſummam maiorem, & tertius in ſummam minorem condemnet: maior ſumma adjudicata cenſebitur, *c.* 1. *de arbitr. s.* † Ratio verò decidendi eſt, quod fauo-
10. rabiliores ſunt leges ad liberandum, quàm ad condemnandum & ad obligandum. *l. Arianus ff. de act. & oblig.* [*vid. D. Peck. ſuprà in c. cum ſint. & c. ſeqq. per tot.*] quodque contra eum facienda ſit interpretatio, qui apertius leges conuentionis dicere poterat. *c. contra eum inf. eod.* [*vbi omnino vide Peck.*] Neque obſtat prima dubitatio, nam vt in cæteris rebus, ordine perturbato omnia confuſa pugnantiaque apparent; ita & in hac ciuili diſciplina facilè multa videri poſſent falſa & contraria, niſi ordinem quendam conſtituas, confuſa diſtinguas, generalitatem coërceas: ſeiuncta colligas, infoſſa eruas, & caſum à caſu ſepares. Quod cum facis, dicam cum Zaſio, *in lib de antimonijs.* verè dixiſſe Iuſtinianum, nullam eſſe tantam diſſonantiam & contraietatem in legibus, quæ non poſſit conciliari & componi. In primis itaque non dubium eſt, quin mens legiſlatoris, contrahentis vel teſtantis, ſeu actum aliquem alium agentis, prior & potior ſit, quàm vxor & verba eiuſdem. *d. l. Labeo.* Ideoque reiecta vocabulorum proprietate cuſtodienda eſt. *d. l. ille ca. inſpicimus inf eod.* Quo pertinet quod D. Hieronymus ait. † *non in verbis ſcripturarum eſt*
11. *euangelium, ſed in ſenſu: nō in ſuperficie ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.* Si verò de voluntate apertè non conſtat, videbimus an ſaltē tacitè ex eo quod veriſimile eſt, colligi poſſit: quia coniecturata voluntas pro expreſſa eſt, propter quod à conſultis manifeſta & euidens (quo ad effectum) ſubinde appellatur. *l. cum quid & ibi Doctor. ff. ſi cert. pet.* Sumiturque à congruo, iuſto, honeſto, vtili, & poſſibili, *d. l. in ambiguis ff. de rebus dubijs.*

Pari modo veriſimile eſt, eum qui loquitur, teſtando ſiue contrahendo, locutum eſſe ſecundùm morem ſuum loquendi, *d. l. Labeo.* vel ſi peculiarem modum non habuit, probabile eſt, quod ſecutus eſt morem regionis, & quod ſecundùm leges ſeu ſtatuta patriæ contrahere, vel teſtari voluit, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati l. hæredes mei. ff. ad Treb.* Tum etiam ex antecedentibus & ſequentibus, *l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg.* 1. ex natura rei ſeu actus. *l.* 4. *§. verum. ff. de vſuris.* & ex dignitate, charitate vel amplitudine perſonæ cum qua agitur, *l. ſi cui ff. de annuis leg.* veriſimilitudo hæc abundè apparet. Quod ſi verò de mente nec ſic quidem appareat; tunc in omni ſcripto ac dicto, ſemper in dubijs à proprietate verborum non eſt recedendum. *l. non aliter. ff. de leg.* 3. Nam huius proprietatis adeò ſtudioſi fuerunt Conſulti veteres (vt author eſt Quint.) vt Valla. *lib.* 5. *in fine.* ipſe acerrimus alioquin eorum inimicus, & veluti exitialis hoſtis, fateri debuerit, linguam latinam, ſi perdita eſſet, ex ſolis libris Pandect. reſtitui poſſe. Sed tamen propria interpretatio præualet impropriæ, tanquam dignior. Vnde & dominium intelligitur de directo, & filius de legitimo & naturali. Poſt mentem autem & verba, in dubiis quod benignius eſt ſequimur. Appellatione verò benigni venit id quod eſt minimum, vt hic. *d. l. ſemper ff. eod.* [*conſ. D. Peck. infrà in c. inſpicimus, n.* 10. *& ſeq. & in. c cū quid, n.* 1. *& ſeq. cum ibi conc.*] Neque etiā ſecunda mouet dubitatio: quia ſi Bartolo credimus *ad d. l. ſi. cui.* proprietas verborum illic indicabat quingenta deberi. Idemque ſecutus Albericus reſpondet, *ibi,* certū & ex verbis legis manifeſtū eſſe quod ibi teſtator duas ſummas diſtinctas, adiecta dictione, *cùm* relinquere voluit. Quæ quidē ſolutio melior eſt quàm Accurſij *Accurſ. in d. Titia. §. Seia. Ludo. Gozadinus conſ.* 60. dicentis regulæ noſtræ locum non eſſe, quando lex contrarium diſponit. Nullus enim de eo dubitat, ſed contrariæ legis rationem inueſtigare oportet. Vnde dicunt interpretes, eiuſmodi eſſe ſolutionem imperitorum. Quod verò de mediocritate dictum eſt, ſuam quoque rationem, & ad certos terminos reſtrictam habet. Nam quod Scæuola reſpondit, ſignum Dei ex argento ponendum eſſe, idcircò factum eſt, quod in æde ſacra (vt dixit textus) vbi ponendum erat, non niſi ex auro & argento fieri ſolet, adeoq; uerum eſt, argentum illic eſſe minimum. *Tiraq. de pia. cau. priuileg.* 25. Quo modo ſi quis calicem leget, argenteus præſtabitur, ſi ex more regionis vel aureus vel argenteus præſtari ſolet. Sunt tamen qui exiſtimant, pietatis religioniſque gratia, & ob dignitatem ſupremi numinis, argenteum deberi, etiamſi conſuetudo communis vilioris materiæ æs in templum recipiat. Sic & de lancis legato nihil mirari oportet, cùm in reſponſo contrario teſtator expreſsè minorem à minima ſeparauerat, verbaque eiuſdem cum mente conueniebant. Sic etiam de legato generaliter relicto quod dicitur, nihil eſt quod nos conturbet. Mediocres enim res debentur, quando res nobis eſſent inutiles. *l. ſi nondum. C. de furtis.* Quis enim legatarius acceptaret ſeruum peſſimum, fruges conſumere natum? Quis contentus foret ſibi obtrudi oues morbidas, vel equos calcitroſos, & ad nullam rem idoneos? Quis denique exiſtimabit hoc voluiſſe teſtatorem, qui liberalis eſſe voluit erga legatarium, quem maiore damno afficeret quàm commodo honoraret? Porrò autē quotieſcumque legatum generis conſiſtit in quantitate

titate vel ex mutua functione, monet Zaſius, *ad d.l.legato.nu.*20. *cauſa.* 2. hic eſſe ſubſiſtendum. Tunc enim non mediocre ſed minimum præſtatur: *d. l.fideiuſſorem.l.4.de tritico legato.* quia quantitas quantumcunque ſit minima, vtilis eſt, ſi non omninò ad punctum trahatur, quod ne fiat, reſiſtit mens teſtatoris, qui cùm aureos legauit, non cenſetur de his intellexiſſe, qui ferè nihil ſunt, & qui nummos legauit, non cenſetur de his cogitaſſe, quos nos mitas, appellamus. Et hæc quidem voluit Zaſius, ſed ſubobſcurè, dum ait, ea genera quæ conſiſtunt in functione mutua, nō ex bonitatis extrinſecæ gradu, ſed ex vſu functionis præſtari. Quod ſi de legato ſpeciei, quid præſtandū ſit, quidve ademptum ſit, dubitetur: res reducitur ad minimum. *l.ſi ita ſcriptum ff.de leg.* 1. Quia debet hæres in his grauari, quantò minus poteſt. *l.apud Iulianum.§.ſcio ff.de leg.* 1. Sed ſi tāta ſit obſcuritas vt exitum non inuenias, cadit legatum: veluti cum Sempronio legat, pluresque ſunt eius nominis amici teſtantis. Quid enim hic facies? Si dicas ſingulis præſtandum eſſe, grauabitur hæres, quem teſtatur in vna ſumma grauare tantū voluit. Si verò dicas diſtributionem inter omnes faciendam eſſe, mens teſtatoris rurſum reclamat, quæ vnum Sempronium habere volet. Quod autem Alexander reſpondit, voluntatis defuncti quæſtionem in æſtimatione iudicis eſſe: intelligit Caſtrēſis. *ibi.* ſi voluntas clarè non appareat, dubitaturque an tacita ex indicijs colligi poſſit, vel ſi quæſtio ſit de propria verborum ſignificatione. Baldus verò: *ibidem.* primùm omnium voluntas teſtantis expreſſa vel tacita inſpicienda eſt, inquit. Poſt hæc verò interpretatio legis, vel illius, cui lex vel teſtator nominatim eam commiſit. *l.ſi.quis à filio ff.de leg.* 1. [*conf.Gail.*2. *obſ.*132.*n.*7.*& ob.*135.*n.*5.] Et eo quidē ceſſāte, queſtio voluntatis in arbitrio iudicis eſt, qui ſi cauſa hoc exigat, minimū iudicare poteſt, *l. quæſitum.ff.de fundo inſt.* præterquam ſi volūtas tam obſcura ſit, vt nullum intellectum ſuſtineat, quo caſu non ſubſiſtit. *l. quo tutela.* §. 1. *ff.eod.* Ad tertiam dubitationem quod attinet, eadem pœnæ eſt ratio. Aliquando enim quod maximum eſt, conſideratur, ſed benigna ratione. Nam quod præſenti die debeatur purè promiſſum, ideò eſt quod præſens cauſa obligationis neceſſariò præſentem effectum pariat. *l.* 1. *ff.quod quiſque iuris.* Et propter commodum medij temporis, non videtur alia fuiſſe mens contrahentium, quàm vt ſtatim ſolueretur. *Bartol.& alij ad l.hæres abſēs ff.de iudicijs.* Actus autem agentium non debet egredi eorum intentionem. *l.non omnis.ff.ſi cert.pet.* Sic & ſpeciali fauore mulieris receptum eſt, quod in dubio interpretamur rem prout eſt vtilior ei, non
12. quatenus eſt minima. *d. l. nuptura.* † *Quis enim* (inquit Iuſtinianus) *non miſereatur earum propter obſequia, quæ maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorū procreationem. l. aſsiduis C.qui potiores in pigno. habeant.* Sic etiam vſucapio impeditur in toto fundo: quia pars incerta non poteſt poſſideri, *l. locus. ff. de acquir.poſſ.* ergò nec vſucapi. Proinde ſicut pars incerta non vſucapitur, ita nec totum: cum iſta incertitudo afficiat totum fundum. Similiter quod de mediocri dicitur, ideò eſt, ne minime rei præſtatio, magis ſit oneroſa quàm vtilis, tam contra præſumptam voluntatem liberalis donatoris, quàm contra mentem ſtipulantis. Neque etiam mirum eſt, nimiam & effuſam generalitatem contractum vitiare, cum exitum nullum inuenire liceat circa captionem: ſibique imputare poteſt, qui expreſſius legem conuentionis nō dixit. *Zaſius ad l.ſi ita ſit ſcriptū.nu.*21.*ff.de leg.*1. Nam aliàs ſi aliqua ratione hæc obſcuritas detectis tenebris ad lucem reuocari poſſit, vel ex conſuetudine moreque regionis aut diſponentis, vel aliunde: iudicis arbitrium hic exuberat, viceſque ſuas interponit. *d.ca. contra eum.* Quæ ratio eſt ſtipulationis, quæ de dote danda inter ſocerum ac generum interponitur, *Iaſon ad.d.l. ita ſtipulatus.* habita ratione dignitatis, facultatumque vtriuſque. *d.§.gener.* Non obſtat quoque quarta dubitatio: quia ſi fuerint omnes in actu delinquendi, quamuis non abſoluantur omnes, tamen ad legem Aquil. quod attinet, minimum ſequimur: quia non puniuntur omnes de homicidio, ſed de vulnere illato: qua de re plura interpretes ſcribunt, quod vide. *Alex. conſ.*15.*lib.*1.*conſ.*14.*li.*3.*Chaſſa.conſil.*58. *Hypol.ad l.fin ff.de ſicariis.* [*Gail.*2.*obſ.*109.*per tot. & ibi Grau. VVeſem.parat.de ſicar.n.*19.*Tyraq.tr. de pœn.cauſ.*63.*Dec.in l.fauore.n.* 6.*ff.eod.Coſt. in. l.* 51. §. 1.*ad l.Aq.*] Neque refert quod de conuitijs animoq; occidendi dictum eſt. Nam licet aliàs res dubia interpretari debeat in mitiorem partem, & ad bonum: *c.eſtote c.cum dilecti de accuſ.* hoc tamen verum non eſt, quando res ſeu actus prima fronte habet maiorem formam delicti quam boni, præcipuè ſi à lege naturæ ſeu diuina reprobetur. Et mirum non eſt, ſi pro anima fiat interpretatio, eo quod piarum mentium eſt, culpam timere vbi culpa non eſt. [*conf. D.Pec. ſupr.in ca. eaqua, in fin.*] quemadmodum hæc omnia eleganter explicat Alciatus. *reg.*3 *præſumptio.cap.*1. ad quē remitto. Poſtremò nihil nos mouere debet, quod vltimo loco in dubitationem venerat: cùm res clara ſit: quod maior pars iudicum præualeat. Quemadmodum & alia quædam huc pertinentia apud Zaſium videre licet. *ad d. l. inter pares.num.*8. Ex his omnibus facilè quoque intelligimus, veritatem id legibus non eſſe abſconditam, ſed ſubinde obſcuram, non vt non intelligant qui diligēter illam inueſtigare velint, ſed ad ignominiam illorum, qui Iureconſulti eſſe & dici volunt abſque labore.

REGULA XXXI.

Eum qui certus eſt, amplius certiorari non oportet.

1. *Certus quomodo quis dicatur.*
2. *Dictum viri celebris ponderandum eſt.*
3. *Certiorari verbum an ſit latinum.*
4. *Ampliationes ad hanc regulam.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Rationes decidendi.*
7. *Citatio vnica in quibus cauſis ſufficiat.*
8. *Denunciatio an & quando eſt de forma.*

VT nihil grauius eſt, quàm ſi id quod ignorat quis, ſcire ſe credat, defendatque verum eſſe, quod aut falſum, aut non ſatis explorate perceptum, & cognitum eſt, vt ait Cicero: *de natura Deorum.* Ita vice verſa nihil impudentius eſſe aut dici poteſt, quàm ſi quis in rebus apertiſſimis & luce clarioribus, ignorantiam prætendat. Aduerſus quam improbitatem conſtituta eſt hæc regula quæ non ſinit eum qui certus eſt, infamem ignoratiam allegare, & vlteriorem certiorationem requirere de ea re, quæ ipſum non latet. Quippe quod (vt ait Chryſoſtomus) is qui ſcit & non facit ſimilis eſt illi qui laterem lauat. Nam ſi laues laterem, non mundatur, ſed commoto loco ſordeſcit. Sic & is qui eſt contumax, ſcit & non facit. Huc pertinet quod iudex qui ſcit à ſententia per eum lata appellatum eſſe, vlterius certior fieri non debet de eo quod prouocatum eſt, *ca. ſi duob. de appellat.* & notitia citationis, aliquem vere contumacem conſtituit, ita quod contra eum tanquam contra coutumacem, ad excommunicationem procedi poteſt. *Rota deciſ. 271. in nouis.* [*vide tamen Gail. 1. obſeru. 132. num. 7. & 8.*]

1. Certus. †Variè diſceptatum eſt inter interpretes iuris, quis certus eſſe dicatur. Sunt qui rectè exiſtimant, certum dici eum iuris interpretatione, quem dies vel à lege vel à contrahentibus appoſitus, interpellat, quid dare aut facere eum oporteat, quippè quod his caſibus alia interpellatio non eſt neceſſaria. *l. 2. de iure emphiteutico l, magnam. C. de contra. ſtipulat.* [*vid. D. Peck. ſupr. in c. mora, num. 9.*] Sunt quoque qui certum haberi volunt eum, qui quid ab homine fide digno intellexit: *ca. ſicut*
2. *de ſymonia.* †quia dictum alicuius viri in dignitate conſtituti, præſtat iuſtam credendi occaſionem. *gl. in l. Titio. ff. de condit. & demonſt.* Quapropter vnus ex multis reſpondit Baldus, *ad l. indicia. C. de rei vend.* quod ſi quis audiuerit à patre, homine notabili, quod emerat talem fundum: licet verum non ſit, tamen ex eo cauſatur iuſta credulitas ad præſcribẽdum. Sunt denique & alij qui aſſerunt, hunc quoque certum dicendum eſſe, qui vehementer opinatur, & cuius opinio cum veritate concurrit quique inducitur ex probabilibus vehementibuſque coniectionibus, vt credat verum eſſe quod opinatur. Exiſtimo requiri plenam certamq; ſcientiam. Et ad hoc vt quis dicatur eſſe certus, vel habere ſcientiam alicuius rei, requiritur, quòd non tantum eius rei, ſed & qualitatum & circumſtantiarum ipſius notitiã habeat, *Iaſon. ad l. qui hæreditatem. ff. de acq. hæred.* [*conſ. Gail. 1. obſ. 139. n. 7. D. Peck. infr. in c. præſumitur, n. 3.*] adeò vt ſcientia in genere non ſufficiat. Et nõ ſtatim dicetur certus eſſe: qui reſciuit ex rumore quopiam. *gl. & doct. ad c. concertationi. de appellat. Romam conſ. 342. Alex. conſ. 114. li. 1.* incerto, aut etiam à quibuſdam certis perſonis, quæ illi generatim dixerunt tale quid eſſe factum. Nec enim tenetur cuilibet referenti credere, *Fely in c. à nobis, de exc.* ſed lex requirit certam & indubitatam ſcientiam, vel ex renunciatione hominum fide dignorũ, vel ex inſpectione inſtrumenti authentici, vel aliũde: *latè Tir. de retra. §. 39. gl. 2. n. 30. cum. ſeq. quia in totum omnia* (inquit Conſultus) *quæ animi deſtinatione agenda ſũt, nõ niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt. l. in totum. ff. eod.* Vnde & lex dubitantem & ignorantem æquiparat. *l. vlt. C. de pactis.* qua de re plura notat Tiraquellus. *ad l. ſi vnquam in princ. num. 96. C. de reuoc. don.* Et vbi certa forma in certa oratione vel denunciatione non requiritur, nihil refert, quo pacto quis certus fiat, verbo ſcilicet aut facto, vel per ſe vel per alium, *l. quoties ff. de hæredit. inſtitut. Ioannes Monach. hic.* totumque hoc ſaltem magna ex parte, in diſcretione & prudentia iudicis conſiſtit, vt perſpiciat an quis certus fuerit nec ne. *iuxta ea quæ notat. Hypolyt. ad l. quæſtionis. ff. de quæſtio.* Præſumitur autem ignorantia niſi ſcientia probetur, *cap. præſumitur. infra eod.* & ideo qui aduerſarium certum fuiſſe dicit, id probare debet. *l. ei qui ff. de probat.*

† *Certiorari*: Refert Alciatus *in fin. lib. 4. de verb. ſignif. col. antepenult.* eſſe qui ſordidũ verbũ exiſtimant certiorare pro eo quod eſt certiorẽ facere, quo paſſim Iuriſconſulti vtuntur. Sed hi parum memores ſunt, quod Tullius ipſe parens linguæ latinæ ſeſe excuſat, quòd quoniam in populari ratione omnis ſua verſaretur oratio, populariter loqui ſibi neceſſe erat. Quomodo & Solon Legiſlator Athenienſium, traditur in ſuis legibus pingui Minerua eſſe loquutus, ipſeque Plato de legibus ſcripturis, libro primo: *Neque de his* (inquit) *diſputamus, elegantiam vel ruditatem verborum obſeruaturi.* Ideoque non mirum eſt, ſi Iuriſconſulti quorum aliàs ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, vt ſcribit Quintilianus, ſubinde pro faciliore explicatione & tyronum intellectu quibuſdam dictionibus vti voluerunt, quę in alijs authoribus eo ſenſu nõ reperiuntur, de quo latius agũt Alciatus, *dicto loco.* & Tiraquellus. *d. §. 36. & ad l. ſi vnquã ad verbũ ſuſceperit.* 3

*in initio.*Sed hæc anxiis verborum obſeruatoribus,quibus plus tẽporis & otij eſt,relinquo.

*Non oportet.*Quaſi dicat,non ſunt neceſſariò certiorandi vlterius qui ſciunt, ſed ſi quis ex abundanti vel ſpeciali gratia,vltrò eos admonere velit, & à iure ſuo decedere,poteſt,*l.pe-*
4. *nult.Cod.de pactis.*† Amplia primò hanc regulam ad iudicia. Nam qui præſens eſt in iure ſiue in iudicio, non eſt citandus : *l. etiam ſi patre. §. ſi ab hæreditate. ff.de minoribus.*quippe quod præſẽtia ſupplet vicem effectumque citationis.*Rebuff.ad ordin.reg.tomo3.tit.de contumacia arti.2.gl. vnica nu.*4. [*Gail.*1.*obſ.*48.*n.*4. *& obſ.*51.*nu.*8.*& obſ.*58.*per tot.& ob.*109.*ſub num.*3.]*Cur enim exiſtimabimus* (inquit Alciatus *in fin.rub.Cod.de in ius vocan.*)*quemq; citari, niſi vt præſẽs adſit?Si igitur adeſt,ſatis legi factũ eſt.* Sed hæc tamen eleganti diſtinctione temperat Zaſius, ad quem te remitto. *ad l. ne vnoquoque. numero decimo quarto.ff. ad re iudic.*Sic etiam procurator, ſi ſententia contra dominum lata eſt, debet hoc illi ſignificare & appellare, vel denunciare vt dominus ipſe ſi velit,appellet,ſed non tenetur ipſi appellare, ſi dominus aliter reſciuerit,*gl.in c. non iniuſte. de procur.*[*vide Gail.*1.*obſ.*139.*nu.*9.*&ſeqq.Borell. in ſum.deciſ.tit.*66.*num.*330,]aliaque quædam ad hanc ampliationem pertinentia. Decius. *conſ.*618.Romanuſque *conſ.*330.tradiderunt, quos vide. Secundò amplia ad contractus. Nam ſi matrimonium contrahetur non præmiſſa denunciatione, aliquibus præſentibus ſcientibuſque impedimentum, ſed non contradicentibus, iſti poſtea admitti non debent ad accuſandum illud matrimonium: quia ipſis qui ſciuerunt, denunciatio non fuit neceſſaria,*gl.ad verbũ voluerit in ca.*3.*de clandeſtina deſponſat.* ſicut & venditor non tenetur emptori qui ſcit vitia rei emptæ, prædicere. *l.*1.*ff.de act.empt.* Amplia tertiò ad teſtamenta: quia lex eum certiorem fieri non vult, qui eos inſtituit,quos ipſa expreſsè inſtitui vetat. Et hinc naſcitur diſputatio, an ſufficiat præſentia mariti,dum vxor teſtamentum condit, etiamſi expreſsè non conſentiat, quando mulier ob ſtatutum ſine conſenſu mariti teſtari non poteſt;qua de re affirmatiuè Angelus reſpondit.*conſ.*183.[*Pulchrè D.Pec.*3.*de teſt.con.*3. *& vid.infr.eumdũ in c.qui tacet,per tot.cũ ibi cõcord.*]Quartò amplia vt locum habeat in pœnalibus negotijs, & ad amiſſionem iuris alicuius. Nam licet ſententia per inhabilem iudicem lata, qui communi opinione habilis reputabatur,ſit valida:*l.Barbarius ff.de offi.prætor.*tamen non eſt valida reſpectu eius qui ſciuit,*Iaſon.ibi.n.*84. cum inhabilem eſſe. Sic & geſta per procuratorem occultè excommunicatum licet communiter ſubſiſtant: nõ valent tamẽ reſpectu eius, qui ſciuit eum excommunicatum eſſe.*Felyn.ad c.ad probandũ.n.*8.*de re iudica.* Et licet cõtractus ſubſiſtat cum eo factus, qui cõmuniter exiſtimabatur cõtrahere poſſe: *l.*3.*ff.ad Maced.*Hoc tamẽ non procedit(inquit Albericus *in d.l. Barbarius numero* 9.)reſpectu eius,qui ſciuit eum contrahere non poſſe.

Vnde ſæpè reſpondi eum qui contraxit cum mercatore decoctore, quem decoxiſſe ſciuit, reuocatoria actione, & conſtitutione Caroli Quinti compelli atque conueniri poſſe, licet mercator ille publicè non decoxerit, vel pro tali habitus fuerit. Eſt enim regula generalis, quòd ſcientia vnius per ignorantiam alterius non excuſatur.*Felyn.d.loco.* Amplia quintò vt locum habeat in contrahenda obligatione legali vel ſtatutaria. Nam quamuis ex iure communi conſtitutio non liget niſi à duobus menſibus poſt publicationem, *auth.vt factæ nouæ conſtit.*præterquã ſi conſuetudo ſit contraria, vel ſi conſtitutio præſcribat breuius tempus, vel ſi habeat clauſulam decreti irritãtis.*Felyn.in ca.cognoſcentes de conſtitutio.* Ligat tamen ante duos menſes eum, qui ſciuit,*idem ibidem.*[*vide latè. Gabriel.in cõ. opin.titu.de legibus.cõcl.*4.]Et in ſimili pulchrè reſpondit Baldus.*ad l.*2.*C.de periculo rei venditæ.*quod ſi is qui in magiſtratu eſt, ſciens conſtitutum eſſe in ſenatu, de minore precio tritici, & ante publicationem conſtitutionis vẽdidit inſolito pretio ac grauiore alicui plebeio qui hoc ignorat, tenetur ei ad id quod intereſt. Amplia ſextò, vt paria hic ſint ſcire vel ſcire opertere. *l. quod te ff.ſi cer.pet.*Vnde lex certũ eſſe cẽſet eũ,qui ſcire debuit.*l.Octauii.ff.vnde cognati,*& non excuſatur iudex prætextu ignorantiæ eorum, quæ pertinent ad officiũ ſuum.*c.innotuit.de ele.*[*vide D.Pec.ſupr. in c.ſcienti,n.*9.*cum ibi conc.*]Poſtremo amplia, quod non referat à quo is qui certus eſt, aut quo modo ſit certioratus, niſi lex nominatim aliam formam præſcribat. Vnde denunciatio & certioratio fieri poteſt per procuratorẽ,*l.denunciaſſe.ff.de adult.* Sed hoc quidam ita intelligunt, ſi eiuſmodi procurator oſtendat mandatum.*Cle.cauſã de elect. late Alex.conſ.*78. *lib.*5. & hoc tamen in actibus iudicarijs,quam in ijs qui extra iudicium fiunt, quantũ ad effectũ committendæ moræ.*idem conſ.*26.*lib.*5. [*vide D.Pec.ſupr.in c.mora,n.*5.]Sed cõtra Tiraquell.: Lex inquit,potius conſiderat effectum actus,quàm ipſum actum, & non refert à quo factum ſit, modò fiat,præſumiturque factum nomine eius,ad quem negotium pertinet etſi mandatum non oſtendatur. *l. item veniunt. §.*
petitam.ff.de pet.hære. 5.

† Ratio dubitandi varia eſt, & primò quidem ex eo, quòd reus non dicitur contumax, niſi tribus edictis per interualla tẽporũ emiſſis,vocatus non veniat: *l.contuma.ff de re iud.* cùm tamen primo edicto certus ſit, ob quam cauſam euocetur,& quod venire debet Sic vt clericus beneficiatur abſẽs,qui nõ reſidet priuetur beneficio,per tria edicta citari debet,quę affiguntur valuis eccleſiæ ſuę,& poſtea expectatur per ſex mẽſes.*c.ex tua de cler.nõ re.*Sic& pres-

presbyter in ſuis ædibus mulierem retinens, quæ poteſt ſuſpicionem inferre, antequam ab Epiſcopo amoveatur, & ordine exuatur, non tantum ſemel, ſed ſecundo & tertio admonēdus eſt. §. *presbyteris in auth. de ſanct. Epiſ.* Sic denique à teſtatore deſignatus executor, ſi exequi voluntatem defuncti negligat: antequam ad Epiſcopum executio devolvatur, ſemel & ſecundo admoneri debet. §. *ſi autem qui hoc in aut. de eccle. tit. c. cum Ioannes de teſta.* Ex quibus omnibus falſum eſſe videtur, quod ſufficit aliquem ſemel certum eſſe, cum in iam dictis exemplis, vlterius ſit certiorandus, qui ſemel admonitus fuit.

Secundò ex eo, quòd citatio fieri debet in perſona eius qui citatur, neque ſuffecerit eam ad domum rei factam eſſe, cùm tamen ſi ad domum eius facta eſt, certus ſit de ea per domeſticos & familiares, *c. fin. de eo qui mittitur in poſt. l. moram. ff. de vſuris.* Tertiò ex eo, quod emptor ſi moveatur lis ſuper re empta, debet admonere venditorem, litem eſſe motam, vt ſciat, veniat, & cauſam defendat, etiamſi venditor id ſciat, abſque denunciatione emptoris, *l. ſi controverſia & ibi docto. C. de evict.*

Quartò ex eo, quod non ſufficit iudicem ſcire, & certum eſſe, niſi à partibus certioretur: & officium eius imploretur. *l. dies §. hoc autē ff. de dam. infect. l. 2. bonorum. C. qui admitti. l. cum propter. ff. de leg. præſtand.* Unde in donatione, quæ iure communi non valet vltra quingentos aureos, ſi non ſit inſinuata, *l. ſancimus, Cod. de donat.* reſpondet Tiraquellus *d. loco* §. 36. quod non ſubſiſtet, neque cenſebitur inſinuata apud iudicem, niſi petitum fuerit decretum confirmatorium, quantumvis iudex ipſe præſens fuerit vbi facta eſt, & ſciverit, vltra quingentos aureos non valet. Sic & in retractu, inquit, non ſufficit emptorem apud acta inſinuare ſe rem emiſſe, ſed debet publicis proclamationibus vti. Quintò ex eo, quòd non ſufficit aliquem eſſe certum de diſpoſitione legis, cuius ignorantiam nemo prætendere poteſt, niſi vlterius ab adverſario certioretur. Unde licet Falcidia reſecet legata ipſo iure, & hoc non ignoretur ab eo contra quem detrahenda eſt, *l. licet. ff. ad l. Falcid.* tamen intelligitur ſi adverſarius petat, & huius beneficij quod ex lege Falcid. eſt, adverſarium admoneat. *l. patrem ff. quæ in frau. cre.* Sic etiam cùm hæres ſcriptus non ignorat teſtamētum eſſe nullum, in quo filius præteritus eſt, nihil illi hoc oberit, niſi filius præteritus eum certioraverit, petieritque teſtamentum eiuſmodi nullum declarari. *l. filio præterito & ibi doctor. ff. de lib. & poſth.*

6. †Ratio verò decidendi eſt, quòd ſicut, teſte Ariſtotele, natura nihil facit fruſtra: ita quoque nec lex quæ naturam imitatur: *c. ſi Romanorum* 19. *diſt.* & ideò quia is qui certus eſt, iam ſcit aut ſcire debet ſe certum eſſe, fruſtrà vt id ſciat, certioraretur. Non obſtat prima dubitatio: quia ne quis conqueri iure poſſit, ſe feſtinata citatione premi, & impenſis iudicialibus gravari, priuſquam an ei litem ſuſciperet expediat, deliberet, conſtitutum eſt, vt per intervalla dierum ſæpius citaretur, quo ei omnis tergiverſandi licentia ſic adimatur. Et lex non ideo vt adhuc certus fiat, denuò ipſum admonet, ſed vt pœnam contumaciæ evitet, benignè atque humaniter ipſum adhuc interpellat, ſicut alias quando certus dies à lege præfixus eſt, moræ purgatio admittitur, vt pœna legis evitetur. *c. potuit. de locato.* minoreque ſumptu fiet hæc præſumptæ contumaciæ averſio & executio, quàm contumaciæ declaratæ ſemelque contractæ purgatio. [*conf. Gail.* 1. *obſ.* 53. *num.* 22.] † Nihilominus 7.
tamen, multi ſunt caſus, in quibus vnica citatio ſufficit. Primò, ſi abſens ſemel citatus, etiam non peremptoriè, dicat nolo comparere: quia cùm hic de eius protervia conſtat, non eſt amplius citandus, ſed contumax reputatur, *Imola ad l. ex conſenſu §. fi. ff. de appell. gl. in l. tres. C. quo modo & quādo iudex.* [*v. Gail.* 1. *obſ.* 132. *ſub nu.* 7. *& nu.* 8.] Secundò in notorijs & manifeſtis, quæ omnibus innoteſcunt. *gl. in cap. cum ſit, de appell.* [*vid. tamen Gail.* 1. *obſ.* 77. *num.* 9. *& ob.* 48. *nu.* 2. *&* 2. *P. P.* 3. *n.* 12. 13. 14.] Quis enim feret eum, qui prætendit ignorantiam eorum, quæ omnes ſciunt? Tertiò, ſi iudex præſentem reum præſens in iudicio admoneat, & dicat, ego te præſens cito, reſponde, *l. ceſſante C. quomodo & quandò iudex.* [*vi. D. Peck. ſup. eod. nu.* 4.] Quartò ſi par in parem procedat, vel par parem requirat. Nam inquiſitor non poteſt inquirere contra diffamatos, niſi id denunciet epiſcopo loci & èdiuerſo, eaque in re vna requiſitio ſufficit. *clem.* 1. §. *propter de hæreticis.* Quintò, ſi citādus ſeſe occultet, vel impediat ne ad ſe perueniat citatio, *c. certum* 11. *q.* 3. [*vid. Gail.* 1. *obſ.* 55. *per tot. &* 2. *ob.* 48. *nu.* 18.] Poſtremò, ſi tyrannus aliquis eſſet citatus, qui conſueuit minas ſuas aduerſus citantem, opere & facto adimplere, adeo vt terrori eſſe poſſit executori, non niſi ſemel citari debet. *Ioan. And. ad c. non minus. de immunitate eccleſia.* [*conf. Gail.* 1. *obſ.* 57. *nu.* 2.] Quæ omnia & alia plura apud Zaſium videre licet. *ad d. l. contumacia.* Neque mouent ea argumenta, quibus oſtenſum eſt, triplicem admonitionem requiri, quia quando agitur de priuatione iuris, vt videlicet quis excludatur ab agendo vel accuſando, & multò magis ab excipiendo, cautius eſt procedendum, *cap. vbi periculum. de elect. lib.* 6. & quoties agitur de magno præiudicio, ita vt quis penitus per conſtitutum terminum priuandus eſſet, ſemper vlterior monitio neceſſaria eſt. *capit. prout nobis. capit. olim de dolo & contumacia.* [*confer. Gail.* 1. *obſeruat.* 12. *nu.* 4. 5. *& ob.* 51. *nu.* 10. Nihil etiam mouet ſecunda dubitatio. Nam quod citatio in perſonam fieri debet, ideò eſt vt parcatur verecundiæ citandi, qui magis eru-

erubeſcit, ſi per alios prima vice de citatione in eum facta admoneatur. Vel etiam ratio eſſe poteſt, vt nullam prætendere poſſit excuſationem citationis, ſibi per domeſticos ſuos non inſinuatæ, & vt ſic lites abbreuientur, hac excuſatione reiecta. Tertia quoque dubitatio non obſtat. Nam quamuis nonnulli verſentur in ea opinione quod emptor non tenetur venditori ſcienti, litem eſſe motam, denunciare: *Barbat. in capit. fina. de emptio.* communis tamen ſententia his aduerſatur. Quia interdum fit denunciatio, vt quis certus fiat tantum, & tunc regulæ noſtræ locus eſt; aliquando verò fit denunciatio ob aliud, & non ſolum ad hoc vt quis ſit certus, & tunc non ſufficit ſola ſcientia, ſicut eſt in contrario, vbi venditori fieri debet denunciatio, non ſolùm vt ſciat, ſed vt veniat ad defendendum emptorem, & liti adſiſtat. Eoque modo Aufrerius in Senatu Tholoſano iudicatum fuiſſe ſcribit, *deciſ. Capell. Tholoſ.* 407. [*vi. plures allegatos à Cab. tr. de eui.* §. 3. *n.* 2.] Quò pertinet quod voluit Tiraquellus *dict.* §. 36. *glo.* 2. *num.* 25. quod quando denunciatio quæ eſt de ſubſtantia, requiritur, ſola ſcientia non ſufficit: quia forma legis certos habet fines, *l. certa forma. C. de iure fiſci.* quos egredi non poſ-
8. ſumus. * Et cùm quæritur an denunciatio vel certificatio ſit de ſubſtantia aut forma: videndum eſt (inquit) an lex expreſsè requirat denũciari: quia tunc quaſi forma quadam quis eſt aſtrictus ad denunciandum. Si autem ſimpliciter loquimur, tunc ſi tractamus de fine ſciendi, ſufficit ſcientia. *d.* §. *petitam.* Si verò de alio effectu, ſcilicet inducendæ vel prohibendæ alicuius rei: non ſufficit ſcientia *d. l. denunciaſſe.* quod & Baldũ reſpondiſſe ait *in tractatu protim ſeos col.* 5. Sed nec quarta dubitatio vim facit: quia actus agentium non operantur præter intentionem eorum *l non omnis ff ſi cert. pet.* & ideo quamuis donatio fiat ſciente iudice, tamen quia non hoc agunt donator & donatarius, vt iudex probet donationem, lex non patitur hic fingi à iudice approbatum eſſe, quod partes non egerunt, neque vt probaret poſtularunt, *Tiraquell. d. loco num.* 23. *verſi. & hoc in caſu.* ne alioqui iudex videatur vltro ſeſe ingerere, & partem conſtituere. Poſtrema quoque obiectio nihil nos conturbat. Habet enim illa hanc rationem, quod qui certioratus non eſt de voluntate eius, de cuius præiudicio agitur, credere poteſt bona fide, quod aduerſarius ius ſuum aemittere velit, malitque in pace quieſcere, quam & litem etiam in iuſta cauſa ſuſtinere, quod vnicuique permiſſum eſt, ſatisque eſt, quod lex, ſi litigare velit, ſuffragium ſuum ipſi non denegat. *l penult. C. de pactis.* Quod ſi quis plura videre velit de his quæ ad explicationem huius vltimæ dubitationis pertinent, copioſè multa ſuggeret Tiraquellus *ad d l. ſi vnquam ad verbum reuertatur, nu.* 10. *cum multis ſequenti.* *C. de reuoc. donat.* [*v. Gail.* 2. *obſ.* 46. *n.* 6. *& ſeqq.*] ad quem me remitto.

REGVLA XXXII.

Non licet actori, quod reo licitũ non exiſtit.

1. *Æqualitas eſt mater publicæ & priuatæ trãquillitatis.*
2. *Affirmatiua pars huius regulæ.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Negatiua pars huius regulæ.*
5. *Ampliationes ad hanc partem.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*
8. *Interrogationi criminoſæ an quis reſpondere cogatur.*

QVoniam æqualitas tranquillitatis & pacis mater eſt, quæ ad frugalitatem con- 1.
cordiamque in primis conducit: ideò paſſim & vbique legiſlatores hanc ſunt amplexi. Sicut olim Licurgus per agrum æſtate poſt meſſes tranſiens, cum poſitos aceruos ſimiles & æquales vidiſſet: magna lætitia fertur dixiſſe. *Ecce omnis terra Laconica videtur multorũ fratrũ eſſe.* Hinc eſt, quod æqualitas inter virum & vxorem ſeruari debet, quo ad dotem, & propter nuptias donationem. *in auth. de æqua, dotis,* [*Gail* 2. *obſeru.* 78. *per tot.*] Hinc etiam æqualitas in vltimis voluntatibus ſpectatur, *l. iam hoc iure, ff. de vulg & pup.* [*vid. Gail.* 1. *obſ.* 112. *nu.* 13. *& ſeqq. Cothman. reſp.* 6. *vol* 1.] & ſi probatũ fuerit duos eſſe inſtitutos, ſed non in quibus portionibus: iudicandum eſt eos eſſe ex æquo heredes. *l. ſi quis ita* 2. *ff. de hæred. inſtit.* Sic & in collationibus, vt ſeruetur æqualitas, liberi emancipati cõferunt ſuis, & contrà. *l. ſi emancipati l. vt liberis. C. de collat.* Sic & in contractibus & quaſi contractibus naſcitur hinc inde obligatio, *l. Labeo.* §. *cõtr ff de verb. ſignif.* Vnde & is qui non ſeruat conuentionẽ, pœnam promiſſam petere non poteſt. *l. cum proponas. C. de pact.* [*Gail.* 1. *P. P.* 3. *nu.* 16.] Pariaque delicta mutua cõpenſatione tollũtur, *l. vero ff. ſolut. matr.* & in tributorũ ſolutione, atque in muneribus ſubeundis diſtribuendiſque honoribus æqualitas ſeruatur. *l in fraudem. C. de annõ. & trib. l.* 10. Et ideo pulchrè reſpondet Rebuffus *ad ordinat. regias to.* 3. *t. t de inquiſ. art.* 1. *gl vnica nu.* 7. quod Præſes vel Cancellarius ſeruare debet æqualitatem inter conſiliarios in diſtribuendo commiſſiones, viſitationes proceſſuum, & alia, [*quod etiam conſtituit Ordinatio Cameræ Imperialis p.* 1. *tit.* 10. §. *vtinã idem ſeruaretur inferiorib. Iudicijs!* Quæ cum ita ſunt, merito quoque & in iudicijs hanc æqualitatem ſeruandam eſſe docet hic legiſlator, [*vid. Peck. ſup. in cap. in iudic. num.* 7. *& per tot.*] & ideo quod reo non eſt permiſſũ, actori quoque licere non debet. Quod ſi quis penitus omnia inſpicere velit, inueniet hic duas tractari regulas: vnam quidem affirmatiuam tacitè: Alteram verò negatiuam expreſsè. † Affirmatiua eſt hæc. Quicquid 2.

per-

permittitur actori, vel ipſo iure, vel per reſcriptum, vel aliàs: reo quoque debet eſſe permiſſum. *cap.2.de mutuis petit. l. petenda. C. de in integrum reſtit.&c.* Sicut actor reo abſente obtinet, ita & reus actore contumace. *l. properandum.§.etſi quidem.C.de iudiciis.* Sicut ſi actor ſatiſdare non poteſt, ſtabitur eius iuratoriæ cautioni, ita & rei iuratoria cautio ſufficit. *Mantua. hic.* Sicut priuilegium ab actore impetratum ne ſoluat ſportulas, ipſi prodeſt: ita quoque & reo, quamuis de ipſo reo in priuilegio actoris nihil ſit dictum. *l.fin. C. de fruct. & litis expen.* Huc etiam pertinet, quod pulchrè reſpondit Aymo. *conſ.6.num.4.lib.1.* quod quemadmodum licet accuſatori adferre indicia, ex quibus reus ſubiiciatur torturæ, ita licet reo adducere purgationes, per quas torturam euitet, quæ tam diu differri debet, donec probabiliter ſe purgare poſſit. *Alexan. conſ. 30. lib. 7.* † Amplia primò hanc regulam vt procedat, li-
3. cet in reo malitia culpari poſſit, quia ſi habet iuſtam cauſam, poteſt etiam per cauillationes, nequitiam & calumniam actoris repellere, *gl. in cap.cupientes ad verb malignanti, de elect.li. 6.* quod & Præpoſitus Alexādrinus. *in cap. in mandatis n.2.diſt.43.* & alij probant, *Ioan. Monach. in d.c. cupientes n. 6. deciſ. Neapolit. 235.* [*Nynſin.3.obſeru.6.& cæteri quos refert Threuth. pag. 1.diſp.8 theſ.3.ſub lit. a.*] & Alciatum quoque voluiſſe video, *ad d.l cum proponas n.9.* dum ait, quod reus poteſt aduerſarij ſui malitiam malitia repellere, & cornicum oculos (quod aiunt) configere, [*conſ Peck.2. de teſtam. coniug. 4. ſub num. 1. Gail de arreſt.cap.11.circa finem.*] vt tamē tali fraude non vtatur, quæ in criminis notam tranſeat, quale eſt falſum, ſtellionatus, & id genus ſimilia. Amplia ſecundò, etiamſi reus iuraſſet ſeruare promiſſionem & non actor: quia adhuc licitum eſt reo fidem non ſeruare, ſi actor eam non ſeruet, *Alciat.d.loco num. 12.* Habet enim & iuſiurandum hanc conditionem, ſi obſeruaueris *c.3.de iureiu.* [*conſ.Gail.1.P.P.3. n.16.& c 4.n.45.& obſ. 23. n. 9.*] Amplia poſtremò, vt nec priuilegij actoris hic ratio aliqua habeatur. Quapropter ſacerdos qui coram Epiſcopo aliquem laicum traxit in iudicium, petere non poteſt, vt laicus ille iuxta legem & conſuetudinem laicorum puniatur: *cap.quod clericus de foro compet.* quia cum ille ipſam pœnam laicorum ſeruare & ſubire nollet, non debet reum ad eam adigere, ne quod ius in ſe non probat, in alio ſtatui velit. *l.1. ff. quod quiſque iuris Alciat.d.lo. num. 25.* Reſtrictiones verò, quæ huc pertinent, alibi *ſub. c. cum ſint.* diximus, eaſque proinde non repetemus, cenſetque etiam Salycetus: *ad d. l fin.* ita demum vltimæ huic ampliationi locum eſſe, ſi priuilegium per hoc penitus non eneruetur, *Aret. conſ.143.Socy.Nepos conſ. 72. numer.19. lib.2.* † Regula verò negatiua eſt hæc: Quod reo
4. non licet, nec actori licere debet: Reo non licet obſcurè reſpondere, dicendo, faciam quod de iure teneor facere, quando veriſimil iter ſcit quid debeat facere. Ita nec actori libellum obſcurè concipere, aut interrogare licet. *doct. ad c. cùm dilectus de ord. cognit.* quia non poſſet reus deliberare an vellet cedere liti, vel contendere. *l.1.ff.de eden.* Reus non poteſt conſtituere procuratorem militem: ita nec actor, *l.inuitum.C de procura.& l.militem eod.tit.* Reus non poteſt reuocare procuratorem poſt litem conteſtatam: ita nec actor. *l poſt litem, ff. de procurat.* Reus non poteſt nouos teſtes producere poſt didicita teſtificata propter metum ſubornationis: ita nec actor. *c. fraternitatis de teſtibus.* Et denique, ſi reus non poſſit actorem compellere, vt perſonaliter reſpondeat & compareat: certe nec id quoque actor poterit. *ca. 1. de iudicijs in. 6.* † Amplia vno 5.
modo hanc regulam etiamſi reus ſit deploratæ vitæ, & actor bonus. Nam quemadmodum non poteſt quiſquam tam ſanctæ inculpatæq; vitæ eſſe, vt ei ſoliusq; ipſius aſſertioni ſtandum ſit, *l.omnib.C.de teſti.* ne in propria cauſa iudex fiat, ita non poteſt actor in ſua cauſa teſtimonium dicere, non magis quam reus ipſe, etſi vitę inæqualitas concurrat, *quia more maiorum comparatum eſt* (inquit Cicer. *pro Roſc. Amerino*) *vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de re ſua non dicerent.*

* Ratio dubitandi eſt primò ex eo, quod 6.
reus ſuper turpitudine ſua, & an dolo malo poſſidere deſierit interrogatus, reſpondere cogitur, *l. qui petitorio ff. de rei vendic.* actor verò nō cogitur. *l.qui iuraſſe ff.de iureiu. Capitius deci. Neapo.vlt.* Secundò ex eo, quod accuſator reū de crimine publico accuſare poteſt, reus autem accuſatus ſuum accuſatorem reaccuſare non poteſt. *l.neganda, Cod.qui accuſ.non poſſunt.* Tertiò ex eo quòd actor quando reus non deſiſtit ab opere, ſed ædificat, poteſt etiam die feriarū nouum opus ei renunciare, reus verò econtrà remiſſionem operis die feriato petere nequit. *l.1 & ibi Doct.ff.de nou. operis nunciat.* Quartò ex eo, quod actoris iuramento ſtatur ſuper amiſſione & qualitate rerum amiſſarum, non etiam fides habetur iuramento rei. *l. ſi quando C.vnde vi.* Quintò ex eo, quod reus cogitur cauere de iudicio ſiſti, non actor. *l. Iulianus. ff. qui ſatiſd.cog.* Sextò ex eo, quod actor vnum ex pluribus ordinarijs rei conuenti iudicibus eligere poteſt coram quo agat, reus non poteſt, *l.cum clerici. C.de epiſ.& cler.l.nemo.C.de iuriſd. omn.iud.* & licet actor impetrare poſſit, vt coram iudice extraordinario agat, *l. ſi quando C. de dila.* reus tamen coram quo conueniatur non impetrat, *§. conſiderantes in auth. vt omnes obediant,&c.c. ſtatutum de ele. l 6.* Septimò ex eo, quod actor vel creditor poteſt cedere actionem inuito reo debitore in alium, ſed reus alium debitorem inuito dare non poteſt. *l.1.C. de nouatio.* Poſtremò ex eo, quod permittitur actori vt declaret conuentionem, quod reo non licet. *l. de die ff. qui ſatid. cog.*

*Ra-

7. † Ratiò verò decidendi eſt,quod (vt dixi) æqualitas eſt ſeruanda, & ſicut rex pugnaturus contra aduerſarium regem , prius congregat exercitum, & ſic vadit ad pugnā:ita & actor in iudicium venire non debet,niſi inſtructus,reus verò ſæpe imparatus trahitur ad iudicium : & ideò iniquum foret actori licere quod ipſi reo denegatur. Non obſtat autem prima dubita-
8. tio. † Nam an quis ſuper propria turpitudine interrogatus cogatur reſpondere nec ne, res plena eſt diſſenſionis,& quidem nonnulli exiſtimant reſpondendum eſſe,ſi id iudici videtur. Sed communior eſt ſententia eorum qui Bartolum ſequuntur, *Hoſtienſis & alij ad c. dudum 2.de elect. Dict ad l.Marc.ff rer.amo.ad d.l.qui iuraſſe §.ſi patet ad l. 1.C. de iuram. calum.* ſcilicet quòd ſi quis interrogetur ſuper eo,ſuper quo ſi non reſponderet,locupletaretur cū aliena iactura,fortè quod detineret indebitè rem alienam, tunc cogitur reſpondere ſuper poſitione vel interrogatione criminoſa. *Fely.ad ca.cum dilectis. de accuſat.* Si autem occultando illud crimen, non locupletaretur cum alieno damno : non tenetur reſpondere, veluti ſi interrogetur, an ſit infamis, vel excommunicatus vel fornicator. In lege verò contraria ratio eſt,vt litium occaſio amputetur , quia ſi reſpondet ſe dolo deſiiſſe poſſidere, ſtatim condemnabitur. Non mouet quoq; ſecunda dubitatio. Nam vt ait Vlpian *l. is qui reus ff. de pub.iudiciis* [*conf.Gail de pig.obſ.12.ſub.n.2.*] non per relationē criminū,ſed innocentia reus purgari debet,& quis non debet alium inculpare , priuſquam ipſe ſe lauet.*Salic.ad d.l.neganda.* Poteſtque accuſator eum repellere, tanquam inimicum vel infamem. Nihil etiam mouet tertia obiectio , quia vt reſpondet Alciatus,*ad d.l. 1. §. nunciatio. n. 22.* niſi nunciatio die feriato fieret , ædificans duriorem faceret actoris conditionem , nimiumq; ei præiudicaret qui ipſe nihil nouat, ſed reus qui remiſſionem petit,ipſe eſt qui nouat,& qui differre poteſt ſine præiudicio : tum verò nuncians extraiudicialiter agit , ſed petens remiſſionem iudicio experitur. Non pugnat ſimiliter quarta dubitatio. Quia propter enormitatem criminis , defertur actori iuramentum contra reum, violentum ſpoliatorem, vt ſi quis ſpoliat me domo mea , poſſum probare per iuramentum meum de rebus ibi exiſtentibus,& hoc in odium ſpoliatoris , qui res meas mihi abſtulit, & facultatem probandi eas mihi præſcidit. *Iaſon & alij ad l. ſi quando.* [*vide Gail.2.obſ 64.n 7.& ſeqq & obſ.43 ſub n. 2.& de pign.obſ.16 & 18.per tot.* Sed nec quinta dubitatio vim facit. Quamuis enim actor de iudicio ſiſti non caueat, nihilominus tamen cauere debet de lite proſequenda & expenſis litis reo reſtituendis,ſi abſoluatur. *Aut.gen. C. de ep.& cle.* Pari modo nihil nos turbare debet ſextum argumentum. Huius enim ea eſt ratio,quòd niſi ita fieret,videtur eſſe in eius arbitrio multo tempore , an conueniatur , quia poſſet ante litem conteſtatam ſemper variare, & præterea iniuria afficit reus iudicem ſuum ordinarium,quem ſine cauſa tanquam ſuſpectū recuſat.*doct.ad l.apertiſſimi.C. de iudiciis.* Sed è contra actor nullam ei iniuriam facit,cùm ſuus iudex non ſit.Non obſtat quoq; ſeptima dubitatio : quia quando ceſſio fit actionis præiudicium non infertur debitori,in cuius poteſtate eſt ſemper ſoluendo liberari.Sed è contrà magnum fieret præiudicium actori & creditori , ſi inuitus alium debitorem quem nollet , habere aut recipere cogeretur.Nihilominus tamen & debitor conqueri poteſt de ceſſione,ſi facta eſt in potentiorem.*C.de his qui potent.nomine.* Poſtrema etiam obiectio non mouet. Quia quod interdum diei conuentæ explicatio permittitur actori in re dubia,hoc ideo eſt, ne reus ſemper imponat contractui & conuentioni, quia alioqui fieri poſſet,quod ſemper diceret ſe de alio die ſenſiſſe.*doct.ad l.ſi quis intentione ff. de iudic. & ad l.eum qui certorum ff. de verb. obligat.*

REGVLA XXXIII.

Mutare conſilium quis nō poteſt in alterius detrimentū [*conf. D. Peck. infr. in c.quod ſemel,per tot.*]

1. *Inconſtantia & variatio quolibet in homine turpis eſt.*
2. *Contractus inter coniuges an ſubſiſtat.*
3. *Principem decet conſtantia in contractibus.*
4. *Appellatio eſt communis vtrique parti.*
5. *Fides an hoſti ſeruanda ſit.*
6. *Inducias frangenti frangere non decet.*
7. *Doctor conſulens in conſiliis deciſiuis,non debet adiicere hanc clauſulam,ſaluo meliore iudicio.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Rationes decidendi.*
10. *Vnio beneficiorum ſeu eccleſiarum quomodo fieri poſſit.*

NON erit certè multum in iuſtitiæ cultu, 1.
niſi fides ipſa tùm priuata tum publica, iuſtitiam ipſam fuerit complexa. Et quantum ſemper incommodi quantumque mali ſecum adferat mutatio atque perfidia, quamque illa calamitoſa funeſtaque humano ſit generi , notius eſt, quàm vt multis exemplis hic demonſtretur. Ideoque vt diſcerent homines ab hac vna in primis abhorrere & abſtinere , in qua tantum malorum latet : partim monet , partim etiam præcipit hæc regula, ne quis perfidè conſilium ſuum mutet in alterius detrimentū,quod & ſtulti & pueri,& parum ſenſati homines facere ſolent. Nam vt ait Eccleſiaſtes ca 27. *Homo ſenſatus in ſapientia manet,ſicut ſol,ſed ſtultus ſicut luna mutatur.* Et quidem ad huius regulæ illuſtrationem in primis pertinet,quod cum ſtatuto cauetur , ne vxor teſte-

tur abſque conſenſu ſui mariti, reſpondent noſtri, videri maritum conſenſiſſe, ſi conſilium det, vt & quo pacto illa teſtari poſſit, vel ſi notarium, teſtes, aduocatos, pragmaticos, ſeu amicos aduocet. *Tiraq. de ll. conni bialibus circa finem ad verb. expreſ. 2 lim.* [*pulchrè D. Peck. 3. de teſt. con. 21. per tot. & 1. de teſt. cō. 43. n. 14.*] Hoc autem conſilium in præiudicium vxoris hæredisq; inſtituti mutare & reuocare non poteſt, quia illuſio variatioque vitanda eſt, *c cum illuſio de renunciat.* & conſenſus verbis etiam dubiis vel factis ſemel præſtitus irreuocabilis eſt, *Oldradus conſi.* 243. videturque hoc conſilium tranſiens in conſenſum habere ſpeciem incidentis cuiuſdam contractus: *Bal. ad l. ſenium C. qui teſt. fac. non poſſunt.*

2. † Contractum verò inter vxorem & maritum, excepta donatione fieri poſſe, nulli eſt dubium *l. penult. l. vlt. ff. de in rem verſo.* Sic ſi omiſi adire hæreditatem ex teſtamento, & in fraudem legatariorum velim adire ab inteſtato, vtique non poſſum. *ff. toto titulo ſi quis omiſſa cauſa. teſt.* Sic etiam mandati reuocatio prohibetur, ſi mandatarij cœperit intereſſe. *l. ſi tibi §. ſicuti ff. mandati.* Sic denique qui paſſus eſt amicum negotia ſua gerere, multaque impendere, mutare non poteſt conſilium ſuum in eius detrimentum, vt prohibitione ſua illum à repetitione expenſarum

3. repellat *l. final. Codic. de negot. geſtu.* Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat etiam in Principe. Quoniam Princeps conſilium ſuum in præiudicium eius cum quo contraxit, mutare non poteſt, *c. 1. de probat. Decius conſ. 58* [*vid. D. Peck. ſup. in c. decet, cum ibi concord.*] & nihil eſt quod ampliore luce præfulgeat, quàm recta fides in Principe, ne vnde iura profluunt, inde iniuſtitia procedat. *l. inter claras Cod. de ſumma Trinitate.* Et ideo laudatur Dauid qui cùm regnum promiſiſſet Salomoni, conſilium non mutauit. 1. *Regum c.* 3. *& c.* 18. E contrà uerò vituperatur Saul, qui filiam ſuam in coniugem Dauid promiſerat, & conſilium mutabat. Et Samſon pluribus damnis Philiſtæos affecit, quia ſponſæ ſuæ parentes, mutato conſilio illam alteri dederant. Amplia ſecundò, etiam ſi hoc conſilium principaliter reſpiciat tantū ipſum conſulentem, *ca. ex parte 2. & ibi Fly. de reſcrip. Roman. conſ.* 41: quia ſi quis appellet à ſententia, eamque appellationem impetrato reſcripto victori inſinuet, non poteſt denuo eo inuito mutare conſilium & appellationi renunciare, quod tamen Rebuffus *ad ordinat. regias tomo 3 tit de appellationum renunciat. nu.* 17. in Gallia non obſeruari ait, & Felynus *ad d. cap. ex parte col. 3. verſ. ſed iſte.* [*vide Gail. 1. obſ. 135. num. 10. Mynſin. 1. obſer. 14. latè Hering. tract. de fideiuſ. nu. 60.*] quoque ex iure reſtringit: ſi omnino manifeſtè appareat, appellatum nulla iuſta ratione, velle aduerſus appellantem liti inhærere. An igitur poſſet eſſe iuſta aliqua cauſa, ob quam victor inuito eo qui ſuccubuit, in lite appellationis fauore victi inſtituta, maneat? Reſpondet Fely. quod eſſe poteſt. * Nam cùm 4.
appellatio ſit communis etiam parti quæ non appellauit: poteſt appellatus exercere appellationem, ſicu tappellans, & petere ſententiam in melius reformari in ſuum fauorem, ſi forte reus primi iudicis ſententia nimis mitē ſubiit condemnationē. *d. Amp. C. de ap.* [*Gail. 1. obſ. 122. n. 3. 4. cum ibi concor.*] Ad hanc quoq; ampliationē pertinet, quod actor, quamuis ei liberum fuerit incipere vel non incipere litem, *l. purè §. fi. ff. de doli except.* reo inuito conſilium ſuum mutare, litemq; differre, aut ei renunciare nō poteſt, *auth. qui ſemel C. quomodo & quando iudex.* quia poteſt intereſſe rei, qui nunc mallet ſententiam abſolutoriā expectare, ſibique & poſteris per hanc proſpicere, quàm ab hac lite recedendo, aliam in poſterum mouendam timere. Amplia tertiò, vt locum habeat, etiamſi conſtet quod conſilium illum effectum ſortiri non poſſit, propter rei innocentiam. Conſtat enim, quod ſi aliquis eſt cōdemnatus ad mortem, & poſt confeſſionem ac condemnationē liquet de eius innocentia, non debet contra eum fieri executio corporalis. Sed tamen Senatores qui conſilium dederunt vt moreretur, & iudex qui condemnauit eum, non poſſunt conſilium mutare, & hunc abſoluere, ſed debent ab executione abſtinere, & id quod factum eſt, Principi reſcribere, eiuſq; voluntatē expectare. *l. diui ff. de pœnis. Bart. ad l. 1 § fin. ff. de quaſt.* Sed hoc ita intelligit Hypolitus, *ibi nu.* 82. niſi ſententia eſſet manifeſtiſſimè iniqua, vtpote ſi condemnaretur aliquis, quod Titium iugulaſſet, & poſt ſententiam appareret eum viuere & ad iudices venire: vel ſi quis condemnaretur de furto ad laqueum, & poſtea appareret fur, qui confiteretur ſe furem eſſe. [*conſ. Mynſ. 2. ob. 81. Gail. 1. P. P. 15. n. 8.*] Nam tali caſu (inquit) retractaretur ſententia etiam Principe incōſulto. *l. inde Neratius ff. ad l. Aquil.* Sed tamen non ineleganter Felyn. *in ca. conſanguinei de re iud.* exiſtimat in eum euentum tutius eſſe, vt princeps conſulatur. 5.

* Amplia quartò, etiamſi cum hoſte agatur: quia nec in eius quidem præiudicium conſilium mutare licet. Bonus quidem dolus eſt, & pro ſolertia habetur, ſi quis aduerſus hoſtem aliquid machinetur, *l. 1. ff. de dolo.* & cum bellum quis ſuſceperit, vtrum apertè pugnet, an ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam intereſt. *c. dominus noſter 23, quaſt. 2.* Sed hoc ita accipiendum eſt, niſi aliud conuenerit aut pactum ſit cum hoſte, quod iuſta & ut mihi videtur, firma ratione, contra alios defendit Duaren. *ad l. 4. in initio ff. de pact.* [*Adde Fachin. 9. con. 58. Garciam ad l. conuent. n. 15. ff. de pact. Duaren. l. 1. eo.*] cuius opinio etiam aperto textu comprobatur. *c. noli. 23 quaſt. 1.*

* Amplia quintò vt locum habeat in inducijs, quas barbaro ſermone treugas uocant. Nā ſi aliquis hoſtis inducias ex ſua parte violauerit; 6.

Verit,conſiliumque mutauerit,debet alius quod in ſe eſt obſeruare, & priore conſilio non decedere,*c. innocens.*22. *quæſt.* 4. vt omne violati fœderis dedecus, ſit apud violatorem. *Socyn. conſ.*90.*lib.*2.*Alciat. ad l.cum proponas n.* 39. *C. de pact.*[*v.tamen aliter ſup.in c.prox.ſub.n.*3.*Gail* 2. *P. P.* 3. *n.* 16. *& ſeq. n.* 46.] Sic & in contractib. nominatis,ſi aduerſarius, mutato conſilio fidem non ſeruat, nos conſilium noſtrum mutare non poſſumus,vt planè à contractu recedatur. Nam in his poſt executionem ab altera parte factam, ſola actione ex contractu detrectantem cogimus,vt & ipſe adimpleat, *l. in ciu.C.de rei ven.*præterquam ſi ea pacta non obſeruantur, quæ cauſam contractui dederunt. *Bald.conſ.*375.*lib.*1.*l.cum te Cod.de pact.int.emp.* Amplia ſextò, vt ſæpe nec authoritas quidem ſuperioris hic quicquam poſſit, quia habens gratiam expectatiuam, ſtatim acceptato intra menſem aliquo beneficio cadente in ſuam gratiam,non poteſt mutare aut variare, cùm ſit gratia ſua conſummata in illo beneficio acceptato: adeo quod etiam de conſenſu ordinarij ſuperioris collatoris, non tolleretur hæc mutatio: tum quia cederet in præiudicium aliorũ expectantium,tum quia non eſt in poteſtate habentis illam gratiam expectatiuam nec etiam ordinarij collatoris aut cuiuſq; alterius, facere gratiam conſummatã acceptatione primi beneficij reuiuiſcere, quæ non ab eo ſed à ſummo Pontifice proceſſit. *doct. ad cle.aud.de reſ. May. ad l.nemo poteſt n.*201.*ff.eo.* Poſtremò amplia, etiamſi hoc conſilium animo contrahendi obligationem non ſit præſtitum. Vnde doctor qui in cauſa per iudicem ſibi commiſſa deciſiuum conſilium dedit, illud mutare non poteſt, & quod amplius eſt, tenetur illud pati in cauſa propria contra ſe, *doct. ad l.* 1. *ff. quod quiſque iuris*.quia vt Zaſ.ait, *ibi in pri. n.* 9. *aut dolo conſuluit,& meritò in eum retorquetur: aut per imperitiam,& eam non poteſt allegare l.*1.*C.de profeſſo.*† Et idcò in conſiliis deciſiuis, vt ait
7. Cagnolus, *ad d.l. nemo n.* 3. inepta videtur illa clauſula,quæ per aliquos apponi ſolet, *Saluo ſaniore conſilio.* Sed in conſiliis voluntariis, quæ quotidie parti litiganti præſtantur,ſecus eſt;quia in his poteſt conſulens ſententiam mutare,cum poſterior viſa ſit ei iuſtior.*Fely.in c. ne imitaris de conſtitut.*Imò magis laudabile eſt ſententiam mutare in melius,*l.nonnunquã ff.de coll.bo.* nam ea quæ ſcimus,magna pars eorum ſunt quæ ignoramus, laudaturque ob id ſententia Iuliani Iuriſconſulti, dicentis: Etſi alterum pedem in ſepulchro haberet, adhuc tamen diſcere vellet.*l.apud Iulianum ff.de fidei.liberta.*Ideoque in his conſilijs voluntariis modeſtiam honeſtatemque quandam præ ſe fert ea clauſula, *Saluo meliore iudicio.*Quia tamen turpiſſimũ eſt doctori,ſi contrario conſulat: *Decius ad l. edita C.de edendo.* certa ab hac variatione tanquam ab angue abſtinere debet, adeò vt hac mutatione confuſus olim Oldradus (vt author eſt Paul.de Caſtr.*ad l.*1.*Cod.de aduo diuerſ.iudic.in fin.*ante tempus & magno animi mœrore confectus, rebus humanis exemptus ſit † Ratio 8.
dubitandi eſt. Primò ex eo, quod Iulianus his verbis reſpondit.*Qui domum vendebat,excepit ſibi habitationẽ donec viueret, aut in ſingulos annos decem, emptor primo anno maluit præſtare decem, ſecundo anno habitationem præſtare,*Trebatius ait, *mutandæ voluntatis poteſtatem eum habere,ſingulisq; annis alterum præſtare poſſe.l.ſi ſterilis.§. qui domum ff. de act. empt.* Quæ quidem verba magnam vim adferre videntur huic regulæ, cùm hæc mutatio conſilij & voluntatis, non poſſit eſſe ſine graui detrimẽto venditoris, quod pro arbitrio emptoris migrare & rurſum domum ingredi cogitur.Secundò ex eo,quod alibi reſpondit conſultus.*l.eum qui certarum §.fin. ff de verb.oblig.Cum purè ſtipulatus ſim illud dari, licebit tibi quoties voles mutare voluntatem in eo, quod præſtaturus ſis*,& Pomponius ait,eum poſſe mutare voluntatem, atque ad alterius petitionem tranſire, qui ſub his verbis ſtipulatus eſt,quem volam dabis *l.ſi quis ſtipulatus ſit ff de verb.oblig.* Tertiò ex eo, quod ante litis conteſtationem permittitur actori conſiliũ mutare,*l. ed.ta.Co.de edendo.*& libellum ſemel exhibitum emendare,[*Gail* 1.*obſeru.*74.*num.*4. *& ſequen.*] quod tamen ſine detrimento rei fieri nequit, vtpote qui propter hanc mutationem & emandationem, diutius cogitur in lite permanere.Quartò ex eo,quod Princeps priuilegium ſemel conceſſum ſubdito, reuocare, & conſilium mutare poteſt. *clement. dudum de ſepultu.* Quomodo & Pontifex eccleſias plures vnire, & vnam in plures diſtinguere poteſt,*c.rogamus* 14 *quæſt.*1.*ca. mutationes* 7. *qu.* 1. Quæ tamen omnia fiunt cum detrimento paſtorum ſeu epiſcoporum, qui illis eccleſijs præſunt. Quintò ex eo,quod beneficia iuris omnia, ex ſola mutatione conſilij exiſtunt. Cur enim conceditur Senatuſconſultum Macedonianum, Velleianum,& reſtitutionis beneficium, niſi quod conſilium mutat qui contraxit, qui mutuum accepit,quæ interceſſit? & Iudex quidem non niſi mutanti conſilium, hic proſpicit.*l.*4.*§. hoc iudicium ff de damno infecto.* Sextò ex eo, quod Vlpianus ait,*l.*1 *§.penul.ff.depoſiti.Si ſic depoſuero apud te,vt poſt mortem tuam reddas: & tecum & cũ hærede tuo poſſum depoſiti agere:poſſum enim mutare voluntatem,& ante mortem tuam depoſitum repetere,perinde ac ſi ſic depoſuero vt poſt mortem meam reddas,potero & ego & hæres meus mutata voluntate agere.l.*1.*§.penult. ff. depoſiti.* Poſtremò ex eo, quod ſi mandauero exigendam pecuniam, deinde conſilium & voluntatem mutauero,ait Marcellus ceſſare mandati actionem, quia extinctum eſt mandatum finita voluntate.*l ſi vero non remunerandi.§.ſi mandauero ff. mandati l. cum quis §.* 1.*ff. de ſolut.* † Ratio 9.
verò decidendi eſt,quod naturalis ratio vult,vt quæ ſemel placuerunt ea ſeruentur,*l.*1.*ff. de pactis.*[*vid.D.Peck. inf. in c. quod ſemel, per tot.*]

quia graue eſt fidem fallere, *l.* 1. *ff. de conſt. petu.* & quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro non poteſt auelli, *l. id quod noſtrum ff. eod.* Per conſilium verò & voluntatē alterius ius nobis quæritur, ergò non poterit mutari ſine noſtro facto *l. ſicut Cod. de actionibus.* Nihil autem mouet prima dubitatio. Nam vt Pomponius ait, *l. quod quis ff. eod.* quod quis ex ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire, & nemo damnum facit, (inquit Iulius Paulus) niſi qui id fecit quod facere ius non habet. *l. nemo damnum eod. tit.* Neque videtur iniuriam facere, *l. non videtur eod. tit.* qui iure ſuo vtitur. Vnde licet venditor ex hac mutatione voluntatis emptoris, damnum fortè ſentiat, tamen non intelligitur ſentire quo ad iuris conſiderationem, cum vulnera ſuis telis facta patiatur, qui ſic pactus eſt, eamque mutandi conſilij poteſtatem emptori fecit, & ſic cum ſibi ipſi obſtet, nullum iuris auxilium meretur. *l. fideiuſſor ff qui ſatiſd cogant.* Et hoc eſt quod voluit Fulgoſius, *ad §. quia domum.* dum ait, quod hæc non eſt cenſenda variatio quæ fit ex natura & poteſtate obligationis. (*conſ. D. Peck. in l.* 1. *§. non autem numero* 3 *ff. de exerc. act.*)

Non obſtat quoque ſecunda dubitatio. Quia debitor alternatiuus habens electionem ex legis diſpoſitione, non mirum eſt ſi variare poteſt, quandocumque vult ante factam ſolutionem. Vniuſquiſque enim cenſetur ſe conformare legis diſpoſitioni, *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel.* & ideò ſtipulator ſciens vel ſcire debens, quæ paria ſunt, *l. quod te. ff ſi cert. pet.* quod lex hanc variationem admittit, cenſetur quoque eadem debitori permiſiſſe. Sed tamen vt hæc mutatio conſilij damno ei non ſit, poteſt iudex ad ipſius inſtantiam aſſignare debitori terminum, intra quem præcisè eligat, & ſi hoc fecerit, ſemelque elegerit, amplius non poterit variare, ne iudicis præceptum ſit illuſoriū. *l. ſi prætor ff de iudicijs.* Sin autem infra terminum non elegerit debitor, tranfertur electio in creditorem, *l.* 1 *ff. de ſolut.* quod pulcrè Caſtren. ait, *d. d. l. eum qui.* Neque maioris ponderis eſt quod Pomponius reſpondit. Multum quippe refert quibus verbis ſtipulatio concepta ſit. Nam ſi dixerit ſtipulator, Stichum aut Pamphilum quem voluerò dabis, verbum hoc, *Voluero,* non eſt ſimplex futurum, ſed admixtam habet quandam præteritionem, eiusque effectus eſt, vt ſemel declarata voluntate, eam poſtea mutare non liceat, ſed ſi dixerit quem volam, verbum volam extenſiuum eſt, tractumque habet. *l. filij. ff. ad. Trebel.* Ideoque mutare non prohibetur voluntatem ſtipulator, qui eo verbo vſus eſt, donec lis conteſtetur. *Duarenus & alij ad d. l. ſi quis.* Vim quoque non facit tertia dubitato. Quia quamuis actori permittatur mutare conſilium, & libellum emendare ante litem conteſtatam, propterea quod iudex antè nondum videatur de cauſa cognouiſſe: hæc tamen mutatio non fiet cum detrmento rei, quia non audietur actor volens mutare vel emendare libellum, niſi prius & ante omnia refundat reo expenſas retardati proceſſus, in illum vſque diem factas, *Alex. Decius & Alciat. ad d. l. edita in fine l. ſancimus, Co. de iudicijs.* quod etiam Senatus Neap. decreto ſuo probauit. *Deciſ. Neapol. t.* 70. (*vide latè Obrecht. de conc. & form. lib. C.* 20. *num.* 57. *Treutl. p.* 1. *diſp.* 4. *theſ.* 13. *lit. d.*) Sed nec quarta dubitatio mouet. Poteſt enim Princeps priuilegium ſum ſubdito conceſſum reuocare, ſi incipiat enormiter lædere ius a terius. *c. ſuggeſtum decimis.* (*vid. D. Peck. ſup. in cap. decet, per tot cum ibi concord.*) vel ſi alia iuſta cauſa ipſum mouet, quod naturalis ratio docet atque ſuadet, ne Princeps ſibi inijciat frenum, & reipub. cuius maritus eſſe dicitur, hoc pacto noceat, & dotem ipſius quæ eſt pax & tranquillitas, diſſipet. Quod autem ad vnionem plurium 10. Eccleſiarum pertinet, certum eſt, quod vnio hæc duabus tantùm ex cauſis fieri poteſt, ſcilicet ſi euidens ſit neceſſitas vel vtilitas, *cap. expoſuiſti. de præbend.* (*Gail.* 2. *obſ.* 125. *nu* 12.) Neceſſitas eſt, vt ſi duæ Eccleſiæ ſint pauperes quæ ad victum duorum non ſufficiunt, *cap. vnio* 10. *qu.* 3. & quæ non poſſunt aliquem honeſtè & ſufficienter alere, cum ſuis neceſſarijs. *gloſ. in cap cler.* 21. *qu.* 1. Idem ſi ſit deſtructa per hoſtes, vel deſolata eccleſia, *c.* 2. *de religio. domibus.* aut propter populi decrementum, fortè quod Eccleſiæ ſunt vicinæ, & populus mortuus eſt magna ex parte, aut propter temporum variationem, *cap. & temporis. qu.* 1. Vtilitas eſt, quando propter tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deſeruiendum illi beneficio vel Eccleſiæ, ne plus fauere perſonæ quàm Eccleſiæ videamur, *cap. ne ſede vacante.* qua de re plura apud Rebuffum videre licet. *in praxi beneficiorum ſub. tit de vnio. beneficiorū.* [*& latius apud Garc. de benef. tit de vnion. Borell. in ſumm deciſ. tit.* 28.] Non obſtat quoque quinta dubitatio. Nam quod in benficiis, iuris mutationem voluntatis lex permittit, partim fauore innocentiæ introductum eſt, quippe quod lubricitas ſexus mulierum, & fragile iudicium inconſultæ ætatis facilè circumſcribitur. Partim etiam, quod odio digni ſunt, qui inſidias ſtruunt innocentiæ & ætati nihil per ſe intelligenti, aliiſque quibus nondum confirmatum eſt animi iudicium. Non obſtat ſimiliter ſexta dubitatio. Nihil enim intereſt depoſitarij, vt ait Salicetus. *ad d. §. ſi ſic.* ante tempus depoſitum non repeti, adeoque conſilij hæc mutatio in eius detrimentu m non vergit, cùm citra notam furti, re depoſita vti non poſſit. Quin potius magno beneficio afficitur à quo depoſitum repetitur etiam ante tempus, vtpote qui omni cuſtodia & periculo liberatur, quod depoſitarij ſuſtinent, *l. contractus. ff. eod.* Poſtrema quoque dubitatio vim nō facit: quia mandatum etſi reuocari poſſit, ita tamen reuocatur, vt alteri iniuria non fiat, *l.*

ſed.

ſed etſi pupillus. §. *proſcri* *ſſ.de inſtit. action.* Nam licet reuocare poſſit mandans mandatum, tenetur nihilominus mandatario ad id quod intereſt, ſi proceſſit ad actum ignoranter. *l. conſenſu ff. de actio. & obligat.* Tunc etiam etſi non obligetur illi tertio, cum quo mandatarius contraxit, tamen ſi mandatarius afficitur damno, fortè quod illi tertiò ſeſe obligauit, tenetur eum mandans indemnem conſeruare. *Salicetus & Fulgoſ. & alij ad d.l. ſi vero, & ad d.l. cum quis.* [*vid. Gail. 1. obſ. 46. nu. 8. 9. cum ibi concord.*]

REGVLA XXXIV.

Generi per ſpeciem derogatur. (*Vid. DD. in l. in toto. ff. eod.*)

1. *Generis & ſpeciei tractatio in iure eſt frequentiſſima.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Rationes dubitandi.*
3. *Rationes decidendi.*

CVm ſcripti & voluntatis frequentiſſima ſit quæſtio, & pars magna iuris hinc pendet: rectè quidem generis & ſpeciei, quæ duo ſæpè voluntatem ſcripto, & ſcriptum voluntati obiicere videntur, frequens eſt in iure mentio, variaque de his extant axiomata: veluti quod in generalibus ſpecialia inſunt: *l. ſemper in generalibus ff. eod. cap. in generali inſ. eod.* [*& D. Peck.*] * quod in generali conceſſione non
1. veninunt ea quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus: *l. ſi cauſa cognita C. de tranſact.* quod à quo remouetur genus: remouetur quoque quælibet eius ſpecies: *l. iuriſgentium ff. de pactis.* quod poſita ſpecie ponitur ſuum genus, *Dominus conſ. 61.* & denique quod quando aliquid eſt ſpeciale, eius oppoſitum eſt generale. *l. ne id agris ff. de acquir. rer. dom.* Quomodo & hic quoque pro regula traditur, quod generi per ſpeciem derogatur & quod per generalem diſpoſitionem non videtur ab his receſſum eſſe, quæ ante in ſpecie diſpoſita fuerunt, ſed quod ad eos caſus reſtringitur: quippe quod hæ ſpecies à genere recedentes faciunt, vt officium ſuum perdat. [*Gail 2. obſ. 25. num. 6. verſ. ſed in.*] quaſi earum natura ſit aliorſum ſpectare, & contra quam generalitas præſcribit, niti non ſolum in contractibus, vltimis eulogijs, pœnis, reſcriptis, ſtatutis, legibus conſuetudinibus, ſed & in alijs fere omnibus, ad quæ theſes iſtiuſmodi vniuerſalis porrigi atque extendi ſolent. Sed cum res admodum difficilis ſit huius regulæ explanatio: ex ſingulis iam dictis locis pauca quædam adferemus, quæ tenebris & obſcuritati diuerſæ interpretationis huius loci, lucem aliquam præſtare videbuntur. In primis igitur ad contractus quod attinet: Si procurator generalis conſtituatur, non propterea cenſetur reuocatus is qui prius erat conſtitutus in ſpecie, ex quo genus non derogat ſpeciei, ſed contra ſpecies generi. Ideoque regula quòd per conſtitutionem ſecundi procuratoris cenſetur prius ipſo iure reuocatus, etiamſi nihil dicatur de primo, intelligi debet, quando vterque fuit ſpecialis, vel generalis procurator, ſed ſi vnus fuit ſpecialis, non cenſetur derogatum eius ſpeciali mandato, per generale mandatum alteri poſteà datum, *l. ſi quis cũ procuratorio § fin ff de procurato.* ſed contra, *Franc. Crimenſis ſingulari 114. incip. tu ſcis & Rota deciſ. 289. in nouis.* generalis quoque renunciatio reſtringitur ad contractum ſuper quo interponitur. *l. iubemus C. ad Velleia.* ſicut verba liberationis, ſeu vt vulgus ait, quietationis, quantumcunque generalia, reſtringuntur per ea, de quibus in ſpecie actum fuit, *l. emptor § Lucius ff. de pactis.* dolique clauſula in contractibus adiecta, caſus ſpecifice expreſſos non comprehendit, *l. doli clauſula ff. de verb. oblig.* Pari modo in vltimis voluntatibus res ſe habet. Nam ſi teſtator alicui quid relinquat, & deinde vxori aut executori teſtamenti ſui det poteſtatem vendendi omnia pro arbitrio, per hoc non intelligitur reuocaſſe ſpeciale hoc legatum, ſed generali poteſtate de vendendo derogat, ſc. vt ea pietas ad hoc legatum ſe non extendat. *Ben Capra. conſ. 132. num. 9.* Tutela quoque legitima teſtamentariæ poſtponitur, propterea quod fides tutoris teſtamentarij in ſpecie à teſtatore probata eſt, vbi econtrà tutoris legitimi fides, generaliter tantum à lege probatur, *Portius inſtit. de legit agnat. tut in princ.* Ad pœnas autem quod attinet, cum pœna generalis imponitur facienti contra legem, non complectuntur pœnæ quæ eidem delicto prius in ſpecie ſunt conſtitutæ. *l. ſanctio legum ff. de pœnis.* Ideoque ſi ſtatuto cautum ſit, quod falſus teſtis infra menſem accuſari poſſit, & aliud ſtatutum generaliter habeat, quod omnis falſarius poſſit puniri infra 10. ann. hæc generalitas reſtringetur per ſtatutum ſpeciale de falſo teſte. *Bart. ibi.* (*Menoch. 5. præſ. 38. nu. 13. vbi omnino vide per tot.*) Sic & ſpecialis conſuetudo certi loci ſeruanda eſt, derogatque generali conſuetudini quæ in toto territorio obſeruatur, *Bald. conſ. 180. lib. 1. Anchor. conſ. 255. & 271.* Et lex ſpecialis generali fortior eſt. *gloſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogant.* & præſumptio in ſpecie tollit præſumptionem in genere, *Alexon. ad l. ſi prius ff. de noui operis nunciat* (*Gail. 2. obſer. 97. num. 18. & obſ. 144 num. 5. 6. latiſſimè Menoch. 2. arb. Iud. 472. & 1. præſu. 29. num. 7.* & probationes in ſpecie ſemper præualent probationi in genere.. *Innocent. in cap. auditis de præſ.* [*conf Gail. 1. obſer. 66. in fin. & 3. obſ. 23. num 26. Mynſin. 6. obſ. 63. nu. 4. pulchrè Treuil. p. 1. diſp. 1 theſ. 2. ſub. lit. b. Argentr. in Conſuet. Britan. p. (mihi) 885. Menoch. 2. arbitr. Iud. 82. num. 15.*] Quo pacto autem hoc loco genus accipiatur, & qua ratione aliter conſulti, aliter

verò logici genus & ſpeciem accipiant,hoc loco non dicam, ſed nobis ſuffecerit, ea hic in genere per ſpeciem diuidi, quæ cùm ſint magis vniuerſalia,plura ſub ſe continent. *Calcaneus conſ.71.nume.10.Dominicus conſ.*103. & generalitas redacta ad certam ſpeciem per electionem impetrantis, dicitur ſpecies per electionem, quemadmodum ſpecies dicitur genus, quæ in vno tantum caſu verificari poteſt, pulraque de genere hoc & ſpecie, deque earum differentia & cognatione, apud Zaſium *libr.*1. *cap.*1. *ſingul. reſponſio.* & dominum Præſidem videre licet *in loco à poſitione ſpeciei* Amplia primò hanc regulam, quod licet aliàs æquitas præferatur rigori. *l. placuit.* C. *de iud.* tamen quando æquitas eſt ſcripta in genere, veluti quod nemo debet locupletari cum aliena iactura, rigor verò ſit ſcriptus in ſpecie, vt in vſucapionibus & præſcriptionibus, tunc præfertur rigor æquitati tanquam ſpecies generi, *Iaſon ad d. l.placuit.* Amplia ſecundò,quod ſicut generi per ſpeciem derogatur, ita magis ſpeciale derogat minus ſpeciali,*l. ſi ſeruo manumiſſo ff. de pecu. legat.* & ſicut ſpecies derogat generi, ita ſpeciei derogat indiuiduum, *Aret.conſ.*3. quia eſt eadem ratio vtrobique, & quando vtrumque eſt generale, illud quod eſt minus generale attenditur. Dicitur autem magis ſpeciale illud, quod reſpicit perſonas, ſi alterum reſpiciat cauſam, vt ſi cauſæ pupillorum alicui committantur, alteri verò cauſæ vltimarum voluntatem,ſi contingat cauſam ſubſtitutionis agi contra pupillum, is erit iudex cui cauſæ Pupillorum commiſſæ ſunt. *Bald ad l.*1.*quæſt.*3. *de offic. proconſulis.* Idem in reſcripto habente cauſam magis fauorabilem reſpondit Decius, *conſ.*3. vel ſi aliqua cauſa euidentior ſit magiſque vtilis & benignior, vtique cenſebitur magis ſpecialis eſſe, *Bald. ad l. hac conſultiſſima C. qui teſt. fac. poſſunt.* Amplia tertiò, ſiue genus præcedat ſpeciem ſiue ſequatur. Quia generalis diſpoſitio quæ ſequitur, non magis refertur ad deciſionem ſpecialem præcedentem, quèm ea quæ antecedit. Vnde reſcriptum ſpeciale derogat generali, ſiue fuerit prius impetratum ſiue poſtea,*c.*1.*c.paſtoralis de reſcript.* Ex qua regula Aretinum imitatus Iaſon. *ad d l. doli clauſu.* Ioannem de Imola ſibi contrarium diuerſis locis reprehendit,exiſtimantem, quod quando genus præcedit,& ſpecies ſequitur, genus per ſpeciem non reſtringeretur. Poſtremò amplia, vt locum habeat regula, etiamſi in generali diſpoſitione nulla facta ſit mentio ſpeciei, neque illi derogatum fuit, quia lex ex coniecturata mente diſponentis id actum præſumit, quod generalis diſpoſitio ad ſpecialem non refertur,*Fely.& alij ad d.c.*1.

3. * Ratio dubitandi eſt varia & multiplex, quæ difficillimam efficit huius capitis explanationem, ſic vt in hoc ordine regularum iuris, aliud non exiſtat ſubtilius aut difficilius. Et Primo quidem ex eo, quod Scæuola reſpondit.*l.libertis quos ff. de al m. leg.* Si teſtator ſpecialiter certis quibuſdam ſuis libertis in teſtamento alimentorum nomine meſtruos decem legauit,& deinde generaliter omnibus libertis menſtruos ſeptem, & annos veſtiarij nomine denos legauit in codicillis, hanc generalem clauſulam ſequentem, diſpoſitioni ſpeciali teſtamentariæ derogare, & à priore legato ſpeciali receſſum eſſe, tantundemq; primis illis libertis,quantum reliquis omnibus & ſingulis deberi. Secundò ex eo, quod cum inferuntur res vel merces aut iumenta in nauē, cauponam,aut ſtabulum, & furti actio (ſi res ſublata eſt) & prætoria actio de recepto, quæ ciuilis eſt,locum habet. Prior actio generalis eſt, poſterior ſpecialis nempe,quæ duntaxat ad cauſam rerum receptarum conſtringitur. Hæc tamen ſpecialis actio de recepto, non derogat generali actioni furti, ſed electio datur actori qua experiri velis.*l.*3.§.*nouiſſimè ff. naut. caup. ſtabul.*[*& ibi D.Peck.*] Tertiò ex eo, quod hi qui ſunt in aliquo collegio ratione profeſſionis, artis vel negociationis ſpecialis, iuriſdictionem eius qui præeſt collegio recuſare non poſſunt, non tamen ideo minus generali iuriſdictioni iudicis loci ſubſunt, quia ſpecialis hæc iuriſdictio generalitati non derogat, *l. ſi. C.de iuriſ. om. iud.* Quartò ex eo, quod vt Papinianus ait.*l.*2.*ff.qui pot.in pig. &c. Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior eſt cui poſtea prædium ex his bonis ſpecialiter pignori datur.* Quaſi dicat,quòd generali pignori vel hypothecæ,ſequens ſpecialis hypotheca non derogat, *l. generaliter C. eod. illo tit.* Quintò ex eo, quod à Caio & reliquis reſponſum eſt, ſemper generalibus ſpecialia ineſſe *l. ſemper in generalibus ff.hoc tit.l. fi. ff. de dote præleg.* In toto partem contineri:*l.in toto ff eo.* Diſpoſitionem loquentem in genere, verificari in qualibet eius ſpecie,& in omni eius indiuiduo,*l. ſicut ff. quod cuiusque vniuerſitat.* Rurſum quod generalis ratio complectitur omnes caſus ſub ratione comprehenſos, etiamſi loquatur in aliquo caſu ſpeciali. *Aymo conſ.*227.*num.* 7. *Bar ad l. regula ff. de iu. & fat. ign.* Quæ ſi ita ſint, vtique videtur eſſe falſum, quod ſpecies derogat generi. Nam quo pacto generi derogabit, ſi eidem inſit, quia quod alteri ineſt,cum eo conuenit, non autem illi contrariatur aut derogat, cum contrariæ operationes in vnam rem concurrere non poſſint, quin altera ſubuertatur. Sextò ex eo,quòd ſi quis fundum ita vt inſtructus eſt generaliter legauerit, & deinde ſpecialiter adiecerit, cum ſupellectili vel equis, vel vna aliqua re quæ nominatim & in ſpecie expreſſa non erat, reſpondit Vlpian. illam expreſſionem rei particularis generali legato minimè derogare, *l.quæſito* §.*ſi ff.de fundo inſtructo.* Septimò ex eo, quod ſpecies videtur non derogare generi; ſed potius ipſum confirmare,vireſque ei addere, quæ duo etiam ſibi inuicem aduerſantur. Generalis enim renuntiatio

nunciatio ſeu cautio, qua quis promittit ſe nulla omnino exceptione vſurum, non valet, ſed ſi ſpecialiter quædam exprimantur, tunc valet, & generalitas iſta quæ per ſe non ſubſiſtebat, confirmatur, & robur accipit per ſpecies poſtea ſubiectas. *l. ſed etſi quis ff. ſi quis cautionibus &c. ſedes de reſcri. cl. non poteſt de procu.* Octauò ex eo, quod vt Iulianus reſpondit. Si teſtator in ſpecie mandet legatum ſolui à Titio, quem vnà cum aliis hæredem ſcripſerat, & poſtea mandet ab omnibus hæredibus illud ſolui, hoc ſpeciale mandatum præcedens non derogat generali poſteriori, quia tam à Titio quàm ab omnibus aliis ſolui poteſt. *l. ſi tibi homo §. 1. ff. de leg.* 1. Nonò ex eo, quod vt eſt apud Scæuolam, ſi teſtator ſolet amico ſuo homini docto & pauperi neceſſaria dare, & teſtamento generaliter mandet vxori, vt amicis neceſſaria porrigat, legetque in ſpecie amico illi pauperi aureos centum, hoc ſpeciale legatum non derogat generali legato neceſſariorum, ſed vtrunque amicus ille conſequetur, *l. Titia §. qui Marco ff. de an. leg.* Nec abſimile eſt quod de ſeruo communi in genere ſtipulante, reſpondit Vlp. *l. 4. ff. de ſtip. ſer.* Et Poſtremo ex eo, quod ſpeciales caſus, theſes ſeu facti ſpecies, edictis prætorum, legibus aut conſtitutionibus ſubiectæ, explicant earum generalitatem, non autem derogant eidem, *l. item apud Labeo. ff. de iniurijs §. hoc edict. ſi ſeruus plurium ff. ad l. Aqui.*
4. † Ratio verò decidendi eſt, quia nemo præſumitur ſe corrigere, vel ſibi contrariari velle, *l. nam ad ea ff. de condit. & demonſtrat.* quemadmodum generaliter non præſumitur mutatio niſi probetur *l. ab ea ff. de proba. Alcia.. reg. 1. præſũp. c. 1. 3.* Quin potius ſi partes conueniunt facere vnum, & contrarium faciunt, præſumuntur potius per errorem feciſſe, quàm quod voluerint ſe corrigere aut ſibi contrariari, *l. quoties §. tantundem ff de hæred. inſtit. Alex. conſ. 136. li. 6.* Atqui in propoſito, niſi ſpecies derogaret generi, neceſſum eſſet dicere, quod diſponens vel actum agens ſibi contrariaretur aut ſe corrigeret, & quod in hac obſcuritate omnia corruerent, quod ne fiat, lex ſuccurrit benigna interpretatione, & præſumit eum qui ſpecialiter aliquid diſpoſuit, voluiſſe idipſum à generalitate eximere, vt ſic vtraque diſpoſitio, generalis ſcil. & ſpecialis, ſubſiſtat. Iſta quidem in caſu ſpecialiter excepto, illa verò in omnibus reliquis, quia incluſio vnius eſt excluſio omnium aliorum, *c. nonne de præſumpt. l. maritus C. de procu.* Aliam rationem ponit Ioannes Monach. hic *num.* 3. ſcil. quod ſpecies ſub genere continetur, potentia ſeu habitu, *cap. paſtoralis de reſcript.* ſed habitus ſeu potentia ad ſpeciem iam alij conceſſam referri non poteſt, *l. quoties §. ſi ſeruus ff. de hæred. inſtituend.* Neque mouet prima dubitatio, quia regula non ſtra locum non habet, niſi quando ſpecialis & generalis diſpoſitio fit in vna eademq; ſcriptura, aut promiſſione, non ſi in diuerſa. *Zaſius ad d l. doli clauſ.* Nam vt ait Signorolus, *conſ. 21. num.* 82. tunc ſuccedit regula, quod poſteriora derogant prioribus, [*vid. Gail.* 2. *obſer.* 147. *cir. fin.*] etiamſi prima ſint ſpecialia. Nam quamuis non præſumatur quod quis in vna eademque ſcriptura ſe corrigere aut ſibi contrariari velit incontinenti, tamẽ ea præſumptio variationis, ex circumſtantiis facilius deſumitur in diuerſis ſcripturis. *Socyn. conſ. 1. fin. li* 4. Tum verò nulla eſſet æquitas, ſi ſpeciei genus non derogaret in lege contraria. Teſtator enim oſtendit ſe plus cæteris dilexiſſe libertos, quibus inprimis & ante alios omnes legauit. Igitur ſi poſtea omnibus aliis quos minus dilexit plus legauit, certè iniquum non eſt, ſi dicamus eum à priore ſpeciali minore legato receſſiſſe, & ſaltem hoc voluiſſe, quod illi primi legatarij cæteris pares eſſent. Neque mouet ſecunda dubitatio, nam ſi in id quod res eſt intueri velimus: reſponſum quod in contrarium adfertur, confirmat hanc regulam. Licet enim electio detur actori, an velit vti actione ſpeciali de recepto, an verò generali actione furti, debet tamen altera contentus eſſe, & ſic ſi elegerit ſpecialem actionem de recepto, illa derogabit actioni generali furti contra eundem hominem. [*vid. D. Peck. ſup. in c. nemo plurib. per tot.* Quod ſi elegerit generalem, non mirũ eſt, ſi odio delicti & fauore publico ſpeciali derogetur propter neceſſitatẽ, qua coguntur hoſpites & viatores etiam inuiti, fidem ignotorum hominum, nautarum, cauponum & ſtabulariorum, quos Iuriſconſultus diuerſis locis impurum genus hominum appellat, ſequi. Non obſtat etiam tertia obiectio, quia in omni iuramento & promiſſione excipitur authoritas ſuperioris, *cap. venientes de iureiurando.* [*vid. D. Peck. inf. in c. non eſt oblig. per tot.*] Et ideo licet conueniri poſſunt, qui collegio ſubſunt coram conſulibus, præfectis, & præpoſitis illius Collegij, ſeu artis, non propterea ſunt exempti à Iuriſdictione iudicis vniuerſalis omnium, ſed cumulatur iuriſdictio iuriſdictioni, & additur iudex ſpecialis iudici vniuerſali, ſicut eſt in Collegijs ſtudioſorum quæ approbata ſunt per Vniuerſitatem. Nam qui in his ſunt, ſubſunt quidem præpoſitis illorum collegiorum, ſed hæc iuriſdictio præpoſitorum non præiudicat vniuerſali iuriſdictioni Rectoris, eſtque in electione actoris, coram quo reum conuenire velit, quod multis & elegantibus rationibus in ſimili demonſtrat Caſtrenſis *ad d l. fin.* [*& Cagnol. in d. l. in toto n. 18. ff. eod. Menoch. 1. præſ.* 18. *Mynſ. 6. ob.* 99. Sed nec quarta obiectio vim facit. Quia regula iuris eſt. Quod qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. *c. qui prior infra eod.* [*& ibi D. Peck.*] Itaq; vt ait Fulgoſius *ad d. l.* 2. non eſt in poteſtate debitoris, per ſpecialem hypothecam poſteriorem deteriorem

teriorem efficere conditionem creditoris habentis generalem hypothecam præcedentem, ne alioqui ſine facto eius creditoris, ius ipſi acquiſitum tollatur, liberumque fiat debitori, per ſpeciales hypothecas ſequentes, in vniuerſum fructum & effectum præcedentis hypothecæ generalis tollere. Illud tamen obſeruandum eſt, quod hodie moribus noſtris inter laicos receptum eſt, quod non poteſt ſpecialiter obligari aliqua res iure pignoris aut hypothecæ, maximè ſi ſit res immobilis, niſi coram iudice eius loci in quo ſita eſt, adeoque ceſſat iuris diſpoſitio, per quam res ſupponi poteſt pignori ſpeciali, coram notario & teſtibus, aut alio quocunque: [*con. D.Gail. 2. ob 25. n. 9. & ſeqq.* Quinta quoque dubitatio non nocet. Quia quando non eſt facta mentio ſpeciei, tunc generi ſpecies ineſt, vt homine ſeruo legato, ſermonis compendio omnes ſerui debentur. Sin autem primò de genere, deinde de ſpecie ſit tractatus, vel contra, non præcedit regula quæ habet, quod ſpecia ii inſunt generi, ſed quod ei derogant, *Ferrarius ad d.l. ſemper. Calcanius conſ.* 73. *num.* 32. Sextò non obſtat quod adhuc in dubitationem adductum eſt. Quia in reſponſo vnde ea dubitatio orta eſt, cenſetur ſpecies adiecta, expreſſa eſſe gratia maioris demonſtrationis, vt ſcilicet demonſtraret teſtator velle ſe, & ea quoque quæ exprimebat, ſub genere contineri. Ideoque cùm hoc ad fauorem legatarij factum fuerit, non debet in eius diſpendium retorqueri, aut diminutionem operari, *l. quod fauore C. de ll. l. legata ff de adi legat Aymo conſil.* 227. *numer.* 7. *Zaſius ad l. quod in rerum.* § *ſi quis de legat.* 1. Sed nec ſeptima obiectio mouet, quia nimis captioſa eſt generalis pactio & renunciatio, qua quis in genere omni exceptioni renunciat, cùm euenire poſſint exceptiones, de quibus nunquam cogitatum fuit, & quas abſurdum eſſet non proponi. Sed ſi ſpecialia quædam exprimantur, tunc ſpecies derogat generi, quia conſtringunt genus ita, quod non ſubſiſtet generalis renunciatio niſi in ſimilibus caſibus, & minoribus expreſſis. *Doct. ad d. l. ſed etſi. §. quæſitum* Octauò non obſtat, quod ex Iuliano obiicitur: quia vt Iaſon *d. loco.* ait, cenſetur poſtea mutata fuiſſe voluntas teſtatoris. Neque etiam mouet nona dubitatio: quia vt Zaſius reſpondit *ibi.* aliquando adimitur ſpecies generi, & veluti ex corpore generis euellitur; ſicut ouis de ouili, & tunc procedit hæc regula. Aliquando verò diſponitur ſuper ſpecie, non vt euellatur à genere, ſed vt adiiciatur, ſicut Coadiutor datur Epiſcopis ægrotis, & tutores honorarij adiiciuntur legitimis. Quod cùm ſit, regula locum non habet. Sic eſt in contrario, teſtator legat Marco homini docto, & pauperi, vt adiiceret generi & generali legato, ſpeciale legatum, propter magnam affectionem ſuam erga eundem, non vt reſtringeret genus. Poſtremò non obſtat vltima dubitatio: quia pro regula traditum eſt, quod quæ dubitationis vel explicationis gratia adiiciuntur, non reſtringunt regulam, ſed eam illuſtrant, & obſcuritatem eius reuellunt. *l. quæ dubitationis ff. eodem. Calca. conſ.* 51. *n.* 12. Vnde in contrario non mirum eſt, ſi exempla quæ à Iuriſconſultis ſubiecta ſunt generali edicto pro maiore eius explicatione & illuminatione, illud non reſtringant, ſed intellectum & vſum eius demonſtrent.

REGVLA XXXV.

Plus ſemper continet in ſe quod minus eſt (*Vide latè DD. in l. in eo ff eod. Molin. in conſ. Pariſ. titu.* 1. § 33 *gl.* 3. *n.* 12.

1. *Actor ſi petat viginti, an reus debens decem totum negare poſſit.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Exempla regulæ.*
4. *Forma ſpecificè adimpleri debet.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Rationes decidendi.*
7. *Teſtator præſumitur tam parum hæredem grauare velle quàm poſſit.*

DVo ſunt iuris axiomata, quæ explicant & illuſtrant intellectum præſentis regulæ. Alterum eſt, quod in toto etiam pars continetur, quia totum nihil aliud eſt, quàm ſuæ partes, *cap. in toto. inf. eodem.* & quod plus & minus non conſtituunt diuerſas ſpecies, *l. fi. ff. de fund. inſtruct.* [*Gail. de arreſt. cap.* 4. *num.* 4. 5. *& c.* 8. *ſub. n.* 10.] vnde non ex hoc ſeparata dicitur ſocietas, quod vnus ſociorum minus, alter plus, ex rebus communibus poſſidet. *Anton. Rebeus conſ.* 72. *num.* 2. Alterum verò, quod cui quod plus eſt licet, vtique quod minus eſt licere debet, *cap. cui licet. inf. eod.* [*& ibi late D. Peck.*] Patet enim, qui neceſſitate famis coactus, iure filium diſtrahit, meliore iure eum obligat, quod minus eſt. *Doct. ad l. C.* 2. *de pat. qui filios diſtraxerunt.* Et qui in adulteros vſque ad mortem incluſiuè ſæuire poſſunt, quod plus eſt, multò magis eos iniuria afficere & verberare poſſunt, *Dd. ad l. nec in ea ff. de adulter.* quippe quod conſtitutio quæ quod plus eſt concedit, in ſe continet permiſſionem eius quod minus eſt. Ex hac verò regula orta eſt quæſtio quæ multorum ingenia fatigauit.† An ſi actor in libello petat viginti, & reus fortè obligatus eſt ad decem, poſſit idem reus totum negare, & dicere, non ſum debitor. Nego me debere ſummam petitam, quod vtrique exiſtimauit Speculator *in titul. de poſitionibus*, § 5. Quia actor qui petit viginti, aſtringit ſe ad 1.

totam ſummam, & non ad partem aliquam, vnde (inquit) benè poteſt negari hæc tota ſumma, licet pars aliqua vera ſit, Nam actor non reſtringit ſe ad partem, cùm totum petierit. Econtra verò Bartolus & reliqui æquiores interpretes, hanc cautionem Speculatoris, tanquam animæ maximè noxiam, vitandam eſſe docent, cùm negari non poſſit, quin minor ſumma inſit maiori. Vnde qui obligatus eſt ad ſummam minorem quàm ſit petita, iure negare non poteſt maiorem, quia qui totum petit, dicitur omnes partes petiuiſſe. Zaſius autem vtramque ſententiam ita conatur concordare. Aut actor (inquit *ad l.1. § ſi ſtipulati. ff. de verbor. oblig.*) petit ſummam integram, fortè viginti, adiiciendo hanc clauſulam ſalutarem: & hæc petit actor coniunctim & diuiſim meliore modo quo fieri poteſt. *l. ſi quis eum totum. ff. de exception. re. iudicatæ.* Quod cùm facit ſicut faciunt periti aduocati, tunc reus non negabit totum, quin conſtitueretur in mora minoris ſummæ, ad quam eſt obligatus, & ita communis ſententia procedat. Aut actor omittit hanc clauſulam, quia non petit coniunctim vel diuiſim, & hoc caſu videtur ſe aſtrinxiſſe ad totam ſummam. Sed tamen hoc caſu non poteſt reus dicere, nego debitum, dico me nihil debere, non ſum actori obligatus, ſed nego actionem, non credo libellum verum eſſe, non credo petita, aut ſi quid his ſit ſimile. [*vide Gail 1. obſer. 82. n. 16. & ſeqq. Mynſin. 2. obſ. 55. & in §. ſi quis. verſ. ſed ſi in fin. Inſt. de act.*] * Amplia primò hanc regulam ad contractus.
2. *Si me viginti interrogante* (inquit Vlpia.) *tu decē reſpondeas, obligatio in decem erit contracta. d. l. 1. §. ſi ſtipulanti.* quia ſcilicet viginti decem in ſe continent. *l. inter ſtipulantem. § ſtipulanti. eodem titul.* Rurſum verò Iulius Paulus reſpondit. *Si cùm mihi decem deberes, pactus ſim, ne à te triginta petam, in decem tibi prodeſſe pacti conuenti, vel doli exceptionem placet. l. ſi vnus. §. ſi compromiſſi. ff. de pactis. l. qui quartam. l. quoties. ff. de hæred. inſtit.* Amplia ſecundò ad legata & ad vltimas voluntates. * Nā ſi cùm quis quartā par-
3. tem ſuorum bonorum legare vellet, ſcribat & leget ſemiſſem ſeu dimidiam partem, vel cùm quis quinquaginta legare vellet, ſcribat centum, valebit illic legatum in quarta parte, hic in quinquaginta, quia ſemper in maiore ſumma ineſt minor. * Amplia tertiò, etiamſi for-
4. ma in actu præſcripta, præciſè non obſeruaretur. Nam licet conditiones adiectæ diſpoſitionibus, debeant impleri in forma ſpecifica, & ad indiuiduum: *l. Mæuio. ff. de condit. & demonſt.* tamen ſi ſeruo relinquitur libertas, ſi decem dederit, & is ſeruus per errorem dat viginti, licet forma à teſtatore præſcripta non ſit ad vnguem obſeruata, conſequitur libertatem, *l. 3. §. ſi plus ff. de ſtatu. liberis.* quod non reciperetur, niſi decem ex natura rei eſſent in viginti. Vnde qui viginti ſoluit, is ex proprietate naturæ dicitur etiam decem ſoluiſſe. Quæ ampliatio, quam tradidit Zaſius, *ad dict. l. qui quartam num. 2.* an indiſtinctè vera ſit, ex his colligi poteſt, quæ in explicatione obiectionum inferius dicemus. Amplia quartò ad probationes, *ad ca. cui non de præbend. li. 6. & ad l. diligenter ff. mandati.* & actus iudiciales. Nam ſi vnus teſtis dicat me poſſediſſe talem fundum per triginta annos retro, alius dicat me poſſediſſe per decem annos retro, quod minus eſt, probata erit mea poſſeſſio de decem annis. *Ioan de Annania & Imola ad ca. cum oporteat de accuſat.* [*vide Gail. de pign. obſ* 18. *n.* 10. *gl. in l.* 27. §. *verſ. conſenſu. & ibid. Ant. Fab. ff. de arb.*] Et ſi vnum inſtrumentū dicat de pluri, aliud de minori, ſtabitur huic vltimo. *l. Sempronius ff. de leg. 2.* Eadem quoque eſt ratio ſententiarū. Nam ſi ſint tres iudices, vnus condemnet reum in quindecim, ſecundus in decem, tertius in quinque: iſta ſumma de quinque præualet, quia omnes conſenſerunt & concordant in quinque, *l. inter pares ff. de re iudic.* [*vid. D. Peck. ſup. in c in obſcur. ſub n. 4. cū inibi concor. Treuth. p. 2. diſp. 23. theſ. 2. ſub lit. c. Franchis deciſ. 336.*] niſi expreſſe declarent ſe in quinque tantùm nō conſentire, quod etſi nonnulli exiſtiment, non eſſe neceſſarium, aut nihil prodeſſe, *gio & Dd. ad c. 1. de arbit. li 6.* cōmunis tamen ſententia hanc opinionem probat, *latè Zaſius & alij ad d. l. inter pares* Et niſi in ſententijs hæc regula haberet locum, ſæpè illuſoriæ redderentur. Pone enim quod fuerit iudicatum me non debere tibi centum, certe illud iudicium eſſet inutile, ſi rurſum actor poſſet petere 90. vel bis quinquaginta. Interpretatio autem fieri debet, ne actus reddatur eluſorius: *c. cum in ciuit. de ſententia excommunicationis l. b. 6.* Vnde ſi ſententia poſſet eſſe vtilis, videretur ſecus: veluti ſi pronunciatum eſt, talem fideiuſſorem non eſſe idoneum facultatibus pro ſumma centum aureorum, certè non ſequitur, quin ſit idoneus pro minore ſumma. *Alci. ad d. §. ſi ſtipulatio n. 24.* Amplia quintò, vt locum habeat in arbitrijs, ſi fortè arbitri in ſummis varient. *l. diem proferre. § ſi plures ff. de arbitris.* [*Borell. tr. de compromiſ. §. 3. gl. 5. n. 6. Magon. dec. Luc. 52. n. 1. 2. & dec. 120. n. 1.*] quia arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſunt. *l. 1. eod. tit.* Amplia ſextò; vt procedat nō ſolùm in ſummis, ſed in reb. fungibilibus, imò etiā in aliis corporibus, vt ſi ſtipulanti homines in genere, tu promittas quinque vel ſtipulanti equos, vaſa, vel decem, tu promittas octo, in totidem eſt contracta ſtipulatio, *l. ſi ex toto in fi. ff. de leg. 1.* Sed hæc opinio quæ Zaſij, *ad d. §. ſi ſtipulanti n. 5.* eſt, Bartolo aduerſatur & reliquis, *ad §. ſed ſi mei in d. l. 1. de verb. oblig.* ſaltem in materia huius regulæ, quæ meminit eius quod eſt & minus, quæ duo propriè ad qualitates referuntur.

* Ratio dubitandi varia eſt. Primò ex eo, 5.
quod Pomponius reſpondit, Si quis domum ſuam locans, ſtipulatur decem, & conductor promittat quinque, & ſi quod minus eſt, nihil

hil agitur. *l. ſi decem. ff. locati.* Secundò ex eo, quod ſi pontifex mandet alicui de integra præbenda prouideri, adeoque de eo quod plus eſt,non poteſt illi prouideri de minore, & ſi mandat prouideri de præbenda centum aureorum, non poterit prouideri de præbenda quinquaginta aureorum, etiam eo volente. *capit.cum de ſacerdotali de præben. ſu.* Tertiò ex eo,quod Iuſtinianus ait,§ *præterea inſtit de inutil ſtipulat.* non valere ſtipulationem, ſi cum decem aureos à te ſibi dari quis ſtipulatur, tu quinque reſpondeas, aut ſi in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, præſenti die dare ſpondeo. Quartò ex eo, quod teſte Papiniano, ſi ita ſtipulatus fuero, hanc ſummam centum aureorum,quæ eſt in hac menſa, dare ſpondes? ſi non ſint centum aurei, ſed pauciores, nulla eſt etiam reſpectu eius quod minus eſt, ſtipulatio. *l.ſi ita ſtipulat.fuero hanc ſummam ff.de verbor.obligat.* Quinto ex eo, quod Iulius Paulus libro tertio ad edictum ait. Quod ſi mandauero tibi, vt domum Seianam centum emeres, & tu tanquam Titianam minoris emeris, non videris impleſſe mandatum.*l.diligenter.ff. mandati.* Sextò ex eo,quod appellatione rei, in dubio venit integra,*l.de pupillo.§.qui non ſciuit. ff. de non.ope.nunciat.*& qui de re ſeu quantitate loquitur, de tota re ſeu quantitate loquutus eſſe cenſetur. *l.ſi in rem & ibi glo. ff. de rei ven.* Vnde qui centũ ſe crediſiſſe allegat in iudicio, intelligitur ſentire de integra & vnita, non etiam de ſeparata & minore *l.Tit.§.1.ff de le.* 1. Septimò ex eo, quod Alphenus Varus IC. reſpondit; quod cùm in teſtamento ſcriptum eſſet, vt hæredes in funus duntaxat centum aureos,& ſic quod plus eſt conſumerent,minus conſumere non licet.*l cum in teſta.ff de verb.ſignif.* Octauò ex eo, quod Labeo expreſſis verbis huius regulæ deciſionem reprobare videtur, dum ait: Cùm ita legatum eſſet, vt vxor tantillam partem habeat, quantulam vnus hæres, ſi non æquales partes eſſent hæredum. Q. Mutius & Gallus putabant, maximam partem legatam eſſe, quia in maiore parte minor quoque ineſſet: Seruius Sulpitius minimam pertem, idque verum eſt. *l. qui concub.* §. 1. *ff. de legat.*3. Nonò ex eo,quod ſi quis ſubſtituat aliquem filio, ſi intra quatuordecim annos moriatur, adeoque intra tempus prolixius, nihil capiet ſubſtitutus, ſi intra decem annos, & ſic intra tempus quod minus eſt,rebus humanis filius eximatur, *l. ex facto,§. item quæro ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decimò ex eo,quod Vlp. ait fideiuſſorem in duriorem cauſam adhibitum omninò non obligari.*l. Græcè §.illud ff.de fideiuſſ.* Vnde putant fideiuſſorem in duodecim fideiubentem, pro eo qui tantum decem debet, adeoque minus quam ſumma,in quam fideiuſſit, ne ad decem quidem teneri, & quod ſumma duodecim aureorum ſummam decem in ſe non continet. Quomodo & Iulianus,*ſi reum purè interrogauero*(inquit)*& fideiuſſorem cum adiectione loci accepero,non obligabitur fideiuſſor.l.fideiuſſor obligari.§.qui certo eod.tit.* Poſtremò ex eo,quod qui plus re vel tempore petit, nec id quod minus verè debetur, petere cenſetur, & pœnam in plus petentibus conſtitutam incidit. § *huic autem inſt.de act.*† Ratio verò decidendi 6. eſt,quia plus eſt, maiorque ſumma vel quantitas conſideratur, veluti totum numerale, & in toto partem eſſe iuris eſt certiſſimi, *d. l. ſi quis cum totum.Corraſ.ad d.§.ſi ſtipulanti.*& ſine ea minore ſumma vel quantitate ad maiorem peruenire non poteſt.*Alciat.ibi n.*13.*l.Maximus ff.de leg.*2.Tum verò ſicut genus compendio ſermonis omnes ſuas ſpecies ſub ſe complectitur, ita quoque & in ſummis ſeu quantitatibus, quod plus eſt, omnes minores particulas in ſe concludit, maximè, vt ſi non poſſit valere actus in eo quod plus eſt, valeat in eo quod minus eſt, quia in dubio ſemper capitur illa interpretatio per quam actus in aliqua parte valeat potius quàm pereat. *l. quoties.ff.de reb.dub.latè Alciat.reg.*3 *præſumpt.cap.*4.Non obſtat verò prima dubitatio, nam contractus qui dicuntur indiuidui,non valent pro parte, quando voluntas alicuius contrahentis eſt vt non valeant niſi in totum.*l.quod ſi vni ff. de in diem ad dict.l ſi quis aliam ff de ſolutio.* Vnde quia mens locatoris erat, non locare niſi pro decem, ideò ibi contractus non valet in minori ſumma,*Alciat.ad d.§ ſi ſtipulati.num.*32. Non enim eſt veriſimile, locatorem qui ſtipulatur, maiorem pecuniam mercedis nomine velle,vt ſi minima ſumma promittatur ei à conductore, valeat locatio. *Duarenus ibi.* Sed è contrà,ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere, vtique non in maiore ſumma erit conductio, quàm ego putaui. In ea enim minori ſumma quam volui, concurrit vtriuſque noſtrum aſſenſus & voluntas.*d.lib ſi decem & Connan.in commen. iur. cap. 1 de locatione:*Sed nec ſecunda dubitatio obeſt, partim quod forma mandati eſt diligenter attendenda,nec trahitur ad caſus non expreſſos, *diligenter in d. loco.* partim verò, quod videtur Pontifex non ſine cauſa voluiſſe talem clericum amplum habere beneficium, & non minus,fortè quod propter ſingularem ipſius prudentiam & ſpectatam fidem, certò ſibi perſuadet, quod ea quæ ſupererunt vltra honeſtum victum & amictum, in pauperes pioſque vſus expendet. Sanè tertia dubitatio vim facere videtur, & excellentibus ingenijs fecit negotium, adeò, vt exiſtimarint, Iuſtinianum admodum imprudenter Vlpiano repugnare. Sed alij defendentes eum, intellexerunt ſtipulationem,quantenus interrogatio & reſponſio non concurrunt, reſpectu maioris ſummæ in quam diſſenſum eſt, corruere, non reſpectu minoris ſummæ, in quam partes vtrinque conſenſerunt,*Corraſ.ad d.§.ſi.ſtipulanti.* Alij Vlpianum ad veritatem & ius verba ſua referre aiunt,

aiunt. Iuſtinianum verò ad rem propoſitam declarandam, tantum exemplo vſum eſſe. Exempla autem ius non faciunt, nihilque attinet, vtrum exactè in iis veritas attingatur nec ne. Et cùm tempus certum ſuum finem atque terminum habeat *l.hu legatum.ff.de condit. & demonſt.* qui de alio tempore reſpondet nihil agit, quia ex duobus ſeparatis temporibus, proportio reductióue nulla fieri poteſt. *Cantiuncu'a ad d. §.præter* Neque mouet quod quarto loco obiicitur. Exiſtimant enim interpretes, in exemplo Papiniani præcisè de ſumma centum aureorum actum fuiſſe, adeòque inutilem eſſe ſtipulationem, propter mentem contrahentium, ſi tanta ſumma non reperiatur. *Iaſ.& Duar.ibi.* Alioqui enim certum eſt, quod minor ſumma deberetur, ſi centum non inuenirentur, *l.ſi ſer.§.qui ff.de leg.* 1. [*v. Treut.p.*2. *diſp.*27.*the.*1 *ſub lit.g.*] Vnde & Iaſon exiſtimat quamuis dubitanter, quod in ludo chartarum vel taxillorum, ſi vnus ponat aureum, quem dicit eſſe centum denariorum, & alius teneat & vincat, quod ſi poſtea reperiatur minor centum denariis, actor nihil habebit; & nec hoc quidem, quod eſt minoris æſtimationis. Non obſtat quoque quinta dubitatio: quia licet ſumma minor inſit maiori: hoc non reſpicitur quando forma mandati non obſeruatur. Et ideò quamuis abundè ſatisfeceris mandato, tamen ſi aliam rem emeris quam mandaui, quantumuis minoris emas, non impleuiſti mandatum, quia intereſſe poteſt mea, potius illas ædes, quàm iſtas habere. Qua de re tamen, ea vide, quæ alio loco obſeruat Tiraquellus. *de retract.*§.36.*gl.*2. *nu.*58. Vim quoque non facit ſexta dubitatio. Regulariter enim, appellatione rei intelligitur tota res, quando natura rei hoc exigit, vel quando alioquin actus eſſet illuſorius, ſed in materia ſubiecta, natura rei demonſtrat, id quod minus eſt, ineſſe maiori, eumque qui plus petit, ſaltem in ſummis & quantitatibus minus quoque petere, *l. ſi defenſor* §. 1.*ff de actu interrogatio.* Qua de re infra latiùs dicemus, *cap.in toto infra eodem.* Septimò non mouet, quòd de funere defuncti dictum eſt. Nam ſi minus expenderetur, fortè non ſatisfieret honori familiæ eiuſdem, quod leges ponderant, tum magna pars iſtorum ſumptuum, magis ſit conſolatio viuorum, vt ait Diuus Auguſtinus, quàm ſubſidium defunctorum, quibus piæ hominum preces magis proſunt quàm pompæ exteriores. Sed tamen quia minor ſumma eſt in centum quæ expendi debent, regula noſtra functionem ſuam non amittit. E contrà verò, ſi teſtator certam ſummam in funus erogari mandat, poteſt & plus expendi: quia in maiore ſumma etiam minor continetur, præterquam ſi teſtator pietate aliqua ductus, illam ſummam expreſſerit, ne plus impenderetur. *Alciatus ad d. l.cum in teſtamento.* Sed nec in octaua dubitatione vis aliqua latet, † propterea quod teſtator cenſetur in mi-
7. nimo hæredem grauare voluiſſe. *l. apud Iulian.* §.*ſcio ff de leg.*1. Et ideò in dubio vel in obſcuris, quod minimum eſt ſequimur, quemadmodum ſuperius abundè diximus. (*in c. in obſcur.*) Pari modo de nona obiectione dicendum erit, quia in illo Iulij Pauli reſponſo quod de ſubſtitutione duorum factum eſt, vterque ſubſtitutus ſuum tempus habuit: vnus quidem ſi intra decem, alter verò ſi intra quatuordecim annos filius moreretur. Et ideò quia ſpecialis prouiſio in ſingulas perſonas ſubſtitutorum cum determinato tempore à teſtatore facta fuerat, nihil mirum eſt, ſi filio intra decem annos mortuo [quod tempus alteri aſſcriptum eſt] nihil aſſequatur alter, cui quatuordecim anni adiuncti fuerunt, cùm apertè & manifeſtè conſtet de voluntate defuncti, quam ſemper & vbique ſequimur. *l. non aliter ff. de leg.* 3. In decima dubitatione plus eſt obſcuritatis, variantque plurimum ſententiæ Doctorum, exiſtimantib. nonnullis, prorſus inutilem eſſe obligationem, ideò quod adhibendi fideiuſſoris formula, videtur eſſe indiuidua, & in diuiduis vtile per inutile vitiatur. Alij verò hoc verum eſſe credunt, ſi expreſsè actum ſit vt fideiuſſor in duodecim obligetur, reo in decem obligato, quoniam hoc caſu manifeſtè in duriorem cauſam accipitur aduerſus legem. *d.* §.*penult.* Sed ibi hoc non exprimitur, reo debente decem, ſi fideiuſſor duodecim promittit, verum eſſe aiunt, ex æqua & benigna interpretatione, quod reiectis duobus, in decem obligabitur, eoque magis inclinare videntur omnes, *in §. fideiuſſores inſtit. de fideiuſſo.* exiſtimántque apud Vlpianum legendum eſſe, non, omninò non, ſed non omninò eaque dictio non reſpicit quantitatem deductam in obligationem, ſed ipſum modum obligationis, vt videatur adpoſita ad oſtendendum quod talis fideiuſſor non obligatur, neque ciuiliter neque naturaliter in eo, quod verum debitum exceſſit, & ſic quamuis præcisè reſtringatur illa dictio, tamen non niſi partem contractus annullat, quia recipit reſtrictionem ad terminos iuris. *Alciatus ad d* §.*ſi ſtipul. num* 31. [*vide latè & eleganter Hering. poſt alios multos in tr.de fideiuſſ.c.*24.*n.*52.*& ſeqq.*] Vbi autem fideiuſſor plus tempore promiſit, alio iure vtimur, quia vnumquodque tempus, ſuos fines & terminos habet, ita quod nulla eſt parietas & vniformitas inter promittentem & ſtipulantem, ob quod ſtipulatio ipſa neceſſario corruit, *d.l.*1. *in princ.* Poſtrema quoque dubitatio nihil mouet, quia cum actor ipſe propter plus petitionem legitimè puniatur. Certè quamuis verò minor ſumma inſit maiori, lex tamen animum & intentionem eius auaram reſpicit, qui plus quam debebatur exigendo, nulla ratione minore ſumma contentus eſſe voluiſſe videtur, adeòque ne allegatione huius regulæ, pœnas legis euitet, lex odio ipſius fingit minorem ſummam maiori non ineſſe.

REGVLA XXXVI.

Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere.

1. *Rei vendicationem inſtituens duo probare debet.*
2. *Forma libellandi contra eum qui dolo deſijt poſſidere.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Poßidere & in poſſeßione eſſe diuerſa ſunt.*
5. *Poßidere dolo & poßidere culpa quomodo differant.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*
8. *Actio directa & vtilis quæ ſit.*

1 IN actione reali duo ſunt neceſſaria: Vnum ex parte actoris, ſcilicet vt ſe probet dominum: *l. in rem ff. de rei vend.* Aliud ex parte rei, quod reus poſſideat vel quod habeatur pro poſſeſſore. *l. qui pet. eo. tit.* & niſi vtrumque probauerit actor, repelletur, *l. 1. ff. de prob.* Idem & in reliquis negotiis dici poteſt. Pro poſſeſſore autem habetur, qui dolo deſijt poſſidere, hoc eſt, qui ſine iuſta & legitima aliqua cauſa, ne tanquam poſſeſſor conueniatur, amplius poſſidere noluit, aut ſe nolle finxit, & vel inuertit, deſtruxit, conſumpſit rem poſſeſſam, vel vt vero domino ipſius rei ſeu alteri noceret, in alium tranſtulit poſſeſſionem, futurum hoc pacto arbitratus, vt non conueniretur tanquam poſſeſſor, cùm non poſſideat. Cæterùm dolo ſuo ſibiipſi malorum author eſt, & ipſe meritò circumuenitur, qui conatur aliis imponere, *d. l. 1. ff. de dolo.* quia in eum non aliter atque ſi adhuc poſſideret, actio competit, doluſque malus poſſeſſoris loco habetur, *l. parem, ff. eo.* (*vbi vide Cagnolum præſertim, ac Dec.*) non ſolũ vt non leuius condemnetur ſeu puniatur in his, quæ pœnam reſpiciunt, atque ſi poſſideret, *Bart. ad l. Caßius ff. de ſolut.* verùm etiam vt cõtra eum eo modo eaque forma agatur, quibus concluderetur ſi rem ipſam poſſideret, *Ang. ad l. competit §. fi. ff. quod vi aut clam.* Nam & res ipſa etiamſi perempta ſit, odio ipſius fingitur adhuc in rerum natura extare, & ab eo poſſideri: *Ripa nu. 12. ad l. quod te. ff. ſi cert. pet.* (*conſ. Gail de pign. obſ. 18. n. 1.*) quamuis in executione ſententiæ, officio iudicis, quia res præſtari non poteſt veniat æſtimatio, *l. ſi ſeruum. §. ſequitur, & ibi Zaſius numero 16 ff. de verb. oblig.* [*conſ. Gail 1. obſ. 62. n. 6.*] neque eſt differentia in modo condemnandi, an poſſideat vel dolo deſierit poſſidere, ſed in modo exequendi duntaxat. *lib. quamquam §. Iulianus & ibi Bart. ff. de aqua pluuia. arcenda.* Qua ratione Ioannes Faber aduerſus eum qui dolo poſſidere deſit, hac forma verborum vel ſimili concludendum eſſe docet *in §. omnium inſtit. de actio. nu. 27.* [*vide ibidem omnino Mynſing. & Schneid. Iaſon. & Zaſ.*] † Dico quod talis rem 2 meam quam detinebat, ſeu poſſidebat, dolo deſiit poſſidere: quare cum ſecundùm iuris regulas, idem reus pro poſſeſſore haberi debeat, peto declarari eandem rem ad me pertinere, eaque declaratione facta, eam mihi reſtitui. Quia quamuis non poſſideat, petitur nihilominus reſtitutio atque ſi poſſideret, ſed poſtea in executione cùm reus dicet ſe non poſſe reſtituere eam, quia nemo dare poteſt quod non habet, iurabitur aduerſus eum in litem. *l. qui reſtituere ff. de rei vendicat.* (*conſ. Gail 2. obſ. 64. n. 7. & de pign. obſ. 16. n. 8. & d. ob. 18.* vel etiam æſtimatio officio iudicis præſtabitur. *gl. ibi.* Sed non ex eo in alta ſecuritate tutus erit ille, qui ex hoc tam doloſo facto nactus eſt poſſeſſionem. Quid enim ſi actor non ſit conſecutus id, quod ſua intereſt? Vtique poteſt denuò agi aduerſus poſſeſſores, ſed noua lite, *l. is qui d. titu.* Sententia enim contra eum lata, qui dolo deſiit poſſidere, non poteſt ſic ſimpliciter mandari executioni contra eum in quem eſt dolo poſſeſſio tranſlata, & qui in lite non fuit, ſed nouo iudicio opus eſt, *l. 1. §. neceſſar. ff. ſi mulier ventris nomine & c. Iaſ. in d §. omnium n. 83.* Cæterùm cùm dolum malum allegans non ſoleat audiri niſi eum probet, neceſſarium eſt eum qui dolo quempiam poſſidere deſijſſe contendit, id oſtendat: *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.* [*vide Gail 1. P. P. 7. numero 12.*] aut certè aliquid ex his interueniſſe demonſtret, ex quibus doli admiſſi præſumptionem leges accipiunt: veluti cum de in rem actione agitur, ſi poſt litem conteſtatam deſiit poſſidere: Nam ſi ante litem conteſtatam deſierit dolo poſſidere, tunc actori non competit vendicatio, ſed actio in factum, ex titulo, de alienatione iud. mutanda cauſa, ad id quod intereſt, in qua hoc pacto concluditur. Tu poſſidebas ab initio rem meam, & ſtatim iſtam rem deſiiſti dolo malo poſſidere, quo tuo facto damno affectus ſum in centum, quod damnum mihi à te reponi poſtulo ex titulo de alienatione iudic. mutand. cauſa facta. *Zaſ. ad d. §. omnium num. 22. cum ſeq.* [*& ibi communiter Dd.*] Ideoque hanc regulam quæ habet, quod qui dolo deſiit poſſidere, pro poſſeſſore habetur, intelligunt omnes, ſi poſt litem conteſtatam poſſidere deſinat. Sed ad alios effectus aliaque iudicia quod attinet, dicitur quoque dolo malo poſſidere deſiiſſe, qui in alium tranſtulit poſſeſſionem, vel rem poſſeſſam inuertit, poſtquam ei denunciatum fuerat à Domino, quod talem rem vendicaret, libellumque exhiberet, vel aliàs probabilem habet coniecturam litis mouendæ *Iaſon d. loco num. 79. Ripa nu. 49. ad d. l. quod te.* Sed & lex (vt ait Alciatus *ibi num. 30.*) interpretatur dolo malo deſiiſſe poſſidere eum, qui actione perſonali obligatus erat alteri dare. Debuit enim curare ne res extra poteſtatem ſuam exiret, vt in tempore fidem ſuam abſoluere poſſet. Et in ſumma, iudex pro

pro re ſubiecta conſtituet atque arbitrabitur, quando quis dolo deſijt poſſidere, iuxta ea quæ notat Hypolitus, quem vide, *ad l. quæſtio. ff. de quæſtio.* † Amplia primò hanc regulam, vt
3. etiam locum habeat in nominationibus ad beneficia. Conſtat enim, quod nominatus beneficia per ipſum poſſeſſa exprimere debet. *cap. ad aures. de reſcript.* Nam hoc exprimendũ eſt, quod poſſet mouere concedentem ad non concedendum, vel quod ſi ſciret concedere nollet. *c. ſuper litteris eod. tit.* Eodem modo exiſtimat. Rebuffus. *in tract. nominationem. qu. 9. n. 19.* quod is qui dolo deſijt poſſidere beneficium, illud etiam exprimere tenetur, quia pro poſſeſſore habetur, & quælibet diſpoſitio loquens de poſſeſſore, habet locum in eo, qui dolo deſijt poſſidere. Amplia ſecundò ad eum, qui lata culpa deſijt poſſidere. *Barto. ad l. vnicam. Cod. de alienat. mut. iud. &c.* Ea enim regulariter, exceptis cauſis capitalibus, *l. in l. Cor ff. ad l. Cor de ſicariis.* [*Gail. 2. obſer. 110. n. 2.*] dolo æquiparatur, *l. mulier ff. ad Trebellium.* & quãuis lex de dolo loquatur, non tamen ideò excludit latam culpam quæ dolo proxima eſt, *l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit.* vt aduerſus Caſtrenſem & Panormitanũ, Iaſon, Fulgo. Zaſius & reliqui reſponderunt *in d. l. quod te.* Quò pertinet quod ſi duo actores iudicio vendicationis contra vnum conſtiterint, non impediuntur actionem proſequi, fieretque executio in gratiam eius qui prior vicerit, præſtita tamen ab eo cautione, ſi alter rem euiciſſet, eam redditurum quod cùm fit, ſi reus cautionem illam non exigat, & rem dimittat, quamuis dolo nihil fiat, tamen quia cenſetur eſſe in lata culpa, æquè atque ſi poſſideret, damnatur *l. is à quo & ibi doct. ff. de rei vend.*

Amplia tertiò, vt locum habeat, etiamſi antè is qui dolo deſijt poſſidere, ſemper fuerit bonæ fidei poſſeſſor. *l. ſi bona fi. ff. de nox. act. Si bonæ fidei poſſeſſor* (inquit Iu. Pau.) *eum ſeruum quem bona fide poßidebat dimiſerit, ne agi cum eo ex noxali cauſa poſſet, obligari eum actione, quæ datur aduerſus eos, qui ſeruos in poteſtate habent, aut dolo fecerunt quo minuus haberent, quia per hoc adhuc poßidere videntur.* Neque mirandum eſt, quod bonæ fidei poſſeſſor, reſpectu alicuius tertij dici poſſit dolũ admittere, cum eodem reſpectu quilibet etiam in re propria dolum admittat. *latè Albericus ad l ſi homo ff. de rei vend.* Nam & ex contrario, quamuis ex vſu rei alienę ſcienter dicatur quis dolum ſeu furtum cõmittere, tam vendendo quàm vtendo, fieri tamen poteſt, quod dolus, non committatur in deſinendo poſſidere, id eſt, circa actum deſerendi poſſeſſionem, ita vt intuitu poſſeſſionis derelinquendæ fraus & malitia adhibita dicatur, quia iſta duo facta ſunt diuerſa, vnum quod quis furtum dolumque committat contrectando rem alienã ſcienter & ea re vtendo, alterum quòd quis malitiosè deſeruit poſſeſſionem rei, ne conueniatur, & ſic malitiosè agat in deſinendo & in actu derelinquendi poſſeſſionem, quippè quod poteſt rem illam amittere ſine dolo & lata culpa, poteſtque res illa multis modis ſine ipſius facto ad alium tranſire. *Fanutius in trac. de in lit. iurando. in 2. membro num. 4.* Amplia quartò tam in eo qui verè poſſedit, quàm in illo qui deſijt eſſe in poſſeſſione, vel fuit, † quæ duo diuerſa ſunt. 4.
l. ſi quis ante ff. de acq. poſſeſſ. Nã colonus dicitur eſſe in poſſeſſione licet non poſſideat, & qui mittuntur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, dicuntur quoque eſſe in poſſeſſione, ſed non poſſident, *l. 3. §. creditores. ff. vti poßidetis. latè Rebuf. in praxi beneficiorum de publicatione reſigna gl. 13. num. 1.* & qui poſſidet, habet interdicta poſſeſſoria, non etiam is qui eſt in poſſeſſione. *Zaſius ad l. 1. num. 3. ff. ne vis fiat ei.* (*vi. D. Peck ſuper in c. poſſeſſor. verb. poſſeſſor. cum ibi concord.*) Quo pertinet, quod alij aiunt, verbum poſſeſſoris hic accipi non reſtrictè, ſed amplè, vt non tantùm naturalẽ aut ciuilem poſſeſſorem, verùm etiam eum qui detinet comprehendat, qualis eſt colonus, conductor, depoſitarius & ſimiles. *Corraſius lib. 6. miſcella. c. 5.* Quo etiam pertinet quod dicitur, eum qui de facto tenet, & dolo deſijt tenere, prò poſſeſſore haberi: *l. 2. C de præſcript. 30. annorum* quia licet verbum poſſidere ad ius referatur, tenere autem ad nudum factum: *l. 1. §. non quærimus ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſt.* tamen in odium iſtorum receptum eſt, vt nihil referat, vtrum iure legitimo poſſideant, ſiue non, ne alioqui dolus iſte maneat impunitus, ſintque melioris conditionis improbi homines quam alij iuſti & boni. Quinta quoque ampliatio deſumi poteſt ex eo, quod Iaſon ait *in d. l. 1. num. 80.* dari poſſe cauſam aliquam quâ tenetur ille qui poſſedit, quamuis ſine dolo & culpa deſierit poſſidere, videlicet ſi malum & vitioſum initium habuit, quod Pomponius. *l. ſi vi. ff. de ui. & vi arm.* iuriſconſultus eleganti exemplo demonſtrat. *Si vi* (inquit) *me deieceris, vel vi aut clam feceris. quamuis ſine dolo & culpa amiſeris poſſeßionẽ, tamen quanti mea intererit, damnandus es.* Sextò amplia hanc regulam, quod pro poſſeſſore habetur, qui mentitus eſt ſe poſſidere, quia ſi aliquis ſe liti offerat, hoc eſt; ſi interrogatus in iudicio reſpondeat ſe rem eam quæ vendicatur, poſſidere, & iactitet ſe poſſeſſorem eſſe, cùm nõ ſit: ſi perſeueret vſque poſt litem conteſtatam, damnabitur tanquam poſſeſſor, etiam comperto quod non ſit poſſeſſor, propter mendacium, *l. is qui ſe ff. de rei vendit.* (*vid. Cæpol. caut. 35. Iaſ. in §. omnium n. 86. inſt. de act.*) neque parcendum eſt ei, qui vltrò ſe coniecit in neceſſitatem, *l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd. cogant.* dummodò actor ignoret hoc eſſe mendacium, quia ſcienti non fit iniuria neque dolus. *ca. ſcienti ſup. eod.* Amplia ſeptimò, non ſolum in eo qui dolo deſijt poſſidere, verùm etiam in eo qui dolo fecit ne poſſideret, quod expreſsis verbis

voluit Vlp. *l. ſed etſi lege. §. perinde ff. de pet. hæred.* dum ait *Nam & is qui dolo fecit quo minus poßideret, vt poſſeſſor condemnatur. Accipies ſiue dolo deſierit poßidere, ſiue dolo poſſeßionem noluere admittere.* Quòd vtique verum eſt cum quis in ea cauſa eſt, vt ex contractu vel quaſi contractu tenetur acquirere, Cùm autem aliquis non tenetur acquirere, certè ſi deſiit acquirere cùm poſſet, aliud eſt. Finge enim quod aliquis debitor ſuperbus tota die ſtat otioſus in foro, fabulatur, & nihil agit, cùm tamen ſit magno ære alieno grauatus, poſſetque acquirere & lucrari ſi vellet, quamuis malè faciat, tamen quia ad ſoluendum duntaxat obligatus eſt, non ad acquirendum: vtique pro poſſeſſore non conueniretur, *l. qui autem ff. quæ in fraud. cred.* Amplia octauò, vt nihil referat, vtrùm res ipſa olim poſſeſſa adhuc ſuperſit, an verò extincta ſit, *dic. §. perinde.* & quomodo perierit, in morte, an quia deſiit in humano commercio eſſe, an quia alias impoſſibilis ſit eius recuperatio, vel quod ab ipſo poſſeſſore nouo malè ſit tractata, *Ripa. num. 8. Alciat. num. 5. in l. quod te.* quia factum poſſeſſoris reputatur factum eius qui deſiit poſſidere: *l. Iulianus ff. de rei vend.* adeo vt exiſtiment ferè omnes, nihil referre etiamſi apud dominum res æquè periiſſet. [*v. D. Peck. ſuper in c. mora ſub n. 15.*] Qua de re alio loco latius videbimus, *ad d. l. quod te.* Amplia nonò, quod ei qui deſiit dolo poſſidere, dominus rei non cogitur præſtare actiones, quantumuis ille æſtimationem ſoluit. *l. ſi qui ſoluit. ff. de rei vend.* Ecce quandocunque aliquis eſt alteri obligatus ex contractu rem aliquam dare vel reſtituere, ſoluat rei æſtimationem, cogitur actor omnia ſua iura ei cædere quæ habet ad eam rem, tamen cum reus actione reali propter poſſeſſionem alicuius rei conuenitur, & interuertit rem poſſeſſam, doloque eam deſiit poſſidere, vt ita cogatur inferre æſtimationem eiuſdem rei, quanti contra eum iuratum fuerit in litem, huic non ceduntur actiones, quia dolum circa ipſam poſſeſſionem fecit, & nullus præceſſit contractus, per quem ſe excuſare poſſet, ſed poſſedit rem actoris, eamque proprio ſuo facto ſine conſenſu actoris occupauit, & nemo ex improbitate ſua conſequi debet actionem, *l. itaque fullo. ff. de fur.* Sed quando præceſſit cõtractus, & rem promiſſam vel reſtituendam non reddit, quia nolit aut non poſſit, vt ita ſoluat æſtimationem quanti contra eum iuratur: actor cogitur ei cedere actiones, quia reus non deliquit in contractu quem confeſſus eſt, ſed in re reſtituenda. *Zaſius ad l. in depo-*
5. *ſiti. ff. de re iudic.* † Porrò autem alia eſt ratio eius qui culpa deſiit poſſidere. Huic enim præſtabuntur actiones ſine diſtinctione, *l. ſi culpa ff. de rei vend.* Decimò amplia regulam, vt teneatur atque ſi poſſideret, etiamſi poſſidens ex re poſſeſſa nullum fructum cepiſſet, *l. 1. §. ex die. ff. de vi. & vi armata. l. certum C. de rei ven dic.* quia fuit malæfidei poſſeſſor, tenetur etiam de fructibus quos non recepit, ſed quos diligens pater familias percipere potuiſſet. *d. §. proinde. verſ. etſi.* Vndecimò amplia, vt locum habeat hæc regula etiamſi per multas manus multoſque poſſeſſores ambulauerit hæc poſſeſſio, *d. §. proinde verſi. etſi.* quia facto variatæ poſſeſſionis, ius domini non conſentientis, mutari non poteſt, neque idcirco minor eſt dolus primi poſſeſſoris quod plures eum ſequentes, etiam deſinant dolo rem poſſidere. Poſtremò amplia, vt locum habeat etiam in ſtatutis, quia ſtatutum loquens de poſſeſſore, locum habet in eo qui dolo deſiit poſſidere, propterea quod ſtatuta recipiunt interpretationem ſecundùm ius commune *l. 1. §. quamuis ff. de ventre inſpiciend.* (*vid. D. Peck. ſuper in c. od o.*) Qua de re latius hic diſputat Io.
Andreæ, quem vide. † Ratio dubitandi eſt, 6.
primò ex eo, quod poſſeſſio eſt facti, *l. 1. ff. de act. poſſeſ.* (*v. pulchrè Peck. de amort. c. 12. verſ. Ego.*) Sed impoſſibile eſt, fingere ea quæ ſunt facti, hoc eſt ea facta eſſe, quæ non ſunt facta, ergo impoſſibile videtur fingere poſſidere eum qui dolo deſiit poſſidere, cùm non poſſideat: fictio enim naturam imitatur. *§. adoptio inſtit. de adopt.* Secundò ex eo, quod Vlpianus ait. Si quis vendiderit hæreditatem, vtique poſſidere videtur, niſi dolo feciſſet quo minus poſſideat. Quibus verbis videtur apertè conſtituere differentiam inter eum qui poſſidet, & eum qui deſiit dolo poſſidere. Tertiò ex eo, quod qui poſsidet directa actione, qui verò dolo deſiit poſsidere, vtili duntaxat conuenitur. *l. 4. §. fin ff. ſi omiſſa cau. teſt.* Quartò ex eo, quod poſſeſſori æſtimationem litis ſoluenti dominus cauet, *l. electio. ff. de nox act.* Ei verò qui dolo deſiit poſsidere, minimè. *l. hæc res. ff. de rei vend.* Quintò ex eo, quod is qui poſsidet, legis ſubſidio defenditur, habetque exceptionem aduerſus alium non dominum, etiamſi ipſemet ſit malæ fidei poſſeſſor, *l. is à quo & l. is qui dolo eod. tit.* Sed ſi dolo deſiit poſsidere, lex ei non ſuccurrit amplius, adeo vt nec contra dominum, nec contra non dominum actionẽ habeat. Sextò ex eo, quod poſſeſſor malæfidei in rem actione conuenitur, ſi verò dolo deſiit poſsidere, ad æſtimationem rei agitur, *l. ſiue autem. §. duob. ff. de publ. in rem act. l. ſi C. de rei ven.* Septimò ex eo, quod pœna debet eſſe commenſurata delicto, vt vbi delictum maius eſt, ibi quoque maior ſit & pœna, *l. item veniunt. §. cæterum ff. de pet. hær.* Igitur cùm maius ſit delictum eius qui dolo deſiit poſsidere, quoniam de dolo conſtat, quam eius qui poſsidet, poteſt enim ſine dolo eſſe poſſeſſio, videtur quod qui dolo deſiit poſsidere, non vt poſſeſſor, ſed multò acerbius puniri debeat. Poſtremò ex eo, quod poſſeſſor rei alienæ indiſtinctè rẽ ipſam reſtituere tenetur, ſed ſi deſiit poſsidere, lex tantum conſiderat an res ipſa culpa vel dolo eius interierit aut præſtari non poſsit.

Ratio

Ratio verò decidendi eſt. Ne vt ex Iulio Pau-
7. lo, *l. ſancimus C. de pœnis.* reſpondit Ripa *l. fin. autem. §. ſi homo. ff. de rei vendic.* ſit in facultate poſſeſſoris ſe proprio facto eximere ab obligatione qua tenetur ad rem reſtituendam; quia alias ſi per doloſam tranſlationem poſſeſſionis euitare poſſet iudicium nunc inchoatum, contra ſe nunquam, aut certe admodum raro, dominus rem ſuam conſequi poſſet, vel eius æſtimationem, fieretque eluſorium omne iudicium, *l. ſi ſeruum §. nunc videamus. verſic. acceſſiones ff. de verb. obligat.* quippe quod omnis poſſeſſor conuentus in iudicio ſtatim ad alium dolo transferret poſſeſſionem. Nihil mouet prima dubitatio. Nam quemadmodum contractus ſunt facti, quia originem naturalem habent, *in d. l. quod te. num. 7.* & qui contrahit, aliquid facit, ſed ſunt iuris, quoniam obligationem quæ iuris eſt pariunt, ſic & poſſeſſio facti eſt, quia ex naturali apprehenſione, quæ factum in ſe continet, *Iaſon in d. l. in §. omnium n. 82. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu.* venit: Iuris verò eſt quoad effectum quem parit poſſeſſio. *l. 1. §. deiicitur ff. de vi & vi armata.* Quod autem dicitur ea, quæ ſunt impoſſibilia & non ſunt facta, fingi non poſſe, cùm fictio veritati aduerſetur, locum habet, niſi ſubſit cauſa & æquitas adeo efficax, vt quodammodo ab ipſa veritate legiſlatorem decedere cogat. *Alciat. ad l. ſi is qui pro emptore. num. 26. ff. de vſucap. & in rubr. de præſum. c. 1. n. 9.* Ideoque ſicut lex fingit eum viuere & natum eſſe qui in vtero eſt, intra quadraginta dies, quod eſt impoſſibile, quia eo tempore nondum formatur infans, nec animam habet. *l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum.* ne excludatur hæreditate paterna, & aliis prærogatiuis: & quemadmodum lex fingit eſſe ſucceſſionẽ vbi non eſt ſucceſsio, quoties aliquis fieret locupletior alterius iactura. *l. ſi ei. §. 1. ff. de euictionib.* ita & hic æquitas cogit legiſlatorem, vt fingat eum poſſidere, qui dolo deſiit poſſidere, ne aliàs improbus reus tranſlata in alium duriorem aut potentiorem poſſeſſione, pro arbitrio *animi ſui iudicium euitaret, & res alienas abſumat.* Neque etiam obſtat ſecunda dubitatio, in primis enim, lectio quæ habet, niſi dolo feciſſet, videtur eſſe corrupta, & ideò recentiores codices pro niſi legunt non, Nihilominus vt vt ſit, hoc voluit Vlpianus, quod hæres qui ſemel hæres fuit, non poteſt deſinere eſſe hæres, quantumuis alteri non vendidit hæreditatem. Ideoque cùm per aditionem hæreditatis quaſi contraxerit cum creditoribus & legatariis, manet illis obligatus, teneturque ſoluere debita & legata, non etiam emptor hæreditatis. *l. ratio C. de hæred. vel act. vend ta.* & quod attinet ad hanc rem, nihil refert, ſiue dolo vendiderit hæreditatem, eamque deſierit poſſidere, ſiue non: quia etiamſi deſierit eam dolo poſſidere, actio ſalua manet creditoribus & legatariis: ſed dum ait Vlpianus, quod non teneatur quaſi deſierit dolo poſſidere, intelligit ita, ſcilicet vt omiſſa actione ex contractu vel quaſi, quæ ipſis contra eum tanquam contra hæredem competit, poſſent conuenire eum peculiari alia actione, quod dolo deſiit poſſidere, partim quod dolus iſte ipſis non obeſt, niſi ſpecies fuiſſet legata quam deſiiſſet dolo poſſidere, partim quod cum habeant actiones ex vero contractu vel quaſi, non debet eis dari actio ex fictione. Et hoc ipſum eſt quod Baldus ait: Quòd qui vendit hæreditatem, non tanquam fraudulentus, ſed tanquam verus hæres tenetur, & ſic non ex capite fictionis, ſed ex capite illo, quo repræſentatur veritas, *Bald. in d. §. fin.* Tertia quoque obiectio non mouet. † Quia actio vtilis
directæ non contrariatur, & quamuis origine 8
diſcrepent, eundem tamen effectum habent. Origine quidem diſtinguuntur. Directa enim dicitur actio quæ ex verbis & mente legis oritur, hoc eſt, quando lex expreſsè dicit talem actionem in tali caſu tali perſonæ dari. Sed vtilis actio eſt. quæ ex ſummo directoque iure non competit, & cum lex expreſsè non dicit eo caſu illam dandam eſſe, ſed propter vtilitatem aliquam & æquitatem datur per interpretationem iureconſultorum, qui interpretanter ex mente tacita legiſlatoris eam concedi, quaſi ſi interrogatus fuiſſet legiſlator, idem reſpondiſſet. [*vide Coſtal. in l. 47. ff. de neg. geſt.*] Facta autem hominum infinita ſunt, quæ omnia vnus legiſlator præuidere non poteſt. *l. non poſſ. ff. de le.* qua de re olim Duar. paulò vberius diſputauit, *li. 1. diſp. c. 11.* In quarta quoque obiectione nulla eſt difficultas, nam vt ſuperius diximus, nemo ex improbitate ſua conſequitur actionem, *l. itaque fullo. ff. de furt.* ne ex eo præmium accipiat, ex quo pœnam meretur, præcipuè quando circa ipſam poſſeſſionem & rem edictum admiſſum eſt. Quinta quoque obiectio hac ratione diſſoluitur, quod in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis, *c. in pari. ſuper eod.* (*& ibi late D. Peck.*) neq; curamus ius poſſeſſoris etiã improbiſſimi, ſi non conſtet de iure petitoris, *l. fi. C. de rei vend. l. res alie. eo tit.* quia ius non ex parte rei ſed ex parte actoris metimur. Vnde nõ mirum eſt ſi defendatur malæ fidei poſſeſſor aduerſus aliũ non dominũ, ſed ſi deſiit poſſidere, non habet actionem contra dominum vel non dominum, propterea quod qui agere inſtituit rei vendicatione, probare debet ſe dominum eſſe, *l. in rem. ff. de rei ven.* obiicietque illi dominus, dolo facis qui petis quod te reſtituere mihi oporteret. *c. in dolo inf. eo. l. dolo. ff. eo.* [*& ibi quoque late D. Peck.*] Non obſtat quoque ſexta dubitatio. Nam qui dolo deſiit poſſidere, non niſi volente aduerſario electionem habet, & ad ſuum præiudicium, non ad ſuum commodum, pro poſſeſſore habetur. Pari modo nihil nos mouere debet ſeptima dubitatio, quia pœna ibi eſt verè commenſurata delicto, longeque amplius punitur is qui dolo deſiit poſ-

ſidere, quam qui poſſidet, cùm aduerſus eum in litem iuretur, criminique ſtellionatus & aliis pœnis obnoxius fiat, ita vt habeatur quidem pro poſſeſſore quatenus poſſeſſor conuenitur, & vlterius nihilominus ad alias pœnas obligatus eſt, propterea quod dolo deſiit poſſidere. Poſtremò non obſtat vltima dubitatio, quia quod in ea proponitur, locum non habet. Primò quando reus malæ fidei poſſeſſor eſt, nec iuſtam cauſam habet litigandi. *l. Iulian. ff. de rei ven.* Secundò quando actor rem ipſam diſtraxiſſet, ſi per rei dolum & propter translatam poſſeſſionem non fuiſſet impeditus. *l. item ſi verberatum. §. fi. d. tit. l. ſi poſſeſſor. in fi. ff. de peti. hær.* & ſecundùm eas reſtrictiones ſolent plerique omnes hanc regulam intelligere, *ad l. quod te. ff. ſi. cert. pet.*

REGVLA XXXVII.

Vtile non debet per iuutile vitiari.

1. *Abundans cautela non nocet.*
2. *Inutile vnde cognoſcatur.*
3. *Merces licitæ an cum illicitis confiſcentur.*
4. *Locatio ad longum tempus an valeat ſaltem ad tempus permiſſum.*
5. *Quid de Emphyteuſi conceſſa vltra legitimum tempus.*
6. *Profeſſio monachi an in totum vitietur, ſi per pactum aliqua bona ſibi reſeruare volunt.*
7. *Teſtes ex ſuperabundanti recepti ex capite inhabilitatis reiici non poſſunt.*
8. *Reductio redditaum ad legitimum modum.*
9. *Rationes dubitandi.*
10. *Rati nes decidendi.*
11. *Indiuiduum quomodo dicatur.*
12. *Caſus in quibus vtile per inutile vitiatur.*

DOmitius Vlpianus pro regula tradidit, quod non ſolent ea quæ abundant, vitiare ſcripturas. *l. non ſolent ff. eod.* Nam ſi quædam ſuperuacua ſcripturis inſeruntur, quibus negotij acti neque prora, neque puppis continetur, ſi modò reliqua conſtent, nec quicquam aduerſus formam actus adiectum ſit: *l. fideiuſſor obligari. §. qui certo ff. de fideiuſ.* hoc in conſideratione haberi non debet, vulgatumque iuris axioma eſt, † quod abundans cautela non no-
1. cet, [*Gail 1. obſ. 144. n. 3. & 2. ob. 1. n. 2.*] niſi adeo noua atque inſolita ſit, vt doli fraudiſque præſumptionem habere videatur. *l penul. C. de euict. & ibi glo. & Doct. Hoſti. & alij ad cap. minus de exceſſib. præl.* [*vide Tyraq. de retr. conuent. in præſ. n. 28. late Herin. tr. de fideiuſ. c. 17. n. 12. & ſeqq. Maſc. de pro. conc. 299. & conc. 444. & conc. 815. n. 40. & ſeq. nouiſſime plurib. relat. Fari. q. cri. 162. tit. de falſ. n. 155. & ſeq. Meno. 3. præſ. 122. n. 67.*] Similis illi eſt hæc regula, quæ habet, vtile per inutile non vitiatur. Quid verò inutile dicendum ſit, potiſſimũ ex cauſis, per quas res cognoſcitur, intelligi poteſt. Et quidem principio, ex defectu cauſæ efficientis: veluti ſi poteſtatem agendi, contrahendi, diſponendi, non habet is, cum quo agitur. Secundò ex defectu cauſæ materialis: veluti ſi tam anguſti loci demonſtratione facta, via conceſſa fuerit, vt neque vehiculum, neque iumentum ire poſſit: *l ſi tam anguſti ff. de reg. iur.* Tertiò ex defectu cauſæ formalis: veluti, ſi forma & ſolennitas teſtamentorum vel ſtipulationis, non ſit ſeruata. *l. 1. ff. de verb. obliga.* Si mihi Pamphilum ſtipulanti, tu Pamphilum & Stichum reſponderis: Stichi adiectionem pro ſuperuacuo habendam puto, inquit Vlpianus. Nam ſi tot ſunt ſtipulationes quot ſunt corpora, duæ ſunt quodammodo ſtipulationes, vna vtilis, alia inutilis: neque vitiatur vtilis per hanc inutilem. Quartò ex defectu cauſæ finalis: quia cauſa finali priuilegij, immunitatis, vel diſpoſitionis, ceſſante, omnia corruunt, atque planè inutilia cenſentur, qua de re toto tractatu de cauſa ceſſante, agit Tiraquellus, & denique exiſtimat Baldus *ad c. 1. § ſimiliter. de lege Corra. in vſi. feu.* † inutile dici
hoc totum, quod eſt contra lege vel natu- 2.
ram eius rei, de qua agitur. Latiſſimè autem patet huius regulæ extenſio, & non ſolùm per contractus & teſtamenta, verumetiam per iudicia & res ſpirituales diffunditur eius tractatio, circumuolutatque per omnes humanas actiones, ſicut Amphion cælum, *Inno. ad c. cum ex offi. de præſcr.* pro cuius ornamento, ſuo more multa accumulat Fely. *ad c. cũ ordin. de reſcr.* Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat etiam aduerſus Principem ipſum. Quia ſi quis portat merces licitas & illicitas, non niſi illicitę publicantur, *Bar. ad l. cont. §. dom ff. de publ. & vect.* [*Villal. in co. op, lit. g. n. 3.*] de quo latius agunt Boërius *q. 178. n. 24.* & Salicetus *ad l. cum proponas. C. de naut. fœn.* non id ſimpliciter accipientes, ſed ſub æquabili quadam diſtinctione, confutatis aliorum opinionibus, quas hoc lo-
co referre ſuperuacaneum videtur. † Et ideo 3.
(inquit Albertus de Gaudino *de maleficijs ſub rub. de reb. non port. contra decretũ in prin.*) ſtante ſtatuto quod nemo frumentũ aut carnes euehat, ſub pœna confiſcationis rerũ quæ euehũtur, & equi, boum, plauſtri ſeu currus quibus euehuntur: certè ſi equus aut currus quædam efferri prohibita quædam non prohibita euehat: res illæ vetitę tantũ fiſco addicuntur. *l. 1. §. Treb ff. de aq. pl.* Et ſi edicto cautum fuerit, farinam euehi non poſſe, equus vel currus quo effertur publicari nequit: *Salic. d. loco col. pen.* quia ſtatuta eiuſmodi ſunt ſtricti iuris: *l. conſtitutionibus. ff. ad municip.* quo circa interpretatio eorum coarctanda, non amplianda eſt. *Iaſon. conſi, 55. lib. 1.* Amplia ſecundò, quod vtile per inutile non vitietur, ne fauore quidem eccleſiæ. Nam ſi monaſterium vel eccleſia dedit in emphyteuſim ea, ex quibus quædam ſic dari potuerunt, quędam non potuerunt, fortè quod

ſunt

ſunt loca ſacra aut religioſa: remanebit contractus validus in ijs, quæ dare licuit. *gl. in c. querelam, & ibi Panor. de ſimonia.* Ex quo & ea quæſtio nata eſt, quæ multorum ingenia fatigauit. † An ſi locatio rei eccleſiaſticæ fiat ad
4. longum tempus, quod lex vetat, *clem. 1. de reb. eccleſ. non alien.* totũ vitiatur, an verò ſubſiſtat ad nouennium à iure permiſſum: qua de re pugnantes ſunt ſententiæ, dum alij aiunt: *Bald. conſ* 475. *lib. 1. & conſ.* 392. *inci. locatio li.* 5. alij verò negant, *Bart. conſ.* 159. *Ruinus conſ.* 57. *li. 1. Lapus alleg.* 80. *Socin. & Alc. n.* 14 *ad d.* §. *ſi mihi Alex. con.* 17. *li. 1. Iaſ. ad auth. qui rem C. de ſacroſ. eccleſ.* quorum maior eſt numerus, ideò quod lex ait, *Nec recipienti ius aliquod acquiratur.* Ex quibus intelligimus, negacionem cum dictione illa *aliquod* etiam in qualibet minima parte verificari *gl. in clem. 1. verſic. vt earum parte de foro compet. & ibi Card & Panorm. Fely in c. paſtoralis in fin. princ. de offi. deleg.* Et eſt ratio, quia non eſt niſi vnica conceſſio, & ſic cum peccet in forma, in totum vitiatur. *Iaſon. in* §. *ſi quis it, l. 1. ff. de verb. oblig. Bald. ad l quicunque. C. de bon. qua l. b.* Diximus autem in initio, actum ex eo quod ſuperfluum vel inutile eſt non vitiari, niſi in formam actus peccatum foret. Anguſtia ſanè temporis non ſinit, vt ad amuſſim omnia huc pertinentia pro dignitate explicemus, maximè cùm id adeò abunde in iſtius quæſtionis explicatione & tractatione fecerint Tiraquellus, *c. ad l. ſi. vnquam ad verb. omnia. C. de reuoc. donat.* Molin *ad conſuet Pariſ* §. 41. *n.* 47. [*idem in l.* 1. §. *ſed ſi n.* 60. *de verb. obligat.* Didacus Couarruuias, *lib. variat. reſol.* 2. *cap.* 16. *n.* 5. vt nihil reliquerint quod à nobis veluti nouum adiici poſſe. (*nouiſſimè latè & eleganter Caroc. tr. locati, p.* 3. *tit. de reb. eccl. loc. concl.* 6. *n.* 20. *& ſeq. vbi de communi teſtatur.*] Illud ſane probabile eſt, quod locatio nouem annorum, quæ adiunctis annis prioris locationis excurrit in tempus duodecim aut quindecim annorum, ſubſiſtit vſque ad nouem annos, computando ab eo tempore, quo dicta vltima locatio facta fuit, propterea quod tempus locationis anni prioris, cum annis poſterioris locationis coniungi non debet, ſed eſt duntaxat pars prioris locationis, & ad eam ſolam referendum, ſuntque duæ iſtæ locationes diſtinctæ, diuerſis temporibus factæ, & quarum ſingulæ per ſe conſiderantur, *Lapus alleg.* 12. ſufficitque quod eiuſmodi locatio in iure non reperitur eſſe prohibita. Et tantò quidem magis, quod iure ciuili res eccleſiæ vſque ad 30. annos locari poſſunt. *in auth. de alien. & emphyt.* Ex quibus & illud conſtat, etiam in tempore vtili & inutili regulam iſtam habere locum. *c. vlt. & ibi glo. de panit. & remiſ. Bald. cõſ.* 475. *lib. 1. Alciatus ad d.* §. *ſi mihi n.* 23.] † Vnde Emphyteuſis conceſſa
5. vltra generationem permiſſam, vitiatur tantũ in eo quod excedit. §. *quod autem in auth. de non alien. verſ. neque illud.* [*Gail.* 2. *obſ.* 4. *n.* 14. *Cald. de nom. Emph. li.* 2. *q.* 19. *n.* 81.] Et feudum eccleſiæ, ſi in maſculos tantùm infeudari ſolet, & tam pro maſculis quàm fœminis conceſſum eſt, quantum ad maſculos, non vitiatur. *Tiraq. nu.* 144. *de retract. conuent. ad fin. tit. Bart. ad l ſi pupillorum. ff. de reb. eorum.* Amplia tertiò vt locum habeat, non ſolùm in his quæ vtilia vel inutilia ſunt, verùm etiam in his quæ poſſibilia vel inpoſſibilia ſunt iure vel natura: quia id quod impoſſibile eſt, non vitiat hoc quod fieri poteſt. Ideoque Baldus, *ad l. 1. ff. de condit. inſtit.* & eum ſecutus Paulus Pariſius *conſ.* 38. *n.* 34. *lib.* 3. reſpondent, quod diſpoſitio pro parte poſſibilis, pro parte impoſſibilis, debet pro parte poſſibili adimpleri, etiã ſi pro parte impoſſibili non impleatur. Qua de re latius ſuperius dictũ eſt. *ad c. nemo pot. ſuper eo.* Vnde & Vlp. *Sub impoßibili* (inquit) *condit. vel alio modo factam inſtit. placet non vitiari.* Et cum duo ita hæredes ſcripti ſunt, ſi cauerint inuicem legata, quæ teſtamento relicta ſunt, ſoluturos, requiri conditionem tradidit Pomponius, quaſi in fraudem legis aſſcripta videatur, quæ legata quoſdam accipere vetabat, *l. 1. ff. de condi. inſtit.* eoque etiam pertinet, quod actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem. *l. ſi. quis ſub. cond. eod. tit. c. act. inſ. eod.* Amplia 4. vt procedat etiamſi aliquo modo videatur reſiſtere tacita voluntas actum agentis. † Nam ſi Monachus in profeſſione reſer- 6.
uet ſibi per pactum aliqua bona, quod (vt crebriore calculo receptum eſt) facere non poteſt: *c. cùm ad monaſterium extra de ſtat. monach.* reiecto pacto ſuſtinetur profeſſio, quamuis omnino veriſimile ſit, quod non feciſſet eam profeſſionem, niſi reſeruatio bonorum ei eſſet promiſſa. *Alc. ad. d.* §. *ſed ſi mihi. n.* 22. Hoc enim eſt contra religionis ſubſtantiam, cùm paupertatem minimè profiteatur: Quod an indiſtinctè verum ſit, omnium latiſſimè explicant Romanus, *ibi.* Iaſon. *in epitome* 4. *dec. & p.* 2. §. 1. Didacus: & alij quos vide: *in c. fin. de condit. appoſit. in c.* 3. *de ſtat. monac. Bart. conſ.* 3. *li.* 1. *Alciat. d. lo. num.* 22. [*Gail. d. obſ.* 4. *num.* 12. 13.] Plurimi enim ſunt qui exiſtimant, propter deficientem voluntatem profitentis, totam profeſſionem vitiari, & quia pactum contra ſubſtantiam contractus tollit contractum præcedentem, *l. per ſeruum.* §. *fin. ff. de vſu & habit.* Quomodo & Baldus *ad l. certi* §. *quoniam. ff. ſi cert. pet.* ait, quod quando adiectio inutilis conſenſum partiũ impedit, totum vitiatur. Quod ſi contraria ſententia magis placet, dici poterit, quandoque extra id quod agitur hominem obligari licet aliud cogitet. *AlciatG & alij ad l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* Vel propter odium, quo dignus eſt, vel propter interpretatã à lege eius voluntatem. Vnde & reiecta teſtatoris voluntate turpes conditiones à teſtamẽtis reiiciuntur. §. *impoßibilis inſtit. de hæred. inſtit.* (*vide D. Peck. ſuper in ca. nemo poteſt.*) Amplia quintò regulam vt locum habeat, quamtumuis ſexus muliebris fragilitas concurrat:

quia non per hoc id quod vtiliter factum eſt, ex muliebri fragilitate per inutile vitiatur. Tametſi enim mulier propter ſtatuta ciuitatis vel prohibente lege, vtiliter promittere non poteſt: ex promiſſione tamen illa inutili dominium transferre poteſt, & vtilis tranſlatio dominij, propter inutilem promiſſionem vel dationem non vitiatur. *l. ſed etſi ego ff. ad Velle. Aret. conſ.* 4. *li.* 1. Amplia præterea ſextò ad perſonas. Nam ſicut ceſſante cauſa in vna perſona non ceſſat effectus in alia: quia res inter alios acta aliis non præiudicat: *l. ſæpè ff. de re iudic.* qua de re plurima tradidit Tiraquellus, *in libro ceſſante cauſa in* 8. *limit.* ita quoque quod in vna perſona inutile eſt, non vitiat hoc quod in alia perſona vtiliter conſtituitur, veluti ſi vnus tutor verus, alter falſus interponat authoritatem, ſuſtinetur actus ex authoritate vtili veri tutoris tantùm. *l.* 1. *ff. quod falſo tuto.* Et ſi vni capaci relinquitur proprietas, incapaci verò vſusfructus, valet vtile legatum proprietatis capaci factum, nec vitiatur propter alterius incapacitatem, *Signor. conſ.* 114. quod & in teſtamentis eleganti exemplo demonſtrat Iuſtinianus. *in l. hac conſultiſſima* §. *ex imperfecto. C. de teſtamento.* (*vide omninò Cald. dict. quæſtione* 19. *numero* 20.) Amplia ſeptimò, quòd ſicut id quod inutile eſt, non vitiat hoc quod eſt vtile, ita multò minus vitiat id quod eſt neceſſarium. † Vnde contra teſtes qui reci-
7. piuntur ex abundanti, non poteſt opponi de inhabilitate, *Bald. in l. qui teſtam.* §. *per contrarium. ff. de teſtam.* & libellus ineptus non vitiat proceſſum, quando cauſa erat talis, quod libellus in ea non erat neceſſarius, *Panorm. ad c. bona de elect.* qua de re ſuo more penè infinita cumulat Felynus. *ad c cum ordinem de reſcr.* (*con. Gail* 1. *ob.* 66. *n.* 15.) Amplia actauò, quod in contractibus vtile per inutile non vitiatur, etiam in eodem capitulo, modò res ſit diuidua, *l. ſancimus.* §. *ſi quis autem. C. de do.* [*vide latè pulchreq; Hering. de fideiuſſ. c.* 24. *n.* 68. *& ſeqq. Gail* 1. *ob.* 61. *n.* 10. 11. *& ob.* 88. *in fin. &* 2. *ob.* 4. *n.* 11. *& ſeq. & obſ.* 5. *n.* 9. *Molin in tr. divid. & ind. per tot. & in l.* 1. §. *ſed ſi mihi, de V. O.*] & in vſuris licet odioſis. *l. cum alleg. C. de vſur. l. pec. l. pla. ff eod. tit.* [*Gail d. obſ.* 4. *n.* 10. *& ſeq. & ob.* 5. *per tot & obſeru.* 7. *n.* 15. *& vbique Grau cum pluribus ibid. relatis. vid. omnino Caual. deciſ.* 15. *n.* 32.
8. *& ſeq. p.* 1.] † Et ex eo deprompta videtur eſſe ea formula, qua Senatus reducit venditiones annuorum redituum ad legitimum modum, ſi ipſum excedant, *Tiraq. de retrac. conuentionali ad fin. titu. n.* 144. quod in multis prætorijs, deciſum eſſe ex arreſtis Galliæ per Ioannem Paponem collectis, facilè ietelligi poterit. *li.* 12. *tit. de. contract.* 3. *vſurarietes.* Poſtremò amplia hanc regulam, vt procedat etiam in acceſſorio & principali. Quia ſi principale eſt vtile, & acceſſorium vitioſum, illud de quo principaliter agitur, non vitiatur propter acceſſoriũ vitioſum, *l. poſt legatum* §. *qui principale. ff. de his quibus vt indig.* quod pluribus dicto loco demonſtrat Signorolus. *n.* 4. *verſ. itẽ illud.*

Ratio dubitandi eſt. Primò ex eo, quòd a- 9.
ctus legitimi per vtiles, vitiantur per inutilem diei aut conditionis adiectionem. *cap. actus infrà eodem.* Secundò ex eo, quod vtilis interrogatio per inutilem reſponſionem eneruatur, vt non conſtituat ſtipulationem. *l.* 1. *ff. de verb. oblig.* Tertiò ex eo, quod impoſſibilis conditio vitiat totũ contractũ qui alioqui per ſe conſiſteret. *l. nõ ſolùm. ff. de act. & obl.* Quartò ex eo, quod in electione Epiſcopi, ad quã ſoli clerici vacantur, ſi laici qui non poſſunt intereſſe, vna cum clericis, qui poſſunt intereſſe, interuenerint, electio in totum nulla eſt. *ca. meſſana de elect.* ſoletque etiam in baptiſmo quid ſimile obſeruari, quod alterius loci eſt. *gl. in cap. ſi non ſanctificetur. de conſec. diſt.* 4. Quintò ex eo, quod ſi compromittatur in duos, quorũ vnus eſſe poteſt arbiter, alter non poteſt, totum compromiſſũ corruit, *l. Pedius.* §. 1. *ff. de arbit.* veluti ſi compromittatur in tres, quorum vnus eſt Minorita, qui ne cum conſenſu quidẽ ſui Miniſtri Generalis, eſſe poteſt arbiter. *cle. exiui de verb. ſignif.* compromiſſum in vniuerſum cadit, & ſic vtile per inutile vitiatur, Sextò ex eo, quod ſi quis aquam ducat, quam ſolet ducere, non poteſt prohiberi, ſed ſi ſordidam admiſcuerit aliam, etiam propter hanc prohibetur ne & bonam ducat. *l.* 1. § *item quæritur ff de aqua quotid. & æſtiua.* Septimò ex eo, quod ſeruus proprius teſtamento tutor dari poteſt, quod eſt vtile, ſed ſi adiiciatur hæc clauſula, *cum liber erit*, hoc eſt inutile: tamen inutilis hæc adiectio vitiat totam tutoris dationem. Poſtremò ex eo, quod Prætor adhibere debet cauſæ cognitionem, quando tranſigitur ſuper alimentis, & in hac cauſæ cognitione perquirit de cauſa, de modo, de perſonis tranſigentium, quod ſi vtiliter de cauſa cognouit, ſed non de modo aut alijs: tota tranſactio, & authoritatis ipſius interpoſitio corruit atque ſubuertitur. *l. cum hi.* §. *ſi prætor. ff. de tranſact.*

† Ratio verò decidendi eſt. Primò, quod 10.
nemo præſumitur eligere viam, per quam iudicia ſua & actus per ipſum geſtus ſubuertatur, *l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* & ideo videntur contrahentes vel actum agentes, ab initio hanc habuiſſe cogitationem, quod ſi quid inutiliter vel ſuperfluè adijceretur, non noceret. Secundò quod lex imitatur naturam, §. *adoptio inſti. de adopt.* & ideò ſicut natura reijcit omnia inutilia & ſuperflua, vt ea quæ ſunt vtilia conſeruet: ita & lex. Tertiò, quia quod eſt dignius & potentius trahit ad ſe, quod eſt minus dignum, eiuſque vim abſorbet. Ita & hic quod vtile eſt; vtique dignius eſt & potentius, & ea quæ ſunt inutilia obfuſcat, & effectum eorum impedit. Quartò quia ſemper accipienda eſt interpretatio, vt actus valeat potius quàm pereat. *l. quoties ff. de reb. dub. c. Abbate. de verb. ſign.* [*vide*

(*vide D. Peck. infer. in c. inſpicimus. n.* 10. Hoc autem fiet,ſi inutilia reijcias, & propter vtilia actum pręſerues.[*Gail* 1.*obſ.*66.*n.*11.)Nõ obſtat prima dubitatio, quia quod conditio ſeu diei adiectio vitiat ipſum actum legitimum: ideò eſt,quia ei refragatur diei aut conditionis adiectio, vt potè quæ eſt contra ſubſtantiam ipſius actus,qui ſic à lege eſt introductus vt ſtatim ſortiatur effectum,*Didacus ad ca.*3.2. *partis in* 4.*decret.num.* 3. ſicut in matrimonio, quod cùm inſtitutum eſt ad mutuã cohabitationẽ atq;coniunctionẽ,repugnat ei dilatio & ſuſpenſio,per quam effectum ſuum non ſortiatur. Sic & emancipatio lege eſt introducta,vt ſtatim quis à patria poteſtate liberetur. At pendente conditione, quæ in vniuerſum hanc ſuſpendit,non poteſt eſſe liber,& ideo conditio reſiſtit naturæ emancipationis, *Didac. ibi.* (*conſ. D. Peck. in c. actus leg. n.*1.*infer.*)Eodem modo ad ſecundam dubitationem reſponderi poteſt,quod ad formã ſtipulationis requiritur idonea reſpõſio,*d.l.*1.*ff.de verbo.obl.*ideoq;vbicunque adeſt defectus in forma, locum habet vetus illud axioma,quod non valet vt ago nõ valet vt valere poteſt:quia formæ omiſſio etiã in minimo totum actum vitiat.*latè Fely. ad c. cum dilecta de reſcript.*eidemque nihil omninò aut addi aut adimi poteſt,*latè Tiraq.de tractu. conuen.*§.4.*gl.*6.6.*n.*31.*cum ſeq.*(*conſ D. Peck. ſuper. in c. ratihab. n.*2.*& n.*14.*verſ. vbi. vero cum ibi concord.& in c. plus ſemper,n.*4. *Gail* 2.*ob.* 1. *n.*36.*& ob.*2.*n.*7.*& ob.*124.*n.*1.*& ob. vlt. n.* 1. *&* 2.*obſ.*4.*n.*5 *& obſ.*19.*n.*17.*& ob.*65. *n.* 5.) & partes incipientes ab interrogatione,ſatis oſtendunt quod volunt ſtipulari: quia contractus magis cognoſcitur ex forma ipſius, quàm à denominatione *l. inſul. de praſ. ver.* Vnde ſi non ſit congrua reſponſio,non conſtituitur ſtipulatio, ne actus egrediatur agentium intentionem,*l. non omnis ff. ſi cert. pet.* facileque creditur non conſenſiſſe is, qui ſciens prudensque in eo negotio;quod tantam ſolennitatem deſiderat,vt debuit,non reſpondit. *Alc. n.*4. *Duar. in fi.*§.*ſi quis ita ad d.l.*1.(*& ibi quoque Donel.*] Non obſtat tertia dubitatio. Nam (vt ait ipſe Martianus Iure conſ.*d.l. non ſolum.*)in lege cõtraria & in huiuſmodi actu talis videtur eſſe cogitatio contrahentium, vt nihil agi exiſtiment,appoſita ea conditione, quam ſciunt eſſe impoſſibilem. Quarta quoque dubitatio nihil mouet,quia forma non erat ſeruata,quæ eſt in eiuſmodi electione, quod fiat præſentib. omnibus qui volunt & poſſunt commodè intereſſe.*cap. quia propter de elect.* Sed laici de iure intereſſe non poſſunt,& in odium eorum lex introduxit hoc pro forma,ne ſi cùm non poſſint adeſſe,adſint, actus in totum annullatur. *Imola & alij in d. ca. meſſana. Alc. ad* §.*ſed ſi nihil n.*2.*& Æmilius Ferre. in* §.*ſi quis ſimpliciter n.* 7.*in d.l.*1. Vnde ceſſante defectu formæ, alio iure vtendum foret,vt in aliis factis Vniuerſitatum, in quibus ſi admittuntur inhabiles cum habilibus, propter inhabiles actus non vitiatur.*Panorm. ad c. fin. de procur.*[*pulchre Gail* 1.*P.P.*7.*n.*21.] Sed nec quinta dubitatio vim facit:quia non præſumuntur partes confidere de duobus tantum,niſi aliud dictum ſit. Et ad religioſos quod attinet, Decretalis quæ prohibet eos arbitros fieri; habet clauſulam derogatoriam in fine,cui non poteſt per miniſtrum aut inferiorem à Pontifice derogari. *Al. d. l. n.* 21.*Doct. ad ca. at ſi clerici* §.*de adult. ſup. de iudic.* Sexta quoque dubitatio non mouet; quia (vt ait Vlpianus *in l. cont.*) aquæ ductus habebat cauſam indiuiduam:& vtile ab inutili ſeparari non poterat; quod cùm ſit, cumque res indiuidua eſt, regula noſtra locum non habet.

† Indiuiduum autem (vt author eſt Alciatus cũ alijs *ad l. ſoluendo. ff. de verbor. ſignificat.*) dicitur quatuor modis. Primò res eſt indiuidua propter formam, quæ in actu requiritur, vt cũ lex diſponit pro forma in obligatione fideiuſſoria,quod fideiuſſor non obligetur in plus quàm reus principalis *l. græce.*§.*illud de fideiuſſo.* 11

Secundò,ratione neceſſariæ dependentiæ. Vnde vitiato principali, non ſubſiſtunt acceſſiones, quæ illi indiuiduè adhærent. *l.* 1. *& l.*2.*ff de pec. legat.*[*Gail* 2.*obſ.*4.*n.*10. *& obſ.* 5 *num.* 14] Quemadmodum fit in dote, & matrimonio:nam ſi matrimonium inutile eſt, dos vtilis eſſe non poteſt, quia indiuiduè matrimonio adhæret, quamuis illud abſque dote eſſe poſſit. Tertiò, propter voluntatem contrahentium. Vnde ſi compromittitur in duos, quorum vnus non poteſt eſſe arbiter, alter ſententiam nõ dicitur quia pręſumitur partes eos diuidere non voluiſſe,*d.l. Pedius.*(*vid. infer eod. ſub n.*12.)Quartò ex natura rei,vt cum res non accipit partes. Quemadmodũ fit in ſeruitutib. quæ nec ſenſu nec intellectu partes recipiunt, cùm nemo poſſit pro parte ire, pro parte non ire. Sic atomi ſunt indiuiſibiles, ita dolus eſt indiuiduus: quia nemo pro parte dolum facit, eiuſmodi etiam eſt iuriſdictio,imperium,& ſimilia multa. *Zaſius ad l.*4.§.*Cato. ff. de ver. obl. & latius ad l. ſtipul. non diuiduntur in prin. n.* 3. *eod. tit.* Et ratio ob quã vtile vitiatur per inutile,hæc eſt,quia aliter vtile per ſe ipſum ſtare nõ poteſt vel prohibente lege, vel repugnante natura,vel voluntate contrahentium. *Alciat. ad l.* 1.§.*ſed ſi mihi. n.*25.*de V. O.* (*& ibi quoque eleganter lateq; Mol.& in tr. diuid.& diuid.*) Septimò non obſtat quod dictum eſt tutelam ſeruo proprio ita, cùm liber erit, mandari non poſſe;nam perinde eſt ac ſi teſtator diceret, tutor eſto, cum à domino ſuo libertatem adeptus erit,quod cùm dominus ipſe loquitur,apertè ludificari & nihil agere intelligitur, veluti ſi quis dicat,hæc res tibi empta ſit, ſi eam tibi vendidero, verſaturque hic odium domini, qui quod purè facere potuit, contra vtilitatem pupilli obſcurè fecit. *Fab. Hot.& alij ad d.* §.*ſer.* Poſtremò vltima dubitatio non mouet, quia quando ſunt plura neceſſaria ad ſubſtan-

tiam alicuius actus, defectus vnius vitiat totum: quia ſolemnitas & forma ſubſtantialis eſt indiuidua, quod pulchrè & ad propoſitum reſpondit Caſtrenſis *l. non aliter ff. de adopt.* Quoniam verò quæ ad hanc rem pertinent, paucis complexus eſt cum Baldo Albericus, *ad. d. l. ſi prætor,* eos caſus colligens in quibus regula noſtra locum non habet, non pigebit eoſdem ſubiicere.

12. † Primò vbi iudex cognoſcit de maiori ſumma quàm ſua ſit iuriſdictio, quia in ſumma minori, adeoque vtili, non valebit ſententia: quia pro parte valere, & pro parte non valere non poteſt. *l. quadā mulier. ff. fam. erciſ.* Et propterea Paulus: *l. in hoc. ff. fam. erciſ. In hoc iudicio* (inquit) *condemnationes & abſolutiones in omnium perſonas facienda ſunt. Et ideò ſi in alicuius perſona omiſſa ſit condemnatio, in cæterorū quoque perſona quod fecit iudex non valebit: quia non poteſt ex vno eodemq́; iudicio res iudicata in partem valere in partem nō valere,* ne plures lites ex vna oriantur. Et iudex ad certam rem datus, vel qui à iure preciſam poteſtatem habet, ſi ſuprà iuriſdictionem ſuam ius dicat, nihil agit, eique impunè non paretur. *l. certa, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. C. ſi à non compet. iud.* (*vide D. Peck. ſuper in ea quæ n. 4. cum ibi concord. & n. 9.*) Attamen ſi inter litigatores conuenerit, poterit etiam de re maiore ſententiam dicere. *l. de qua re §. iudex qui ff. de iudi.* Sicut & cum ſententia diuerſa capita continet, poteſt in vno valere, licet non valeat in alio, quia tot ſunt ſententiæ quot ſunt capita diuerſa. *d. l. quadam l. Car. pia ff. de iur. pac.* [*vide Cail 1. obſ. 63. n. 5. & obſ. 110. per tot. & ibi latè Greu.*] Secundò vitiatur, ſi iudex miſit aliquē in poſſeſſionem pro debito, quod erat partim verū partim falſum quia decretum iudicis eſt indiuiduum. *l. 1. §. hac verba ff. ne vis fiat ei.* Tertiò ſi donet aliquis bona ſua præſentia tantùm, vel futura tantùm, valet quidem donatio; ſed quando ſimul vtraque dat, non valet; quia nemo omnia donando poteſt ſibi præripere teſtandi facultatē, quæ ſine bonis nihil eſt, ideòque in aliquo donatio non valet. *Bald. ad. d l fin. C de pact.* [*vide Gail 2. obſ. 11. n. 10. Treutl. p. 2. diſp. 19. theſ. 5. lit d.*] Quartò quando iudex competens ſimul procedit cum incompetente, putans illum eſſe ſuum collegam in iuriſdictione delegata, nihil agit. *ca. cum ſuper. de offi. deleg.* Quintò in duobus arbitris, vt mox diximus, *ſuper eod n. 11.*] quia forma compromiſſi non poteſt ſeruari, ideo laudum non valet, quia forma non debet diuidi, cùm det eſſe rei. *l. Iulianus §. ſed et ſi ff. ad exhiben.* Sextò quando inutilè non eſt contra naturam contractus, quia tunc vitiat vtile. *d. c. actus.* (*vide Gail 2. obſ. 4 n. 13. v. ad conſ.*) Septimò quando adiectio fit per modum impoſſibilis conditionis. *d. l. non ſolùm.* Octauò quando adiectio inutilis impedit conſenſum partium. *d. l. gracè §. illud.* Nonò quando reſultat repugnantia iuris communis, facta relatione vnius ad aliud. Et vltimò, quando vtilè nōn poteſt ab inutili ſeparari. *d. l. 1. §. illud & §. Trebatius ff. de aqua quot. & æſtiua.* Addit deindè Baldus decem caſus alios in quibus inutilis adiectio vitium non facit, iuxta hanc noſtram regulam, quos vide. (*vide omninò Molin. in d. §. ſed ſi*)

REGVLA XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus eſt impugnare. (*Vide omnino Gabriel. in com. concluſ. li. 6. tit. de reg. concl. 1. per tot.*)

1. *Ampliationes huius regulæ.*
2. *Totum approbari, aut totum reprobari debet.*
3. *Affectus quando non ſecuto effectu puniatur.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*

QVandoquidem non ſolùm turpe, verùm etiam publicè malum eſt, quod quis cothurno verſatilior eſt inconſtans, inſtabilis leuis & diuerſarum partium, qui aliud ſtans aliud ſedens cogitat, (*conſ. D. Peck. ſuper in c. quod ſemel, in prin. & in c. mutare. pr.*) exiſtimarunt legiſlatores etiam eam rem pœna ſua comprimendam eſſe, & ideò lege lata conſueuerunt non debere quem fructum conſequi ex eo, quod niſus fuiſſet impugnare, non ſolum in iudicijs, contractibus & teſtamentis, ſed in criminibus quoque & rebus eccleſiaſticis. Nam ad iudicia quod attinet; cum quis perſonas teſtium impugnat, ſi quid pro ipſo dicunt, non creditur, *c. præſentium, c. de teſtib.* [*& ibi pulchrè Mynſ.*] & qui impugnat inſtrumentum, ſe ex eo iuuare non poteſt. *c. cum olim, de cenſib. Roman. conſ. 222.* Vnde & Hoſtienſis reprobari ait *ibi §. licet in fine.* eam cauillationem, qua ſic conſueuit dici, domine iudex non fateor, imò nego hoc quod in iſto inſtrumento continetur, ſaluo, quod ſi contingit me condemnari, tali articulo qui in eo continetur, volo vti: quia quicquid ſic cauillando dicat, videtur ſibi ipſi eſſe contrarius. Et in ſimili dicitur, quod impugnans inſtrumentum, perdit priuilegium & commodum ipſius inſtrumenti. Vnde ſi quæ ſunt contra eum, poteſt alia pars in fauorem ſuum illa adducere. *Panor. in d. c. cum olim in 4. notab.* Idem eſt in contractibus nam qui facit contra inſtrumenta vel conditiones pacis, tranſactionis vel compoſitionis: non poteſt ſe fundare ex pace vel alijs *l. cum proponas C de pactis d. cum olim, eleganter Bal. ad l cum pater §. libertus ff. de legat. 2. l. qui fidē. ff. de tranſact.* (*conſ. Gail 1. P. P. 4. n. 45 & ſeq. & c. 9. ſub n. 3. & 2. P. P. 15. n. 12. latiſſimè & eleganter Gutier. 4. pr. q. 13. per tot. Maſ. de prob. con. 1157.*

Clar.

Clar.5.ſent.47. Farin.p.3.qu.107.n.429.) Et qui impugnat laudum ſeu ſententiam arbitri, non poteſt ſe ex eo iuuare. *Paulus Pariſ. con. 75.n.3.l.* 4. Neque aliter in teſtamentis res ſe habet: quia qui impugnat teſtamentum, hæreditatem vel legatum, ex eodem conſequi nequit *l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoffic. teſt. l. Polla. C. de his quib. vt indig.* (*vid. Gail 2. obſ.113. n.6.*) Pari modo qui in eccleſia furantur etiam res non ſacras aut religioſas, quia ipſo facto impugnant eccleſiaſticam immunitatem, ex æde ſacra abſtrahi poſſunt, neque fructum ſperant immunitatis quam impugnant. *Dd. ad c. inter alia. de immuni. eccle.* [*conſ. Gail 1. obſ. 48. ſub numero 14. nouiſſimè Borell. in ſum. deciſion. titul. 3. numero 82. & ſequent.*] Poſtremò qui dicit epiſtolas decretales ſeu leges non eſſe authenticas, nullam ex his pro ſe allegare poteſt. *ca. ſi Romanorum 19. diſtinct.* Et qui fidem impugnant, non contrahunt ex aliquo ſacramento conſanguinitatem. *Dd. ibi.*

1. † Amplia primò hanc regulam vt procedat, ſiue acceſſerit prohibitio hominis ſiue non: quia etiam teſtator cauere poteſt, ne quis veniat contra ipſius teſtamentum, & ne quis illud impugnet, ſub pœna amiſſionis eius quod relictum eſt, ſi modò eiuſmodi prohibitio pœnalis legi non aduerſetur, *l. ſi. C. de fideicommiſ. Zaſ. us conſ. 2. in fin. lib. 1.* & actui de iure prohibito non adiiciatur. [*vide Gail 2. obſ. 145. numero 5. & ſeq. Peck. 1. de teſt. comm. 14. numero 3. & 5. de teſt. con. 24. ſub numero 4. & infer in c. cum quid vna numero 4.*] Sed tamen quia hæc materia quotidiana eſt, & ferè ſemper ſic prohibent teſtantes, cautos eſſe oportet eoſdem, vt bene prohibeant: quia ſimplex prohibitio intelligitur de moleſtia & impugnatione facti, non iuris. *l. 1. C. de ind. viduit. toll. Caſt. con. 197. l. 2. Io. Neuiz. can. 9. numero 11.* (*vid. Gail 1. ob. 27. numero 7. latè Hering. de fideiuſ. c. 5. num. 185. & ſeqq.*) Ideòque poſſet quarta Falcidia ſeu Trebellianica aut quid aliud, quod lex permittit, deduci & opponi. Vnde conſultum eſt, quod teſtator hæredi prohibeat, vt neque de facto neque de iure tabulas impugnet. Nam per hæc verba, hæres & quiuis alius impeditur omnem moleſtiam inferre, ſiue ea facti ſit, ſiue iuris, tam in iudicio quàm extra illud. *Alexand. conſil. 195. lib. 6. Ioan. Dilectus in li. de arte teſtandi ti. 30. cautela 3.* Amplia ſecundò, quod is qui impugnat, non ſolùm non conſequitur fructum eius vniuerſum, ſed nec minimam quidem illius partem, & nec eam quidem, quam non impugnat, ſi modò illi annexa eſt, vel ſi ex natura rei, aut ex mente contrahentium, diſiunctionem æquam non patitur. Locator ſi facit contra leges locationis, & non ſinit conductorem plurium rerum, vna re conducta vti: non poteſt ex ea locatione ſe iuuare, ſed poteſt conductor ipſo inuito ab omnibus & etiam ab ea re in qua impedimentum non præſtatur, *Imola conſ. 39.* recedere: & pro regula traditum eſt, *l. cum quæritur ff. de adminiſt. tut.* non licere vnam partem contractus ratam habere, aliam irritam, ſed aut totum agnoſcere aut à toto recedere oportet. Et ſi eccleſia velit agere ex contractibus factis ab intruſo, debet eos cui ſuis vitiis & cauſis acceptare, nec poteſt eos diuidere, *Bald. in cap. nihil de elect.* Et ſi Abbas innititur contractui inito cum monacho, debet etiam ſtare confeſſioni ab eodem monacho in ipſo contractu factæ, *Baldus conſ. 379. lib. 1. & conſ. 200. lib. 4.* † & in omni 2.
materia, totum approbandum aut totum reprobandum eſt, nec circa eundem actum admittitur diuiſio. Vnde pupillus factus maior, debet vel totum illum contractum approbare, vel totum reprobare, qui cum tutore factus eſt, *Bald. conſ. 10 lib. 2. & d. l. conquæritur.* qua de re cumulatiſſimè agit Tiraquellus, *in lib. de vtroque retract. ad fin. tit. num. 4. cum multis ſeq.* quem omnino vide. Amplia tertiò, etiãſi is qui impugnat, nihil probauerit ex eo, quod impugnat. *Nam qui falſas tabulas dixerit,* inquit Imperato. *l. qui falſas. C. de falſis. nec obtinuerit, ad defuncti iudicium aſpirare non poteſt,* quia quãtum in ſe fuit, fecit, † adeoque affectus ille qui 3.
non ſubſiſtit in meris limitibus nudæ cogitationis, ſed vlterius progreſſus eſt, puniri debet, quantumcumque effectus non ſit ſecutus, *l. is qui cum telo C. de ſica.* (*v. Gail 1. P. P. 14. per tot.*) Amplia quartò, quod non ſolum fructum non percipit, nec pro fructu conſequendo agit, verùmetiam ſi iam fructum aliquem percepit, eum reſtituere cogitur, *l. poſt legatum §. 1. ff. de his quibus vt indig. gl. & alij d. l. qui falſas.* Nam licet aliàs facilius quis repellatur à fructu obtinendo quàm ab obtento, & quamuis lex exceptione & retentione ſubinde alicui patrocinatur, cui non concedit actionem pro fructu aſſequendo: hic tamen aliud receptum eſt, propter improbam intentionem eius, qui propriam cauſam acquiſitionis & poſſeſſionis ſuæ impugnat, & ſanè nulla ratione fructus bona fide capiat is qui cauſam acquiſitionis ſuæ iniquam, nullam, aut inualidam eſſe contendit *l. ſi in area ff. de cond. inde. l. Paulus ff. de doli except.* Amplia quintò, vt locum habeat regula, etiam in eo qui impugnat id quod habet omnimodam ſimilitudinem cum eo ex quo fructum ſperat. Nam vt ſingulariter decidit Romanus, *ſingulari 476. incip. accipies & in nouis 482.* qui accipit quid ex donatione cauſa mortis, ſeparata à teſtamento, non poteſt teſtamentum impugnare; & ſi impugnat, id quod accipit, reſtituit. *l. ſi verum verſi. ſed ſi mortis ff. de bon. libert.* Idque propter ſimilitudinem quæ inter hæc duo eſt, quamuis aliàs ſtrictè loquendo, donatio talis videatur eſſe à teſtamento diuerſa. Amplia 6. vt locum habeat, etiam in eo qui non impugnauit, ſed celauit & occultauit. Nam ſi legatarius celat teſtamentum, fructum ex eo non habet,

habet, priuatúrque legato, & remanet illud apud hæredem ſcriptum. Quia vt ait Iuſtinianus, *indignum eſt hunc accipere fructum calliditatis ſuæ, qui voluit hæredem hæreditate fraudare l. penul. C. de lega.* Poſtremò amplia regulā, quod etiam is fructum non capit, qui etſi teſtamentum non impugnat, voluntatem tamen teſtatoris non implet. Nam ſi alicui quid relictum ſit, vt tutelam filij teſtatoris gerat, & monitus id non facit, vtique fructum eius quod ſibi legatum eſt, non aſſequitur. *d. l. penult. & ibi latè Iaſon.*

4. † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, *ca. ſi quid* 37. *diſt.* quod ſi quid veri de Deo Sibilla vel Orpheus, vel alij gentilium vates aut Philoſophi prædixiſſe perhibentur, valet id quidem ad reuincendam paganorum vanitatem, non tamen ad iſtorum authoritatem amplexandam, & ſic eorum doctrinas impugnamus, quorum teſtimoniis vtimur. 2. ex eo, quod Modeſtinus ait, quod pendente appellatione ſuper excuſatione à tertia tutela, quam tutor deſignatus impugnat, ſi eligitur ad quartam, poteſt ſe excuſare per tertiam illam, quam impugnat. *l.* 4. *ff. de excuſ. tut.* Tertiò ex eo, quod qui teſtamentum inofficioſum improbè dixit, relictum ſibi non perdit, ſi ante ſententiam deſiſtat, & in lite improba non perſeueret. *l. Papinianus* §. *meminiſſe ff. de inoffic. teſt.* Rectè dico, ſi ante ſententiam deſiſtat. Deſtitiſſe enim dicitur, non qui diſtulit, ſed qui liti in totum renunciauit, *l. deſtitiſſe ff. de iud.* Quartò ex eo, quòd tutor vel curator authoritatem præſtat pupillo adeundi hæreditatem ex teſtamento, in quo ipſe tutor vel curator eſt præteritus ſeu exhæredatus, & ſic adeundi ex teſtamento, quod impugnat. *l. cum quidam C. de adminiſt. tutorum.* Quintò ex eo, quod Iulius Paulus reſpondit, exceptionem concedi ex eo quod quis aliquando impugnauit. *l. diſpenſatorem ff. de ſolut.* Sextò ex eo, quod is qui inficiatus eſt ſe depoſitum accepiſſe, ſe ex depoſito iuuare, & ius ſuum inde metiri poteſt. *l. ſi quis inficiatus depoſit.* Septimò ex eo, quod iudex qui appellationi non detulit, ſed eam improbauit, in eadem, *ca. dilectis filijs de appell.* cauſa auditur appellans. Vltimò ex eo, quod poteſt quis impugnare gratiam ſeu reſcriptum, & rurſum ex eodem fundare ſuam intentionem. *cap. capitulum de reſcrip.*

5. † Ratio autem decidendi eſt, quod is qui impugnat rem aliquam, videtur renunciare ſuo beneficio quod ex ea re conſequetur, & nimis turpe eſt ad hoc redire, cui ſemel renunciandum eſſe exiſtimauit. *c. cum olim de cenſib. l. ſi quis iuſiurandum C. de reb. cred.* Non obſtat autem, quod ex aduerſo proponitur primum argumentum. Quia conſtitutio illa canonica cuius illic fit mentio, odio gentilium introducta eſt, ſcilicet vt quodammodo ſuo gladio iugulentur illi, qui naturali ratione perceperunt aliquid noſtræ religionis, & ſentientes eam maximis rationib. fulciri, atque rerum naturæ conſentaneam eſſe, conati ſunt à nobis eam detorquere ad extranea. Sed veritas ſub fuco non latet, ſemper præ ſe fert domini ſui ſigna, & cuius ſit teſtificatur. Eoque etiam pertinet, quod priuilegia quæ contemplatione religionis inducta ſunt, cathol. legis obſeruatorib. contra hæreticos proſunt, ipſis non proſunt, *l.* 1. *C. de hær.* Quidquid verò illis tributum eſt iure aliquo ſingulari à ſuæ factionis principib. eo contra ipſos catholici vti poſſunt, qua de re tam alio loco plura tractabimus: *ad c.* 1. 16. *diſt.* Secundò non mouet; quod de pendentia appellationis dictum eſt, quia hæc regula non procedit pendente lite ſuper impugnatione, ſed ex eo quod quis impugnat, poteſt ſe fundare pendente impugnatione. Etenim cum euentus litis ſit dubius: ſi non poſſet ſe ex materia impugnata fundare, poſſet ſequi, quod ſi ſuccumberet in impugnatione, grauaretur etiam ſecundò. Sic eſt in contrario, ſi tutor qui eligitur ad quartam tutelam, non poſſet ſe iuuare ex tertia, quam impugnat: ſequeretur, quod ſi ſuccumberet, poſtea eſſet grauatus quarta tutela. Vnde expectatur finis illius appellationis. *Inno. in cap. ex parte decani de reſcript.* Neque etiam nos mouere debet tertia obiectio: quia regula hæc non habet locum, quando quis ante ſententiam deſiſtit. *l. alia C. de his quib. vt indig.* (*Gabriel d. lo. nu* 50. 51.) Sic qui dicit inſtrumentum falſum, poteſt pœnitere, & dicere ipſum verum eſſe, atque ex eo agere: *Baldus ibi.* Et appellans qui ſuam appellationem deſeruit, & impetrationem appellati impugnauit, poteſt ab impugnatione eiuſmodi deſiſtere, & impetrationi: *Rota deciſ.* 55. *de appe.* appellati inhærere: quemadmodum & is qui ſimpliciter proteſtatur, non propter hoc prohibetur ſe fundare in eo, contra quod proteſtatus fuit *c. præſentium & ibi Panorm. de teſti.* (*Mynſ. quoque n.* 24.) *Fely. d. loco num.* 9. Quæ omnia hanc rationem habent, quod lex parcit pœnitentibus, & errorem ſuum agnoſcentibus. Vnde qui crimen commiſit, & ſtatim pœnitens omnia in priſtinum ſtatum repoſuit, licet ſit puniendus, *l. qui ea mente ff. de furt.* mitius tamen cum eo agendum eſt: & ſi quis in domum ſuam fugientem receperit duobus vel tribus diebus latronem publicum, & poſtea pœnitentia ductus eum prodiderit, atque iudici præſentauerit, leuius punietur. *Tiraq. de pœnis tem. cauſ.* 60. *Alb. in vlt. parte ſtatu. qu.* 60. [*vid. Gail* 2. *obſ.* 106. *nu.* 9. & 2. *P. P.* 11. *num.* 26. 27. *Cagnol. & Dec. in l. quicquid calor. ff. eod gloſ. & Caſt. l.* 8. §. *mem. verb. deſtit. ff. de inof teſt. A Fab. in ſuo C. ti. de ini. def.* 9. 10. 11. *Far. q. cr.* 20. *n.* 57. & *ſeq.*] Non obſtat quoque quarta dubitatio: quia quod quis facit vt tutor, neceſſitate officij ductus facit, & proinde ad exemplum eorum, quæ voluntariè facit, ſibi non præiudicat, ſicut nec tunc quidem præiudicium ſibi parit, cùm vt extranea perſona alioque animo rei gerendæ adhibetur.

tur. Et ideo ſibi non nocet, qui quid ſubſcribit vt teſtis, *l. non ſubſcripſiſti. C. de admin. tut.* Et ex eo quod quis facit vt alius, non poteſt conueniri vt ipſe, *Salicet. ibi.* quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum: & beneficijs, inquit Paulus, iuuari nos, non decipi oportet. *l. in commodato. § ſicut ff. commod.* Pari ratione non eſt in conſideratione habenda quinta obiectio: quia lex pleriſque caſibus quibus dat exceptionem, negat actionem, *l. ſi quis in area. ff. de condic. indebit. l. Paulus ff. de dol. except.* permittitque non ſolum quod quis contra factum proprium venire poſſit per viam exceptionis, *Alb. & alij ad l. poſt mortem. ff. de adept. Bal. ad l. 1. verſ. quaero vtrū C. de cond. ob. turp. cauſā.* [*conf. D. Peck. ſupr. in c. quod ſemel. n. 2. & infr. in c. quae contra n. 6.*] verumetiam quod excipiendo non etiā agendo, propriam turpitudinem allegare poſſit, & id quidem ſolum fauore defenſionis, quam lex ſemper tuetur & adiuuat. *l. Arrianus ff. de action.* [*vide D. Peck. de amort. bon. c. 14. n. 2. & in d. quae. cont. 1. n 9. & 2. de tect co. 2. n. 3. Dec. conſ. 14.*] Sed nec 6. dubitatio mouet, propterea quod (vt communius arbitratum eſt) negans & impugnans illic depoſitum, iuſtam habuit erroris cauſam ob quam excuſari potuit. Exiſtimauit enim ipſum qui rem depoſitam tanquam procurator aut res deponentis repetebat, mandatum non habuiſſe, & haeredem non eſſe: ideoque iniquum eſſe, ſi pro pecunijs in rem depoſitam verè impenſis, poſtea confitendo & allegando depoſitum non iuuaretur. Septimò non obſtat quod de iudice dictum eſt, quia vt Ioann. de Anania & Panor. *in c. quia fruſtra de vſur.* reſponderunt, ideo auditur appellans, qui non detulit appellationi aduerſarij, quia ſuae appellationi per iudicem delatum fuit, & ſic valuit appellatio non tam ex perſona appellantis, quàm propter factum iudicis qui ei detulit. Licet enim ſit fruſtratoria appellatio, tamen propter delationem iudicis deuoluit cauſam ad ſuperiorem. *ca. in appellationibus. de appellat. lib. 6.* [*conf. Gail. 2. ob. 131. n. 4.*] Poſtremò non mouet octaua dubitatio. Quamuis enim quis non poſſit ex facto, quod impugnat, ſe fundare contra eundem, tamen contra alium tertium bene poteſt ſe iuuare, & in diuerſis inſtantiis ſeu iudiciis, diuerſis remedijs & vijs etiam contrarijs vti: quia iſta impugnatio nón praeiudicat niſi inter illos, inter quos factum eſt, [*Gabriel d. lo. nu. 48.*] iuxta vulgatam illam regulam, quod res inter alios acta aliis non praeiudicat. *in c. cum olim de cenſib.*

Adde quod haec regula locum non habet, ſi iudex ex officio ſuo vellet ſe fundare ſuper probatione impugnata, etiam in fauorem impugnantis: quia poteſt. *Panorm. ibi.* [*Gabriel d. lo. num. 58. 59. Mynſ. di. lo. n. 29.*] Vnde ſi inſtrumentum quod quis impugnat, continet, quod Titius debet ſub conditione mihi centum, non adiudicabit iudex centum mihi purè, ſed ſub conditione, *c. conſtitut. de relig. dom.* Et contra Epiſcopum impugnantem contractum, fertur ſententia, adiudicata tamen ſibi penſione, quae in illo contractu continetur, qua de re ſuo more cumulatiſſimè agit Felynus *dict. loco. verſi. limita quinto. & in dict. cap. praeſentium de teſtib.* quem vide.

REGVLA XXXIX.

Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia quae ſequuntur ex eo.

1. *Virtus & natura legis quae ſit.*
2. *Filius & Monachus ſtudioſus an obliget Patrem & Abbatem ex ſuo contractu in Academia inito.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Ratio decidendi.*
6. *Ratio decidendi alia priore reiecta.*

MOdeſtinus Iuteconſultus, † legis virtutem hanc eſſe ait: *l. legis ff. de legi.* Imperare, vetare, permittere, punire. Quae neceſſaria ſunt vt fiant, imperantur: quae vt non fiant, vetantur: quae media ſunt, permittuntur vel hoc vel illo modo. *c. ex literis de exc. prael Ancho. in clem. 1. in 5. oppoſit. de conc. praeb.* Hinc factum eſſe exiſtimo, quod in iure noſtro, cuius vſus circa permiſſionem & prohibitionem conſiſtit, tot extent axiomata ſeu theſes generales, quae de permiſſione & prohibitione loquuntur. Et ſi omnia diligenter conſideres, duae ſunt regulae quae principaliter eo pertinent, altera affirmatiua, altera negatiua, & vtraque rurſum in ſe diuiſa. Affirmatiua eſt, cùm quid conceditur, cenſentur conceſſa omnia, per quae ad id quod conceſſum eſt peruenitur, *l. ad rem mobilem. ff. de procur.* Nam ſi diſpenſatum ſit cum illegitimo, quod poſſit habere Epiſcopatum, intelligitur quoque diſpenſatum cum eo eſſe, quod poſſit ſacerdos fieri, quia ſine ſacerdotio ad Epiſcopatum peruenire non poteſt. [*vide Io. Fab. in l. quidem C. de nec ſer. Boer. q. 271. n. 3. Aufr. ad Capel. Thol. q. 314.*] Et quando mandatur negotium alicui, omnia illa cenſentur eſſe demandata, ſine quibus illud expediri non poteſt. *l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* Ex qua regula profluit & haec. Cùm quid conceditur, cenſentur conceſſa omnia ea, quae ex ipſo ſequuntur. [*Gail. 1. ob. 35. n. 8. & ſeqq. & ob. 70. n. 1. 3. & ob. 109. n. 11. & 2. obſ. 68. n. 4. & ſeqq. & 1. P. P. 6. n. 26. & ſeqq.*] † Vnde Monachus vel filius exiſtens in ſtudio de licentia ſuperioris aut patris, poteſt monaſterium, etiam patrem obligare pro neceſſitate ſtudij, & pro his quae in cauſa ſtudij conuertit. *Panor. in c. venientes de iureiurando & conſ. 88. lib. 1. l. 2. C. ad Maced.* Et ſi hoſpitali conceſſum ſit priuilegium

P de non

de non ſoluendo decimas fructuum quos impendit in vſum pauperum, *Old. conſ.* 11. cenſetur et iam conceſſum de fructibus quos impendet in eos qui ſeruiunt his, & ſine quibus pauperes eſſe nequeunt. [*vid. Gail. d. obſ* 68. *n.* 6. *& d. c.* 6 *n.* 7. *& ſeqq.*] Quæ omnia & alia plura apud Iaſonem latius videre licet, *ad d. l.* 2. Altera regula negatiua & prohibitiua eſt hæc, quam nunc tractamus. Non licet illud aut illud facere, ergo nec aliud quid quod ſequitur ex eo. Similiter non licet illud aut illud facere, ergo nō licet quid aliud facere, per quod ad id quod prohibitum eſt, perueniri poſſit. De poſteriore parte inferius dicetur ſuo loco proprio. [*infr. in c. cum quid vna per tot.*] Nunc autem pauca quędam dicemus de priore, quæ locum habet in contractibus, teſtamentis, iudiciis, pœnis & alijs rebus quamplurimis Si pater non poteſt inſtituere ſpurium, nec rectè ei ſubſtituet, *Dd. ad l.* 1. *C. de naturali. lib.* [*conſ. Gail* 2. *obſ.* 115. *numero.* 4.] Scriptura eius non recipitur in iudicio, cuius perſona reprobatur. *c. fraternitatis. de haret.* Sicut non poteſt appellari ab executione niſi excedatur modus, *l. ab executore ff. de appell.* ita nec à pronunciatione de exequendo. *Alexan conſi.* 95 *lib.* 1. [*latè Gabriel in com. conc. tit. de appell. concl* 4. *per tot. nouiſſimè Scaccia tr. de. appell. qu.* 17. *lim.* 10. *n.* 9. *& ſeqq. Vaſqu.* 2. *illuſt. cont.* 38. *n.* 6. *pau poſt.*] Non licet delinquere, delinquentes quoque recipere & occultare prohibitum eſt, *l.* 1. *ff. de recepta.* [*vid. Gail.* 2. *P. P.* 10. *per tot Peck. in l.* 3. §. *non tantum ff. de inc. ru. naufr.*]

3. † Amplia Primò hanc regulam, vt locum habeat etiam ſi fauor liberationis concurrat. Nam ſi vxor prohibita eſt per ſtatutum ſine conſenſu mariti aut amicorum contrahere, non poterit etiam debitorem liberare. *Iaſon ad l. Barbarius num.* 6. *ff. de offi. pratoris.* Amplia ſecundò, quod non ſubſiſtit id quod ſequitur ex eo quod prohibitum eſt, etiam ſi negligentia eius contra quem agitur, iuſtè redargui poſſit, quia quemadmodum prohibetur præſcriptio contra viſitationem ſuperioris, ita etiam prohibetur contra procurationem, quæ ex ea ſequitur, *c. cum ex officijs de praſcript.* quantumuis eiuſmodi ſuperior longiſſimo tempore negligens ſit, & non viſitet. Tertiò amplia, quod ea quæ ſequuntur, adeò ſunt ipſo iure nulla, ita quod non ſit neceſſe aduerſus ea excipere. *Bald. ad l. non dubium in* 5. *notab. C. de legib.* Quartò amplia, vt locum habeat, non ſolùm in eo, quod ſequitur ex eo quod prohibitum eſt, ſed etiam in eo quod ſequitur ob id quod prohibetur, quæ duo differunt: quia dictio (Ex) ſignificat cauſam proximam, ſed dictio (Ob) ſignificat cauſam remotam. Vnde quod Zaſius, *ad l.* 1. §. *ſi vir. num* 6 *ff. de acq. poſſeſſ.* ait, quod dictio (Ex) non ſolum ſignificat cauſam immediatam, ſed etiam mediatam & occaſionem, ita accipendum eſt, quod principaliter ad cauſam immediatam refertur, *l. eo tempore ff. de pecul.* Nam propriè loquendo, inquit, aliud eſt dare cauſam, hoc enim fit immediatè & directò, & aliud eſt dare occaſionem, ob quam fiat quod fit mediatè & ex obliquo. Sed quæ ſint cauſæ remotæ & proximæ, quæque ſit harum dictionum natura & diuerſitas, omnium latiſſimè explicat Tiraq. *in li. ceſſ. cau.* 12. *lim. n.* 27. *cum ſeq.* ad quē vos remitto.

Amplia quintò, vt procedat etiam reſpectu eorum, qui non ſunt ſubditi. Nam cùm quid prohibetur, omnia quæ ſequuntur ex eo, etiam ſi cum non ſubdito fiant, prohibentur, *Barto. ad l. filias familias* §. *diui num.* 11. *ff. de leg.* 1. Amplia ſextò, quod prohibitus ab aliquo, non ſolùm cenſetur prohibitus ab eo quod inde ſequitur, verùm etiam ab eius ſimili vel pari aut æqui pollenti: quia generaliter cùm aliquid prohibetur, & eius ſimile intelligitur eſſe prohibitū. *l. fraus ff. de legib. Bald. ad authent. ex cauſa. col.* 9. *verſic ego verò approbo C. de liberis prateri.* Poſtremò amplia: quod cùm prohibetur acquiſitio rerum immobilium in aliquo territorio, non ſolum prohibetur id omne, quod ſequitur ex eo, vel quod illi ſimile eſt, ſed etiam prohibetur acquiſitio actionis, alternatiuè tantum ad rem immobilem competentis, *Ange ad l ſi ſic.* §. *fin. ff. de legat.* 1. [*conſ. D. Peck. amort. c.* 12. *ſub n.* 3.]

† Ratio verò dubitandi eſt multiplex, & primò quidem ex eo, quod dominium ſequitur ex obligatione & contractu, & tamen prohibito contractu dominium transfertur. *l. eleganter. ff. de dolo.* Nam ſi dolus dedit cauſam contractui, & res tradita ſit, agitur de dolo. Vnde ſequitur dominium eſſe tranſlatum, quia alias daretur rei vendicatio, quæ eſt actio ordinaria, non actio de dolo, quæ eſt ſubſidiaria in defectum reliquarum actionum. Secundò ex eo, quod ex contractu ſequitur poſſeſſio, & tamen vbi prohibitus vel inutilis eſt contractus, vtiliter poſſeſſio transfertur ex eodem. Donatio enim inter virum & vxorem prohibetur, ne mutuo amore ſe ſpolient. *l.* 1. *ff. de dona. inter vir. & vx.* Ex hac tamen donatione vxor acquirit poſſeſſionem *d.* §. *ſi vir.* Et licet pupillus non poſſit ſolus ſine authoritate tutoris ſe obligare, poteſt tamen transferre poſſeſſionem, quæ ex ea obligatione venit. *l pupillus ff. de acq. rer. dom.* Tertiò ex eo, quòd lex prohibet res minoris ſine decreto alienari: Obligatio tamen curatoris de proprijs bonis pro illa alienatione facta valet, *l. etſi is C. de pred. minor.* Quartò ex eo, quod lex prohibet ſeruum prætorem eſſe, aut magiſtratum gerere, nihil ominus tamen omnia, quæ ex eius imperio & iuriſdictione ſecuta ſunt, rata habentur, *l. Barbarius philippus ff. de offic. prator.* Quintò ex eo, quod multa per conſequentiam permittuntur, quæ principaliter non conceduntur. *l. quoties. C. de iudic.* Quomodo dolus de futuro non 4

princi-

principaliter, ſed benè in conſequentiam remitti poteſt, *l.* 2. *ſi vnus* §. *illud ff de pa.* & qui de cauſa reſtitutionis principaliter cognoſcere non poteſt, per conſequentiam poteſt. *l. fin. C. vbi & apud quos. &c.* Sextò ex eo, quod lex prohibet ne quis prohibente domino alienum fundum ingrediatur. *l.* 3. *ff. de acqu. rer. dom. l. quemadmodum ff. ad l. Aqu.* Si quis tamen contra prohibitionem domini ingreſſus, vel feram beſtiam vel auem ceperit, ſuam facit. *gl. in d. l.* 3. *& in l. Diuus & ibi Bartolus ff. de ſeruit. ruſt.* Septimò ex eo, quod donatio inter coniuges prohibita eſt, & tamen lucratur vxor fructus, qui ex re donata ſequuntur, *l. de fructib. ff. de dona. int. vir. & vx. l. fructus ff. de vſur.* Octauò ex eo, quod ſi non licet cum aliquo contrahere, licet tamen contrahere cum ſeruo aut filio eiuſdem, adeoque omnia quæ ſequuntur perſonam prohibitam, non cenſentur prohibita à contractu *l ſed etſi mortis & ibi Barto ff. de legat. præſt.* Poſtremò ex eo, quod Iaſon, *ad l. ſi ita ſit ſcriptum num.* 24. *ff. de leg.* 1. & Bald. *ad l quoties C. de fideicom. in fin.* reſponderunt, antecedens non ſapere naturam concequentis. Nam ſi id verum eſt, ſequitur neceſſariò, quod ea quæ ſequuntur, non cenſentur eſſe prohibita, prohibito antecedente. Quia inter ea quæ ſunt diuerſæ naturæ, nulla cognatio eſt, nullaque fit ab vno ad aliud illatio. † Ratio autem decidendi
5. eſt, ſi credimus Ioanni Monach. Cardinali hic, quod qui eſt excluſus à toto, per conſequens eſt excluſus à qualibet eius parte contingente totum, *l ſi quis cum totum de ff. except. rei iud.* Cæterum hæc ratio delicatis auribus non ſatisfacit, cùm ſit magis petitio principij, quàm ratio, quod apud dialecticos vtioſum eſt, propius verò & ſubtilius ſuo more, *ad l. quamuis. C de fideicomm.* Baldus hanc eſſe rationem putat, quod ille qui meditatur principium, meditatur finem, quaſi dicat, qui prohibet antecedens in quo eſt principium, cenſetur etiam prohibere omnia, quæ ſequuntur ex eo, in quibus eſt finis. Nam cùm propter finem omnia prohibentur, fruſtrà fieret prohibitio principij, ſi permitterentur ea,
6. quæ ex principio naſcuntur. [*vide Peck. de amortizat. c.* 40 *n.* 2. *verſ. ego.*] † Non obſtat prima dubitatio: quia (vt inquit idem Baldus *ad d. l. non dubium in* 10 *oppoſitione.*) dominij tranſlatio non ſequitur ex contractu tanquam ex cauſa immediata, ſed ſequitur ex voluntate tradentis, qui voluit transferre dominium, quod poteſt transferre, etiam ex cauſa falſa & putatiua, *L.* 3. §. *ſubtilius. ff. de cond indeb.* Sed ſi contractus eſſet immediata cauſa transferendi dominium, *vt in l. iubemus.* [*C. de ſacroſ. eccleſ.* tunc prohibito contractu bene impediretur dominij tranſlatio. Quia vbi repugnat omnino lex in ſpecie, ibi dominium non transfertur: *d. l non dubium.* ſed quando contractus eſt inutilis propter regulas iuris, lege tamen præciſè non infirmante contractum aliud eſt. Vt ſi vir negotium gerens vxoris, ſibi emat, hic neque cauſa neque perſona prohibitionem habet legis, tamen contractus non eſt vtilis mulieri per ſe, quia eius nomine nihil actum eſt: non etiam eſt vtilis viro, quia ſibi noluit acquirere, *l. multum. C. ſi quis alt. vel ſibi. Æmil. Ferret. ad d.* § *ſi vir. num.* 3. tamen tranſlata poſſeſſione transfertur dominum. Alciatus autem huc reſpiciens ſic ait. *ibi. num.* 3. Pro regula conſtituendum eſt, dominium non transferri ſi lex contractui repugnet, *d. l. non dubium*, aliàs verò transfertur, dum tamen contractus de ſe teneat, ſiue non ſit rectè ſecundùm mentem contrahentium conceptus, *d. l. multum.* ſiue non ſit à ſciente factus, ſed error interuenerit, ſiue ex cauſa imperfecta celebratus, *gl. in l. contract. ad verbum vel id. C. de fide inſtrum.* ſiue per dolum initus ſit, neque enim dolus ipſo iure dominij tranſlationem impedit. *d. l eleganter.* Pari modo non obſtat ſecunda dubitatio, ad quam ſimiliter reſpondet Baldus, quod ſi contractus eſt immediata cauſa poſſeſſionis, vt ſit in precario, tunc ſi non tenet contractus, non tranſit poſſeſſio, *l ſi quis ante ff de acquir poſſeſſ.* qui ſola cauſa proxima eſt illa, quæ operatur cum effectu. *l ſi mulier. ff. rer amot.* [*latè & eleganter D. Peck. dd amortizat bonorum. cap.* 12. *per totū.*] Alij verò reſpondent, quod poſſeſſio eſt facti, vel quod traditio poſſeſſionis eſt merum factum, & ideo iure ciuili infirmari non poteſt. *Alciatus dict. loco. numer.* 57. *& Zaſius numer.* 2. Iuris enim poteſtas non conſiſtit circa ea quæ ſunt facti, niſi ſumma neceſſitate & æquitate vrgente, vt eſt in fictione legis Corneliæ de poſtliminio reuerſis. Cæterum magna contentione quæritur, quæ ſit vtilitas huius poſſeſſionis, quam vxor acquirit ex prohibito contractu; Alciatus enim reſpectu mariti putat eam poſſeſſionem non defendi. Sed contra Ferrettus, *d. loco num.* 1. *col.* 2. *verſ. quid ergo.* ridiculum eſſe exiſtimat, ſterilem atque infrugiferam à lege concedi poſſeſſionem, quæ effectu careat, ideoque cum veteribus & maximè cum Zaſio, quem tamen non allegat, ſentit, quod vxor ſi turbetur in ſua poſſeſſione, habebit interdicta poſſeſſoria vnde vi, & ſimilia, quodque lucrabitur fructus, quia bona fide poſſidet, & quòd mortuo marito, quando nunc morte ipſius confirmata eſt donatio, conſolidabitur dominium cum poſſeſſione, adeo quod neceſſe non erit de nouo poſſeſſionem apprehendere, & ſic in eam venire quam habet. Non obſtat quoque tertia dubitatio, quia quando id quod ſequitur, fundatur in propria virtute ipſius conſequentis, tunc etiam valet prohibito antecedente: *Bald. ad d. l. non dubium in.* 13. *oppoſitione.* quia eſt extra cauſam prohibitionis, ſed quando non poteſt fundari, niſi in virtute antecedentis prohibiti, tunc non valet, quia eſt in cauſa prohibitionis. Quò reſpiciens Salicetus, *ad dict. l. etſi in* 2. *oppo.* Interdū, inquit, prohibetur contractus ſimpliciter,

tunc id quod ſequitur non valet. Interdum verò reſpectiuè, & tunc ſecus eſt. Quomodo obligatio curatoris fundatur in ſe ipſa, non in contractu aut alienatione rei minoris: quia contractus eſt prohibitus reſpectu minoris & eius fauore, non reſpectu curatoris, qui poteſt pro euictione bona ſua obligare. Nec abſimile eſt quod voluit Molinæus *ad l. vnicam Cod. de eo quod intereſt.numer.*210. dum ait, hanc regulam locum habere, quando quid abſolutè, principaliter & per ſe prohibetur, non habito reſpectu ad viam vel modũ quo prohibetur, ſecus ſi prohibitio principaliter ſe habet ad viam vel modum. Quartò quoque non mouet, quod de ſeruo prætore dictum eſt, quia propter titulum & poſſeſſionem, vel potius propter publicam tranquillitatem receptum fuit, vt acta eius valeant, & vt error pro iure ſeruaretur, *Iaſ. & alij ad d. l. Barbà.* quippè quod oppido iniquum foret omnes illos decipi, eorumque contractus & iudicia ſubuerti, qui fama publica inducti exiſtimarunt ipſum fuiſſe legitimum prætorem. Sed nec quinta obiectio vim facit: Aliud enim eſt valere ea quæ ex antecedente prohibito ſequuntur, & aliud eſt quædam per conſequentiam admitti. Tum verò non permittitur quicquam per conſequentiam inquit Iaſon. *in d.l.quoties numero* 11.*C.de iudic.* niſi ſuadeat publica vtilitas, vrgens neceſſitas, quæ legem non habet. [*conf. Gail.* 1. *obſ.* 19. *numero* 1.*&* 1.*P. P. numero* 3.*& ſeqq.*] Similiter quod ſexto loco obijcitur, non eſt habendum in conſideratione: quia communis opinio eſt, quod ſi priuata tantum authoritate ingreſſus fuerit quis fundum alienum, feram beſtiam quam capit, ſuam facit: quia iniuriarum actio domino fundi ſufficit, *l.iniuriarum §. penult.ff.de iniur.* nudaque eius prohibitio iuriſgentium effectum impedire non debet, prærterquam ſi fructus fundi ex venatione, aucupio, vel piſcatione conſtent. *Faber & alij ad d. §. feræ.*[*vid.Treut.p.*2.*diſp.*20.*theſ.*2.*ſub.lit. e. Coſtal.in l.*16.*ff.de ſeru.ruſt.Cæpol.de ſer.ruſt.c.*21.] Septimò non mouet, quod de fructibus ab vxore perceptis dictum eſt. Nam vt ait Zaſius, *ad d.l.quod vxor num.*5. non aliter lucratur illa fructus, non dico naturales, ſed tantum induſtriales, quàm ſi bona fide verſata fuerit, quamuis iuris errore lapſa ſit. Octauò quoque non obſtat, quod de exulibus ſeu bannitis, vt vocant adducitur: quia vt ait Bartolus, non debemus inſpicere, cui quid acquiretur ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, ſed cum quo contrahitur, præterquam ſi quis ſcienter contrahat cum procuratore ipſius, cum quo contrahere non licet. Denique quod & Baldus & Iaſon reſponderunt, *ad d.l. ſed etſi mortis.* quod antecedens non ſapit naturam conſequentis, ita exiſtimo eſſe accipiendum, quod antecedens non habet fomentum ſuum, aut vim & efficaciam ſuam ex conſequente, ſed è conuerſo conſequens tanquam effectus, ex antecedenti tanquam ex cauſa ſua & origine à qua dependet, ſicut dicimus quod filius habet naturam patris, non quod pater habet naturam ſui filij, cuius origo & cauſa eſt, & quem natura antecedit.

REGVLA XL.

Pluralis locutio duorum numero contenta eſt.

1. *Relictum poſt mortem hæredum, non debetur poſt mortem vnius pro rata.*
2. *Ampliationes huius regulæ.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Rationes decidendi.*
5. *Liberorum verbum verificatur etiam in vno.*
6. *Pluralis numerus quando verificatur in ſingulari.*
7. *Singularis numerus quando reſoluitur in pluralem.*
8. *Dictio, plurimas, variè accipitur.*

QVemadmodum multa paſſim toto iure in genere & promiſcuè pertractantur de numero, veluti quod numerus teſtium refrenandus eſt, ne fiant ſumptus inutiles: quod numerus minor ineſt maiori: quod numerus maior facit præſumi maiorem veritatem ac zelum, & ſi quæ his ſint ſimilia: Ita quoque & de numero plurali ac ſingulari, deque ipſa pluralitate & ſingularitate multa in ſpecie hic & alibi examinantur. Veluti quod pluralitas teſtamentorum, ſententiarum, contractuum, ceterarumque rerum non præſumitur, niſi probetur. *l.omnium, C.de teſtam. cap. in præſentia de probat.*[*latiſſimè Menoch.*6 *præſ.*15.*per tot.*] etiamſi ex interuallo quid fiat, *late Preſes in loco à præſumptione eiuſdem facti.* & quod plura enarrata copulatiuè, debent in omnibus verificari, nõ in parte. *l.ſi hæredi plures.ff.de cond.inſtit. Paulus Pariſ.conſ.*31.*n.*129.*lib.*1.[*conf.Gail.* 1. *obſ.* 3. *n.*3.*&* 2.*obſ.*19.*n.*16.*& obſ.*125.*n.*8.*&* 1.*P.P.* 7.*n.*20.*& c.*13. *n.*4.*& de arreſt.c.*4.*n.*10.] Verùm propius accedit ad noſtram materiam hoc axioma, quod ſicut numerus ſingularis non importat pluralitatem: *cap. inter cæterea. & ibi Baldus de reſcrip. Præſes dict.loco.* ita nec numerus pluralis ſingularitatem, ſed pluralis locutio requirit plura. Numerus enim non cadit in vna re, cùm vnitas non ſit numerus, ſed numeri principium. *Iaſon ad l.poßideri.§.ex contrario.num.*2 *ff.de acq.poſſeſſ.* Et ideo promiſſione facta de ſoluendo in terminis quos Titius declarabit, non poteſt declarare & conſtituere vnum terminum tantum, *Bartol.ad l.*3.*ff.de ann. legat.* † & relictum poſt mortem omnium hæredum, non debetur poſt mortem vnius tantum, ne pro rata quidem, *l. codicillis. & ibi Dd. ff de vſufruct. legat.* aliaque quædam accumulat Caſtrenſis, *conſ.*356.*Panorm. & reliqui Cano. ad c.iuſte* 1.

c.iuſte &c.ſi.de appellat. cuius dicta hoc vno loco referre puto non expedire. Et quamuis verum ſit, quod pluralis locutio requirit plura, tamen vt dicit hic textus noſter, duorum numero contenta eſt, nam ſi accuſo aliquem quod adulterium pluries commiſit, aut pluries iniuria me affecit, intelligitur de duobus vicibus tantum. *Ang in li.de malefic.ad verbum plur.Bal. ad l.fidei commiſſum* §.*ſi quis decem ff.de leg.*3. Et ſi eſt commiſſa cauſa cum poteſtate citandi in locis vicinis, ſufficit in duobus facta citatio, *Rota de reſc.dec.*27.[*v.Gail* 1.*obſ.*57.*n.*10. 11.] Et ſi quis omnia diligenter inſpiciat, facilè inueniet & in teſtamentis, & in contractibus & in feudis vſum huius regulæ frequentiſſimum eſſe.*ca.* 1. §. *quod autem & ibi Bal.de notis feudorum.*[*conf.Gail de arreſt.c.*7.*num.*15.]

2. † Amplia primò hanc regulam, vt procedat etiam ſi vnum ſufficere videretur, quia nihilominus pluralis locutio adhuc requirit duo, ſi ſtatutum aut lex in plurali numero loquatur. Vnde ſi in pluribus locis opus nouum fiat, non ſufficit vna nunciatio pro omnibus, ſed plures ſunt neceſſariæ, etiam ſi ea loca adeò ſint propinqua, vt in omnibus ſimul exaudiri poſſit vnica nunciatio, & propterea quia lex pluraliter locuta eſt, & hoc pro forma conſtituit,*l. de pupillo* §.*ſi in pluribus ff.de nou.ope. nunciat.Tiraq.de ret ract.*§.1.*gl.*21.*n.*16.*in fine.*quia nunquam vnum ſufficit quando pluralitas pro forma requiritur.*in l.*3.§.*hoc autem ff. de itinere actuq; priuat.Bald.conſ.*123. *incip. Reuerendus li.* 5.*Præſes in loco à num.col.*2.(*conf.Gail* 1.*ob.*12. *n.*4.5.*& ob.*51.*n.*10. *&* 2.*P.P.*7.*n.*19.*& ſeqq.*) Formæ enim diuiſio nulla eſſe poteſt, eiuſque omiſſio vitiat totum actum in quacumque parte quantumuis minima, ſi illa non ſeruetur,*l. hac conſultiſſima C.de teſtam.*[*vide D.Peck. in c.vtile ſub num.*11.*cum ibi concor. Gail ſecundo obſ.*19.*ſub num.* 17.]

Amplia ſecūdò, quod ſi non ſunt duo in plurali locutione, non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis, quando numerus pluralis requiritur ad ſubſtantiam actus. *Iaſon ad l.admonendi in repetit. ff.de iureiur.*

Amplia tertiò, quod ſi Pontifex loquitur in plurali numero vni, videlicet vobis Titio, reſcriptum eſt ſuſpectum. *c. quamquam de crimine falſi*,& eſt contra ſtilum Curiæ, adeòq; non valet. Sed aliud eſt inquit Rebuff. huius ampliationis author,*in praxi beneficiorum tit.de his quæ opponi poſſunt contra bullam n.*11.in litteris Regiis, quia hoc non eſt in illis ſtatutum, ſed potius contrarium.*l.imperat. ff.de ſtatu hominum, Pariſ.conſ* 20.*incip.gratia col.* 1. *lib.* 4. præterquam ſi honoris gratia Pontifices pluraliter vni reſcribant vt inferius dicemus.

Amplia denique hanc regulam vt locum habeat etiam in tēpore. Nam & Iauolenus ait, *l.inter illā* §.*fin.ff.de ver.ſig.(& ibi pulchrè Goddæus.)ita dicta conditione, illud facito in diebus, ſi nihil præterea ſit adiectū; in biduo cōditionē impleri oportet.*

3. † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod ſi teſtator vſus plurali locutione, legauerit electionem ſeruorum, non debet legatarius contentus eſſe numero duorum, ſed tres eligere poteſt, *l.* 1.*ff. de optione legat.* Secundò ex eo, quod pluralis locutio videtur requirere maiorem numerum quàm duorum, nam ſi quis dicat ſe teſtari velle coram teſtibus, & in patria in qua ius ciuile obſeruatur, reſidet, intelligitur de ſeptem teſtibus ſentire. Et ſi ſtatutum habet, quod propinquiores amici citari debent, pluralis hæc locutio duorum numero non eſt contenta, ſed omnes citādi ſunt.*Ang.conſ.*289. *Aymo conſ.* 22. Et ſi teſtator præcipiat hæredi, vt ponat ſtatuas Apoſtolorum in æde ſacra, non de duobus ſed de 12. intellexiſſe videtur. *Bart.ad l.Titia.*§ *Seia ff.de aur. & arg. leg.*

Tertiò ex eo, quod pluralis locutio multis iuris locis in numero ſeptenario & maiore verificatur,*l.etſi poſt ff.ſi quis cautionibus.* Quartò ex eo, quod qui pluraliter locutus eſt ſub hac dictione liberorum, lex interpretatur eum conqueri non poſſe, ſi vnicum tantum filium relinquat. Nam qui vnicam prolem relinquit, non cenſetur, inquit Iureconſultus, *l. non eſt ſine ff. de ver.ſig.l.*1.*C.de condit.in cert.*ſine liberis diſcedere etiam in materia pœnali: & ſtatutū loquens de producente teſtes falſos, locum habet in eo, qui producit vnum tantum,*Bart.ad l.*3.§ *negotia ff.de negot.geſt.Cynus ad l.*1.*C.vti poſſidetis.*Et licet Imperator dicat in plurali, arbitros eſſe aſſumendos qui cognoſcant de accuſatione iudicis, *l. apertiſſimi C. de iudic.* ſufficit tamen vnum eligi.*gl.& Panor. in c.*2. *de appel.* Et in reſcriptis, ſi ſit inſerta hæc clauſula, ſi nō ſcripſerimus, pro aliis prouideatur ei, intelligitur etiam ſi pro vno tantum ſcripſerit, *latè Felyn.ad c.omnes diſt.*1.quæ omnia oſtendunt pluralem locutionem non requirere duo, ſed contentam eſſe vno duntaxat.

Quintò ex eo, quod numerus ſingularis verificatur in duobus & pluribus.*l.cum inter veteres C.de fideic.libert.l.ſi quis ita* §.1.*ff.de teſt.tutela.* Nam ſi quis ex reſcripto permutare poſſit cum vno, poterit etiam permutare cum pluribus,*ca.non poteſt cap.motu ſup.de præb.hoc lib.*6. Et ſi teſtator inſtituat poſthumum, pluresque naſcantur, cenſetur etiam omnes inſtitui. *l. ex duobus ff. de hæred.inſt.Fred.Senenſis con.*42. Et ſtatutum quo punitur ille, qui alienam vxorem vno menſe tenet, vtique coërcet & hunc qui duobus menſibus tenet. *Bald.ad c. quaſt.de appel.* Sextò ex eo, quod ait Canon, Chriſtiano non dicam plurimas, ſed nec duas habere vxores licitum eſt,*ca.Chriſtiano* 34.*diſt.* Videtur igitur pluralis numerus à numero duorum diſtingui atque ſeparari.

† Ratio verò decidendi eſt, quod in obſcuris id quod minimum eſt ſequimur,*c.in obſcuris ſup. eod.* adeòque potius liberationi quàm obligationi fauemus. *l. Arrianus ff.de action.* In numero autem aliquo, nullus eſt minor quàm duo- 4.

duorum, quia vt mox diximus, vnum non eſt numerus, ſed numeri principium, & ſibi poteſt imputare, qui legem conuentionis expreſſius non concepit, *c. contra eum inf. eod.* (*& vtrobique D. Peck.*) Tum verò in iudiciis hic numerus qui eſt minimus ſufficit, ne anguſtetur copia probationum, ſi requirerentur plures aut maiores probationes, quæ ſæpe difficulter admodũ haberi poſſunt. In teſtamentis verò teſtator præſumitur hæredem ſuum in minimo grauare voluiſſe, *l. nummis ff de legat.* 3. Qua ratione plerique ſunt in ea ſententia, vt exiſtiment hanc regulam habere locum, etiam ſi in plurali locutione ſit hæc dictio, *Omnia.* Nam ſi dicatur omnia, verificabitur in duobus, *Zaſius ad l. ſi pluribus num.* 8. *ff. de legat.* 1. idque admodum vtile eſt ad ſaluandos teſtes à contrarietate aut diuerſitate, ſi dicat vnus Titium à pluribus vel omnibus eſſe vulneratum, & alter dicat à duobus ipſum vulneratum eſſe, nam cum dictio omnes vel plures, verificetur in duobus, dicentur teſtes iſti eſſe concordes. *Zaſius d. loco.*

Non obſtat prima dubitatio. Sunt enim qui exiſtimant, fauore vltimarum voluntatum receptum eſſe, vt legatarius tres eligat, quia ſcilicet in teſtamentis largior interpretatio fieri debet. *l. in teſtamentis ff eod. Albert. Bart. Accurſ. & alij in d. l.* 1. Verùm memini etiam in teſtamẽtis quod minimum eſt deberi, *d. l. nummis.* & in his pluralem locutionem duorum numero contentam eſſe, *l. fideicomm.* § *ſi quis decem ff. de leg.* 3. Vndè alij exiſtimant, quod teſtator ibi legauit electionem ſeruorum, qui ſerui debent vnum ſeruum, vel vnum equum vel rem aliquam aliam legatario optare, tunc enim eligit legatarius tres de familia teſtatoris ſeruos, qui eligent vnam illam rem, & ideò tres, quia ſi diſcordant, ſtatur maiori numero. Quæ ſolutio etſi tutior ſit, videtur tamen manifeſtam vim verbis legis adferre, quæ loquitu de electione ſeruorum, & ideò fortè dici poſſet, quod tres quidem eligit, ex quibus tamen vnum neque optimum neque peſſimum, ſit habiturus, *l. legato generaliter ff. de legat.* 1. Secunda quoque dubitatio non mouet, quia quod de legato imaginum ex Bart. adducitur, veriſimilitudine ex mente teſtatoris deſumpta defenditur, qui cum locutus eſt de Apoſtolis & Chriſto, cenſetur de omnibus intellexiſſe, qui ſicut in vita ſeparati ab eo non fuerunt, ita eos cenſetur coniugere voluiſſe. Sic quod ſtatutum loquens de proximioribus, requirat citationem omnium, locum habet, quando omnium intereſt duntaxat, vt ſit in cauſa homicidij parentis, quod ab omnibus accuſari poteſt, quia iniuria facta vni ex familia, omnibus facta eſſe cenſetur, & de eo caſu Angelus reſpondit. *d conſ.* 289. Sic & aduerſus aditionem ſi petitur reſtitutio, omnes creditores citandi ſunt, quia ex eo lædi poſſent. *Auth. ſi omnes C. ſi minor ab hæred. ſe abſtineat.* Alioqui certè ceſſante intereſſe, ſtatutum requirens conſenſum propinquorum in actu mulieris vel alterius, duorum numero continetur. *Guido Papa conſ.* 131. *Faber in* §. *ex non ſcripto. inſtit. de iure naturali.* Quandocumque autem lex nominatim maiorem numerum requirit, regula noſtra locum non habet, *Ioannes Monachus hic.* vt in teſtamentis quemadmodum diximus, quod argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando lex expreſsè diſponit cõtrariũ. *Praſ. in loc. à contrar. ſenſu.* (*vid. Bald. in l. conuentio. C. de epiſ. Dd. in* §. *pater, Inſt. ne teſt.*) Sed nec tertia dubitatio vim facit. Quamuis enim pluralis locutio duorum numero contenta ſit, non tamen excludit maiorem numerum, ita quod in plurali locutione ſufficit eſſe duo, ſed poſſunt eſſe plura. Quartò non obſtat, quod pluralis numerus in ſingulari verificatur: quia hoc locum non habet, niſi ob ſingularem aliquam rationem, vt eſt in appellatione liberorum. Non enim hæc vox Liberi aptè in ſingulari numero reperiri ſolet apud Claſſicos Latinæ linguæ authores, ſed in plurali ſemper. † Ideoque non mirum eſt, ſi dictio hæc pluraliter expreſſa, in vno verificetur, quemadmodum & Cicero Antonij liberos dixit numero plurali, cùm tamen vnum tantum filium obſidem pro concordia Bruti & Caſſij, qui interfecto à ſe Cæſare, in Capitolium confugerant, vt Principum ſuaſu in forum tutè deſcenderent, ipſe dediſſet, *Ioan. Breſcheus ad d. l. non eſt ſine liberis.* Alciatus *ibi* quoque non malè exiſtimat fieri hoc etiam poſſe ex probabili mente teſtantis, qui etſi locutus ſit de liberis, præſumitur tamen quod idem dixiſſet, ſi de vno tantùm cogitaſſet † Et in ſumma, ſemper dictio pluralis in ſingulari verificatur, cum eadem eſt vnius & multorum ratio, vel quandò neceſſitas hoc ſuadet, vel cùm id fit, vt abſurdam & contrariam interpretationem euitemus, quod multis legibus & infinitis penè exemplis, Tiraquellus *ad l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos n.* 201. *cum multis ſeqq. C. de reuoc. donat.* Rebuffus *in tract. nominationum q.* 9. Felynus *in diſtin.* 1. *in princi.* Iaſon *ad l. Gallus* §. *quid ſi is. ff. de lib. & poſth.* & alij tradiderunt (*vide Caroc. in nouiſſ. tract. locat. p.* 1. *titu. de merced. tem. q.* 1. *n.* 12.) Quæ ſi conſideres, facilè videbis omnia quæ in contrarium allegata ſunt, complacari poſſe, quia eadem eſt ratio in exemplis omnibus ſuperius adductis. Nec eſt abſimilis quintæ obiectionis diſſolutiò, † quia numerus ſingularis tunc tantùm verificatur in duobus aut pluribus, quando agitur de libertate, cuius in iure noſtro maximus ſemper fauor eſt, vel quando pluribus æquè atque vni eademque ratione & cauſa accomodari poteſt, vel denique quando numerus ſingularis exempli duntaxat gratia in lege ponitur. *Fely. d. lo. Bald. ad d. l. cum inter veteres. latè Iaſ. ad l qui filiab.* §. 1. *n.* 6. *ff. de leg.* 1. Eoq; pertinent ea, quę Quintilianus *c.* 6. *li.* 3. *c.* 9 *li.* 3. ad propoſitum

5.
6.
7.

non

non inelegãter diſſerit, quæque cum in hunc locum incideris, videre poteris. Poſtremò non mouet, quod vltimo loco obiicitur: nam vt cũ Archidiacono *in d.c.Chriſtiano.* monet Præpo-
8. ſitus, † variè accipitur hæc dictio, plurimas, neque eodem modo ſemper ſe habet, ſed ſubinde ad duo duntaxat reſtringitur, interdum verò numerum duorum excedit pro rei ſubiectæ qualitate, natura & conditione.

REGVLA XLI.

Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non facit quod per eum eſt faciẽdum. *(conf. D. Gail cum iurib. ibi concord. de arreſt. c. 4. nu. 10. Verſ. idque D. Peck. infer in c. cum non ſtat, per tot.)*

1. *Aduocato totum ſalarium promiſſum debetur, ſi cliens cum aduerſario tranſigat.*
2. *Ampliationes huius regulæ.*
3. *Peſtis tempore an ſolemnitates teſtandi ſint remiſſæ.*
4. *Non ſtare per aliquem multis modis dicitur.*
5. *Impedimentum probari debet, & quo pacto.*
6. *Impedimentum probare non ſufficit, niſi etiam probetur quod illo ceſſante factum quid fuiſſet.*
7. *Rationes dubitandi.*
8. *Rationes decidendi.*

QUoniam ſine culpa nemo puniri aut iure ſuo exui debet, *cap. ſine culpa. ſup. eod.* [*vbi latè D. Peck.*] animus enim & propoſitum diſtinguunt actus humanos, *l. 1. & ibi latè Hypol. C. ad l. Cornel. de ſicariis.* & actus agentium eorum intentionem non egrediuntur: *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* vtique conſtat, quod plena humanitatis & æquitatis eſt hæc regula, quæ excuſat eum, per quem non ſtetit, quod ſuſceperat faciendum, vel quod aliàs facere debuiſſet. Neque enim in culpa eſt, neque animum aut propoſitum peccandi habuit. Et ſi per omnes omnino hominum actiones peruagari libet: non ſolùm in iudiciis aut contractibus, verùm etiam in teſtamentis & pœnis frequentiſſimus erit huius regulæ vſus. Ad iudicia enim quod attinet, tempora appellationum non currunt legitimè impedito. *c. fin. de appel.* *(vide Gail 2. obſ. 143. nu. 2. & ſeqq.)* Et in vniuerſum non valenti agere propter impedimentum non currit præſcriptio, *l. 1. C. de annali except. l. Attilicinus ff. de ſeruitut. vrb. præd. (Gail 1. obſ. 140. n. 6. & 2. ob. 60. n. 6. latè Treutl. p. 2. diſp. 22. th. 3. lit p. Pinel. in auth. niſi n. 42. C. de bon mat. A. Fab. in er. pragm. deciſ. 3. er. 9.)* & impedimenti dies in termino non computatur. *l. quibus diebus ff de condi. & demonſt.* [*Gail d. ob.* 143. *n.* 4. Idem eſt in contractibus, † Nam vt 1
voluit Ioannes Andræas, *ad cap. contractus inf. eod.* ſi actum ſit de aduocato de dando ſibi centum in caſum victoriæ, habebit nihilominus eadem centum, ſi cliens cum aduerſario tranſegit: quia ſcilicet per eum non ſtat; quominus cauſam clientis promiſſoris ad optatum finem perducat. [*pulchrè Caroc. tr locat p. 1 tit. de fru. & q. 8. n. 14. & ſeqq. vbi refert id menti tenendum, & ſæpe in facto euenire ob auaritiam litigantium, Caualc. dec. 41. n. 48. qui plurimos recenſent.*] Et qui tenetur cedere actionem ex contractu, iuſto impedimento excuſatur. *Signorol. conſ. 100. num. 4.* multaque alia huc pertinentia de ſalario operariorum & ſeruientium accumulat Baldus, [*vi l. Gail 1. obſ. 44. n. 12. & ſeq. Treutb. p. 1. diſp. 8. th. 3. lit. e. Caroc. d. tr. p. 1 q. 10. n. 23. & ſeqq Peck. in l. 10. n. 4. 5.*] quem ſi libet vide, *ad l. eadem C. locat. col. 2.* Non dubium eſt quin idem quoque obſeruetur in teſtamentis & poſtremis hominum elogiis: quia ſi per legatarium non ſtat quominus adimpleat conditionem legato aſſcriptam, legatum conſequetur. *l. quæ ſub conditione ff. de cõdi. inſtit.* Et denique in pœnis certum eſt, quòd impedimentum excuſat Emphyteutam à pœna caducitatis, *Iaſon ad l. 1. & 2. C. de iure emphyt Socynus conſ. 70. num. 7. lib. 1.* quemadmodum & impedimentum excuſat à comminata excommunicatione. *c. quæſtionis de appel.*

† Amplia primò hanc regulam, quod ſen- 2.
tentia contra impeditum lata per iudicem ſcientem impedimentum, eſt ipſo iure nulla, adeo quod ab ea appellare non ſit neceſſarium. *Inno. in ca. penult. de dilat. Caſtr. ad l. 2. § 1. ff. ſi quis cautionibus, & Barto ibi.* Vnde dicunt cautelam eſſe, quod quis notificet iudici, vt ſic proceſſus poſtea factus, ſit nullus, quamuis Signorolus *conſ. 131. num. 2.* exiſtimet opus eſſe reſtitutione. † Amplia ſecundò vt locum ha-
beat, etiam ſi forma actus ſit omiſſa: quia o- 3.
miſſio formæ & ſolennitatis actum non vitiant, quando ille qui debet eam ſeruare, fuit legitimè impeditus, *pulchrè Paul. Pariſ. conſ. 33. nu. 32. lib. 2.* Quomodo videmus tempore peſtis formam teſtandi vtcunque remitti: quia non ſtat per teſtatores quo minus eam ſeruent, quia non poſſunt. *l. fin. C. d. de teſtam. & ibi Dd. latè Ripa in tract. de peſte. (vide Gail 1. ob. 92. n. 7. & 2. ob. 23. n. 7. & obſ. 118. n. 18. & 19. & ibi Greu. Peck. 3. de teſt. con. 18. Treutl. p. 2. diſp. 10. theſ. 6. ſub lit. 1. Theſſau. dec. 180. per tot. & ibi addit.)* Amplia tertiò, quod impeditus, ſi excommunicatus fuit, adeo excuſatur, quod non eget abſolutione: quia non præſumitur hac mente fuiſſe iudex, vt legitimè impeditum excommunicare velit. *Panorm. & alij ad c. 2. de teſt. cog. pulchrè Rodericus allegatione 13.* Amplia quartò vt locum habeat, non ſolùm quando impeditur ſuo facto aut caſu, ſed etiam quando impeditur infirmitate ſuorum.

gl. in ca. omnis 23. *diſt. Iaſ. ad l.* 1. §. *ſi quis n.* 1. *ff. ſi quis cautionibus.* Amplia quintò quod ſi iudex non habeat excuſatum eum qui fuit impeditus etſi alias dilationes producendi teſtes vel quid aliud faciendi dare nolit, poteſt ab eo appellari. *Caſt conſ.* 334. *num.* 1. *lib.* 1. Amplia ſextò, quod is per quem non ſtat, non ſolùm præſeruatur à damno, verùm etiam accipit lucrum. Nam impeditus adire propter abſentiam ſuam vel filij ſui, reſtituitur ad commodum hæreditatis. *l. cum quidem & ibi Iaſ. num.* 1. *ff. de acq. hared.* Poſtremò amplia, quod non ſolùm excuſatur in principali, ſed etiam in acceſſorio: quia iuſtè impeditus non poteſt condemnari in expenſas, & aduerſus petitionem pœnæ exceptionem habet. *l. ſi cum dies* §. *ſi quis & ibi*
4. *Bar. & alij ff. de arb.* † Porrò autem multis modis fieri poteſt, quod per aliquem non ſtet. [*vid. Boër. in conſ. Bitur. tit des couſtum.* §. 18.] Multiplex quoque eſt impedimentum legitimum quo excuſatur. Primum aduerſa valetudo. *l. ſi quis ff. de hæred. inſtit.* (*conſ. Gail* 2. *P. P.* 18. *nu.* 26.) Secundò ſi detentus ſit in carcere, *d. l.* 2, §. *fin.* Tertiò quando locus non eſt tutus propter inimicos. *ca. accedens vt li. non conteſt.* (*conſ. Gail* 1. *ob.* 52. *num.* 3. *& ſeqq. & ibi Greu. &* 2. *P. P.* 11. *n.* 7.) Quartò impedimentũ peſtis, quando ius non redditur in loco propter eam. *c. ad ſupplicationem de renunc. ca. ex parte* 1. *de appell.* (*conſ. Gail d. ob.* 52. *n.* 11.) Quintò bellum. *Bald. conſ.* 45. *lib.* 3. Sextũ ſi ad maius tribunal vocatus ſit. *l. contra* §. 1. *ff. de re iudi.* quia ad maiorem iudicem accedere debet *l. interdum* §. 1. *ff. de iudi.* (*vide Mynſ.* 6. *ob.* 88.) Septimò mors patris filiorum vel vxoris contingens illo die quo comparere tenebatur. *l.* 2. *ff. de in ius vocando.* 8. ſi illo die vxorẽ ducat. *l. plerique eod. tit.* Nam ſi tunc citaretur, iniuriarum agere poſſet. 9. ſi abſens ſit reip. cauſa, *to tit. ex quib. cauſ. maior.* Decimò ſi nobilis propter paupertatem venire non potuit: quia non habebat honeſta veſtimenta. *cap. ſi qui teſtium de teſtib. gl. in* §. *ſi at in auth. de hæred. & falcid.* Vndecimò propter niues, inundationes aquarum, vel ob tempeſtatem, qua de re apud Jaſonem & alios latius videre licet. *ad d. l* 2. (*& ibi nouiſſimè Mornac. Mynſ.* 3. *ob.* 92. *Maſcard. de prob. concl.* 884.) Cæterùm quoniam impedimentum præſtitum eſſe, vel non eſſe, facti quæſtio eſt, non iuris: vtique non præſumitur, ſed probari debet ab eo qui allegat. *Aymo conſil.* 272. *num.* 10. *& conſ.* 270. *Fely in c.* 3. *de offi. delegat.* (*Gail* 1. *obſ.* 143. *n.* 2.) † Probari autem debet euiden-
5. tiſſimis probationibus. *l vlt.* §. *illud C. de tem appel.* & ſic per teſtes, *Rom. ſing.* 208. *inci. tu ſcu.* præterquam quando impedimentum eſſet tale, quod non poſſet facilè per teſtes probari, tunc enim probabitur per iuramentum attenta qualitate perſonæ, & ſub iudicis arbitrio. *l. theſaurus ff. ad exhib. Guido Pap. qu.* 64. *&* 205. *Socy. Nepos conſ.* 79. *n.* 14. *lib.* 1. Quod tamen intelligitur, niſi ſemel fuiſſet periurus, quia amplius ei non credetur. *c. paruuli.* 22. *q. vlt.* [*conſ. Gail* 2. *ob.* 37. *n.* 2. *verſ. vbi dicit, & obſ.* 48. *n.* 2. *D. Peck. ſuper in ca. ſemel malus, n.* 3. *Mynſ.* 3. *ob.* 56. Secùdò, niſi agatur de graui præiudicio *Alex. in d. l.* 2. §. *quod diximus.* (*Gail* 1. *obſ.* 91. *n.* 5. *& obſ.* 143. *n.* 4. *verſ. & obſerua.*) Tertiò niſi vellet ex impedimento ſuo acquirere actionem quia tunc non ſtatur iuramento, ſed debet impedimentum per teſtes probari; & tamen quãdo per iuramentum probatum eſt, poteſt probari contrarium quæ omnia apud Præſidem Burgundiæ Chaſſanæum ad conſuetudines Burgundiæ, latè videre licet, *rub.* 1. *des droicts* §. 20. † Adde quod non ſufficit allegare impe- 6.
dimentum, niſi probetur quod illud fuit cauſa immediata, ob quam non eſt factum id quod fieri debuit. (*Gail d. obſ.* 143. *num.* 2. 3. *& ibi latè Greu. pulcherrimè latiſſimèq; Gutier.* 3. *pract. qq.* 34. *nu.* 22. *& ſeq. Borell in ſum. deciſ. tit.* 44. *num.* 498. Vnde ſi Canonicus probet infirmitatem, non ſufficit vt habeat diſtributiones quotidianas, niſi doceat quod infirmitas fuit cauſa cur non interfuit diuinis, probando quod ſanus conſueuerat intereſſe. *Fely. in d. c. ex tranſmiſſa. Paul. Pariſ. conſ.* 67. *num.* 30. *lib.* 3. (*vide nouiſſimè, Monetam de diſtrib. quoti.*) Sed an impeditus excuſetur, qui procuratorem mittere potuit, pulchrè cum Zaſio *ad l. quæſitum de re iu.* explicat Reb. quem vide *in* 3. *to. ad conſt. Regias in tractat. de excuſat. nu.* 68. (*pulchrè Mynſ.* 4. *ob.* 58.) † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod 7.
ille, qui in carcerem coniectus eſt, & impeditur ne ad iudicium veniat, à pœna legis non excuſatur. Quinimo contra eum tamquam contra contumacem proceditur. *cl.* 2. §. *illis de pœn. c. quoniam in pr. vt lit. non conteſt.* 2. ex eo, quod Vlp. ait, eum qui à priuato detinetur, & ſic per quem non ſtat quominus veniat, non excuſari, ſed tantummodo aduerſus eum qui detinet actionem ad id quod intereſt habere. *d. l.* 2. §. *fi. cum l. ſe.* 3. ex eo, quod Venul. reſpondit, difficultatem non impedire quominus dies obligationis cedat vel veniat, quodque omnis difficultas ad incommodum promiſſoris non etiam ſtipulatoris pertineret. *l. conti* §. *illud de ver. ob.* 4. ex eo, quod ſi de iure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, quæ à iudice infra 4. menſes non definitur, quamuis per litigantes non ſtet, Epiſc. tamen confert eccleſiam vacantem, & patronus ea vice ius præſentandi amittit. *c. cum propter de iure patr.* † Rationem deciden- 8.
di in initio huius interpretationis diximus. Non obſtat igitur prima dubitatio; quia hæc regula locum non habet, quando impedimentum eſt procuratum & affectatum ab eo, qui fuit impeditus (*D. Peck.* 3. *de teſt. con.* 18 *in fin.*) ſicut in contrario ne ad iudicium veniret is qui citatus fuerat, curauerat ſe capi & detineri, colluſione cum iudice facta. *Card. & Imol. in d. clem.* 2. Et ideò intelligitur, quod hic dicitur, ſi impeditus impedimentum illud remouere

non

non potuit. Et non ſufficit allegare aut probare illud, niſi etiam probetur de adhibita diligentia, vt non eueniret vel vt non obſtaret. *ca. fin de elect. Decius in c. 2. de teſtib. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num.* 319. *Socyn. Nepos conſ.* 117. *lib.* 2. [*conf. D. Peck. in l.* 10. §. *idem. ff. ad l. Rhod.* Secundò non obſtat, quod ex Vlpiano adducitur: quia hoc intelligitur eſſe verum, ſi aduerſus tertium illum detentorem actio vtilis eſſe poſſit. Tunc enim quia nihil deeſt impedito, non excuſatur: ſecus igitur foret, ſi propter paupertatem eius aduerſus eum non haberet regreſſum: quia tunc ex æquitate iuuaretur. *Caſt. ad d* §. *fin.* Non mouet quoque tertia allegata difficultas. Cùm enim debitor fortunas ſuas noſce & præuidere debuit, vtique non liberatur propter difficultatem ſoluendi, [*vide D. Peck. d. l.* 10. §. *ſi ea, n.* 2. *& ſeq. & d.* §. *idem. num.* 2. 3.] quamuis humanitatis gratia interdum differatur exactio, & tempus detur ad ſoluendum. *l. ſi debitori. ff. de iudicis.* Sed in impedimento facti facilius excuſat difficultas: quia cùm facta ſint infinita: vix quiſquam præuidere poteſt eiuſmodi facti impedimentum. *Duar. ad d* §. *illud. & Caſt. ad d.* §. *quod diximus.* Poſtremò quod de iure patronatus obijcitur, idcirco non mouet, quia vt reſpondit Aymo *conſ.* 182. *n.* 15. de re parua & modica agitur, & non magni præiudicij eſt, quod patronus ſemel tantùm iure ſuo cadat, præcipuè quod publicè intereſt eccleſias non vacare miniſtris & rectoribus. Quo pacto & Paulus *conſ.* 124. *n.* 11. *lib.* 1. Pariſius in vniuerſum reſpondet, impedimenti excuſationem non admitti; quando de re modica agitur, qua in re & Panormitanus *conſ.* 5. *lib.* 2. & Tiraquellus *in lib. de iudicio in reb. minimis ferendo.* ſecum conſentientes habet.

REGVLA XLII.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

1. *Principale quid dicatur.*
2. *Acceſſorium quid ſit.*
3. *Ampliationes huius regulæ.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*
6. *Dictio, Cum, quando coniungat.*

QVemadmodum legiſlatores proximam cauſam magis conſiderant quàm remotam, *l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. latè Tiraq. in tract. ceſſante cauſ.* 10. *lib.* [*con. D. Peck. ſupr. in c. cum quid prob. ſub n.* 3.] ita quoque paſſim & vbique id quod principale eſt, potiſſimum in conſideratione habent, *l. ſi quis nec cauſam, & ibi latè Iaſ. ff. ſi cer pet.* quod & in mutuo, *ibi.* & in depoſito, *l.* 1. §. *idem Pomp. ff. depoſ.* & in emptione, *l. ſi ſterilis.* §. *ſi tali. ff. de act. empt.* & in permutatione, *ca. ad quæſtionis. de rer. permut.* & in teſtibus, §. *legatariis inſtit. de teſtam.* & in vltimis voluntatibus, *l. cætera.* §. *ſi ff. de leg.* 1. & denique in alijs negotiis locum habet. *l.* 1. *ff. de auth. tut.* Porro autem, vt eo pertinere oſtendamus hanc præſentem regulam, in primis intelligere oportet, quid ſit principale, & quid acceſſorium, ne veluti primo limine pedem offendamus, [*vide latè & egregiè Pacian.* 1. *de prob.* 27. *num.* 10. *& ſeqq.*] Principale igitur multis modis quid dici poteſt. † Principio enim principale dicitur, quod magis ad nos pertinet quàm ad alium, & quod magis concernit eum, cuius primariè intereſt, licet per conſequentiam & ſecundario, ſeu vice cuiuſdam acceſſionis etiam ad alios pertineat, *l. principaliter ſecunda. C de liberali cauſa.* & hoc eſt quod alij alijs verbis dicuntur, principale eſſe ſeu dici, quod fit directè, quemadmodum iniuria facta filio, dicitur principaliter facta, quia directè in eius perſonam committitur, ſed ſecundario & per conſequentiam, vel per modum acceſſorij dicitur facta eius patrifamiliæ, & contrà *l.* 1. *ff. de iniur.* † Acceſſorium verò appellatur id, quod per conſequentiam principalis venit, *l. athletas.* §. *ſiue autem, ff. de his qui not. infa.* ſiue tacitè, *d. l.* 1. ſiue expreſsè. *Bart. ad l. ambitioſa n.* 19. *ff. de decr. ab. ord. faciend. & in* 1. *conſt. Cod.* Tum etiam principale eſt illud, quod primariè partes agere intendunt, & quò principaliter eorum intentio dirigitur, quando fit in reo principali & fideiuſſore. Fideiuſſor enim dicitur acceſſoriè obligatus, ſed reus principaliter, propterea quod hoc principaliter actum eſt, vt ipſe debitor obligaretur. † Adde quod principale etiam dicitur, quod eſt maioris momenti. Quo pacto quæſtio de proprietate appellatur principalis, & quæſtio poſſeſſionis acceſſoria, quod ſcilicet præiudicij eſt in proprietate quàm in poſſeſſione. *l fin. Cod. de edict. d. Adr. toll.* Quo etiam ſpectat id quod pulchrè de eccleſiis vnitis diſputat Rebuff. *in praxi benef. titu. de vnionib. num.* 19. dum quærit quomodo cognoſcetur an vna Eccleſia alteri vnita principalis ſit vel acceſſoria, & tandem reſpondet, quod minus dignum ſemper cenſetur digniori eſſe annexum, adeoque appellatur acceſſorium, *c. quod in dubiis de conſec. altar.* quaſi dicat, quod principalis appellabitur eccleſia, quæ dignior eſt, ea verò quæ minus digna eſt, vocabitur acceſſoria. [*conf. Peck. de eccl. rep. c.* 12. *n.* 2. *& ſeq. Gail.* 2. *obſ.* 61. *n.* 10. *& ſeqq.*] Quibus ita conſtitutis, ſi peruagari libet per omnes locos ciuiles, & per quaſcumque actiones humanas, facilè in ſingulis & omnibus huius regulæ vſus apparebit. *Specul. in titu. de except.* §. 3. *verſ. ſed quid ſi gratia.* Nam in primis ad res ſpirituales quod attinet: ſi gratia de beneficio eſt ſubreptitia, cenſebitur quoque & inſtrumentum de eo impetratum, eſſe ſubreptitium. Et ſi Pontifex

tifex conſtituat executionem ſuper demandata receptione in canonicum, ſicut principalis gratia recipiendo morte Pontificis non eſt extincta, ita quoque non extinguitur officium executoris, quod eſt acceſſorium. *c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. hoc lib. 6.* Et ſi non valet reſignatio beneficij, conſenſus quoque de ea factus, vel ſequens eandem per modum pacificationis, non ſubſiſtit, *Gomeſ. ad re. cancel. titu. de infirm. 2. reſignat. quaſt. 29. in fin.* Sic & in iudicijs, cui commiſſa eſt cauſæ cognitio, illi cenſentur omnia acceſſoria eſſe conceſſa, vt teſtium examinatio, pœnæ impoſitio, & ſimilia. *cap. præterea c. prudentiam in fin. de offi deleg.* [*conf. D. Peck. ſupr. in c. cũ quid. prob. n. 1. 2. cum ibi concord. Gail. 1. ob. 35. num. 7.*] Rurſum in contractibus, ſi prædium venditum eſt, venit apuæ ductus prædio debitus, cum alijs acceſſorijs. *l. quæro, ff. locati l. ſi aquæductus, ff. de contrah. empt.* [*vide Gail. 1. P. P. 6. n. 27. & ſeqq.*] Et inſtitor ſi contractus nomine arram acceperit, æquè dominum obligat atque de principali contractu. *l. quincumque §. ei qui ff. de inſti act.* Et ſi prohibetur reſtitutio aduerſus contractum, cenſetur quoque prohibita aduerſus pœnam, quæ ex ipſo contractu deſcendit. *Anchor. cenſ. 126.* Denique in teſtamentis domo legata, hortus acceſſorius illi deſtinatus, debetur. *l. prædiis §. qui*
4. *domum ff. de legat. 1.* † Amplia primò hanc regulam vt locum habeat etiam ſi ipſum acceſſorium eſſet nobilius precioſiuſque. Nam vt ex Sabino reſpondit Pompon. Gemmæ auro vel argento incluſæ auro & argento cedunt *l. etſi non ſint. §. perueniamus, ff. de auro & argento legato.* quia ei res cedit cuius maior eſt ſpecies, & in primis ſpectamus quid cuius rei ornandæ vel inſtruendæ cauſa adhibetur, vt acceſſio cedat principali, etiam ſi ſit precioſior: [*pulchrè Pacian. d. c. 27. n. 10. & ſeqq. Gail. 1. P. P. 5. n. 19.*] qua de re plura, qui Inſtitutiones Iuſtiniani interpretantur adferre ſolent. *ad §. ſi tamen aliena inſtit. de rerum diuiſ.*

Amplia ſecundò, etiam ad ea, quæ videntur eſſe pœnalia, & communiter reſtringi ſolent. *vt latè notat Præſes in loco à ratione legis larga.* Nam vt ſingulariter reſpondit Baldus, *ad l. ſi quando C. vnde vi.* quemadmodum creditur iuramento vim paſſi de veritate rerum amiſſarum & vi ablatarum, propterea quod uiolentus inuaſor poteſtatem probandi per teſtes ei abſtulit, adeoque creditur iuramento ſuper re principali: ita etiam creditur ſuper acceſſoriis, qualia ſunt æſtimatio rerum, & id quod intereſt cum ſimilibus. [*conf. Gail. 2. obſeruat. 64. n. 7. & de pignorib. obſeruat. 16. n. 8. & obſeru. 18.*]

Amplia tertiò, vt extendatur hæc regula ad ſtatuta, quia quod ſtatuto fieri poteſt, id & lege poteſt. Econtrà quod lex non permittit, nec ſtatutum permittere poteſt. *latè Præſes in loco à pacto ad ſtatutum.*

Vnde ſi lex quid vetet in principali, in acceſſorio cenſetur quoque & ſtatutum vetare: quia ſemper interpretamur ſtatuta, vbi expreſsè aliud non cauent, ſecundùm leges ſcriptas. *Caſt. & alij ad l. 3. §. hæc verba ff. de neg. geſt.* [*Gail. 2. obſ. 33. per tot conf. ſupr. D. Peck. ſupr. in c. odia. per tot pulchrè Treutl. p. 1. diſp. 1. th. 10. ſub lit. e.*]

Amplia quartò ad res ſpirituales. Fides enim eſt principalis, & bona opera ſunt acceſſoria. Sed ſublata fide, bonorum operum exiguus eſt fructus. *§. ex his 28. q. 1.*

Amplia quintò, vt extendatur hæc regula etiam ad præſcriptionem: quia præſcriptio facta de re principali trahitur ad rei acceſſorium. *l. eos C. de vſuris l. ſi aliena §. 1. ff. de vſucap.* Sed hoc ita intelligit Roman. *ſing. 577. inci. tu. habes regulam.* niſi acceſſorium ab initio inchoatæ præſcriptionis inerat principali, ſecus ſi poſtea ineſſe incipiat: quoniam tunc eſt opus, quo ad illud, noua præſcriptione. *l. qui fundum §. 1. ff. de vſucap. pro empt.* dicens hoc menti tenendum eſſe & poſſe honorem ex eo conſequi.

Amplia ſextò, quod is qui principale ſciens non ignorans recipit, in acceſſoriis ſibi præiudicat. *glo in verbo liberat. l. 4. ff. de cond. triticiaria.* Vnde tranſactio vel liberatio de principali negotio facta ad pœnam extenditur, *l. ſi cum tibi. de iudic.* non quidem legalem, *l. penult. ff. vi. bon. rapt.* ſed conuentionalem, quæ non debetur, vbi ſors principalis ſoluta eſt. *l. 4. §. Labeo ait. ff. de except. doli.* Septimò amplia, quod ſi acceſſoria officio iudicis mercenario debeantur vnà cum principali, eodem iudicio peti poſſunt. *l. 1. & ibi Dd. C. de iudic* qua de re latius apud Petrum Loriotum *in lib. de iur. apicib. ſub cap. de princip. & acceſſorio. axiom. 6.* videre licet. Amplia octauò hanc regulam, vt procedat ſiue loquamur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmando, vt ſcilicet acceſſorium inducatur, tollatur & confirmetur cum principali: *Ioann. Andr. Philippus Francus & alij hic.* quia acceſſorium locum non habet, ſi principalis cauſa non ſubſiſtit, *l. cum principalis, ff. eod.* & ècontra conceſſo principali, venit etiam id quod neceſſario conſequitur. *l. ad rem nobilem. ff. de procur.* [*vide D. Peck. ſupr. in c. cum quid prob. n. 1. 2.*]

Amplia nonò, vt regula hæc locum habeat etiam in connexis: quia connexorum idem eſt iudicium, *d. ca. ſi ſuper gratia.* Vnde teſtis qui iurauit dicere veritatem ſuper principali, videtur etiam iuraſſe ſuper connexis. *Iaſ. ad l. 2. ff. de iuriſd. omnium iudic.* [*latè Gail. 1. P. P. 6. per tot. & 1. obſ. 35. num. 10. & ſeqq. & ob. 38. num. 9. Menoch. 2. arb. Iud. 95. per tot latiſſimè Pacian. 1. de prob. 26. per tot*] Amplia poſtremò, quod principale ſi deſtruitur, acceſſorium quoque deſtructum eſſe cenſetur, non

non ſolùm ope exceptionis, verùm etiam ipſo iure, cum moderationibus tamen & reſtrictionibus, quas alta diſputatione præmiſſa tradidit Iaſon. *ad l non dubium. C. de legib & ad l. fi. ff. de*
5. *eo quod cert loco.* † Ratio verò dubitandi eſt primò ex eo, quod licet villa pereat, & fundus villæ fuerit acceſſio, non tamen perit fundi ipſius vſusfructus. *l. quid tamen ff. quib. mod. vſusfruct. amittatur.* Secundò ex eo, quod Iureconſultus diſertis verbis reſpondit, principale per ſuum acceſſorium non confirmari, *l ex pupillari ff. de vulg. & pupill ſubſtit.* quemadmodum etiam non innouat ſuum principale. *Iaſon ad l ſi domus. §. de euic. n.* 18. *ff. de legat* 1. Tertiò ex eo, quòd ſubinde principalis cõtractus non ſubſiſtit, & tamen pignoris datio ſeu fideiuſſio, quæ acceſſoria eſt, pro eo facta tenet. *l. etſi is. C de præd. minor.* Quartò ex eo, quod alteri ſtipulari nemo poteſt, ideoque ipſa ſtipulatio principalis non ſubſiſtit, pœnalis tamen ſtipulatio accedens valet. *l ſtipulatio iſta §. alteri. ff de verb. obl.* Quintò ex eo, quod Iulius Paulus reſpondit, *l. 3. ff. de pecu. legat. ſi ancilla cũ ſuis natis legata ſi t, etiam ea mortua vel alienata, nati ad legatarium pertinebunt:* & Caius reſpondit, *l 4. eo. tit. quod ſi ſeruus cum vicariis ſuis legatus ſit, etiam eo mortuo durat vicariorum legatũ.* Sextò ex eo, quod dos acceſſoria eſt ad matrimonium, adeò quod ſine eo eſſe nõ poſſit, nihilominus tamen matrimonio ſeparato vel diſſoluto, dos ipſa non diſſoluitur, ſed penes maritũ manet, penes quem vxor non manet, quæ tamen principalis eſt *l. cum mulier ff ſolut. matr.* Septimò ex eo, quod promiſſionem principalem vſurarum prohibitarum lex reprobat, quæ tamen iuramentum eidem promiſſioni accedens ſeruari præcipit. *cap. debitores de iureiur.*

Octauò ex eo, quod inſtitutio eſt caput & principale fundamentum teſtamenti. Teſtamentum verò eſt cauſa principalis legatorum, & tamen teſtamento principali rupto, inſtitutioneqne ſubuerſa, legata debentur. *auth. ex cauſa C. de lib. præter.* Nonò ex eo, quod Aphricanus ait, principalem debitorem ex mora ad vſuras teneri, ſed fideiuſſorem non teneri, *l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco.* cùm tamen certum ſit fideiuſſoriam obligationẽ eſſe acceſſoriam duntaxat. *l. general. ff. de fideiuſſ.* Decimò ex eo, quòd lex reprobat prælatum ſimoniacum, & tamen ordo ab ipſo collocatus valet. *c. ſi quis 1. q. 1.* Vndecimò ex eo, quod hypothecaria actio ſeu obligatio ſubſiſtit ſublato principali, & hypotheca per teſtatorem ſine principali actione vel credito legari poteſt. *l. cum notiſſimi & ibi Dd. C de praſcr. 30. annorum & in l. fideiuſſor. obligari. ff. de fideiuſſo.* Poſtremò ex eo quòd quæſtio principalis de hæreditate, quæſtioni acceſſoriæ de natalibus cedere, locũque ei facere poteſt. *c. tuam de ordi. cognit.*

6. † Ratio decidendi eſt, quod principale dignius eſt atque potentius, adeoque quod minus dignum aut potens eſt, ad ſe trahit. [*Gail. 1. obſ. 30. n. 23.*] videturque eſſe cauſa acceſſorij, & ideò ratio ipſa poſtulat, vt acceſſorium ſequatur ipſum principale tanquam ſuam cauſam, ex qua omne fomentum ſuum recipit. *l. iuſtiſſimè ff. de ædil. edict.* Neque obſtat prima dubitatio, quia licet fundus villæ acceſſio erat, fortè vſui eiuſdem deſeruiens: tamen non erat legatus tanquam acceſſorius, ſed æquè principaliter ſicut ipſa villa. *Bart. ad d. l. quid tamen.* Et vt ait Albericus, *ibi & ad l. Labeo. ff. quemadmodum ſerui. amit.* hæc regula locum non habet in acceſſorio & principali, quando non legantur, vt acceſſorium & principale ſed vtrumque vt principale. Neque etiam mouere debet ſecunda obiectio: Acceſſorium enim ſequitur naturam ſui principalis non è contrario. Ratio eſt, quia, vt dixi, principale eſt cauſa acceſſorij, & ideò acceſſorium non poteſt confirmare ſuum principale; quia eſſet cauſa ſuæ cauſæ, *l. quod per manus & ibi gl. & Dd. ff de iur. codicil.* quod vtique abſurdum eſt, propterea quod id quod eſt debilius, non confirmat hoc quod potentius eſt, qua de re pulchrè multiſque exemplis dilucidè agunt *in d. l. ex pupillari* Iaſon, & idem Alberic. *in d. l. quod per manus.*

Sed nec tertia dubitatio vim facit, quippe quod alia eſt ratio acceſſorij & principalis: In principali enim, hoc eſt, in venditione rerum minoris abſque decreto, vitium eſt. Lex enim eam prohibet, ſed non eſt vitium in acceſſorio vel in obligatione fideiuſſoria, cum lex non prohibeat tutorem bona ſua propria obligare. *Bal. ad l. non dubium in 13. oppoſitione. C. de legib.* Salicetus *in d. l. etſi is.* verò conſiderans vix fieri poſſe, vt obligationi nullæ ſeu alienationi quam lex ipſo iure infringit, accedat ibi fideiuſſor, reſpondet ipſum curatorem, non minorem vendidiſſe bona minoris abſque decreto & de euictione promiſiſſe, eamque promiſiſſionem hic principale eſſe, pro qua acceſſoriè bona ſua hypothecæ ſupponere vel pignori dare potuit. Non obſtat etiam quod quarto loco adducitur: quia vt ait Coraſius, *ad d. §. alteri.* pœna ibi vt acceſſorium non conſideratur. Quin potius æquè principaliter ſtat, & velut ſuo quodam pondere nititur, atque per ſe venit, nulloque modo primam obligationem confirmat, ſed tantum efficit, vt illius metu ſtipulationi priori pareatur, nullum alioqui effectum pariturę. *Bald. d. loco.* Rurſum verò, lex non figit pedem in prohibitione ne quis alteri ſtipuletur, quin contrà viam aperit ſtipulatori, per quam valeat id genus promiſſionis ad effectum perducere; & regula quæ habet quod acceſſoria nullius ſunt momenti, quando non conſiſtit principale, procedit in ijs, quæ contra legem, hoc eſt, lege renitente fiunt. *§. alteri inſti. de inutil ſtipul.* Adde quòd alia eſt ratio in principali & acceſſorio. Principalis enim ſtipulatio non valet, quia alteri nemo ſtipulari poteſt, cùm ſtipulationes ſint inuentæ, vt quiſque ſibi acquirat, non alteri. Sed hæc ratio ceſſat in acceſſorio.

Nam

Nam quia pœnam ſtipulatur, ſibi acquirit, non alteri. Quintò non mouet quod de ancilla & ſeruo dictum eſt: quia ſibi in ipſis reſponſis Conſultorum manifeſta ſolutio eſt, dum ille ait, quod in eo caſu duo ſunt legata ſeparata, & principale eſt vtrunque: ac ſi ancilla & nati, rurſum ſeruus & vicarij, æquè principaliter per ſe legati eſſent. Nam quamuis dictum ſit, *cum nat. & cuius vicar.* † tamen iſta dict. *Cum,*
7. non coniungit, niſi inter res quarum natura alteri conſueuit accedere. Hic verò cadit inter perſonas, quarum altera non ſolet alteri accedere, quia homo propter ſuam nobilitatem non poteſt dici eſſe acceſſio hominis alterius. *d. l. iuſtiſſimè Bart. ad l. 1. ff de pecul. legat.* Sed nec ſexta dubitatio vim facit. Odio enim adulterantis vxoris ſtatutum eſt, quod apud maritum dos remanere debent, *l. conſenſu C. de repudiis.* niſi ipſe fuerit leno, eiuſdem. *d. l. cum mulier.* Neque propriè ſed abuſiuè tantùm dos dici poteſt matrimonio diſſolutio, quæ duntaxat dos appellatur propter memoriam matrimonij anteacti. *doct. ad rubr. ff. ſolut. matr.* Pari modo turbare non poteſt, quod ſeptimo loco obiicitur: quia iuramentum non eſt verè acceſſorium ad debitum principale, ſed vnum quodque per ſe ſubſiſtit; Nam vt ait Hoſt. *in d. c. debitores.* iuramentum potius obligat Deo quàm homini, & ad Deum principaliter refertur, ſicut promiſſio vſurarum ad hominem: magnaque eſt diuerſitas, inquit Felynus *ibi col. 2.* inter hæc duo: quia Deus turpiter non recipit iuramentum, ſed fœnerator turpiter recipit promiſſionem prohibitarum vſurarum, & propter periculum animæ is, qui iurauit ſoluit, propterea quod omne iuramentum ſeruandum eſt, quod poteſt ſeruari ſine interitu æternæ ſalutis. *c. cum contingat. eod. tit.* [*conf. Gail. 1. obſ. 100. n. 3. & ſeqq. & 2. ob. 39. n. 15. & 16. D. Peck. infr. in c. nō eſt ob.*] Solutas tamē vſuras, & iureiurando adimpleto repetet is qui ſoluit, ne apud improbum vſurarium maneant. Octauò non obſtat, quod legata rupto teſtamento deberi dictū eſt: quia hæc regula locum non habet, quando eſt ſpecialis prouiſio legis in acceſſorio. *Philip. Francus & alij hic.* vel quando non eſt eadem ratio in vtroque, [*Gail. 1. P. P. 5. n. 26. Peck. de amord. c. 20.*] vt hic cùm enim pater peccauit in eo, quod filium non inſtituit, ideo in principali punitur, & rumpitur vel deficit teſtamentū. Sed quia non peccauit in legando, quippè quod potuiſſet legare filio etiam inſtituto: fit quod circa legata non punitur, ſed ea conſeruantur, licet olim aliud obſeruatum fuerit. [*vt Gail. 2. obſ. 113. per tot. & ob. 134. ſub n. 3.*] Sed nec nona obiectio nos mouere debet: quia vſuræ veniunt in arbitrarijs actionibus præter naturam contractus, ſed fideiuſſor tantum obligatur ad ea, quæ ſunt ex natura contractus. *l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſu.* Aliud viſum fuit Corraſio, *in lib. 2. miſcellaneorum. c. 12. cū ſequent.* qui ait, quòd ſi fideiuſſor in omnem cauſam ſe obligauit, cenſetur quoque ad vſuras ex mora principalis debitoris ſe obligaſſe, *d. l. quæro.* propter effuſiſſimam locutionem: quia qui omne dicit, nihil excludit: ſed ſi acceptus fideiuſſor ſimpliciter interceſſerit, ex mora rei principalis non augetur eius obligatio ad vſuras. Cùm enim ſemper effectus contractus ſe referat ad tempus contractæ obligationis, *Rutilia. ff. de contrah. empt.* non videtur fideiuſſor ſimpliciter intercedens, in aliud ſe obligare, quàm interceſſionis tempore debitum eſſet. *l. per retentionem. C de vſuris.* [*vid. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 3. Cuiac. 9. ob. 34. in fi. n. Facl. in. 7. cont 57. Treutl. p. 1. diſp. 23. th. 5. lit. d. & e. Herig. de fideiuſſ. c. 24. n. 216. & ſeqq.*] Tempore autem obligationis, non vſuræ ſed ſors principalis debebatur. Sed nec decima obiectio, quæ de prælato ſymoniaco facta eſt, propriè acceſſoria: tum quia eadem collatio ita demum ſuſtinetur, ſi is qui ordinem ſuſcepit, bona fide verſabatur, exiſtimans prælati perſonam idoneam eſſe, & ſi eiuſmodi prælatus ab eccleſia adhuc tolerabatur. *gl. & Archid. ibi.* Simili modo licet hypothecaria ſit acceſſoria ad actionem perſonalem; poteſt tamen ſtare ſine principali, *Bart. in l. fideiuſſor obligari ff. de fideiuſ.* & naturam non nihil diuerſam habet à principali Regula verò ita procedit, quando acceſſorium ſine principali ſtare non poteſt. *Anton. Neguſantius in tract. de pignorib. & Hypothec. 4. memb. 2. partis n. 61.* Poſtremò non mirum eſt, quod quæſtio nataliū ſuſpendit ſiſtitque principalem quæſtionem hæreditatis: quia vt ait Anchò, *in d. cap. tuam, n. 3.* deciſio natalium, hoc eſt, ſententia ſuper eo lata, an filius ſit legitimus & legitimè natus, præbebit alteri quæſtioni de hæreditate principium aut finem: quia fruſtrà diſputaretur prius an hæres eſſet, ſi poſtea diſputandum foret an eſſet legitimus, poſſentque diuerſi iudices circa eandem rem dare diuerſas ſententias, dum vnus pronunciaret filium eſſe illegitimum, alter quaſi legitimo adiudicaret hæreditatem, quæ abſurditas & contrarietas euitanda eſt. [*Dd. in §. præiud. Inſt. de act.*]

REGVLA XLIII.

Qui tacet, conſentire videtur.

Item REGVLA XLIV.

Is qui tacet non fatetur, ſed nec vtique conſentire videtur.

[*vide latiſſimè Pacian. 1. de prob. 29 & 30. per tot. Menoch. 6. præſ. 99. Mynſ. in §. ſed & ſi, n. 6. & ſeqq. Inſt. quibus mod. ius pat. pot. Maſc. de prob. concl. 1143. Couar. 3. var. reſ. 15.*] 1.

1. Præſump-

1. *Præſumptio iuris non eſt probatio propriè.*
2. *Ampliationes ad has regulas.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Rationes decidendi.*
5. *Is qui tacet, quando conſentire videatur.*
6. *Taciturnitas quibus caſibus ſit pro contradictione.*

VEtus eſt prouerbium, ſilenti tutum præmium. Quo admonemur, taciturnitatem plurimum prodeſſe, ſi loco & tempore fiat. Rurſum verò eam damnari, ſi quis non contradicat cùm poteſt, quippè quod homo caput ſine lingua & veluti mutum mancipium eſſe non debet. Ideoque iuxta hanc regulam, qui tacet vbi tacendum eſt, pro qualitate rei conſentire videtur. Quomodo Beatus Ambroſius ſerm. 49. de accuſato Domino apud Pilatum: *Taciturnitas* inquit, *interdum pro conſenſu habetur, videtur enim confirmare quod obijcitur, cùm non vult reſpondere quod quæritur.* Nō dicit Pontifex quod conſentit, ſed quod con-
1. ſentire videtur: † quia tacere non eſt probatio conſenſus, ſed violenta præſumptio, quæ transfert onus probandi in aduerſarium. quod non conſentit. *Felyn. n. 5. & Inno. in c. nonne de præſump. per l. Lucius. ff. de condit. & demonſt.* Quemadmodum & de iuramento & de confeſſione dicimus, quod confeſſio aduerſari, vel iuramentum noſtrum, non eſt probatio, ſed reuelat nos ab onere probandi. *Baldus in l. 2. §. penult. virc. med. C. de iur. cal.* Et ideo quando dicimus quod paria ſunt probare vel habere præſumptionem iuris pro ſe: hoc intelligere debemus quo ad effectum, *Alciatus in proœmium de præſumptionib. iure num.* 2. ſcilicet quod qui præſumptionem iuris habet pro ſe, æquè obtinebit victoriam, atque ſi probaſſet intentionem per teſtes vel inſtrumenta, niſi aduerſarius contra quem militat illa præſumptio, alia probatione vel fortiore aliqua præſumptione contraria illam elidat. *l. Diuus. ff. de reſtitut. in integ.* [*vide D. Peck. ſupra in cap. ſemel. num. 6. cum ibi concord. & infra cap ſequenti. num.* 1.] Et huius quidem regulæ vtilitas, tam in reſcriptis, *Felyn. ad cap. in noſtra de reſcrip.* quàm reliquis cauſis beneficiarijs, ſpectari poteſt. Nam qui tacet in collatione beneficij, habetur pro acceptante & conſentiente *Car. in cl. prima de conc præb.* & patronus qui ſe non oppoſuit inſtitutioni, conſenſiſſe videtur. *Rota deciſ. 423. in nouis.* Sic & in contractibus, ſi pater ſcit filium ſolitum fœnerari, dataque pecunia caret, tenetur ex tacito mandato ad reſtitutionem vſurarum. *Bald. in l. cum oportet Co. de bo. quæ liq.* Et taciturnitas eius pro quo aliquis fideiubet, inducit mandatum fideiubendi, *l. ſi. fideiuſſor. C. mandat.* Sic & taciturnitas legentis literas ſibi præſentatas, in quibus aſcribitur eſſe debitor, eum obligat, ſi illas litteras penes ſe retineat, taceat & non contradicat, *l. ſi filius & ibi Dd ff. ad S. C. Maced.* (*vide Gail. 1. obſ. 21. n. 9. verſ. nam acceptans, & ibi Creu. omnium latiſſimè Nicol. de Paſſerib. tr. de priuat, ſcrip. l. 3. tit de epiſt. n. 118. & multis ſeqq. vbi infinitos reçe ſet, Men. 3. præſ. 65. Gabr. l 1. com. concl. tit de præſ. concl. 2. Maſc, de prob. concl. 627. n. 10.*) quod & in delictis atque criminibus locum habet: quia ſi amicus ſcribat amico, quod rumor ſeu fama eſt in ciuitate, quod ipſe commiſit tale delictum, & is accepta epiſtola tacet, neque excuſat ſe, neq; factum negat aut reſcribit, vel ſi quis in præſentia teſtium non irato animo per iniuriam reprehendit aliquem de delicto, & ille tacet, nec excuſat ſe, talis taciturnitas facit indicium ad torturam. *Hypolitus in praxi crimin. §. dil genter verſ. quæro etiā de notab. dubio & Ludo. Carer. in tractat. crimin. rub. de indicis cap. 28.* [*vide remiſſiuè Paſſer. dicto loco. ſub num.* 120.] Sic & taciturnitas prælati ſcientis & non corrigentis delictum, perinde eum obligat ad pœnam, atque ſi conſentiret. *c ſi rector. 44. diſt. c. quid enim 83. diſt.* De iudicijs quoque non dubiū eſt. Conſtat enim patrem non aliter in iudicio dotem petere poſſe, quàm ſi filia conſentiat. Conſenſiſſe verò videri eam reſpondit Vlpianus, ſi taceat & expreſsè non reclamet. *l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. ma'r. &c.* Et is contra quem ſententia lata eſt, ſi non appellat ſed tacet, conſenſiſſe videtur. *l. ab eo C. quomodo & quando iudex cap. quoad conſultationem de re iudi.* Et quatenus in teſtamentis huius regulæ vſus recipi debeat, latè ſuo mórc diſputat Iaſ *ad l. ſi fundum. ff. de leg.* 1. quē vide.

Amplia primò hanc regulam, quod locum habet, non ſolùm in tacente, verùm etiam in diſſimulante, qui fingit ſe confeſſionem ſeu verba aduerſarij non audire: qui diſſimulans habetur pro conſentiente, *Bald. ad l. 2. C. de bon. quæ lib. & ad l ſuum C. de rep. har.*

Amplia ſecundò in eo qui non tacet, ſed dicit non contradico vel non nego. Nam ſi pars dicat, non contradico vel non nego, conſentire ſeu fateri videtur. *Dd. in cap. per tuas, ad verbum non negare, de condit. appoſit. Hieronymus Cagnolus ad l. qui tacet. ff. tod.*

Amplia tertiò, quod iſta taciturnitas apud acta in multis caſibus habet vim ſolennis ſtipulationis. Tametſi enim communiter ſtipulatio requirat verba & expreſſum conſenſum, *l. 1. ff. de verb. oblig.* & taciturnitas non habet vim ſtipulationis, *l ſine apud acta, C. de tranſact. l. omnes §. in hac, C. de epiſ. & cler.* etiam ſi interuenerit patientia eodem tempore duplicata, quia geminatio eodem tempore facta non magnum effectum producit: *l. ſi conuenerit & ibi gl. ff. de pig. act.* tamen vt vnus ex multis copioſè admodum tradidit Ripa, *ad d. l. 1. n. 20. cum ſeqq.* pleriſque in caſibus hæc regula reſtringitur. Habet enim taciturnitas vim ſtipulationis, ſi conſuetudo hoc recipiat, & valet conſuetudo quod taciturnitas habetur pro ſtipulatione, *Socy. ibi in 4. notab. Bald. ad l. de quibus ff. de leg.* vel ſi de re fauorabili agatur. Quamuis enim fideiuſſio requirat ſtipulationem. *l. 1. Codice de fideiuſſoribus* ſi quis tamen præſens & non contra-

dicens patiatur ſe ſcribi apud acta fideiuſſorem pro tutore,fauore pupilli hæc taciturnitas inducit fideiuſſionem tametſi ſtipulatio nõ interceſſit,*l.cùm oſtendimus.§.fi.ff.d. fideiuſſ. tut.*Idem eſt cùm de fauore Reipub. agitur, Pater enim præſens & tacens quando filius creatur Decurio, obligatus pro eius adminiſtratione,atque ſi fideiuſſiſſet.*l.2.ff.ad municip.* Et ſi quis accuſatur de aliquo crimine, & ab eo deſignatur fideiuſſor:ſi fideiuſſor fuit præſens, & dum ſcribitur quod fideiuſſit, non contradicit, obligatur. *Bart. in d. §.fin.* (*vide pulchrè D.Peck.de iu.ſiſt.c 45.n.17.late Hering. de fideiuſ.c.7.n.51. & ſeqq. Pacian. c.29. n.31. & ſeqq.*) Et taciturnitas eius qui patitur ſe ſcribi executorem teſtamenti, dum præſens eſt,nocet ei,ne poſtea excuſetur, ſi teſtator ſit coniuncta perſona,*Rom.ad l.qua dotis num.* 38. *ff.ſolut.matr.&c.*pluresque alios caſus ſimiles apud eundem Ripam,Iaſonem, & Romanum videre licet.*d.locis.*

Amplia quartò,quod hæc taciturnitas etiam inducit confeſſionem, & ſic non ſolùm conſenſum:quia interrogatus à iudice ſuper crimine impoſito,ſi tacèt,& crimen ſit ſuper quo reſpondere poſſet,habetur pro confitente:ſecus ſi interrogetur ab aduerſario.*gl.& Dd ad.l.certum.§.1.ff.de confeſ Bald.ad l. 3. in 1. notab. C. quando fiſcus vel priuat & in l.fi.ſue 2.col.C. de probat.per l.de ætate.§.qui tacuit. ff. de interrog. act.& cap.poſt præſtitũ de confeſ lib.6*,& id quidem fit propter contumaciam eius, qui non reſpondendo,iudicem contemnere videtur, & odio contumacis ſit interpretatio in duriorem partem.*Iaſ.in d.l.qui dotis n.69.*

Amplia quintò, quod conſenſus qui præſumptiuè ex taciturnitate inducitur,pœnitentiam non admittit.*Bald.in l ſenium verſ.2. quæro.C.qui teſta.fac.poſſunt.*

Amplia ſextò,quod locum habet etiam in cauſis grauiſſimis,& vbi de ſtatu hominis quæritur.Taciturnitas enim filij quem pater fecit Monachum,habetur pro conſenſu, adeoque eum de ſtatu libertatis in conditionem quaſi ſeruilem,*Præſ. in loco à ſeruo admonac.* deiicit. *Panor.in d.cap.nonne.Bald. ad l fi. C. de adopt.* Sed hoc fauore religionis ſpeciali iure receptũ eſſe duntaxat, ſunt qui putant, vt ad finem huius capitis dicemus.

Amplia ſeptimò, vt extendatur ad acquiſitionem dominorum iuris ſeu actionum. Quia taciturnitas patris diutina, patientis filium poſſidere delatam hæreditatem, inducit ratificationem ad vtilitatem filij *Bald.ad l. 1. colum.13. verſ. quid ſi pater C. qui admitti.* Et filius ſciens & patiens patrem naturalem impetrare legitimationem pro ſe, conſentire videtur,*§.generaliter in authent.quib.mod. naturales effic.Iaſon dicto loco.num.*70.Amplia poſtremò, quod taciturnitas eiuſmodi operatur amiſſionem iuris in ijs rebus quæ publicè fauorabiles ſunt. Nam ſi quis ſcit & patitur rem ſibi obligatam alienari in eccleſiam vel in pauperes, videtur fauore piæ cauſæ conſentire. *Bald. in l.1.Cod. de remiſ. pignor.* Et fauore litium dirimendarum, taciturnitas partium inducit renunciationem feriarum fauore hominum introductarum. *Fely. in cap. ſi diligenti de foro compet.*

3\. Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod præſens & tacens ſtipulanti,non obligatur,neque conſentire videtur,*l.1.in princip. ff.de verbor.obligation.* Et qui baptizatur atque loqui poteſt, non cenſetur conſentire, ſi taceat ad interrogata. *capit. cum dro paruulu de conſecrat. diſtinct.*4. Secundò ex eo, quod ſi quis præſens ſit & taceat quando res ſua furto auſertur, tantum abeſt quod conſenſiſſe videtur, vt etiam furti actionem conſequatur, perinde atque ſi eo inuito res eſſet contractata.*l.penult.ff. de furtis.* Tertiò ex eo, quod reſpondit Gregorius, taciturnitatem ſuam ad dimunitionem iuris eccleſiæ conſenſum non operari,*capit. nihil de præſcriptionib* Poſtremò ex eo, quod variis locis Conſulti reſpondent cenſeri inuitum qui expreſsè non conſentiit, adeo vt falſum eſſe videatur, quod taciturnitas inducit præſumptionem conſenſus, *l. filius famil. §. inuitus ff de procurat.l. inuitus .ff.de ſeruitutib. vrbanor. prædior.*

4\. Ratio verò decidendi eſt, quod in odioſis & in quibus verſatur bonum publicum, odio tacentis & veluti contumacis, lex omnia interpretatur aduerſus eum in peiorem partem. *Iaſon dict. loco numero* 38. Sed in fauorabilibus lex præſumit, quod quilibet vult conſentire in hoc,quod ſibi vtile eſt, *l.ſi renumerandi ff. manda. Alciatus regula* 3. *præſumpt.on. cap.* 36. & expedit fieri.Neque obſtat primum argumentum: quia verba ſunt de forma ſtipulationis, vt ait Alciatus *ad dict.l. 1. num.* 4. & 7. Cui formæ nihil addi aut detrahi poteſt, adeoque vbi lex loquelam requirit pro forma,ibi taciturnitas nihil operatur.[*vide D.Peckius 3. de teſtamentis coniug.3.ſub numero 3. &* 4.] Eodem modo in baptiſmo maiorum res ſe habet. Lex enim ibi requirit expreſſa verba, vt conſtare poſſit de indubitata mente eius qui baptizatur, ne ſub prætextu chriſtianiſmi iudaicus vel gentilitius animus in homine laritet, ipſumque Deum non ſolũ corde & opere, ſed ex ore confiteri debemus. Pari ratione & modo ſecunda dubitatio non nocet. Plerique enim omnes quod de furto dictum eſt, hanc rationem habere putant: quod in caſu legis ex qua deſumitur dubitatio, dominus vidit quidem futurum fieri & tacuit, non ſponte ſed metu furum, quos prohibere non potuit duntaxat. Sed hæc ſolutio apertè textui contrariatur, in quo Iureconſultus diſertè ait dari actionem furti,etiam ſi dominus tacuit, & prohibere potuit. Qua ratione verius eſt, quod odio furum hoc eſt receptum, qui quod tacuit obiicere, & ſic propriam turpitudi-

nem allegare non debuerunt, (vel vt Iaſon *dicto loco numero* 104. voluit,) quod ibi agebatur de grauiſſimo præiudicio, in quo tacens non præſumitur conſentire de quo ex his quæ in ſexta ampliatione diximus, dubitari poſſet: Sed nec tertia dubitatio monet. Certum eſt enim, quod factum prælati non nouet eccleſiæ, *cap. delictum inf. eodem.* [*confer. Gail* 1. *obſer.* 70. *n.* 11. *& de pignorib. obſeru.* 7 *num.* 9.] quia bona eccleſiæ diſſipare non debuit ſed colligere, adeò quod prælatus ipſe rem eccleſiæ alienans, contra proprium factum venire, & rem ſic alienatam vindicare poſſet. *latè Hypolit. Riminald ad* §. 1. *inſtit. quib. alien. licet vel non.* [*vi. Dn. Peck. ſuper in cap. quod ſemel. num.* 10. *verſ. atqui, cum ibi concord.*] Denique quod vltimo loco obiicitur, vim non facit, quia quando agitur de perſonali obligatione, ſola taciturnitas non ſufficit. *dicto* §. *qui tacuit.* Et vt hæc materia quæ latè ac fusè tradita eſt, ſemel rectè intelligatur, ſubijciam concluſiones ſubſequentes, ex quibus facili negotio, quæ vbique inuoluta intricataque ſunt, percipi poſſunt. Prima eſt hæc.

5. † Is qui tacet conſentire videtur, quando tacens per contumaciam tacet, & habetur pro conſentiente in præiudicium ſui. *cap.* 2. *de confeſ. lib.* 6. [*conf. D. Gail.* 1. *obſ.* 80. *&* 1. *P P.* 115. *n.* 1.] Secundò in reſpicientibus commodum tacentis, vt paulò ante diximus, niſi tacens oſtenderet contradictionem nutu vel geſtu, vel niſi eſſemus in caſu in quo lex pro forma requirit loquelam. *Felin. in d. ca. nonne nu.* 19. 20. *&* 21. Tertiò quando concurrit coniunctio perſonarum: *Roman. ad d. l. quæ dotis n.* 37. quia tacens dum in ſe compromittitur, cenſetur conſentire, ſi eſt coniuncta perſona. Et ſicuti facilius præſumitur donatio inter coniunctos *l. liber captus C. de captiuis.* ita quoque & eiuſmodi conſenſus, *l. ſi. ſeruus communis ff. de donat. inter vir. & vx. Fely. d. c. n.* 14. Quartò quando præſens contradicendo potuiſſet actum impedire. *l. ſæpe ff. de re iudic.* (*D. Peck.* 3. *de teſt. con.* 2. *n.* 1. *&* 1. *de teſt. con.* 43. *n.* 13. *& de amortiz. c.* 28. *n.* 1. *& in l.* 10. §. *ſi ea. Hering. d.* 7. *n.* 33. *conf. D. Peck. infer. c. in general n.* 12.) Vnde ſi clericus prorogat iuriſdictionem iudicis non ſui, præſente & tacente epiſcopo, videtur epiſc. conſentire, *Panorm in ca. ſignificaſti de foro compet.* Et quando in collegio tractatur aliquid illicitum, is qui non contradixit, quando contradicendo potuiſſet impedire, æque punitur, atque ſi conſenſiſſet. *Panorm. in c.* 1. *de his quæ fiunt à maior. parte Ca. Iaſon. d. loco. num.* 89. Quintò quando quis dolo vel fraude tacet, ſemper conſentire præſumitur, *l.* 2. *C. ſi aliena res pignori detur. Felin. n.* 3. *d. loco* [*D. Peck. d. c.* 3. *n.* 4. *verſ. præterquam.*] non quidem verè, ſed quia odio eius lex ita interpretatur. Sextò quando tenebatur conſentire vigore obligationis vel conſenſus præcedentis. Nam ſi promiſi alicui poſſeſſionem tradere & non tradidi, ipſe tamen eam nactus eſt me tacente & vidente, lex fingit me conſentire, quia tenebat illi tradere poſſeſſionem, & in eam conſentire, *l.* 2. *& ibi gl. C. de acq. poſſ.* Septimò quando tractatur de modico præiudicio, *Bart. ad d. l. quæ dotis.* quia de modicis non curat prætor, *l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. Tiraq late in tract. de exig. reb.* quemadmodum & in rebus fauorabilibus hæc regula potiſſimum locum habet. Poſtremò quando vltra taciturnitatē interuenit actus aliquis poſitiuus. (*Hering. d. c.* 7. *n* 45. *& ſeqq. D. Peck. d. c.* 43. *num.* 11. *& d. c.* 28. *n.* 1. *n.* 2. *ff. ad l. Rhod. verſ. contrar.*) Vnde ſubſcribens ſe, cenſetur conſentire, quia vltra taciturnitatem interuenit actus ſubſcriptionis. *l. fideiuſſor.* §. 1. *ff. de ping. Iaſon. num.* 72. *d. loco.* † Regula autem negatiua eſt, quod taciturnitas non habetur pro conſenſu, quo ad inducendam obligationem perſonalem, *d.* §. *inuitus.* Et ideò videns quod aliquis ponat in domo ſua rem aliquam, ſi tacet, non præſumitur ſuſcipere cuſtodiam rei depoſitæ in ſe, niſi concurrat coniunctio perſonarum. *Roman. ad d. l. quæ dotis num.* 66. Sed hæc regula locum non habet, quando agitur de fauore pupilli, *d. l. cum oſtendimus.* ſeu reipublicæ. *d. l.* 2. *ff. ad municip.* de dominica poteſtate, prælatione, *l.* 2. *&* 3. *ff. de noxal.* aut præcedentis actus continuatione, *l. item quæritur.* §. *qui impleto ff. locati Rom. n.* 25. & niſi cum ipſa taciturnitate concurrat actus aliquis facti poſitiuus. *l. quidam ex parte. ff de euict.* Adijcit Felyn. *nu.* 12. *cum ſeq.* niſi ille qui poterat contradicere, tacet in fraudem, niſi concurreret coniunctio perſonarum: niſi vocatus eſſet vt conſentiret vel vt contradiceret, aut denique niſi proteſtatio interceſſiſſet. Sic & taciturnitas pro conſenſu non habetur, quoad iuris noſtri diminutionem, ſeu actionis nobis competentis ſublationem, *l. in eo. ff de rit. nup.* [*Hering. d. c.* 7. *n.* 39. *& ſeqq. D. Peck. d. c.* 3. *ſub. n.* 4. *verſ. in his autem.*] niſi fauore libertatis & fiſci, *l. ſi hypothecas & l.* 1. *C. de remiſſ. pigno.* vel niſi creditores per alium creditorem ad venditorem pignoris vocati, non compareant & taceant, *l. ſi eo tempore, eod. tit.* aut niſi quis patiatur alium eſſe in iudicio, cuius executio primo loco ad ipſum pertinet. *d. l. ſcire* §. *quamuis. Roma. d. loco num.* 53. vel denique niſi fraudulosa ſit taciturnitas. (*D. Peck. d. c.* 3. *n.* 4. *verſ. præterquam.*) aut niſi ſanguinis coniunctio, quæ metum reuerentialem non contineat, intercedat. Metus enim eiuſmodi facit præſumi diſſenſum, *l.* 1. §. *quæ oneranda ff. quar. rer. act. non detur.* maximè ſi minæ aut verbera interceſſerint. *Iaſon. d. loco num.* 96. (*conf. Gail.* 2. *obſ.* 93. *n.* 22. *& ſeqq.*) Sicut & tunc præſumitur diſſenſus, quando tractatur de grauiſſimo præiudicio, (*D. Peck. d. c.* 43. *n.* 12. *Hering. d. c.* 7. *num.* 41. *& ſeqq.*) cui fauor religionis non eſt annexus. Adde quod conſenſus non præſumitur quando requiritur conſenſus alicuius poteſtatem in aliū habentis, ſi actus aliquis expediendus eſt, qui

6. (margin, beside "† Regula autem negatiua")

ad eum pertineat, *l. penultim. ff. de feriis.* vel quando actus conſiſtit in pati, *c. cum ab vno. & ibi Dominic. ſup. de re iud.* quia ſi teſtis non iuratus deponat contra me me præſente & tacente, non videor propterea conſentire quod deponat non iuratus. *Iaſ. d. lo c. n.* 107.

REGVLA XLV.

Inſpicimus in obſcuris quod veriſimilius eſt, vel quod plerumque fieri conſueuit.

1. *Vſus & vtilitas huius regulæ.*
2. *Exempla huius regulæ.*
3. *Ampliationes.*
4. *Teſtes deponentes de bona vita alicuius, licet pauci, præferuntur multis deponentibus de mala vita ſeu fama.*
5. *Teſtis aut non omnino idoneus, fidem meretur ſi deponat veriſimilia.*
6. *Verba improprriantur ne actus pereat.*
7. *Mandatum ſtrictè accipiendum.*
8. *Verba vbi deficiunt, deficit ipſa lex.*
9. *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*
10. *Ratio dubitandi.*
11. *Obſcuritas ſacrarum litterarum vnde.*
12. *Argumentum à communiter accidentibus vnde.*
13. *Conſuetudo Louanienſis de apprehenſione mobilium.*
14. *Plerumque vt dicatur fieri, quid requiratur.*
15. *Rationes aliæ dubitandi.*
16. *Ratio decidendi.*

PRæſens hæc regula circa duo capita potiſſimùm verſatur. Alterum eſt, quod in obſcuris inſpicimus id quod eſt veriſimilius. Alterùm verò, quod in obſcuris inſpicimus id quod plerumque fieri conſueuit. Poſterius tamen caput ſubſeruit priori: quia id quod plerunque fieri conſueuit, veriſimile eſt communiter in actionibus humanis ſpectatum eſſe. Conſtat ſane quod quando verba conuentionis ſeu diſpoſitionis clara & aperta ſunt, abſque vlteriore inueſtigatione ea ſequi debemus: quia in certis non eſt locus coniecturis, *l. non aliter. ff de legat. 3. (Gail. 2. obſ. 97. n. 18. verſ. in clar. & de arreſt. c. 11. n. 2. verſ. quod eſt. Mantich. 6. coniect. vlt. volunt. 11. num. 9.)* Sed quando verba obſcura ſunt, vel quando nonnunquam etiam quædam ſunt omiſſa, tunc ne diſpoſitio concidat, ſed vt ſuſtineatur, recurrimus ad id quod eſt veriſimilius, & fingimus plura dicta quam ſcripta fuiſſe. [*conf. Gail. 2. obſ. 132. numero 7. & ſeqq & obſ. 135. num. 5. & ſeqq.*] Et hoc eſt quod reſpondit Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.* 44. *n.* 26. quod ſæpè lex fingit quod teſtator plus dixit quàm tabellio ſcripſit. Et certè fieri non poteſt, vt in actionibus hominum vlla ratione hæc interpretatio, quæ eſt ex veriſimili mente agentium, excludatur. Cùm enim facta hominum infinita ſunt, vt omnia verbis exprimi non poſſint, *l. non poſſunt ff. de legib.* cumque etiã multa clàm & ſecretè fiant, ſemotis arbitris, de quorum veritate directè conſtare non poteſt, vt fit in adulterio & ſtupro, lex recurrit in ſubſidium ad id quod veriſimile eſt actum fuiſſe, per indicia & coniectiones, quæ iudicis arbitrio committuntur. *cap. literis: de præſumpt. (conf. Gail 2. ob. 93. n. 17. & ſeqq. & ob. 109. n. 1. & ob. 149. n. 9.)* Nam vt recte reſpondit Alciat. *in proœmio tract. de præſum. c. vlt. in fine.* vnus ex multis, certa regula hic conſtitui non poteſt de eo quid veriſimile dicatur, ſed ex factorum diuerſitate id colligitur, & aliquando quidem ex conſuetudine teſtatoris in loquendo. *l. Labeo ff. de ſupell. legata. l. & ſi non ſunt. §. 1. de auro & argent. legat. (vid. Mantic. 3. con. vlt. vol. 9.)* aliquando ex ſignis & lapidibus antiquis. *Alcia. conſ. 357. n. 2. (conf. Gail d. ob. 149. n. 8. & 2. obſ. 37. n. 12. & obſer. 62. n. 11.)* aliquando ex qualitate perſonarum quibus dotes conſtitutæ vel alimenta legata ſunt. *l. cùm vnus § alim ff. de alim legat.* Sic & Mar. Salo. *ad l. omnes po; u. ff de iuſt. & iu.* ex Cicer. in Rethoricis tradidit, veriſimilitudinem colligi primò ex communi ſermonis conſuetudine; deinde ex ſuperiore & inferiore ſcriptura. Item ex verbis ſcriptoris, dictis, animo, & vita. Tum etiam ex eo quod commodius eſt. Rurſum verò id in quo militat maior ratio, veriſimili eſt cogitatum eſſe, *Iaſ. in l. ſi extraneus ff. de cond. ob cauſam.* & ea quæ concordant cum iure communi, magis veriſimilia eſſe dicuntur, *(latiſſime Mantic. 12. coniect. vlt. vol. 17. n. 8. & lib. 6. ti. 6. per tot. & lib. 12. tit. 16. n. 11. & ibid. per tot.)* quia quilibet præſumitur accommodare voluntatem ſuam ſecundùm leges, *l. quæro §. inter locatorem ff locat. (conf. D. Peck. ſuper. c 6. n. 8. & infer. in c. contract. n. 142.)* & vbi ſtatuta corrigunt ius commune, præſumitur ſe accommodare ſecundum ſtatuta, *Barto. & alij ad l. hæredes mei §. cùm ita. ff. ad Trebell.* ſicut & ea minus veriſimilia ſunt, quæ maiorem habent iniquitatem. *l ſi quis argentum verſ. ſimilique modo C. de donat.* Cæterum hic videndum eſt quis ſit effectus, quæ vtilitas huius inſpectionis in obſcuris, de eo quod veriſimilius eſt. Etenim res caret dignitate quam nullum ſequitur commodum.

1. Prima igitur vtilitas eſt, quod hæc veriſimilitudo habetur pro veritate: *l. cum quid ff. ſi cert. pet.* quia quod veriſimile eſt teſtatorem voluiſſe, hoc perinde eſt atque ſi in veritate ſcriptum foret. *l. cum res ff. de le.* 1. Pariaque ſunt conſtare de veritate, & habere pro ſe præſumptionem iuris fundatam ſuper veriſimili, quamdiu de contrario non conſtat, *Iaſ. & alij ad l. licet Imperator eod. tit.* quodque cum rebus veriſi-

veriſimilibus conuenit, id veri ſermonis experimentum appellatur, *l. ſi ita quis verſ. quodſi nemo de eui. Curt. Iu. conſ.* 178. *numero* 6. *Alciat. d. c. vlt. n.* 2.

Secundò quod hæc veriſimilitudo transfert onus probandi in aduerſarium, *l. ex perſona l circa l. ſiue poſſidetis C. de prob. (conf D. Peck. ſuper in c ſemel n.* 6. 7. *& c. cum quis n.* 5. *& c. prox. n.* 1. *cum ibi concord. Menoch. lib.* 1. *præſ. per tot.)* Tertiò quod licet aliquando non releuet in vniuerſum ab onere probandi, coadiuuat tamen aliam probationem *gl. in l.* 2. *ff. de excuſ. tut.* & vnum veriſimile adiunctum pluribus veriſimilibus, facit plenam probationem: *Hypo. ſingu.* 306. *Socy. conſ.* 149. *lib.* 1. *Aymo conſ.* 61. *n.* 9. (*conf. Gail* 1. *ob.* 108. *num.* 13.) quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, *l. inſtrumenta C de probat.* Interim tamen ſubinde vnum veriſimile ad ſententiam ſufficit. *cap. afferte de præſumpt.* (*conf Gail* 1. *P. P* 17. *num.* 8.) Quartò hæc veriſimilitudo valet ad aggrauandam probationem, quia efficacior probatio requiritur ab eo, qui vult probare illud quod non eſt veriſimile. *l. non eſt veriſimile ff. quod met. ca. ſ. c. quia veriſimile de præſumpt.* Nã licet regulariter habenti ſemiplenam probationem deferatur iuramentum in ſupplementum probationis: *c. fin. de iurei. Dd. in l. admonendi ff. eo.* in hoc caſu tamen, habenti ſemiplenam probationem non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, *gl. & Bal. in d. l non eſt veriſimile*, quod plurimum extollunt atque commendant Præpoſitus & Aluerottus *in §. præterea in tit. quid ſit inueſtitura in vſib. feud.* (*pulce Schrade in d l. num.* 300 *& ſeqq.*) Præterea verò D. Præſ. Euerar. alios multos effectus huius veriſimilitudinis recenſet, quos omnes apud eundem videre licet, *in loco à veriſimili.*

2. Porrò autem vt res iſta illuſtribus aliquot exemplis clarior fiat, regulam noſtram paucis exornabo. Primum itaque locum habet in contractibus. Si res vendita eſt decem libris, nec additum fuit Flandricis, aut Brabanticis: inſpiciemus id quod eſt veriſimilius. Nam ſi res digna erat, quæ venderetur decem libris Flandricis aut maiore precio, non eſt veriſimile contrahentes de minoribus ſenſiſſe. *Alexand. conſ.* 23. *lib.* 6 *Tiraq. de retract.* §. 1. *gl.* 18. *num.* 74. Sic & in ſocietate veriſimile eſt, quod ſi aliquis fuiſſet ſocius, quod etiam eius nomine ſocietas fuiſſet adminiſtrata. *Aymo conſ.* 61. *n.* 9. Et ſi inuenitur quod mercatores pauperes ſoluerunt creditoribus, veriſimile eſt quod ſoluerunt ex quæſtu, & quod merces emptæ fuerunt, habita fide de precio. Nam qui officinas ſuas inſtituere volunt, & pecuniam magnam paratam non habent, talibus contractibus vti ſolent, ſperantes ex mercibus quæſtum facere, vnde creditoribus ſoluant *Aymo ibi.* Quemadmodum ſi pauper mercator in libro alterius ſcribitur creditor magnæ quantitatis ex mutuo, veriſimile eſt pecuniam quam dedit mutuo, ſuam non fuiſſe, *Bal. conſ.* 265. *li* 5. quia pauperes mercatores neque magnam quantitatem mutuo dare gratis, neque diu credere ſolent, *Pariſ. conſ.* 83. *num.* 27. *libro* 1. (*late Menoch.* 3. *præſump.* 58.) Secundò locum habet in delictis & pœnis, quia non eſt veriſimile quod quis furetur pecunias, & dimittat ſacculos in quibus ſunt reconditæ, *Pariſ. conſ.* 143. *numero* 31. *lib.* 4. Et ſi pater verberat filiũ, veriſimile eſt quod fecit cauſa correctionis, non vindictæ, niſi atrocitas delicti aliud ſuadeat, *l.* 1. *C. de emend. propinquorum Alciatus reg.* 1. *de præſump. cap.* 3. (*Gail* 2. *obſ.* 106. *n.* 6. *Menoch.* 5. *præſ.* 14. *&* 2. *arb. Iud.* 364.) Et niſi confeſſio eius qui quæſtionibus ſubiectus eſt, ſit veriſimilis. Iudex ex eadem reum damnare non debet, *l. in de Nerat. ff. ad l. Aquil.* veluti ſi dicat ſe hominem iugulaſſe, & in profluentem ſeu flumen proieciſſe: inquirere debet iudex an hoc ſit veriſimile, an fama ſit hominem occiſum eſſe, an flumen vicinum ſit, & ſimilia, *Hypol. ad.* 1. *in initio numero* 64. *ff. de quæſt.* (*late Farinacius in prax. crim. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 8. *& ſeq. D. Peck. ſuper in c. ſine culpa numero* 7. *&* 8. *Gail* 1. *pac pub.* 15. *numero* 8.) Tertiò locum habet in cauſis ſpiritualibus; quia veriſimile eſt permutationem beneficij eſſe fraudulentam ſeu ſymoniacam, ſi quis permutet tenue beneficium cum pingui, maximè in perſonam coniunctam. *Imol Panormit. & Felin. in d. cap. quia veriſimile.* [*Borel in ſum. deciſ. tit.* 24. *numero* 45.] & non eſt veriſimile quod ſponte & vltro emiſit votum caſtitatis, quæ paruulum infantem quem lactat habet, *cap.* 1. *de eo quod met. cauſa.* ſicut veriſimile non eſt, quòd Pontifex concedendo gratiam, vellet detrahere honori alicuius eccleſiæ. *Pariſ. conſ.* 74. *n.* 26. *lib.* 4. Quartò locum habet in teſtamentis, quia ſi quis inſtituto filio ſubſtituat Titium, intelligitur hęc ſubſtitio ſi filius abſque liberis deceſſerit. *l. cum auus ff. de con. & demonſt.* quia nõ eſt veriſimile patrem, ſi de nepotibus cogitaſſet, ſic ſubſtituere voluiſſe, *l. generaliter C. de inſtitut. & ſubſtit.* Lex enim præſumit quod aſcendens velit relinquere hæreditatem deſcendentibus, *Alc. d. lo. c.* 8. ne videatur alienas ſucceſſiones ſuis prętuliſſe, *l. cum acutiſſimi. C. de fideic.* [*Conf. Gail* 2. *obſ.* 144. *n.* 2.] Sed poſtremò locũ habet in priuilegiis, *c. ex multiplici de deci.* iudiciis, *cap. afferte de præſumpt.* (*vide omnino Gail de pign. obſ.* 17. *ſub n.* 6.) & ſimilibus. Neque veriſimile eſt, quod abſuturus diu, dimittet pecunias domi nemine ibi relicto, *Pariſ. d. conſ.* 246. & veriſimile non eſt, quod famulus mandauit domino, aut filius patri, *Bal. in l.* 1. *col.* 3. *C. de ſeruis fugit. Fely. in d. ca. quia veriſimile n.* 4. Et ſi viri prouidi afficiantur contumelia, veriſimile eſt quod non obmuteſcent. *Anch. conſ.* 224. quia crudelis eſt, qui famam propriam negligit: *cap. nolo* 12. *qu.* 1. atque contemnit, *conſ. Gail* 1. *obſ.* 64. *numero* 2. *& obſ.* 123. *nu.* 5. 6. & 2.

6.& 2.obſ.100.num.5:6.& de arreſt.c.14.num. 2.D.Peck.ſuper in c.in fam. num.1.]

3. Amplia primò hanc regulam,etiamſi iuramentum reſiſtat, & ſi de periurio detegendo agatur. Nam ſi teſtis dicit vnum cum iuramẽto, alterum ſine iuramento, ſtatur dicto eius cum iuramento, *Panor.in cap. per tuas de proba. Bald.in l.fin. C. de iudic.* tamen ſi pro primo dicto ſine iuramento eſt veriſimilitudo, pro ſecundo autem iurato non eſt, fides adhibetur primæ iniuratæ depoſitioni, *Bal & Panor. in d.ca. per tuas.* quod plurimum notandum & obſeruandum eſſe exclamat Hypolitus, *ſing. 298.inci.remotum.*

Amplia ſecundò, vt procedat etiam ſi fortior ſit probatio in contrarium:quia plus creditur paucis teſtibus veriſimilia deponentibus, quàm centum aliis quorum depoſitio non eſt veriſimilis. *Bal.in l teſtium C de teſtibus. Hypoli.*
4. *ſing. 343. incip. veriſimilitudo.*† Ideoque teſtes deponentis de bona vita & fama alicuius, etiã pauci, præferuntur & ponentibus multis de mala fama vel vita alicuius in genere, *Inno. in c. auditis de præſcri Aymo conſil.6.n.63.*

Amplia tertiò, etiam ſi teſtes ſuper veriſimili deponentes, alioqui eſſent non idonei, vel
5. non legitimè producti: † quia teſtes alias non idonei, ſi deponant veriſimilia, efficiuntur idonei, *Hypol.d.loco Alex. in l.ſi duo in pr ff de iurei.* Et licet non valet dictum teſtis parte non citata, tamen ſi depoſitio eius ſit veriſimilis, debet apud bonos & graues viros, qui inſpecta ſola facti veritate procedunt, concludere, *Aret. conſ 127.Hyp.d.loco (latiſſimè Farin.tit.de teſti. q.65.num.128.*

6. Amplia quartò, etiam ſi verba deberent impropriari. *l. ſi vno ff. locat.* † Nam ſicut verba impropriè accipi poſſunt, ne actus pereat, *Alciat.reg.3.præſump.c.*130.ita etiam poſſent ſic accipi, vt veriſimilitudo colligatur, & vt ſecundùm eam iudicetur. *decif.Neap.44.n.26.*

Amplia poſtremò, etiam ſi res de natura ſua
7. ſtrictiſſimè ſit accipienda: † quia mandatum ſuaptè natura ſtrictiſſimè intelligitur, *c. cum in illis de præb.* ſiue res ipſas reſpicias, ſiue perſonas, ſiue locum, ſiue tempus, *Bald.in l.1. §.igitur ff. de exercit. actione.* de quo pluribus agit Gellius, *lib.c.cap.* 13. & tamen etiam in eo id quod eſt veriſimile, verbis præfertur, *c. eam te de reſcript.* atque in iſtiuſmodi rebus magis attenditur finalis cauſa formæ, quàm verba præciſa, *Cald.in c.vlt.de officio deleg. (conf. D. Peck. in c.quod quis mand. numero 7.cum ibi concord. Gail 1.P.P.4.numero 26.& ſeqq.& 1.obſ.35.in. 2.& ſeqq.*

8. Ratio dubitandi eſt. Primò ex eo, quod vbi verba legis deficiunt, deficit ipſa lex. *l.4.§. toties ff.de damno infec.* & vltra ea diſpoſitio legis non eſt trahenda: *l.quod conſtitutum ff.de teſtam.* quia ſi contrarium voluiſſet teſtator (inquit Iuſtinianus) nulla erat difficultas ſcribere, *l.1. §.ſin autẽ ad deficientis C.de caducis tollend.* Verba enim ſunt inuenta, vt demonſtrent voluntatem dicentis, *l.labeo ff. de ſuppell.legat.* & ideo non ad id quod veriſimile eſt, ſed duntaxat ad id quod verba ſonant, reſpiciendum eſſe videtur, quippe quod propoſitum in mente retentum, nihil operatur, *l. ſi. repetendi C. condic. ob cauſam.* Secundò ex vulgari illo axiomate.† 9.
Quod caſus omiſſus in lege, teſtamento, conuentione, habetur pro omiſſo: *l. commodiſſime, ff.de lib.& poſth.l poſt dotem ff. ſolut.matr. &c.* Ita quod ad veriſimiles coniecturas recurrendum non eſſe videatur. Nam aliqui ſi iſtiuſmodi coniectiones ſuppleant conuentionem, legem, diſpoſitionem: certum erit quod caſus omiſſus non habebitur pro omiſſo. Tertiò ex eo quod lex ait, faciendam eſſe interpretationem contra eum, qui legem conuentionis potuit apertius dicere, *&c. contra eum inf.eod.l. veteribus ff.de pactis,* quaſi dicat, quod nulla coniectione veriſimili iuuari poſſit, ſed quod ſibi imputare debet, qui ſe vltro coniecit in hanc neceſſitatem, quam apertius loquendo euitare poterat, *arg.l.fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cogant.* Quartò ex eo, quod paulò ſuperius dictum eſt, in obſcuris non quod veriſimilius eſt, ſed quod minimum eſt, ſequi oportere, *c.in obſcuris ſup. eod.* Ita quod cùm lex in dubio præcipiat minimũ ſeruari, non debemus vlterius progredi, & externas veriſimilitudines ſequi. Quintò ex eo, quod quando lex obſcura eſt, vel quando inſolitus caſus emergit, in lege non expreſſus, aut quando quæſtio dubia eſt, ad ipſum principem pro interpratatione, explicatione & deciſione illius recurre, oportet, *l.fin C.de legib.l.ſi. C.de indi.viduit.toll.* Ex quo ſequi videtur, quod inferiori magiſtratui non licet ſecundùm veriſimilem principis voluntatẽ iudicare, ſed quod Princeps ipſe eam ſuam mentem, declarare debet. Sextò ex eo, quòd quælibet probatio debet neceſſariò concludere, & non ſufficit quod res poteſt ſic eſſe vel non eſſe, ſed debet certum eſſe quod ita ſit, vel non ſit, *l. non hoc C. vnde cog.l. neque tales C.de probat.* Etenim probatio non concludens non eſt probatio, *l.matrem eod. titu.* adeo quod non ſolum non releuat, ſed etiam non facit rem dubiam cenſeri de iure aut de facto. *Iaſon ad d.l.non hoc num. 6.* Septimò ex eo, quod Vlpianus ait, quod ſi quis cùm ignoraſſet ſe Titium filium habere, quem credebat iam deceſſiſſe, & moriens generaliter filiis ſuis dedit tutorem, licet poſtea conſtet filiũ verè viuere, qui & reuertatur patre mortuo, nõ cenſetur tamen is tutor illi datus eſſe, quamuis veriſimile eſt omninò, quod ſi ſciuiſſet pater illum viuere, non minus illi, quàm reliquis filiis tutorem dediſſet. Poſtremò ex eo, quod communiter, ſi cui quid legatur à teſtatore, & rogetur vt filij teſtatoris tutelam ſuſcipiat, & eam ſuſcipere nolit, amittit legatũ: quia veriſimile eſt, quod alioqui teſtatur ei non legaſſet: *in l.ſi quis ira ff.de teſtam. tut.* tamen ſi pater filium inſtituat, eundemque impuberi fratri tutorem

tutorem ſcribat,& is ab eadem tutela mortuo patre ſe excuſet,relictum non amittit.*l. qui tutelam ff.de teſtam.tut.*

10. Ratio autem decidendi eſt, quod (vt cum Cicerone ait Quintilianus) ſcribendarum legum voluntas fuit cauſa. Et ideò id vnum ſpectare conuenit,propter quod ſcriptæ ſunt. Quod & in reliquis hominum actionibus dici poteſt. Etenim ſicut homo ex anima & corpore,ſic & actus humani ex mente & verbis conſiſtunt. Verba tanquã ſuperficies ſunt:mens verò,ſpiritus & anima.*l.tutor petitus* §.1. *ff. de excuſ.tut.*Lex (inquit Baldus *in l. ſi quis ſeruo colum.vltima C.de fur.& conſ.*275 .*lib.* 2. *n.*2.) non aliter ſequitur pedetentim veriſimilem mentem contrahentium,teſtantium ſeu aliorum,quàm ſequi ſolet venator veſtigia leporis. *in l.cum quidam.C. de neceſ. ſeruis hæred. inſtit.* [*vid.D.Peck.infer.in cap.cum quid vna.n.cum ibi concord.&* 5.*de teſt con.*1. *n.* 2.] Quod tanto magis dicendum eſt,ne alioqui iudaica aliqua interpretatione actus pereat:quia vt latè oſtendit Alciatus *reg.*3.*præſum.cap:* 43. ſemper debemus ſequi eam rationem per quam actus ſuſtineatur,*l.quoties ff.de reb.dub.*[*vi.D.Peck.ſuper in c.vtile.n.*10.*& in c.odia n.*3.] quod non fiet, ſi omiſſa omni veriſimilitudine, ſolis verbis ſeruire velimus, vel ſi caſum omiſſum ſecundùm eam non ſupplemus: [*vide D. Peck in l.* 10.*n.*1.*&* 2.*ff.ad l. Rhod.*] quod ſane oppido periniquum foret,cùm in his rerum humanarũ tenebris,omnia palam cerni,& ſine adminiculo aliquo intelligi non poſſint.*l. non poſſunt. ff. de legib.*Quamobrem in ſimili his verbis pulchrè ait Chryſoſtomus:*Sicut in cælo colitur Deus, ſic in ſcripturis abſconditur.Et ſicut hoc cælum corporale omnes quidem homines vident,non tamen aſpiciunt Deum habitantem in eo : † ſic & ſcripturas*
11. *diuinas omnes quidem legunt,non tamen omnes intelligunt Deum veritatis poſitũ in ſcripturis.* Quod & nos ad oſtendendam adumbratam legiſlatoris ſeu contrahentium voluntatem,dicere poſſumus,quam non omnes vident, ſed aliunde colligunt,& ex alio credunt. In ſuperficie nõ multum ſpacij comprehendimus, ſed profundum attingere debemus, & vt id impetremus,ſicut Beatus ille Bernardus ſermone primo ſuper Cantica,donum intelligentiæ & perſpicacitatis poſtulans dixit: *Oculi omnium in te ſperant Domine. Paruuli petierunt panem, non eſt qui frangit eis.* ſ*peratur id à benignitate tua O pijſsime frange eſurientibus panem tuum,meis quidem manibus,ſed tuis viribus*: ita & nos iudices conſtituti dicere poſſumus. Subditi petunt iuſtitiam, cauſa dubia & obſcura eſt. Tu es Domine qui habes conſilium & intelligentiam,inſpiratio tua dat intellectum, in te reconditi ſunt omnes ſapientiæ theſauri da mihi, quem iudicem ſuper populum tuum eſſe voluiſti, intellectum bonum, vt intelligam veritatem, vnicuique quod ſuum eſt tribuam, meo qui em ore,lingua & ſententia: tua verò ſacroſancta inſpiratione, & gratia me præueniente,qua olim & Salomonem Regem, & Danielem Prophetam, ex argumentis & præſumptionibus veritatem aſſecutos, iuſtum iudicium tuliſſe legimus.

Neque in contrarium vrget prima dubitatio:quia à verbis ipſis,ſeu à vera eorum proprietate nunquam recedimus,niſi de contraria mente loquentis appareat.*l.non aliter.ff.de leg.* 3.Cæterùm vbi alia mens eſt,tunc lingua cedit cordi, & ſub iugo mentis,tanquã ſub ſuo proprio originali & digniori, verba conſtituit. *Bald.in cap. mandatũ de reſcri.*Ideoque Modeſtinus Iureconſultus: *Sed etſi*(inquit *l.ſcire.* §. *aliud ff.de excuſ.tut.*)*maximè verba legis hunc habent intellectũ,tamen mens legislatoris aliud vult.* Indicans non verba captanda eſſe,ſed quid veriſimiliter actum ſit conſiderari oportere,*l. penultim.ff ad exhib.*ex perſona,quantitate, qualitate,loco,tempore, amicitia, præcedentibus & ſequentibus*Alciat. in l.* 1. *ff. de verb. ſignif.* Et in his omnibus etiam tacita voluntas ſufficit,*d. l. cum auus.* Tum verò, quod dicimus legem deficere vbi verba legis deficiunt: ita intelligit Tiraquellus *in l.ſi vnquam ad verb. libertis num.*35.*C.de reuoc. donat.* ſinon ſit alia legis prouiſio in contrarium, cuius baſis eſt veriſimilitudo,ſicut dicimus, quod argumentum à contrario ſenſu valet, niſi legis diſpoſitio ſit in contrarium: *latè Præſes in loco à contrario ſenſu.*quia vna lex per aliã intelligi atque ſuppleri debet.*l.non eſt nouum.ff. de legib.* Atqui aliæ leges volunt, in obſcuris veriſimile ſequendum eſſe,& ſic quando deficiunt verba legis de qua agitur,& aliarum legum quæ eam interpretantur :tunc deficit lex, & non aliter. Nam quando aliæ ſunt leges interpretantes, tunc non nos, ſed illæ eadem leges trahunt verba legis dubiæ extra caſum diſpoſitum. Et quanquam mentis ſenſa per verba proferantur,*d.l.Labeo.* tamen quia maiora ſunt quæ cogitamus, quàm quæ ſcribimus, ſemper verba tanquam remoti quidam indices ad animum proferentis referendæ ſunt. *Quintil. lib.* 7. *cap.* 7.Sed ſi omnino obſcura ſit mens diſponentis,vt neque ex veriſimili,neque aliunde iuuari poſſit,tunc vtique cadit diſpoſitio,*l.quo tutela.ff.de teſt.tutel.*ſibique imputare poteſt,qui quod voluit, aliter non dixit,*d.* §. *ſin autem.* Similiter non obſtat ſecunda dubitatio. Nam (vt ait Iaſon)*in d. l.ſi extraneus n.*6.*in d.l.Titius in prim.num.*4.[*vide D.Peck.infer. ad c.cum quid n.*1. *& ſeqq. cum ibi concord.*] licet communiter caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, hoc tamen locum non habet, quando illud quod omiſſum eſt, eſt veriſimile, vel quando in ſe habet maiorem rationem, aliasque talis eſt caſus omiſſus, in quo veriſimiliter diſponens ſi interrogatus fuiſſet, idem diſpoſuiſſet, *l. tale pactum* §:*qui prouocauit ff.de pact.* Quò reſpiciens Tiraquellus, *in lib. de iure primogenituræ q.*40.*numero* 193. *& in lib. de retractu* §.2.

§.2.*glo.*1.*numere* 10.(*conſ. Gail* 1.*obſ.* 35. *n.* 10.*verſ.& regula & ob.* 121. *n.* 1.*& arreſt. c.* 11.*n.*1.*D. Peck.*5.*de teſt. con.* 20. *n.* 1.) licet (inquit)caſus omiſſus habeatur pro omiſſo,ita vt ne tacita quidem voluntas præſumatur: *l. militis.ff. de mil. teſtam.* hoc tamen intelligitur niſi caſus omiſſus ſit ſimilis expreſſo:*d. l. ſi extraneus.*quia ea quę rationis nexus vel ſimilitudo connexit,diſpoſitio iuris non ſeparat:*Bald. in cap. quia de iudicijs.*ſed tacitè pro expreſſo habet. Sic quod tertio loco obijcitur,facilem recipit diſſolutionem: quia licet communiter contra proferentem fiat interpretatio: tamen (inquit Tiraquellus *ad d. l. ſi vnquam in princi. n.*54.)primo loco eſt inſpiciendū id quod eſt veriſimilius,etiam ſi ſit pro proferente,*l. ſemper in ſtipulationibus. ff. eod.*ne plus ęquo onerosa ſit interpretatio.*Loriotus de regu.axim.* 105. [*vid. D.Peck. infer. in cap. contra eum circa finem.*]Eſt enim veriſimilitudo cognata naturæ, *Aymo conſil.*75.*numero* 24.*conſ.* 61.*n.*9. *conſil.* 297. *numero* 6. *Baldus conſ.* 130. *lib.* 3. & qui arguit à veriſimili, argumentatur à ratione in natura fundata,diciturque habere textum legis pro ſe. *Doct. in dict. cap. in obſcuris* (*vide Pacian.*1.*de prob.* 8. *n.* 20. *& ſeq.*) Ad quartam obiectionem ſuperius reſponſum eſt:Inde igitur illius petenda eſt ſolutio. Porrò autem ad quintam dubitationē quod attinet,in hac ſententia cum Bald.& reliquis perſiſtit Caſtren. *in d.l. neque & in l. leges ſacratiſſ. C. de legib.* quod ad principem pro interpretatione recurrere nō eſt neceſſarium, quando alioqui de eius veriſimili mente conſtare poteſt.Sed ſi ratio legū aut mens principis adeo obſcura ſit,vt non inueniatur veſtigiū voluntatis,æquum eſt vt ipſe adeatur,qui legem ſcripſit, quique commodius mentem ſuam explicare poteſt. Sed nec ſexta dubitatio mouet. Regula enim quæ habet,quod probationes debent neceſſariò concludere:*Præſes in loco à communit. accid. in fin.* locū non habet in his,quæ veriſimilia ſunt,aut communiter accidunt. Et ideò Salicetus *in d. l. non hoc verſ. circa generalia.*cum Baldo ait, *ibi, verſic. reuoco.* quod aut quęritur de his quę verè & perfectè non poſſent probari & de probatione præſumptiua:tunc probatio veriſimilis admittitur. Si verò quæritur de his quæ verè & plenè & perfectè poſſent probari, tunc regula eſt,quod probationes debent eſſe concludentes (*conſ. ſuper. D.Peck. in c. nullus, n.* 6.*cum ibi concord.*)Excipitur tamē,vbi lex per præſumptiones & veriſimiles coniecturas permittit probari,*l. conſenſu. C. de repud.* quod cenſetur facere, quando id de quo contenditur, eſt veriſimile, & rariſſimè aliter fit: quia tunc locum habet quod dicitur quod præſumptio legis eſt liquidiſſima probatio.*l.*1.*C. de repu.*(*conſ. Gail* 2.*ob.* 97.*n* 6.*verſ huiuſmodi D.Peck. ſuper. in ca. quod ſemel, n.*6.)Nihil etiā mouet ſeptima dubitio. Nam (vt Caſtren.& Alexan. *l. loc. imp. ff. de leg.* 1. ſecutus Iaſ. reſpondit *in l. ſicut certi n.*3.*C. de mil. teſt.& in d.l. Titius in pr. n.*19.ideò lex fingit patrem non dediſſe filio tutorem quem ignorabat viuere,quia agitur de præiudicio tertij,hoc eſt de pręiudicio eius qui eſt ordinatus tutor,& cuius reſpectu tutela eſt onus, quod ille acceptare cogitur,niſi excuſetur. Et quamvis filius non habeat illum tutorem, habebit tamen alium legitimum vel datiuum,qua de re exactius diſputat idem Caſtren. *in d.l. Titius in fin. princ.* Poſtremæ quoque obiectionis facilis eſt extricatio:quia quando concurrunt duo vel ſimilia, illud quod magis veriſimile eſt,præfertur,*latè Præſes in loco à veriſimili.*(*Pacian. d. lo. n.* 23.) & huius rei iudex diſceptator erit, *Panor. in c. cum inter de elect.* aliaſque ſemper cauſa principalis & proxima conſideratur.*l. qui liberis.*§ *hæc verba. ff. de vulgar.& pupill. ſubſtit.* Atque Iureconſultus indicat veriſimillime eſſe quod pater filium æquè inſtituiſſet hæredem, etiam ſi eum tutorem fratri non dediſſet,ideoque ait,quod iudicium patris,vt filius, non vt tutor promeruit. Et hæc quidem de veriſimili dicta ſufficiant,quòd ſi quis velit plures & elegantes eius operationes videre,locupletiſſimus index erit Tiraquellus. *ad d.l. ſi vnquā in princi. à n.*39.*vſque ad* 60.

Vel plerunque. Ex hac particula deſcendit argumentatio à communiter accidentibus, ab vſitato ſeu à ſolitis:† quia omnis diſpoſitio ſiue legis,ſiue teſtamentorum,ſiue contractuum recipit interpretationem & ſupplementum ab eo,quod plerunque fieri conſueuit, *Panorm. in cap. certificari de ſepulturis.* quod quia eleganter explicat D. Præſes Nicolaus Euerhardi,*in loco ab vſitato.* [*vide Gail de pign. obſ.* 17.*num.*6.] latius ei non inſiſtā, ſed vnico exemplo contentus ero.(*vide ad hoc omnino inſignem tract. Salazar de vſu & conſuet. per tot.*) Si mortuus eſt aliquis agnatus, qui reliquit multa bona, & aliquis apprehendit duntaxat res mobiles eius, per hoc non præſumitur audiuiſſe hæreditatem:quia communiter qui adeunt hæreditatē apprehendunt primò res immobiles, tanquam magis precioſas.*Alex.& Iaſon in d. l. non hac.* † 13. Sed iſtud non procederet hic Louanij, vel in alijs locis in quibus de conſuetudine, apprehendentes mobilia,tenentur ad ſoluendum æs alienum,& cenſentur adire hæreditatem,quod quidem plurimum in praxi ſeu foro notandum eſſe idem Præſes admonet. *in loco à communiter accid. col. fin.* †Et quamuis diſputent interpretes,an id plerumque fieri dicatur, quod bis aut ter accidit: æquior tamen videtur ſententia Alberici,qui hoc relinquit arbitrio iudicantis, quod & Salomonius ſequitur. *ad l. nam ad ea ff. de legibus.*

12. 14.

15. † Ratio tamen dubitandi hic eſt,quod rarò accidit quem ſeptimò menſe naſci, vel à matre quinquagenaria in hanc lucem produci.*l. ſi ſterilis in princip. ff. de act. empti.* Lex tamen hunc rarum caſum conſiderat, & eum qui ſic natus eſt, non ante nuptias vel poſt, ſed ex legitimo

timò matrimonio natum eſſe præſumit. *l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom. l. ſi maior. C. de legit. hæred.* Secundò ex eo, quod ſi pater moritur relicto filio & vxore prægnante, quamuis communiter mulier non pariat niſi vnam prolem vna eademque vice: ante partum tamen editã, ſi filius qui viuit, non poteſt petere dimidium debiti paterni, & dicere, veriſimile eſt quod vnica tantùm proles naſcetur, eique relinquam alteram dimidiam, ſed tantùm petere poteſt quartam partem debiti, quaſi adhuc tres naſci poſſent, quod tamen rariſſimum eſt *l. ſed etſi. §. fi. ff. de iudiciis.*

16. Ratio verò decidendi eſt, quod in his quæ rarò fiunt, non ſic conſiſtit publica vtilitas, ideoque non de his, ſed de communiter accidentibus videtur eſſe cogitatum. Neque mouet prior obiectio. Nam (vt ait Caſtrenſis *in l. iura. ff. de legib.*) quando aliæ præſumptiones concurrunt, id quod rarius eſt, inſpicimus. Sic in propoſito, præſumptio eſt pro pudicitia vxoris, quod quamuis ſeptem menſibus tantum nupta fuit, neminem admiſit præter maritum, ne alioqui hic delictum præſumamus, *l. meritò ff. pro ſocio.* vbi natura ipſa hunc partũ admittit. Vnde & alij aiunt, quod non adaptatur ad ea quæ fiunt rarò, contra vel ſupra naturam, ſed benè ad ea quæ rarò fiunt ſecundùm naturam. Poſterior quoque obiectio ideò vim non habet, quòd lex in oppoſita facti ſpecie conſiderat caſum rarum, ne magnum præiudicium ex alienatione bonorum naſcituris fortè liberis inferri poſſit. Quid enim ſi ſuperſtes & iam natus omnia profundat, profliget, diſſipet? ſanè cùm inanis ſit actio quam excludit inopia debitoris, præſtat intacta iura aliorum ſeruare, quàm poſt cauſam vulneratam inutile & inane remedium quærere.

REGVLA XLVI.

Is qui in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.

1. *Succeſſio quò refertur.*
2 *Succeſſor quis propriè dicatur.*
3. *Succeſſor ſingularis quis.*
4 *Succeſſor vniuerſalis quis.*
5. *Obligatio non alteratur ex perſona hæredis.*
6. *Laicus hæres clerici an coram iudice eccleſiaſtico ſit conueniendus.*
7. *Ampliationes ad hanc regulam.*
8. *Hæredis appellatio quouſque ſe extendat.*
9. *Promiſſio ſe tacitè extendit ad hæredem licet non exprimatur.*
10. *Ratio dubitandi.*
11. *Ratio decidendi.*
12. *Hæres quando poſſit venire contra factum defuncti.*
13. *Bonorũ poſſeſſor & fiſcus quales ſucceſſores ſint*

SVcceſſionis legitimæ verbum, propriè ad 1.
cauſam inteſtati pertinere Iulius Paulus indicat, *l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio*, præſertim cùm profertur à lege aut ſtatuto. *Socy. conſ. 30. lib. 1.* quia ſcilicet eam lex ipſa aut ſtatutum abſque facto hominis defert. Sed ea ſucceſſio quæ ex teſtamento eſt, nõ propriè dicitur legitima, ſed largè, eo quod à lege 12. tabularũ confirmata eſt. *l. lege obuenire, & ibi Alciat. ff. de verb. ſig.* Curtius verò *conſ. 37. col. 4.* & hunc ſecutus Pariſ. *conſ. 46. n. 6. lib. 4.* reſpondent etiam illum, propriè ſucceſſorem dici, qui per vltimam voluntatem venit. *l. ſi pupillus ff. de acq. hæred.* † Sed 2.
nos haſce & ſimiles altercationes omittentes, dicimus in præſenti negotio, ſuccedendi & ſucceſſoris verbum latiſſimè patere, omnemque ſuccedendi modum comprehendere, ſiue ea ſit ab inteſtato, ſiue etiam ex teſtamento. *l. fluminũ §. adijcitur. ff. de dam. infecto.* [vide D. Peck. ſuper in c. cum quis. n. 3. cum ibi concord.] Præterea verò regulariter appellatione ſucceſſoris comprehenditur vniuerſalis tantùm & non ſingularis: *l. quædam § nihil. ff. de eden.* præterquam ſi mentio fiat de ſucceſſoribus: quibuſcunque. Hæc enim dictio vniuerſalis, quibuſcunque, debet aliquid operari, *l. Baliſta ff. ad Trebell.* Vel niſi ſimus in beneficiis Principum non feudalibus, quæ contra concedentem latè interpretari debent. *c. cum dilecti. de donat.* (*D. Peck. ſuper in c. quæ à iure, numero 9. cum ibi concord.*) Vel niſi loquamur non de iure agendi; ſed de iure excipiendi, quod ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem. *Iaſon in d. §. nihil.* Aut denique niſi materia ſubiecta ex natura ſua ad ſingularẽ ſucceſſorem referatur. *Felin. conſ. 29. num. 4. Pariſ. d. loco numer 12. & 13.* Nos autem hoc loco vbi legiſlator ſimpliciter & indefinitè loquitur, & vniuerſalem & etiam ſemper ferè particularem ſucceſſorem contineri dicimus, ſiue iure ciuili, ſiue prætorio, ſiue directè, ſiue per fideicommiſſum ſuccedant. Vocamus verò particularẽ, vel vt alij aiunt,† ſingularem ſucceſſorem eum 3.
qui in rei alicuius dominium tantùm ſuccedit, vel aliàs qui per actum inter viuos, ſeu ex vltima voluntate, quocunque titulo rem aliquã particularem, ſeu ius aliquod particulare, ex venditione, ceſſione, donatione, commutatione, legato, &c. conſequitur. *Corneus conſ. 6. n. 9. lib. 2. Tiraq. de retract. §. 12. gl. 1. n. 3.* † Vni- 4.
uerſalis verò eſt, hæres, bonorum poſſeſſor, & ſimiles, ad quos omne ius defuncti deſcendit, pluraque alia de variis ſucceſſorum generibus recenſet Rebuffus, *ad concordata inter Pontif. & Regem rubr. de mandat. Apoſtoli. §. declarantes ad verb. ſucceſſores.* quem ſi placet, vide. [*latiſſ. Forſter. tr. de ſucceſſ. c. 44. & ſeq. lib. 1.*] Cæterũ hic monendi ſumus inprimis, quod vt quis eodem iure cum defuncto vtatur, probare debet ſe hæredem aut ſucceſſorem eſſe, etiam ſi de eo non opponatur, aliàs ſuccumbet, *Caſt. conſ. 213.* cum hoc ipſum ſit fundamentum ſuæ intentionis. [*vide D. Peck. de iu. ſiſt. c. 3. ſub. n. 11.*]

Sed

Sed ne confuſe hac in re procedatur: Primò oſtendemus huius regulæ vſum in ſucceſſore,quem hæredem dicimus. Secundò in alio ſucceſſore vniuerſali. Tertiò in ſucceſſore in imperio,regno, dignitate, ſeu prælatura:& poſtremò in ſucceſſore ſingulari.

5. Ad primum igitur quod attinet. † In contractibus ex perſona hæredis non mutatur natura obligationis contractæ cum defuncto. *d. l.2.§.ex his.ff.de verb. oblig.* [*conf. Gail 2. obſ. 2. per tot.*] Et in quaſi contractu,actiones tutelæ & ſimiles hæredibus & in hæredes dantur. In iudiciis quoque illic hæres conueniri debet & poteſt,vbi defunctus conueniendus erat. *l. hæres abſens ff.de iudic.*[*& ibi pulchrè Barboſ. Gail*

6. *1. obſ. 37. n. 9. & 1. P.P.20.n.5.*] † Et laicus hæres clerici,lite cum defuncto conteſtata, coram iudice eccleſiaſtico rectè conuenitur, & è contra.*Dd.in l.venditor ff.de iudiciis,latè Didacus pract.quæſt.c. 8.* (*Gail obſ.37.n.8.& ibi Greu.*) Rurſum in delictis, ſi aliquis accuſatur de crimine, & pendente accuſatione moritur ante ſententiã, vel ſi quis ex propria confeſſione capitale ſupplicium ſubiit: poteſt eius hæres eo defuncto innocentiam eius probare,erroneamque eiuſmodi confeſſionem docto errore reuocare, & declarationem ſic detectæ innocentiæ à iudice poſtulare eodem modo quo defunctus ipſe potuiſſet.*Rom.ſing. 303.*

7. Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat,tam in negotiis rebuſque permiſſis,quàm in prohibitis.Quicquid enim permittitur principali,hoc conceditur etiam hæredi, *l. in omnibus.§.non debeo.l aliud §. abſurdum. ff. eod.* & è contrà quæ non conceduntur teſtatori, non permittuntur hæredi, eaque duo iuris axiomata eleganter explicat Alciatus, *d.§. ex his. & §. harum in d l.2.*quem vide.

8. Amplia ſecundò, ſiue is hæres ſit mediatus ſiue immediatus. Nam qui per ſucceſſionem quamuis longiſſimam, defuncto hæredes extiterunt, *l hæredis appellat.ff. de verbo ſig.* (*& ibi pleniſſimè Godd.*) & ex propria verbi ſignificatione hæredes hæredum in infinitum veniunt appellatione hæredum ſimpliciter,*l.qui per ſucceſſionem ff. eod.*Ita quod hæres hæredis mei, ſit hæres meus, eodemque iure vtitur quo ego, quod admodum fuſè explicat Tiraquellus, *in lib.de retract.conuen.§. 1. gl. 6. numero 21.cum ſeq* quem vide.[*conf.Gail.149.n.3. & obſ.150. n 5.& obſ.154.n.4.& 2.P.P.13.n.8. D. Peck. ſuper in c.quod ſemel.n.7.*)

Amplia tertiò,vt procedat non ſolùm quãdo quis eſt hæres in vniuerſum, ſeu ex aſſe, ſed etiam quando eſt hæres pro milleſima parte: *Bald. in d. l. fin. in 9 quæſt.* quia pro ea parte qua hæres eſt, repræſentat defunctum, & pro eadem parte eodem iure vtitur in permiſſis & prohibitis. Et ſicut in ea tantùm parte repræſentat defunctum hæres, ita & in cæteris cenſetur eſſe extraneus,*l ſi adulter.& ibi Salicet.Co. de hæred.act.*in quibus procul dubiò eodem iure non vtitur. *latè Tiraq. de retract.§. 32. gl. vnica.n 50.*

Amplia quartò, etiam ſi nulla hæredis mentio in promiſſione vel ſtipulatione facta eſt. Nam cum plerunque tam hæredibus noſtris, quàm nobiſmetipſis caueamus: ſi pactum factũ ſit,aut inſtrumentum ſcriptum ſit,in quo hæredis mentio non ſit, nihilominus hoc pactum aduerſus hæredem vires ſuas exercebit,*l. ſi pactum ff. de probat.*& hoc inſtrumentum contra eum executioni mandabitur. *latè Caſtr. & alij in l poſtulante ff. ad Trebell.* Et quia obligatio hæredum virtualiter continetur in inſtrumento: *Laurent.Calcaneus con.18.*[*Herin.de fideiuſſ. c.20.§.10.n.22.*] exceptio quæ quotidiè fit in foro de eo quod aduerſarius non eſt nominatus in inſtrumento locum non habet, *Ang. in l. 1.ff. de his qui in teſtam delentur.*(*Gail 2. obſ.2. n.10.*) qua de re aliàs latè egi, *in lib. de iure ſiſtendi cap.4.num.9.* (*& c.3.n.11.c. 13.n. 3. & ſeqq.*) quo me refero.

Amplia quintò, etiam ſi defunctus de ſuo tantùm facto promiſit, ſuique mentionem per dictionem taxatiuam,*ſolummodo*,fecit,veluti ſi venditor pactus ſit ſibi tantùm licere reſtituto precio rem venditam recuperare, nihilominus eo mortuo & hæredi quoque ipſius hoc permiſſum erit. Nam in ſimili ait Pamponius, quod licet creditoris duntaxat perſona fuerit comprehenſa, etiam hæres eius eodem iure vtetur, *l.ſi neceſſarias §. penult.ff.de pignor. act.* quod & Vlpianus quoque ſenſiſſe videtur, dũ reſpondet, quod ſi quis ſe obliget ne ipſe faciat, obligatur etiam hæres & quilibet ſucceſſor,*l ſtipulatio iſta in prin.verſ.ſed ſi ſe.ff.de verb. oblig.* quia dictio taxatiua excludit tantũ perſonas extraneas,non autem ſucceſſores *Bald.in l.vlt.C.de act.empt. Alexand. conſil. 18. libro 5.* [*pulchrè Hering,d.§.10.n.51.& ſeq.H. Piſtor.2. part.quæſt.26. n. 9. & ſeq.*) ſicut non excludit caſus ſimiles vel eandem rationem habentes. *l. 1.§.1.ff ſi menſor.falſ.modum dixerit.*Et quamuis alij contrà exiſtiment, dictionem taxatiuam,*tantùm,duntaxat, ſolùm,* & ſimiles omnes alias, perſonas etiam hæredum excludere, ne alioqui fruſtrà adiecta videantur:*Alex.Iaſon & Aret.in d. l.ſtipula.* priorem tamen ſententiam, quamuis dubiam,defendit Tiraquellus, *in lib. de retract.conuent.§.1.gl.6.num. 12.cum multis.* (*Piſtor.d.d.l.num.11.& ſeq.Hering.d. lo.n. 54. God.de cont.ſtip.c.9.conc.7. n.147.& ſeqq.* 9.

Amplia ſextò, quod hæres ita debet eodem iure vti, vt ne ex propria quidem perſona poſſit contraire facto defuncti. Nam ſi mater vendidit bona paterna,filij, quod certè facere non debuit,ſi filius eidem ſuæ matri hæres eſſe velit,bona illa ſua paterna per eam vendita,reuocare non poteſt,ne ex propria quidem perſona, dicendo, ego hæc bona non repeto tanquam hæres matris, ſed tanquam propria à patre mihi relicta.*l.cum à matre C.de rei vend.l. venditoribus C.de reb.alien.non alienandis* (*vide Peck.*

Peck. ſuper. in ca. quod ſemel, n. 7. cum ibi concord. Hering. d. §. 10. n. 70. & ſeqq.] Et ſi pater teſtamento prohibuerit rem alienari extra familiam, ſi filius eius ea alienauerit in extraneum, non poterunt filij hæredes ipſius alienationem eiuſmodi reuocare, dicentes ſe in illis bonis fuiſſe ſubſtitutos: *l. filiusfam. §. cũ pater ff. de legat. 1. quia quem de euictione tenet actio, eũ ndem agentem repellit exceptio. l. vindicantem ff. de euict.*

Amplia ſeptimò, vt procedat etiamſi hæres vel defunctus de euictione nõ tenetur: quia ſi quis ſciens emat rem alienam, is de euictione actionem contra venditorem ſeu eius hæredem non habet: *l. ſi fundum. C. de euict.* & tamẽ ſicut defunctus à tali emtore malæ fidei rem auocare non poſſet, etiam ex ſuperuenienti iure, ita quoque nec hæres eius poteſt.

Amplia octauò, etiam in foro conſcientiæ: quia ſicut defunctus conſcientiam ſuam exonerare debuit, ita & hæres defuncti conſcientiam exonerare debet *c. fi. de ſepult.* [*Gail. 1. P. P. 20. n. 21 & 22. Vaſq. 3. cont. 96. nu. 27. Farin. prax. crim. tit. de Inquiſ. q. 10. n. 60. & ſeq. Suares. alleg. 26. Peck. 4. de teſt. coniug. 17. numero 2. & in l. 4. §. hæ action. n. 3. de inc. ru. nauf. & de rep. eccl. c. 18. n. 3.*]

10. Ratio autem dubitandi eſt, primò ex eo, quod hæres ex defuncti delicto non tenetur, *l. 1. C. ne ex delict. defunct.* & actiones pœnales in hæredem aut hæredi non dantur. *l. iniuriarum actio. ff. de iniuriis.* Secundò ex eo, quod maritus habet priuilegium in dote, ne conueniatur vltra quam commodè facere poſſit, ſed hoc priuilegium nõ habent ſui hæredes, qui coguntur totam dotem ſoluere, ad quod nõ poterat cogi defunctus. *l. vnica. C de priuileg. dot. l. quia tale. ff. ſolut. matr.* Tertiò ex eo, quod donator poteſt propter ingratitudinem donationem reuocare, ſed hæres eius non poteſt. *l. fin. Cod. de reuoc. donat. c. fin. extra eod.* Quartò ex eo quod defunctus particularem ſolutionem creditori ſuo facere non potuit: hæredes verò poſſunt: quia quilibet eorum pro ſua parte tantùm conuenitur. *l. planè. ff. fam. erciſ.* Quintò ex eo, quod defunctus *d. § ex his.* allegando ignorantiam facti non excuſatur, *l. plurimũ. ff. de iur. & fact. ignor.* hæres excuſatur. *c. cũ quis. ſupra eo. l. qui in alterius. ff. eod.* Sextò ex eo, quod ſi vendidi tibi fundum, & dedi fideiuſſorem pro euictione, licet fideiuſſor non poſſit illum fundum, fortè ſuum proprium, vindicare, hæres tamen eius id poteſt. *l fin. C. de euictionibus.* Septimò ex eo, quòd poſſeſſio quę apud defunctũ fuit nõ tranſit in hæredem ſi ab eo apprehenſa non ſit *l. cũ hæredes. ff. de acqui. poſſeſſ.* Octauò ex eo, quòd mors omnia ſoluit, *in auth. de iureiur. à moriente præſtito.* & qualitas extincto ſubiecto eſſe non poteſt. *l. tutela ff. de legit. tutelis.* Nonò ex eo, quòd legatarius rem legatam pro parte acceptare, & pro parte repudiare non poteſt, ſed aut acceptabit totum legatum, aut repudiabit totum, ideò quod abſurdum eſt in parte iudicium teſtantis comprobare, & in parte euertere. *l. nam abſurdum. ff. de bon. libertorum.* Cæterùm longè aliud eſt in hæredibus ipſius. Nã ſi relinquat plures hæredes, alter ex his partem ſuam acceptare, alter ſuã repudiare poteſt. *l. legatarius ff. de legat. 1.* Decimò ex eo, quod in iure patronatus filius hæres non repræſentat patrem, ſed tam in tutela quàm in ſucceſſione liberti ab alio patrono excluditur *l. tutela. §. ſi duo ff. de legit. tut. l. à duobus. ff. de oper. liber.* Vndecimò ex eo, quòd nepos non rumpit teſtamentum aui, quo caſu filius idemque pater ipſius nepotis rumperet ſi viueret. *l. ſi quis filio. ff. de iniuſto teſtam.* Duodecimò ex eo, quod libertus hæres patroni, poteſt reuocare alienata in fraudem eius per patronum. *l. 1. C. de his quæ in frau. patron.* Decimotertiò ex eo, quod hæres defuncti non poteſt ratificare factum nomine defuncti, quod tamen defunctus potuit. *l. ſi is enim. & l. bonorum. ff. rem ratam haberi. l. 3. ff. de bon. poſſ.* Vnde hæres donatarij qui non acceptauerat donationem, eam acceptare non poteſt. *Dd. in l. non ſolum. §. morte. ff. de non. oper. nunciat.* Decimoquartò ex eo, quod iuramentum hæredi non defertur, ſicut defertur defuncto. *l. Marcellus. ff. rer. amot.* Poſtremò ex eo, quod maritus poteſt reuocare donationem vxori factam, & è contrà, ſed non eius hæres, cum ea donatio morte donantis confirmetur. *l. cum hic ſtatus. §. at oratio. ff. de donat. int. vir. & vx.*

Ratio verò decidendi eſt, quod res eadem diuerſo iure cenſeri non debet. *latè Præſes in loco à ratione legis larga.* Et ideo cum eadem ſit perſona iuris fictione, hæres & defunctus, eodem iure vti debet, maximè ne abſque culpa creditorum & morte debitorum peior efficiatur eorum conditio, alteretur que obligatio defuncti in perſona hæredum. *d. §. ex his.* [*D. Peck. de Iur. ſiſt. c. 13. n. 3. Gail. d. ob. 2. ſub. n. 11.*] 11.

Non obſtat autem prima dubitatio, quia nemo debet alterius odio prægrauari, *cap. nullus ſup. eodem.* (*& ibi latè D. Peck. cum ibi concord.*) & delictum ſequitur tantùm eum qui deliquit, vt non vlterius progrediatur pœna quàm delictum, *l ſancimus. C. de pœnis.* & vt ſic anima ipſa quæ peccauit moriatur, & vt filius non portet iniquitatem ſui patris. Vnde fit, quòd ſi ciues excommunicentur, filij eorũ non cenſentur eſſe excommunicati, *Felyn. in cap. reſcripto n. 3. de ſent. excommuni.* ſi modò in delicto eodem non perſeuerent. Sed ſicuti ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita æquum eſt, vt ex ſcelere & maleficio illius lucrum non quærat, *l. ſicuti ff. eo.* & quatenus ex delicto defuncti ad eum peruenit, catenus quoque obligatus eſt. *l. in hæredem. ff. de dolo malo l. toties ff. de R. I.* Adde quod ſi iudicium cæptum, & lis cum defuncto ciuiliter ſuper crimine conteſtata ſit: hæres non modò quatenus ad ipſum peruenit verùm etiam in ſolidum obligatur, *l. vnic. C. ne ex delic. defunctor.* quod non facit delictum,

ſed

ſed litis conteſtatio, per quam quaſi contractus vtique tranſit in hæredem. Secunda quoque dubitatio non mouet. Alia enim illic eſt ratio defuncti, alia hæredis. Exiſtimauit enim legiſlator, non eſſe tam rigidè agendum inter maritum & vxorem, & contra reuerentiam maritalem eſſe arbitratus eſt, ſi vxor maritum quantumuis dotis profligatoré, penitus exueret, & iuſtis alimentis priuaret. Quæ ratio honeſtatis locum non habet in hæredibus mariti, qui filij vxoris non ſunt, & quibus vxor nullam reuerentiam debet, vt ſic beneficium perſonale perſonam mariti non egrediatur. *Zaſius in d. l. quia tale.* (*conf. Peck. ſuper in c priui l. per tot.*) Tertiò non obſtat, quod de reuocatione donationis dictum eſt. Nam is qui iniuria affectus fuit, ſi dum viueret, intra annum iniuriarum non egit, vel ſi ante mortem donationem propter commiſſam ingratitudinem non reuocauit, cenſetur vtique omnem illam iniuriam & ingratitudinem remiſiſſe. *gl in d. ca. fin.* Et ideò hæres eodem iure vti debet, vt ſcilicet ius remiſſum ſemel tacitè, amplius in iudicium adducere non poſſit. (*vid. Treut. & ab eo allegatos p. 1. diſp. 29. th. 7. lit. f.*) Et quamuis aliàs remiſſio iuris ſeu donatio non præſumatur: *l. cum de indebito. ff. de probat* hic tamen tantò facilius præſumitur, quod quilibet Chriſtianus moriens, niſi omnē iniuriam remittat, vix ſperare poteſt, aut certè omninò non poteſt veniā peccatorum. Nemo autem præſumitur immemor ſalutis æternæ, *l. fin. C. ad l. Iul. repetundarum.* qua de re elegans extat deciſio Guidonis. 214. q. (*conf. Gail 2. obſ. 20. num. 4. & ob. 43 n. 6. vide D Peck. infer in c. in pan. num. 5. Ampl. 3.*) Sic & ſi ſciente & ad amiſſionem dotis non agente viro, adulterium commiſit, hæres quoque ipſius mariti, tanquam remiſſa iniuria, ad eam dotis amiſſionem agere non poteſt. *l. rei iudicatæ ff. ſolut. matr. latè Didac. in epit. 4. decret. p. 2. cap. 7. num. 9.* (*ac omnium ampliſſimè Barkoſ. in l. 2. in princ. n. 119. & ſeqq.*) Maius dubium eſt, ex eo quòd quarto loco controuertitur. Alciatus *in §. harum n. 14. in d. l. 2.* enim nouam opinionem ſectatus, exiſtimat licuiſſe defuncto particulariter ſoluere. Sed hæc eius opinio communi aduerſatur, quia creditum eſt, debitorem particularem ſolutionem facere non poſſe. *l. tut §. Lucius ff. de vſur.* [*Gail de pig. ob. 16. n. 5. & de Arreſt. c. 13. n. 20. Treutl. p. 1. diſp. 20 th. 1. lit. a.*] Quod denique ſentiens Alciatus reſpondet aliter, quod nihil imputandū eſt hæredibus, abſque quorum facto lex 12. tabularum inducit, quod quiſque non niſi pro ea parte qua hæres eſt, obligetur. Vnde & Caſt, *in d. §. ex his.* reſpondet, hanc regulam non habere locum, quando ratio ſuadet alterari obligationem in perſona hæredum, vt his, vbi inconueniens eſſet & iniquum, quòd hæres ſolueret totum, qui tantùm pro parte hæres eſt: Et vt ait Romanus, *in dict. l. 2. in princip. numero* 63. quamuis defunctus non potuit partem ſoluere, quia ſcilicet non ſolueret quod debet, debebat autem totum: hæres tamen ſoluendo partem, ſoluit quod debet: quia non tenetur niſi pro parte. Simpliciſſimè omnium dici poteſt, quod hæres eodem iure vtitur quo defunctus, quatenus hæres eſt, & defuncti perſonam repræſentat. Ergo ſi pro parte tantùm hæres eſt, debet eodem iure vti pro parte. Non poſſunt tamen improbare conſuetudinem huius oppidi Louanienſis, quæ permittit vnum ex hæredibus in ſolidum conueniri, ne ſcilicet alteretur obligatio ex perſona hæredis, ſed ſoluenti concedit regreſſum contra ſuos cohæredes. Sic & in quinta dubitatione non mirum eſt, quod ignorantia facti proprij non excuſat defunctum: quia id ignorare non potuit, ſed ignorantia facti defuncti tanquam externi & alieni, excuſat hæredem, quod quia ſuperius explicatius diximus, hic non repeto. *in c cum quis ſup. eod.* Porro obſcura eſt ſextæ dubitationis reſolutio. Etenim Iaſon. *n. 15. in d. §. ex his.* Alciatus & Zaſius, *ili n. 3.* veteres ſecuti, reſpondent, in lege contraria hæredem fideiuſſoris vindicaſſe fundum ex perſona propria, non tanquam hæredem. ſed hæc ſolutio vera eſſe non poteſt, cùm lex apertè dicat, hæredem ne ex propria quidem perſona, facto defuncti contrauenire poſſe, *d. l. venditrici.* Et ideò magis placet quod voluit Tiraquellus, *de retractu. §. 1. gl. 9 n. 54.* dum ait, quòd hæres poteſt ex propria ſua perſona contrauenire, quando defunctus non tenebatur de euictione, vt ibi. Cæterum quia nec hoc quidem dubietate caret, propterea quod idem Tiraquellus, vt ſuperius dixi, hanc regulam habere locum reſpondit, etiamſi defunctus de euictione non tenetur, ideò. *Inno. in cap. ſi quis de reb. eccl. non aliē.* exiſtimo dici poſſe, quod hęres fideiuſſoris, vendicando rem venditam, non venit contra promiſſionem defuncti. Nec enim fideiuſſor promiſerat quod res non vendicaretur, ſed tantùm quod in caſum euictionis ipſe obligatus eſſet ad id quod intereſt, quo nomine puto etiam hæredem teneri, licet rem conſequatur. [*vide pleniſſimè Pinel. in l. 1. p. 3. l. 3. C de bon. mat. & Hering. d. §. 10. n. 70. & ſeqq.*] Quod autem ſeptimo loco obijcitur, vim non habet, quia quod poſſeſſio defuncti ad hæredē deſcendit, intelligi commodè non poteſt, quippe quod corporalis defuncti poſſeſſio morte concidit. Poſſeſſionem autē hæreditas non habet, ideoq; & vacans appellatur, & ſic in hęredē non transfundit id quod hęreditatis non fuit. Adde quod quamuis aditio operetur effectū eiuſmodi in his quæ ſunt iuris, aliud tamen eſt in his, quæ ſunt facti, qualis eſt poſſeſſio. *l. in bello ff. de captiuis.* ſicut in ſimili, quia animus eſt facti, *l. pro hærede. ff de acq. hæred.* declaratio animi regulariter non tranſit in hæredes. *Bart. in l. inter. §. Stichum. ff. de verb. obligat.* Zaſius *in d. l. cum hæredes num. 12.* verò paulò clarius hoc explicans, hanc eius rei rationem eſſe ait,

ait,quod poſſeſſio animo & voluntate amittitur,& ſimulatque poſſidens deſijt velle poſſidere, iam poſſeſſio eſt extincta. Nunc quia morte ceſſat animus & voluntas: *l. quarta. ff. locat.* ſequitur quod morte poſſidentis iam extincta ſit ſua poſſeſſio, & ſic poſſeſſio noua hæredis, ad poſſeſſionem defuncti extinctam continuari non poteſt. Tu verò de his vide quæ ad ſecundam huius tituli regulam latius dixi, explicans, an hæres vſucapionem à defuncto inchoatam, in ſe continuet, quæque ea de re Tiraquellus in libro *le mort. ſaiſit le vif,* amplè ſcripta reliquit. Octauò quoque non obſtat quod mors omnia ſoluit: quia in his quæ perſonalia ſunt, hoc verum eſt. Quod enim hæc intercidunt cum ſuo ſubiecto, videre licet in vſufructu, qui morte extinguitur, [*vid. Gail d ob.2.num.18.& ob.184.n.5. verſ. facit.*] Sed nec nona dubitatio mouet. Quamuis enim Caſtrenſis *in d.§.ex his col.1.* alios ſecutus, ſuccinctè dicat, quod varietas in eadem perſona legatarij reprobetur, non autem in perſonis hæredum,qui plures ſunt: clarior tamen & lucidior *in d l.legatarius.num.* 3. Zaſij ſolutio eſt, dicentis quod iſtud accidit ex præſumpta voluntate defuncti. Nam ſicut teſtator præſumitur voluiſſe in vno legatario, ne legatum ſcindatur, & pro parte acceptetur, pro parte repudietur:*d. l. nam abſurdum.* ita è contrà ſi de hæredibus ipſius legatarij cogitaſſet, veriſimiliter admiſiſſet diuiſionem, ſcilicet quod inter plures perſonas communio difficilior ſit, diuiſio autem facilius locum habet,argumento ſumpto à pluribus legatarijs:quia ſi à principio duobus vel tribus res legatur,quiuis poteſt partem ſuam vel repudiare vel acceptare ex voluntate defuncti,quæ à iure talis eſſe præſumitur, & (vt ait Alciatus *dicto loco num.17.*) abſurdum foret quod cogeretur cohæres legatarij,adeoque creditor acceptare partem repudiatam à cohærede, quæ acceptatio reputatur odioſa, quia ab inuito fieret.*arg l.nemo.C.de decur.lib.10.* Decimò non obſtat quod de iure patronatus adducitur: quia ius illud non defertur iure hæreditario,*l. vt iuſiurandi.§. vltim.ff.de oper. libert.* & propter ampliorem libertatem id receptum eſt, ne libertus plures patronos habeat, *Fab. in §. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt.* & cum illud patronatus ius perſonale ſit, tam facilè ad hæredem non tranſmittitur,*Iaſon conſ.215. lib. 2.* vt hæc latius explicat Tiraquellus. *in lib. de iure primogenitorum. q 40.n.149.* Maioris quoque momenti nō eſt quod vndecimo loco controuertitur;quia in lege quæ pro contraria adducitur,auus qui filium exhæredauit, & nepotem præterijt, mortuus erat vtroque ſuperſtite, & cùm nepotem præcedebat filius tempore mortis aui, & caſus ſuperueniens non officiat teſtamento iam confirmato morte teſtatoris: non poteſt nepos rumpere teſtamentum aui poſt mortem filij. Sed ſi filius diem obijſſet viuo patre, & nepos reperiretur exhæredatus tempore mortis aui, æque rumperet teſtamentum, ac filius exhæredatus rupiſſet, ſi viueret.*l.poſt humorum ff.de iniuſt.rup. teſtamento. Tiraq.d.loco num.117.Bald.in l.ſi auus. C. de lib. præter.* Duodecima obiectio ſimiliter non nocet: † quia hæres poteſt venire contra factum 12.
defuncti,quod tendit ad fraudandum eundem hæredem beneficio legis vel ſtatuti. *Zaſ. conſil. 18.n.22.li.1.Iaſon conſi.7.lib.3.Cur. Senior.conſil.1.Tiraq.de retract.§.1.gl.9.n.57.*[*vid.ſupr.D. Peck.in c.quod ſemel,cir.fin.& 1.de teſt conſ.32. n.3.& 4.l.c.17.in fin.latiſſimè doctiſſimeq; Pinell. in l.1.p. 3. num. 81.& ſeqq.Co. de bon. matern. Caldas de Emphyt.p.3.c. 16.n.20. & ſeqq.*] Decima tertia quoque dubitatio non obſtat, quia (vt eleganter cum Caſtren.*conſi.195.*reſpondit Alciat.*conſi.212.*)contractus ante perfectionem ſunt meri facti,*l.conſilio.ff.de cur.fur.* Et ideo ſi moriatur donatarius ante acceptationem rei donatæ, ius acceptandi non tranſit in hæredem,etiam ſi donatio fuiſſet abſenti per notarium ſtipulata.*Tiraq.de conſti.in 3.limit.* Et quæ in bonis defuncti nō fuerunt,ad hæredes tranſire non poſſunt. Deinde quod donatio inter coniuges facta per hæredem donantis non reuocatur,mirum non eſt, quia morte donantis donatio eiuſmodi confirmatur,& ratio ob quā prohibita eſt donatio, videlicet ne donans pauperior fiat, morte ipſius ceſſat, cùm poſt mortem rebus temporalibus egeat nemo [*vide Gail.2.obſeruat.40. num. 5. & obſeruat.91. n.1. Treutl.p.2.diſp. 19.theſ.4.lit.d.*] Poſtremò quod de iuramento in litem dicitur, ſuam quoque rationem habet. Nemo enim de conſcientia alterius facilè iurare poteſt, cùm factum alienum ignoret. Pleriſque tamen caſibus hoc axioma reſtringitur, quod huius loci tractationem excedit, & alio pertinet. *Phanutius in lib.de in litem iurando.*[*& Plot.tr.eod.Gail.1.obſ. 123.n.8.*]

Et hæc quidem de hærede vniuerſali hactenus. Nunc de alijs ſucceſſoribus vniuerſalibus, 13.
qui verè hæredes non ſunt,ſed quaſi,pauca ſubijciamus,cuiuſmodi eſt bonorum poſſeſſor, qui quo ad effectum, per omnia loco hæredis habetur,eiuſque appellatione continetur,non ſolùm in priuilegijs,*Socy.conſ.1.num.11.lib.1.* ſed etiam in ſtatutis, quæ ſunt ſtricti iuris. *Bart. in l.1.§.bonorum.ff.ad Trebel.l.ſi filius ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* [*vide ampliſſimè Forſt. 2. de ſucceſ. 29. per tot.*] Quo etiam pertinet is cui omnia bona legata ſunt,licet non per modum hæreditatis: quia talis cenſetur fideicommiſſarius vniuerſalis,*l.nam quod ff. ad Trebell.*[*Forſt. 1. de ſucceſ. 43. per tot.*] teneturque ſoluere æs alienum, ſicut alius ſucceſſor vniuerſalis bonorum, qualis eſt fiſcus, qui tametſi non ſit hæres, quia tamen per confiſcationem ſuccedit in omnia bona defuncti, eodem iure vtitur, agendo, excipiendo, *l.2.Codic.ad l. Iul.de vi.* & obijciendo beneficium diuiſionis, ex perſona fideiuſſoris damnati,

nati, *l. inter eos.* §. *fin. ff. de fideiuſſo.* teneturque ſatisfacere creditoribus defuncti vſque ad vires bonorum. *l. vnica C. pœnis fiſcal. credit anteferri* [*Gail.* 2. *obſ.* 86. *n.* 6 *&* 2. *P. P.* 16. *n.* 16. *n.* 17. *Forſt. d. tr. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 12. *Peck. de rep. eccl. c.* 5. *n.* 6. *& ſeq.*] Huc etiam pertinet arrogator, qui dicitur vniuerſalis ſucceſſor, quia omnes actiones arrogati actiuè & paſſivè in eum tranſeunt. §. 1. *inſtit. de acquiſ. per arrogat l. adhuc. ff. de vſufruct.* Neque obſtat quod maritus à creditoribus conueniri non poteſt, qui eſt vniuerſalis ſucceſſor, & cui vxor omnia bona in dotem dedit. *l. mulier. bona ff de iure dot.* Nam (vt pulchrè reſpondit Caſtrenſis. *in l ſi marito ff. ſolut. matrim.*) quando omnia bona tranſeunt ad aliquem ex contractu, vt ſi quis vendat vel donet omnia ſua bona mihi citra fraudem, non eſt in poteſtate debitoris ſe liberare à creditore, ſed manet obligatus: ſucceſſor verò cum quo creditor non contraxit, non conuenitur. *l. pacto. Codic. de pactis l.* 2. *Codic. de hæred. vend.* Secus quando bona tranſeunt ex diſpoſitione legis: quia lex poteſt eum liberare; & obligationem transferre in alium, ſicut fit quando tranſeunt per confiſcationem, & ſic non poteſt conueniri ipſe, quem Lex exemit ab obligatione, ſed ipſe fiſcus.

Ad tertium quod attinet, ſucceſſor in imperio, regno, vel principatu, non poteſt reuocare contractus ſui prædeceſſoris, *cap.* 1. *de probat.* ſed debet relinquere ſubditos ſicut eos inuenit, ligaturque pactis cum prædeceſſore initis, *Roland. à Valle conſ.* 1. *&* 3. & debet ſtare infeudationi per eum factæ. *Dd. in l. cum proponebatur. ff de iudiciis.* Ratio eſt, quia ſi eſſet in voluntate eius omnia infringere, is qui eſſet princeps omnium, careret commercio omnium, *Bald. in cap.* 1. *qui feud. dare poſſunt.* nemo enim vellet cum eo contrahere, *Bald. in l. princeps. ff. de legib.* quod cum alijs decem rationibus tradidit Rebuffus. *ad concordata in rubr. de collat.* Nihilominus tamen oritur dubitatio ex eo, quod par in parem non habet imperium. *l.* 4. *ff. de arbit.* & quod prædeceſſor non poteſt imponere legem ſucceſſori, *ca. innotuit. de elect.* & quod morte Regis finitur honor Regis. *Bald. in l. ſi pater. Co. ſi pendente appell. &c.* Sed Rebuffus dicto loco reſpondet, hæc locum non habere in pactis & contractibus per principem anteceſſorem initis, *Dominic. conſil.* 74. præterquam ſi nimium coronæ vel imperio præiudicaret, *c. intellecto de iureiur.* neque iſtud eſt imperium exercere in parem, vel etiam frænum imponere ſucceſſori, cum hæc omnia ipſius legis auctoritate fiant [*vid. Peck. ſupr. ad decet. n.* 2. *cum ibi conc.*]

Et hæc quæ de ſucceſſore vniuerſali in principatu diximus, ſæpe etiam locum ſibi vendicant in ſucceſſore in prælatura, qui quaſi hæres eſt ſui prædeceſſoris, *Alex. conſ.* 160. *num.* 3. *lib.* 6. ideoque tenetur res ab anteceſſore bona fide geſtas, ratum habere. *c. quoniam de offi. deleg.* exequitur mandatum Apoſtolicum prædeceſſori ſuo ſub nomine dignitatis factum, etiam re integra, *Deciſ. Rotæ.* 439. *in nouis.* ſuccedit in ius litis & cauſæ, *Rota deciſ.* 380. penſionem aduocato eccleſiæ pro labore ſuo conſtitutam reuocare non poteſt, *Card. in clem.* 3. *quæſt.* 18. *de rebus eccleſ. non altera.* & tenetur ad ſumptus funeris atque infirmitatis eiuſdem ſui prædeceſſoris *Panorm. in c.* 1. *ſolut.* Cæterum ſucceſſor in ſimplici beneficio tam arctè non reſtringitur. Neque enim tenetur ſtare colono anteceſſoris ſui, niſi in pleriſque caſibus, *Alex. conſ.* 160. *lib.* 6. *Bal. in l. emptorem. C. locat.* neque ſoluit debita eiuſdem, niſi pro vtilitate beneficij contracta, *Panor. in c.* 1. *de ſequeſt. poſſeſ.* & nõ tenetur reſtituere fructus quos prædeceſſor percepit, *Reb. d. l rub. de mand. Apoſt.* §. *declarantes ad ver. noſſe, & ad verb. ſuc.* [*D. Peck. ſupr. ad c. cum quis. n.* 2. *cum ibi conco. & de rep. Eccl. c.* 19. *per tot.*] Tum etiam de iniuria prædeceſſori illata non agit, *Bal. in* §. *neceſſitate l. fin. de bon. quæ lib.* licet in aliis multis iure anteceſſoris vtatur, de quibus plurima apud Felyn. *in cap. quia de iudicijs.* videre licet, & latè alibi diſputat Rebuff. vtrum ſucceſſor collatoris, ab eodem Pontifice grauari poſſit, *in d. rub.* §. 1. *ad verb. vnum &c.* & an in nominationibus, *in tract. nominationum q.* 14. *n.* 82. ſucceſſori facienda ſit inſinuatio, nec ne. Quid autem interſit inter ſucceſſorem in prælatura, & ſucceſſorem in beneficio, latius explicat Ioannes de Anania, ad quem me remitto. *in c. quærelam nè prælat. vices ſuas &c.* [*ampliſſime omnium Gutier. qq.* 1. *Canon.* 33. *&* 36. *Theſaurus & ibi Addit. dec.* 143. *Couar.* 2 *var. reſ.* 15. *Surd. dec.* 33. *A. Fab. de er. pragm. dec.* 24. *&* 6. *D. Peck. de rep. eccl. c.* 19. *per tot.*]

Poſtremò, tametſi multa hic dicenda forent de ſucceſſore ſingulari, cuiuſmodi eſt emptor, donator, & ſimiles alij, qui ius excipiendi habent, retentione ex perſona anteceſſoris vtuntur, *l ſi tibi* §. *pactum ff. de pact. Baldus in l.* 3. *C. quod met. cauſa.* quæſtionemque dominij referunt: *Alex. conſi.* 76. *num.* 7. *lib.* 7. quia tamen effuſè de his hic agit Dynus, alioque loco latius de his diſputant interpretes, *in l an vitium. ff. de diuerſ. & tempor. præſcr.* finem facio. Certum eſt quod pacta realia vel in rem concepta, eos aſtringunt, *Bald. conſ.* 159. *lib.* 3. *Rebuff. d. lo. rub. de colla. verſic. item quando pacta.* ſed quæ perſonalia ſunt, eos non conſtringunt. Et ideò emptor de iure communi poteſt eijcere conductorem, & non tenetur ex locatione venditoris, qui venditor obligatus eſt conductori ad id quod intereſt ipſum eiectum eſſe. *l. emptorem C. locat. Anani. d. loco. latius.* [*vid. Forſter.* 1. *de ſucceſ.* 45. *num.* 28. *& ſeq. Moller.* 4. *ſemeſt.* 14. *pleniſſimè Caroc. tr. nouiſſimo. locati. p.* 4 *tit. de ſucceſſore per. tot.*] quæ tamen iuris diſpoſitio in hac ciuitate Louanienſi locum non haberet, in qua emptor conductionem, eiuſque pacta obſer-

obſeruare debet, & conductor in vſu rei emptori præfertur.

REGVLA XLVII.

Præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur.

1. *Ignorantiæ præſumptio facilior eſt in minore & muliere.*
2. *Cautela contra eum, quo abſente ſententia lata eſt.*
3. *Scire quis propriè dicitur.*
4. *Ampliationes ad hanc regulam.*
5. *Studentis diligentia & acumine tempus requiſitum penſatur.*
6. *Ratio dubitandi.*
7. *Ignorantia an probetur iuramento.*
8. *Ratio decidendi.*
9. *Vicini an & quando præſumantur ſcire facta vicini.*

QVoniam ſuperioribus capitibus frequens ignorantiæ mentio facta eſt, ſcilicet quæ excuſet, quæ nõ excuſet, quæ veriſimilis ſit, quę improbabilis: non abs re hic quoque dilucidè & immediatè deciditur, quod ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur. [*copioſiſſimè Menoch. 3. præſ. 23. Gail. 2. obſ. 48. num. 14. & ibi*
1. *Gren.*] † Quod quidem iuris axioma potiſſimũ in minore ætate, & lubrico ſexu fœminino locum habet. In minore enim facilius præſumitur ignorantia, *l. ſi quis patrem. verſicu. proinde. ff. ad Maced.* & propterea talis præſumitur facilè circumſcribi, *l. 1. ff. de mino.* & in muliere, quæ facillimè decipitur, & præſertim propter proprij ſui mariti ſeductiones, § *his conſequens in auth. de æqual. dotis.* quæ duo ampliſſimè tradidit Alciatus, quem vide. *regu. 1. præſump. cap. 42.* Sic & ruſticus quoque & alius quiuis rerum imperitus, præſumitur ignoranter coram iudice in competente litigaſſe. *Ang. in l. peremptorias. C. ſentent. reſci. non poſſe. Bald. in l. eos, C. de accuſ.* Nihilominus tamen hęc exẽpla iſtam regulam non reſtringunt, *l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vt arm.* ſed in omnibus aliis rebus humanis illius vſus clariſſimè conſpicitur. Et principiò quidem in iudicijs, tempus decem dierum appellationi præfixum, currit non à die prolatæ ſententiæ, ſed à die quo is qui ſuccubuit, ſciuit illam contra ſe latam eſſe. *l. 1. § fin. ff. quando appell. ſit.* [*vi Gail. 1. obſ. 139. n. 7. & ſeq. Borel. in ſum deciſ. tit. 66. n. 330.*] Præſumitur autem ignoraſſe niſi contrarium probetur, *eleganter Rebuf. ad conſti. regias. tom. 3. tract. de arbit. artic. 1. gl. 8. num. 8.* [*vide Purpur. in conſ. feud. var. conſ. 38. n. 12. Dec. conſ. 445.*
2. *col. 7. verſ. & ad conſ.*] † Et ideo (inquit Practicus Ferrar. *in forma libelli appel. gl. 1. in fi.*) quando condemnatus non fuit præſens tempore latæ ſententiæ, ſolent prudentes victores ei ſententiam debito modo, & in forma publica inſinuare, vt per hoc ipſi currat tempus appellandi. *Clem. cauſam de elect.* Sic & in contractibus ſcientia reuocationis mandati non præſumitur. *l. palam. ff. de inſt. act. Felyn. in c. cæterum de reſcr.* Sic & in quaſi contractu, pupillus probare debet tutorem ſciuiſſe, quod tutor datus fuit: quia ignorantia præſumitur. *l. hoc autem. ff. de admin. tut.* Sic & in teſtamentis præſumitur teſtator ignoraſſe rem alienam. *l. verius. ff. de prob.* Sic & in delictis, ſi quis latrones occultauit, aut in domum ſuam recepit, præſumitur ignoranter legaſſe quod latrones erant, niſi aliunde aliud colligatur. *l. 1. in verb. ſcienter. & ibi Sali. cir. fi. C. de his qui lat. occul.* [*Gail. 2. P. 10. num. 6. & ſeqq.*) Sic denique in reſcriptis, præſumitur princeps ſtatuta à iure diſſonantia ignoraſſe, adeoque ijſdem reſcripto ſuo præiudicaſſe non videtur. *c. 1. de conſtit. in 6. Ioann. Monach. in cap. 1. de filijs presbyt.* (*conf. Gail. 2. obſ. 57. num. 2. & ſeqq. & 1. obſ. 14. num. 7.*)

Niſi ſcientia probetur. Ecce vim eius præſumptionis, quæ eſt, quod transfert onus probandi ſcientiam in adverſarium. Sed ad hoc vt quis dicatur habere ſcientiam alicuius rei, requiritur, quod non tantùm eius rei, ſed & qualitatum, & circumſtantiarum ipſius notitiam habeat: *gloſ. in cap concertationi de appell. in 6. Roman. conſil. 343. Alex. conſ. 114. lib. 1,* quia vbi requiritur ſcientia, non ſufficit eam probare in genere, ſed debet eſſe perfecta & ſpecialis. *Late Tira de retr. §. 36. gl. 2. n. 30.* (*D. Peck. ſuper in c. certus, ſub n. 2.*) Conſtat tamen quod ignorantiæ præſumptio nihil operatur, niſi ignorantia in iudicio allegetur. *Iaſon in l. cum. quid. n. 22 ff. ſi cert. pet.* (*Gail. 2. obſ. 48. ſub. n. 14.*) Nam & in ſimili, notorium licet releuet ab onere probandi, non reuelat tamen ab onere allegandi, tam in reo quàm in actore, *Inno. in cap. ſuper hoc. De renunc. Barto. in l. 1. ff. de excep.* & vbicunque dicimus præſumi bonam fidem intelligitur ſi modò ea allegetur, & in iudicio proponatur. *Bald. & Ang. in l. ſuper longi. C de præſcrip. long. temp.* (*D. Peck. ſuper ad reg. 2. ſub. n. 2.*)

Amplia primò hanc regulam, vt ſubinde & aliquando locum habeat, etiam ſi quis præſens ſit vbi actus geritur. Nam ſi aduocatus coram iudice loquitur latinè, & clientulus eſt idiota imperitusque litterarum, dictum, factum, ſeu confeſſio aduocati in præſentia clientuli, ei non præiudicat: propterea quod quamuis præſens ſit, præſumitur tamen id ignorare quod non intelligit, *Hypolit. ad l. qui ignorant. num. 15. ff. de falſis.* & is qui non intelligit, non dicitur eſſe præſens. *lib. coram. ff. de verb. ſign.* Amplia ſecundò in pupillo & minore, etiam ſicis dictum & expoſitum ſit id quod factum eſt. Vnde Alciatus reſpondit *conſ. 108. num. 7.* quod in emphyteuſi, propter non factam ſolutionem canonis, excuſantur pupilli, etiam

Marginal numbers in right column: 3 (beside "Niſi ſcientia probetur"), 4 (beside "Amplia primò").

ſi eis dictum fuerit,quod tenentur:quia adhuc lex præſumit hoc eos ignorare: quippe quod quamuis non ignorent id ſibi dictum eſſe, veritatem tamen rei,debiti & periculi,non intelligunt. *l pupillus.ff.de acq hær.* Amplia tertiò,etiam ſi procuratori alicuius factū ipſum ſit denunciatum.[*conf.Peck.ſuper in c.mora n.6.*] *Ponamus*(inquit Vlpianus *l item veniunt.§. petitā ff.de pet.hær gl.in c.1. ad verb.allegans de poſtul. prælat.)denunciatum eſſe,non tamen ſcit.quia non ipſi ſed procuratori eius denunciatum fuit. Senatus ipſi denunciari exigit,& ideo ipſi non nocebit, niſi fortè is cui denunciatum eſt, eum certiorauerit,ſed non,ſi certiorare potuit,nec fecit.* Amplia quartò quòd ſtatutum non valet,ne liceat hanc ignorantiam ſeu eius prȩſumptionem allegare.*Bart. in.l D uus ff.de falſ.Panorm.in c.ad falſariorum. de falſ.*de qua tamen ampliatione dubitat Tiraquellus,*de retr.§.35. gl. 4. n.24.* propterea quod quicquid pacto fieri poteſt,admittitur etiam per ſtatutū,*Præſ.in loco à pacto ad ſtatutū.* pactum verò valet quo allegationi ignorantiæ renunciatur,*l.qui iure & ibi Baldus ff.de teſtam.*
5. *milit.* † Adde quod ignorantia præſumitur in eo,qui pauco tempore ſtuduit,*Caſt.in l.Pomponius 2.circa finem ff.de negat.geſtis.*niſi id quod tempore deeſt,in genio atque diligentia ſuppleatur.*Neuiſanus in Sylua. nupt.li. numer. 53. gl in captam.ex litteris ad verb.inſtructus de reſt. in integ.*

6. Ratio dubitandi eſt,primò ex eo,quod iſta Præſumptio ignorantiæ nihil videtur operari quia in pleriſque caſibus, vt in collatione beneficij,*ca.ſtatutum de præb.in 6.*& in retractu, tempus currit ignoranti. Quod ſi verum eſt, non poteſt prodeſſe ignorantiæ præſumptio, vbi vera ignorantia non prodeſt, ne plus ſit in prȩſumptione aut fictione,quàm eſt in verita-
7. te.† Secundò ex eo, quod lex ait ignorantiam probari iuramento eius qui eam allegat,tanquam quid dependens ab animo: *cap.nulli de ele. in 6.c.ſi vero 2.de ſen. excommunicationis.* igitur ſi probari debet iuramento: falſum eſt quod præſumitur: quia præſumptio releuat ab onere probandi, *l neque natales. C.de probat.* Tertio ex eo,quod præſumptionem ignorantiæ ab his allegatam, qui in vicino loco habitant, apertis teſtimonijs reijcit legiſlator,*cap. quanto de præſumpt.*cum tamen plurima in vicinia,atque inter priuatos parietes domi fiant, quę vicini probabiliter ignorare poſſunt. Quartò ex eo,quod Papinianus Iureconſultus non admiſit allegationem ignorantiæ eius, qui aſſerebat ſe ignoraſſe defunctum fuiſſe ſurdum, *l.ſi tutor.C.de peric tut.* Quintò ex eo,quod tutor probare debet ſe non ſciuiſſe quod tutor datus erat,& ignorantia creditoris in ipſo non præſumitur,*c.1.de poſtu.prælat.c. ſi. qui mat. ac. poſſunt.* Sextò ex eo,quod non auditur ille qui vel ſententiæ prolatæ, vel denuntiationis in territorio factæ ignorantiam allegat, quantumuis magno,in quo fuit. Septimò ex eo, quod probare quis debet ſe ignoranter indebitum ſoluiſſe,ideo quod ignorantia non præſumitur.*l.cùm de indebito ff. de probat.* Octauò ex eo,quod hi qui elegerunt inidoneum, probare debent ſe ignoraſſe quod inidoneus erat, *c.innotuit de elect.*Illud autem facere non tenerentur,ſi ignorantia præſumeretur. Nonò ex, eo,quo Pontifex epiſcopum ignorantiam litis coram ſe inſtitutæ allegantem,grauiter reprehendit. Alienam tamen litem facile ignorat ille,ad quem ea non pertinet,*cap tuam de ord. cognit.* Poſtremò ex eo,quod lex ait non eſſe ferendum eum,qui allegat ignorantiam teſtamenti,ſuper quo tranſegit,*l.non eſt ferendus ff. de tranſactionib.*in vna parte,niſi ea aliter probetur.

Ratio autem decidendi eſt,quod facta non 8.
præſumuntur, *l. in bello ff.de captiuis.* cum ſint infinita,& plerunque etiam callidiſſimos homines latent.*l.iuris.ff.de iur.& fact.ign.*Neque obſtat prima dubitatio:quia cum ſtatuitur aliquod tempus in merum fauorem alicuius, non etiam in odium negligentis,tunc id tempus indubitatè ſtatim currit ignoranti,*d.c.ſtatutum.* vt in retractu,tempus anni & diei datum,eſt appoſitū in fauorem ipſius conſanguinei,vt ſcilicet poſſit intra annum & diem rem venditam retrahere, quod nullo pacto de iure communi ei licebat,non in odium negligentię ipſius.Et ideo illi ignoranti currit,*Tiraq d.loco n.25.*aliaſque etiam ignorantia ad conſequendum lucrum non excuſat,ſed ad damnum vitandum tantum,*l.ſi quis in graui.§.vtrum & ibi Bart.ff.ad.S.C.Syl.ca.*(*vide Treuth.p.2.diſp.3.th. 13.lit.e.D.Peck.1.de teſt.con.18.n. 2. & 7.*) & ſic in dictis caſibus verum eſt,ignorantiam nō præſumi,aut ſi prȩſumatur,nihil omnino operari. Pari modo non mouet ſecunda dubitatio: quia ignorantia iuramenti probationē non requirit,niſi ſit prȩſumptio contra eum qui eam allegat,*Hypol. in d.l.qui ignorans pulchre Ludo Rom.conſ.480.incip.præſentis dilationis.*Quinimo poſſet eſſe tam vehemēs prȩſumptio ſcientiæ,quod nec iuramentū quidem ignorantiam prætendentis admitteretur,prȩcipuè ſi perſona eius de cuius iuramento quęritur,nō ſit multū honeſta,vt ea de re latiſſimè agit Iaſon *in §.ſed iſte,n.19.cū ſeq.inſtit.de act.*(*conf.D.Peck.ſuper. in c.ſemel n.1.2.*)Sed nec tertia dubitatio vim habet.Lex enim præſumit vicinos noſſe facta vicinorum inter quos conuerſantur, maximè ſi habent exitum in eandem plateam, *Bal.& alii in l.ſi tertius.ff.de aqua pluuia. arcenda.* Sed quatenus vicini accipiendi ſint vel non ſint, alterius loci res eſt,*in d. l. ſi tertius.* Et quamuis plærique putent vicinum eſſe qui vocem clamantis vicini tempore ſereno audire poſſit. *Baldus in l. ſi vicinis C. de nuptijs.* alij tamen hoc referunt ad iudicis arbitrium & conſuetudinem loci, *dictis locis & Corne. conſil. 29. lib.3.*Hæc tamen intellige de his, quæ communiter ſolent vicinis eſſe nota. *Dd. in d. cap. quanto*

quanto.[*vide D.Peck.in l.7.num.3.de inc.ru.nauf. Gail.1.obſ.142 num.6.7. & 2.obſ.48. num. 17. Menoch.7.præſ.* 24.] Eodem pertinet quarta obiectio: quia coniunctus ſanguine præſumitur ſcire valetudinem & negotia coniuncti, quæ veriſimiliter & ex communi vſu ſolent ad coniunctorum notitiam peruenire, *conſ.D.Peck. ſupr.in c.ignor.n.4.in fin & 1.de teſt.con. 34.n. 6.& c.38.n.4.Menoch.d.lo.*]non ea quæ vt plurimum etiam coniunctis celantur, *l. tres fratres ff.de pactis l.quoniã & ibi Bald.C.de iure delib. Videmus enim*(inquit Alc. *in l.poſt contractum. n. 28.ff.de donat.*)*ſceleratos homines crimen aliquod commiſſuros conſilia ſua coniunctiſſimis,qui boni & à ſcelere alieni ſunt,non communicare,ſed ea clam perpetrare l.fin.ff.de rit.nupt. Et licet coniunctus, capitalium inimicitiarum inter offendentem & offenſum exiſtentium, notitiam habeat, probabiliter tamen credere potuit,conſanguineum ſuum iniurias eiuſmodi via iuris,non ſicariorum more vindicaturum. Alciat. ibi.* Quinta quoque dubitatio non obſtat: quia(vt cum alijs voluit Salicetus)in reſponſo illo quod ex aduerſo vrgetur, *in d.l.ſi tutor.* magna erant argumenta,propter quæ ſcientia præſumebatur,fortiori autem præſumptioni debiliorem cedere notiſſimi iuris eſt. Sic & in ſexta dubitatione nihil eſt quod mireris. In his enim quę palam fiunt,iuſta ignorantię præſumptio nulla eſt,præterquam ſi quis doceat ſe eo tempore aut pupillum aut furioſum,aut abſentem,aut alio aliquo modo impeditum fuiſſe,ita vt intelligere non potuerit ea quæ publicè agebantur, *Panorm. in c. cum in tua.qui mat. accuſ.&c.*[*D.Peck. ſupr.in c.ignor. n. 3. cum ibi concord.*]Non obſtat etiã ſeptima obiectio:ideò quod nemo præſumitur ſuum iactare & id ſoluere velle quod non debet, ideòque ſi ſoluit indebitum(vt dicit.d.*l. cum de indebito.*) debet probare quod ignorauit indebitum eſſe. Octaua quoque dubitatio non nocet: quia(vt ait Alciatus, *in l.1.§.ſed & ſi mihi,numero 55.ff. de verbor. obligat.*) in his in quibus præcedere debet diligentia,non præſumitur ignorantia, ſed potius ſcientia & dolus illius,qui inquirere debuit & non fecit,vt eſt in canonicis,qui debent inueſtigare cuius fidei, vitæ, & innocentiæ erat quem eligebant,& certè præſumptio contra eos vehemens eſt, quod ſciuerint eum inidoneum eſſe,eò quòd quotidiè cum ipſo conuerſabantur,[*conſ.D.Peck.ſupr.in c. ſcienti n. 9. Cum ibi concord.*]Nona verò dubitatio hac ratione diſſoluitur,quod in factis regum & illuſtrium perſonarum,quæ communiter omnibus innoteſcere ſolent,ignorantiæ præſumptio non admittitur.Poſtremò non eſt mirum,quod non eſt ferendus is de quo vltimo loco dubitatum eſt. Nam cum viderit teſtamentum ſuper quo tranſegit,veriſimile eſt quod id totum vidit,& quod non minus vnam illius partem quàm aliã inſpexit. *Iaſ. & alij in d.l.non eſt ferendus.*

REGVLA XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel damno.

1. *Locupletari cum alterius iactura quis dicatur.*
2. *Locupletiorem alium factum eſſe quis probare teneatur.*
3. *Ampliationes huius regulæ.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Ratio decidendi.*
6. *Confiſcatio vbi locum habet.*
7. *Æquitas quando præferatur rigori.*

DIuino pariter & naturali iure conſtitutum eſt, neminem cum alterius iactura locupletiorem fieri debere. Ea enim ſumma iuris ratio eſt,hoc peculiare iuſtitiæ officium, vnicuique quod ſuum eſt tribuere.Quo notantur hi, qui fraude dolóve in proximi hæreditates fortunaſque irrumpunt.[*vid. Gail. de Arreſt c.1.num. 22. & c.11.in fin.*] E contra verò laudantur ſancti, quorum proprium eſt, non tantum non ex alienis fortunis lucrum quærere,ſed etiam *in medijs ignibus*(vt hom.4.in 1.c. Matth.ait Chryſoſt.)*pro alijs ſupplicare, vbique ſe pie pro alijs opponere, Deum per omnia & pro omnibus placare.* Et certè ipſa natura cõcupiſcentiam prohibet,ſciens actum eſſe de non facienda iniuria, vbi proceſſum fuerit ad concupiſcentiam. Ideoque paria eſſe dixerunt veteres. *Dolum committere,& cum alterius iactura locupletari.l.1 §.in pupillum ff.depoſit.Sali.in l.3.ff commod.*[*vid.Menoch.5.præſ.3.n.90.*] Quod ſi quis naturæ legem contemnere velit, aduerſus eum iure noſtro varijs modis prouidetur. Et ordinaria via eſt, teſte Alc. *ad l.ſi me & Titium ff.ſi cert.petatur.* & reliquis,vt ſi in aliquam ſpeciem contractus ea res incidat,actione ex eo contractu, & aduerſus excipientem replicatione doli,lex conſulat,& ſi de acceſſoria eidem actioni agatur, iudicis officio conſulitur. Sed ſi in ordinariam contractus ſpeciem non incidat, vt quia contractus ille à iure nomen non habeat: condictione regulariter agendum eſt. † Is au- 1.
tem locupletior dicitur,qui cum alterius iactura aliquid acquirit, *l. ſi quis mancipijs in fi. ff. de inſtit act.* qui ſeipſum à damno aliquo ſeruauit, qui ſe ſuaque per res alterius defendit, *l. in pupillo ff. de ſolut.* quique vel ſe ab obligatione alterius liberauit, vel è contra, alium ſibi obligauit,præterquam ſi ea obligatio non ſit ciuilis,ſed dumtaxat naturalis, remunerationem naturaliter exigens, ex qua quis non cenſetur fieri locupletior,niſi re vera remuneratio ſecuta ſit. *l.ſed etſi lege.§.conſuluit.& ibi Barto ff. de petit. hæred.* † Porro autem ſi quæratur quis 2.

 proba-

probare debeat aliquem factum eſſe locupletiorẽ: Reſpondeo, quod cùm quilibet probare debeat intentionem ſuã, verius eſt ei hoc onus incumbere, qui id allegat, *l. ei. ff. de probat. Curt. conſilio* 72. [*vide Dec. & Cagnol. in l. ex pœnal. ff. eod. Menoch.* 6. *præſ.* 27. *per tot. & rec. poſſ. rem.* 15. *n.* 568. *Carot deciſ.* 27. *Coſta. de fact. ſcient. cent.* 1. *d.* 8. *n.* 6.] Interdũ tamen latiore opus eſt, quando pupillus aut minor locupletior factus eſſe dicitur, quod fuſius explicant. Alc *ad. l. certi. condictio. n.* 11. *& ad l. ſi tibi ff. ſi cert. petat.* Zaſ. & Bald. *ad l. C. ſi aduerſus credit.* exiſtimantes, etiam plurimum hoc ex coniecturis & argumentis diſcerni poſſe, [*vi. Fach.* 2. *cont.* 45. *Treut. p* 1 *diſp.* 11 *th.* 9. *ſub lit. a Maſc. de prob. concl.* 1164. *Teſſaur. deciſ.* 29. *Pinel. in l.* 2. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 66. *Coſtal.*
3. *l.* 2. §. *conſu, de pe. hæred. Franch. deciſ.* 32.] † Amplia primò hanc regulam in pupillo & minore, qui ſi petant reſtitutionem in integrum aduerſus emptionem, retractum, aut contractum, cauſa quidem cognita reſtituuntur, ſed fructus ex re empta perceptos reſtituere tenentur, ne locupletiores exiſtant cum iactura aliena, *l. ſi pupilli ff. de ne geſt. l. ſi pupilli ff. de ſolut. d. l.* 3. qua de re latiſſimè ſcribit Tiraq. *de retractu fol.* 264. *n.* 52. [*vid. Treuth. p.* 1. *diſp.* 6. *th.* 5. *lit. b.*]

Amplia ſecundò, vt & in Eccleſia procedat, *Bart. ad l. qui res C. de ſacroſ. Eccleſ.* Nam ſi prælatus permutauit rem Eccleſiæ cum aliquo, & Eccleſia repetat rem ſuam, debet etiam rem alterius reſtituere. Et licet aliàs, ſi res Eccleſiæ à prælato vendita eſt, poſſit Eccleſia rem ſuam etiam non reſtituto precio repetere, tamen ſi probari poteſt quod precium in vtilitatem eccleſiæ conuerſum ſit, alio iure vtimur, *Dd. in c. ad audientiã de reb. eccleſ. non alienan. Alex. conſil.* 4. *lib.* 3. quia eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, quæ neque in ſe neque in alio iniuſtitiam pati debet, *c.* 1. *de alienatio de feud.* [*conſ. Peck. de rep. Eccleſ. c.* 25. *n.* 7.]

Amplia tertiò, vt locum habeat in republica, quæ eodem iure cum pupillis & Eccleſijs vtitur. *l. rempublicam C. de iure reipub. Præſes in loco à pupillo ad rempub.* Et ideo inquit Anchoranus, *conſ.* 298. *in territorio.* Si in flumine publico ſint molendina priuatorum hominum & etiam reipublicæ, faciatque ſtatutum reſpublica, per quod grauantur molendina priuatorum, & augentur reditus molendinorum reipublicæ, tale ſtatutum non valet: quia non debet ciuitas locupletari cum alterius iactura & detrimento.

Amplia quartò, vt procedat etiam in fiſco. *Baldus conſil.* 145. *lib.* 2. Vnde ſolet Traianus Imperator dicere, fiſcum non debere eſſe veluti lienem, vt ſicut excreſcente eo, artus reliqui contabeſcunt: ita ſi ex priuatorum detrimento locupletetur fiſcus, membra reipublicæ conſumuntur. Quin potius exiſtimare debet princeps cum Iuſtiniano, *l.* 1. §. *vlt. C. de cad. tollend.* ſubditorum commodum ſuum eſſe proprium, & ſe patrem ciuium eſſe, non hoſtem. Et ideo laudatur Conſtantinus, qui cùm de naufragijs loquitur, ita ait: *Quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur. l.* 1. *Codice de naufrag. libr.* 11. [*vide Dn. Peckium ſupr. in cap. odia circ. fin. cum ibi concord.*]

Amplia quintò, quod locum habet hæc regula, etiam ad vtilitatem malæ fide poſſeſſoris. Huic enim datur officium iudicis, ne alter cum eius iactura locupletetur, licet alioqui actionem vel exceptionem doli non haberet, *l. planè ff. de pet. hæred.* Sic & alias ſemper, quando aliquis ſine cauſa poſſidet rem meam, & ex ea fieret locupletior, poſſum eam petere officio iudicis, & iudicem adeundo dicere: Domine iudex, iube per officium tuum, Titium reddere rem meam, quam ſine cauſa detinet, *Zaſ. ad d. l. ſi me num.* 3. de cuius rei ratione & cauſa apud Bartolum plura videre licet, *in d. l. planè.* Quemodo & Iaſon *in d. l ſi me in* 1. *notab.* Licet (inquit) bonæ fidei poſſeſſor fructus induſtriales bona fide perceptos, ex opera & induſtria ſua, reſtituere non teneatur. *l. ex diuerſo ff. de rei vend.* hoc tamen verũ eſt, niſi ex eo maneret locupletior, impenſis & operibus deductis, quia tunc ex æquitate huius regulæ reſtituere tenetur, quod & Imola & alij probant, *ad l. Neſennius* §. 1. *ff. de reiudic.* [*Treuth. p diſp.* 15. *theſ.* 11. *lit. g. vid. Garc. de expenſ. cap.* 23. *n.* 37. *VVeſ. conſ.* 99. *n.* 7. *pulchrè latiſſiméq́; omnium. Piſtor.* 4. *quæſt. in.* 25. *per tot.*]

Amplia ſextò quod procedit, etiamſi æquitas huius regulæ in iudicio à parte non allegetur aut opponatur. Quia licet regulare ſit, quod iudex non aliter interponat officium ſuum, quàm ſi id petitum & imploratum fuerit, *l.* 4. §. *hoc iudicium ff. de damno. inf.* excipitur tamen quando aliàs quis locupletaretur cum aliena iactura, *d. Anth. in c. dilectus de conſu. Imol. in cap. peruenit. de em. & vendi.* quod pluribus argumentis atque exemplis demonſtrat Romanus, *in d.* §. *hoc autem iudicium.* Quinimo (quod eſt amplius) exiſtimat Barbarius, *conſ.* 36. *in fin. lib.* 1. *& Melius conſil.* 76. *col.* 2. *lib.* 4. id adeo verum eſſe, quod propterea poſſit iudex ex officio ſuo parte non petente teſtes recipere poſt concluſionem cauſæ, quod & Tiraquellus, *d. loco n.* 53, quoque, reclamante tamen Romano, *d. loco n.* 8. confirmat.

Amplia ſeptimò, etiam ſi ſtatutum aut lex deneget actionem vel exceptionem, vel ſi ſtatutum prohibeat ne quis ſine certa ſolemnitate ſe obliget. *Tiraq. d. loco. Bart. in d. l. plane.* cuiuſmodi eſt ſtatutum, ne vxor ſe obliget ſine conſenſu mariti: quia huiuſmodi ſtatuta ſunt intelligenda, quando animus & propoſitum mulieris principaliter, aut ſaltem per conſequentiam, ad obligationem tendit. Vbi verò mulier ſic principaliter vel per conſequentiam ſe non intendit obligare, ſed ſola naturali ratione obligatur, tunc ne cum alterius iactura locupletetur: ceſſant hoc caſu ſtatuta; quia ea eſt iuris regula, vt qui obligari non poteſt, tenetur

tur tamen quatenus locupletior factus ſit, *d.l ſi pupilli.* eamque ampliationem pulchrè explicat Tiraquellus, quem omnino vide. *in lib. de legib. connubial.* §. *vlt. gl. in verb. contractæ qu.* 8. *verſ. ad abſurdum.*

Amplia octauò, quod licet regulariter nemo cogatur reſpondere poſitioni criminoſæ, veluti ſi interrogetur ab aduerſario, an ſit infamis vel excommunicatus. *l. qui iuraſſe* §. *ſi pater. & ibi Iaſon num.* 9. *ff. de iureiurand.* ſed onus probandi hoc incumbit ei qui dicit, tamen hoc locum non habet, quando interrogatur ſuper eo, ad quod ſi nō reſponderet, locupletaretur cum aliena iactura, quod pluribus verbis explicant Bartolus. *in l. Marcellus ff. rer. amot.* & Felynus, *in c. cum dilectus de accuſ. l qui petiorio ff. de rei vend.*

Amplia nonò, quod non refert, an quis ex re mea, an verò ex re mihi debita locupletetur, *gl. in d. l. ſi me.* Res enim mihi debita, non quidem propriè, ſed fictione legis, *l. ſi tibi. & tibi Decius n.* 4. *ff. ſi cert. pet.* mea dicitur, quia æquè locupletari dicitur, qui rem aut precium habet, *Alciatus ad l. Labeo, & Sabin. nu.* 4. *ff. de verb. ſign.*

Amplia poſtremò, quod multorum habet ſententia: huic regulæ renunciari non poteſt, quippe quod in iure naturali, quod renunciationem non admittit, conſiſtit. *l. ius agnationis ff. de pactis.* Sed cum Decio, *in d. l. ſi me.* contrarium ſentiunt plerique. Nam & dominijs, quæ vt plurimum à iure naturali proueniunt, renunciare licet, ita vt renunciatiatio valeat pro tempore prҿterito, non pro futuro: quia quemadmodum dolus de præterito remmitti poteſt, non de futuro, *l. ſi vnus* §. *illud ff. de pact.* [*Gail.* 2. *obſ.* 145. *num.* 3.] ne quis inuitetur ad delinquendum ſpe impunitatis: ita quoque cùm ex variis cauſis etiam doloſis huius regulæ æquitas competere poſſit, illi futuræ nemo præſumitur renunciaſſe, & renunciatio non valeret, *Loriotus ad d. l. ſi me n.* 5. licet Alciatus ſine ratione repugnare videatur *ibi in* 3. *limit.* quia paria ſunt dolum committere expreſſum, vel cum aliena iactura fieri locupletiorem. *pulchrè Calcan. conſ.* 75. *n.* 44. *Zaſius conſ.* 5. *n.* 22. *lib.* 1.

4. Ratio dubitandi eſt, quod hodie nihil vſitatius eſt quàm proſcriptio & confiſcatio bonorum, ſicut & multis iuris locis permittitur, *l.* 1. *ff. de bon damn. l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.* quæ tamen ſine detrimento prolium, eiuſque qui deliquit, fieri non poteſt. Secundò ex eo, quod per vſucapionem & præſcriptionem, quam Iuſtinianus appellat iniquum prҿſidium, poſſeſſor locupletatur cum iactura aliena, *in auth. vt Eccleſia Romana &c.* §. *habeat itaque.* Tertiò ex eo, quod creditor qui pecuniam mutuo non dedit, mutuum repetit ex chirographo, quo debitor confeſſus eſt ſe mutuum recepiſſe, licet non acceperit, ſi modò ipſe debitor intra biennium datum chirographum non repetat, vel ſi exceptionem non numeratæ pecuniæ non opponat, *l. in contractibus C. de non numerata pecunia.* Quartò ex eo, quod neque condictio neque negotiorum geſtorum actio competit ei, *l. fin. C. de nego. geſt.* qui me prohibente in rem meam aliquid vtiliter, ex qua ditior factus ſum, impendit. Quintò ex eo, quod ſi per ſententiam iuſſus ſum Titium admittere, vt mecum diuidat hæreditatem tanquam hæres, licet poſtea conſtet eum non fuiſſe cohæredem, partem tamen quam accepit, cum iactura mea, non tenetur reddere, *l. cum putarem ff. famil. erciſc.* Sextò ex eo, quod ſi ſeruus mihi legatus, à Titio vendatur alicui tertio, quamdiu ſeruus ille apud hunc tertium viuit, non poſſum eum condicere, licet certum & clarum ſit, quod hic tertius fiat locupletior cum mea iactura, *l. ſi eum ſeruum ff. ſi cert. petat.* Septimò ex eo, quod lex non ſolum permittit, vt quis petat reſarciri ſibi damnum illatum, ſed etiam habet rationem lucri ceſſantis cum damno alieno, *l. hæredet* §. *ſi in certo ff. famil. erciſ.* Poſtremò ex eo, quod priuilegia omnia aliquid detrahunt alterius vtilitati, cum tamen illis vix quicquam hodie ſit frequentius.

Ratio decidendi eſt, quod ſicut in vnum 5. corpus baptizati ſumus, vnum nobis ſolem exhibet Dominus, vno nos tecto, cœlo videlicet, operuit, vnam cunctis menſam communicauit, vnum generationis modum largitus eſt ſpiritualem, vna nobis & communis in terra patria, idem poculum omnibus propinatur: ita quoque ſuo quiſque contentus eſſe, non alienis rebus inhiare debet. Non alterum alteri affici oportet, ac ſi penitus Barbari eſſemus & alieni: ſed mutuam charitatem, conſuetudinem, amicitiam & iuſtitiam, tanquam vnum corpus ſeruare. [*vid. l.* 3. *& ibi Ant. Fabr. de iuſtit.* [*& iure.*] Ideoque lex Chriſti eſt, *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Nemo autem vellet alterius emolumentum ſibi damno & diſpendio eſſe, naturaque ſuadet vt non tam priuatæ vtilitatis, quàm eius quod publicè honeſtum eſt, *in præfat. l. vnica. C. de eo quod intereſt,* rationem habeamus. Quod ſi perpenderent hi qui tumorem animi, ſpinarum ſarcinam, illicitas illas & impias diuitias, ſcilicet ſectantes, adeo fortunis proximi inſidiantur, adeo viduis & pupillis moleſti ſunt, adeo vicinum pecus probant, & appetunt: meliore gauderemus pace, magis exorabilem haberemus Dominum, minus verò turbarum & ſeditionem. Quaſi enim arcem quamdam, ita eorum mentem amor auri poſſidet, & per dies ſingulos præcepta eis plena iniquitatis imponit, nec eſt omnino eorum aliquis, qui non obediat imperanti. Quanto beatiores ſunt, qui eiuſmodi cupiditate abiecta, ad alium portum plenis velis nauigant, qui & felicior eſt, & ſupremam facilè præbet beatitudinem? Felix certè eſt, qui cogitat, quod ſi ſua non dare, impedimento ad regnum eſt, magnum ſibi ignem contrahit, qui aliena occupat, & ex his diuitias quærit. Felix profectò

Zachæus, qui non amplius cum aliena iactura locupletari, ſed quadruplum eius quod male partum fuerat, reddere maluit. Non obſtat autem prima dubitatio. Quamuis enim iure veteri eius bona publicarentur, cui aut vita aut ciuitas adimebatur: *d.l.* 1. recentiore tamen iure aliud conſtitutum fuit, [*vid. Treuth. p.* 2. *diſp.* 31. *th.* 7. *A. Fab. de err. pra. dec.* 73. *er.* 7.]
6. † exceptis iudicijs redditis in hæreticos, perduelliones, reos maieſtatis, & falſæ monetæ cuſores. Alioqui enim D. Adrianus reſpondit, *d.l.* 1. modeſtiam ſuorum temporum non permittere, quòd bona parentum liberis qui non peccauerant adimerentur, [*conf. Gail.* 2. *P.P.* 13. *&* 14. *per tot.*] & lex ciuilis adeo execrata eſt confiſcationes, vt vetuerit nondum iudicatas peti aut concedi etiam in caſibus à iure permiſſis, *l.* 1. *C. de petit. bon. ſublata.* punitque eum qui porrecta ſupplicatione has ambit, etiamſi non obtinuerit. Hodie tamen fiſcus occupat bona. Nam cum Iure vniuerſali hæreditatem nanciſci non poſſit, inuentum eſt, vt iudicio mortis, quaſi mulctæ nomine hæc habeat, ſub onere tamen æris alieni. *l.* 1. *C. pœnis fiſcalib. cred. anteferri.* [*conf. D. Peck. ſupr. in cap. proximo ſub. nu.* 13. Et quamuis ea ſit confiſcationis ratio vt videtur, vt eius metu amoreque liberorum parentes facilius abſtineant à delictis, nihil alioqui prolibus relicturi: ſæpe tamen fit, vt dicto loco indicat Imp. Adrianus, vt non tam Reipublicæ aut Principi, quam priuato aliquorum commodo conſuletur, qui ad exemplum impij illius Iudæ Iſchariotis, aut ex adminiſtratione & receptione furtum cogitant, aut ex magnitudine rerum confiſcatarum bonum ambiunt. Non mouet quoque ſecunda dubitatio, nam tametſi plerique exiſtiment non poſſe æquitatem huius allegare eum, qui eſt in culpa, & rem ſuam vſucapi paſſus eſt, ea tamen ratio id non euincit, neque ſatis in propoſito concludit. In culpa enim eſſe non poteſt is, qui ignorat, *l. non videtur improbus. ff. h. ti.* & tamen vſucapionem patitur. Ideoque alij ad hoc reſpondendum eſſe putant, quod licet vſucapio & præſcriptio videantur eſſe contra æquitatem naturalem, quę neminem cum aliena iactura locupletari ſinit: tamen talis rigor ex cauſa & bono pacis publicæ fuit inductus, *glo. & Dominicus in c. ius naturale.* 1. *diſt.* ſubſiſtenteque aliqua ratione, lex poteſt inducere rigorem contra æquitatem naturalem, *Felyn. in rubr. de præſcript.* Et ideo Iaſon *in d.l. naturaliter num.* 4. [*vid. D. Peck. ſupr. in reg.* 2. *circ. fin. cum ibi concord.*] † rigorem ſcriptum in
7. ſpecie, ſicut eſt in caſu vſucapionis, æquitati ſcriptæ in genere præferri reſpondet, vt hic, quia rigor ſcriptus in ſpecie, maiorem æquitatem habet in ſua ſpecie, quàm æquitas in genere. *l. placuit. C. de iudicijs.* Tertia verò obiectio ita diſſolui poteſt. Ius non induxit vt ſcriptura ſyngraphæ ſatis momenti habeat ad fidem aſtringendam, cum cauſa propter quam facta eſt, ſecuta non ſit: ſed hoc ſolum voluit, ne poſt biennium liceat eam oppugnare, quod creditorum bono introductum eſt aduerſus debitorum fraudes, qui de non numerata pecunia nunquam non exciperent, & in re obſcura atque incerta nihil aliud conſtitui potuit, quàm vt ſcripturæ crederetur, non quod veritas mutetur, ſitque obligatus qui nihil debet, ſed quod in tanta rerum humanarum incertitudine, conſtituendum fuit aliquod extremum, in quo poſſemus conquieſcere, *Conna. l. b.* 1. *c.* 7. *num.* 10. *lib.* 5. *c.* 1. *in fin.* & lex præſumit pecuniam numeratam fuiſſe: quia veriſimile eſt, quod ſi non fuiſſet numerata, aut ſyngrapham repetiuiſſet debitor à tanto tempore, aut eam non fuiſſe numeratam dixiſſet. [*vide tamen ad hoc omnino Treut. p.* 1. *diſp.* 20 *th.* 2. *ſub lit. c. H.* 1 *iſt.* 4. *quæſt. iur.* 12. *per tot.*] Quarta quoque dubitatio non obſtat. Nam (vt ait Caſtrenſis *in d.l. fin.*) dubitationis ratio ex l. finali deſumpta, hic ceſſat, cùm lex illa locum non habeat, quando is qui prohibuit, locupletaretur cum iactura geſtoris: quia contra exceptionem quam geſtori obiiciet ex d.l. finali, geſtor ex hac regula replicationem habet. Neque etiam mouet, quod actionem ad recuperandam pecuniam non habet is, qui me inuito, creditori meo ſoluit, & me ditiorem facit. *l. ſi pro te. ff manda.* Quamuis enim nō habeat actionem mandati, vel negotiorum geſtorum actionem, tamen in factum ex æquitate huius regulæ habet *Caſtr. d loco.* Quintæ verò dubitationi reſponderi poteſt, quod hæc regula non procedit in eo, qui per iudicis ſententiam locupletatus eſt: quia res iudicata pro veritate habetur. *l.* 1. *ff. de re iud.* atque ius facit, & (vt ille ait) nigrum in candida vertit. *l. ingenuum. ff. de ſtat. hom.* [*conf. Gail. de pign. obſ. vlt. ſub num.* 2.] Attamen ſi ex falſis allegationibus ſententia lata dicatur, in integrum reſtitutione reſcindi poteſt, vt ad æquitatem huius regulæ per eam viam reuertamur, *l.* 2. *C. ſi ex falſ. inſtrum. &c.* Sed nec ſexta dubitatio mouet. Non procedit enim hæc regula, ſi aliter mihi ſuccurſum eſſe poſſit, vt ſi alium cum quo contraxi, conuenire poſſim, *l. cum in plures.* §. *meſſem. ff. locat.* neque nunc conuenire ipſum poſſe deſierim. *l. final.* §. 1. *ff. de cond. indeb.* Eſt enim remedium huius regulæ extraordinarium & ſubſidiarium, ideoque vbi competit alia actio ordinaria, ceſſat. *D. ad d.l. ſi eum ſeruum.*

Septima quoque obiectio mouere non debet: quia apud mercatores qui lucrari ſolent, lucrum ceſſans damnum eſt, quod multis modis, ampliationibus, & reſtrictionibus oſtendit Rebuffus, quem vide. *d loco. gl. vlti. num.* 4. [*Gail.* 2. *obſer.* 6. *per tot. & ibi Greu. & de pign. ob.* 17. *n.* 6. *latiſſimè H. Piſtor.* 3. *qu. iur.* 2.] Poſtremò etiam non obſtat, quod de priuilegijs adfertur. Princeps enim ex cauſa ius alterius poteſt imminuere. At ſi grauiter lædat, videtur circumſcriptus. *cap. ſuggeſtū, de decimis. Dd. in ca. cū omnes*

nes de conſtit.& in l.item ſi verberatũ.ff.de rei ven. (*D. Peck.ſuper.in c.quod quis* , *n.*11.*cum ibi concord.*)

REGVLA XLIX.

In pœnis benignior interpretatio facienda eſt.

1. *Baculo qui hominem occidit, cum potuiſſet gladio percutere, an teneatur de homicidio.*
2. *Venari præſumitur clericus cauſa exercitij tantum.*
3. *Famulus ab irato domino expulſus an cogatur redire*
4. *Condemnatus præſumitur quis ex cauſa non famoſa.*
5. *Ampliationes huius regulæ.*
6. *Morti proximo an credatur, ſi dicit ſe læſum à Titio.*
7. *Ratio dubitandi.*
8. *Ratio decidendi.*
9. *Contrahens matrimonium de facto.an amittat beneficium.*

NEmo Eſt cui adeò innocentia ſua placet, vt non ſtare in conſpectu clementiam paratam humanis erroribus gaudeat. Ideoque ſemper modeſtius clementiuſque, quàm ſeuerius aut crudelius iudicare expedit. Vnde & Seneca: *Quidquid* (inquid) *æquo plus futurum eſt, in partem humaniorem præponderet*, non multò aliter, quàm olim ſuum regem admouit Iſocrates, vt mitis eſſet, pœnaſque irrogaret commiſſis minores, & (vt lib. 2. Ethicorum concludit Ariſtoteles) ad quæ maior eſt acceſſio, ea magis contraria eſſe dicimus. Ad ſæuitiam, quàm clementiam ſeu lenitatem maior eſt & periculoſior acceſſio, ideò plus quoque peccant ſeueri quàm clementes. Is enim moroſum atque prorſus difficilem populum efficere ſolet, vt in politicis ſcribit Plutarchus, qui Reipublicæ gubernacula tenens, nimiũ in omni re ſe & vehementer ſeuerum, aſperum atque inexorabilem exhibet, nemini vnquam cedens, nihil vlli condonans. Aſſuefacit nimirum is & inducit populum vt pertinaciter atque contumeliosè renitatur atque repugnet. Et ideò ſicut odia reſtringi, fauores ampliari debent. fauorabilioreſque ſint rei quàm actores: [*vide ſuper D.Peck.in c.odia, per tot.*] ita quoque & in pœnis benignior interpretatio facienda eſt ad conſequendam liberationem, *l.Arrianus. ff. de act.* quia(vt ait Decius *conſ.*175.) Curia habet maiorem honorẽ ex abſolutione quàm ex condẽnatione, quod & olim Pittacus philoſophus quando occiſoribus filij ſui pepercit, & re ipſa demonſtrauit, & verbis palam teſtatum fecit. Et hæc quidem ad res criminales potiſſimum pertinent, in quibus omnibus modis cauendum eſt, ne quid temerè ſtatuatur in hominem, de cuius fama, ſanguine ac vita agitur: quia hæc eiuſmodi ſunt, vt ſemel amiſſa, reparari non poſſũt. [*Gail.*1.*P.P.*15.*n.*6 *& c.*18.*n.*11.*&* 12.) † Propterea ſi quis paruo cultello vel baculo aliquem percuſſerit, cùm potuiſſet gladio, aut 1 ſeuerioribus armis quæ ad manum habebat, percutere, & occiderit, non tenetur pœna homicidij: quia lex in æquiorem partem interpretatur, quod occidendi animum non habuit qui baculo percuſſit, *Aret. conſil.*8. *Baldus in l.cum mandat.C.mand.Iaſ. in.l.* 1.*num.* 35. *C.de ſeruis fugit.* [*D.Peck.ſuper.in ca.in obſcur.n.*5.] Rurſũ ſi ſententia contra aliquem lata eſt quòd manus ei amputari debeat, nec dicitur quæ manus: intelligitur manus arida ſi quam habet, vel aliàs ſiniſtra, quæ minus neceſſaria eſt. *Cynus & alij in auth. ſed nouo iure. Cod. de ſeruis fugit.* [*Peck.d. loc.*] præſumiturq; in dubio pœna temporalis, non perpetua. *Decius in cap.ex litteris col.* 5. *de conſtitut.* † Et ſi clericus probetur venator, lex interpretatur quod exercitij tantùm cauſa id 2 fecit. *Inno.in ca.dudum de elect.* (*conf. Gail.*1.*ob.* 68 *n.ſub.n* 9.) Hinc etiam eſt, quod quæ calore iracundiæ fiunt, vix rata habentur. *l. quæ calore. ff.eod.* (*v.Gail.*2.*ob.*106.*num.* 9. *& ſeqq.*) † Et ideò ſi dominus iratus expellat famulum, qui 3 debebat ſeruire per annum: ex hac dimiſſione non intelligitur famulus eſſe liberatus, ſed redire compellitur. *Ioan.Neuiſ.in ſylua nup.lib.*6. *c.quomodo iudicandum ſit.n.*49. Nihilominus tamen & in contractibus quoque ſubinde idem eſt, in quibus pœna appoſita pro parte vnius, non cenſetur pro parte alterius eſſe adiecta, *Bald in c.* 1. *qual.dominus proprietat.feud.priu.* & contractus in dubio non cenſetur vſurarius, *Iaſ.d.loco.n.*26.(*Treutl.p.* 2.*diſp.*5.*th.*5.*ſub lit.b. Menoch.* 5.*præſ.*122.*n.*2.) atque ad euitandam pœnam, in dubio dicetur eſſe conditionalis, nõ purus. *Decius conſ.*2.*col.*4. Idem eſt & in teſtamentis, in quibus vno loco aſſcripta pœna, non cenſetur in alijs repetita, *l.in teſtamento. ff. de condit.& dem.* & ſubſtitutio quæ de vno caſu ad alium extenditur, non habet locum ſi pœna apponatur. *l. pater Seuerinam eod. tit.* Rurſum in iudicijs interpretamur, in dubio appellationem non eſſe deſertam, *Dd.in c.ſuper. de appellat. Felyn.in cap.fortes de teſtib.* & in dubio præſumitur quis potius cõdemnatus ex cõtumacia, quã ex delicto. *Decius in ca.ex litteris de conſt.*

Facienda, ſed ad quid vel in quem finem? V- 4 tique quod in dubio fit interpretatio, vt pœna locum non habeat, ideoque in dubio cenſetur quis condemnatus ex cauſa quæ nõ infamat. *l. hæ enim. ff. de ſuſ. tut.* Deinde verò vbi pœnæ plur.modis intelligi poteſt, intelligitur de minore & mitiore. *l.ſi & ibi.Bal.C.quæ res vend.nõ poſſunt.* Vnde ſi quis fuerit condemnatus pœna furcarum, & pœna capitis diuerſis ſententijs & nõ poteſt conſtare pro quo delicto prius fuerat condemnatus: caput illi amputari debet: *Baldus in l. omnes. Co. de delat. lib.* 10. *Socy. conſ.* 157. *lib.* 2.*Ioann.de Ayania in c.fin. de colluſione dete-*

detegenda. quia eſt mitior pœna quàm furcarum, quæ eſt ignominioſiſſima.(*vid Peck. ſuper ad c.in obſcur.n.*5.] Et ſi quis pluris calore iracundiæ verba blaſphemiæ protulerit, lex benignè interpretatur quoad pœnam imponendam,vnam blaſphemiam eſſe,*Cepol.conſ.* 77.faciliuſque præſumitur quod vxor ſubtraxerit marito furto res quas habet, quàm quod eas per adulterium acquiſiuit, quippè quod hoc grauius eſt,*Aret.conſil* 31 *lib.Quintius ff de auro & argento leg.Alciatus reg.*3.*præſ mp.c.*6 pluraque de vtilitate huius regulæ generalis apud Aymonē videre licet,*in l de antiqu. temp. parte* 4.*c.inc p.videamus modo n* 2.*&* 3 (*Menoch.*5. *præſ.*2.*n.*24.*& ſeqq.*)ad quem me remitto.

5. Amplia primò hanc regulam, vt potiſſimum locum habeat, quando aliquid fit de facto: quia ad illud non extenditur conſtitutio pœnalis. Vnde decretum excommunicans inquiſitores confiſcantes bona eccleſiarum etiam fiſco eccleſiæ, non habet locum in inquiſitore, qui nulliter & de facto diſtribuit aliquos libros quorundam, quos de hæreſi damnauit. *Cald. conſ.* 1. *ti.de hæret.Dd.ad clem.nolentes de hæret.*

Amplia ſecundò vt locum habeat etiam contra perſonam priuilegiatam: quia in dubio ſiue ſit dubietas iuris ſiue facti,vt pœna euitetur,& vt minor imponatur, ſemper fit interpretatio etiam contra fiſcum, qui tamen rerum publicarum quocunque tempore gerendarum neruus eſt.*Dd.ad l.non puto.per illum textum.ff. de iure fiſci.Bal.Nouell in tract.de doti.Neuiſ.d.loco.* (*conſ.D,Pek. ſuper in c. odia, cir.fin.cum ibi conc.& ſuper c prox.n.*3.*amp.*4.)

Amplia tertiò, quod hæc interpretatio benignior facienda eſt,etiam ſi qualis,qualis præſumptio ſit in contrarium.Conſtat enim quod lex præſumit eum non noſſe ſalutis ſuæ immemorem qui morti proximus eſt,*l.fin.C.ad l.Iul. rep. latè Alc.lib.* 2.*præſump.c.*44.(*D.Peck.ſuper in c.is qui n.*11.*verſ.nemo. pulchrè Herig.de fideiuſſ.c.*20.*n.*74.*& ſeqq.*)& tamen ſi is, qui vulneratus & occiſus eſt, palam profeſſus ſit ſe à Titio lethale vulnus accepiſſe,*Alex.conſ.*14. *lib.* 3.*Bal in l.* 1. *C.communia de deleg.* niſi aliunde conſtet, non credetur ei, & præſumptio quod ſit bonus,non accipitur in illius Titij tertij detrimentum,*Alciat.d.reg.*3.*c.*1.quippè quod (vt ait Bartholus *in d. l.fin.*)non omnes moriuntur

6. ſicut Ioannes Baptiſta. (*Menoc.*5.*præſ.*5.) † Et quamuis vulnerati profeſſio conferat ad abſoluendum reum accuſatum, ſi dicat ipſum vulnus non dediſſe, minimè tamen ſufficit ad eum condemnandum. *l. ſi quis in graui. & ibi Dd.ff. ad S.C. Syllania.*

Amplia quartò, quod lex permittit ſubinde interpretationem ipſi qui actum fecit, vt hæc regula locum habeat: veluti ſi conſilium poteſt ſe habere ad bonum, & ad malum,ille qui dedit tale conſilium, poteſt illud interpretari: quia eo non interpretante, lex ipſa interpretatur actum in mitiorem partem. *Alex. conſilio* 220.*lib.*2.*A'c dicta reg.*3.*c.*1.[*Menoch.*5.*præſ.*2. *n.* 11.]Et ſi minatus ſum alicui quod faciam, vindictam, & ille reperitur occiſus paulò poſt talia verba nihil contra me faciunt ad præſumptionem homicidij à me perpetrati, quia intelligi potuerunt dupliciter, ſcilicet faciam vindictam occidendo te,adeoque de facto: & faciam vindictam per viam iuris, & iſto ſecundo modo intelligitur dictum eſſe,*Iaſ.in d lib.*1. *num.* 27. ex ſola affirmatione eius qui verba eiuſmodi protulit.*Iaſ.ibi.n.* 29.[*pulchrè Hering. d.ti c.* 5 *n.* 187 *& ſeq.*]

Amplia quintò,quòd adeo omnia accipiuntur in benigniorem partem, vt præſumptio violenta quæ habet vim plenæ probationis in ciuilibus, non ſufficiat ad condemnandum in criminalibus. In his enim ex præſumptione ſola mors non infligitur, ſed mitior aliqua pœna ex mitiore & benigniore interpretatione infertur. [*vide Gail.* 1. *P.P.*15.*nu.*5.*& ſeq.& c.* 17.*n.* 6.*& ſeq.Menoch.*2. *arb.iud.*279.*&* 499. *Maſc de prob.concl.*459.496.1167.*Theſſau. dec.* 24 *n.*6.]

Amplia ſextò, quod quando verſamur in actu graui & arduo, etiam ſi res habeat maiorem formam delicti quàm boni, adhuc tamen fit interpretatio in benigniorem partem.*Alcia. d. c.* 1.*n.*10. Vnde exceptio quæ prima fronte ſonat in delictum, ſi neceſſariò illud non inferat,vtique non obſtat electo: *Inno.& Felyn.in cap. ſuper his de accuſ.* quia hæc cauſa eſt grauis & ardua,vt quæ ad pœnam vel priuationem à beneficio pertinet.

Amplia ſeptimò, quod ne quis incidat ad pœnam, lex præſumit quod poſſidet bona fide, niſi mala fides probetur, etiam ſi non haberet titulum omnino iuſtum,*Bart.in lib.Celſus ff. de vſucap.* quod latius explicat & contra alios defendit Alciatus, quem vide. *cap.*5.*reg.* 3.*præſumpt.* [*D.Peck.ſuper in reg.*2.*n.*6.*cum ibi concord.*]

Amplia octauò, quod iſta regula maximè procedit in eccleſiaſticis perſonis, quia eorum facta lex ſemper interpretatur in meliorem partem. *c. abſit.*11. *q.*3. Et propterea ſi prælatus corrigat monachum,lex præſumit pro prælato, nec conceditur à correctione appellatio, niſi excedatur modus in corrigendo.*ca.ad noſtram. de appell.*Amplia poſtremò, etiam ſi legiſlator expreſsè dicat, ignorantes obligari & teneri: quia decreta Pontificum quæ ligant ignorantes, non ligant quo ad pœnam in illis comprehenſam. *Ioan. And. in cap.diſpendia de reſcr. lib.*6.

7 Ratio dubitandi eſt,primò ex eo,quod pœna ex certis cauſis contra vaſallum vt feudo priuetur, conſtituta, non accipitur in benigniorem partem ſed extenditur ad ſimiles caſus alios licet non expreſſos. *cap.* 1.§.*porro quæ fuit prima cauſa beneſi.amit.in vſib.feud.*Secundò ex eo, quòd Marcellus reſpondet, iudicem in grauio-

grauioribus delictis non leuitatem amplecti, ſed ſeueritatem legum ſubſequi debere, *l. reſpiciendũ ff. de pœnis*. Tertiò ex eo, quod lex pœnalis contra eos edita qui tignum ædificijs iniunctum eximunt, extenditur quoque ad tabernas, porticus, balnea & popinas. *l. cætera. §. hoc ſenatuſconſultum ff. de le.* 1. Quartò ex eo, quod lex vetat oleum & frumentum aliaque ſimilia ad Barbaros transferri, *l.* 1. *Co. quæ res expor. poſſit.* detulit mercator frumentum aridũ ſeu inutiles merces, ſi quæſtio eſt an puniri debeat, fit interpretatio in grauiorem partem vt puniatur. *gl. & Salic. ibi.* Quintò ex eo, quod ſi quis lanceas emiſit, & his alium vulnerauit, vel ſi quis iniurioſa verba protulerit, dixeritque ſe animum vulnerandi vel iniuriandi non habere, lex id non credit, ſed interpretatur factum in duriorem partem, ne pœna euitetur, *c.* 1. *de præſum. l. ſi non conuicij C de iniurijs.* Ideoque adiectio huius clauſulæ, *ſaluo honore tuo*, ſi quis alteri iniuriam dixerit, nihil reuelabit. *Salic. & Bal. ibi.* Sextò ex eo, quod lex quæ propter adulterium veram vxorem punit, grauiore interpretatione accipitur, vt etiam in vxore putatiua, quæ creditur eſſe vxor, ſed tamen non eſt, *l. ſi vxor. §.* 1. *ff. de adult.* locum habeat. Septimò ex eo, quod licet canones permittant iudici eccleſiaſtico, vt ſi condemnatus ſententiæ non paret, eamque contemnat, poſſit eum vel excommunicare, vel miſſionem in bona decernere; monent tamen iudicem, vt eam viam ſequatur, non quæ melior aut benignior eſt, ſed eam quæ grauior eſt condemnato, & quam maximè timet. *cap. quoniam. §. fin. vt lit. non conteſtata. &c.* Poſtremò ex eo, quod quando iudex excommunicat aliquem, cenſetur intelligere de maiore excommunicatione, non de minore. *ca. penult. de ſentent. excommun.*

Ratio autem decidendi eſt, quod, vbi maius eſt periculum, vt in pœnis imponendis, ibi cautius eſt agendum. *ca. vbi periculum de elect. lib.* 6. & melius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentem damnare, *l. abſentem. ff. de pœnis.* longeque minus periculi eſt ſi benigniorem partem ſequaris. Nam ſi adhuc delinquat reus, grauius puniri poteſt. Contrà ſi ſequaris duriorem partem, hominemque è medio tollas, hic omnis ei pœnitentia tua ſera eſt, vt qui mortuus aduerſus pœnam reſuſcitari non poteſt. [*conf. Gail.* 1. *P. P.* 15 *n.* 6. *& c.* 18. *n.* 11. *&* 12.] Et ideo Seneca: *lib.* 1. *de clemen. Quanta* inquit, *ſolitudo & vaſtitas futura eſt, ſi nihil relinquitur niſi quod iudex ſeuerus abſoluit:* Ideoque & Fel. *in l ſi quis id. ff. de iuriſ. om. iud.* vehementer eos redarguit qui morum correctionem pacemque pub. prætendentes ad grauiores pœnas ſemper procliues ſunt, vt pluribus nummis marſupium repleant, impij illius Iudæ, qui prætextu pietatis iuuandæ occaſionem quærebat, imaginẽ gerunt, & lupo Æſopico ſimiles ſunt, qui dum agnum errantem ſine matre conſpexiſſet compaſſionem fingens, quod expaueſceret agnus, quia ſolus eſſet & teneræ ætatis, illũ deuorauit. Non obſtat verò prima dubitatio. Nam vt voluit Decius, *ad ca. irrefragabili. §. cæterum de offic. ordinar.* ideo in contrario fit extenſio, quod lex illic vlterius procedit prouidendo & extendendo. Cæterùm mihi iſta reſponſio non ſatisfacit, quæri enim poſſet, quare lex ibi magis extendit diſpoſitionem pœnalem quàm in alia materia pœnali, nemoque vnquam auſus fuiſſet regulas extenſiuas tradere, niſi id per leges fieri poſſe cognitum habuiſſet. Neque maiorem rationem habet quod ait, ibi non de mera pœna agi: quia res reuertitur ad dominum, & ſic ad naturam ſuam. *cap.* 1. *de feud. ſine culpa non amittendo.* Graui enim errore labitur, & non conſiderat, quod priuare vaſallum feudo, dicitur pœna, & quod abſque culpa præcedente eam, priuatio fieri nequit, & quod ſicut priuare aliquem officio dicitur mera pœna *l. teſt. ff. de man. teſt* ita quoque pœna dicitur ſi quis priuetur ſuo iure, *in l. cr. C. de iur. om. iu.* vel quando proprium aliquid ei abeſt vel abfuturum eſt. *Old. conſ.* 16. *Ioan. And. in c.* 1. *de elect. in* 6. *Panorm. conſ.* 1. *ti.* 1. Ideoque verior eſt ſolutio (ni fallor) quod ratio ibi fuit expreſſa, ob quam vaſallus priuatur. Dicit enim textus quod & naturalis & ciuilis ratio ſuadet, prædictis modis feudum amitti, quia videlicet ex talibus de ingratitudine vaſalli contra dominum apparet, adeoque propter ingratitudinem priuatur. Quæ ratio cùm ſit nominatim expreſſa, non eſt mirum ſi fiat extenſio ad alias cauſas, in quibus eadem ratio ingratitudinis locum habet, quod aduerſus Decium eleganter ſuſtinet Aymo *d. loco nu.* 19. Neque id verè fit per extenſionem, ſed ſecundùm proprietatem cauſæ generalis ab initio propoſitæ. *idem Aymo in cap. præced. n.* 155. [*vide ampliſſimè Menoch.* 2. *arb. iud.* 276.] Secundò quoque non mouet quod ex Modeſtino obijcitur. Nã cum bonis noceat quicunque parcit improbis, certè ſicut quando non de maiori vel minori pœna agitur, ſed dubitatur an pro delicto, de quo conſtat, quis ſit puniendus vel abſoluendus in totũ, potius eſt condemnandus quàm abſoluendus: *l. conuenire. ff. de pact. dotal.* ita quoque fauore publico in grauioribus delictis, vbi multis graſſantibus exemplo opus eſt, leges armatæ videri atque ſeueriores eſſe ſolent, [*conf. Gail.* 1. *P. P.* 1. *n.* 9. *verſ. ne autem, & c.* 14. *n.* 4. *&* 28. *&* 2. *P. P.* 9. *n.* 9. *& c.* 10. *n.* 17. *D. Peck. ſupr in c peccati, num.* 1. *cum ibi concor.*] ſi quando de crimine admiſſo manifeſtè conſtat: [*vide Gail.* 1. *P. P.* 19. *n.* 4.] quippe quod occaſio delinquendi, quæ vtique tollẽda eſt, magna ex parte deſumitur ex exiguitate pœnæ, *l ſi operis. C. de pæn.* adeoque in his regulæ noſtræ locus non eſt. *Zaſ. ad l. cætera. §. ſed et ſi huis, n.* 3 *ff. de le.* 1. *Cepol. con.* 34. *Ay. lo. vl. citato n.* 6. Vnde & Bald. *in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſto teſtam.* Accurſium *ad l.* 1. *ff. arborum furtim cæſarum.* ſecutus reſpondet, propter delicti immanitatem cadauer rei cõdem-

nati beſtijs cibum dari poſſe, & iudici licere leges tranſgredi propter enormitatem delicti. Sed nec tertia dubitatio mouet: quia quando agitur de fauore publico vel reipubl. [*conf Gail. 2.obſ.31.n 7.& 2.P.19.ſub.n.15.*] diſpoſitio quantumuis pœnalis dicitur fauorabilis, ſi et ſit contra ius aut exorbitans, *Felyn in ca non-null. col.21 de reſcr.ptis* adeoque non eſt mirum ſi ad ſimilia extendatur, vt ſcilicet ex vno cognoſcatur quid in alio ſtatuendum ſit. Sic & Modeſtinus *l.fa. poſt.ff.ad l.Iul.maieſt. lubricum,* inquit, *lingua ad pœnam facilè trahendu non eſt, ſi non tale ſit delictum, quod vel ex ſcriptura legis deſcendat, vel ad exemplum legis vindicandum ſit.* Eadem quoque eſt ratio quartæ dubitationis. Quia quo ad bonum publicum nihil intereſt, etiam ſi quis oleum aut frumentum aridum ad barbaros deferat ſiue non. Idem enim periculum eſt, ne Chriſtiani familiaritatem cum infidelibus contrahendo, incidant in paganiſmum, vnde ſemel boni Dei gratia emerſerunt. Sed nec quinta dubitatio vim facit. Quia omne maleſactum prauè præſumitur eſſe actum, quod pluribus exemplis demonſtrat Hypolitus quem vide. *in l.1.n.53.ff.ad l Corne.de ſicariis.* Ideoque ſi aliquod collegiũ deliquit, & non apparet quis fuerit, vel qui fuerint qui delinquerunt, in dubio, *Hypol.ibi nu.56.* quia prima facie præſumptio eſt contra omnes, & quia præſumuntur ſcire ea quæ alij faciunt, omnes puniuntur, quæ res maiorem tamen explicationem deſiderat, & huius loci non eſt. [*conf. Peck. de rep. eccl. c. 29.nu.3.& ſeqq.*] Et ideò regula noſtra locum nõ habet, quando maior eſt forma vel ſpecies delicti quàm boni, *Alcia.reg.3.præſump.c.2.* [*Menoch.6 præſ.2.n.34.*] ſicut fit quando quis alteri iniuriam facit aut dicit, [*vide Gail.2.obſ.101. & ob.106.per tot. & ibi Greu.*] Sexta quoque dubitatio mouere non debet, quia regulæ huic non eſt locus quando alioqui incideremus in abſurditatem, vt certè in caſu contrario abſurdum eſſet, quòd putatiua & falſa vxor melioris conditionis ſit, quàm vera, *l.3. §. 1.ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſicut id latius explicans Aymo, pulchrè oſtendit, *dicto loco n. 11.* in ſimili quod curator putatiuus non eſt melioris conditionis quàm verus. *Caſt.con.352.l.1.* & licet reſeruatio Papæ de beneficijs quæ Titius obtinet, locum habet etiam in eo beneficio quod de facto tenet, ne iniuſtus occupator ſit melioris conditionis quàm verus poſſeſſor, *Ro-*
9. *ta. dec.* 274. † & clericus de facto contrahens matrimonium ita priuatur beneficijs, ſicut ſi legitimè contraxiſſet, ne ſit melioris conditionis defacto contrahens, quàm is qui legitimè contraxit, ſatiſque eſt eum matrimonium contraxiſſe, ad pœnam, *Card.Felyn.Panormit.in cap. 1.de cler.cõiug.* quia quoad eius intentionem, & quantum in eo fuit, contraxit. Septimò non obſtat, quod de arbitrio iudicis adducitur. Etenim commodo, reſpectu, & conſideratione animæ, quæ longè precioſiſſima eſt, tutius eſt in duriorem partem omnia eiuſmodi interpretari, ſeuerioremque pœnam minari, [*Menoch.d. lo.n.40.*] vt ſic fortè ouis erratica ad gremium eccleſiæ, vnde excidiſſe potuit, redeat, ſaluti propriæ conſulat, *Alciat.d.c.1.& 2.Anchor.conſil. 179.Felyn.in ca.fin.de præſum.* quod & ad poſtremam obiectionem reſponderi poteſt. Denique multas alias huius regulæ reſtrictiones apud Præſidem, *in loco à ratione legis larga.* & viginti duas apud Aymonem Crauett. *dict. loc.* videre licet, ad quos me remitto.

REGVLA L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem

1. *Actus legitimi qui dicantur.*
2. *Agere, gerere, contrahere quomodo differant.*
3. *Ampliationes huius regulæ.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Ratio decidendi.*

QVemadmodum Iulius Paulus ad edictum 1.
legitimas conuentiones appellat, vel quia lege aliqua confirmantur, *l.legitima ff.de pact.* vel quia lex certam illis formam dedit, qualis eſt ſtipulatio & contractus emphyteuticus, vel quia nullam formam dando, efficaces eas ad agendum eſſe voluit: *Duarenus ibi.* ita quoque actus legitimi dicuntur, qui à lege aut natura, vel ſaltem fictione & interpretatione legis conſtituti, inuenti, introducti, confirmati, approbati ſunt. *Zaſius ad l.eum qui § ſi hominem. ff.de verbo oblig Alciat.ad l. cum ad tempus. ff. ſi cert. petatur.* Vnde & Ioan. Monach. hic reſpondet, quod actus hic eſt effectus potentiæ, quippè qui à potentia egreditur, & legitimus eſt, quod à lege defertur, approbatur, confirmatur, *l. lege obuenire. ff. de verb.ſig.* quaſi dicat, quod actus legitimi, id eſt potentiarum effectus, à lege delati vel approbati, non recipiunt diem vel conditionem. [*vide Treut.p. 1. diſp. 27. th.4.*] Cæterùm quis mirari poſſet, quam ob cauſam Pontifex hic loquatur de actu legitimo, non de contractu legitimo, ſeu alia quauis legitima quæſtione? Reſpondeo cum Anthiſtio Labeone, *in l La-beo 2.ff.de verb ſig.* qui in litterarum cognitionem altius penetrauerat, latinarumque vocum
origines, fontes ac rationes percalluerat, † quod 2.
quædam ſunt quæ aguntur, quædam quæ geruntur, quædam quæ contrahuntur. Contractus propriè pertinet ad conuentiones vltro citroque obligatorias. Geſtum dicimus propriè, quando ſignificamus rem ſine verbis factam. Sed verbum agendi vel actus, hæc omnia comprehendit, & generaliter pertinet ad ea omnia, quæcunque inter homines & ab hominibus varijs reſpectibus fiunt. Et ideò quoniam vſus huius regulæ per omnes humanas actiones ſæpè diffun-

diffunditur, ſi non propriè, ſaltem per accidens: nihil mirum eſt, quod generali hoc verbo (actus) vſus eſt legiſlator.

Non recipiunt. Sed quid hoc ſibi vult, quod Bonifacius hic generalius ſcribit, actus legitimos conditionem non recipere aut diem, cùm Iulius Paulus hoc eodem titulo pandectarum dicat, *lib. actus legitimi.* Actus illos qui conditionem aut diem non recipiunt, adiectione diei vel conditionis vitiari? Anne igitur exiſtimabimus, hac ſua generalitate Pontificem leges ciuiles, conditionem & diem permittentes, in vniuerſum tollere? Vtique hoc dici non poteſt, quandoquidem etiam in iure Canonico multa ſunt paſſim, quæ à die & conditione non abhorrent. Hanc difficultatem conſiderans Dynus hic, & Dynum ſecutus Corraſius *ad l. ſeruitutes num.* 18. *de ſeruitut.* reſpondent, Iulij Pauli reſponſum huc trahendum eſſe, adeoque huius regulæ generalitatem ad caſus in reſponſo Pauli expreſſos reſtringendam eſſe. Sed hæc ſolutio vel conſideratio nulla ratione defendi poteſt, tametſi magnos habeat patronos, *gl. in* §. *omnis inſtit. de verb. oblig. Fulg. Iaſon & alij in l. qui in aliena ff. de acq. hæred.* quandoquidem in confeſſo eſt, multo plures caſus eſſe, qui non recipiunt diem aut conditionem præter eos, quos exprimit Paulus. Et certè non reſtrictionis ſed duntaxat exempli cauſa, eos exprimit, quæ exempla legem non reſtringunt. Nam & collatio & reſignatio beneficiorum & exhęredatio liberorum, non admittunt conditiones. Vt planè friuolum ſit ſuſtinere, quod non plures caſus ſub hac regula continerentur, quàm illi, quos exprimit Iulius Paulus. [*vid. Cagnol. in d. l. actus. ſub nu.* 4. *verſ. nec ſe reſtringere.*] Verior itaq; eſſe videtur Didaci explicatio, *in* 4. *decret. ca.* 3. 2. *partis n.* 2. dum ait, hanc regulam intelligendam eſſe non ſolùm de actibus legitimis, ad hoc inſtitutis, vt ſtatim ex eis effectus aliquis purus ſequeretur, qui conditionem aut diem non reciperent, & quibus refragaretur conditionis vel diei adiectio; & veluti contra ipſorum ſubſtantiam eſſet, cum à lege introducti ſint, vt ſtatim ſortiantur effectum, quemadmodum videmus matrimonium inſtitutum eſſe ad cohabitationem mutuam atque coniunctionem: repugnat ergo ei conditio, qua pendente effectum proprium minimè conſequeretur, & quamuis conſenſus ad matrimonium conditionem admittit *tot. tit. de condi. app.* ipſum tamen matrimonium nullam recipit conditionē. *Did. dicto loco.* [*conſ. Dominum Peckium ſupra in cap. vtilo, rubr. n.* 10.) Sic & emancipatio à lege introducitur, vt ſtatim quis à patria poteſtate liberetur, at pendēte conditione non poteſt eſſe liber, igitur conditio reſiſtit emancipationis actui. Rurſum tutoris datio quę à iudice fit, ideò fit vt ſtatim ſuccurratur pupillo eiuſque rebus, vnde ſi adiicias conditionem, illa repugnat dationi tutelæ, quia interea non erit proſpectum pupillo. [*vide Cuman. conſ.* 99. *n.* 1. *& ſeq. Galganet. tr. de condit. p.* 2. *ca.* 1. *q.* 102. *nu.* 4.] In eandem ſententiam acceſſiſſe video Alciatum; *Parergon iuris l. b.* 3. *cap.* 8. dum ait, pro regula conſtituendum eſſe, quod illi actus qui à præſenti executione nomen habent, & legis fictione vel interpretatione inducti ſunt, neque diem neque conditionem accipiunt: quoniam dies vel conditio nomini ipſius actus, executionique illius repugnat, quod & alio loco eleganti exemplo clarius explicat *c.* 7 *quædam* (inquit) *ſunt verba, quæ à facto ipſo executioneue ipſius actus nomen ſumunt, vt optio ſeu electio. Id enim executionis ipſius nomen eſt. Quapropter ſolet dici, executionem ſtatim ex optione fieri, iuſq; legati conſumi: l. apud ff. de optio. legat. quia lex confeſtim de eo qui optatus eſt, perinde interpretatur, ac ſi nominatim à teſtatore expreſſus fuiſſet. Huiuſmodi igitur ſi diem vel conditionem habeant, nomen ſuum amittunt, videturq; dies vel conditio proteſtationem quandā inducere actui contrariam vnde merito actus vitietur, l. per ſeruum. § penult. ff. ſi vſuf. petat. quod & in cæteris caſibus à Paulo expreſſis videre licet. Emancipare enim, acceptum ferre, hæreditatē adire, præſentis actus verba ſignificatiua ſunt, quibus dies vel conditio aduerſatur quiq; quod is qui ita agit, non multum ab eo diſtat qui dicit, obligo me animo non obligādi & adeo animo non adeundi.* [*vid. Alc. d. loc. c.* 4. 5. 6.] Alij quoque ſunt, qui non ineleganter reſpondēt, actus illos legitimos non recipere diem aut conditionem, in quibus aſſeueratio certaque & præſens deliberatio requiritur, vt fit in omnibus exēplis iam ante dictis. 33

Amplia primò hanc regulam, quod actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem, etiam eam quæ impropriè conditio appellatur, cuiuſmodi eſt conditio quæ concipitur non in futurum, ſed in præſens tempus vel in præteritum. *l. cum ad tempus. & ibi Alc. digeſt. ſi cert. pet.* Vnde ſi dicat hæres, adeo hæreditatem ſi eſt ſoluendo, hic concipitur conditio in tempus præſens, ſcilicet ſi nunc eſt ſoluendo: nihil tamen valet adiectio eius, tametſi ea ſit natura ſimilium conditionum, vt pro puris habeantur. Quamuis enim eiuſmodi ſint, prima tamen facie præ ſe ferunt quandam incertitudinem, quam actus legitimi non admittunt. *l. eum qui duobus* § *fin. ff. de acq. hæred.* & licet certum eſſe poſſit, an hæreditas ſoluendo ſit nunc de pręſenti, poteſt tamen hoc ignorari ab adeunte eam hæreditatem. *Zaſ. n.* 6. *& Loriot. in d. l. cum ad tempus.*

Amplia ſecundò, quod ſicut actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem, ita quoque non recipiunt diſiunctionem. Nam ſi quis electus eſt ad duas dignitates, & petat ſe in vtraque confirmari, proteſtans quòd altera contentus erit, nihil agit: *c. ſi quis duas. de elect. li.* 6. quia actus ille legitimus confirmationis, non admittunt diſiunctionem.

Amplia poſtremò, quòd adeò hi actus legitimi non recipiunt diem aut conditionem,

quod hæc exceptio nullitatis actus ſemper obſtat, ſemperque opponi poteſt in iudicio. *Bar. in l. quamuis ff de ſol.* licet agendo non item *l. cum profitearis C. do reuoc. dona. l. ſi non ſortem. §. ſi filiusfam. ff. de condic. indeb.* ſemper obſtaret, iuxta vulgatam regulam, quod ea quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. Quæ omnia maximè obſeruanda ſunt in collatione beneficiorum, quam ſine conditione tam ſuſpenſiua quàm extinctiua eſſe oportet, adeò vt ſi aſſcripta ſit, ſymoniam inducere dicatur, *tot. tit. vt eccle. beneficia ſine diminut. conferantur.* quemadmodum & reſignatio beneficij citra ſymoniç periculum conditionem non admittit. *ca. ſuper eo. de tranſact.*

4 Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod tutela teſtamentaria eſt actus legitimus, *l. 1. ff de tutelis.* cùm à lege permittatur, & tamen poteſt fieri ſub conditione. *l ſi quis conditione ff de teſt. tut.* Secundò ex eo, quod acceptilatio eſt actus legitimus à Iulio Paulo expreſſus, quæ tamen recipit actionem conditionis, *l. ſi ſub conditione ff. de acceptil.* Tertiò ex eo, quod hæredis inſtitutio eſt actus legitimus, *l. 1. C. de ſacroſ. eccle.* & tamē recipit conditionē. *§. hæres Inſt. de hær. in.*

5 Ratio autem decidendi ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis apertè colligi poteſt, additque Forcatulus, *dialog.* 83. quòd conditio in ſe non ſolùm incertitudinem habet, ſed informitatem, vt meritò quæ perfectionem, certitudinem, & formam deſiderant, ſub conditione fieri non poſſe dicantur, & quod certa ac ſcrupuloſa forma hiſce actibus agendis præſcripta eſt, propterea quod in facto, reique executione conſiſtant, & natura ſua dilationem non admittant. Non obſtat autem prima dubitatio. Tutela enim non à iudice, ſed à patre tantùm ſub conditione decerni poteſt, & ideò Iulius Paulus, dum ait: Dationem tutoris ſuſpendi conditione aut die non poſſe, intelligit de tutela datiua, non de teſtamentaria. [*Treutl. p. 2. diſp. 8. theſ. 2. lit. i. & th. 7. lit. b. & c. Mynſ. § furioſus, & §. ſeqq. Inſt. qui teſt. tut.*] Ratio differentiæ eſt, quod quando teſtator ſub conditione ſcribit tutorem, interim pendente conditione vel die, iudex alium dat, qui adminiſtrat, & ſupplet defectum patris defuncti, *d. l. ſi quis.* ſed iudex conditione aut ad diem vel ex die hoc facere non poteſt, quia interim pendente die vel conditione alius tutor ab alio iudice dari non poſſet, *l. neque C. qui dare tutor, &c.* cùm factum iudicis non ſuppleatur, niſi à ſuperiore, ideoque bona pupilli medio tempore negligi poſſent. Tum etiam quod tutela conſtituit vim & poteſtatem in caput pupilli, quæ vis & poteſtas à lege confeſtim transfertur, nec in pendenti arbitratu iudicis eſſe poteſt. Quapropter aliud iuris eſt, cùm non lex ſed teſtator ipſe transfert. Actus enim hominum ex eorum voluntate effectum habent: Actus verò legis in pendenti eſſe non poſſunt, quia eos iubet lex certos eſſe. *Alc. d. c.* 8. Niſi forte talis ſit conditio, vt admonendi magis, quàm ſuſpendendi vim & locum obtineat, veluti ſi ita dixerit iudex, ſi Titius ſatiſdederit, tutor eſto. *l. muto. §. 1. ff. de t. tel.* Nam cenſetur eorum verborum hic eſſe ſenſus. Tutor ſit, ſed intelligat tamen, ſe non adminiſtraturum, antequam ſatiſdederit. [*Dec. conſ. 119. col. 2. in pri. & in l. precib. col. 5. C. de imp. & al ſubſt. Galga. d. lo. cir. fin.*] Neque etiam mouet ſecunda dubitatio. Nam quod Iulius Paulus reſpondit, acceptilationem conditionem non admittere, de expreſſa conditione accipiendum eſt, tacita namque conditio non vitiat eam: vt ſi id quod ſub conditione mihi debetur, purè acceptum fecerim, certè tacita inerit acceptilationi conditio, vt tunc liberatio obtingat, cùm conditio extiterit, & tamen valebit acceptilatio, quemadmodum ſi marito debitori per acceptilationem dos conſtituatur, hæc habebit tacitam conditionē, ſi nuptiæ ſequantur, *l. promittendo. §. 1. de iur. dotium.* quod latius cum Zaſio *in l. eum qui §. ſi hominem nu. 23. ff. de verb. oblig.* explicat Riminaldus. *inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur §. item vobis. n. 67.* (*Dec. & Cagnol. in l. actus ff. eod. Surd. dec. 72. n. 21. & 22. Gal. d. lo. n. 6.*) Denique nihil repugnat poſtrema dubitatio, quia per inſtitutionem nulla teſtatoris repræſentatio inducitur; ſed per aditionem hæreditatis duntaxat, per quam id ius quæritur, quod prius ſola in ſpe ſuſtinebatur, & quemadmodum lex non permittit dilationem aditionis hæreditatis per conditionem vel diem, ſcilicet quod nemo alium ad diem vel ſub conditione repræſentare poteſt, ita quoque è contra admittit dilationem in inſtitutione, quæ ſuapte natura differt effectum ſuum ad tempus aditionis. *Alc. d. lo. c. 6.*

REGVLA LI.

Semel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos transferendum vlterius.

1. *Sacrilegium à Deo ſemper grauiſſimè fuit punitū*
2. *Papa an poſſit diſpenſare cum Monacho ducente vxorem.*
3. *Ampliationes huius regulæ.*
4. *Ligna antiqua eccleſiæ collapſæ an poſſint vendi.*
5. *Conſuetudo non valet, quod ex veſtibus dominarum fiant caſulæ ſacrificantium.*
6. *Ratio dubitandi.*
7. *Ratio decidendi.*

SÆpè neglecta religio ſeipſam grauiter vlta eſt, eſtque talis vltio in plurimis repræſentata, non ſolùm apud Chriſti fideles, ſed etiam apud prophanas gentes. Nam Cambiſes eodem ferro conſumptus eſt, quo Apim in Ægypto violarat, & cum 50. hominū millia qui templum Amonis diriperent, miſiſſet, ingens illa hominum manus, ſubita ventorum tempeſtate

ſtate, arenarum cumulis oppreſſa eſt. Impius ille Hunnericus Vandalorum Rex, qui omnia ſacra profanauerat, & tam atrociter eccleſiam Dei perſecutus fuerat, meritorum ſuorum
1. mortem conſummauit. † Etenim vt ſcribit Beatus Victor in fine libri tertij de perſecutione Vandalica, *putrefactum & ebulliens vermibus, non corpus, ſed partes corporis illius videntur eſſe ſepulta*. Et Rex Balthaſar, qui vaſa Deo ſacrata, & ex templo Hieroſolymitano direpta, in vſus profanos conuerterat, diuina vltione ſubito extinctus eſt, *c. in ſancta & cap. ſequ. de conſec. diſt.* 1. conſtatque ex libris Regum, quantam calamitatem paſſi ſunt Philiſtini, qui arcam Domini penes ſe retinebant. Quamobrem hæc regula in vniuerſum admonet, ſuadet & præcipit, ne quis malè ſibi conſulens, ad eam temeritatem progrediatur, ut contempta religione, res Deo ſemel dicatas, in vſus humanos transferat, & vel permutando vel vendendo vel donando vſurpet, exemplo impij illius Decij, & Iuliani apoſtatæ, qui aduerſus templa edicta publicauit, pecuniasque ſacras & donaria rapuit, eccleſiarum annonam ſacerdotibus ademptam, dæmoniorum miniſtris, vt ait Nazianzenus, aſſcripſit, longè quidem aliter quàm noſter Iuſtinianus, qui tot erexit Chriſto, Deiparæ, reliquisque Diuis templa ac phana, quot ante eum nullus alius: & ſemper in ore habere ſolebat, *Eccleſiis & monaſterijs qui donat, tum optimè modum ſeruat, cùm modum omnem ſuperat*. Longè etiam aliter quàm Seleucus Rex qui de redditibus ſuis ſacrificiorum miniſteria auxit, & ampliſſima dona templis intulit. Longè denique aliter quàm Gorgonia Nazianzeni ſoror, de qua ipſe ſcribens ſic ait: *Mulieris erat pietatem verè profitentis, & in quo ſolum modum neſcire præclarum eſt, tot donatarijs ornare templa*. Aſſeritque, eo in officio nulli eam fuiſſe ſecundam. [*vide omnino D. Peck. de repar. Eccl. in præf. per tot. & c.* 3. *& c* 36. *per tot.*] Quantò magis hæc regula intelligenda eſt de perſo-
2. nis Deo conſecratis? † Vnde nec Pontifex poſſet, niſi ex vrgentiſſima cauſa ſalutis publicæ, permittere, quod Monachus duceret vxorem, quamuis id ſemel deficiente ſtirpe Regia, Gallorum Regibus conceſſum fuit, *latè Ioann. Andr. in cap. ſuprà proximo.* [*Cagnol. in l. actus leg. n.* 8. *ff. eod. plenißimè omnium Sanchez tr. de matrim. l.* 8. *diſp.* 8. *Azor.* 13. *Inſt. mor.* 13. *q.* 5. *Gutierrez* 1. *Can. qq.* 17. *&* 3. *Can. qq.* 123. *per tot.*] & vbi lex violatores virginum laicarum pœna capitali proſequitur, *l. vnic. Cod. de rap. virg. l. ita nobis. C. d. adul.* ibi vltore gladio ferit non ſolùm eos qui ſanctimoniales Deoque dicatas Virgines violant, verumetiam eos, qui pudicitiam illarum attentant, hoc eſt, blandis verbis ad peccandum alliciunt tametſi res effectum non ſortiatur. *l. ſi quis non dicam rapere. C de ſacroſanct. Eccleſ.* [*conf. Gail.* 1. *P. P.* 14. *num.* 20. *& ſeqq.*]
3. † Amplia primò hanc regulam, vt procedat, etiam ſi res non ſint ſacræ, vt ſunt ligna eccleſiæ collapſæ, quæ vendi, vel in vſum laicorũ transferri non poſſunt. *capit. ligna. de conſe. diſt.* 1. [*vid. omnio Peck. de rep. Eccl.* 31.] Sic & monaſteria, loca ſacra, & quæ ad ea pertinent, habitacula ſæcularia fieri non poſſunt, & qui inde faciunt diuerſoria, excommunicantur, & vt ait ſancta Synodus, *deputabuntur loco, vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, quia Deo aduerſantur, qui dicit, nolite facere domum patris mei, domum negotiationis*, *capite quæ ſemel.* 19. *quæſt.* 3. [*vide D. Peck. d. præf. & d. cap.* 3. *&* 36. *per totum.*]

Amplia ſecundò, vt locum habeat eadem ratione, in hoſpitali & alio loco religioſo. *c. ad hæc. de reli. domib.*

Amplia tertiò, etiamſi eiuſmodi res eſſent parum vtiles, quia ligna quæ ſuperſunt ex ruina eccleſiarum vel monaſteriorum, ſi non poſſunt applicari in ſimilem vſum, fortè quod ſint arroſa & vilia, non poſſunt vendi, ſed exuri debent. *d. cap. ligna.* Quomodo & palla altaris, & candelabrum, & ſimilia alia, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, debent in cineres conuerti, aut in foſſis parietum aut pauimentorum poni, ne pedibus conculcentur. *cap. nemo. ead. diſtinct.* [*Peck. dict. capit.* 31.] 4

Amplia quartò, quod non poſſunt ne ad opus quidem religioſum laicorum conuerti, quia tametſi defunctos ſepelire, opus religioſum eſt, tamen non poſſunt laici mortui obuolui veſtimentis altaris, *c. ad nuptiarum ibid.*

Amplia quintò, quod non ſolùm non poſſunt eiuſmodi res conuerti ad vſum laicorum, ſed etiam non poſſunt conuerti ad ſimplicem eorum ornatum. Vetat enim lex res ſacras ad ornatum nuptiarum concedi, *glo. ibi.* ne dum improborum tactu vel pompa ſæcularis luxuriæ polluantur, ad officium ſacri miniſterij videantur indignæ. † Sicut è conuerſo, reprobatur conſuetudo tanquam impia, quod ex veſtibus alicuius dominæ, fiant caſulæ vel veſtes ſacrificantis. *ca. comperimus.* 14. *quæſt.* 6. 5

Amplia ſextò, vt procedat non ſolùm in re propria, ſed etiam in re aliena Deo conſecrata: vnde ſi aurifaber emit calicem quem Epiſcopus conſecrauit, aurifabro non reſtituetur, ſed æſtimatio præſtabitur. At ſi res illa fuiſſet alterius eccleſiæ, illi eſſet reſtituenda, *gloſſ. ibi.* quia iam ceſſaret ratio regulæ, & non in humanos vſus, ſed in diuinos tranſiret. Hinc fit etiam, quod quamuis regulariter ædificium cedit ſolo: *§. ſi quis. Inſt. de rer. diuiſ.* tamen ſi eccleſia fundata eſt in ſolo alieno, ſolum ipſi cedit, non ipſa ſolo, *c. quæſt. ſunt.* 1. *qu.* 4. *gl. in c. Apoſtolicos.* 12. *q.* 2. quia cum ſemel Deo conſecrata eſt, amplius ad vſus humanos transferi non poteſt.

Amplia ſeptimò hanc regulam, quòd res Deo conſecratæ non poſſunt transferri ad vſus humanos, etiam in caſu quo prophanæ erunt, quia nemo poteſt rem ſacram ſtipulari, aut promittere in caſum quo prophana erit, non magis quàm poteſt promittere

mittere aut ſtipulari hominem liberum, in caſum quo ſeruus erit, *l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de verb. oblig.* Nam ſicut nimis triſte eſt expectare caſum, ſeu tempus quo liber homo redigetur in ſeruitutem, ita quoque impium eſt ſperare tempus, quo res ſacra prophanabitur, *ibi.*

Amplia poſtremò, quòd licet aliàs præſcriptio centum annorum decurrat contra eccleſiam Romanam, & præſcriptio quadraginta annorum contra alias eccleſias in rebus eccleſiarum temporalibus, quales ſunt fundi, agri, ædes, animalia, reditus & ſimilia: res tamen ſemel Deo conſecratæ præſcribi non poſſunt, §. *ſed aliquando inſtit. de vſucap.* ne hac via per indirectum transferatur ad vſus humanos, quod per directum non permittitur.

6. Ratio autem dubitandi eſt, primò ex eo, quod ſerui conſecrati, iubente lege, prophano domino reſtituuntur. *c. mancipia de rer. permut.* Secundò ex eo, quod lex ait, ſeruos eccleſiæ dicatos, per Epiſcopos legitimè alienari, *d. cap. eccleſiaſticos.* Tertiò ex eo, quòd Iereconſultus expreſſis verbis & diſerte rem ſacram prophanam fieri poſſe reſpondit, *l. continuus §. penult. ff. de verbo. oblig.* Poſtremò ex eo, quòd venditio rei ſacræ ſeu loci ſacri, ſi ab emptore ignorante ematur, ſubſiſtit, *l. & liberi cum l. ſeq. contrah. empt.*

7. Ratio decidendi eſt, quod Deus zeloſus eſt, nec patitur ea quæ ſemel ſibi dicata ſunt tanquam altiſſimo, ad inferiorum vſus transferri, vel vt Canon ait, ne dominus plagas inferat, & ne pereat iuſtus cum impio, quod vt ſuperius diximus, ſæpè accidet his, qui templum Domini prophanarunt, & res Deo dicatas abſtulerunt. *c. in ſancto. & c. ſequent. de conſec. diſt.* Et certè calamitoſa noſtra hæc ætas, teſtimonium dicit luculentiſſimum vindictæ diuinæ in eos, qui cùm Aſſyriorum exemplo, barbarica immanitate, Belgica templa diuino nomini conſecrata, omniaque ſacra propanaſſent, malè perierunt. Ex ſacris calicibus, vnde viuificus Chriſti ſanguis potari ſolet, mortem ſibi impia quadam temulentia hauſerunt, ex ſacratis caſulis & veſtibus, ad honorem ſummi Dei ordinatis, vile ſuum corpus indecenti & verſicolori habitu veſtierunt, & æterni ſupplicij fomentum acceperunt. Sacerdotes Domini etiam apud ipſa altaria, ſicut olim occiſus fuiſſe legitur Zacharias, interfecerunt, & in ſanguine martyrum triumphum egerunt. Sed quid? Nox mihi eſſe videtur & ſomnium, vmbra fuerunt & pertranſierunt, fumus fuerunt, & diſſoluti ſunt, bullæ aquarum erant, & diſrupti ſunt, araneæ telæ erant, & diſciſſi ſunt. Multi quidem fluctus & vndæ immanes poſtea iterum apparuerunt & adhuc apparent, ſed nauis Ieſu obrui non poteſt, petram illam ſolidam fluctus non commouent.

Non obſtat verò id quod in prima dubitatione proponitur: quia odio ſeruorum qui inſcijs atque inuitis dominis ad eccleſiam confugerunt, & ſe ordinari fecerunt, receptum eſt, vt dominis quibus fraudem fecerunt, reſtituantur, & ad terrorem aliorum ſeruorum caſtigentur, maxime cum hi magis dedecori ſint eccleſiæ, quàm honori, *gl. in c. mancipia & ibi Hoſt. & in ca. ad hæc de relig. domib.* Similiter quod ſecundo loco obijcitur, nos mouere non debet. Neque enim lex loquitur de rebus Deo ſacratis, ſed de alijs rebus prophanis ad eccleſiam pertinentibus, nec religioſis, quales ſunt ſerui non conſecrati. *d. auth. gl. & alij in d. cap. mancipia.* Eiuſmodi enim res, ex cauſa legitima atque remunerationis gratia, per epiſcopum alienari poſſunt. Ad tertiam obiectionem quod attinet, voluit Iureconſ. rem ſacram fieri poſſe prophanam authoritate Pontificis aut principis ex legitima cauſa duntaxat, quamuis alias de iure ea impoſſibilia dici ſolent, quæ non niſi principe concedente fieri poſſunt. *l. apud Iulian. §. fin. ff. de leg. 1.* & ab alio quàm à principe facile obtineri non ſolent, *l. ſed etſi. § hæc clauſula ff. ex quib. cauſ. ma.* [*conſ. D. Peck. ſupr. ad reg. 6. ſub. n. 4. & de amortiz. c. 11. n. 3. & c. 23. n. 2.*] Et ratio huius eſt, quod principis authoritas cenſetur in omnibus eſſe excepta, *ca. veniens de iureiurand.* Quarta quoque dubitatio non obſtat. Quamuis enim propter bonam fidem emptoris ignorantis rem eſſe ſacram, ſuſtineatur venditio, non tamen ideo rectè transfertur res ſacra ad vſus humanos. Nam quod dicimus eo caſu valere emptionem, vtique non ita intelligendum eſt, quaſi rei eiuſmodi ſacræ dominium, in ipſum emptorem transferatur, ſed quod emptori actio datur ad id quod intereſt contra venditorem, qui eum rem ſacram pro prophana vendendo decipit: *gl. in l. liberi eod. tit.* quam actionem ad id quod intereſt non habuiſſet, ſi ſciuiſſet ſacram eſſe. Porro autem quando res eccleſiæ ſacræ, aut non ſacræ, vel propter redemptionem captiuorum, vel propter neceſſitatem pauperum, vel propter ſimiles alias cauſas, alienari poſſunt, hoc loco referre nolui, cum de iis hic proprie non agatur, poſſuntque partim ex Pontificum conſtitutionibus, partim ex ſacris canonibus, *12. quæſt. 2. per tot.* partim etiam ex Socyno, *in fallen. reg. 110.* & alijs, *de reb. eccl. non alien.* abunde colligi atque intelligi. [*vide Brun conſ. 117. n. 25. & ſeqq. Couar. var. reſ. 3. & 2. var. reſ. 17. Gabriel. to. conc. lib. 3. tit. de re. al. conc. 1. Gamm. dec. 83. & ibi Addit. Caual. dec. 43. 46. 47. p. 1. Maſc. concl. 227. Gutier. de iur. conſ. p. 1. c. 51. & 3 pr. qq. 8. Redoan. de reb. eccle. al.*] Potiſſimum verò ex B. Ambroſio, qui etiam eam vaſorum ſacrorum aurique & ornamentorum eccleſiæ alienationem, pulcherrimam & ſummo Deo gratiſſimam eſſe oſtendit, *lib. 2. officij. cap. 28.* per quam homo redimitur à morte, fæmina ab impuritatibus barbarorum quæ grauiores morte ſunt: adoleſcentulæ vel pueri vel infantes ab ido-

lorum contagijs, quibus mortis metu inquinantur,& per quam agmina captiuorum ab eccleſia redimuntur, caſtitas ſeruatur, egenus alitur. *Nemo* (inquit) *poteſt dicere, cur pauper viuit. Nemo poteſt quæri, quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei deſertum eſt.*

REGVLA LII.

Non præſtat impedimentum quod de iure nõ ſortitur effectũ.

[*vid. Peck. de amort. c.* 14. *n.* 1. *&* 2. *&* 1. *de teſt. con.* 14. *n.* 3 *Damboud. in enchrid. parium rubr. facere illegitimè.*]

1. *Collatio ſeu electio prima quando impediat ſecundam.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Collationis nullius an ſit facienda mentio in reſcripto.*
4. *Ratio dubitandi.*
5. *Ratio decidendi.*
6. *Caſus in quibus regula non procedit.*

QVemadmodum paria ſunt, non facere, vel confuſè facere, *Socy. conſil.* 295. *lib.* 2. ita quoque paria ſunt, actum eſſe factum, ſed nulliter aut minus legitimè, ſic quod propter legis prohibitionem effectum ſuum ſortiri non poſſit, *l. quoties ff. qui ſatiſd. cog.* [*Gail.* 1. *obſ.* 21. *num.* 12. *& ob.* 48. *ſub. n.* 3. *& ob.* 105. *num.* 13. *& de arreſt. c.* 4. *num.* 13.] qui tamen effectus potiſſimùm conſideratur, vtpote abſque quo non plus ſunt omnes humanæ actiones, quàm corpora quædam emortua & inanimata. Quod ſi verò effectum non habuerit, conſequens eſt profectò, quod ſicut non prodeſt, ita quoque non obſtat, neque impedimentum aliquod præſtat, ſed viribus caret, omnique iuris ſubſidio deſtituitur: quod ſanè & in teſtamentis quoque expeditum eſt, in quibus adiecta hæc conditio, (cum nupſerit,) nuptijs inutiliter contractis, & quibus lex, vel quod filia nondum nubilis ætatis ſit, vel quia ei nupſit, cuius nuptijs interdictum eſt, non aſſiſtit: vtique non adimpletur, & non præſtat impedimentum, ſed poteſt puella eam conditionem adimplere, cùm de iure poſtea nuptias contraxerit, *l. hac conditio filia de cond. & demonſt.* Et ſi quis contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit, deinde verò poſtea apparuerit eum ex his liberis non fuiſſe, qui eam bonorum poſſeſſionem accipere poſſunt: exiſtimat legiſlator, non eſſe ei denegandam legatorum petitionem, *l. filius. §. ſi quis ff. de legat. præſt.* Idem eſt in collatione
1. beneficiorum. † Quia quod dicimus non valere ſecundam collationem, vel, *cap. poſt. de conceſ. præb.* electionẽ, prima non caſſata, verum eſt, quando non conſtabat notoriè primam viribus non ſubſiſtere, ſecus ſi conſtaret primam eſſe nullam, quia tunc electio vel collatio ſecunda fieri poteſt, non caſſata prima, *c. cum terra c. auditis de elect.* [*Lap. alleg.* 127. *Molin. in conſ. Par. tit.* 1. §. 16. *num.* 11.] Idem eſt in contractibus: quia ſtipulatio prima impedit vim ſecundæ ſuper eadem re interpoſitæ, niſi prima illa ſit talis, vt de iure non ſortiatur effectum. *l. qui bis l.* 1 *ſi dari ff. de verb. oblig.* Sic & in iudicijs, ſi quis per ſalutem ſuam iurat, cum non ita iuſiurandum delatum ſit, non impeditur, quin denuò ſolenniter iurare poſſit, *l. qui per ſalutem ff. de iureiu.* mandatumque citanti, per citationem inualidam non finitur, *Alex. in l. ſerui electione ff. de leg.* 1. [*conf. Gail. P. obſ.* 54. *num.* 8. *Iaſ. in d. l. qui ſal. num. fin.*]

† Amplia primò hanc regulam, vt procedat etiam in eo & fauore eius, qui ſibi contrariatur, & quem ſiniſtræ ſuſpicionis præſumptio premit. Nam ſi teſtis depoſuit coram iudice incompetente, valet ſecundum illius dictum coram competenti iudice factum, licet ſit priori contrarium: quia cùm prima depoſitio fuerit nulla, *cap. at ſi clerici de iudic.* non præſtat impedimentum ſecundæ, *Specu. in ti. de teſt. §.* 1. *verſic. quid ſi compertum* [*Gail.* 1. *obſ.* 105. *numer.* 12. 13.] & iudex propter ſententiam nullam, non facit litem ſuam, *gl. & Bart. in l. fin de varijs & extraord. cognit.* niſi eam fuerit de facto executus. *Bald ad l. obſeruare. §. proficiſci. q.* 21. *ff. de off proconſ.* [*Iaſ. in l.* 4. §. *condem. de re iud Angelus & alij in l.* 1. §. *hac aut. ff. quod quiſque iur.*] 2.

Amplia ſecundò, quod adeo non præſtat impedimentum, vt in reſcripto vel alibi, eius quod de iure non ſortitur effectum, mentionem facere opus non ſit, id quod aliàs tamen requiri ſolet, [*Gemin. conſ.* 138. *Curt. iun. con.* 126. *ante num.* 9.] † Et ideò de reſcripto 3.
ſeu proceſſu nullo, aut de ſententia nulla, non eſt facienda mentio in reſcriptis, *gl. in cap. cum noſtris de conceſſ. præb. latè Felyn. in c. ex tenore de reſcript. Rom conſil.* 583. *Rota deciſ.* 60. *de appella. in antiq.* & impetratio confirmationis, non facta mentione de prouiſione alteri nulliter facta, valet. *Rota ne reſcr.* 1. *deciſ.* 63. *in anti.* atque de pendentia litis motæ ex reſcripto ſubreptio, mentionem facere non eſt neceſſe, *cap. non ſolùm. de appell. in* 6.

Amplia tertiò vt locum habeat, non ſolùm quando ſtatim ipſo iure actus eſt nullus, ſed etiam quando per iudicem poteſt declarari nullius eſſe effectus. Vnde gratia aduerſarij quæ non eſt nulla ipſo iure, ſed elidibilis, non conſideratur: & de attentatis poſt appellationem per iudicem à quo, quæ non ſunt ipſo iure nulla, ſed veniunt retractanda, neceſſariò mentio fieri non debet, [*conſ. Gail.* 1. *ob.* 146. *numer.* 7.] quod & Felynus *dicto loco* de

appellatione aduerſarij, quæ deſerta eſt, tradit.

Amplia quartò, vt procedat etiam in præiudicium eccleſiæ: quia quod de iure parochiali eccleſiæ quarta ſolui debet: intelligitur de electione ſepulturæ, quæ de iure effectum ſortiri poteſt tantũ. *Card. in cle. dudum de ſepult. q. vlt.*

Amplia quintò, vt locum habeat etiam in ſacramentis eccleſiæ. Nam licet baptiſmus ſit ſacramentum minimè iterabile, *lib. 1. C. ne ſacrum baptiſma reiteretur.* ſi tamen quis baptizatus fuerit illegitimè ab ijs, quorum baptiſma nullum eſt, cum in forma eccleſiæ non baptizent, iterum baptizari poteſt, *ca. ſi quis cap. hi qui 1. quæſt. 1. gl. in ca. ſicut 68. diſt.* & quod ſemel ordinatur, iterum ordinari non debet, ita intelligi atque accipi debet, ſi eius ordinatio de iure effectum ſortiri poteſt, *c qui per illicitam 1. quæſt. 8.* Sic & olim Romanis mos fuit, vt prima hoſtia non litante, altera ac tertia, ac deinde plurimæ, donec litatum foret, adhiberentur, id quod multis in locis cum Cicerone, *lib. 2. de diuinat.* reſpondit Plutarchus. *in vita Pauli Aemilij.*

Amplia ſextò, vt procedat etiam ſi quale quale periculum ſubſit, & communes regulæ reſiſtere videantur. Teſtis enim qui non perfectè examinatus eſt, adeo vt eius teſtimoniũ de iure effectum non ſortiatur, iterum etiam poſt publicationem teſtimoniorum examinari poteſt, maximè ſi id culpa iudicis factum ſit, *Imola Panor. & Præpoſ. in ca. per tuas. de donat. inter virum & vxor* [*Gail. d. ob. 105. n. 11. 12. 13. & ibi Greu. n. 31*] Et qui ad debitum conditionale, nondum conditione impleta agit, & ob id ſuccumbit, denuo agere & de nouo experiri poteſt. *l. grege. §. ſi ſub conditione ff de ædil. edict.*

Amplia poſtremò hanc regulam ad ſtatuta: quia ſtatutum puniens eum qui proponit exceptionem, intelligitur de exceptione, quæ de iure effectum ſortiri poteſt, & iuramentum de ſeruandis ſtatutis, intelligitur de *Alber. ad l. de quibus. ff. de legibus* validis, qua de re multa congerit Felynus, *in d. cap. ex tenore.* quem vide. [*Gutier. de iur. conſ. p. 1. c. 38. n. 6. 7. v. 1. in c. non eſt ob. n. 6. ampl 5.*

4. Ratio dubitandi eſt, primo ex eo, quod ſponſalia quæ propter publicam honeſtatem de iure effectum ſortiri non poſſunt, iuſtis nuptijs præſtant impedimentum. *c. ad audientiam de ſponſalib.* Secundò ex eo, quòd ſi conſtituo procuratorem legitimè, & poſtea conſtituo alium non legitimè, hæc ſecunda conſtitutio quæ de iure non ſortitur effectum, præſtat impedimentum priori mandato, quod per eam extinguitur, vt amplius per priorem exerceri non poſſit, *capit. non iuſte. de procuration.* Tertiò ex eo, quod manumiſſio quæ de iure non poteſt ſortiri effectum, impedit curſum vſucapionis, *libr. qui pro don. ff. de vſuc.* Quartò ex eo, quod ſi ſuperior iure deuoluto elegit prælatum, & electus diſſentit vel renunciat, ita quod electio non ſortiatur effectum, impedit hæc electio nouam electionem ſuperioris, & ad Canonicos redit *gloſ. & Dd. in c. ſi electio. de elect. li 6.*

Ratio autem decidendi eſt, quod ex non ente nihil fit, & quod verba ſunt accipienda cum effectu. *l. 1. § hæc verba. ff. quod quiſque iuris.* Et quod nullum eſt, nomen eius rei quam ſignificare vult, non habet. Pariaque ſunt rem non eſſe, & effectum non producere. 5.

Neque obſtat prima dubitatio, quia ſponſalia quæ propter publicam honeſtatem infirmantur, licet non ſortiantur effectum iuris poſitiui, ſortiuntur tamen effectum facti, generantque in animis hominum opinionem, ex qua naſcitur impedimentum, cuius effectum ius poſitiuum in vniuerſum non tollit. *Præpoſ. in d. c. ad audientiam* Quod paulò dilucidius explicans D. Antonius ait. *ibi.* Aut ſponſalia ſunt nulla non ex defectu naturali conſenſus, vel fundamenti, ſed propter aliquod extrinſecus accedens, & de iure poſitiuo tantum, cùm in ſui ſubſtantia ſint perfecta. Et iſto caſu, licet quod ad effectum iuris ſint nulla, tamen quia ſecundum ius naturale & qualitatem facti, reſultat opinio in animis hominum, exiſtimantium iſtos eſſe ſponſos, prout erant apparenter, ideò ex iſtis ſponſalibus naſcitur publica honeſtas, quæ impedit matrimonium cõtrahendum cum conſanguineo, vt hic: Aut ſponſalia ſunt nulla ex defectu conſenſus, ſic quod nulla hominum opinio inde reſultet, quæ faciat publicam honeſtatem, & ex talibus non naſcitur impedimentum *ca. litteras de ſponſal.* Et ita intelligitur hæc regula. Secunda quoque obiectio vim non facit, quia ſi credimus Præpoſito & Card. *in d. c. ad audient.* huius regulæ diſpoſitio in his quæ dependent ex mera voluntate vnius, ſicut fit in conſtitutione procuratoris, locum non habet. Et quamuis ſecunda conſtitutio de iure non ſortitur effectum, ſufficit tamen ad impediendam vim primi mandati, quod ex ſecunda conſtitutione apparet, mandatorum primum mandatum reuocare voluiſſe. Nam ex teſtamento imperfecto & nullo, etiam voluntatem defuncti probari dicimus, *l. finali. ff. de reb. cor.* Tertia dubitatio etiam non mouet, quia nullitas manumiſſionis non præſtat impedimentum, quominus perficiatur vſucapio, ſed id operatur intentio manumittentis, quæ de iure conſiderari, & effectum ſortiri poterat. Voluit enim manumittens ſeruum eſſe liberum, & per conſequens voluit deſinere eum amplius poſſidere, quod facere poterat, & cum ſine poſſeſſione non ſit vſucapio *cap. 2 ſub. eod* ſequitur quod propter poſſeſſionem quæ nunc deſijt, interrupta eſt vſucapio. Deinde verò quod quarto loco dictum eſt, hanc rationem habet, quod priuatio electionis eſt odioſa, & ſic ſtrictè intelligenda, *c odia ſup. eo.* Vnde quamuis electio deuoluta ſit ad ſuperiorem propter negligentiam canonicorum non eligentium, hæc tamen electionis

ctionis poteſtas, quæ fit iure deuoluto, ſi reſtringitur in ſuperiore, vt ſufficiat ipſum elegiſſe, redeatque ad canonicos, quamuis electio illa ſuperioris non habuit effectum.

Plures quidem aliæ hic rationes dubitandi adferri poſſent, niſi res progrederetur in im-
6. menſum.† Vltra iam dictos verò caſus, vt id obiter quoque dicam, & veluti per tranſennam demonſtrem, regula locum non habet: Primò ſi quis ſcienter fecit actum prohibitum, qui de iure effectum ſortiri non poſſit, quia denuo licito modo agere impeditur, *l. matrimonij ff. qui & à quibus.* Et qui facit actum inutilem ſcienter, non poteſt poſtea ad ipſius commodum alium actum vtilem facere, [*vide Tiraq in l ſi vnq. verb. reuert. numer.* 301. *in fin. Molin.* 2. *de prim. Hiſp.* 4. *num.* 38. *Cald. de iu. emp. lib.* 3. *c* 1. *n.* 60.] Verbi gratia: Si quis illicitas nuptias ſcienter contraxerit, non iuuatur per alias nuptias, vt ait Bartolus, *in d. l. hæc conditio.* cum Tiraquello; *ad l boues §. hoc ſermone* 1. *limit n.* 19. *cum ſeq. ff. de verb ſignif.* ſed ob primas illas nuptias puniri debet, *l. qui contra. C. de ſec. nup.* Neque æquitas qua innititur lex, iuuare poteſt aut debet delinquentē, ne ſit melioris conditionis delinquens quàm non delinquens. *l. non ſolum. ff. de noxal.* niſi ſi ſecundò contraxerit & quidem licitè, cum eadem cum qua primum illicitè contraxerat, *Bart. d loco.*

Secundò non procedit in eo, qui aliquid fecit iure alieno, ſiue tanquam miniſter alterius. Nam licet iudex ordinarius, ſi inutiliter iudicauit, poſſit aliquando iterum iudicare, quia ſuo iure fecit: hoc tamen non poteſt iudex delegatus, qui iure alieno vtitur, & veluti ordinarij miniſter eſt. *Dd. ad. l. iudex ff de re iudic. Tiraq. d. loco n* 40. [*latè Menoch.* 1. *arb. Iud.* 67. *per tot.*] Tertiò non procedit, cum quis exercet actum iure aliquo ſpeciali. Tametſi enim tunc cùm quis exercet actum ſibi de iure communi competentem, poſſit eum denuò exercere, ſi ille actus de iure non ſortiatur effectum, ſecus tamen eſt ſi iure ſpeciali, ne plura ſpecialia ſimul concurrere videantur. *l. eius militis ff. de milit teſt. Alber. & alij ad d. l. qui per ſalutem. Tiraq. n.* 40. *d l.* Et in ſumma, ſi quis exactius omnia perſcrutari velit: apud Felynum, *in d. cap. ex tenore.* & Tiraquellum. *in d limit.* 1. octo vel nouem huius regulæ reſtrictiones & dubitandi rationes inueniet, quas ſuo tempore poterit excutere. [*vt. Caldas de Iu. emph. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 40 *& ſeqq & omnium pleniſſime d. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 8. *vſque ad fin. & lib.* 4. *c.* 7. *n.* 10. *& c.* 16 *n.* 7. *Cotta in memor. verb. actus nullus.*

REGVLA LIII.

Cui licet quod eſt plus, ei licet quod eſt minus.

[*v. D. Peck. ſupr. in c. plus ſemp. per tot. Dec. & Cano præſertim in l. non debet. ff eod.*]

1. *Res maior quot modis dicatur.*
2. *Ampliationes huius regulæ.*
3. *Ratio dubitandi.*
4. *Ratio decidendi.*
5. *Obligatio an veniat ſub nomine venditionis.*

ANguſtiſſimis quidem verbis concepta eſt hæc regula, multas tamen alias generat & interpretatur. Nam quemadmodum is cui licet quod plus eſt, licet quoque quod minus eſt: ita etiam is cui quod minus eſt non licet, neque id quoque quod maius eſt, habere poteſt. *l. b. ſi quando. C. de inoff. teſtamen.* Vnde à minoribus honoribus prohibitus, maiores non petit, *cap. pænale* 14. *quæſt.* 5. & vrbe abſtinet, cui vrbis pomeria ſunt denegata. *lib. relegatorum §. poteſt ff. de interdictis & releg.* quique domum conducere non poteſt, multò minus emere poteſt, *l.* 5. *ff de ſeruis exp.* & ſi punitur factum attentatum, multò magis conſummatum, *l vnica C. de contr. iudic.* Rurſum & ſi alia regula hinc oritur, quod non licet maiori & ſuperiori, non debet licere inferiori: *l. ſi quis non dicam C. de epiſc. & cler.* & quod eſt intolerabile in minori, multò intolerabilius eſt in maiori, *late Præſes in loco à maiori.* Quo argumento vtitur canon, dum clericos admonet, ne cum laicis vltima nocte bacchanaliorum inſaniant. *ca. ſi laicis* 38. *diſt.* Sed perueniamus ad iſtam noſtram regulam, quæ latiſſimè ſe diffundit. Nam ad teſtamenta quod attinet, ſicut filius familias miles teſtari poteſt, quod plus eſt, ita & donare mortis cauſa poteſt, quod minus eſt. *l. filius famil. ff. de dona.* & in contractibus, ſi ſtipulatio pro dote quæ nulla eſt, intelligitur adhibita eſſe: multò magis inutilis valida eſſe cenſebitur, *l.* 1. *C. de rei vxor act.* Rurſum in iudicijs, iudex inuitus dari poteſt, quod plus eſt, *l. inunerum §. iudicandi. ff. de muneri b.* ergo multò magis ignorans dari poteſt, quod minus eſt, *l. cum furioſus ff. de iudicijs.* quia qui poteſt inuitis, poteſt iiſdem ignorantibus vel abſentibus. *l. qui poteſt inuitis ff hoc eo. ti.* [*Gail.* 1. *obſ.* 13. *n.* 3. *&* 2. *ob.* 142. *n.* 2. *&* 1. *P.* 3. *n.* 16. *& c.* 5. *n.* 12. *& de pig. ob.* 13. *n.* 4. *& de arre. c.* 3. *n.* 16. *&* 17.] Alia exempla in reliquis hominum actionibus obuia, ſatis ſuperque hic ſuggerunt Dynus & alij, ideoque ea non repeto.† Porro autem ad 11
huius regulæ illuminationem, obſeruare neceſſe eſt, rem maiorem & minorem cenſeri varijs modis, *gl. in cap. ecce* 65. *diſt.* primò propter rei ſubiectæ qualitatem, vt plus eſt conſecrare corpus Domini, quàm benedicere. *d. c. ecce.* Si immunis eſt, qui ad aram vel locum ſacrum confugit, multò magis comprehendi non poteſt is, qui adhæret corpori ſacerdotis, ſacram & tremendam illam hoſtiam ad infirmum deferentis *Dd. in cap. inter alia. de immunit eccl.* Secundò propter authoritatem miniſtrantium. Quomodo ſacramentum confirmationis maius eſt ex perſona miniſtrantis Epiſcopi, quia ab inferiore conferri non poteſt. *cap manus de conſec. diſt.* 5. Tertiò per efficaciam eius quod geri-

geritur, quia ſacramentum baptiſmi ſolum in neceſſitate ab hæretico recipi poſſet, 32. *diſtinct.* §. *verum.* alia ſacramenta non poſſent. Quartò propter ſignificationem, vt eſt in matrimonio, quod ſignificat eccleſiæ cum Chriſto coniunctionem. *ca. debitum de bigamis.* Quintò propter prærogatiuam antiquitatis: quia quod non licet ei qui prior promotus eſt, non debet licere ei, qui poſterius promotus fuit. *ca. ordinationes* 75. *diſt.* Qua de re plura ab alijs peti poſſunt, *ex Dd. ad rub. de maiorit. & obed.* Illud ſolùm adijciam quod voluit Loriotus, *ad l. non debet ff. eod.* plus & minus hic cognoſci poſſe ex genere, quantitate & qualitate. Genere, vt in exemplis quæ mox ſubijciam: Quantitate, vt ſi alicui permiſſum eſt iudicare de maiore ſumma, cenſetur etiam permiſſum de minore: Qualitate, cui permittur ſtipulari ſub conditione, permittitur etiam ſtipulari purè, quia minus eſt ſub conditione ſtipulari, *l. ſi te ff. de hæred. inſtit.* quàm purè.

2. Amplia primò hanc regulam, etiam ad ea in quibus quale quale periculum alterius verſatur. Marito enim quamuis pauper ſit, dos vxoris auferenda non eſt, etiam ſi pro ea dote conſeruanda omnino ſufficientem cautionem præſtare non poſſit, quia cùm ei creditum eſt corpus vxoris, quod plus eſt, ſatis poteſt ei dos credi, quod minus eſt, *c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor.* [*v. Gail.* 2. *obſ.* 84. *n.* 10. *Hering. de fideiuſ. c.* 6. *n.* 107. *& ſeq.*] Et legitimatur ad actus ſpirituales, intelligitur etiam legitimatus quo ad temporalia, ſi modò ſubſit temporali iuriſdictioni Pontificis ipſum legitimantis, *c. per venerabilem. qui filij ſint legit.*

Amplia ſecundò, vt locum habeat etiam in his, quæ odioſa ſunt & pœnalia. Nam ſi patri permiſſum eſt adulterum cum filia inuentum interimere, multò magis ei permiſſum eſt eundẽ vulnerare, *l. nec in ea. ff. de adult.* [*Peck. ſupr. in cap. quæ à iure, ſub num.* 7.] Et qui poteſt impunè offendi in perſona, multò magis in bonis offendi poteſt. *l. in ſeruorum. ff. de pœnis, gloſſ. & Bald. in cap. in literis. De reſtitut. ſpoliat.*

Amplia tertiò, vt locum habeat etiam in his, quæ ſunt correctoria iuris communis. Quia ſi ex ſtatuto exules impunè occidi poſſunt, poſſunt etiam contumelia affici, quia id non tam videtur fieri per extenſionem, quàm deſcendere ex vi verborum. At ſi verſemur in diuerſa ſpecie, non videtur (inquit Alc. *lib.* 2. *de verb. ſign. fol.* 52.) in correctorijs hoc eſſe permittendum. Quia qui occidere poteſt, non ob id ſtuprare poteſt, neque exulis vxorem alio genere dedecoris afficere, *Card. ad clem. ne Romani in* 4. *oppoſit. de elect.* [*vid. Gail.* 1. *P. P.* 1. *nu.* 39.] de qua tamen ampliatione plura apud Iaſonem. *ad authent. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.* & Præſidem videre licet. *in loco à ratione legis larga.*

Amplia poſtremò, vt procedat etiam in ſtatutis: quia ſi poteſt ſtatutum filiam excludere à ſucceſſione, quod plus eſt, multò magis excludere poteſt neptem, quod minus eſt, *d. Anto. ad c. ſi de conſuet col.* 33. & quod permittitur ſtatuto in homicidio per gladium admiſſo, magis permittitur in homicido quod fit per intoxicationem: quia plus eſt hominem veneno tollere, quàm gladio necare, *l.* 1. *C. de malefic. & mathem.* pluraque huius rei exempla Iaſon *ad l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & in l. in actionib. ff. de in lit. iurando.* & Salomonius *ad l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.* fuſiſſimè tradiderunt, ad quos me remitto. [*D. Peck.* 5. *de teſt.* 20. *ſub. n.* 1.]

Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod ſi mandatur prouideri alicui de præbenda centum aureorum quod plus eſt, non poteſt illi etiam volenti conferri præbenda quinquaginta aureorum, quod minus eſt, *cap. cui de non ſacerdotali. de præb. in* 6. & cui mandatum eſt vt emat domum mille aureorum, non ſatisfacit emendo domum quingentorum aureorum. *l. diligenter. ff. mandat.* Secundò ex eo, quod latrunculator vel iudex criminum, quem vulgus appellat rubram virgam, de re pecuniaria iudicare non poteſt, quod minus eſt, cùm tamen iudicet de capite hominis quod maius eſt, *l. ſolemus.* §. *final. ff. de iudicijs.* Tertiò ex eo quod mulier poteſt bona ſua alienare, donare & vendere, quod plus eſt, & tamen non poteſt efficaciter fideiubendo obligari, quod minus eſt, *l.* 4. *ad S. C. Velleianum.* Quartò ex eo, quod facilius conceditur epiſcopo, vt tranſeat ad maiorem dignitatem, quàm ad minorem. *c. fin. de tranſlat. epiſcopi.* Quintò ex eo, quod Iulius Paulus alicui totam hæreditatem repudiare, vel adire permittit, partem verò adire vel partem repudiare quod minus eſt, non ſinit, *l.* 1. *ff. de acqu hered.* Sextò eo, quod plus eſt inuito aliquo facere aliquid, quam ignorante *d. l. qui poteſt inuitis.* Iudex tamen qui in inuitum ſententiam dicere poteſt, quod plus eſt, in ignorantiam & abſentem non citatum non poteſt, quod minus eſt. *l. de vnoquoque ff. de re iud.* Rurſum duo ex tribus arbitris vel iudicibus tertio inuito ſententiam proferunt, abſente tertio non item, *l. duo ex trib. eod. tit.* Septimò ex eo, quod multa poſſunt fieri in genere, quæ non poſſunt fieri in ſpecie, *c. quid ad agendũ ſup. de procurat. l. obligatione ff. de pignor.* quo modo alienatio fundi dotalis eſt in ſpecie prohibita, non in genere, *l.* 1. *ff. de fundo dot. D. Anto. in ca. tua nuper. de decimis.* cùm tamen genus plus & maius ſua ſpecie eſſe videatur, quia plura comprehendit. Octauò ex eo, quod epiſcopus qui poteſt conſecrare quod magis eſt, non poteſt per ſe, ſed per archidiaconos vel archipresbyteros viduarum & pupillorum curam gerere, quod minus eſt. *c. epiſcopus gubernationem* 88. *diſt.* Nonò ex eo, quod alienatio vel venditio complectitur in ſe pignoris dationem. *l. alienationis de ver. ſig.* maiorque eſt oppignoratione, tamen cui permiſſum eſt vendere rem pupilli, quod amplius eſt, ei non eſt permiſſum obligare eandem rem pupilli,

pupilli,qvod minus eſt,*l. ſi pupillorum. §. ſi prætor ff. de reb. eorum.* Decimò ex eo,quod venditor qui totum vinũ effundere poteſt;ſi emptor illud non ferat,partem tantum effundere non poteſt,*l.1.ff. de pericu & commod rei vendit.* Vndecimò ex eo;quod Præſes prouinciæ hominẽ extremo ſupplicio afficere poteſt quod maius eſt,& quod minus eſt,ſcilicet in inſulam deportare non poteſt,*l. illicitas. ff. de officio præſidis.* Poſtremò ex eo, quod licet reperiatur alicui conceſſa facultas diſpenſandi in caſu maiore, tamen non cenſetur conceſſa in caſu minore. *latè Panor. ad c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. Fred. de Senis conſ.*14.

4. Ratio autem decidendi eſt, quod vt plurimum ſine eo quod minus eſt,ad id quod plus eſt,perueniri non poteſt,vnde ne id quod maius eſt effectu careat, eo conceſſo, conceditur quoque quod minus eſt,per quod ad illud peruenitur.*cap cum quid inf. eod.* Ideoque cui conceſſa eſt poteſtas necandi hominem, illi conceſſum quoque videtur, quod minus eſt, vt eundem hominem quæſtionibus ſubiicere, & delicti confeſſionem extorquere poſſit, ſine qua confeſſione, iuxta mores noſtros, reus aut nunquam aut rariſſimè ad mortem condemnari ſolet. Præterea ſi verſamur in odioſis & pœnalibus, melius & citius id quod minus eſt, concedi debet, quia per illud pœnæ reſtringuntur. Si verò verſemus in fauorabilibus, nulli fit præiudicium,quia cui non nocet quod plus eſt,vtique non nocebit quod minus eſt.

Neque obſtat prima dubitatio: quia limites mandati diligenter ſunt obſeruandi,*d. l. diligenter.* eiusque forma plurimum conſideranda eſt, vt & omnia alia certam aliquam formam habentia.*l. gracè. §. illud. ff. de fideiuſſor.* neque ad alios caſus non expreſſos trahi debet. [*conf. Gail. 1. ob. 35. n. 2. & ſeqq. & 1. P. P. 4. n. 26. & ſeqq. D. Peck. ſupr. in c. inſpicim n.* 7.] Et certè aliud eſt beneficium centum librarum,aliud beneficium quinquaginta librarum, adeoque cum talis differentia inducat diuerſitatem in ſubſtantia & qualitate, non poteſt is minus beneficium conferre, qui maius conferre poteſt,quia aliud quàm id quod ſibi mandatum eſt,faceret. Neque conſideranda eſt ſola voluntas illius cui conferri debet, quia videtur electa eſſe eius induſtria, exiſtimauitque Pontifex hunc eſſe dignum, cui ampla aliqua præbenda tribuatur, vtpote qui, quod ſupra victum erit,veriſimiliter in vſum pauperum ſeu eccleſiæ expendet,*Alciat. ad l. 1. §. ſi ſtipulanti. n. 27. ff. de verb. oblig.*

Sed nec ſecunda dubitatio mouet: quia hæc regula non obtinet, quando id quod minus eſt,ſpecialiter reperitur alteri eſſe mandatum, ne quis alioqui immittat ſalcem ſuam in meſſem alienam, cum iuriſdictiones diſtinctas eſſe conueniat.*l. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſ. l ſi ff. de iuriſd. om. iu.* [*Gail. 1. obſ. 3. n. 6. & obſ.* 119. *n.* 2. & 1. P. P. 13. *n.* 14.] niſi fortè vel incidenter, vel in ſubſidium,vel per prorogationem tantùm. *Alberi. Coſtrenſ. & alij in diſt. §. latrunculator.* [*Coſtal. & Barboſ. ibid. Menoch. 1. arb. Iud.* 82.]

Tertiò quoque non mouet, quòd mulier vendere & donare poſſit, fideiubendo autem non obligetur:quia id factum eſt, vt mulierum leuitati & imprudentiæ occurratur, quæ facilè induci ſolent,vt hanc operam ſuam præſtent,quod nihil ea res præſentis habet damni & incommodi, vt venditio & donatio. Imò verò laudi ſibi eſſe ducunt, quod idoneæ habeantur, quæ pro alijs intercedant, & ipſarum potius quàm debitorum fidem ſequi malint creditores, neque ſatis prudentiæ habent, vt prouideant,& quaſi præſentiant quantum id ipſis adferre poſſit ruinæ & detrimenti, ignorantes antiquum illud Chilonis dictum:Sponſionis comitem eſſe pænitentiam.*Franciſ. Cona. lib. 6. cap. 8. n. 1.* ſed ad alienandum vel donandum non ſunt faciles, quia in his ſtatim ſentiunt rerum ſuarum diminutionem.*l. ſi ego. ff. de iure dot.* [*Hering. de fideiuſſ. c. 7. n. 424. & ſeq.*] Sic & Curiales ſua prædia ſine decreto vendere & donare poſſunt,ſed alio modo ea alienare indiſtinctè non poſſunt,*l. fin. C. de præd. decurionum.* quia nemo ad donandum facilis eſſe exiſtimatur.

Quartò non obſtat,quod epiſcopus qui maiora poteſt, à minoribus repellitur: nam qui in paucis fidelis fuit inuentus, iuxta dictum illud Euangelij,ſuper maiora conſtituendus eſt,ordoque naturæ expoſtulat,vt quis propter meritum aſcendat, non deſcendat. *l. vt gradatim. ff. de muner. & honor.* Ideoque & D. Antonius reſpondit,*in d. cap. fin. num.* 7. quòd ſi ſolum inſpicimus qualitatem perſonæ, tunc ſi eſt habilis ad maiora,eſt etiam habilis ad minora,ſecus quando alius reſpectus habetur,vt hic. Sed nec quinta dubitatio vim habet:quia ſucceſſio eſt repræſentatio ſubſtantiæ vnius perſonæ defuncti. Vnde impoſſibile eſt, quod quis pro parte defunctum repræſentet, pro parte non repræſentet.*pulchrè Iaſon. d l. 1.* & alioqui contingeret quem decedere pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum, quod abſurdum eſt.*l. ius noſtrum. ff. de reg. iuris.* Quod ſi quis videre velit, an quis contractum aliquem totum probare vel improbare poſſit, & an circa eundem actum diuiſio admittitur: pleniſſimus ea in re teſtis erit Tiraquellus.*in lib de retract. ad fin. tit. n. 5. cum ſeqq.* [*vide D. Peck. ſupr. in c. ex eo. n.* 2.] Sexta quoque dubitatio hac ratione diſſolui poteſt,quod non eſt eadem ratio abſentiæ & contradictionis. Nam cùm is qui abſens eſt, ſi præſens eſſet,fortè iuſta ratio iudicem informaret,& ne ita pronunciaret, auerteret, collegasque ſuos in aliam ſententiam traheret, meritò expectari atque audiri debet. Cæterùm quando præſens eſt,& nulla ratione alios collegas in ſuam ſententiam mouet : eo inuito à duobus ius dici poteſt: [*pulchrè A. Fab. in l.* 18. *de arbit. Treutl. p. 2. diſp. 23. th. 2. lit. c.*]quia alioqui

qui nunquam res haberet finem, ſicut nunquam poſſet ferri ſententia, ſi reus deberet conſentire, qui condemnatur. Pari modo quod ſeptimo loco dictum eſt, non mouet: quia licet genus in ſe plura complectitur, tamen ea quæ ſpecialiter exprimi debent, loco ſpeciei ſunt, ſuo genere, quo ad præiudicium ſeu dignitatem, moiora. [*conſ. Gail. 2. P. P. 15. n. 14.*] Ideoque eleganter reſpondit D. Præſes *in loco à ratione legis larga colum. 5. verſ. 4. fallit.* quod ſæpè id quod minus videtur, eſt in veritate maius, alio reſpectu. *gl. in clem. 2. de reb. eccleſ. non alien.* Octaua quoque dubitatio quæ ieiuna eſt & arida, hac ratione diſſoluitur, quod epiſcopus cura viduarum præpeditus, à maioribus functionibus detinetur, ſatiſque ob id videtur curam eiuſmodi ſuſtinere, ſi per
5 alios facit.† Et quando nono loco proponitur, quòd tutor non poteſt obligare res pupilli, quas vendere poteſt, nihil turbat: quia à forma decreti iudicis non eſt recedendum. Iudex verò decreuit ſuper venditione, non ſuper obligatione. Magis tamen Alberici *in d. §. ſi prætor.* ſententia mihi placet. Ait enim ideo non eſſe illic permiſſam obligationem & hypothecationem bonorum, quia iudex inuenerat vtilius pupillo eſſe rem vendere quàm pignori dare, quod ſæpè accidere poteſt. Quod niſi conſtet, aliud dicendum eſſe putat, *per gl. in l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax.* & obligatio appellatione venditionis non conſtituetur, quando venditio iure ſingulari venit. *Raphaël Cuma. in d. §. ſi prætor.* [*Cald. de iu. emph. l. 4 c. 15. n. 60. vſq. ad fin. & c. 5. n. 55.*] Sed nec decima obiectio nos turbare debet: quia alia eſt ratio totius vini, & partis eiuſdem. Totum enim effundere poteſt, vt vaſa ſua habeat venditor, ijsque vtatur, quibus vtique vti non poſſet, ſi partem tantùm vini effunderet, meraque malitia eſſet partem vini effundere, & dolijs vti non poſſe. Quod autem vndecimo loco proponitur, quod Præſes ius deportandi in inſulam non habet, ideo eſt, quia fines ſuæ iuriſdictionis excederet, *d. l. inter.* ſi in ſua iuriſdictione inſulam non habet. At ſi inſula in ſuo territorio ſit, *l. relegatorum §. in inſulam ff. de interdict. & relega.* deportatio ei permitti debet. Denique quod diſpenſatione dicitur, multos anfractus habet, variaque, & multiplici diſtinctione ea in re opus eſſet, quæ ab aliis ad nauſeam vſque tractata eſt, quos vide. *Præſes d. loco Panorm. ad d. §. de adult. Felyn ad ca. poſtulaſti de reſcript. Iaſ. ad l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.* [*conſ. Gail. 2. ob. 142. ſub n. 17.*]

REGVLA LIV.

Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure.

1. *Senectuti ſemper habitus fuit ſuus honor.*
2. *Antiquior in collegio quomodo æſtimetur.*
3. *Nobilis mulier an debet prior ſedere in eccleſia.*
4. *Prioritas probanda eſt ab eo qui eam allegat.*
5. *Prioritas quomodo probari poßit.*
6. *Poſſeßio antiquior præſumitur eſſe inſtior.*
7. *Prior in beneficio quando eſt potior.*
8. *Ampliationes ad eam doctrinam.*
9. *Promotus in celebri academia præſumitur doctus*
10. *Limitationes ad prædictam doctrinam.*
11. *Prior in nominatione an præferatur.*
12. *Doctor expulſus de collegio, & poſtea reſtitutus, non recuperat primum ſuum locum.*
13. *Epiſcopus conferens beneficium indocto, qui ſe doctum eſſe dixerat, an poßit illud ab eodem auferre.*
14. *Prior in pignore quando præferatur.*
15. *Limitationes ad regulam.*
16. *Rationes dubitandi.*
17. *Rationes decidendi.*

Veteres Romani in omnibus penè rebus 1
magnam ſemper temporis rationem habuerunt, vel vt honorem deferrent ſenectuti, vel hominum diligentiam atque vigilantiam excitarent, vel vt tollerent occaſiones contentionum inter pares, aut non multum impares, vel denique vt nemini ius acquiſitum auferrent, quod ſubiectis exemplis manifeſtius apparebit. Nam ad primum quod attinet, quoniam abſurdum eſt quod iuuenes antiquis præferantur, *cap. ſtatuimus 61. diſt.* apud antiquiorem debent eſſe & remanere claues: *l. porcurator, & ibi Dd. C. de edendo.* antiquior aduocatus ſeu doctor præfertur iuniori. *l. prouidendum. C. de poſtula. l. vnica. C. de Cod. confir.* † & an- 2
tiquior conſiliarius vel Canonicus dicitur is, qui primò receptus eſt in collegium, licet ſit ætate iunior. *Bart. ad l. qui ad tempus. ff. de decur.* Vnde ad eum pertinet abſente præſide aut decano conuocatio ſenatus vel capituli. *Bart. ad l. 1. ff. de alb. ſcrib. Iaſ. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* Pari modo ex temporis prioritate laudatur vigilantia, præferrique volunt leges reliquis, illum creditorem, qui ciuili modo, & non per extorſionem ſibi vigilauit, & à debitore multum fortè obærato, ſolutionem acquiſiuit, cæteris creditoribus, negligentibus, *l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit.* [*Gail. 2 obſ. 25. n. 14. & ibi Greu. Treutl. p. 2. diſp. 24. th. 6. ſub lit. f. Gutier. 3. p. 2. q. 100. H. Piſtor. 3. quæſt. iur. 20. Couar. 2. pr. qq. 29. Peck. de Iur. ſiſt. c. 40. num. 1. Ranchbar. p. 2. q. 9.*] & alibi dicit Iuſtinianus, quod leges vigilantibus non dormientibus ſcriptæ ſunt. *in proœm. Inſtitut.* Tertiò ad euitandas contentio-

nes

nes rationem habuerunt prioritatis temporis. Unde illi monachi debent præcedere in proceſſionibus, qui prius fuerunt recepti in ciuitatem, & prius in eccleſia approbati, vt eorum contentio euitetur, qui curioſè diſputant inter ſe quis eorum melior ſit, vel magis religioſus. *gl. in ca. fin. ad vero. prædicatores de*
3. *pact.lib.6.*† Eoq; etiam pertinet, quod alio loco diſputat Faber *in* §.*aliam vero inſtit. de bon. poſſ.* an mulier nobilis poſſit prohibere mulieri minus nobili, ne aut prima ſedeat in Eccleſia, aut primo loco offerat ad altare. Quia niſi ratio haberetur huius prioritatis & temporis, nullus eſſet finis contentionum, & ſemper alius aliis nobilior, doctior, vel ditior eſſe vellet. Quæ ratio fuit, quod Carolus Imper. eius nominis Quintus, ſi verum eſt, quod aiunt, cùm duas mulieres Principes inuitaſſet, & ſimul in aulam concurrendo, altera alteram præcedere, Cæſareamque cœnationem prior ingredi vellet, eam quæ altera ſtultior foret, primò ingredi iuſſit, adeoque neutra præcedere volente, vtramque ſimul introduxit, Adde quod (vt ait Baldus *ad l. ſi plures col.* 1. *C. de condi. inſertis.*) qui habet primum eſſe, habere debet primum frui, & primum gaudere. *Iaſ. conſ.* 132. *l.* 2. Et vt ait Innocentius, *id c. ſtatuimus de maior. & obed.* ſi hæc iniuſtitia permitteretur, quod per ſecundos primi ius amitterent, quotidie fieret fraus legi & naturæ, & vix vnquam antiquiori prouideretur. Quæ res infinitis penè argumentis atque exemplis probari poteſt. Aduocatus qui à duobus dominis ſtipendium annuum habet, ſi contingat illos duos inter ſe litigare, debet ſeruire priori, *Rom. conſ.* 47. & qui operas ſuas locauit duobus, priori eas prius præſtare debet. *l. in ope. ff. loca.* Rurſum ſi is qui duos equos habet, unum legat Titio, alterum Seio, Titius meliorem habebit, quia primo loco nominatus eſt, *l. qui duos ff. de legat.* 1. Hinc etiam dici poſſe arbitror, quod ſi teſtator fundando burſam aliquam ita dicat, ſi nemo de ſanguine meo eam petierit, vel idoneus fuerit, volo eam conferri alicui Antvverpienſi vel Mechlinienſi, cæteris paribus Antvverpienſis præferetur, tanquam primo loco deſignatus, quia ordo nominationis deſignat ordinem affectionis & charitatis, *Ang. Imol. & alij ad l. qui ſoluendo. ff. de hær. inſt.* & ex ordine nominationis præſumitur atque colligitur voluntas diſponentis, *l. hæredes* §. *fin. ff. ad Treb. Soci. Nepos conſ.* 71. *nu.* 15. *lib.* 1. Quomodo & Felynus *in c. cum dilecta de reſcript.* Baldum ſecutus reſpondet, quod quando pluribus nominatis non res poteſt competere niſi vni, competet primo nominato, *l. generaliter* §. *ſi quidem ff. de fideicommiſſ. libert.* qua de re multa eleganter inuenies apud Chaſſanæum, *conſ.* 53. *n.* 44. Iaſonem *in l.* 2. §. *ſi prius ff. de vul. & pup. ſubſtit. & ad l. ſi ita ſcriptum ff. de leg.* 1. & Præſidem, *in d. loco, ab ordine.* (*omnium ampliſſimè doctiſſimèq; Cato de iu. emph. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 38. *& ſeq. & lib.* 3. *c.* 11. *nu.* 22. *& ſeqq. & cap.* 15. *num.* 40.
& ſeqq.) quos vide. † Porro in quæſtione ver- 4.
titur, quis prioritatem probare debeat? Sed receptior eorum ſententia eſt, qui putant quod onus probandi ad illum pertinet, qui ſe priorem eſſe contendit, *l. ei qui l. quoties ff. de probat.* ſicut aliàs ſemper, quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, illud debet præciſè probare. *Barto. & alij in l. non ſolum* §. *ſed vt probari ff. de nou. ope. nunci.* Quod tamen locum non habet in fiſco, qui hoc probandi onere eximitur. *l.* 1. *C. de iu. fiſci & ibi Bart.* (*vide Treut. p.* 2. *diſp.* 24. *th.* 7. *lit. à verſ. in dubio.*) Quomodo autem probari debeat, plerique etiam diſpu-
tant. † Certè ex inſtrumentis obligatoriis hoc 5.
commodiſſimè apparebit. *l. in re ff. de fid. inſtr.* Nam cùm quiſque ſuum inſtrumentum vel reſcriptum profert, facilè conſtabit ex die eidem inſerto, quis eorum præceſſit Si autem plures reperiantur literæ eiuſdem diei, neque apparet quæ priores fuerint hora & tempore, melior erit conditio poſſidentis, & rei conuentæ, *Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nup.* (*vide Coſtam de quot. & rat. q.* 115.) quia non curatur de iure poſſeſſoris, ſi non conſtet de iure petitoris, *l. fin. C. de rei vend.* (*vid D. Peck. inſer in c. in pari per tot.*) & metimur omne ius ex parte actoris non ex parte rei, *l.* 1. *ff. ſi pars hæred. pet.* (*conf. D. Peck. ſuper in c. cùm ſint, per tot.*) niſi per agentem probetur prioritas horæ vel temporis, fortè ex libro Notarij, in quo ſuū inſtrumentum eſt prius deſcriptum, vt ſic primus in ordine ſcripturę, dicatur prior & potior in tempore. *Bald. ad l. aduerſus C. de fur. Ang. in auth. de hæred. & Falci.* §. *cæterum conf. Gail* 2. *ob* 25. *n.* 3. *& n.* 9.) A quo tamen excipitur cauſa priuilegiaria dotis, ſtudiorum, & ſi quæ alia his ſit ſimilis, quæ præſumitur in dubio præceſſiſſe, ſi contrarium non apparet. *Decius ad l. in ambiguis pro dotib. ff. eod.* (*vide Gail* 2. *ob.* 81. *n.* 6. *&* 2. *P. P.* 16. *n.* 6. *verſ. & aliàs.*)

Potior eſt in iure. Hæc regula ſæpè in libris Iuris ciuilis, aliis & aliis verbis repetitur, ſed eadem ſemper regula eſt. Hinc eſt quod dicimus, eum vincere qui probat antiquiorem poſſeſſionem: quia poſterior præſumitur eſſe clandeſtina, *c. licet de probat. Anchor. conſil.* 274. (*conf. Gail* 2. *obſ.* 75. *in fin. & de pign. ob.* 22. *nu.*
3. *&* 8.) † & quod quanto antiquior eſt, tanto 6.
iuſtior eſſe præſumitur, *Bald. conſil.* 420. *lib.* 1. adeo quod ille qui probat antiquiorem poſſeſſionem, debet obtinere etiam abſque titulo, licet aduerſarius eius habeat iuniorem poſſeſſionem cum titulo, paucis duntaxat caſibus exceptis, quos alio loco latè explicat Rebuffus. *ad concord. ſub. rub. de annatis verſ. ſexto vincit.* Quoniam verò huius regulæ vſus potiſſimum materiæ beneficiorum, pignorum ſeu hypothecarum ſubſeruit, ex ordine eam in his exactius tractabimus, eaque trademus, quę ſunt in conſuetudine hominum atque foro. Igitur in primis ad ſacerdotia ſeu beneficia quod attinet,

7. tinet, regula eſt, † quod qui prior reſcriptum ad illa impetrauit, reliquis præferri debet: *cap. ſi duobus cap. ſi pro te. cap tibi qui de reſcript. in 6.* (*vide Gail 2. obſeru.* 55. *nu.* 9. *Borel in ſumdte tit.* 20. *n.* 7. *& ſeqq.*) quia in ſecundo reſcripto ſemper intelligitur hæc clauſula, ſi pro alio non ſcripſerimus, qui gratiam proſequatur, & in dubio intentio Pontificis non eſt, vt velit ius quæſitum alicui tollere, *cap. ad aures, cap. mandatum de reſcript* ſicut dicimus, quod donatio facta à principe intelligitur ſine præiudicio tertij, *Alex conſ.* 125. *lib.* 2. quodque remiſſiones delictorum numquam trahuntur ad remittendam pœnam parti applicatam, vel applicandam, *Iaſon ad l. venia. Cod. de in ius voc. Felyn. in cap. ſuper eo. de offi. deleg.* (*conf.* D. *Peck. ſuper in cap. quæ à iure, n.* 9. *& ca. quod quis. n.* 11. *& in cap. decet, n.* 7. *& ſeq. & ca. mutare. nu.* 3. *& infer reg.* 79. *n.* 2. 3. *& ſuper in c. peccat. n.* 3. *cum ibi concord*) & legitimatus à principe, quamuis poſſit ſuccedere patri, tamen ſi legitimetur poſt mortem patris illi non ſuccedit, quia ius quæſitum agnatis, princeps non intendit auferre. *Cuma conſ.* 168. *Curt. conſ* 128. (*vid. Gail* 2. *obſ.* 140. *&* 142 *per tot.*)

8. Amplia primò hoc verum eſſe, etiam ſi dicatur, *non obſtante quacunque collatione*, quia intelligitur de inualida non de valida, ne ius quæſitum tollatur, *Felyn. ad cap cauſam de reſcript.* nec cenſetur princeps velle tollere gratias, quę ſuum ſortitæ ſunt effectum. *cap. ſi ſupra de conceſ præb.* Sed hæc pluribus verbis explicant Gomeſius *ad reg. cancell. titu de non toll. ius quæſitum.* & Rebuffus, *in praxi ben. tit de non toll. ius quæſit. gl.* 6. quos vide. (*A Gab. com conc. tit de Iur. quæſit. &c. & Petra. tr. eod.*)

Amplia ſecundò, quod prior in gratia, non valens capere, ſi ſubeſt cauſa quod in futurum capere poſſit, excludit interim ſequentem in ordine, *Pariſ. conſ.* 117. *num.* 19. *lib.* 4. & alias quaſdam ampliationes huc pertinentes recenſet Fely. *ad d. c. cauſam, &c. capitulum de reſcript.* ad quas te remittere, quàm cum tædio eas referre, malo. Eodem modo & in nominationibus quoque, quibus hodie nihil vſitatius eſt in Academiis ſeu Vniuerſitatibus priuilegiatis, dicta regula locum habet, in quibus is qui primo nominatus eſt præferri debet, *Rebuff. de nominat. quæſt.* 21. etiam ſi poſterior doctior, altiore gradu inſignitus, nobilior vel ſanctior eſſet. Tametſi enim in beneficiis conferendis multum tribuatur doctrinæ, nobilitati, *c. venerabilis de præb.* & vita integritati, *ca. niſi eſſent. eo. tit.* vt & in reliquis omnibus: *Hypolit latè conſil.* 1. *Tiraq. de pœnis cauſa* 51. in iam collatis tamen ob præiudicium aliorum ceſſat hæc conſideratio *Rebuf. d. loco num.* 14. etiam ſi poſterior ille in magis famoſa vniuerſitate no-

9. minatus eſſet: † quia licet promotus in celebri aliqua vniuerſitate, habeat maioris ſcientiæ præſumptionem pro ſe: *Ioan. de Anan. in rub. de tornea* tamen ad nominationes quod attinet, omnes Vniuerſitates ſunt æquales, *gl. §. ita tamen de collat. in pragmat. ſanct.* nulla etiam habita ratione eius, quod poſterior ſit filius doctoris, *Bald. ad l. iubemus. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* qui cæteris paribus præferri ſolet, vt & nepos collatoris, *Rebuf. num.* 9. quantumuis etiam ille vltimus ſuam nominationem vel ſuum reſcriptum prius præſentaſſet, *c. eum cui de præb. in* 6. collatorque iuraſſet poſteriori illi beneficium conferre, quia in omni iuramento ſemper intelligitur excepta authoritas ſuperioris, *c. venientes de iureiur.* quæ eſt, vt priori conferatur. Vnde ſic intelligimus iuramentum, quod collator conferet poſteriori illud beneficium, quod liberè conferre poteſt, *Rebuff. d. loco n.* 13.

Cæterum quod diximus priorem in beneficio obtinendo eſſe potiorem. † Fallit primò, 10.
quando manifeſtè de mente Pontificis conſtaret, quod vellet præiudicare priori. *latè Felynus in d. cap. capitulum.* Sed ne hæc res ad abſurda trahatur, vix hanc opinionem recipit Rebuffus, *in praxi benef. d. gl. 6. n.* 11. *vſque ad fin.* niſi cum hac reſtrictione; ſi priori vel de alio beneficio vel de re illi æquiualenti prouideat. Fallit ſecundò quando fuit aliquod impedimentum in perſona conferentis, vt quia erat excommunicata, & ſic conferre non poterat. Nam ſi prius contulit, & poſtea abſolutus iterum conferat, vtique poſterior præualebit. *ca. cum inter. de conſuet. c. cum. inter. de elect.* Fallit tertiò, quando erat impedimentum in perſona eius cui collatio facta fuit, vt quia fortè inhabilis erat, & poſtea confertur habili, poſterioris enim conditio præualet, *c. cum noſtris de conceſſ. præb.* ideò quod inhabilitas nullum in beneficiis titulum præbet. *Bald. in ca. ex parte de teſtib.* Eos autem qui inhabiles ſunt, vt beneficia illis conferri queant, ex ordine recenſet Rebuffus *in lib. de pacific. poſſeſſ. num.* 173. *vſque ad num.* 227. quem vide. Fallit quartò, quando adeſt impedimentum temporis. Nam ſi ante deuolutionem beneficium erat collatum, non valet etiam poſt tempus facta collatio, ſed de nouo tempore debito facienda eſt, & cui tunc confertur, is ſine dubio præualebit. *c.* 2. *c. ſtatutum de præb. in* 6. Fallit quintò, quando ratione rei ſubeſt impedimentum, vt ſi prior non expreſſit modum vacãdi ſed poſterior ſic. *ca. ſuſceptum de reſc. in* 6. Fallit ſextò, ſi forma in impetratione vel collatione neceſſaria non fuit ſeruata, *cap. quia propter, ca. ſuper eo de elect.* ea enim non ſeruata, omnia corruunt, de quo agit ampliſſimè Tiraquellus, *in lib. de retract.* §. 4. *gl.* 6. *num.* 31. *cum ſeq.* ad quem remitto. Fallit poſtremò, quando prior eſſet negligens, *d. c. tibi &c. ſi clericus. de præb. in* 6. & ſaltem intra ſex menſes eiuſmodi beneficium nõn petit, *c.* 2. *de conceſſ. præb.* quod nonnulli argumentis in eam rem adductis etiam ad poſſeſſionẽ trahunt, *Boër. quæſt.* 312. *Rebuff. ad concor. titu. de mandat. Apoſtolicis ad verb. inducentes.* aliaque quædam,

quædam,quæ huc adduci poſſent, plenius ſuggerit idem Rebuffus,*in praxi beneſ ſub rub.collationes plures an fieri poſſint cum ſeq.* cuius traditiones huic loco omninò adſcribere,non expedit.

11. Pari modo ſupradicta regula, quod nominatus prior præfertur poſteriori, ſuas quoque reſtrictiones habet. Primò quando Pontifex nominato iuniori per modum præuentionis beneficium contuliſſet. *Ioann. de Sylua in tract. b.neſ.parte* 3.*quæſt.* 29. Secundò, quando prior eſſet propter delictum priuatus ſua nominatione,& poſtea reſtitutus: quia tunc nominatus medio tempore ante reſtitutionem præfertur iſti, cùm reſtitutio non fiat cum præiudicio tertij.*cap.quamuis de reſcr.in* 6. [*Gail* 2. *P. P.*19.*num.*6.] Vnde dicit Bart.*in l.* 2. *ff. de*

12. *dec.*† quod Doctor de collegio expulſus propter delictum & poſtea reſtitutus,non recuperat locum quem habebat, vt tanquam antiquior præferatur, ſed habebitur vt quidam de nouo ad collegium accedens: *Gail d loc num.*5.] Et qui tempore infirmitatis reſignant ſuas præbendas, poſteaq; reconualeſcentes rurſum eaſdem per aliam reſignationem recuperant, non poſſunt venire ad loca,quæ primò habebant in eccleſia,ſed tanquam venientes de nouo, vltimas ſedes habent, & tenentur ſoluere pro ingreſſu, ſicut ſi omninò de nouo venirent. *Rebuffus de nominat q.*21.*n.*21. Tertiò, quando primus eſſet inhabilis vel negligens, vt iam dictum eſt.Quartò, quando prior eſſet purificata tempore vacationis beneficij, tunc enim ſecundus nominatus præfertur. *Fred. conſ.* 69. Quintò, quando prior non inſinuauit vel acceptauit beneficium, & non nominato poſtea ſtatim renunciaret, quia cùm id videtur facere in fraudem ſecundi, ideò ſecundus ei præfertur. Quæ omnia & prtærea ſeptemdecim alias limitationes, in quibus poſterior nominatus præfertur priori, eleganter tradidit Rebuffus.*d. qu.* 21. [*de quibus omnibus & ſimilibus vide prolixè Garc.tr.de beneſ.paſſim.*]quem vide.

13. † Quò etiam pertinet, quod antiquus ille noſter diſputat Goffre.*quæſt.*1.an epiſcopus conferens indocto beneficium, qui doctum ſe eſſe dixit & perſuaſit, illud tanquam deceptus, ei auferre poſſit? & vtrinque diſputans reſoluit, eccleſiam ſaltem in integrum eſſe reſtituendam aduerſus collocationem factam.

Succedit nunc huic altera regula,quæ eſt de pignoribus & hypothecis:nam qui eſt prior in tempore,potior eſt in pignoris iure. *l.potior.ff. qui potior. in pig.hab.*

14. Amplia hoc primò, vt procedat, non ſolùm agendo & petendo, ſed & excipiendo & replicando. Nam ſi prior creditor rem hypothecatam ſibi poſſideat, quæ à ſecundo creditore petitur, is quia poſſidet, ita poterat excipere ſicut ſi non poſſideret,poſſet agere *l.creditor d tit.*

Amplia ſecundò, quod præfertur prior in re, etiam quæ empta eſt ex pecunia ſecundi creditoris,*auth. quo iure C eod t t.* quia emptio quæ fit ex pecunia mea, non facit rem eſſe meā aut mihi obligatam,ſed tantùm obligat ementem mihi.*l.*1.*& aliis C ſi quis alt vel ſibi.*

Amplia tertiò, etiam ſi poſterior creditor mutuaſſet ad rem emendam. Nam licet hoc caſu præferatur hic habenti actionem perſonalem,non tamen præfertur quo ad hypothecam, niſi hoc tempore mutui expreſsè dicatur.Mutando enim, nemo iuri iam acquiſito priori per hypothecam,derogare poteſt *l. creditor.* 2. *ff.ſi cert. pet.* [*vide Gail* 2.*obſ.* 12.*per tot & ibi Greu.H.Piſt.*3.*qq.* 15.]

Amplia quartò etiam ſi res fuiſſet tradita ſecundò,adhuc is qui eſt primus,præfertur:*l. ſi potior.§ ff.qui pot.in pig.hab.*quia ſicut lepra ſequitur leproſum quocunque ierit, ita res cum ſua cauſa, ſuoque onere tranſit. *l. alieno. ff. de contr.empt.* ad poſteriorem creditorem.

Amplia quintò, etiam ſi prior hypothecam habeat ex priuata ſcriptura trino teſte notata tantùm, alter verò ex inſtrumento publico: *l. ſcripturas C. qui pot.in pig. hab.* quia vndecunque ſit hypotheca, dummodo valeat, prioritas attenditur. [*Gail* 2. *obſeruatione* 25. *num.* 10.]

Amplia ſextò,quod præfertur prior non ſolùm in ſorte,ſed & in vſuris *l.Lucius ff.de ũt.*& arreragiis, hoc eſt, in redditibus non ſolutis, ſed tamen ceſſis.*Socy.conſ.*41.*lib.*4.[*vid. H. Pictor.*3.*qq.Iur.*14.*n.*14.

Amplia ſeptimò,etiā ſi hypotheca eiuſmodi conſtituta ſit à Domino, qui rem illā bona fide emit.Adhuc enim prior præfertur: quod ſecus eſt, ſi à diuerſis non dominis conſtituatur, quia tunc poſſeſſor ſolet eſſe melioris conditionis *l.ſi non dom.ff. eodem titul. qui potior in pig.hab.*

Amplia octauò, vt locum habeat etiam in creditore conditionali, quia poſt euentum cōditionis caſualis aut mixtæ,hypotheca trahitur retro ad diem contractus.*l.qui bal.§.* 1. *eo. tit.* (*Piſt latè d.q.per tot.*)Amplia nonò quod præfertur prior etiam fiſco poſteriori:*l.fi.C.qui po. in pig.*(*conſ.Gail* 2.*ob.*86.*n.*7.*vi.pul.Treut.p.*2: *diſp.*24.*th.*7.*ſub lit.a.Neg. de pig.*2.*mem.*5.*p.n.* 42.*Per.dè iu.fiſci.l.*6.*n.*16.*ti.*6.*Cou.*2. *var. reſ.* 16.*Men.*2.*præſ.*72.)præterquā in rebus poſtea acquiſitis. Amplia decimò in duabus dotibus, vt prior præferatur,*auth.quas actiones. C. de ſacroſ.eccleſ.*quia dos contra dotem, dotis priuilegio non vtitur.*l.* 2.*ff.qui potior in pig.l.ſi. generaliter.C eod.* (*conſ.Peck.de reb.ec.c.*5.) Amplia vndecimò,etiā ſi prior haberet generalem hypothecam ſuper omnibus bonis,& poſterior ſuper vna domo tantùm:quia in illa domo etiam prior præfertur ratione prioris hypothecæ generalis, quamuis ex ceteris bonis pecuniam ſuam acquirere poſſit.*l.*3 *eod.tit.*(*Gail* 2.*ob.*25. *n.*4.*latiſſimè Piſt.*3.*qq.iur.*12.*&* 13.*Myn.ſ.*6.*ob.* 93.*Treutle. d. diſp.* 24. *th.* 6.*ſub tit. e. Gutier.*

T *conſ.*

*conſ.*50.] Amplia duodecimo, quando nouatum eſſet debitum cum repetitione expreſſa hypothecatæ: quia cenſetur eſſe repetita cum priuilegio prioritatis. *l. hac edictali.* §. *omnibus. C. de ſecund. nupt.* (*Gail* 2. *obſ.* 30. *n.* 10.)

Amplia decimo tertiò, vt præferatur etiam in bonis poſt obligationem à debitore acquiſitis. Poſtremò amplia, etiam ſi prior creditor emit rem hypothecatam à debitore, vt poſtea, ſi hypothecaria conueniatur à creditore ſecũdo, poſſit rem retinere pro ſua anteriori hypotheca, quæ non cenſetur quoad hunc effectum, ſublata nec confuſa per acquiſitionem rei. *l.* 1. *C. ſi antiq. cred.*

15. Limita primò, quando ſecundo creditori obligata eſſent bona, priori verò non, cùm primus nihil iuris habeat in re. *l. creditor.* §. *ſi primus. ff qui potior. in pig.* Limita ſecundò in re empta ex pecunia pupilli: ea enim iure ſingulari erit hypothecata pupillo, *l. itemq; d. tit.* & in ea quo magis ſuccurſum ſit in tenera ætate, prioribus (*Piſt.* 3. *q.* 15. *n.* 12.) præfertur; ſed ſi à tutore empta ſit, tunc electio datur pupillo, vt vel quoad hypothecam præferatur, vel vt poſſit rem ſua pecunia emptam vendicare. *l. curator. Cod. arb. tutelæ.* Limita tertiò, quando quis pecuniam mutaret ad rem emendam, hoc pacto expreſsè adiecto, vt res ex ea empta, ſit ei ſpecialiter pro illa pecunia obligata. *l. l cet. C. qui in pet. pig. dec. Neap.* 306. [*Gail l.* 2. *obſ.* 12. *num.* 4. *verſ. ſecundò. & obſeruat.* 15. *num.* 7.] Is enim etiam doti præfertur. *Cepol. caut.* 124. de qua non poteſt vxor conqueri, ideo quod maritus illam rem non habebat in bonis, antequam creditor ille pecuniam illam mutuaret, qui ſi mutuauit, & eo modo ſibi proſpexit, non eſt ei hoc inuidendum. (*Diſ. Gail d. ob.* 12. *verſ. obſeruat.*) Limita quartò in duabus dotibus: Nam ſi filij res dotales repetant, etiam aliis dotibus prioribus præferentur. *d. l. fin. & ibi Bald. in auth ibi poſita.* Limita quintò, in debito primipili. Fiſcus enim omnibus creditoribus quantumcunque prioribus, cùm ſit neruus belli & pacis, bono iure cum de damno vitando agitur, non cùm eius lucrum ſpectatur tantum, antefertur. *l. penult. C. de primipilo* [*conſ. Gail* 2. *obſ.* 86. *num.* 7.] In huius autem primipili locum. *Ant. Capit. deciſ. Neap.* 129. generalẽ Theſaurarium Principis ſucceſſiſſe quidam aiunt. Limita ſextò, in creditore priore poſſidente rem debitoris, qui ſi conuentus neget rem debitoris eſſe, ipſe propter mendacium ſuum merito priuatur hoc priuilegio ſuæ prioritatis. *auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pig.* Limita ſeptimò in expenſa funeris. Is enim qui eam fecit, omni tacitas hypothecæ priori, quia intereſt publicè homines ſepeliri, præfertur. *l. at ſi q. u. l. penult. ff. de relig. & ſump. fun.* Limita octauò, quando ſecundus creditor ſoluit, vel offert ſoluere, atque conſignat debitum priori. Efficitur enim anterior. *l.* 1. *C. qui pot. in pig.* ideo quod amplius non intereſt prioris, cui ſolutum eſt. Limita nonò, ſi ex voluntate primi obliget vt poſteriori: quia ius ſuum, cui renunciare poteſt, videtur illi remiſiſſe. *d. l. creditor.* §. *fin ff. qui pot. in pig.* Limita decimò, in obligatione fructuum, quos ſi debitor vendat, & emptor recipiat in illis præfertur priori creditori, *l.* 1. §. *cũ prædium ff. de pig. d. l. aulus* §. *c.* ideo quod mobilia non habent ſequelam. *Boër. in* §. 2. *de conſuet. hypoth.* Limita vndecimò in fiſco quoad bona acquiſita poſt obligationem ſuã, & priorum creditorum. *l. ſi is ff. de iure fiſci.* niſi etiam primus creditor eſſet priuilegiatus: quia vt ſuperiùs dictum fuit, vnus priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio aduerſus eum qui pari priuilegio munitus eſt. *l. priuileg. ff. de priuil. credit.* Limita poſtremò, quando primus habet generalem hypothecam, & etiam ſpecialem in vna re, & ſecundus habet ſpecialem in alia re diuerſa: quia tali caſu primus non poteſt agere ad ſpecialem ſecundi, vigore ſuæ generalis hypothecæ, donec primo poteſt ſatesfieri de ſua ſpeciali hypotheca *l.* 2. *c. de pig.* (*v. à me allegatos ſuper ampl.* 11.) Quod ſi quis exactius videre velit, & plures cognoſcere cupiat huius capitis ampliationes & reſtrictiones, latiſſimè eas apud Rebuff. *ad conſt. reg. to.* 3 *ti. con. red. arg.* 1. *gl.* 8. & Antonium Neguſ. inuenire poterit, ad quos me remitto. *in lib.* 2. *membro.* 5. *partis principalis.* (*Gail* 2. *ob.* 25. *n.* 6. *verſ fallit, & ſeqq.*)

Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod omni hypothecæ ſeu eius conſtitutioni ineſt pactum. Pacta autem nouiſſima prioribus derogant, iiſdemque potiora ſunt *l. pacta nouiſſima C. de pact.* Secundò ex eo, quod ſi vnus colligantium de beneficio moriatur, non poteſt illud conferri niſi lis finita ſit, & niſi de iure defuncti appareat, *c.* 1. §. 2. *vt l. tependent. lib.* 6. & collitigans ſi illud impetrauerit, licèt ſit poſterior, anterioribus tamen præfertur. *c. fin. eod. tit.* Tertiò ex eo, quod diſertè reſpondit Iulius Paulus, priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimanda eſſe. *l. priuilegia ff de priuileg cred.* Quartò ex eo, quod ſi plures immitantur in poſſeſſionem bonorum, nulla habita ratione temporis, omnes ſunt æquales: vt ſi vnus nunc eſt immiſſus, poſtea venit ſecundus, deinde alij, & primus per hanc regulam dicit ſe eſſe præferendum, quia prior tempore immiſſus eſt: vtique non auditur: *l. ſi finita* §. *ſi plures. ff. de damno inf. l. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. poſſid.* Poſtremò ex eo, quod ſi duobus res eadem vendita ſit, non is in iure potior eſt cui primo vendita fuit, ſed is cui primo tradita eſt, *l. quoties C. de rei vendic.* licet in emptione poſterior ſit, non conſiderato quod emptio etiam ante traditionem, § 1. *inſtitutionem. de de empt. & vend.* poſt conſenſum præſtitũ dicitur eſſe perfecta. † Rationes decidendi ex his, quæ circa initium huius capitis diximus, manifeſtè colligi poſſunt. Neque obſtat prima dubitatio: quia pacta nouiſſima derogant prioribus non alia ratione, quàm quod per ea nulli præiu-

præiudicatur, ſed paciſcentes per poſteriorem conuentionem, & vnanimi conſenſu, à priore pacto recedunt: quod non eſt in propoſito, vbi alteri creditori poſteriori noua hypotheca vel inſcio, vel etiam inuito priore, conſtitututa eſt, eiq; propterea ius acquiſitum tolli non poteſt. *l. id quod noſtrum. ff. eod.* Sed nec ſecunda obiectio mouet. Nam quod illic proponitur, euidentem iſtam rationem habet, ne propter nouos aduerſarios, qui interdum malitioſè, petitoribus ſubrogantur, lites inchoatas in maximum ſacroſanctarum eccleſiarum diſpendium, prorogari contingat. *d. c. 2. Rebuf. in praxi benef. ti. de ſurrog. collitig gl.* 2. Sic & id quod tertio loco controuertitur, ita accipi debet, quod priuilegia perſonalia de quibus loquitur Paulus, non æſtimantur ex tempore, ſed ex cauſa magis priuilegiata, vtpotè quod in his id ſolùm ſpectatur, quis eorum magis ſit priuilegiatus, ſicut accidit in pupillo, fiſco, & ſimilibus aliis, ad petendam ſolutionem bonorum debitoris, quæ non ſunt pignori data vel hypothecę ſuppoſita, concurrentibus. (*vid. Gail 2. obſ* 25. *n.* 11. 12. 13. In realibus verò priuilegiis vel iuribus, in quibus tantùm conſideratur res ipſa, eiuſq; affectio ſeu obligatio, magis ſpectatur tempus quàm cauſa petendi & priuilegium, *Zaſius ad l. priuilegia.* vt hic. Quartò non obſtat, quod de pluribus in poſſeſſionē miſſis adducitur: quia primum decretum quod primo creditori permiſſum eſt, in rem eſt reſpectu bonorum debitoris à facie ſuorum creditorum latitantis, & non reſpectu perſonæ creditoris impetrantis, hoc eſt, non reſpicitur in ea re perſona creditoris, videlicet quod primo eiuſmodi miſſionem impetrauit, ſed reſpicitur res ipſa in quam facta eſt immiſſio. Vnde merito debet ea immiſſio tanquam realis, non etiam tanquam perſonalis aliis prodeſſe & ſuffragari. *Zaſius ad d. l. cum vnus.* (*pulchrè D. Peck. de iu. ſiſt. c.* 40. *n.* 5. *& ſeqq. & c.* 49. *per tot. Gail* 1. *ob.* 70. *n.* 5. *Treutl. d. diſp.* 24. *theſ. ſub lit. e. verſ. & hæc reg.*) Poſtrema quoque dubitatio ſcrupulum non facit: quia quod prior hypotheca præfertur poſteriori, propterea eſt quod per poſteriorem hypothecā quæ etiam conſtituit ius in rem, ius reale prioris creditoris eo inuito auferri non debet, ſed res quæ onere prioris hypothecæ grauata eſt, tranſit cum eo onere ad ſecundum creditorem. Atqui non eſt ita, quando duobus eadem res diſtrahitur, & poſteriori traditur. Ideò enim eo caſu poſterior præfertur quod ius eius potentius eſt. Habet enim dominium & contractum. Dominium ex traditione, & effectum contractus per conſenſum: prior verò non dominium aut ius in rem venditam, ſed ſolum contractū vēditionis habet, qui non afficit rem ipſam, ſed tantùm parit emptori actionem perſonalem ex empto, ad hoc vt venditor tradat rem, ſi eam habeat, vel ſi eam non habet, vt ad id quod intereſt, condemnetur. *l.* 1. *ff. de act. empt.*

REGVLA LV.

Qui ſentit onus debet ſentire commodum: & è contrà.

1. *Conductoribus Gabellarum an augmentum vel diminutio cedat.*
2. *Ampliationes ad primum axioma huius regulæ.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Rationes decidendi.*
5. *Coadiutor cui & cuius ſumptibus detur.*
6. *Salarium Profeſſorum pro toto anno debetur hæredibus eorum.*
7. *Eleemoſynæ vtilitas quanta ſit.*
8. *Secundum axioma huius capitis.*
9. *Ampliationes ad illud.*
10. *Princeps an poßit aliquem eximere à collectis.*
11. *Rationes dubitandi ad ſecundnm axioma.*
12. *Ratio decidendi.*
13. *Tertium axioma huius capitis.*

SI quis diligentius huius regulæ ſenſum aſpicere & intueri velit, non obſcurè inueniet triplex axioma eadem contineri. Primum eſt: Qui ſentit onus, ſentire debet commodum. Secundum eſt: Qui ſentit lucrum aut incommodum, ſentire debet & onus. Tertium verò eſt: Qui non ſentit onus, non debet ſentire lucrum. Et quoniam cuiuſque axiomatis interpretatio ac ſignificatio varia eſt, dum vnumquodque eorum ab altero diſcrepat, de ſingulis per ordinem quædam annotabimus. Igitur vt ad primum axioma reuertatur: eius vſus vberrimus eſt, & in contractibus frequentiſſimè verſatur illius vtilitas. Etenim ex contractu inſtitoris, ius ſeu actio non alia ratione domino acquiritur, quàm quod ex eiuſdem facto obligetur. *l.* 1. *de inſt. act.* Et in contractu ſocietatis tacitè actum cenſetur, vt qui plus æris & periculi ſuſtinet, plus lucri ferat *Baldus ad l.* 1. *C. pro ſocio.* [*vi. H. Piſt.* 3. *qq. Iur.* 1. *per tot. Cauar.* 3. *var. reſ.* 2. *num.* 3. *Gomez.* 2. *var. reſ.* 5. *n.* 5.] Et (vt Decius eleganter reſpondit *conſil.* 4.) ſi augmentum cedit conductorib. 1
gabellarum, impoſitionum, acciſiarum ſeu vectigalium: ideo quod ſi decreſcerent emolumenta, ad eos ſolos hoc damnum pertineret. Qua ratione & Tiraquellus. *de retractu* §. *ſexto gl.* 1. *num.* 8. quoque ex redditu perpetuo & irredimibili, ſoli domino fundi, hoc eſt domino temporali loci in quo fundus ſitus eſt, laudimia ſoluenda eſſe cenſuit, qui ſolus propterea, quod fundus tali redditu grauatur, damnum ſuſtinet. Non enim tam facilè & toties vendetur, cum nemo fundum tali onere grauatum libenter emat. Rurſum verò in teſtamentis regula eſt, quòd, quem non ho-

noro, grauare non poſſum, *l. ab eo C. de fideicommiſſ.* [*conf. Gail 2. ob.* 119. *ſub. n.* 2. *& n.* 14. *& ob.* 116. *n.* 3. *latè Caldas de iu. emph. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 5. *& ſeqq. & con.* 31. *n.* 3 *& ſeq. & conſ.* 8. *nu.* 38. *Gomez.* 1. *reſol.* 12. *nu.* 54. *Padill. in rep. d. l. ab eo.*] Et ideo vxori alimenta ab hæredibus mariti intra annum luctus præſtanda ſunt, quia è contra hoc onere grauatur, quod illi dotem rerum mobilium ipſi competentem, intra eumdem annum, *l.* 1. *C. de vxoriæ rei act. pulchrè Guido qu.* 296. non reddunt. Sic & in iudiciis & iudex licitè petit ſumptus à partibus, *Dd. ad ca. non li et.* 11. *quæſt.* 3. (*vid. Gail* 1. *ob.* 151. *num.* 6. *& ſeqq.*) & id quod intereſt rectè adiudicatur: quia is qui onus in eò ſuſtinuit, quod pecunia ſua tamdiu caruit: vtique vel damni illius compenſationem, vel emolumentum aliquod ſentire debet, *Rebuffus ad procem. l. vnica C. de eo quod intereſt.* (*& ibi Caballin.*) Sic denique & in rebus ſpiritualibus, clerici qui opera & conſilio epiſcopis ſuis viſitantibus adſunt, digni ſunt qui propter hoc onus ad beneficia promoueantur, *ca. charitatem.* 12. *q.* 1. & donatio bonorum eccleſiæ propter præcedens meritum & onus ſuſtinetur, *ca. quicunque eod. tit.* neque debent plures clerici eſſe in eccleſia, quã in ea ali poſſunt, *l. eccleſijs. C. de epiſc. & cler. authen. vt determi ſit num. cler.*

2. Amplia primò hanc regulam, vt propter eius æquitatem cogamur recedere à regulis iuris communis. Regula etenim communis eſt, quòd res quæ perit, ſuo domino perit, *l. pignus C. de pignor. act.* & tamen emptor ante traditionem, per quam ſolã dominiũ transfertur, *l. traditionib. C. de pact.* rei venditæ periculum ſuſtinet, *l.* 1. *C. de peric. rei venditæ*, eique perit, non alia quidem ratione, quàm quod omne illius commodum percepit etiam ante factam traditionem. *§. cùm autem inſtit de empt & vendit.* Amplia ſecundò, etiam ſi aliquo modo imputare ei poſſet, quod legem conuentionis expreſſius non dixerit. Nam etiam ſi nihil dictum ſit quod ad hanc rem pertinet, nihilominus tamen regulæ huic locus erit. Quia cùm verba accipiuntur ſecundùm naturam contractus, vt eleganter explicat Aymo, *conſil.* 145. *n.* 3. certè creditor, qui eſt obligatus recipere aureos, prout erat illorum valor tempore contractus, ſic vt illius diminutio, ipſius periculo fiat: quicquid emolumenti intenſio illorum valore acceſſerit, totum hoc in ipſius vtilitatem cedet. *Laurent. Calcaneus conſil.* 15. *nu.* 46. *Dd. ad l. Paulus ff. de ſolut.* (*Gail* 2. *obſ.* 73. *num.* 9.) Amplia tertiò, etiam ſi lucrum illud cum quali quali aliorum præiudicio fiat. Lex enim bona corrumpentis ſanctimonialem, monaſterio eius in quo illa degit, & quod onere obſeruandi alendique eandem grauatur, *cap. ſi quis rapuerit* 27. *q.* 1. applicari conſtituit, id quod tamen vel quo ad proprietatem vel ſaltem quo ad vſumfructum, ſine præiudicio liberorum ſeu amicorum eiuſdem raptoris ab inteſtato ſuccedentium, fieri non poteſt. Amplia quartò, vt locum habeat etiam inter perſonas coniunctas, inter quas tamen facilius donatio præſumitur, *l. alimenta C. de neg. geſt.* Vt ecce, ſocero eſt gener perſona coniuncta, *l.* 2. *ff. de in ius voc. l. affinitatis. ff. de grad. cognat.* quia tamen onus matrimonij ſuſtinet, vtiquo & dotem promiſſam & non ſolutam, & vſuras eius petere poteſt, *l. in inſulam §. vſuras ff. ſolu. matr.* (*conf. Gail* 2. *ob.* 86. *n.* 2. *& ſeqq.*)

Amplia quintò, quod ſicut non valet pactum, vt vnus ſocius ſolus lucretur, alter verò ſolus onus ſuſtineat, *l. ſi non fuerint §.* 1. *ff. pro ſocio.* [*vid. Gail* 2. *obſ.* 24. *n.* 3. *& ſeqq.*] ita quoque & hic pactum in contrarium factum non ſubſiſtet, *Aymo conſ.* 245. *n.* 3. Ego verò de hac ampliatione plurimum dubito, an vera ſit, quia licet omne lucrum pertineat ad emptorem poſt abſolutam emptionem, poteſt tamen venditor omne periculum ſolus in ſe recipere, omne in vniuerſum lucro apud emptorem remanente, *gl. latè in §. cum autem inſt. de empt. & ven.* Quomodo & Vlpianus pacto ſtandum eſſe ait, ſi vel locator vel conductor vim maiorem in ſe receperit, *l. ſi quis fundum. ff. locati.* (*conf. Gail* 2. *ob.* 21. *num.* 2. *verſ. fall. & ob.* 22. *in fin. & ob.* 23. *n.* 17.) Verius eſt igitur amplationem iſtam ad limites & ſecundùm naturam cuiuſque conuentionis coarctandam & reſtringendam eſſe. Amplia ſextò, quod propter huius regulæ æquitatem poteſt quis onus aliquod rebus ſuis ad commodum alterius abſentis qui onus ſuſtinuit apponere, *Paulus Pariſ. conſ.* 12. *num.* 21. *lib.* 2. & in remunerationem anteacti laboris, rem ſuam ea lege, vt poſt tempus aliquod Seio illam reſtituat, Titio dare. Quamuis enim abſens & ignorans ſit Seius, ex æquitate tamen actio illi datur. *l. quoties C. de donat. quæ ſub. modo fiunt.*

Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod frater, etiam ſi nullum ſperet commodum ſucceſſionis vel aliud, onus tamen inopem ſororem, maximè ex eodem patre natam, *l. cum in plures ff. de adminiſt. tut. l.* 1. *ff. vbi pupil. educ. debet.* alendi & dotandi, ſubire debet. Secundò ex eo, quod ſi ſocius quædam negligenter in ſocietate geſſit, in pleriſque autem ſocietatem auxit, compendium cum negligentia compenſatur: ſolus onus ſuffert, lucrum ſolus non habet. *l. nec ob eam cum l. ſeq. ff. pro ſocio.* Tertiò ex eò, quod incrementum alluuionis, emptori ad quem omne periculum pertinet, non cedit: ſed in menſuram venit, & eius ratione precium aliquod amplius debetur, *l. Iulianus §. ſi Titius ff. de act. emp.* Quartò ex eo, quod eccleſia tenetur ad præſtandum alimenta epiſcopo vel prælato ægrotanti & ſenio confecto, quem deſtituere non poteſt, *c.* 1. 7. *quæſt.* 1. & tamen nullam ab eo vtilitatem habet, pariaque ſunt non habere prælatum, vel inutilem habere, *c. inter corporalia de tranſla. epiſcoporum.* ſicut paria ſunt, non habere maritum, & inutilem habe-

habere, *Iaſon. ad l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogãt.* [*Gail. 1. ob. 1. n.* 55.] Quintò ex eo, quod præſes prouinciæ ex cauſa ante tempus remotus, nullum amplius lucrum habet, cùm tamen nihilominus aſſeſſori ſuo, reſidui temporis ſalarium ſoluere teneatur. *l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſo* Sextò ex eo, quod Iureconſultus reſpondet, fratres tutelæ onere grauari, quorum tamen ſoror ſola ad emolumentum ſucceſſionis admittitur, *l. 1. §. fin. ff de legit. tut.* Septimò ex eo, quod qui vtitur re commodata ad alium vſum contra voluntatem domini, furtum facit. *l ſi vt certo. §. quinimo ff commodat.* adeoque omne periculum rei eius eſt, & tamen ſi eodem tempore, quo periculum ſuſtinet, quæſtum aliquem ex eadem re fecit, non ad ipſum pertinet, ſed ad dominum rei tantùm. *l. ſi is qui §. ſi quem quæſtum eod. tit.* Octauò ex eo, quod iudex compellere poteſt diuites ad onus eleēmoſynarum, quos à pauperibus nullum fructum habere conſtat, *cap. ſicut 47. diſt.* iiſdemque pauperibus eccleſia, ſuo etiam onere grauata, gratis magiſtrum tribuere, *cap. 1. de Magiſtris.* & notarius ſeu tabellio, gratis ſeruire ac ſcribere debet, & ſine nota læſioneque ſuæ conſcientiæ aliquid ab his accipere non poteſt *Iaſon. ad l. nec quicquam §. vbi decretum ff de offic. proconſ. & leg.* Poſtremò ex eo, quod cùm princeps aliquem ab onere publico, vt poteſt, eximit, vtique hoc in onus aliorum, qui nullum è contra ab exempto, *c. accedentes de præſcrip.* illo lucrum percipiunt, redundat.

4. Ratio autem decidendi eſt, quod niſi onus impoſitum ſpe aliqua lucri compenſaretur, nemo proximo facile adeſſet, aut beneficium faceret. Omnes enim (inquit Cicero) mouemur vtilitate, ideoque & olim apud fabuloſam antiquitatem Iuppiter, omnia venalia expoſuit, pretium ante laborem eſſe decreuit, vt ſic incommoditatis & ſedulitatis comes foret commoditas & animi tranquillitas. Quomodo & Plautus ait, quod *fortiter malum qui patitur, poſtea acquirit bonum.* Id quod euidenter apparuit in Lazaro & diuite epulone, cùm illi pro miſeria & patientia alibi, reddidit Dominus conſolationem & quietem. Huic verò pro luxu, vana gloria, & immiſericordia, rerum omnium in ſummo gehennæ ſupplicio egeſtatem tantam, vt non habuerit tantillum aquæ, quo ſaltem potuiſſet refrigerare linguam. Eodemque reſpiciens Apoſtolus 2. Corinth. 1. *Sicut ſocij* (inquit) *paſſionum eſtis ſic eritis & conſolationis.* Et rurſum Pſalmiſta. *Ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* Et in Apoc. c. 7. & ca 21. *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor.* Neque aduerſus hæc obſtat prima dubitatio. Exiſtimat enim legiſlator, onus dotandi, commodo amicitiæ fideliſſimæ & arctiſſimæ, quæ inter fratres & ſorores eſſe debet, æquale non eſſe, cenſetque Accurſius, *in l. 1. § ſed & in nonnullos ff. de tut. & rationib. diſtrah.* non eſſe hanc meram liberalitatem fraternam, ſed potius iuſtum debitum, inter tam coniunctas perſonas, veluti ex natura ipſa, quæ hac ciuili ratione connexa eſt, quod nemo ſanguinem ſuum odiò habere poteſt contractum. [*vid. Teſſ. dec.* 192. *nu.* 7. *& ſeqq. Pinel. l. 1. p. 3. n.* 105. *C de bon. mat. Schneid. § ſuerat n.* 93. *& ſeqq. Inſt. de act.*] Secunda quoque obiectio mouere non debet, nam vt pulchre reſpondit Albericus, *ad l. qui proprio. §. vt in cateris ff de procurat.* hæc regula intelligitur, quando lucri & oneris eadem eſt ratio, & quando ex eadem cauſa proueniunt: quod non eſt hic, vbi lucrum ex induſtria vel caſu, onus verò ſeu damnum ex culpa ſocij naſcitur, qui cum lucro ſtudere debuiſſet, ſua culpa alteri damno eſſe non debet, ſi tamen non ſit æquè negligens in ſuis rebus, vt in alienis aut communibus. Hoc enim caſu ſibi imputare debet, qui tam negligentem ſibi ſocium elegit, *§. fin. inſti. de ſocietate.* Sed nec tertia dubitatio obſtat. Quod enim in ea ex aduerſo proponitur, verum eſſe intelligitur, quando venditor in fundo ad menſuram vendito, bona fide centum iugera eſſe dixit, ignorans in eo eſſe tantum nonaginta. Et ſi antequam menſuretur, decem iugera per alluuionem accreuerint eidem: æquum eſt, ea decem ad emptoris emolumentum non pertinere, partim ne bona fides & error venditori obſit, partim quod ante menſuram ſecutam, adhuc verè perfecta non eſt venditio, ſed veluti conditionalis hæret, ſcilicet, ſi menſuretur, *Salicet ad l. 1. C. de peric. rei vendit. Caſtr ad d. §. ſi Titus.* Et quod dicimus omne commodum & periculum poſt contractam emptionem emptoris eſſe: in emptione conditionali locum non habet, *l. b. neceſſario. ff. quod ſi pendente ff. de peri. rei. vendit.* Eodem modo vim non facit quarta dubitatio: quia quando corporalis percuſſio imminet, vtrum pro purgatione an pro vindicta contingit, ignoratur. Ideoque eccleſia Prælato ſuo ægroto & afflicto, nouam aliam afflictionem adijcere non debet, ſed hæc eius imbecillitas, animum forte ipſius, in eiuſdem eccleſiæ commodum, multis illuſtriorem reddet. *cap. 2. 7. qu. 1.* † Et ſicut milites emeriti, 5. & honorificè dimiſſi ſeu veterani, anteacti laboris præmia referunt: ita & eccleſia Prælatum ſenio confectum reiicere non poteſt, *cap. pontifices ibidem.* nullumque graue onus ex eo cauſari debet, cùm ex fructibus prælati conſtituatur coadiutor, qui vicem prælati ſupplet. *cap. finali. de cleric. ægrot. & cap. fi. eod. tit. l. b. 6.* Quintò etiam non obſtat, quod de aſſeſſore dicitur. Etenim quemadmodum in aduocatis, & iuriſperitis ſeu doctoribus recipitur, *l. 1. & ibi Dd. ff de varijs & extraordinarijs condi.* quod totius anni ſalarium ad hæredes ſuos tranſmittunt, ſi ante anni finem vel moriantur, vel impediti cauſam perorare non poſſunt, idque ſpeciali fauore & priuilegio litterarum, etiam ſi vel

vel ciuitas vel cliens commodum ab his non habeat:ita quoque in aſſeſſore præſidis ſpeciali beneficio id receptum eſt, cæteris non
6. tribuitur. † At quoties ex caſu contingente in perſona tertij vel alterius contrahentis, incidit impedimentum: etiam tunc integra merces alteri debetur, vtpote per quem non ſtat, quominus ſatisfaciat, *l. qui operas ff. locat.* ſicut & hic quoque non ſtetit per aſſeſſorem, quominus toto anno aſſideret,ſi non etiam ſtatim iterum aſſideat nouo illius ſucceſſori. [*vi. allegatos ſupr. in c. imputari. n.* 1. Oppido enim iniquum ac ſordidū foret, quod à defuncto Præſide,& denuo ab illius ſucceſſore.*gl. ibi.* duplex ſalarium conſequeretur. Non vrget quoque ſextum argumentum quod proponitur. Intelligitur enim hæc regula, quando lucrum & onus in eamdem perſonam concurrere poſſunt,quod non eſt ibi, vbi ſoror fuit quidem capax lucri & ſucceſſionis, ſed non erat capax oneris tutelæ,à qua fœminæ iure repelluntur. *l.* 2. *ff. de regu. iuris.* Sic & impuberes hæreditatem capiunt,ſed cùm ipſi ſint in tutela aliorum, vtique aliorum tutores non exiſtunt. Septimò non obſtat, quod de commodatario adducitur.Nam (vt ait Albericus *ad l. ſi negotia. ff. de negot. geſt.*) hæc regula intelligitur, quando ex conuentione vel bona fide ad aliquem periculum pertinet, vt eſt in emptione & ſimilibus,non autem quando ex culpa quis periculo obſtringitur, ſicut fit in contrario, vbi periculum pertinet ad commodatarium tantùm ex culpa ſua, ex qua iniquum foret illud lucrum ſentire, *Salic. in d. §. ſi quis quæſtum.* quia ſicut nemo ex delicto ſuo actionem conſequitur,*l. itaque fullo ff. de furt.* ita nec lucrum ex eo ſperare debet, *l. nullus ff. hoc titu.* Quæ ratio eſt, quod neque procurator, neque negotiorum geſtor,domino ſuo imputat ea, quæ culpa ipſius propria euenerunt, quamuis omne lucrum quod facit, illi præſtare debeat.*d. l. qui proprio & d. l. ſi negotia.* Cæterum quando lucri ceſſantis, quod mihi negligentia ſocij vel adminiſtratoris datur, fiat compenſatio cum lucro quod mihi prouenit ex eius induſtria, amplè notat Romanus, quem vide, *ad l. cum mulier, num.* 95. *ff. ſolut. matr.* Subinde enim negligentia cum lucro compenſatur.*l. Gaius. ff. de vſu. l.* 2. § *poſtea. Appius ff. de orig. iu.* Nullam quoque vim adfert id de quo octauo loco dubitatum fuit, propter naturalem æquitatem illic ſubexiſtentem: quia *eſurientium panis eſt*,(inquit Ambroſius *d. cap. ſicut.*) *quem tu auare detines: nudorum veſtimentum eſt, quod tu recludis: miſerorum*
7 *redemptio eſt pecunia, quam tu in terra defodis:* † & ſatis multum lucri accedit liberalibus erogatoribus, quibus vita æterna præmium eſt. Id quod eleganter his verbis oſtendit Chryſoſtomus homilia 33. ad populum. tomo 4. *Si artis proprium eſt, ad aliquam vtilitatem peruenire, eleëmoſyna certe nihil eſt vtilius. Non enim nobis conficit calceamenta, nec has luteas domos ædificat, verùm & æternam miniſtrat vitam, & ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & manſiones ædificat in cælis; & æterna parat illa tabernacula. Hæc lampades noſtras non ſinit extingui, nec ſordidis indutos veſtibus in nuptijs videri, ſed lauat, & niue mundiores reddit. Non ſinit nos eo decidere vbi diues ille, nec audire verba tremenda, ſed in Abrahæ ſinus deducit.* Hæc ille. Rurſum verò cū vt ſacra ſcriptura docet, is qui dat eleëmoſynam, fœneretur Deo, meritò ſane iudex & notarius, gratis officium ſuum concedunt egentibus, ne hi paupertate preſſi, ius ſuum indiſcuſſum relinquere cogantur, [*vid. Gail.* 1. *ob.* 43. *n.* 11 *& ſeqq. & ibi Greu. late Borell. in ſum. deciſ. tit.* 65. *num.* 36. *& ſeqq.*] Quod ad poſtremam dubitationem attinet, in principio ſequentium ampliationum dicemus

Succedit igitur ſecundum axioma, videlicet quod is qui ſentit lucrum, debet etiam & onus quoque ſentire. [*vide latè Cald. l. num.* 5. *& ſeqq.*] Ideoque habentes beneficia in eccleſia, debent contribuere ad illius reparationem, ſi decimæ vel quarta earum portio huic rei deputata, non ſufficeret. *c.* 1. *de eccleſ. ædifi. pulch. D. Peck. de rep. eccl. c.* 20. *per. tot.* Et qui dimiſit beneficium, ſi fructus illius anni percepit, ad ſolutionem ſubſidij charitatiui compellitur. *Tiraq. latè in tra. charitat. ſubſidij qu.* 51. *& dixi in l. de repar. eccl.* Et ſi creditor eſt immiſſus in poſſeſſionem bonorum vaſalli, quia ex ijs lucrum habet, debet etiam pro his domino feudi ſeruitia præſtare. *Roma. ad l. eorum. ff. de dam. inf.* [*aliter Gail.* 1. *ob.* 117. *n.* 6.] Et ſi executor teſtamenti legatum ſibi relictum acceptauit, officio executionis renuntiare non poteſt, ne alioqui, ſi aliter dicamus, nullius ſatisfieret defuncti voluntati, eſſetque aperta via fraudibus. Eleganter igitur & lepidè reſponderunt Ioan. Andr. & Imola *ad c aures. de reb. eccl. non alien.* quod onus ſine aſpiratione ſcribitur, quia nullus ad id aſpirat. Honor verò cum aſpiratione, quia omnes ad illum aſpirant. Cæterùm hic ſedulò obſeruandum erit, quòd quemadmodum onus & damnum ſentire dicitur, qui animum voluntatemque ſuam non explet, vt cupit, *gl. in* §. 1. *inſt. de hæred. qualit. & dif.* quia ex eo quod nobis inuitis fit, damnum pati dicimur, etiam ſi verè lucrum aliquod ſentiamus: *Socyn. ad rubr. ff. ſolut. mat. nu.* 69. *Tiraq. de retr. in præf. n* 25. ita quoque ſatis lucrari dicitur is, qui voluntatem ſuam implet, *glo. & Bald. ad l. pen. ff. de cond. cauſa data.* & cuius actus ſortitur effectum, nec reſcinditur. *Corn. conſ.* 187. *lib.* 3. & ius ſuum ſpeciale conſeruatur. *Tiraq. de retr.* §. 1. *gl.* 16. *n.* 122. *late Tiraq. ad l. ſi vnquam. ad verb. donatione largitus. nu.* 174. *C. de reuoc. dona.* Rurſum quando lucrum trahit originem à damno, vtique de eo iudicamus idem, quod de ipſo damno, licet nunc verè ſit lucrum, & è contrà; eodem modo iudicamus de damno quod à lucro originem habet, ſicut de lucro. Ex quo fit, quod ſi onus recuſat is, qui

lucrum

lucrum habet: lucrum certè amittit, & lucrum quod remouetur ab aliquo contemplatione alicuius, illi applicatur, cuius contemplatione remouetur, quod egregiè multumque amplè notat Romanus, *ad l. ſi cum dotem num. 43. ff. ſolut. matr. &c.* quem vide.

9. Amplia primò hanc regulam etiam ad eccleſiam & loca pia, quæ lucrum amplecti, & onus recuſare non poſſunt, quantumcunque etiam publicum fauorem habeant. Ideoque cùm ſentiant commodum communis defenſionis & viarum publicarum, vtique ad earum reparationem & inſtructionem conferre debent. *l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. eccleſ.* [*vide Gail. 2. ob. 52. nu. 14. 15. & ibid. Greu. n. 20. & vltra ibi citatos prolixe Vaſq. 1. contr. 6. par. poſt. Gutier. alleg. 10. n. 2. conſ. Peck. de rep. eccl. c. 11.*]

Amplia ſecundò, quod nec priuilegio principis fieri poteſt, vt alius lucrum ſentiat, alius onus ferat, niſi forte ex grauiſſima aliqua cauſa, ex qua ſolet ſubinde rem priuati auferre, *l. item ſi verberatum. ff. de rei vendi. & d. c. accedens.* [*v. D. Peck. ſupr. in c. 79. n. 2. cum ibi concord.*]

10. † Vnde communi calculo receptũ eſt, quod princeps non poteſt priuilegio ſuo aliquem eximere ab onere ſoluendi exactionem impoſitam communitati, niſi ad proprium ſuum præiudicium & detrimentum, ne alij ciues ſoli hoc onus ſuſtineant, & alius ab eo eximatur, *l. fin. C. quemadmodum ciuil. munera iud.* qua de re ampliſſimè diſputat Felynus, *in d. cap. accedens*, & Egidius Thomaeus, *in tract. de collectis. n. 17. cũ multis ſeq.*

Amplia tertiò, quod in his quæ lucroſa ſunt, oneri quod à principio ineſt, vt plurimum non præſcribitur; ſcilicet propter malam fidem eius, qui lucrum cum onere ſuſcepit. Et ideò onus lecturæ aut reſidentiæ non poteſt per canonicum præſcribi etiam mille annis: quia præbenda ſub hoc onere collata eſt, adeoque omnes, qui oneri non ſatisfaciunt, non præſcribunt, *Rebuffus in concor. rubr. de collat. §. 1. ad verb. onus.*

Amplia quartò, etiam ſi duplici onere iſtiuſmodi aliquis grauetur. Nam qui legatum acceptat, quod lucroſum eſt ſua natura, onus ſubterfugere non poteſt, etiam ſi duplo maius ſit re legata, *l. Pamphilo. ff. de leg. 3.* de quo tamen plura apud Iaſonem videre licet, *ad l. non amplius. ff de legat. 1.*

Amplia quintò, quod ſi in parte reijciat onus, amittit totum lucrum, non ſolum partem lucri, veluti ſi tutor vniuerſæ ſubſtantiæ datus, pro parte tantum bonorum, ſe excuſet, amittit totum lucrum, quod teſtator pater pupilli illi legauit, *l. ſi partis ff. de leg. 1.*

11. Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod Vlp. *l. ſed & ſocius §. ſi abſenti ff. pro ſocio.* ait. Si abſenti renunciata eſt ſocietas, quicquid is acquirit, qui renunciat, etiam lucro eius cui renunciatum eſt, cedit. E contra verò nullum detrimentum ſuſtinet, quod & in eo recipitur qui callidè renunciat ſocietati, *§. ad cum. inſt. de ſociet.* Secundò ex eo, quod reſpondit Iulianus *l. ſi hæreditatem ff. mandat.* legatum in damno eſſe non ſolere: quia legatarius lucrum ex legato percipit, æs autem alienum non ſoluit, nec onus aliquod ſuſtinet, quod nominatim à teſtatore illi non eſt iniunctum, *l. fin. C. de hæred. act.* Tertiò ex eo, quod fœnerator certum & indubitatum lucrum abſque onere vel periculo habet, quia pignora duplum communiter valentia accipit, exemplo eorum, qui reditus comparant, & tam magnis hypothecis ſibi cauent. Quartò ex eo, quod lex defert arrogato lucrum ex hæreditate arrogantis, & filio legitimam in bonis paternis, omni etiam onere excluſo. *l. ſi arrogator. ff. de adop. l. quoniam C de inof. teſtam.* Quintò ex eo, quod cum lex facilius quem reſtituat aduerſus damnum aut onus quam aduerſus lucrum, *l. ſciendum ff. ex quib. cauſ. maior.* non videtur eſſe eadem ratio lucri & damni. Sextò ex eo, quod is lucrum ſentit, quo inuito res eius melior facta eſt, nullo etiam onere grauatus. *l. fin. C. de neg. geſt.* Poſtremò ex eo, quod clerici in cauſis fauorabilibus, ſtatutis & priuilegijs ciuium pro ſe, ſi velint, vtuntur, fruuntur, & onus ciuibus per alia ſtatuta impoſitum ſubire non coguntur, *Dd. ad authen. habita. C. ne fil. pro pat.*

Ratio autem decidendi ſuperius dicta eſt, 12
eademque eſſe debet conſideratio contrariorum. *Dd. ad rub. ff. de acq. poſ.* Et ſane huc pertinet, quod contra improbos nonnullos paſtores non quæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, quærentes, apud Ezech. cap. 34. dicit Dominus. *Væ paſtoribus, qui paſcunt ſemetipſos: lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Requiram gregem meum à manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregem meum, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos.* Neque in contrarium mouet ea, quæ primo loco propoſita eſt dubitatio, quia licet quis ſemper renunciare poſſit ſocietati, ideo quod communio parit diſcordiam, *l. cum pater § dulciſſimis ff. de leg. 3.* tamen ſi quis ei renunciet intempeſtiuè, æquum eſt vt hæc intempeſtiua renunciatio, ſocio non obſit, qui forte vel plura quæ non emiſſet, emit, vel præparamenta quæ non feciſſet, fecit. In præiudicium igitur renunciantis, non in eius commodum valet renunciatio. Socius lucrum perinde atque ſi ſtaret ſocietas habet, renuncians non habet: ſed quo ad eum, cenſetur eſſe diſſoluta, fingiturque amplius ſocius non eſſe. Tanquam ſocius lucrum non petit, ſed tanquam ſocius onus ſuſtinet, ne hoc ſuum callidum & verſutum factum, præmium ei ferat. Sic nec ſecunda dubitatio vim habet. Non enim hic dicimus, quod omnis ille qui lucrum ſentit, debet neceſſario ſentire onus. Alioqui enim omnis liberalis donatio excluderetur. Sed hoc dicimus, quod is qui lucrũ ſentit, onus ſi quod lucro annexum ſit, recuſare aut ſubterfugere non

non poteſt. Neque etiam in vniuerſum verum eſt, quod legatarius onus æris alieni non ſentit: ſed tunc tantum, quando eſt legatarius alicuius rei particularis: quia ſi vniuerſitas aliqua ei legata eſt, vt hæreditas vel quota hæreditatis, alio iure vtimur, *l. cum filius* §. 1. *ff. de legat. 2. ad l. cum pater* §. *menſa. eod. tit.* Non obſtat etiam id quod tertio deinde loco de fœneratore dicitur. Lex enim non approbat, [*vid. Gail. 2. obſ.* 5.] ſed conniuentibus oculis tantum fœnus permittit. Quomodo & concubinatũ & lupanaria maioris mali euitandi gratia recepta non probet, ſed ſolum non punit, ita vt ex eo, quod ex cauſa eiuſmodi præter legem eſt, argumentum aliquod duci non poſſit. Indubitatum quoque non eſt, quod fœnerator onus non ſubit, quia licet prima facie multo ære, multiſque magnificis ædificiis ſplendidus appareat, vere tamen, quoad Deum, calamitoſus, & miſer eſt, & propter æternæ damnationis ſententiam, ſæpe etiam incendij periculum & vim latronum ſuſtinet. Idem ferè & de reditibus dici poteſt. Nam & pericula euictionis, & caſinatis, & incendij, ſæpè ſubit creditor: & pecunia ſua qua & latifundia emere, vel negotiationem aliquam lucroſam exercere poterat, interim caret, quod vtique quale quale onus eſt. Et quamuis redituum conſtitutio in extremis finibus iuſtitiæ reſideat, adeò vt anxiè olim à pleriſque diſputatum ſit, an à vitio vſuræ excuſari poſſet: hanc tamen dubitationem Martinus quintus & Calixtus Pontifices, epiſcopis & ciuitatibus Germaniæ, ea de re conſulentibus, diſſoluendo, eiuſmodi redituum comparationem, omnino licitam, & à crimine vſurarum liberam eſſe, reſponderunt. *cap. regimini cum ſeq. in extrauag. de empt. & vend.* id quod nobis ſatis eſſe debet. [*Gail. 2. ob.* 7. *& ibi Greu.*] Quartò etiam non obſtat id quod de filio & arrogato obiicitur, quia cùm filius & arrogatus non accipiat legitimam, ſeu quartam ex iudicio teſtatoris, ſed ex legis diſpoſitione, adeo quod in ea dicantur creditores patris, mirum non eſt, ſi teſtator illi rei quam neceſſario debet, & quam liberaliter non largitur, nullum omnino onus imponere poſſit. [*Gail. 2. ob.* 119. *num.* 1. *verſ. idem.*] Pari modo non obſtat quinta dubitatio: quia hæc regula non habet locum, quando diuerſitas rationis apparet, longeque aliud eſt lucrum perdere, & damnum ſentire, *l. 2. ff. quæ in fraud. cred.* qua de re plura obſeruat Tiraquellus, *in lib. de retract.* §. 35. *gl. 2. num.* 9. Sed nec illud quoque obſtat, quod de eo dicitur, cuius inuiti cauſa melior facta eſt, quia vt ante adhuc diximus, lucrum eſſe non videtur, quod nobis inuitis conceditur. *Tiraqu. in d. præfat. num.* 25. ſibique imputare poteſt, qui negotiis inuiti ſeſe immiſcuit, & ſic legis præſumptione donare videtur, *l. cuius per errorem ff. eod.* Denique ſpeciali beneficio clericorum inductum eſt id quod vltimo loco obiicitur, ideoque in conſequentiam trahi non debet: onus verò quod ipſi priuilegio ineſt, recuſare non poſſunt.

Tertium axioma erat, quod qui non ſentit onus, non debet ſentire lucrum, *l. quamuis ff. de damno inf.* Vnde dignus non eſt vt manducet, qui ſubterfugit laborem, *ca. fin. de cler. non reſid. l. b.* 6. neque fructum præbendæ dignè recipit clericus, qui ab onere reſidentiæ abhorret. [*v. Gail.* 2. *ob.* 119. *n.* 11.] neque legato dignus eſt, qui non ſubit onus teſtamenti, *l. Neſennius ff. de excuſ. tut.* Et forenſes qui non ligantur ſtatutis ciuium, lucro & commodo ſtatutorum gaudere non debent, quod & de clericis, id quod intereſt, more laicorum ſoluere recuſantibus, & tamen hoc ipſum ab aliis, perinde atque ſi laici eſſent, exigentibus, pulchrè explicat Socynus, *conſ.* 153. *lib.* 2. Et in vniuerſum, qui non guſtauit amara, ab his quæ dulcia ſunt, repelli debet. Verum quidem eſt quod his aduerſari videtur, quod maritus adulteræ vxoris dotem lucratur, & ea reiecta à ſe, onus alendi eam in domo non habet, *l. vnica C. de rei vxo. act.* quodque is qui vſucapit rem alienam, onus nullum ſuſtinet. Sed hæc ſuam quoque rationem habent. Neque enim abſque onere eſt maritus, qui & audire debet ſe adulteræ coniugis maritum eſſe, & à thoro duntaxat ſeparatus, ea viuente, ad alienas nuptias tranſire non poteſt. Maiore etiam premitur onere largius dotandi proles ex adultera procreatas, quæ licet ipſæ legitimæ ſint, tamen propter vitium matris, quod ſemper illis obijci poteſt, difficilius maritos & vxores inuenient, ſimiliſque incontinentiæ præſumptionem aliquam contra ſe habent. Is verò qui permittit rem ſuam vſucapi, obijcere non poteſt lucrum ſine onere eſſe, quia rem vſucaptam vltro donaſſe videtur, *l. alienationis ff. de verb. ſignif.* Et hæc quidem ſufficiant de onere & emolumento, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito, *cap. ſuam de pœnis.* 13.

REGVLA LVI.

In re communi potior eſt conditio prohibentis.

[*Iunge Peck. ſupr. in c. quod omnes.*]

1. *Scholaris an poſſit inuito ſocio, alteri cubiculum locare, aut mulierem inferre.*
2. *Socius an inuito ſocio poſſit nouum opus facere.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Ratio decidendi.*
6. *Commune quomodo meum dicatur.*
7. *Pati quis debet quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt.*

MAgnas quidem vtilitates ſecum trahit ſocietas, per quam ea quæ per ſe homines

nes aſſequi non poſſent, frequenter admodum conſequuntur. Etenim ſocius omnium bonorum, immunitatem munerum ex perſona ſui ſocij exempti habet: *gl. in l. vlt C. de bon. & muneri. lib.* 10. & licet ſpurius capere non poſſit à patre hæreditatem, tamen ſi contraxit ſocietatem cum alio capace, iſte alius hæres à patre ſpurij inſtitui poteſt, atque ita tranſibit dimidium bonorum in ſpurium. *Bart. & alij ad l. ſi is qui duos. ff. de lib. legat. Bald. ad l.* 1. *C. pro ſocio.* ſi modo dolus & fraus abſit, quæ vtique in dubio non præſumitur, *l. quoties* §. *qui dolo. ff. de probat.* Rurſum verò, ſi conſanguineus retrahēs ſit ſocius bonorum alterius extranei, vtique rem venditam retrahendo alteri illi ſocio extraneo, in re illa retracta, pro portione ſocietatis ius acquirit, quod ille ex ſuo capite acquirere non poſſet, *Tiraqu. de retract.* §. *26. gl.* 1. *num.* 30. (*conſ. Gail* 1. *P. P. 6. numer.* 17. *& ſeqq. & de pign. obſ. 6. num.* 1.) Suas quoque incommoditates è contrario habet: quia in re communi ſocio vetante, non poteſt ſocius vt vult. Ideoque cum Baldo, *in* §. *fin. & ibi gl. & Fab. inſt. de loc. & conduct.* diſputant plerique, an ſcholaris vel alius qui cum alio commune cubiculum conduxit, & recedere cupit, poſſit prohibente ſocio, alium ei ſcholarem, militem, vel hominem, pro animi ſui arbitrio ſubmittere aut obtrudere: eoque declinant eorum ſententiæ, quod non, ſi qua ratione interſit ſocij, ne id fiat. Nam inuito ſocio, perſonam aliquam rixoſam ſiue inhoneſtam, in commune cubiculum inducere non licet, *Bal. ad l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio.* [*latè & eleganter Caroc. tr. locat. ti. de ſublocat. q.* 1. *n.* 7. *& q.* 6. *ſub. n.* 6. *Soar. theſ. rec. ſent. lit. ſ. nu.* 27.) & ſi aliqua arx duobus fratribus communis ſit, & alter ex eis partem ſuam fortè ad æmulationem fratris ſui, potentiori alicui Principi venderet: hæc venditio per fratrem inuito & prohibente fratre, fieri non poteſt, *Bal in d. l.* 1. *Zaſ. ad l. ſer. ele.* §. *Lab. in fi. ff. de le.* 1. (*Gail* 2. *ob.* 69. *n.* 22. *Boë. dec.* 32. *Men.* 2. *arb. Iu.* 156. *n.* 7.) nulloque modo domino agri fructus ſuos, prohibente eo qui decimam colligit, & antequam eam decimam percepit, *Spec. de decimis col. vlt.* inuehere permiſſum eſt.

Potior. Sed in quo eſt potior conditio prohibentis? Vt id non fiat, quod, ne fiat, prohibet, vtque eo nomine ſocius aliquid impendens, non habeat rationem repetendi pro parte, ab eo qui prohibuit, *argumento l. fin. C. de negot. geſt.* etiam ſi conditio eius melior inde facta ſit, & vt ſi damnum aliquod ex eo emergat, ſolus illud ſuſtineat. Fieri tamen poteſt, quod alia ex parte conditio eius deterior ſit: quia ſocius contradicens ſocio, ne eat ad certum locum, non debet habere partem lucri facti per ſocium prohibitum, qui acceſſit ad illum locum & lucratus eſt, *Barto. ad l. quia poterat. ff. ad Treb.* ſi modo ſocius accedens omne periculum in ſe recepit, *Alex. ad l. bis* §. *mancipia ff. ſolut. matr.*

2. *Prohibentis.* Quid igitur dicendum erit de eo, qui non prohibet, ſed tantùm cum ſocio concurrit? Quid ſi vnus hoc modo, alius alio modo rem communem reficere vel ædificare velit? Pompon. diſertè reſpondet, quod in reficiendo communi pariete, ei potius facultas ædificandi præſtatur, qui magis idoneo modo reficere parietem conſtituit, *l. in reficiendo ff. de damno infecto.* Idemque dicendum eſſe ait, de re alia quacunque ædificanda vel reficienda, quod & Faber quoque eleganter explicat, *in* §. *religioſũ inſtit. de rer. diuiſ.* cum practico Ferrarienſi *in forma libelli pro hæred. vel re ſingulari ad ver. in futurum.* dum aiunt: quod ſi concurrant ſocij, & vterque pro ſuo arbitrio vult facere, is vtique præferendus eſt, cuius intentio magis vtilis eſt, magiſque dirigitur ad vſum rei deſtinatum, quod & pluribus argumentis diſcuſſis, animoque fluctuans Albericus, *d. l. reficiendo.* tandem ad iudicis æſtimationem & moderationem transfert, dicens, quod iudex ex re nata arbitrari poteſt, quis alteri præferri debeat. [*pulchrè Teſſaur. deciſ.* 41. *per tot. Gail de pign. ob.* 20. *n.* 5. *&* 9. *latè Felic. tr. de ſocie. c.* 28. *n.* 16. *& ſeq.*] Hæc autem prohibitio facti eſt, & ideo non præſumitur, niſi probetur. *Spec. de probat. verſ. quid ſi iudex.* §. 1. ſitque hic non ſine cauſa, expreſſio mentio prohibitionis: quia qui ſcit & patitur, nec contradicit: mandare permittere videtur, *l. qui patitur ff. mandat.* de quo ſuperius latius dictum fuit *ad capit. qui tacet.*

3. Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, etiam ſi is qui vult facere contra prohibitionem, fauorem religionis, maioriſque alicuius pietatis pro ſe habere videatur. Nam ſi vnus coniugum pietate vel religione ductus, caſtitatem vouere velit, melior eſt conditio cõiugis prohibentis, *cap. placet c. ſecundum de conuerſ. coniugat.* & ſi vnus fratrum pacem facere velit ſuper morte occiſi patris, quod ſanè pium eſt, alter verò fratrum prohibet, exiſtimat nihilominus hic Philippus Francus, prohibentem fratrem iure præferri.

Amplia ſecundò, vt procedat non ſolùm inter extraneos, ſed etiam inter coniunctas perſonas, quarum tamen altera alteri aliquid amplius quam extraneo tribuere deberet, ſicut paulò ante de arce communi diximus.

Amplia tertiò, quod etiam vnus ſolus poteſt prohibere maiorem partem ſociorum: quia quando agitur de actu impediendo, non de actu gerendo: tunc quantum ad impediendum ſufficit de iure contradictio minoris partis, vniuſque ſolius, ſi fortè iuſtiore ratione moueatur, & magis rationabilem cauſam aſſignet, (*Gomez.* 2. *reſolut.* 3. *n.* 14. *Felic. d. loc. n.* 9. *Teſſ. d. l. n.* 20. *Gail d. l. num.* 3.) quod pluribus verbis cum Præpoſito *in cap. Nicena. numer.* 7. 31. *diſtinct.* explicat Felynus *in capitu. cum omnes de conſtitutionib.*

Amplia

Amplia quartò,quod prohibitio ſocij poſſidentis tantùm operatur, quod videtur vim facere,qui venit contra eandem. *l.* 1.*§. quid ſi vi. & ibi Barto.ff. quod vi & aut clam.* Ideoque ſocius inuadens rem communem, vim committit,& reſpectu partis ſocij,*gl.& Bart.ad l.ſi quis in tantam C. vnde vi.* in pœnas violentiæ incidit,furtumque facit, ſi vtitur re communi dolo malo, ad eum vſum ad quem non fuit deſtinata.*l ſi ſocius ff def r.& ibi Bar.*Amplia quintò etiam ſi ſocius vellet facere rem meliorem. Nam ſi duo molendinum commune habent, & alter velit molas nouas,etiam veteribus meliores, ponere ſocio inuito & reluctante, non poteſt,& ſi de facto eas apponat,non tenebitur ſocius partem expenſarum conferre, *Alberic. ad l.quidam Hyberus §.fin.ff.de ſeruit.vrb. præd.* nec parietem vt fortiorem alium faciat, ſi ſatis fortis & robuſtus ſit, contradicente ſocio, demoliri poteſt.*l.parietem eod tit* [*latè Felic dict.tract. c.*27.*n.*22.*& ſeq.Vbald.tr.de duob frat.p.*6.*n.*5. *Cæpoll.de ſer.vrb t t.de refect c.*59.*n.*6.*conſ.Gail* 2.*obſ.* 67. *nu.* 12.] Amplia ſextò,quod ſocius non poteſt ædificare in re communi prohibente ſocio, etiam permittente eo qui ſeruitutem debet.Vt ſi habemus domum vel aream communem, & debemus ſeruitutem vicino, quod in ea area non poſſimus ædificare: certè etiam ſi nunc conſentiat vicinus, fortè poſtea nunquam conſenſurus,non poteſt tamen vnus noſtrum altero inuito ibi ædificare. *l. ſed ſi inter. § fin.d.tit.* Amplia poſtremò, quod melior eſt conditio prohibentis, non ſolùm reſpectu ſocij,ſed etiam reſpectu tertij alicuius: quia ſocius poteſt reuocare miſſionem factam pro debito ſocij in rem communem,& prohibere diſtractionem,aſſumereque totius rei adminiſtrationem,ſi creditori illi pro ſocij debito ſatiſdare velit.*l ſi is cui §.ſi ex duobus & ibi Barto.ff.vt in poſſeſ.leg.*Ex quo multarum ciuitatum conſuetudo profluxit, quæ permittit illi qui domum communem cum aliquo habet, vt partem ſocij venditam retrahat, quantumuis ſocius id prohibeat & reclamet, ne fiat. (*v. Gail* 2.*obſ.*19.*ſub.n.*2.)

4 Ratio dubitandi eſt multiplex, & primò quidem ex eo, quod vulgo fertur, meum eſſe id quod commune eſt.*l.ſerui elect.§.Labeo ff.de leg.* 1. Et ideò ſicut nemo alterũ impedire poteſt,quominus in re ſua faciat quod velit: *l. in re mandata.C.mandati.ca. abolende de ſepult.* ita quoque & in re communi dicendum videtur. Secundò ex eo,quod Vlp. communi diuidendo iudiciũ & interdicti vti poſſidetis auxiliũ cõcedit ſocio qui ſocio prohibente, cõmunem parietẽ deiecit.*l ſi ædes ff.com. diuid* Et Philippus Imperator,ſocium dominio partis ſuæ exuit,qui infra quatuor menſes ſumptus à ſocio factos, pro parte ſua non vult reſtituere. *l. ſi vt proponis C.de ædif priu.* Tertiò ex eo,quod Iulius Paulus ait, ſocium ſocio inuito, poſſe ſcalas ad parietem communem habere, & balneũ ſeu cameram ex figulino opere factam retinere. *l. fiſtulam. §. fin. ff. de ſeruit. vrbanor. præd.* Quartò ex eo quod Caliſtratus reſpõdit, quod vnus ex ſociis aliis prohibentibus poteſt mortuum in locum communem inferre. *l ſi plures. ff.de relig.& ſum. funerum.* Quintò ex eo,quod ficta quædam communio eſt vnius eiuſdemq; rei inter proprietarium & vſufructuarium, & tamen(*vt ait* Vlp.)qui vſumfructum nauis habet, poteſt prohibente proprietario nauigare, etiam ſi naufragij periculum immineat, adeoq; etiam ſi [vt uidetur] proprietarius iuſtam ob periculum naufragij prohibitionis cauſam habeat.*l arboribus §.nauis ff.de vſufr.* Sextò ex eo, quod iuxta Proculi ſententiam, ſocius prohibente ſocio poteſt communem parietem incruſtare & depingere, *d. l. quidam Hyberus. §. fin.* Septimò ex eo,quòd ſi fiſcus habet rem communem cum priuato, vendendo eam,cenſetur totam vendidiſſe,*l.*1.*Cod.de vend. rer. fiſcalium l.* 2. *Cod.de com. rer. alienat.* etiam ſocio reclamante & inuito.Octauò ex eo,quòd ſi vicinus ædificet ad damnum domus communis, vnus ex ſociis nouum ei opus aliis etiam prohibentibus nunciare poteſt, cogiturque vicinus aut ab ædificando ceſſare,aut cautionem indemnitatis præſtare.*l.ſtipulatio § fin.ff de nou.ope nunciat.* Nonò ex eo, quòd vulgatum iuris axioma eſt,potiorem eſſe conditionem non prohibentis,ſed occupantis & præuenientis. *l. ſi duo ff.de procur.l.ſi Titius ff.de verb.oblig.l.ſi pluribus ff.de leg.*1. Decimò ex eo, quod qui maiorem partem habet in re communi donata: vtique etiam minoris partis oblata æſtimatione, inuitoque ſocio,rem totam vendicare poteſt,*l.ſancimus §.ne autem, C. de donat.* Poſtremò ex eo, quod ſi duo habent ſeruum communem,& vnus inuito altero eum manumittit: cogitur alter inuitus partem ſuam redemptioni exponere,& in eam datam libertatem conſentire, *l.* 1. *C.de communi ſeruo manumiſ.*

Ratio autem decidendi eſt, quod omnes tangit,ab omnibus debet probari, *c.quod omnes ſup.eod.*& quidem præcipuè, cùm agitur de aliquo actu impediendo. Quid enim ſi agatur de re communi vendenda, nonne durum foret inuitum cogi ad rem ſuam vendendam? *l.nec emere.Cod.de iure delib.*Quid item ſi agatur de re communi augenda, vel non neceſſariò ædificanda; & fortè ſocius qui prohibet, non habet poteſtatem ædificandi, cùm pauper ſit, anne iniquum eſſet, à diuite ſocio eum compelli, vt vel rem auitam præ inopia diſtrahat, *l.in fundo. ff. de rei vend.* aut totum peculium ſi quod habet in ædificationem impendat? Non obſtat igitur prima dubitatio: † quia quod dicitur, meum eſſe id quod commune eſt, reſpectu partis meæ procedit, & ita ſecundùm quid,& non ſimpliciter verum eſt. *l pupillus §. fin.& ibi Alci.ff de verb.ſig.l.*2.*ff de condit.inſtit.* Atqui quantum ad diſpoſitionem partis ſocij attinet, vtique id quod commune eſt, meum 5 6

non

non eſt. *l. portionem. C. de commu. rer. alienat. Coraſ. ad l. vnius n. 7. ff. de ſeruit.* (*Gail. d. ob. 20. n. 2.*) & ideò licet nemo poſſit impediri ex ſocijs quominus faciat in re communi pro parte ſua quod velit: poteſt tamẽ porhiberi, ne faciat quo ad partem alterius ſocij, quod velit. *Zaſ. & Iaſ. ad d. §. Labeo.* Sed nec ſecunda quoque obiectio vim facit: quia quod Vlpianus ait actionem ſocio concedendam eſſe, id ita ex verbis reſponſi ipſius, colligimus eſſe accipiendum, ſi ſumptus illi neceſſarij ſint duntaxat. Ait enim *ſi parietem reficere vel demoliri opus ſit*, iuxta quẽ ſenſum & Philippi quoque Imperatoris conſtitutio intelligenda eſt: quia licet quilibet ſit rei ſuæ & moderator & arbiter: *d. l. in re.* intereſt tamen publicè, ne quis re ſua malè abutatur, *§. dominorum inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. iuris.* & quidem pręcipuè, quando ex eo vel ciuitas ruinis de formari poſſet, vel ex ruina illa vicinis aut tranſeuntibus periculum aliquod immineret. Et certè non tantùm audiendus non eſt qui ſocio domum neceſſaria refectione egentem reficiat, prohibet, verùm etiam & ad reſtitutionem ſumptuum in eam rem impenſorum compelli poteſt. [*Gail. d. n. 9. Teſſ. d. l. n. 14. late Felici d. tr. c. 17. n. 21. & ſeqq. Capol. d. c. 59.*] Quia quod dicitur, quod is non habet actionem ad repetendũ ſumptus, qui eos prohibente domino facit, *l. fin. C. d eneg. geſt.* intelligitur, quando ſumptus non erat neceſſarius, ſed tantùm vtilis ſeu voluptuarius, id quod & Iuſtin. apertis verbis demonſtrat, *ibi verſi. quid enim.* & eius interpres Accurſ. hoc exemplo confirmat, quod pater & dominus quantumuis prohibens & inuitus, etiã de in rem verſo tenetur. Tertiò non obſtat, quod ex Iul. Paulo diximus.

7. †Quilibet enim debet pati & facere, id quod ſibi nõ nocet & alteri prodeſt, *l. vltim. & ibi Dd. C. de ſeruitu.* (*Gail. 2. obſ. 69. & ibi Greu. Teſſ. dec. 16.*) & exceptio tua non intereſt, ſemper excludit agentem. *Latè Bart. ad l. 2. ff. de exc. rei iudi.* (*Gail. 2. ob. 17. n. 2. 3. & c. P. P. 12. n. 13. & de pig. ob. 5. n. 12.*) Qua ratione cum ex eo quod ſocius vel ad communem parietem ſcalas apponit, vel etiã balneum habet, in nullo grauetur: nulla ſanè equitas ſuadet aut ratio ſubeſt, cur ſola inuidia ductus hoc prohibeat, quod ſibi non nocet, & ſocio prodeſt, qua de re tamen reſtrictiuè loquitur Pariſius, quem v de. *conſ. 116. li. 4.*

Sic nec quarta dubitatio ex aduerſo propoſita mouet, non quidem propter fauorem religionis & ſepelitionis, vt ferè omnes exiſtimarunt, ſed propterea quod in caſu illic propoſito, ſocius vti voluit re ad vſum proprium naturalem & deſtinatum, quod inuito ſocio poteſt. Quæ ſolutio & apertis Iuſtiniani verbis confirmatur. *§. religioſum inſtit. de rerum diu.* dum ait, quod in locum communem purum non licet inuito ſocio mortuum inferre, ſed benè in commune ſepulchrum, quia ſcilicet ſepelitioni deſtinatus eſt, & ſummam rationem habeat. Nam vt ille ſocietatem violat, qui leges ſocietatis peruertere, & rebus ſocietatis contra mentem contrahentis conſocij abuti ſtudet, ita è contrã ſocietatem conſeruat, qui pactis conuentis, naturæque ſocietatis inhæret. Ideoque ſi domus communis locari ſolet, & vnus ex ſocijs locare nolit, præfertur voluntas locantis, [*vide Menoch. 2. arb. Iud. 442. Gom. d lo. Felic. d. tr. c. 28. n. 29. & ſeqq.*] vtpotę eius qui vult vti domo ad vſum deſtinatũ, niſi & ipſe ſocius in ea domo habitare velit, quod & de ſylua cædua quã alter eorum vult, alter non vult cædere, (*pulchrè Gail. d. ob. 20. n. 9.*) aliiſque multis ſimilibus rebus & Iaſon & Zaſius tradiderunt. *in d. §. Labeo.* [*Gail d. l. Teſſ. d. dec. 41. n. 1. & ſeq. Caball. n tr ind. & diuid. p. 3. n. 306. Felic. d. c. 28. n. 16. & ſeqq.*] Quinta quoque dubitatio ex ipſo textu legis conuincitur Hanc enim rationẽ adijcit Vlp. *in l. vtique § fin. ff de rei vend. gl. in d. § nauis.* quia nauis paratur vt nauigetur, quaſi dicat, quod vſufructuarius non afficit iniuriã proprietarium, vtendo re ad vſum deſtinantũ. Cui non repugnat, quod vſufructuarius debet vti & frui arbitrio boni viri, & quod hoc facere non videtur ſi nauiget eo tempore, quo periculũ naufragij imminere ſolet. Nam quod dicitur poſſe eum nauigare etiam ſi naufragij periculum timeatur, non ita accipi debet, quaſi tempore incommodo, nauigationi inidoneo & tempeſtuoſo, nauigare liceat, id quod alibi prohibet Iure conſ. [*v. D. Peck in l. 3. n. 3. 4. Co. de nauf*] ſed quod etiamſi vel ipſi vel ſuis, non propter tempeſtatem vel incommoditatem temporis, ſed ideo quod nauis ſine eius culpa eſt lacera, antiqua aut rimoſa, periculum aliquod immineat, ſuo periculo nauigare poteſt Neque eo caſu tenebitur proprietario, cum obligatus non ſit antiquam illam nauem, cuius tantùm vſumfructum habet, ſine fructu aliquo ſemper in littore & domi retinere, modo pro ſua qualitate eam ſartam tectam teneat & conſeruet. Sexto non obſtat, quod ex Proculo obijcitur, Poteſt enim ſocius meliorem facere rẽ communem, veluti parietem depingere, quando ſocio nõ obeſt, ſed (vt ſuprà diximus) ſumptus à ſocio inuito, quando non ſunt neceſſarij, non repetet. Poteſt enim ei dicere ſocius, res communis ſatis bona eſt, neque neceſſariò reficienda, & facultates meæ non fuerunt, non neceſſarias impenſas facere. Septimò ſpeciali priuilegio conceditur fiſco, vt rem communem totam diſtrahat, quo pluris vendi poſſit: quia ſcilicet communiter pluris diſtrahitur tota, quàm per partes. Exiſtimant tamen Baldus, Salic. & Albericus *ad d. l. 2.* quod honeſtatis gratia fiſcus admonere debet ſocium, eumque præferre ſi eam emere velit. (*Liraq. de retr. lign. §. 1. gl. 18. n. 7. Felic. d. c. 28. n. 21. & ſeqq. Pereg. de iu. fiſc. lib. 6. n. 4. n. 23.*) Sed nec octaua mouet dubitatio, quę de noui operis nunciatione proponitur: Eſt. n. res indiuidua opus nouum facere,

cere, & cautionem petere, & ideo vnus pro omnibus etiam id vetantibus facere poſſet, ne ſi id non faciat, in alijs ſibi præiudicet. *Zaſius ad d.l.Labeo.* [*conf.Gail.d.ob.*20.*n.*11.*& ſeqq.*] Non obſtat etiam nono, quod de præuentione & occupatione dicitur: quia iſta regula procedit in re quæ pluribus communis eſt pro indiuiſo, ſed iura in contrarium allegata locum habent in eo, quod eſt ſingulorum, & quod proprium eorum efficitur per occupationem: quia ſcilicet vnus alium præuenit, & primo litem conteſtatus eſt, quod & pluribus verbis explicat Zaſius quem vide. *in l inter pares, & ad l. in iudicati. ff. de re iudic.* Addo quod nec penultima ex aduerſo propoſita vrget obiectio. Quia vt diſcordijs quas parere ſolet communio, obuiam eatur *l. cum pater.* §. *dulciſſimis. ff. de leg.* 1. facilior eo caſu redemptio permiſſa eſt. Et denique poſtrema dubitatio ſolo fauore libertatis conſiſtit, cui multa in iure ſpecialiter conceduntur. *Dd. ad d.* §. *fin.*

REGVLA LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt facienda interpretatio.

[*Iunge D. Peck. ſuper in obſ. cir. fin.*]

1. *Locutio generalis & effuſa eſt periculoſa.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Paria ſunt non excipere, & obſcurè excipere.*
4. *Reus malitioſè differens exceptionem in finem, condemnatur in expenſas.*
5. *Rationes dubitandi.*
6 *Ratio decidendi.*

PVlchrè Baldus, *ad l. veterib ff de pactis.* hanc regulam, contra verſutos, callidos & fraudulentos homines, qui proximum ſub ambigua atque obſcura pacti conuenti lege capere nituntur, adeoque digni ſunt, vt incidant in foueam quam fecerunt, potiſſimum editam eſſe monet, vt ſcilicet vbicumque naſcitur obſcuritas; aduerſus eos fiat interpretatio, licet & in alijs quoque nullum dolũ machinantibus locum habeat. Dico autem hanc interpretationem faciendam eſſe in ambiguis: quia in apertis non eſt locus coniecturis. *l. continuus. ff de verb oblig.* Nam ſi conſtet de quo ſenſerint partes, vtique hoc ſequemur, in quo nulla hæſitatio eſt. Si item conſtet quòd diſſenſerint, actus corruit. Sed quando dubitatur de quo ſenſerint, aut quid ſenſerint, vel quid comprehendi voluerint, aut non voluerint conuentione: locus eſt regulæ. † Appoſitè igitur idem quo-
1. que Baldus ſubijcit, quod in promptum periculum incidit qui nimis effuſè loquitur. Quod & in ſtipulationibus euidentiſſimum eſt. *l. eum qui. l. qui inſulam. ff. de verb. oblig.* Sic & ſi teſtis dicat quem eſſe excommunicatum, ideo quod petijt abſolutionem, certè non probat. Potuit enim ille petere abſolutionem ad cautelam tantùm, & ideo obſcura hæc teſtis depoſitio, vel contra ipſum vel contra litigatorem, *Felyn. ad c. in præſentia n.*14. *de probat.* (*& ib. pulchrè Mynſ. latè Far. de teſt. q.*68. §. 1. *per tot. præſertim n.*60.) qui eum produxit, accipitur. Sic etiam ſi quis ex eo capite conuenitur, quod equus vel commodatus vel conductus, eius culpa perijt, & ille probat equum in itinere ſine culpa ſua periiſſe, fit illico contra eum interpetatio: quia illum. ipſum equum, quem vel conduxit vel commodato accepit, ſine ſua culpa, caſuque aliquo fortuito, perijſſe, ſicut potuit, non probauit. *Iaſ. ad l. non hoc. C. vnde cognat.* Quod ſi petis quorſum pertinet, aut ad quid ſeruit hæc interpretatio? Reſpondeo, quod cùm iudex ſecundùm aduerſarium hoc caſu iudicat, dicitur rectè & ſecundùm veritatem iudicaſſe: *l. ſi ſtipulatus fuero.* §. *fin. ff. de verb. oblig.* niſi is qui verba protulit, aut contraria probatione, aut fortiore aliqua præſumptione aliud actum fuiſſe oſtendat. *l. non aliter. ff. de leg.* 2.

Amplia primò hanc regulam, vt non ſolùm in ſtricti iuris, ſed & in bonæ fidei quoque contractibus, ex quorum natura multa veniunt nomnatim non expreſſa, locum habeat, *Veteribus enim placuit* (inquit Pomponius. *l. veteribus. ff. de pact.* [*& ibid. Cuiac. A. Fab. Coſtal. & Mornac.*] *l. Labeo. ff de contrah. empt*) *pactionem obſcuram vel ambiguam venditori, & ei qui locauit, nocere, in quorum fuit poteſtate, legem apertius conſcribere.* Quia licet in contractũ bonæ fidei eam veniam, de quibus cogitatum fuiſſe à contrahentibus veriſimile eſt, ſcilicet propter exuberantem bonam fidem, quæ in eis conſideratur: multa tamen ſunt quæ etiam in his ſubintelliguntur. 2.

Amplia ſecundò, quod ſicut contra actorem locum habet hæc regula: ita etiam contrarium & excipientem. *l. Titia textores. in princ. ff. de leg.* 1. (*Gail.* 2. *obſ.* 13. *n.*5.) Nam quemadmodũ diximus, quod actor ineptè proponendo actionem, ſuccumbit: ita & reus ineptè excipiendo condemnatur, *Bart. ad l.* 3. §. *ſi duobus. ff. de adim. legat.* † & cùm paria ſunt non excipere, 3.
vel obſcure excipere: *Barto. ad d. l. Titia.* omnis ſane obſcuritas exceptionis vel reſponſionis accipitur hoc caſu contra reum. *lib.* 1. §. *Labeo. ff. de. flum. l. ſcire oportet. ff. de excuſationib. tut.* Quo etiam pertinet, quod cum Iaſone annotat Zaſius, *ad dict. l. Titia. numero.* 11. quod ſi aduocatus dicat, non ſolùm hanc exceptionem propono, ſed proteſtor de omnibus alijs competentibus & competituris, & adueniente termino ſtatuto ad omnes exceptiones peremptoriè proponendas, non pareret, poſteaque in vim proteſtationis pergeret excipere, iam non audiretur. Nimis enim obſcurè exceptum fuit, cùm tam generaliter excepit. Amplia tertiò, vt procedat

ſiue

ſiue obſcuritas ſit in dictione aliqua, ſiue in oratione aliqua, ſiue in alia re quacunque varios intellectus recipiente: quod quo modo & quàm diuerſis rationibus fiat, pulchrè cum Baldo explicat Alber. *ad d.l. veteribus.* (*& ibi Cuiac. & A. Fab.* quem vide.

Amplia quartò, vt non ſolum fiat interpretatio contra ipſum proferentem, ſed etiam contra eum qui habetur pro proferente, *Alber. d. loco.* cuiuſmodi eſt ille ad cuius vtilitatem, etiam ab alio verba proferuntur. *l. cum manu ſata. ff. de cont. empt. l. ſi inſul. ff. qui pot. in pig. hab.* Ideoq; Caſtr. *ad d. l. veter* Si (inquit) neq; vnus neque alius appoſuit verba obſcura, ſed tertius quiſpiam, fortè Notarius: tunc videndum eſt, in cuius fauorem appoſita ſunt, fietque interpretatio contra eum: quia ab eo cenſentur fuiſſe prolata. *l. ſi. in empt. in prin ff. de contra. empt.*

Amplia poſtremò, quod ſi malitioſè facit, & obſcurè experitur: quamuis bonam cauſam habeat, in omnes expenſas litis condemnatur. Manifeſtum eius rei exemplū eſt in actore, qui ſi in fine litis id obiicit, per quod neceſſariò vincere debet, certè ſi id in initio potuiſſet obiicere, ſed vt reum lite & ſumptibus fatigaret, non voluit: quamuis in caſu obtineat, nihilominus tamen propter eam malitiam, in omnes expenſas condemnatur, & meritò. Nam ſi in initio id obieciſſet, fortè reus illico à lite deſtitiſſet, *l. 1. de eden.* (*pulchrè Gail 2. ob. 24 n. 2.*]

Ratio dubitandi eſt ex eo, quod Vlpianus reſpondit, quod ſi quis intentione ambigua vel oratione vſus ſit, id quod vtilius ei eſt accipiendum eſſe: & libellum in verbis aliquibus obſcurum, non contra actorem, ſed prout ipſe hoc voluit & ex interuallo declarauit, *l. ſi quis intentione ff. de iudic.* interpretandum eſſe Secundò ex eo, quod in priuilegiis à Principe conceſſis non ſit interpretatio contra Principem, qui verba priuilegio ſcripſit, ſed propriæ ipſius interpretationi, ſi qua in verbis naſcitur dubitatio, ſtandum eſt, vt aut quid voluerit, aut quem eſſe modum ſui beneficij velit, liberè dicat & declaret: *ca. cum eclceſiaſtica. de except. l. Neratius ſ f. hoc tit.* quemadmodum & in vniuerſum alibi reſpondit Conſultus, quod in ambiguis orationibus maximè ſpectanda eſt ſententia eius, qui eas protuliſſet, *l. in ambiguis eod. tit.* Tertiò ex eo, quòd Iulius Paulus ait, orationem quæ neque coniunctionem neque diſiunctionem habet, ex mente pronunciantis vel coniunctam vel diſiunctam haberi, *l. alieuat. §. fin. ff. de verb. ſignif.* Quartò ex eo, quod idem Paulus reſpondit: Si in emptione fundi dictum ſit, accedere Stichum ſeruum, neque intelligatur quis Stichus ex pluribus acceſſerit, cum de alio emptor de alio venditor ſenſerit: nihilominus tamen venditionē valere, eumq; Stichum deberi, de quo venditor intellexiſſet. *d. l. ſi in empt* Quintò ex eo, quod ſi eleganti caſu locutionis ait Alphenus: *in lege locationis ſcriptum erat. Conductor ſyluam ne cedito, néue quē cædere, vrere ſinito. Quærebatur an conductor ſi quē quid earum rerum facere vidiſſet, prohibere debeat, an etiam ita ſyluam cuſtodire, ne quis id facere poſſit? Reſpondi; verbum Sinere vtramq; habere ſignificationem.* Sed tandem definit pro locatore faciendam eſſe interpretationē, qui verba protuliſſet *l ſi. in lege ff. locati.* quod & in alia non abſimili facti ſpecie eleganter quoque oſtendit Iabolenus. *l. ea lege eod. tit.* Sextò ex eo, quod Venuleus reſpondit, in prætoriis ſtipulationibus ſi ambiguus ſermo incidit, non pro hoc vel pro illo, ſed pro vt res exigit, per prætorem faciendam eſſe interpretationem, *l. in prætoriis ff. de præt. ſtipulat.* ſicut & alibi dicitur, voluntatis defuncti quæſtionem, in arbitrio iudicis poſitam eſſe. *l. voluntatis. C. de fidei com.* Septimò ex eo, quod ſi quis ſtipulatus eſt certo loco quid ſibi dari, ſi promiſſorem in eo loco non inueniat, poteſt eum alibi conuenire, licet non expreſſerit in contractu quod alibi eū conuenire poſſet, & hoc caſu interpretatio fiet contra promiſſorem, *l. 1. ff. de eo quod certo loco.* Octauò ex eo, quod ſi tantum eſt, ne luminibus officiatur: ambigua eſt ſcriptura, vtrumne his luminibus officiatur, an etiam his quæ poſtea quoque fient: & tamen generali verbo (vt ait Pomponius) omne lumen ſignificatur, ſiue id quod in præſenti, ſiue id quod poſt tēpus conuentionis contigerit, licet id ſtipulator expreſſius dicere potuiſſet. *l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrb. præd.* Nonò ex eo, quod ſi quis calendis Ianuarij quid ſibi dari ſtipuletur, nec addit quibus calendis Ianuarij, primis ſcilicet vel ſecundis: quamuis hoc expreſſius dicere potuiſſet, & tamen pro eo interpretatio, vt intelligatur de primis calendis cogitaſſe. *l. eum qui calendis ff. de verb. oblig.* Decimò ex eo, quod ex Pedio ait Paulus: Si non conuenit inter litigatores de die ponenda in ſtipulatione, eſt in poteſtate ſtipulatoris, quid velit, *l. de die ff. qui ſatiſd. cog.* Vndecimò ex eo, quòd cùm quid mutuum dederimus, etſi expreſsè non cauerimus, fiet interpretatio pro nobis, quid quantumque nobis reddendum ſit, *l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Duodecimò naſcitur dubitatio ex vulgatis illis locis: *Quoties in ſtipulationibus oratio eſt ambigua, commodius id accipi: quo res de qua agitur in tuto ſit. l. quoties idem ſermo. ff. de reg. iur.* Rurſum: *Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior eſt.* Et iterum, *quod ſemper in obſcuris id quod minimum eſt ſequimur.* Poſtremò ex eo, quòd in mandatis & conſtitutionibus procuratorum, ſi ſit obſcuritas vel incertitudo, nō ſtabitur intentioni procuratoris, ſed interpretationi mandatoris, quamuis legem poterat apertius ſcribere. *gl. in c. petit. de procur. Alex. & Zaſ in d. §. in ſtipulationib.*

Ratio verò decidendi eſt, quod is qui verba 6.
concepit, mentem intentionemque ſuam ex illis, ſiue agat ſiue excipiat probare debet. *l. 2. de prob.* Probatio verò debet eſſe clara & con-

cludens, quia ſermo ambiguus non probat, & probatio dubia nõ releuat.*c.in præſent. de prob. l non hoc.C.vnde cogn.(Gail 2.obſ.13. nu.14.& ſeqq.& ob.12.n.3.verſ.& prob.Maſ.de prob con.* 1363.) Et ideo ſibi merito imputare debet, qui expreſſius non eſt locutus, atque ea ratione intentionem ſuam dilucidè probare non poteſt, *Ful.n.4.Iaſ.& Caſt.n.1.in d.l.vet.* certumq; eſt, iuris noſtri authores litigare volentib. non fauere, *l. Ar.ff.de act & ob.* Neq; ex aduerſo obſtat 1. dubitatio. Quia in iudic. ideò orationem ambiguã ad actoris vtilitatem referimus, vt ad petitum videatur de quo actor ſenſerit: quia (vt ait Vlpia. *l.inter ſtipulantem.§.1. ff. de verb. obligat.*) ſi dicto actoris in re dubia non ſtaremus, ſemper negaret reus ſe conſenſiſſe, ſemperque diceret ſe aliter ſentire. Vt ecce, ſi quis Stichum petens, ſentiat de vno, & reus fortè videns ſe conuinci teſtimoniis, contendat ſe de alio eiuſdem nominis ſenſiſſe, & iudicium accepiſſe, vtique ſecundum actorem fiet interpretatio, ne aliàs eludendi iudicij occaſio reo præbeatur, qui ſemper dicet ſe de alio Sticho ſentire, & actorem malè agere, id quod pluribus verbis cum Zaſio explicat Duarenus, *ad d.§ ſi ſtichum.* quem vide. Secundò non obſtat, quod de principis interpretatione dicitur, Nã cùm principis voluntas talis eſſe præſumatur, qualis de iure eſſe debet: *l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* veriſimile ſanè eſt, quod aduerſus æquitatem & iuſtitiam nihil declarabit. Tertia quoque obiectio non mouet: quia quãdo apparet de mente eius, qui verba protulit vel expreſsè vel etiam tacitè & per coniecturas, *l.cum auus.ff.de condic.& demonſt.* nulla planè iniuria eſt, ſi eius declarationi fidem habuerimus, *Alcia.& alij ad d l. al enat.* vt ſic veritati cedat præſumptio, & id præferatur quod agitur, non quod in contrarium colligitur. Cæterùm in diſſoluenda quarta dubitatione plus difficultatis & momenti eſt. Quidam enim relectis aliorum ſententiis exiſtimant, quod in his quę ſunt acceſſoria, facilè ſtare oportet dicto venditoris, à quo in principali re vendita non diſcordat emptor, multaq; in his acceſſoriis iure permittuntur & licent, quæ alias non licerent. *Æmilius Ferrettus in d.§ in ſtipulationibus* Paulo verò vicinus hæc perpendens vir doctus Ludouicus Charundas. *lib.* 3. *veriſimilium cap.* 11. putat, quod ſi nulla coniectura appareat quid actum ſit, & lex ipſa contractus obſcura vel ambigua ſit, adeo vt vix intelligi poſſit, quid inter contrahentes conuenerit: ſecundum emptorem aut conductorem interpretari pactũ debere, qui legem apertius dicere poterant, ipſique magis lucrum facere videntur, ideo quod plerumque ea quæ ſuperflua ſunt, vendunt & locant, venditor & locator. Contrà vero ea, quæ neceſſaria ſunt, ab his emuntur vel conducuntur. Quod ſi lex contractus clara ſit & aperta, & de mentis contrahentiũ interpretatione agatur, fauendum eſt venditori locatorique, tanquam reis, potius quàm emptori & conductori: quia maiorem ex eo contractu vtilitatem quærunt, *dict. l ſi in emptione.* Hic mihi videretur non incommodè dici poſſe, id quod ſuprà diximus, faciendam eſſe interpretationem, contra eum in cuius vtilitatem verba appoſita ſunt, *d.l.cum manu.* prout fit in exemplo ex aduerſo propoſito, vbi verba ſunt appoſita in fauorem emptoris, de Stichi acceſſione. Et ſi reſponſum illud Pauli exactè perpendatur, non magis illic apparet quod venditor verba protulit, quàm emptor. Imò magis credendum eſt ipſum emptorem, fundum venditum ibi emptum, de acceſſione Stichi conueniſſe, adeoque manendo in terminis huius regulæ, contra eum interpretatio facienda eſt. (*vide Treutl.p.1.diſp.11.lit. b. & ibid. allegatos. Pac. cent.2.q. 7. Molin. in add.ad Dyn.b.& in add.ad Alex conſ.*204. *lib.* 2.) Quintò etiam non obſtat, quod de locatore dictum eſt: quia cum in locatione adiecta fuerat clauſula iſta: *Ne quem cedere ſinito*: debebat profectò ea clauſula aliquid operari, *l ſi quando ff.de legat.* 1. vt & cuſtodiam quoq; contineret, & quod cędere volentem prohiberet. Et cum tota conuentio fauore locatoris concepta erat, vt ſcilicet ei in omnem caſum proſpiceretur, vtique contra eũ interpretatio fieri non debet, *Caſt. & Salic. in d.l.ea lege.* exemplaq; illis expreſſa, non ad reſtrictionem, ſed ad illuſtrationem duntaxat conuentionis appoſita fuerant, cęteroque caſus maiores expreſſis nõ excludebant. *Præſes in loco ab exceptione ad regulam.* Prætoriarum quoq; ſtipulationum æquitas non permittit partes litigantes interpretari quod actũ eſt, ſed ne partes ad arma veniant, *l. æquiſſimum ff.de vſufruct.* neue aut damnum fiat, aut ciuitas ruinis deformetur, meliore ratione ipſi iudici permiſſum eſt, vt eiuſmodi prætorias cautiones, nunc ſecundùm hunc, nunc ſecundùm illum, pro re nata explicet & declaret. *Zaſ.in d.§.in ſtipulationib.* Sic & ex æquitate factum eſt, quod creditor debitorem certo loco ſoluere promittẽtem, alibi, & vel in loco domicilij, vel in loco contractus conueniri poteſt, ne alioqui malignandi occaſio debitori offeratur, qui fortè nũquam in loco promiſſæ ſolutionis inueniretur, ne ſolueret vnquã. *d.l.1.ff.de eo quod certo loco.* Quæ reſponſione ſeptimæ quoque obiectioni ſatis factũ eſſe reor. Octaua etiam me non mouet: quia cauſa ſtipulationis de luminibus non obſtruendis, perpetua eſt, neque veriſimile eſt, ſtipulatorem vel ad tempus tantùm, vel de luminibus pręſentibus duntaxat, ſtipulari voluiſſe. Et vt Albericus ait, *in d. l ſi ſeruitus.* indefinita ſtipulatio æquipollet vniuerſali in omnib. quæ ſub ea contineri poſſunt, ſi modo eadẽ eſt ratio & cauſa. Rurſum verò, quod nono loco obiectum eſt, etiam ex fronte naturalis æquitatis diſſoluitur. Nam tunc regula noſtra locum non habet, quando alioqui actus vitiaretur. *Zaſ. in d. l. cum quinumero* 5. Semper enim

nim interpretatio fieri debet, vt res valeat potiùs quàm vt pereat. *l. quoties ff. de reb. dub. l. quoties ff. de verb. obl.* Atqui ſi interpretatio fieret in contrario contra ſtipulatorem, actus periret: quia ſemper diceret promiſſor, intellexi de aliis calendis, nimiaque incertitudo vitiaret ſtipulationem, & propterea fauetur actori. Nec multum huic abſimile eſt, quod decimo loco controuertitur, eaque ratione ſuſtinetur, quod in veſtibulo cauſæ, iiſque quæ ad litis ordinationem pertinent, magis fauent iura actori: è contrà verò reo fauent in fine. *Caſt. & Iaſon ad d. l. de die.* (*Gail* 1. *ob.* 22. *num.* 4. *verſ. quia & ob.* 31. *n.* 12. *Coſtal. in l.* 8. *qui ſatiſd.*) Sed cur ita? Reſpondeo, quòd cùm actor omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe, tutioremq; viam ingreſſus eſſe videatur, neque vlla hic fiat reo conuento, ſi vel verè alioqui debet, vel verè rem agentis poſſidet, iniuria: æquum eſt, ingreſſum iudicij actori contra reum, qui plerunque ſubterfugere ſolet, eſſe fauorabilem, vt interpretatio illius præferatur. Sed cùm fauorabiliores ſint leges ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, neque curamus de iure rei, ſi non conſtet de iure agentis, merito deficiente in probatione actore, in fine litis reo potius fauetur. Vndecimò quoque non obſtat quod de mutuo dictum eſt. Videntur enim partes ſecundùm naturam contractus conueniſſe. Natura autem mutui eſt, vt tantundem, & quod eiuſdem bonitatis ſit reſtituatur. *l.* 2. *ff. ſi cert. pet.* Nam ſi plus reddatur vſura ſit, ſin minus, creditor habet ex beneficio damnum, & pro auro carbones, vt eſt in prouerbio, quod eſſe non debet. *l. in rebus ff. commodat.* Vnde & iam facilè colligitur duodecimæ obiectionis ſolutio: Prius enim quid actum ſit, quidue veriſimilius ſit actum fuiſſe, & vt res in tuto ſit, conſideramus, eoque non apparente, regulæ noſtræ locus eſt. Denique licet Æmilius Ferrettus, *in d. §. in ſtipulationibus n.* 11 (*vid. D. Peck. ſuper in ca. inſpic. n.* 11. *verſ. ſic.*) in mandatis & procurationibus hanc regulam, niſi concurrat veriſimilitudo aliqua, pro mandante reſtringi exiſtiment, rationem tamen eius non addit, *Zaſ & Alex. ibi.* ſed eam alij plerique eſſe exiſtimant, quod alioqui procurator mandatum pro animi ſui arbitrio dilataret. Si cauſa eſſet fauorabilis, ſemper diceret, etiam hoc poſſum agere. Si verò eſſet odioſa, ſemper diceret, mihi hoc non eſt commiſſum.

REGVLA LVIII.

Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.

vide omnino Vaſq. de ſucceſſ. §. 28. *n.* 7. *& ſeq. Couar. in c. quam de pact.* 3. *p. Gutier de iuram p.* 1. *c.* 40. *n.* 4. *& ſeqq. & in auth. ſacram. pub. & in cap. quamuis per tot. Tuſcus in pract. concl. verb. Iuram. concl.* 511. *n.* 29 *P. Sanchez l. b.* 1. *de matrim. diſp.* 32. *& in ſumm. caſ. conſ. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 30. *& ſeqq. Garc. de vlt. fin. Iu. illat.* 22. *n.* 463. *& ſeqq. Borell. in ſum. dec. titu.* 60. *nu.* 302. *& ſeqq. qui infinitos recenſent.*

1. *Iuramentum quod ſit contra bonos mores.*
2. *Iuramentum quando dicatur illicitum.*
3. *Promiſſio citharœdi de ludendo ante feneſtras puellæ an obliget.*
4. *Iuramentum contra bonos mores, an ipſo iure ſit nullum.*
5. *Abſolutio à iuramento illicito à quo impetretur.*
6. *Ampliationes huius regulæ.*
7. *Licentiatus an non obſtante iuramento de non reiterando gradum, poſſit alibi fieri denuo Licentiatus.*
8. *Iuramentum metu extortum, an egeat abſolutione.*
9. *Notarij ex formulari ſuo multa aſſuunt.*
10. *Cauſa proxima ſemper inſpicienda eſt.*
11. *Studioſus, non obſtante iuramento, à patre domum reuocari poteſt.*
12. *Ratio dubitandi.*
13. *Ratio decidendi.*

QVemadmodum iuramentū legitimè præſtitum, negligi, contemni, aut abſque effectu aliquo operandi eſſe non debet, ſed periurus & infamia notatur. *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* & ſi in contractu ſe non contrauenturum ſpopondit & iurauit, ipſum Deum, quem veluti iudicem & teſtem, in cauſa propria conſtituit, periurij ſui peculiarem vltorem habet, *l.* 3. *C. de rebus credit.* ita quoque è contra, hoc iuramentum quod aduerſus bonos mores, † id eſt, contra æquitatem naturalem honeſtatemue præſtitum fuit, ſeruari non debet, *magnaq; ſapientiæ eſt* (inquit Canon) *hominem reuocare id, quod ſemel perperam & malè locutus eſt. ca. magnæ* 22. *q.* 4. Vnde & ex Iſidoro reſpondit Gratianus. *cap. in malis ibid. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur.* (*conſ. Gail* 1. *P. P.* 4. *n.* 11. *&* 1. *obſ.* 25. *n.* 5.) Id quod pluribus etiam verbis in libris officiorum oſtendit Tullius. Cæterùm pro euidenti huius capitis illuſtratione obſeruandum erit, † quod iuramentum vel ex modo iurandi, vel ex cauſa extrinſeca ad iuramentum accedente, vel denique ex eo quod iuratur, illicitum eſt, *c. innocens* 22. *qu.* 4. Primi modi exemplum eſt, ſi quis iuret per viſcera Saluatoris: quod cum facit, non ſolùm iuramentum illicitum eſt, ſed etiam blaſphemiæ plenum, *Bald. ad d. l.* 2. & ſpeciem hæreſis in ſe continet. *ca. ſi quis per capillum & ibi Dd.* 22. *q.* 1. *Dominū* (inquit Chryſ. hom. 27. ad populum Ant.) *in orationibus voca, voca eum ad inimici beneficium, voca ad animæ tuæ ſalutem,*

tunc aderit, tunc eum lætificabis, nunc autẽ irritas. Voca ſicut eum Stephanus vocauit, voca ſicut vocauit eum Helcana vxor cum lachrymis. Voca illum ſicut & Moyſes vocauit. Ne ſancto nomini eius familiaris fias. Nunc vero Deum circumfers oportunè importunè in ſermonibus tuis. Tanquam ex aliqua domo, ſic ex lingua hunc ignem eiice, ignem extrinſecus trahe, vlcus reddas imbecillius. Hæc ex Chryſoſtomo, & merito. Quis etenim iuſtus conſenſus eſt, in tam effrenato & indiſcretè prolato iuramento? Idemque eſt, ſi cacodæmones humani generis hoſtes & quidem perpetuos, in teſtes euocat. *cap. monet. ibid.* Secundi modi exemplum eſt? Si quis poſt votum caſtitatis ducat vxorem, iuramento firmans nunquam ſe ab ea diſceſſurum eſſe. Licet n. turpe non ſit iuramentum de non relinquendo vxorem: votum tamen caſtitatis extrinſecus accedens, vtique hoc illicitum facit, *d. ca. innocen.* cùm vxor non ſit. Tertij modi exempla, in hac regula conſtituenda ſunt, quando iuramentum pactioni, quę eſt contra bonos mores, adiicitur: vt cùm de futura ſucceſſione tractamus: ſubeſt enim captandæ mortis votum: *l ſi C. de pact.* [*vide Gail 2. ob. 39 n. 22. & ſeqq. & obſ. 42. n. 9. & ob. 148. per tot.*] vel cum pacto libera teſtandi voluntas diminuitur: *l. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. oblig.* quia liberum eſſe debet, quod nunquam amplius redit arbitrium. Vel cùm de matrimonio agitur, quod lex *cap. gem. de ſponſal. l. Titia ff. de verb. oblig.* vllo prorſus nexu impediri non ſinit (*P. Sanchez. d. diſp. 32.*) Ideoque & obligatio ob delictum perpetratum vel committendum contracta, iuramentumque illi accedens, vires non habet *l. ſi plagij. l. generaliter eod. tit.* Et ſi coniuges inter ſe conueniant, vt ſupra id quod facere poſſent, exigantur, corruit hæc pactio, in humanum quippè id pactum eſt inter eos, qui & iure naturæ mutuam ſibi reuerentiam debent, *l. alia §. eleganter ff. ſolut. matr.* & iure diuino vnum corpus exiſtunt. † Eam quoque pa-

5. ctionem eiuſmodi eſſe Angelus *in l. item ſi quis §. meminiſſe. de iniurijs.* exiſtimat, qua iuueni amatori Citarędus matutinas cantiones ad puellæ fores promiſit, quod & Alc. *ad l. pacta quæ contra num. 6 C. de pactis.* probat, ſed tamen ita alibi reſtringit, *in d. c. cum contingat. nu. 85.* niſi conſuetudo regionis aliud habeat, quod ſcilicet turpe non ſit, dormientem virginem carmine excitare, vt hic. Sic & is qui Principi vel ciuitati à conſiliis eſt, ſi iurauit ſecreta conſilij non reuelare, vtique ea ſecreta ſine metu periurij reuelare poteſt, quæ per ſe ſunt illicita, *gl. in c. ego ad verb. nulli pandam. de iureiur.* & maximè quidem ei, qui his detectis publicè prodeſſe, non etiam obeſſe poſſit, cuiuſmodi eſt paſtor eccleſiæ, qui fortè vel pia admonitione, vel humanioribus aliquibus precibus, malum illud auertet *Rom. ſing. 512. incip. iurat.* Rurſum & tunc quoque reuelare tenetur, cum in teſtem producitur, *Iaſ. ad l. fin. n. 20. ff. qui ſatiſd. cog. Hypol. ſing. 424.* [*pulchrè Gail 1. obſ. 100. n. 3. & ſeqq. & ibid. Greu.*] vel cùm ſuperior vt id faciat, ſtrictè ei præcipit, *Additi. ad Roman. ibi.* Illud quoque iuramentum iure non valet, quo quis non ſolum in periculum mortis, *cap. ſi non liceat. 23. q. 5. latè Didac. l. 1. variar reſolut. cap. 2. nu. 7.* verùm etiam in periculum famæ incidit. Deficit enim hoc caſu, *Bald. ad l. 2. pact. C. de col.* diſcretio ſine qua nullum iuſiurandum, *c. etſi epiſcopus de iureiur.* ſubſiſtere poteſt. Idemque eſt, cùm quis aut procuratorem, *gl. in ca. fi. de procur. lib. 6.* aut donationem ex cauſa ingratitudinis, non reuocare iurauit, ne detur occaſio delinquendi.

Non eſt obligatorium. † Sunt qui exiſtimant, 4.
& ex hoc loco colligunt, iuramentum contra bonos mores præſtitum, ipſo iure eſſe nullum, adeo vt nulla ab eo abſolutione opus ſit. Abſolutio enim præſupponit vinculum, quo quis ſoluitur, *Ripa ad l. fi. n. 183. C. de reu. donat. Boer. conſ. 41. nu. 18.* Vinculum autem eſſe non poteſt, vbi non præcedit obligatio, quæ iuris vinculum appellatur, *§. 1. inſtitut. de oblig.* Sed contra alij argumentis non leuibus repugnant. Quippe quod is qui iurauit non colloqui cum patre, nec illi ſubſidium ferre, eget abſolutione, *c. cum quidam in fi. de iureiur.* & quando quis iurat non reuocare teſtamentum, eſt vtique hoc iuramentum contra bonos mores, ſecundum quos hominis voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem, *l. 1 C. de ſacroſ. eccleſ.* & tamen contraueniens eidem dicitur periurus, egetque abſolutione. *c. ſicut c. ex literis Syluani. de ſponſal.* Rurſum verò & hoc quoque contra bonos mores eſt, quod matrimonia non ſunt libera. Si quis tamen quid quod eo ſpectat, iurauit, vinculum profectò iuriſiurandi manet, donec ab eo abſoluatur. *Rom. ſin. 359. Iaſ. §. item ſi quis de actionib.* Cæterum vt omiſſa longa & tædioſa eiuſmodi diſputatione, paucis veritas appareat, eo communẽ ſententiam magis propendere video, quod ſi ex adimpletione iuriſiurandi reſultet vel manifeſtiſſimum peccatũ, vt ſi quis iurauit hominem occidere, vel adulterium facere, vel aliter delinquere: vel id quod eſt contra dilectionem proximi facere, vt ſi quis iurauit, quod pro nemine fideiubebit, etiam ſi proximus in euidenti vitæ vel famæ periculo verſaretur, *idem Roman. ſing. 421. al. 507.* iuramentum eiuſmodi ipſo iure nullum eſt, & abſolutione non eget. Sed ſicut abſolutio neceſſaria non eſt, quando periculum eſt in mora, nec habetur copia eius à quo abſolutio peti deberet, *Imol. in d. cap. cum contingat.* ita quoque & hoc caſu, poteſt is qui iurat, propria authoritate contrauenire. Sic & ſi canones plane reſiſtunt iuramento, *latè Cardinal. in clem. 1. §. porro de iudi.* nulla abſolutio eſt neceſſaria: [*v. Gail 1. ob. 22. ſub n. 7. verſ. porro & obſ. 25. n. 5. verſ. imo & ob. 100. nu. 3. & obſ. 42. num. 4. & 1. P. P. 4. n. 16. Gutier de iur. p. 1. c. 72. num. 5. & ſeqq. Couar. d. lo. num. 1. §. 6. num. 7.*] At ſi iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis

æternæ

æternæ, eſt tamen temerarium, periculoſum, vel exemplo perniciosum: abſolutione opus eſt, neque debet quis ei propria auctoritate contrauenire. *cap. quanto de iureiur.* idemque eſt, ſi eſt dubium, vel ſi inducit peccatum non manifeſtum, aliquo tamen caſu excuſabile: veluti cum filius iurat non loqui patri, quia non iurat rem omninò & ſemper enormem, ex quo poſſet eſſe cauſa, cur excuſaretur, *Alc d lo n.*83. Nec obſtat ſi quis dicat, quod petens abſolutionem allegat propriam turpitudinem, & ideo audiri non debet, Quia abſolutio principaliter petitur, vt quis faueat animæ ſuæ, & liberetur à periurio. Vnde tali caſu nõ attenditur, quod quis turpitudinem ſuam allegat, *gl. in c.*3. *loco*
5. *de præſumpt.*†Hæc autem abſolutio, ſubinde ab ipſo Pontifice, ordinariè verò ab Epiſcopo loci, eiuſue Officiali & Vicario, non ab aliquo inferiori, *c.*1.*& ibi Felyn.* 15 *cum ſeq. de iureiur.* [*vi. Gail ob.*25 *per tot. & ob.*25.*n.*5.]aduerſario ad hoc vocato & citato petenda eſt, *Innoc. ad c. ad aures quod met cauſa.*[*Gail* 1.*obſ.*22.*n.* 3.] Etenim cùm in abſolutione requiratur cauſæ cognitio, [*Gail d. ob.*22.*n.* 3.*& obſ.*23.*n.*2.] quæ parte non vocata adhiberi non poteſt, *l. in cauſa* §. *cauſa cognita ff. de mino.*[*conſ Gail* 2. *ob*, 1.*n.*12, *&* 1. *P.P.* 5.*n.*23.*verſ. ergo.*]& cum agatur de præiudicio partis, vti iuc ea vocari debet, *l. de vnoquoque ff. de re iudic.* prætetquam ſi plane conſtet iuramentum, de quo agitur, illicitum eſſe, *Card. conſ.*35.[*Ga l d. ob.* 22. *n.* 3. *verſ. ſingulariter.*]vel ſi manifeſtum ſit, quod de præiudicio partis non agitur, *Cld. conſ.* 120. *Calder. conſil.*7.*de iureiur.* vel ſi periculum eſt in mora, *Panorm. in d. c. quanto.* vel ſi quis iuraſſet aduerſarium in iudicium non euocare: quæ omnia latius explicant Philippus Francus, *in c. quafronte de appellat*, & Felynus. *d. loco.* vnaque etiam decidunt, an aduerſarius cui iuratum eſt, iuramenti vinculum remittere poſſit, quos vide. Neque etiã hoc loco omittere poſſum id, quod eleganter de modo & forma iuriſiurandi olim obſeruauit Beatus ille Baſilius *Sunt*(inquit)*aliqui ſermones, qui iuramentorũ figuras habent, non ſunt autem iuramenta, ſed obſequium audientium. Velut Ioſeph, amicitiam contrahens cum Ægyptio, & in clientiam eius ſe tradens, per ſanitatem Pharaonis iurauit. Et Apoſtolus dilectionem ſuam erga Corinthios adſtruens dixit per noſtram gloriationem quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro, & ſermonem ſimplicem in iuramenti ſpecie protulit: gloriationem coram ipſis, velut, quauis re dignam, tali modo oſtendens:* de eiuſmodi autem iuramento hic non loquimur.

6. Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, etiam partes neſcient eſſe hoc iuramentum contra bonos mores. Fieri enim poteſt, quod vel ruſticus, vel miles, vel alius aliquis idiota, exiſtimet non eſſe contra bonos mores, quod quis iurat teſtamentum non reuocare. Quomodo & Duarenus in ſimili dicit, *ad l. ſi homo mortuus. ff. de verb. oblig.* nihil referre, an partes ſciant ſtipulationem impoſſibilem eſſe, nec ne: ſufficit enim quod lex & legis ratio certa eſt, quæ eiuſmodi hominũ aduerſus legem naturæ peccantium, imperitia non circumducitur. *l. l gis ſacratiſſima. C. de legibus.*

Amplia ſecundò, vt procedat non ſolùm quando eſt certum & indubitatum, quod iuramentum eſt contra bonos mores, ſed etiam quando poteſt ſe habere ad bonum vel ad malum. Veluti ſi quis iurauit manere perpetuò cum alioqui in communione bonorum. Fieri enim poteſt, quod quieta ſemper & tranquilla erit communio: ſed quia eadem communio poſſet eſſe plurium occaſio malorum & diſcordiarum (vt ſæpe ſolet. *l. cum pater.* §. *dulciſſimis. ff. de leg.*2.) ideo iuramentum eiuſmodi non ſubſiſtit, *Roma. ſing.*9. *Old. conſ.*242. non multo aliter quàm iuramentum de exhæredando filium, quod cenſetur eſſe illicitum, *c. quinta vallis. de iureiur.* licet aliquo caſu licitum eſſe poſſet, *Tiraq. de pœnis. in præfat. n.*68.

Amplia tertiò, etiam ſi id cui adiicitur iuramentum, contineat duntaxat peccatum veniale: *gl. in ca ſi aliquid* 22. *q.* 4. quia ſacris canonibus ſatis eſt, quod in detrimentum animę vergit, id quod plurimum notandum & obſeruandum eſſe, Felynus Sandæus cum aliis reſpondit. *in cap. ſi vero de iureiur. Rol. à Valle conſ.* 98.*n.*18. ad hoc vt mille iuramenta diſſoluantur, in quibus ſæpe, ſaltem aliquod peccatum veniale ineſt, quod & Alciatus probat. *dict. loc. n.*52.[*Cona. d. l. n.*1.*verſ. tertiò. Sanchez. d. diſp.* 32.*n.*1.*& d. cap.*9.*n.*19.]

Amplia quartò, quod iurans ea, quæ ſunt contra bonos mores, illicita, inhoneſta & impoſſibilia, largè loquendo, eſt periurus ipſo facto, *gl. in cap.*1 *de iureiur. in* 6. Vnde & periuri ſunt Canonici, qui ante electionem Epiſcopi inter ſe iurarunt, quod eligendus in Epiſcopũ, abrogabit honeſtum aliquod ſtatutum, vel quod quid faciet contra bonos mores. *c. ſicut noſtris. de iureiu.*

Amplia quintò, quod legiſlator ſemper interpretatur iuramentum, vt non extendat ſe ad ea, quæ bonis moribus aduerſantur. Ideoque iuramentum de parendo mandatis alicuius, intelligitur de honeſtis, *d. cap. quinta vallis. & ca. veniens eod.* (*conſ. Gail* 1.*P.P.*4.*n.* 12. *& ſeqq.*) ſicut & iuramentum de obſeruandis ſtatutis & conſuetudinibus, *cap. ad noſtram.* 3. *eod. tit.* [*D. Peck. ſuper in cap non præſtat, amp. vltim*] & iurans defendere aliquem aduerſus omnẽ hominem, non videtur iuraſſe quod defendet eũ in mala cauſa, vel aduerſus proprios amicos. *Tiraquell. de pœnis. cauſa* 22.*n.*47.

Amplia ſextò, vt locum habeat, etiamſi per hoc iuramentum vita hominis, qui alioqui morte dignus eſſet, ſeruaretur. Nam (ut eleganter tradidit Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu ad ver. Tortura. cap.*7.) ſi iudex iurat ſe dimiſſurum reum capitis, modò confiteatur deli-

ctum, non tenetur ſeruare iuramentum: maximè ſi crimen atrox ſit, quia eſt contra bonos mores & publicam ſalutem, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Neque poteſt iudex pœnam capitalem remittere delinquenti, *l. 2. C. de deſertoribus. l. fin. de quaſt.* ſed hoc ad ſolum Principem pertinet, vel ad eum cui hoc Princeps nominatim conceſſit. (*Peck. ſuper. ad reg. peccati ſub n. c. cum ibi concord.*)

Amplia ſeptimò, quod licet regulariter contra factum ſuum proprium nemo venire poſſit: *l. poſt mortem ff. de adopt.* tamen ſi factum vel iuramentum illud bonis moribus aduerſetur, aut propter publicam vtilitatem prohibetur, licitè ei contrauenit *l. 1. C. de liber. cauſ. l. quemadmodum C. de agric.* Quomodo & Prælatus eccleſiæ, bona eccleſiæ, & maritus bona dotalia, malo more alienata, non obſtante iuramento reuocare poteſt. *c. intellecto de iureiur. gl. in l. 1. §. & cum lex C. de rei vxor. act.* (*D. Peck. ſuper in c. quod ſemel ſub. n.* 10. *verſ. atqui. & in quæ tra. n. 9.*) Et ſi quis donauit mihi domum, iurauitque donationem perpetuò ratam habere, eique non contrauenire, ac deinde eandem domum alteri donat, eodemque modo iurat, hoc poſterius iuramentum eſt contra bonos mores, & ideo ratione eius à ſecundo donatario conueniri non poteſt, id quod in ſenatu frequenter admodum iudicatum fuiſſe aſſerit Guido, *quaſt.* 463.

Amplia octauo, quod qui huiuſmodi iuramento occaſionem præſtat, grauiſſimè delinquit. *Ille* (inquit Auguſtinus *ca. ille qui. 22. qu. 5.*) *qui hominem prouocat ad iurationem illicitam, vincit homicidam: quia homicida corpus interficit, ille animam. Imo duas animas, & eius & ſuam.*

Amplia nonò, quod nec Epiſcopus nec alius ſuperior, debet aliquem vrgere ad iſtius iuramenti obſeruationem, quia id quod lex improbat, legis miniſter vt adimpleatur, vrgere non poteſt. Et qui alijs eiuſmodi turpitudinis adimpletionem vrgentibus reſiſtere debet, *arg. c. nemo & ibi glo. de pœni. diſt. ult.* ipſe petere vel ſuadere non debet, & ſane petenti aut perſuadere volenti, non obtemperandum ſed renitendum eſt, quod ſuperius quoque diximus, *ad ca. ea quæ fiunt. & ad ca. quod quis mandato.* Ideoque & Bald. *in l. fin. §. filijs C. de bon. quæ lib.* ait. quod filius non poteſt alienare bona, in quibus pater habet vſum fructū, & ſi iurauit non contrauenire alienationi, nō obligatur, adeo quod patre mortuo non poſſit per Epiſcopum ſuum compelli ad obſeruationem talis iuramenti.

Amplia decimò, quod nec vllum ſtatutum, nec vlla conſuetudo tale iuramentū approbare poteſt, *Boër. conſ.* 41. *n.* 20. Nam ſicut lex ſancta & honeſta eſſe debet. *ca. erit autem* 4. *diſt.* ita & conſuetudo, *cap. cum iuramento de homicidio.* quantumuis vetus & antiqua: vt quæ tanto grauior & iniquior eſt, quanto diutius infœlicem animam detinet ligatam. *cap. fin. de conſuet.* Qua de re pulchrè loquens mellifluus ille Bernardus epiſtola ſua 219. *Probro* (inquit) *ducitur, ſicut optime noſtis, apud francigenas iuramentum ſoluere, quamlibet male publicè iuratū ſit, quamuis nemo ſapiens dubitet, illicita iuramenta nō eſſe ſeruanda, verùm tamen ne in hoc quidem excuſari poſſe fatemur.* Hæc ille. Multo magis igitur hoc dicendum eſt de ſtatuto laicorum: quia iuramentum eſt quid ſpirituale, & ex eo quæritur principaliter obligatio, Deo, *d. c. debitores.* [*Gail* 1. *obſ.* 24. *num.* 1. *& obſ.* 25. *n.* 1.] Vnde ad iuriſdictionem laicorum non pertinet aliquid de eo, aut in illius præiudicium ſtatuere *d. cap. cum contingat* (*con. Gail. d. obſ.* 25. *n.* 1. *& obſ.* 38. *num.* 5. *&* 2. *obſ* 32.) præterquam in caſibus quibuſdam exceptis, quos latius explicat Alciatus, quem vide. *ibi. num.* 160. *cum ſeq.* [*vide Gail d. obſer.* 25.

Amplia vndecimò, vt locum habeat regula, non ſolùm in iuramento, quod in initio contractus eſt contra bonos mores, ſed etiam in eo quod in principio licitum eſt, ſed poſtea ex accidenti foret contra bonos mores, ſi ſeruaretur. Vt ecce, ſi quis iurauit quod nunquam erit negotiator, quod nunquam accipiet mutuum, quod gladium reſtituet deponenti, vel quid ſimile: licitum quidem adhuc eſt iuramētum, ſed ſi eueniat res ad caſum, in quo non poteſt aliter viuere, niſi veniat contra iuramētum: tunc licitè accipit mutuum, licitè negotiabitur, licitè deponenti, facto furioſo, negabit reſtitutionem. *cap. ne quis 22. qu. 2. Rom. conſil.* 379. Sic ſi quis contractis ſponſalibus de futuro, matrimonium cum aliqua contrahere iurauit, & illa in notabilem corporis deformitatem poſtea incidit: certè non ligatur iuramento: *cap. quemadmodum. de iureiu.* quia omne iuramentum intelligitur, rebus ſic ſtantibus, *cap. cum p. de renunciat.* (*conſ. Gail* 1. *P. P.* 4. *ſub n.* 43. *&* 2. *obſ.* 23. *num.* 9. *D. Peck. de Iur ſiſten. cap.* 28. *n.* 6.) & tacitam illam conditionem habet. Sic etiam ſunt, qui aiunt, Carthuſianum nonobſtante voto, carnes comedere poſſe, ſi aliter mortem euitare non poſſit, *Panormit. & Felynus in dict. cap. ſi verò.* † & quod Licentiatus qui iurauit alibi non recipere inſignia 71
doctoralia, quàm in illa academia, in qua Licentiatus factus eſt, non obligatur, ſi alibi rurſum examinetur & Licentiatus fiat, niſi ante iuret, illum actum alibi non repetere, *Panorm. in d. c. cum inter.*

Amplia duodecimò, vt procedat etiam hæc regula in iuramento licito, ſed quod dolo malo præſtitum fuit, nulla facta diſtinctione, an adijciatur cōtractui bonę fidei vel ſtricti iuris. Licet enim ad cognoſcendum, vtrum contractus cui dolus cauſam dedit, ſit ipſo iure nullus attendamus an ſit ſtricti iuris, vel non, *l. dolo. C. de inutil. ſtipul.* tamen quo ad iuramentum illud non attendimus: quia iuramentum ſemper eſt bonæ fidei, quæ in eo debet exuberare, cùm principaliter fiat Deo, *Alciatus in d. l. pacta. num.* 40. & hoc ſuadet reuerentia iuramenti.

Bald.

Bald.in auth.ſacramenta.C.ſi aduerſ.vendit. Nec obſtat quod iuramentum ſequitur naturam actus cui apponitur. *l fin. C. de non numer. pecu. Tira. late de conſt. parte 3. limit. 7.nu. 35.* quia hoc verum eſt, quod ſequitur naturam actus primordialem, non etiam accidentalem. *Iaſ. in l.ſi pecuniam num.23.ff.de condic.ob cauſam.* Vt ſi quis iurauit non expellere colonum, iuramentum ſequetur naturam primordialem contractus,vt intelligatur, ſi colonus ſoluerit, ſi honeſtè verſetur, *l. ædem.C locati.* quia hoc eſt ex natura contractus, (*Sanch. in ſumm.caſ.conſ. lib.3.c.17.n. 5.*) Sed ea quæ ſunt accidentalia, iuramentum non ſequitur, cum ipſum ſit omnium acceſſoriorum contractus validiſſimum, niſi veriſimilis mens iurantis concurrat,(*Conſ. Gail 2.obſ.41,n.12. & obſ.65.n.6. late P. Sanchez in ſum.caſ.conſ.li.3.c.12.n.8 & ſeqq. & c. 17.n.13. & ſeqq.*) ſicut hæc & alias octo reſtrictiones eo pertinentes tradidit Marcus Antonius Bauerius, ad quem remitto.*in lib. de virtute iuramenti.* † Porrò autem an eadem ſit ra-
8. tio iuramenti per metum præſtiti, multi diſputant. Plerique omnes ſentiunt, quod non, ſed quod opus eſt abſolutione: *cap.verum de iureiur.* niſi adeo magna fraus ſit in metu,vt omnem penitus conſenſum excludat, tutius tamen eſt, etiam hoc caſu petere abſolutionem. Qua de re latius apud Alciatum videre licet, *dicto loco numero* 197. [*vide Gail 2. obſeruat. 42. & ibi Greu. Sanchez dicto loco capite vndecimo, numero 13. & ſeqq. & de matrim.lib 4. diſput.20.& ſeqq.*)

Amplia decimotertiò, idem eſſe in iuramento addicto pacto vel inſtrumento ſimulato, vt ſi maritus ſimulatè, ad fraudandum creditores, confiteatur ſe accepiſſe ingentem dotem ab vxore, & inter illam ſoluere, non ligatur iuramento, *latè Socyn.in l.1.ff. ſolut. matr.* quia ſicut omnes clauſulæ acceſſoriæ adiectæ inſtrumento ſimulato, nihil operantur, & præſumuntur ſimulatæ: ita nec iuramentum, quin ſaltem ab eo abſolui poſſit is, qui iurauit, non ſolum quando probatur ſimulatio, ſed etiam cùm tantum præſumitur. *late Tiraq.d.lo. n. 32. cum ſeq. Rol.à Valle conſ.93.*

Amplia decimoquartò, vt nec illud iuramentum ſit obligatorium, quod ex conſuetudine notariorum præcipitanter & ex abrupto. iurante non bene præmonito, adiicitur, *Tiraq. d limit.31.num.12.* licet tutius ſit ab eo petere abſolutionem. † Plerique enim tabelliones,
9. ex formulari ſuo aſſuunt quæ volunt, etiam ſi verè ea nec acta nec dicta ſint, *Rom. ſing. 53.* quod vnus ex multis, elegantiſſimè explicat Præſes *conſ. 26.* dum præter hæc,eadem ratione adiicit, quod ſi teſtator ſit laicus, vir ſimplex, in ſola mercatura expertus,iuriſque penitus ignarus,nihil operabitur clauſula hæc teſtamento eius inſerta: *Si non valet iure teſtamenti.valeat iure codicillorū.* Nā cùm non intelligat quid ſint codicilli, & nemo cenſetur dixiſſe quod non intelligit: præſumitur notarius eam clauſulam ex ſuo capite & formulari adieciſſe, [*v. Gail. 2. obſ. 77. n.6.&ſeq.Cepol.caut.195. latè Hering. de fideiu.c.7 n.485. & ſeqq.*)

Amplia decimoquintò, quod nec illud iuramentum obligat, *d. §. filiis.* quod in alterius præiudicium tendit: quia quælibet diſpoſitio intelligitur ſine præiudicio tertij, *d. cap. veniens* (*vide latè P.Sanch.in ſum.caſ.conſ.c.9. num.39. Gutier auth.Sacram.pub.n.42. & Dd.paſſim in c. quamuis de pact, in 6.*) Quod intellige de præiudicio tertij principaliter, & non ſecundario, *Gl.in d.c.quamuis & Alc.d.lo.num. 35.* Ideoque quod dicimus, iuramentum non eſſe obligatorium in præiudicium reipublicæ, *l. iuriſgentium §.ſi paciſcar.ff. de pact.* cui teſte Cicerone, nos noſtraque debemus omnia: intelligitur, ſi principaliter de eius præiudicio agitur, *l.ius publicum.& ibi Dd.eod.tit.* † quia cauſa propinqua 10.
ſemper inſpici debet, non cauſa remota. *l.ſi mulier ff. rer. amot.* Multo minus valet in præiudicium ſuperioris, *d.c.veniens.* † Vnde ſi cle- 11.
ricus vel ſtudioſus iurauit non exire Vniuerſitatem, niſi ſatisfecerit ſuo creditori, & ante ſolutionem euocatur domum ab epiſcopo vel patre ſuo: non ligatur iuramento, ſi hanc reuocationem non procurauerit in fraudem. *Panor. in d c.quanto.*

Amplia decimoſextò, quod non obligat iuramentum contractui de iure nullo adiectum: quia iuramentum vel bona fides talem contractum non confirmat, *deciſ. Tholoſ.382.* & ideò ſicut confeſſio metu tormentorum vel ſine indiciis facta per incarceratum, aut promiſſio quam fecit de ſoluendo, eſt nulla, *l. qui carcerem l. ſi mulier. §. ſi dos ff. quod met. cauſa.* ita quoque iuramento eiuſmodi non ſtabitur, *latè Roland. à Valle conſil. 2. numero 18.* quia quod nullum eſt, confirmari non poteſt, cùm non habeat fundamentum validum, ſuper quo ſtare poſſit. *Felin.in d.c.ſi verò.*(*vide Gail 2.obſ.41. in fin.& obſ.65.n. 5. & ſeqq.*) Quod intellige, ſi contractus ſit iure communi nullus, ſecus ſi iure ſpeciali, *deciſ.Tholoſ.d. lo.* Nam contractus minoris curatorem non habentis, iure communi valet, licet reſtituitur. Sed ſi nullus ſit iure ſpeciali alicuius ſtatuti illum annulantis, eo caſu iuramento confirmabitur. *late Rimin.ad §. 2.n.34.inſt.quibus alie.non licet.*

Amplia decimoſeptimò, in iuramento quod calore iracundiæ præſtitum fuit: *l.2.C.ad l.Iul. mai.c.ſicut de iureiur.* quia Deus ad obligandum ſibi aliquem, præcipuè cor reſpicit magis quàm verba: *c.ſi quid 14.q.5.* id quod pluribus verbis ſuo more explicat Tiraquellus, quem vide, *in tr.de pœnis cauſa 1.*

Amplia poſtremò, vt obtineat etiam quando præſtitum eſt iuramentum ex errore vel falſa cauſa, *Pariſ.conſ.71.& 89.lib.1.* quia iuramentum nunquam quicquam operatur deficiente conſenſu, *c. penult.de iureiu.* qui conſenſus vbi error eſt, deeſt, & per iuramentum nō ſuppletur,

pletur *l. ſi C. de non n. pecunia.* de quo multa obſeruat Rolandus, *conſ.* 13. (*conſ. Gail* 1.*ob.* 22.*n.*6.*&* *obſer.*100. *n.*5. *&* *obſ.*41.*num.*3.*&* *obſeruat.*77.*n.*8.*&* *obſeruat.*98.*numero* 14.)

12. Ratio dubitandi eſt,primò ex eo, Quod vt ait Paulus,*ratio naturalis quaſi lex quadā tacita,liberis hæreditatem parentum adijcit.l.fin ff.de bon.damnat.*& per conſequens contra bonos mores naturales eſt,eoſdem liberos ea hæreditate excludere: Si tamen filia dote contenta iurat ſe nullum regreſſum ad hæreditatem paternam habituram: iuramento ligata eſt. *cap. quamuis.de pact.in 6.*Secundò ex eo,quod teſte Iuſtiniano,bonis moribus conuenit, iuueniles calores coarctare,ne cupiditati dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum patrimonium expectat.*l.ſi* §. *ipſum. verſ. meli. C.de bo.quæ lib.* Ergo è contra contra bonos mores eſt,eis porrigere occaſionem facultates diſſipandi.Si tamen minores ſuper contractibus rerum ſuarum iurauerint.ligantur vinculo iuriſiurandi,nec reſtituuntur.*d. auth ſacramenta.*Tertiò ex eo,quod Vlp,ait,publicè intereſſe,dotes vxoribus conſeruari: tum vt facilius maritos inueniant:tum vt commodius liberos educant:tum denique ne profligata dote, egeſtas eos cogat turpem vitam viuere.*l.*1.*ff.ſolut. matr.*Et tamen ſi iurauerit mulier alienationi dotis non contraire, ligatur iuramento.*d c cum contingat.*Quartò ex eo,quod vſura iure diuino prohibita eſt, & tamen iuramentum debitoris de ſoluendis vſuris ſeruandum eſt. *d, cap.debitores.*Quintò ex eo,quod contra bonos mores eſt,religioſus à diuinis officiis auocare:*c ſi 88.diſt.*& ſtabilitas loci eſt de regula.*cap.licet de iureiur.*neque hominem pignori dari decet, § *quia vero in auth. vt nulli iudic,cum l.ob æs.C. de act.* Seruandum eſt tamen iuramentum, ſi monachi iurauerint ſe obſides futuros.*c. ex reſcripto de iureiur*Sextò ex eo,quod bonis moribus conuenit fidem ſeruare.*l.*1.*ff. de pact.*Poſterius tamen iuramentum ab inſtituto eccleſiæ ſeruatur.*c.tua nobis de iureiur.* Septimò ex eo, quod publicè intereſt ne crimina maneant impunita.*d.l.ita vulneratus.*Valet tamē iuramentum, ſi quis iurauit delinquentem non accuſare, *ca. veniens de accuſ. d. c. quemadmodum. §.illud.*Octauò ex eo, quod ſeruandum eſt iuramentum, quo quis per falſos Deos & idola iurat, id quod tamen contra bonos mores eſſe videtur.Poſtremò ex eo, quod pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ſapit vſuram, & tamen certum eſt,quod iuramento confirmatur.*cap.ſignificauit.de pig.*†

13. Ratio autem decidendi eſt, quia iuriſiurandi religio ad hoc reperta eſt, ne mendacio falleretur proximus, ne fraude crearetur magiſtratus, ne ſuſceptus inſincerè gereretur, ne ſecus quam ex fide dicerent teſtes, ne ſecus agerent actores & patroni, ne ſecus pronunciarent iudices. Quod igitur introductum eſt ad maiorem religionem, non debet eſſe vinculum iniquitatis, *d. c.quanto.*Rectiſſimè igitur lib. 3. officior. cap. 3.Beatus Ambroſius,*Purum* (inquit) *ac ſincerum oportet eſſe affectum,vt vnuſquiſque ſimplicē ſeruiture proferat, vas ſuum in ſanctificatione poſſideat,nec fratrem ſuum verborum circumſcriptione inducat, nihil promittat inhoneſtum. At ſi promiſerit,tolerabilius eſt promiſſum non facere,quàm facere,quod turpe ſit. Sæpe plerique conſtringunt ſeipſos iuriſiurandi ſacramento,& cum ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt, quod ſpoponderunt,ſicut de Herode ſcriptum eſt,qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit,crudeliter ſoluit. Turpe, quod regnū pro ſaltione promittitur: crudele, quod mors prophetæ,pro iuriſiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuiſſet periuriū ſacramento, quod ebrius inter vina iurauerat, quod deictatus inter ſaltantium choros promiſerat, & hoc æſtimatum eſt fidei eſſe quod amentiæ fuit.Neque vnquam inducar vt credam,non incaute promiſiſſe principem Ieptæ vt immolaret Deo quicquid ſibi reuertenti intra finem domus ſuæ occurreret,cum & ipſum voti pœnituerit ſui,poſtquā filia occurrit ſibi.Dura promiſſio:acerbior ſolutio,quam neceſſe habuit lugere etiam ipſe qui fecit.*Hactenus Ambroſius,ideoque vt iuramentum licitū ſit,tres comites habere debet, videlicet veritatem, iudicium & iuſtitiam. *d.cap etſi epiſcopo,*[*conf.Gail* 1.*ob.*22. *n.*2.*&* *ob.*147.*n.*2.] Veritatem (inquam)vt id quod aſſeritur, verum omnino ſit, atque id quod negatur,ſit vtique falſum. Iudicium vero,vt res tam grauis fiat,cum maxima circumſpectione,& non citra neceſſitatem, ſed quando illa veritas aliter probari nequit. Rurſum vero cum iudicio careant furioſi, pupilli, & infantes, conſequens eſt, eos hoc ſacramenti vinculo non ligari. Iuſtitia quoque requiritur,vt ſcilicet ſit licitum aut decens quod iuratur,*late Didac. ad. c. quamuis. par.*1. §. 1. *de pact.* Neque ex aduerſo mouet prima dubitatio:quia non tota hæreditas parentum iure naturæ debetur liberis, ſed legitima hæreditatis tantum, eoque ſenſu verba Pauli accipi poſſunt. Late tamen loquendo, & vbi aliud non apparet, etiam totam hæreditatem,de qua diſpoſitum non eſt, adijcit. Et ideò ſi renunciato ſucceſſionis paternæ pro minore quantitate quam ſit, legitima facta ſit:abſolutio conceditur, *Dd.in d. cap. quamuis.* Alioqui verò bonis moribus non aduerſatur,quod filia renuncians hæreditati, in aliquo capta ſit: Nam cum non renunciet iuri quæſito (hæreditas enim patris nondum plane ſua eſt) ſed iuri in poſterum quærendo & in ſpe duntaxat, facilius eiuſmodi renunciatio permittitur, neque eo caſu damnum ſentire dicitur, ſed tantum lucrum non capere, quæ longe diuerſa ſunt, & ſi dolus interuenerit, vel enormiſſimè læſa ſit, abſoluetur: quia iuramentum ad talem læſionem ſe non extendit, neque videtur quis de ea aut cogitaſſe aut iuraſſe, ſed potius erraſſe, & verum

rum valorem rei ignoraſſe, *l. quiſquis C. de reſcind.vend.& Dd.ad d.cap.quamuis.*[*pulchrè Gail 2. obſ. 39.n.22.& ſeq.& ob.42.n.9.& obſ.77. num. 12. & obſ. 147. per tot.& ibid.Greu.*]Pari modo non obſtat ſecunda dubitatio. Nam ſi minor ex hoc iuramento enormiter læditur, poterit vtique nihilominus petere abſolutionem,propter iam dictam rationem, & (vt ſæpe ante dictum eſt) non ſeruatur iuramentum, quando incipit eſſe vinculum iniquitatis, vel ſi euidenter probari poſſit, quod is cui bona ſua vendidit ille, ipſum pecuniam à ſe numerandam, in malos vſus illico diſſipaturum eſſe,non ignorauit,cogiturque ad eiuſmodi abſolutionem permittendam. *Alciat.nu.*18. *Imol.*13.*Hypol.d.loco n.*280.*per l ſi quid cum ſciret.ff.pro empt.*[*vi.omn.Gutier in d.auth ſacram. per to.Gail 2.ob.*41.*per tot & ibi Greu & ob.*65. *n.*1.*&* 4.]Cui non multū abſimile eſt id,quod de iurata dotis alienatione proponitur. Non eſt enim contra bonos mores naturales hoc iuramentum,ſed contra bonos mores ciuiles tantū, quod hic non conſideratur.*Gail 2.ob.*39 *n.*20. *& ob.*40.*ſub n.*4.Etenim anima hominis quacunq; re temporali pretioſior eſt, & honeſtus alioqui mulieris animus, propter ſolam rerum temporalium inopiam, in turpem vitam non facile deflectet. Fit quidem ſubinde vt mulier deſperatione ex paupertate contracta, laſciuiis atque libidini aliorū facilius ſubſeruiat,ſi fortè vel ſplendidè antea vixit,vel ſi ad inſidias procorum eam occaſionem captantium, non ſatis aduigilet: Sed quoniam hoc rarius eſt,minuſque frequens, lex ad ea quæ communiter fieri aſſolent, aptari debet, *l. nam ad ea ff. de legib.* limitaturque etiam hæc iurata alienatio, vt non procedat, quando extant liberi, in quorum præiudicium fieret,& qui aliunde ali non poſſent.Quid enim ſi maritus ad inopiam vergat,ita vt periculum ſit, ne diſtracta dote,liberi educari non poſſint. *Riminald. d. loco num.* 168 *Alciat. num.*22. Quid item ſi mulier prius iuraſſet patri, non conſentire in eam alienationem.*Didac.d.loco* §.2.Et ideò prudentes parētes metuentes ne gener diſſipet dotem, vel ne vxor amore eius capta,conſentiat & iuret: aut in ipſo contractu alienationem prohibent, aut filiam ſuam iurare faciunt,quod nunquam cōſentiet alienationi. Nam ſi poſtea millies conſentiat, & iuret, alienatio non valet, propter præcedens iuramentum, *Didacus ibi.* Non obſtat etiam quartò,quod de ſoluendis vſuris dictum eſt: quia licet ſubſit turpitudo ex parte vſurarij,iuramentum recipientis:ex parte tamē debitoris iurantis, nulla turpitudo verſatur. Ideoque iuramentum hoc, niſi petatur abſolutio, ſeruandum eſt. Sed nec illud quoque mouet, quod quinto loco obiicitur. Etenim homo liber pignori dari non poteſt, *l.ſi ſeruus ff. de pignor. act.* cui ſeruo religioſus profeſſus æquiparatur. *Præſes in loco à ſeruo ad monachum.* Sed & homo liber obſes dare poteſt, non quidem vt ſeruare compellatur, ſed vt ſolum pro pace bonoque publico,ad tempus aliquod retineatur,*latè Felyn.in d.c.ex reſcripto.* Quo modo & in propoſita facti ſpecie, non pignori, ſed vt obſides duntaxat, dati fuerunt monachi,vtilitate ſeu neceſſitate eccleſiæ id exigente. *Bald. ibi.* Et licet manere in monaſterio, ſit de ſubſtantia regulæ,contra quam regulam iuramentum non valet, nec Abbas diſpenſat. *cap. ſicut de iureiur.*hoc tamen intelligitur quoad totum Conuentum, etiam ad tempus. Porro neceſſitate vel vtilitate monaſterij hoc exigente, poteſt hoc de aliquibus religioſis ad tempus tolerari, dummodo tamen numerus eorum, nimium ex eo in diuino officio non diminuatur,*Hoſt in d.cap.ex reſcripto.*Sextò non obſtat, quod de ſeruanda fide dicitur: nam cum prius iuramentum ex aduerſo propoſitum,& ex auaritiæ fontibus præſtitum atque exactum, non valuerit: merito poſteriori legitimè facto ſtandum fuit, neque dicitur fidem frangere, qui id quod illicitum eſt non ſeruat, ſed impium ſuum votum in melius commutare, *Anchoran. & Hoſt.in d. cap. tua.* Septima quoque dubitatio non mouet. Lex enim non putat eſſe contra bonos mores, quod quis alium non accuſat formali accuſatione inſtituta, nec quemquam ad hoc cogit aut compellit: *tot. tit. C. vt nemo inuit.agere vel accuſ.*ſed turpe eſſe exiſtimat iuramentum,ſi quis iuraret quod crimen vel adhuc committendum non denunciaret, vel iam ante commiſſum,nunquam detegeret. *Ioan. de Sylua in lib.de iureiu. parte* 3.*nu.*41. Quis enim non videt, hoc ad publicam perniciem pertinere? Nec eadem eſt ratio accuſationis, in qua quis ſe partem faceret, & periculum litis ſuſtineret: & denunciationis atque clancularia apud iudicem ſuggeſtionis,quę periculum non habet,putat tamen Boërius,*cenſ.*41.*n.*13.quod non obſtante iuramento de non accuſando, quoad imponendam pœnam, non quoad propriam vtilitatem,accuſare poteſt. Octauò non mouet, quod de iuramento per falſos deos præſtito dictum eſt. Quamuis enim turpe ſit, non dicam per tales deos,ſed per eiuſmodi cacodæmones & idola,hominem aliquem Chriſtianum iurare: iuramentum tamen hoc promiſſioni alioqui licitæ adiectum, ſeruandum eſt, non quidem propter ipſum iuramentum, ſed ne non ſeruando illud, fidem frangat, *c. ecce dico* 21. *qu.* 1. *latè Didac.in d cap.mouet* 22. *quæſt.* §. 1. & contra licitam promiſſionem veniat. Denique nihil obſtat, quod de pacto legis commiſſoriæ dictum eſt: quia cùm turpitudo ibi non verſetur propriè ex parte iurantis: iuramentum ſeruandum eſt, donec ab eo abſolutio impetretur, quo facto, res de qua quæritur, tamquam ſine cauſa apud creditorem exiſtens, condici poterit, ne ſcilicet peccato eiuſmodi fomentum aliquod religio præbere videatur. *Alciat. de. l. pacta numero* 18.Multa denique eleganter tradidit antiquus pragma-

pragmaticus Petrus Iacobi Ferrarienſis, *in ſua praxi.in forma libelli.de condict.ex l.omnimodo,actione ex teſtamento cumulata.* ad huius capitis illuſtrationem pertinentia,quem vide.(*& ampliſsime omnium ſuper allegati in pr. præſertim Gutier.in rep cap.quam.& auth. ſacram.pub. & tr.de ſacram. per tot. Sanchez in ſum.caſ.conſ.lib. 3.per tot.Borell in ſum.deciſ. tit. 60. & ſeq. cum infinitis ab iiſdem allegatis,quos hic recenſere, notulæ hæ non patiuntur.*)

REGVLA LIX.

Dolo facit, qui petit quod reſtituere oportet eundem.

1. *Dolus quo modo & ex quibus præſumatur.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Ratio decidendi.*
5. *Spoliatus quando non reſtituitur ante omnia.*
6. *Mendacij pœna quæ ſit.*

SIcut generaliter dolo fieri dicitur, quicquid fit contra bonam fidem. *l. dolo C. de reſcind. vend. Aymo conſil.* 142. *num.* 14. ita & dolo facere videtur, qui petit quod eſt reſtituturus: quia bona fides non ſinit, vt quis ab alio poſtulet, quod ipſe facere tenetur, *l.dolus ff. mandati.* quodque alicui citra æquum moleſtus ſit, vt circulum nectat, & proximum calliditate quadam circumuentum, longa lite trahere ſtudeat: cuius exempla hic in ordinaria commentatione gloſſæ & Dyni proponuntur.

Dolo facit. Particulæ iſtius ſenſum & vim explicans Angelus *in l.hoc dolo.ff.de excep.doli.* ex apparenti veritate præſumptionem inducit,dum ait, quod dolo facit,id eſt,dolo facere videtur,qui petit quod reſtituere debet.† Præ-
1. ſumit enim lex eum eſſe in dolo,niſi contrariũ probet, & tamdiu hanc præſumptionem pro veritate habet,atque ſi verè dolum feciſſet: Sic & aliàs quoque lex contra communes regulas, *l.merito ff.pro ſocio.*[*vid.Peck.ſuper ad reg poſſeſſ. n.6.verſ.malæ fidei.cum ibi conc.*]vel ex tempore, vel ex loco, vel ex conditione, vel ex coniunctione perſonarum,vel ex flagitioſa vita,vel ex modo loquendi,vel ex facti qualitate,vel ex inſolito, vel ex interpoſitione tertiæ perſonæ, vel ex omiſſione eius quod fieri debuit,*latè Alber.ad l.dolum C. de dolo.* dolum malum præſumere ſolet,[*vid D.Peck. de teſt. con.li.*5.*c.*15.*n.* 2.*& ſuper ad c ignor.n.*7.*cum ibi conc.*]

Reſtituere oportet. Amplia primò hanc regulam,vt procedat, etiam ſi is à quo petitur, callidè verſatus ſit, & dolum nectat: quia in pari caſu doli,potior eſt conditio poſſidentis. Nam ſi quis citra vim & per calliditatem id recuperauit quod ſuum erat,vtique hoc ipſum reddere non tenetur, neque auditur aduerſarius, ſi dicat eum dolo feciſſe, & id quod ſuum erat recuperaſſe, ſed exceptione huius regulæ repellitur. *Bal in l vlt.ff.de dolo quem refert Angel.in* §.1.*n.*27.*inſtit.de except.Tiraq.in præf.de retract. num.*7.

Amplia ſecundò, etiam ſi is qui petit, non deberet reſtituere niſi ex interuallo, quod miſerationis cauſa illi indultum eſſet, vt ecce: Maritus ſoluto matrimonio non cogitur ſtatim reſtituere dotem, ſed bona dotalia mobilia & pecuniam reſtituit tantùm poſt annum, *l.* 1. *C.de rei vxor. act.* quod ſpacium temporis lex miſerationis cauſa illi indulſit, vt ſcilicet interea eam pecuniam corradere poſſit, quàm ſæpe paratam non habet, nihilominus tamen ſi dotem à ſocero promiſſam, necdum ſolutam, mortua vxore intra annum petat,ſocer repellet eum hac exceptione: dolo facis qui petis dotem, quàm ſi haberes, deberes reſtituere. Et ſi replicaret maritus, poſt annum cogor tantum reddere, habeoque dilationem, & interea poſſum vti dote iſta: replicatio non proficeret: quia poſſet duplicari, iſta dilatio eſt tibi indulta, non cauſa obligationis, ſed miſerationis duntaxat,*l apud Celſ.* §. *apud Iulia. ff. de doli except.* cuius rationem aſſignat Bald. *in l. ſi ſocer* §. *Lucius ff ſol. mat.* quod iſta dilatio eſt data marito ad meram defenſionem,ſi ante annum conueniretur. Ergo agenti non prodeſt, ne alium effectum operetur, quam eum ad quem inducta eſt,& facilius conceditur exceptio quàm actio.

Amplia tertiò, quod hæc exceptio doli locum habet,non ſolum quando is qui petit,eſt reſtituturus immediatè illi à quo petit,ſed etiam ſi alij, & ille alius ei reſtituere debet, vt ecce: Quidam putauit ſe eſſe debitorem mulieris, & promiſit dotem pro ea loco debiti. Poſtea ſoluto matrimonio maritus petit dotem à promiſſore.Promiſſor excipit, maritum dolo facere, qui petit quod ſit reſtituturus, maritus replicat ſe quidem reſtituturum, non ipſi, ſed vxori: iam duplicabat debitor, ipſa vxor deberet mihi reſtituere, qui credidi me eſſe debitorem,& non ſum. Vnde meritò ad vitandum hunc circuitum auditur,dolique hac exceptione adiuuatur.*l.ſi donationis.*§.*ſi quis. & ibi Iaſ. num.* 8. *ff. de condict. ob. cauſ. Zaſ. in d. l. dolo. num* 10.

Amplia quartò,vt locum habeat,etiam contra cauſas & perſonas in iure fauorabiles atque priuilegiarias, veluti contra eccleſiam, xenodochia & loca pia:*Socy.Nepos conſ.*88.*li.*1 *nu.* 10. & ſi conſtat manifeſtè, quòd filius impubes, petens hæreditatem paternam, non ſit filius defuncti,non mittitur in poſſeſſionem bonorum eius:quia tutores dolo facerent,qui peterent immiſſionem,à quo ſtatim recedere deberent.*l.*3.*ff.de carbo.edicto.*

Amplia quintò, quòd nec pactis quidem principum, huius regulæ æquitas tollitur: quia ſi pax coëat inter principes, conueniatque

que, vt vtrinque quæ ſubditis ablata ſunt, reſtituantur, vtique ciuis qui rem ſibi ab hoſte ablatam repetit, eandemque rem hoſti antea debuit, repellitur hac exceptione: *c.* 1. §. *poſſeſſiones, & ibi Bald. de pace. Conſtan. Franc. Cremonenſis ſing.* 154. ideo quod Princeps non præſumitur alicui in iure ſuo præiudicare voluiſſe. *l. merito §. ſi quis à principe. ff. ne quid in lo. pub. fiat.*

Amplia ſextò, etiam ſi is qui petit, antiquiorem titulum habet. Vnde agenti petitione hæreditatis ex antiquo titulo ſanguinis, vel ſimili, contra eum qui habet titulum ad acquiſitionem dominij aptum, etiã poſt mortem defuncti quæſitum, exceptio iſta iure obijcitur, ea tamen diſtinctione & hoc temperamento, quam & quod eleganter ad eam rem adfert Alexander, quem vide. *conſil.* 75. *num.* 8. *lib.* 5.

Amplia ſeptimò, quòd hæc exceptio: *dolo facis*, locum habet, non ſolùm in iudicijs petitorijs, ſed etiam in iudicijs poſſeſſorijs adipiſcendæ & retinendæ poſſeſſionis. Veluti ſi filia prætendat ſe & legitimam & ab inteſtato hæredem eſſe: vtique habet remedium interdicti quorum bonorum, per quod adipiſcatur poſſeſſionem, *l.* 1. *C. quorum bonorum. & ibi Dd.* quod interdictum eſt adipiſcendæ poſſeſſionis. Conſtat autem, tali interdicto agenti, obſtare hanc exceptionem, *dolo facis* &c, quotieſcunque incontinenti de iure ſuo fidem facere poteſt. *d. l. dolo. Alc. con.* 417. [*vid. Ruin. conſ.* 140. *col.* 1. *lib.* 5. *Dyn. h. & ibi Addit. latè H. Piſtor.* 4. *qq. Iur.* 14. *per tot. Menoch. adipiſc poſſ. remed.* 1. *n.* 102. *Maſc.* 2. *concl.* 687. *n.* 7. 8.] Rurſum verò, ſi Titius agit interdicto vti poſſidetis contra aduerſarium, quod eum non moleſtet, non turbet in poſſeſſione: hoc inter dictum eſt retinendæ poſſeſſionis: quia ad hoc proponitur, vt quietè retineatur poſſeſſio. Hic ſi aduerſarius diceret: meritò turbo eum, quia ipſe poſſideo, ille non poſſidet, vel fundus eſt meus, idque volo incõtinenti probare per ſententiam, vel confeſſionem eius: nullus eſt locus tergiuerſationi, & auditur, *Zaſ. in d. §. nihil commune. n.* 11. *&* 12. id quod pulchrè aduerſus pleroſque alios defendit Alc. *ibi. & d. conſi.* 417. Nam (inquit) ſi in interdicto adipiſcendæ excipere poteſt reus, *Dolo facis qui petis, quod incontinenti reſtituturus es*, quantò magis id in interdicto retinendę dicendum eſt, quia ſi excluditur illic ne totam poſſeſionem adipiſcatur, multò fortius hic excluditur à parte, id eſt, à turbatione & moleſtia, quam reo infert, quod & Ludouicum Goſadinum ſecutum eſſe video. *con.* 100. [*v. Treut. p.* 2. *diſp.* 25. *th.* 4. *lit. d. Men.* 3, *rem. rec. poſſ. num.* 675.]

Amplia poſtremò, quod hæc exceptio, *Dolo facis*, impedit litis ingreſſum, *Soc conſil.* 38. *in fin. lib.* 1. Nam cùm dicit reus non potes agere, quia dolo petis: per hanc exceptionem ſiſtitur progreſſus iudicij donec de ea cognoſcatur, ſicut fieri ſolet in alijs pleriſque exceptionibus, *Pract. Fer in forma reſp. rei conuenti ad ver. Quo ad impediendum proceſſ.* huic non diſſimilibus. (*plura congerit Zang. de except.* 3. *ca.* 13. *n.* 21. *& ſeqq.*)

Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod ſi quis rem ſuam vel ſibi debitam per vim abſtulerit, & poſſeſſor à quo abſtulit, eam repetat: non pòteſt excipere quod dolo agit, qui petit rem ablatam, quam deberet reddere: *l. ſi quis ad ſe. C. ad l. Iuliam. de vi. l.* 1. *C. ſi per vim.* Secundò ex eo, quòd ſi quis conduxit agrum vel aliã quamcunque rem non poteſt obijcere locatori dolo facis tu locator, qui petis domum vel agrum, eiuſque poſſeſſionẽ, cùm ego ipſe ſim dominus, & ſi reſtituerem, deberes reddere, ſed ante omnia reſtituet locatori poſſeſſionem, poſtea ſi velit, poterit de dominio ſuo litigare. *l. ſi quis conductionis. C. locati* Tertiò ex eo, quod ſi quis petat rem depoſitam, non poteſt depoſitarius, prætendendo ius in ipſum depoſitum, excipere quod deponens dolo facit qui petit depoſitum, quod deberet reſtituere. *l. pen. C depoſiti.* 3

Quartò ex eo, quod legatarius ſi occupet propria authoritate legatum ſibi debitum, non poteſt excipere contra hæredem repetentem legatum, quod dolo facit qui petit legatum, quod deberet illi præſtare *l.* 1. *ff. quorum legat.* Quintò ex eo, quod Paulus reſpondit. Si vxor res aliquas dotales amouit, non poteſt maritũ hac exceptione repellere: non poteſt dicere, dolo facis marite, qui petis dotem, quam mihi es reſtituturus. *l. ſi mulier. §. rerum. ff. rerũ amot.* Sextò ex eleganti Scæuolæ reſponſo, quo ait: quod ſi filia moriens patrem hæredem inſtituat, eundemque roget, vt poſt mortem ſuam, hæreditatem nepoti ſuo, teſtatricis filio reſtituat, & pater tanquam hæres inſtitutus, res defunctæ filiæ à marito ipſius repetat: non poteſt maritus ſocero obijcere, dolo facis qui petes, quod filio meo, nepoti tuo reddere debes: quia replicabit ſocer, habeo dilationem poſt mortem meam, & filius eſt obligatus ex iudicio ſuæ matris, ne antè petat. *l. fin. §. idem quæſit. ff. vt lega. nomine caueatur.* Septimò ex eo, quod ſi maritus conſtante matrimonio dotem reſtituat vxori, quod vtique non poteſt, quia eſſet ſpecies donationis, quæ inter coniuges vetita eſt, ſi vxor moriatur, poteſt eandem dotem cum fructibus repetere, etiam ſi illam poſt tempus hæredibus vxoris reddere debeat: *l.* 1. *C. ſol. mat. d. l. ſi ſocer. §. Luc ff. ſol. mat.* Octauò ex eo, quod ſi vxor ſoluto matrimonio agit de dote contra maritum ſuum, vt eam reddat, vel vt actiones ſibi competentes aduerſus promiſſorem præſtet, & maritus à promiſſore dotem exigit: non ſubmouebitur hac exceptione quaſi dolo faciat eam rẽ petens, quam ſtatim redditurus eſt vxori. *l. fin. §. ſed cum C. de furtis.* Et cõmodatarius qui aduerſus furem agit pro re commodata furto ſubtracta, exceptione iſta doli

doli minimè repellitur, licet eam rem commodanti reſtituere debeat. *l. fin ff de rei vend.* Nonò ex eo, quod is qui dominus eſt, illi tradere debet poſſeſſionẽ, quã mox ab eo reuocare poteſt *in auth. item poſſeſſor. Co. qui pot in pig.* id quod & Diocletianus quoque Imperator veteres cõſultos ſecutus, eleganti exemplo confirmat. *l. fin. C. de ord. cognit.* Poſtremò ex eo, quod ſi poſſeſſoriũ ab vno, & petitorium ſuper ſeruitute ab aduerſario, intentetur: poſſeſſorium prius terminabitur, & poſtea ad petitorium tranſitur, licet in eo fortè iudicabitur, poſſeſſionem in priore iudicio adiudicatam, reſtituendam eſſe. *l. domi. ff. de cond. indeb.*

4. Ratio verò decidendi eſt. Primò, quia lex ab omni circulo, & circuitu abhorret, & ne id per plura fiat, quod per pauciora *cap quia fruſtra de vſu. l. fruſtra. C. ne vxor pro marito.* fieri poteſt, deſiderat. Nam cùm hic euitari poſſit circulus, retinendo illud quod datum iterum reſtitui oporteret, meritò doli exceptio locum habet. Cur enim id quod vno iudicio abſolui poteſt, magna partium iactura, duobus iudicijs diſputabitur? Cur non potius refrenabitur, quàm ampliabitur maligna litiũ occaſio? Cur non expræſenti ipſa poſſeſſione, abſque iniuria aliqua aduerſarij, domino rei conſuletur, qui ſemel eam reſtitutam, nunquam fortè recuperare poterit? Secundò, quia lex & natura nihil faciunt fruſtrà. Fruſtrà autem reciperet is, qui reddere eam debet: pariaque ſunt, non accipere, vel acceptum retinere non poſſe. *l. fin. ff de cond. c. ob cauſam.* Tertiò, quia malitijs hominum occurrendum, non indulgendum eſt. *l. in fundo. ff. de rei vend.* Mera autem malitia eſt petere, quod ipſe dare aut facere debes. *d. l. dolus.* Quartò, quia is qui habet actionem, multo magis habet exceptionem. *l. inuitus §. 1. ff. eod.* Prima autem dubitatio non obſtat: quia lex cuius vigor ideo in medio conſtitutus eſt, ne quis ſibi ius dicat, *l. nullus. C. de Iudæis.* & ne partes ad arma veniat, pacemque publicam turbent: *l. æquiſſimum ff. de vſufructu.* violento vtique ſpoliatori vtranque aurẽ claudit, & ne tam atrox delictum ſpoliationis ipſi proſit, *l. merito. ff. de vi. & vi arm.* vel dominum, vel quid aliud obijcientem, niſi in primis & ante omnia facta reſtitutione. *c. literas de reſtit. ſpoliat.* non audit, paucis quibuſdam caſibus, dilucidè & clarè à Zaſio collectis, duntaxat exceptis. *in d. §. nihil commune.* Quid igitur eſt quod clerici, decimis rebus adeò fauorabilibus, à rectore eccleſię prælati, alio Pontificis reſponſo non reſtituuntur? *c. 2. de reſtit. ſpoliat. lib.* An quia illic paſtor non vim commiſerat, ſed ſecretè & clam ſpoliauerat: minus autem crimen eſt, clam quàm violenter eripere? Minimè gentium: quia eo ipſo quod clam occupans, venientem dominũ non admittit, vim facit. *l. peregrè. §. qui ad nundinas ff. de acq. poſ.*

5. † An potius quod ſpoliatus non reſtituitur: quando detegitur prǣſumptio iniuſtæ poſſeſſionis, quæ eſt defectus notorius proprietatis actoris, propter diſpoſitionẽ iuris cõmunis, quod fundat intentionem rei contra agentem. [*vide omnino Peck. de amort. c.* 13. *ſub n.* 1. *& ſeq. c. ſi. de reſt. ſpol. in* 6. *Old. conſ.* 209. Eo ſane ſpectare videtur Salicetus, *in d. l. ſi quis in 7 opp.* dum ait, quod quando agens interdicto recuperandæ poſſeſſionis, aliquid aſſerit in libello, per quod patet eum ius poſſidendi non habere, ſed reum, vel quando proponit aliquid in libello, per quod fatetur intentionẽ aduerſarij. vel per quod apparet illius intentionem fundatã eſſe iure communi, tunc hac exceptione repelli poteſt. Quo modo illic clerici agentes, allegabant quod decima erat in parochia alterius, & ſic habebant ius commune contra ſe, ſecundũ quod decima debetur rectori eccleſiæ parochialis. Cæterùm idem Salic. intelligit hæc in ea exceptione, de qua conſtat primum indubitatè poſt ſpoliationẽ, non ante: ne alioqui illa ipſi ſpoliatori prodeſſe videatur. Qua ratione & ad ſecundã obiectionẽ dici poteſt, quod hæc regula non habet locũ in iudicijs recuperendę poſſeſſionis: (*Gail 2. ob. 75. n. 4. Zanger d. lo. n. 28. Menoc. rem. recup. 1. n. 239. & ſeq. Treutl. d. diſp. 25. theſ. 5. ſub. lit. g. & infiniti alij: Molin. in addi. ad Dyn. h.*) quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, *l. meminerint. C. vnde vi.* quantumcunque excipiens ſit paratus in continenti de iure ſuo probare. Et licet inquilinus ſeu colonus apertã vim non committat, tamen admittendo locatorẽ, à quo ius habet, dicitur eum ſpoliare, *l. coloni ff. de vi & vi arm.* (*Gail d. obſeru. 75. n. 1. verſ. item colonus.*) cenſeturque perfidus, qui tacitè promiſſam reſtitutionẽ non præſtat, & nec illi quidem qui verè rei dominus eſt, alium de facto turbare licet, cùm poſſit de iure ſuo cum eo experiri. Neque tunc quoque locum habet hęc regula. quando ordo iuris eam exceptionem non admittit. *Bald. d. loco in l. ſi quis conductionis.* Tertiò quoque, neque lex illa Principis Iuſtiniani quicquam me mouet, qua depoſitũ reddi, & in rem actionem ſeu dominij exceptionem, non attendi præcipit. Nã vt Albericũ *in d. l. pen.* ſecutus Alciatus reſpondit, *ad l. bona fides n. 44. ff. depoſiti.* nõ de dominio in re depoſita quęſito loquitur Iuſtinianus, ſed de alia re per creditorẽ poſſeſſa cuius compenſationem depoſitarius opponit, adeo vt ſi poſſeſſionẽ condiceret, alio iure vtendũ foret. Caſtr. autem tunc dominij exceptionem ſuper depoſito propoſitam admitti putat. cũ aduerſarius ipſe non contradicit. *in d. l. penult.* Adde quod cum nemo ſibi iudex eſſe poſſit: mirum profecto non eſt, ſi legatarius hæredem legatũ, de quo quarto loco dictum eſt, repetentem hac exceptione non reijcit, cuius maxime intereſſe poteſt, vt reddatur, & vt iuxta legem Falcidiam minuatur, vel vt ſi fortè plurium rerum electio ipſi data ſit, vna arbitrio ſuo ſoluatur. *Zaſ. ad l. 1. ff. quorum legat.* Similique ratione & quinta quoque dubitatio diluitur. Replicat enim maritus contra vxorem hoc pacto.

Poſt-

Poſtquam proprio tuo motu me ſpoliaſti, reſtitui debeo, commoditaſque dotis ex interuſurio medij temporis mihi debetur. *Zaſ. ad d.l. dolo n.8.* Alij dicunt iſtam regulam in petente, non in repetente locum habere: quod quidem verum eſt, ſed propoſitam obiectionem non ſoluit. Sexta dubitatio non mouet: quia regula illa non obtinet, quando is qui petit, habet dilationem reſtituendi, non quidem miſerationis cauſa, ſed per modum obligationis, hoc eſt,
8. quando adiicitur dilatio, quæ reſpicit obligationem, vt fit in contrario, vbi pater non erat obligatus reſtituere hæreditatem ante mortem. Et ratio differentiæ eſt, *ad l ſi cum militi. §. cum intra ff. de compenſ.* ſi credimus Caſtrenſi, quod quando dilatio adiicitur ex conuentione partiũ videtur eſſe pars obligationis: ſed quando adiicitur miſerationis cauſa à lege, tunc non concernat obligationem, quæ certa & fixa manet, ſed reſpicit duntaxat executionem eius, hoc eſt ſolutionem, quæ eſt executio contractus. Et ideo illud prius magis inficit contractum, quam hoc poſterius. Septimò non obſtat, quod de reſtitutione dotis dictum eſt. Nam vt cum aliis intelligit Faber, *in d.l. 1.* ideo conceditur ibi repetitio marito, quia non debebat reſtituere partem dotis, vt quam ſibi in caſum diſſolutarum nuptiarum pactus erat: Neque etiam plus ex aduerſo mouet octaua dubitatio: Nullus enim huic regulæ locus eſt, ſi is qui petit rem, non ei à quo petitur, ſed alteri alicui reddere debet: quia (vt ait Baldus *in d. §. Lucius.* [*gloſſ. Dyn. h. in f. & ibi pulchra Additio.*]) de iure tertij excipere non licet. *l. qui §. ex teſtam. ff. de bon. poſſ. ſecund. Tabul.*

9. Nonæ quoque dubitationis reiectio in pœna & odio mendacij conſtituenda eſt, quod mendacium poſſeſſionem etiam poſtea fortè iterum reſtituendam, in alium transfert, & ex reo actorem facit. *Zaſius in d. l. dolo in fine.* Quo pacto enim vt poſſeſſori fauebit legiſlator, qui ſe poſſeſſorem eſſe aut fuiſſe mentitus eſt? Aut qua ratione plus ei tribuent leges, quàm ipſi ſibi tribuit antè? Sic & poſtrema dubitatio facilè ex his, quæ hactenus abundè dicta ſunt, expungi poteſt, quæſtioque altior & minus liquida, quam obiicit reus, actionem liquidam eius qui iudicium intendit, impedire non debet. [*vide ad materiam huius c. Dec. & Cagnol. præſertim in l. in condem. §. dolo ff. eod.*]

REGVLA LX.

Non eſt in mora qui ſe poteſt exceptione legitima tueri.

1. *Mora quando fieri dicatur.*
2. *Paria ſunt intellegere vel intelligere debere.*
3. *Mora quando fit in re illiquida.*
4. *Ampliationes huius regulæ.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Hæres an legatario ad vſuras teneatur.*
7. *Ratio decidendi.*
8. *Vocatus in ius à non ſuo iudice an ire debeat.*
9. *Nouatio quando fieri dicatur.*

NAtura oppoſitorum hæc eſt, vt ſe inuicem tollant, non vt ponant. Ideoque ſolemus dicere, in contrariis contrariam eſſe iuris diſpoſitionem, *l. ſi inter me ff de except. rei iu.* ſi contraria inuicem ratione nitantur. Igitur cùm omnis legitima exceptio fundamentum aliquod habeat æquitatis, *l. qui æquitate ff. de doli except.* & propterea appellatur defenſio, *Zaſius ibi.* quæ eſt iuris naturæ: *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* mora autem ſine dolo aut culpa non committitur; ſed ex his duntaxat duobus, veluti ex fontibus quibuſdam naſcitur. *l. in re furtiua. ff. de condict. furt. l. fin. ff. ad l. Rhodiam.* vtique fieri non poteſt, vt ſimul inter ſe conſiſtant mora & exceptio, vtpote inter quas naturalis quædam pugna & diſſenſio eſt, ſed hæc tanquam fortior, æquior & humanior, illam veluti cum natura pugnantem, expellit, & ſic dicere licet, quod nulla eſſe poteſt mora, vbi iuſta aliqua exceptio dominatur. Eoque olim reſpexerunt Marcellus, Iulianus & Papinianus, dum aiunt, quod is debitor eſſe, qui iuſtam exceptionem nactus eſt, *l. Marcellus ff. eod.* quod qui ſine dolo ad iudiciũ prouocat, non videtur moram facere: *l. qui ſine dolo eod. tit.* & quod is qui æquitate defenſionis poteſt infringere actionem, doli mali exceptione tutus eſt. *d. l qui æquitate.*

In mora. † Mora fieri dicitur, quando quis 1.
ſcit rem non eſſe ſuã & eam tamẽ nihilominus detinet. Nam poſtquam ſua non eſt, ſcire debet eam ad alium pertinere. *l. fin. C. vnde vi.* Idemq; ſi ſciat, vel ex iſta cauſa ſcire debet, ſe debere & tamen non dat, aut certo dolo facit quominus dare poſſit *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* † Paria enim 2.
ſunt, ſcire vel ſcire potuiſſe: Intelligere vel intelligere debere: Habere vel quod debeat habere: *l. penult. ff. de auro & argento legato l. ſi duo ff. de acq. hæred.* de quibus, ſi libet, plurima eleganter alio loco videre poteris. *apud Corraſ. lib. 2. miſcel. cap. 6. Ludou. Charund lib. 3. veriſimil. cap. 10.* [*& Dn. Peck. ſupra in capit. mora.*]

Exceptione. Vt dilucidè & veluti in ſpeculo huius regulæ vſum demonſtrare poſſim, obiter eas exceptiones receſebo, quę quẽ à mora liberant,

 rant,

rant, eamque excludunt, & de quibus hic agitur. Prima igitur eſt, ſi creditor dicat debitorem in mora eſſe, & debitor excipiendo obiiciat, quod debitum petitum non eſt liquidum: quia omnia debent eſſe certa & liquida, vt quis in mora conſtituatur, *l. in fideicommiſſ. ff. de vſur.* [*Gail 2. obſ.* 19.*n.*8.] id quod pulchrè & eleganter explicant Alexander *conſ.* 49. *numer.* 3. *lib.*2.& Aymo *conſil.* 89.*nu* 5. Ratio eſt, quia non poteſt videri improbus, qui ignorat quantum ſoluere debet. *l. non poteſt videri ff. hoc tit.* Ignorare autem præſumitur, quando debitum quod exigitur eſt intricatum, inuolutum & implicitum. *Ripa ad dict. l. quod te numer.*67. Vnde cùm certa liquidaque non eſt pecunia, quæ debetur, pendetque certitudo ex rationum computatione inter debitorem & creditorem: ſufficit quod debitor ſe paratum dicat ſoluere id, quod eum debere apparebit, petatq; deputari mercatores ſeu arbitros, apud quos computatio eiuſmodi fiat. *l ſi reſiduum & ibi Bart. C. de diſtract. pig.* (*vide Ruland. de Commi. lib.*4.*c.* 19. *p.*1.) *Duar. ad l. ſi mora ff. ſolut. matr. & ibi Albericus.*

3. † Cæterùm quod mora non committitur niſi poſtquam debitum eſt per iudicem ad liquidum deductum, tribus modis reſtringit Alciatus. *conſil.* 416. Primò, vt non procedat, ſi vna pars debiti liquida ſit: quia tali caſu debitor id quod clarum eſt, offerre debet *l. ſtat. lib. ff. de ſtatu lib.* (*pulchrè Cagnol. in l.* 100 *ff. eod. D. Peck. ſuper in c. mora n.*15. *verſ.* 6. Secundò, ſi mora fit non regularis per interpellationem, ſed irregularis ratione fructuum perceptorum. Nam cum oppidò iniquum ſit, vt quis ex damno alterius lucrum faciat, vtique currit intereſſe, ſiue res liquida ſit, ſiue non. *l. curabit C. de act. empt.* Et tertiò, quando duntaxat agitur de modo executionis, quæ commiſſionem moræ non impedit.

Secunda exceptio eſt, ſi debitor dicatur in mora eſſe, & obiiciat ſe ex facto tantùm alieno conueniri, veluti quando vel per defunctum, vel per procuratorem aliquem obligatus fuit. Neque enim conſtituet eum creditor in mora, etiam interpellando, niſi ipſum per ſingrapham quoque aut per teſtes de debito deponentes, certiorem reddat. Iuſta enim eſt ignorantia in facto alieno, *l. fin. ff. pro ſuo.* etiam procuratoris proprij, *Ripa ad l. quod te. numerò* 59. *ff. ſi cert. pet.* & qui in alterius locum ſuccedit, iuſtam habet ignorantiæ cauſam. *l. qui in alterius ff. eod.* (*D. Peck. ſuper in c. is qui in ius, per tot. v. Hering. de fideiuſ. c.*24.*n.*140.*& ſeq.*) Quid igitur eſt, quod effectus moræ dicitur tranſire in hæredes actiuè & paſſiuè, quodque ipſo iure prodeſt hæredi creditoris, & nocet hæredi debitoris moroſi? *l. mora l. ſi ſeruum ff. de ver. oblig. l. ſi à colono* §.1. *de fideiuſſ.* Reſpondet Molinæus, *ad conſuet. Pariſ. parte* 48. *num.*4. *cum ſeqq.* quod id verum eſt, de mora quæ iam ante per defunctum in his, quæ tranſmiſſibilia ſolent, commiſſa fuit, ſed non de ea, quæ in ipſo hærede initium capit. Tertia exceptio, vel ex nimia impoſſibilitate, vel ex nimia difficultate originem ducit. Sicut enim impoſſibilitas obligationis natiuitatem impedit: ita & difficultas nimia, non quidem obligationis natiuitati, ſed ne debitori mora aliqua imputetur, obſtat. *l.* 2. *ff ſi quis caut. l. fin. ff. ad l. Rhodiam.* (*vid D. Peck. ſuper in c. nemo poteſt ad imp per tot.*) Quarta exceptio eſt, quod mora quæ commiſſa eſt, modica eſt, & minimi temporis exiſtit. Nam (vt rectè dicit Albericus *ad l.* 1. *C. de ver. ſig.*) Parua mora mora non eſt, neque aliquam actuum diuerſitatem inducit, *l. ſi in lege* §. *colonus. l ſi merces ff. locat.* aut quicquam ex obligatione diminuit aut remittit. Qua de re plura tradidit Tiraquellus *in lib. de iudicijs in reb. exig. feren. n.* 68. (*Gail* 2.*P.P.*30.*n.*35.*&* 2 *ob.* 29.*n.*8.*obſ.*88. *nu.*10. *&* 1.*ob.*151.*ſub n.*13. *latè Huſ. in tr. de hom pro. q.*4.*princ p. poſt. n.*26.*& ſeq. D. Pec.* 4. *de teſt. con.* 43. *per tot.*) Vnde dici ſolet, quod debitor non debet incontinenti cum ſacco venire paratus, & illico pecuniam in folle offerre, *l. quod dicimus ff. de ſolut.* ſed modicum tempus illi indulgetur. *l. ſi debitor ff. de iudicijs.* Sic etiam pulchrè reſpódet Rebuffus, *ad conſti. reg. tom.* 2. *tit. de lite requiſit gl.* 3. *num.*2. quod ordinarius iudex loci, cui oſtenſæ ſunt literæ executoriales, ne his apparitor abutatur, poteſt dictas literas per ſuos ſatellites executioni mandare, & ſi recuſat vel moretur, poterit viator vel aparitor extraneus literas illas exequi: ita tamen vt aliqua mora, puta vnius fortè diei, accedat. Quinta exceptio eſt, quòd debitor non habuit legitimam perſonam cui ſolueret. Quid enim ſi pupillus cui debetur, tutore caret? Quid ſi hæreditas creditore mortuo nondum adita ſit? *Quid enim* (inquit Paulus) *poteſt imputari ei qui ſoluere, etiam ſi vellet, non potuit? l. cum quidam l. pecuniæ ff. de vſuris.* Sexta exceptio eſt, quod pecuniam ſibi oblatam creditor accipere noluit. Nam (vt Martianus ait) *qui decem debet, ſi eadem loco & tempore congruo obtulit creditori, & ille ſine iuſta cauſa ea accipere recuſauerit, & deinde debitor, eadem illa ſine culpa ſua perdiderit, exceptione doli ſe tueri poteſt: quanquam aliquando interpellatus non ſoluerit. Etenim non eſt æquũ eum teneri pecunia amiſſa, qui non teneretur ſi creditor eam accipere voluiſſet, l. qui decem ff. de ſolutio.* (*vide Cuiac. ad l.*23. *de verbo. oblig. Cald. de ren. emph. q.*6.*&* 7. *per tot. D Peck. infer in ca. cum nam ſtat. ſub. numer.* 1.) Septima exceptio eſt, quod aduerſarius ex ſua parte contractum non adimpleuit: quia aduerſarium in mora conſtituere, vel pœnam promiſſam ab eo exigere non poteſt, qui ipſe quod ad ſe pertinet, prius conuentionem non adimpleuit. *l. cum proponas Codi. de pact. l. Iulianus.* §. *offerri. ff. de act. empt.* (*conſ. Gail* 1. *P. P.*3. *numero* 16. *&c.* 4.*num.*45.*& ſeqq. Maſc. de prob. concl.* 1157.*nu.* 5.*6. Clar.*5.*recept. ſent.* 47. *latè Gutier* 4. *pr. qq.* 13. *Farin. p.*3. *quæſt. crim.* 107. *num.* 43. *pulchrè Zanger. de excep. p.* 3.*c.*22.) Octaua eſt exceptio com-

compenſationis, quæ moram excludit, *l. cum alit.ff.de compenſat.Alex.conſ.*12.*l.* 2.*Pariſ. conſ.* 121.*num.*20.*lib.*1.[*vide Treutel.p.*1.*diſp.* 25.*th.* 11.*per tot.Gam deciſ.* 91. *& ibi addit* [*Et denique ſciendum eſt* (inquit Vlpianus *in l ſciendum ff.de vſur*)*non omne quod differendi cauſa fit,moræ annumerandum eſſe. Quid enim ſi amicos adhibendos debitor requirat vel exceptio aliqua iuſta allegetur? Certè mora facta non videtur: nec id bona fides patitur.l.Lucius prima ff.depoſ.ſi modò idipſum non fraudandi cauſa ſimuletur.* Quò pertinet quod Ioannes de Anania reſpondit,*conſ.*5. *n.* 5. non eſſe in mora procuratorem condemnatum, ſi iudicatum non faciat, ſed dicat ſententiam contra dominum ſuum eſſe exequendam.[*plures caſus vide apud Menochium,*2 *arbit. Iudic.*220.*n.*47.*& ſeqq.Treutl.part.*2. *diſput.*7. *th* 4.*lit.e.*]

Legitima. Paria ſunt nullam eſſe exceptionem,vel non eſſe legitimam.*l quot. ff. qui ſatiſ. cog.* Ideoque ſi aduerſus exceptionem competit iuſta explicatio, vtique mora contrahitur: quia ſicut ea actio duntaxat firma eſt, quæ per exceptionem elidi non poteſt:*l.intereſt. ff. eod.* ita quoque exceptio firmitate caret,cuius effectus replicatione tollitur.*l.*2.*ff.de except.* Veluti ſi debitor excipiat de difficultate propter quam excuſari debet:explicare poteſt creditor, tu hanc difficultatem præuidere potuiſti,nihilominus promiſiſti, vel eam ſi quæ fuit,amouere potuiſti.*l pen.ff.de iur.dot.d.l.*2. § *ſi quis tamen ff.ſi quis cautionib.*

4. Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, etiam, ſi quis iuraſſet exceptionem non opponere.Nam (vt ait Iaſon *in l.fin ff. qui ſatiſd.*(*, cog.*)ſi quis iurauit ſoluere certo die, ſecundùm tenorem obligationis: non obſtante iuramento ſi ex mora conueniatur, excipere poteſt,quod poſt iuramentum à ſe præſtitum, Princeps ſibi conceſſit dilationem ſoluendi. Aliud fortè dicendum foret, ſi ſequeretur iuſiurandum,præterquam ſi debitor enormiſſimè læſus eſſet: Nam ſi quis iurat abſque vlla exceptione aliquid facere: non eſt in mora ſi id nō facit,ſi modo alioqui enormiſſimè læderetur *cap. quinta vallis. de iur.cap. ad hac.de appellat.* [*conf Gail.*1.*obſ.*150.*n.*9.*& ſeqq &* 2.*ob.* 147. *n.*8.*& ſeqq.*] Et ſi pactum iureiurando fulciatur,licitum eſt tamen non ſeruanti etiam non ſeruare; quia omne iuſiurandum tacitam hanc conditionem habet,ſi obſeruaueris, ſi ipſe prior in mora non fueris,*cap.*3.*de iureiu.Alciat. ad d.l.cum proponas n.*12.& niſi alia exceptio mihi ſuperuenerit.(*vide Dd.Paul.ſuper exc.*7.*allegat. D. Peck. ſuper in ca.non eſt obl.ante n.* 7. *cum ibi conc.idem Peck.*1.*de teſtam con.*44.*n.* 3. *&* 4. *c.* 45.*n.*7.)

Amplia ſecundò, quod etiam ſi is qui iuſta exceptione tutus erat, tanquam verè moroſus ſoluit, poteſt id quod ſoluit, veluti indebitum repetere.Nam & in ſimili, ei qui ſoluit ex maleficio non admiſſo, repetitionem eſſe conſtat.*l.eleganter.*§ *fin.ff.de condict. indeb. l. in de Nerat.in* §.*vlt.ff.ad l.Aqu.*(*v.Treutl.p.*1.*diſp*-12.*th.*4.*lit.b.*)Quòd verò Scæuola reſpondit, vſuras indebitè ſolutas non repeti,*l. fi.* §. *fi. ff. de cond.indeb.*hoc non pertinet: loquitur enim de reſtitutione in integrum, quæ ad ſortem principalem impetrata, ad uſuras ſolutas tanquam ad acceſſoria non extenditur, cùm ſit contra ius commune,& proinde ſtrictè eſt accipienda. *Caſt. & Iaſ.ibi.*

Amplia tertiò, quod non refert ſiue exceptio iſta moram præcedat, ſiue ſequendo eam extinguat. Quia ſicut non eſt in mora qui per exceptionem à mora committenda præſeruatur: ita quoque & is fingitur non fuiſſe in mora,qui poſt moram commiſſam exceptionem acquiſiuit, vt ecce. Si creditor debitori, quem interpellando in mora conſtituerat, dat dilationem, eo ipſo à prima illa mora diſceſſiſſe, & veluti per actum contrarium interpellationi,iam remiſiſſe videtur.*l Æmilius. ff de minor.* Proderit igitur debitori ſuperueniens hæc exceptio,*Bald.in l.mora.*§.*& non ſufficit.ff.de vſur.* & licet exceptio tranſactionis vel pacti de non petendo, moram antę commiſſam, in dubio non purget, quia nemo præſumitur ius ſemel ſibi acquiſitum remiſiſſe, ſed tantùm præſeruat à futura mora: *l.*2.*ff. ſi quis caut.* ſicut & in dubio prorogatio termini ſolutionis impedit pœnam committendam,ſed non purgat commiſſam: *l.cum ſtipulatus ſim. ff. de verb. oblig.* tamen ſi verè hoc actum ſit, vt pactum vel tranſactio id operetur,vtique exceptio competet. *gl. in l. quoties. ff.de non Alb. ad l ſi pact. ff. de pact.*

Amplia quartò,vt procedat etiamſi hæc exceptio oriatur ex minimo facto ſtipulatoris, veluti ſi promiſit efficere quod alij omnes eius ſocij vel cohæredes ratificarent venditionem, & id efficit apud omnes, excepto vno, qui ratam non habuit, adhuc tamen tutus eſt emptor à mora per hanc exceptionem. Non adimpleuiſti promiſſum.*Ludou.Goſad.conſ.*31. *n.*17.Quod tamen intelligendum eſt, quando multum intereſt emptoris, *d. l. ſi merces.* vt fit in exemplo, vbi emptor re empta tota, ſi vnus diſſentiat, potiri non poteſt, in aliis enim rebus leuiſculis alio iure vtimur: *Alciat. d.lo.*

Amplia quintò, quod etiam ſi debitor verè eſt in mora,tamē ſi deinde creditor eſt in mora, exceptio debitori ex mora creditoris acquiſita, ab effectu moræ eum liberat.Etenim ex ſententia Celſi adoleſcentis ſcribit *in l. ſi ſeruum.* §. *ſequitur.ff.de verbor.obligat.* Paulus, reum qui moram fecit, poſſe eam poſtea offerendo emendare, & id quidem ex bono & æquo, licet ſtrictum ius deficiat:quia cùm vterque moram facit, debitor nempe & creditor, in pari cauſa melior eſt conditio debitoris excipientis & poſſidentis,*l.cū par.ff.hoc tit.*[*v.D. Peck. infer in c.in pari.per tot.*]poſteriorq; mora pur-

ra purgat præcedentem. *l. illud ff. de pericul. & commod. rei vend.*

Amplia ſextò, quòd hæc exceptio non ſolùm excuſat à mora & à damno, ſed etiam à reſtitutione fructuum perceptorum: (quia vt ait Salicetus *in d §. offerri in fin.*) ſi emptor partem precij ſoluit, & venditor rem totam retinuit, quod poteſt, fructuſque interim ex ea percepit, certè emptor reſiduum ſoluens non omnes fructus interim per venditorem perceptos, ſed ſolùm reſpectu precij à ſe ſoluti, repetere poteſt: quia reſpectu non ſoluti ipſe in mora fuit, non venditor.

Amplia ſeptimò, vt locum habeat hæc regula, ſi reus non oppoſita iſtiuſmodi exceptione, vel quando ipſo iure ea exceptione deſtitutus fuit, in integrum reſtituitur: quia ſicut non videtur in mora eſſe, qui defenditur exceptione, ita & is quoque, qui exceptionem non habuit, ſed ex iuſta cauſa abſentiæ vel alia aduerſus moram reſtituitur, legis fictione in mora eſſe non videtur. *l. Iul. §. fin. ff. ex quibus cauſ. maior. l. ſi creditor. ff. de diſt. pig.*

Amplia octauò, quòd ſicut non videtur eſſe in mora, qui habet exceptionem: ita nec ille quoque qui nòn neget exceptione, & contra quem actio non datur. *l. nulla ff. hoc ti.* Ideoque ex contractu vel nullo vel iure improbato, ex quo proculdubio actio non naſcitur, *l. non dubium C. de legibus.* mora non contrahitur: quia mora præſupponit obligationem, cùm nihil aliud ſit quàm iniuſta dilatio eius quod fieri oportuit, & obligatio ex tali contractu nulla eſt.

Amplia poſtremò, quod iuſta exceptio excuſat, non ſolùm à mora, ſed etiam à pœna & ab omni contumacia, *l. contumacia. ff. de re iud. latè Alex. conſ.* 119. *lib.* 2. (*prolixè VVeſemb. conſ.* 61. *n.* 24. *& ſeq. Burſ. conſ.* 225. *n.* 24. *& n.* 155. *verſi. nono.*)

5. Ratio dubitandi oritur, primò ex eo, quòd (vt Vlpianus ait. *l. nemo* 1. *§. ſi poſt ff. de verbo. oblig.*) moram feciſſe videtur, qui litigare maluit quàm reſtituere. Quæ verba neceſſariò de reo excipiente, & reſtituere nolente accipi debent. Secundò ex eo, quòd Iulius Paulus planè ex diuerſo reſpondit, *l. ſi quis ſolutioni ff. de vſur.* iuſtam eſſe exceptionem, ſi quis iudicium accipere paratus ſit: vel quod per dominum aut creditorem ſtetit. *d. l. qui decem.* Si tamen is, qui rem meam ſubtraxit, iudicium meum ſubire & furtiuam condictionem excipere paratus fuerit, & per me ſteterit quominus condicam: certè etiam ſi res ſubtracta intereat, non obſtante hac exceptione, is qui ſubtraxit ſemper in mora eſſe, & tanquam moroſus obligari dicetur. *l. fi. ff. de condic. furt.* Tertiò ex eo, quòd iuſtam exceptionem habet, qui à iudice non ſuo in ius vocatur. *l. contumacia ff. de re iud. l.* 2. *ff. de iud.* in mora tamen conſtituitur, moroſuſq; eſſe cēſetur, & tanquā contumax mulctari poteſt, ſi non compareat. *l. ſi quis ex aliena eo. tit.* Quartò ex eo, quòd legitima eſt exceptio nouationis omnem perimens obligationem, *§. præterea. inſt. quibus mod. toll oblig.* & tamen moram non extinguit. *l. eum qui §. ſi homine ff. de verb. oblig.* Quintò ex eo, quod debitoribus ex perſonali actione conuictis aut condemnatis, poſt ſententiam exceptio naſcitur, vt intra certum tempus ad ſoluendum compelli non poſſint. *l. debitoribus ff. de re iudic.* † Hæres tamen 6. pro re legata teſtanda, actione perſonali ex teſtamento, à legatario conuentus & deinde condemnatus, non obſtante hac exceptione, tanquam moroſus, ad fructus tempore ipſo exceptionis, hoc eſt, poſt ſententiam perceptos, eorumque reſtitutionem tenetur. *l. in fideicommiſſis ff. de vſur.*

Sextò ex eo, quòd hæres quia in locum alterius ſuccedit, iuſtam habet exceptionem ignorantiæ facti defuncti: *dict. l. qui in alterius.* & hæreditas iacens non parit obligationem inter hæredem & creditorem, ſed ſolùm per aditionem hæreditatis hæres obligatur creditoribus, *§. hæres inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contr.* ſoletque tempus quo iacet hæreditas, detrahi, *l. is cui. §. ceſſatum. ff. vt in poſſ. legat.* aliaſque etiam inſpici ſolet, an promiſſor habuerit facultatem ſoluendi nec ne: & tamen omnibus iſtis exceptionibus non obſtantibus, ad diem promiſſa pecunia, & ante diem mortuo promiſſore, hæres licet ignorans, moram contrahit, & ad pœnam tenetur. *l. ad diem ff. de verbor. obligat.* Poſtremò, contra id quod diximus, quod nulla eſt mora vbi nulla eſt petitio, *d. l. nulla.* facere videtur, quod negotiorum geſtor etiam ſi actionem non habeat, alium tamen in mora conſtituit, *l. ſi pupilli. §. fin. ff. de negot. geſt.* & qui per pactum nudum, ex quo conſtat iure ciuili actionem non produci, aliquid promiſit, ac deinde intercedente ſtipulatione pœnam adiiciat: vtique ad pœnam mora commiſſa tenetur. *l. ſi pacto C. de pactis.*

Ratio verò decidendi eſt, quod (vt ſuperius dixi) iuſta exceptio & doloſa vel culpabilis mora, ſibi inuicem aduerſantur, & quod ille ſolum in mora eſt, qui ſcit vel ſcire debet ſe teneri, *d. l. quod te.* quod dici non poteſt de eo, qui ſcit ſe tutum eſſe exceptione: pariaque ſunt actorem non habere actionem, vel habere eam, quæ per exceptionem elidi poteſt: *l. nihil intereſt ff. hoc tit.* quia verba cum effectu ſunt accipienda *l.* 1. *ff. quod quiſque iuris, &c.* Non obſtat verò prima dubitatio. Nam quod dicitur in mora eſſe qui litigare quā reſtituere mauult, ita accipiendum eſſe ipſe Paulus declarat, *in d. l. ſi quis ſolutioni.* niſi iuſtam aliquam ac probabilem litigandi cauſam habuit. Nec enim debet reus ius ſuum indefenſum relinquere, *l. illud ff. de petit. hæred.* nec per litis conteſtationem deterior, ſed melior fieri ſolet conditio litigantis. *l. non ſolet ff hoc titu.* Vnde cum emphaſi in regula iuris dicitur: *Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere d. l.* 7.

d qui

qui ſine.[*vbi præſertim vid. Dec. & Cagnol. conſ. quoq. Gail 7. ob. 24. n. 3. & de arreſt. c. 13. n. 2.*] Quod & ad ſecundæ obiectionis diſſolutionem pertinet: quia fur, quamuis litigare mauult, iuſtam tamen litigandi cauſam non habet, ſed procraſtinatione litis magis magiſque peccat, furtumque conduplicat, & propterea ſemper dicitur in mora eſſe quicquid agat: cum ſit ſemper in dolo, non reſtituendo. *Caſt. ad d. l. fin.*

8. Tertiò quoque non mouet, quod de eo dicitur, qui in ius vocatus eſt: † quia à non ſuo iudice in ius vocatus, tunc legitimam exceptionem, & non comparendi occaſionem, quæ eum à mora ſeu contumacia & mulcta defendit, habet, quando planè clarum & manifeſtum eſt, iudicem eſſe incompetentem. Quid enim ſi laicus clericum in ius vocet?

Neque enim comparere tenetur. *d. l. contumacia. Guid. Pap. q. 450. incip. ſup.* Cæterū quando eſt dubium, an iudex ſit competens nec ne: tunc qui vocatus eſt, comparere debet, & priuilegium allegare tenetur, alias mulctari poteſt, *d. l. ſi quis. & ibi Caſtr. & in d. l.* 3. veluti ſi aliquis nobilis habeat priuilegium quod non cogatur coram iudice ordinario comparere: certè ſi ab eo vocatur, venire, *Zaſ. ad d. l. contumacia*, (*v. D. Peck. ſuper in c. ea quæ; ſub. n. 9. cum autoritatibus ibi concord.* & priuilegium allegare debet. Quartà quoque dubitatio non mouet, quia ex poſteriore promiſſione tertij, non eſt nata priori debitori vera exceptio nouationis.

9. † Primò, quia quando ſecunda promiſſio re vel tempore minus continet, nouatio non oritur. *l ſi pupillus §. fi. ff. de nouat.* ideo quod ea, quæ ſunt minoris operationis, maiora non tollunt. Hic autem minus eſt in ſecunda promiſſione, quæ tantum eſt conditionalis, quàm in prima, quæ fuit pura: & pendente conditione, ſi res interijt, non poteſt dici vera nouatio, ſed quod ſperabatur tantum futura in euentum conditionis, *Coraſ. & Duaren. ad d. §. ſi hominem.* Sed & quinta dubitatio hac ratione diſſoluitur, quod hæres non cōſtituitur in mora intra tempus quod datur iudicatis, vt ex ea vel damnum aliquod ſentiat, vel pœnam debeat: quin potius ab his præſeruatur & defenditur. Sed ad reſtitutionem fructuum interea perceptorum tenetur, non ex capite moræ, ſed ne locupletior fiat ex re legatarii, cum illius iactura, dilatioque ei à lege benignè conceſſa, non ad hoc ei tribuitur, vt lucrum captet, ſed tantum vt à damno præſeruetur. *Salic. in d. l. in fideicommiſſi.* Quid igitur eſt quod vulgo obtinuit, eum qui condemnatus eſt, non ante debere vſuras, quam præterierit tempus quod iudicatis miſerationis cauſa indulgetur; *l. 2. & 3. C. de vſur. rei iudic.* Certe hoc ita demum locum habet, ſi antequam ad iudicium prouocaretur, nulla mora admiſſa ſit, *Coſtalius ad d. l. in fideicommiſſi.* aliudque ſunt vſuræ, aliud fructus, & licet mora non inducatur, vt hic, inducta tamen bene conſeruatur, vt ibi. Illud quoque quod ſexto loco controuertitur, licet, vehementer vrgere videatur, turbare nos tamen non debet. Nam cùm ex caſu mortis vel alio contingente in perſona debitoris, non varietur conditio vel qualitas obligationis in perſona hæredis: *l. cui fundus ff. de condit. & demonſt.* & cùm pœna non tam ex mora quàm ex lapſu diei veniat, vel certe ſi mora aliqua eſt, ea aut ficta & non vera eſt, quæ deſcendit ex contractu defuncti, aut ſi vera eſt, in rem eſt, ſufficitque conditionem extitiſſe: mirum videri non debet, ſi iacente hareditate, & contra hęredem, ſtricto iure & lapſu diei pœna committatur: non tam ex facto hæredis, quàm facto defuncti, ex cuius contractu profluit. *l. apud Iulianum. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ.* Vnde damnum illud & hæredem, qui eadem perſona eſt eum defuncto, & hæreditatem iacentem, quæ loco defuncti eſt, ſequitur, ſicut defunctum ipſum ſequebatur, qui ſi viueret, ad pœnam teneretur. Alioqui enim hæres debitoris poſſet eſſe negligens in necem creditoris, neque ita excuſat difficultas ſuperueniens in quantitate præſtanda, ſicut ea quæ ſuperuenit in re præſtanda, *l. continuus. §. illud. de verb. obligation.* quia genus perire non poteſt, ſpecies poteſt. Hoc tamen communiter receptū eſt, quod ex magna cauſa iuſtæ ignorantiæ vel alia, hæres in integrum reſtitui poteſt, quominus ad pœnam teneatur. *Caſt. Zaſ. Alb. & alij ad d. l. ad diem. & ad l cum filius. §. in hac eod. tit.* Poſtremò etiam nō obſtat vltima dubitatio: quia hæc regula locum habet, quando nulla eſt petitio reſpectu cauſę, veluti quando cauſa non eſt apta ad producendam actionem ſeu petitionem, ſecus quando nulla eſt petitio reſpectu perſonæ, vt in argumento, quod in contrarium vrgetur, vbi negotiorum geſtor ideo non habuit actionem, quia defuit mandatum, conſtituit tamen in mora quia cauſa obligationis omnino legitima & plane iuſta erat. *Iaſ. in d. l ſi pupillus.* Neque nos amplius mouet, quod de nudo pacto pręponitur, quia ibi non conuenitur promiſſor propter moram, ſed propter conditionis exiſtentiam, quam conditionem exiſtere ſufficit, etiam ſine mora, vt pœna petatur *Dd. ad d. l. ſi pacto.*

REGVLA LXI.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, nō eſt in eius diſpendium retorquendum.

1. *Beneficio neminem decipi oportet.*
2. *Beneficia qua ratione ſint collocanda.*
3. *Scholaris an habeatur loco ciuium.*
4. *Primogenitus Regi inidoneus, an ſit præferendus in regno fratri magis idoneo.*
5. *Ampliationes huius regulæ.*
6. *Annus probationis ad quid eſt inductus.*

7. *Appellatio an ſtatuto prohiberi poßit.*
8. *Rationes dubitandi.*
9. *Cautela abundans quando nocet.*
10. *Ratio decidendi.*
11. *Nobiles quando grauius puniuntur quàm ignobiles.*
12. *Prælatus an poßit non acquirerere eccleſiæ quod ei offertur.*

IVlius Paulus libro 36. ad edictum elegan-
ti hac ſententia vſus eſt: † *Adiuuari nos non*
1. *decipi beneficio oportet.l.in commodato.§.ſicut.in*
fin.ff. comm.[*vbi pulchro id exemplo mor.b.noſtris*
commodata comprobat.Mornacius conf.Peck. in l.
5.n.2.de exer.act. & in l. 3.§. dei.de de inc. ru.
nauf.& in l.fin §. item n.5.) Quæ ſanè ſenten-
tia huic loco potiſſimum conuenit, eò quòd
ſi hæc quæ pro nobis, & in gratiam noſtram,
introducta, excogitata atque inuenta ſunt,
quibuſdam caſibus in læſionem noſtrā retor-
queantur, vtique hoc beneficio in vniuerſum
decipiemur, ad exemplum nutritoris capræ
Sciriæ, de qua eſt in prouerbio, quæ mulctrum,
quod lacte impleuerat, ipſa maiore domini
ſui detrimento euertit, atque hoc modo bene-
ficium quod dederat, eadem via cum mul-
2. ctro perdidit, & maleficio corrupit.† Ideoque
in officiis ſuadet Cicero, tam circumſpectè
conferenda eſſe beneficia, *ne aut collata accipiē-*
tem lædant, aut collatorem ſe ea contuliſſe.cito pæ-
niteat. Nihil igitur æquius eſt, quàm vt ad diſ-
pendium non trahantur, quæ fauore indulta
ſunt, vt ecce. † Priuilegio ciuitatis conceſſum
3. ſcholaribus, non facit eos ciues quoad onera
vel detrimenta ſubeunda: ſed ſolū quo ad eo-
rum fauorem: ita vt priuilegio ciuium vti poſ-
ſunt, ſed legibus illorum non ligantur, *Baldus*
ad l.ſi Ruffinus.C.de teſt.milit. Et licet iuris Pro-
feſſor plebeo loco natus qui 20. annis prælegit
ipſo iure nobilis efficiatur.*l.1.C. de profeſſ. qui*
in vrb. Conſtant. lib. 11. non tamen propterea
perdit beneficium quod prius habuit vt popu-
laris, quin poſſit admitti ad officia, quæ nobi-
les non habent, ne dignitas nouiter adepta, ipſi
noceat.*Caſt.ad l.nulla.ff.de leg.* Et Abbates vel
alij qui ſpeciali priuilegio à iuriſdictione E-
piſcopi vel Ordinarij exempti ſunt, quo priui-
legio renunciare non poſſunt, patique vt co-
ram eo conueniantur, & ab eo condemnentur,
excommunicetur & abſoluantur, *Freder. de*
Senis conſ.14. Et conceſſione noui priuilegij,
vetera priuilegia nō cenſentur reuocata, ſed po-
tius ſtabilita & confirmata. *l.fin. C. de præpoſ.*
agen.in reb. & Iaſ.n.13.in legata inutiliter.ff.de
legat.1. perinde atque fieri ſolet in ſtatutis, quę
ſi iuri communi conformia ſint, vt ſępè ſunt, nō
debent intelligi, vt iuri communi derogent,
ſed vt illud confirment, [*vide plenè D.Peck.ſu-*
per.in ca.odia.] & veluti in memoriam reuo-
cent.*l.quia action.ff. de præſ. verb. Cornel. conſ.*
62.n. 3. li. 2. † Et rurſum, conſuetudo regni
4. de præferendo primogenitum contra vtilita-
tem regni accipi non debet, ſi fortè planè ini-
doneus ſit adminiſtrationi. *Bald.in auth. hoc*
amplius.C. de fideicom. Sic & in pœnis, ius quod
de expulſione vxoris adulteræ conſtituit, ita
demum obſeruatur, ſi maritus eo iure vti, con-
ſultius eſſe putauerit, *Panorm.in cap. quemadmo-*
dum de iureiur. qua de re plura notat Felynus
ad ca.dilectus filius 2.de reſcrip. [*& in c.intellex.*
col.2.verſ.not.de iud. & in c.tuis poſt princ. verſ.
in tex. de teſt.] Et in contractu locationis, ſi
quis hac lege agrum elocet, vt ſi colonus aliter
quàm decet, vtatur, liceat eum expellere, &
ſi minoris alteri locetur, hoc ab eo repetere,
certè ſi pluris locatus ſit, hoc colono non reſti-
tuet locator, quia pactum eius fauore adiectum
fuit. *l.ea lege ff.locat.* Sic denique & in iudiciis
licet cauſa principis debeat præſente aduocato
fiſci agitari, eoque abſente ſententia contra
principem lata, ipſo iure nulla eſt, *l. ſi fiſcus.ff.*
de iure fiſci. aliud tamen ſeruatur, ſi pro princi-
pe pronunciatum fuerit, *gl.in l.non intelligitur.*
§. Diuus eod. tit.(Pan.& Io. Andr.in c.1. vt lit.
non cont. Peregr. de iure fiſci.lib.7.tit.2. nu. 2.
3.) & volente nec reclamante parte ceſſant
iura, quæ domeſticos à teſtimonio repellunt.
Felynus dicto lo. [*Farinac.de teſtib. qu. 54. num.*
104.]
Amplia primò hanc regulam, vt locum ha- 5.
beat, etiam ſi maior fauor alterius concurrat.
Etenim propter fauorem aut maius bonum
vnius ciuitatis, non eſt detrahendum minori
fauori aut bono alterius ciuitatis, *Caſtr. Iaſon*
& Zaſius in l.cætera.§ ſed ſi quis ff. de leg.1. Nā
cùm princeps ſit pater ſuorum ſubditorum, vt
ait Zenophon: non debet vnam ex ſuis proli-
bus & ciuitatibus ſic diligere, vt alteram lędat,
id quod grauiter olim Carolum V. Cæſarem
reſpondiſſe accepimus ijs, qui in aliarum ciui-
tatum perniciem, multa ſibi priuilegia indul-
geri poſtulabant. Et quod dicitur, quæ ab his
quæ fauoris publici ſunt, recedi poſſet, ſi ma-
ior vrget reipublicæ fauor; intelligendum eſt
de vna eademque republica, non de alia cui
præiudicium fieret.
Amplia ſecundò, etiam ſi in ſpecie ſubinde
expediret fauorem ita conſtringi & retorque-
ri, vt ecce: † Annus probationis fauori ingreſ- 6.
ſi inductus eſt, tam vt monaſterium mores eius
obſeruet, quàm vt ipſe experiatur ſuas vires, &
normam illic viuendi. Poteſt tamen huic fauo-
ri renunciare, & ante annum, exceptis ordini-
bus mendicantium, profiteri, ne ei noceat tem-
pus probationis, quod pro eo vtique ſtatutum
eſt, *ca.non ſolum & ſeq.& reg.in.iu 6.* & tamen
ſubinde vel huic vel illi in ſpecie expediret, ad
finem vſque totius anni expectare, & hoc ſub-
ſidium quod debilitatis humanæ gratia conce-
ditur, *c.ad Apoſtolicam de regular.* abſoluere. A-
lioqui enim queri poſſet, quod vires ſuas non-
dum bene didiciſſet. Sed hoc ideo introductū
eſt, quod omnia in eo, & per illum poſſumus, vt
ait Paulus, qui nos confortat. Cui non multū
abſimi-

abſimile eſt,quod ſicut creditor cogitur debitori apocham ſeu quietationem debiti ſoluti præſtare,ita & creditor exigere poteſt antipocham ſeu teſtimonium quo debitor fateatur ſe ſoluiſſe, ne poſt lapſum 30.annorum, ſuppreſſis iſtiuſmodi quietationibus, ſe vnquam ſoluiſſe neget,& ſic ſe præſcripſiſſe contendat, cum iã forte creditor probare non poſſit, quod eam ſolutionem accepit. Atqui tamen,cùm hoc inductum ſit fauore creditoris,nõ cogitur id facere niſi velit, *l. plures C. de fide inſt.* tametſi id fieri expediat,vt omnis occaſio fraudis tollatur.

Amplia tertiò etiam ſi is in cuius gratiam quid conceſſum eſt,generalis iuris præſumptiones contra ſe habeat,vt ecce: teſtator reliquit vxori domum æſtimatam ducentis libris, hoc adiecto,quod ſi minus valeat domus, hæres reponat,ſoluat, ſuppleat æſtimationẽ. Certe ſi domus inueniatur plus valere, vxor non tenetur excreſcens pretium reſtituere quia in fauorem ipſius facta eſt iſta æſtimatio, ideoque in eius damnum reflecti non debet. *Angel. Alber. Fulgoſ. Zaſ. nu.* 8. *in d. l. nulla.* Habet tamen vxor contra ſe generalem iuris præſumptionem, quia præſumitur teſtator tam parum voluiſſe grauare hæredem,quam fieri poteſt, ſed hoc ideo eſt,quod vxor habet ſpecialem præſumptionẽ generali illi derogantem,pro ſe videlicet,quod totam domũ ſibi legauit maritus, & quod qui proſpicere voluit ne minus haberet ducentis libris, reliquum quod eſſet, liberaliter largitus eſt.

Amplia quartò, quoties aliquid introducitur fauore alicuius, plus poteſt eius remiſſio, quàm ſtatutum, *Alc. ad c. cum contingat num.* 144. *de iureiur.* † nam ſtatutum non poteſt ge-
7. neraliter prohibere appellationem, *ca. venientes eo. tit.* & tamen pars poteſt renunciare appellationi per pactum, *l. 2. §. 1. ff. à quib. appel. non licet.* [*Gail* 1. *obſ.* 135. *numer.* 10. *&* 12.] & non poteſt remitti per ſtatutum iuramentum in teſte, (*v. Gail* 1. *obſer.* 101. *n.* 11. *& ſeqq.*) quia eſt de iure diuino. *c. ſunt quidam* 25. *quæſt.* 1. & tamen per partem remitti poteſt, *ca. tuis de teſtib.* ſaltem tacite, ſi non expreſſe. [*conf. Gail d. ob.* 101. *n.* 2. *& ſeqq. & obſ.* 24. *n.* 1. 2. *& ob.* 84. *num.* 2. *& ob.* 85. *num.* 2. *&* 2. P. P. 4. *num.* 14.]

Amplia quintò, vt procedat etiam in materia,quæ eſt ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt mandatum. *l. diligenter. ff. mand.* Nam vt egregiè ait Baldus, *in d. l. nulla.* ſi mandatur iudici, vt procedat ſummariè & velo leuato, certe ſi procedat ordinariè,valebit proceſſus. De qua tamen deciſione propter ea, quæ ſequuntur, dubites merito,niſi dicas mandatum illud in fauorem iudicis, quod raro fit, non in fauorem partis, quod fere ſemper fieri ſolet,eſſe factum.

Amplia poſtremò, quod vbicunque actus eſt nullus fauore alicuius,non ſolum non retorquetur nullitas in eius diſpendium,ſed etiã per ſolam ipſius ratificationem confirmatur. *Bart. in l.* 1. §. *ſi fil ff. de l.* 3. *& in l. filio præterita ff. de iniuſt. teſtamento.* (*vide omnino Corſet. in ſing. verb. pupill. per tot. vbi plures caſus huius reg. recenſet Gail* 1. *ob.* 47.)

8. Rationes dubitandi ſunt plurimæ. Dynus hic refert ſeptem,quas non attingam, ſed alias & à nemine ante motas, proponam, quarum prima eſt hæc Inſtitutio hæredis, fauore hæredis fieri cenſetur. Nemo enim niſi amicum hæredem ſcribit. Trahitur tamen ad diſpendiũ ipſius: quia interdũ fit,quod ære alieno preſſus hæres,plus damni ex hæreditate conſequi-
tur,quàm emolumenti. *l. fina. C. de iur. delib.* † 9
Secunda dubitatio eſt ex eo, quod abundans cautela tam in contractibus quàm in teſtamentis, fauore eorum qui vel contrahunt, vel teſtantur,ſuſtinetur. *l. penult. C. de euict.* Plerumque tamen magna,ſiniſtra & graui ſuſpicione, in eorum diſpendium detorquetur: quia vbi abundantior eſt cautela, ibi euidentior fraus eſſe præſumitur, *l. ita fidei ff. de iure fiſci.* & clauſulæ cautiores ipſum actum magis ſuſpectum faciunt. *Baldus in l. etiam. C. de execut. rei iud.* Quid enim in re bona fide geſta,& ſincera conſcientia peracta,his opus eſt? Tertia eſt ex eo, quod nobilitas eiuſque prærogatiua, eorum fauore inducta eſt, qui aliquando virtute & claris actibus illuſtres, principi & patriæ profuerunt. Et tamen hæc ipſa nobilitas ſæpe nobili nociua eſt, quia acerbius interdum puniuntur nobiles, quàm ſi in plebea conditione manſiſſent. *l. omne delictum. verſ. augetur. ff. de re mil. l. quædam. ff. de pœnis.* Quarta eſt ex eo, quod Epiſcoporum dignitas fauore eccleſiæ,ſcilicet vt ſanctè regatur, & vtiliter gubernetur, ad inuenta & conſtituta eſt. Poteſt tamen Epiſcopus eccleſiæ ſuæ obeſſe & præiudicare. Nam ſi ab emphyteuta,qui per bienniũ à ſolutione penſionis ceſſauerat, canonẽ ſponte recipiat, ſolus impediet, quominus pœnæ commiſſæ locus ſit, vt & legatum eccleſiæ relictum ſolus repudiat. *Alc. & Iaſ. ad l. ſeruus. C. de pact. Dd. in c. potuit. de locat.* Quinta eſt ex eo, quod ſolennitas in alienatione rerum eccleſiæ fauore Eccleſiæ requiritur: *Bal. in c. ſicut de re iud.* trahitur tamen (vt quidam volunt) in eius detrimentum & præiudicium: quia etiamſi vtiliſſima ſit eiuſmodi alienatio, non ſubſiſtet tamen, niſi ea forma ſeruetur. Duo enim requirit lex, ſcil. quod alienatio vtilis ſit,& præterea quod conſenſus ſuperioris intercedat, *c. ſine* 11. *q.* 2. *c. monachi* 16. *q.* 1. Sexta eſt ex eo, quod quando fauore alicuius mandatur, vt conferat alicui præbendam centum librarum, hic fauor operatur hoc præiudicium quod etiam volenti præbenda quinquaginta librarum conferri non poteſt, *c. cui de præb in* 6. Septima eſt ex eo, quod dominica poteſtas: fauore domini inuenta eſt, in diſpendium tamen domini trahitur, qui propterea quod dominus eſt,noxali actione conuenitur & tenetur. *l.* 2. *de noxal.* Octaua eſt ex eo,quod

Iudæorum fauore ſtatutum eſt, vt in ſabbato conueniri non poſſunt: detorquetur hoc tamen in eorum detrimentum: quia in eodem die contra Chriſtianos experiri non debent, *l. die ſabbati. C. de Iudæis.* Poſtrema eſt ex eo, quod fauore pupilli lex requirit authoritatatē tutoris, & tamen ſi velit pupillus hæreditatem planè lucroſam adire, non poteſt, quod ſibi vtique damno eſt. *§. neque inſt. de auth. tutorum.*

10. Ratio verò decidendi eſt. Quod inducta ad vnum effectum, contrarium illius operari non debent, *l. 3. ff. de adim. leg. l. 3. ff de bon poſſ. con tab.* ne actus agentium eorum intentionem egrediantur, *l. non omnis. ff ſi cert. pet.* & quia eadem res non debet duplici iure. *l. eum qui ædes ff. de vſucap.* multo minus duplici iure contrario, *l. 1. C de latin. libert. tollend.* cenſeri. Non obſtat verò his prima dubitatio: propterea quod hæredis inſtitutio eius fauore facta, eum æri alieno non implicat, quia delata alicui hæreditate, in arbitrio eius poſitum eſt, velit nec ne eam vel adire, vel omittere, *l. nec emere. C. de iure. delib.* ſed aditio hæreditatis obligat ipſum creditoribus, quæ quidem aditio fauore creditorum adinuenta eſt, vt habeant tandem aliquem, à quo id, quod ſibi debetur, exigere poſſint. Quin & fauor defuncti hic verſatur, vt voluntas eius debitum ſortiatur effectum, *§. hæres inſtit. de obl. quæ ex quaſi cont. &c.* aliasque etiam, fauore ſuo ſe indignum facit hæres qui vltro ſe conijcit in neceſſitatem, quam impetrato inuentarij beneficio euitare potuiſſet, *l. vlt. §. ſed quia C. de iur delib.* atque lex cū premit iniqua aliqua interpretatione, ſed ipſe ſibi deeſt, & vinculum inijcit, *d. l. fin. §. cum enim gemini. & l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatid. cog.* † Sed

11. nec ſecunda quoque dubitatio mouet, quia abundans cautela, iuſtarum actionum humanarum fauorabilis confirmatio eſt, & in eis ſuſpicionem ſiniſtram non generat; Cæterum ſi actibus vel contractibus per ſe ſuſpectis adijciatur, tunc verum eſt, quòd eiuſmodi actus magis ſuſpectos facit. Videtur enim gratia obnubilandi id quod ſuſpectum eſt, fieri, & maior fraus ex eo præſumitur, quod quis ita facit, ille fraudem feciſſe videatur, *l. ita fidei ff. de iure fiſci.* id quod vnus ex multis, copioſè tradidit Tiraquellus, *in tract. de vtroque retractu. in præfat. de retract. conuent. num. 16. cum ſeq.* Vt ecce: Si debitor qui decoxit, & ſuſpectus eſt de fuga: ab vno creditorum præoccupetur, & clam ſemotis arbitris, & clauſis ianuis, in hunc vnum creditorem tumultuariè, etiam ante diem ſoluendi, & abſentibus neque ſcientibus hoc alijs creditoribus, omnia bona trāsfert: vtique hæc tranſlatio eſt ſuſpecta de fraude & metu, quia nullo modo veriſimile eſt, quod ſponte omnia bona ſua dedit ante diem ſolutionis. Ideoque etiam ſi renunciet exceptioni metus, doli, violentiæ, & alijs, addito etiam iureiurando, omnis iſta abundans cautela creditoris, non minuit, ſed plurimum auget concuſſionis vis & metus illati præſumptionem, *Anthor. conſi. 299. num. 2. Ang. conſil. 215. Socyn. Nepos conſ. 62. n. 3. & 4. li. 2, (vid. D. Peck. ſuper. in c. vtile n. 1. cum autboritatib. ibi concord.)* Nihil etiam turbare nos debet id quod tertio loco controuertitur. Quia lex non retorquet fauorem nobilitatis in odium ipſius nobilis, ſed ipſe ſibi deeſt, qui ſe fauore illo acquiſitæ nobilitatis iuſtè excidiſſe oſtendit. † Tum etiam non aliter grauius punitur nobilis, quam plebeus, quaſi admiſſum crimen nobilitate augetur, hoc eſt, quando vel ſub prætextu & velamento nobilitatis peccatur; vel quando hoc delictum tendit in contumeliam officij aut nobilitatis, ſicut fit, quando vir nobilis, proditionis, deſertæ militiæ, periurij, vel falſi crimē contrahit, qua de re latiſſimè agit Tiraq. *in li. de pœnis cauſa 31 & omniū ampliſſime Fari. in prax cr. in tit. de pœn. temp. q. 98 n. 93. & ſeqq. Gut. 4 pr. qq. 15. n. 10. & ſeq. & q. 16. per tot. Gail 2. ob. 110. n. 42. & ſeq. Peck. in l. 4. §. Diuus. n. 9. ff. de inc. ru. nauf.)* Ratio eſt, quia vt ait Iuuenalis 12

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Et quidem rectè, quia peccata iſtorum, facilius ab alijs in exemplum trahuntur. Maiorem difficultatem habet quarta dubitatio. † Neque 13 enim adhuc ſatis expeditum eſt, quod epiſcopus poſſet non acquirere, & legatum relictum repudiare. Imo communis ea opinio improbatur: *Auchoran. in clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. Old. conſ. 9.* tenetur enim ex iuramento vtilitatem eccleſiæ procurare, & ei quantum poteſt, acquirere, *l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ.* Quod ſi minus faciat, in fraudem non quæſiuiſſe cenſebitur, *arg. l. in fraudem in initio ff. de iure fiſci.* Quòd conſiderans Alciatus, *in d. l. ſeruus, num. 7.* ſolum propter odium pœnæ illi permittit, vt liberet emphyteutam. [*conf. Gail 2. P. P. 19. ſub n. 25. & de pign. obſ. 7. n. 9.*] Illud ſane conſtat, quod quoties prælatus potuit acquirere eccleſiæ, & non quæſiuit, tenetur ei ad intereſſe, *c. quicumque. 12. quæſt. 2.* ſicut & tutor pupillo. *l. quidquid. C. arbit. tut.* Quod ſi ſoluendo non fuerit eccleſia, reſtituetur, *Alc. ad d. l. iubemus in fi.* de quo plura obſeruat Rebuff. *in d. ca. ſi fine num. 31.* Eodem fere pertinet quintæ dubitationis diſſolutio. Quia licet Tiraquellus in eo articulo admodum fluctuet, & tandem quid ſequi velit, *in li. de legib. connub. circa fin. ad verb. expreſ.* neſciat: verior tamen eſſe videtur communis ſententia, quod quando alienatio euidenter eſt vtilis eccleſiæ, valet, licet ſolemnitas iuris non obſeruetur, *Rebuffus d. loco. num. 34.* ſic quod lex videatur quidem vtrunque requirere, non neceſſario tamen, ſed per modum conſilij tantum: *(vide tamen Treuth. . diſp. 7. th. 4 ſub lit. 1. Maſc. con. 75. Pint. in l. 1 p. 3. n. 31. & ſeq. Gab. in com. conc. tit. de reb. al. conc. 1. & quos nouiſſime prolixiſſimeq́, allegat Borell. in ſum. dec. tit. 15. n. 1. 2. 3.)* Non obſtat etiam ſexta dubitatio: quia

quia quod minor præbenda etiam volenti conferri nequit · ideo eſt, quod videtur electa eſſe induſtria iſtius, cui prouidetur. Credidit enim Pontifex, quod id quod ſupererit ſibi, in neceſſitatem pauperum vel eccleſiæ rectè diſpenſabit, quod & alibi diximus. *ſuperius in cap. plus ſup. eod.* Septima quoque dubitatio non nocet: quia noxali iudicio non ideo dominus ſerui tenetur, quod dominus eſt, ſed quod poſſeſſor eſt vel quaſi ſerui delinquentis. Delictum enim caput delinquentis ſequitur, vbicunque locorum ſit. Octaua autem dubitatio hac ratione diſſoluitur, quod ſi Iudæi poſſent conuenire Chriſtianos die ſabbati, cauſa fauoris eorum ceſſaret. Litigando enim, & iudicia ſequendo, ſabbatum non ſeruarent. Sic & illud quod in poſtrema dubitatione proponitur, diſſolui poteſt, quod aditio hæreditatis eſt introducta non ſolum fauore adeuntis eandem, ſed & creditorum & legatariorum, & aliorum quoque. Ideoque non eſt in poteſtate ſolius adeuntis renunciare huic formæ à lege datæ. *Baldus in d. l. quod fauore. & d. l. nulla.* Multa ſanè hic ſunt in ſolutionibus Dyni, quæ ægrè defendi poſſent, & propterea quid his vel adiici vel detrahi debeat, apud Fulgoſium, Caſtrenſem & Zaſium exactius videre licet, *dict. loco.* ad quos remitto.

REGVLA LXII.

Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

[*v. ad hanc regulam omnino Farinac in prax. crim. p. 5. q. 129. per tot. Dec & Cagnol. in l. conſilij ff. eod.*]

1. *Conſilium bonum res ſacra.*
2. *Conciliatrices nuptiarum an teneantur.*
3. *Conſilium quid ſit.*
4. *Loquens in aurem homicidæ ante homicidiũ commiſſum, an illud ei mandaſſe præſumatur.*
5. *Fraus & dolus an differant inter ſe.*
6. *Conſilium in dubio eſt interpretandum in bonam partem.*
7. *Ampliationes huius capitis.*
8. *Proxeneta an obligetur ex conſilio.*
9. *Doctores & aduocati an ex conſilio teneantur.*
10. *Rationes dubitandi hic.*
11. *Poculum abortionis porrigens an ſecuta morte homicidij reus ſit.*
12. *Ratio decidendi.*
13. *Ex conſilio non ſecuto delicto an quis puniatur.*

BEne *præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites bonum ſit an malum, & ad ea quæ dubitationem adferunt deligenda, ſuadent non cuiuſuis iudicium ſequendũ eſſe, ſed homines doctos vel etiã vſu peritos adhibendos, & quid eis placeat, exquirendum eſſe, ne aliquando nobis vtendum ſit illa non ſatis honeſta excuſatione, non putarã. Cic. lib. 1. offi.* Quorundam enim conſilia etſi non ſint doloſa, ſunt tamen præcipitata, & talia quæ
non niſi magno noſtro malo ſequimur. † Meri- 1
to igitur rem ſacram bonum conſiliũ appellant veteres: Nam ſicut Aquilo initio vehemens, deſinit leuior, ita qui ſunt præcipites, conſilio magno rem aggrediuntur, ſed frigeſcunt tandem in progreſſu. Ipſi verò qui conſulunt, modo nihil doli aut verſutiæ deliteſcat, nobis eo nomine non tenentur, *l. 2. ff. mand.* (*& ibi bene Mornac.*) Et ideo ſi quis generalibus verbis tibi conſulat, vt pecuniam tuam potius fœnori eloces, quàm vt eam in prædiorum emptionem impendas, non tenetur tibi, etiam ſi pro voto non ſucceſſerit. Et hac quidem occaſione eleganter diſputat Iacob. Curtius, *lib. 3. coniect. cap. 12.* poſterioris huius ætatis iureconſultus,
† an id genus muliercularum, quæ conflandis 2
matrimoniis quæſtum faciunt, & veluti proxenetriæ ſunt, teneatur, ſi adoleſcenti virginem non niſi caſtè habitam ducturo, corruptam pro pudica, aut è contra puellæ non niſi in diuitem ac ſplendidam domum nupturæ, magnum aliquem in re tenui venditatorem, pro diuite, laudat, & ſic infauſtas nuptias conciliat, exiſtimatque non teneri, ſi re vera & bona fide ita eſſe exiſtimauerit, quia vulgo præſumitur quemque non tam diuitem eſſe, quàm habetur. Et in ſimili (inquit) ſi morboſus ſeu ſcabie gallica infectus, pro ſano obtruſus eſt, actio non datur: quia liberum corpus æſtimationem non recipit, ſed facilitati ſuæ acceptum ferre poterit, qui rem tam ſeriam ac grauem tam ſtultè & per tales tranſegit.

Nullus. In quo ſcilicet per rerum naturam delictum conſtitui poteſt: De reliquis enim nulla eſt dubitatio. Nam ſicut pupillus in quem periurium non cadit, non tenetur, ſi teſtimonium falſum fieri mandauerit: ita quoque ex malo cõſilio quod animus eius adhuc non capit, minime obligatur. *Bald. ad l. 1. col. 4. C. de ſeru. fug.*

Conſilio. † Conſulere dicitur hic qui ſuadet, 3
Carder. ad clem. 1. in 5. oppoſitione de pœnis, & in clem. 1. 16. quæſt. de foro. compet. rogat, inſtruit, & vtilitatem futuram oſtendit, ita vt quod ad effectum attinet, nihil interſit inter conſilium, perſuaſionem, inſtigationem & inſtructionem, *Bald. & Iaſon in d. l. 1. (pulchrè Fari. d. l. n. 26. &*
ſeqq. D. Peck. de iu fiſt. c. 33. numero 2.) † Quin 4
etiam & is conſuluiſſe præſumitur qui alicui in aurem locutus eſt, ſi eodem quaſi momento actus deinde ſequitur, veluti ſi quis in aurem loquatur homicidæ, & eodem inſtanti homicidium ſecutum ſit, modo concurrat communis fama de inimicitia occiſoris contra occiſum. Porrò quod Baldus exiſtimat, *in d. l. 1.* conſilium etiam facto fieri, impropriè accipiendum eſt, ſed eſt confortatio quædam & adiutorium, quod in ſe tacitè conſilium continet, vt ſi quis fortè opem ferat delin-

delinquenti, *Barto. in l. in furti. §. conſilium. ff. de furt.*

5. *Fraudulentum.*† Licet Alciatus exiſtimet, *in l. aliud ff. de verb. ſignif.* fraudem differre à dolo, quaſi fraus ex ſolo euentu abſque conſilio fieri poſſit, vnde plærique putarunt aliud eſſe fraudulentum conſilium & doloſum: communiter tamen eius diſtinctio reprobatur. *Conanus li. 5. c. 5. Cagnolus ad l. fraudis ff. hoc tit.* Fraus enim proprie non ex euentu, ſed ex doloſo conſilio conſideratur. *d. l. fraudis*, ita quod hoc loco nullum ſit fraudulentum conſilium, quod non ſit doloſum, ſicut & alis ſæpe fraus & dolus germana quædam cognatione coniuncta reperiuntur, de quo latius agit Tiraquellus, quem vide. *de retractu. §. 26. gl. 1. n. 33.*

Ex quibus autem argumentis hic dolus colligi poſſit, pulchre etiam oſtendit Albericus ad quem remitto, *in l. dolū. C. de dolo. (conſ. Peck. ſuper in c. dolo n. 1. cum auth. ibi cont.)* Porro autem quando verba ſe habent vel habere poſſunt ad mandatū & ad conſiliū: vtique præſumendum erit in mitiorem partem, quod eſt conſiliū, duntaxat, ex quo durius obligat mandatum quam conſilium. *Bald. d. 1. Alexan. conſ.*

6. *17. li. 4.*† ſicut & in ſimili videmus, quod vbi conſilium poteſt ſe habere ad bonum & ad malum, debet interpretari in meliorem partem, *late Alc. reg. 3. præſump. c. 1. n. 3.* [*Farin d. l. n. 72. & ſeqq Meno. 5. præſ. 2 n. 11.*] & quoties in aliquo actu capi poſſunt duo intellectus, & ſecundùm vnum quis incideret in delictum, & ſecundum alium non incideret: capiendus eſt intellectus, per quem præſumitur nō delinquere, *Hypol. ad l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar. Menoc. late d. præſ. 2. per tot.*] eoque caſu interpretatio pertinet ad eum, qui conſuluit: *Alc. d. loco.* quia (vt ait Iaſon. *in d. l. 1. n. 24.*) etiam ſi ipſe non interpretetur, lex tamen interpretabitur meliorem partem, præterquam ſi maior ſit forma vel præſumptio delicti quàm boni.

Fuerit. Non abſque cauſa vtitur textus hoc verbo *fuerit*, quia accuſans, aliquem de conſilio, debet probare ordinem temporis, *Bald. in d. l. 1. & in l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infam.* ſcilicet quod conſilium vel perſuaſio præceſſerit factum, alias non tenetur, excuſaturque ratione ordinis non probati. *Alex. conſilio 196. lib. 1.* Alioqui enim non eſſet conſilium, ſed magis laudatio quædam vel ratihabitio: improprie enim dicitur præſtare conſilium præſumptum, qui poſt delictum admiſſum aſſiſtit delinquenti ad euadendum. *Felyn. in c. ſicut dignum de homicid.* [*Farinac. d. l. numero 78.*]

7. Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, ſiue ille cui datur conſilium, alias fuiſſet facturus, ſiue non: quia eadem ratio militat in vtroque caſu, ſcilicet quod ſecum ſtatuere poterat is cui conſulitur, an ſibi expediret hoc conſilium ſequi, nec ne: ſicut & alibi non conſiderat Vlpianus, an quis propoſuerit quid facere, vel non, *l. 3. ff de neg. geſt. Philippus Franc. & alij hic.* Sed contra hic Dynus, tunc tantum conſulentem teneri ait, cùm aliter is cui conſulitur, non eſſet facturus, eiuſque ſententia etiam eiuſdem Vlpiani verbis probari videtur. *l. ſi remunerandi §. plane ff. mand.* Cæterum quia hos quos conſilij cauſa adimus, ſemper fere ea mente adimus, vt ante apud nos deliberatum & quaſi conſtitutum ſit, facere aut non facere quod quærimus: diſplicet alijs hæc Dyni ſententia, temperamento aliquo vtentibus, & ſic deciſionem iſtam hac diſtinctione tradentibus, quòd ſi conſulens certam perſonam conſulendo expreſſerit, veluti ſi conſuluerit, vt Titio crederet, tunc indiſtincte tenetur, ſiue is cui conſulit er alias fuiſſet facturus, ſiue non. *d. § plane.* quaſi tunc deſinat hæc res meri conſilij naturam habere. *Faber & Cautiuncula in §. tua autem. inſtitut. Mandat.* Sed tamen nec horum ſententia videtur poſſe defendi. Etenim adhuc ſubſiſtit hæc ratio. quod etiam hoc caſu conſilium expendere potuiſſet Et ſane aliqui vix vnquam erit quiſquam, qui ex conſilio non obligetur. Quiſque enim dicet ſe conſilio alterius feciſſe, nec facturum fuiſſe, niſi ab alio monitus & perſuaſus eſſet. Ideoque hæc conſiderans Conanus, reſpondet, *lib. 1. cap. 14. num. 6.* quod Vlp. *in d. § plane.* loquitur in mandatore, cuius conditio durior eſt, quàm conſulentis, cuius initium conſilij a b ipſo proficiſcitur, & qui ſponte conſulit alteri, plerunque nihil tale cogitanti, & ſic tandem fidem eius ſequenti. Quaſi dicat, quod quando quis vltro accedit ad alium, & conſulit illi facere id quod aliàs non erat facturus, tunc ſemper tenetur: ſecus verò ſi alius ipſum adeat conſulturus, vt ecce: cùm quis vellet mihi domeſticè ſeruire, nolui eum ideo recipere, quod mihi eſſet incognitus. Tu mandas vt ſecurè eius opera vtar, eſſe enim planè tibi cognitum. Sanè ſi quid mihi ex eo ſecus acciderit, teneberis ex conſilio, quod inſtar eſt mandati: quia de hoc ſeruitore non cogitabam vnquam. Er hęc Conani ſententia videtur reliquis eſſe præferenda, quantumuis etiam periculo non caret, ideo quod proxeneta qui vltro ſæpe vel alios adit, vel ab alijs aditur, & mercatores coniungit, non tenetur ex conſilio, ſi dolus malus abſit. *lib. 2. ff. de proxenetis.* [*vid. Farin. d. l. ſub num. 71. & n. 107. & ſeqq.*

Amplia ſecundò, vt procedat etiam, ſi per hoc conſilium alteri lucrum auferatur. Finge 8.
enim, quod Titius volebat donare centum Caio: Sempronius verò ipſi conſulit, quod non donaret: Hoc lucrum Caius non acquirit: contra Sempr. tamen actionem nō habet, propter hanc regulam, ſi modo ille ſimpliciter, & non in odium Caij, *Alber. in d. l. 2. §. fin. ff man.* conſuluit ne donaret. Eoque modo accipi debet id quod dicimus, illum nobis obligari & teneri, qui fecit quominus quid nobis legatum fuit. *Dd. ad l. fin. C. ſi quis alium teſtari prohib.*

Am-

Amplia poſtremò, etiam ſi hoc conſilium rebus non ſatis perſpectis præſtitum ſit. Nam ſi Iaſoni *ad l.2.n.3.ff. quod quiſque iuris*, & Zaſio credimus *in l.ex maleficiis §. ſi iudex ff. de act.* †
9. iuriſperiti & patroni cauſarum, non tenentur ex conſilio quantuncunque etiam negligenter præſtito, ſi modo dolus malus abſit, & ſi verè calumnia non ſubſit, & quidem potiſſimum, ſi is qui iuriſdictioni præeſt, conſilium illud ſequi coactus non ſit. Sæpius ſanè accidit, quod in conſulendo decipitur conſulens, vel quia non rectè interrogat conſulentem, *Cuman.in l. quod dicitur §.miles ff.de teſta. mil.* vel quia pars ipſa non rectè & candidè factum explicat. Sed de nimis craſſa negligentia dubito *Mart de Afflict. ad conſt. Sicilia. conſtit. incip. veterum in quinto not.(v.Farin.in prax.crim p.3.q.111.n.* 463. *& ſeqq.)*

10. Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod Iulius Paulus lib. 3. ad edictum, aſſeſſorem etiam abſque fraude conſulentem, iudici ex conſilio perperam præſtito obligari ait. *d. l. 2.ff. quod quiſque iur.* Secundò ex eo, quod Vlpianus omnem illum teneri reſpondit, cuius opera ſeu ope quid factum eſt, *l.non ſolum §.ſi mandato ff.de iniurijs.* & ideo cum operam pręſtare dicatur is, qui conſilium præbet & perſuadet: *l. qui ſeruo ff.de furtis.* vtique videtur indiſtinctè obligari. Tertiò ex eo, quod non eſt inſpiciendus animus conſulentis, an ſit fraudulentus nec ne, ſed id ſolùm conſiderandum eſt, bonus an malus euentus ſequatur. † Vt ecce, ſi a-
11. mator puellæ poculum porrigat, vt fœtum cõceptum abigat, & ipſa hauſto poculo moriatur: non conſideratur eius intentio, quæ fuit non quod puellam perderet & necaret, ſed vt abacto fœtu illam conſeruaret. Triſtis tamen euentus inſpicitur, & pro homicida reputatur. *l. ſi quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœnis.* Sic & ſi quis alienam ingreſſus fuerit poſſeſſionem, & facta reſiſtentia occiſi ſunt aliqui ab vtraque parte, ipſe licet animũ occidendi cùm ingrederetur non habuit, proculdubio tenetur. *l ſi quis C.ad l.Iulia de vi.* Poſtremò ex eo, quod qui ſuum recipit, fraudem non facit, *l. qui autem §.apud Labeonem ff.quæ in fraud. cred.* & tamen ſi ſeruus tuus cùm tibi deberet, conſilio tuo à me pecuniam mutuam accepit, vt tibi ſolueret: actionem de dolo malo in te dandam eſſe Antiſtius Labeo ſcribit, *l.ſeru. tuus ff.de dolo*

12. Ratio decidendi eſt hæc, quod liberum cuique eſt, *d.l. 2.in fin.& d.§.tua.* etiam ex interuallo, apud ſe diſcutere & explorare, an ſibi expediat conſilium eiuſmodi ſequi nec ne, actuſque hominum non ex euentu, ſed ex conſilio & animo metiendi & æſtimandi ſunt. *d.l.fraudis.* Ideoque & olim Demoſthenes alter eloquentiæ oculus. *Vide*(inquit)*quid ipſi conſilij capiendum cenſuerim, nec ea quæ euenerunt intorqueas: nam finis rerum omnium vt fortuna libuit, imponitur: Electio vero conſultantis ingeniũ oſtendit.* Vnde conſulenti dicemus quod Epidicus ſeruus apud Plautum dicebat. *Si placebit conſiliũ vtimini: ſi non placebit, reperitote rectius, mihi iſtic nec ſeritur nec metitur, niſi ea quæ vis, volo.* Non obſtat autem, quæ ex aduerſo proponitur, prima dubitatio: Quia dolus lataq; culpa eſt, aſſeſſorem in cauſis & litibus aſſidere, quarum naturam & vim ignorat, *Zaſ. in d. §. ſi iudex.* [*Farinac.d. qu.* 111. *numero* 459. *& ſeqq.*] rectèque illi dixeris, Non eſt ſine culpa, qui ſe immiſcet rei ad ſuam cognitionem non pertinenti. *l.illicitas §.ſicuti ff.de offic.præſi.* [*præclarè & ampliſſimè Farin.d p.3.q.122.p.5. & ſeq. per tot.*] Neque etiam mouet ſecunda dubitatio: quia non propriè aut ſtricto iure, ſed impropriè tantùm & largè loquendo, opem præſtare dicitur qui conſulit. *(vide Farin.d. q.129. nu.3. & ſeqq.)* Ideoque & in ſimili Vlpianus, abſque myſterio non dicit, eum qui perſuaſit, quaſi opem ferre. *in d. l, ſi ſeruo.* Quæ dictio, *quaſi*, deſignat alluſionem, fictionem & improprietatem. *l.2.ff.de vſuf.earum rerum*, quod ad propoſitum expendit Salicetus, *ad l.vnicam. verſ.ex 6.parte C.de raptu virg.* ſimulque obſeruat, eum qui operam præſtat, ſi dolus malus abſit, iniuriarum non teneri. Tertia quoque dubitatio non obſtat: quia vbicunque committens maleficium, minus voluit delinquere, & plus deliquit, ſi potuit cogitare quod ex minore delicto, quod facere inſtituit, poterat veriſimiliter etiam maius delictum ſequi, eo nomine tenetur. Tenetur igitur adoleſcens (inquit Cæpola *conſ.36.num.1.in conſil.crim.*) qui poculum abortionis porrexit puellæ, cùm cogitare debuerit in re tam mali exempli mortẽ ſequi poſſe: Et qui ingreſſus eſt violenter poſſeſſionem, ſi furori reſiſtentium cedere, & locum iræ dare voluiſſet: non fuiſſent profectò ſecutæ cædes & homicidia. Sed cùm voluerit violentiam continuare, arma arripere, & reſiſtentes opprimere, facilè & per conſequens videtur & cædes & homicidia cogitaſſe, quod & Hypolitus probat. *in l.1.§.Diuus.num.37.ff. ad l.Corn.de ſicar.*[*Conſ.Gail 1.P.P.14.per tot.*] Vltima quoque dubitatio non obſtat: quia licet in nuda repetitione ſerui dolus non ſit, ſi tamen ea abſque fraude & deceptione alterius non fiat: *Alber.ad d.l.ſeruus.* vtique rem honeſtam perſuadere, & in alterius detrimentum *Tulgoſ.ibi.* conſilium dare non licet. Igitur qui veritatis lumine excuſſo, tantùm vt capiant & rapiant, conſulunt, ex pernicioſo & maligno hoc conſilio obligantur, maliquè & captioſi conſilij pœnas debent, vt ſit malum conſilium conſultori peſſimum, & vt totum hoc impietatis pondus, teſte Eccleſiaſtico, *lib.7. cap.14. in fin.* ad ipſos deuoluatur. † Quid igitur ſi conſuluit rem illicitam, vt furtum, vel rapinam, 13.
ex qua per accidens poſtea mors & homicidium ſequitur? Sufficit ſanè quod rei illicitæ operam dedit, *Felyn.in cap.1.de offi.deleg.* fuiſſeque hoc conſilium etiam cauſã remotam maleficij, non aliter quàm ſi fraudulenter conſuluit

jactum

iactum baliſtæ, ex quo poſtea homicidium ſecutum eſt, *Pan. in c.ad audient. de homi.* aut ſi ſe conſulenti dixit, ſi talis occideretur, ſequeretur vtilitas publica, vel quid ſimile. *Ioan.Andr.in c. fœlicis.de pœnis in 6.*[*vide Farin.d.q.*129.*nu.* 28. *& ſeqq.*] Et ſanè iſtiuſmodi ex cuius conſilio mors ſecuta eſt, non poteſt abſolui à proprio ſacerdote, niſi in articulo mortis tantùm, & *Felyn in ca. ſicut dignum. de homicid.* poteſt conueniri propter hunc ſuum dolum, etiam ſi principalis qui nocuit, & deliquit, *Innoc in d. c. ſicut dignũ: Iaſon in l ex hoc edicto n.*1.*ff ſi quis in ius dic.&c.* ſit ſoluendo, vel reperiri ac puniri poſſet. [*Farin d.lo.n.*59.] Limita tamen hæc primò, ſi delictũ non fuerit ſecutum, quia ex nudo conſilio, *Felyn.in d. l.* paucis quibuſdam caſibus exceptis, nemo obligatur. [*Farin d.lo.nu.*81.*& ſeq.*] Limita ſecundò, ſi is cui hoc conſulitur, ex longo interuallo poſtea delinquat: *d.c.fœlicis.* quia vt ſentiunt plerique, videtur non fuiſſe eiuſmodi conſilio permotus. *Caſt.ad l.ſancimus.C.de teſta.* Sed contrarium exiſtimant Felyn. & Panorm. *in d.ca.ad audientiam.* quorum ſententia videtur eſſe verior, ſi non admodum longum tempus, fortè vnius vel alterius anni, interceſſit. [*Far. d. l.n.*68.] Limita tertiò, niſi conſilium fuerit reuocatum. (*Far.n.*90.*& ſeq.*) Qua in re tamen aliquid amplius requiritur, quàm in mandato. In eo enim ſufficit reuocationem mandati peruenire in notitiam mandatarij. *l.ſi mandaſſet ff. mandat.* Sed hic neceſſe eſt, quod expreſsè diſſuadeat, & contrarium conſulat. Quinimò ſi probabiliter credat, & veriſimiliter ſuſpicetur, quod alter à malo non abſtinebit, debet denunciare ei, de cuius pernicie agitur, vt ſibi caueat. *Innoc.d.l.* Et ratio eſt, teſte Saliceto, *in d.l.vnica qu.*4. quia cum mandatum fiat gratia mandantis, vtique veriſimile eſt, quod mandatarius ſciens illud eſſe reuocatum, non exequetur. Sed cùm perſuaſio & conſilium fiat gratia eius cui conſulitur, non eſt veriſimile quòd non exequetur. Limita quartò: niſi is qui conſulitur, fuiſſet aliàs facturus, *Panorm.in cap. ex literis de exceſ.prælat.§.at.vbi ope inſt.de oblig. quæ ex quaſi delic.* Cæterùm hæc ſententia pleriſque diſplicet, exiſtimantibus quod non oportet laudando vel conſulendo malitiam augere. *l.*1.*ff. de ſeruo corrupto.* id quod altiorem inſpectionem requirit, & latè explicat Felyn. quem vide *in d.c.*1.*& d.c.ſicut.*(*& latè Farin.d.q.*129 *n.*107.*& multis ſeq. cum infinitis ibid. alleg. Gail* 1.*P. P..n.*47.*verſ.*2.*quoad.*

REGVLA LXIII.

Exceptionem obiiciens non videtur de intentione aduerſarij confiteri.

(*v.omnino ad illuſtrationem Regulæ huius Pocian.*1.*de prob.* 20.21.22.23.24.25. *Borell. in ſum.deciſ.tit.* 46.*n.*22.23.24.)

1. *Ampliationes ad hanc regulam.*
2. *Poſitiones & articuli quomodo differant.*
3. *Veniam petens an crimen fateri videatur.*
4. *Homicidium an confiteri videatur, qui dicit ſe ad defenſionem ſuam occidiſſe.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Ratio decidendi.*
7. *Qualitatem ſuam quis probare debet.*
8. *Tranſactio ſuper crimine, quando inducat tacitam confeſſionem.*
9. *Dubitans an ſit bonæ fidei.*
10. *Dominij difficilis eſt probatio.*

QVia nemo præſumitur eam viam ingredi, qua actiones ſuæ ſubvertantur, *l.* 3.*ff. de milit. teſtam.* & actus agentium non egrediuntur eorum intentionem, *l.non omnis ff ſi cert.pet.* iuſta ratione receptum eſt, quod is qui excipit, non videtur quicquam de intentione aduerſarij confiteri. Non enim hoc agit, vt confeſſione ſua condemnatus, actoris voto ſubſeruiat, ſed vt eius intentionis penitus elidat & excludat. Et quidem illius rei exempla paſſim in noſtro iure obuia ſunt, & per quaſcumque hominum actiones longè lateque diffuſa. In contractibus enim, qui contractum reſcindi poſtulat, non propterea fatetur eum eſſe validum, *l.ex empto.ff.de act.empt.* & qui exceptionem pacti de non petendo debitum obiicit, ſeu proponit, minimè confitetur debitum præceſſiſſe. Rurſum in iudiciis, qui excipit ſententiã illegitimam eſſe, non ex eo fatetur ſententiam latam eſſe, *Alex.& Iaſ.ad l.decem ff.de verb.oblig.* quique excipit iure permutationis rem aliquã ſuam eſſe, non confitetur eam prius permutantis fuiſſe, *cap.cum venerabilis de except.* (*& ibi vide omnino Coler.*) non magis quam ille fateri videtur præſcriptionem, qui obiicit interruptionem, *c. illud de præſcrip.* Et in teſtamentis, qui excipit de nullitate teſtamenti, non cenſetur fateri teſtamentum factum eſſe. Et denique in delictis, ſi accuſo te furti, tu reſpondes me fuiſſe ſocium in crimine furti facti, non videris ideo furtum confiteri, licet ex eo occaſionem exhibeas iudici vt contra te inquirat. *Zaſ. in d.l.decem num.*21.

Amplia primò hanc regulam vt procedat, 1.
non ſolùm in reo excipiente, ſed etiam in actore replicante: *Felyn.in d. c.cum venerabilis.* (*Col. ibid. num.* 21. *Pac. d. l. c.* 22.*num.*18. *vide plura apud*

apud Hering. de fideiuſſ. ca. 5. *num.* 158. *& multis ſeqq.*] quia exceptionis & replicationis par & adæquata eſt natura & conditio. *l. non exceptionibus. C. de except.* Et ſicut exceptio non obijcitur ad confitendum intentionem actoris: ita nec replicatio ad confitendum exceptionem rei. Si maritus vxori dotem repetenti obijciat exceptionem adulterij (inquit Iureconſultus *l. cùm mulier, & ibi Roma. nu.* 8. *ff. ſolut. matr.*) eaque illam à repetitione excludere conetur, & ipſa replicando obijciat marito lenocinium, per hanc replicationem ſe eſſe adulteram non fatetur. [*Pacian d l. num.* 21.]

Amplia ſecundò, vt locum habeat etiam in interrogante: quia ſicut reus excipiendo non fatetur, ita quoque is qui interrogat aduerſarium in iudicio, non videtur id de quo eum interrogat, fateri. *Bal. ad. l. ſicut in fi. C. de repud. hæred.* Qua de re licet ſint qui dubitent, *gl. in cà. quid ſi dormierit.* 3 . *q.* 1. *Fely in cà. examinata. n.* 4. *de iudicijs.* placuit tamen hæc ſententia Bartolo. *in l.* 2. §. *quod obſeruari. num* 19. *Cod. de iuteiur. prop. calum.* & reliquis interpretibus, conſtituentibus differentiam inter interrogantem & ponentem, ſiue poſitiones vel articulos exhibentem, ſcilicet quod is qui ponit, confitetur vel negat illud quod ponit, ſed is qui excipit, nō fatetur, & nihil ponit affirmando vel negando.

Amplia tertiò quod locum habet, etiam in articulante: quia licet is, qui ponit, aſſerat & fateri videatur omnia quæ in poſitione continentur, ille tamen qui articulat, nihil cenſetur confiteri. *Dd. ad c. ſi de iurei. r. li.* 6. Et licet promiſcuè ſæpè accipiantur poſitiones & articuli:
2. † differunt tamen origine, effectu & fine: quia poſitio, vt ait Baldus, *in l. generaliter. C. de rebus cred.* eſt pars intentionis, continens id, ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi. Sed articulus eſt pars intentionis, continens id quod actor vel reus intendit probare, ſi reſpondendo negatum fuerit, adeoque terminus ad ponendum non includit terminum ad articulandum. Ratio differentiæ eſt, quod is qui ponit, ea intentione id facit, quaſi id quod ponit, indubitatiuè ita eſſe ſciat vel credat, quare etiam medio iureiurando, præſertim credulitatis, poſitiones illas ſuas adſerere debet, ſed qui articulat, ſolum facit, vt probet. [*vide Gail* 1. *obſeruat.* 79. *num.* 6. *& ſeqq.*]

3. † Amplia quartò in eo, qui ſe miſericordiæ iudicis ſubijcit, vel veniam, remiſſionem & reſtitutionem petit, quia crimen fateri ideo non cenſetur, [*Pacian. d. lo. n.* 14.] ſed potius intelligitur id facere quatenus deliquit, *Capol. con.* 21. *n.* 11. & ne cogatur ingredi rigidam aliquam diſputationem cum Principe, fiſco aut iudice, crimen hoc illi imponente, *Pariſ. conſil. lib.* 4. *Hypol. in ſua praxi crim.* §. *diligenter in princip.* bona alioqui conſcientia nullius criminis conſcia, munitus. *ca. exhibita de homicid.* Ideoque Ioannes de Anania conſulit illi qui ſic veniam poſtulat, *ibi*, nè videatur delictum confiteri, vt conditionaliter proponat hoc modo: Non puto me feciſſe, ſed ſi feci, peto veniam.

Amplia quintò, quod non ſolùm excipiens non videtur fateri intentionem agentis, ſed nec declarat dubiam eius probationem, ad commodum actoris: *Panormit. in fin. Felyn. nu.* 13. *in d. cap. cum venerabilis.* quod tamen fieret, ſi exceptio contineret confeſſionem: quia confeſſio dubiam probationem aduerſarij, *cà. cùm Ioannes de fide inſt.* declarare ſolet.

Amplia ſextò, quod ſicut excipiens ad commodum actoris nihil videtur fateri, ita quoque non videtur directè eum accuſare excipiendo & crimen obijciendo. Nam vbicunque iudex cognoſcendo principaliter, inuenit incidenter delictum eſſe admiſſum: poteſt quidem de illo per modum inquiſitionis, ſed non per modum accuſationis, cognoſcere: quia qui de crimine excipit, & fortè actorem infamem vel furem eſſe dicit, neque eum directò accuſat, neque ille tanquam accuſatus ex eo punitur, ſed tantummodò à iudicio repellitur, per modum exceptionis. *l.* 2. *ff. de accuſ. & in extrauaganti quomodo in crimine læſæ ma. eſt. proced.* (*vide Gail* 2. *obſ.* 101. *n.* 6. *& ſeqq. & ibi Greu. Argentraum in conſ. Brit. tit. de crim. em. p.* (*mihi*) 2091. *Rebuſ. ad ar.* 5. *gl. vn. de rep. teſt.*)

Amplia ſeptimò, vt procedat non ſolùm quando exceptio eſt repentina & ſubitanea, quæ plerumque ſolet eſſe inconſulta, ſed etiam quando eſt conſiderata, perpenſoque & deliberato animi iudicio facta: *d. Antonius. ad d. cap. cum venerabilis col.* 7. quia qualiſcumque ea ſit, illud ſufficit, quod confitendi propoſitum abeſt.

Amplia poſtremò, ſiue is qui excipit ſimpliciter excipiat, ſiue per modum conditionis: quia conditionalis locutio præciſam diſpoſitionem non inducit, *l. Viria.* §. *fin. ff. de manumiſſ. teſt.* (*vide Pacian.* 23. *& c.* 25. *per tot.*) neque aliquo modo abſurdum eſt, quod conditionalis articulus ſeu exceptio formari & proponi poſſit, cùm reus ipſe pluribus exceptionibus etiam pugnantibus & contrarijs. *l. nemo. ff. de excep.* vti poſſit. *Rom. in d. loco. n.* 19. (*vide Dominum Peckium ſupra in cap. nullus pluribus. per tot. præclarè & ampliſſimè Borell. in ſumm. deciſ. tit.* 48 *numero* 42. *& ſequentibus.*) Et licet Bartolus exiſtimet, *in d. l. non vtique.* ſimpliciter excipientem videri confiteri, niſi probet exceptionem: eius tamen ſententia crebriore calculo reijcitur. *Alex. conſilio* 159. *lib.* 5. *Didac. li. variarum reſolut.* 1. *cap.* 2. *numero* 3. Alioqui enim, vt ait Decius, *in d. c. cum venerabilis. num.* 10. non eſſet vis in exceptione, ſed in conditione, quod textus hic non admittit, qui ſe refert ad exceptionem, & tam Pontifices quàm veteres Conſulti, nobis hanc regulam tradiderunt, & ſimpliciter & abſque vlla conditione aſſeruerunt eam eſſe verā. *d. Antonius d. loco in* 2. *nota. Mayner. ad l. fauorabilis. n.* 6. *ff. eod.* [*pulchrè Couar. c. var. reſol.* 2. *ſub num.* 3. *Pacian. d. l. c.* 22. *n.* 15. *& ſeqq.*]

Y

& ſeqq.)Quinimò cùm in dubio accipiẽda ſint verba in fauorẽ excipientis:quamuis reus ſimpliciter excipiat, præſumitur tamen ineſſe ea conditio,ſi conſtet de actoris intentione. *Bal. ad l.1.C.de conſ.Bartol.ad l.eum qui ff.de iureiur.* [*Dd.in l.ſi quid.C de except. Couar.d.lo.Treutl.p. 2.diſp.26.th.8.ſub lit.d in fin.Gail de pig.obſ.16. num. 10. Schuam proc. Cam.lib.1. c. 55. n.4.*]

4. † Quid igitur ſi quis confitetur homicidium, ſed dicit factum eſſe ad ſuam defenſionem, an talis confeſſio diuidetur, vt quatenus confitetur eſſe factum,ſtetur ſuę confeſſioni,quatenus verò dicit ad defenſionem ſuam factum fuiſſe, reſpuatur? Plærique diſtinguunt, quod aut hoc dicit in diuerſa oratione, vt quia dicit verum eſſe ſe occidiſſe, ſed ad ſuam defenſionem, & tunc ſcinditur, poteſtque iudex acceptare homicidij confeſſionem, ideò quod hoc factum eſt de genere prohibitorum, adeoque cùm præſumptio ſit contra ipſum, vtique probare debet, id ad ſuam defenſionem factum eſſe, aut alioqui ſtatur ſuæ confeſſioni. Sin autem vnico contextu loquitur,vt quia dicit: Occidi ad meam defenſionem, & tunc non diuiditur, ſed habetur pro negante. *glo. & Cynus in l.ſiquidem. de except.* Sed quia multi de veritate huius deciſionis & dinſtinctionis diſputant, ideò datur cautela ad euitandam omnem dubietatem, quod neget ſe commiſiſſe delictum, ſed caſu quo appareret vulneraſſe aut occidiſſe, feci ad meam defenſionem,& aliter & alia non feci:*ibi.* quod & Angelus vſu obſeruatum vidit,vt ait,*Baldus in d.l.1.Iaſon.in l. vt vim ff. de iuſt.& iur.*Sed hoc ita,niſi eſſet ſtatutum,quod debeat reſpondere ſimpliciter, nam tunc talis reſponſio,feci ad meam defenſionem, non admittitur,imò iudeò cogere eum poteſt,vt ſimpliciter reſpondeat, *Bald. in d.l. 1. Iaſon in l. vt vim ff.de Iuſtit.& iure.*(*præclare Gail 1.P. P. 17. per tot.& 2.ob.106.n.7.Treutl.p.1.diſp.18.th.7. in fin A.Fab.defin.6.C.ad l.Corn.de ſiccar.Pacian. d.l.c.22.n.19.& c.25.n.14.& ſeq.Cauallos pleniſsime in com.op.q.362.& Farin. in prax. crim. p.1.q.81.n.110.& ſeqq.multis & p.5.q. 125.n. 420.H.Piſtor.eleganter.4.qq. Iur. 16. numer.9.*

5. † Ratio dubitandi varia eſt,& primò quidẽ ex eo,quod ſi teſti vel ſeruitus vel macula aliqua alia obijciatur, iſq; excipiendo vel replicando dicat,ſe aut manumiſſum aut famæ reſtitutum eſſe: videtur vtique intentionem obiectionemque aduerſarij, adeoque ſeruitutem & maculam, confiteri, niſi legitimis documentis ſe vel manumiſſum vel reſtitutum eſſe probet. *Auth.ſi teſtis productus dicatur.C.de teſt.*Secundò ex eo, quòd reus excipiens videtur velle litem euitare,*l.1.ff.de tranſact.*Et ideò quemadmodũ teſte Iulio Paulo, is intelligitur confiteri crimen,qui paciſcitur,*l. quoniam.ff. de his. qui not. infam.*& vt ait Vlpianus,*l.in fiſci.ff.de iure fiſci.* tranſigens cum delatoribus, habetur pro confeſſo: ita quoque & excipiens confiteri videtur.Tertiò à ſufficienti partium enumeratione & diuiſione. Excipiens enim aut credit exceptionem eſſe veram, aut credit eam eſſe falſam. Si credit eam eſſe veram, ergo habet vim confeſſionis, quia ſic credit, & nemo præſumitur dicere quòd non cogitat.*l.Labeo.ff de ſuppellec. legata.*Sin autem credit eam eſſe falſam, committit periurium, & venit contra iuramentum calumniæ, ſub quo continetur capitulum de veritate dicenda, deque non vtenda falſitate,*auth in iſto C de iuram.calum.*videturque excludi ab hac allegatione, quæ propriam turpitudiuem contineret. Quartò ex eo, quòd priuatio præſupponit habitum.*l.decem.ff. de ſolut.* Et ideò qui excipit per ſolutionem ſe liberatum eſſe, videtur præſupponere & confiteri quod antè debuit: quia non poteſt eſſe liberatio,vbi non fuit vinculum & obligatio,& non poteſt deſinere eſſe,quod non aliquando incepit,*c.quod verò 32.q.2.*inductaque ad vnum finem conſequentis neceſſariæ virtute, contrarium operantur.*l.cum ex orat.ff.de excuſat. tut.* Vnde & Baldus exiſtimat,eum qui exceptionem compenſationis obijcit, videri debitum confeſſũ eſſe.*in l.Papinianus C.de ſent.&c.*[*pulchrè Pacian.d. c.22.n.19.vide tamen Borel. d. ti. 46.n.24 & n.160. 161. poſt multos ib. relatos.*] Quintò ex eo, quòd reis conuentis diſſuadet Imperator,ne confugiant ad exceptionum ſubſidia,niſi exiſtiment agentis intentionẽ probari poſſe,*l.ſi quidem. C. de except.* indicans ſcilicet, quod vel confeſſionis vel aliud aliquod ſimile præiudicium ex exceptione infertur,quantumuis hoc agat reus,vt actorem à ſe repellat.Sextò ex eo,quòd Paulus ait, quod is qui dicit ſe ſoluiſſe,debet probare quod debitum non fuit, vt condicat, quaſi tacitè confiteatur debitum præceſſiſſe, ſi contrarium non probet. *l. cum de indebito ff.de prob.*Septimò ex eo,quod vbi quis excipiendo dicit ſe procuratorem datum reuocaſſe,actor ſuper illa reuocatione tamquam ſuper verâ confeſſione poteſt ſe fundare. *c. ex parte decan.de reſcri.*Octauò ex eo,quòd qui excipit ſe abſolutum eſſe à vinculo excommunicationis, recognoſcere videtur iuxta actoris intentionem, quòd priùs excommunicatus fuit.*c.venerabilem de elect.*Poſtremò ex eo,quòd per exceptionem initæ tranſactionis ſuper iuriſdictione capellæ, Epiſcopi actoris intentio contra monachos reos fundata eſt,*c.præterea ſecundo de tranſact.*

† Ratio verò decidendi eſt, quòd exceptio opponitur ad excludendum ius actoris:*l. 2.ff. de excep.* ideoque non debet contrarium effectum operari:*l.legata inutiliter.ff de leg.*1.quia ſi per exceptionem actor dicere poſſat, reum fateri eius intentionem, eadem exceptio produceret duos effectus contrarios, vnum ſcilicet excluſiuum intentionis agentis, alterum verò corroboratiuum eiuſdem,*Rom. dict. loco.* quod eſſe non debet,*l.qui hominem.§.fin.ff.de ſolu.*quia limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris ff.de acq.rer. dom.* & reus limitat ſuam 6.

excep-

exceptionem hac conditione, ſi actor probauerit ſuam intentionem. Rurſum verò, reus & actor debent ad paria iudicari. *l. fi. C. de fruct. & lit. expenſ.* [*vide D. Peck. ſup. in c. in iud. per dot.*] Et ideò ſicut actor non videtur in iudicium deduxiſſe id, quod non ſentit, ſed ſtatur eius declarationi: *l. ſolemus. l. ſi quis intentione ff. de iudiciis.* Ita quoque & reus non cenſetur in iudicium deduxiſſe id, quod proſit actori, maximè cùm regulariter reorum natura ſit fugere. *ca. cum cauſam. de probat. c. prout de dolo & contumacia.* Denique per confeſſionem inducitur tacita litis conteſtatio. *cap. 2. de lit. conteſt. lib. 6.* Vnde ſi excipiens videretur confiteri, induceretur litis conteſtatio, quod dici non poteſt. Etenim is qui opponit exceptionem, non videtur velle litem conteſtari; ſed litem dirimere, & à limine iudiciorum actorem repellere. [*vide Treutl p. 2. d ſp. 26. th. vlt. ſub lit. d.*] Non obſtat autem prædictis prima dubitatio: quia hæc regula, teſte Saliceto, *in d. auth. ſi teſtiũ.* & Imola, *in d. l. decem.* in exceptionibus quæ proponuntur ad excluſionem actoris, locum habet, non in exceptionibus concernentibus habilitatem teſtium aut eorum reprobationem; quæ longè minoris ſunt præiudicij & momenti. Minùs enim præiudicium eſt in eo, quod teſtis repellitur à teſtimonio, quàm quod reus excipiendo præſumptiuè confeſſus, condemnaretur.
7. † Et cùm is, qui dicit ſe manumiſſum, petat indirectè ſe, vt talem, admittit ad deponendum: æquum eſt eum probare, ſe eſſe talem. *l non ignorat C. qui accuſ. non poſſunt.* [*Pacian. d. c. 22. num. 37. verſ. ſeptima.*]
8. Sed nec ſecunda mouet dubitatio. † Si enim tranſigitur in caſu à iure conceſſo, vt in crimine ex quo pœna ſanguinis infligitur, quia ius permittit, vt quiuis ſanguinem ſuum redimat, ea ratione tranſigendo & paciſcendo, non dicitur quis impoſitum crimen confiteri, neque oritur contra eum indicium aliquod ſufficiens ad torturam. Si verò tranſactio eſt facta in caſu, in quo non ingeritur pœna ſanguinis, vel alio, quo à iure tranſactio non conceditur, vt eſt in crimine adulterij: tunc facit indicium, & habet vim tacitæ confeſſionis, *d. l. quoniam. & l. in fiſci ff. de iure fiſci.* quod & Hypolitus, *d. l. num. 78. & Blanchus in repet. l. fin. ff. de quæſt. num.* 305. cum alijs probat. Ideoque & Iaſon. *in l. tranſigere Cod. de tranſact.* multas ſuggerit cautelas, per quas tranſigens non dicitur crimen confiteri. *Gail præclarè* 1. *P. P.* 11. *num.* 13. *& ſequentibus &* 2. *P. P* 18. *num.* 1. *Treutl. p.* 1. *diſputat.* 7. *Theſ.* 5. *latiſſimè Farin. in prax. crim. p.* 1. *quæſt.* 4. *& ſequentibus. Gabriel. concluſione* 23. *lib.* 7. *Padill. & Schneid. in rep. & pulchrè in l. tranſigere.*]

Tertia quoque obiectio inanis eſt, propter inſufficientem partium enumerationem, quia inter ſcire aut credere, & ignorare vel non credere, dubitatio quodammodo media eſt, *l fi. C. de condic. indeb.* vel ſanè ſi ad alteram partem deflectere videatur, magis conformis eſt ignorationi. *Hoſt. & Felyn. ad c. ſi diligent. de præſcript.*
† Et ideò dicimus dubitantẽ non cenſeri malæ fidei poſſeſſorem eſſe, quaſi ignoret rem à ſe poſſeſſam alienam eſſe. [*v. D. Peck. ſup. in c. poſſeſ. mal. fid.*] Deinde verò non ſequitur, credit & ſcit ita eſſe, ergò fatetur ita ritè eſſe: poteſt enim credere quatenus facti eſt, & quatenus iuris eſt, negare, veluti ſi dicat, Credor te ſtipulatum eſſe de facto, ſed nulliter & contra ius. Verba autem exceptionis, ad fauorem rei trahuntur, & in dubio potiùs ad factũ referenda ſunt. Quartò non obſtat argumentum de priuatione ad habitum. Nam (vt ait Iaſon *in d. l. decem. n.* 49.) regula illa communis in contrarium adducta vera eſt, quando citra dubitationem conſtat de priuatione, veluti ſi abſolutè fateretur reus ſe ſoluiſſe, & non objjceret ſe allegatæ conuentioni. Aliud eſt, quando excipiens non ſimpliciter admittit & confitetur priuationem, vt hic: ubi licet dicat, ſum liberatus, quia tamen negauit conuentionem, videtur ſic oppoſuiſſe liberationem, ſi actor probaſſet obligationẽ. Cùm enim multi debitores ſoluentes indebitum, liberentur de facto, nullo vero debito præcedente, ſanè ex hac ſimplici verborum locutione, neceſſariò non infertur, aliquod iuris vinculum anteceſſiſſe. *Angel. inſtit. de except. paulò poſt princip.* [*pulchrè Pacian. d. c.* 22. *n.* 11.] Pari modo quinta dubitatio non mouet. Nam vt teſtis eſt Romanus, *in d. l. quin mulier. n.* 22. non ideò ſuadet Imperator exceptionem non proponi, quaſi inducat confeſſionẽ, ſed ne reus ſuſcipiat in ſe difficultatem probandi eandẽ. Quomodo & alibi dicit Iureconſultus, prudens litigator diligenter in primis diſquirere debet, an rem ſuam poſſeſſorio iudicio, in quo leuiores probationes requiruntur, recuperare poſſit, quàm intentando rei vendicationem, ſubijcere ſe difficulati probandi dominium, † cuius probatio, 10.
amiſſis inſtrumentis, aut mortuis teſtibus, difficillima ſæpè eſſe ſolet, *l. is qui. ff. de rei vendic.* [*conſ. D. Peck. inf in cap. in pari.*]

Sed nec ſextò obſtat, quod Iulius Paulus reſpondit, eum qui dicit ſe ſoluiſſe, probare oportere quod debitum præceſſit. Loquitur enim non de excipiente, ſed de agente & pecuniam ſuam tamquam indebitè ſolutam condicente, & quidem contra iuris præſumptionem: quæ eſt, quod nemo præſumitur ſoluere quod non debet, *d. l. cum de indebito. q.* adeoque id fit non propter tacitam confeſſionem, ſed propter iuris præſumptionem, quæ ſi reo excipienti aduerſatur, regula noſtra, teſte Zaſio, *in d. l. non vtique,* locum non habet. [*Pac. d. l. num,* 19.] Veluti ſi is, qui viſus eſt ſanguinolento gladio illas ædes exire, in quibus latrocinium recenter admiſſum eſt: excipiat verum id quidem eſſe, ſed tamen ſe latrocinium non feciſſe. Deinde verò, quod ſeptimo loco de procuratoris confeſſi reuocatione objicitur, nihil eſt: quia poteſt actor ſuper facto exceptionis ſe

ſundare, quatenus de iure rei nihil diminuatur. *Dd. ad d. ca. ex parte decani.* Quod autem de abſolutione excommunicationis proponitur, admodum difficile & controuerſum eſt. Exiſtimant enim alij, in propoſito negotio eum qui petebat abſolui, expreſsè excommunicationem confeſſum eſſe. Alij verò, quòd ſolennis & iudiciaria abſolutionis petitio, confeſſionem continet. ſed ea de re exactiùs tractat Alciatus, quem vide. *ad l. 1. ff. de noui. oper nunciat.* [*vide Pacian. dict. l. n. 25. & Gail 2. P. P. 18. n. 22.*] Poſtremò etiã non mouet, quod de tranſacta iuriſdictione allegatur. Quando enim excipit reus ſeparatim à præcedente confeſſione, eadem confeſſio videtur fuiſſe repetita: veluti ſi dicat, Fateor me mutuum accepiſſe, ſed dico me ſoluiſſe, & antè mutuũ confeſſus non eſſet, id quòd eleganter explicant D. Antonius, Imola & Panormitanus. *in d. c. cum venerabilis.* [*pulchrè Pac. d. l. cap. 24.*] Illud addo, quod licet quidam arbitrantur huic regulæ locum non eſſe, ſi actor acceptet exceptiones rei, contra hos tamen pulchrè diſputat Baldus, ad quem remitto. *ad l. alia C. de his quib. vt indi.*

REGVLA LXIII.

Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

1. *Contra ius fieri quid dicatur.*
2. *Contra ius quæ fiunt, an ſint ipſo iure nulla.*
3. *Statutum prohibens exceptionem, quomodo ſit intelligendum.*
4. *Teſtis inimici reconciliatio, an confirmet eius dictum.*
5. *Ampliationes huius regulæ.*
6. *Regula ſi non valet vt ago, &c. quomodo accipienda ſit.*
7. *Statutorũ verba accipi debent cum effectu iuris.*
8. *Confirmatio ſine confirmabili nihil eſt.*
9. *Facto proprio an liceat contrauenire, & quando.*
10. *Rationes dubitandi.*
11. *Voluntas non ſecuto effectu, an puniatur.*
12. *Ratio decidendi.*
13. *Lex nihil fruſtra facit.*
14. *Rectores prouinciæ quare in prouincia vxores ducere non poterant.*
15. *Iuris poteſtas eſt circa ea, quæ ſũt iuris, nõ facti.*
16. *Dominium an & quando ex contractu prohibito transferatur.*

QVoniam totius mali publici ſeminarium eſt, quod iuſtitiæ, quæ in legibus relucet, aduerſatur: & indignus eſt legis auxilio, qui in legem committit: æquiſſimè ſanè conſtituitur, quod pro infectis haberi debent ea, quæ contra ius committuntur. † Contra ius verò
1 fieri dicuntur ea, quæ contra iuris formã fiunt, veluti quod teſtes parte non vacata producantur. *c. 2. de teſtib.* quod ſententia contra ſolitum iudiciorum ordinem proferatur: *l. prolatum de ſentent.* quod res eccleſiæ ſeu pupilli abſque decreto alienentur. Deinde verò contra ius fiunt, quæ menti legiſlatoris reſiſtunt: quia is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. *cap. vlt infra eod.* Sed an contra ius fieri dicatur id, quod ſine iure vel lege fit, diſputatum fuiſſe inuenio. *in c. in geneſi. de elect.* Baldus enim aſfirmat, *in l. non dubium. C. de legibus.* Iaſon dubitat, & ſanè non abſque ratione dubitat, cum plæraque reperiantur abſque expreſſa lege, quæ ea vel prohibet, vel approbat, ſicut & hodie lex profligatam inhoneſtarũ mulierum pudicitiam neque publicè punit, neque palam approbat, ſed tantùm conniuet, & earum ſcelus ſine lege, atque extra legis pœnam, relinquit.

Pro infectis. Anceps & dubia exurgit hîc quæſtio, quæ multorum ingenia fatigauit. † 2
An ea, quæ contra ius fiunt, ſint ipſo iure nulla, an potius ope exceptionis tantùm. Quæ quidem quæſtio plurimum vtilitatis habet: quia quod ipſo iure nullum eſt, titulum præſcribendi non præſtat, *Hoſti. & Ioan. Andr. in capite 1. his quæ fiunt à prælat.* vel ſi præſtet, vt quidam voluerunt, *in cap. cura. de iure patronat.* vtique litis ingreſſum ab initio impedit: *l. ſi pupilli ff. de neg. geſt.* & ne iudicium quidem facit: quia confeſſio clerici de delicto admiſſo coram iudice laico facta, iudicium non parit, *cap. at ſi clerici. de iudiciis. & ibi Felyn. Bald. in cap. præſentium. de teſtibus.* † & ſi ſtatuto pro- 3
hibetur, ne obiiciatur exceptio contra inſtrumentum, non intelligitur de ea, quæ oſtendit ipſo iure inſtrumentum non valere. *Bald. ad l. ſi non ſortem. ff. de condic. indeb.* Et quamuis dominium ſine traditione non transferatur. *l. traditionib. C. de pactis.* excipitur tamen, quando ipſo iure poſſeſſio transferatur. *l. commiſſa. ff. de publ. & vectigal.* (*vide Gail. 2. P. P. 3. n. 19.*) Rurſum verò, ſi actus eſt ipſo iure nullus, quidam exiſtimant, quod amoto etiam impedimento, non confirmabitur, ſecus autem ſi ſit nullus ope exceptionis, vt ecce: Si excommunicatus in teſtem producitur, & ante depoſitionẽ abſoluatur, ipſo iure non valet productio, ſequens abſolutio nihil confirmat: † Sed 4
ſi inimicus contra me producatur, & ante depoſitionem reconcilietur, valet eius depoſitio, & confirmatur illius productio: quia inimicus non ſic prohibetur produci in teſtem ipſo iure, ſicut prohibetur excommunicatus, ſed tantùm ſi aduerſarius excipiat, & dicat eum inimicum eſſe. *Bald. in c. quoniam contra de probat.* Adde quod cùm ipſo iure actus tollitur, iudex ex officio poteſt & debet repellere agentem, & abſoluere reum, eo non petente, (*v. Gail 2. ob. 17. n. 3. & 2. P. P. 12. n. 13.*) non etiam ſi ope exceptionis tantùm: & ſi iudex id non facit, tacitus proceſſus illius non confirmat talem actũ ipſo iure nullum. *glo. & Dd. in c. 1. de reſcript. in 6.* [*Gail d. ob. 17. num. 3. verſ. ergo. & de pign. ob. 5. n. 12.*]

5.*n.*12.] Sed hac de re plurima tradit Tiraq. *ad l.ſi vnquam ad verb.reuertatur.C.de reuoc. donat.*& inter hæc quinquaginta ſex differentias atque vtilitates conſiderat, an actus ſit ipſo iure nullus,nec ne [*v.omnino Gail* 2.*P.P.* 3.*per tot.&* 2.*ob* 24.*num.* 4. *VVurmſ. in pract. ob. tit.* 56.*obſ.*3.*& omnium ampl ſsimè Cald.de empb.li.* 4.*c.*17.*num.*1.*& ſeqq.& lib.* 3. *c.* 10. *num.*42. *Hering.de fideiu.c.*25.*n.*103.*& ſeq.Gutier.in rep. l. nemo, num.* 145. *& ſeqq.*] Congruit tamen, quod iſtiuſmodi actus ad inſtantiam partis per iudicem declaretur nullus,ſicut & in alijs omnibus. *Bart.in l quæ ſub conditione.ff.de cond. & demonſt.* & licet non requiratur ſententia quæ irroget pœnam:requiritur tamen ea, quæ declaret,actum factũ aut commiſſum eſſe, ex quo ipſo iure pœna illata eſt,*l.eius qui.ff.de iure fiſci. Tiraquellus.d.loco.n.*318. eaque ratione intelligi debet id quod dicitur, quod quando actus ipſo iure annullatur, vel ad fauorem partium, vel ad fauorem publicum; eſt nullus etiam abſque partis aduerſæ oppoſitione. *gl. in c. ſtat. de reſ.l.*6.[*lat.Caldas d.cap.*17.*num.*4.*cum mult. ſeqq.& d.cap.*10.*num.*49.*Gail d.c.*3.*num.* 3. *& ſeqq.&* 1.*obſ.n.*8.*& ſeq.& ob.*17.*n.*9.*&* 2. *obſer.*51.*per tot.& ibid.Greu.Chaſſan ad conſ.Burg. rub.*3.§.8.*v.commiſe,& v.ſans le conſet.Borell. in ſumm.deciſ.titulo* 33. *numero* 86 *& ſequentibus & num.*184.*& ſequentib.& n.*358.*& titul.*34. *num.*373.*& ſequenti.qui infinitos allegat.*]

Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat in iis, quæ fiunt tam contra ius municipale ſtatutarium, ſeu conſuetudinis, quàm contra ius ſcriptum & commune. *Archidiacon. in c.Imperiali.*25.*q.*2. *Bald. ad d. l. non dubium.* [*Vaſq.de ſuc.creat.*§.4. *ſub.num.*4. *vbi etiam vide per tot.*]Neque ex aduerſo mouet, quod regulæ iſtius conſtitutio videtur eſſe pœnalis, & quod proinde non ſit amplianda, ſed reſtringenda,*c. odia. ſup. eod.* quia pœna nullitatis actus non eſt proprie pœna, cùm non ſit diminutio vera patrimonij vel iuris quæſiti, *gl. in cap.*2.*de conſtitut.*aut ſi ſit pœna, *Bartolus in l. turpia ff. de legat.* 1. certè etiam in pœnalibus fit extenſio, quando vel fauor publicus vel identitas rationis (vt hic) illud poſtulat, vel requirit. *latè Præſes in loco à ratione legis larga* [*vide Dominum Peckium,ſup.in capit.in pœn. ſub num.*8.]

Amplia ſecundò, vt procedat non ſolùm reſpectu iuris quod poſt hanc regulam inductum & ſtatutum eſt,verum etiam vt referatur ad omnia iura vetera,quæ anteceſſerunt: quia quamuis natura & officium legis ſit futura reſpicere, non ſe ad præterita referre. *l. leges* 2. *C.de legibus.*hoc tamen intelligitur, quando lex aliquid de nouo conſtituit, non quando mentem antiquarum legum declarat, *Caſt. ibi.* vt hic,vbi hæc regula in effectu declarat mentem legiſlatorum hanc fuiſſe ſemper, vt irrita forent omnia,quæ contra ius fierent quacunque ratione.[*pulchrè Gail* 2.*obſ.*9.*n.*6.*Caldas. de iu. emph.lib.*3.*c.*11.*n.*15.16.*Mornac. in d. l. leges.*]

Amplia tertiò, quod licet communis ſit in iure regula. † Si non valet vt ago,valeat quantum valere poteſt,*Dd. ad l.*1. §.*ſi quis ita ff. de verb.oblig.*tamen ſi fiat actus lege prohibente, ſane ſi non valet vt agitur (vt certè non valet) non poterit valere alio vllo modo. Ideoque Zaſius *ibi num.*30.Si (inquit)filius famil. teſtatur patre conſentiente, iſte eſt actus vitioſus à iure prohibitus, vnde non poterit quoque valere, vt fideicommiſſum vel donatio cauſa mortis. [*eleganter.Peck.de amort.c.*9. *ſub. n.* 3. *verſ.& quoties.Caldas de iu.empb.lib.*2.*q.* 10. *n.* 40.*Vaſq.d.l.n.*2.] Amplia quartò, quod iſtiuſmodi actus habetur fictione iuris perinde atque ſi nunquam eſſet celebratus. Etenim omnes contractus ſunt facti, *l. conſilio ff. de curat. furioſi.* & licet facere non poſſit, quin ea quæ ſunt facta, verè ſint facta: poteſt tamen diſponere,*l.in bello,ff.de cap.*vt fingantur & habeantur atque ſi facta non eſſent, quantum ad effectum iuris,[*Peck.d.l. verſ. cæterum, & verſ. ſed omnium.& verſ.& quia.*] Recte igitur Fulgoſ. monet,*in d.l. non dubium.* † ſemper eſſe intelligenda verba ſtatutorum cum effectu iuris,*l.* 1. §.*hæc verba.ff.quod quiſq; iuris* [*conſ.*1. *D. Peck. ſup.in c.odia.n.*1. *cum ibi conc.*] & quod ideo ſi ſtatutum velit ex contractu quid præſtari principi,non intelligi de contractu inito contra legem,quod & Baldus probat.*ibi.*

6

7

Amplia quintò quod ex eiuſmodi actu non naſcitur naturalis obligatio:[*v.Vaſq.d.lo. num.* 50.*D.Peck.de amort.c.*9.*ſub.n.*3.] quia cum illi obligationi accedere poſſit fideiuſſor, *l.* 1.*ff. de fideiuſ.* contractui tamen per legem reprobato non poteſt:*l.cum lex.eo ti.*[*pulch.lateq; Herin.de fideiu.c.*10.*n.*35.*& ſeqq.*]Quin etiam lex naturæ iubet nos obedire Principi,*l. veluti. ff. de iu.& iu.*& qui contra iura ſcienter faciunt, non tam conſentire, & ſic naturalem obligationem conſtituere, quam ridere videntur, *l.non ſolum.ff.de act.& obl.*& ſi interdictio bonorum à iudice facta eam obligationem impediat, vt crebriore calculo exiſtimatur. *in l.is cui ff.de verb.oblig.* vtique multo magis ipſius legius prohibitio, quæ fortior eſt, impedire poteſt. Sunt tamen qui dubitant, an hæc per omnia vera ſint: quia actus ciuilis naturalem obligationem tollere non poteſt, §. *ſed. naturalia inſtit.de iure nat. gent. & ciui.* & proinde is qui verè eſt debitor,non liberatur obligatione, quantumuis iudicis ſententia abſoluatur *l.Iulianus ff. de cond. indeb.* Sed hic ſedulo obſeruare oportet, quod licet lex ciuilis naturæ vinculum tollere non poſſit, poſtquam eſt in eſſe deductum.*d.l.Iulianus.* ante tamen poteſt eius effectum impedire.*l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. Iaſon.in d.l.non dubium. num.* 8. quod exacte tradidit Alciatus, quem vide.*ad l.pacta quæ contra.C.de pac.n.*49. eoque etiam pertinet, quod in iſtis nec pacti quidē exceptio tribuitur,*l.contra iuris ff.de pact.*

Attamen quando lex inducit certam ſolemnitatem, quæ poſt actum celebratum interuenire debet, certe etiam ſi actus fiat, & illa ſolemnitas non ſeruetur, non propterea habetur pro infecto. Imò eo caſu, ſi lex expreſſe diſponeret, quod actus in contrarium factus non valeret, intelligeretur inducta nullitas non ipſo iure, ſed ope exceptionis dumtaxat, ſtante vinculo naturali & ciuili. *Præpoſ. & Dom.nic.in ca.vides.* 10. *diſtinct.* Nam quando ſolemnitas poteſt interuenire poſt actum, nunquam dicitur eſſe ſubſtantialis. *l.ius publicum ff.de pact.* [*v.omnino Gail* 1.*obſ.*124.*n.*45.*& ibi Greu.Mynſ.in §.ſed cum inſt.d.teſta.Tiraq.d.l.verb.reuert fall.*15.]

Amplia ſexto, quòd huius regulæ conſtitutioni, nullis priuatorum pactis derogari poteſt: quia iuri quod pro ſe introductum non eſt, renuntiare non licet, *c. ad apoſtolicam de regula.* [*Gail* 1.*ob* 40.*n.*7.8.*& ſeqq. Peck.* 2. *de teſt.con.vl.n.6.*] & nemo facere poteſt (inquit Pompon.) ne leges in ſuo actu locū habeant. *l. nemo poteſt.ff.de legat.*1. [*vbi præclare ac pleniſſime Gutier. quem omnino ad illuſtrationem huius Regulæ vide. Gail.*2.*obſ.*145.*ſub numer.*11.] Vnde prohibitus poſtulare, etiam volente aduerſario non recte poſtulabit, *l. quod prohibet. ff. de poſtulando.* [*vide Mornac. in l. mutus de pro. & in d.l.non dub.*] nihilque iure agitur, cum quis iuri ſanguinis renunciat, aut cum pater proprium filium alienat. *l. ius agnationis.ff.de pactis.* Neque ex aduerſo turbat, quod Barbat. *conſil.* 12.*lib.*1. ſibi tamen contrarius, *conſ.* 43. *eo.lib.* ſolo nouandi ſtudio ductus, ideo iactitat hanc ampliationem eſſe falſam, quod Vlp. etiam ijs ferijs, quibus lex à foro otium eſſe iubet, renunciari poſſe ait, *l.*1.*ff.de ferijs.* Neque enim animaduertit, quod Vlp. loquitur de ferijs, non quæ introductæ ſunt in honorem ſupremi numinis & Dei aut ſanctorum, ſed de ijs quæ in vtilitatem hominum adinuentæ ſunt, cuiuſmodi ſunt feriæ meſſium & vindemiarum, quibus lex non quidem preciſè iudicium vetat, ſed ita, ſi modo partes non conſentiant, quarum conſenſus in reliquis quæ ad diuinum honorem pertinent, nullus eſſe poteſt, [*Gail* 1.*obſ.* 53.*n.*16.17.*D.Peck.de iu.ſiſt.cap.*12.*num.*3. *& ſeqq.*]

Amplia ſeptimo, quod ſicut nihil operatur in his renunciatio, ita nec confirmatio quoque priuatorum quicquam poteſt: *gl.in cap.cum nos iam pridem de his quæ fiunt à prælat.* quia non plus poteſt ſuperueniens ratificatio, quam præcedens conſenſus, cui adæquatur, *c. ratihabitio. ſup.eod.* & confirmatio (inquit Baldus *ad. l. falſus. C. de furtis.*) non producit ſuum effectum, quando non inuenit obiectum, circa quod operetur, quodue confirmet. † & confirmatio ſine confirmabili non valet, neque è conuerſo.
8. *idem Bald.in l.*2.*C.de lib.præteritis.* præterquam ſi Princeps iuſta ratione motus, aliud velit, quo caſu non tam confirmare, quam de nouo tribuere videtur, *Decius ad rub. de confir. vtili & inutili.* [*vide D. Peck. ſup. in c.ratum n.*5. *in fin.& c.ratib.c.rca fin.cum autor.ibi concord. & de amort.c.*21.*n.*1.2.*& c.*10.*ſub n.*1.*dide quoque Gail* 2 *ob.*2.*per tot.& ibi prolixe Greu.*]

Amplia octauò, quod vbicunque actus contra legem factus eſt, nec ſacramenti quidem religione confirmatur, *d. l. non dubium. in fine.* ſi modo ex eo hic actus reprobetur, quod eſt aduerſus bonos mortes, vel contra publicam vtilitatem, *c.non eſt obligatorium ſup. eodem.* [*vbi lat D. Peck.cum autor. ibi concord.*] vt cum inducitur votum captandę mortis: cum adimitur libera teſtandi facultas: cum contrahitur aduerſus Macedonianum. Aliud eſt, cum quid principaliter fauore priuato introductum eſt, & conſequenter tantum in vtilitatem publicam vergit, vt cum mulier fundum dotalem aduerſus legem Iuliam alienat. Tametſi enim alienatio ſit ipſo iure nulla, accedente tamen iuramento confirmatur. *c.cum contingat. de iureiur.* [*Gail* 2.*ob.*42. *num.* 8. *& ob.* 147.*prin.*] Sed plura de his Alciatus, quem vide. *ad d. l. pacta.* [*D.Peck.pulchre de amo.c.*10. *per tot.*]

Amplia nonò, quod licet nemo poſſit regulariter facto proprio contraire, *l. poſt mortem ff.de adopt.* aut propriam turpitudinem allegare: *l.mercalem. C. de condi. ob turpem cauſam.* tamen quando actus eſt factus contra legem, tunc licitum eſt contra factum proprium venire, & propriam turpitudinem allegare, *Barto ad d.l.poſt mortem. Baldus ad d l.non dubium.* [*v. ſup.D.Peck.ad re.*21.*n.* 10. *ver. Quinto. & ti. de amort.c.*14.*per tot. & ſup. in ca.non eſt obl. n.* 6. *ampl.*7.] vnde & maritus ipſe rem dotalem, & Prælatus rem eccleſiæ à ſe alienatam, repetere poteſt *Dd.ad l.cum vir.ff. de vſura late Hypol. ad §.*1.*inſt.quib. alte.non licet.* 9.

Amplia decimo, quod quando actus ſit contra ius, & eſt ipſo iure nullus, ſtatim ex eo tempore debent fructus reſtitui, non expectata petitione aut litis conteſtatione: *gl. & Ang. ad §.*1.*in auth.de inceſt.nuptijs.Bal.ad authen.inceſt. C.eod.* quia qui contra iura mercatur, vel contra leges facit, bonam fidem habere non præſumitur, *ca.qui contra eodē.* [*& ibi præclar Peck.*] & cum ex facto proprio ipſius reſoluatur, perinde eſt, atque ſi vere foret malæ fidei poſſeſſor, id quod pulcherrime explicat Tiraquellus. *ad l.ſi vnquam ad ver.reuertatur.n.*219. [*D. Peck. pulchre de amort.cap.* 15. *num.* 4. *&* 5. *Menoch. rec.poſſ.rem.*15,*num.*633. *& ſeqq.*] Amplia vndecimo, quod quando lex vel ſtatutum prohibet fieri actum vel contractum, licet non procedat vltra annullando, tamen eſt actus nullus: quia lex prohibitiua ſimpliciter loquens, ſemper cenſetur habere clauſulam annullatiuam actus, & ita non eſt neceſſe, quod lex vltra annullet. *Iaſ.in d.l.non dubiu nu.*8. [*Vaſ. di. lo.n.*16.]

Amplia duodecimo, quod ea quæ fiunt cōtra ius, cedi non poſſunt. *Roma.conſil.*484.*Tiraq. de retract.§.*26.*glo.*1.*n.*56.

Poſtre-

Poſtremo amplia hanc regulam, quod etiam in foro conſcientiæ obſeruanda eſt, qua de re etiam pluribus verbis agit, & aliquot reſtrictiones proponit Tiraquellus, *d. loco num.* 263. quas omnes hoc loco referre tempus non patitur.

10. Ratio dubitandi multiplex eſt & varia. Et primo quidem ex eo, quod multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. [*vid. Peck. de iu. ſiſt. c.* 17. *num.* 5. *& ſeqq.*] *Non eſt dicenda ſub conditione ſententia*, (inquit Vlpianus) *ſed ſi ita fuerit dicta, tenet. l.* 1. §. *biduum. ff. quando appel ſit.* Lex decuriones in metallum damnari, furcæ ſubijci, viuos exuri vetat: ſi tamen ſententia huiuſmodi fuerint affecti, conſiſtit, & non proprio motu iudicis, ſed tantum authoritate Principis, pœna vel remittenda vel commutanda eſt: *l. moris. §. ſed enim. ff. de pœ.* Ad tempus relegatis, neque omnia bona; neque partem adimi debere reſcriptis quibuſdam manifeſtatur: non tamen infirmantur ſententiæ, quæ aliter ſunt prolatæ. *l. relegator. §. ad tempus ff. de interdict. & relegatis.* Epiſcopo extra prouinciam aliena altaria conſecrare non licet, quòd ſi fecerit, altaris conſecratio rata manet. *c. epiſcopus* 1. 7. *quæſt.* 1. Denique poſt ſimplex votum, contra legem coëunt nuptiæ, & tamen contractus matrimonij tenet. *ca. nuptiarum.* 27. *quæſt.* 1. Secundo ex eo, quod ad ius ciuile quod attinet, ſerui pro nullis habentur, *l. quod attinet ff. de reg. iur.* & ſicut in omnibus officijs, quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, interuenire non poſſunt, *l. in omnibus officijs eod. tit.* ita quoque neque prætores neque iudices fieri permittuntur. *l. cum Prætor. §. fi. ff. de iudic.* Reſpondit tamen Vlp. ea rata atque firma manſiſſe, quæ à Barbario Philippo, ſeruo quidem fugitiuo, ſed tamen prætore, decreta fuerant. *l. Barbarius. ff. de offic prætoris.* Pari modo, lex vetat excommunicatum procuratorem fieri, *c. poſt ceſſionem de probat.* actus tamen per eum factus valet, ſi non publice denunciatus fuerit. *late Felyn. ad c. ad probandam. num.* 8. *de ſent. & re iudic.* Tertiò, certum eſt, quod lex, quæ ſancta & honeſta eſt, prohibet dolum malum committi: *l.* 1. *ff. de dolo.* quia naturali æquitati dolus repugnat. Metus quoque illationem reprobat, quæ ſic liberum eſſe vult in reb. agendis conſenſum, *l.* 1. *ff. de doli except.* vt prætor ſe non habiturum ratum polliceatur, quod metus cauſa geſtum erit. *l.* 1. *ff. de eo quod met. cauſa.* Et tamen ſi dolus committatur, valet contractus, & doli exceptio competit duntaxat. *l. ſi. quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. Si quis cum aliter* (inquit Cõſultus) *conueniſſet obligari aliter per machinationem obligatus eſt: erit ſubtilitate iuris vere obſtrictus, & tantum doli exceptione vti poteſt.* Item quod metu geſtum eſt, niſi metus exceptione iuuetur aut reſcindatur, firmum manet, ita vt ſingulari dotium fauore receptum ſit, *l. ſi mulier. §. ſi metu ff. de eo quod met. cauſa.* quod ſi dos metu promiſſa ſit, non naſcitur obligatio, & dotis promiſſio nulla eſt. §. *ſi dos eadem lege.* Quarto ex eo, quod cum vir dotale prædium aduerſus legem Iul. vendidit, ſcienti vel ignoranti rem dotalem eſſe, venditio non valet: tamen defuncta poſtea in matrimonio muliere confirmatur, ſi tota dos lucro mariti ceſſit. *l. cum vir. ff. de vſucap.* Sic & Gordianns Imperator. *Etſi* (inquit) *contra mandata Principum contractum ſit in prouincia matrimonium: tamen poſt depoſitum officium, ſi in voluntate perſeuerauerint, iuſtæ nuptiæ efficiuntur. l. etſi contra C. de nuptijs.* Eoque etiam pertinet, quod alio loco de confirmatione donationis dicitur, quam Præſes prouincin accipere prohibetur *l.* 1. *C. de contra iudic.* Quinto ex eo, quod ex actu contra legem geſto, & id quod intereſt petitur, & pœna committitur, tantum abeſt, vt pro infecto habeatur. Nam & maritus, qui dotem alienauit, de euictione tenetur, §. *fin. in auth. vt immob ante. nupt. dona. &c.* ſicut & is qui liberum hominem diſtraxit, *Dd. ad l. & liberi. & ad liberi. ff de contrahend. emption.* & licet alteri ſtipulari non liceat, *l. ſtipul. §. alteri. ff. de verb. oblig.* ſi tamen pœna adiecta ſit, committitur ſtipulatio. §. *alteri. inſti. de inutil. ſtipul.* Et quamuis alienatio rei minoris ſine decreto non ſubſiſtat; valet tamen pignoris obligatio, quæ ei accedit, *l. etſi is. C. de præd. minor.* Sextò ex eo, quod omnia maleficia fiunt contra legem. *l. congruit. ff. de offi. præ. l. ita vulu. ff ad l. Aqu.* & tamen non habentur pro infectis, ſed & obligationem, quam ex delicto vocamus, pariunt. *inſt. de obl. quæ ex del. naſ.* 11. †& quod amplius eſt, etiam ſi perfecta non ſint, pro factis & conſummatis habentur, veluti ſi quis cum telo necandi hominis cauſa ambulauerit, licet non occiderit, pœna tamen legis Corneliæ de ſicarijs tenetur, *l. is qui cum telo. C. ad l. Cornel. de ſicar* ſicut & is qui hominem occidit. *Minus quidem dolendum eſt* (inquit Cicero *in orat. pro Milone.*) *re non perfecta, ſed puniendum certè nihilominus.* Septimò ex eo, quod ex inutili & prohibito contractu transfertur & dominium & poſſeſſio *l. & eleganter ff. de dolo.* Donatio enim inter coniuges prohibita eſt, ne mutuo amore ſe ſpolient: *l.* 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor. ſi tamen* (inquit Iulius Paulus) *vir cedat vxori poſſeſſionem cauſa donationis, tranſit in eam poſſeſſio. l.* 1. §. *ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ.* Octauò ex eo quod & lex præcipit & natura dictat, probationes ſententiam præcedere, & tamen valet receptio iuramenti poſt ſententiam, quod ipſum pars & ſpecies eſt probationis. *l. ſi quis iuſiurandum. C. de iureiurando.* Poſtremò ex eo, quod ſicut lex prohibet ex rebus iniquè partis eleemoſynam fieri, *cap immolans.* 14 *quæſt.* 5. nam qui id facit, perinde facit, atque ſi victimam exhibeat filij in conſpectu patris: *ibi.* ita quoque ex rebus furto ſubtractis, & malo more comparatis, res ſacras fieri non permittit: quod ſi tamen factæ ſint, non

non niſi earum æſtimatio domino reſtituetur. *c.comperimus* 14.*q*.6.

12. Ratio autem decidendi eſt, quia quod contra leges fit, (ne legum authoritatem contemnere videamur) per ipſas leges ſolui meretur, *dict.capit.vides.*10.*diſtinct.*& cùm omnia ſint incerta, vbi à iure diſceſſum eſt, vtpote quo ſublato, quid ſuum, aut quid alienum eſt, exploratum ſatis eſſe non poteſt, *Cicero in orat. pro Cecinna.* meritò omnia caſſa & irrita ſunt, quæ ſine lege, & contra legem reperiuntur eſſe facta, vt meritò olim dixerit Caſtrenſis.*in princip. d.l. non dubium.*quod omnes omnino leges non aliter ad hanc regulam confluunt, quàm flumina ad mare. Non obſtat verò his prima dubitatio: quia ad ſententias contra legem latas quod attinet, ſunt qui putant, id earum authoritati concedendum atque tribuendum eſſe, vt etiam aliter quam oportet latæ, non conuellantur. Sed hoc veluti plane erroneum, merito alijs diſplicet. Conſtat enim ſententiam quæ expreſſum iuris errorem continet, ipſo iure eſſe nullam: & *cum contrà ſacras conſtitutiones iudicatur*(inquit Marcellus) *appellationis neceſſitas remittitur.l.*1.*ff quæ ſent.ſine appell.reſcind.* [*vide Gail.de Arreſt. capit.*11. *numero* 16.*&* 2. *P.P.*4.*per tot.*] Alij exiſtimant iure conſultos conſulendo tantum, non etiam neceſſitatem imponendo locutos eſſe. Sed & horum ſententia verbis reſponſorum aduerſatur. Cõmunior itaque ſolutio eſt, quod aut lex ſimpliciter prohibet, & non valet quod ſit in contrarium, vt hic: aut non ſtat in finibus prohibitionis, ſed vltra procedit confirmando, atque vt valeat, conſtituendo, vt in iam dictis reſponſis: & valet, quia non poteſt dici contra legem, quod ab ipſa lege confirmatur. *Alber.col.*3.*in fin. Bal.col.*5.*&* 6.*Fulgoſ.nu.*17.*Iaſon num.*19.*& Faber in d.l.non dubium.* An igitur fruſtra prohibet lex, quod mox contra prohibitionem factum confirmat? Minimè gentium.

13. † Lex enim cum naturam imitetur, nihil fruſtrà agit.*ca.quia fruſtra de vſur.*Quid igitur confirmat quod prohibet? Valet vtique prohibitio in præiudicium iudicis qui aduerſus legem iudicauit, vt vel litem ſuam faciat, vel vt mulctetur. *C. de pœna iudicis qui male iudicauit.* Reſpectu quoque eorum, quibus nihil imputari poteſt, æquum eſt res non magni momenti confirmari, ne maiore ſumptu retractentur. Adde quod plærique arbitrantur, huius regulæ diſpoſitionem procedere in his, quæ ab inſtitutione humanæ legis originem trahunt, non etiam in ſacramentalibus negotijs, quæ ex origine diuinæ inſtitutionis progrediuntur. Mirum itaque non eſt, ſi poſt ſimplex votum contractum, non infirmetur ſequens matrimonium, quia licet ea non conſiſtant, quæ contra ius diuinum fiunt, ipſum tamen cum iure humano collatum, potentius eſt. Secunda quoque dubitatio non mouet: quia ea quæ à ſeruo fugitiuo facta atque decreta fuerant, & ſuperioris authoritate, & vtilitate publica, & communi errore ſuſtinebantur. Licet enim natura ſua, cùm ſeruus eſſet, ius dicere prohiberetur: ſubditi tamen nõ erant prohibiti coram eo ex ſe litigare, nullaque æquitatis ratio patiebatur, vt publica authoritate ſuperioris, & in tam communi omnium errore deciperentur, maloque publico ſubuerterentur tot ſententiæ, quibus partes vltro citroque acquieuerant. Quod & de procuratore occultè excommunicato dicendum eſt. Sic & licet teſtes vel ſerui ſint, vel infames, ſi tamen habebantur & probi & liberi, valebit eorum teſtimonium, id quod in reprobandis teſtibus accuratè obſeruandum eſſe Bart.monet *l.*1.*C.de teſt.*[*vide Dd. in l.teſtes.C.de teſtam.*] Sed nec tertia vrget dubitatio. Verum eſt enim, quod ius ciuile quoad punctum iuris, non conuellit, ſed firmos & validos ſeruat contractus, in quos vel dolus vel metus incidit, & quidẽ maxime, ſi ſtipulatione aliqua fulciantur, ſed exceptionẽ ei tribuit, qui vel dolo inductus, vel metu concuſſus eſt: *l.* 1. *& ibi Zaſ.ff de doli except.*quia lex vltra procedit, & per aliũ modum & aliam viã, ſcilicet per exceptionem ei ſuccurrit. Ideoque ſic ſentiunt ferè omnes, quod hæc regula procedit, quando lex prohibet ipſum actum, & eius ſubſtantiam, vel ex ipſo actu vetat naſci obligationem. Quæ verò in contrarium adducuntur, locum habent quando lex non prohibet actum, non vetat contrahi, ſed bene prohibet contractus effectum. *Alciat.ad d.l.pactæ.num.*40. *Barto.ad l.cũ lex ff.de fideiuſſorib.Iaſon.d.loco.n.*51. Quod ſi quæras quæ ſit ratio, quòd lex magis vno caſu ipſo iure contractum infirmat quàm alio, & quod vno caſu exceptionem requirit, alio non requirit: Exiſtimo legiſlatorem ſubinde nullam voluiſſe oriri obligationem & actionem, vel propter ſcandalum publicum quod inde eueniret, veluti ſi fur qui laqueo dignus eſt, ex improbitate ſua haberet actionem, eamque in iure, hoc eſt in iudicio, publicè proponeret. *l. itaque fullo.ff.de furtis.*vel ad euitandam difformitatem, perturbationem atque incertitudinem in ſententiis, & ordine iudiciorum: *l. prolatam.C.de ſententijs.*vel ob publicam pacem atque quietem, quaſi ſcilicet præſtet, eiuſmodi contractus nullam fieri mentionem, ſed eum potius ſepeliri, cuius memoria non poſſet cum tranquillitate publica refricari. Alibi vero permiſit oriri quidem actionem, ſed eam, quæ per exceptionem elidi poſſet, vel quia acceſſit qualis qualis conſenſus, vt fit in metu, *l.qui carcerẽ. ff.quod metus cauſa.*[*conf.Gail* 2.*ob.* 93.*n.* 4.5.] vel quia hi qui ita contrahunt, ſunt aliquo modo culpabiles, vt fit in filiofamilias, qui mutuum accipit aduerſus SC. Macedonianum. Quod autem quarto loco obijcitur: ex his quæ primo loco diſſoluimus retundi poteſt, eoque magis, quod huic regulæ locus non eſt in his, quæ perpetuam prohibitionis cau-

cauſam non habent, *Præpoſ.ad d. c. vides. n.* 5. quia ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat effectus, *c. cum ceſſante de appellat.* ita vt propter iſtiuſmodi ceſſationem videatur induci diſpenſatio, *Tira. in lib. ceſſante cauſa part.* 1. *num.* 215.
14. quod & in ipſis conſtitutionibus ex aduerſo obiectis obſeruari clarum eſt.† Neque enim ob aliam cauſam vetitum fuit rectores prouinciæ in prouincia vxorem ducere; quam ne eorundem rectorum potentia vim nuptiis adferret, non voluntatem. Depoſita verò adminiſtratione, omnis ille metus in ſubditis, quibus amplius non præſunt, ſublatus eſt, adeoque iſtæ nuptiæ efficiuntur, ſi mulier eiusque parentes, ceſſante metus cauſa, in eadem voluntate perſeuerent. *Connanus libro* 8. *capite* 6. *numero* 6. quod & de donatione, quæ eſt prohibita, dici poteſt. Quod verò de re dotali perperam alienata proponitur, benignam & in ipſa natura poſitam rationem habet, tametſi iuris rigor (vt ſuperius dixi) vtcunque aduerſetur. Non poteſt enim maritus iſte contra emptorem replicare, quod tempore venditionis res fuit dotalis, quia hac ipſa replicatione fraudem & dolum ſuum detegeret, qui nemini prodeſſe debet; & certè improbè nunc faceret, qui tunc cùm poſſit, fidem non ſeruaret. Quod ſi dolo caret, vt quia fortè ſcienti rem vendidit, cui imputari poſſet, cur eam talem emerit? alia tamen ratione adhuc recluditur; quia videtur inter eos actum eſſe, vt ſi aliquando ea res ſua fieret, vtique apud emptorem maneret, maximè cum iam eſſet legis Iuliæ ratio. Et ſic intelligendum eſt quod dicimus, *l. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig.* ſufficere cauſam prohibitionis in initio contractus exſtare, ſcilicet vt procedat, quando vel perpetua cauſa prohibendi ſubeſt, vel ſi temporalis ſit, bonis moribus aduerſatur, quod hîc non eſt. Quintam quoque obiectionem alio loco ſatis diſcuſſimus, *in ca. acceſſorium ſup eod.* & ratio prohibitionis, quæ eſt in principali, neque in eo quod intereſt, neque in exactione pœnæ, eadem reperitur. [*pleniſſimè & elegantèr D. Peck. de amortiz. c.* 20. *per tot.*] Sextò etiam non obſtat id, quod de maleficiis dictum fuit: quia lex facere non poteſt, vt id quod verè factum eſt, infectũ fiat, nec è diuerſo, *l. in bello §. facti. ff. de capti.* & licet tam turpi & flagitioſo facinori, aut generaliter aut ſpecialiter effectum aliquem non tribuat: ipſum tamen factum pro infecto non habet, odio delinquentis, vt puniatur. *Fulg. d. loco n.* 14. [*vide plenè Gail.* 1. *P. P.* 14. *per tot.*] Sed & ſeptima quoque dubitatio eadem ratione, quo ad poſſeſſionis articulum, diluitur, quia ius ciuile, ea quæ facti ſunt, vt eſt poſſeſſionis traditio, *l. ſi ſtipulatus ff. de vſuris.* infirmare non
15. poteſt. † Iuris enim poteſtas, circa ea quæ iuris ſunt, non circa ea quæ facti ſunt, verſatur: id quod eleganter & exactè explicat Zaſius, quem vide, *in d. §. ſi vir.* Cæterum il-
16. lud pro regula conſtituendum eſt, † quod ex contractu prohibito non transfertur dominium: ſi lex illi reſiſtit. *d. l. non dubium.* Alias verò transfertur, dum tamen de ſe contractus teneat, ſiue non ſit omninò rectè ſecundùm mentem contrahentium conceptus, *l. multum in fin. C. ſi quis alt. vel ſibi.* ſiue non ſit à ſciente ſed ab errante factus, *tot. tit. de condi. indeb.* ſiue ex cauſa imperfecta celebratus, *gl. in l. contractus. C. de fide inſtrum.* ſiue per dolum malum initus, *d. l. eleganter* ſiue etiam ante conditionis euentum traditio ſecuta ſit, *l. ſub conditione. ff. de ſolut.* de quo plurima obſeruat Alciat. *in d. §. ſi vir n.* 62. ad quem vos remitto. [*pulcherrimè Peck. de amort. c.* 12. *per tot. & c. ſeq. ſub numero* 8.] Nulla etiam ratione nos id turbare debet, quod octauo loco proponitur: quia (vt ibi ait Salicetus, *ad l. prolatam in* 6. *oppoſitione C. de ſentent.*) cum ſententia fertur ſub hac conditione, ſi iurabis, impletum ad tempus quod ſententiam præceſſit, retrotrahi debet. [*conſ. Gail* 2. *P. P.* 4. *numero* 4.] Et cùm id quod ſemel dicatum & Deo ſacratum eſt, ad humanos vſus amplius trahi non debeat, *c. ſemel ſub eo.* cumque ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit, admiratione dignum non eſt, ſi res ad diuinum vſum ſemel tranſlata, reddita eius vera æſtimatione domino & proprietario, *latè Iaſon in d. l. Barbarius*, apud eccleſiam relinquatur, de quo vltimo loco diſputatum fuit, nullique dubium eſſe puto, eam eſſe legis authoritatem, vt quem legitima ex cauſa, dominio rei ſuæ reſtituto pretio, priuare poſſit, *l. item ſi verberatum. ff. de rei. vendit.* [*exactiſſimè D. Peck. inf. capite nemo poteſt plus num.* 2. *&* 3. *cum ibi concord.*]

REGVLA LXV.

In pari cauſa vel delicto, melior eſt conditio poſſidentis.

1. *Inſtrumentis duobus vna die confectis vtrum præferatur.*
2. *Vaſallus duobus de principatu contendentibus cui præſtet iuramentum fidelitatis.*
3. *Poſſeſſionis ingens eſt commodum.*
4. *Poſſidere quis dicatur.*
5. *Ampliationes huius regulæ.*
6. *Facti aut iuris quæſtio quæ ſit.*
7. *Ratio dubitandi.*
8. *Ratio decidendi.*

QVemadmodum Octauius Auguſt. Cæſar, vt in eius vita refert Suetonius, *c.* 32. loca in vrbe publica, ſed tamen ambigui iuris, poſſeſſoribus adiudicauit, & Maſiniſſa Numidiæ Rex, in ea contentione quam aduerſus Carthaginenſes ſuſceperat, iure poſſeſſionis ſemper ſeſe tutabatur: ita quoq, & iureconſulti & legiſlatores, in vniuerſum poſſeſſoribus pro-

proſpexerunt, vt non niſi meliore iure eijcerentur, & vt in pari cauſa potior eſſet eorum conditio, ſiue de vltimis hominum voluntatibus, ſiue de iudicijs, ſiue de contractibus, ſiue de delictis, ſiue etiam de rebus ſpiritualibus ageretur. † Etenim duobus teſtamentis eodem
1. die ſcriptis; ſi non apparet vtrum prius fueri confectum, poſſeſſor præferetur. *l.* 1. §. *non autem. & ibi Bartolus. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. Barbat. conſi.* 24. *lib.* 1. Quod & de duobus inſtrumentis quibuſcunq; alijs Bald. *conſi.* 274. *lib.* 2. & Alexan. *conſil.* 19. *lib.* 2. [*vide D. Peck. ſup. in ca. qui prior. n.* 5.] tradiderunt. Sic & ſi vir & vxor conuentione inter eos facta, vt apud ſuperſtitem bona maneant, moriantur, neque appareat vter eorum prius deceſſerit, & hæredes vxoris petant bona vxoris, hæredes verò viri, boni viri, illi profectò debent obtinere, qui poſſident, *Barto. ad l. ſi inter. ff. de reb. dubijs. Barbat conſi.* 50. *lib.* 1. *Alex conſ.* 120. *lib.* 5. Rurſum verò, cùm eſt obſcurum ex pluribus creditoribus quis prior ſit, quis poſterior tempore, pro poſſeſſore pronunciatur. *l. circa eum. ff. de prob.* In iudicijs quoque vbi ambarum partium teſtes ſunt & pares & æquè idonei, poſſeſſoris teſtes præferuntur. *c. ex litteris. de prob.* † Et ſi duo contendant de principatu, ignore-
2. turque vter verè Princeps eſſe deberet: debet in dubio vaſallus ei fidelitatem & homagium præſtare, qui principatum poſſidet, & ita faciens excuſabitur, etiamſi alter poſtea principatum euincat, *Guido Papæ conſ.* 68. *&* 92. *& ſing.* 326. *&* 481. Sanè ad delicta quod attinet, exempla paſſim & vbique ſunt obuia, quæ quia hic refert Dyn. non repeto eadem. Sed & de rebus ſpiritualibus nulla dubitatio eſt: quia vbi à Pontifice vel eius legato vni, & ab ordinario alteri, eadem die idem beneficium confertur, neque apparet, quæ collatio prior fuerit, quæ poſterior, erit in hoc conflictu potior conditio poſſidentis. *cap. ſi à ſede. de præb. lib.* 6. † Ve-
3. rè igitur dixit Iuſtinianus, quod magnum eſt commodum poſſeſſionis, & quod ideò plerumque, & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione, § *retinendæ de interd. in inſti.* id quod latius refert & expendit Felynus, quę vide. *in cap. elim. de reſcrip.* [*v. omninò Mindan. de mater. poſſ. c.* 8. *&* 9. *vbi* 30. *commoda poſſeſsionis pulchro ordine recenſet, & exactiſsimè de Interd. com.* 26. *n.* 74. *& ſeq. Menoch.* 6. *praſ.* 69. *Felyn. c. ex lit. de prob Treuth. p.* 2. *diſp.* 21. *th.* 5. *ad quos me remitto.*] † Illud verò ſeriò ad cognoſcendum quis poſſideat, obſeruandum eſt, quod
4. is potius poſſidere dicitur, qui fructus rei percipit, quàm is qui corporaliter eam tenet, *l. arboribus, verſ. nam etſi agru. & ibi Ang. & Bald. ff. de vſufruct. Alc. ad l poſt contractum num.* 31. *ff. de dona.* & ſi vacante poſſeſſione colonus ſe pro aliquo poſſidere conſtituat, & nihilominus tamen penſionem alteri ſoluat, is tantùm cui ſoluit, non etiam alius ille poſſidere dicetur, *l. Titia. ff. de ſolu. l.* 2. *C. de acquir. poſſ.*

† Amplia primò hanc regulam, quod præfertur is qui eſt in poſſeſſione, non ſolùm cum 5.
facti quæſtio oritur, ſed etiam cum eſt quæſtio iuris. *Tiraq de iure primog. q.* 17. *opi.* 11. *numer.* 20. vt cum agitur de interpretatione reſcripti vel priuilegij, *Bald. conſ.* 232. *lib.* 1. † Facti quæ- 6.
ſtio eſt, cùm non conſtat an id factum ſit, ſuper quo lis orta eſt, quodque inficiatur reus. Quæſtio verò iuris eſt, cùm conſtat factum eſſe id, de quo lis eſt, nec vlla eſt inter litigantes contentio an factum ſit, ſed de iure diſputatur. *Duarenus lib.* 1. *diſp. cap.* 41.

Amplia ſecundò, quod ex poſſeſſione & pro poſſeſſore lex præſumit, etiam pro tertio, *Bald. in ca. ti. de contentione inter domi. & fidel. in vſib. feud.* & ad tertij vtilitatem, id quod manifeſta Clementis Quinti Pontificis maximi conſtitutione explicatur, *clem.* 1. *vt lit. pend.* & in pari caſu tituli ex poſſeſſione ius conſtitui oſtenditur. *d. c. ſi à ſede.* [*Gail de pign. obſ.* 12. *num.* 10. *Maſc. concl.* 1196.]

Amplia tertiò, vt præferatur poſſeſſor, etiam aduerſus libertatem, *l. matrem. C. de prob.* [*Tiraq. d. l. num.* 8. 11. 25.] piam cauſam, aut aliam quacumque fauorabilem & priuilegiatam. *Alciat regul.* 3. *præſumpt. cap.* 43. Nam cum dubitatur an bona prælati mortui, ex bonis eccleſiæ tantùm, an etiam ex bonis ipſius patrimonialibus acquiſita ſunt, præferendus eſt hæres vel eccleſia, apud quam poſſeſſio reperitur, donec aliter conſtet, & maximè quidem ſpectandum eſt, an is Prælatus tempore ſuæ promotionis patrimonium vel bona patrimonialia habuit, nec ne *gl. in cap. nulli.* 12. *q.* 5. *& in cap. ſint manifeſtè* 12. *q.* 1. *Dd. ad ca. vt vnuſquiſque de pecul cleric.* Sic & illud quod dici ſolet, quod quando reperiuntur duo inſtrumenta vnius diei, neque conſtat de ordine, præſumitur inſtrumentum dotis, fauore dotis, prius confectum eſſe: eo ſenſu intelligitur, niſi alius creditor, qui etiam habet inſtrumentum eiuſdem diei, ſit in poſſeſſione. *Iaſon. ad l.* 1. *ff. ſolut. matr.* [*D. Peck. ſup. in cap. qui prior ſub n.* 5. *in fi. cum ibi concord.*]

Amplia quartò, vt in dubio potior ſit conditio poſſidentis, etiam ſi is actor ſit & nõ reus, *Aret. in ca. noſtra. in fi. de probat. Carol. Ruinus conſ.* 137. *li.* 5. atque ita intellegenda ſunt omnia iura quæ dicunt, in dubio reum eſſe abſoluendum, vt procedant, cum reus poſſidet, non ſi actor poſſidet, adeoque reſpexiſſe videntur potiùs ad poſſeſſionem partium, quam ad hanc earum qualitatem, quòd ſunt rei vel actores. *Fulgoſ. conſil.* 138. *in* 1. *dubio. Tiraq. d. loco n.* 23. [*Dec. & Dd in l in amb. ff. eod.*]

Amplia quintò, etiam ſi primæuus ſtatus naturæ huic ſuæ poſſeſſioni vel quaſi poſſeſſioni repugnet. Exempli gratia: filius primæuo & naturali ſtatu ciuium Romanorum, eſt in poteſtate ſui patris, ideoq; adhuc præſumitur eſſe talis, niſi contrariũ probet. *l. ſi filius. ff. de probat.*

At ſi

At ſi eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris, poſſeſſio eum tuebitur, donec pater contrarium probauerit. *gl. & Bart. ad l. Titio. ff. ſolut. mat. & ad l. ſi emancipati. C. de collat.*

Amplia poſtremò hanc regulam, vt procedat, etiam ſi tempore litis conteſtatæ non poſſideat, modò etiam non poſſideat aduerſarius: *Tiraq. d. qua.* 17. *opin.* 12. quia in vniuerſum melior eſt poſſidentis, cui ſemel poſſeſſio tradita eſt, conditio: licet nunc corpore rem non teneat. *Hoſtienſ. ad capitulum quod autem. de iure patronat.* ſi non poſſideat aduerſarius.

† Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quòd vt ait Scæuola, ſi mulier viri lenocinio adulterata ſit, par quidem turpitudinis cauſa eſt: turpe enim eſt vxoris adulterium, turpe eſt viri lenocinium: non eſt tamen viri dotem poſſidentis, & de dote commiſſa excipientis, ſed vxoris eam repetentis & pro ea agentis, potior conditio. *l. cum mulier. ff. ſolut. matr.* Secundò ex eo, quòd nemo ex delicto ſuo meliorem ſuam conditionem facere poteſt, *l non fraudarent. §. nemo. ff. de reg. iur.* ne ex eo, ex quo pœnam meretur, lucrum referat, id quod tamen fieri videtur, ſi aut fur aut latro, qui improbè & ſcelerate poſſidet, in ſua poſſeſſione & poſſidens defendatur. Tertiò ex eo, quòd id quod nullum eſt, nullum producit effectum, *cap. non præſtat ſup. eod* Ideoque cum iniuſta poſſeſſio reputetur pro nulla, *Decius conſil.* 169. *argumento. l. quoties ff. qui ſatiſd. cog.* ad tuendum iniquum poſſeſſorem non ſufficit. Quartò ex eo, quòd & is qui dat, & is qui recipit pecuniam pro monachatu, ſimoniæ vitium contrahis, & in pari turpitudine verſatur: non eſt tamen hoc caſu potior conditio recipientis & poſſidentis, ſed eius qui dedit & numerauit. *cap. veniens de ſimonia.* Quintò ex eo, quòd fauor piæ cauſæ potior eſt fauore rei, *ca. fin. de re iudic.* ergò ſaltem reſpectu piæ cauſæ regula iſta locum non habet. Sextò ex eo, quòd propter hanc incertitudinem & perplexitatem iuris, alter alterum impedire videtur. *l ſi duo. ff. de teſtam. tutela. l. ſi fuer. t ff. de reb dubijs.* Septimò ex eo, quòd vbi vtrimque in contractu verſatur turpitudo, dicitur is contractus de iure eſſe impoſſibilis, adeoque ciuilem poſſeſſionem non parit, ſed ipſo iure nullus eſt, *gl in l. iuriſgentium §. ob maleficium ff. de pact* Poſtremò ex eo, quòd in pari cauſa potior eſt conditio eius, *l. quamuis C. de iur. & facti ignoran.* qui de damno vitando, non eius qui de lucro captando certat. Lucrum autem captat frequentiùs ille qui poſſidet.

8. † Ratio verò decidendi eſt, quod vt à poſſeſſore auertatur turpis delicti coniectura, *l. meritò. ff. pro ſocio.* præſumitur habere cauſam iuſtiorem, *Innocentius in capite paſtoralis. de cauſa poſſeſſ*, & ſi poſſeſſor ſit reus, vt ferè ſemper eſt, vtique conſtat ius omne non ex parte eius tamquam rei, ſed ex parte actoris, metiendum eſſe, *l. 1. ff. ſi pars hæred. petatur:* & non curamus ius poſſeſſoris, ſi non conſtet de iure petitoris. *l. fin. C. de rei ven.* & fauorabiliores ſunt leges ab ſoluendum, quam ad condemnandū. *l. Ari. ff. de act. & obl.* Non obſtat verò his prima dubitatio: quia licet vir & vxor in pari turpitudine exiſtant: vxor tamen non fundat ſuam actionem in turpitudine, vt hic, ſed in honeſto dotis contratu tantum: certatque præterea maritus iam de lucro captando, qui etiam mores ſuæ coniugis, quam ipſe corrumpit, impugnare & improbare non poteſt. *d. l. cum mulier.* Secundò quoque non obſtat, quod nemo ſentire debet lucrum ex ſuo delicto. *l. itaque fullo. ff. de furt.* Quamuis enim poſſeſſor defendatur contra turpem & infamem actorem: non tamen ideo turpe lucrum retinet, ſed & fiſcus illud aufert, & ipſe quoque præterea punitur, *l. in hæredem ff. de calumni: gloſſ. in l. vbi. ff. de condic. ob turpem cauſ.* Sed nec tertia obiectio plus me mouet: quia licet iniuſta poſſeſſio in effectu habeatur pro nulla: ſubuertetur enim meliore iure adducto tandem: interim tamen non habetur pro nulla, quamdiu quod verè iniuſta eſt, non liquidò apparet, [*conf. Gail. de arreſt. capite* 1. *num.* 8.] Quarta etiam dubitatio leuis eſt: quia neque datio pecuniæ, neque ipſa religio turpe factum continet, ſed tantùm qualitas facti turpis eſt, quod ex tali pacto pecunia debetur. Eam verò quæ ſic data eſt, non retinet, ſed alteri monaſterio in quod illa recipietur, dare debet. *Dd. ad d. cap. veniens.* Quintò non obſtat id, quòd de fauore piæ cauſæ dicitur: fauor enim piæ cauſæ non vincit fauorem rei poſſidentis, ſed non poſſidentis tantùm. *Alciat d. c.* 43. *n.* 4. Et cum ius in ſe ſemper certū ſit, licet de eo diſputent plærique: vtique incertitudo tunc impedit vtrumque, quando ita circa factū verſatur, vt quid actū ſit, intelligi non poſſit, *d. l ſi duo.* de quo ſexto loco dubitatū fuit. Quòd autem ſeptimo loco dicitur, hanc recipit ſolutionem, quòd licet ex turpi contractu validus iuris effectus non ſequatur, nec tranſeat dominium, *l. non dubium C. de legib.* cùm lex ipſa directè & ab initio contractui reſiſtit, poſſeſſio tamen transfertur, quatenus factum reſpicit, & ad naturam accedit. *l.* 1. *§. ſi vir. ff. de acquirend. poſſeſ.* [*vid. ſup. D. Peck. in cap. qua contra, nu.* 15. 16.] Poſtrema quoque dubitatio non nocet. Vera enim eſt hæc ſententia, quod is qui de damno vitando agit, plus fauoris habet, quando eius culpa hoc damnum non contingit. *Salicet. ad l. cum te C. de condic. ob. turp. cauſam.* & non aliter. Illud addo, quòd Petrus Rebu. in tractatu de pacificis poſſeſſoribus *num.* 298. aliquot aliis modis hanc regulam reſtringit, quorum primum eſt: quando in vna collatione eſt clauſula motus proprij. Ille enim eſt præferendus, in cuius collatione ea clauſula inſerta eſt, etiamſi aliter eſſet poſſeſſor, *Socyn. conſ.* 67. *lib.* 3. ideò quòd ampliorem gratiam habet, & verè non eſt par, ſed poten-

potentior eius cauſa. Secundus verò, quando collatio pertinet ad vnum poſt alium, vt ad Archiepiſcopum, pòſt ad Epiſcopum, tunc valet collatio Epiſcopi; etiam ſi is cui facta eſt collatio ab Archiepiſcopo, eſſet in poſſeſſione: *gloſ. in d. c. ſi à ſed.* quia Archiepiſcopus non habet pręuentionẽ. Tertius eſt, quando altera impetratio vel collatio eſſet ſubreptitia. Tunc enim nõ obſtante poſſeſſione illius, qui ſubreptitiè impetrauit, altera præferatur: *Felin. in ca. capitulum. de reſt.* quia id quod nullum eſt, nullum præſtat iuris impedimentum; neque effectum aliquem producet. *d. cap. non præſtat.* Reliqua huc pertinentia latius explicat idem Rebuffus, quem vide.

REGULA LXVI.

Cùm non ſtat per eum, ad quem pertinet quò minùs conditio impleatur; haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.

[*D. Peck. ſup. in c. imputari, per tot. Dec. & Cagnol. in l. in iure, ff. eod.*]

1. *Conditio quo pacto dicatur ad aliquẽ pertinere.*
2. *Conditio quid ſit.*
3. *Conditio quo pacto impleri debeat.*
4. *Aduocatus an partibus tranſigentibus id quod in caſum victoriæ ſibi promiſſum fuerat, conſequatur.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Ratio decidendi.*
9. *Conditio quando habenda ſit pro completa, quando non.*

TAmetſi ex vulgato iuris axiomate receptum ſit, quod contractus conditionalis ante purificatam conditionem nihil operatur, *l. grege. §. ſi ſub conditione ff. de pign.* (*conf D. Gail 2. obſ. 132. num. 3. & 2. P. P. 4. num.* 10. & 11.) fit tamen nonnunquam ex legis benignitate & æquitate, vt conditiones, quæ reuera defecerunt, & impletæ non ſunt, pro impletis habeantur: vt quæ in poteſtatem collatæ, per caſum deinde aliquem deficiunt, vel cùm non ſtat per eum qui eas implere debet, ſed per eum cuius intereſt eas non impleri, aut alio aliquo modo. Sunt autem nonnulli hic, qui improbant vulgatam iſtam lectionem, cùm non ſtat per eum, & affirmatiuè legendum exiſtimant, cùm ſtat per eum, *Ferrar. ad lib. in iur. ciuili. ff. c. d. Balduinus in lib. de cond. c.* 10. vt ſcilicet ſic conueniat cum iure ciuili, quo ita cauetur. Quoties per eum cuius intereſt conditionem non impleri, fit, quominus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta fuiſſet, *l. iure ciuili. ff. de cond. & demonſt.* quia non ſemper verum eſt, impletam videri conditionem legati vel obligationis, cùm non ſtat per legatarium vel creditorẽ, ſed cùm ſtat per hæredem vel promiſſorem. *l. Iulius Paul. eod. tit.* Cæterum vt inficiari non poſſumus, quin vtraque lectio vera ſit: ita quoque veterem iſtam & à tot ſæculis probatam lectionem damnare non volumus, negatiuaque lectio affirmatiuæ lectioni generaliter non aduerſatur, cum vtraque per ſe ſubſiſtat, & vna eum qui eſt impeditus, exonerat, altera eum qui impedit, grauat, nullaque habenda eſt conſideratio, quod illi aiunt: alioqui hanc regulam non ſemper fore veram: quia etiam ſtante & admiſſa emendata illa lectione hoc dici poſſet, nullaque iuris regula eſt, quæ non ſuas exceptiones habet. Duo igitur potiſſimum videnda ſunt. † Alterum eſt, quo pacto conditio dicatur ad aliquem pertinere. Alterum verò, quomodo intelligatur per eum non ſtare, quominùs conditio pro impleta habeatur. Sanè ad eũ pertinet conditio, cui illa adſcripta ſiue impoſita eſt, ſiue in teſtamento, ſiue in contractu, ſiue à lege, ſiue alio modo, & id quidem ſub his vel ſimilibus verbis, *Si dederis, ſi feceris, &c.* Per eum verò non ſtare dicit, quando nihil prætermittit eorum, quæ pertinent ad conditionem implendam, veluti ſi pecuniam offerat, & alter accipere recuſet: *l. acceptam. Cod. de vſur. l. ſeruus ſi hæredi ff de ſtatu lib. §. ſi Imperat.* [*vide D. Peck. ſup. in c. non eſt in mora, n. 3. excep. 6. cum ibi conc.*] quo caſu, ſunt qui putant, nec obſignatione quidem opus eſſe: *l. qui Romæ in princ. ff. de verb. obl.* vel ſi creditor, qui diuerſi fori eſt, ſuo tempore non veniat, & ſic conditio adimpleri non poſſit, & is, cui adſcripta eſt ea conditio, corã vicinis & tabellione proteſtetur, quod eam adimplere, & pecuniam numerare paratus eſt, ſi aduerſarius ipſe vel aliquis eius nomine adeſſet, *Dd. ad l. item illa. ff. de conſti. pecuniar.* Eoque pertinet antiqua illa diſputatio, *ibi per tex. expreſſum in l. ſi ante. C. de pact. inter empt. & vendit.* an debitor, vel is, qui adimplere debet conditionem, debet adire domum aduerſarij, ibidemque ei ſoluere, nec ne? 1.

Sed hoc alterius loci eſt, huc verò non pertinet. Quod ſi ex facto quæſtio oriatur, vtrum pro impleta haberi debeat conditio, nec ne: Papinianus arbitrium eius qui iuriſdictioni præeſt, *l. ſi ſeruus. §. fin. ff. de ſtat. lib.* excitat, vt omnibus perpenſis & examinatis, id quod iuſtum æquumque ſit, conſtituat. Adde, quod ſi hæres id, quod illi ex aſſcripta conditione dare debebam, mihi remittat, & acceptum ferat: etiam eo caſu conditio habebitur pro impleta: *l. Iulianus. ff. de condit. & demonſt.* & cum hæc conditio legato alimentorum aſſcripta eſt, ſi cum hærede manerent legatarij, certè quamuis ab eo propter duriorem hæredis moroſitatem diſceſſiſſent: reſpondit Scæuola, per legatarios non ſtare, ſed per hæredem, *l. Caio Seio. §. Imperator. ff. de alim. legat.* & hoc vxori legatum, ſi cum filio hærede maneret, deberi etiam ſi filius à matre migraſſet. *l. qui concubinam. §. vxori*

vxori.ff.de leg. 3. [*D.Peck. exactiſſimè* 5. *de teſta. coniu.*25.*ſub numero tertio & ſequentibus vbi omnino vide &c.de teſtam.coniug.*24.*ſub num.vndecimo.Gail* 3.*obſeruatio.*144.*num. decimoquarto.*]

2. † *Conditio.* Appellatione conditionis,hic non ſolùm intelligitur eius rei quæ agitur, in incertum aliquem euentum dilatio,*l.cum ad præſens.ff ſi cert pet.*ſed latior eſt eius vſus & acceptio,vt etiam pro qualibet pactione,lege,onere, modo & cuiuſcunque alterius cauſæ qualitate,contractui,teſtamento,[*vide D.Peck.* 1. *de teſt.con.*24.*per tot.*] aut conſtitutioni (*pulchrè Hering.de fideiuſſ.c.*10.*n.*460.*& ſeqq.*) adiecta, proque tenore contractus etiam puri & minimè conditionalis accipiatur. *Tiraq. de retract. conuent.*§.2.*gl* 1 *nu.*76.*Alciat & Lorio ad l. reſpiciendum ff.ſi cert.pet.*Quomodo & Conſtantinus ad Marcellum.*Nonnulli*(inquit)*hac conditione fundum comparant,vt reliqua fiſco inferre non cogantur.l.*1.*Cod ſine cenſu vel reliq.&c.*Et Neratius ſcribit, rem hac conditione deponi poſſe,vt eius periculo ſit,qui eam ſuſcipit,*l.& Ariſtoni. ff.mandat.*Et cum Titio centum relicta fuiſſent vt Meuiam vxorē duceret,reſpondit Papinianus,eam conditionem non remitti.*l.Titio centum ff.de cond.& demonſt.*

3. † *Impleatur.*Non abs re paucis attingendum videtur,quomodo & quādo, quáue diligentia & ſagacitate adimplenda ſit, etiam ſi propriè accipiatur conditio.Etenim hoc ad huius capitis illuminationem plurimum pertinere conſtat.Igitur ſi conditio diem habet, hunc ſeruari oportere,Celſus,Scæuola, Vlpianus & Paulus notant,*l.ſi intra.ff.de ſtat.lib.l.Thais ff.de fideicommiſ.libert.l.ſed etſi ff.de hæred.inſtit.*(*vi. D. Peck.ſuper.in c.mora.*) Præterquam ſi quis eo die prohibeatur,quominùs parere poſſit conditioni,*l.ſi in diem de cond.& demonſt.l. quib. eod. tit.*vel ſi aduerſarius copiam ſui non facit;quo caſu contra hanc tantam eius fraudem & procaciam denunciatione,obſignatione ac depoſitione alteri conſulitur. *l.ſi à te C. de pact. inter empt.& vend.*Quod ſi nulla dies conditioni affirmatiuæ ſiue in dando,ſiue in faciendo conſiſtant,adiecta fuit:perpetuò impleri poteſt, ſi non aliud actū eſſe appareat.Ideoque & Papinianus,filiū ſcriptū hæredem his conditionibus ſi decem dederit, ſi Capitolium aſcenderit, ſi Alexandriam ierit per totum vitæ ſuæ tempus eā conditionem adimplere poſſe ſcripſit.*l.fin ff. de cond.inſtit.*In teſtamentis verò ſubinde permittit petentibus aduerſarijs terminū conſtitui,intra quem is cui aſſcripta eſt conditio, eā adimpleat. Porrò autem ſi conditio negatiuè aſſcripta ſit,& diem ſibi aſſcriptum habet, die præterita impletam eſſe dici poteſt, vt ſi intra bienniū Capitolium non aſcenderis,non niſi biennio expleto rectè agitur.*l.quicquid.* §.1. *de verb.obl.*Sin autem dies aſſcriptus non ſit, vtique in cōtractibus extitiſſe conditio videbitur cum certum eſſe cœperit,fieri non poſſe:quod ſi factum non eſſe, conditione comprehendebatur, vt in hac conditione ſi reus quadraginta quæ ei credidi,non ſoluerit,fide tua eſſe iubes? reo mortuo extitiſſe conditionem Iulianus notat.*l.fideiuſſor.*§.*fin.ff. de fideiuſſ.* Qua de re tamen ſiue contractus reſpicias,ſiue vltimas voluntates conſideres, plurima controuertit Duar.quem vide *ad l.ſi Titius.de verb.oblig.*Sed cum omnibus actionibus prædominetur mens agentis,*l.hæredes.*§.*cum ita ff.ad Treb.* id quod veriſimile eſt eum voluiſſe,conſiderandum eſt, vel ex natura rei,[*conf.Hering.de.tr.c.*22. *num.* 19.20.] vel ex eo, quòd aliàs maius aliquod periculum immineret,*l. ſi inſ.eo. ti.* vel quòd niſi conditioni ſtatim pareatur,res inutilis futura ſit,*l.ſtipulationes.*§.1.*l.exiſtimo* §.1.*eod.tit.* Plæraque verò alia huc pertinentia,ab alijs petenda ſunt,*Balduinus.d.lo.c.* 11. ne nimia prolixitate,tædioſa eſſe incipiat hæc noſtra commentatio.

*Impleta fuiſſet.*Et ideò Iulius Paulus.*Qui operas ſuas locauerat.* (inquit)*totius tēporis mercedē accipere debet,ſi per eum non ſteterit,quominùs operas præſtaret.* † Aduocatio quoque ſuper eos nō ſteterit quominùs cauſam agant, honoraria 4.
reddere non debent,*l.qui operas. ff. locat.* & ſi centum illis promiſſa ſint, caſu quo victoria potiantur,cliensque deinde tranſignat cum aduerſario:æquè debebitur quòd promiſſum eſt: quia per eos non ſtetit.*Ioan.Andr.ad cap. contractus hoc titu.*Sic & is poteſt acceptare beneficium,qui habet gratiam in forma pauperum expeditam,illa non purificata, ſi modò per eū non ſtetit,quominùs purificatio illa facta fuit, *Deci.Rotæ* 17.*in nouis.*ſed per executorem eiuſdem gratiæ tantùm.Sic etiam ſi teſtator relinquat religioſo alicuius monaſterij centum pro ſepultura,aut ſi eos ſub hac conditione hæredes inſtituat, ſi corpus ſuum in eorum eccleſia ſepeliant, certè ſi ipſe moritur excommunicatus, ita quod non poſſit in eorum eccleſia ſepeliri,capient nihilominùs religioſi legatum hoc ſibi relictum,quia per eos non ſtetit,*Baldus q.*11.*Caſtr.q. vlt. in l.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.* quominùs ipſum in eorum templo ſepelirent. (*D.Peck.ſupra in capit.imput.vbi latiſſimè.*)

† Amplia primò hanc regulam, quòd licet regulariter vltima mora nocet:*l.illud.ff. de per. & commod.rei vend.* Alexandro *in l.ſi ſeruum.*§. 5.
*ſequitur.col.*1.*de verb.oblig.*tamen teſte, hoc in eo qui in perſonam tuam conditionem aliquā adimplere debet,locum nō habet.Nam ſi non per eum, ſed per te ſtet, quominùs conditio impleatur,& ſi tu ipſe tibi dees, habetur vtique pro impleta,& licet tu poſtea interpellares eum,vt eam conditionem impleret, nōn teneretur:quia ſufficit quòd ſemel & vno ſolo momento, habita fuit pro impleta, *l. ſi quis hæredem.C.de inſtit.*& ius adimplere debenti, iam ex eo quæſitum eſt, *Caſtr. ad d. l.* 1. *in princ.* maximè ſi agatur de paranda & requirenda exceptione illi, per quem non ſtetit quominùs adimpleretur,& ſi non actoris partes ſuſcipiat,

Ale.d.lo. Cæterùm an nullo caſu moræ purgatio aut pœnitentia contra eum,per quem non ſtat,in iſtiuſmodi negotijs admittatur, ex Iaſone & Bart.abundè peti poteſt *in d.l.* 1.

Amplia ſecundò,etiam ſi agatur de præiudicio eius,quod ab ipſo Pontifice vel Principe factum eſt, vt ecce: Qui ad collationem alicuius,pro aſſequendo beneficio nominatus eſt in vniuerſitate: vtique hanc ſuam nominationem collatori beneficij inſinuare,deinde verò illud beneficium ſibi conferri infra ſex menſes à die vacationis computandos, petere debet. *Rebuffus in tract.de nominat.q.*18.Sed quia ſæpè fit, quod collatores & litterarũ imperiti & ſtudiorum oſores,eiuſmodi ſtudioſis ſit nominatis conferre beneficium differunt, collatio debet haberi pro facta,à die requiſitionis, cùm non ſtetit per nominatum,ſed per collatorem ipſum. Vnde etiam ſi poſt requiſitionẽ nominati,Pontifex ipſe beneficium illud alteri conferret,nominatus tamen per hanc regulam eſſet præferendus: quia Papa præuenitus eſſe dicitur,quando nominatus iure requiſiuit beneficium hoc ſibi conferri, etiam ſi re ipſa ſibi non fuerit collatum, *Rebuff.de pacif.poſſeſſ.in fin. verſ.ſextò conditio,&c.& ad concordata in rub.de mand.Apoſt §.declarantes ad ver.iure præuention.*

Amplia tertiò, vt huius regulæ diſpoſitio non ſolùm ad excipiendum ſufficiat, verùm etiam vt & actionem quoque pariat & admittat. Vlpian. enim ex vendito agi poſſe ſcribit, quaſi impleta conditione, ſi non ſtat per eum, ſed per emptorem,quominùs impleatur. *l. Labeo ff.de contrah.empt.* Eique non multum abſimile eſt, quod oblatione & conſignatione facta,& conditione dandi ob id veluti impleta, *d.l.acceptam* ad pœnas & vſuras agi poteſt, *d.l. illud.* poteſtque is qui ſoluit, conditione ſine cauſa ſyngrapham ſuam repetere,& cautionem condicere *l.*1 *.ff.de condic. ſine cauſa.l. diſſolutæ. & l.penult.C.de condic.ex lege.*(*Gail.*2. *obſeruation.*37. *numero* 9.)

Amplia quartò,vt locum habeat, etiam in his quæ ſunt ſpiritualia, & quæ animam reſpiciunt. Vndè Beatus Bernardus epi. 77. *Quid* (inquit)*planius,quàm quod voluntas pro facto reputetur,vbi factum excludit neceßitas, quomodo is qui alieno debito ſe teneri forte in extremis poſitus recolit:ſi deſit vnde perſoluat,ſola nihilominùs pœnitentia & cordis contritione obtinere veniam creditur,ne iam pro eo damnetur.Sic ſola fides & mẽtis ad Deum conuerſio,ſine effuſione ſanguinis, & ſine perfuſione aquæ ſalutẽ ſine dubio operatur volenti,ſed nõ valenti,prohibente mortis articulo,baptizari.* Et rurſum in ſermone quẽ habuit in natali Innocentiũ. *Conſiderent* (inquit) *hæc qui de opere & voluntate contentioſis ſolent diſputationibus rixari,conſiderent & animaduertant neutrum negligi oportere. vbi non videtur deeſſe facultas.*

Amplia poſtremò, vt locum habeat, ſiue agatur de iure quærendo, ſiue de acquiſito amittendo. Nam vt teſtis eſt Iaſon *ad l.prætor.* *§.ſiue autem num.*4. *ff. de nou.oper.nunciat.* ſi ſit oblata ſatiſdatio de demoliendo opere, & ſteterit non per offerentem ſed per nunciantem, quominùs pręſtetur,habetur vtique nunciatio pro remiſſa.

† Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quòd conditio ad amuſſim obſeruanda & adimplenda eſt,quia formam inducit, *l.munus.l.qui hæredi ff.de con.& demonſt.*[*Gail.*2. *obſ.* 2. *ſub num.* 3. *& obſ.*144.*num.*13.*Caldas de empt.lib.*2.*q.*7. *num.*36.] habeturque pro cauſa finali, *Decius conſi.*11. & extenſionẽ ad ſimilia non admittit. *l.ſi cum dotem.ff.ſolut.mat.* Et ideò non videntur hæc duo ſimul ſtare poſſe,conditionem nõ eueniſſe & perinde haberi ac ſi eueniſſet. Secundò ex eo,quòd lex imitatur naturam, *§.cum adoptio inſt.de adopt.* ac proinde ſuper impoſſibili non fingit, *l.qui ad certum.ff.loc.l.* 1 *.ff. de eo qui pro tut.* Fingere ergo non poteſt conditionem impletam eſſe,quæ verè impleta non eſt: quia per rerum naturam fieri non poteſt, quod factum non eſt, Tertiò ex eo, quòd Iulianus, eũ qui impeditus eſt, non tamquam conditione impleta ad legatum admittit, ſed tametſi per legatarium non ſtetit, *l.inde Neratius. §.idẽ Iulianus ff.ad l.Aquil.* in eum qui rem legatam interfecit,actionem dumtaxat concedit. Quartò ex eo,quòd matrimonium ſub conditione contractum,per aliud matrimonium purè deinde contractum,diſſoluitur, licet per alterum non ſtetit, *c.ſub.eo de con. app.* ſed per tertium, quominùs conditio impleatur. Quintò ex eo, quòd ſi inter ſe duo concertant quis eorũ prior perueniet ad metam & non ſtet per alterum quo citiùs altero ad eam perueniat: vtique nihil ei prodeſt hoc impedimentum. *gl.in l.in execution.§.fin.ff.de verb.obl.* Sextò ex eo, quòd ſi legatum ſit ſub conditione, *l.legatum.C.de con.inſert.l.ſi ſub diuerſis ff.de cond.& demonſt.* ſi Titio nupſerit,& per filiam quominùs ei nubat, non ſtat, ſed quia moritur Titius,nubere ei nõ poteſt, nihilominùs tamen amittit legatum. 6.

† Ratio autem decidendi eſt, quòd vt diximus,ſicut dominus voluntatem ſemper attendit,quam ſi videt magnam ac promptam: & decretum ſuæ maieſtatis apponit & propter huiuſmodi voluntatem dignos facit futura bona percipere,quo modo & vidua illa Euangelica non quantitate datorum,ſed virtute & voluntate Deo placuit: vt eleganter homilia prima, ex capite primo ad Hebræos oſtendit Chriſoſtomus: ita quoque & lex propoſitum & voluntatem hominum aſpicit,neque ad impoſſibile quemquam aſtringit, ſemperque hominum calumnis occurrit, *l. in fundo. ff. de rei vendic.* ſi fortè maligno, verſuto & callido aliquo conſilio, & ſuppoſitis ſubmiſſiſque alijs ipſo cacadæmone peioribus, aduerſarium impediant,quo faciliùs in moram incidat, & lucrum amittat. *l.*1. *ff. de. dolo.* Voluit etiam innocentiam, ſi præmoreretur defendere, & caſum fortuitum quem nemo mortalium prę- 7.

uidere

uidere poteſt, auertere, niſi aliud probetur fuiſſe actum.

Non obſtat autem his, id quod ex aduerſo proponitur primum argumentum: quia (vt eleganter notat Alciatus, *lib.3.ver.ſig.fol.83.*) cum caſus euenerit, diligenter videndum eſt, quæ fuit ſententia teſtatoris, legiſlatoris, aut contrahentis, vt ex ea vel ad caſum omiſſum prograediamur, vel vt intrà cancellos verborum conſiſtamus, ſolumque id ponderandum & obſeruandum eſt, quod verè actum fuiſſe præſumitur, vt hic, vbi actum eſſe præſumitur, quod conditio haberetur pro impleta, ſi per implere debentem non ſtaret, ne alioqui detur occaſio delinquendi, & contractus impediendi. Nemo enim facile contrahere vellet ſub conditione, ſi ſic leuiter vel aliquo caſu, vel facto alterius impediretur. Et quamuis circa diſſolutionem ſecundæ dubitationis plurimum laboret Alciatus, *in tract. de præſum. in procemio c.1.* alibi tamen apertius loquens dicit, *in l. ſi is pro emp. n.21. ff. de vſucap.* quod lex propriè non fingit ſuper impoſſibili, ſed priuilegia rei veræ ad aliud extendit, & ſuper defectu conditionis diſpenſat. Poſſe autem eam ex cauſa, ſuas promiſſiones moderari, & iuris laxamentum inducere, nullus eſt qui dubitat. *c. cum de multa. de praben.* Sed nec tertia quoque mouet obiectio: quia quando ſtat per alium, in cuius perſona non eſt adimplenda conditio, & nullo iure id fecit, ſed tamen ſoluendũ eſt, & ſic non eſt inanis aduerſus eum actio, deficit quidem conditio, ſed contra impedientem, actionem tantùm habet. *d. §. idem Iulianus.* Quod ſi ſoluendo non ſit, habetur conditio pro impleta. Suadet enim æquitas, vt primò conueniatur is, per quem ſtetit, quàm hæres per quem non ſtetit. Et quia fortius vinculum præualere debet, *c. penult. de ſponſal.* & aliquo modo in culpa eſt, qui conditionis executionem ſtatim non vrget nullo modo conſiderandum eſt id, quod quarto loco controuertitur. Aut certè ſi per alium ſtetit, ſi alius impedimentum præſtitit, ſi alius ſponſam eripuit, nulla ei fit iniuria, qui cum ita contraheret, maiores difficultates ſæpe oriri poſſe non ignorauit. Non obſtat quoque quinta dubitatio. Plerũque enim eiuſmodi eſt conditio, vt liceat impedire ne exiſtat, id quod in ſponſionibus ludendi cauſa factis accidit, vt puta, ſi vicerim dabis decem. Nam ſi arte vel induſtria tua, non dolo aut malitia perfeceris ne vincam ego, vtique deficiente conditione, pecunia ex ea ſponſione mihi non debetur: quia honeſtum impedimentum præſtitum eſt. *Iaſon, Zaſ. & Duar. in d. l. in executione §. fi.* Cæterum poſtrema dubitatio latiorem explicationem deſiderat, eiuſque tractatio ad totius regulæ intellectum pertinet.

8. † Sed prætermiſſa Dyni diſtinctione, dicimus cum Iaſone, *in l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. n.9.* reſpiciendum eſſe quæ conditio adiecta ſit. Nam ſi adiecta ſit conditio merè caſualis, hoc eſt, quæ à caſu & fortuna dependet: aut merè poteſtatiuà, hoc eſt, quæ in poteſtate noſtra eſt vt eueniat, vel vt non eueniat: vel mixta, id eſt, quæ pendet ex facto implere debentis & aliunde: alio & alio iure vtimur. Primo enim caſu regula eſt, quod quandocunque conditio caſualis, *l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. toll.* vt eſt hæc, ſi conſul factus fuerit, ſiue per mortem ſiue per factum tertij, pro impleta nõ habetur. Et ratio eſt, quia is qui conditionem hanc adiecit, conſiderauit caſum quem ſciuit, & euenire poſſe, & non euenire poſſe, ideòque ſuſpenſam eſſe voluit ſuam diſpoſitionem, fauore libertatis excepto, *l. fin. C. de neceſſ. ſeruis hæred. inſtit.* Secundo caſu, cùm adiicitur conditio poteſtatiua, vt ſi ſeruum tuum manumiſeris: quia iſta dependet à ſola voluntate implere debentis, regulæ noſtræ locus eſt, teſtator enim vel alius, apponendo illam conditionem, conſiderauit tantum factum vel voluntatem eius qui implere eam debuit, & ideo ſi non ſtat per eum, habetur conditio pro impleta: *l. ſub conditione ff. de cond. ſubſtit.* Poſtremo caſu deficit actus. *d. l. legatum.* non quidem indiſtinctè, ſed ſub iis reſtrictionibus duntaxat, quas idem Iaſon latius recenſet. *d. l. ſi pater Bar. in l. in teſtamento ff. de condit.* In ſumma, huic regulæ communiter non eſt locus, in conditione caſuali, & in conditione mixta, vt ſupra dictum eſt, [*bene & exactè D. Pec. 5. de teſt. con. 25. n. 3. v. contrarium & 1. de teſt. con. 24. n. 11. verſ. & his. Gail 2. obſ. 144. n. 11.*] Idem quando tertius aut iuſtè impedit, aut quidem iniuſtè, *l. ſi Titius ff. de cond. & demonſt.* & indirectè, ſed ſoluendo eſt: *d. §. idem Iulianus*, aut quando teſtator præciſè voluit omnem conditionem impleri antequam quid peti poſſit, *Bald. in d l. ſi pater.* vel quando natura conditionis talis eſt, vt eam impedire liceat, ſicut fit in ſponſionibus ſupradictis, vel quando ex obliquo tantum fit impedimentum *l. 3. §. ſi quis ſeruum ff. de ſtatu liber.* ſeu quando conditio confertur in puram voluntatem promiſſoris, *l. centeſimus §. fin. ff. de verb. oblig.* aut quando cauſa conditionalis relicti ſeu actus conſumitur: *l. illis libertis ff. de adim. legat.* aut denique quando repugnat voluntas diſponentis & conditionem adiicientis. *l. vter ff. de cond. & demon.* [*con. Gail 2. ob. 4. n. 16. vſque ad fin.*] Et ſi quis exactiſſimam atque pleniſſimam huius articuli diſtinctionem poſtulet, apud D. Henricum Bohik antiquum & doctum iuris Pontificij interpretem eleganter & dilucidè inueniet ad quem remitto, *ad c. ſicut ex literis. num. 6. de ſponſal. & matrimó.*

REGULA LXVII.

Quod alicui ſuo non licet nomine: nec alieno licebit.

1. *Excommunicatus an pro alio poſſit eſſe in iudicio.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*

3. *Vſura etiam pro pia cauſa iniuſta eſt.*
4. *Tutor an pecunia pupilli ea lege ad reditum annuum dari poßit, vt debitor eam pupillo adulto reddat.*
5. *Ratio dubitandi.*
6. *Ratio decidendi.*

SVnt qui duplicem huius regulæ ſenſum tribuunt, prior eſt, quod alicui ſub nomine ſuo proprio facere non licet, neque etiam ſub alieno nomine, hoc eſt, per alium, facere licebit. Quomodo reſpondit Vlpianus, *in l. 2. in prin ff. de adminiſt. rer. ad ciui. pert.* decurionem ſubiectis aliorum nominibus, prædia publica, non magis quam nomine proprio expreſſo conducere poſſe, & alio loco ait Marcellus, *l. non licet. ff de contrah. empt.* non licere ex officio quod quis adminiſtrat emere quid vel ipſi vel per aliam perſonam. Poſterior verò eſt, quod non licet alicui ſuo nomine vel pro ſeipſo, *in c. cum quid inf. eo.* neque alieno nomine, id eſt pro alio licebit. [*conſ Peck. 4. de teſt. con.* 39.] Quam quidem explicationem, vtpote huic loco magis conuenientem, ſequemur, priore illa, vel ad ſequentem regulam, vel ad aliam aliquam magis accomodam, reiecta. Et certè, ſiue iudicia ſpectes, ſiue vltimas voluntates, ſiue contractus, ſiue pœnarum acerbitates, ſiue ſpiritualia vel ciuilia negotia, præſentis regulæ
1. vſus ad omnia ſe diffundit, † Nam vt à iudiciis initium faciamus, excommunicatus ſicut pro ſe agere non poteſt, *c. 2. de except.* ita nec procuratorio nomine poteſt, *ca. vlt. de procur. lib. 6. c. poſt ceßionem de probat.* & ſicut impubes pro ſe in iudicio eſſe nequit, *l minor ff. de procur.* ita nec pro alio quoque, & ſicut tutor ſuo nomine contra pupillum non agit, ita nec ceſſa actione agit. *§. quod ſi quis in auth. vt hi qui obligatas ſe habere.* Sic & in teſtamentis, liberis ſuis teſtamentum facere nemo poteſt, qui ſibi id iure facere non poteſt, *§. liberis inſt. de pup. ſubſtit.* & quemadmodum non licet ſuo nomine album prætoris corrumpere, literas falſificare, aut crimen admittere, ita nec alieno nomine id licet. *c. ad falſariorum de crimine falſi. l. ſi quis ff. de iuriſd. om. iu.* Et denique ſicut ſimplex ſacerdos virgines ſanctimoniales velare, altaria conſecrare, ordines conferre non poteſt. ita nec alieno nomine poteſt. *c. aqua de conſec. altar.*

2. † Amplia primò hanc regulam, vt locum habeat, etiam ſi agatur de cauſa pia, pupillorum vel eccleſiæ. Nam vt in concilio Lat. ſcriptum eſt: *Sicut non ſuo, ita nec alieno nomine fœnus exercere licet. ca. vlt. 47. diſt.* Et cùm ſcriptura ſacra prohibeat, pro alterius vita mentiri: *c. ne quis arbitretur 22. q. 2.*
3. † multò magis prohibendus eſt aliquis (inquit Alexander 3.) ne etiam pro redimenda vita captiui aliaue pia cauſa, vſurarum crimine inuoluatur. *c. ſuper eo de vſur.* Ingens verò hinc aliquando exorta eſt quæſtio, quam ipſe & vidi & excuſſi. An tutor pecuniam pupilli ſub annuo reditu alicui tradere poſſit, vſque ad certum tempus, veluti fortè, cum pupillus adoleuerit, reſtituendam. Id enim ab eo non magis pro pupillo quàm pro ſe ipſo fieri poſſe ex hac regula videbatur, neque ab vſurarum crimine excuſari poſſe videtur hæc conuentio, quia debitor infra illud tempus reditum redimere non poteſt. Deinde verò ad certum tempus ſortem reddere compellitur, quod & à redituum conſtitutione longè alienum eſt, in qua ſors planè abalienatur, *extrauag. regimini. de empt. & vend.* & ad mutuum propriè accedit, quod ad voluntatem creditoris repetitur, & in quo vſura committi ſolet. Et ſic plerique omnes Theologi reſponderunt, neque diſplicuiſſe videtur Iaſoni *in l. 3. §. procurator n. 15. ff. quod quiſque iur. & Godſchalcus in ſuo conſ. ſub cap de tut. pupill.* eorum ſententia. Sed parlamentum Pariſienſe anno 57. aliter pronunciaſſe refert Ioannes Papo, *tit. de contra. vſur. ca.* 27. cum ait: Quod licet regulariter pactio ipſa vſuraria ſit, qua debitor cogitur ſortem reddere ad arbitrium creditoris: [*Gail 2. obſ. 7. n.* 14.] hoc tamen locum non habere in pecuniis pupillorum, † quia tenentur tutores eam pecuniam vel in reditum expendere, vel prædia comparare, & ſæpe expedit pupillis vt poſtquam adoleuerint & negotiationi ſe addixerint, potius paratam habeant pecuniam, quam reditus multos. Sanè ego memini, eam viam quæ animæ tutior eſt, ſequendã eſſe, & proinde ſi mea cauſa ageretur, mallem priori Theologorum ſententiæ adhærere, commodo pupillorum ea in re non conſiderato. 4.

Amplia ſecundò, quòd nec iuſſus nec mandatum ſuperioris excuſat. Vnde non excuſatur filius, qui pro patre & iuſſu patris mutuum ſub vſuris à lege reprobatis credidit, *Bart. ad l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* & quoniam hoc crimen vſurarum adeo inualuit, vt inſtitores, procuratores & proxenetæ liberè, impudenter, ſine metu, & quaſi iure permittente, ſe in contractibus fœneratitiis intromittant, & quia vſurarij & fœneratores ſuos contractus per ſe plerunque non celebrant, ſed per famulos vel alios tantùm: ſanè receptior tutiorque ſententia eſt, etiam hos inſtitores, procuratores, famulos, proxenetas vel proxenetrias, turpe hoc fœnus pro aliis exercentes, vſuræ crimen contrahere, eiuſdemque criminis pœnis inuolui atque obnoxios fieri. *Ioan. de Anan. & alij latè ad C. Michael. de vſur.* Rectè igitur olim Gordianus Imperator, *Non ideo minus*, inquit, *crimini alligatur quis. quod dicit ſe alium huiuſmodi facti mandatorem habuiſſe. l. non ideo C. de accuſat.*

† Ratio dubitandi varia eſt. Et primò quidem ex eo, quòd qui pro ſe ius iniquum impetrat, eodem iure contra ſe vti cogitur. Si tamen (inquit Vlp.) procurator meus, meo, hoc eſt, alieno nomine: poſtulauerit ius iniquum, licet ſuo nomine non poſſet, tamen iniqui illius iuris retorquutio ipſi non oberit, ſed mihi tantùm. *l. 3. §. procurator ff. quod quiſq; iuris.* 5.

Secundò

Secundò ex eo, quòd qui propter affinitatem, conſanguinitatem vel aliud impedimentum, pro ſe matrimonium cum aliqua contrahere non poteſt, pro alio poteſt, *c. vlt. de procur. lib. 6.* Tertiò ex eo, quòd ſi habeo ſeruitutem eundi per fundum tuum, licet alias prohibere poſſes Titium ire ſuo nomine, non potes tamen prohibere, ſi meo nomine eat, *l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri ff. de verb. oblig.* Quartò ex eo, quòd Epiſcopus alienos clericos ſuo nomine ordinare non poteſt, nomine tamen proprij Epiſcopi poteſt. *capit. 1. de temp. ordinan. li. 6.* Quintò ex eo, quòd inferior ſuo iure ſuperiorem iudicare vel antecedere non debet, *cap. cum inferior. de maior. & obed.* & tamen alieno nomine licitè id facit. *c. vlt. 93. diſt.* Sextò ex eo, quòd ſecundus creditor, qui ſuo nomine, & ex ſua propria hypotheca, pignus diſtrahere non poteſt, ad venditionem eiuſdem iure prioris creditoris admittitur *l. Ariſto ff. qua res pig. obl. poſſunt.* Septimò ex eo, quòd Iulius Paulus ait, libertum qui ſuo nomine patronum in ius abſque venia vocare non poſſet, alieno & pupilli nomine poſſe. *l. quæſitũ. ff. de in ius vocand.* Octauò ex eo, quòd filiusfamil. non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, *l. fi. § filius. C. de bon. quæ lib.* & tamen ſi filiusfamilias procurator negotia aliena tractet, conſenſu patris non eget. *c. qui generaliter. §. penul. de procurat. lib. 6.* Item ſi ſtatutum ſit, quod minores ſine amicorum conſenſu ſeſe obligare non poſſunt: certè ſine eorum conſenſu, alieno nomine tamquam procuratores, rectè & iure contrahunt. *Angel. ad l. quamuis. ff. de acq. hær. Zaſ. ad d. l. quæſitum. in fin.* Nonò ex eo, quòd filius hæres inſtitutus, ſuo nomine contra tabulas bonorũ poſſeſſionem non habet, nomine tamen fratris præteriti habet. *l. non putauit. §. planè. ff. de bon. poſſ. contra tab.* Decimò ex eo, quòd iudex delegatus alieno nomine iuriſdictionem quam ſuo nomine exercere non poſſet, exercet, & eos quos ſuo iure punire non poſſet, *c. ſanè. de offic. iud deleg.* punit. Poſtremò ex eo, quòd vt Alexander, *cap. ſecundum ſtatuta. ne cle. vel monachi.* tertius reſcripſit. Monachi à clericis vel laicis ſuo nomine firmas habere non poſſent: Monaſterij tamẽ nomine poſſent *gl. ibi per c. 1. eod. tit.*

6. †Ratio autem decidendi eſt, quod in omnibus negotijs & rebus, quilibet potiùs admittitur pro ſe quàm pro alijs, quod manifeſtum eſt in his, qui ad aliorum vtilitatem accuſare non poſſunt, proprium verò & ſuorum cauſam perſequi non prohibentur. Tum etiam ratio eſt alia, ne quod vna via prohibetur, alia via permittatur, *cap. prohibentur. 2. q. 1. l. feminis. ff. de procurat.* & tertiò, quia indecens & inhoneſtum eſt, ſuum crimen commodis alienis impendere, *capit. vltim.* Non obſtat autem ea, quæ primo loco mota eſt dubitatio: quia vt ait Bald. *in d. §. ſi procurator.* Impetratio procuratoris, eſſentialiter ab ipſo principio & ſpeciali mandato vel ratificatione domini dependet, & aliter non valet, neque reſidet ius illud impetrandi penes procuratorem, ſed eſt tantùm veluti organum & inſtrumentum aliquod, per quod alius operatur, ita vt cùm nihil ſibi acquirat, non debet quoque puniri, & maximè quidem concurrente voluntate domini, quæ in ipſum dominũ totum hoc quidquid eſt, iniquę iſtiuſmodi impetrationis transfert. Cæterùm hæc ratio Baldi non ſatis firma & ſtabilis eſt. Alioqui enim eadem ratione in delicto admiſſo excuſaretur mandatarius, qui eſt veluti organum mandantis, & cuius voluntati obſequitur. Sed huic argumento reſpondent Caſtrenſis, Angel. & Fulgoſius, *d. loco* quod impetrare reſcriptum à ſuperiore, non eſt de genere prohibitorum, vt ſunt mera, vera, & pura delicta, ſed ſuam pœnam habet impetratio, & poteſt hoc reſcriptum ſortiri iuris effectum, & poſtquam impetratum eſt, validum eſt, ſicut & mandatum ſuper eo ſuſceptum, mandatarium ad impetrandum illud adſtringit, ideoq; actus mandanti nõ procuratori adaptatur. Porrò & huic quoque reſponſioni rurſum obſtat, quod procurator & tutor æquipatantur. *l iuſiurandum. §. fin. ff. de iureiu. l. ſi in emptione. §. fin. ff de contra. emp.* & tamẽ ſi tutor vel curator ius iniquum impetrauerit, ipſe edicto coërcetur. *d. §. ſi procurator in fi.* quod ſanè mirum eſt, cùm in obligationibus, quæ veniunt ex contractu, duriùs agatur cum voluntario adminiſtratore, cuiuſmodi eſt procurator, quam cum neceſſario, qualis eſt tutor. *Dd. ad l. qui pro euictione. ff. de procur.* Rurſũ verò ad hoc reſpondent nonnulli, hanc eſſe rationem, quod tutor datur inuito. *l. 1. ff. de tut.* Procurator verò non niſi volente domino conſtituitur. *l. 1. ff. de procurat.* Sed hæc ratio friuola eſt, quippe quod Vlpianus non de ſolo tutore, ſed & de curatore loquitur, quẽ conſtat inuito dari non poſſe, *§. item inuiti inſt. de curat.* Grauiùs peccant hi, qui hanc rationem adferunt, quod tutor inuitus datur. Nam ſi id verum eſt, magis vtique illi ſubueniendum eſſet, *l. tutori Cod. de neg. geſt.* Baldi igitur diſſolutio ſecunda, verior & probatior eſt, dum ait, quod tutor ſeu curator habet officium ſuum liberùm à lege, & quodammodo loco domini habetur, *l. inter bonorum. ff. de adminiſt. tut.* Valet itaque quod ille impetrauit, abſque eo quòd interueniat conſenſus eorum, quorum tutor ſeu curator eſt. Sed quia pœna non poteſt cadere in pupillum minorẽ, ſeu furioſum, qui non peccauerunt, nec conſenſerunt, propterea cadit in ipſum impetrantem, *l. interdum §. qui tutelam ff. de fur.* Quam ſolutionẽ & Curtio Iuniori & Zaſio placuiſſe video, *in d. §. ſi procurator. in fi.* Porrò autem in ſecunda dubitatione nulla eſt difficultas: quia quando id quod fit alieno nomine, tendit ad eundẽ effectũ cum eo, quod fit proprio nomine regula noſtra locũ habet, non quando ad diuerſum effectum vergit, *Al. & Ioan. Andr. hic.* Quomodo & in ſimili videmus, quod alius eſt

effectus, cum quis pro ſe ipſo matrimonium contrahit, alius cùm pro alio, & impedimentum quod in perſona procuratoris eſt, in illo pro quo contrahitur, ceſſet. Tertia verò obiectio hac ratione diſſoluitur, quod ſi quis alium, quem ſuo nomine ingredientem prohibere poſſet, meo nomine euntem prohibeat, qui ire agere ſtipulatus ſum: vtique me prohibere videtur. Licet enim ſtipulationes ſint ſtricti iuris, *l. quicquid. ff. de verb. obl.* & perſona extrinſecus non intelligatur eſſe comprehenſa: ſunt tamen citra abſurditatem & ex veriſimili contrahentium men te intelligendæ. Mera enim verborum aucupia ſunt hæc, meræque cauillationes, ſi quis dicat, non te prohibui, ſed procuratorem tuum, ſeruum tuum, filium tuum, vxorem tuam, ſine quibus inutilis eſſet ſtipulationis vſus, *l. cæterum de vſu. & habitat.* Sed nec 4. dubitatio mouet: nam cùm quis alienum clericum proprii Epiſcopi conſenſu, & pro eodem conſecrat ſeu ordinat, ceſſat ratio, ob quam iure id ei ante facere non licuit, ne ſcilicet dum alter in alterius meſſem falcem ſuam immittit, inter Epiſcopos diſcordia oriatur, *cap. illud.* 71 *diſtinct.* Addo quod ſæpè accidit, quod clerici vinculo excommunicationis aſtricti, apoſtatæ irregulares, aut ſacrorum ordinum ſuſceptione indigni, ſuam patriam in qua innotuerunt, relinquentes, in remotis partibus in quibus anteacta eorum vita & improbitas ignota eſt, faciunt ſe ad huiuſmodi ordines promoueri. *cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* Epiſcopo verò proprio conſentiente, & literas teſtimoniales ac dimiſſorias ſcribente, nullum eiuſmodi periculum ſubeſſe poteſt. Sic & quintæ dubitationis difficultatem, diuerſitas rationis diſſoluit: quia non inſpicitur ibi qualitas inferioris ſurrogati, ſed tantùm ſuperioris in cuius locum ſurrogatus eſt, *l. item illa. ff. de conſtit. pecunia.* & perſona eius quæ ſurrogatur, in omnibus repræſentat perſonam eius cui ſurrogata eſt, *l. decernimus. & ibi Bartol. Cod. de aquæ ductu lib. 11.* eiuſque reſpectu ſuperior eſſe cenſetur: & quod quis non habet per ſe, habet ſanè per alium, in cuius locum ſurrogatur. *l. qui prior ff. qui potior. in pignor.* Quomodo & Rector Vniuerſitatis omnes Principes & Epiſcopos præcedit non quidem per ſe, ſed tamquam ſurrogatus in locum ſupremi Pontificis & Principis, cui alij omnes ſubſunt. *Tira. de iure primog. quæſt. 40. num. 65.* Et eodem modo ad ſextam dubitationem reſponderi poteſt. Quia quod tertius creditor præfertur ſecundò, non aliunde eſt, quàm propter iura à priore creditore, quem repræſentat, illi conceſſa. Neque ſanè mirum & abſurdum eſt id, quod ſeptimo loco proponitur. Nam quod libertus patronum ſuum ſine venia in ius vocare nõ poteſt, ideò eſt, quod naturali quadam ratione magnum illi honorem debet, à quo tam ingens beneficium accepit, *l. 2. C. de in ius vocando.* quæ ratio ceſſat in pupillo. Quid enim commune eſt pupillo, cum patrono liberti ſui tutoris? & certè neceſſitas excuſat tutorem, quæ illum ſtringit & compellit ad eam in ius vocationem. Accedit, quòd cùm filiusfam. pro ſe eſt in iudicio, periclitari poſſet, ſi abſque maturo patris conſilio litem ſubiret. *l. tam ex contractibus ff. de iudicijs.* At cum pro alio ſe offert, eo & aduerſario volente, ſibi imputare poſſunt, qui talem admiſerunt. Nonam verò & decimam dubitationem, propter ſurrogationem, de qua antè diximus, & per quam quis non ſuam, ſed alterius, in cuius locum ſurrogatur, perſonam, repræſentare dicitur, *l. ſed etſi quis ff. de inſt. actione.* nullam præſenti regulæ vim adferre palàm eſt, ſicut nec vltima quoque dubitatio: quia clerici qui pro ſe & particularia bo na propria habere, ſibique opes accumulare & congerere non poſſunt, communitati eorum acquirere poſſunt, cui vtique proprium habere licet, & maximè quidem ſi propria prædia ad alimenta eis non ſufficiant. *ca. dilecti de decim. §. alium in Aut. de ſanctiſ. epiſcopis. Hoſt. ad d. ca. ſecundum ſtatuta.*

REGVLA LXVIII.

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum.

1. *Procurator ſpecialis requiritur ad matrimonium contrahendum.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Illuſtres perſonæ debent per alios litigare.*
4. *Nobilitas an amittatur per mercaturam.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Ratio decidendi.*
7. *Hoſtienſis de aduocato iudicium.*
8. *Secreta patrimonij propalare durum eſt.*
9. *Diſcipulus ſi promiſit triennio operari apud magiſtrum ſuum, an cogatur eo mortuo apud heredem eius operari.*

VT quis regulariter pro alio poteſt, quod pro ſe poteſt: ita viciſſim quod per ſe poteſt, per alium quoque ritè facit, de quo plura Accurſius. *ad d. l. 2. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin.* Ideoque ſocius & procuratorem, & æque idoneum ſocij ſubſtitutum in ſocietate, *Bald. ad l. exigendi. C. de procur. & ad l. 1. C. qui teſtamenta facere poſſunt.* admittere debet, & cauſa reſtitutionis in integrum, etiam per procuratorem agi poteſt, *l. vnica C. etiam per procu. cauſa reſtit. &c.* † ſicut & matrimonium per hunc rectà contrahitur, licet vtroque caſu ſpeciale mandatum exigatur, *ca fin. de procurat. l. 6.* ſoletque procurator in animam domini ſui præſtare iuſiurandum. *c. nouit. de offic. deleg.* [*Gail 1. obſ.* 83.] Porrò autem an legitimatio, diſpenſatio, emancipatio, alienationis decretum, & ſi quæ alia his ſint ſimilia, per alium concedi, impetrari ſeu peragi poſſint, alio loco 1.

inqui-

inquirendum eſt. *Angel. & alij ad l. poſt mortem. §. fi. ff. de adopt.*

† Amplia primò hanc regulam: vt locum
2 habeat; ſiue quis occupatus vel impeditus ſit, vt per ſe facere non poſſit, ſiue impeditus non ſit, ſed facere nolit. *l. 1. in fi. ff. de proc.* Prioris partis exemplum in reſponſis Conſultorum clarum eſt. Aiunt enim, quòd ſi ab eo ſtipulatus ſum, qui efficere non poſſit, cùm alij poſſibile ſit, iure factam obligationem *l. continuus. §. ſi ab eo. ff de verb. oblig.* Vt ſi ſtipulatus ſum codicem mihi ſcribi ab eo, qui ſcribere neſcit. *Accurſ. ibi.* Poteſt enim promiſſor aut aliena opera vti, ſi alterius non interſit, aut certè æſtimationem ſoluere, ſi non fecerit, omnibuſque ijs qui ſuo nomine actionem habent, procuratoris dandi facultatem eſſe reſpondit Vlpian. *l. ſed ſi vnius §. idem Iulianus ff. de iniu.* Poſteriorẽ verò partem aperit Innocentius, dum ait, non ambigui iuris eſſe, & iudicem iubere non poſſe, alterutram partem, perſonaliter coram ſe, & in iudicio comparere, niſi in paucis quibuſdam caſibus exceptis tantùm. *ca. 1. de iudicijs lib. 6.*

Amplia ſecundò, vt procedat, etiam ſi ipſemet, qui vult per alium facere, faciat pro alio: *cap. 1. §. fin de procurat. li. 6. l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. ff. man.* Etenim procurator ad negotia, poteſt liberè & quandocunque velit, alium deputare & ſubſtituere. Iſtiuſmodi verò ſubſtitutus, etiam ab ipſo domino ſubſtitutus eſſe videtur. *l. item eorũ. §. item decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine &c. glo. in d. c. 1. §. licet ad verb. ſubſtituendi.* Imò quod amplius eſt, non ſolùm ipſe procurator ad negotiá poteſt aliud ſubſtituere, ſed etiam procurator, qui ab eo datur & ſubſtituitur, ſuo periculo ſubſtituere poteſt, vnuſque alteri tenebitur, *Philip. Franc. Ioan. And. & Archidiac. ad d. l. fi.* ea tamen moderatione & hoc temperamento, de quo alio loco latiſſimè agit Iaſon, quem vide. *ad l. quod quis C. de procurat.*

Amplia tertiò, vt locum habeat, etiam ſi in conuentione, lege, aut diſpoſitione adiecta eſſet hæc clauſula, propria manu: quia quando actus non eſt præiudicialis, vel quando non eſt electa induſtria perſonæ, poteſt fieri per alium, licet dicatur, proprijs manibus. *Card. ad clem. 1. de iureiu. Fely. in c. licet ex quadam de teſt. Bal. ad vnic. §. ne autem C. de cad. toll.* Proprijs. n. manibus debet leuari infans in baptiſmo, *ca. ad limina. 30. q. 1.* & tamen compaternitas, ſecundùm communem opinionem, moribus & vſu probatam, *in cap. veniens de cog. ſpirit.* per procuratorem contrahitur. Etenim non in ſuſcipiendo puero, ſed in illo erudiendo & formando periculum eſt. Sic & literæ gradus & nominationis, manuſcribæ ſeu notarij vniuerſitatis ſcribi aut ſignari debent; ipſo tamen abſente, *latè Rebuff. in tract. de nominationib. quæſt. 10. n. 12.* per eius ſubſtitutum ſignari poſſunt. Sin autẽ verſaretur alicuius præiudicium, vel ſi electa eſſet induſtria perſonæ, vel ſi alia eſſet ratio vtriuſque: tunc vbicumque dictum eſſet, quod per manus ſuas, vel propria manu, vel per ſe, aut perſonaliter quis aliquid facere deberet, vtique ſuſtitutus excluderetur. *l. ſingulos ff. de teſtam. l. per hanc. Cod. de erogat. mibi annon. Alc. li. 2. de verb. ſignif. fol. 2. col. 7. Rebuff d. lo. Iaſ. ad d. l. quod quis. (Gail. 1. obſ. 97. n. 2. & ſeq. & 2. ob. 2. num. 19. D. Peck. in l. 1. §. magiſtrum, in prin. & n. 1. ff. de exact.)* Quomodo & Canon ait, quod qui hæreticos ſepeliunt, proprijs ſuis manibus eos ipſi exhumare debent, neque antè abſoluuntur. *c. quicunque. de haret. lib. 6.*

Amplia quartò quòd non ſolùm quis poteſt, ſed nonnunquam etiam cogitur, ea quæ ipſi explicanda incumbunt, per alium facere, vel propter faſtigium dignitatis, † qua ratione il- 3
luſtres perſonæ non per ſe litigare, ſed procuratorem in negotijs ſuis ſubſtituere debent: *l. quicunque. Co. de procur.* [*Gail 1. obſ. 111. nu. 4.*] vel propter defectum diſcretionis, quo laborant pupilli, furioſi, prodigi, & non ſanæ mentis homines: *ca. paſtoralis de iudic.* vel porpter delictum & periculum, vnde excommunicatus qui non poteſt agere, ſed conueniri, debet per alium in iudicio experiri. Non deſunt quoque in ſacris literis exempla, ex quibus diſcimus, nos per alios conſequi, quæ per nos ipſos non impetraremus. Voluit enim pius & clemens Dominus, vt pro amicis ſuis oraret Iob, quorum præces non exaudiebat, vt eſt in libro Iob capite 42. Quod conſiderans Chryſoſtomus, in oratione, ne deſperemus, ſi in benè operando tardi ſimus, ita ait: *Dicit Rurſum quiſpiam, quid mihi aliena comprecatione opus eſt, ſi ipſe morem geſſero? Caue heus tu ne id amplius dixeris, quinimo opus illa eſt, & maximè opus: audi quippè Deum de amicis Iob hoc pacto loquentem. Et orabit,* inquit, *pro vobis, & remittentur vobis peccata.* Rurſum verò paulò ante. *Audi & Paulum hoc modo dicentem. Scio autem quod hoc mihi cedet pro veſtris precibus & permiſſione ſpiritus Ieſu Chriſti ad ſalutem.*

Amplia quintò, quòd non ſolum quis poteſt per alium, quod poteſt per ſeipſum: ſed etiam poteſt, licet non cogatur, aliquando per alium, quod per ſe non poteſt, *ca. intelleximus, de iudic.* vt ecce. Prohibet Canon, ne clerici marcellariorum aut tabernariorum artem per ſe exerceant: *clem. 1. de vita & honeſt. cler.* ſi verò per alium exerceant, pœna illa legis non tenentur. *gl. Card. & Imola ibi.* Ideoque Dominicus Geminianus. *ad c. 1. eod. tit. lib. 6.* dicit ſe aliquando defendiſſe clericum, qui tabernam exercuerat, vendendo vinum ex proprijs vineis collectum, non tamen adminiſtrauerat illud in propria perſona, ſed per alium tantùm. Quo modo & alio quoque loco legimus, canonicos ius vendendi carnes habere, *ca. ſignificante. de appel.* poſſeque per alios & non per ſe ipſos, iuriſdictionem criminalem exercere. *clem. ne in agro. §. porrò de ſtatut. monach.* [*vi. Gail 1. P. P. 1. n. 11. & c. 8. n. 1. & n. 12. & n. 25. vſq. ad fin.*]

Sic & Albericus, id quod alibi dicit Imperator tabernarium inter abiectas perſonas numerari: *l. humilem. C. de inceſt. nupt.* tum demùm procedere ait, ſi per ſe, non ſi per alios exerceat. Vnde & ea quoque quæſtio nata eſt: † An
4 nobilis, qui exercet mercaturam, non quidem per ſe, ſed ea in re vtitur opera famulorum aut inſtitutorum, amittat nobilitatem nec ne? Et in negatiuam partem propendent veteres. Nam & Marcus Craſſus haud dubiè Romanorum nobiliſſimus, artificium ſeruorum opera diues factus eſt, vt Plutarchus tradit, & vt teſtis eſt Iulius Capitolinus, ipſe Imperator Pertinax, non aliter quàm priuatus facere ſolet, mercaturam per alios exercuit. Cæterùm in huius quæſtionis diſſolutione Alciatus, *lib. 2. de verb. ſignif. fol. 3. & ad l mercis 2. eod. tit. & reg 1. præſ. cap. 48.* & qui eum ſequitur Tiraquellus, *in lib. de nobilitate quæſt. 27.* exiſtimant, loci conſuetudinem eſſe obſeruandam, an ſcilicet eos qui in hac re aliorum opera vtuntur, inter ignobiles habeat.

Amplia poſtremò hanc regulam, quòd qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, de quo paulò inferius loco proprio latiùs dicemus. *c qui facit. inf. eod.*

5 † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quòd principales perſonę, non per aduocatos, ſed per ſe ipſas factum proponere debent, niſi fortè adeò ſint indiſcretæ, vt earum defectus, de iudicis licentia, per alios ſuppleatur. *d. c. paſtoralis de iud. c.* Secundò ex eo, quòd procurator ad contrahendum matrimonium conſtitutus, alium, niſi hoc eidem ſpecialiter conceſſum ſit, deputare non poteſt. *c. fi. de procurat. l b. 6.* Tertiò ex eo, quòd clericus ſi fructus beneficij percipere velit, non per alium in officio ſuo ſeruire, ſed ipſe perſonaliter in eccleſia ſua reſidere debet. *cap quia nonnulli. de cleric. non reſid.* nullaque priuilegia ſeu indulta perpetua, aut de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis conceſſa, ei ſuffragantur, id quod etiam poſtremæ ſynodo Tridentina latiùs cauetur. *ſeſſione 6. c. 2.* Quartò ex eo, quòd iuxta conſtitutionem Gregorij noni, is cui commiſſum eſt, vt aut excommunicare, aut abſoluere, aut cum irregularibus diſpenſare poſſit, alijs hæc demandare (ſalua legatorum auctoritate) non poteſt. *ca. vlt. de offi. & poteſtate iud. delega.* Quintò ex eo, quòd vt ex Beato Auguſtino refert Canon, *neque per nuncium, neque per epiſtolã, ſed per ſe quiſque admiſſa ſua confiteri debet. c. quē pœnitet. de pœnit. diſt.* 1. Sextò ex eo, quòd ait Vlpian. ſi nauem à ſe fabricandam quis promiſerit, alius ædificans, non conſentiente ſtipulatore, non liberabit reum, *l. inter artifices. ff. de ſolut.* Septimò ex eo, quòd Iulius Paulus reſpondit, mandatum ſibi iuriſdictionem, neminem alteri mandare poſſe, *l. fin. ff. de of. eius cui mand. eſt iuriſdict.* Octauò ex eo, quòd arbitri vel iudicis ſententia nulla eſt, quam non ipſe proprio ſuo ore recitauit, perſonis illuſtribus duntaxat exceptis. *l. 1. & 2. C. de ſent. ex breuiculo reci.* Nonò ex eo, quòd idẽ Vlpianus alibi reſpondit, *lib. 5. opinionum.* abſentem neque arrogare, neque adoptare, neque per alium eiuſmodi ſolemnitatem peragere poſſe. *l. poſt mortē §. 1. ff. de adopt.* Decimò ex eo, quòd adoleſcentes qui veniam ętatis à Principe impetrare volunt, debent ipſi per ſe comparere, & ſe viginti annorum metas impleuiſſe probare *l. 2. Cod. de his qui veniam ætatis impet.* Vndecimò ex eo, quòd is qui ex ſeruitute proclamat in libertatem, debet hoc facere per ſe, non per procuratorem. *l. vnic. C. de aſſert. tollenda.* Duodecimò ex eo, quòd dominus nouum emphyteutam per ſe, non per alium in poſſeſſionem inducere debet, *l. vltim. C. de iure emphyt.* Decimò tertiò ex eo, quòd eleganter ait Papin. ad crim. publici iudicij perſequendum aut defendendum, procuratorem interuenire non poſſe. *l. accuſatore §. ad crimen ff. de pub. iudicijs.* Poſtremò ex eo, quòd clericus de bonis mobilibus in vita diſponit, diſponendum verò poſt mortem ſuam per alium non relinquit, & Epiſcopus de fructibus ſuis poteſt monaſterium conſtruere, ſed poſt mortem erogandum diſponere non poteſt. *c relatum c. ad hæc. & ibi Aric. num. 3. de teſtam. cap. quia Ioannes 12. q. 5.*

† Ratio verò decidendi eſt. Quod vt ait Iu- 6
ſtinian. *inſt. de ijs per quos agere poſſ. m.* morbus & ætas & neceſſaria peregrinatio, itemque alię multæ cauſæ, ſæpè hominibus impedimento ſunt, quominùs rem ſuam ipſi exequi poſſunt. Et ideò teſte Vlpiano, *l. 1. in fin. ff. de procurat.* vſus procuratorum perquam neceſſarius eſt. Quinimò hodie apud plæroſque priuati homines non per ſe, vel per alios quoſcunque cauſam ſuam agere in foro poſſunt, ſed ſelectis & ad hoc à publico conſtitutis, quibuſdã forenſibus procuratoribus, negotium mandare debent. [*vi. Mynſ. ad d. tit. Inſt. de ijs per quos ager.*] Non obſtat autem his prima dubitatio. Quidam enim, ſed non ſatis tutè, exiſtimant illam Innocentij conſtitutionẽ, moribus & vſu antiquatam eſſe. Sed alij magis ad rem ipſã attendentes, vſum procuratorũ non excludi aſſerunt, quia conſtitutio illa non niſi de aduocatis loquitur, quorum proprium & peculiare eſt, ius partis deducere & demonſtrare, facti propoſitione, vel procuratoribus, vel parti de veritate magis inſtructæ, relicta. Solent quoque aduocati interdum clientes à veritate propalanda per ſuggeſtionem ambiguæ reſponſionis auertere.

† Ait enim Hoſtienſis, ſe audiuiſſe aduoca- 7
tum dicentem clientulo, ſi hoc confitearis, amiſiſti cauſam tuam, ſed non dicebat (inquit) ſi hoc neges, amiſiſti animam tuam. Certè de hac ſolutione, nihil dubitandum eſt, ſi iudex partem litigantem de facto perſonaliter reſpondere iubeat, vt videat, qua conſtantia, qua trepidatione, quo vultu loquatur. *l. de minore. ff. de quæſt. l. 3. ff. de teſt.* (*conf. Gail 1. P. P. 10. n. 3. & ſeqq.*]

& ſeq.] Non obſtat quoque ſecunda dubitatio, propter magnum periculum, quod ex facto tam arduo poſſet imminere. Nam vt ait Anchor. *d. ca. fin.* qui aliquem conſtituunt ad contrahendum matrimonium, non niſi amiciſſimum fideliſſimumque eligunt, eique ſæpè viua voce, tantùm, patrimonij ſui vires & magnitudinem indicant, & alia ſua ſecreta credunt, quæ ad euitandam inuidiam vel ad euadendum periculum, vel quia vulgo ditiores
8. habentur, alios ſcire nolunt. † *Quid enim tam durum aut inhumanum eſt*, (inquit Theodoſius Imperator) *quam publicatione pompaq́; rerum familiarium, & paupertatis detegi vtilitatem, & inuidiæ patere diuitias?* *l. 2. C. quando & qui, quarta pars debet:* noſtraque intereſt ne ſecreta patrimonij noſtri pandantur. *l. 2. C. de alim. pupillo præſtandis.* Neque etiam ea mouet, quæ tertio loco propoſita eſt dubitatio. Quia ſi qui greges ſibi commiſſos, mercenariorum more deſerunt, atque ouium ſuarum, quarum ſanguinem de eorum manibus ſupremus iudex requiret, *c. irrefragabili de offic. ordinarij.* cuſtodiæ non intendunt: miniſterium ſuum non implent, ſed multorum ſtipendia ſibi vindicant, & licet clericus eccleſiæ ſuæ perinde vt maritus vxori adhęrere debet, *cap. 1. qui mat. accuſ. non poſſunt.* ab ea diuortium faciunt, & ſe fructu atque emolumento beneficij vel eccleſiæ iuſtè exuunt. Sed nec quarta quoque me turbat dubitatio. Quia quando tantum committitur nudum miniſterium ſine cognitione in re ſpirituali & quidem magna, vt in exemplis ex contrario propoſitis apparet, videtur vtique fuiſſe electa induſtria perſonæ, *Panorm. in d cap. fin. nu. 2. & ibi Felyn.* videlicet, quod ſit vir doctus, ac diſcretus concionator, quod eſt prouidus & prudens diſpenſator, quod eſt iudex ab auaritia, *D. Antonius ibi.* & à ſordibus longè alienus, & quia poteſtas delegandi pendet à iuriſdictione: *l. 1. ff de iuriſd. omn. iud.* ideò is qui nudum miniſterium habet, ſubdelegandi licentiam non habet. Quinta quoque dubitatio illam ſuam rationem habet, vt qui per ſe peccarunt, per ſe quoque erubeſcant & confundantur. Erubeſcentia enim ipſa partem remiſſionis habet, *d. ca. quem pœnitet.* & vt Chryſoſtomus ait, *non eſt confuſio accuſare peccata vt ſoluantur peccata, ſed virtus.* Quod autem ſexto loco ex Vlpiano adducitur, hoc modo diſſolui poteſt, quod (vt ait legiſlator) ſpecialiter ibi id actum erat, vt ſuis operis perficeret promiſſor, & quia inter artifices longa eſt differentia & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis: non licuit recedere à perſona, cuius induſtria erat electa. Vnde exiſtimat Albericus, *ad d. l. inter artifices.* †
9. quòd ſi diſcipulus fabri promiſit toto triennio apud magiſtrum ſuum manere, & totum quod lucrari poteſt, ei dare, quoniam videtur illius magiſtri induſtriam elegiſſe, eamque ſibi propoſuiſſe: non cogitur mortuo magiſtro intra triennium, cum hæredibus ipſius permanere, maximè ſi eiuſdem induſtriæ non ſint & artis. Neque huic abſimile eſt id quod ſeptimo loco proponitur. Nam vt Angelum ſecuti Iaſon. Caſtren. & Curtius, aiunt, *ad l. moræ. ff. de iuriſ. om. iu.* Iudex delegatus ideò mandatam ſibi iuriſdictionem alteri mandare non poteſt, quod proprietas iuriſdictionis in ordinario reſidet, in delegatum verò non niſi vſus iuriſdictionis tranſit. Et ideò quia totum hoc quod habet, alieno beneficio habet, *d. l. moræ.* & quia ſolummodo mandatis partibus fungitur, neque plus poteſt quàm ſibi commiſſum eſt: vtique alteri delegare nequit, *(conſ. Gail 1. obſ. 97. per tot.)* ſicut & is qui vſum habet, aliis enim non locat. *l. 2. ff. de vſu. & habit.* Sic & Vlpianus: *Nemo poteſt* (inquit) *gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſuis alterius coërtionis, ad alium transferre. l. nemo poteſt ff. eod.* Voluerunt enim iuris auctores, ne alij de hiſce rebus iudicarent, quàm hi qui ob ſingularem eorum induſtriam, exploratáq; eorum fide, ad hoc officium aſſumuntur, ne aut innocentes pœnis temerè irrogatis, ſupplicium ſubire grauioremq; coërtionem ſuſtinere cogerent, aut noxios ſine cauſa laxarent, & malo publico impunitos dimitterent. Cæterùm pleraq; ex his iure noſtro pontificio aliter ſe habet. *ca quod ſedes. de offic. ordin.* quod alterius loci eſt, & eleganter explicat Felyn. quem vide. *ibi.* Octauæ verò dubitationis diſſolutio eſt, quod maturiore iudicio ſe cauſas oblatas pertractaſſe oſtendunt hi, qui ore proprio ſententias pronunciant: & quidem maximè, ſi ſint humilioris conditionis homines, qui multa neglectim & imperitè agere ſolent: quæ ratio ceſſat in perſonis illuſtribus, quæ grauitatis & prudentiæ maiorem præſumptionem pro ſe habent. Non obſtat ſimiliter nona dubitatio: quia magna eſt ratio, ne per alium adoptionis arrogationiſque formulæ expediantur. Ætas enim eius qui arrogare vult, & opulentia eius qui arrogatur, conſideranda eſt, *l. ſi paterfam. ff. de adopt.* ne inſidiosè illius bona appeti videantur. Deinde quoque & illud exquirendum eſt diligentiſſimè, cuius vitæ aut religionis ſit, qui adoleſcentem in familiam ſuam transferre intendit, vt hinc æſtimetur an ſalubris adoptio ſit futura nec ne, ſoletque etiam intercedere interrogatio, an is qui adoptat, velit eum, quem adoptat ſibi, filium eſſe, & is qui adoptatur, an id fieri patiatur. *l. 2. C. de adop.* Quæ quidem omnia perſonalem præſentiam poſtulant: quod & Conano placere video. *li. 2. c. 15. num. 9.* Sic & in impetratione veniæ ætatis præſentia adoleſcentis neceſſaria eſt, vt Princeps ex aſpectu & moribus eiuſdem intelligere queat, an ſatis prudentiæ habeat, ad bona ſua gubernanda. *d. l. 2. C. de his qui ven. ætat. imp.* Et quod decimo loco controuertitur, hanc rationem habet, quod neque ſeruus procuratorem conſtituere poteſt, neque pro ſeruo habitus, *l. non idcirco §. fin. ff. de iudic.* & ideò ne interim is, qui in poſſeſſione ſeruitutis eſt, facilè domino præiudicet,

iudicet,meliuſque iudex de cauſa aſſertæ libertatis pronunciet, reſponſio perſonalis neceſſaria fuit. Neque etiam his obſtat duodecima dubitatio. Nam vt ait Coraſ.ibi, *in d.l.fin.§.penult.* præcedente denunciatione & expectato bimeſtri, ſecundùm formulam à Iuſtiniano præſcriptam, translata fuit emphyteuſis in extraneum, & ideò in pœnam odiumque tarditatis domini,& ne inuidia nouæ illius acquiſitionis, quam differendo ſe moleſtiſſimè ferre ſimulat, poſſit dominus quoquo pacto calumniari,optima ſanè ratione inductum: ſtatutum eſt, vt non per procuratorem, ſed per ſe illum in poſſeſſionem inducat. Nulla quoque habenda eſt conſideratio eius, quod penultimo loco ex Papiniano proponitur, procuratorem ad crimen interuenire non poſſe:vel quod iudicium fieri poſſet eluſorium, ſi quando reus per procuratorem litigans, & videns capitalem ſententiam in ſe paratam eſſe, fugeret, manentque eo modo delicta impunita: vel quod iudex ex conſpectu rei de crimine accuſati melius cognoſcere poteſt, qua animi conſtantia,quo vultu,aut qua perturbatione loquatur, *l. de minor.ff.de qu.l. 3.ff. de teſt.* [*Gail* *l.* *P.P.*10. *per tot.*]Et hoc verius eſſe,poſt multorum aliorum rationes excuſſas,exiſtimat Rubeus *in tra. de offi.procurat.* Exiſtimat tamen,reum iam in vinculis exiſtentem, veluti ceſſante prædicta ratione,procuratorem habere poſſe. *Panorm.in cap.veniens de accuſat. Bart.in d.§.ad crimen.* Illud ſanè extra dubitationem eſt, quod ad crimen interuenire poteſt procurator, non ad principalem defenſionem, vt nunc dictum eſt, ſed ad proponendas excuſationes,cur reus perſonaliter non veniat, & ad allegandas exceptiones dilatorias atque declinatorias pro eodem. *Bald.in tract.de ſtatut. qu. 9. tit. de procur.* Quemadmodum & cognati & amici poſtulare poſſunt;vt iudex ex officio melius ſe informet de crimine impoſito, atque ad rei accuſati innocentiam tuendam. *latè Ludouicus Carrer. in praxi crim.ca.7.num.16.cum ſeq.* Quod autem clericus & Epiſcopus in vita per ſe, de bonis eccleſiæ diſponere poſſunt, aliis verò vt diſponant, mandare non poſſunt, euidentem rationem habet. Etenim aut vſuariis,aut certè vſufructuariis æquiparantur. Vſufructuariis quidem,dum viuunt:vſuariis dum teſtari volunt, & proinde illis ſufficere debet,fructibus eccleſiæ,dum ei operam præſtant, vſos eſſe, ad alios verò eos transferre non debent.

REGVLA LXIX.

In malis promiſſis fidem non expedit ſeruare.

1. *Fides an hoſti ſeruanda ſit.*
2. *Mala promiſſio an à malè promiſſo differat.*
3. *Promiſſionis verbum quomodo accipiatur.*
4. *Ampliationes huius regulæ.*
5. *Scholaris à patre vocatus domum,an non obſtante iuramento de non recedendo abire poßit.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Rationes decidendi.*
8. *Ageſilai elegans dictum de ſeruando promiſſo.*

NIhil magis ſecundùm naturam eſt, quàm fides:*l.1.ff.de pact.l.1.ff.de conſtit. pecunia.* id eſt, dictorum conuentorumque, vt ait Cicero,conſtantia & veritas, † adeò vt crebriore calculo receptum ſit, etiam hoſti fidem datam ſeruandam eſſe,*cap.noli 23.q.1.* id quod pluribus verbis defendit Duarenus,*ad d.l.1.de pact.* 1.
non quia ſemper hoſtis dignus eſt, vt fides ei ſeruetur: ſed ne nobis in extremam neceſſitatem adductis, amplius non credatur. Sed quoniam inter iuris præcepta hoc nominatim refertur ab Vlp.*l.inſtit.ff.de iuſtit.& iur.*vt honeſtè viuatur:vtique fit,quod promiſſio,quę contra bonos mores eſt, quæque turpitudinem aliquam in ſe continet, vel ad malum finem deflectit, improbetur. *In malis promißis*,inquit Iſidorus,*reſcinde fidem,in turpi voto muta decretum, quod incautè vouiſti,ne facias: turpis eſt promißio, quæ ſcelere adimpletur. c.in malis.22.q.4.* & ſi ad peccatum admittendum fides exhibeatur, mirum eſt ſi fides appelletur. *c ſi ad peccatum ibid.* Quomodo & Seneca ait:*Præſtare fateor poſſe me fidē ſi ſcelere careat:interdū ſcelus eſt fides.* (*Gail l.1. P.P.4.n.11.& ſeq. D. Pec.ſup.in c.non eſt oblig.*)
† *malis promißis*. Sunt qui hoc loco malè promiſſum à malo promiſſo diſtinguunt, vt illud ex ſummo quidem iuris rigore ſubſiſtat, licet ex æquitate detur exceptio, ſicut in his, quæ metu facta ſunt: Iſtud verò ipſo iure non teneat,ideò quod ſuper re mala concipitur, & propterea obſeruari non debet. Cæterum hæc diuerſitas neque in ſe perfecta eſt,neque ſatis explicata eſt. Conſtat enim ſtipulationem & promiſſionem, malè, hoc eſt, non ſeruatis ſolemnibus & præſcriptis à lege formulis, conceptam,etiā ipſo iure non ſubſiſtere,*l.1.de ver.ob.* & ne in vim quidem nudi pacti valere, quia vbi eſt defectus in forma, quod non valet vt agitur,non valet vt valere poteſt. *Alcia.& Coraſ.ibi ad §.ſi quis ita & §.ſed ſi mihi.* Multa igitur ſunt malè promiſſa, quæ ipſo iure non tenent, & naturalem obligationem non inducunt, neque exceptione aliqua egent. Adde quod verè dici non poteſt,malè conceptum eſſe illud,quod interueniente dolo metuue factum eſſe,tametſi hic aliud ſentiat Dynus. Imò plerumque cautius concepta ſunt eiuſmodi, quæ dolum aut metum habent. *l.ita fidei ff.de iur.fiſ.* Qui enim committunt eiuſmodi,ita ſe munire ſolent,ne dolum aut fraudem feciſſe videantur. Nemo ferè magis ſibi proſpicit: Nemo minus à forma legis recedit: Nemo fortioribus clauſulis ſe armat, quàm qui legi fraudem ſtruit, malèque agit. Verius igitur videtur, quod malè promiſ- 2.

promiſſum illud eſt, quod formulas ſuas à iure aut à conſuetudine requiſitas non habet. Mala verò promiſſio eſt, quæ bonis moribus aduerſatur. Ea verò quæ dolo metuve extorta eſt promiſſio, communiter ab vtroq; differt, quòd vt plurimum non malè, ſed ſolemniter multumque aſtute concipitur, & non ex parte rei promittentis mala eſt, ſed ex parte ſtipulatoris tantùm. Frequenter tamen accidit, vt etiam hæc duo confundantur, & promiſcuè accipiantur, *cap. ecce.* 22.*q*.4.

3. † *Promiſſis.* Tametſi communiter verbum promiſit, de nudo pacto non intelligatur, vt ait Alciatus, *ad l. lecta nu.* 36.*ff. ſi cert. pet.* præterquam ſi aut inſtrumento inſertum ſit, §. *ſi ita ſcriptum inſt. de inut. ſtipul.* aut lex diſertè nudæ dumtaxat promiſſionis meminit: *l. ſciendum.* §. *dictum. ff. de ædil. edict.* Pollicemur enim vltrò, promittimus verò rogati: largior tamen hoc loco eſt promiſſionis acceptio, vt & nudas pollicitationes contineat, quæ iure pontificio ſufficiunt. *c.* 1. *de pact.* Et tantò quidem magis, quod debilius in his ſit vinculum, quàm in ſolemni promiſſione: nec abſque ratione factum videtur: quod hic promiſſionis fit mentio, non pacti, cùm tamen nihil aliud ſit pactum, quàm promiſſio, & omne pactum promiſſionem in ſe continet: quia non tam id agit hic Pontifex, vt oſtendat pacta, quæ contra leges vel bonos mores fiunt viribus carere, de quo abundè dictum erat ſuperius, *in cap. quæ contra & in ca. impoßibilium.* quàm vt indicet, an in rebus his malis promiſſionem ſeruare expediat, nec ne.

Non expedit. Non ſunt hæc verba ita accipienda, quaſi tantùm ſit vtile & honeſtũ, in malis promiſſis fidem non ſeruare: ſed etiam vt intelligamus omninò neceſſarium eſſe, non ſeruare, & adeò quidem neceſſarium eſſe, vt is qui tam imprudenter promiſit, eo etiam nomine pœnitentiam agere debeat. *d. c. neceſſe eſt.* Licet enim hæc dictio *Expedit.* plærunque ad vtilitatem referatur, *cap. non ſolum de regul. ca. cum expediat. de elec. li.* 6. ſæpè tamen etiam neceſſitatẽ habet, & pro eo quòd decet, conuenit, ſeu fieri oportet, accipitur. *Archidiac. ibi & Alber. in ſuo dicti. ad verbum expedit.* Proinde officium iudicis eſt, ex huiuſmodi promiſſionibus actiones denegare.

4. † Amplia primò hanc regulam, vt procedat etiam ſi iuramentum acceſſerit: quia iuramentum, quod vinculum iniquitatis eſſe non debet, *c. inter cætera* 22.*q*.4. ſi contra bonos mores præſtitum ſit, non eſt obligatorium, *c. non eſt oblig. ſup. eod.* & cùm noxia promiſſa complemus etiam iurata, & Dei iuſſa contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & noſipſos crudeli æternæ mortis gladio trucidamus. *c. duo mala,* 13. *dist.*

Amplia ſecundò, vt locum habeat, ſiue ea promiſſio ſit ex mala cauſa de præterito, ſiue ex mala cauſa de futuro. Nam ſicut licitè contra fidem datam facit, qui promiſit quòd plagium faciet, vel res furto ſubtractus cum ſocio diuidet: *l. ſi à reo.* §. *vlt. ff. de fideiuſſ.* ita & is quoque qui tibi promiſit quia plagium feciſti: filiam alterius abduxiſti: homicidium admiſiſti. *l. ſi plagij ff. de verb. obl.* Maleficij enim remuneratio, turpis ac bonis moribus contraria eſt, & (teſtis eſt Caius) nemo ex eo, ex quo puniri debet, præmium vel lucrum meretur. *l. ſiue hæreditaria. ff. de nego. geſt.*

Amplia tertiò vt procedat, non ſolùm quando ipſa promiſſio eſt in ſe mala, ſed etiã quando ex mala cauſa mouetur, vt ſi promitto tibi decem, vt furtum facias. Furtum malum eſt, ſed promiſſio per ſe non eſt mala, *Æmillius Ferretus ad l. generaliter. ff. de verb. oblig.* ſi non furti cauſa facta eſſet.

Amplia quartò, vt non ſolùm in malis promiſſis hæc regula procedat, ſed etiam in bonis, quæ tamen vel aliorum voluntate dependent, vel ex accidenti variantur: quia in omni voto, ſacramento vel promiſſione intelliguntur eiuſmodi generales conditiones, ſi Deus aut ſuperior voluerit: ſi vixero: ſi potero: vnde cùm vxor alteri quid promittit, fidem iure non ſeruat, ſi maritus eius præſtari nolit, & eius promiſſio hanc habet conditionem, ſi marito placuerit. *gloſ. elegans in cap. B. Paulus.* 22.*quæſt*.2.

† Ex quo pulchra diſputatio hic oritur, an clericus qui iurauit ex academia non recedere, niſi ſoluto ęre alieno, creditori promiſſum ſeruare debeat, ſi vel Epiſcopo ſuo ad reſidentiam, vel à parentibus ſuis domum reuocetur, ſicut & alio loco quæritur, *Calderinus conſ.* 1. *de his quæ vi met. cauſ. fiunt.* an monachus promiſſionẽ ſeruare debeat, qui dolo metuque pellectus, religionem profeſſus eſt, nec ne? & exiſtimat ſpeculator *in titu. de teſte.* §. *reſtat.* hanc vnũ eſſe ex caſibus ſpecialibus, quibus vnius teſtimonio fides datur, quod ſoli patri monachĩ creditur de profeſſione filij metu reuerentiæ paternæ facta. 5.

† Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quòd Paulus ait, exceptione, non ipſo iure eum repelli ac remoueri, cui ex turpi cauſa promiſſũ eſt. *l. penult. ff. de cond. ob turpẽ cauſam.* & lex obligationem quæ ex metu origenem habet, vel in ſtricti iuris iudicijs, eã quæ ex dolo proceſſit, ipſo iure non vitiat. Secundò ex eo, quòd promiſſio meretrici facta, mala & turpis eſt, ſaltem ex mala & turpi fornicationis cauſa nata eſt: nihilominùs tamen, in foro conſcientiæ ligatur promiſſor, vt fidem ſeruet, *Fulgoſ. & alij ad l.* 2. *&* 4. *C de cond. ob turpem cauſam.* Tertiò ex eo, quod turpis eſt promiſſio, ne de dolo admiſſo agatur: quia per iſtiuſmodi promiſſiones redditur improbus animoſior ad ſimilia crimina ſpe impunitatis in poſterum peragenda. Expedit verò huiuſmodi doli & peccati pœnam eum timere, & ſpes impunitatis illecebra quædam peccati eſt. Vnde Vlpianus. *in l.* 6.

ſi vnus.§.pacta.ff.de pactis. poſt admiſſa (inquit) crimina, promittere & paſciſci poſſumus, ne furti aut doli admiſſi nomine agatur. *cap.magna 22.quæſt.4.*

7. †Ratio verò decidendi eſt, quòd mala promiſſione Deus offenditur. Ideoque magnæ ſapientiæ eſt hominē quod malè locutus eſt, reuocare, & non eſt hæc præuaricatio promiſſi, ſed emendatio delicti. † Cuius rei exemplum

8. extat in Ageſilao illo magno, qui Plutarcho teſte, cùm quidam ei dixiſſet, promiſiſti, ac ſæpiùs idem repeteret. Per Iouem, inquit, ſiquidem iuſtum eſt: ſin minùs, dixi quidem, ſed non promiſi. Ac illo ſubijciente: atqui oportet reges præſtare quicquid capite annuerint: Non magis, inquit, quàm eos qui ad reges accedunt, petere decet iuſta & dicere, captantes & oportunitatem & quicquid regibus commodum eſt. [*conſ. Gail 2.obſ.58. numero 10.11.*] Non obſtat autem, quæ ex aduerſo proponitur prima dubitatio: quia cùm lex exceptionem concedit aduerſus promiſſionem, re ipſa indicat, in malis promiſſis impunè fidem non ſeruari, & quæ in contrarium lex adducitur, hanc rationem habet, quòd meretrix, cùm meretrix ſit, turpiter quod datum eſt, non accipit. *l. idem. ff. de cond.ob. turpem. cauſam.* eiuſque rei explicatio ad alium locum pertinet *ad §. quod ex turpi inſtit.de inutil.ſtipul.* Et quoniam dolus qualitas quædam eſt conſenſui accedens, nec conſenſum veriſimilem omninò excludens, ſicut & metus: fit vtique, vt non reprobata ſubſtantia rei promiſſæ & in ſtipulationem deductæ, ſtipulatio non ipſo iure, ſed reſciſſoriæ actionis remedio infirmetur, quod & ad metum pertinet. *Alciatus ad librum pacta quæ contra. numero 39.C.de pact.* Neque multum huic abſimile eſt id, quod ſecundo loco proponitur: quia ſicut meretrix turpiter non accipit, ita nec inutiliter ei promittitur, adeò quòd de his, quæ ſic accepit, teſtari atque eleemoſynam facere poſſit, licet eas clerici non facile recipere debeant. *Dd. in cap.quia plærique de immunit. eccleſ. Sum. Roſellæ. in verbo, reſtitutio. numero* 14. Poſtremò non obſtat, quòd de pacto, ne de dolo admiſſo agatur, dictum eſt: quia cùm ſemper ſuas pœnas delicta habeant, & incerta ſit delicti admiſſi remiſſio: minimè ſit veriſimile, quod hac ſpe impunitatis tam dubia & incerta, in tantùm periculum ſeſe poſtea conijciat is, qui ſemel perplexitatem delicti ſentiens, caſu aliquo fortuito, & etiam fortè præter omnem opinionem veniam impetrauit.

REGVLA LXX.

In alternatiuis electio eſt debitoris: & ſufficit alterū adimpleri.

[*vide pleniſſimè Caldam de emph.lib.1.qu. 19. n. 34. & ſeq.& lib.2.q.10.num.51.& multis ſequentib.Lopez.1. animad. 20. & aliquot ſeqq. Moller.1.ſemeſt.27.Eue.in top.in lo.à nat.alt.*]

1. *Alternatiuorum quæ ſit natura.*
2. *Ampliationes huius regulæ.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Ratio decidendi.*
5. *Copulatiuæ dictionis quæ ſit natura.*

VT multa paſſim in iure noſtro pertractantur, de alternatiuis: veluti quod reſponſio, exceptio, ſententia, electio, beneficij collatio, & facta à patronis eccleſiaſticis præſentatio, alternatiua non admittitur: *cap. 2. de elect.late Franciſ.Ripa ad c.inter cæteras num.28. cum ſeq.de reſcript.* quod alternatiua rem dubiā fecit, *l.prætor edixit. §. quod autem. ff. de iniur.* quod æqualia, ſimilia, & parum diſtantia reſpicit: *l.1.ff.de reb.dub.Bal.ad l.conuentic.C.de epiſ. & cle.Pariſ.conſ.104.li.4.* & quod vna pars alternatiuæ, alteram orationis alternatiuæ partem, dubiam explicat, *Iaſ.ad l.qui filiab.num. 4. ff de le.1.* aut ſi quæ ſunt his ſimilia. Ita quoque commodè hoc loco duo elegantia iuris axiomata de his ipſis proponuntur, quib. vix quicquam in foro eſt vſitatius & frequentius. Prius eſt, quod in alternatiuis eſt electio creditoris. Poſterius verò, quòd in alternatiuis ſufficit alterum adimpleri. Sed de his per ordinem diſſeremus. Et quidem ex priori illo, multa in legibus exſtant exempla. Nam ſicut in poteſtate venditoris, eſt electio rerum alternatiuè venditarū: *l. ſi in emptione. §. ſi emptio ff de contrah. empt.* Ita eodem modo alternatiua pretij conuenti, quo ad electionem, eſſe debet in poteſtate emptoris: *Rom. conſ.192.incip.ſicuti.* tum vt vtriuſque contrahentis par ſit conditio vt oportet, *l.cum.emptor.ff.de reſcin.ven.l.vlt.ff. de accep.* tum etiam propter hanc regulam quæ in alternatiuis, electionem tribuit debitori, & ideò ſi emptor dicat, peto rem mihi tradi, aut id intereſt mihi præſtari: vtique hoc ipſo in venditorem optionem transfert, *Baldus ad l. ſi traditio.C. de act. empt.* ſicut & in alternatiuis beneficio Principis cōceſſis, electio eſt eius, cui conceſſio illa facta eſt, *latè Alb. ad l.fin.ff.de conſtitut.princip.* ſi modo ex motu proprio Principis gratia ſub beneficium proceſſit. *Maynerus ad l.expreſſa in fin.ff.eod.* Et in ſimili ait Pariſius, *conſ.144. n. 10. lib.4.* alternatiuam gratiam Epiſcopo conceſſam, gratioſam eſſe, & priuilegiatam, adeoque in præiudicium concedentis latiſſimè

latiſſimè eſſe interpretandam. Eoque etiam pertinet elegans illa Bald. *conſ. 69. incip. factum eſt tale lib.2.* diſputatio, an eo caſu electio ſit hæredis, ſi teſtator dixerit, ſe velle extremam ſuam voluntatem valere iure teſtamenti, aut iure codicillorum, quem vide. Et hæc eleganter expendens Scæuola: Qui Stichum, inquit, aut Pamphilum promiſit, eligere poteſt quem ſoluat, quamdiu ambo viuunt. Cæterum vbi alter deceſſerit, extinguitur electio, ne ſit in arbitrio eius an debeat, dum non vult vnum præſtare, quem ſolum debet. *l. non vtique ff. de eo quod cer. loc.*

1 † *In alternatiuis.* Alternatiuorum varia reperiuntur eſſe genera. Eſt enim alternatiua temporum, perſonarum, rerum, ſummarum, locorum, item rerum & locorum mixtim, & tandem rerum, perſonarum, & locorum ſimul; quod ad huius regulæ illuſtrationem plurimum pertinet. Alternatiua temporum, veluti ſi ita ſtipulatus fuero: calendis Ianuarijs vel Februarijs dare ſpondes; *l. ſi ita ff. de verb. oblig.* Alternatiua perſonarum, vt promittis mihi aut Titio decem; Alternatiua rerum, vt promittis mihi bouem vel equum; Alternatiua ſummarum, vt promittis decem vel quindecim; Alternatiua locorum, vt dabis mihi centum Louanij vel Antuerpiæ; Alternatiua rerum & locorum, vt dabis codicem Baſileæ vel Ciceronem Argentinæ; Et poſtremò Alternatiua rerum, perſonarum, locorum, vt dabis mihi lancem Louanij, vel Titio centum Antuerpiæ; Et ſingulæ quidem ex his ſuas dotes atque ſingularia quædam præcepta habent, id quòd pulchrè & dilucidè apud Vldalricum Zaſium, *ad §. huic autem inſtit. de act.* & Iaſonem, *ad l. non vtique ff. de eo quod certo loco.* videre licet.

Electio. Ideoque diſputat Vlpianus, *l. vbi autem §. qui illud ff. de verb. oblig.* vtrum is qui illud aut illud ſtipulatur, veluti decem aut hominem Stichum: certum an incertum deducat in obligationem. Nam res certæ deſignantur, eaque ratione videtur ſtipulationem certam eſſe. E contra verò cum vtra earum potiùs præſtanda ſit, in incerto ſit, ideò quod debitor habet electionem, an hanc vel illam rem præſtare velit: magis videtur incerta eſſe ea ſtipulatio. Et in ea ſententia tandem Vlpian. conquieſcit. Quid autem ſtipulator conſequatur incertum eſt, ſtipulationis verò certitudinem, ex actione quæ competit ſtipulatori, metimur. Et hinc dici ſolet, quod alternatiua parit obſcuritatem & incertitudinem, *l. ſi pupillorum. §. ſi prætor ff. de reb. dub.* & proinde per ſe actum vitiat, ad incommodum eorum, in quorum poteſtate erat apertius legem conuentionis conſcribere. *l. veteribus. ff. de pact.* Cæterum & illud in quæſtionem venit, quid dicendum ſit, altera ex rebus alternatiuis mortua ſeu perempta: Et ſanè Iabolenus ait, alteram deberi, adeoque in ſola re ſuperſtite tota manet obligatio. *l. ſtipulatus ſum Damam &c.* Quod ita eſt accipiendum, niſi alteram obtulerit reus, eamque creditor accipere noluerit, *d. §. qui illud ff. de verb. oblig. l. Stichum aut Pamphilum ff. de ſolut. d. l. ſi ſtipulatus.* quia ſi mora ſtipulatoris res interijt, debitor in vniuerſum liberatur, neque nomine alterius rei quæ ſupereſt, aduerſus eum actio competit. *in §. ſed hæc quidem inſtit. de act.*

† Amplia primò vt creditor, qui petit vnum ex alternatiuis, dicatur plus cauſa petere, ideoque ex conſtitutione Iuſtiniani in pœnam plus petentium incidit. *Si quis à te ita ſtipulatur*, inquit Iuſtinianus, *in d. §. huic autem hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes? Deinde alterũ petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantùm. ideò plus cauſa petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis, promiſſoris eſt electio, vtrum pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm, aut hominem tantùm, ſibi dari intendit, electionem eripit aduerſario, & ex eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit, aduerſarij verò ſui deteriorem reddit.* 2

Amplia ſecundò hanc regulam, vt debitori ſi fortè electionis eum pœniteat, liceat quandocumque variare in eo, quod eſt præſtaturus donec ſoluta fuerit res debita, *l. qui ex pluribus ff. de verb. oblig.* adeò vt ne litis quidem conteſtatio iſtam mutandæ voluntatis facultatem adimat. *Cùm purè ſtipulatus ſum* (inquit Venuleus) *l. eum qui certarum §. 1. de verb. oblig. illud aut illud dari: licebit tibi quoties voles mutare voluntatem in eo, quod præſtaturus ſis.* Alia eſt cauſa ſtipulatoris, qui electionem habet ex voluntate alterius verbis expreſſa, vtputa, ſi quis ita ſtipuletur, Stichum aut Pamphilum, vtrum voluero: Eligendi enim facultas, prima electione conſumitur. *l. ſi quis ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig.* maximè ſi electio illa ab homine data eſt, præterquam ſi res omnes, ex quibus electio competit, fideliter exhibitæ non fuerint. *argumento L. Scipio, ff. de optione legata.* Ratio verò differentiæ eſt hæc, quod actor in ipſo libello & litis conteſtatione, neceſſariò alterum eligere debet, & alternatiuè petere non poteſt, *l. vbi autem §. penu. ff. de verb. oblig.* ne & petitio eius incerta ſit, & ſententia quæ ſequetur. Alterum verò tantùm ex interuallo petendo, & ſuper eo litem conteſtando, nouum quoddam negotium contrahit: in debitore verò & reo aliud eſt, qui tempore litis conteſtatæ nihil eligit. quippe quod libellus alternatiuè contra ipſum dictatur, & ipſe alternatiuè atque ſuper vtroque litem conteſtatur. Nihilominùs tamen poteſt iudex huic debitori aſſignare terminum, infrà quem præcisè eligat, eaque electione facta, omnis variandæ voluntatis poteſtas diſſoluta atque abſumpta eſt, *Caſtr. ad d. l. eum qui §. cauſa purè.* ne hoc iudicis præceptum fiat eluſorium. *l. ſi prætor ff. de iudic.*

Amplia tertiò, quòd ſi debitor, qui ſub alternatiua promiſit, vtrumque ex errore ſoluat, etiam in repetendo altero, eius erit electio, id quod Iuſtinianus, Papinianum & Julianum ſecutus,

ſecutus reiecta Vlpiani, Marcelli, & Celſi ſententia, tandem conſtituit, *l. penult. C. de cond. indeb.* & huius quidem rationem eſſe arbitratur Fulgoſius, *ibi.* quòd condictio indebiti eſt veluti reſtitutio in priſtinum ſtatum, ideoque ad priſtinam cauſam reponi debet is, qui repetit, vt electionem quam ante ſolutionem habuerat, conſequatur. Aliud ſanè eſt in duobus reis, alternatiuè ad duo obligatis, qui pariter ſoluerunt, & in repetendo diuerſi ſunt: vt quia vnus repetit vnum, alter aliud. Ibi enim propter illorum diſcordiam, & quia ſe per concurſum impedire videntur, datur electio creditori, quid, & cui reſtituere malit. *l. planè ff. de cond. indeb.* ideoque ſi cócordes eſſent, adeoque vnius loco haberentur, iterum apud eos electio remaneret, *Salic. in d. l. penult. in 4. expoſit. D. Antonius ad d. ca. inter cæteros.* Quod ſi ab initio electio fuerit creditoris, quid peteret, erit & eius electio quid reſtituat. *l. ſi non ſortem §. vlt. ff. de cond. indeb.* id quòd cum alijs plærifque huc pertinentibus exactiùs apud Angelum Peruſinum videre licet, *ad d. l. penult.*

Amplia quartò hanc regulam vt procedat, etiam in actibus ſpiritualibus, cuiuſmodi eſt matrimonium. Promittens enim aliquam in vxorem ducere, vel mille ei donare, ſi libidini eius ſubſeruiat: habet electionem, an velit dare mille, an potiùs eam velit vxorem ducere. neque hæc facultas eligendi tollitur per commixtionem ſubſecutam, cum id nullo iure caueatur. *Alber. in ſuo dictionario ad verb. matrimonium quinto. circa finem.* Licet enim copula faciat de ſponſalibus conditionalibus, ſponſalia pura, eaque purificata in matrimonium tranſire: *cap. de illis. de condit. appoſitis.* non tamen adimit nec tollit facultatem eligendi alterum ex alternatiuè promiſſis, cùm id nuſquam in legibus aut ſacris canonibus expreſſum ſit: id quod tamquam valdè ſingulare, & veluti perpetuo mente tenendum, commendat dominus Præſes, *in locis legal. in loco à natura alternatiuorum.*

Amplia poſtremò, etiam ſi dubitetur de incurſu periurij. Authoritas enim ſuperioris, duo alternatiuè iniungentis, excuſat à periurio, licet alterum faciendo, nullum periculum periurij ſubeſſet, veluti ſi Pontifex mandet Capitulo, facta mentione de numero & iuramento, vt recipiat Titium in canonicum, & ei conferat præbendam, non obſtante iuramento, vel daret ei centum: ſi canonici hoc caſu recipe rent Titium in canonicum, non eſſent periuri, ex quo derogatum eſt iuramento, licet habuerint poteſtatem dandi centum, & ea dando iuramentum ſeruent, quippe quod licitè videtur facere vnum ex alternatiuis, faciendo propter optionem ſeu electionem à ſuperiore ſibi datam. *capite conſtitutus de reſcript. & ibi D. Antonius.*

3 † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quòd ait Marcellus. Si Lucio Titio fundus Seianus, vel vſusfructus fundi Seiani legatus eſt, poteſt legatarius (quem eo reſpectu conſtat eſſe creditorem) vel fundum vendicare, vel vſumfructum. *l. Lucio Titio. ff. de legat. 2.* Secundò ex eo, quòd quandocunque à lege vel ſtatuto pœna alternatiua imponitur, veluti ſi lex dicat, ebrioſos clericos ab officio aut beneficio ſuſpendi oportere: electio eſt iudicis, quam pœnam imponat, non rei accuſati, quam pœnam ſubeat. *c. à crapula de vita & honeſt. cleric.* Tertiò ex eo, quòd Scæuola reſpondit, eum qui promiſit Epheſi aut Capuæ dare, non habere in ſua poteſtate vbi conueniatur, ſed creditori electionem petitionis dandam eſſe, & generaliter petitorem optionem habere vbi petat, reum verò vbi ſoluat, ante petitionem. *l. vtique. ff. de eo quod cer. loco.* Quartò ex eo, quòd ſi alicui mandatum ſit vt alteri prouideat de beneficio quod primò vacabit, ſiue ad ipſius, ſiue ad alterius collationem pertineat: non eſt eius electio cui mandatur, ſed ſcripturæ ordinem ſeruare, & de illo beneficio quod ad ſe pertinet, prouidere debet, *cap. mandato. de præb. hoc li. 6.* Quintò ex eo, quòd ſi vocantibus tribus officijs, Princeps vni conferat omnia alternatiuè, ille cui collata ſunt, tametſi videatur eſſe creditor reſpectu Principis, eliget tamen ex his vnum quod velit, *l. 2. C. de Caſtren. ſi arg. lib. 12.* Sextò ex eo, quòd Pomponius libro quinto ad Sabinum ſcribit. *l. ſi ita ſtipulatus fuero decem. ff. de verb. oblig. ſi ita ſtipulatus fuero decem, aut quinque deberi, adeoque (vt videtur) reiecta electionis poteſtate, quinque tantummodo ſolui poſſe.* Septimò ex eo, quòd Papinianus ait, *Si ita ſcripſerit vxor, A te peto marite, ſi quos liberos habueris, illis prædia relinquas, vel ſi non habueris tuis ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Reſpondi (inquit) non eſſe datam marito electionem, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem. l. cum pater. §. penult. ff. de leg. 2.* Octauò ex eo, quòd quando quis promittit Stichum vel Pamphilum, quorum alter erat ipſius ſtipulatoris, non eſt electio debitoris ſeu promiſſoris quem dare velit, ſed omninò illum præſtare debet, qui erat ſuus tempore ſtipulationis. *l. duo ff. de verborum obligat.*

† Ratio autem decidendi eſt, quòd is, qui alternatiuè ſtipulatus eſt, vel legem conuentionis ſcripſit, certè expreſsè vel tacitè, quod ſatis eſt, reo ſeu debitori electionis arbitrium fecit. 4
l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Et niſi electio daretur debitori, alternatiuæ adiectio nihil omninò operaretur, nullumque de iure produceret effectum. Neque his ex aduerſo obſtat ea, quæ primo loco proponitur, dubitatio. Omnia enim quæ teſtamentis inſeruntur, ex veriſimili teſtantis mente accipi atque interpretari debent, *l. non aliter ff. de leg. 3.* Ideoque iudex in cuius arbitrio eſt quæſtio voluntatis defuncti, *l. voluntatis C. de fideicommi.* debet ſequi mentem defuncti, ſicut venator pedetentim ſequitur veſtigia leporis, & circumſpicere in quam partem affectio ipſius propenſior fuit, ad quem verba ſua direxit, aut cui voluntatis ſuæ exe-

ecu-

ecutionem potiſſimùm commiſit. Nam ſi verba executiua, hoc eſt, verba quæ reſpiciunt executionem legati ſeu vltimæ ſuæ voluntatis, ad hæredem dirigit teſtator, veluti ſi dicat: Hæres poſt annum aut biennium dato, etiam ipſius hæredis, qui legati debitor eſt, electio erit. At ſi verba executionis ad legatarium retulerit, vtpote ſi dixerit, Stichum aut Pamphilum ſibi habeto legatarius: eius erit electio, tametſi creditoris loco habeatur. *l. ſi ita relictum §. fi. ff. de leg. 2.* Quippe quod cum verba ſua dirigit teſtator ad hunc vel illum, eundem prædilexiſſe, & animi affectionem erga eum oſtendiſſe, adeoque optionis facultatem ei feciſſe videtur. Quod ſi verba dubia ſint, & neque ad hunc neque ad illum prolata, ſed ſi ſimpliciter dixerit, Stichum aut Sempronium Flacco do, lego: benigna ratione receptum eſt, vt legatario eligendi poteſtas competat, *gl. in d. l. Lucio Titio.* non hæredi, ideò quod voluntates defunctorum latam accipiunt interpretationem, *l. in teſtamentis. ff. eod.* & vt, eleganter expendit Fulgoſius *ad l. cum quidam. num. 4. & 5. C. de verb. ſig.* in legatis datur poteſtas legatario, an in perſonam, an verò in rem agat: natura autem vendicationis deſiderat certum corpus, quod vendicetur, ideoque meritò eligit, vt certò vendicare poſſit. Aliud ſanè eſt in contractibus, in quibus in dubio electio eſt debitoris, eo quod contra ſtipulatorem facienda eſt interpretatio, qui apertiùs legem conuentionis dicere poterat. *c. contra eum. ſup. eod.* Et cùm ex ſtipulatione non transferatur dominium, ſed ſolummodo naſcatur perſonalis quædam actio, bono iure manet electio apud promittentem. Neque ad rem facit, quod teſtator præſumitur tam parum grauare hæredem, quam fieri poteſt, *l. vnum ex familia. §. ſi rem ff. de leg. 2.* & quod in dubio magis eſt fauendum ei quam legatario, *l. talis ſcriptura ff. de leg. 1.* quodque legata reſtringi, non ampliari, conuenit. *lege nummis. ff. de leg. 3.* Quia cum natura alternatiuorum ſit, vt ſimilia coniungant, vtique hæres ipſa electione nihil aut parum grauari videtur, & certè hoc tribuitur liberali affectioni defuncti, qua legatarium proſecutus eſt, non quidem in ampla hæreditate, ſed in re vna particulari dumtaxat. Eoque etiam pertinet ſecundæ dubitationis reſolutio. Nam cùm pœnæ alternatiuè imponuntur, eò inprimis vertenda eſt cogitatio, vt cognoſcatur, in quem legis ſeu ſtatuti verba diriguntur. Si ad iudicem, veluti ſi dicat, puniat eum iudex gladio aut flammis, iudicis erit optio. *l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugitiuis.* Si verò ad reum, veluti ſi dicat lex, is qui deliquit nocte, ſoluat centum, aut recedat à ciuitate, vtique reo electio deferetur. *l. quicumque d. tit.* Quod ſi neque ad iudicem, neque ad reum, ſed imperſonaliter verba prolata ſunt: licet in pœnis benignior interpretatio accipi ſolet, *l. interpretat. ff. de pœnis.* iterum tamen iudicis electio erit, non rei, tamquam debitoris pœnæ. *l. aut damnum. §. 1. ff. de pœnis. capite quoniam. § final. vt lit. non conteſtat.* Reus enim, qui in propria cauſa arbiter eſſe non debet, ſemper eligeret minorem & mitiorem pœnam, ipſius delicto minimè fortè correſpondentem. Quid enim ſi lex imponat pœnam amputationis manus aut mille florenorum? Sanè diues, ſi malus ſit, & malefacere ſtudeat, longè faciliùs mille ſoluet, quàm manus amputationem patietur, adeoque delicti qualitas quod manu admiſſum eſt, non demonſtrabitur, officioque iudicis incumbit, vt eam pœnam imponat, quam conſpicit reo magis formidabilem eſſe. *d. capite quoniam §. fin.* Tametſi vbi omnia paria ſunt, in mitiorem partem procliuior eſſe debet. *capite fin. de verb. ſignif.* Cæterùm hæc quæ de pœnis alternatiuè conſtitutis dicta ſunt, ſuas habent reſtrictiones & declarationes, quas omnes hoc vno loco recitari non patitur temporis anguſtia, ſed aliundè petendæ ſunt, & ab his qui eas ex profeſſo tractarunt, *Felyn. ad d. capite inter cæteras Bald. ad d. l. quicunque. Præpoſitus ad c. fraternitatis. numero 3. 33. diſt.* Tertiam verò dubitationem ipſe Scæuola diſſoluit: damus (inquit *in d. l. non vtique.*) actori electionem petitionis, quia ſi fuerit in debitoris arbitrio, vbi ab eo petatur, conueniri non poſſet: ſemper enim alium locum eligeret, & ſic in eius arbitrio quodammodo eſſet, an deberet. Nam ſi peteret creditor Capuæ, diceret debitor, ſoluam Epheſi, electio mea eſt, & ſi peteret creditor Epheſi, diceret promiſſor, electio eſt mea, ſoluam Capuæ, eoque modo ſemper alternando rideret creditorem, ſicut olim (vt ait Zaſius *in d. §. huic.*) fecit Marcolphus, cùm diceretur ei, quod arborem eligeret in qua ſuſpenderetur, nulla ei placuit. Neque mouet quod dici poſſet, ſemel facta per eum electione, nullam eſſe ampliùs licentiam mutandæ voluntatis. *l. apud. Auphidium. ff. de optione leg.* Nam, vt ait Iaſon *ad d. l. non vtique numero 4.* illud verum eſt, quando electio traxit ſecum executionem. Aliàs enim ad litis conteſtationem vſque variatio permittitur, quæ tamen ſecundùm ea quæ ſuperiùs ex Caſtren. adduximus, *in l. eum ff. de verb. oblig.* moderari poterunt. Et certè cum fauore creditoris alternatiua locorum adijcitur, æquum eſt, vt & tota conuentio, & etiam electio, ad eum referatur. Ex quo inſignis & notabilis hæc deciſio, omnibus quidem, ſolo Iaſone excepto, *ad l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudic. Præſes d. loco.* probata, infertur: quod ſi quis promiſit ſoluere decem intrà menſem, vel dare pignus aut fideiuſſores, elapſo menſe eſt in poteſtate ſtipulatoris, cogere promiſſorem ad ſoluendum decem, nec audietur promiſſor, ſi pignus aut fideiuſſores dare velit: quia pignora aut fideiuſſores accipere eſt adiectum in fauorem creditoris, qui fauor ei obeſſe non debet. *l. quod fauore. C. de leg.* Quomodo ſi à ruſtico ſtipulatus ſim, vt ſumam vnum vel duo plauſtra ligni ex nemore illius: mea eſt electio, vt vel

vnum vel duo plauſtra accipiam: quia hæc ſtipulatio commodo meo concepta fuit. *Iaſ. ad d.§. huic.* Sed nec quarta quoque mouet dubitatio. Quia cùm priuilegium Principis intelligi debeat, vt quam parum fieri poteſt, præiudicet tertio: *Anchor. ad cap. mand. verſu vltim. tangit.* cumque æquum & iuſtum ſit, ne quis ſe exoneret cum alterius iactura & diſpendio: meritò is ad quem dirigitur reſcriptum, primò conferre debet id beneficium, cuius ipſe collator eſt. Et, vt ait Philip. Franc. *ibi verſic. vlt. nota* intentio ſcribentis ea fuiſſe videtur, tunc ſolùm grauare alium, quando is ad quem ſcribitur, nulla ipſe beneficia vacantia habet. *l. fin. & ibi Dd. ff. de conſt. princip.* Sed longè aliter, cùm agitur de præiudicio ipſius Principis, dicendum eſt. Licet enim beneficium Principis, quoad tertium, ſtrictè intelligatur: tamen in eius præiudicium effusè accipitur: quia cùm, teſte Cicerone, nihil magis deceat Principem, quàm liberalitas: vtique quæ conceſſit ille alternatiuè & cum diminutione iuris ſui, conceſſiſſe videtur, electione & eligendi facultate in eum translata, cui proſpicere voluit, *Iaſon. & Bald. ad d. l. fin. Ioannes de Platea ad d. l. 2.* Ex quo etiam & quintæ dubitationi ſatisfactum videri poteſt. In 6. autem dubitatione non magna difficultas eſt: Nam, vt ait Pomponius, *in l. ſi ita quæ eſt.* 109. *ff. de verb. oblig.* in ſtipulationibus id ſeruatur, vt quod minus eſt, videatur in obligationem deductum eſſe, & cùm in alternatiuis debitoris ſit electio: & veriſimile eſt, eum minorem partem electurum, *l. qui concubinam. §. cum ita. ff. de leg.* 3. id quod minus eſt, lex dumtaxat in obligatione eſſe voluit, ne fruſtra eam induceret obligationem, quæ veriſimiliter nullum eſſet habitura effectum, *l. centeſimis. l. à Titio. Corraſ. ad l. duodecimam d. tit.* Non ſequitur autem, quinque debentur, ergò ſola quinque ſolui poſſent. Nihil enim impedit, quo minus debitor, ſi malit, aut ſi ſua intereſſe putet, vt ſubinde fieri poteſt, maiorem potiùs ſummam ſoluat, eandemque eligat, & optionis ſuæ facultatem ſequatur. *l. qui res. §. mihi. ff. de ſolut. l. ſi is cui. ff. nouat.* Neque etiam mouet ſeptima dubitatio: quia quando grauatur hæres dare diuerſis alternatiuè, inter quos eſt diſpar ratio: attenditur ordo ſcripturæ, & primò nominatus præfertur reliquis, *Caſt. & Ioannes de Imola ad d. §. à te peto.* etiamſi erga alios, maiore aliqua affectione duci potuiſſet: quia ordo ſcripturæ præponderat affectioni ordinatæ. Exiſtimo rationem potiorem eſſe, quod non ſolùm ordo ſcripturæ; ſed ipſius vxoris affectio, in illo ordine conſideratur, quæ tametſi ſecundùm naturam, ſuos propinquos prædilexiſſe poterat, demonſtrauit tamen reipſa, ipſoque ordine turbato, ſe liberis mariti ex alia vxore natis vel naſcituris, amplius fauere, eoſque ſuis proprijs amicis præponere, quod & Raphaël Cumanus, licet ſubobſcurè, voluiſſe videtur. *in d. § à te.*

Poſtrema quoque dubitatio, hac ratione diſſoluitur, quod cum in vna tantùm re, videlicet quæ ſtipulatoris non erat, conſiſtebat validè ſtipulatio: vtique ſolui non poterat, quæ deberi non poterat.

† *Alterum adimpleri.* Quemadmodum ad veritatem copulatiuè requiritur vtramque partem eſſe veram, *§. penult. inſt. de hæred. inſtit.* & regularis coniunctiuæ ſignificatio eſt, vt coniungat, & vtriuſque coniuncti concurſum requirat: *l. ſi à reo ff. de fideiuſſ.* non ſolùm in pœnalibus & odioſis. *l. nemo. 2. C. de epiſcop. audientia.* verumetiam in fauorabilibus, *l. quod vulgo ff. de inuſt. teſtamento.* præterquam ſi ex re ipſa naturaque eius de qua agitur, aliud iudicari æquum ſit. *l. coniunctiones. l. ſæpe ff. de verb. ſignif.* id quod ampliſſimè explicant & reſtringunt Felynus *ad cap. 2. de reſcript.* Iaſon *ad l. ſi quis ita ff. de verb. oblig.* Alciatus *ad d. l. ſæpè.* & Præſes *in loco à natura copulæ.* ita quoque & è contra, ſi plura alternatiuè aut diſiunctim adſcripta ſint, vnam impleri ſatis eſt, vt conuentioni vel actui ſatisfactum eſſe videatur, id quod breuibus quidem verbis, ſed eleganter, vtrunque tamen complexus, indicat Paulus. Si, inquit, hæredi plures conditiones coniunctim datæ ſint, omnibus parendum eſt, ſed ſi diſiunctim, cuilibet. *l. ſi hæredi. ff. de hæred. inſtit.* Sed de his in ſimili materia alij plura. *Roma. conſ.* 173. *Bened. Capra. conſ.* 37. *&* 64. Hinc etiam dici ſolet, quod altera parte impleta, tum demùm conſideratur diſputationis illius effectus quemadmodum & in legato alternatiuo, ante factam electionem dominium in legatarium non tranſit, *l. huiuſmodi §. Stichum. ff. de leg.* 1. & alterum ſi pereat, hæredi domino perit, alterum verò quod ſupereſt, legatario debetur, *leg. cum res. eodem titulo.* 5

Amplia hanc poſteriorem partem vno modo, quod, vt ſcribunt Papinianus, *l. cum pupillus ff. de cond. & demonſt.* & Vlpianus, *l. cum quærebatur ff. iudic. ſolui.* alternatiuè pluribus conditionibus aſſcriptis, alteram defeciſſe non obſtat, etiam altera vel poſtea tantùm impleta, nec intereſt in poteſtate fuerint accipientis conditionem, an verò fuerint in euentum collatæ. Et alio loco latiùs inquirit Romanus, vtrum neceſſarium ſit vltimam partem alternatiuæ veram eſſe nec ne, quem vide, *ad leg. ait prætor. § ſed & ſi quis ff. de iureiurando.* Cæterum & in hac quoque parte plurima reperiuntur, quæ iuſtam dubitandi rationem præbent. Et quidem principio, quod Iuſtinianus ait. Si quis ita ſcripſerit: Ille aut ille hæres mihi eſto, illi aut illi do, lego, illum aut illum tutorem eſſe volo, in his alternatiuis non ſufficit vnum admitti, ſed vterque concurrit, & alternatiua ſeu diſiunctio pro coniuncta accipitur, vt vtrique debeatur. *l. penult. C. de verb. ſignif.* Secundò ex eo, quod ſi ita ſcriptum ſit. Si filius ſine liberis, vel inteſtatus deceſſerit. Titium

tium ſubſtituo, idem Iuſtinianus perinde accipi voluit, atque ſi ſcriptum eſſet, ſi filius ſine liberis & inteſtatus moriatur, & tunc demùm Titio ſubſtituto locum fore ait, ſi horum nihil ſubſecutum ſit, omneſque iſtius diſpoſitionis partes veræ ſint. *l. generaliter C. de inſtit. & ſubſtit.* Tertiò ex eo, quòd Iulianus, cùm paterfamilias ita ſcripſiſſet, ſi mihi filius aut filia hæres non erit, Seius hæres eſto: reſpondit, ſic interpretari oportere verba teſtatoris, vt ſiue filius ſiue filia hæres eſſet, Seius non admitteretur, etiam ſi dicat, alteram partem alternatiuæ diſpoſitionis eſſe adimpletam, filio aut filia præmoriente. *l. ſi is qui ducenta. § fi. ff. de reb. dub.* Quartò ex eo, quòd, vt eſt apud Papinianum, ſi quis hac lege mille deponat, vt ea ſibi, vel poſt mortem ſuam alteri reſtituantur: vtique depoſitarius deponenti & depoſitum repetenti dicere non poteſt, ſufficit alterum adimplere, & alteri poſt mortem tuam reddam, ſed citra vllam contentionem, præciſè ei qui depoſuit reddere compellitur. *l. donatione 2. §. penult. ff. de donation.* Quintò ex eo, quòd Iulius Paulus reſpondit. *Si quis ita alternatiuè legauerit, vxori meæ mundum, ornamenta, ſeu quæ eius cauſa paraui, do, lego omnia deberi, ſicut & cum ita legatur: Titio vina quæ in vrbe habeo, ſeu in portu, do, lego: omnia debentur, neque ſufficit, ſi hæres alterum dare ſeu adimplere velit, l. ſi quis ita legauerit. ff. de auro & argent. leg.* quod & Pomponius probat, etiamſi alienæ fuerint hæ res, quas putauit teſtator ſuas eſſe. *l. Quintus 1. in fine eod. tit.* Sextò ex eo, quòd idem Paulus libro ſexto quæſtionum ait. Quod ſi auus maternus nepti certam pecuniæ quantitatem dotis nomine dedit; & in inſtrumento dotali huiuſmodi pactum & ſtipulationem complexus eſt, ſi inter Lucium Titium maritum, & Seiam diuortium factum eſſet, dos omnis Seiæ vxori, vel ſibi auo materno redderetur: non poteſt maritus ſecuto diuortio, alterum pro arbitrio adimplere, & auo vel hæredi eius dotem reddere, ſed Seiæ vxori tantùm. *l. Gaius. ff. ſolut. matrim.* Septimò ex eo, quòd teſte Vlpiano, ſi cum duos dominos ſeruus haberet, ſtipulatus fuerit alternatiuè illi aut illi, non hic alteri dare oportet, aut vtrique, ſed inutilis manet ſtipulatio, *l. item ſi ſeruum. ff. de ſtipulat. ſeruorum.* ſicut & electio prælati eo caſu alternatiua nulla eſt, *c. in electionibus de elect. libro 6.* Poſtremò ex eo, quòd Scæuola reſpondit. *Si quis ita ſtipulatus ſit, ſi nec nauis ex Aſia venerit, nec Titius conſul factus fuerit: neutrum fieri neceſſe eſt, ad ſtipulationem committendam. l. ſi quis ita, quæ eſt 129. ff. de verb. obligat.*

7 † Ratio autem decidendi eſt, quod ea quæ alternatiuè proferuntur, particularium propoſitionum naturam imitantur, & Iulianus notat duas conditiones alternatiuè conceptas, eſſe vnam conditionem, duas partes habentem, ſatiſque eſſe propterea alteram adimpleri. *l. hac ſcriptura. ff. de condic. & demonſt.* Illud addi poteſt, quod in alternatiuis ſatis apparet, ſtipulatorem ſeu creditorem, non niſi alterum habere, & debitorem non niſi alterum præſtare voluiſſe, vt meritò, ne alternatiuæ conuentionis fructus ſubuertatur, & actus agentium eorum intentionem egrediatur, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* videlicet dum vnus plus accipit quam ſtipulatus eſt, alter plus ſoluit quam promiſit: æquiſſima ratione alterum ex duobus adimplere ſatis eſt. Non obſtat autem his prima dubitatio. Nam cum apud veteres dubitatum eſſet, an legatum, inſtitutio, ſeu tutoris datio eiuſmodi, propter nimiam incertitudinem vitiaretur: *vt l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tut.* an verò potior eſſet conditio occupantis: *l. ſi pluribus ff. de procurat.* vel an is præferri deberet, qui primo loco nominatus eſſet: *l. quoties. ff. de vſufruct.* tandem Iuſtinianus exploſis veterum ſententijs, ait: Melius viſum eſſe, coniunctionem *Aut*, pro *Et*, accipi, vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata, vt & primam perſonam inducat, & ſecundam non repellat, ſicut & interdicto, quod vi aut clam, Aut, coniunctio, pro Et, apertiſſimè poſita eſt. Sed cur ita? Adijcit: Sic nemo defraudabitur à commodo teſtatoris. Sic maior prouidentia pupillis infertur, ne dum dubitatur apud quem debeat eſſe tutela, in medio res pupillorum depereant. Quaſi dicat, cum teſtator non ſine cauſa vtriuſque mentionem fecerit durumque eſſet propter eam incertitudinem legatum vitiari; æquius viſum eſt, vt vterque aliquid habeat, quam quod aut vterque excludatur, aut tantùm vnus præferatur, quem ſolùm teſtator non vocauit, aut honorauit. Eoque reſpiciens Fulgoſius: *ad d. l. cum quidam. C. de verb. ſignif. Nota*, inquit, *in ambiguo illam ſententiam accipiendam eſſe, per quam pluribus prouidetur, & nemo fraudatur.* Et ea in parte Iuſtinianus, ex bono & æquo iuris rigorem temperaſſe videtur; ſicut & Romani Pontifices, nonnunquam ea quæ iure ciuili nimis aſperè aut rigidè conſtituta fuiſſe exiſtimant, aliquo modo relaxant, mitigant, remittunt, atque indulgent, *cap. ſuam de pœnis.* Non dico quod in vltimis voluntatibus indiſtinctè diſiuncta reſoluitur in coniunctam, vt rectè à tali errore cauendum eſſe monet Iaſon, *ad d. l. generaliter numero 1.* ſed tunc id fieri cenſeo quando hoc poſtulat æquitas, quæ legibus prædominatur. Sic etiam dicimus, alternatiuam vel diſiunctiuam poſitam inter perſonas honoratas, non oneratas, in coniunctiuam tranſire, pleriſque tantùm caſibus exceptis, *Iaſon in d. l. cum quidam.* licet in alternatiuis poſitis inter res, aliud ſit. Ratio differentiæ eſt hæc, quod ex hac coniunctione perſonarum, nullum hæredi præiudicium paratur, cùm eius non interſit, vnam rem potiùs vni dari, quam duobus. Sed in alternatiua rerum, multùm diſpendij haberet hæres, ſi reſolueretur in coniunctam, eo quod vtrumque dare cogeretur, ipſaque diſpoſitio poſteriore caſu fieret

eret inutilis, cum vice verſa priore caſu vtraque ſeruaretur, *Alber. numero* 5. *Caſtr. & Iaſon ad d.l. cum quidam.* Neque etiam mouet ſecunda dubitatio, quia, vt iam dictum eſt, ex præſumpta defuncti voluntate, alternatiua & disiunctiua oratio accipitur pro copulatiua & coniunctiua. Neque enim veriſimile eſt, voluiſſe defunctum nepotes ſuos excludere, propterea quod filius teſtatus non eſt, *Alciatus numero* 13. *ad d.l. ſæpe.* Et quoniam teſtator inter alias conditiones hanc quoque appoſuit, ſi ſine liberis deceſſerit, atque in ea mentionem liberorum fecit, vtique ſatis colligitur, quod noluit ſubſtitutum admitti, niſi omnes conditiones omninò deficerent. *Caſt. & Iaſon ad l. cum quidam.* Eoque & tertiæ dubitationis diſſolutio pertinet, in qua ex coniecturata patris voluntate, alternatiua pro coniuncta accipitur, ne cum altero coniunctorum ex liberis, concurrat extraneus, quia præſumitur quod aſcendens velit relinquere potiùs hæreditatem ſuam deſcendentibus, quam alijs, *l. cum ratio. ff. de bon. damnat. Alciatus regu.* 1. *præſumpt. capite* 8. Quarta ſimiliter non mouet dubitatio. Nemo enim præſumitur contra ſe ſtipulari. Vnde deponens qui ſtipulatus eſt ſibi aut poſt mortem ſuam Titio reddi, non ideò fecit, vt ipſe repetere depoſitum non poſſet, ſed ſi non peteret viuus, vt eſſet alius cui redderetur potiùs, quàm hæredi ipſius, ita vt is prædilectus videatur à deponente, ad quem depoſitum venire voluit. Vel vt ait Salicetus *ad d. l. cum quidam.* dici poteſt, quod Titius cenſetur tantùm adiectus veluti procurator deponentis, & ideò deponens, eius mandatum ſemper poteſt reuocare, id quod facere videtur, ſi depoſitum repetit. Quintam verò dubitationem ipſe Iulius Paulus diſſoluit *in d. l. ſi ita.* dum ait: Hoc enim verbum *ſeu*, ampliandi legati gratia poſitum eſt. Quaſi dicat, inquit Alciatus, *ad d. l. ſæpe numero* 12. quod dictio iſta, *ſeu*, ampliandi vim habet, & licet verba disiungat, ſenſum tamen coniungit. Quod tamen ſic indiſtinctè accipiendum non eſſe admonet Panormitanus, *ad d. cap. inter cæteras numero* 4. ſed tantùm in rebus fauorabilibus, vt in legatis, beneficijs, & alijs quæ amplam recipiunt interpretationem, de quo exactè loquuntur Ripa *ibi numero* 44. *cum ſequentibus.* Alexander *conſ.* 193. *libro* 2. & Carolus molinæus, *ibi in addit. ad Alex.* Ex quo pulchrè à iudicibus multum hæſitantibus aliquandò conſultus reſpondit Alexander ab Alexandro, *lib. geneal. dierum* 2. *capite* 3. filiam cui legabatur fundus ſuburbanus, vel domus paterna, & ipſum fundum & ædes conſequi poſſe, non obſtante contradictione filij illius fratris, aſſerentis ex hac regula, in alternatiuis alterum dumtaxat deberi. Sextò non obſtat, quòd de dotis ſtipulatione dicitur. Nam licet alij alias rationes, ſolutiones & reſponſiones in medium adducant, nos tamen dicimus, quod ipſe Juriſconſultus totum hoc tribuit fauori dotis, quæ ſequitur vxorem, cui amus principaliter proſpectum eſſe voluit, & vt eleganter expendens verba Conſulti ait Ripa: *in d. capite inter cæteras num.* 43. non negat textus quin etiam ſi acquiſita actio ſtipulanti, licet dicat dari actionem mulieri, deſignans ſcilicet ordinem, vt mulier quæ nominata eſt, cenſeatur habere prælationem in iure agendi fauore dotis, de quo etiam latius agit Romanus, quem vide *ad d. l. Gaius.* In ſeptima autem dubitatione nulla planè difficultas eſt, quia noua Iuſtiniani conſtitutione, ius vetus ex quo naſcitur tota diſputatio, correctum eſt, *Fulgoſ. & alij ad d. l. cum quidam.* quæ ſententia habuit rationem, nimirùm quod cùm cuilibet dominorum poterat acquiri in ſolidum obligatio, & intentio promiſſoris non erat, vtrique teneri, ſed vni dumtaxat: meritò propter nimiam incertitudinem corruere videbatur ſtipulatio, quia non conſtabat cui facta fuerat. *Caſtr. ibi.* Sic prælati electio alternatiua non admittitur, quia in eccleſiæ diſpendium vergit, cuius intereſt certum & indubitatum habere prælatum, ne interim dum ea de re diſputatur, bona eccleſiæ pereant, & diſciplina negligatur. Poſtrema quoque dubitatio non mouet; quia ſicut vniuerſalis negatiua neutrum fieri requirit, & licet alterum vel datum vel factum non ſit, verum tamen eſt, alterum datum vel factum non eſſe, & cùm plures conditiones adijciuntur, coniunctim omnes exiſtere neceſſe eſt. *d. l. hæredi.*

REGVLA LXXI.

Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.

1. *Ampliationes ad hanc regulam.*
2. *Doli allegatio eſt famoſa & odioſa.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Ratio decidendi.*
5. *Iuramentum obligat nos Deo principaliter.*
6. *Publicianæ actionis natura quæ ſit.*

QVemadmodum iuxta vulgatam iuris regulam, *l. fauorabiliores* 125. *ff. eo.* [*& ſupra eo c. cum ſint. vbi D. Peck. per tot. & c. ſeq*] rei ſunt fauorabiliores quàm actores: vnde fit quod omnia licent reis quæ actoribus conceduntur, *l. petendæ C. de integr. reſtitut.* & omnia actoribus denegantur, quæ reis prohibentur: *l. non debet ff. eod.* multaque reis permiſſa ſunt, quæ actoribus non licent: *l. fin. C. edendo l. fin. ff. de ferijs.* ita quoque rei exceptio, facilius quam agentis actio admittitur, & cui damus actionem, eidem meliore iure exceptionem concedimus. Ideoque ſicut vxori, marito ad inopiam vergente, actio competit, vt dos tuto loco collocetur. *c. per tuas de donat. inter vir. & vxor. l.*

vbi

vbi l. reb. C. de iur. dotali. ita multo magis compe- tit ei exceptio, ad impediendam bonorum ad- iudicationem, quæ à creditoribus mariti vel a- lijs attentatur, *Rom. con.* 474. facileque lex dat exceptionem ſponſo, propter admiſſam poſt contracta ſponſalia fornicationem, ne ſponſam recipere cogatur, qui ideò inſtituta & propoſita actione ab illa diuertere poſſet, *c. quemadmodum de iureiurand.* & in vniuerſum videmus, quod actiones potiùs limitantur pacto, quam quod ex eo oriantur, *l. rogaſti. & Alc. ad l. lecta in princ. ff. ſi cert. petat.*

1 † Amplia primò hanc regulam, vt ſicut fa- ciliùs datur exceptio quam actio, ita quoque faciliùs tribuitur retentio quam petitio. Vnde licet excommunicatus agere non poſſit, poteſt tamen retentionis beneficio, *Decius conſil.* 298. vti, & mulier quæ ſtatuto ex bonis paternis ad legitimam agere prohibetur, rectè iure re- tentionis pro conſequenda legitima, ſe iuuat, *Benedictus Capra conſilio* 19. Et is qui in re aliena, quam ſuam eſſe credidit, impenſas fecit, poteſt eas ſeruare per retentionem, quas per actionem idcircò conſequi non poteſt, quia neminem eo caſu ſibi voluit obligare, nullumque negotium inter ipſum & dominum rei geſtum eſt. *l. ſi in area ff. de cond. indeb. l. ſi quis ſciens. C. de rei vend.* & proinde plæraque compenſando retinentur, quæ actione inſtituta peti non poſſent, *l. ſi per retentionem. C. de vſuris l. ſi cum filio ff. de compen- ſat.* Neque ſuperuacua videri poteſt hæc amplia- tio, quaſi is, qui retinet, excipiat. Tametſi enim, is qui retinet, exceptione retentionis vtatur, non tamen econtra, omnis is qui excipit, retinet id quod in obligationibus facti, & alijs ſimilibus manifeſtum eſt.

Amplia ſecundò, quòd non ſolùm ei cui actionem damus, damus quoque exceptionem, ſed etiam repetitionem: quia fauorabilior eſt cauſa repetitionis, quàm petitionis ſeu actio- nis, quod pluribus verbis explicant Imola & Aretinus, quos vide *ad rubricam. ff. ſolut. matr.* Vnde fit, quòd quoties id quod meum eſt re- peto, fructus ſaltem à tempore moræ commiſ- ſæ, computantur, *l. videamus. ff. de vſuris.* non etiam ſi id peto, quod meum non fuit, ſed illud quod tantummodo mihi debetur. *l. cum fundus. ff. ſi cert. pet. l. filiusfamil. §. 1. ff. de verb. oblig.* Lex enim magis fauet ei, qui pro rei ſuæ conſeruatione agit, quàm ei, qui nouum lu- crum quærit. *l. fin. C. de codicil. Alciatus ad l. cum fund numero* 14.

Amplia tertiò, vt locum habeat, non ſo- lùm in ipſa perſona principali, ſed etiam in procuratore illius: quia vt Accurſium *ad l. mutus. ff. de procurat.* ſecutus ait Panormitanus, *ad c. accedent. numero* 4. *de procurat.* procurator datus ad agendum, per conſequentiam vide- tur habere mandatum ad excipiendum & de- fendendum: quippè quod procurator ad agen- dum datus non admittitur, niſi promittat do- minum defendere, vel pro eo reſpondere, ſi reconueniatur. *l. vnica. Codic. de ſatiſdando.* Et ideò in dubio videtur ad omnia deputatus, ſi- ne quibus agere non poſſet. *l. ad rem mobilem. ff. de procurat.*

Amplia quartò, etiam ſi exceptio ſit odioſa, modo ius commune ei aſſiſtat. Nam ſi damus alicui indebiti condictionem, multo magis ex eodem capite exceptionem illi concedemus, *l. ſi non ſortem §. indebitum. ff. de condic. indebit.* etiam ſi ex dolo naſcatur exceptio. † cuius do- 2 li allegatio veluti famoſa admodum odioſa eſt, ſed (vt ait Alciatus. *ad d. l. creditori numero* 4.) quia ius commune illi aſſiſtit, odioſa non eſſe exiſtimatur.

† Ratio dubitandi varia eſt & multiplex, & 3 primò quidem ex eo, quòd Imperator Iuſti- nianus depoſitum reddi iubet, nulla penitus exceptione obſtante, poſt factam verò reſtitu- tionem non denegat actionem deponenti pro re depoſita repetenda, ſi quæ ei competere poſ- ſet, *l. penult. Cod. de compenſat. cap. bona fides de de- poſito.* Secundò ex eo, quòd, vt Alexander ter- tius Pontifex maximus reſcripſit, ſi debitores ad ſoluendas vſuras iureiurando ſeſe aſtrinxe- rint, citra exceptionem vllam cogendi ſunt eas ſoluere, & tamen cum ſolutæ fuerint, pro ea- rum repetitione actionem habent. *cap. debitorès de iureiur.* Tertiò ex eo, quòd is qui rem à do- mino bona fide comparatam accepit, ſi non- dum ea vſucapta à poſſeſſione decidit, publi- cianam in rem actionem habet, ſed contra rei dominum exceptionem non habet. *l. 1. ff. de public. in rem act.* Quin potiùs, vt ex Paulo ait Papinianus, exceptio iuſti dominij publicia- næ objicienda eſt. *l. Paulus. eod. titulo.* Quartò ex eo, quòd ille qui poſſidet rem alienam bo- na fide, ſi cadat à poſſeſſione, datur actio, & tamen vt Furius Antinius libro primo ad edi- ctum ait: Si ab alio conuentus, neget ſe poſſi- dere, cùm tamen poſſideat, exceptionem non habet: *l. fin. ff. de rei vend.* Quintò ex eo, quòd in integrum reſtitutio contra ſententiam da- tur, plærumque tamen exceptio, ne ideò ſen- tentia executioni mandetur, non datur, *c. ſuſci- tata de in integrum reſtit.* & reuiſio aduerſus ſen- tentiam in ſummo Principis prætorio latam, nihil impedit, quominùs illa omni reiecta ex- ceptione executioni mandetur, *auth. quæ ſup- plicatio. C. de precib. imperat. offerend.* Sextò ex eo, quòd legatarius, qui authoritate propria rem legatam occupat, eandem nulla obſtante ex- ceptione hæredi reſtituere compellitur, licet eam ſic reſtitutam, propoſita actione, ab eo- dem hærede repetere poſſit. *l. 1. ff. quorum legat.* Septimò ex eo, quòd ſi quis conductionis ti- tulo, agrum vel aliam quamcumque rem ac- cepit, non exceptionem dominij objicere, ſed poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tunc de- mum de proprietate litigare, atque actionem proponere poteſt. *l. ſi quis conductionis C. de locato.* Octauò ex eo, quod in noui operis nunciatione non admittitur iuſtæ cauſæ exceptio, licet illi

qui ædificat, actionis remedium non denegetur. *l. 1. ff. de noui oper. nunc.* Nonò ex eo, quòd cùm quis dicit ſe de poſſeſſione violenter eiectum eſſe, & aduerſarius excipit, non fuiſſe eum canonicè inſtitutum, vel bonæ fidei poſſeſſorem: exceptio quidem iſta reijcitur, & tamen reſtituta poſſeſſione actio permittitur. *cap. in lit. de reſt. ſpol.* Poſtremò ex eo, quòd contra prælatum electum & confirmatum, atque poſſeſſionem petentem, non admittitur exceptio: ſed contra adeptum poſſeſſionem, benè permittitur accuſatio. *cap. indemnitatibus. §. verum de elect. libro 6. c. conſtitutus 2. de appellat. cap. poſt electionem. in fine de conceſ. præb.*

4 † Ratio autem decidendi eſt, non hæc, vt falsò quidam exiſtimant, quod ex eodem fonte manant actio & exceptio: quaſi ſcilicet ius omne in eo conſiſtat, vt aut acquiramus aut conſeruemus. Nam alioqui cuicumque daretur exceptio, eidem quoque daretur actio, quod falſum eſt. *d. l. ſi in area.* Sed iſta, quod fauorabilis eſt exceptio quàm actio, & defenſio, quàm impugnatio. *l. ſcientiam. in fin. ff. ad l. Aquil.* quodque proniores ſunt legiſlatores ad abſoluendum quàm ad aliquem condemnandum, aut perſtringendum. *l. Arrianus ff. de act. & obl. l. abſentem ff. de pœnit.* Et cui licet quod plus eſt, ſcilicet agere, illi vtique quod minus eſt, ſcilicet excipere, licere debet. *cap. cui licet. ſup. eod.* Neque in contrarium vrget prima dubitatio. Æquiſſimum enim eſt, vt ſuum ſine vlla controuerſia recipiat is, qui depoſuit, & vt nullo litis prætextu à fide recedat, qui quid recepit conſeruandum & reſtituendum. Et id ipſum eſt, quod pro huius rei ratione voluit Iuſtinianus, dum ait, *in d. l. penult.* ne contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam pertrahatur. Nam etſi ea ratio generalis ſit atque effuſa, & ad omnes contractus alios bonæ fidei ſymbolum gerentes, pertineat: particulariter tamen in depoſito locum ſibi vendicat, in quo maximè graue eſt fidem frangere. Quia cùm nemo poſſit rerum ſuarum ſemper & vbique cuſtos eſſe: ius ciuile rationem habet eorum, qui plærumque coacti & neceſſitate quadam ducti, aliorum fidem ſequi coguntur. *l. 1. & tot. tit. ff. vt naut. caup. ſtabular. l. 1. ff. de exercit. act.* ideoque & Cicero depoſitum propter bonæ fidei cauſam, interdum appellat fiduciam: Et quàm nefaria ſit tunc perfidia, oſtendit, legesque Romanæ hoc ſpectant, vt ſicut nomine negligentiæ non tam duriter obligatur depoſitarius, ita ſi malitiosè faciat, impunè non ferat. Eſt & alia Iuſtiniani ratio, dum adijcit hæc verba, *quia non ſub hoc modo depoſitum accepit, vt non conceſſa ei retentio generetur:* Quaſi dicat, non eam fuiſſe deponentis intentionem, vt depoſitum retineret depoſitarius, ſed ſine difficultate redderet repetenti, & res eodem genere naturaliter diſſoluitur, quo ligata eſt. *l nihil ff. eod.* Vnde quia depoſitum eſt contractum re tradita depoſitario, ita etiam hoc natura dictat, vt eadem re eodem modo reſtituta deponenti, depoſitarius ſeſe liberet, etiam ſi ab alio denunciatum ſibi fuerit, ne reddat. *auth. ſed iam C. depoſiti.* Neque multùm huic abſimile eſt, quod alibi ait idem Imperator: prætextu debiti, reſtitutionem commodati, non probabiliter recuſari. Sed nec ſecunda quoque mouet dubitatio: quippè quod in facti ſpecie quæ illic proponitur, alia eſt ratio dandi actionem, alia quæ ſuadet denegandam eſſe exceptionem, propterea quòd ſi debitori iuranti daretur exceptio, contraueniret iuramento, quæ ratio ceſſat, quando adimpleto prius iureiurando ſolutas vſuras repetit, quas quidem iurauit ſoluere, ſed non iurauit ſolutas non repetere. Hanc tamen rationem, *ad d. l. creditori. numero 11. Cod. de pactis.* Curtio Iuniori, & alijs plæriſque diſplicuiſſe video. Nam cùm iuramentum de ſoluendis vſuris, tamquam contra bonos mores canonicos, & peccatum inducens, non ſit obligatorium: *cap. non eſt. ſup. eod.* adeoque fruſtrà quæritur de exceptione, vbi nullum obligationis vinculum interceſſit: exiſtimant Alexandri reſponſum hoc ſenſu accipiendum eſſe, non quando debitor expreſsè promitteret ſoluere vſuras cum iuramento, & ſic quando à principio iſta conuentio clarè contineret vſuras, ſed quando in initio dubitaretur, an contractus eſſet vſurarius nec ne, quo caſu conſultiùs & ſecuriùs eſt, primo eas ſoluere, & poſtea, probando quod contractus ſit vſurarius, ſolutos repetere.

Quæ ſententia etſi ſit aliquantulùm probabilis, nondum tamen mihi ſatisfecit, propter expreſſa verba textus, quæ tam apertè deſignant, debitores non de contractu, an is vſurarius eſſet, dubitaſſe, ſed expreſsè de ſoluendis vſuris conueniſſe. Ideoque verior eſt ratio denegatæ exceptionis, ne debitores periurij reatum contrahant, & ſic non tam fauore creditoris & turpis fœneratoris, qui vtique indignus eſt, vt fides ei ſeruetur, quàm ideò † 5 quod iuramentum principaliter nos obligat Deo, à cuius ſancti & beata natura omnis turpitudo abeſt, vt merito in primis (quod ſine damno debitorum & abſque lucro creditoris fieri poteſt) ei ſatisfaciant, & ſic vſuras ſoluant. Ad rem verò non facit, quod turpitudinem continet, & bonis moribus aduerſatur, vſuraria iſtiuſmodi conuentio, quia non eſt turpitudo ex parte iurantis, ſed ex parte ſtipulantis tantùm, nec iuramentum ſeruando peccat is, qui iurat & ſoluit, ac deinde ſolutum repetit, & propterea quod non ſponte ſoluit, qui metu periurij promiſſum adimplet. Et hæc quidem diuerſitatis ratio, quæ inter actionem & exceptionem reperitur, etiam tertiæ obiectionis diſſolutioni ſubſeruit: quia cum bonæ fidei emptori, legatario, vel alicui alteri iuſtam cauſam habenti, res à non domino tradita fuit, & is antequam vſucapionem impleuerit, poſſeſſione fortè cecidit: publicianam in rem actionem

nem, propter præcedentem bonam fidem, titulum, & cœptam vſucapionem habet, ne ſuo iure, quaſi dominio, ac opinione illa, qua ſe putat bona fide dominum eſſe, temerè priuetur. Sed tamen contra dominnm exceptionem non habet: quia æquitas vetat ne dominus in re ſua ab alio moleſtetur. Et ſanè hoc ipſum eſt
6 quod ait Neratius, his verbis: *d. l. vltima* † Publiciana actio non ideò comparata eſt, vt res domini auferatur, eiuſque rei argumentum eſt primo æquitas, ſed vt is qui bona fide rem emit, poſſeſſionem potius habeat. Quo loco latiùs hoc explicans Angelus, notat exceptionem contra dominum ideò non dari, quod ius eius potentius ſit iure alterius, illudque abſorbet & ſubuertit, aliaſque etiam regulæ noſtræ locus non eſt, quando actio & exceptio competit contra diuerſos. Nam ſicut contra dominum actio publiciana non datur: ita contra eumdem non excipitur: ſed vtrumque remedium contra extraneum competit.

Quoniam verò abominatio ſunt domino labia mendacia, *Prouerb. cap. 12. & 13.* nihil ſanè mirandum eſt de eo, quod quarto loco controuertitur. Sicut enim idcirco ſocius, ſocer aut fideiuſſor, beneficium amittunt, ne in plus quàm facere poſſent, conueniantur, quod ſe ſocietatem contraxiſſe, aut dotem promiſiſſe, negauerunt, & mendacij conuicti ſunt: *l. ſed hoc ita. ff. de re iud.* ita quoque & is qui ſe poſſidere negauit, hanc mendacij ſui pœnam refert, vt citra exceptionem, cogatur transferre poſſeſſionem in aduerſarium, qua tranſlata, & ſe petitore ex reo conſtituto, eximitur onere probandi dominium, quod ſæpè grauiſſimum & difficillimum eſt. *d. l. fin.* Porrò autem quod quinto loco controuertitur, hac ratione diſſolui poteſt: quod poſtulata in integrum reſtitutione, omnia donec res tota finiatur in ſuo ſtatu eſſe debent, & ſententia executioni mandari non poteſt, *l. 1. C. in integ. reſtit. poſtulat.* præterquam ſi ex indicijs appareat, per excogitatam malitiam, & ad impediendum ſententiæ effectum, reſtitutionem illam poſtulari, *d. c. ſuſcitata.* potiſſimùm verò in re iterabili, & cuius executio retractari poſſet. *Aufrerius deciſione 54.* Aliud eſt in reuiſione & erroris propoſitione. Nam cùm in ſummo ſummi Principis prætorio ſententia lata eſt, magna eſt præſumptio, rectè illic iudicatum eſſe. Sed tantùm ne contra ius, ſubditos ſuos grauari Princeps patiatur, & ne error vnius alijs noceat, ne ve res alienæ per errorem iudicum & aliàs iniuſtè acquirantur: vtique miſerationis cauſa, hæc reuiſio eius ſententiæ à qua appellare non licet, admittitur. De legatario autem quod ſexto loco proponitur, hanc rationem habet, quod teſte Vlpiano, *d. l. 1.* æquiſſimum prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi occupatis legatis ius dicere, ſed hoc ab hærede petere, nec dolum facere videtur hæres, qui petit quod eum reſtituere oportet legatario: *cap. dolo ſup. eodem.* quia hæredis intereſt plærumque non occupari legata, propter Falcidiæ portionem, quæ fortaſſis detrahenda erit. Etenim ſi legatis exhauſta fuerit hæreditas teſtatoris, conceditur hæredi, ne bona cum iniuria defuncti deſerat, vt detrahat quartam omnium bonorum, quæ moriens teſtator reliquerat, eamque ære alieno aut funerum impenſis, *§ vlt. inſtit. de legat.* minimè grauatam habet, & proinde prouida cautione ſibi opus eſt. Quid enim ſi legatarius diſſipator ſit, à quo res occupata difficulter auocari poſſit? Quid item ſi in rebus, ex quibus vna legata eſt, optio hæredi competat? Neque certè his multum abſimile eſt, id quod ſeptimo loco proponitur: quia vt ait Marcellus, colonus qui negat reſtituere poſſeſſionem locatori, eundem cenſetur ſpoliare. *l. col. ff. de vi & vi. armat.* Ideoque ne ſibi perfidia ſua proſit, *l. 1. ff. de dolo:* & ne cuilibet iuris ſibi dicendi, licentia tribuatur, & quidem præcipuè aduerſus eum, à quo cauſam habet, vtique domino & locatori in primis & ante omnia reſtitutio fieri debet. Eodemque etiam aliquo modo pertinet octaua dubitatio: quia ſi quis in re ſua ædificat, mihique ex eo opere damnum dat, petitorio dumtaxat iudicio agere poteram, *l. penult. ff. de aqua quotid.* interimque ille impediri non poterat, quin in ſuo faceret, quæ vellet, vnde ſequebatur, duriorem effici meam conditionem, quod iam factis operibus Prætores faueant, cum publicè interſit ædificia non deſtrui. *l. cæteræ ff. de leg. 1.* Sed quia, ſi ædificans ſoluendo non eſſet, neceſſe habuiſſem id de meo demoliri, quod ille temerè fecerat: Prætor edixit, ne facta nunciatione quiſquam ædificaret, etiam ſi iuſtam exceptionis cauſam foueret, alioqui quod ille qui interim ædificat, vim nuncianti facere videretur, *pulchrè Alciatus d. l. 1. num. 4. ff. de nou. op. nunc.* Nonæ quoque dubitationis diſſolutio facilis eſt: quia odio ſpoliatoris, is qui cum poſſideret ſpoliatus eſt, dominus rei fuiſſe præſumitur, *l. ſi quis empt. § ſed hæc C. de præſcript. 30. annorum. Cumanus ad l. rem quæ ff. de acqui. poſſeſſ.* ideoque ante omnia eſt reſtituendus. *cap. ſoluité de reſtit. ſpoliat.* etiam ſi ad tertium aliquem ſine vitio ea poſſeſſio perueniſſet, *Socy. conſ. 12.* id quod pluribus ampliationibus ornat, & multipliciter reſtringit Zaſius, quem vide *ad l. naturaliter § nihil commune num. 49. cum ſeq ff. de acq. poſſeſſ.* Denique non mouet id quod vltimo loco controuertitur: quia quando maior pars elegit & conſentijt, oritur præſumptio contra minorem partem, quæ ante confirmationem nihil oppoſuit, quod malitiosè & differendi negotij cauſa nunc primum opponit. Sed quia hæc præſumptio iuramento minoris partis facilè tolli & elidi poſſet: plærique verius eſſe putant, ſi hoc fauore monaſteriorum & eccleſiarum tribuendum eſſe dicamus, quorum monaſteriorum & quarum eccleſiarum plurimum intereſt, prælatum electum & confirmatum, citiùs adipiſci

&

& conſequi poſſeſſionem. Sunt etiam qui arbitrantur, non eſſe illic paritatem exceptionis & actionis, quod requirit hæc regula. Electus enim confirmatus, nihil noui iuris petit, vt qui electione & confirmatione omnia eſt conſecutus. *c. tranſmiſſam. de elect.* Sed poſſeſſionem ideò rectè poſtulat, quòd illa plurimum facti habet, *c. cum noſtris. de conceſ. præb.* & minor pars non de his quæ facti ſunt, ſed de his quæ ad ius pertinent, licet ex facto oriantur, proponunt, qua de re latiſſimè agunt Dominus Antonius, *ad d. cap. accedens.* & Philippus Francus, *ad d. c. conſtitutus,* quos vide.

REGVLA LXXII.

Qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi faciat per ſe ipſum.

1. *Lex Pompeia de parricidijs, quando locum habet.*
2. *Mandatum quo pacto fiat.*
3. *Præſumitur delictum mandaſſe fieri, qui dixit, vade, non redeas antequam aliquid audierim noui de te.*
4. *Locutio ſecreta in aurem ſecuto delicto arguit mandatum.*
5. *Perinde verbum, quomodo accipiatur.*
6. *Perinde an fictionem inducat.*
7. *Ampliationes ad hanc regulam.*
8. *Nuncius ferens literas de committendo homicidio an puniatur.*
9. *Socij confeſſio an inducat indicium.*
10. *Laboratores an de vi teneantur.*
11. *Sententia inter alios lata, an alijs proſit.*
12. *Rationes dubitandi.*
13. *Ratio decidendi.*

VT in iure noſtro nihil ſuperfluum reperitur, ſi quis ſingula non in ſolo cortice, ſed exactè perpenſoque animi iudicio, vti oportet, perſcrutetur, de quo in ſuo codice gloriatur Juſtinianus: § *quibus. in 1. conſt. Codicis.* ita quoque hic admonendi ſumus, non idem hoc loco repeti, quòd paulò antè dictum eſt, poſſe quem per alium, quod poteſt per ſeipſum. Nam cùm illic diſputatum eſſet, an quis ſubſtitutione, & in ſuum locum ſurrogatione facta, vti poſſet, & an per alium facere ei liceret, quod faceret per ſe ipſum: hic iam de vi & effectu iſtiuſmodi ſurrogationis & ſubſtitutionis agitur, ac oportunè deciditur, quòd qui per alium facit, vel vicaria alterius opera vtitur, (vt poteſt) ipſe per ſe feciſſe videtur, id quod in contractibus euidenter apparet. *Qui mandat ſolui* (inquit Paulus *l. qui mandat. l. cum iuſſu. ff. de ſolut.*) *ipſe videtur ſoluere.* Et papin. ait, *quod ab alio nomine alterius, eo præſente datur, ab ipſo datum intelligitur. l. quod ſtatu liber. ff. de dona. cauſa mortis.* Rurſumque Vlpianus. *Si tibi debitorem meum iuſſero dare pecuniam,* inquit, *obligaris mihi, quamuis nummos meos non acceperis. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet.* Jn iudicijs idem eſt: quia ſi procurator iurat in animam domini ſui, ſiue verum iuret ſiue falſum, perinde eſt ac ſi dominus iuraſſet, *clem. 1. de iureiur.* & vt teſtis eſt Iulian. *Is qui alienam iuriſdictionem exequitur, non pro ſuo imperio agit, ſed pro eo, cuius mandato ius dicit, l. etſi. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſdict.* confeſſionique eius fides datur, qui vel per ſe, vel per aduocatum ſuum, in libello ſupplice porrecto, aliquid aſſerit, quod contra ſe eſt. *l. cum precum. C. de liberali cauſa.* Et valet dictum teſtis dicentis, Titium ligna amputaſſe, etiamſi ipſe Titius per ſe hoc non fecit, ſed per alium, vt conſilio ſuo 135. lib. 2. ait Marianus Socyn. Nepos. Sic & in teſtamentis atque vltimis eulogijs, qui ſepulturam per alium elegit, perinde eſt atque ſi eligeret per ſe ipſum, *Anch. conſ. 214.* & qui alieno annulo tabulas teſtamenti ſignat, perinde eſt atque ſi proprio annulo ſignaſſet. *§. poſſunt. inſt. de teſt.* De delictis quoque dubitan-
dum non eſt. † Nam legi Pompeiæ locus eſt, ſi 1
filius patrem vel ipſe, vel per alium, vel pro alio occiderit, *l. vtrum. ff. ad l. Pompeiam de parricid.* & lex Aquilia obtinet, quamuis quis propria manu non interfecerit. *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Sic lex Corn. de iniurijs, etiam aduerſus eum competit, qui mandauit vel fieri curauit. *l. non ſolum. ff. de iniurijs.* Sic S.C. Turpillianum aduerſus eos quoque locum habet, qui calumniatorem ſubmiſerunt. *l. 1. ff. ad SC. Turpil.* Sic & hi qui templa diuino nomini dicata, ſanctorumque venerandas imagines, & ipſum ſalutiferæ crucis dominicæ ſignum euerti, dirui, proſterni paſſi ſunt, aut vt id fieret, conſilio, ope & ſtipendijs iuuarunt, ipſi ea ſcelera perpetraſſe videntur, id quod in libro de reparandis eccleſijs latius dixi. Sic etiam ſi qui inobedientes ſunt his qui à domino mittuntur, ignominiam non in hos ſiſtunt, ſed ad eum qui illos miſit producunt, iuxta illud: *Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit: Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Sic denique qui per alium album prætoris corruperit, vel vi armata poſſeſſorem deiecerit, vel manus violentas in ſacerdotem coniecerit, perinde conuenitur, atque ſi ipſe ſua manu hoc feciſſet. *l. ſi quis ff. de iuriſd. om. iud. l. 1. ff. de vi & vi arm. c. mulieres. de ſent. excomm.*

Qui facit. Propriè loquendo, hæc verba referuntur ad mandatum, tametſi intelligi quoque poſſint de his, qui bruta animantia in aliorum perniciem inſtigant. *l. item Mela. §. item & cum eo. ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. ſi quadrup. paup. feciſ.*
dicatur. † Mandaſſe autem videtur quis, vel ab- 2
ſens per nuncium & epiſtolam, vel præſens præſenti, ſiue vtatur verbis imperatiuis, cuiuſmodi ſunt, occide, percute, vade, fac, & ſimilia, ſiue verbis precarijs: Rogo vt occidas, peto vt facias, opto vt vindices, *l. 1. ff. mandati. & ibi doctores.* ſiue etiam verbis enunciatiuis, ſed animum vindicandi deſignantibus: *Bald. ad l. 1. C. de ſeruis fugit. Ioan. de Anania conſ. 59.*

ita

ita tamen, vt in cauſis ciuilibus, qui his verbis, aut ſimilibus vtitur, oſtendat ſe animum obligandi habuiſſe. *gl. in d. l. 1. ff. mand.* [*vid. Gail. 1. P.P. 1. nu. 43. & ſeqq. & 2. P.P. 10. n. 26.*] Nam in criminalibus negotijs & maximè quidem in atrocibus, generaliter verum eſt, quòd is qui occaſionem damni dedit, damnum dediſſe videtur. *l. ii. qui. ff. eod. l. nihil intereſt. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* modò tamen id non inuoluntariè fecerit, vt ponderat Iaſon. *ad d. l. 1. num. 20. C. de ſeruis fug.* † Et ex his inferunt noſtri, quòd ſi pater aut dominus iniuria ab aliquo affectus, filio vel famulo dicat, abi non redeas domum, niſi intellexero aliquid noui de iniuria mihi facta: ſi deinde filius aut famulus occidat eum, qui iniuriam intulit, lex præſumit, dominum aut patrem mandaſſe, & per hunc homicidium feciſſe, *Bartol. & alij ad l. ſi quid mihi §. penult. ff. de acq. hæred.* adeò quidem vt aſſerat Angel. *in libro de malefic. ad verb. Sempronio. quæſt. 21.* ſe vidiſſe Florentiæ, quendam dominum capite propterea truncatum fuiſſe. Quod amplius eſt, ſi dominus vel pater, ſeu quis alius, graui iniuria affectus dicat, hoc malum non poteſt manere impunitum, ſecuta mox vltione, ipſe mandaſſe præſumitur, quibuſdam tamen caſibus exceptis, quos Iaſon recenſet
4 *ad d. l. 1. num. 30.* † Sic & mandatum ex eo colligitur, quod dominus aut pater in aurem aut ſecretè filio aut famulo loquatur, & mox delictum homicidij ſequitur: quia breuitas temporis coniuncta præcedenti inimicitiæ & auriculari collocutioni, ſiniſtram hanc præſumptionem generat, *Bald. ad d. l. 1.* ſicut & ſi prohibere potuit & non prohibuit, maximè ſi minæ anteceſſerunt. *Fely. ad c. Petrus de homic.* quod latius explicat Barbatius, quem vide *ad c. 1. de offic. deleg.*

5 *Perinde eſt.* † Verbum hoc, perinde, non tam ad ipſam rei veritatem, quàm ad fictionem, & tacitam quamdam legis interpretationem, pertinere videtur. *l. ſacrilegij. ff. ad l. Iul. peculat.* quod & Tiraquellus admonet *de retra. conuent. §. 1. gl. 5. num. 27.* Vnde orta eſt hæc quæſtio.
6 † Vtrum is qui per alium facit, verè per ſe facere videatur, an non? Quæ quidem quæſtio vtilis eſt, & eò ſpectat, vt intelligamus, an lex vel ſtatutum loquens de faciente delictum, eidemque pœnam præſcribens, mandantem quoque comprehendat? quod omninò dicendum eſſet, ſi verè feciſſe arbitraretur. Et ſanè affirmatiuam partem plurimum confirmat id, quod Alexander tertius tam apertè ait, quod is committit verè, cuius authoritate vel mandato delictum committitur. *d. cap. mulieres de ſent. excommuni.* Deinde verò quod reſpondit Iulian. Si procurator meus me mandante precario rogauit, ego precariè propriè habere dicor. *l. certè. §. 1. ff. de precario.* Et Paulus diſertè ait, ipſum patrem manumiſiſſe, cuius mandato filius manumiſit. *l. pater ff. de manumiſ. vindi.* Nam qui pro alio facit, eſt veluti arundo, tuba, inſtrumentum ſeu organum mandantis duntaxat, *l. qui autem. ff. de conſti. pecun.* & ideò is verè poſſidet, cuius nomine poſſidet, & cuius nomine res poſſidetur. *l. quod meo §. procurator ff. de acq. poſſ.* Contra verò, & ſuas quoque probationes habet negatiua ſententia, eo quod omnia penè prudentum reſponſa, quæ de mandante & mandatario extant, verbum *Videtur,* quod improprietatem fictionemque ſignificat, habent. *l. ita autem. §. geßiſſe ff. de admin. tut. d. §. deieciſſe. & d. l. qui manda.* Verius eſt, quod ſi ipſum actum facti, quatenus in executione & natura poſitus eſt, conſideremus: is qui mandat, dici non poteſt verè feciſſe, quod alius fecit, & quidem potiſſimum in his, quæ ab ipſo faciente ſeparari non poſſent, vt adulterium, falſitas, & ſimilia, in quibus mandatarius eſt, qui verè, immediatè & intrinſecè facit. Cæterum quoniam mandans eſt prima cauſa, *l. in hoc iudicium. ff. de ſeruo corrupto.* qui non ſolùm ipſe delinquit, ſed & alium delinquere facit, *gl. in l. athl. ff. de his, qui not. inf.* reſpectu peccati, pœnæ peccati, animæ, & quo ad effectum iuris, non quo ad modum faciendi, is qui mandat, verè feciſſe videtur: *l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur.* ita vt communiter exiſtiment omnes, quod is qui per alium facit, ſub lege vel ſtatuto cuius meminimus, continetur, ſi non ex verborum proprietate, ſaltem ex legis interpretatione, quæ pœnam facienti conſtitutam, ad mandantem quoque producit, cuius mandantis non minor eſt culpa, tametſi ſubinde ex qualitate perſonæ & natura rei, fiat interpretatio, vt qui ipſe non fecit, mitiùs puniatur, quod ſequendum eſſe vſuque comprobari aſſerunt recentiores, *Panorm. & Anania in d. cap. ſicut dignum.* repoſitis infinitis & pugnantibus aliorum diſtinctionibus, quas non repeto. *Salic. & Bald. ad d. l. non ideò Iaſ. & Alciat. ad l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. pro empt. & Panormit. ad cap. ad audientiam. de homicid. Zaſ. & alij ad l. ſi quis id ff. de iuriſd. om. iud.*

7 † Amplia primò hanc regulam, ſiue quis mediatè per alium faciat, ſiue immediatè. Vnde Paulus: *Si ego tibi mandauero opus nouum facere (inquit) tu alij: non poteſt videri meo iuſſu factum. Tenebaris ergo tu, & ille. Et an ego teneor videamus. Et magis eſt etiam me, qui initium rei præſtiterim, teneri l. ſi ego. ff. quod vi aut clam.* Vnde exiſtimant omnes, quòd ſi quis mandauerit Titio, vt Seium occidat, & Titius mandat alteri, qui interfecit Seium, omnes tenentur. *Fely. & Anania ad d. c. ſicut. Bart. ad l. 1. ff. ad Turpil.*

8 † Quomodo & nuncius quoque tenetur ſecuto homicidio, qui ſcienter attulit literas de homicidio committendo ſcriptas. *Sali. ad d. l. non ideò. verſic. viſo de mandato Hypol. ſing. 181.*

Amplia ſecundò, ſiue is qui pro alio fecit delictum, neget ſe feciſſe pro eo, ſiue affirmet; quia mandatarius delicti, non excuſat mandantem, nec eum eximit à pœna mortis, dicendo ſe occidiſſe Titium motu proprio, tamquam ſuum

ſuum inimicum & non in vim mandati ſibi facti, ſi non alia adminicula ſibi ſuffragentur, vnde illud colligi poſſit. *Bald. ad l. quicunque. C. de ſeruis fug. Hypo. ad l. 1. §. D. Antonius num.* 10. *ff. de quæſt.* Nulla enim æquitas patitur, vt infamibus iſtiuſmodi perſonis, & de colluſione ſuſpectis,
9 fides habeatur. *l. fin. C. de accuſat.* † ſicut nec creditur illi, qui pœnæ capitis deſtinatus, & iam moriturus ſocium accuſat. Etenim ex ea accuſatione vel confeſſione conſocij non poſſet torqueri, ſi non antè de crimine aliquo ſaltem in genere ſuſpectus fuit. *Doct. ibi.*

Amplia tertiò, ſiue is per quem qui facit, ſtatim exequitur mandatum, ſiue ex interuallo. Nam quod dici ſolet, tacitè videri reuocatum mandatum, ſi diu cunctatus ſit mandatarius, & moram traxerit antequam compleret mandatum: quodque ex longiore temporis lapſu, præſumitur voluntas eius fuiſſe mandata: *l. qui bona. § ſi quis. ff. de damno infecto.* ita verum eſt, ſi certum tempus limitatum mandato adiectum fuit, forte vt fiat tali die aut tali menſe: quia permiſſum ad tempus, videtur poſt tempus eſſe prohibitum. *l. poſt mortem ff. de adopt.* Sed vbi nullo tempore mandatum conſtringitur, vtique præſumitur quis in priore ſua voluntate perſeueraſſe. *l. eum qui. ff. de probat.* Et ideò etiam ex interuallo longo ſecuto delicto, tenetur mandans, ſi mandatum tempeſtiuè non reuocauit. *Panormit. in d. cap. ad audientiam. numero* 7. *Salic. d. loco.*

Amplia quartò, etiam ſi is qui pro alio facit, exceſſerit limites mandati. Quamuis enim in contractibus, vltra mandatum non obligetur aliquis: *l. diligenter ff. mand.* in criminibus tamen diſtinguitur: quod aut eſt in poteſtate mandatarij ſeruare fines mandati, vt quia mandatum eſt, vt percutiat in vno loco, vel extra plateam, & ille percutit alio loco, vel in platea: tunc mandans excuſatur à pœna ordinaria mandati. *Bald. ad d. l. non ideò & ad l. cum mandati. C. mandati.* Aut ſeruare fines mandati, non eſt in poteſtate mandatarij, vt quia mandans mandet gladio percuti, & vulnerari, ſed expreſsè prohibet, ne occidat: tunc quia etiam vulnus minimum poteſt eſſe mortale, nec eſt in facultate mandatarij ſeruare fines mandati, cum verbera non dentur ad menſuram, & an vulnus ſit mortale vel non mortale, non eſt in eius poteſtate: mandans tenetur de homicidio perinde, atque ſi illud feciſſet, *cap. fin. de homicid.* maximè quidem quando inſtrumentum, quo percuti mandat, eſt idoneum ad mortem inferendam. *plenè Hyp conſ.* 607.

Amplia quintò, etiam ſi mandatarius ipſe non obligaretur. *Parui refert* (inquit Vlpian.) *quis inſtitor ſit. Pupillus enim inſtitor obligat eum inſtitoria actione, qui præpoſuit: quoniam ſibi imputare debet, qui eum præpoſuit. l. ſed etſi quis. ff. de inſtit. act.* Sic & innocentia mandatarij, fortè furioſi, ſubditi, filij, ſerui, & ad factum compulſi vel ignorantis, mandantem non excuſat: *l. 1. ff. de eo per quem factum eſt.* quia diuerſa ratio diuerſam iuris diſpoſitionem poſtulat. *l. in rem. §. tignum & ibi Dd. ff. de rei vend.* † Vnde la- 10
boratores immiſſi in agrum alienum, excuſantur: immittentes non excuſantur, præterquam ſi laboratoribus illis res cognita ſit, aut eis denunciatum fuit. *Ang. d. loc. q. 4. num. 12.*

Amplia ſextò, quod adeò per ſe facere videtur, vt tam ipſe quàm mandatarius, vno eodemque libello accuſari poſſint. *l. nihil. ff. ad l. Iul. de adult.* Nam licet vbicumque diuerſæ cauſæ proponuntur, plures rei eodem libello & ſimul accuſari non poſſint, veluti ſi velim accuſare Titium de homicidio, Seium de falſo: quia diuerſæ perſonæ diuerſæque accuſandi formæ in iudicio permiſceri non debent, ſed potius ſeparari, ſicut ſunt ſeparatæ in re: alio tamen iure vtimur, vbi vel eadem eſt cauſa, vel connexa, & quoties ex vno eodemque facto veniunt puniendi, *Bald. ad l. cum rat. C. qui accuſ. non poſſ.* vt eſt in mandante & mandatario, quorum vnum delictum eſt numero, & qui ex eodem facto ac crimine tenentur. *Bald. ibi. qu. 5. Sal. d. loc. q.* 10. Mandans enim ex delicto ſecutò, propter mandatum tenetur, ſicut mandatarius: & ideo in libello aſſcribi debet locus & tempus, non mandati, ſed delicti, quia ſicut cùm mando cum aliquo contrahi, celebrato contractu obligor illi, non ex mandato, ſed propter mandatum: ita quoque ex delicto obligatur mandans, propter mandatum, non ex mandato. *Bartolus ad l. non ſolum §. ſi mandato. num. 9. ff. de iniur.* Ex mandato enim turpi hoc & inhoneſto, nulla conſiſtere poteſt inter mandantem & mandatarium obligatio. *l. ſi non remunerandi § rei turpis. ff. mand.* Quod amplius eſt, vna eademque ſententia damnari poſſent, etiam ſi alter fuerit primò accuſatus. *Angel. in auth. vt omnes obed. iudicib. prouin. in fin.* † Porrò autem an 11
ſententia pro vno vel contra vnum lata, alteri proſit aut noceat: res digna eſt inquiſitione. Sed quoniam eius rei tractatio prolixa eſt, ſola remiſſione erimus contenti. *Alber. Bald. in fin. d. l. non ideò Ang. d. loc. q.* 19.

Amplia ſeptimò, vt procedat in his, quæ Principi ſunt reſeruata. Princeps enim legitimare per alium poteſt, & remiſſionem ſententiæ à ſe latæ alteri rectè mandat. *Bened. Capra conſ. 2. num. 13. Cagnolus ad l. is damnum. in fin. ff. eod.* Satis enim videtur per ſe facere, cùm facit per alium, *& omnia noſtra facimus* (inquit Iuſtinian.) *quibus authoritatem noſtram tribuimus. l. 1. §. ſed neq; C. de vet. iur. enucle.*

Amplia octauò, vt ſicut is qui per ſe ſyngrapham ſeu chirographum ſcripſit, cogitur ſtatim illud recognoſcere, vel manum ſuam negare, ſi id petat creditor, & iudex præcipiat: ita quoque & is qui per alium ſcripſit vel ſignauit: ſicut ſunt quam plurimi, qui nec ſcribere nec ſignare per ſe norunt, eiuſmodi ſingrapham recognoſcere tenentur. *Rebuff. ad ordin. reg. tom. 1. tractat. de chirographo recognit. art. 1. num. 15.*

Amplia

Amplia nonò, tam ad actum infirmandum, quam ad contractum ſuſtinendum. *Si donaturum mihi* (inquit Vlpianus) *iuſſero vxori meæ dari, nullius eſt momenti, perinde enim eſt habendum, atque ſi ego acceptem, & rem meam factam, vxori meæ dediſſem. libr. 3. in fin. ff. de don. inter vir. & vxor.*

Amplia decimò, vt locum habeat, non ſolùm quando quis facit per alium, ſed etiam quando quis facit pro alio: nam & is pro quo vel reſpectu cuius facit, feciſſe videtur. ideoque Celſus ait, quod ſi pater meus propter me filiæ meæ nomine dotem dedit, perinde eſſe atque ſi ego ipſe dediſſem, quippe quod officium aui circa neptem, ex officio patris erga filium pendet. *l. dedit. ff. de collat. bonorum.*

Amplia vndecimò, vt & is qui ratum habet eo loco ſit, atque ſi ipſe feciſſet, tam in contractibus, quàm in delictis, *l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi arm. gl. ad d. cap. mulieres.* quod aliàs latius deductum. *in cap. ratihabitio. ſup. eod.* & pleniſſimè à Saliceto diſcuſſum, *ad d. l. non ideo.* hoc loco non repeto.

Amplia poſtremo, quod qui facit per alium, ipſe verè & realiter feciſſe videtur, etiam in his quæ ſunt ſpiritualia, & ex diuina gratia procedunt. *Cum tradent vos* (ait Dominus Ieſus ad diſcipulos) *homines: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Quaſi diceret: Non eſt humanum negotium quod geretis, ſed diuinum, cuius vos non auctores eſtis ſed organa. Nec vos illic loquemini, ſed ſpiritus patris veſtri loquetur per ora veſtra. Sic & in baptiſmo paruulorum, quod illi qui ſuſcipiunt ex fonte paruulos, loquuntur, ipſi paruuli dixiſſe exiſtimantur. *cap. paruuli 1. cum ſequent. de conſecra. diſt. 4.*

12 † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod Caius ait: Si quis amico peregrè eunti mandauerit, vt fugitiuum ſeruum quærat, & ſi inuenerit, vendat, ipſe contra SC. non committit: quia non vendidit, licet alius pro eo. *l. quod ſæpe §. ſi. quis ff. de contrah. empt.* Secundò ex eo, quod ſi dominus mandet procuratori, vt ſtipuletur, directa actio ex contractu, procuratori quæritur, domino non quæritur: & ideo ei per procuratorem actio cedi debet. Euictionis actio (inquit Iul. Paulus. *l. poſſeſſio. 49. §. fin. ff. de acq. poſſeſſ.*) domino contra venditorem, inuito procuratore, non datur, ſed per actionem mandati eam cedere cogitur. Tertiò ex eo, quod ex Labeonis ſententia, ſi obſtetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit, ſiquidem per ſe vel ſuis manibus dedit, occidiſſe videtur, ſi vero dederit, vt mulier ſibi offerret, ideoque per alium magis cauſam mortis præſtitit, quam occidit, *l. item ſi obſtetrix. ff. ad l. Aqu.* Quartò ex eo, quòd reſpondit Vlpianus, ſi mandauero vt opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris, mecum, non tecum erit actio, *l. aut qui aliter. § fin. ff. quod vi aut cla.* In quo reſponſo euidenter apparet eum qui mandatum ab alio ſuſceptum alteri mandat, non haberi perinde atque ſi ipſe feciſſet. Quintò ex eo, quod ſicut aliud eſt vendere, aliud mandare de vendendo: ita aliud eſt facere, aliud faciendum mandare, *l. aliud ff. eod. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loco.* Sexto ex eo, quod ſi perinde eſſet per ſe & per alium facere, ſequeretur, vnum idemque delictum numero eſſe mandatarij & mandantis, quod falſum eſt; quia hic ſunt plures perſonæ & plures obligationes numero, ergo videtur, quod ſunt plures cauſæ numero. Et ſicut ſe habent plures rei ex contractu, ita ſe habent plures rei ex delicto. *l. ſi plures. ff. de iniuriis.* Sed in contractu dicuntur eſſe plures obligationes numero, *l. generaliter. ff. de fideiuſſ.* idem igitur in delictis dici debet, maximè cum dicat Imperator, *d. l. non ideo.* quod quilibet, ſcilicet tam mandans quam mandatarius, ex ſua propria perſona tenetur, per conſequens, quilibet tenetur ex ſuo facto, adeoque plura facta numero exiſtere videntur. Septimò ex eo, quod factum legati miſſi à Pontifice, non dicatur eſſe pactum Pontificis, qui per eum facit, *gloſſ. in cap. liter. in fi. de reſcr. Bert. conſ. 206. num. 4. lib. 1.* Poſtremò ex eo, quod qui in collegio piſtorum ſunt, à tutela excuſantur, ſi modo id non mandent, ſed per ſe piſtrinum exerceant, *l. vlt. ff. de excuſ. tut.* & non alij vectigalis fiſci redemptores à muneribus excuſantur, quam hi, qui præſentes negotium exercent. *l. in honoribus. §. 1. ff. de vacat. muner.*

† Ratio vero decidendi eſt, quod mandans eſt cauſa principalis, ſine qua nihil eſſet factum, 13
& licet aliàs euentus cauſſæ tribuatur cauſæ proximæ & immediatæ, quæ hic eſt mandatarius, non remotæ qualis eſt mandans: *l. ſi mulier. ff. rer. amot.* hoc tamen locum non habet, quando cauſa illa immediata, ex prima dependet, quæ ipſam inducit. *Tiraquellus in libr. ceſſant cauſſa. limit. 20.* Sic & cùm Diabolus nos per homines naturæ nobis ſocietate coniunctos oppugnat, & miniſtros ſuos contra nos dirigit, ipſi quidem ſunt cauſa immediata, quia nos affligunt, ſed quoniam ſuaſu & inſpiratione illius faciunt, ille facere dicitur, vt in Pſalm. 118. ſermone 10. Ambr. & homil. 13. in 4. caput Ioan. Chryſoſtomus oſtendit. Quomodo & Adamum per Euam, & Petrum per ancillam vicit. Non obſtat autem his prima dubitatio: Neque enim hoc vult Gaius Iureconſultus, quod mandans qui per alium vendidit, ſimpliciter non tenetur: quia non ipſe vendidit, ſed quod non videtur feciſſe contra SC. quia nec per ſe, nec per alium abſentem & in fuga conſtitutum, (quod SC. prohibitum erat,) vendidit, ita vt illa verba; *Quia non vendidit*, teſte Alberico, *in d. § item ſi quis.* intelligenda ſunt de abſente ſed præſentem vendidiſſe

videtur: cum per alium vendiderit. Sic nec ſecunda quoque mouet dubitatio: quia cum, excepta poſſeſſionis cauſa, per liberam perſonam, quæ alterius iuri ſubiecta non eſt, nihil acquiri poſſit: *l. 1. C. per quas perſon. nob. acqu.* vtique nec per liberam perſonam actio directa perſonalis acquiri ſolet, *l. prohibere. ff. quod vi aut clam.* Labeonis quoque ſententia, de obſtetrice tertio loco propoſita, nihil huic præiudicat: quia ad legem Aquiliā quod attinet, inter eum qui occidit, & eum qui per alium occidens, occaſionem mortis præbet, *l. item Mela §. Celſus ff. ad l. Aquil.* magna eſt differentia propterea quod verba legis Aquiliæ directè loquuntur de occidente. Sed reſpectu legis Corneliæ de ſicarijs, & criminalis accuſationis nulla eſt differentia. Illa enim animum occidere volentis, & tamen non occidentis conſiderat, *l. ſi is qui cui cum telo. C. ad l. Cornel. de ſicar.* quod & Hypol. tandem, qui paulo antè, *num.* 17. confeſſus erat ſe ſolutionem inuenire non poſſe, probat, & ſequitur, *ad d. l. nihil intereſt.* Quod autem quarto loco controuertitur, hanc rationem habet, quod (vt eleganter explicat Angelus *ad d. §. fin.*) aliud eſt, cum iubeo tibi, vt tu facias, & cum tu alteri mandes, vt ille faciat. Poſteriore enim caſu, explicas opus per illum, ideoque teneris. Aliud etiam eſt, eum ego tibi mando, vt tu mandes alteri, vt ille faciat: quia tunc non facis per illum, ſed ego, cuius tu inſtrumentum & organum es, & ideo non teneris tu, ſed ego dumtaxat, & is qui fecit, excepto atroci delicto, ex quo omnes tenemur. Neque dubitandum eſt, quin (vt eſt in quinta dubitatione) aliud ſit facere, aliud mandare, inſpecta veritate cauſæ, ſed effectu, legiſque interpretatione, vnum ſunt, ſicut cauſa reſpectu cauſati, *Bald. ad l. 1. C. ſi ſeruus extero.* Eoque etiam ſextæ dubitationis diſſolutionem pertinere conſtat. Obligationes enim numero ſunt diuerſæ, ſicut & perſonæ: ſed quia ex eodem facto manant atque oriuntur, & de eodem facto homicidij vterque punitur: fit vt eo reſpectu dicatur vnum delictum numero, licet qualitate diuerſum ſit, *Salucet. ad d. l. non ideo. quæſt. 9.* & ſic conſiderando effectum finalem, vnum quidem delictum eſt licet perſonæ & modi delinquentium ſint plures numero, ſicut vnum poteſt eſſe furtum, licet plurium perſonarum, *Bald. ad d. l. non ideo quæſt. 2. per l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* Quod autem ſeptimo loco de legato dictum eſt, ita accipiendum eſſe docet Bertrandus, niſi vigore mandati ſpecialis feciſſet legatus, quia tunc videtur ab ipſo Pontifice factum eſſe. Alioqui enim conſtat multa Pontifici permiſſa eſſe, quæ legato etiam de latere non permittuntur, quod eleganter explicat Mandoſius ad regulas Cancellariæ; quem vide. Porro quod vltimo loco proponitur, hac ratione diluit Tiraquellus *in libr. de nobilitat. quæſt. 28. num. 9. cum ſequent.* quod hæc regula non procedit, quando lex vel ſtatutum conſiderat actum ipſius perſonæ quæ illum exercet. Sic & cum de merito & remuneratione gratiæ diuinæ agitur, plus ſane meretur, & maiorem apud Dominum gratiam conſequitur is, qui ipſe facit cum poteſt, quam qui ceſſante impedimento per alium facit. Id quod ex inſigni illa homilia Chryſoſtomi apparet, quam ſcripſit de eo, quod diſpenſatio rerum tuarum per te ipſum exequenda eſt, & alijs minimè concedenda, dum ait: *Ipſe ſemen tuis manibus ſulco iacta. Tu ſemen iacito, cur te hoc præmio fraudas? Tu cur illam mercedem tibi, cum licet non vendicas? Efficere ergo & tu tuarum rerum diſpenſator. Sancte, piè & iuſtè faciunt, qui per alios, infirmos viſitant, nudos veſtiunt, eſurientes paſcunt, captiuos conſolantur: ſed maiora eis præmia conſequuntur, qui hæc ipſi faciunt, cum poſſunt, id quod ex hiſtoria Euangelica de Regulo, qui ipſe ad Dominum venit, & de illo qui alium ad eum miſit, apparet.*

REGVLA LXXIII.

Factum legitimè retractare non debet, licet caſus poſteá eueniat, à quo non potuit inchoari.

[*vid. D. Peck. 1. de teſt. conſ. 45. ſub n. 7.*]

1. *Legitimè factum quid ſit.*
2. *Ampliationes huius regulæ.*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Rationes decidendi.*

QVemadmodum non firmatur tractu temporis, quod illegitimè factum eſt, & ab initio vitioſum fuit: *cap. non firmatur ſup. eod.* ita è contrario, non infirmatur ſeu retractatur factum legitimè, ſi perueniat caſus à quo incipere non poſſet. † Legitimè autem factum eſt 1
id, quod ſecundum legum præſcripta factum, peractum, & abſolutum eſt, ſicut vocamus legitimas nuptias, legitimam conuentionem, legitimum tutorem, quando nuptiæ & conuentiones ſecundum leges initæ ſunt, quando tutela ex lege venit. Ex aduerſo autem illegitimum eſt, quod fit lege prohibente, quia lex prohibens inficit, enecat, interimit omnia, *l. non dubium. C. de legib.* & alias legitimum vocamus, vel quia lex certam formam dat actui, vt in ſtipulatione & contractu emphyteutico, *§. adeo inſtitut. de locat. & conduct.* vel quia nullam formam dando, efficacem eum ad agendum eſſe decreuit, tametſi alioqui conuentio nuda ſimplexque ſit, qua de re plura tradidit Duarenus, quem vide, *ad l. legitimam. ff. de pact.* Igitur matrimonium legitimè contractum, propter furorem vel affinitatem ſuperuenientem, *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris, cap. penultim. de eo qui cognouit conſanguin. vxor. ſua.* propter

propter quem incipere non poſſet, non ſubuertitur: & ſi quis iuſtum teſtamentum ſcripſit, illud propter ſuperuenientem bonorum interdictionem, ob quam prodigus iam teſtari non poſſet, non infirmatur: *l.is cui ff.de teſtam.* vxorque poſtea diues facta, non amittit quartam ſibi ob ſuam paupertatem ante delatam: *Decius in authent.præterea.C.vnde vir & vxor.* & ſi cauſa committatur canonico, qui poſtea deſinit eſſe canonicus, non ob id ceſſat commiſſio eiuſdem. *Bald. ad l.generaliter. C.de epiſc. & cler.* Sic & Iul.Paulus, iudex (inquit) datus, in eodem officio permanet, licet furere cœperit: quia recte ab initio iudex addictus eſt, *l.iudex ff.de iudic.* Et Vlpianus ait, cæcum retinere quidem magiſtratum iam acceptum poſſe, ſed ad nouum aſpirare non poſſe, *l.1.§. caſum.ff. de poſtulando.*

2 † Amplia primò hanc regulam, etiam ſi cauſa eius quod legitimè factum eſt, per ſuperuenientem caſum ceſſet. Legitimè enim reuocatur donatio, ſi donatori poſtea liberi agnaſcantur, *l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.* neque retractatur ea reuocatio, etiam iiſdem liberis, rebus humanis deinde exemptis. *Alberic. ibi, Bartol.ad l. Titia.ff.de leg.2.* Et ſi mater ſemel fuerit legitimè liberorum ſuorum tutela priuata, ideo quod vel ſecundas nuptias ſecuta fuit, vel ſe amplecti eas velle profeſſa eſt: vtique non retractatur hæc priuatio, neque illa veterem tutelam reaſſumit, poſteriore marito è viuis decedente. *Cygn. & Alber. in authent. vt matri & auiæ.C. quando mulier.offic.tut.* Neque mouet in contrarium, quod ceſſante cauſa ceſſat effectus: *l.cum ceſſante. de appellat.* quia illa regula locum non habet in actu iam conſummato, & perfecto, vt pluribus verbis explicat Tiraqu. *in libr. ceſſante cauſa. limit.4. & 12.* & maximè quidem quando caſus ille ſuperueniens, eundem reſpicit effectum. *Caſtrenſ. ad l. pluribus ff. de verb. obligat.*

Amplia ſecundò, non ſolùm in actu legitimè facto & nunc conſummato, ſed etiam in eo qui inchoatus eſt, iure tamen aliquo ſingulari, habetur pro perfecto. *Carr.Iunior ad l. mora. num.12. ff. de iuriſd. omn. iud.* Nam ſi aliquis ſit caſus, in quo id quod cœptum eſt, habetur pro completo: ſanè ſufficit eſſe cœptum, vt effectus non retractetur, propter ſuperuenientem caſum, à quo incipere non potuiſſet. *Tiraqu. in limit.12. num.21.* Vnde cùm argentum legatum, fieri incœptum, quo ad formam, habeatur pro facto: ex ſuperueniente caſu, quo pro facto haberi per rerum naturam non poſſit, legati effectus non tollitur. *l.etſi non ſint. ff.de auro & argen.leg.*

Amplia tertiò, non ſolùm in eo quod legitimè factum & abſolutum eſt, verumetiam in eo, quod ab actu iſto legitimè facto dependet. Sicut enim propter furorem ſuperuenientem, à quo incipere nuptiæ non poſſent, matrimonium legitimè contractum non infirmatur: ita quoque nec patria poteſtas, nec commodum acquiſitionis eorum, quæ filius acquirit, *d.l. patre furioſo*, id quod eleganter ponderat Imola, quem vide *ad d.l.pluribus.*

Amplia quartò, vt procedat etiam in foro conſcientiæ. Nam ſi quis legitimè, bonaque fide præſcriptionem compleuit: licet ſuperueniat mala fides, à qua incipere non poſſet. tamen quia præſcriptio iam perfecta erat & conſummata, iuſtè retinet qui præſcripſit. *ad cap. fin. de præſcript.* Sed hoc ante latius diſcuſſimus *ad c. poſſeſſor.ſup.eod.*

Amplia poſtremò, quod etiam non legitimè factum ſubinde non retractatur. vt quando lex ſtat in meris finibus prohibitionis, & vltra non egreditur declarando actum in contrarium factum eſſe nullum: quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, *l.1.§.biduum ff. quando appellandum ſit.* id quod pulchris & elegantibus exemplis demonſtrat Iaſon. *ad d. l.patre furioſo.*

† Ratio dubitandi eſt, primo ex eo, quod Marcell. ait, ea quæ rectè conſiſtunt, reſolui cum in eum caſum reciderint, à quo incipere non poſſunt, *l.exiſtimo.ff.de verbo.oblig.* Et Paul. reſpondit, placere ſibi extingui obligationem, ſi in eum caſum inciderit, à quo incipere non poterit. *d.l pluribus.* Rurſum vero Modeſtin. declarat ſtipulationem, quæ ab initio valuit, vitiari, ſi in eum caſum deducatur, à quo incipere nequit, *l.pro parte.ff.de ſeruit.* Et denique Martianus diſertè ait, quod eo quæ in eam cauſam peruenerunt, à qua incipere non poterant, pro non ſcriptis habentur. *l. ſi in metallum ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur.* Secundo ex eo, quod ſicut ab initio ad dignitatem eccleſiaſticam aſſumi non poteſt, qui crimine aliquo notatus eſt, ita quoque legitimè facta electio, ex crimine ſuperueniente, à quo incipere nequit, vitiatur, *cap. fin. de iureiur. hoc lib.6.* & ſecundum leges ciuiles Romanorum, ſacerdotium quod legitimè ſuſceptum eſt, ex ſuperueniente concubinatu, à quo initium ſumere non poſſet, corrumpitur, *in authentic. quomodo oport.epiſcop.* Tertiò ex eo, quod ſi creditor ſuccedat reo debendi, extinguitur illa, quæ ante legitimè contracta fuerat, obligatio: *l. debitori. Cod. de pactis l.Vranius. ff. de fideiuſſoribus.* qui euenit caſus repræſentationis ac confuſionis, à quo obligatio incipere non poteſt, ſicut & furti actio iuſtè acquiſita, propter ſeruitutem ſuperuenientem obſcuratur, ſi is qui furtum admiſerat, eius cui furtum fecerat, ſeruus effectus ſit: *l.falſus. §.fin.de furtis.* Quartò ex eo, quod nepos ab auo præteritus, legitimum aui teſtamentum, in quo pater ſuus inſtitutus, ſed auo ſuperueniente mortuus fuerat, rumpit, & quidem non alia ratione, quam quod caſus exiſtentiæ nepotis, à quo teſtamentum aui ſic, hoc eſt, præterito nepote, fieri non poterat, euenit. 3

l. ſi auus C. de liberis præter. §. poſthumorum. inſtit. de exhæred. liber. Quintò ex eo, quod licet initio res vtiliter in ſtipulationem deducta ſit, ſi tamen poſtea ſacra efficiatur, & ſic caſus eueniat, à quo ſtipulatio incipere non poſſet, extinguitur obligatio. *l. inter ſtipulantem. §. ſacram ff. de verb. oblig.* Sextò ex eo, quod ſponſalia de futuro legitimè contracta, propter ſuperuenientem affinitatem, à qua incipere non poterant, rumpuntur & impediuntur. *cap. 2. de conſang. & affinit. cap. veniẽs. de eo qui cog. conſang. vxor. ſuæ.* Septimò ex eo, quod iudicium legitimè ante incœptum & firmatum, ſuperueniens caſus ſuſpicionis impedit & ſiſtit. *cap. inſinuante de offi. iudi. de legat.* Octauò ex eo, quod ſi rector eccleſiæ legitimè ad officium aſſumptus, lepra inficitur, ſuperueniens lepræ caſus efficit, vt à legitima illa adminiſtratione remoueatur. *cap. tua de cleric. ægrot.*

4 † Ratio vero decidendi eſt, quod, teſte Vlp. *l. ſi procuratorem in princip. ff. mand.* vniuſcuiuſque actus initium ſpectandum eſt, & hoc quidem legitimum & vtile eſſe, ſatis eſt. Conſtat enim leges futuris dumtaxat formam dare negotijs, non ad facta præterita reuocari, *l. legis. C. de legib.* & quod ante ſuperuenientem legis prohibitionem factum eſt, pœnam non meretur, quia lege permittente, aut certè non prohibente, factum fuit. *l. iuſte. ff. de acquir. poſſeſſ.* Plurimum ſanè vrget prima dubitatio, & licet omnes vno ore aſſerant, actus imperfectos, ſi ad eum caſum peruenerint, à quo incipere non poſſunt, ipſo iure vitiari: eoque ſenſu accipienda eſſe exiſtimant præallegata conſultorum reſponſa, actus verò perfectos & iam conſummatos non vitiari: conſidero tamen, hac diſtinctione non ſatis fieri his, qui exactius omnia perſcrutantur. Marcellus enim ingenuè confitetur, hac de re, & de huius regulæ veritate, ſummam fuiſſe olim inter veteres contentionem. *dict. l. exiſtimo.* Paulus trepidè affirmatiuam partem, ſcilicet quod retractari deberet, ſecutus eſt, *d. l. pluribus.* & regulam poſuit huic quodammodo contrariam, quam tamen profitetur non in omnibus eſſe veram. Alio vero loco ait, non eſſe nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent, licet caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, *l. in ambiguis pro dotibus §. 1. ff. hoc tit.* Martianus priorem Pauli ſententiam ſecutus, ſimpliciter contra hanc noſtram præſentem regulam ſcribit, & contrariam aſſerit, nec ſolùm ad facti ſpeciem de qua illic agit, ſe conſtringit, vt plærique putant, id quod Modeſtinus potius feciſſe videri poſſet, *in d. l. pro parte.* qui loquitur in caſu, vbi ſeruitus quidem promiſſa erat, ſed nondum verè conſtituta. Et certè, ſi vſquam eſt in legibus pugna & contrarietas, hoc loco eſſe videtur, vbi tam apertè veteres ſibi aduerſantur, & pugnantia dicunt. Sed quia Iuſtinianus iactitat ſua induſtria effectum eſſe, vt nuſquam ſit in iure noſtro diſcordia, vtique inueniendus eſt exitus aliquis reconciliationis, & tandem ex multis & varijs ac penè infinitis interpretum diſtinctionibus dicendum, non retractari factum legitimè iam perfectum & abſolutum, præterquam ſi ſuperueniat defectus formæ, *l. Iulianus §. ſed ſi quis. ff. ad exhib.* qua deſtructa, res amplius non ſubſiſtit, ſiue iam ſit facta, ſiue adhuc facienda, *l. is qui quadraginta. ff. ad l. Falcid.* ſi deficiat cauſa finalis non impulſiua: *l. generaliter C. de epiſc. & cler. lib. 5. § ab eo ff. de libr. agnoſ.* ſi eſt eadem cauſa impedimenti in contrahendo actu, & iam contracto: quia tunc quod impedit vnum, impedit aliud: *l. poſt ſuſceptam ff. de ſuſpectis tut. l. ſiue § Plantianum ff. de libr. agnoſc.* ſi ſequeretur abſurdum quid vel impoſſibile, *Fab. ad §. ex contra inſtitut. de legat.* ſi impedimentum ſuperueniens, reſpicit directò rem & effectum, tam ad impediendum iam factum, quam adhuc inchoandum ordinatum, *l. non diſtinguemus §. ſace. dotio ff. de arb.* Tiraquellus adijcit, *d. lim. 12.* non ceſſare effectũ conſummatum, pro tempore præterito, ſed bene pro tempore futuro, ſi effectus ille eſt ſucceſſiuus, *lib. tutelas ff. de cap. dim.* aut ſi ſuperueniat cauſa retro contraria remouens illud quod iam conſummatum & in eſſe productum fuit. Tunc enim retractatur actus nunc perfectus & abſolutus, vt ecce: grauamen eſt cauſa appellationis, & ea quidem in eſſe producta, ſtatim atque interpoſita eſt, tamen reuocato ceſſanteque grauamine, ceſſat appellatio, *cap. cum ceſſante & ibi Bald. numer. 4. de appell.* Idem quoque eſt, ſi is ad cuius commodum factum legitimè conſummatum eſt, fuerit in mora, *l. quod tempore. C. de reſtitut. militum.* Ex quo facile intelligi poteſt, ſecundam dubitationem minimè nocere: quia factum legitimè retractatur ex caſu ſuperueniente, in odium eius cuius culpa caſus euenit. Is enim, cum pœna dignus ſit, non honore: certè huius regulæ beneficio ſe iuuare nequit, *d. l. ſi metallum.* & publicus eccleſiæ fauor poſtulat, impuros & nefarios paſtores, magno aliorum ſcandalo, non tolerari. Tertia verò dubitatio hac ratione diluitur, quod quoties debitori ſuccedit creditor, confeſtim ipſa ſucceſſione confunditur, & propter ſuperuenientem impoſſibilitatem veluti retractatur obligatio. Cum enim fictione legis, hæres defunctum repræſentet, *in authent. de iureiurand. à moriente præſtito.* non poteſt idem cenſeri debitor & creditor, *libr. 2. ff. de ſtipu. ſeruorum.* & duorum perſonam qualitate & conditione diuerſam ſeu potius contrariam, repræſentare. Idemque eſt ſi fideiuſſori debitoris ſuccedat, propterea quod nemo poteſt ſibi ipſi obligatus eſſe. Sic etiam eſt de actione furti. Nam cum ſerui nomine dominus teneatur, eius nomine agere nõ poteſt. *l. apud antiquos. C. de furt. & gl. ad l. cũ ſeruus ff. de nox. act.* Sed nec quarta dubitatio mouet. Teſtamentum enim licet legitimè fa-

mè fa-

me factum fuerit, tamen præmoriente filio inſtituto ante teſtatorem, in vitium caduci venit, adeoque effectus illius conſummatus non fuit, cum nemo ex eo teſtamento hæres eſſe poſſit, id quod tamen ad huius regulæ veritatem requiri diximus, qua de re latè agunt Pariſius *conſ.* 60.*lib.*2. & Marianus *conſ.*184.*lib.*2. Sic & de re, quæ poſt promiſſionem quidem, ſed ante traditionem, quæ promiſſionis effectus & conſummatio eſt, ſacra efficitur, idem dici poteſt, quod de re quæ dari debuit, ſine facto promiſſoris ſubtracta, dicitur. *l. qui reſtituere.ff. de rei vendic.* Et ſicut debitor ſpeciei eius interitu ante moram liberatur, *l.ſi ex legati.ff. de verb. oblig.* ita quoque ſi res promiſſa & in conuentionem deducta, commercio hominum exempta eſt. Vnde & quintæ dubitationi ſatisfactum videri poteſt. Quod verò de affinitate ſuperueniente ſexto loco controuertitur, rationem in publica eccleſiæ & Chriſti fidelium honeſtate poſitam & collocatā habet. Etenim æquum aut honeſtum non eſt, matrimonio non conſummato & perfecto, ſed in futurum tantum concepto, & dum adhuc abſque omni ſcandalo occurri poteſt, illi quempiam coniungi, cuius conſanguineæ illicitè antè ſe coniunxit. Nec mirum eſt quòd caſus ſuſpicionis ſuperueniens iudicium ſiſtit, vt eſt in ſeptima dubitatione, cum nondum fuerit conſummatum ſed incœptum, licet firmatum ſit, nihilque eſt quod imputetur parti; quæ ante litis conteſtationem hanc exceptionem ſuſpicionis, quam ignorauit, non propoſuit, *Panorm.& alij ad d.c.inſinuante.* & quæ de nouo emergunt, non indigent auxilio, ſanctaque & ſyncera iuſtitiæ officina, nulla in parte iudicij ſuſpectum iudicem ſuſtinet. Periculum quoque publicum lepræ id efficit, vt legitimè aſſumptus ad eccleſiæ gubernationem deſtituatur, vt abſque horrore ſacris interſunt hi, qui Chriſto nomen dederunt, & ſacris intereſſe cupiunt.

REGVLA LXXIV.

Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum.

[*Peck. de amort. cap.* 24.]

1. *Locus argumentandi à ſpeciali.*
2. *Archiepiſcopus vbi pallio vtatur.*
3. *Petrus Apoſtolus dilexit Ioannem.*
4. *Inuidorum qualis natura.*

1 Hic elicitur locus à ſpeciali, in quo ſic argui poteſt. † Quæ procedunt à iure ſpeciali, non habentur in conſideratione. *lib.*4.*ff.de fideicomm.libert.Præſes in loco à ſpeciali.* Ideoque ſi ſpeciali priuilegio Regi noſtro indultum ſit, vt electioni Prælati poſſit ſeſe admiſcere, eidemque intereſſe, ne fortè ſeditio aliqua oriatur, hoc ab alijs Regibus, & principibus in exemplum trahi non debet. *c.hinc eſt* 16. *quæſt.* 2. Et vt ad Bonifacium Moguntinum Archiepiſcopum ſcribit Zacharias Pontifex, *ſi alicui epiſcopo conceſſum ſit, vt ſibi ipſe ſucceſſorem ſuum deſignare atque conſtituere poſſit, nulli alij facilè tribuendum eſt, quod illi charitate cogente conceſſum fuit.c.petiſti.* 7. *quæſt.* 1. † Sic & Gregorius Ioannem Rauennatem Archiepiſcopum eo nomine 2
reprehendens, quod extra Miſſarum ſolemnia pallio vtebatur, eleganter oſtendit ſe (niſi ſuæ eccleſiæ priuilegium probare poſſit) aliarum eccleſiarum iure ſingulari iuuare non debere, *c. contra morem.* 100. *diſt.* † Sic & Dominus noſter Chriſtus, dum iudicaret Ioannem non eo- 3
dem modo ex hac vita deceſſurum, quo Petrus decederet, percunctanti Petro de Ioanne, quem veluti ſocium & collegam cupiebat, nec ab eo diuidi vellet, vt ait Chryſoſtomus. *Hic autem quid?* Reſpondit, *Ioan.cap.vlt. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* His verbis erudiens, neque de aliena felicitate dolendum, neque curioſius præter diuinam voluntatem inueſtigandum in his beneficijs, quæ alijs diuinitus conceſſa & collata ſunt, atque ſua quemque ſorte contentum eſſe debere. Rurſum vero, cum Euangelicus ille paterfamilias, nouiſſimos, qui ad horam vndecimam primùm venerant in vineam, æquauit primis, nullam his primis fecit iniuriam, neque illi de beneficio iſto nouiſſimis impenſo conqueri poterant, & proinde vni eorum dixit: *Matth.* 20. *Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecum: Tolle quod tuum eſt & vade. An non licet mihi quod volo facere: An oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum?* Nam cum non dolerent, quaſi fraudati mercede ſua, ſed quia alij plus quam merebantur, ex gratia accipiebant, cenſuerunt hoc amplius & ſe quoque ex gratia accipere debere, vel certè alijs illis inuidebant. † quia hoc eſt proprium inuidiæ, quando alteri aliquid additur, ſic dolent 4
inuidi, quaſi illis ſit aliquid ſubductum, quod illi eſt additum. Vtputa ſi viderint fieri aliquem ditiorem, putant inuidi ſe pauperes fieri. Si alter ſapientior fuerit factus, ita dolent, quaſi ipſi ſint inſipientes facti, & ideo dolent eſſe ſecundi, quia deſiderant eſſe priores, non intelligentes quod non ſit hominis à Deo rationem conſilij exigere, cur vnum euehat, alium deprimat, vnum ſcientia & eruditione illuſtrem faciat, & alium non faciat, neque perpendentes quod longè vilior eſt homo collatus cum Deo, quàm argilla collata cum homine. De quo ad Romanos ſcribens Beatus Paulus ait: *cap.* 9. *O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo, nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam.* Lutum ex ſe nihil aliud eſt, quam lutum. Ex eo fingit figulus poculum elegans, quicquid

quid hoc eſt honoris, debet ſuo artifici, ſin matulam, nulla ſordido viliquе luto fit iniuria. Quod ſi aliter quam hæc regula præcipit, conſtituas, vtique ad mores puerorum deflectes, qui ſi quid aut fratri, aut ſorori, aut alicui alteri puero datum vident, niſi etiam tantumdem accipiant, contenti non ſunt, paremq; facies conditionem eorum, qui benefactis gratiam eiuſmodi promerentur, & eorum quibus ſupplicium potius quam præmium debetur, aut certè eorum qui nulla mercede digni ſunt, & inania telluris pondera rectè appellantur. Quoniam verò ea quæ hic latius dici & tractari poſſent, alio loco à nobis ſunt deducta & declarata, ideo inutilem, & tædioſam refricationem omittentes, ſola remiſſione contenti erimus. *ad c. priuilegium, & c. quæ à iure. ſupra. eod.*

REGVLA LXXV.

Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

[conſ. D. Peck, ſupra in c. non eſt in mora ſub n. 4. cum inibi. author. concord.]

1. *Fides an hoſti ſeruanda.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Princeps ſi non ſeruat fidem vaſallo, an vaſallus ei fidem ſeruare debeat.*
4. *Iuſiurandum per æquipollens non adimpletur.*
5. *Ratio dubitandi.*
6. *Ratio decidendi.*
7. *Induciæ an violari poßint.*
8. *Dolus in hoſte.*

FRequens eſt præſentis capitis vſus & allegatio pernitioſo iſto & turbulento ſæculo, quo fides exulat, fraus regnat, monſtrantur digito fraudum magiſtri, ille prudentior iudicatur, qui peritior eſt fallendi, & non tanto ſtudio neque tot laqueis venatores atque aucupes feras ac volucres captant, quod verſuti homines alios quoſque ſimpliciores. Grauiſſimè ſanè olim Domitius Vlpianus libro 4. ad edictum ait, nihil eſſe tam congruum fidei humanæ quam ea ſeruare, quæ placuerunt, *l. 1. ff. de pact.* graue eſſe, fidem fallere, *l. 1. ff. de conſt. pecun.* hanc eſſe legem naturæ, qua nemo ſolutus eſt, decorã eſſe fidem, *Iaſon in d. l. 1.* iuſtitiam gratam, menſuram æquitatis iucundam, infamem eſſe, qui eam non
1 ſeruat. *l. ſi quis maior C. de tranſ. act.* † Et cum nulla res, teſte Cicerone, vehementius rempublicam contineat, quam fides, atque proinde Romani eam in Capitolio Ioui proximam eſſe voluerunt, cenſuerunt veteres eam etiam hoſti ſeruandam eſſe, proponentes Principibus doctrinam Ariſtotelis, qui Alexandrum hortatur, vt fidem datam & fœdera conformata obſeruet, alias malum finem ſecuturum, & quod tria fecerunt Romanos dominari: Sanum conſilium ſecretum tenendo: Priuata paupertas. Et dictis ſuis pertinaciter inhærere fidem non frangendo: Vnde & Valerius, *libr. 2. c. 4. & lib. 9. c. 6.* notat, Romano ſanguini conueniens fuiſſe fidem præſtare, hoſtem non fallere, perfidia non notari, eamque tantum incommodi humano generi adferre, quantum bona fides commodi præſtat, id quod olim in magno illo Scipione egregiè apparuit, qui cum Annibal ei fidem non ſeruaſſet, atque poſtea tamen pacem ſeu inducias affectaſſet: reſpondit eidem, tempus eſſe non de fœdere agendi, in quo ſtare neſciebat, ſed armis decertandi, commiſſoque cum eo prælio, immortalem gloriam, & ingentem victoriam obtinuit, adeoque Annibal qui pacem cùm poſſet non ſeruauerat, eam in neceſſitate conſtitutus & petens non impetrauit. Rectè igitur Plutarchus: *Fœdera* inquit, *iniuſtè frangere impium eſt, ſed hoſtes fallere non iuſtum eſt modò & honeſtum, verum etiam commodumquoque & lucroſum.* Quod & B. Auguſtinus probat, dum ait. *Cum bellum ſuſceperit quis, vtrum apertè pugnet an ex inſidiis, nihil ad iuſtitiam intereſt. c. dominus. 23. quæſt. 2.* iuxta illud Virg. *Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?*

Porro autem quod dicimus hoſti aut alteri fidem datam ſeruandam eſſe, ita intelligendum & accipiendum eſſe docet hic legiſlator, ſi aduerſarius ipſe fidem ſeruauerit. Alioqui enim clauum clauo pellere, artemque arte deludere licet. *cap. quia fruſtra de vſuris. Fruſtra,* inquit Pontifex, *ſibi poſtulat fidem ſeruari ab eo, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.* Sicut & in ſimili fruſtra legis implorat auxilium, qui in eam committit, & ex eo quod quis ſubuertere tentat, lucrum non accipit. *c. ex eo ſup eod.* Hinc eſt quod, teſte Vlpiano, contra ſocium actio non datur ei, qui conditionem ſocietatis non præſtitit, *l. ſi conuenerit ff. pro ſocio.* & vt ait Iulius Paulus: ſi conductor qui penſionibus ſatis non fecit, cœpit petere pœnam, proderit locatori doli exceptio, *l. quæro. §. 1. ff. locati.*

† Amplia primo hanc regulam, vt locum 2
habeat, etiam ſi fides ſeu pactum iureiurando fulciatur. Nam & tunc adhuc quoque licitum eſt frangenti fidem, fidem non ſeruare: quia cum tacitam hanc conditionem in ſe contineat iuſiurandum, ſi obſeruaueris, conſequens eſt, promiſſionem quo ad effectum æſtimari, & perinde haberi atque ſi nihil actum fuiſſet, *argu. l. ſi quis. ff. de contr. empt.* & ideo ſi quis certo ſalario certis diebus ſibi præſtando, alicui ſeruire promiſerit, abſque iuriſiurandi læſione eodem ſalario ſuo die non ſoluto, à conuentione recedit. *D. Ant. ad d. c. 3. in fin.*

Amplia ſecundo, etiamſi quis neceſſaria cauſa impeditus fidem non ſeruet *Alc. ad d. l. cum proponas numer. 13.* Quamuis enim neceſſitas aut impedimentum à mora ſeu pœna excuſet. *l. ſi vehenda. §. idem iuris ff. ad l. Rhodiam.* ad producendam

cendam tamen actionem ſatis momenti non habet. Eaque ſententia reiecta Hoſtienſis opinione, *d.c.ſicut*, receptior eſt, aperto Papiniani reſponſo comprobatur, dum ait; caſum contingentem in perſonam ſtipulatoris, & promiſſi actionem impedire, & ſoluti condictionem tribuere, *l.ſi vno* §. 2. *ff. locati*. eaque quæ ab Hoſtienſe in contrarium adferuntur, non ad actionem, ſed ad excuſationem & exceptionem pertinent, *Panorm.numero* 6. *ad d. ca.ſicut.* In nominatis tamen contractibus receptum eſt, ſi propter promiſſionis naturam adimpleri nequeant, ſufficere vt eo modo, quo poſſunt (veluti cautione præſtita) adimpleantur. *l.inſulam. §.fi.ff.locati.*

Amplia tertiò, vt procedat, ſi vel in minima re alter fidem ſeruare neglexerit. *Alexandr. ad l.penultim. C.de his qui vt indig.* Nam cum eo caſu verum ſit, intemerata pacti iura ſeruata non eſſe: perinde eſt, atque ſi in nullo prorſus ſeruata eſſent, *Corn.conſ.*146.*libr.*3.*Alciat.conſ.* 167. & proinde propter minimam partem contractus non impletam, obſtat agenti exceptio: *Bald.ad l.pacta conuenta. ff. de contrah.empt.* ſicut videmus quòd venditor poteſt rem totam venditam retinere pro vno nummo pretij non ſoluto, *l.Iulianus.* §. *offerri. ff de action. empt. Bald.ad l.vltim. C. commodati.* qua de re plurima notat Tiraquellus, *in libr. de iudic. in reb.exiguis ferend.* Sed hoc ita, niſi tam leuis momenti res ſit, in qua ceſſatum eſt, vt non ſit veriſimile partes ad eam reſpexiſſe. *libr.* 1. § *perinde. ff. de ædil.edict.*

Amplia quartò, vt nullus hac in re priuilegium aut fauor excuſet. Nam & Corneus aduerſus monaſteriorum adminiſtratores, huius regulæ beneficium admittit, *conſil.*167. *numer.* 17. *libr.*4. & ſacerdos qui coram Epiſcopo aliquem laicum in ius traxit, non rectè petit eum ſecundùm conſuetudinem laicorum puniri, *cap. quod Clericus. de foro compet.* quia cùm illam ipſe ſeruare non teneatur, non debet alium ad eius obſeruationem adigere, *Aretin.conſ.*45.*Alc. d. lo.* ne ius quod in ſe non probat, in aliis conſequi velit. *l.* 1.*ff. quod quiſque iuris in alium.*

Amplia quinto, adeò ex parte contrahentis contractum eſſe adimplendum, vt qui id non fecerit, non ſolùm quicquam ab aduerſario petere non poteſt, ſed nec liberationem propriam condicere poteſt. *Dec.Curt. Iun.& Alciat. d. loco.* Quoniam lex indebitam pecuniam errore promittentibus, liberationis condictionem concedit, ſeu ſyngraphæ repetitionem tribuit, *l. ſi non C.de iuris & facti ignor.* non etiam aliis, qui ſua ex parte non implent, cùm alioqui in eorum poteſtate eſſet, inuito creditore quandocunque vellent, obligatione ſe eximere.

Amplia ſextò, quod ſi is qui pacta non obſeruauit, contra me agat, eiuſque rei nomine ego non exceperim, atque ideo condemnatus ſim, non tamen hæc ſententia fiet mihi præiudicium, *l.qui inuicem.ff.de cond. ind.* quin poſſum deinde petere, vt & ipſe obſeruet quod promiſit. Hæc enim petitio ſententiam non oppugnat, paucis tamen caſibus exceptis, quos eleganter ibi Alciat. obſeruat.

Amplia ſeptimo, etiamſi promiſſioni addita ſit clauſula, rato manente pacto pœnam ſoluendam eſſe: quia adhuc nullius effectus eſt hæc clauſula, quantum ad eius, qui eam promiſſionem non obſeruauit, fauorem attinet, *gl. ad l. qui fidem ff.de tranſact.* eademque natura eſt, quo ad propoſitum dictæ clauſulæ & iuriſiurandi, & hanc tacitam habet conditionem, niſi culpa aduerſarij aliud acciderit. *Iaſon & Alciat. num.*81. *ad l.ſi quis maior C.de tranſact.*

Amplia octauò, vt ſic quilibet ex parte ſua ad fidei datæ obſeruationem teneatur, quod etiam ſi ipſa promiſſionis cauſa ceſſaret, nihilominus tamen durat hæc obligatio, *l.fi.* §. *ſi ff. de reſcind. vend.* quod cum Decio intelligit Alciatus eo caſu, quo obligatio propter verborum generalitatem ab ea cauſa non reſtringitur. Nam alioqui regulare eſt, quod promiſſionis cauſa ceſſante, ceſſat promiſſio. *cap.*2. *de cuſtod. eucharistia. Tiraqu. in tract. ceſſante cauſa. num.*217.

† Amplia nonò, etiam ſi ſit ſuperior aut Princeps, qui fidem non ſeruat. Nam ſi dominus non ſeruat fidem vaſallo, vaſallus ſimiliter non tenetur ei ſeruare iuramentum fidelitatis, 3
gl. penult.in c. de noua forma fidelit. in vſibus feud. Alciat.conſil. 167. *numer.* 10. & idcirco dicitur quod princeps ſubditos ſuos paternali amore proſequi, & in eo ſtatu in quo eos reperit, conſeruare debet. *Ioan. de Platea ad l. neminem. C.de decur Rol.à Valle conſ.* 1.*num.*104. [*Gail* 2.*P.P.*15. *num* 11.*& ſeqq.*] Sic & à Prælato ex contemptu ſacros canones non obſeruante, recedi poteſt, ſicut ab excommunicato, *gl.in c.ſacerdotes.* 2.*qu.* 7.*Roma.ſing.*510.

Amplia decimò, etiam ſi aduerſarius vellet ſeruare fidem per æquipollens: adhuc alter poſſet reſilire, & à fide data recedere, quod eleganter admodum explicat Iaſon *conſil.* 41. *lib.*3. Vt ſi conuenerit inter emptorem & venditorem, quòd emptor deponeret pretium apud Titium, & ille deponit apud alium æquè idoneum: quia non poteſt inuito altero mutare perſonam, ab vtroque electam. Neque mouet (inquit) quod is qui conſtituit certam perſonam pro ſe fideiuſſuram, poteſt aliam perſonam non minus idoneam conſtituere: *l. qui autem* §. *ſed etſi quis. ff.de conſt.pecu.* quia id verum eſt, quãdo perſona quæ deberet fideiubere, iuxta conuentionem, vel rebus humanis exempta eſt, vel fideiubere recuſat, ipſo etiam promiſſore ſeu conſtituente in mora non repeito. Tunc enim ex æquitate illud admittitur, & quidem potiſſimum hæc locum habent, ſi acceſſerit iuſiurandum, † quod non per æquipollens, ſed in forma ſpecifica adimpleri debet. 4

Poſſent & adhuc alia adferri ad huius regulæ ampliationem exempla, veluti de verbali obligatione venditori ſeu ſtipulatori facta, *l. acceptam. C. de vſur.* & ſi quæ ſunt ſimilia, ſed quia temporis anguſtia concludimur, ſola remiſſione contenti erimus. *ad d. §. offerri & ibi noua addit ad Bart.*

5 † Ratio verò dubitandi eſt, primò ex eo, quod Vlpianus ait: Si quis à pupillo ſine tutoris authoritate emerit, ex vno latere conſtat contractus. Nam qui emit obligatus eſt pupillo, datamque fidem ſeruare compellitur, Pupillum autem ſibi non obligat, qui poteſt licitè à promiſſione facta reſilire. *l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff. de act. emp.* Secundò ex eo, quod is qui petitione hæreditatis, vel in rem actione experiebatur, ſi tranſegit, Aquilianaque ſtipulatione itemque & acceptilatione reum liberauit, amplius (etiam reo promiſſa non obſeruante) ad eas actiones redire non poteſt. *l. vt reſponſum. l. cum mort C. de tranſact.* Tertiò ex eo, quod ſi publico iudicio, maritus vxorem ſuam, ſacroſanctum matrimonij fœdus contaminantem, adulterij ream facit, iudex qui de adulterio cognoſcit, etiam in maritum fidem non ſeruantem, ob lenocinium ſtatuere poteſt. *l. 1. § 1. ff. ad l. Iul. de adult.* Quartò ex eo, quod licet non ſoluatur pretium, res vendita & tradita vindicari ſeu condici non poteſt. *l. inciuile. C. de rei vend.* Quintò ex eo, quod neutri videtur eſſe ſuccurrendum: nam ſi ſtipulator dolo promiſſoris, & promiſſor dolo ſtipulatoris, impeditus fuerit, quominus ad iudicium veniret, neutri eorum prætorem ſubuenire debere, leges conſtituunt. *l. fin. § fin. ff. de eo per quem factum eſt.* Sexto ex eo, quod is qui in vnam legem committit, alterius legis beneficio non exuitur, & ſubſtitutus hæredi, qui inſtitutionem recuſauit, ex ſubſtitutione ſuccedere poteſt. *l. ſi filius. ff. de hæred. inſt.*

Septimò ex eo, quòd ſi quis inducias ex parte ſua violauerit, debet alius quod in ſe eſt, obſeruare, ne dum alienam perfidiam redarguat, ſuam fidem ſoluat. *ca innocens. 22. qu. 4.* Etenim & ipſe Dominus, vt in libro de Nabuthe, *c. 17.* ſcribit B. Ambroſius, indigno regi Achab ſeruauit tenorem ſententiæ & promiſſionis ſuæ, licet ipſe Achab beneficia circa ſe diuina non tenuit. Octauò ex eo, quod ſi ab extraneo poſſeſſore vendicem fundum, quem in emphyteuſim à repub. habeam, ea exceptione iuuare ſe ille non poterit, quod reipublicæ vectigal non ſolui. *l. 2. ff. ſi ager vectigal.* Nonò ex eo, quod ſi dominus teſtato ab emphyteuta admonitus, duorum menſium ſpacium labi permiſerit, non tamen ideo emphyteutæ permittitur, vt aduerſus legem contractus quicquam attentet. *l. fin. C. de iure emphy.* Decimò ex eo, quod ſi vterque cōiugum votum continentiæ ſeu caſtitatis fecerit, altero fidem frangente, alter nihilominus conſtantiſſimè perſeuerare debet. *c. quod Deo. 38. quæſt. 5.* Vndecimò ex eo, quod Gregor ex Paulo refert iis ſeruandam eſſe pacem qui nobiſcum pacem non habent. *c. inter verba 11. quæſt. 3. c. dominus 93. diſt.* Poſtremò ex eo, quod profeſſor qui à dicendo ſuperſedet, propterea quod à republica ſibi ſtipendium non præſtatur, pro hoc temporis interſtitio nihil honorarij conſequitur. *Alber. ad l. ædiles. ff. de ædili. ædict.*

† Ratio vero decidendi eſt, quod in omni 6
promiſſione tacitè ineſt hæc conditio, Niſi aliud facto aduerſarij contigerit. *d. l. quæro. ff. locati. l. cum proponas. Cod. de nau. fœn* & qui differt facere quod decet, non poteſt petere quod ei promiſſum eſt, *l. ſi non fuerit & ibi gl. ff. de iureiur.* & qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. *l. Iaſ conſ. 41. num. 2. lib. 3.* Eſt enim hæc natura conuentionum, quod niſi actor probet ex ſua parte debitum implementum contractus fuiſſe ſecutum, repellitur, & propter minimum capitulum conuentionis non obſeruatum, obſtat agenti exceptio in principali. *d. l. pacta conuent. 1. & ibi Bal.* Neque mouet prima dubitatio. Id enim fauoris huic ætati tributum eſt, vt pupilli ſuam conditionem meliorem facere ſine tutoris authoritate poſſint, deteriorem non poſſint, *l. contra iuris. ff. de pact* præterquam ſi ætatis priuilegio iniquum cupiant trahere compendium, ſintque de præda magis quàm de damno ſolliciti, *l. ſi minoris ff. de admi. tut.* nec propriè fidem frangere dicuntur, qui hoc ipſum quod agunt non ſatis intelligunt, *l. fin. ff. de iur. & fact. ignor.* legiſque authoritate, non etiam proprio arbitrio contraueniunt conuentioni. Rectè igitur dixit Romanus, *ad l. cum proponas, num. 5. C. de pactis.* quod regula iſta obtinet tunc tantum, quando vtriuſque partis par & æqualis eſt conditio. Sic nec ſecunda quoque dubitatio nocet, quia duplici modo contrahitur tranſactio, pacto nudo, itemque & acceptilatione. Si pacto nudo tranſegerim, tuque fidem frangendo conuentionem non ſerues priore actione, ſuper qua tranſactum erat, experiat, & tibi de tranſactione excipienti, de dolo & in obſeruantia ex hac regula replicabo, *l. ſiue. C. de tranſact.* ipſa tamen actione neque extincta neque ſublata. *l. ſi vnus. § pactus. ff de pac.* At quoties acceptilata eſt prior actio, ea in vniuerſum extinguitur per acceptilationem, ipſo iure. *l. actione. C. de tranſact.* Semel autem extincta actio, non reuiuiſcit. *l. qui res. §. aream ff. de ſolut.* Et ideo etiam ſi tu leges tranſactionis non ſerues, nullus mihi ad priorem extinctam actionem regreſſus eſt. *l. cum mota. C. de tranſact.* ſed non propterea impune feres, qui fidem fregiſti. Poteris enim vel de dolo, actione, vel præſcriptis verbis, vel condictione ob cauſam conueniri. *Curtius, Rom. Bald. & Alciat. ad d. l. vt reſponſum, & ad d. l. actione.* Et hoc ipſum eſt, quod paucis verbis ait Alexander, *ad d. l. vt reſponſum.* hanc noſtram regulam locum habere, ſi prima actio ipſo iure ſublata non ſit. Tertiò non obſtat id quod de adulterio vxoris & lenocinio mariti dictum eſt: Nam cum teſte Vlpiano iniquum ſit, vt pudicitiam ab vxore exigat maritus, quam ipſe ei non exhibet, vel è

contrà

contrà *l. ſi vxor* §. *iudex*, *ff. ad l. Iuliam de adult.* vxor à marito, optimo ſanè iure mutua delicti compenſatio admittitur. *l. cum mulier. & ibi latè Romanus. ff. ſolut. matr. &c.*

Ad tertium verò hæc non pertinent, & proinde iudex crimen hoc adulterij ante oculos habere, atque de eo inquirere debet, an maritus pudicè viuens mulieri quoque ad bonos mores colendos & ſequendos author fuerit nec ne, & ſi aliud repererit, delictum admiſſum in vtroque caſtigare: *d.* §. *iudex.* Neque illi objici poteſt hæc exceptio, quod fidem non ſeruauit, quia ipſe fidem dedit iuſtitiæ & principi, quam ſic adimplet, non priuato delinquenti, cum quo conniuere non debet. Quarta quoque dubitatio vim non habet: quia in contractibus nominatis regulæ noſtræ locus non eſt, ſi executio ab altera parte facta ſit, vt ſi à venditore traditio facta fuerit, ſed actione ex contractu detrectantem cogimus, vt adimpleat quod promiſit, præterquam ſi ea pacta non ſeruentur, quæ omnino cauſam contractui dederunt. *l. cum te. C. de pactis inter emp. & vend.* Et ratio huius exceptionis videtur eſſe hæc, quòd executione facta, fides ſeruata eſt, quæ idcirco re integra exiſtente, non ſeruari, vel frangi, vel denegari dici non poteſt. Item quod poſterior fides quæ frangitur, non eſt in articulo emptionis, ſed in articulo ſolutionis, & ideo qui fidem habet de pretio, prioris fidei non obſeruantiam, vel neceſſitatem eorum quæ ex natura contractus inſunt, remiſiſſe videtur. Si autem ſolutio non fiat, vt poſteriore fide data conuenerat, non habet venditor in quo fidem non obſeruare poſſet, vt qui nunc rem tradidit, tradendo eam à ſe alienauit, & ex ſua parte contractum adimpleuit.

Quintò quoque non mouet, quod ibi neutri ſuccurrendum eſſe aiunt Conſulti, quia vt dictum eſt, id verum eſſe poteſt, quando mutua delicta mutua compenſatione tolluntur, adeoque regula noſtra obtinet non in ſeparatis factis, ſed in promiſſionibus, quorum altera alterius cauſa facta eſt. *Alciat. d. loco num.* 31. Vnde & ſextæ dubitationi ſatisfactum videri poteſt. Connexorum enim idem vnumque eſt iudicium, *cap. tranſlato. de tranſlat. Prælat.* ſeparata vero re & natura, diſtinctam ſortiuntur effectus conditionem. Et ideo pulchrè ait Alexander, *ad dict. l. cum proponas.* hanc regulam procedere, ſi tibi ſeruanti fidem, ſeruare eam nolim circa idem capitulum, vel circa capitulum connexum, ſecus ſi circa ſeparatum, *gl. ad l. ſi duo. ff. de dolo.* & dicuntur (inquit) obligationes
7 connexæ, quæ ſunt correſpectiuæ. † Quod autem id quod ſeptimo loco controuertitur, Alciatus, *d. loco. num.* 42. Socynum ſecutus, *conſ.* 90. *libr.* 2. exiſtimat ideo ſpeciali iure in induciis receptum eſſe, quod in diem ducantur ſeu differentur, & interca æquum eſt ab omni vindicta abſtinere, vt omne violati fœderis dedecus, apud violatorem ſit, poſſitque lapſa die alius ſe de eo vlciſci: Alexander *d. loco.* ex vſu & conſuetudine magis, quàm ex iure receptum eſſe putat. † Imo quod amplius eſt, arbitrantur 8
Imola & Felynus. *ad cap.* 3. *deducetur.* id quod ex aduerſo proponitur, non ad politicam neceſſitatem, ſed ad plenitudinem perfectionis Chriſtianæ dumtaxat, pertinere. Id quod libr. 3. offic. cap. 10. eleganter oſtendit B. Ambroſius his verbis: *Veterem autem iſtam de dolo non iuriſperitorum formulam, ſed patriarcharum ſententiam, ſcriptura diuina euidenter expreſſit, in libro teſtamenti veteris, qui Ieſu naue inſcribitur. Nam cum exiſſet fames per populos, ſiccatum eſſe mare in Hebræorum tranſitu: fluxiſſe aquam de petra: de cœlo diurnam miniſtrari alimoniam tot populi millibus abundantem: corruiſſe muros Hiericho, ſacro tubarum ſonos ictos, & vlulatu plebis arietatos: Getheorum quoque regem vinctum, & ſuſpenſum in ligno vſque ad veſperam: Gabaonitæ metuentes validam manum, venerunt cum verſutia, ſimulantes ſe de terra longinqua eſſe: diuq; peregrinatos diripuiſſe calceamenta, detriuiſſe amictus veſtium, quales veteraſcentium indicia monſtrarent. Cauſam autem tanti laboris emerendæ pacis & ineundæ cum Hebræis, eſſe amicitiæ cupiditatem. & cœperunt ab Ieſu Naue poſcere, vt ſecum firmaret ſocietatem. Et quia adhuc erat ignarus locorum, non cognouit fraudes eorum, neque Dominum interrogauit. ſed cito credidit: teſtamentum diſpoſuit, pacem dedit, confirmauit ſocietatem. Sed vbi in terras eorum ventum eſt, deprehenſa eorum fraude, quòd cum eſſent finitimi, aduenas ſe eſſe ſimilauerant, pacem tamen quam dederat, reuocandam non cenſuit, quia firmata erat ſacramenti religione, ne dum alienam perfidiam argueret, fidem ſuam ſolueret.* Octaua vero dubitatio hoc modo diſſolui poteſt, quod exceptio *Tua non intereſt*, ſemper repellit agentem *l. ſi. C. de rei vendi.* & cum res inter alios acta alijs neque profit neque præiudicet: *C. toto tit. res inter alios acta.* de iure tertij excipere non licet, *l. loci corpus.* § *competit. ff. ſi ſeruit. vendic* præterquam ſi in ius tertij quis ſuccedat: *c. qui in ius. ſupra eod.* ſi acceſſoriè pro tertio obligatus ſit, vt ſunt fideiuſſores, *l. exceptio. ff. except.* ſi iure diſponente remedium alicui tertio competat: *l. poſt mortem.* § *fin. ff. de bonor. poſſ. cont. tab.* vel ſi per allegationem iuris tertij, ipſo iure ius agentis excluderetur: de quo plurima notant Barto. & Zaſius, quos vide, *ad l.* 2. *ff. de except.* Sic & illud quoque quod in nona obiectione controuertitur, iſtis nihil præiudicat. Pœna enim delicto maior eſſe non debet, *l. ſancimus. C. de pœnis.* & (vt ait Alciatus) *d. loco. num.* 48. difficilius ius plenè quæſitum nobis adimitur, quàm id quod ſub modo vel conditione delatum adhuc ſperatur. Quod autem decimo loco de continentia coniugum adfertur, hanc, teſte Cardinale & domino Antonio, *ad d. cap.* 3. rationem habet, quòd votum caſtitatis à viro & vxore emiſſum, principaliter concernit Deum, non iurantes ipſos, & quia vnum votum non præſtatur reſpectiuè ad implementum alterius, ideo altero fidem frangente, & in incontinen-

tiam

tiam prolapſo, alter quoad Deum fidem ſeruare debet. Vndecima quoque dubitatio non obſtat: quia in foro conſcientiæ homo perfectior eſſe,& non ſolum pacem non ſeruanti ſeruare, ſed etiam inimicos ſuos diligere debet. Alioqui vero illud audiet: *Niſi iuſtitia veſtra abundauerit plus quàm Phariſæorum, non introibitis in regnum cælorum.* Denique vero id quod vltimo loco proponitur, hac ratione diſſolui poteſt,quod illi cui fides non ſeruatur,nullum quidem damnum inferri debet, ſed lucrum quod facere potuit & non facit, minimè acquirit. Illud quoque ex Romano & Caſtrenſi *ad d.l.cum proponas.* addi poteſt, quod ex contractu quem quis non ſeruat, quatenus durat impugnatio & contrauentio, ſe iuuare non poteſt: ea vero finita,ſic. *l.qui Romæ.§ Seia.ff.de verbo.oblig.* quia ceſſante cauſa,ceſſat effectus.

REGVLA LXXVI.

Delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare.

1. *Tutoribus gratiæ ſunt agendæ à pupillis.*
2. *Ampliationes ad hanc regulam.*
3. *Confeſſio Prælati & capituli de conuerſione pecuniæ in rem eccleſiæ, an probet.*
4. *Legatum ſub pœna pio loco relictum, an auferatur; ſi adminiſtratores illius loci non adimpleant onus annexum.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Rationes decidendi.*

1 QVemadmodum magna habenda eſt gratia Prælatis, tutoribus & curatoribus, quorum fide atque induſtria res eccleſiæ, pupillorum & minorum, conſeruantur ſeu augentur: ob quod non facilè lex aduerſus iſtos ſiniſtrè præſumit; *cap.abſit.11. quæſt.3.* ita quoque vice verſa ſupplicio digni ſunt, qui ſpem de ſe conceptam fallunt, & in rebus eorum fidei concreditis, graſſantur, & adinſtar prædonum, cum publico ſcandalo in his verſantur. Vnde eſt,quòd lite non conteſtata, ad ſententiam diffinitiuam,vel ad teſtium receptionem, procedi non poſſit: *l.prolatam. C. de ſententiis. extra vt lit. non conteſtata* tamen contra Prælatum, tutorem ſeu curatorem,dilapidatorem bonorum eccleſiæ pupilli ſeu minoris, lite non conteſtata ad teſtium receptionem, & ad ſententiam diffinitiuam proceditur,*gl.in cap.42. 3. quæſt.2. & in c.in ſumma.3.quæſt.9.* pœnaque condigna eis infligitur, quod & Panormitanus *in c.veritatis, de dolo & contumacia.* & Romanus probant *ſing.430.* Et ſi præiudicium eccleſiæ alienauerit, vel (vt inquit Symachus Pontifex) ſi alienanti ſubſcripſerit Prælatus, anathemate percellitur, niſi forte & alienator & is qui accepit, clerici reſtitutione ſibi proſpexerit, *cap. ſi quis presbyterorum de reb. eccleſ. non alien.* & ſibi quidem ſuum delictum quod amiſit nocet,ſed eccleſiæ,quæ non peccauit, non nocet. Quid enim ſi rem alienam ſpoliet? *cap.1.de reſt.ſpol.libr.6.* quid ſi dolo malo deſierit poſſidere: *Decius ad l.dolo.ff. eod.* quid ſi crimen læſæ maieſtatis commiſerit *c. ſi epiſcopum.16.quæſt.1.* Et ideo diſputant plærique: An Prælatus exemptus, ſi delinquat,perdat priuilegium exemptionis. *Iaſ. ad l.beneficium.num.52. ff.de conſt.princip.* Sed hoc ad iuſtum locum propriè non pertinet.

2 † Amplia primò hanc regulam, quòd ipſe Prælatus, qui in rebus eccleſiæ malè verſatus deliquit, poteſt proprio facto contrauenire, propriamque turpitudinem allegare, & contra communes regulas, rem alienatam etiam non obſtante iuramento, *gl.ad cap.1. de reſt. in integr. libr.6.Panor.& alij in cap.1. eod. in antiq. latè Rim. ad §.1. Inſt.quibus.alien.non licet.* vindicare, adeo vt nec abſolutio quidem ſit neceſſaria: quia non eſt obligatorium contra bonos mores & contra prius præcedens iuramentum, præſtitum iuſiurandum,*cap.non eſt ſupra eod.* [*& ibi latè D. Peck. cum authoritatib. ibi concord.*] abſolutioque non requiritur,*l.decem ff.de verb.oblig.* niſi quando quis ſub periculo animæ ſuæ obligatus eſt. Sed quia *piarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt*, tutius eſt ob incautam iuramenti emiſſionem abſolutionem impetrare: id quod pulchrè decidunt Alciatus *ad ca. cum contingat. de iureiur.* & Berous. *quæſt.28* Quod amplius eſt, exiſtimant plærique. *Bald. & Ioan. de Anania ad cap.1.de maled.* quòd ſi epiſcopus bona eccleſiæ alienet, poſteaque ad alienata reuocanda in genere procuratorem conſtituat, poteſt eiuſmodi procurator coram eodem illo epiſcopo tanquam coram competenti & ordinario iudice, nomine eccleſiæ bona vindicare. *Panorm. numer. 16. & Card. ad cap. 1. de dolo & contuma.*

Amplia ſecundò, quod iuxta communem doctorum ſententiam, non ſolùm ſolius Prælati delictum non nocet eccleſiæ: ſed ne delictum quidem Prælati & capituli ſimul, quia bona eccleſiarum non ſolùm ſunt deputata ad vſum Prælati & capituli, ſed præterea etiam & ad reparationem templi, quod diuino numini dicatum eſt,& alimoniam pauperum, *cap. fin. 16. qu.2.cap. quatuor. 12.q.2.* quibus ex alieno facto præiudicium generari non poteſt. *cap. non debet. ſup.eod.*

† Et ideo in præiudicium eccleſiæ, Prælatus & capitulum veteres conſuetudines eccleſiæ remittere non poſſent, *Innocent.ad c.accedentibus. de Prælat. Angel.conſ. 177.* & ſi confiteantur ſe recepiſſe pecuniam, eandemque in rem eccleſiæ conuerſam eſſe, ſi aliter de verſione verè non conſtet. *pulchrè Aret.conſ 93.* minimè eis credetur. Alioqui enim (inquit dominus Antonius *ad c.grauis. in fi.depoſiti.*) daretur occaſio delinquendi, 3

quendi, & ſic contra veritatem confitendi, & deinde pecuniam inter ſe diuidendi & conſumendi, aut bona eccleſiæ ad agnatos transferendi. *Panorm. ad dict. cap. 1. num. 18.*

Amplia tertiò, etiam ſi teſtator dixiſſet, velle ſe bona ſua ob delictum admiſſum ad alios peruenire. Etenim vt eleganter decidit Felynus *conſ.* 34. † Legatum factum de certis bonis cuidam xenodochio hac conditione, quòd ſingulis annis certum anniuerſarium celebraret, & ſi non faceret, alteri eccleſiæ applicaretur: certè ſi gubernatores dicti xenodochij certis annis anniuerſarium illud intermiſerint, non priuatur hoſpitale ſuo legato. Sed an idem ſit, ſi monaſterio legatum fuerit: & omnes monachi in celebratione dicti anniuerſarij negligentes ſint, latius examinat, quem vide.

4

Amplia quartò, quod Prælatus delinquendo non ſolùm non transfert dominium rei eccleſiæ, ſed nec poſſeſſionem quidem, etiam ſi adiecta fuerit clauſula conſtituti, hoc eſt, quod conſtituerit ſe eam rem nomine emptoris poſſidere, quia non tam apud ipſum, quàm apud eccleſiam, rei eccleſiæ poſſeſſio eſt, *Alex. Ripa & alij ad l. 1. ff. de acq. poſſ.* & ideo morte eius poſſeſſio non vacat, id quod pluribus verbis explicat Tiraquellus *in li. de conſti. par. 3. lim. 16.*

Amplia quintò, quod delictum Prælati adeò non nocet eccleſiæ, quòd Prælatus remotus vel depoſitus, non admittitur ad declarandum, aut teſtimonium ferendum ſuper contractibus ſeu actibus præcedentibus per eum perperam factis, quatenus eccleſiæ ſuæ ex eo præiudicaret. *Laur. Calcaneus conſil. 125. num. 20. Baldus ad cap. ſi vero qui feud. dare poſſ.*

Amplia ſextò, quod licet regulariter producens inſtrumentum, cogatur eodem contra ſe vti, poteſtque ex illo condemnari, *Alex. & alij ad d. §. editiones. ff. de edendo.* quaſi videatur approbare perſonam ſcribentis illud, *Baldus ad l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.* tamen ſi eccleſia vel eius procurator ignoranter produxit inſtrumentum falſum per Prælatum confectum, nullum ſibi in eo præiudicium facit. *cap. cum venerabilis. & ibi Felyn. num. 27. de except.*

5 † Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod ſi Prælatus nauem eccleſiæ publicis vtilitatibus ſeu rerum bellicarum tranſuectionibus doloſè ſubtraxerit: vtique hæc nauis in damnum eccleſiæ publicata, fiſco principis aſſcribitur. *l. iubemus 1. C. de ſacroſ. eccleſ.*

Secundò ex eo, quod ſi quis virginem ſanctimonialem & Deo dicatam, aut rapuerit, aut ſollicitauerit aut corruperit, bona eius monaſterio vbi conſecrata, profeſſa & velata eſt, pro ſolatio addicuntur. *l. raptores. C. de epiſc. & cler.* Si tamen ea quæ præeſt monaſterio intra vnum annum, poſtquam cognouit facinus tale admiſſum eſſe, res eiuſmodi non vendicet, naſcitur ſanè hac illius negligentia præiudicium monaſterio, & fiſco principis adijciuntur: *§. fin. in auth. de ſanctiſſimis epiſc.* quod & de bonis hæreticorum alibi conſtituit Iuſtinianus. *l. in §. ſi quis de prædictis. 2. in auth. vt cum de appell. cognoſ.*

Tertiò ex eo, quod vt (in Africana Synodo legitur) Prælati qui negligunt loca ſibi ſubdita in vnitate catholica lucrari, ſi à vicinis epiſcopis moniti, infra ſex menſes id non effecerint, alius qui ea conuertit, ſua facit, & eccleſia illius Prælati dominium amittit. *cap. 1. de præſc. cap. placuit. 2. 16. quæſt. 3.*

Quartò ex eo, quod ex negligentia Prælati contra eccleſiam currit præſcriptio, *cap. auditis. de præſcript.* & ſi ipſe aut procurator eccleſiæ inſtrumenta eccleſiæ in iudicio non exhibuit, nocet hoc illius factum eccleſiæ ipſo iure, & non niſi in integrum reſtitutione poſtulata, adiuuatur. *cap. 2. de reſtit. in integ.* Quinto ex eo, quod ſi epiſcopus vel Prælatus, feudum à Rege non perſonæ, ſed eccleſiæ datum, propter ſuam culpam perdat, vtique eo viuente nullum ex illo feudo fructum eccleſiæ habet. Neque tamen ſufficit quod eo mortuo ad eccleſiam reuertitur: *§. fin. de capit. Corradi in vſibus. feud.* quia fructus medio tempore percipiendi & fortè per Prælatum non conſumpti, in rem eccleſiæ conuerterentur. *cap. cum in off. de teſt.* Sextò ex eo, quod ſi epiſcopus delinquat, & ſciens prudenſque alienum ſeruum ordinet, eum domino ſuo, vt eſt in concilio Aurelianenſi, cum duplici ſatisfactione recompenſare debet. *cap. ſi ſeruus. 54. diſt.* Septimò ex eo, quod Epiſcopus ſi non acquirit eccleſiæ cùm poteſt, in fraudem non acquiſiuiſſe cenſetur: *l. in fraudem. ff. de iure fiſci.* quia tenetur eccleſiæ vtilitatem pro viribus procurare: ſi tamen ab emphyteuta, qui per biennium in ſolutione canonis ceſſauit, *l. inuenimus. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.* canonem ſponte recipiat, ſolus vtique impedit, ne pœnæ commiſſio locum habeat. Octauò ex eo, quod exceptio ſpoliationis Prælati eccleſiæ nocet, *cap. 2. de ord. cog.* & ſubinde ex falſitate per Prælatum admiſſa, *c. cum ex literis de reſtit. in integ.* aduerſus illam pronunciatum fuit. Poſtremò ex eo, quod eccleſia pupillis æquiparatur. *clem. quia conting. de relig. domib.* Vnde ſicut (teſte Vlpiano) ſi tutor dolo fecerit, in pupillum datur actio; *l. 1. §. hoc edicto ff ne vis fiat ei, qui in poſſ. &c. l. fin. de adminiſt. tut.* ita & hic quoque ex delicto Prælati rectè videtur eccleſia teneri.

† Ratio verò decidendi eſt, quod Prælatus eſt defenſor & procurator eccleſiæ, non dominus rerum ad eam pertinentium. *c. fraternitate de donat. cap. 1. 14. qu. 1.* In mandato autem generaliter non continetur facultas delinquendi aut nocendi, *l. 1. ff. de magiſt. conuen. Felyn. d. conſil. 34. numer. 8.* & nemo debet alterius odio prægrauari. *cap. non debet. ſup. eod.* Neque hic aduerſatur id quod primo loco controuertitur. Quamuis enim alij ſunt qui exiſtimant, poſſe Prælatum eccleſiæ præiudicare, cùm Prælatus, vnà cum capitulo ad id negotium congregati, in vniuerſum conſtituunt & concludunt, nauem eccleſiæ publicis operibus eſſe ſubtrahendam: *Dd. ad d. l. debemus.* alijs tamen diſplicet 6

hæc

hæc ſententia, ideò, quòd ſicut prælatus & capitulum non poſſunt expreſsè ſine debita ſolemnitate & cauſa, bona eccleſiæ alienare: *cap. ſine exceptione. 12. quæſt. 2.* ita multò minus tacitè & delinquendo poſſunt, & diſtinctio quæ fit, an aliquid congregato vel non congregato capitulo fiat, quo ad ea, quæ in poteſtatem capituli & prælati cadunt, procedit, vt in obligando eccleſiam ex iuſta cauſa, non quo ad alia, quæ ſub eorum poteſtatem non cadunt, vt eſt delictum. *Panor. ad d. cap. 1. num. 3. in fi.* Ideòque exiſtimant ſpeciali iure, & ex neceſſitate publica hoc receptum eſſe, *idem num. 4. in fin.* & quia vt Baldus ait, *in d. l. iubemus. in fin.* non eſt hic merum delictum, ſed duntaxat cum adminiſtratione velatum & incluſum, quòd in prælati perſonam propriè puniri non poteſt, ſed in nauem ipſam puniri poteſt, quo caſu tamen admittitur eccleſia, vt hoc damnum acceptum recuperet Prælato, qui ſi ſoluendo non eſt, ipſa in integrum reſtituitur. *Alciat. in fin. & Caſt. in fin. d. l. iubemus.* Quod autem ſecundo loco controuertitur, eodem ferè pertinet. Etenim Prælatus in rebus acquiſitis eccleſiæ nocere non poteſt, in acquirendis poteſt, ſicut & ſeruus reſpectu domini, *l. 1. §. fin. ff. de ſtipulat. ſeruorum.* & debitor reſpectu creditoris. *l. 2. ff. qui in fraud. cred.* eoque caſu non tam nocere, quàm non prodeſſe eccleſiæ dicitur, & eius quidem non aliam rationem eſſe video, quàm quod aliquid imputandum videtur eſſe eccleſiæ ſeu capitulo, quod talem elegit. Quamuis enim plærique benignè exiſtimant in cauſis arduis, hoc quod dictum eſt, locum non habere, *D. Anton. ad d. cap. 1.* de eo tamen dubito, propterea quòd ardua poteſt eſſe res & amplum patrimoniũ raptoris vel hæretici, in cuius acquiſitione tamen, negligentia prælati nocet, vt dictum eſt. Reſpondet quoque Curtius, *ad l. ſeruus. n. 6. C. de pactis.* quod licet hæc ita ſint, Prælatus tamen ſi cui data opportunitate acquirendi noluit acquirere, datur in eum actio ad intereſſe, pro modo & ratione lucri ceſſantis. Sic & in tertia obiectione, negligentia Prælati non niſi ad tempus nocet eccleſiæ, ſcilicet tantiſper, donec Prælatus viuit, qui ſanè indignus eſt vt adiuuetur, & in omnem euentum beneficium reſtitutionis eccleſiæ conceditur. *gl. in d. cap. placuit. Felyn. & alij ad d. cap. 1.* Ad quartam dubitationem reſpondeo, quod in facultate eccleſiæ eſt, vel in integrum reſtitutionem petere, vel contra negligentem Prælatum aut procuratorem iudicio experiri, id quod alijs non permittitur, quamdiu procurator ſoluendo eſt. *Panorm. in d. cap. 1. num. 19.* Cumque fructus ad prælatum pertineant, qui ex feudo percipiuntur, eoſque donare & per conſequens negligere. *l. alienationis ff. de verb. ſig.* poſſit: Nihil certè nos mouet quinta dubitatio, eccleſiæque ſufficit, ipſam rem feudalem mortuo Prælato ad ſe redire, incertumque eſt, an prælatus eos fructus conſumpſiſſet an non. Sextò non obſtat, quod de ſeruo ordinato dicitur. Intelligitur enim duplex illa ſatisfactio, de qua dictum fuit, non ex bonis eccleſiæ, ſed ex bonis Prælati dumtaxat fieri oportere. Et quamuis fauore fiſci lex fraudem & dolum in eo qui non acquirit cùm poteſt: præſumat (de quo in ſeptima dubitatione proponitur) melius tamen præſumit contra prælatum, *c. ad noſtram de appellat.* & in dubio potius negligentiæ, quàm malitiæ præſumptionem admittit & aſſumit. Quod autem octauo loco controuertitur hanc rationem habet, quod eccleſia ideo tenebatur ibi ex facto Prælati, quia caſtri poſſeſſio ex ſpolio Prælati ad ipſam peruenerat, & ſic ex eiuſmodi illius ſpolio & delicto lucrum ſentire non debuit, potuitque reſtituta caſtri poſſeſſione, de iure ſuo experiri. *Hoſtienſis & Panorm. ad d. cap. 2.* Vtrum verò dolus tutoris noceat pupillo, de quo vltimo loco quæritur, ex diſtinctione D. Antonini & Panormitani dilucidè conſtat, & hic refricari opus non eſt. *ad capite Grauis. de depoſito. ad d. cap. 1. de in integr. reſtitut. ad d. cap. 2. auditis. de præſcript. ad cap. 2. de donat.*

REGVLA LXXVII.

Rationi conuenit, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

QVæ ad huius loci illuſtrationem pertinent, abundè ſuperiùs dicta, refricatione non egent, *cap. qui ſentit. ſup. eod.* ſatiſque eſt, vt cum Iuſtiniano dicamus, non eſſe ferendum eum, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, *l. vnica. C. de caduc. tollend.* paucis quibuſdam caſibus exceptis, ſpeciali ſua ratione tacitaque defuncti voluntate conſiſtentibus. *l. licet. ff. de leg. 1. l. quærebantur. §. fin. ff. de iure codicil.* & naturali ratione ſubnixis. *l. quidam. ff. de iure codicil. l. 1. ff. de legat. 3. l. 1 §. ſi procurator. Cod. ſi omiſ. ſit cauſ. teſtament.* quos per te vide.

REGVLA LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſsitatem aliquando ſunt conceſſa.

1. *Neceſſitatis vis quanta ſit in iure.*
2. *Ciuitas an pro rebelli reputanda ſit, quæ metu adducta alterius poteſtati ſe ſubijcit.*

3. *Metus*

3. *Metus excuſat delictum, & quomodo.*
4. *Iuſtus metus quis ſit.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Ratio decidendi.*

1 INter antiquas iuris regulas eſt hæc. Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. Ideoque Thales Mileſius apud Plutarchum dicit, validiſſimum ſiue fortiſſimum quiddam neceſſitatem eſſe, vt quæ vniuerſæ naturæ præualet, & Triſmegiſtus in libro de voluntate diuina tradit, fatum & neceſſitatem ambas ſibi inuicem indiuiduo connexas glutino, alteram verò rerum omnium parere initia, neceſſitatem autem cogere ad effectum. Stoici neceſſitatem fixam cauſam & violentam appellant. Plato eam Deam fecit Parcarum matrem, quæ & ipſæ inluctabiles atque inexorabiles vocantur, & iuxta Simonidis ſententiam, neceſſitati ne dij quidem ipſi reſiſtũt, cùm ſit ingens vltimum & maximum telum, quòd omnia in ſeruitutem redigit, omnia ſibi parere facit, & vt ait Quintilianus, multum contra iuſtitiam valet. Nam & parentibus filiorum diſtractionem permittit, *l. 2. C. de patrib. qui filios ſuos diſtrax.* ferijs carcere facit, *cap. licet de ferijs. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. Barbatius in cap. quanto. de conſuet.* debitorem fugitiuum vbicunque locorum & à iudice alioqui incompetente capi permittit: *Barbatius ibi.* cum militibus res incolarum deprædantibus conniuet: *l. fi. §. ſi quis. ff. de vectig. & publicat.* à ſolutione vectigalium excuſat; *c. ſignificauit. de teſtib. cap. quoniam. vt l. te conteſt.* teſtes ante litem conteſtatam examinari ſinit: ſacrum baptiſma extra eccleſiam conferri patitur: confeſſionem alteri, quàm ſacerdoti fieri ſuſtinet, omnia facit communia, *l. 2. ff. ad l. Rhod. de iact.* & ſi ciuitas, quæ præſidio ſufficienti caret, ſe potentiori alicui Principi coacta ſubijcit, à
2 crimine rebellionis excuſatam facit. † Nam vt eleganter ait Matt. de afflictis. *ad conſt. reg. quæ incipit. dub.* quando potens aliquis exercitus Principis ingreditur territorium ciuitatis, cui ſi vellet ciuitas ipſa reſiſtere, deſtrueretur per eundem exercitum, & ſic veniens contra iuramentum Regi ſuo præſtitum ſubijcit ſe Principi illi potenti, eiuſmodi ciuitas pro rebelli haberi non debet. Idemque ſentiens Dominus Thomaſius Grammaticus, *conſ. 13. & 32.* defendit Dominum Hectorem Zurli, & D. Ioannem Baptiſtam de Aburabelo, coram illuſtri Rege Neapolitano ab impoſito crimine rebellionis, quod ex vero metu iuſtoque timore in partes hoſtium acceſſerant, & ad paciſcendum cum hoſte ad caſtra eius, vt ſic inſtans periculum euitarent, egreſſi erant, eodemque loco aliam ſimilem deciſionem Petri de Anchorano refert, per quam olim reſpondit, quod incolæ regni Siciliæ compulſi per Fredericum Imperatorem ad oppugnandam Eccleſiam, & contrauenientes mandato Pontificis ſui ſuperioris, non debebant tamquam rebelles reputari, & feudis priuari. Sic & Panormitanus *conſil. 3. numero 5. libro 2.* Squinatium & Conſtantiam à iuramento Regi Angliæ præſtito defendit, quia ſcilicet id fecerant propter iuſtiſſimum metum, timentes illius potentiam, qui eos cum magno exercitu inuaſerat. Sic & Ioannes de Imola conſuluit, *conſ. 34.* quòd quia defectio facta per caſtrum Duciæ contra communitatem Imolæ fuerat facta ex iuſto metu, nullam de iure punitionem merebatur, & quidem potiſſimum, quia auxilium non mittebatur. Sic & Philippus Decius, *conſ. 690. num. 13. Gratus conſ. 5. & 51. lib. 1.* & Hieronymus Gratus illuſtrem Ducem Grauiniæ excuſant, qui metu & iuſto timore, contra imperatorem arma aſſumpſerat. Sic & Aymo Crauetta *conſ. 6.* accuſatum quendam reum aduerſus fiſcum tuetur, qui hoſti certam quantitatem pecuniæ ex metu promiſerat & ſoluerat, quod & in ſimili ſpecie Abbas quoque probat. *conſ. 69. lib. 1.* Sic & Hieronymus Gigas dicit, *de crim. læſæ maieſt. titu. de rebell. quæſt. 3.* quod qui coactè & per metum rebellionem facit, non poteſt dici rebellis eſſe, quaſi ea rebellio ſit paſſiua, vt ait Baldus, *conſ. 36. lib. 3.* non actiua. Sic & Cathelianus Cotta *in memorabilibus, ad verbum Imperator.* & Iaſon *in præludijs feudo.* reſoluunt, quod licet Princeps faciat aliquam ciuitatem, quæ ſua non ſit, iurare fidelitatem, talis confeſſio quamuis iurata, non valet, quia rediguntur ciues ad inſtar Imperij Tyranni, & proinde qui metu coacti tale iuramentum præſtiterunt, tamquam rebelles reputari non debent. Ideoque prædicto loco Thomaſius loquens de Carolo VIII. Gallorum Rege, qui venerat in regnum, & potentia ſua illud occupauerat, & iuramentum fidelitatis à ciuitate Neapolitana ſibi præſtari fecerat, illam excuſat, quia inquit, data nullitate & inualiditate iuramenti, non inciditur in pœnam, & ſicut metus excuſat à iuramento & à periurio, ita etiam à pœna, quæ dolum requirit. Sic & Car. Molin. reſpondit, *in addit. ad conſ. 604. Decij,* quod antiqui Reges Galliæ, vrbibus quas defendere non poterant, permittebant ſe hoſtibus dedere, mallentes eas ſic ſaluas eſſe, quam perire, quod & bellis ciuilibus inter Pompeium & Cæſarem factum & obſeruatum fuiſſe conſtat. Et de exemplis illuſtrium virorum refert Egnatius, *lib. 7. cap. 6.* eos qui neceſſitate coacti Schoram arcem, à Turcis obſeſſam, iiſdem dederant, Venetias reuerſos in nullam reprehenſionem veniſſe. Intelligebat enim Senatus, quanta ſit vis neceſſitatis, cui nulla virtus, nulla bonitas queat reſiſtere. Sic & Hypolitus de Marſilijs, *ad l. 2. § item ii. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* ſcripſit, quod ſi aliquot banniti ſimul veniant ad domum alicuius ruſtici, & illi dicant niſi nobis aperias domum inijciemus in eam ignem, & ruſticus his verbis dubitans ac timens, do-

mum aperit, proſcriptoſque recipit, in pœnam ſtatuti contra recipientem bannitos, non ca-
3 dit. [*v.Gail.* 2. *P.P.* 10. *numero* 33. *& ſeqq.*] † Sed de his omnibus clarior & apertior eſt deciſio canonis, *cap.1.15.q.6.* cuius verba propterea hîc ſubijcere libet, *Si quando à ſacerdotibus & auctoribus eccleſiæ quædam ſcripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint; vel (vt ſe liberare poßint)quocunque ab eis conſcriptæ aut corroboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium vel nocumentum valere cenſemus,neque vllam eis infamiam,vel calumniam, aut à ſuis ſequeſtrationem bonis vnquam Deo auctore & Sanctis Apoſtolis,eorumq́; ſucceſſoribus ſuſtinere permittimus, confeßio etenim in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet: omnis enim confeßio,quæ fit ex neceßitate,fides non eſt. Confeßio ergo in talibus non debet extorqueri, ſed ſponte profiteri: peßimum enim eſt de ſuſpicione, aut extorta confeßione quemquã iudicare,cum magis ſit inſpector cordis Dominus quam operis, non poteſt autem humano condemnari examine,quẽ Dominus ſuo reſeruat iudicio.Si omnia namq́; in hoc ſæculo vendicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent.Item eſt hoc etiam perlatum ad ſanctam ſedem,quod pudet dicere, & non tantùm ſacerdotali,ſed etiam omni chriſtiano nomini eſt inimicum,id eſt,quod nonnulli Epiſcopos vel ſacerdotes aut metu compellunt,aut vi extorquent, aut fraude decipiunt aliquas confeßionis ſuæ in alteram partem, quam debeant, literas ſcribere: aut pro ſuarum non requiſitione cauſarum,aut (quod deterius eſt) alieni erroris ſectæ ſcripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri: alios dicunt carceribus & ergaſtulis retrudi,vt ſaltem his territi inſidijs, domini ſacerdotes ſuis voluptatibus faueant. Item confeßio vera in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet ipſo teſtante qui ait: Ex corde procedunt homicidia, adulteria, &c.* Nec tantùm attendenda ſunt quæ fiant, quantum quo animo fiant,amplius enim reſpicit Deus ad cogitationes & ſpontaneas voluntates, quàm ad actus,qui per neceſſitatem aut ſimplicitatem fiunt. Et hoc eſt quod alio loco dicitur, quod libera mente non fit,quicquid illicito metu fit, *l. nec ſi volens.C. de liberali cauſa & l. 1. C. ſi qua præditus poteſtate.* Et quod non debet quis dici perpetraſſe id quod nolens fecit,vel inuitus paſſus eſt, *gl.ad c.ita ne ad verbum putauerit.32.qu.5.* ſolentque actus & voluntas maleficia diſtin-
4 guere. † Sed an iuſtus metus ſubſit, ex circumſtantijs cognoſci & iudicari debet. [*vide Gail. 2.obſ.92. numero 7. & ſeqq.& 1. P.P. 2. numero 12.*] Etenim his qui vanum metum ſimulant, & ſub eo prætextu cum hoſtibus conſpirant, aut voluntariè in verba hoſtium iurant, & ſponte à Principe ſuo recedunt, excuſatione digni non ſunt. Circumſtantiæ verò ſunt, ſi præſidia in ciuitate non ſunt ſufficientia, *Matth. de Afflict. d. loco & Imola d. conſ.34.* ſi inſtet metus amiſſionis vitæ, bonorum pudicitiæ vxoris & liberorum, ſi hoſtis ſit truculentus qui ſæuire ſolet, *Thomaſius & Gratus d.loco.* ſi periculum ſit ne omnia ſacra conculcentur; & omnes catholici trucidentur. *c.presbyteros. 50. diſt.* Vnde in hiſtorijs legimus Rhodios, poſt obſidionem Tunicam, ea potiſſimum ratione cum hoſte pactos eſſe, vt eorum ſacra, templa, ſacerdotes, vxores & virgines, non violarentur & mactarentur, tametſi id Barbarus Tyrannus non ſeruauit, quod promiſerat. Præſumitur etiam iuſtus metus facilius in clericis, ſacerdotibus, ſtudioſis & doctis, qui armis non ſunt aſſueti, & natura ſua timidiores, vt ait Rebuffus, *in praxi benefic. tit. de reſig. met. extor. num. 11.* Maynerus, *ad l. vani num.2.ff. de reg. iur.* Albericus, *ad l. metum ff. quod met. cauſa.* Cagnolus, *ad l. in omnib. ff. de reg. iur.* Gratus, *conſ.38. num.12. lib.2.* & Præſes Euerardi, *conſil.19.col. penul.* & quidem potiſſimum, ſi ante fuerint boni nominis & famæ, *c.mandata de præſumpt.* & ſi ceſſante metu ſe iterum recipiunt in priſtinam ſuæ fidei formam. Etenim ex anteacta vita diſcimus, quid in futurum præſumamus, & ſatis declarat ſe metu feciſſe, qui cum non eſt amplius in poteſtate hoſtis, reclamat, & aliud facit, quam quod ei promiſit, *Gratus conſil.43.num.18.lib.2. Oldrad.conſ.35. Aymo conſ. 10.num.18. lib.1. Alex. conſi.99. num. 11. lib.3.* idque in ea oratione quam pro Publio Sylla dixit Cicero, eleganter oſtendit.

Cæterum tametſi hæc neceſſitas à pœna legis excuſet, & ea quæ alioqui non concederentur, concedat: hoc tamen quod exigente neceſſitate, conceſſum eſt, ab alijs in argumentum aut conſequentiam trahi non debet, vt hic docet legiſlator.

† Amplia primò hanc regulam, quod ſicut 5
in argumentum trahi nequeunt ea, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa, ita quoque nec ea, quæ propter euidentem vtilitatem permiſſa ſunt. Nam vt ait Panormitanus, *ad c. vt ſuper num.15. de reb.eccleſ.non alien.* cauſa neceſſitatis & vtilitatis æquiparantur in iure, & ſicut iuramentum de non alienando res eccleſiæ non ligat Prælatum in caſu neceſſitatis, *c. fin. de eccleſ. ædific.* ita nec in caſu vtilitatis, *Inno. ad c. cum omnes. de conſti.* ſed refertur hoc iuramentum ad alienationem illicitam: quia alioqui teſte Oldrado, *conſ.97.* eſſent periuria eiuſmodi ſacramenta & iuramenta, quæ contra manifeſtam eccleſiæ vtilitatem ſeruantur. Eoque etiam pertinet, quod neceſſitas & vtilitas eccleſiæ excuſant clericum à non reſidendo in eadem, etiam ſi in ea reſidere iurauerit, *ca. ex parte de cleric. non reſid.* & quod vnio eccleſiarum vel propter vtramque, vel propter alteram tantum reuocari poteſt. *late Rebuff. in praxi benef. tit. de reuoc. vnion. in princip.*

Amplia ſecundò, quod non ſolum non ſunt trahenda in conſequentiam ea, quæ ob neceſſitatem imminentem conceſſa ſunt, verumetiam non ſunt ſuis formulis atque ſolemnitatibus reliquis deſtituenda. Nam vt ait Baldus,

dus, *ad l. caſus. C. de teſtam.* licet propter neceſſitatem poſſit ſententia ferri nocte : veluti ſi res litigioſa peritura ſit, aut poteſtas iudicis finiatur : *Bart. ad l. moræ. ff. de ferijs.* id tamen ita accipi atque intelligi debet, ſi cæteris ſententiarum formulis nihil detrahatur. Id quod tunc verum puto, quando ea neceſſitas tanta non eſt, quin cum ipſis ſolennitatibus aut formulis ſimul conſiſtere poſſit. Exempli gratia, Iure ciuili Romanorum (vt receptior habet interpretum opinio, *ad l. fin. C. de teſtam.*) propter neceſſitatem peſtis, minor numerus teſtium quam ſeptenarius ſufficit, & licet pro forma ſeu ſolemnitate teſtamenti, non etiam contractuum, requiritur : quod teſtes viderent teſtatorem, vt fraus & falſitas euitetur, quæ facilè committi poſſet, ſi ſolum teſtes audirent teſtatorem loquentem, & eum non viderent, ſubſtituendo alium, qui vocem teſtatoris ſimulare & effingere poſſet: *l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. Decius conſ.* 354. *Iaſon conſ.* 26. *l.* 1. & 82. *l.* 3. dicta tamen ſolennitas relaxatur, quando teſtamentum eſſet conditum à perſona peſte infecta in loco contagioſo, ad quem nemo facile propter peſtem accedere audebat : quia tunc propterea quod ſolennitas iuris cum neceſſitate ſimul ſtare non poteſt, valet teſtamentum, eiuſque tenor probatur per teſtes, etſi non viderint teſtatorem, ſed eum tantum audiuerint, vocemque eius agnouerint. *Pariſ. conſ.* 33. *lib.* 3. *Roland. à Valle conſil.* 81. *num.* 22. Amplia poſtremo, quod non ſolum non trahuntur in conſequentiam, verumetiam confeſtim neceſſitate ceſſante deficiunt, *capit. quod pro remedio* 1. *q.* 7. Vnde Innocent. Quod pro neceſſitate temporis ſtatutum eſt (inquit, *cap. quod pro neceſſitate.* 1. *q.* 1.) ceſſante neceſſitate, debet ceſſare pariter quod vrgebat : quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio. Et iterum, licet propter hoſtiles incurſus aut incendia repentina, vel alias neceſſitates vrgentes, ſuppellex ſubditorum templis publicis cuſtodienda inferri poſſit (de quo in libro de reparandis Eccleſijs plura dixi) ea tamen neceſſitate ceſſante, in loca priſtina referri debet, ne domus priuatorum & laicorum eſſe videatur ea, quæ Deo dicata eſt, qui olim paſſus non eſt vas per templum transferri. *c.* 2. *de cuſtod. Euchariſt.*

6 † Ratio dubitandi eſt, primo ex eo, quod Imperator ait, ob neceſſitatem æris alieni dumtaxat, cauſa cognita, prædia minorum diſtrahi, *l. ob æs. C. de præd. minor.* & natura dictionis illius taxatiuæ eſt, & omnia alia excludere : *l. fin. C. de patr. poteſtat.* trahitur hoc tamen in argumentum & conſequentiam, quoniam propter neceſſitatem dotis vel donationis propter nuptias, aliaque ſimilia, rerum minoris venditio permiſſa eſt., *l. magis. ff. de reb. eorum. gloſſ. ad d. l. ob æs.* Secundò ex eo, quod alienatio rerum Eccleſiæ, quam Iuſtinianus in neceſſitate æris alieni legitimè contracti, & redimendorum captiuorum permiſit. *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ.* ad alimoniam pauperum, exſtructionem templorum, & augmentum cœmiterij, in argumentum trahuntur. *c. aurum.* 12. *q.* 2. Tertiò ex eo, quod boni publici neceſſitate introductum fuit Senatuſconſultum Macedonianum, quæ tamen in eo, de filijsfam. cauta ſunt, in argumentum quoque ſeu conſequentiam ad filiasfamil. & ad nepotes producuntur. *l. ſed ſi paterfa. ff. ad SC. Macedon.* Quartò ex eo, quod vbicunque eſt eadem ratio vel æquitas, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, *l. illud ff. ad l. Aquil.* & quæ conueniunt in radice & cauſa, conueniunt etiam in effectu, atque in conſtitutione iuris ſeparari non debent, *l. ſi domus. ff. de leg.* 1. & quia non poſſunt omnes articuli ſigillatim legibus comprehendi, argumentum à ſimili nullo modo debet excludi. *l. non poſſunt. ff. de legibus.* Quinto propter imminentem neceſſitatem contra iuris regulas nihil in vniuerſum videtur eſſe concedendum, quia diſertè dicit Vlpianus, non eſſe ignoſcendum ei, qui obtentu paupertatis neceſſitatisve, turpiſſimam vitam agit, *l. palam. §. non eſt. ff. de rit. nuptiarum.* imponiturque ei pœnitentia, qui propter neceſsitatem famis aut nuditatis, cibaria, veſtem vel pecus, *cap. ſi quis de furtis.* furatus eſt, & licet cauſa dotis ſit neceſſaria, *l. fin. C. de dotis promiſſ.* feudum tamen in dotem genero dari non poteſt, ſi dominus non conſentiat, *ca.* 1. §. *donare qualiter olim feudum alie. poter.*

† Ratio vero decidendi eſt. Quod exceptio, 7
ſicut in caſibus exceptis vitiat regulam, *l.* 1. *ff. eod.* ita in caſibus non exceptis confirmat regulam, *l.* 1. *ff. de pec. le.* Et ideo, quia ea, quæ ex neceſsitate conceſſa ſunt, propter hanc ipſam regulam exempta ſunt, ſequitur, quod in cæteris non exceptis eadem regula & iuris communis diſpoſitio, debet manere firma, ne actus agentium eorum intentionem egrediatur, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* & ceſſante cauſa exceptionis, permiſsionis, conceſsionis, omnia ceſſare debent, & quod de vno dicitur, de alio negatur, *cap. nonne de præſumpt.* & id quod in vno permittitur, in alio prohibetur, *l. maritus. C. de procur.* Porrò autem prioribus tribus dubitandi rationibus, hac vnica ſolutione occurri poteſt, quod ſicut non eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur, & ab his ſuppleantur, *l. non eſt nouum ff. de legib.* ita quoque nouum non eſt, quod licet iudex miniſter legis vel homo in argumentum trahere non poſsit ea, quæ ob neceſſitatem conſtituta ſunt, lex tamen & legiſlator poſsit: quod cum facit, non propriè dicitur in argumentum trahere, ſed in ſimili caſu idem expreſsè diſponere, & legem extendere. Semper enim fieri poteſt extenſio vnius legis per aliam legem, etiam ſi in lege de qua agitur, eſſet appoſita dictio taxatiua : quæ

non excludit caſus ſimiles vel ſimilem rationem habentes, *l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi menſor falſi mod. dixerit*, & appoſita circa id quod ante diſpoſitum fuerat, nihil operatur, *l. ait prætor. §. interdum. ff. de neg. geſt. Præſes in loco à natura dict. taxat. verſ. 2. limit.* Quarta vero dubitatio pluſculum dubitationis habet, ideo quod lex quæ quid in argumentum trahi vetat, argumentum à ſimili tollere videtur, cum non niſi ea, quæ ſimilia ſunt, in argumentum trahi queant. Simile autem eſt, in quo exiſtit identitas rationis, *l. Titio. ff. de verb. oblig.* Dici tamen poteſt, identitatem rationis & ſimilitudinem, in negotijs odioſis, licet ex neceſſitate emergentibus, ſed tamen fauorem publicum non reſpicientibus, & maxime quidem ſi ius naturæ non lædatur, in argumentum duci non poſſe, vt hic, *Præſes in loco à ſimili.* In fauorabilibus vero, cuiuſmodi ſunt alimenta pauperum, & alia de quibus ſuperius dictum eſt, duci poſſe, *idem Præſes in loco à ratione legis larga. §. 3. col. 8. verſic. 6. fallit.* Odia enim reſtringi, & fauores ampliari conuenit, *c. odia ſup. eo.* Quod & Caſtrenſi, *ad d. l. 2. C. de patr. qui fili. diſtr.* & alijs placuiſſe video, *ad l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. ad l. fin. C. de interd. matr.* Quod autem poſtremo loco de turpi vita proponitur, hanc rationem habet: quod longe melius eſt omnia mala perferre, quam ſemel malo conſentire, & non ſunt facienda mala, vt bona ſequantur. *cap. ne quis* 14. *q.* 5. Et quamuis is, qui non extrema fame compulſus furtum fecit, aliquam pœnitentiam ſuſtineat: cum ſit piarum mentium ibi culpam timere, vbi culpa non eſt, maximè ſi facultatem reſtituendi poſtea nactus, non reſtituit, quæ mora pœnitentiam poſtulat: tamen ad euitandum periculum mortis, non eſt permiſſa fornicatio. Cuius quidem diuerſitatis rationem, plærique variè tradiderunt. *ad d. c. ſi quis.* Sed optimè omnium Didacus exiſtimat eam eſſe, *ad c. peccatum parte 2. §. 1. verſ. quæritur in hoc loco ſup. eod.* quod ſubtractio rei alienæ ideo illicita eſt: quia eſt proximo iniqua & iniurioſa. Ea vero iniuria ex conſenſu domini expreſſo vel tacito plane ceſſat, adeoque præceptum domini quo furtum prohibetur, non continet eam acceptionem, quæ fit cum ipſius domini conſenſu, debito ſaltem & à lege requiſito. Requirit enim lex diuina & humana, vt eſurienti fratri conſentiat, is qui abundat, & etiam ſi non conſentiat habens animum auaritia plenum & à charitate alienum, lex tamen ipſius odio, fingit illum conſentire. At præceptum quod fornicationem prohibet, ideo eam prohibet, quia mala eſt, ſicut malum eſt adulterium, eaque malitia voluntate & conſenſu humano tolli non poteſt, nec mariti aut vxoris voluntas ad eam tollendam ſufficit, & proinde extrema neceſſitas fornicationem licitam non facit. Maior eſt neceſſitas famis quam libidinis. Fame homines mortuos eſſe legimus; carentia Veneris mortuos eſſe non credimus. Quid igitur ſi fame coacta virgo aut mulier, ſtuprum patiatur, & ſtupranti conſentiat; Peccato apud Deum non caret, ſi alio modo mortem euadere queat: Si non queat, ſcimus iudicia Dei, etiam in morte virtutis conſtantiam requirere, & honeſtam mortem turpi vitæ, (quod in Suſanna apparuit) præferre. Atqui in foro exteriori, & apud humana tribunalia, quod non vltroneè factum eſt, aut impunitum manet: aut pro modo & qualitate rei parcè punitur, *Tiraqu. de intemperan. pœn. cauſa* 33. Neque etiam mouet illud, quod de feudo adducitur: quia licet reſpectu patris, onus dotandi ſit neceſſarium: non tamen reſpectu feudi eſt neceſſarium: cum in alia re dos conſtitui poſſit. Poteſt quoque filia marito in dotem feudo dare, licet genero ſocer non poſſit alienare, priore enim caſu ipſa vxor manet proprietaria. *l. in rebus. C. de iure dot.* nec dicitur eſſe facta alienatio. Poſteriore autem caſu, tranſlatio feudi in generum, ab alienatione excuſari non poteſt. Ego hoc verum non eſſe puto, quia maritus rei dotalis dominus propriè non eſt, ſed impropriè tantum, *l. doce ancill. C. de rei ven. §. 1. inſt. qui. ali. non licet.* neque feudo in dotem dato, maritus illius dotis abſolutus fit dominus, ſed fructus feudi ſuos facit. Rectius igitur dixerimus, quod lex quidem vetuit olim feudum in dotem dari, ſed de neceſſitate nihil dixit, neque caſum neceſſitatis excluſit, & quidem potiſſimum, ſi de ea domino fides facta fuerit. Sicut & alienatio quidem rerum eccleſiæ ex neceſſitate permittitur, ita tamen, vt ſuperiori de ea, quatenus fieri poteſt, conſtet.

REGVLA LXXIX.

Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.

1. *Ampliationes ad hanc regulam.*
2. *Princeps an poſſit auferre dominium rei alienæ.*
3. *Ciuitas an teneatur ad æſtimationem ædium, quas adueniente hoſte deiecit.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Rationes decidendi.*
6. *Vſusfructus quotuplex ſit.*

QVemadmodum id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, *l. id quod noſtrum ff. eod.* ne plus violentiæ quam iuſtitiæ tribuatur: ita quoque nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habet. Quæ etiam ſententia eſt Platonis in Sympoſio: Quod quis non habet, dare non poteſt. Et (vt ait Vlpianus) non debeo melioris conditionis eſſe, quam author meus à quo

quo ius in me tranſijt. *l. in omnibus* §. *non debeo. eodem tit.* Vnde non valet donatio, ſi filius rem patris donet, *l. ſi filius. C. de donat.* nec relictum ab eo qui plus debet quam habet, *l. ſi vniuerſa. C. de legatis.* & ſi cedens actionem nullum dominium in re habuit, nullum iſtiuſmodi ius in ceſſionarium transfert. *Rota deciſ.* 179. *in nouis.* Illud igitur tantum quod habemus, & cum ſimili cauſa, qua illud habemus, *l. alienatio ff. de contrah. empt.* transferimus: vt ſi directi ſimus domini, directum dominium: ſi vtiles, vtile transferamus, *l. traditio ff. de acq. rer. dom.*

1 † Amplia primò hanc regulam, vt procedat, ſiue ea tranſlatio ſit iuris vniuerſalis, ſiue tantum particularis. Prioris meminit Paulus, dum ait: Nemo plus commodi hæredi relinquit, quam ipſe habet, *l. nemo plus commodi. ff. eod.* Idemque de particulari iure tranſlatio reſpondit. Quod ipſis qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. *l. quod ipſis eod. tit.* Et alibi: Plærunque (inquit) emptoris, debet eſſe eadem cauſa, quæ fuit authoris, *l. inuitus.* §. *plærunque. eo. ti.*

Amplia ſecundò, etiam ſi is qui ius ſuum in alium transfert, ſit malæ fidei, & is in quem transfertur, ſit bonæ fidei. Nam ſi res aliqua furto ſublata ſit, eamque bona fide à fure quis emat, & tempore vſucapioni præſcripto poſſideat, ac deinde verus dominus rem ſuam vendicet: vſucapione tutus non erit, quin ſemper replicari poterit contra eum: de vſucapione excipientem, quod vitium reale hic ſubeſt, quodque ſuus author nullum in ea re ius habuit, §. *res furtiua inſtit. de vſucap. l in ciuilem. C. de furtis.* Quòd & in fundo vi occupato locum habet, neque ante tollitur hoc vitium, quàm cum ea res ad dominum ſuum fuerit reuerſa. Sic & in vitijs perſonalibus, qui vult vti acceſſione authoris, vtique cum ſua cauſa & cum ſuis vitijs vti debet, *l. in vſucapione.* §. 1. *ff. de diuerſ. & temp. præſcrip.*

2 † Amplia tertiò, ſiue ſit Princeps, qui in alium ius ſuum transfert, vel in quem res alterius transfertur, ſiue ſit priuatus. Nam nec Imperator quidem, quem dominum mundi appellamus: *l. deprecatio. ff. ad l. Rhod.* ius quod non habet, concedit. Ideoque ſi donat alicui caſtrum cum omnibus iuribus ad ipſum ſpectantibus, molendina in aquis caſtri exiſtentia, non aliter ea conceſſione continetur, quam ſi ſint Principis concedentis. *Bald. conſ.* 400. *lib.* 4. *Caſt. conſil.* 343. *lib.* 2. Nonnunquam tamen recipitur, quod Princeps ex cauſa poteſt dominium rei alterius transferre, & ſic in alium, id quod habet tranſmittere. Sed hoc ita, ſi ea cauſa grauis, ardua & prægnans ſit, & ſi æſtimatio non iniqua, domino tribuatur, *Bald. & Aluarot. in tit. de capitan. qui curiam vendi.* [*D. Peck. de amortiz. c.* 24. *ſub nu.* 2. *&* 3. *de teſt. con.* 25. *& de re Eccleſ. c. & ſupra ad c. indultum n.* 2. *& in c. ſine culpa ſub n.* 12. *& infra in c. dam. num.* 4.] Præterquam ſi is in culpa ſit, vt æſtimationem non recipiat, † id quod dici poſſet de his, qui vel 3 ad mœnia ciuitatum vel ad templorum parietes, temerè ædificant, & quorum ædificia tempore aduentantis hoſtis, vel propter metum incendiorum, publica authoritate proſternuntur. Ideoque olim conſultus fui, an ciuitas Antwerpienſis tenebatur ad æſtimationem ædificiorum, prope mœnia exiſtentium, quæ aduentante hoſte Gallo & Roſſemio, deiecerat, & cum alijs quibuſdam meis collegis reſpondi, quod non, propter expreſſam Archadij & Honorij conſtitutionem, qua cautum eſt, quod ædificia vel alia opera mœnijs vel publicis operibus ſociata, & cohærentia, vt ex ijs inſidias aut incendium vicinitas reformidet, dirui ac proſterni debent, *l. ſi cui. C. de ædific. priuat.* Iniuriam vero non fieri his, qui ita ædificant, & caſum eiuſmodi euenire poſſe, cogitare debent, alia eorundem Principum conſtitutio declarat. E contra veró, Fiſcus vel Princeps ſuccedens priuato, iure priuati vtitur, *l. cum fiſco. ff. ad SC. Syllian.* nec ex eius perſona conditio obligationis cum detrimento alieno immutatur, *l.* 2. §. *ex his ff. de verb. oblig. l. inter eos ff. de fideiuſſ. l. non rectè C. illo tit.* & niſi expreſſim appareat, priuilegium aliquod ſpeciale fiſco eſſe conceſſum, iure priuatorum in quibuſcunque cauſis cenſetur, *l. item ff. de petit. hæred. Alc. ad l. iuſtum. num.* 4. *C. de eden. & ad l. eum qui ff. de verb. ſig.* [*D. Peck. ſupra ad c. odia. cir. fin.*]

Amplia quartò, ſiue illud plus conſiſtat in tempore, ſiue in re: quia ſicut nemo poteſt plus iuris realis in alium transfundere, quam ipſe habet: ita quoque nemo poteſt citius quid in alium transferre, quam ipſe habet: quia quod nondum habet, committere non poteſt, *cap. Daibertus.* 1. *q.* 7. Vnde in auditorio Rotæ deciſum eſt, *deciſ.* 242. *in nouis.* quod executor vel delegatus non poteſt committere executionem adhuc ſibi non commiſſam, & ciuitas non poteſt in aliquem transferre magiſtratuum dignitatem, antequam ius creandi magiſtratus à Principe obtinuit, *Caſt. conſ.* 230. *lib.* 2.

Amplia quintò, quod ſicut nemo poteſt à principio plus iuris in alium transferre, quam ipſe habet, ita quoque poſtea, tranſlatione iuris ante facta, poſtquam eſt reſolutum ius authoris, reſoluitur in continenti totum ius ſucceſſoris: veluti ſi hac lege fundus diſtractus ſit, vt niſi vectigal ſolutum eſſet certo die, ad antiquum dominum & venditorem rediret, certè poſteaquam hic fundus à poſſeſſore vel ab emptore pignori datus eſt, ſtatim ſicut vectigali non ſoluto reſoluitur ius emptoris, ita quoque euaneſcit & perit ius creditoris, cui fundus ille hypothecæ ſubiectus eſt, *l. lex vectigali. ff. de pignor.* quod & ad pacta de retrouendendo & ad res diſtractas, pignori interim datas aliaque ſimilia multa, producit Tiraquellus, *in l. de retract. conuent.* §. 3. *gl. vnic. num.* 9.

† Ratio dubitandi eſt, primò ex eo, quod 4

Iabolenus ex Caſſio reſpondit, nos eius rei poſſeſſionem, quam ipſi non habemus, alijs tradere poſſe, veluti cum is, qui pro hærede rem poſſidebat alienam, tanquam hæreditariam, antequam vſucapione completa, cognitoque alterius iure dominus fieret, eam ab hærede veri domini precario rogaret, *l. interdum ff. de acq. poſſ.* Iſte enim defuncti domini hæres nullam (vt videtur) in ea re habuit poſſeſſionem & tamen concedendo eam petenti precario, nouam ei dat poſſeſſionem naturalem, quam ipſe non habuit. Secundò ex eo, quod Iul. Paulus expreſsè ait, quod noſtrum non eſt ad alium nos transferre. Is enim, qui fundum habet, quamuis vſumfructum non habet, vſumfructum tamen cedere poteſt, *l. quod noſtrum ff. de vſufruct.* Tertiò ex eo, quod ſcribit Vlpianus, nouum non eſſe, vt qui dominium non habet, alij dominium præbeat. Nam & creditor pignus vendendo, cauſam dominij præſtat, quod ipſe non habuit. *l. non eſt nouum. ff. de acq. rer. dom.* & iudex, *§ vlt. de offic. iudic. l. poſſeſſionem. C. communia vtriuſque iudicij.* procurator cum libera, *§ vendita inſtitut. de rer. diuiſ.* prælatus eccleſiæ, *auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccleſ.* tutor, *l. lex quæ in fi. C. de adminiſ tu.* & executor, *l. pignora ff. de euict.* dominium quod penes eos non eſt, in alium transferre videntur. Quartò ex eo, quod locator, qui per colonum ſeu inquilinum expellere non poteſt, expellendi tamen facultatem in emptorem ædium locatarum *l. emptorem. C. locati.* transfert. Quintò ex eo: quod Iuſtinianus conſtitutionibus veteribus antiquitatis conſtituit, debitorem eiuſue hæredem aduerſus hypothecariam actionem, non niſi quadraginta annorum ſpatio præſcribere poſſe, eum vero qui eam rem ab his diſtractam, triginta annis poſſedit, præſcribere poſſe, *l. cum notiſſimi §. 1. C de præſcr. 30. vel 40. annorum.* Sextò ex eo, quod quis rei alicuius poſſeſſionem non vi, non dolo malo & citra conſcientiam alieni dominij ab alio nactus ſit, quem dominum eſſe credidit, vſucapione completa defenditur, eamque rem vſucapit, quam ſuus author propter malam fidem vſucapere non potuit. *§. 1. inſt. de vſu.* Septimò ex eo, quod licet patronus, laicus ad præſentandum quadrimeſtre dumtaxat tempus habeat: eccleſia tamen vel monaſterium cui à laico iuris patronatus collatio facta eſt, tempus ſemeſtre habet, *c. vnic. §. fi. ſup. de iure patron. hoc. lib. 6.* Octauò ex eo, quod Archiepiſcopus pallio nondum accepto, ſuum ſuffraganeum conſecrare non poteſt: alijs tamen Epiſcopis hanc conſecrandi poteſtatem facit, *c. ſuffraganeus de elect.* ſolentque prælati inferiores, & capitulum ſede vacante ordinandorum clericorum, licentiam alijs dare quam ipſi non habent, *c. cum nullus de temporibus ordinand. eo. lib.* Nonò ex eo, quod poſſeſſio laici, quæ à collatione libera non eſt, ea libertate & exemptione, ſi à laico in eccleſiam tranſlata fuerit, gaudet. *ca. 1. de immunit. eccl. eod. lib.* Decimò ex eo, quod qualitas ſuperueniens ius authoris in perſona ſucceſſoris, *l. procuratorem ff. de acq. hæred. l. ſeruus. §. qui fideicommiſſariam. ff. de hæred. inſt.* immutat. Et vndecimò ex eo, quod Abbas, qui ipſe benedictus non eſt, monachos ſuos benedicit, *cap. 1. de ſupplenda neg. prælatorum.* & Princeps elector, qui Imperator non eſt, imperialem maieſtatem & dignitatem in illum transfundit.

† Ratio autem decidendi eſt, vt malitijs hominum obuiam eatur, *in fundo. ff. de rei vend.* & quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro nobis inuitis auferri non poteſt, *d. l. id. quod.* nam alioqui inuenirentur, qui rem alienam interuertendo alienarent, aut res proprias in fraudem creditorum ad alios transferrent, eaque pollicerentur, quæ ſcirent ſe præſtare non poſſe. Cui non refragatur id quod primo loco controuertitur. Nam (vt ait Caſtrenſis *ad d. l. interdum*) verum non eſt, quod hæres transfert id quod non habuit: quia eo ipſo quod alius precario ab eo rem rogauit, videtur iuris fictione à rogante in eum naturalis poſſeſſio eſſe tranſlata, & incontinenti iterum ab eo, qui rogatus eſt, in eum qui rogauit transfuſa. Cuiuſmodi fictio actus vere non intercedentis, non infrequens eſt in iure, *l. ſingularem. ff. ſi cert. pet.* quod non obſcurè voluit Pomponius, dum vno loco ait, nanciſci illum poſſeſſionem, qui rogauit precario, *l. & habet. ff. de precario.* & alio loco dicit, rogantem videri deſinere poſſidere, *l. fi. eod. tit.* Ideoque Cumanus *ad. d. l. interdum.* reſpondet, quod regula noſtra intelligi debet quod nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habet, ſcilicet verè, vel interpretatiuè. Sicut & Loriot. ait *ad reg. non vult hæres eſſe. ff. eod.* non poſſe quem plus iuris in alium tranſmittere, quam ipſe habet, effectu ſcilicet & potentia. 5

6 † Sic & quod ſecundò loco adducitur, hac ratione (teſte Fulgoſio *ad ad. l. quod noſtrum.*) diſſolui poteſt, quod licet dominus non habet vſumfructum in ſpem, ſeu vt vocant formalem; quia ſcilicet forma eius eſt à proprietate diſtincta: ideo quod res ſua nemini ſeruire poteſt, vſusfructus autem ſeruitus eſt: tamen vſumfructum in ſubſtantia ſuorum bonorum, vſumfructum (inquam) quem vocant caſualem, *Angel. d. loco.* & large vel impropriè acceptum, pro commodo, vtilitate & omni emolumento rei, quæ vel quod apud extraneum vſufructuarium eſſet. Sic & dominus non habet in ſpecie ius agendi, & aquam ducendi in re ſua: quia hæ ſunt ſeruitutes, quæ propriè debentur à rebus alienis, ſed tamen nihilominus habet hoc ius in vniuerſitate ſuorum bonorum. Tertiò non obſtat, quod ex Vlpiano obijcitur, ex eo quod voluntate debitoris dominium à creditore transferri intelligitur, nihilque intereſſe Gaius ait, *l. quarat. §. nihil. ff. de acquir. rer. dom.* vtrum ipſe dominus per ſe alicui

alicui rem tradat, an voluntate eius alius; quod & de procuratore, tutore, ſeu curatore vel prælato dici poteſt, qui authoritate vel dominorum vel legis, dominum in illos tranſmittunt. §. *contra inſt. quib. alien. non licet.* Neque etiam iudex in familiæ herciſcundæ vel communi diuidundo iudicio adiudicatione facit, vt dominium, quod non habet, transferre exiſtimetur, ſed aut lex quæ rerum noſtrarum domina eſt, cuiuſque ipſe miniſter eſt, aut pars ipſa cuius loco iudex eſſe videtur, hoc facit, quia factum iudicis, eſt factum partis. Eodem modo turbare non debet quarta dubitatio: quia venditor fundi vel domus, locando eam ante venditionem, perſonam tantum ſuam obligat conductori, non rem locatam. Itaque emptor poſtea effectus dominus eius rei, colonum qui in rem nullum ius habet, facile expellit, *Ioan. de Imola & Duaren. ad l. ſi filioſa. §. ſi vir. ff. ſolut. mat. &c.* quamuis is colonus id quod intereſt contra venditorem, à quo conduxit, habet actionem, *l. qui fundum ff. locati.* qui vt ait Alexander, *ad d. §. ſi vir. verſ. probatur.* ſibi imputare poteſt, quod in venditione ius locationis colono non reſeruauit. Vnde & Baldus, *ad d. l. emptorem.* reſpondit, ſucceſſoris conditionem non eſſe meliorem, quam authoris fuit, in iure, quod paſſiuè deſcendit ab authore in ſucceſſorem, quodque dominium rei ſeu eius tráſlationem afficit, & in exceptione, quæ ius authoris corrodit, id quod in propoſito dici nequit: quia cum contractus non extendantur ad perſonas in eo non comprehenſas: locatio venditoris colono facta, perſonam eiuſdem locatoris non egreditur, & ad emptorem rei locatæ, porrigi non poteſt, quæque ex locatione nata eſt actio, ſolum tendit ad obſeruationem ipſius obligationis principalis, virtute cuius, certum eſt; quod colonus contra emptorem, cum quo non contraxit, ſe tueri non poteſt, cum iam (vt ait Zaſius, *ad l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auth. iudicis poſſid. num. 4.* pleno iure res vendita ad emptorem tranſlata ſit, ſpecialiter conductori à locatore pro obſeruantia contractus non obligata. *l. creditor. §. fin. ff. de diſt. pig.* Sic & quinta dubitatio hoc pacto diluitur, quod rei hypothecatæ emptor, quantum ad præſcriptionem attinet, melioris eſt conditionis, quam debitor ſeu eius hæres: quia debitor eiuſque hæres, qui vna eademque cum ipſo perſona eſt, nomine creditoris poſſidere dicitur. Emptor verò ſuo nomine poſſidet, §. *ſed cum d. l. cum notiſſimi.* non multum diſſimilis ei, qui quod bona fide à malæ fidei poſſeſſore emit, cuiuſque quo ad vſucapionem melior conditio eſſe ſolet. *Iulius Capra, ad l. traditio ff. de acq. rer. dom.* de quo ſexto loco controuertitur, vbi nihil eſt malæ fidei in emptore, quod vſucapionem impediat, & licet vitia realia, vt ſunt furtum, vis, rapina, contagione ſua veluti indiuidui quidam comites, quoſlibet poſſeſſores ſequantur, donec purgata ſint, hoc eſt, quouſque abſolutè & liberè in veri domini poteſtatem redierint *l. ſequitur. §. quod autem. ff. de vſucap. l. vitia. C. de acquir. poſſeſſ.* in vitijs tamen perſonalibus & ſimplici mala fide aliud eſt, *l. apud Celſum §. de authoris ff. de except. doli.* Mala fides enim, quæ in aliqua perſona eſt, ei tantum cohæret, & illam perſonam vſucapere vetat: de quo latius agit Zaſius, quem vide, *ad d. l. apud. Celſum & ad l. an vitium ff. de diuerſ. temp.* Quod autem ſeptimo loco proponitur, paulo difficilius eſt: quia priuilegiatus ſuccedens priuato, iure priuati vtitur. *l. ſi is. l. hæres ff. de iudic.* ſurrogatum ſequitur naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, *l. 1. §. hæc actio ff. ſi ſeruus teſtamento liber eſſe iuſſ.* res cum ſuo onere tranſit, *ca. paſtoralis de decimis.* & perſonarum varietas, naturam rei vel iuris non immutat, *capit. nihil. 2. q. 1.* Reſponderi tamen nihilominus ſolet, quod hæc de quibus agitur, non in perſonalibus, ſed in realibus locum habent. *Domin. & Philip. Franc. ad d. ca. vnicum verſ. vlt. nota.* Nam ea quæ perſonalia ſunt, vt eſt à patrono clericum præſentari, cum ipſa perſona mutantur: quia res debet regulari ſecundùm conditionem perſonæ, *l. licitatio. §. mercat. ff. de publ.* & magis dignum, minus dignum ad ſe trahit. *c. quod in dub. de conſ. eccleſ.* Octauò etiam non obſtat id, quod de Archiepiſcopo dicitur. Etenim vt ait Panormitanus, *ad d. c. ſuffraganeus. & ad c. 1. de tranſlat. præl.* regula iſta intelligitur, quando quis in alium non habentem ſimilem poteſtatem aliquid transferret. Sed epiſcopi ſuffraganei, ex quo ſunt epiſcopi, habent poteſtatem conſecrandi, & Archiepiſcopus committendo hanc conſecrationem ſolum exercet, & in eos iuriſdictionem conſecrandi non ſubditum, quæ deerat, transfundit. Eoque ſpectare videtur ſententia Cardinalis, *ad dict. c. ſuffrag.* dum ait, quod Archiepiſcopus ſolum mandat iuriſdictionem, quam habet. Nonò non obſtat, quod de poſſeſſione laici in eccleſia tranſlata dicitur: quia cùm res ipſa affecta ſit, vtique cum ſuo onere, prima facie videtur tranſire debere, niſi obſtarent rationes, quas ad ſeptimam dubitationem diſſoluendam adduximus, & quas hic pro repetitis habemus. Neque etiam me in contrarium mouet decima dubitatio: quia non attendimus initium, poſtquam ſemel res mutauit ſuam naturam. *Petrus de Anchora. & Ioan. Monach. ad d. ca. vnic. de iure patronat.* Denique non magni momenti eſt, quod vltimo loco adſertur: Negligentia enim epiſcopi diocœſani id efficit, quod abbas non benedictus benedicere poteſt, ne ex ea eccleſia damnum patiatur, & quamuis electores Imperij dignitatem imperialem particulariter non habeant: vniuerſaliter tamen & vna congregatione imperij eam habent. Quo fit, vt vnus ſolus hanc dignitatem conferre non poſſit, ſed omnes ſimul communi conſilio, & communiter congregati. *cap. 1. de elect. lib. 6.*

REGVLA LXXX.

In toto partem, non eſt dubium, contineri.

1. *Totum quid ſit.*
2. *Totum quotuplex ſit.*
3. *Pars quid ſit.*
4. *Ampliationes huius regulæ.*
5. *Quicquid eſt in territorio, præſumitur eſſe de territorio.*
6. *Vxor ſuperſtiti, an debeatur Louanij vſusfructus in bonis mariti defuncti, fideicõmiſſo ſubiectis.*
7. *Reſortus quid ſit.*
8. *Conſuetudo ciuitatis, an ſe extendat ad loca ſubiecta.*
9. *Pars diuiſa & indiuiſa quid ſit.*
10. *Rationes dubitandi.*
11. *Ratio decidendi.*

SVperioribus locis diximus, plus in ſe continere quod minus eſt. *ca. plus. ſupra eodem.* Eodem modo dicimus, partem in toto eſſe: quæ duo ſic differunt: quòd totum latius ſe porrigit, atque ad multò plura ſe extendit, & id quod plus eſt, quodammodo in ſe continet.
1 † Totum autem appellamus id, quod ex diuerſis partibus compoſitum & fabricatum fuit. Partes enim complexæ ſuum totum, vna ea, quæ prius communiter extiterunt, perficiunt. Rurſum verò hoc ipſum totum variè dicitur.
2 † Nam eſt totum numeri, quod veteres vocant numerale, ex partibus numeraliter collectis conſtans. Quomodo decem totum eſt, conſtans ex vno, duobus, tribus, & reliqua numerorum collectione. Eſt quoque totum vniuerſale, *l. eum qui ædes ff. de vſucap.* vt animal, grex, peculium, hæreditas, quod alij generis appellant: quia in ſuas ſpecies diuiditur, vt fundus, cuius ſpecies ſunt arbuſtum, vinea, pratum, villa, hortus. Denique aliud eſt totum integrale, quod ex ſuis partibus ita integratur, vt ſemota parte alicuius momenti, deſinat eſſe totum, veluti domus, quæ ex ſolo & ſuperficie conſtat. Si etenim ei ſuperficiem vel ſuperficiei partem, tectum puta, aut parietem, ademeris; deſinit eſſe domus. *l. plures. ff. de dam. infecto. Coraſ. ad l. ad certam. num. 1. ff. de ſeruit.*
3 † Sic pars dicitur portio quædam, quæ debitè multiplicata, ſuum totum conſtituit, *ff. l. ſeruum. §. fi. ff. de hered. inſt.* vocaturque ſubinde numeralis: quia ad numerum pertinet, vt duo ſunt pars nouem: ſubinde integralis, vt quæ integrat ſuum totum, vt paries, tectum, lapis, ſementum: ſubinde vniuerſalis, quam vocant prædicamentalem ſeu ſubiectiuam, quæ ſub toto vniuerſali continetur, & de ſuo genere prædicatur, eidemque ſubijcitur, vt homo reſpectu animalis: & aliquando quotitatiua, vt triens, quadrans ſemis, quarta eſt aſſis, de quibus plura Alciatus, *ad l. appellatione rei. num. 5. ff. de verb. ſig.* Corraſius. *ad l. ſeruitutes. ff. de ſeruitu.* & Præſes, *in loco à toto ad partem.* quos vide. Quod ſi per omnia iſta genera, omneſque iam propoſitas ſpecies peruagari velimus, non difficile erit commonſtrare, paſſim & vbique in his, partem in toto contineri. Nam (vt ait Vlpianus *l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verbo. obliga.*) Si me viginti interrogante, tu decem reſpondeas, obligatio in decem contracta eſt: quia manifeſtum eſt, in viginti tanquam in toto numeri, & decem, veluti numeralem partem ineſſe. Et qui ædes vniuerſas poſſidet, totum integrale habet, & ideo ſingulas partes integrales poſſidere intelligitur. *d. l. eum qui.* Quod & de vſufructu reſpectu proprietatis aſſerunt iureconſulti: *l. qui vſumfructum. ff. de verb. oblig.* & de toto vniuerſali reſpondit Vlpianus, in decurionibus vel alijs vniuerſitatibus nihil referre, vt ijdem maneant, an pars maneat tantùm, *l. ſicut. ff. quod cuiuſcunque vniuerſ. nomine, &c.* nam cùm pars in toto ſit, pars vniuerſitatis retinet regula eiuſdem, ſicut tota vniuerſitas *Bart. ibi.* ſimul collecta retineret.

† Amplia primò hanc regulam, quod ſicut 4
is, qui habet ius in toto, habet & habere præſumitur ius in qualibet eius parte. *l. quæ de tota. ff. de rei vend. Caſtr. conſ. 131. lib. 1.* † Vnde quicquid 5
reperitur intra fines ciuitatis vel territorij vel dominij, eodemque iure vtitur, ſi non contrarium probetur. *c. cum epiſcopo. de offic. ord. lib. 6. latè Caſt. & Socyn. ad l. 1. ff. de acq. poſſeſſ.* Item quoque prohibitus à toto, cenſetur prohibitus à qualibet eius parte, & excluſus à toto, nulla in parte admittitur, ſi modò loquamur de parte conſequente, & conſecutiuè totum reſpiciente, atque ab eo proueniente. *Bald. ad c. 1. § ad hæc. col. 3. de pace iuramento firmata. & Ioan. Monach. ad ca. 1. cum quid. inf. eo.* Ideoque fit quòd ſicut prohibitus lege, teſtamento vel contractu alienare, non poteſt dominium rei transferre in alium, ita quoquo modo, vſumfructum alteri in ea re conſtituere nequit: *l. fin. C. de rebus. ali. non alien.* quia vſusfructus eſt pars vel legalis vel integralis dominij, *l. 4. ff. de vſuf.* adeò vt exiſtiment plærique alienare prohibitum, ne ſtatutarium quidem vſumfructum facere poſſe. † Vt ecce Louanij coniunx ſuper- 6
ſtes, niſi aliud conuenerit, in bonis defuncti coniugis vſumfructum habet, agnati libertatem vel proprietatem. Ab hoc autem vſufructu ſuperſtitem coniugem in bonis defuncti alienari prohibitis vel fideicommiſſo grauatis, repellere plærique volunt. Sed eorum ſententia perpetuo mihi diſplicuit, eamque viris magnis diſplicuiſſe video: quia ſicut iura vel teſtamenta loquentia de prohibita alienatione, non extendunt ſe ad alienationem legalem: *l. 2. ff. de rebus eorum. Fulgoſius conſ. 20. lib. 2.* Ita quoque ſe non porrigunt ad alienationem ſtatuto vel conſuetudine permiſſam, & maximè quidem cùm agitur de fauore matrimoniorum,

propter quem etiam res fideicommiſſo ſubiectæ alienantur. *Iaſ.conſ.*167. *lib.*1. *auth. res. quæ.C. communia de legat. & fideicomm.* Cenſeturque is qui res ſuas fideicommiſſo ſubiecerit, & expreſsè contrarium non dixit, voluiſſe accommodare ſuam voluntatem ſecundùm ſtatuta & conſuetudines loci in quo agit, *l.quæro.*§. *inter.ff.locati.Alciat.reg.*3, *præſump.cap.*32. quæ in teſtamenta & contractus influere ſolent, *Bald. ad l.de precib. Co.de impub.& alim. ſubſt.* videturque hæc eorum eſſe cogitatio, vt ſufficere arbitrentur quòd proprietas bonorum alienari non poſſit, & ad agnatos deueniat, vſufructu tamen conſuetudinario, ſuperſtiti coniugi relicto, ne is alioqui grauiter decipiatur. Et qui permiſit bona eiuſmodi, vel in dotem vel in donationem propter nuptias venire: vtique permiſiſſe quoque videtur, eam ſecundùm naturam dotium vel donationis in loco dotis & donationis conſtitui, adeoque & ſuperſtes iuxta materiam ſubiectam, prædictaque ſtatuta, ea vtatur & fruatur. Etenim diſpoſitio generalis debet intelligi ſecundùm naturam rei, de qua loquitur, *l.*1. *ff.de offic. procur. Cæſar.* etiam in materia ſtricti iuris. *Cuman.conſil.*242. Nam (vt ait Aymo *conſil.*186.*num.*7.) niſi permitteretur id ſuperſtiti, non facilè inueniret puellæ maritos, quarum bona eſſent fideicommiſſo grauata, vtpote, quarum morte, neque quo ad proprietatem, neque quo ad vſumfructum, vllum emolumentum ſperarent mariti, ipſæ verò mulieres è contra, maritorum morte amplam poſſiderent hæreditatem, ampliſſimoque vſufructu beatiores forent. Vnde teſtator qui voluit vnum, cenſetur voluiſſe illud, ſine quo contractus matrimonij commodè explicari non potuiſſet, ſicut in ſimili dicimus, quod conceſſo vno, cenſentur quoque conceſſa eſſe omnia, quæ licet non ſint neceſſaria, tendunt tamen ad illius actus faciliorem executionem. *Decius ad ca. prætereà de offic.deleg.* Et licet in articulo mortis illius perſonæ, quæ grauata eſt de reſtituendo, ipſum fideicommiſſum vires ſuas exercere incipiat, & lex fingat directè à teſtatore tranſmitti bona in eum, cui reſtituenda erant: illud tamen ita accipiendum & intelligendum eſt, niſi vel conſtitutionem autoritas, quibus ſtatuta exæquantur, vel mens coniecturata defuncti aliud ſuadet, quantumuis hoc verba non habeant. *d.l. fin. verſic.niſi in iis.C.de reb. al.non alien.* Ex quo etiam fit, quod ſubſtituti aliquod præiudicium prætendere non poſſint in bonis fideicommiſſo grauatis: quia tale præiudicium, quod venit in conſequentiam tacitæ permiſſionis defuncti, & in præiudicium tertij non conſideratur. *Aymo d. loco.num.*8. Eoque pertinet, quod in iſtiuſmodi bonis ſubiectis reſtitutioni, niſi dos conſtituatur, vt poteſt, *d.auth.res.* licitè apponitur pactum de lucranda eius parte, & maximè quidem, ſi ex ſtatuto loci pars aliqua dotis, ſuperſtiti defertur, & ei non ſit expreſsè derogatum. *Bald.ibi verſ.quæro ſi ex forma ſtatuti. Decius conſ.*311.*Corn.conſ.*3.*li.*3. Et certè quidquid ſit, neminem dubitare arbitror, quin ſaltem vſque ad legitimam portionem ſententia ſubſiſtat.

Amplia ſecundò, vt procedat, ſiue pars ſit neceſſaria originalis & ſubſtantialis, ſiue voluntaria & accidentalis. Nam ſi ciuitas muros nouos, nouaſque foſſas recipiat, augmentum illud comprehenditur appellatione ciuitatis: & quicquid Princeps in caſtris antiquis amplificat, nomine & iure caſtri antiqui continetur, *Panorm.conſ.*62.*num.*15 .*lib.*2. adde quòd ſi ducatus aut comitatus aliquis voluntariè adijciatur regno vel donatione, vel teſtamento, vel ſucceſſione, vel aliter: certè licet pars regni fiat accidentalis, debent tamen in eo ſtatuta ſeu iura regni, licet propria ſua ſtatuta habeat, ſeruari, præterquam, ſi princeps ipſe aliud permiſerit aut promiſerit, vt eleganter explicant Bartolus & Caſtrenſis, *ad l. ſi conuenerit.*2.§. *ſi nuda ff.de pig.act.* quos vide. Sed hac tamen moderatione & reſtrictione, ſi talis ducatus vel comitatus adijciatur acceſſoriè, ita vt fieri incipiat de regno, ſecus autem ſi æquè principaliter coniungatur regno, ſed per ſe, vt fit in regno Galliarum, vbi Delphinatus vnitus eſt regno, non per modum acceſſionis, ſed ſtat per ſe, nomen ſuum retinens, & legibus ſuis viuens, perinde ac ſi diceres Imperio Hiſpanico has prouincias eſſe vnitas, legibus tamen proprijs viuentes, quandoquidem per ſe ſtant, & non niſi ex accidenti aliquo ſub vnius Principis imperium veniunt. [*conſ.D.Gail.*2.*obſ.*61.*ſub n.*12.]
7 † Eo etiam ſpectat id quod dicimus, ius reſortus non ſpectari in identitate ſeruandi iuris, quandò non eſt eſſentialiter vnitum cum bonis, quæ ſuum reſortum habent. *Guido Papæ deciſ.*551.*incip. de hoc anno col.*3. *verſic. vel aliter & ſecundò.*
8 † Hinc etiam eſt, quòd conſuetudo ciuitatis, quæ eſt caput & metropolis prouinciæ, ſeruari debet in tota illa prouincia, etiam ſi in omnibus locis non fuiſſet anteà obſeruata, *gl. fi.in l. ex ea ff.de poſtulando. Decius conſ.*389. *Rom. conſ.*123. niſi in prouincia eſſet propria conſuetudo contraria conſuetudini ciuitatis, eo caſu quo prouincia poſſet conſuetudinem inducere, *Caſt.eleg. conſ.*39.*num.*2 .*lib.*2. *Aretinus conſ.*132. *Socy.conſ.*7. *li.*1. qua de re eleganter quoque vltra alios tradidit Aymo, quem vide *in tract. de antiq. temp.par.*4.*in princ.n.*55.*cum.ſeq.*

Amplia tertiò, quod pars ineſt toti, ſiue ſit indiuiſa, ſiue ſeparata & diuiſa.
9 † Pars diuiſa eſt, quæ ad oculum demonſtratur, & ſuis limitibus circumſcribitur, vt ſi dico: Tertia pars huius fundi, circa hunc locum, mea eſt. Indiuiſa verò quæ ad oculum non demonſtratur, ſed iuris intellectu percipitur, veluti cum peto tertiam vel quartam partem in fundo, neque demonſtro ad oculum, vbi ſit ea pars, ſed intellectu colligo, quod non diuiſione corporis, ſed intellectu partem in eo habeo, non illam aut iſtam, ſed in genere vnam: quia fundus pro indiuiſo

diuiſo à pluribus poſsidetur. *l.pupillus. §. fina. Alc.ad l.recte.n.9.ff.de verb.ſig.Zaſ.ad l.ſi quis.n.4. de except.rei iudic.* Et hoc ipſum eſt quod ait Vlpianus. *d.l.ſi quis.* Si quis cum fundum poſtulaſſet, partem petat, vel pro diuiſo vel pro indiuiſo, dicendum erit exceptionem obſtare.

Amplia quartò, ſiue loquamur de rebus incorporalibus, ſiue de rebus corporeis. Nam qui vſumfructum fundi, vel totam iuriſdictionem petijt, & ſuccubuit, non poteſt poſtea partem petere, *d.l.ſi quis. & ibi Zaſ.* quia vſusfructus & iuriſdictio, licet ſint in ſe indiuidua, *l.1.ff.de iuriſdict. om. iud.* vtilitate tamen & commoditate ſua, recipiunt diuiſionem.

Amplia quintò, quòd pars adeo eſt ſuo effectu, & vi in toto, vt etiam poſtquam iam pars eſſe verè deſijt, ſubinde tamen retinet naturam totius: veluti ſi fundum peto, & ſuccumbo, ac deinde nouo iudicio iterum peto fructus eiuſdem fundi tanquam perceptos ex re mea, ex fundo meo, rei iudicatæ exceptio mihi obſtat, quia licet fructus pendentes pars fundi ſint, non fructus ſeparati à ſolo *l.fructus.ff.de rei vend.* tamen iterum venit diſceptandum (inquit Caſtrenſis *ad d.l.ſi quis.*) de dominio fundi, de quo in alio illo iudicio diſceptatum erat. Et quamuis communiter, vt obſtet ea exceptio, debet eſſet eadem res, & eadem res agendi, & eædem perſonæ. *l.& an eadem d.tit.* tamen quando petitur res diuerſa, in qua venit diſceptandum id quod per ſententiam fuerat determinatum, obſtat exceptio.

Amplia ſextò, quod ita pars eſt in toto, quod ſi ſtipulatio totius fiat prius, deinde partis, aut nihil in vniuerſum agitur, vt quidam exiſtimant, aut certè, vt alij putant, ſi mero iure ſubſiſtat, tamen vtilitate, re ipſa & effectu, nulla eſt hæc ſecunda ſtipulatio, tum quia minus plena eſt: *l.ſi te.ff.de hæred.inſt.* tum quia qui bis idem promittit, ipſo iure amplius quàm ſemel non tenetur. *l.qui bis.ff.de verb.oblig.* Ipſa verò ſtipulatio totius, nouationem quandam ſubinde quoque continet reſpectu partis, in conuentionem deductæ. *d.l.qui vſumfr.*

Amplia ſeptimò, adeo vnam eſſe partis & totius naturam, quod (vt ait Marcellus) ſi quis aliam rem pro alia volenti ſoluerit, & pro parte res fuerit euicta, pro ſolido durat obligatio. *l.ſi quis aliam. ff.de ſolut.* Vnde fit, quod qui hominem, lancem, aut vas aliquod in genere promiſit, ſoluendo partem, nec in parte quidem ſoluta, abſolutè liberatur, *l.2.ff.de ver.oblig.* quin Iulio Paulo teſte, in ea cauſa res eſt, vt videatur magis obligatio ceſſare, & in ſuſpenſo eſſe, quàm extincta eſſe, *l.qui res.§.qui aream.ff.de ſolut.* de quo plura notat Alciatus, quem vide. *ad d.l.2.§.& harum.n.56.cum ſequent.*

Amplia poſtremò hanc regulam, vt procedat tam in rebus odioſis, quàm in rebus fauorabilibus. Si ancilla ſurripiatur prægnans (inquit Vlpianus) vel ſi apud furem conceperit, partus furtiuus eſt, tanquam pars matris, & portio viſcerum eius, *l.qui vas. §.ſi ancilla.ff.de furt.* quod & de partu, fœtuque pecudum dicitur, *gl.ibi.* & prohibito furto, omnis rapina videtur eſſe prohibita, *c.fin.14.qu.5.* prohibitaque incontinentia, tam ſimplex fornicatio, quæ eſt inter perſonas ſolutas, quàm adulterium, quod cum coniugato committitur, cenſetur prohiberi. Omnibus enim ſcriptum eſt, quod immundus & fornicator regnum Dei non poſſidebit. *ca.meretrices.31.q.4.*

† Ratio vero dubitandi eſt, primò ex eo, quod ait Vlpianus, eum qui inſulam, hoc eſt, domum ab alijs ad modum inſulæ ſeparatam, totam petit, ſi deinde ſementa aut tignum vel aliquid aliud ex ea petat, rei iudicatæ exceptione repelli non poteſt, *d.l.ſi quis.verſ.nam.ii qui. ff.de except.rei iudic.* Secundò ex eo, quòd, vt eſt apud Iulium Paulum, in ſtipulatione duplæ, cùm homo venditur, partis adiectio neceſſaria eſt, & non poteſt videri homo euictus, cùm pars eius euicta fuit. *l.ſi dictum. §. in ſtipulatione. ff.de euict.* Tertiò ex eo, quod ſeruitus tota acquiri poteſt, pro parte autem in ſtipulationem venire non poteſt. *l pro parte.ff.de ſeruit.* Quartò ex eo, quod ſi quis ſic cauerit, vt ſylua ſibi pignori eſſet, nauem ex ea factam pignori non eſſe, Caius ait, *l.ſi conuenerit §.penult.ff.de pignor. act.* Quintò ex eo, quod cùm aurum vel argentum in genere legatum eſt, pecunia ſignata, quę tamen auri vel argenti pars ſeu ſpecies eſt, non continetur. *l.cum aurum.l. Quintus Mutius. ff. de auro & argent.legato.* Sextò ex eo, quod in actu ineſt iter. Is enim habet iter, qui ire poteſt, ille verò actum, qui habet facultatem eundi, ambulandi, vehiculum vel iumentum agendi, *l.1. ff.de ſeruit.ruſt.præd.* & tamen ſi quis iter petierit, deinde actum petat, res iudicata ei non oberit *l.ſi mater. §.ſi quis iter.ff.de excep.rei iudic.* Septimò ex eo, quod licet falſa demonſtratio, quæ in totum falſa eſt, non vitiet: tamen quando falſa eſt in parte, vitiat legatum in parte. *l. ſerui electione. §.fina.ff.de leg.1.* Octauò ex eo, quod vt dictum eſt, vſusfructus pars eſt dominij, *d.l.4 l.ſi alij.ff.de vſu & vſufruct legat.* ei tamen qui petijt vſumfructum & ſuccubuit, ſi denuo dominium petat, *l.ſi ex teſtamento §.ſi.ff. de except.rei.iudic.* rei iudicatæ exceptio ei non nocet. Nonò ex eo, quod non eſt tanta vtilitas & æſtimatio rei in parte reſpectu partis, quanta eſt in toto reſpectu totius. *d.l. ſi quis aliam.* Decimò ex eo, quod conſeruator, qui non poteſt committere vices ſuas in totum, partem tamen veluti citationem & ſententiæ denunciationem, committere poteſt. *c.ſi. §. vices de offi. iud.delegati hoc lib.6.* Poſtremò ex eo, quod conſuetudo eccleſiæ Romanæ, non extenditur ad alias eccleſias, niſi expreſsè in ijs mandetur ſeruari: *gl.in ca.quis. neſcit.& c.nolite.11.diſt.* cùm tamen omnes eccleſiæ ſint ſub eius poteſtate, eiuſque pars & portio, quæ dicitur mater & caput omnium aliarum. *c.1.& 2.12. diſt. ca.qui ſit.2.q.2.* 10

Ratio

11 † Ratio vero decidendi eſt, quod pars nihil aliud eſt, quam quod ipſum totum in ſe coniungit & complectitur, & ſicut fœtus à matre, ita à ſuo toto fomentum accipit, & ſine eo regaliter non ſubſiſtit, ideoque eandem naturam cum eo habet. Neque cum his pugnat id quod primo loco controuertitur. Ipſe enim Vlpianus, dicti ſui rationem explicans, hæc verba ſubiungit. Etenim cuius inſula eſt, non vtique ſementa ſunt, & ea quæ iuncta ſunt ædibus alienis, ſeparata, dominus vendicare poteſt. Quaſi dicat, quod licet communiter eius ſint ſementa, cuius eſt domus, ſubinde tamen aliter accidit, veluti, ſi quis ex aliena materia in ſuo ſolo quid ædificauit. Etenim ne deſtructis ædificijs, publicus deformetur ciuitatis aſpectus, totius dominus eſſe fingitur: & donec ſtat domus, dominus rei iniunctæ realem in eam rem actionem intendere non poteſt. Sed cum partes ſeparatæ ſunt à domo, ceſſat prædicta ratio, & propriam habent naturam atque re ipſa (vt ait Salicetus *ad d § ſi quis.*) à toto compoſito differunt. Et id quoque ſentiens Ang. *ad d. c. ſi quis* §. *idem ſi quis n.* 1. & 2. hanc adducit rationem, quod quia ſementa principaliter vendicari non potuerunt, ſola competit de tigno iniuncto, vel ſi quæ alia ei ſit ſimilis actio, meritò petita domo, non cenſetur de eis fuiſſe pronunciatum, & per conſequens exceptio rei iudicatæ, eorum occaſione ſecuto iudicio non datur. Sic nec ſecunda quoque dubitatio mouet. Tametſi enim ſint qui arbitrantur, ſtipulationem de euictione, eam tacitam continere conditionem, ſi res euincatur: ad implementum autem conditionis non ſufficit eam pro parte adimpleri, cùm effectus conditionis non ſcindatur: *l. cui fundus ff. de cond. & demonſt.* plerumque tamen omnes, hodie aliter opinantur, & meritò, quia apertè dicit iureconſultus duplæ ſtipulationem, euicta tantùm parte præſtari. *l. ex mille. ff. de euict.* Et ideo verius eſt, quod ſerui empti ſola parte euicta, non committitur ſtipulatio. vel propter humanæ naturæ dignitatem, *l. iuſtiſſimè ff. de ædil. edict.* vel quod etiam ſi pars euincatur, quod ad aliquos iuris tamen effectu perinde eſt, atque ſi euicta non eſſet, & adhuc totum ſeruum ſolus emptor haberet. § *ſeruus communis. inſtitut. de ſtipulat. ſeruorum.* Quod autem tertio loco controuertitur, hanc rationem habet, quod ius ſeruitutis, pro parte indiuiſa fundi, factaque relatione ad partem ſeruitutis, vel ad incertas atque indeterminatas fundi partes, eſt indiuiduum, *l. vſus pars. ff. de vſufructu.* Cæterùm ſi partes fundi ad oculum deſignatæ ſint, demonſtrato & limitato loco quo ſeruitus exerceatur, & per quem eatur, alia eſt ratio: quia tunc non pro parte dominij, ſed veluti pro toto dominio ab alio ſeparato atque ſeiuncto, ſeruitus conſtituta eſſe videtur. *Corraſ. ad l. ad certam. ff. de ſeruit. Connan. lib. 4. num. 5. ca. 9.* Quartò non obſtat quod de ſylua hypothecæ ſuppoſita dictum eſt: quia quando materia, quæ fuit obligata, tranſit in materiatum, vt aiunt veteres (*gl. in d.* §. *pen.*) tunc illa prima materia deſinit eſſe, extinguiturque & incipit eſſe alia ſpecies: ita quod hypotheca, quæ erat in prima materia euaneſcit, niſi in obligatione de ſylua facta cautum fuiſſet, quòd ſylua vna cum omnibus quæ ex ea facta, natæue eſſent, obligaretur. Idem fere eſt quòd cum Bartolo ait, *ibi.* Salicetus *ad l. quamuis. C. in quib. cauſis pig. tacitè contrah* quod quando res obligata tranſit in aliam formam, reducibilem ad primam materiam, non extinguitur hypotheca, ſecus ſi non ſit reducibilis, vt ſit in naue. *l. quæſitum.* §. *illud. ff. de leg.* 3. Quod verò de pecunia ſignata, quinto loco, quæritur, ideò eſſe reſpondit Vlpianus *d. l. Quintus* § 1. quia ideo teſte Bartolo, *ibi.* non facile quiſque argenti numero nummos computat, quòd pecunia ſignata plærunque in eum vſum habetur & expenditur, vt ſit veluti in perpetuo commercio. Ea vero quæ venalia ſunt, vel commercium eiuſmodi habent, legato vniuerſali non continentur, *l. pediculis.* §. *item cum quæreretur eod. tit.* niſi fortè vel aliud aurum teſtator non habeat, vel eiuſmodi ſunt nummi, quorum nullus hodie eſt vſus. Neque magis premit id, quod de actu & itinere obijcitur. Actus enim & iter, re vera non ſunt totum & pars, ſed ſunt diuerſæ ſeruitutis ſpecies, ita quod cum primò petijt quis iter, petijt illud tanquam ſeruitutem per ſe, & cum ſecundò petit actum, etiam petit illum tanquam ſeruitutem per ſe ſeparatam, licet aliquo modo & in intellectu, iter dicatur pars actus, non per modum ſeruitutis, ſed per modum commoditatis: quippè quod commoditas actus, quæ in agendo conſiſtit, eſt veluti totum, ad commoditatem itineris, quæ ſolum in eundo verſatur. *Cuman. & alij ad d.* §. *ſi quis iter.* Vnde Zaſius: *ad d. l. qui vſumfructum n.* 4 In actu (inquit) eſt iter materialiter: quod iter, id eſt, potentia eundi, eſt materia, ex qua fabricatur actus, & ſic actus nunquam poteſt eſſe ſine itinere. Sed in actu non eſt iter, id eſt, ſeruitus illa: quia iter eſt propria ſeruitus: formaliter iſta ſeruitus non eſt in actu: quia ſeruitutis non poteſt eſſe ſeruitus, ſicut nec accidens accidentis, *l.* 1. *ff. de vſufructu. legat.* ſed eſt tanquam propria paſſio ipſius actus: à qua communi ſententia, non magna ratione recedit Corraſius, *in rub. ff de ſeruit. num.* 93. dum vult iter partem eſſe actus, ſed non propterea propriam ſuam naturam amittere. Sic & illud, quod de falſa demonſtratione proponitur, hoc pacto refutari poteſt, quod hoc argumentum totius & partis non procedit, vbi eſt diſpar cauſa & ratio, vt ſit in caſu propoſito. Nam cum teſtator ſciens prudenſque alienum fundum legat, quem falsò ſuum appellat: nihil aliud colligi poteſt, quàm quod velit hæredem totum à domino redimere, & redemptum legatario præſtare, nulla-

nullaque eſt ratio, quare magis de bona parte, quàm de ſua alia ſenſiſſe videatur. Sed cum fundum communem, quem ſcit communem eſſe, & quem ideo, quia communis eſt, ſuum rectè appellat, *l. dominus. ff. de peculio.* legauit, cenſetur vtique de parte ſua tantum & non de toto ſenſiſſe: ſuadet quaſi ſcilicet, maluit ſuam partem, quàm alterius legare.

8 † Deinde verò quod de vſufructu & dominio proponitur, etiam me non mouet: quia vſusfructus, pars dominij eſt, cum caſualis eſt, cum dominij cauſam habet, & ex dominio ſeu proprietate cauſatur, cumque adhæret proprietati, & ab ea non ſeparatur, ipſique domino competit, qui cum rem ſuam planè poſſidet, & dominium, & caſualem vſumfructum, hoc eſt, eam commoditatem & vtilitatem vtendi fruendi omnibus fructibus, qui ex ipſa re naſcuntur, habet. Sed vſusfructus verus & proprius, qui ſeruitus eſt, quemque formalem vocant interpretes, eo quod forma eius à proprietate ſeparatur, in rebus alienis conſiſtens, *l. 1. ff. de vſufr.* ita à dominio ſeparatus eſt, *d. l. rectè.* vt cum illo eſſe non poſſit, quia res ſua domino ſuo non ſeruit, *l. vti frui. ff. de vſufr. earum rerum.* proinde qui ſuccubuit in fundo petito, non poteſt petere vſumfructum caſualem, qui eſt pars fundi, & prohibita vna via alia non permittitur, *ca. cum quid. inf. eod.* ſed vſumfructum formalem petere poteſt, qui propriè non eſt pars fundi prius petiti. Cæterùm quod nono loco obijcitur, ita confutari poteſt, quod non dicimus hic eandem eſſe vtilitatem, ſeu commoditatem partis in parte, quæ eſt totius in ſuo toto, ſed quod pars ineſt ſuo toti, non tam reſpectu emolumenti, quàm conſideratione ſubſtantiæ & eſſentiæ, non multò aliter, quàm totum corpus in ſe comprehenſum, virtute vnionis vtilius eſt, quàm ſingulæ partes viribus diſperſæ, *l. planè. ff. famil. herciſc.* de qua re plurima notant Alciatus. *Alc. ad l. quidam exiſtimarunt. ff. ſi cert. pet.* & Tyraquellus quos vide, *de retractu. §. 33. gl. 1. num. 14.* Quod autem de conſeruatorum poteſtate decimo loco dicitur, ideo eſt, quòd in exemplo illic propoſito, conſuetudo regionis delegationem non admittebat, *gl. ibi.* vel quod electa erat induſtria perſonæ, *l. inter artifices. ff. de ſolut.* quæ per ſe omnia his exceptis, quæ per alium expediri ſolent, vt eſt citatio, & denuntiatio, facere debet. Denique quod de conſuetudine eccleſiæ Romanæ proponitur, tunc tantùm verum eſt, quando ea conſuetudo iuri communi aduerſatur. *Innoc. in c. ſopitæ de cauſis.* & cum de his quæ ad fidem catholicam pertinent, *glo. in cap. 1. de ſumma trinit.* non agitur, id quod latius explicat Aymo, *d. parte. 4. nu. 52.* ad quem remitto. Reliqua autem quæ huc ſpectant & latius deduci atque explicari poſſent, ex D. Præſide petenda ſunt, qui ex profeſſo ſtudioſè & ſedulò ea pertractauit, *in lo. à toto ad par.*

REGVLA LXXXI.

In generali conceſsione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

1. *Generalia verba ſubtilibus ingeniis non concludunt.*
2. *Conceſſurus an quis fuiſſet quid, vnde colligatur.*
3. *Conſuetudo localis an extendatur.*
4. *Legitimatio filij naturalis non extenditur ad ſpurium.*
5. *Confirmatio Principis quouſq; ſe extendat.*
6. *Ampliationes huius regulæ.*
7. *Initium ſpectari debet.*
8. *Pœna quoties committi poßit.*
9. *Clauſula motus proprij & aliæ quid operentur.*
10. *Rationes dubitandi.*
11. *Rationes decidendi.*
12. *Taciti & expreßi quando eſt eadem ratio.*

VVlgata iuris ſententia eſt, quod verba generalia debent generaliter intelligi, *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præ.* etiam cùm aliqua impropriatione, & ſubinde quoque facta extenſione ad caſus alios maiores expreſſis, *Iaſ. conſ. 96. n. 3. lib. 3. Tiraq de retract. §. 1. gl. 7. num. 21.* continetque generalis bonorum obligatio, non ſolùm præſentia, ſed & futura, *l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſſunt.* quin & perſonam quoque loquentis, quæ aliàs effuſa locutione non comprehenditur, *l. Paulus. § fi. ff. de pig.* & pecuniam, quæ auri & argenti appellatione non venit. *l. cum aurum, ff. de auro & argento legato.* Sed hæc ita, ſi modo veriſimile ſit de his actum vel cogitatum fuiſſe: quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, ita vt non ineleganter dixerit Ariſtoteles, ſermones noſtros circa generalia eſſe faciliores, ſed circa particularia eſſe veriores, & vt ait Aretinus: *conſ. 106. col. 3.* † Verba generalia non concludunt ſubtilibus ingenijs, ſed ſolùm groſſis. † Cæterùm illud in quæſtionem venit, qua ratione cognoſcemus, an quis quid in ſpecie veriſimiliter non fuiſſet conceſſurus. Et licet ea res plurimum dependeat ex eius arbitrio, qui iuriſdictioni præeſt, alios ſecutus, *Ioan. Monach. & Philip. Fran. hic.* ſed tamen dilucidius & explanatius, ad pauca quædam capita, totam eam rem referre tentabo. Principio itaque hoc cognoſcitur ex eo, quod vnuſquiſque, etiam ſi Princeps ſit, præſumitur generali ſua locutione nemini velle præiudicare. *l. 2. ff. ne quid in loco publ.* Ideoque filius naturalis legitimatus per reſcriptum Principis, non ſuccedit in feudum, *ca. naturales ſi de feudo fuerit cont.* niſi ſpecialiter & nominatim hoc in reſcripto legitimationis contineatur, *Alex. conſil. 6. lib. 2. Aret. conſil. penult.* Scilicet,

ne fiat præiudicium inferiori domino feudi, *Alex.conſil.2.lib.*1. vel agnatis, ad quos feudum illud perueniret, quod in dubio præſumendum non eſt Principem voluiſſe. *l. nec auus. C. de emancip. libel.* qua de re plura obſeruat Curt. quem vide *in tract.de feud.par.*3.*q.*17. Moribus tamen Gallorum, aliorumque receptum eſt, legitimatos res clientelarias ſeu feudales ſucceſſione capere poſſe, quantumuis in legitimatione hoc cautum non fuerit, quoniam eorum moribus feuda ad inſtar patrimoniorum, aliorumque bonorum ſunt redacta. *Guido Papæ deciſ.* 59. *Boer.q.*123. Sed an idem ille mos in his ditionibus obtineat, ex facto magis quàm ex iure dependet, & adhuc hodie ſub iudice lis eſt, dum alij id negant, alij affirmant.

3 † Illud in confeſſo eſt, conſuetudines locales ad alias prouincias non porrigi, & conſuetudines feudales, in libro feudorum clauſæ, quas habemus, faciunt ius commune, quo ad omnes, vbi alia conſuetudo in contrarium non probatur. *Curt.d.loco in proœmio qu.*1. *num.*

4 16. *Guido q.* 297. † Et quamuis princeps generaliter legitimet filium naturalem, non tamen continetur naturalis & ſpurius, cùm non ſit veriſimile, quod princeps per legitimationem filij naturalis, de ſpurio cogitauit. Sic & in generali conceſſione, veriſimile eſt, iuris diſpoſitionem non excludi. Si quando (inquit Iuſtinianus) talis conceſſio imperialis proceſſerit, per quam libera teſtamenti factio conceditur, (fortè vaſallo de re feudali, vel alteri qui teſtari non poterat) nihil aliud videtur princeps concedere, niſi vt habeat legitimam teſtamenti factionem. *l.ſi quando C. de inof. teſtam.* Quaſi dicat, ſi Princeps concedat alicui licentiam teſtandi de re, de qua teſtari non poterat, (vt eſt feudum) ſufficit ea in re Principis gratificatio, quæ tamen non proderit, niſi teſtamentum illud legitimè aliter concipiatur: quia non eſt veriſimile, quod Princeps, in cuius reſcripto plura ſpecialia concurrere non debent, legitimam teſtandi formulam remittere voluit, & propterea is cui ea licentia data eſt, liberos ſuos præterire, vel ſine cauſa exhæredare non poteſt. Secundò ex eo, quòd alioqui dolus vel doli occaſio includeretur. Nam (vt ait Modeſtinus) ad ſpecies de nouo repertas, dolo contrahentis in diuiſione hæreditatis non comprehēſas, generalis quietatio non porrigitur. *l.tres fratres.ff.de pactis.* Et quia generalitas plærunque captioſa eſt, multiſque inſidijs expoſita: non eſt cogendus creditor, vt generaliſſimas & nimium effuſas vel abſolutas liberationes, quas quietantias vulgò appellant, præſtet, *l.*3.§.1. *ff. de contra. & vtili act.tut.* de quo latiùs agunt Bartolus & Iaſon. *ad l.Aquil.ff. de tranſ.* Quòd ſi eas iam ſcripſerit aut dederit, certè prætextu huiuſmodi generalis liberationis etiam iuratæ, non planè abſoluitur debitor, tutor ſeu curator, *Iaſ.conſil.*229.*lib.*2.*Anchoran.conſ.*331.*Caſtr.conſ.*308. ſed ad ea quæ dolo geſſit, quæue ſub ſe adhuc continet: conueniri poteſt. Et proinde effuſa rationum reddendarum à teſtatore tutori relicta liberatio, ad hæc ſe non extendit.

Proximum eſt huic, quòd quis in ſpecie veriſimiliter non fuiſſet conceſſurus ea, quæ à iure improbantur. Vnde ſicut ſtatuta generalia ad illicita non extenduntur. *Bart.ad l.fi.ff.de condit. inſtit.* † ita quoque generalis licentia Principis 5 data ciuitati de condendis ſtatutis, non intelligitur de his, quæ iniqua ſunt, etiam ſi Princeps confirmat ſtatuta illicita: *Bald. ad l.*1. *C. de monopol.Cepola conſ.*15.*Alex.*59. *lib.*1. quia confirmatio Principis nihil noui dat, nihilque noui iuris confert, inualidum non validat, nec ad finem diſponendi fit, ſed tantùm ad finem approbandi confirmabile tale quale eſt, etiam in quantum eſt verum, validum & efficax, non aliter, *c. examinata de confirmat. vtil. & inutili. Alex.dict.loco. Molyn. ad conſuet.Pariſ.*§.5.*num.*6. præterquam ſi Princeps cum cauſæ cognitione, & ex certa ſcientia vitij ſeu nullitatis confirmaret, Nam tunc confirmatio ſupplet omnem defectum, & iam deſinit eſſe confirmatio, cenſeturque eſſe noua, principaliſque diſpoſitio, qua de re plura alibi dicemus. *Molyn. d.loco num.*70. *Ludou. Goſadinus conſ.*101. *Petrus à Duennas in ſuis regul.* 131. Eoque etiam pertinet, quod in mandato generali non comprehenditur poteſtas delinquendi, *l.*3.§.*ſi procurator.ff. quod quiſque iuris* vel per quod mandans incideret in pœnam. *l ſi procurator. ff.de cond.indebiti.* & quidquid acquirit filiusfamilias, patri quidem acquirit, ſed ita tamen, ſi acquiſitio illa iuſta ſit. *l.Diuus.ff.de falſit.* Et vt huius delicti præſumptio euitetur cumque veriſimile ſit, neminem velle, quod non poteſt, in generali locutione, diſpoſitione vel obligatione, non veniunt ea, de quibus in ſpecie quis diſponere non poſſet. *l.Lucius.§.penult.ff.ad municip.* cuiuſmodi ſunt feuda, *cap.*1.*de prohib. feud.alien.* res prohibitæ alienari ſub pœna, *Bartol. ad l.codicillis. ff. de leg.*2. ſubiecta fideicommiſſo. *l.vltim. Cod.de rebus alien. non.* ius patronatus, *c. cum Bartoldus de re iudic.* bona dotalia, *Bartol.ad l.ſi conſtante.*§. *ſi maritus. ff. ſolut. mat.* aliaque ſimilia, quæ latè accumulat Antonius Neguſantius, quem vide. *in tractat.de pignoribus* 8.*memb.*2. *partis.* Ex quo etiam ſequitur, inferiorem, qui obedientiam debet ſuperiori, in omni ſua effuſa ac ampla verborum prolatione, etiam iurata, videri auctoritatem ſuperioris ſemper excepiſſe. *c.ven. de iureiur.* Et ſi ſcholaris filiusfamilias iurauit ſuo creditori non exire vniuerſitatem, ante ſolutionem ſine ipſius licentia, ac deinde vel à patre ſuo, vel ab Epiſcopo, aut capitulo ſuo, ad reſidentiam ſeu ex alia iuſta cauſa reuocetur, quamuis non ſoluat, à periurio excuſatur, ſi modo eam reuocationem in fraudem non ſollicitauit, *Alex.conſ.*124.*num.*3.*lib.*1. E contra verò generalis locutio, ſtatutorumque vel diſpoſitionum generalis derogatio, ad actus iuratos

ratos vel pacta iuramento firmata non trahitur. *gl. in c.cum non deceat.de elect.lib.6. Curt. Iunior conſ.* 98.*num.*7. Et ideò ſaluus conductus generaliter datus, ne quis ad certum tempus à creditoribus ſuis conueniri poſſit, ad debitum iuratum, niſi id nominatim expreſſum ſit, non extenditur: *Alex.conſ.*345. *Curt.d.loco.* Adde quod veriſimile non eſt, quem (ſi interrogatus fuiſſet) concedere voluiſſe ea, ex quibus abſurditas aliqua ſequi potuiſſet. Et ideò ad euitandam abſurditatem, reſtringenda eſt generalis diſpoſitio, *l.*2. *C. de noxa. act.* etiam ſtatutaria. *Bartol.ad l.omnes populi.ff. de iuſt.& iure.* quod pulchris exemplis explicant Celſus & Iabolenus. Hic enim: *In lege fundi* (inquit) *vendendi, lapidicinæ in eo fundo vbicunque eſſent, exceptæ erant. Poſt multum temporis in eo fundo repertæ erãt lapidicinæ, eas quoque venditoris eſſe. Tubero reſpondit. Labeo: referre: quid actum ſit. Si non appareat, non videri exceptas. Neminem enim nec vendere nec excipere, quod non ſcit, & lapidicinas nullas eſſe, niſi quæ appareant & cædantur, aliter interpretantibus, totum fundum lapidicinarum fore, ſi forte in toto eo, ſub terra eſſet lapis, l.in lege ff.de contrah.empt.* Ille autem: *Si* (inquit) *via per fundum cuipiam relinquatur ſimpliciter, non per villam ipſam, nec per medias vineas ire, agere ſinendus eſt, cum id æque commodè per alteram partem facere poſſit: ſed ciuili modo. Nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur. l.ſi cui.ff.de ſeruit.* Eodemque ſpectat, quod non præſumitur pater proprio ſanguini extraneos præferre voluiſſe. *l.cum acutiſſimi.C. de fidei commiſſ.* Pari ratione à generali locutione reijcitur id, quod aut impoſſibile, aut certè admodum difficile eſt, *l.Nepos Proculo.ff.de verb.ſignif.* Qui domum fieri ſpopondit, non vtique conquiſitis vndique fabris, & pluribus operarijs adhibitis, feſtinare, nec rurſum vno aut altero contentus eſſe debet, ſed modus adhibendus eſt, ſecundum rationem diligentis ædificatoris, temporum, & locorum. Et cum ita ſtipulatus ſim, Epheſi dari, ineſt tempus, quanto diligens paterfamilias efficere poſſet: vt neque diebus ac noctibus & omni tempeſtate contempta, iter continuare cogatur, neque tam dilicatè progredi debeat, vt reprehenſione dignus eſſe videatur. *l.continuus.§.2.& 3.de verbo.oblig.* Eiuſdem pœne ordinis ſunt, inſolita & inconſueta, ad quæ veriſimile eſt, quod quis ſe expreſsè obligare non voluiſſet. Vnde & Labeo ait: *Frumenta quæ in herbis erant, cum vendidiſſes, dixiſti te, ſi quid vi aut tempeſtate factum eſſet, præſtiturum, ea frumenta niues corruperunt. Si immoderatæ fuerint, & contra conſuetudinem tempeſtatis: agi tecum ex empto poterit. l. fiſtulas §.fi.ff. de contrah. emp.* Rurſum verò & Alphenus: *Colonus* (inquit) *hac lege villam acceperat, vt incorruptam redderet præter vim & vetuſtatem: coloni ſeruus villam incendit, non fortuito caſu non videri eam vim exceptam, reſpondi: nec id pactum eſſe vt ſi aliquis domeſticus eam incendiſſet, ne præſtaret, ſed extraneam vim vtroſque excipere voluiſſe, l.qui inſulam §.colonus.ff. locat.* quod & in ſimili ſpecie probat Vlpianus, *l.ſi quis domum § ſi colonus.eod.tit.* Addi poteſt, quod lex abhorret ab infinito. *l. fideicommiſſa. §.ſi quis decem ff.de leg.*3. Vnde hoc ſermone generali, dum nupta erit, nè in infinitum res producatur, primæ nuptiæ tantum, ex veriſimili mente loquentis, ſignificantur: *l. boues §. hoc ſermone ff.de verb.ſig.* & qui calendis ſtipulatur, nec adijcit, quibus calendis, de primis ſenſiſſe videtur, *l.eum qui ff.de verb. obl.* & (vt ait Archadius *l.*1.*ff.de teſtib.*) quanquam quibuſdam legibus ampliſſimus numerus teſtium definitus eſt, hæc tamen licentia, ad ſufficientem numerum teſtium coarctatur, vt iudices eum moderentur, & eum ſolum numerum teſtium, quem neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur, ne effrenata quadam poteſtate, ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur. Infinito verò accedit, nimia incertitudo, de qua non eſt veriſimile cogitatum fuiſſe. *His verbis* (inquit Pomponius) *Medico Sempronio quæ viuus præſtabam, dari volo ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt, l. Seio.§ Medico ff.de annuis leg.* Etenim certa forma & erogatio Medico facta, vt forte penſio, centum aureorum annua, certa eſt, ſed incerta liberalitas inter hæredem & Medicum, magnas lites eſſe paritura, vt ſi forte teſtator præter illam certam penſionem annuam aliquando mittere ſolet capos, lepores, vel pannum ſericum, & vno anno plus, alio anno minus. *gl.ibi.* præterea illud voluiſſe teſtatorem veriſimile eſt, quod facere ſolet: quia ex conſuetudine eius, voluntas eius colligitur, *l.Sempronio ff. de vſufructu.lega.l.ſi quis ff.de vino.leg.* & is qui contrahit, de eo veriſimiliter cogitauit, quo ſine magno ſuo damno carere non poterat. Ideoque (vt teſtis eſt Vlp.) in generali obligatione rerum, quas quis habet habiturusue eſſet, non venit veſtis: qua induitur nec ſuppellex, qua neceſſario vtitur, *l.obligatione ff. de pignor.* & qui promittit nunquam exercere aliquam artem, ſi euenerit caſus, quod ſine ea commodè viuere non poſſit: poterit vtique nihilominus eam exercere, quia de ea neceſſitate cogitatum fuiſſe non videtur, *Archid. in ca.animaduertendum.* 22.*q.*2. Poſtremo non præſumitur quis velle ſibi contrariari, aut contra factum proprium venire. *l.non ad ea.ff. de cond.& demonſt.* Et ideò locutio generalis & effuſa ſe non porrigit ad ea, quæ nominatim ante ſunt diſpoſita, *l.ſanctio.ff. de pœnis.* & nihil in præiudicium commiſſionis ante factæ conceſſum eſſe præſumitur, *l.*1.*ff.de offic.procur.Cæſaris.*

† Amplia primò hanc regulam, vt procedat, etiam ſi generalis illa conceſſio fuerit iurata, 6
*cap.*1.*de iureiu.ſup.eod.* licet enim non præſumatur quis ad iuramentum, non niſi animo bene deliberato venire, deliberatus tamen animus multa tacite excipit, quæ in ſpecie non conſentiret. Qua in re tamen oritur difficultas

tas ex eo, quod iuramentum habet vim ſpecialis conſenſus, & idem operatur, atque ſi caſus, de quo quæritur, ſpecialiter eſſet expreſſus. *l. cum pater §. filium matrem. ff. de leg. 2.* adeò quod is qui generaliter & adhibito iuramento renunciat omni iuris auxilio, perinde eſt, atque ſi in ſpecie renunciaſſet exceptionis ſimulationis, *Bart. ad l. 2. C. de reſcind. vend.* de quo late agit Tiraquellus, *ad l. ſi vnquam in princip. num. 129. C. de reuoc. donat.* Cæterum huic reſponderi poteſt, quod licet iuramentum operetur, ac ſi caſus ſpecialiter eſſet expreſſus, illud tamen ita accipiendum & intelligendum eſt; ſi is caſus prius fuerit præcogitatus, & in eo in quo contrahentes tacitè & veriſimiliter conſentiunt, non in alijs *cap. cum iuramento de homicid. Tiraq. d. loco num. 160. cum ſequent.* Et ſicut generalitas renunciationis reſtringitur, ita etiam generalitas iuramenti, quod illic accedit: *l. fin. C. de non numerat. pecun.* quia iuramentum regulatur ſecundùm naturam actus, cui accedit, & recipit tacitam conditionem ex natura rei cui apponitur, & nunquam quicquam operatur, deficiente conſenſu, id quod pluribus verbis explicat Alciatus *ad c. cum contingat. n. 275. de iureiur.*

Amplia ſecundò, vt locum habeat, verbis quantumcunque generaliter & effuſè prolatis. Nam ſi quis renunciat omni iuri, quod de præſenti habet, vel habere ſperat: non trahitur hæc renunciatio ad ius ſuperueniens ex noua cauſa, *l. de his ff. de tranſact.* ſed intelligitur de iure quod habere ſperat, *l. quod Seruius. ff. de condict. ob cauſam.* ex cauſa de præſenti: vt ſæpius ſe conſuluiſſe teſtatur Bartolus, *ad l. ſi vxor. §.*
7 *Diuus. ff. de adult.* † quia initium rei ſpectandum eſt, *l. ſi procuratorem ff. mandati.* Vnde ſi filia renunciat ſucceſſioni paternæ, non cenſetur renunciaſſe hæreditati fratris, etiam in bonis paternis ad fratrem deuolutis, *Doct. ad cap. pactum de pact. lib. 6.* & ſi fratres diuidentes hæreditatem, remittant ſibi omne ius, quod alius qualitercumque in parte alterius habere poſſet, non cenſetur renunciatum iuri petenti alterius partem, ſi alter ſua parte ex eo capite quod contrauenit teſtamento, *Bart. ad l. qui Romæ. §. duo fratres. num 4. ff. de verb. oblig.* veniat priuandus, & ideò teſte Baldo, *ad l. 1. C. de pactis.* & Iaſone, *ad d. l. qui cum tutoribus num. 13.* tutius eſt, hanc clauſulam adijcere, quod quis renunciat omni iuri quod habet vel habere ſperat, etiam ex cauſa de futuro. Idem exiſtimant interpretes habere locum, quantumuis dictum ſit, toties, quoties petitum fuerit. Nam ſi quis promiſit aliquem repræſentare vel ſiſtere iudicio toties quoties fuerit requiſitus, effuſa quidem & nimium generalis hæc locutio eſt: ſufficiet tamen ad liberationem, vt bis repræſentetur, *Ang. ad l. 2. §. qui exhiberi. ff. de cuſto. reorum.* & ſi Romano credimus, *ad rubricam. ff. de arb.*
8 *num 44.* † quando in compromiſſo dictum eſt, committatur pœna toties, quoties contrauentum ſit, non committitur pœna, niſi ſemel aut bis, & ſi ignarus dixit emptori, ſe velle rem venditam retrahere, emptorque reſpondit: Veni toties quoties velis, admittam te; intelligitur tamen, ſi venerit infra tempus retractus, *Tiraq de retract. gl. 10. §. 1. num. 33.* Sed ab hac ſententia recedunt alij, exiſtimantes hanc clauſulam, toties, quoties, ſe porrigere in infinitum; adeo quod monendum cenſet notarium Paul. Caſtrenſis, *ad l. duobus §. quod ſi reus, ff. de iureiur.* vt promittere faciat de ſiſtendo toties, quoties, & quod pœna ſemel committitur tantum, niſi id actum ſit, vt in ſingulis cauſis toties committatur, quoties contrà fieret *l. ſi duo §. fin. ff. de recept. arbi.* Nam, vt ait Imola, *conſ. 25.* toleratur infinitum, quando ex partium conuentione, vel legis permiſſione procedit: *l. 1. §. 1. ff. ſi fam. furtum feciſſe dicat.* Eadem contentio eſt, de his verbis admodum generalibus, Quandocunque, ſemper, perpetuò, & ſimilibus, quæ etſi ſint effuſa, atque omnia comprehendere videantur: continent tamen reſtrictionem aliam veriſimilem ex mente loquentis. Dotis enim cauſa (vt ait Vlp.) ſemper & vbique præcipua & fauorabilis eſt, *l. 1. ff. ſolut. matr.* dictio tamen, Semper, præſcriptionem non tollit, *l. in rebus §. vlt. C. de iure dotium,* & qui ſtatu liberum tradit (inquit) niſi dixerit eum ſtatu liberum eſſe, euictionis nomine perpetuò obligatur, *l. minor. §. pater. ff. de euictio.* & tamen ſatis conſtat ei actioni triginta annis præſcribi, ſicut & actiones perpetuas vocamus etiam eas quibus triginta vel quadraginta annorum ſpacio præſcribitur, quodque Imperator ait, ſemper ruſticitati fuiſſe conſuetum, *l. vlt. C. de teſtam.* multis in locis reſtringitur, ac limitatur. *glo. in l. vlt. C. de iur. & fact. ignor.* Et quod dicitur debitorem quandocumque ſoluendo, recuperare pignus ſub pacto legis commiſſoriæ datum: intelligitur niſi effluxerit tempus triginta annorum. Sed tamen in contrarium facit, quod actioni perſonali, quæ alicui ex permiſſione facta de dando vel faciendo rem aliquam ad omnem ipſius requiſitionem competit, non præſcribitur, *Fulgoſ. conſil. 123. Brabat. conſ. 18. lib. 3.* Et licet actio redhibitoria temporalis ſit, ſi tamen conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, valet hæc conuentio. Ex quo Baldus, *l. quid ſi nolit §. ſi quid ita ff. de ædil. edicto.* & Angelus *ibi.* reſpondent, quod vbi in promiſſione apponitur verbum quandocumque, vel perpetuò, non currit præſcriptio ſtatutaria vel legalis, *l. 2. Cod. de pact. intere mp. & vend.* Nam qui promiſit quandocumque præſtare, cum ſciat ſe ad hoc eſſe obligatum, nullo tempore hac mala fide præſcribere poſſit, *cap. vlt. de præſcrip.* deciperetùrque aduerſarius, qui fortaſſis non erat cum eo aliter contracturus, *l. vlt. Cod. de pact. inter empt. & vend.* & alioqui omninò futurum eſt, vt iſtiuſmodi verba nihil penitus operentur. *Bal. & Ang. ad l. 1. C. ne rei. domi.* Sunt qui putant,

per huiuſmodi verba, ordinariam quidem præſcriptionem excludi, immemorialis verò temporis non excludi, quod alijs diſplicet, *glo. in clem.1. de foro compet. & in clem. ſi vna de reb. eccl. non ali.* qui malunt, quod in iuribus, quæ regulariter non tolluntur quadraginta annorum ſpacio, vt verba iſta aliquid operentur, videbitur inductum, vt nec præſcriptio quoque immemorialis currat. Sed ſi apponantur iuribus, quæ quadraginta annorum ſpacio præſcribuntur, non videbitur hæc immemorialis temporis præſcriptio eſſe ſublata: quia ſatis ea verba operantur, præſcriptionem illam tollendo, *Aretinus ad l. cum ſtipulatus ſim. à Proculo ff. de ver. obl. Panor. in c. 1. de præſcript.* Atqui Tiraquellus, *de retrac. conuen.* §. 1. *gl.* 2. *num.* 26. in iudicio pro illa priore ſententia pronunciatum eſſe affirmat, eamque conſcientiæ noſtræ aptiorem eſſe contendit. Alciatus, *ad l. petens. C. de pactis.* neque vlla mala fides in promiſſore culpari poteſt, cum promiſſio intelligi debeat ſecundùm ius, & inconueniens non eſt, vt quod tacitè intelligebatur, verbis exprimatur, nec aliud operetur, iuxta illud vulgare axioma: quod expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, *l. 3. ff. de leg. 1. l. non rectè. C. de fideiuſ.* eadem penè eſt diſputatio de vniuerſali iſta dictione, Omnis, quæ etſi ſit generaliſſima: reſtringitur tamen ad veriſimilem mentem loquentis, & ad ea quę ſolent eſſe de natura actus, *Barto. in l. qui habebat. ff. de leg.* 3. Vnde per hanc clauſulam merum imperium conſiſtens in regalibus, non cenſetur eſſe tranſlatum, etiam ſi additum eſſet verbum generale, omnis iuriſdictio, *doct. d. c. 1. quæ ſint regal.* & Rex donans caſtrum cum omni iure ſuo, non cenſetur conceſſiſſe ius regium: quia de tali iure veriſimiliter non videtur eſſe actum, *Abbas. ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ.* de quo plura notant Alciatus, *ad c. quod ſedem. n. 43. de offic. or.* & Iaſon, *ad l. ſed & ſi quid. §. quæſitum ff. ſi quis caut.* Sic & clauſula, non obſtantibus quibuſcunque priuilegia in corpore iuris clauſa non tollit, *l. decurionibus & ibi. gl. C. de ſilentia. lib.* 10. neque ad ea porrigitur, de quibus in ſpecie aliter erat conſtitutum, *Iaſon conſi.* 102. *lib.* 4.

9 † Amplia tertiò, etiam ſi generali conceſſioni eſſet adiecta clauſula motus proprij quia verba generalia derogatoria, non ſufficiunt ad derogationem iuris patronatus laicorum, etiam ſi adeſſet clauſula motus proprij, *Rebuffus in ſua praxi benef. in 3. part. ſignat. num.* 9. Et quantumuis diceretur in literis Pontificis, non obſtante iure patronatus laicorum: quia motus proprius non firmat contractum contra præſumptam voluntatem concedentis, quæ eſſe præſumitur, ne tertiò præiudicetur; & ſi aliter factum ſit, id vel imperitiæ vel errori notariorum aſcribitur, vel certe cenſetur Princeps eſſe circumuentus, de quo plurima vt ſolet, obſeruat Felynus *in tract. quando litera Apoſt. noceant. patrono eccleſiæ.*

Amplia quartò, etiam ſi alia verba generalia ſequentium reſtrictiua præcedant, nam ſi præcedat aliud ſtatutum, quo caueatur, quod verba ſequentis ſtatuti debent intelligi generaliter, præcisè, ad corticem verborum, ſeu ad literam ſine vlla interpretatione ſub maxima pœna: non tamen continetur caſus, de quo in ſpecie ſtatuentes idem conſtituere veriſimiliter non voluiſſent, *Præſes in loco abſurd. col. 3. verſic. & iſtud eſt verum.* Vnde ſi ſtatutum generale diſponat, quod quicumque excuſſerit ſanguinem in platea puniatur: barbitonſor qui extraxit ſanguinem imperio medicorum, non continetur, *Bart. ad l. non dubium. C. de legi.* cum in eo non poſſit argui culpa nec dolus, tametſi, vt refert idem Iaſon, *in l. quamuis & ibi Alber. ff. de in ius. voc.* aliquando acciderit, quod apud imperitos ruſticos, eiuſmodi barbitonſor propter ſtatuti generalitatem & prohibitam eius interpretationem, fere capitis periculum fecit.

Amplia quintò, vt locum habeat, etiam ſi illa generalitas fuerit geminata. Nam licet geminatio ſeu multiplicata reiteratio actus, importet firmitatem conſenſus, & diuerſitatem iuris ab actu ſimplici, *l. quinquaginta. ff. de probat. l. Baliſta. ff. ad Trebell.* & tantum operatur quantum conſenſus iuratus, *Panor. in ca. cum contingat. de iureiuran.* tamen, vt ſuperius dictum eſt, deliberatus & bene compoſitus animus, multa tacite excipit, ſecumque tenet, de quibus ne aduerſarium quidem ſentire arbitratur.

† Ratio verò dubitandi eſt, primò ex eo, quod vt ſuperius dictum eſt, contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt facienda interpretatio, *ca. contra eum. ſup. eod.* & quia liberum ei fuit, verba late concipere, ſecundùm aduerſarium eius interpretamur, adeò vt audiendus non ſit, ſi verba ſua generaliter prolata, poſtea, & inuito aduerſario, veriſimilitudinis aliqua reſtrictione velit coarctatur. Alioqui enim in ſua poteſtate foret, cauſam & ſolutionem differre, & interiecta huius reſtrictionis exceptione, longa lite aduerſarium trahere, potiùs verò ei dicendum eſt, quod nullo auxilio dignus eſt, qui ſe vltro coniecit in tantam neceſſitatem, *l. ſtipulatio iſta §. in ſtipulatione ff. de verb. oblig.* Secundò ex eò, quod tam in contractibus, quam in teſtamentis & cæteris hominum actionibus, caſus omiſſus habetur pro omiſſo, *l. ſi commodiſſime ff. de liberis & poſthu. l. poſt dotem ff. ſolut. matr.* & propoſitum in mente retentum nihil operatur, *l. ſi repetitum C. de condic. ob cauſam.* ſed animi cogitatio, quę in lucem non producitur, cenſetur eſſe abortiua, eſtque tanquam poſthumus exiſtens in vtero, qui niſi naſcatur, & in lucem proferatur, nihil eſt, *l. vlt. C. de poſth. hæred. inſt. Bald. ad l. 1. C. qui admitt. ad bonor. poſſe. & c. col. 9. verſ. cura ſecundum.* Ideoque Celſus, quicquid (inquit) aſtringendæ obligationis cauſa dictum eſt, id niſi palam verbis exprimatur, omiſſum eſſe, intelligendum eſt, *l. quicquid. de verbo. oblig.* Et, vt ait Iuſti-

Iuſtinianus, *l. vnica.* §. *fin. autem ad deficientis C. de cad. tol.* ſi contrarium volebat teſtator, nulla erat difficultas ſcribere. Quaſi dicat, quod, vt eſt apud Labeonem, verba ad hoc inuenta ſunt, vt mentem noſtram exprimant, & non exiſtimatur quiſque dicere, quod non prius mente excogitauit. *l. labeo ff. de ſupell. legat.* Et ideò non eſt credendum teſtatorem quicquam velle, niſi id quod expreſſit. *Socynus conſ.* 4. *lib.* 4. *Iaſon conſ.* 140. *lib.* 2. & cum actus exterior requiratur ad declarandum interiorem animi motum, ita vt non ſufficiat eſſe in intentione, niſi ſit in diſpoſitione, *l. quidam cum ſolum. ff. de hæred. inſtit. c.* 1. *de eo, qui mittit. in poſſeſ.* finibus verborum, veluti ad demonſtrationem voluntatis deſtinatis, debemus eſſe contenti. *Baldus conſ.* 182. *lib.* 1. Quomodo & Cicero, *lib.* 2. *de Inuent.* Scriptori, inquit, neque ingenium, neque opera, neque facultas vlla defuit, quominus poſſet apertè ſcribere id, quod cogitaret, nec fuiſſet ei graue nec difficile, certam aliquam cauſam excipere, ſi quicquam excipiendum putaſſet. Tertiò ex eo, quòd tantum operatur & præiudicat generalis & effuſa locutio quantum ſpecialis enumeratio omnium ſpecierum, ſub eo genere comprehenſarum: *l. ſi chorus. ff de eo leg.* 3. *l. ſi duo ff. de adm. tut. l. om. C. de præſc.* 30. *vel* 40. *ann. l. omnes C. de quadri. præſcrip.* quia ſpecialia generalibus inſunt, *l. ſemper generalibus ff. eod.* etiam in rebus odioſis, *Ang. ad l. vlt. ff. de conſtit. princi.* & ratione generalitatis ceſſante, *Cor. conſ.* 239. *num.* 25. *lib.* 1. & quin generaliter loquitur, omnis rei quæ ſub genere illo continetur, meminiſſe cenſetur, *Aret. conſ.* 33. *Socynus conſ.* 142. *in fin.* ſaltem in genere, quod ſufficit. *l. qui iure. ff. de teſtam. milit.* Vix enim quiſquam eſt, qui non cogitare poteſt, aliquid euenire poſſe in poſterum, cuius nunc in præſentiarum non eſt memor, vel quæ hoc tempore in mentem eius non cadunt. Quartò ex eo, quod ſicut plus operatur expreſſum quam tacitum, *l. expreſſa eod.* ita fortius debet operari generalis locutio expreſſa, quam tacita animi cogitatio de qua non apparet.

Quintò ex eo, quod non eſt veriſimile, eum qui tranſegit in ſpecie de his quæ ignorat tranſigere voluiſſe vel tranſegiſſe, *l. cum Aquiliana. ff. de tranſactione.* & tamen ſub prætextu ſpecierum poſt repertarum, vel nouorum inſtrumentorum, de quibus ante apparebat, tranſactio generaliter concluſa & peracta, reſcindi non poteſt, *l. ſub prætextu* 1. *&* 2. *C. de tranſ.* ſed ſibi imputare debet, qui reum generaliter liberauit, & de huiuſmodi ſpecie vel inſtrumentis actum non eſſe, allegare non poteſt: quia potuit cogitare aliquas ſpecies vel res forte penes eum eſſe, quas ipſe non agnoſcit. Eodem modo poſt conceſſam actori generaliter dilationem ad probandum: ſuper petitis ſecuta generaliter ſententia, amplius non audietur, *l. Titia ff. de accuſat. l. ſi & C. qui accuſ. poſſ.* quia tali caſu ſententia ad eas quoque ſpecies referri poſſet, quas proſequi actor neglexiſſet, *l. properandum.* §. *etſi quidem. & ibi Alciat. C. de iudicijs.*

† Ratio verò decidendi eſt, quod actus agentium non debet egredi eorum intentionem, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* iuſtumque eſt voluntates contrahentium & diſponentium, magis quam verborum conceptionem inſpicere, *l. in conuentionibus ff. de verb. ſignif. l. vlt. C. quæ res pign. obli. poſſunt.* etiam ſi coniecturatæ tantum ſint, & veriſimili opinione conſiſtentes. *l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* quandoquidem, vt ait Cicero, *in orat. pro Cæcinna.* verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem. Adde quod generalitas plerumque apponitur cum parua cognitione, ſæpiſſime quidem ex quadam conſuetudine notariorum, magis quam quod ita partes conueniant; *Ang. conſ.* 253. *Card. conſ.* 110. & vt ait Alberic. *l. ita fidei. ff. de iure fiſci.* generalitas parit obſcuritatem, multaque venire poſſent in generalem renunciationem, quibus contrahentes, ſi inſtructi & interrogati fuiſſent, non renunciaſſent, *d. l. cum Aquiliana.* vt merito olim dixerit Vlpianus, *ibi.* quod liberalitatem captioſam (loquitur enim de generali) interpretatio prudentum fregit, vt ſcilicet etiamſi ſit generaliſſima, tacite tamen ab hac quædam intelliguntur eſſe excepta. Porrò autem id quod primo loco controuertitur, ita diſſolui poteſt, quod, vt ex Oldrado *conſ.* 115. tradidit Tiraquellus, *ad l. ſi vnquam. in priu. nu.* 54. licet contra proferentem fiat interpretatio, tamen primo loco inſpiciendum eſt id, quod eſt veriſimilius, etiamſi ſit pro proferente, *l. in fundi. ff. qui pot. in pig. hab. l. inſpicimus ff eod.* Nulla enim vel eſſe vel dici poteſt obſcuritas illius actus, quem lex ipſa, tacita quadam explicatione illuſtrat, & cui ipſa, ex præſumpta mente agentium, illuminationem adijcit. Eoque etiam pertinet, id quod ſecundo loco diſputatum eſt. Nam quod caſus omiſſus habetur pro omiſſo, ita accipiendum eſſe veteres tradiderunt *in d. l. commodiſſime*, niſi caſus omiſſus eſſet talis, in quem teſtator vel contrahens vel idem vel aliter conſeruiſſet, ſi de eo cogitaſſet. *l. Titius* §. *Lucius ff. de lib. & poſth.* Tunc enim non habetur pro omiſſo, ſed diſpoſitio facta in vnum caſum, extenditur vel non extenditur ad alium, ſi ex coniecturis colligi poteſt, quod idem diſpoſuiſſet vel non diſpoſuiſſet in alio caſu, ſi fuiſſet interrogatus. *latiſſime Iaſon ibi.* Et ideò non ſine cauſa hæc duo æquiparat iureconſultus; videlicet ea quæ voluit teſtator, & ea quæ veriſimile eſt eum voluiſſe. *l. cum res de leg.* 1. *l. non aliter ff. de leg.* 3. Vnde quod ait Iuſtinianus: Si contrarium voluiſſet teſtator, nulla erat difficultas ſcribere: eodem modo intelligi debet, ſcilicet quando eius voluntas veriſimiliter non apparet, ſed planè in obſcuro latitat, & propoſitum in mente retentum eſt, vt ne ſcintilla quiden illius vnquam appareat, & nihil omnino eſt, ex quo aliud actum fuiſſe præſu-

mi poteſt. *Salic. & Bald. ad l. ſi repetenti.* Nam alioqui expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, vel aliunde colligi poſſunt nihil operatur, *l. cum quid ff. ſi cert. pet.* & licet verba inuenta ſint, vt cogitationes noſtras exprimant, non tamen illis ſolis animi noſtri affectio ſignificatur; ſed præterea quoque alijs ſignis & indicijs, *l. 3. ff. de teſtib. l. de minore. ff. de quæſtio.* quod ſufficit. Porro autem ad tertiam obiectionem quod attinet, in confeſſo eſt, quod generalitas quo ad excluſionem vel incluſionem alicuius rei, tantum operatur, quantum ſpecialis expreſſio. Sed hoc ita, ſi modo eadem ſit ratio: ſi lex contrarium non diſponat: & ſi veriſimile eſt aliud cogitatum non fuiſſe, *Bart. ad l. ſi duo. ff. de admin. tut. Alber. Alex. & Caſt. ad d. § quæſitum.* Quomodo & Bald. ait: *ad d. l. tres fratres. ff. de pactis.* in generali locutione omnia contineri quo ad naturam verborum, ſed tamen ex æquitate legis & natura actus, induci reſtrictionem, verbaque quantumuis generalia, improprie idcirco accipi & coarctari, *l. inſulam. ff. de præſcript. verb.* Quamuis enim quis cogitare poſſit caſum aliquem euenire poſſe, de quo in præſentiarum non meminit: non tamen veriſimile eſt, quod indiſtinctè ad eum caſum
12 ſe voluerit obligare. † Neque etiam mouet id, quod quarto loco de tacito & expreſſo dicitur: quia non ſemper verum eſt, quod plus operatur expreſſum, quam tacitum. Variè enim de his reſpondent conſulti. Aliquando dicunt non expreſſa non nocere, *l. expreſſa. ff. eod.* aliquando omiſſa nocere, *d. l. quicquid.* aliquando omiſſa prodeſſe, *l. actus. ff eod.* aliquando retenta nihil operari, *d. l. ſi repetenti.* Quinimo tacitum in iudicio tantum operatur, quantum expreſſum. [*v. ſupr. Peck. in c. qui tacet. per tot.*] quia illud iudex officio ſuo ex æquitate ſupplere debet, *doct. ad d. l. cum quid.* Sed quæ ſit cognatio & differentia inter tacitum & expreſſum, alterius loci eſt, nobis ſuffecerit eandem eſſe cauſam vtriuſque, quando veriſimile eſt ex natura rei, ex conſuetudine loquentis, ex præcedentibus & ſequentibus rebus vel aliunde tacitè quid actum eſſe, quod expreſſum non fuit; *l. Titia. ff. de verb. oblig.* Sed nec poſtrema dubitatio turbat: Nam quod dicitur non reſcindi generalem tranſactionem prætextu ſpecierum nouiter repertarum, ita verum eſt, ſi ſaltem in genere, licet non in indiuiduo, de his cogitatum fuit, aut cogitari potuit, quod qua ratione fieri poſſit, alio loco tradunt interpretes, *ad d. l. tres fratres.* neque propriè huc pertinet, ſed aliunde petendum erit, *Alciat. ad d. l. ſub prætextu in fi. Felyn. ad c. cum ſuper de offic. deleg. Socyn. conſ. 93. lib. 4.*

REGVLA LXXXII.

Qui contra ius mercatur, bonam fidem habere non præſumitur.

1. *Bonus quilibet eſſe præſumitur.*
2. *Præſumptio delicti vnde deſumitur.*
3. *Ampliationes huius regulæ.*
4. *Statutum & lex æquiparantur.*
5. *Scire & ſcire debere, ſunt paria.*
6. *Rationes dubitandi.*
7. *Ratio decidendi.*

TAmetſi teſte Vlpiano, qui aliquid dolo factum eſſe dicit, dolum admiſſum eſſe docere debet. † quia naturaliter quilibet eſt 1
bonus, [*Peck. ſup. ad reg. ſemel malus, ſub num. 8.*] & delicti præſumptio capi non debet, *l. merito. ff. pro ſocio.* ſubinde tamen fit, quod rebus aliter poſtulantibus, atque in diuerſam partem ſpectantibus, contraria præſumptio deſumitur, † & malæ fidei ſuſpicio ori- 2
tur ex tempore, *l. ſatis. C. ad l. Cornel. de fal.* ex loco, *§. penult. in authent. vt nulli iudic.* ex præcedente denunciatione, *l. ſi fundum. C. de rei vend.* ex perſonæ alterius interpoſitione, *l. pupillus. §. fi. ff. de auth. tut.* ex eius quod quis facere debuit omiſſione, *l. ſi procurator. §. dolo ff. mand.* ex bonorum omnium vel maioris partis alienatione, *l. omnes. ff. quæ infra. cred.* ex eiuſdem rei geminata exactione, *c. 1. infr. eod.* ex non ſeruata ſuperioris iuſſione, *l. non poteſt dolo. ff. eod.* ex perſeuerante improba petitione, *l. 2. ff. de doli mal. except.* ex peccandi conſuetudine, *l. ſi ſeruus. ff. de hæred. vend.* ex obſcura & intricata locutione, *l. aut. qui. §. 1. ff. quod vi aut clam.* ex nimium ſperata ſucceſſione, *l. 1. & fi. C. vbi pupill. educari debet.* ex facti qualitate, *l. dolus. C. de reſcind. vend.* ex rei quantitate, *l. cum hi. §. modus ff. de tranſact.* ex perſonarum conditione & coniunctione, *l. vn. C. ſi quis Imp. male. l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ.* & ſimilibus alijs, quæ fuſè explicat Albericus, *ad l. dolum. C. de dolo.* Inter omnes tamen præcipuus fere eſt modus colligendi præſumptionem malæ fidei, in eo qui contra iura mercatur, [*Peck. de amort. c. 15. num. 4.*] veluti ſi à minore emat ſine decreto, *l. 2. ff. de vſucap. pro empt.* ſi rem eccleſiæ non obſeruatis ſolennibus compareт, *d. l. iubemus*, ſi ſeruum aſcriptitium ſine terra, cui colendæ deputatus eſt, acquirat, *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſitis.* ſi ex manu laici eccleſiam accipiat, *c. ſi quis deinceps. 16. q. 7.* ſi denique pro collatione ſeu inſtitutione beneficij pecuniam habeat, *c. non ſatis. de ſymonia.*

† Amplia primò hanc regulam, ſiue lo- 3
quamur

quamur de iure ciuili, ſiue de iure naturæ. Etenim ei qui contra ius naturæ mercatur ſeu agit, etiam ſi ruſticus ſit, non parcitur, *l. venia. C. de in ius voc.* ideoque quod dici ſolet, quamlibet cauſam etiam iniuſtam excuſare à dolo. *l. igitur.* §. *poteſt. ff. de liber. cauſa.* intelligitur inquit Alciatus, *regul.* 3. *præſum. cap.* 30. *num.* 6. dummodo non ſit iniuſta: vtpote quia eſt contra ius prohibitiuum, vel naturale vel ciuile notorium & indubitatum.

Amplia ſecundò, in eo qui contra ſtatuta mercatur. Illud enim perpetuum eſt, quod tam hi qui contrahunt, non obſeruatis ſtatuti ſolennibus, quam hi qui mercantur non ſeruatis iuris communis formulis, malam fidem habere præſumuntur, *Tiraq. de retr. ad fin. tit. num.* 43. *gl. ad l.* 1. *C. de fid. inſtr. lib.* 10. *& in c. fin. de conſtit.*
4 *hoc lib.* 6. † quia lex & ſtatutum æquiparantur, *d. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* nec quicquam aliud eſt ſtatutum, quam ius municipale, legis vim continens, & pro lege habendum, *l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.*

Amplia tertiò, non ſolùm in eo qui ſcienter mercatur contra ius, verum etiam in eo qui errat in iure, quantum ad præſcriptionem & vſucapionem impediendam. Numquam (inquit Iulius Paulus) in vſucapionibus, iuris error poſſeſſoribus prodeſt, *l. numquam.* 2. *ff. de vſucap.* Vnde ſi putas pupillis licere ſine tutoris authoritate res ſuas adminiſtrare, non capies vſu *d. l.* 2. §. *ſi à pupillo.* quia iuris error nulli pro-
5 deſt, eoque reſpectu paria ſunt, † *Scire & ſcire debere.* & tam in culpa eſt qui ſcire debuit, quam qui ſciuit, *l. quod te. ff. ſi certum pet.* & titulus putatiuus non ſufficit, ſi non exiſtit iuſta cauſa putandi, cuiuſmodi non eſt iuris error, adeò vt plerique exiſtiment, etiam longiſſimi temporis præſcriptionem hac ratione impediri, *c. dudum de decim.* quando ius quod ignoratur, actui reſiſtit, de qua re tamen in vtramque partem diſputant Felynus, *ad c. de quarta. de præſcrip.* & Franciſ. Baldus, *ad l. Celſus. n.* 20. *ff. de vſucap.*

Amplia quartò, vt locum habeat, etiam ſi quis ſolùm putet ſe mercari contra ius, & tamen in veritate non mercatur contra ius. Nam (vt Pomponius ait) ſi quis id quod poſſidet, non putat ſibi licere per leges vſucapere: dicendum eſt, etiam ſi erret, non procedere eius vſucapionem; vel quia non bona fide videtur poſſidere, vel quia in iure erranti non procedit vſucapio, *l. ſi fur.* § *ſi quis. ff. de vſucap.* Etenim cum omne quod non ex fide eſt, peccatum eſt, *c. fi. de præſcript.* plus valet hoc caſu quod in æſtimatione eſt, quam id quod in re eſt, *d.* §. *ſi à pupillo.* Ex quo Pomponij reſponſo verum eſſe colligimus, quod alio loco expreſſiùs decidunt canones, *c. per tuas.* 2. *de ſymon.* erroneam & nimium ſcrupuloſam conſcientiam, hominem ligare, malamque fidem & peccatum, ſi contraueniat, conſtituere. Licet enim verè peccatum non ſit, quia tamen exiſtimat eſſe peccatũ, & nihilominùs facit, & oſtendit procacem & rebellem ſuum animum, & ad committendum delictum paratum, *Panorm. ibid. num.* 4. An igitur homo peccatum poſſit facere quod peccatum non eſt? Ego quæſtionem illam Theologis diſputandum relinquo. Mihi homini Iureconſulto ſatis eſt, quod ex ſacris canonibus didici, quod cùm ex corde procedant delicta: reſpicit Dominus animum delinquendi, etiam vbi cum effectu peccatum admiſſum non fuit, *Gloſſ. & Ioannes de Platea ad d. l. quemadmodum.*

Amplia quintò, quòd quando quis mercatur contra iura exurgit hinc præſumptio iuris & de iure, quæ probationem in contrarium non admittit. Ea enim eſt natura huius præſumptionis, quod ius firmum inducit, & pro veritate habetur, *c. is qui fidem. de ſponſal.* Quod amplius eſt, ſunt qui arbitrantur, nec minorem quidem viginti quinque annis reſtitui poſſe, ſi de hac noſtra præſumptione quæſtio incidit, & ſi lex actui quem gerit reſiſtit, nimirum propter præſumptum eiuſmodi dolum, qui hoc beneficio indignus eſt, *c.* 2. *de reſtit. in integrum.* Sed contra Alciatus *ad l.* 1. § *nunciatio num.* 36. *ff. de noui oper. nunciat.* cum alijs exiſtimat, allegationem alicuius coloris, qui dolum excludit, minori permitti poſſe, ſicut & multa alia huic illius ætati, quæ multis captionibus eſt ſuppoſita (vt ait Vlpianus *l.* 1. *ff. de mino.*) aduerſus communes regulas permittuntur, quorum & illud vnum, nec ab hoc loco alienum eſt, quod is qui cum minoribus contraxit, probare debet ſolennitatem iuris interueniſſe, & ſe contra ius mercatũ non eſſe, ſi fortè ab aduerſario fuerit negatũ, *l. quæcunq; in fi. ff. de pub. in rẽ act.*

Amplia ſextò, vt etiam in foro animæ ſeu conſcientiæ, locum habeat hæc regula, quia leges humanæ ſi ſint rectæ & iuſtæ, non ſolùm religioſè ſeruandæ ſunt, ſed & noſtras quoque conſcientias obſtringunt, *c. qui reſiſtit.* 11. *quæſt.* 3. *Bald. ad c. in omni. De teſtib.* Contrarium tamen in propoſito verius eſt; quia quando lex fundatur ſuper præſumptione, vt hic, ceſſat, quod ad Deum, cum omnia ſciat, *Gloſſa & Dd. ad cap.* 1. *&c. Quæ in eccleſiarum. de conſtitut. Rebuff. ad conſtit. regias in proœm. gloſſ.* 5. *num.* 125. Ideoque licet ſponſalia de futuro tranſeant in matrimonium, ſi copula ſequatur, *d. c. is qui & c. veniens.* 2. *de ſponſal.* quippe quod eccleſia ex illa coniunctione conſenſum coniugalem præſumit, adeo vt probatio in contrarium, quo ad forum iudiciale ſeu exterius, non admittatur; tamen in foro animę, *c. Tua nos. de ſponſal. Dd. ad d. c. is qui fidem.* creditur ſponſo, ſi dicat, ſe ad ſponſam affectione fornicaria, non coniugali acceſſiſſe.

† Ratio verò dubitandi eſt, primò ex eo, 6
quòd iuris errore lapſus, non ſolùm extra omnem malæ fidei præſumptionem eſt, verum etiam tanquam bonæ fidei poſſeſſor, fructus ſuos facit. Veluti ſi putauit teſtamentum quod inutile erat, legitimè eſſe factum, vel cum alius eum præcederet agnatus, ſibi potius quam

illi credidit hęreditatem deferri, *l. Sed etſi lege. §. ſcire autem. ff. de petit. hære. l igitur. §. poteſt ff. de liber. cauſa.* Secundò ex eo, quod Leo Imperator, ei qui contra iura poſſeſſiones mercatus eſt, actionem concedit, *l. 1. C. Non licere habitatorib. lib.* 11. Et tertiò ex eo, quod ſi à pupillo emerem (inquit Paulus) ſine tutoris authoritate, quem puberem eſſe putem: vſucapionem ſequi dicemus, *d. §. ſi à pupillo.* Quartò ex eo, quod donatio inter virum & vxorem prohibita eſt, *l. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* & tamen ſi vir vxori, vel vxor viro donauerit, Pomponius ex Trebatio reſpondet, vſucapionem (quę tamen ſine bona fide nulla eſt) poſſidenti prodeſſe, *l. ſi vir vxori. ff. de vſucap. pro dot.* Quintò ex eo quod is qui à Prælato eccleſię titulo donationis maiorem pecuniæ quantitatem, etiam in piam cauſam accepit, quam lex permittit, præſcriptione defenditur, *c. Apoſtolicæ. de donat.* Sextò ex eo, quod lex vetat de manu laicorum eccleſiam recipi, *dict. cap. ſi quis deinceps.* is tamen qui ſic contra legem accepit, longi temporis præſcriptione tutus eſt, *paſtoralis de iure patron.*

7 † Ratio verò decidendi eſt, quod mala fides nihil aliud eſt, quam læſa conſcientia, quæ accuſat & conuincit aliquem facere id quod non debet, vel non facere quod debet. Illæſa autem vix eſſe poteſt in eo, qui contra iura mercatur, & legi (quę Dei ordinatio eſt) non obtemperat. Neque refragatur huic prima dubitatio; quia licet error iuris in bona fide poſſeſſorem non conſtituat; efficit tamen ne malæ fidei eſſe videatur, quod ad fructuum acquiſitionem & longiſſimi temporis præſcriptionem ſatis eſt, *d. §. poteſt. Alciat. ad l. bonæ fidei. num. 3. ff. de verb. ſignif.* Et licet in præſcriptione ſeu vſucapione bona fides omnino requiratur, *c. Poſſeſſor. ſup. eo.* in acquiſitione tamen fructuum qualis qualis poſſidendi occaſio, ſi non omnino improba ſit, ſufficit, & quantum ad hoc attinet, non præſumitur quis in dolo eſſe, licet errauerit in iure, ſi dolo caret, & aliquo modo dubitet, *l. 3. §. genera. & ibi gloſſa. ff. de acqui. poſſ.* Quod autem dicitur errorem iuris non prodeſſe ad lucrum faciendum, *l. quamuis. C. de iur. & facti ignorant.* nihil eſt: tum quia (vt Baldus ait, *in d. §. ſcire.*) fructus induſtriales non videtur habere ex cauſa lucratiua, ſed ex cultura & cura, *§. ſi quid à non domino. Inſtit. de rerum diuiſ.* tum quia (vt Angelus *ibi* putat) error iuris prodeſt quoad lucrum in retinendo, in agendo non item, niſi forte is qui agere inſtituit, peritiores conſulere non potuit, aut niſi lucrum penes ignorantem effectualiter non eſt remanſurum. Et hęc quoque Alciato *reg. 3. præſumpt. cap.* 30. probantur. Cui non eſt abſimile, quæ malæ fidei præſumptio non capitur aduerſus eum, qui mercatus eſt contra ius dubium, intricatum, ſeu multipliciter intelligibile, quia error eiuſmodi iuris æquiparatur errori facti, & præſcribendi cauſam præſtat, *c. cum dilectus, & ibi gloſſa. de conſuet. Bald. ad d. l. Celſus num.* 17. Secunda quoque dubitatio non obſtat: quia vt alios *Ioannem de Platea ad d. l. quemadmodum.* ſecutus ait Alciatus, *dict. l. venia. num.* 29. loquitur ibi lex de ruſtico, qui ſi per ſimplicitatem ſeu imperitiam, quæ in eo eſt, vel certe eſſe deberet, aliquid aduerſus legem mercatus fuerit, veniam meretur: Vel (vt alij exiſtimant *Gloſſ. ibidem*) error prohibitionis factæ, in damno vitando non nocet. Quod vero tertio loco controuertitur, hanc rationem habet, quam & Caſtrenſis quoque probat, *ad d. §. ſi à pupillo.* quod in re aliena & mobili, de qua illic agitur, & in qua diſtrahenda non requiritur decretum iudicis, ſatis eſt, emptorem vſucapere volentem, iuſta ratione credidiſſe, quod venditor ætatem pupillarem exceſſerat, *arg. l. 3. ff. ad S. C. Macedon.* adeò quod licet contractus cum pupillo initus, etiam ſi iuſtus error interceſſerit, quoad eius præiudicium non ſubſiſtat: reſpectu tamen tertij veri domini, cuius negligentia conſideratur penes quemcunque res ſit, prodeſt, & maxime quidem ſi iuſtus error concurrat. Nam cum bona fides adiumento ſit vſucapioni; vtique in omni cauſa, ex qua vſucapio ſequi prodeſt, ſemper plus in opinione quàm in re eſt, *l. cum qui. ff. de public. in rem action.* Sunt tamen qui de re pupilli, quæ iure veteri alienationem admittebat, agi poſſe exiſtimant. Sic nec quarta quoque mouet dubitatio, iuris enim prohibitio ad eas duntaxat donationes pertinet, ex quibus donatarius locupletior, & is qui dedit, pauperior fierit, *d. l.* 1. ne ſcilicet coniuges amore mutuo ſe inuicem ſpoliarent. Ideoque non poteſt videri rei alienæ donatio eſſe prohibita, cum ex bonis donantis coniugis nihil diminuatur. Quintò quoque non obſtat id, quod de donatione à Prælato eccleſiæ facta dicitur: Neque enim aliter permittitur præſcriptio in propoſita facti ſpecie, quam ſi monaſterium quod amplius receperat, quam lex permiſit, in facto errauit; vt quia credidit plus datum non eſſe, & eccleſiæ epiſcopalis fructus multo ampliores eſſe; ſecus ſi in iure erraſſet, ſibique amplius recipere licere putaſſet. Error enim facti præſumptionem non impedit, error vero iuris impedit: quia cum ius finitum ſit, certiſque regulis concludatur, vt ignorari non debeat, *l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib.* facta infinita ſunt, quæ facile iuſtam ignorantiæ cauſam admittunt. *c. ignorantia ſupra eo D. Anton. & Panor. ad d. c. Apoſtolicæ.* Ad poſtremam quoque dubitationem reſponderi poteſt, quod (vt ait Dominus Cardinalis) religioſi qui acceperant eccleſias ex manu laici, errabant in facto, habebantque iuſtam cauſam cogitandi, quod conſenſus epiſcopi ibi interuenerat, forte quod oſtendebantur illis literæ falſæ, quæ videbantur continere eundem conſenſum, vel quia intellexerant à viro fide digno illum interueniſſe, quia talis probabilis credulitas dat iuſtum titulum præſcribendi;

Bart. ad d. l. Celſus. quemadmodum ſi vir grauis dicat ſe abſolutum àb excommunicatione, poſſum illi credere, & ſi ei, licet mentiatur, communico, non incido in excommunicationem minorem, *Tiraq. de pœnis. cauſa.* 51 *.nu.* 33. neque puniri debent teſtes pœna falſi, qui depoſuerunt ſe quid ſcire, quia à viro optimi nominis id audiuerunt, cui credere potuerunt, *gloſſa in c. vlt. de accuſat.* excuſanturque à calumnia hi, qui inſtigantibus viris magnis & probis, accuſant, *Dd. ad l. athletas. ff. de his qui notant. infam.* Alij tamen putant, quod licet ipſi clerici qui acceperunt eccleſiam à manu laici, non poſſunt præſcribere, ſucceſſores tamen eorum iuſtam ignorantiæ cauſam habentes, poſſunt. Et licet mala fides defuncti nocet ſucceſſori vniuerſali, *l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. præſcrip.* non tamen ſucceſſori in Prælatura; quia licet aliquando hi æquiparentur, *c.* 1. *de ſolutio.* hic tamen manifeſta eſt differentia: quia hæres eſt eadem perſona cum defuncto, *l. hæred. ff. eod.* ſucceſſor in dignitate non eſt: hæres omne ius ſuum à defuncto habet: ſucceſſor in dignitate non à defuncto, ſed à capitulo vel à ſuperiore, qui eum promouit, ius ſuum habet, *Panorm. ad d. cap. cura.*

REGVLA LXXXIII.

Bona fides non patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur. [*v. Peck in l.* 4. *§. cum. aut. ad l. Rhod.*]

1. *Ampliationes huius regulæ.*
2. *Delegatio eſt vice ſolutionis.*
3. *Interpretatio accipienda eſt, vt actus in dubio valeat.*
4. *Rationes dubitandi.*
5. *Vxores à viris, non viri ab vxoribus defendi debent.*
6. *Ratio decidendi.*
7. *Punitus in vno foro, an poſſit adhuc in altero foro puniri.*
8. *Precium an & quando ſuccedit loco rei.*

MAgna grauitate nobis ob oculos poſuit Deus optimus maximus legem naturæ, de honeſtate viuendi, de non lædendo proximum, de reddendo cuique quod ſuum eſt, & ne vlla fraude aut dolo in alterius fortunas irruamus, quod & inter præcepta iuris eſt, *§. iuris precept. Inſtit. de iuſt. & iure.* Ideoque ſicut bonæ fidei contrarium, & dolo proximum eſt, vel potius dolus ipſe eſt, aduerſus legem mercari, & ab his opes conſequi, quibus lex bona ſua diſtrahere vetat, de quo proximè dictum eſt: ita quoque bona fides, id eſt pura & ſincera conſcientia, atque naturalis ratio non admittit, vt ſemel exactum, cum damno proximi iterum exigatur, [*Gail.* 2. *obſer.* 53. *n.* 3.] adeo vt merito Iulius Paulus improbum eum vocet, qui aduerſus hanc regulam agit, *l. ſi quis dolo §.* 1. *ff. de re iud.* & Vlpianus *l. locum. §. penult. ff. de tabul. exhib.* doli mali exceptionem aduerſus eum concedit, quippe quod dolo facere videtur, qui petit id quod reſtituere eum oportet, *c. dolo ſuper. eo.* cuiuſmodi eſt illud quod ſecundo ſolutum eſt. Nam cum prima ſolutione eius quod debetur, ſublata ſit omnis obligatio, *§.* 1. *Inſt. quib. mod. toll. obligat.* conſequens eſt, ſecundo loco ſolutum, indebitum eſſe. Et in non abſimili caſu idem Vlpianus doli exceptionem contra eum tribuit, qui exigit id, cuius cauſa vel finita eſt, vel ſecuta non eſt, aut quod ſine iuſta cauſa promiſſum fuerat, *l.* 2. *§. circa ff. de excepti. doli mali.* eaque ratione improbatur turpe, improbum & non ferendum fœnus eorum, qui cum ſemel ſortem receperint, rurſum eandem amplius quam decies, ex damnatis vſuris, quærunt. Accedit quoque ad hæc, quod ait Papinianus: non eſſe veriſimile, vnum delictum eadem lege varijs æſtimationibus coerceri, *l. ſanctio legum. ff. de pœnis.* Ceterum quod diximus, ſemel exactum iterum peti non poſſe: ita intelligendum & accipiendum eſt, ſi ſemel exactum, & cum effectu ſolutum eſt. Tantum enim abeſt, quod lex improbet ſæpe repetitam exactionem, & multoties iteratam interpellationem, vt exiſtimet etiam bona nomina mala fieri, ſi non interpellentur debitores, [*conf. D. Peck. ſupr. ad regul. n.* 6. 7.]

Amplia primò, vt locum habeat hæc regula, etiam ſi debitum ſemel in iudicio exactum non ſit, ſed abſque lite ſponte ſolutum ſit. † Quamuis enim ſtricta ſignificatione, propriè 1 exegiſſe dicitur, qui id recipit quod inſtituta actione petebat: *l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de le.* 3. Vnde exigere ab inuito accipitur: *l. debitor. ff. de verb. ſign.* Iureconſultus tamen latius id verbum patere exiſtimauit, & exactam pecuniam intelligit, quæ perſoluta eſt. Siue enim volens, ſiue inuitus debitor dederit, non eſt tamen dubium, quin ſoluit, *Alc. ad l. verbum exacta. n.* 3. *eod. tit.* eademque hoc caſu ſubeſt ratio, quam paulo inferius ſubijciemus.

Amplia ſecundo etiam ſi, debitum exactum aut vltro ſolutum non eſt, ſed per delegationem extinctum: † quia cum delegatio vice 2 ſolutionis ſit, *l. quamuis. §. interdum. ff. ad S. C. Velleianum.* exegiſſe dicitur ille, qui per delegationem ſatisfactum fuit. Verbum exactæ pecuniæ (inquit Vlpianus) *d. l. verbum,* non ſolum ad ſolutionem referendum eſt, verum etiam ad delegationem. Eodemque modo referri poſſet hæc regula, ad omnes alios ſatisfactionis modos. Satisfactum autem accipimus, quemadmodum voluit creditor, & generaliter quoties à debito recedere voluit, licet in hoc deceptus ſit, *l. ſi rem alienam. §. omnis. ff. de pign. act.*

Amplia tertiò, quod non ſolum non poteſt ab vno eodemque homine iterum exigi, quod ſemel

ſemel ſolutum eſt, ſed ne ab alio quidem. Vbi duo rei facti ſunt, poteſt eodem Vlpiano teſte, vel ab vno eorum ſolidum peti: hoc enim ius duorum reorum eſt, vt vnuſquiſque eorum in ſolidum ſit obligatus, poſſitque ab altero ſolidum peti. Si tamen vnus ſoluit, alter liberabitur, *l. 3. ff. de duob. reis.* quia ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio, etiam ſi quis pro inuito & reclamante debitore creditori ſoluat, *l. ſoluendo. ff. de negotiis geſt. l. ſoluere ff. de ſolut.* Adeoque exiſtimant quidam, non recte ſentire Bart. *ad d. l.* 3. olim arbitrantem, quod vt petitio ſolidi aduerſus correos debendi procedat, adjiciendam eſſe proteſtationem, quod actor erit contentus vnica ſolutione: quia expreſſa proteſtatione eius quod tacitè ineſt, minime opus eſt, *l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Eoque etiam pertinet id quod ait Baldus, *ad l.* 1. §. *quod ff. quod cuiuſq; vniu. nomine.* ciuitatem ſeu communitatem, non poſſe duplicem collectam pro iiſdem bonis exigere, etiam à diuerſis.

Amplia quartò, quod ſicut non poteſt ſemel exactum ab vno homine exigi, ita nec ab eo, qui ius vel actionem ab eo habet, aut qui contra eundem habiturus eſſet regreſſum: vt ſi fideiuſſor ſoluit, iniquum eſt contra debitorem agi, aduerſus quem fideiuſſor regreſſum habet, vel è contrario, ſi ſoluit debitor, non agitur contra fideiuſſorem, qui id quod ſoluit, à debitore repeteret, *l. vlt. C. de vſur. rei iudic. glo. ad l. licet. ff. nau. caup. ſtabul.*

Amplia quintò, quod licet ſtatutum præciſè velit, contra inſtrumentum exceptionem aliquam obijci non poſſe, tamen ne bis idem exigatur, facultas obijciendi exceptionem ſemel factæ ſolutionis, quæ eſt peremptoria, & exceptio litis finitę, *l. cum. quærebatur. ff. de ſolut. Angel. ad l. non tantum.* §. *quod ſi pro emptore. ff. de petit. hæredit. Anchor. conſ.* 260. non cenſetur eſſe excluſa: ita quod reo ante litem conteſtatam debet dari terminus ad probandam ſolutionem, *c. 1. de lit. conteſt. hoc lib. 6.*

Amplia ſextò, quod exceptio ſemel factæ ſolutionis tam eſt fauorabilis, quod ſi non opponatur à reo, & tamen relucet in actis, poteſt, non dico, debet, is qui iuriſdictioni præeſt, eam pro reo ſupplere, ne actor locupletior fiat cum alterius iactura, *Bart. num.* 20. *& ibi reliqui ad l. ſi vnus.* §. *pactus ne peteret. ff. de pact.*

3 † Amplia ſeptimò, quod licet lex ſemper ſuadet eam interpretationem per quam actus valet, & non pereat, [*D. Peck. ſup. ad reg. nemo poteſt ad num.* 8.] *l. quoties. ff. de reb. dubiis.* tamen citius, quam bis idem contra bonam fidem exigeretur, interpretabitur nihil eſſe actum, etiam in teſtamentis & rebus fauorabilibus, latam interpretationem recipientibus. Vnde eadem ſpecies bis legata, non niſi ſemel exigi poteſt, *l. cum quæſtio. C. de leg.*

Amplia octauò, vt procedat, ſiue ex veteri, ſiue ex noua cauſa quis petere velit, quod ſemel exactum eſt, *Alber. ad d. l. ſi quis dolo.* §. 1. Quod potiſſimum intelligitur, ſi cauſa lucratiua eſt: veluti ex teſtamento & ex donatione: quia plures cauſæ lucratiuæ circa eandem rem, & in eodem homine concurrere non debent, *l. plane.* §. 1. *ff. de leg.* 1.

Amplia nonò, vt non ſolum idem bis exigi non poſſit, ſed nec id quoque quod ſaltem ad tempus illud quod ſemel exactum eſt, repræſentat, vt ſi creditor recepit vſuras pecuniæ mutuo datæ, idque pro toto anno ſequenti ſortem adhuc exigere nequit, videturque debitori feciſſe pactum interim eam non petendi, *l. 2.* §. *non male. ff. de doli except.* Nam cum vſuræ quodammodo repræſentent ſortem, medio tempore bis idem aliqua ratione eo caſu peti videretur.

Amplia poſtremò, quod ſicut bonæ fidei contrarium eſt, ſemel exactum iterum exigere: ita quoque lex effectu ſaltem improbat, duplicatam eiuſdem rei ſtipulationem, *l. qui bis. ff. de verb. oblig.* niſi vel prima conuentio eſſet inefficax, vel poſterior fieret animo nouandi, *l. ſi dari. ff. eo.* Adijcit etiam Caſtrenſis, *in d. l. ſi quis dolo.* hanc regulam obtinere, etiam ſi quis ab alio ſemel debitum conſecutus ſit, non quidem vt debitum, ſed ex capite doli mali. Verum quia hæc ampliatio & extenſio multis legibus oppugnari poſſet, non auſim eam aſſerere.

† Ratio dubitandi eſt primò ex eo, quod is 4
qui in foro canonico à iudice eccleſiaſtico ſemel punitus eſt, vtique ob idem delictum à iudice ſeculari & in foro ciuili, iterum puniri poteſt. Quomodo & Bonifacius octauus Pontifex maximus, cum grauiſſimas pœnas occiſoribus Cardinalium aſſcripſerat: hæc deinde verba ſubiecit quæ ſequuntur: *Per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos catholici Principes ediderunt, c. vlt.* §. *per hoc de pœnis. lib. 6.* Et Iuſtinianus Imperator de hæreticis loquens ſic ait: *Reliquos vero dementes veſanoſq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, diuina, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus vltione, plectendos, l. 1. C. de ſumma trinit. & fide cathol.* Quo loco cum Accurſio cenſent plerique diuinam vltionem pro eccleſiaſtica ſumendam & intelligendam eſſe. Secundò ex eo, quod ait Vlpian. ex vna iniuria interdum tribus iniuriarum actionem dari, neque vnius actionem per alium conſumi, vtputa (inquit) vxori meæ filiæfamilias, iniuria facta eſt: & mihi, & patri eius, & ipſi, iniuriarum actio incipiet competere, *l. 1. in fin. ff. de iniuriis* §. *patitur. Inſt. eo.* quamuis ſi viro iniuria facta fuerit; ipſa non agit: † quia teſte 5
Iulio Paulo, *l. quod ſi vero ill. tit.* vxores à viris, non viros ab vxoribus defendi conuenit. Eodemque pertinet, quod & ei cui ſeruus pignori datus eſt, & ipſi quoque debitori domino ſerui, ſi modo plus valeat ſeruus quam pro pignore de-

re debetur, furti actio competit. Vſque adeò tamen diuerſæ ac ſeparatæ ſunt hæ actiones, vt ſi quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe, cæteris vero eam ſupereſſe, *l. inter omnes.* §. 1. *ff. de furtis.* Rurſum vero ſi quis ſeruum ſubreptum flagello cæciderit, duabus actionibus, quarum altera alteram non conſumit, furti ſcilicet & iniuriarum, tenetur, & ſi forte hunc eundem occiderit, etiam tribus actionibus tenebitur *l. numquam plura. ff. de priuat. delictis.* Tertiò ex eo, quòd ſi æſtimationem rei legatæ ſemel ab hærede conſecutus eſt legatarius, iterum ab alio rem ipſam legatam, petere poteſt, *l. locum* §. *fi. ff. de tabulis exhib.* & (vt Paul. ait) ſi legatarijs viua teſtatrice theſſeram frumentariam legatam ſemel habere cœpit, etiam precium theſſeræ teſtatrice mortua, ei præſtandum eſt, *l. Titia Seio. in pr. ff. de leg.* 2. & ſi duorum teſtamentis eadem res legata eſt, bis peti poteſt, *l. plane.* §. 1. *l. quid ergo.* §. *ſi quis duos. ff de leg.* 1. ſicut & pecunia ſæpe legata ſæpe debetur, & exigitur, *l cum quæſtio.* §. *ſed & aliam. C. de leg.* Quartò ex eo, quod fundum Cornelianum ſtipulatus, ſi quanti fundus eſt, poſtea non nouandi animo ſtipulor, vtrumque, & fundum, & quanti is eſt, conſequar, *l. fundum Cornelianum. ff. de nouat.* cum tamen fundi æſtimatio ipſum fundum repræſentet, *l. qui reſtituere. ff. de rei ven. l. cum filius ff. de leg.* 2. Quintò ex eo, quod Africanus ait, non eſſe nouum, vt fideiuſſor duabus actionibus eiuſdem pecuniæ nomine teneatur, & ſi fideiuſſor confideiuſſori hæres extiterit, eiuſdem debiti nomine, bis conueniri poteſt, *l. hæres à debitore.* §. 1. *ff. de fideiuſſ.* Sextò ex eo, quod is qui æſtimationem conſecutus eſt ab eo qui dolo malo poſſidere deſierat: etiam rem ipſam denuo à poſſeſſore vendicare poteſt, vt ait Paulus, *l. Stichum.* §. *dolo. ff. de ſolut.* quod & Vlpianus probat, dicens, quod ſi is qui dolo deſijt poſſidere, ante conueniatur, eum qui poſſidet, non liberabit, *l. etiam ſi* §. *item ſi quis dolo. ff. de pet. hæred.* Septimò ex eo, quod ſi reddita quidem ſit res commodata, ſed deterior facta reddatur, ſecundo, perinde atque ſi reddita non eſſet, repeti poteſt, *l.* 3. §. 1. *ff. comm.* Octauò ex eo, quod vno eodemque anno, bis pro viſitatione procuratio exigi, *c. cum venerabilis. de cenſibus.* & in vnum eundemque hominem duplex excommunicatio ſtringi poteſt, *c. cum pro cauſa, de ſent. excomm.* Nonò ex eo, quòd ſubinde vna eademque filia, bis à patre ſuo dotem debitam exigere poteſt, *auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. Bar. ad l. ſi cum dotem.* §. 1. *ff. ſolut. matr.* Et vltimo ex eo, quod legatum eccleſiæ ita relictum, die nundinarum, ſæpius exigitur, *l. annua.* §. *Attia. ff. de ann. leg.* ſicut & cum teſtator decurionibus diuiſiones die natalis ſui dari præcipit, *l. cum quidam. eod. tit.*

6 † Ratio verò decidendi eſt, quod dolo malo facit, qui petit id quod reſtituere oportet eundem, *c. dolo. ſup. eo.* & quia iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem, *l. iure naturæ. ff. eod.* maxime vero cum id inter partes actum non fuiſſe, ſit veriſimile: & ſemel facta ſolutione certum eſt, quod creditoris iam intereſſe deſijt. Neque in contrarium mouet id quod primo loco dicitur. † Tametſi enim anceps & dubia illius ſit quæſtionis deciſio, vtrum 7
punitus in foro canonico, iterum à iudice ſeculari propter idem delictum puniri poſſit, ideò quod de eiuſdem hominis admiſſo ſæpius quæri nō conueniat, *l. licet in fi. ff. naut. caup. ſtabu.* vbi vide D. Peck. communiore tamen ſententia receptum eſt, & expreſſo textu probatur, *d. c. vlt. v. ſupr. ad regul. peccati, ſub num.* 5. quod poteſt: quia ſæpe epiſcopus non poteſt condigna pœna afficére delinquentem, ideò quod non poteſt ferre ſententiam ſanguinis, *c. ſententia. ne clerici vel monachi.* Vnde cum non poſſit plene punire eum ex defectu iuriſdictionis, non debet ſecularis iudex impediri, quin rurſus eum puniat, *Cynus & Baldus ad l. fin. C. de ſportulis.* & alioqui epiſcopus impediret ac diminueret ſecularem iuriſdictionem, quod facere non debet, *Innocentius ad cap. dilecti de ſentent. excommunicat.* Adde quod quando aliquis delinquit crimine mixto ſeu mixti & vtriuſque fori, facit iniuriam & legi ciuili & legi canonicæ: quia venit contra præcepta vtriuſque & per conſequens cenſetur ſe pœnis per vtramque legem impoſitis obligare: & cum iuriſdictiones ſint diſtinctæ, *c. cum ad verum.* 96. *diſt.* offenſio legis canonicæ non tollitur per ſatisfactionem in foro ciuili, *Alciat. ad c. perniciosam. num.* 128. *de offic. ordin. Aret. conſil.* 58. *Bal. ad l. placet. C. de ſacr. eccleſ.* Nihilominus tamen Didacus ex alijs reſpondet, *in lib. var. reſol.* 2. *c.* 10. *num* 6. quod hæc concluſio intelligenda eſt, niſi pœna à iudice eccleſiaſtico inflicta, fuerit ſatis ſufficiens ad eam criminis punitionem, atque commenſurata culpæ, quod ſi in praxi obſeruaretur, foret, teſte Alciato, admodum vtile. Et quamuis ipſe de hoc dubitet, tamen, vt Didacus ait, non ſatis iuſtè dubitat. Addit præterea Alciatus, quod ſi crimen principaliter ſit eccleſiaſticum vel ſeculare, & indirectè ſolummodo ſpirituale vel ciuile, is cuius principalis de eo cognitio eſt, potiſſimum in delinquentem animaduertet, alter vero tanto minus eum puniet. Neque etiam obſtat id quod ſecundo loco dicitur. Nam cum tribus iniuria facta eſt, dici non poteſt is, qui iniuriam intulit, ob vnam iniuriam ſæpius puniri: quia quamuis vno eodemque tempore, & ex vno eodemque facto hæc iniuria procedat, effectu tamen diuerſa eſt, & maritum & patrem filiæfamilias, & ipſam quoque ſeparatim reſpicit, non aliter ſane, quam ſi ſingulis eorum particulariter & diuerſis temporibus, illata foret. Sic & in furto dici poteſt, quod tametſi vnum furtum factum eſt, vt apparet: effectu tamen

tamen pluribus factum videri poteſt, vſuario ſcilicet reſpectu vſus? creditori reſpectu pignoris: & debitori tamquam domino rei, eorumque omnium ſeparatim intereſt, & vnius damnum ab alio diſtinctum eſt, vt mirum non ſit, ſi actio furti per vnum inſtituta, alteri non præiudicet, & fur qui pluribus nocuit, pluribus actionibus teneatur; atque acrius puniatur. Sic etiam dici ſolet, quod quando ex vno facto plura crimina naſcuntur: ex omnibus qui deliquit, punitur, *l. ſi adulterium cum inceſtu ff. de adult.* Eodemque pertinet id quod de ſeruo ſurrepto, flagellato & occiſo, dictum eſt. Sunt enim in hoc facto plura & ſeparata delicta, furti nimirum, iniuriæ, & damni, quæ ſe inuicem compatiuntur, & vnius exactio alteri non præſtat impunitatem, *d.l. nunquam plura. in princi.* quia abſurdum eſſet, cumulata crimina, quæ cumulatam pœnam poſcunt, mitigandæ pœnitentiæ occaſionem præbere. Ideoque quod dicitur, in accuſationibus criminum plures non admitti, *l. ſi plures. ff. de accuſat.* ita verum eſt, niſi plurium interſit: *l. 3. §. ſi ad plures ff. de ſepulchro violat.* Cæterum vtrum quilibet in ſolidum agere ſeu accuſare poſſit, vt pœna quæ reiterari poteſt, inferatur in ſolidum ex perſona vniuſcuiuſque: latè diſputat Bartol. *ib. n.* 1. tandemque reſoluit, quod quando delictum committitur principaliter in iniuriam aliquorum, quibus infertur, tunc quilibet habet actionem per ſe in ſolidum: *d. l.* 1. *fi. ff. de iniuriis.* ſed ſi delictum committitur principaliter circa res, tunc omnes quorum intereſt, habentur loco vnius, de quo plura etiam obſeruant Salic. *ad l. qui ſepul. C. de ſepul. viol.* Barb. *ad c. cum ſit de foro com.* & Felin. *ad c. de his. de accuſ.* quos vide. Quod ſi æqualis pœna ſingulis his delictis conſtituta eſt, etiam capitalis: magna tamen vtilitas eſt, eum hominem qui ſemel tantùm decapitari poteſt, à pluribus & ſæpiùs accuſari poſſe: quia ſi ſequitur ſententia abſolutoria ſuper vno, poteſt adhuc de alio crimine accuſari, *l. qui de crimine. C. de accuſat. Bart. ad d. l. ſi adulterium.* Porrò autem quod tertio loco de legatario proponitur, æquiſſima ratione reijci poteſt. Is enim qui tabulas teſtamenti exhibere recuſat, ad id quod intereſt, condemnatur. Hæredi quidem ſcripto ſi non ſit exhibitio, facta æſtimatione totius hæreditatis, legatario autem ſi non exhibentur, ad legatum relata æſtimatione. Vnde cùm id quod intereſt, hoc eſt, rei legatæ æſtimationem, conſecutus eſt legatarius, non quidem ab hærede, ſed ab eo qui tabulas exhibere noluit, bono iure ab eodem hærede rem legatam exigit: quia obligationum radices ex diuerſis terminis & cauſis, contra diuerſos oriuntur, *Angel. ad d. §. condemnatio.* vna ſcilicet ex teſtamento aduerſus hæredem: altera ex contumacia contra non exhibentem: quarum vna cum alia non participat *Zaſius ibi nu.* 8. Cæterùm autem plus dubitationis habet illud quod de legato teſſeræ frumentariæ ex Paulo diximus. Quidam enim ſentiunt, quod teſtatrix quæ iuſſit theſſaram legatario comparari, non videtur rem legare, ſed ipſius æſtimationem; & ideò etiam ſi rem ipſam habeat legatarius, actio non extinguitur, *Ioan. de Imola ad l. Titio. in pr.* & non bis idem, ſed æſtimationem tantum conſequitur legatarius. Cui non aduerſatur quod duæ cauſæ lucratiuæ hic concurrere non poſſunt: quia hoc verum eſt, circa eandem ſpeciem, ſed bene in genere ſeu quantitate. Nam cum genus & quantitas recipiant duplicationem, *l. mortuo §. 1. ff. de leg.* 2. licet quis recipiat vnam ſpeciem de contentis ſub genere, veluti vnam theſſaram: adhuc alterius æſtimationem rectè conſequitur, *Raphael Cuman. & Imola ad d. l. Titia.* Itemque regula, quod duæ cauſæ lucratiuæ concurrere non poſſunt, loquitur de ſpecie iterato non conſequenda, ſed æſtimatio ſpeciei non eſt propriè ſpecies, vt ait Zaſius, *ad l. omnes. num.* 4. *ff. de act. & oblig. l. Mæuius. §. eum qui ff. de leg.* 2. † 8
quia precium non ſuccedit loco rei in particularibus, & ſic non dicor conſecutus ſpeciem, quando ſum conſecutus æſtimationem. Itaque mirum non eſt, quod eadem quantitas vel res bis & duorum teſtamentis legari poteſt, & quod eadem quantitas ſeu eiuſdem rei æſtimatio ſemel ab vno præcepta, iterum ab alio exigi poteſt: quia ſpecies & res ſæpe ab eodem teſtatore legata, ſemel tantùm debetur, *d. l. cum quæſtio.* ideò quod corpora non multiplicantur, *Raphael ad d. l. Mæuius. §. duorum. num.* 5. ſoletque aliquando teſtator eandem rem ex obliuione repetere, ſæpiùſque de eadem re loqui, & tamen iterato de ea non diſponere aut eam legare, ſed vna tantùm tendit ad alterius executionem. *Zaſ. ad l. planè. §. ſi eadem res n.* 6. *ff. de leg.* 2. Imò ſi expreſsè vellet teſtator eandem ſpeciem bis præſtari, non poſſet: quia eſt impoſſibile quod vna eademque res bis præſtetur eidem: & quia manifeſtè conſtat de voluntate teſtatoris, volentis rem præſtari, æſtimatio peti non poteſt: quia per prouiſionem hominis ceſſat prouiſio legis, *l. fi. C. de pact. conuent.* At cùm in duorum teſtamentis eadem res legata eſt, ceſſat iſta conſideratio. Nam ſi rem primò conſecutus eſt legatarius, agere quidem non poteſt, ſed ſi æſtimatione primò aſſequitur, ſalua ei ad rem legatam manet actio: quia cùm res legata ſit in obligatione, non æſtimatio: vtique ſi legatarius eandem rem peteret, quam iam habet, peccaret in hanc regulam. *l. ſi inquilinos. ff. de leg.* 1. Sed ſi primò conſecutus eſt æſtimationem, ceſſat hæc ratio: quia vt dixi, verè aliud eſt res, aliud rei æſtimatio: & id quod eſt ſuccedaneum, principali nocere non debet, *Zaſ. ad §. ſi eadem res. n.* 11. Sic & quarta dubitatio diſſolui poteſt, quia (vt ait Caſtr.) *in d. l. planè.* ſtipulatio continens æſtimationem rei, non impedit ſtipulationem rei, & alia res eſt fundus, alia fundi æſtimatio, diuerſaque cauſa eſt harum ſtipulationum, aliudque debetur ex vna, aliud ex alia: adeoque verum non eſt quod idem

idem bis exigitur, ſed diuerſum, ſemel ſcilicet res, & ſemel rei æſtimatio. Quod autem quinto loco ex Africano proponitur, ita diſſoluitur: quod verum eſt, duas obligationes & actiones de eadem re, & in eadem perſona, aut contra eundem hominem concurrere poſſe, *l. non eſt nouum. ff. de act. empt.* ſiue ſint obligationes æquè principales, ſiue acceſſoriè ad idem tendentes: & quidem potiſſimum ſi obligationes illæ ſumpſerint initium in diuerſis perſonis, ac deinde fortè fortuna euentu & occaſione in vnius perſonam reſoluantur, *l. ſi mandauero. §. interdum. ff mandat.* ſicut fit, cùm Titius confideiuſſor, Seio confideiuſſori ſuo hæres exiſtit: iam enim in Titio reſident duæ obligationes, vna ſub proprio eius nomine, altera verò nomine hæreditatis, quia factus eſt hæres alterius fideiuſſoris, & proinde ex vtraque promiſſione conueniri poteſt: quia fuerunt diuerſæ obligationes origine, & in diuerſis perſonis, & ex euentu ſucceſſionis hæreditariæ deuenerunt in vnam perſonam Titij tantùm. Sed quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, exactione ex vna ſecuta, ope exceptionis altera tollitur. Sextæ verò dubitationis reiectio, ex his quæ de contumacia non exhibentis tabulas petitas, ad tertiam dubitandi rationem diximus apertiſſima eſt, & ſanè non eſt æquum, vt ſolutio doloſi, qui ſui duntaxat delicti pœnam præſtitit, & ex eo ad æſtimationem rei obligatus fuit, poſſeſſorem rei, qui ad rem ſeu ſpeciem tenetur, liberet: Alioqui enim cogeretur dominus rem ſuam inuitus vendere, *l. prædia. ff. de act. empti. l. pro ſocio. l ſi actum ff. pro ſocio.* & hic poſſeſſor non ex eo quòd intereſt, ſed pro rebus quas poſſidet, tenetur, ideoque licet quo ad eum id quod intereſt, ceſſet: quia tamen non ceſſat dominium vel quaſi, ſanè non prohibetur actio contra eum ad res ipſas reſtituendas. *l. nō enim. ff. de acqui. rer. dom. Fulgoſ. ad d. §. ſi quis.* Quod autem ſeptimo loco dictum eſt, etiam me non mouet: quia is qui tenetur rem commodatam reddere, primitiua actione commodati, qua eam reddere cogitur, non eſt liberatus, ſi deteriorem reddiderit: quia (vt ait Angelus) *Caſtr. ibidem.* tunc ſolùm & non ante, quando intereſſe deteriorationis vna cum re præſtatur, res videtur reddita. Et propterea perinde atque ſi res reddita non eſſet, quæ ſic deterior reddita eſt, etiam ad reſtitutionem rei commodatarius conueniri poteſt, non quidem vt eam conſequatur quam iam habet, ſed vt id quod intereſt, propter deterioratione͂ acquirat, *in d. § ſi reddita.* Neq; infrequens eſt in iure, quod & res petitur, & non res, ſed æſtimatio præſtatur, *Caſtrenſis dicto loc.* Sic & illud quod octauo loco proponitur, hanc rationem habet, quod licet ordinariè ſemel tantùm in anno cogatur Epiſcopus prouinciam ſuam viſitare, *l. ſi ſeruum. ff. de ver. oblig.* poteſt tamen ex cauſa eam viſitatione͂, *c. placuit. 10. q.* repetere, & maximè quidem ſi fundator alicuius eccleſiæ hoc poſtulauit. Quod cū facit, non pro vna viſitatione bis procurationem accipit, ſed pro ſępiùs repetitia & duplicato labore tantùm, *c. 1. de cenſ. li. 6.* Et quamuis excommunicatio in eundem hominem repeti poſſet: hoc tamen non fit pro ſola & vnica, ſed pro ſæpiùs repetitia & geminata contumacia atq; procacia, & ad terrorem ipſius excommunicati, vt cumulata hæc pœna adferat medicinalem ei caſtigationem. *Panor. ad §. c. cum venerabilis num. 6.* Nonò etiam non obſtat, quòd eadem filia bis à patre dotem exigere poteſt: quandoquidem non aliter id recipitur, quam cùm abſque vlla eius culpa dos ſemel data amiſſa eſt, *c. item quorumdam & ibi ll. de Iudæis.* Et quod poſtremo loco objicitur, ex fauore piæ cauſæ diluitur, & quia teſtator fecit mentionem officij decurionum, quod non moritur. Vnde ſolet diſputari, an ſi teſtator legauit fratribus minoribus vnam pitanciam in feſto B. Franciſci, an intelligatur legaſſe ſemel duntaxat, vel ſingulis annis in perpetuum, eaque de re contrariæ extant Dd. ſententiæ, quas refert Tiraq. *& Dd. ad d. l. ſi cum dote͂* ad que͂ remitto.

REGVLA LXXXIV.

Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti. (*v. D. Peck ſupr. in. c. cum quid prohib. per tot. Hering. de fideiuſ. c. 1. n. 206. & ſeqq. Menoch. 6. præſ. 93.*)

1. *Ratio & mens legis lex eſt.*
2. *Caupona ſæpe ſolet eſſe ſuſpecta.*
3. *Spurius an hæreditatis capax ſit.*
4. *Ampliationes ad hanc regulam.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Incidens quæſtio quæ ſit.*
7. *Ratio decidendi.*

QVoniam in omnibus diſpoſitionibus & publicis & priuatis, ſcriptum ſententię & menti cedere æquum eſt, *c. fi. infr. eod.* † cùm ratio legis lex ſit, *l. ſcire ff. de excuſ. tut.* & non legis 1
verba captanda ſint, ſed legiſlatoris intentio ſpectari debeat, *c. l. in conuentionibus. ff. de ver. ſig.* optima ſanè ratione conſtitutum fuit, quod cùm quid alicui vna via per legem prohibetur, ad id alia via, ſub velamento & prætextu verborum, contra legis mentem admitti non debet, [*v. D. Peck. ſup. de teſt. con. 15. & inf. ad. c. certū eſt. per tot. & de amort. c. 10. n. 2. verſ. ego. & c. 12. verſ. econtario. & c. 35. cir. fi. & ſupr. in c. in obſcur. n. 10. 11. & in c. inſpicimus. n. 10.* Ideoque tam is qui mutuam pecuniā filiofam. credidit, quam is qui frumentum, oleum, vinum, mutuo ei dedit, vt his diſtractis pecunia vteretur, exceptione

ne S.C. Macedoniani reiicitur, *l. ſed Iulianus. §. mutui. ff. ad SC. Maced.* Et ſi mancipium ſeu ancilla ita venierit, ne proſtituatur, neve corpore quæſtum faceret: non debet etiam ſub ſpecie miniſtrandi in caupona retineri, *l. ſi. C. ſi. mancip. ita*
2. *venerit.* † quia vt ait Salicetus, *ibi.* contra miniſtrantes in caupona, eſt malæ vitæ ſuſpicio, & vt ex Baldo de ſuis Italis loquente, *ibi.* reſpondit Tiraquel *de retract* §. 1. *gl.* 14. *n.* 17. ſatis videtur illa proſtitui, quæ in caupona, taberna aut diuerſorio tenetur, quaſi ſcilicet multorum oculis & libidinibus obiectæ ſint: quæ cuiuſque generis homines excipiunt. Sed hoc in Italorum Gallorumque hoſpitiis frequentius eſt, quam in noſtris. Eo quoque pertinet, quod ſicut electus ante confirmationem adminiſtrare directè non poteſt, ita quoque ſub prætextu receptoris vel œconomi eccleſiæ, adminiſtrare non poteſt, *c. auaritiæ. de elect. lib. 6.* & ſi teſtator, qui filio ſpurio vltra alimenta legare non poteſt, amico ſuo amplam hæreditatem relinquat, eamque amicus ille mox deinde in ſpurium transferat, cogitur iureiurando ſuper præſumpta colluſione ſe expurgare, ſcilicet, quod in fraudem legis à defuncto hæreditatem non accepit, vt ſpurio eam
3. redderet, *Bart. ad l. ſi. ff. de his quibus vt indi.* † Ideoque conſultum eſt, quod teſtator qui vult & poſt legitimos nepotes ex ſpurio inſtituere, adiiciat, ne filius ſpurius ex hac hæreditate quicquam emolumenti percipiat, vt ſcilicet hac ratione ſe ſuſpicione fraudis exoneret, quod qui directè filio ſpurio relinquere non potuit, alia via & in perſonam nepotum hoc tentauit, vt filius ex manu eorum acciperet, *Ioan. Dilectus in lib. de arte teſtandi. tit. de his qui non habent teſta. factionem c. vlt.*

4. † Amplia igitur primò hanc regulam, vt procedat etiam in cauſis fauorabilibus, cuiuſmodi ſunt vltimæ hominum voluntates: quia ſicut religioſi non poſſunt directè & non niſi obtenta à ſuperiore ſuo licentia, executionem extremæ voluntatis ſuſcipere, *clem. 1. de teſtam.* ita quoque per obliquum non id poſſunt: veluti ſi teſtator voluit ſuam voluntatem ipſorum conſilio exequi: quia cum non poſſint eſſe officij participes: eorum quoque conſilium neceſſario requiri non debet, *Alex. con. 57. lib. 2. Curt. ſenior con. 68. in fine.* Sed hæc ſententia in hoc exemplo ſcrupulo non caret, niſi fortè rerum temporalium diſtributio & adminiſtratio nulla ex his eis acquiritur. *Clem. exiui. §. verum etiam de verb. ſig. Bald. ad auth. ingreſſi. col. fin. C. de ſacroſ. eccleſ.*

Amplia ſecundò, quod licet illud, quod prohibetur fieri purè, non prohibeatur fieri ſub conditione: tamen illud quod prohibetur fieri per viam puræ & ſimplicis diſpoſitionis, non poteſt etiam fieri per viam pœnalis diſpoſitionis, *Iaſ. ad l. cætera in princ. n. 12. ff. de leg. 1.* [*v. D. Peck. ſup. in c. exeg. n. 1.*] ex id quod Scæuola in eo verum eſſe oſtendit, qui cum directè legis Falcidiæ beneficium impedire non poterat, pœnam adiecit inſtitutioni, *l. ſeruum. ff. ad l. Falcid.* Sed hoc ita, vt ſi eadem eſt ratio deſtruendi pœnam, veluti quia actus eſſet contra bonos mores aut contra legem, *l. non dubium. C. de leg.* ſecus verò ſi non eadem ſit ratio, *Bald. ibi in 14. oppoſ.* ſicut fit, cum quis alteri ſtipulatur: quia lex eam ſtipulationem non vetat nec prohibet, ſed tantùm ei non aſſiſtit, & remedium quo valere poſſit, oſtendit, & ideò meritò adiici pœna poteſt, *l. ſtip. §. alteri. ff de verb. oblig.*

Amplia tertiò, ſiue id quod vna via prohibitum eſt, fiat alia via directa, ſiue etiam per conſequentiam tantùm. Nam ſicut is infamia notatur, qui principaliter lenocinium facit, quique quæſtuaria mancipia habet, cuius factum legum caſtitas & pudor deteſtatur, *in auth. de lenon.* ita quoque & hi qui nō directè quidem id faciunt, ſed, vt ait Vlpianus, *l athletas. §. ait Prætor. ff de his qui not. inf.* in alterius negotiationis conſequentiam: puta ſi caupo fuerit aut ſtabularius & mancipia talia palam omnibus turpiter miniſtrantia, atque occaſione eiuſmodi turpis miniſterij quæſtum corpore facientia, habuit, *l. pupillus. ff. de auth. tut.* Sæpè enim accipit eoſdem & lenones eſſe & hoſpites, tametſi principaliter lenocinium non profiteantur. Aliter verò vt inferius dicemus, res ſe habet, ſi diuerſa ſit ratio eius quod principaliter prohibetur, & eius quod in conſequentiam permittitur, *l. quæſitum. ff. de in ius vocan.*

† Ratio dubitandi eſt: primò ex eo, quòd vt 5.
teſtis eſt Iul. Paulus, licet libertus directè patronum ſine venia in ius vocare non poteſt: alia tamen via tutorioq; nomine aduerſus eum ſine permiſſione iudicis id poteſt. Secundò ex eo, quòd pupillus tutori, eo authore, directè obligari non poteſt, *d. l. pupillus* & tamen poteſt tutor proprij ſui debitoris hæreditatem adeunti pupillo authoritatem accommodare, quamuis per hoc pupillus debitor eius efficiatur, vt ſic ſibi obligetur, *l. 1. eo. tit.* diſertèque ait Vlpian. ea quæ directè tutori permiſſa non ſunt, per conſequentiam tolerari, *l. quod dicimus eo. ti.* Tertiò ex eo, quòd iudex qui directè & vna via de cauſa cognoſcere nō poteſt, alia via & incidēter de ea cognoſcit, vt ecce: de cauſa ſtatus, quæ multum præiudicialis eſt, non niſi maioribus & magiſtratibus, cuiuſmodi ſunt Præſides prouinciarum, cognoſcere licet: inferioribus vero & municipalibus iudicibus non licet, *l placet C. de pedan. iud.* principaliter ſcilicet & primariè. Sed ſi in cauſa pecuniaria, quæ vertitur coram eis, incidat cauſa ſtatus, de ea tunc cognoſcere
poſſunt, *l. quoties C. de ind.* † diciturque incidere 6.
quæſtio, quæ non mouetur per viam actionis, ſed per viam excipiendi aut explicandi, *Caſtr. ibi in princ.* Sic & cauſa reſtitutionis, quæ directè per certos iudices non cognoſcitur, incidenter cognoſci poteſt, *c. pen. de reſt. in integ.* veluti ſi petitur reſtitutio propter omiſſam probationē: propter lapſum termini: propter erroneam confeſſionem: aut ſi iudex in cauſa pendente inter-

interlocutus eſt, eaq; interlocutione Eccleſia læſa fuerit, *gl. & Dd. ibi.* Non enim principaliter litigatur, vel ab initio litigatum fuit, ſuper iſtiuſmodi reſtitutione, ſed forte ſuper debito petito, lite mota, per accidens incidit quæſtio reſtitutionis. Ideoque licet procurator abſque ſpeciali mandato reſtitutionem petere principaliter non poteſt; incidenter tamen poteſt, *l. fi. in fi. C. vbi & apud quem. &c.* Quartò ex eo, quòd multa per officium iudicis conſequimur, quæ recta via conſequi non poſſemus, vt videre licet in honorariis profeſſorum & patronorum, quorum ſapientia pretio numerario æſtimari & dehoneſtari non debet, *l. 1. ff. de variis & extraor. cognit.* Et ſi cui legatum fuerit relictum, rogatuſque fuerit liberos ſuos emancipare: directè quidem cogi non poteſt, vt faciat; extra ordinem tamen, & officio iudicis, cogi poteſt, *l. ſi cui. ff. de cond. & dæmon.* Eccleſiaque quæ ipſo iure poſt lapſum termini non auditur, via reſtitutionis adiuuatur, *c. quorum de reſt. in integ.* Quintò ex eo, quòd filius emancipatus, iure ciuili excluſus, iure prætorio admittitur, *ff. de bon. poſ.* & qui perdidit bonorum poſſeſſionem, poteſt adhuc iure ciuili adire, *l. ſuum. C. de iure delib.* & qui repudiauit hæreditatem vt inſtitutus, poteſt adhuc eam conſequi, vt legitimus hæres, *l. nec is. ff. de acq. hæred.* Sextò ex eo, quòd rei dotalis alienatio directè prohibita, per viam iuriſiurandi ſuſtinetur, *c. cum contingat. de iureiuran.* Septimò ex eo, quòd maritus, qui iurauit coniugem de adulterio non accuſare, poteſt eandem denunciare, *c. quemadmodum.* § *fi. eo. tit.* & licet ſint qui matrimonium illegitimè contractum accuſare non poſſint, rectè nihilominùs denunciant, *c. tua de cogna. ſpirit. c. ad diſſoluendum de ſponſ. impu.* Idem tamen videtur eſſe effectus vtriuſque, ſaltem quoad thori ſeparationem, ſine qua coniuges pœnitere non poſſunt, *c. veniens. c. ex parte de ſponſ.* Octauò ex eo, quòd clericus qui de bonis per eccleſiam acquiſitis teſtari non poteſt, inter viuos de iis diſponere poteſt, vtraque tamen via & ratione æquè eccleſiæ detrahatur, *c. ad hoc de teſt.* Poſtremò ex eo, quòd ſerui non ſolùm pro dominis ſuis, ſub quorum dominio nunc conſtituti ſunt, ſed nec pro his quidem quorum antea fuerunt, directè interrogari poſſunt, *l. ſeruos. C. de quæſt.* Emptor tamen probare debet, ſeruum de quo quæritur, ante emptionem fugiſſe, *l. emptorem ff. de prob.* & ſi probatio fugæ deficit, ſerui illius quæſtioni credendum eſt, *l. cum prob eo. tit.* vt confiteatur an fuerit fugitiuus, quod indirectè in domini præiudicium cedit.

† Ratio decidendi eſt, quòd vt ait Signorolus, *conſ.* 116. legiſlator non curat modum, ſi
7. idem ſequatur effectus, *l. mulier. ff. ad Trebel.* quia nihil refert quid ex æquipollentibus fiat, quorum eadem eſt diſciplina & idem iudicium, *l. fi. ff. mand.* Neque mouet ex aduerſo prima dubitatio. Neceſſitas enim officij tutorem excuſat, qui alioqui pupillo ad id quod intereſt, teneretur. Vnde ſi ageret libertus procuratorio nomine alterius, non excuſaretur. Officium quippe procurationis eſt voluntarium: Tutelæ verò officium eſt neceſſarium, *Raphael Cuman. & alij ad d. l. quæſitum.* Sed vereor ne facilè ſubuerti poſſit hæc ratio: quia licet neceſſitas officij aliquid excuſet; in hoc tamen facto impetratio veniæ & officium, ſe inuicem compatiuntur, neque aliquod præiudicium vel intereſſe habet pupillus, ſi tutor alioqui diligens & induſtrius, patronum ſuum in ius vocet, & vnà tamen veniam poſtulet, maximè cum veniæ petitio, tractum temporis non habet. Ideoque exiſtimo verius dici poſſe, quod hoc ideò conſtitutum eſt, quod libertus tutor factus & nomine pupilli agens, non vt libertus venit, ſed perſonam pupilli repræſentat, quæ nullam patrono liberti reuerentiam debet. Sic & illud quod ſecundo loco controuertitur, hanc rationem habet, quod teſte Cumano, *ad d. l. 1.* contrahere cum pupillo non eſt ſimpliciter & perpetuo per ſe prohibitum, ſed ad tempus & ex cauſa duntaxat, ſcilicet ne inconſulta hæc ætas facilè circumſcribatur: quæ ratio ceſſat, quando de vero debito apparet, vt ſi pupillus non adiſſet eam hæreditatem, de qua proponitur, habuiſſet tutor alium, qui adiiſſet, & quem conuenire potuiſſet. Vnde ſi apparet non ſoluendo eſſe hæreditatem, vtique ſuccurrendum eſt pupillo eam adeundi, *C. ſi vt ab hæreditate & c.* & quædam admittuntur per conſequentiam, quæ directè prohibentur, potiſſimum quidem ſi diuerſa ſit vtriuſque ratio, *d. l. quod dicimus.* Neque etiam his obſtat tertia dubitatio, quandoquidem id de quo in ea fit mentio, ideò introductum & adinuentum eſt, ne cauſæ continentia diuidatur *l. nulli. C. de iud.* & ne quis coram diuerſis iudicibus propter incidentem quæſtionem, quæ ſæpiſſimè oritur, trahatur, & quoniam vtile per inutile vitiari non debet, ſed id quod prohibitum eſt, ad ſe trahit, *c. vtile. ſup. eo.* & quando id quod permiſſum eſt, non poteſt expediri ſine eo quod eſt prohibitū, vel quando ad poſitionem & ſublationē eius quod permittitur, ſequitur neceſſariò eius quod prohibitum eſt ſublatio, vel quando ea quæ naſcitur quęſtio, eſt præiudicialis: regula noſtra locū non habet, *l ſi vnus. ff. de pac. Bal. Ale. Iaſ. & Caſt, ad d. l. quoties.* Porrò autem illud obſeruandum eſt, quod ſi principalis cauſa ſit ciuilis & profana, incidens verò ſpiritualis & eccleſiaſtica: vt cum litigatur ſuper decimis, ſuper matrimonio, ſuper vſuris: tunc iudex laicus corā quo vertitur cauſa principalis, ſicut non poſſet cognoſcere principaliter, ita nec incidenter quoque niſi in caſibus aliquot exceptis, ſed debet eam ad epiſcopalem audientiam remittere, *Ale. in l. Titia. ff. ſol. matr. Iaſ. ad d. l. quoties.* veluti ſi petatur executio inſtrumenti coram iudice laico, & obiicitur quod contractus eſt vſurarius: remittitur huius exceptionis cognitio ad iudicem eccleſiaſticum, interimque iudex laicus ſuperſedet, qui ſi eam cau-

ſam non remitteret & in ea procederet, ſententia tamquam contra ſolitum iudicorum ordinem lata, eſſet nulla, *c. tuā de ordin. cognit. c. lator qui filij ſunt legit.* Neque poteſt iudex laicus iudici eccleſiaſtico ad quem cauſa remittitur, terminum præſcribere infra quem eam cauſam abſoluat. Nam cum iudex ſecularis ſit minor, non poteſt præfigere tempus, aut imperare iudici eccleſiaſtico ſuperiori *c. qualiter de iud.* ſed poterit inſtare apud ſuperiorem illius iudicis eccleſiaſtici, vt tempus illi præſtituat, intra quod cauſam abſoluere cogatur, *Panorm. ad d. c. tuam n.* 14. Econtra verò, ſi coram Epiſcopo in cauſa ſpirituali principaliter mota, quæſtio pecuniaria ciuilis incideret, poſſet Epiſcop. ſeu eius officialis de ea cognoſcere & pronunciare, *c. de prudentia. de dote poſt diuor. reſtituenda.* veluti ſi principalis quæſtio ſuper matrimonio inſtituta ſit, & deinde dotis controuerſia incidat: idque dignitati eccleſiæ contra Cyn. tribuendum eſſe exiſtimant Caſt. & alij, *ad d. quoties.* Sed nec quartę dubitationis magna habenda eſt conſideratio: quia licet nullum vinculum obligationis liget aduerſarium, qui neq; ex contractu, neque ex quaſi contractu, neque ex delicto, vel quaſi delicto nobis obligatus eſt: ſubeſt tamen ingens interdum æquitas, quæ ſuadet vt quid fiat aut præſtetur, quo caſu, vice actionis deficientis, ad authoritatem legis, edicti, ſeu bonæ fidei conſeruandam, res officio iudicis eſt præſtanda. *l. Quintus. §. Pomponius. ff. annu. legat.* Inſtar enim vtilis actionis eſt hoc officium iudicis, & vtilis actio ob ſummam æquitatem datur quando deficit obligatio. *l.* 3. *ff. commod.* ita quoq; propter deficientem obligationem, & cum ſtricto iure actor petere aliquid non poſſet, ad iudicis officium confugitur, *l. deducta. ff. ad Trebell. l. qui per colluſionem §. ff. de act. empt.* veluti ſi quid patri pro ea quæ ipſi debetur reuerentia, ei præſtandum ſit, quamuis peti non poſſit, vt in prædicta illa nobili ſpecie, de qua agit Papin. *l. Imperator. ff ad S C. Trebell.* vel cum agitur de honorario Iuriſperitorum, quibus propter ciuilis ſapientiæ excellentiam lex non permittit, vt ſe in re tam ſacra cum aliquo pactos eſſe dicant, & tamen quia iniquum foret nihil ipſis præſtari, ſalarium accipiunt, non quidem quantum ipſi petunt, ſed quantum iudex pro facundia eruditioneq; eorum, & pro modo cauſæ, fori, conſuetudinis, & iudicij, æſtimabit, *d. l.* 1. *§. honorariis.* Eodemque modo, licet pro legato acceptio non poſſit pater iure ordinario compelli ad emancipationem, propterea quod inæſtimabilis res eſt patria poteſtas: & nulla ratione legato relicto comparanda: quia tamen circumueniri non debet teſtantium voluntas, iudex hanc æquitatem ſecutus, extra ordinem patrem coget. Neque huic abſimile eſt, quod de in integrum reſtitutione proponitur, quia licet natura & officium legis eſt, vt generaliter ſtatuat de negotijs hominum, & in commune omnibuſque in vniuerſum normam & limites præſcribat, quos egredi non poſſunt. *l.* 1. *& l. nam ad ea. ff. de legib.* naturalis tamen ratio vel iuſtitia circumſpicit in ſingulas circumſtantias, num rectè ſit omnibus ius ſuum diſtributum, & ſi quid inuenit, quid non ſatis rectè poſitum ſit ſub communi regula, id eximit, & priuato iure donat, eamque naturalem æquitatem ſecutus iudex vel prætor, contra legis rigorem minoribus & eccleſijs reſtitutionis beneficium concedit, ne vel ſua lubricitate, vel aliorum negligentia & incuria lædantur. Pari quoque modo quintæ dubitationi reſponderi poteſt: quia cum ſatis naturæ conſentaneum non videretur, filios emancipatos, & iure ſanguinis ac naturæ æquè coniunctos, à patris hæreditate ſubmoueri, quos lex ſubtili quadam ratione excluſit: Prætoris benignitate receptum fuit, vt per bonorum poſſeſſionem admitterentur, §. 1. *inſtitut. de bonorum poſſeſ.* Item alia quidem & alia via eſt, non omninò diuerſa tamen, ſed ſucceſſiua, adminicularis & ancillaris, de qua loquitur Diocletanus, *d. l. ſuorum.* & quia, vt ait Fulgoſius, *ad d. l. ſummum.* 2. beneficium bonorum poſſeſſionis in vtilitatem filij tributum fuit, ideò in eius detrimentum conuerti non debet, & *l. quoties duplici. ff. de reg. iuris.* quoties duplici iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo iure, quod ante defertur, ſupererit vetus, vt ecce: Hæres inſtitutus idemque legitimus, ſi ex capite teſtamenti, in quo inſtitutus eſt, repudiauerit hæreditatem, eam vt legitimus non amittit, ideò quod ius ſucceſſionis ab inteſtato antiquius eſt, & ex natura deſcendens, *l. ſi. ff. de bonis damnat.* renunciatio verò eſt ſtricti iuris, quę conſtringi, non ampliari debet. Cæterum è contrario renunciatio iuris veteris, ius nouum, paucis, *l. illud. ff. de acquir. hæred.* tantummodo caſibus exceptis, extinguit, *Dd. ad d. l. quoties.* ita vt cautè proſpiciendum ſit, vt ius nouum duntaxat repudietur, & non ſimpliciter verba renunciationis concipiantur. Nam qui palam & generalibus verbis hæreditatem vel ius ſuccedendi repudiauit, omni iuri renunciaſſe videtur, vt neque ex noui neque ex veteris iuris capite admittatur, *Bart. & Iaſon ad d. l. nec is. §. hæres.* Quod verò ſexto loco proponitur, in religione & vinculo iuriſiurandi poſitam rationem habet, quia iuramentum operatur vim geminati conſenſus, *Bart. ad l. ſi quis. ff. de fideiuſſ.* magnamque *Rom. ad l.* 1. *ff. de verb. oblig.* animi deliberationem demonſtrat, atque ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, *d. c. cum contingat.* Et quod de accuſatione denunciationeque ſeptimo loco controuertitur, parum aut nihil mouet. Etenim diuerſa eſt ratio accuſationis, quæ ad pœnam imponendam pertinet, & denunciationis, quæ ad pœnitentiam agendam duntaxat. Et ſicut clericus de crimine accuſatus & conuictus, beneficio exuitur, denunciatus verò ad ſolam pœnitentiam vrgetur: ita quoque vxor de adulterio denunciata,

non

non accuſata, adulterij pœnam ſuſtinet, ſed ſolummodo pœ nitentiam agit, *Panormitanus ad d.c.fin.* Rurſum verò, maritus qui iurauit coniugem de adulterio commiſſo, non dico de adulterio adhuc committendo, non accuſare, fidem religionis ſeruare debet, quatenus de thori ſeparatione ſuoque præiudicio agitur. At ne facilitas veniæ delicti occaſionem inducat, & ne peccatum vxoris inde foueatur & augeatur: non obſtante iuramento, eam vt pœnitentiam agat, denunciare poteſt, ideò quod eius remiſſio & renunciatio, in his quæ ad animam pertinet, conſiderari non debet, *D. Antonius & Cardin. ad d. cap. quemadmodum. §. fin.* Deinde verò hæc regula procedit, quando quid prohibetur reſpectu modi. *Panormitanus. ad cap. tua. de procurator.* Ideoque fit quod ſubinde, quæ per viam accuſationis non licent, per viam denunciationis licent, & quidem maximè ex eo, quod fauorabilior atque animæ tutior eſt denunciationis cauſa, ad quam facilè quilibet admittitur, quam accuſatio: quia de proximi ſalute quilibet ſolicitus eſſe poteſt. Accuſatio autem magis odioſa eſt, vel propter perſonas accuſantium, qui aliquando vel conſcij & participes criminis fuerunt, vel propter lucrum quod ex eo quærunt, & ideò calumnias proximo ſtruunt. Neque ſanè eadem eſt ratio clerici de bonis eccleſiæ teſtantis, & inter viuos de ijs diſponentis. Etenim neque oportet neque decet clerico licentiam teſtandi de rebus, quas ab eccleſia percepit concedi, niſi ex cauſa legitima & iure probata. Alioqui enim de his diſponeret, eaſque diſtribueret in tempus, quo nec verè nec fictè earum dominus futurus eſt, imò nec diſpenſator quidem, quia bona illa non poſſidet vt propria, ſed tamquam alieno iure, per eius obitum extinguendo, & ad eius hæredes non tranſituro, *Didac. ad d. c. adhæc.* Donatio autem inter viuos ei qui adhuc legitimus diſpenſator eſt, & vſufructuario adæquatur, *gl in cap. præſenti. de offic. ordin.* prohiberi non debet: ita tamen, vt diſcreta moderataque ſit donatio, & in piam vel legitimam

9. cauſam facta, *cap. cum in officiis de teſtamen.* † Denique quod poſtremo loco proponitur, hanc rationem habet, quod in propoſita facti ſpecie, ſeruus propriè non eſt teſtis, neque pro domino neq; contra dominum, ſed de proprio facto ſuo interrogatur, licet per indirectum & conſecutiuè, eius reſponſio domino obeſſe vel prodeſſe poſſit, id quod ſpeciali quadam ratione in ſubſidium deficientis probationis, & de veritas ſupprimatur, *Fulgoſius & Salicetus ad d. l. cum probatio.* permittitur.

REGVLA LXXXV.

Contractus ex conuentione legem accipiunt.

1. *Præſumitur quis ſe conformare diſpoſitioni legis.*
2. *Conſuetudo & ſtatutum influunt in contractum.*
3. *Legem conuentionis accipere quid ſit.*
4. *Ampliationes huius regulæ.*
5. *In continenti quando fieri dicatur.*
6. *Informari quando dicitur contractus.*
7. *Rationes dubitandi.*
8. *Ratio decidendi.*
9. *Subſtantia contractus quæ ſint.*
10. *Naturalia contractus quæ ſint.*
11. *Accidentalia contractus quæ ſint.*
12. *Princeps quomodo cõtractu ſuo obliget ſubditos.*

VVlgata iuris ſententia eſt, † quod quilibet cenſetur accommodare voluntatem 1. ſuam ſecundum leges, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l. quidam cum filium. ff. de verb. obl.* & vbi conſuetudines vel ſtatuta corrigunt ius commune, præſumitur ſe illis velle conformare, *Bart. & latè Ripa ad l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad S.C. Trebell.* [*conf. D. Peck. ſup. in obſcur. ante n. 1.*] Sed hoc ita accipiendum & intelligendum eſt, niſi verba & mens contrahentium ſeu diſponentium aduerſentur. Quia licet caſus omiſſus & à contrahentibus non expreſſus, recipiat interpretationem à diſpoſitione legali, *l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſth.* tamen vbi ab his expreſſus eſt, & apertè de eo diſpoſitum reperitur, aliud eſt. Etenim partium conuentioni cedit ius commune, & ſecundum eam actus noſtri dirigendi ſunt, *Alciat. regul. 3. præſum. c. 32.* Ideoque dici ſolet † 2. quod lex aut ſtatutum influit in contractum, eundemque declaret, ſi non aliud actum appareat, *l. & in lege ff. locati.* & quod cõuentio partium poteſt excedere fines ac limites legis & ſtatutorũ, *Bald. & l cum mulier. ff. ſolut. matrim.* Et ſicut viæ legalis latitudo à lege taxata eſt, ita & conuentionalis à partium conuentione, *Florianus ad l. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* & in contractibus eiuſmodi non tam implementũ ipſum contractus, quam eorum qui contrahunt, conuentio inſpici debet, *Salic. ad l. cum mota. C. de tranſact.* qualiſcunque tandẽ contractus fuerit, *Rom. conſ. 475.* Vnde fit, vt licitum ſit pactum, ne culpa qua alioqui quis premitur, præſtetur, vel vt de dolo quem non præſtat, teneatur, *l. 1. ff depoſiti.* aut vt caſum fortuitum & vim maiorem ſuſtineat, à qua iure communi tutus eſt, *l. ſi quis fundum. § ſi colonis. ff. locati.* id quod pulchrè explicat Rubeus *conſ. 135.* in colono, qui onus omne reale & perſonale, omniumque exactionum principis & ſubſidiorũ in ſe recepit.

Ex conuentione. Conuentionis quidem nomen admodum generale & effuſum eſt, ad omnia

pertinens,de quibus negocij contrahendi tranſigendique cauſâ conſentiunt hi qui inter ſe agunt,*l.1.ff.de pact.* & ſæpenumero idem ſignificant conuentio & contractus. Hoc tamen loco manifeſtè à ſe inuicem diſtinguuntur, ſtrictiuſque loquendo, accipitur conuentio non quæ contractus eſt, ſed quæ contractui ineſt,eidemque adijcitur, & non hoc quidem generali verbo, ſed ſua propria vi & effectu deſignatur, & veluti pactum eſt.*Connan.lib.5.cap.* 1. Quomodo & Iulius Paulus generale conuentionis nomen poſtea pactum appellat,*l.lect.ff.ſi cer.pet.*& plærumque circa locum, diem, conditionem, modum, aut ſi quid his ſit ſimile, *Loriotus ad l.nec ex prætorio.ff.de regul iur.* reſidet atque verſatur.

3. † *Legem accipiunt.*Contractus ex conuentione legem accipiunt, id eſt, formam, *Ang. ad l. iuriſgentium §.quinimò.n.6.ff.de pact.*vel ſi mauis, legis neceſſitatem & authoritatem,quandoquidem lex ſuadet & natura iubet, pacta conuenta ſeruari,*d.l.1.& l.1.ff. de conſtit. pecun.* & quia materiam contractui ſuppeditat ipſa conuentio,*Dd.ad l.bonæ fidei.C.depact.* Vnde olim orta eſt diſputatio, an idem pacto fieri poſſit quod lege fieri poteſt,de quo latè agit Nicolaus. Euerardi, *in loco à pacto ad legem.* Et certè quod pacta ſeu conuentiones legem dari dicuntur, rhetoricis explicat Ariſtoteles. *lib.* 1. *c. penult.* Pactum, inquit,priuata particularisq; lex eſt.At leges quidem ratas pacta nō faciunt. Contra legum approbatione pacta legitima authorantur.

4. † Amplia primò hanc regulam, quod contractus adeò accipiunt legem à conuentione, quod ipſa conuentio cenſetur, & dicitur eſſe pars contractus:*d.§. quinimò.* quia cum concernat eandem rem quam contractus, propter rei vnitatem,eodem iure vtitur: ita quod læſio in vna parte,conſideratur etiam reſpectu alterius, *l ſi duorum.ff.de act. empt.* & communiter ſolet dici,pactum ipſum ſeu conuentionem, partem precij eſſe,*l.fundi partem ff.de contrah.empt.* maximè quando ſublato contractu, tollitur etiam pactū ſeu conuentio accedens.*l.fi. ff. de acceptil. l.cum emptor.ff.de reſcind.vend.Alex.conſ.*49.*n.*4.

Amplia ſecundò,quòd contractus legem accipiunt ex conuentione, etiamſi ex ea natura rei in contractum deductæ alteretur, *Florianus ad l.via conſtitui.ff.de ſeruit.ruſt.præd.* vt ecce res corporalis, quæ ſua natura diuidua eſt, partium conuentione indiuidua fieri poteſt, *l. ſtipulationes non diuidunt.ff.de verb.obl.*& licet natura ſeruitutis ſit, vt quis non ad factum, ſed ad præſtandam patientiam teneatur,*l.quoties.§.1.ff. de ſeruitut.*ſi tamen conuenerit, vt quid fiat, valet conuentio.*l.1.§. apud Alphenum. ff. de aqu. plu. arcend.*& natura emptionis eſt, vt de euictione teneatur venditor: pactum tamen in contrariū factū ſubſiſtit.*l.pacta conuenta.ff.de contra. emp.*

Amplia tertiò, ſiue conuentio in ipſo contractu exprimatur, ſiue etiam in continenti poſt contractum adijciatur: quia conuentiones in continenti ſubiectæ, eidem ineſſe videntur, id eſt, perinde eſt,ac ſi vno contextu factæ eſſent, & in ipſo contractu continerentur, *d. l. lecta.* cui tanta propinquitate coniunguntur & veluti agglutinantur, vt ſicut diximus, pars quædam eius intrinſeca & formalis eſſe cenſeantur,*d.l fundi l.tenetur.§.1.de ff act.empt.*Neq; refert, an vnicum ſit pactum, an plura, quæ contractui adiecta ſunt. Omnia enim cum in continenti conuenta ſunt, ſtabiliuntur. *Alc. ad d.l.in bonæ fidei.n.9.*& generali nomine dicuntur pacta conuenta, eo quod ſemper alterius contractus gratia concipiuntur, qui ex huiuſmodi pactis ſiue conuentionibus ſuas leges accipit: vt pacta conuenta ſuper dote, *C. de pact. conuent.* ſuper ſocietate,*l.duo. ff. pro ſocio.* ſuper tranſactione,*l.2 ff. de tranſact.* ſuper diuiſione, *l.tres fratres ff. de pact.* ſuper obligatione ex maleficio contracta vel contrahenda.*l ſi vnus.§ pacta quæ turpem eod.tit.* Cæterum conuentiones ſeu pacta quæ ex interuallo contractibus apponuntur,minimè illis inſunt, neque pars eorum eſſe cenſentur. Nam cum eiuſmodi contractus præciſam & abſolutam ſuam formam iam acquiſierunt, & certos fines acceperunt, alia eis forma imprimi non poteſt,*Bald.ad d.§. quinimò verſic.6.nota.* niſi fortè ad parandam exceptionem, cuius cauſa ſemper & vbique fauorabilis eſt.*d.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.l.Arria ff.de act.*

† In continenti verò pactum vel conuentio adijci dicitur contaactui, non ad punctum vel momentum, ſed ciuili quodam modo, & antequam partes ad extraneos actus perueniant, *l.reos.§.cum duos.ff. de duob. reu.* vel antequam contractus pro perfecto habetur, & dū adhuc progreditur nec planè conſiſtit, etiamſi mille pacta interim fierent.*Bart.ad d.l.lecta. num.*18. Perfecto verò contractu, ſi quod poſtea fit,non dicitur in continenti fieri. Et cum contractus perfectus & abſolutus eſt, ſine expreſſo conſenſu illius, cui ex illo acquiſitum eſt, nouam formam ſeu nouum additamentum accipere à pacto non poteſt, niſi ante contractum aliqua pacti fuiſſet mentio,*l.Titio.§.1.ff. de verb. oblig.* ita vt præſumptio ſit, contrahentes non ſic voluiſſe contractum illum pro perfecto habere, quin adhuc pacti illius ratio haberetur. *Loriot. ad d.l.lecta.num.*26. 5.

Amplia quartò, quòd conuentio ſeu pactum non ſolùm ineſt, ſed ſic legem dat contractui, vt illum informet, reformet, conformet, & reſoluat. † Informare dicitur contractum, quando illum mutat,& extra terminos à iure regulariter conſtitutos inflectit ad id, quod eſt in pacto ſeu conuentione, nimirum vel extendendo contractum ad pactum, quando illud pro creditore eſt appoſitum, qui ex eo contractu actionem habet, *d. l. fundi.* vt ſi vendo tibi domum, & mox appono pactum, quòd fratri meo patrocineris: ex hoc pacto oritur actio præſcriptis verbis, & tamen extra terminos 6.

ſuos

ſuos extenditur contractus ad ea, quæ in pacto continentur, *Zaſ. ibi num.* 2. *& num.* 32. vel ſanè reſtringendo, limitando & moderando actionem, quando pro debitore ad minuendam obligationem in continenti adiicitur. *d. l. lecta in pr.*

In continenti dico, quia, vt eleganter ait Baldus, *in d §. quinimò.* ſicut frumentum quod non eſt in ſacco, non informat ſaccum, & ignis multum diſtans, non calefacit hominem, & ſigillum non approximatum ceræ, non informat ceram: ita neque conuentio ex interuallo adiecta. Porrò autem quid ſit reformari, conformari, & reſolui contractum ex conuentione: quia tempore concludimur, hic non dicemus, ſed aliunde petenda ſunt. *Doct. ad d. l. lecta ad l. petens. & ad l. in bonæfidei. C. de pact.*

7. Amplia poſtremò, vt ſicut pactum appoſitum iuxta contractum, effectum ſuum operatur: ita quoque, vt Iaſon ait, *ad d. §. quinimò n.* 3. ſi apponitur iuxta quaſi contractum, id quod perpetuo menti tenendum eſſe admonet Angelus *ibi n.* 5. licet in diſtractu aliud eſſe dicat.

† Ratio verò dubitandi eſt, primò ex eo, quòd, vt Celſus ait, cum præcario aliquid datur, ſi conueniat, vt in calendas Iulias precario poſſideat, nulla vis eſt huius conuentionis. *l. cum precario. ff. de procur.* Et ſi decem dedero, ac deinde paciſcar, vt vndecim debeas: Proculus cum Vlpiano putat, amplius quam decem condici non poſſe, *l. rogaſti. §. ſi tibi ff. ſi cert. pet.* Secundò ex eo, quod lex futuris formam præſcribit negotiis, eamque ſic omnes ſequi tenentur, *l. leges. C. de leg.* vt nemo facere poſſit, ne leges in ſuo actu locũ habeant, *l. nemo. ff. de leg.* 1. iuriſque publico pactis priuatorum derogari non poteſt, *l. ius publicum ff. de pact.* & contractus non ex pactis, ſed ex legum diſpoſitione formam ſuam habet, *l.* 1. *§. ſi quis ſeruum ff. depoſit.* Tertiò ex eo, quod ſi contractus non ſolùm ſummi Principis, ſed etiam inferioris, veluti Ducis, Marchionis, & Comitis poteſtatem legis condendæ in ſuo territorio habentis, vim legis obtineat, *l penultim & ibi Bald. C. de donat. inter vir. & vxor. Curt. iunior. conſ.* 172. *n.* 19. *Maria Socyn conſ.* 65. *lib.* 1. Igitur contrarium videtur eſſe in aliis, vt ſcilicet eorum conuentio vim legis non habeat: quia quod de vno dicitur, de alio negatur, & qui vnum dicit, alíud excludit. *Dd. ad c. nonne de præſumpt* Quartò ex eo, quòd ex Pomponio reſpondit Vlpianus, maritum non poſſe paciſci, vt dolum ſolummodo in dote præſtet, quamuis paciſci poſſit, ne nomen debitoris, qui dotem promiſit, *l. Pomponius ff. de pact. dot.* periculo eius ſit: & vt Paulus ait, conuenire nòn poteſt, ne ob res donatas vel amotas agatur, *l. conuenire eod. tit.* Quintò ex eo, quod ſi paciſcatur maritus, ne in id tantùm quod facere poteſt, ſed in ſolidum condemnetur, eiuſmodi pactum ſeruari non oportet, *l. alio ff. ſolut. matr.* Et ſextò ex eo, quòd conuentio adiecta non dat legem contractui initio, ſed videtur illum nouare, ſiue contractus ſit bonæ fidei, *d. l. duo. & l. ſi quis à ſoci. ff. pro ſocio.* ſiue ſit ſtricti iuris. *l.* 1 *ff. de penu. legat.*

† Ratio verò decidendi eſt, quod prouiſio hominis facit ceſſare ordinariam prouiſionem legis. *l. fin. C. de pact. conuen. Iaſ ad d. l. ſi extraneus num.* 4. & quia voluntas contrahentium dat eſſe contractui, *d. l. iuriſgentium §. quod fere.* vt ad rem propoſitam ait Igneus, *ad l. contractus col* 6. *verſ. primum eſt. ff eod.* ſitque quilibet rei ſuæ moderator & arbiter: *l. in re C. mand.* vtique poſſunt contrahentes eam apponere conuentionem contractui, quam volunt, *dict l.* 1. *§. ſi conuenit. ff. depoſiti* Quod & Zaſius quoque pulchrè explicat, *conſ.* 1. *numer.* 82. *lib.* 1. dum ait, quod tametſi in ciuitate ſtatutum eſt, poſt mortem alterius coniugum bona liberis affecta eſſe oportere, hoc tamen non procedere, quando parentes in eorum vita, ordinationes proprias circa ſucceſſionem fecerunt. Etenim ſtatuta caſus tantùm non prouiſos complectuntur, ea verò quæ honeſtis & contrariis hominum diſpoſitionibus prouiſa ſunt, à ſtatutis eximuntur. Neque vrget in contrarium id, quod primo loco controuertitur. In contractibus enim quædam ſunt ſubſtantialia, quædam naturalia, & quædam accidentalia. 8.

† Subſtantialia ſunt, quæcumque exiſtunt de materia, forma, & ſolemnitate interna, quamuis & hæc inter ſe differant, neque facilis ſit vbique illorũ diſtinctio, quæ & præclariſſima quæque ingenia fatigauit, *Alc. ad l. cum quid in princ. ff. ſi cert. pet. & lib.* 5. *c.* 15. *paradox. Zaſ. li. c.* 12. *ſingul. intellect. Corraſ. lib.* 3. *miſcell. c.* 10. Huiuſmodi eſt conſenſus in quolibet contractu: *l.* 1. *ff. de pact.* res & pretium in emptione & venditione, *l.* 2. *l. nec emptio. ff. de contr. empt.* res & merces in locatione & conductione, *l.* 2. *ff. locat.* communio in ſocietate, *l.* 1. *&* 2. *ff. pro ſocio.* interrogatio & reſponſio in ſtipulatione, *l.* 1. *ff. de verb. oblig.* hæredis inſtitutio in teſtamento: *l. iubemus C. de teſtam.* eaque conditione exiſtunt, vt in contrarium contrahentium voluntas his derogare non poſſit: quia ſubſtantia eſt ſine qua res conſiſtere nequit, & forma eſt, quæ dat eſſe rei, cui nec addi nec detrahi quicquam poteſt, cum ſit indiuidua, *Bald. ad l. vlt. C. de ſuis & leg. hæred.* eiuſque mutatio facit, vt ea res cenſeatur non amplius eſſe, & actus ſine forma nomen ſuum habere non poteſt, *l Iulian. ff. ad exhib.* 9.

† Naturalia ſunt, quæ ad contractum formatum naturali quadam habitudine accedunt, & contractum naturaliter comitantur, ex eo dependent, ex eo conſiſtunt, & legis authoritate illi inſunt. Et hæc duplicis ſunt generis. Quædam enim ſunt interna ſiue innata, quæ per naturam velut intrinſeca qualitate contractui cohærent, eique ab exordio inſunt, vt quod in venditione dominium rei vel quaſi dominium & vſucapiendi conditio, tranſeat in emptorem, hoc eſt naturale internum, vſque adeò, vt non liceat in contrarium paciſci, manente 10.

nente eodem genere contractus, *l. cum manu ſata.* §. *vltim. ff. de contrah. empt.* ſicut & in mutuo hoc naturale eſt & intentum, vt eodem genere reddatur, *l.* 2. *ff. ſi cert. petat.* quia ex contractuum viſceribus deſumptum, mordicus iſtis cohæret. E thuc quidem id quod in prima obiectione dictum eſt, trahit Alciatus, *ad d. l. cum qu d.* dum inter naturalia recenſet, quod precarium ad libitum concedentis reuocatur, & Zaſius id exiſtimat Subſtantiale eſſe. Alia verò ſunt naturalia, ſed externa, quæ ex conſuetudine plerumque adſunt, & contractui inſunt, nec alia ratione naturalia appellantur, quam quod aſſidua conſuetudine, quæ altera natura eſt, accedunt. Veluti in venditione, euictionem non præſtari, *l. emptorem. ff. de act. empt.* & culpam & cauſam præſtare, vbi ex natura contractus non præſtaretur, eaque pacto mutari poſſunt, manente eodem genere contractus.

11. † Accidentalia autem ſunt, quæ non modò non pertinent ad ſubſtantiam, ſed omnino ſunt extra naturam contractus, *d. l. iuriſgentium.* §. *vtputa.* & variè ac prout libet, à contrahentibus adiiciuntur, vt quod res vendita venditori locetur, vel vna medietas ſic vendatur, vt alteri locari debeat, & aliæ innumeræ conuentiones ſimiles, de quibus hæc regula loquitur, quas Pomponius adminicula vocat. *d. l. pacta conuenta.* Quæ omnia olim quoque domino Mudæo præceptori & collegæ noſtro placuiſſe video, *ad tit. de contrah. empt. part.* 5. *num.* 13. plurimumque eo pertinent ea quæ de his in Phyſicis tradidit Ariſtoteles. *lib.* 2 *cap.* 1. *& ſeq.* Vnde & illud euincitur, non valere conuentionem, vt pro decem mutuo datis, reddantur vndecim, non ſolum odio vſurarum, ſed quia contra ſubſtantiam & naturam mutui eſt, vt plus reddatur, *l.* 2. *ſi cert.* & quia contractus qui re fit, maior eſſe non poteſt, quàm res ipſa, de qua credit pactus eſt, *l. ſi. tibi ff. de pact.* cum effectus ſua cauſa maior eſſe nequeat, *Zaſ. & Loriotus. ad d. l. rogaſti.* niſi forte ex accidenti, ſi interſit creditoris, loco & tempore conuento mutuum non reſtitui. *argumento. l. quinta. commod.* Quod autem ſecundo loco dicitur, ita placari poteſt; quod lex formam quidem dat negotiis, legiſque prohibitio vim formæ inducit, nulla hominum conuentione mutabilem, *gloſſ. ad l.* 1. *C. de fideiuſſ. dot. Iaſ. & Alexan ad l. penul. C. de pact. num.* 31. ideoque pacta quæ contra leges conſtitutioneſque, vel contra bonos mores fiunt, nullam habere vim indubitati iuris eſt: *l. pacta quæ contra. C. de pact.* Sed diuerſa eſt cauſa eius pacti, quod legi conſentaneum eſt, vt ne quis ad impoſſibile obligetur. Nam ſicut lege cauetur, quæ (vt Demoſthenes ait) conuentio quædam & pactio eſt, vt contra eam, eiuſque apertam prohibitionem paciſci hominibus priuatis non liceat, *l. non impoßibile. ff de pact.* Ita quoque in his quæ à lege omiſſa ſunt, & ab ea apertè non improbantur, partium conuentio quid poteſt: quia cum lex de his non diſponat, neque formam & terminos eis conſtituat, vtique in legem non peccant contrahentes, qui conuentionem legi non contrariam adiiciunt contractui, & propterea diſtinguunt interpretes, hoc pacto. *Iaſon ad l. paciſci. ff. de pact.* Aliquando lex expreſsè prohibet actum fieri, & certè hoc caſu quod in contrarium fit, non ſubſiſtit partium conuentione, *d. l.* 1. Idem eſt ſi non prohibet expreſsè, ſed pro ſolemnitate & forma aliquid inducit, *l.* 1. *C. de vſufruct.* vel ſi pro forma aut ſolemnitate non inducat: principaliter tamen publicam vtilitatem reſpicit, *d. l. iuriſgentium.* §. *ſi paciſcar. & d.* §. *ante omnia.* Aliquando verò diſponit lex principaliter ad priuatam vtilitatem, & tunc conuentio in contrarium facta valet: quia nihil aliud eſt ea conuentio, quam renunciatio iuris proprij & priuati, per legem inducti, quæ cuilibet permittitur. *l. pen. C. de pact.* Sed nec tertia dubitatio mouet. † Nam quod dicimus contractum principum habere vim legis, non ita accipiendum eſt, quaſi aliorum conuentiones non habeant effectum aſtringendi, aut legem non tribuant contractui, ſed quod conuentio vel pactio appoſita in contractu Principis, habet vim legis, non ſolum quo ad ipſos contrahentes: quia Princeps ſuo contractu obligatur: *Baldus ad l.* 2. *C. de ſeruitut. & aqua.* ſed etiam, quo ad alios ſubditos, quod non eſt in conuentione priuatorum. Vnde ſicut per legem transfertur dominium ſine traditione, *l. ſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* ita etiam ex contractu facto per Principem, *Iaſ. ad l. ciuitas n.* 3. *ff ſi cer pet.* & ſicut Princeps poteſt obligare ſuos ſubditos per legem, ita etiam per contractum, & ſicut ex ſententia lata per Principem, *l. Roman. ad l. Cæſar. nu.* 7. *ff de public.* in commune paratur præiudicium: ita & ex pacto eius. *Bart. ad d. l. Cæſar. n.* 11. Licet enim pactum per ſe non nocet, niſi paciſcentibus: omnibus tamen nocet ſpeciali ratione, quibus lex imponi poteſt. *Caſt. & alij ibid.* Quartò non obſtat, quod maritus paciſci non poteſt, vt ſolum dolum in dote præſter. Nam & huius ratio ab ipſo Pomponio aſcribitur, ſcilicet propter vtilitatem nubentium mulierum, quaſi dicat quod reipublicæ intereſt, dotes ſuas mulieribus eſſe ſaluas, *l.* 1. *ff. ſolut. matr.* & vt Fulgoſius ait, *ad d. l. Pomponius.* non tamen id agitur vt culpa commiſſa non teneatur maritus, quàm vt culpa non committatur. Neque mirum eſt, quod conuenire non poteſt, ne ob res donatas vel amotas agatur: quia altero pacto ad furandum mulieres inuitantur, altero ius ciuile impugnatur. *d. l. conuenire.* Neque multùm huic abſimile eſt id quod quintæ dubitationi diſſoluendæ accommodari poteſt. Quia pactum, quod in ea proponitur, eſt contra bonos mores, & contra receptam reuerentiam, quam vxores maritis debent: & ratio reuerentiæ maritaliſque affectionis poſtulat, ne coniuges aſperè, rigidè & inciuiliter inter ſe confligentur, ſed ſemper conſeruetur, & habeatur honor

nor alteri ab altero. *Zaſ. ad l. non tantùm, num.* 2. *ff. de re iud.* & id ſuadet honeſtas, licèt ſumma & extrema iuſtitia aliud poſtularet, de qua re plura notat Duarenus, *ad d. l. alia.* §. 1. quem vide. Quod verò vltimo loco dicitur, hac ratione non turbat: quia nouatio hodie non fit, niſi hoc expreſſum ſit, *l. fin. C. de nouat.* ſed neque olim quoque hoc indiſtinctè receptum fuiſſe, vt quandocumque cenſeretur facta eſſe nouatio, manifeſtum eſt, *l. ſcire. ff. de verb. oblig.* & ad diſſolutionem eiuſdem argumenti diligenter expendit Loriotus. *ad d. l. lecta n.* 31. Alia verò plurima huc pertinentia annotat Iaſon, quem vide. *ad d.* §. *Quinimò. cum ſeq.*

REGVLA LXXXVI.

Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare.

1. *Proprij delicti agnitio magni momenti eſt.*
2. *Familiæ ſuæ factum dominus aliquando præſtat.*
3. *Ampliationes ad hanc regulam.*
4. *Ciuitas an ædificia aliorum tempore belli diruere poſsit.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Ratio decidendi.*

EA eſt quorundam hominum impietas, & furor, vt excuſationes quærant in peccatis, *Pſalmo* 140. & cum pro admiſſis ſceleribus debitas pœnas ſuſtinent, aut detrimentum ſeu cladem aliquam accipiunt, culpam ſuam non agnoſcunt, ſed vel in proximum, vel in Deum ipſum cauſam referunt, *Ambroſ. l.* 2. *c.* 9. *de Cain.* ſicut ſeruus ille euangelicus, cui talentum vnum creditum fuit, pro talento, quod eum lucrari oportuiſſet excuſationem attulit, dicens: *Noui quoniam auſterus es.* Et impius ille Cain à Domino de occiſo fratre interrogatus, originem delicti à ſe excuſſit. Longè ſanè aliter quàm tres illi pueri in mediò ignis loquentes, & dicentes: *Peccauimus, iniquè geſſimus, iuſtus es Domine in omnibus quæ feciſti nobis, quoniam in vero iudicio omnia induxiſti ſuper nos.*† Et ſanè ſi hoc eſt
1. referre gratias Deo peccata ei propria confiteri, vt & mille aliquis reum ſe fateatur eſſe malorũ, & tamen nulla pro his indigna ſe arbitretur ferre ſupplicia: *Chryſoſtom. in hom.* 3. *in* 1. *cap. Matth.* multo magis hi qui re vera in culpa ſunt, damnum quod ex illa ſua culpa ſentiunt, neque ad Deum, neque ad proximum, iniqua aliqua accuſatione transferre, ſed ſibi dumtaxat imputare debent, cogitantes verum eſſe illud, quod olim dixit Vlpianus: Legis auxilio dignum non eſſe eum, qui ſe vltro coniecit in neceſſitatem, *l. ſi fideiuſſor.* §. 1. *ff. Qui ſatiſd. cog.*

Et ſanè tam in contractibus quam in teſtamentis, iudiciis, criminibus, & rebus ſpiritualibus exempla huius regulæ paſſim ſe exhibent. Etenim ad contractus quod attinet, qui parum diligentem ſocium ſibi aſſumit, inquit Iuſtinianus, §. *fi. Inſtit. de ſociet.* de ſe quæri debet, hoc eſt ſibi imputare debet: & qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati illud acceptum ferat: §. *præterea Inſt. Quib. mod. re cont. oblig.* & qui pupillum, pueros ſeu puellas tabernis præponunt, inſtitoria actione tenentur, quoniam ſibi imputare debent, cur eos præponant, & ſi procuratorio nomine minor circumſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali negotia ſua commiſit. † Seruorum quoque culpam, quos induxit, præſtare conductorem reſpondit Vlpianus, ſi 2.
tamen culpam in inducendis admiſit, quod tales habuerit vel hoſpites vel ſeruos, *l. videamus. ff. locati.* Nam cum alienos adhibet, inquit, explorare eum oportet, cuius innocentiæ ſint, *l. fi. ff. vt nautæ caup. ſtabul.* & ſi propter inimicitias conductoris vicinus arbores exciderit, aut rebus locatis damnum intulerit, ſibi, non locatori hoc conductor imputare debet, *l. ſi merces. ff. locati. l. damnum. C. eo. Corneus l.* 2. *conſ.* 23. In teſtamentis quoque reſpondit Iuſtinianus, eũ qui abſque beneficio inuentarij damnoſam hæreditatem adiit, & ſalubre legis conſilium contempſit: ſuæ hoc ſtultitiæ acceptum ferre debere, *l. fi. C. de iure deliber. Rom. ad l.* 1. §. *ſi is qui n.* 1. *ff. ad S. C. Trebell.* & cum quiſque intelligere debeat ineptas defunctorum voluntates non valere, veluti vt veſtes in funus impendantur: vt ornamenta, annuli, viriolæ in ſepulchtum vna inferantur: vt oſſa defuncti in mare proiiciantur: *l. ſeruo alieno. ff. de legat.* 1. *l. fi. ff. de auro & ar. legat. l. quidam. ff. de condition. inſt. l. non oportet. C. de his quibus vt indig.* ſibi, non aliis imputare poteſt, ſi poſtrema hæc ſua voluntas effectum non ſortiatur. Sic & de iudiciis cum eodem Iuſtiniano dici poteſt, dubium non eſſe, quin is quoque, qui iuſſu domini contraxit, cuique exercitoria vel inſtitoria actio competit: de peculio, deque eo quod in rem domini verſum eſt agere poſſit. Sed erit ſtultiſſimus, omiſſa actione qua facillimè ſolidum ex contractu conſequi poſſit, ſe ad difficultatem perducat probandi, in rem domini verſum eſſe, uel ſeruum habere peculium, & tantùm habere, vt ſolidum illi ſoluere poſſit, §. *cæterum. Inſt. quod cum eo &c.* Et cùm non debeat quis ad lites & iurgia eſſe procliuis, niſi negotio iureque ſuo priùs exactè diſcuſſo: *l.* 1. *C. de edendo. l.* 1 *ff. eo. ti.* ſi poſtea per ſententiam intentione ſua cadat, & in expenſas condemnetur, hoc ad propriam ſuam temeritatem referre debet, *l.* 1. *ff. de inoff. teſta.* ſicut & ille qui cum vberiorem viam habuit, eiuſque minus compendioſa, vtilis, & accommoda eſt, electione ſibi præiudicauit, *l. quod in hæredem.* §. *eligere. ff. de trib. act.* promiſſioq; indemnitatis de lite alicui facta, intelligitur, niſi lis ſua culpa euenerit, & victus victori in eas expenſas in quas ob contumaciam ſuá condemnatus fuit, non tenetur. *Alber. & Decius ad l. quod*

*quod quis ff.eo Socyn.conſ.*70.*li.*3.In arbitrijs quę adinſtar iudicorum redacta ſunt,*l.*1.*ff.de recep. arbit.*idem eſt. Stare autem debet ſententiæ arbitri, quam de re dixerit (inquit Vlpianus) ſiue æqua ſit ſiue iniqua, & ſibi imputet, qui cõpromiſit,*l diem.* §.*ſtari. ff.eod.* id quod de arbitratoribus quoq; quibuſdam veteribus olim placuerat.*l ſi.C.de contrah.emp.*Neq; in criminibus, delictis, pœnis, aut damni illius reſtitutionibus, alio iure vtimur. Etenim procurator pœnam, quam ex ſuo delicto paſſus eſt, non repetit: *l qui proprio.*§.*item.ff.de procur.* fideiuſſor vſuras, quas cum ſoluere non deberet, culpa ſua ſoluit, à debitore non recuperat: *Alber. & Decius d.loco.* ruſticus qui falconibus carnes ſalſas comedendas dedit, ex quibus mortui ſunt, ad lanionem vel alium hoc referre non poteſt: *Fely.conſ.*15.qui per eum locum tranſit, quo iter eſſe non ſolet, lapide ſeu tigno aut ramo ex ſuperiore loco à putatore vel operario demiſſo, læſus eſt, queri de eo non debet: *l. ſi putator. ff.ad l. Aquil.* ſi quis canem duxit, & is aſperitate ſua euaſit, aliumque offendit, tenebitur, damnumque illud non ad canis feritatem referre, ſed negligentiæ ſuæ, quod firmiùs eum non ligauit aut continuit, imputare poterit. Eoque pertinet iocoſa illa quæſtio, quam aliquando antiquus noſter practicus Iacobus Petri Farrenſis diſputauit.*in ſua praxi in libello de pauperie & dam.dato.* An ſi canis dormiens, magno ſtrepitu mingẽtis ebrij excitatus, porcum iuxta ſe paſcentem inuadat & occidat, ebrius ille teneatur? quem (ſi libet) ad reficiendum animum vide. Et qui dat operam rei illicitæ, etiam de caſu fortuito tenetur. *cap. tua de homicid.* Idem quoque eſſe in rebus eccleſiaſticis & ſpiritualibus, oſtendit Pariſius, dum ait,*conſ.*6.*n.*7.*lib.*4. quod ſi collectores decimarum fructus in campis iacenteis non collegerint, non eccleſiæ, ſed ſibi hoc imputare debent: & licet Emphyteuta eccleſiæ expelli non debeat, finita vna generatione cum ad plures facta eſt conceſſio, denuò illius confirmationem petere poſſit: intelligitur tamen, niſi culpa eius in malè verſando aliud factum fuerit, quia hoc damnum ſibi imputare debet,*Chaſſaneus ad conſuet. Burg.ti.Des cens.*§.*fi.ad verb Sans plus.* quod & de conductore dici ſolet.*l.adem.C.locati.*Et ſanè eleganter hoc in ea oratione quæ eſt, quod Deus non eſt author malorũ, explicans magnus ille Baſilius, ait:*Erat aliquando Adam in ſupernis non loco, ſed voluntate, cum nuper accepta anima ad cælum reſpiceret, & ex his quæ videbat, lætitiã conciperet, benefactoremque valdè diligeret, qui vitæ quidẽ æternæ fruitionem largitus eſſet, in delicijs verò paradiſi in quiete collocaſſet, & principatum dediſſet, ipſumque contubernalem archangelorum feciſſet, & diuinæ vocis auditorem. Super hæc omnia protegebatur à Deo, & voluptatum omnium breui ſatur erat, & ex ſaturitate tali velut ad iniurias procedebat, & quod carneis oculis iucundũ videbatur, intelligibili pulchritudini prætulit, & ventris ſatietatem ſpiritualibus voluptatibus potiorẽ duxit. Atqui ſtatim extra paradiſũ fuit & extra beatã illã vitã pulſus eſt non ex neceſſitate malus, ſed ex temeritate factus, & ſibi ipſi mortem per ſeceſſum à Deo parauit, iuxta illud quod ſcriptũ eſt Pſ.*27.*Ecce, qui elongant ſeipſos à te, peribunt, nihilque cum ſibi ipſi huius mali author fuerit, Deo imputare potuit.*

† Amplia primò hanc regulam, vt procedat 3.
non tantùm in damno, quod quis ſua culpa ſentit, ſed etiam in lucro, quod ſua culpa non acquiſiuit: quæ tamen duo diuerſa ſunt, & à ſe inuicem diſtinguuntur. *l. quamuis. C.de iur. & facti ignoran.l.*1.*C.de impr.lucrat.deſcript.li.* 10. *pulchrè Bald.conſ.*182.*incip. locata fuit. li.* 1. Et proinde ſi quis culpa ſua hæres non ſcribitur, qui alioqui ea culpa ceſſante, hæres ſcriptus fuiſſet, vtique hoc ſibi, non hæredi ſcripto, imputare debet: etiam ſi ille qui inſtitutus eſt, blandis verbis voluntatem defuncti in ſe prouocauit.*l. fi.C.ſi quis aliq.teſt probib..l.fi.ff.eod.tit.* Etenim tunc tantùm contra hæredem ſcriptum ei, qui ſcriptus non eſt, actio competit, cum is qui ſcriptus fuiſſet hæres, nulla ſua culpa præteritus eſt, & is qui inſtitutus fuit, non ſolum blandis modeſtiſque verbis hoc egit, vt ipſe inſtitueretur; verumetiam ſiniſtra quadam perſuaſione animum teſtatoris ab illo auertit & alienauit, *Ang. in d.l. fi.* etiam qui ſibi promiſſum tempeſtiuè non exegit, ſuæ imprudentiæ hoc acceptum referre poteſt,*l.ſi fundum ff.de fundo dotali. l ſi ſocer.ff.ſolut matr.*ſicut & is qui ex locatione domus lucrum facere potuiſſet, & non fecit, *Maria.& Socyn.conſ.*120.*n.*13.*l.b.*3. & non petendo præbendam primò vacantem ſibi conferri, gratiam ſuam amittit,*c.ſi clericus. ſup de præben.*& non eligendo vnam ex rebus legatis, iure optionis excidit,*l.fi.C.commun. de legat.* & non petendo bonorum poſſeſſionem, ſequentibus in gradu locum facit,*l.*1.*ff.de ſucceſ. edict.*atque in vniuerſum lex negligenti beneficium non concedit, ſed vigilanti fauet atque ſuccurrit, *l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. cred.*

Amplia ſecundò, quòd non ſolum hoc damnum ſibi imputare debet, verumetiam aliquando in criminis ſuſpicionem venit. *In ciuilem rem deſideratis*(inquit Imp.Seuerus)*l.*3. *C. de furt. vt agnitas res furtiuas non prius reddatis, quam pretium fuerit ſolutum à dominis. Curate igitur cautius negotiari, ne non tantum in damna huiuſmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionẽ incidatis.* Et hæres qui non facto inuentario hæreditatem adiit, & res hæreditarias apprehendit, non ſolum hoc damnum ſentit, quod ius ſuum amittit, verumetiam in ſuſpicionem rerum ſubtractarum incidit, & creditoribus ac legatariis vltra id quod in hæreditate fuit, tenetur, §.*ſi verò non fecerit. in auth.de hæred. & falc. Carol.Ruin.conſ.*206 *li.* 2. *Monticulus ad l.ſcimus. nu.* 143. *C. de iure deliber.* quod & de tutore inuentarium non conficiente reſpondit Iulian.*l. tutor. qui ff. de admin.tut.*

Amplia tertiò, vt locum habeat, etiamſi nullus dolus, nullumque delictum admixtum fuerit,

fuerit, & is qui damnum dedit, lucrum aut commodum inde ſentit. Vt ecce: poteſt quis in ſuo ſolo vel extra, vel apud mœnia ciuitatis
4. pro animi ſui arbitrio ædificare. † Aduenien te hoſte ciuitas quæ ex huiuſmodi ædificijs inſidias metuit, ea deijcit, euertit, & proſternit, oſtendimus ſuperius (*in c. nemo poteſt plus.n.*2.3.) eam ad damni illati ęſtimationē non teneri, tametſi ædificator in dolo aut delicto non ſit, & ciuitas ex ea demolitione commodum ſentiat: quia is qui ſic ædificauit, aliquo modo in culpa eſt, cogitare debuit caſum illum aliquando euenire poſſe. *l.ſi cui loci. C.de ædific. pri.* Ædificia (inquiunt Arcadius & Honorius) *l.ædificia.C.de operibus pub.l.Mæniana.C.de ædific. priuat.* quæ vulgò paratesia nuncupantur, vel ſi quæ alia opera mœnibus, vel publicis operibus ſociata cohærent, vt ex his incendium vel inſidias vicinitas reformidet, aut anguſtentur ſpatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac proſterni præcipimus. Ideoque quod dici ſolet, quod Princeps aut ciuitas auferens alicui ex cauſa dominium rei ſuæ, tenetur eidem ad aliquam recompenſationem, *l. ita ſi verberatum.ff.de rei vendic.* ita accipiendum & intelligendum eſt, niſi culpa aliqua domino rei imputari poſſit *Doctor. ibi.& inc. quæ in eccleſiarum.de conſt.& ibi latè Fely.* Sic & Paulus Pariſius *conſ* 105.*l.b.*3. dicit imputandum eſſe illis, qui ædificāt in alueo fluminis, ſi aliquod damnum illis poſtea ex flumine inferatur. Et qui patitur rem ſuam præſcribi, debet ſibi imputare quod hoc paſſus eſt, licet præſcribens ex hoc eius facto lucretur.

5. † Ratio dubitandi in hac regula eſt, primò ex eo, quòd Vlp. ait, damnum ſocio illatum etiam illius conſocio imputari. *l. ſi fuerit.ff. pro ſocio.* Secundò ex eo, quòd ſtatutum valet, vt pro eo in quod filius ſua culpa condemnatus eſt, pater conueniri poſſit. *Salic. & Bald. l. ſi filiusfam.C.ne filius pro pat.*

6. † Ratio verò decidendi eſt, quod, vt ſuperius dictum eſt, non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *c.non debet ſup. eo.* Nemo debet alterius odio prægrauari. *c. nemo debet.ſup.eo.* Sine culpa nemo puniendus eſt. *c.ſine culpa.* Suos culpa tenet authores, nec vlterius progrediemur *l.ſancimus.C de pœn.* Et qui proprio facto damnum ſentit, in patientia cogitare poteſt, quod (vt eſt in prouerbio) ſuo laqueo capitur, ſua opera quaſi ſuopte plauſtro hanc ſarcinam ſibi attulit, & quod ſuorum malorum ipſe ſibi author eſt. Quod ſi perpenderent homines, plus haberent pacis, & multò minùs obmurmurationis & querelæ. De contumaci & ſuperbo filio non quereretur pater, qui ſua culpa & negligentia effecit, vt talis eſſet. Importunitatem vxoris non toties proponeret maritus, quam ab initio ad mitiores mores non aſſuefecit. De adulterio eiuſdem taceret, qui ex ipſius lenocinio viuens, eam proſtituit. Non tamen grauis ei eſſet paupertas, qui propria ſua prodigalitate eam comparauit. Non accuſaret iudicium Chriſti, qui ſuapte culpa perire voluit. Non maledicerent Regibus & Principibus, qui ſe per hos veluti per miniſtros à Deo miſſos propter peccata ſua flagellari ſentiunt. Non doleret de amiſſis impenſis, qui cogitaret ſe aut mala fide aut prohibente domino in re aliena ædificaſſe, *l.in fundo.ff. de rei vendic.l. ſi in area. ff. de condic. indeb.* vel ſe rei alienæ magnis ſumptibus immiscuiſſe. *l.ſi C.de neg.geſt.l.ſoluendo.ff.eo tit.* Non diceret grauem & ſumptuoſam ſibi fuiſſe tutelam tutor, cui expenſæ, quas inutiliter nomine pupilli fecit, imputantur. Non percuterent, occiderent, aut mutilarent ancillæ canes aut feles, ſi intelligerent eiuſmodi animalia fame inſtigata carnes ſua negligentia malè cuſtoditas comediſſe. Filiusfamilias ſibi imputaret, quod ſe cum cogi non poſſet, emancipari paſſus eſſet: *Curt. ad l.ſi emancipati num.*4. *C. de collation.* Is qui ſuo facto poſſeſſionem amiſit, patienter ferret ſe à remedio redintegrandæ poſſeſſionis arceri, *Ripa ad c. ſæpè. num.* 27.*de reſtit.ſpoliat.Ruinus conſ.*47.*lib.*4 *Socin.in l.rem quæ nobis.ff.acqu poſſeſſ.* & qui vim militarem ſuſtinuerunt, minus dolerent, ſi eam aliquo dato euitare potuiſſent. Id quod in eleganti ſpecie decidit Stephanus Bertrandi, *conſ.* 126. *lib.*11. dum ait quod incolæ de Baſtida noua male fecerunt claudendo portas armigeris Principis, cui tenentur ad eorum hoſpitationem (ita enim loquitur) & quod fecerunt valdè indiſcretè, poſtquam videbant aut videre poterant, quod eis de facto commodè reſiſtere nō poterant, quo minùs ingrederentur, & quod ideo ſi paſſi ſunt longè maiora damna, quā paſſi fuiſſent, ſi ab initio permiſiſſent illos ingredi, & ſi poſtea eo nomine cū capitaneis eorum componere & trāſigere coacti ſunt, ſibi hoc totū imputare debent, quod & Curtius iunior quoque probat *con.* 137.*n.*11. Neq; multū huic abſimile eſt, quod olim Arſacæ Regis Parthorum oratores, fideliter expoſuerunt Craſſo ſibi ab eodem ſuo Rege commiſſa. Et cū Craſſus nimia ſuperbia elatus reſpondiſſet, ſe illis non daturum reſponſum, niſi cū eſſet in Seleucia aut Babylone, vnus ex dictis oratoribus nomine Agiſius eleuans manum ſuā, oſtendenſq; Craſſo palmam: prius, inquit, naſcentur pili in hac palma, antequam poſſis videre Seleuciam aut Babylonē, & recendentes inde, Irodem Regē in re bellica exercitatiſſimū acceſſerunt, eumdemq; futuri belli ducem, Regis ſui mandato conſtituerunt, eoq; duce Craſſum ſuderunt, & ſtultitiæ atq; arrogantiæ ſuæ pœnam, quam ipſe ſibi parauerat, ſentire fecerunt. Neq; his aliquo modo aduerſatur ea, quæ primo loco propoſitia eſt dubitatio. Apertè enim de eo conſocio loquitur Vlp. qui doli, delicti, & culpæ fuit particeps, vt rectè obſeruat Dyn. ſicut & alio loco *l.itē quæritur.ff. locati.* conductorem falſarū menſurarum teneri voluit, ſi doli & falſitatis conſcius ſit, non item ſi conſcius non ſit Et quamuis ſecundum communio-

muniorem opinionem valet ſtatutum, quod pater tenetur ſoluere pecuniariam condemnationem pro delicto filij *c. & ibi Ancho. & alij de delict. puer. Alber. in rub. C. ne filius pro patre.* non corporalem, ſicut valet conſuetudo, quod villa tenetur pro damno in itinere à prædonibus accepto, *Bald. ad l. de quibus ff. de legib.* hoc tamen ratione non caret, ſcilicet vt ideò maiorem curam & ſollicitudinem circa ſuos liberos & domeſticos exhibeant, melius à iuuentute eos inſtitui curent, & ſi quid pro illis ſoluerint, in ſucceſſione hæreditaria deducere poterunt. *Bald. in d. l. C. ne filius pro patre. Salic. & alij ad l. fi. C. de conſt. pecu.*

REGVLA LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

1. *Fama hominis pretioſa eſt.*
2. *Fama bona aut mala quid ſit.*
3. *Infamia quotuplex ſit.*
4. *Infamia facti quo refertur.*
5. *Ampliationes ad hanc regulam.*
6. *Teſtis qualitas conſideratur tempore depoſitionis.*
7. *Rationes dubitandi.*
8. *Ratio decidendi.*

DElicatiſſima res eſt fama hominis, & quæ ſæpè rubiginem leuibus contrahit ex cau-
1. ſis, † ideò vt in alterius infamiam non facilè cuiquam credendum eſt: ita quoque ſi infamia reuera comperta eſt, infamem à republica penitus arcere, eoſque tantum eius gubernationi adhibere expedit, qui non ſolùm priuatis rebus tractandis, verumetiam publicis negotiis gerendis, circa infamiam apti ſunt, ſcilicet vt famoſis & notatis, quos ſcelus vitæ aut turpitudo inquinat, & quos infamia à bonorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ non pateant, *l. neque. C. de dignitat. lib. 12.* ſicut & olim, vt teſtis eſt Modeſtinus, ab ingreſſu vrbis prohibiti fuerunt, *l. ſed etſi milites. §. ſcribit autem. ff. de excuſ. tut.* & habere aliquem pro infami, tanti momenti cauſam eſſe duxerunt veteres, vt inter cognitionum genera iudicium de æſtimatione retulerint, *l. cognitionum. ff. de var. &
2. extraord. cognit.* † Porrò autem, ſicut fama ſeu æſtimatio hominis bona nihil aliud eſt, quam illæſæ dignitatis ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro authoritate legum aut minuitur aut conſumitur: *d. l. cogitionum.* ita quoque infamia eſt læſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus reprobatus. *Bart. ad d. l. 1. ex quib. cauſ. infam. irrogatur.* † Variis
3. autem modis infamia quis notari poteſt, iure ſcilicet vel facto. Iuris vocatur infamia, quæ irrogatur alicui iure ciuili vel canonico, tametſi fortè apud bonos viros non ſit grauata eius opinio & exiſtimatio. Et hoc quidem dupliciter: Vno modo, cum lex ipſa, non ſententia, rem illicitam, mox atque facta & commiſſa eſt, damnat, ipſumque factum notat, id eſt, cum ſola legis authoritate infamia nominatim infligitur, neque neceſſaria eſt ſententia ad hoc vt ea infligatur. Licet enim per ſententiam delictum declaretur: *l. infamem ff. de public. indic.* in his tamen, iam ante ſimulatque quis palam deliquit, ex ſola deprehenſione infamis eſt, neque in eis, ſicut in aliis, requiritur ſententia: *l. athletas. ff. de his qui not. inf.* vt ſi quis ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſus ſit, ſi artis ludicræ cauſa in ſcænam prodierit, ioculator vel præſtigiator fuerit: ſi lenocinium fecerit, ſi in adulterio deprehenſus ſit. *l. 1. d. ti.* Alio verò modo, cum factum & perſonam notat non lex, ſed ſententia: ſic vt is demum hanc infamiam ſubeat, qui furtum, rapinam, iniuriam, dolum feciſſe, iudicatus & pronunciatus eſt, & ſimiliter in aliis criminibus. Iudicatus, inquam, nomine proprio non alieno, vel ſuo, ſed non appellauit, quia ſi quis condemnatus, à ſententia infamiæ prouocet, non habetur infamis, antequam ea ſententia confirmetur, *l. furti §. d. tit.* Nonnunquam quis fit infamis infamia iuris, per quaſi ſententiam, videlicet ſi in iudicio crimen confiteatur, aut ſi ſuper delicto & conſcientia delicti tranſegit, niſi Prætoris iuſſu pactus fuerit, *d. l. athletas & l. quoniam eo. tit* Sed hoc in ciuilibus negotiis, vel in criminibus non admodum atrocibus locum habere poteſt: quia alioqui confeſſionem ſententia ſubſequitur, *l. ſi confeſſus fuerit. ff. de cuſto. reor.* & ſine ea eſſe non poteſt. † Infamia autem facti, 4. ad hominum opinionem potiſſimùm refertur, vt cum quis apud bonos graueſque viros malè audit, licet illi à iure & ex ipſis legibus nulla infamia irrogetur. Aut cum ex facto aliquo apud viros bonos improbato emergit, de quo tamen neque lex pronunciat, neque iudex decernit: vt cum alicuius pudor, aut per increpationem iudicis extra cauſæ cognitionem oneratur, aut notatione parentis in teſtamento perſtringitur. *l. ob hac verba. ff. de his qui not. inf.* Quibuſcumque autem iam dictis modis infamia irrogetur, vtique infames à dignitatibus repellùntur. *Quis enim*, inquit Eccleſiaſticus, *honorificabit exhonorificantem animam ſuam? cap. 10.*

† Amplia primò hanc regulam, quod infami- 5.
bus portæ dignitatum non patent, non ſolùm in loco in quo infamia contracta, aut per ſententiam illata eſt, verumetiam in alio loco quocumque: quia, vt eleganter cum *ad l. ex ea ff. de poſtulando.* Bartolo reſpondit Caſtrenſis, *ad d. l. 1. ff. de his qui not. inf.* ſicut lepra ſequitur leproſum quocumque ierit, & ſicut is cui membrum aliquod mutilatum eſt, id ipſum membrũ mutilum ſecũ perpetuo defert, & ſicut excommunicatus in vno loco, vbique locorum graui ac periculoſo hoc vinculo ligatur: ita quoque ſententia quæ aliquem infamat, eiuſdem naturæ eſt, adeoque ſtatum alicuius diminuit, vbique infamat, apud omnia tribunalia ligat: ſequiturque hominem etiamſi ad locum non

non ſubditum iuriſdictionis illius qui ſententiam tulit,eat: perſonam enim afficit, eamque velut indiuiduus comes ſubſequitur, quod & Panorm. probat,*in c.* 1.*de Treuga & pace*. Sic & ciuis ex famoſo crimine exul factus, nuſquam patriam poteſtatem in liberos ſuos exercere poteſt, *Angel.in d. l. ex ea.in fin.*& licet exul huius ciuitatis in alia ciuitate non confœderata exul non ſit: ita tamen ibi exiſtens infamis eſt,ſicut hic: quia infamia eſt macula oſſibus inhærens, & veluti character quidam, qui hominem ſequitur quocumque locorum ierit,*Bal & Ang. ibid.* Sic licet cùm ex cauſa non infamante prohibitum eſt alicui exercere officium aduocationis in certo loco: extra territorium iudicis prohibentis,poſtulare poteſt,*d.l. ex ea.* Sed ſi ea prohibitio ex cauſa infamiam irrogante facta eſt, alio iure vtimur. *Doct. ibi.*

Amplia ſecundò,quod licet aliàs delinquentes emandati,id eſt,poſt peractam pœnitentiam, gradum ſuum & dignitatem recipere ſolent. *c. contumaces.*50.*diſtinct.*emendatus tamen de crimine & infamia, eatenus adhuc nota infamiæ laborat, vt integer ad actus publicos & legitimos, aut ad teſtimonium in cauſa criminis ferendum, veluti integer & idoneus non admittatur.*c. teſtimonium,& ibi Panor. num.* 1. *ext. de teſtib.* Verumque eſt quod ait Plautus, hominũ immortalis eſt infamia, quæ etiam tunc viuit, cùm eſſe credas mortuam.Ideoque & Claudius Cæſar, cùm cuidam notam appoſitam, deprecantibus familiaribus,ademiſſet: *Litura tamen*, inquit, *extat*, ſentiens etiam remiſſa culpa, manere prioris infamiæ veſtigium. Vnde & periurus, etiam poſt peractam pœnitentiam, non poterit eſſe teſtis,ſicut nec antea poterat. *gl. in l. qui cum vno, §. ignominia. ff. de re mil.*

Amplia tertiò, quod infamia remanet apud infamem, etiam extincta infamiæ cauſa, *pulchrè Hypol.ſingul.*107.*incip. priuilegium.* Vnde in ſimili dicitur, quod Iudæos eo caſu quo non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, non poterit etiam teſtis eſſe, ſi efficiatur Chriſtianus, & ſic poſt baptiſmum,ſed plura de his Felinus,quem vide. *ad c. eam te de reſcript.*

Amplia quartò, quod infamis qui inpræſentiarum & hoc tempore infamis eſt, non ſolùm à dignitate repellitur, ſed nec ad teſtimonium admittitur, ne tunc quidem, cùm teſtimonium de iis rebus dicit, quæ adhuc integer & inculpatus vidit.*Alcia ad l. notionem in fin ff. de verb. ſignif.** quia qualitas teſtis quæ tempore depo-
6. ſitionis eſt eiuſque fides attenditur,*c.forus.extra de verb.ſign.Feli.ad c. in litteris de teſt.* eoque pertinet quæſtio, an teſtem tempore depoſitionis infamem eſſe ſufficiat, qui tempore iuramenti præſtiti infamis non fuit,ſed de his plura notat Panormitanus,quem vide, *in d. c. teſtimonium. num.*3.*gl.in clement.* 1.*de off.deleg.*

Amplia quintò, quod infamia repellit quem tam à dignitate obtinenda quam ab obtenta. Ideoque Diocletianus: *Infamia*,inquit, *quæ tibi abominanda eſt, non etiam amiſſionis oculorum caſus,quæſitum tibi adimit honorem.l.infamia. C. de decurion.lib.*10. Et rurſum:*Iudices* inquit, *qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti,ablatis codicillorum inſignibus,& honore exuti,inter peſſimos quoſque & plebeios habeantur, nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur,.quo ſeipſos indignos iudicauerunt,l.iudices C.de dignit.lib.*12.Neque enim debent homines infames,cum hominibus integræ famæ,in dignitatibus participare,*l.neq; quis. C. de decurionib.* & ſi dignitas infamibus confertur,non ſolum ipſa commaculatur, ſed & plurimum quoque peccant hi, qui eam his conferũt. *Inno.ad c. qualiter & quando extra de accuſa.*

Amplia ſextò, quod infamibus portæ dignitatum patere non debent, ita quod iudex vel magiſtratus etiam nemine excipiente aut petente, eos reiicere, & de eorum conditione inquirere poſſit & debet. *Iaſon ad l.arenam.C.de inof. teſtam.* ſcilicet ne quis, niſi bonus & integer, ad hoc officium aſſumatur. Ex quo etiam fit, quod licet diſputetur, An quis teſti aduerſus ſe producto infamiam obiiciens, ſimilis infamiæ replicatione repelli queat? id quod pluribus verbis explicat Romanus: *ad l. cum mulier.n.* 130. *ff.ſolut. matr.* iudex tamen teſti vili & infami, aduerſus alium fidem adhibere non debet, imo ſi ille non excipiat, tenetur ex proprio officio,parte non poſtulante, conditionem teſtis inueſtigare,*Inno ad c.intimauit. extr. de teſtib.* & ſi eum talem inueniat,qualem non oportet, procul dubio repellere.

Amplia ſeptimò, quod ſi ex diſpoſitione legis vel ſtatuti aliquis ſit puniendus pœna infamiæ: vtique eſt infamis, & à dignitatibus arcendus, licet iudex pœnam alteret aut commutet,& aliam deinde imponat.*l. noluerunt. C. vt intra cert. temp.cri qua.ter.& ibi. Ang.nu.*1.*Rom. ad l ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matr.*

Amplia poſtremò,quod infamiam facti, quæ ex communi hominum opinione prouenit, nemo mortalium tollere poteſt.Imo nec Princeps quidem, quia cùm in facto conſiſtat, vt facto contrario tollatur, neceſſum eſt, quia Princeps, vt ea quæ facta ſunt pro infectis habeantur,*l. in bell.ff. de captiuis*, vel vt hominum impreſſiones mutentur, facere non poteſt. Cæterum quod infamia facti vel iuris non habet effectum, *latè Tyraq.in lib.de conſtitut.part.*3.*limi. n.* 10. facere poteſt. Sed an inferiori à ſummo Principe hoc tributum ſit,latius diſquirit Panorm. quem vide. *ad c. cum te.de re iudic.*

† Ratio dubitandi eſt, Primò ex eo, quod 7.
Vlpianus ſpurios & eos qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur, ad dignitatem decurionum admittit.*l.generali.§.ſpurios.ff.de decurion.* Secundò ex eo quod Iulius Paulus eorum dictis fidem adhibet, qui vltimo ſupplicio in fines deſtinantur.*l.qui vltimo.ff.de pœnis.* Tertiò ex eo, quod idem Vlpianus ex Pomponio reſpondit, parui referre, integræ famæ quis arbiter ſit an ignominioſus. *l. Pedius. ff. de arbitris.*

Quartò ex eo, quod Iuſtinianus exceptionē infamiæ procuratori obiectam reiicit. §. *fin. Inſtit. de except.* Quintò ex eo, quod reus criminis delatus poſt annū quam reus delatus eſt, honores petere non prohibetur. *l. de muner. & honor.*

* Ratio verò decidendi eſt, Quod poteſtas malitiæ coniuncta, neruos ac robur affectibus addit, verumque eſt illud Dionyſij dictum, qui tum maxime imperio frui dixit, cum confeſtim quod liberet, faceret. Ideoque Plato *lib. 3. de legib.* reſpondit, ciuitates ſuas inſtitutiones habere, eoſq; qui maximè peccant, quoniā maxime nocent, ab adminſtratione arcendos eſſe, ne ſi quis non ſegreget hos, reliquos ſua contagione inficiant. Quamobrem olim Dominus ad gerendum magiſtratū, voluit ex omni plebe aſſumi viros ſapientes & timentes Deum in quibus eſſet veritas, & qui odiſſent auaritiam. *Exod ca.* 13. Neque his obſtat prima dubitatio: quia vrgente neceſſitate, & in defectum aliorum quid admittitur, quod alias non admitteretur. *c. inter. de relig. domibus.* Vnde, ſicut propter inopiam teſtium quandoque recipiunt ur inidonei, *l. conſenſu. C. de repudijs.* & inhabiles recipiuntur ad ordines eccleſiaſticos, propter defectum habilium: *c.* 1.55. *diſtinct.* Ita & ſpurij ideo eliguntur duntaxat, quia meliores nō inueniuntur, tametſi dici poſſit quod ſpurius nō eſt infamis infamia iuris aut facti, quæ oritur ex moribus eius improbatis, ſed proter culpam parentum, & præſumptionem ſimilis incontinentiæ, ad peculiares hos effectus à iure infertur nota, quæ multis dicitur infamia facti. *Ang. conc.* 274. *Calder. conſi.* 2. *de fido inſtrum* Qua ratione & ſecundæ dubitationi ſufficienter reſponſum eſſe puatamus. Quod verò tertio loco controuertitur, hanc rationē habet, quod arbitri nullam habent dignitatem, niſi ſint arbitri Iuris, vel in cauſa Principis, in qua omnes integerrimæ fidei eſſe debent. *Romanus ad d. l. Pedius. Marcus Antonius libro de compromiſſis quæſtio* 2. *num.* 13. Ex quo & quartæ quoque dubitationi ſatisfieri poteſt: quia procuratoris officium vile eſt, & à quo viles non arcentur, *l ſi procurationem & ibi latè Ioannes de Platea. C. de decur. lib.* 10. præterquam ſi agatur de procuratore regio aut Principis, vel de eo qui in curia Principis verſatur. *Doct. ad d. §. fin.* Sed nec quinta dubitatio mouet, quia quando accuſatio infra annum non eſt finita, talis qualis præſumptio pro innocentia accuſati oritur, & mala naſcitur contra accuſatorem quod calumnioſè ad accuſandum proceſſit, & proinde poſt annū promoueri poteſt ad honores & ad dignitates. Porro ſæpe accidit, quod infamis infamia facti teſtificari poteſt, de quo late vnus ex multis agit Socinus *in tracta. fallent. cap.* 315. *cum ſeq.* Multi etiam caſus, quibus infamis à beneficiis obtinendis arcetur, obtentis verò non priuatur, ſed hæc omnia hoc vno loco referre temporis anguſtia non patitur, ſufficitq; ea ex Didaco, *lib. variar. reſolut. cap.* 8 *n.* 4. *& lib. practic. quæſt. cap.* 19. & Iaſone, *ad l.* 1. *C. de ſumma Trinit.* latiſſimè ſciri, cognoſci & intelligi poſſe.

REGVLA LXXXVIII.

Certum eſt, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

1. *Voluntas legis quomodo dicitur eſſe certa.*
2. *In dubio accipiendus eſt ſenſus qui vitio caret.*
3. *Fraudem legi facere, & contra legem facere quomodo differunt.*
4. *Ampliationes ad hanc regulam.*
5. *Rationes dubitandi.*
6. *Ratio decidendi.*
7. *Lex eſt non in verborum foliis, ſed in ſenſu.*

QVemadmodum Cicero in oratione pro Cecinna eleganter ait, quod *ſcriptum ſequi calumniatoris eſt, boni autem iudicis eſt voluntatem authoritatemque & rationem defendere*: ita quoque Celſus adoleſcens eum, qui pertinaciter à ſcripto recedere non vult, pernicioſè errare dicere ſolet. *l. ſi ſeruum ff. de verb. oblig.* Et rurſum, *ſcire leges* (inquit) *non hoc eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem earum cognoſcere. l. ſcire. ff. de leg.* Verborum enim inopia non præſtat, vt res omnes propiis ſuis vocabulis nominari poſſint, multaque non opinato eueniunt, in quibus iudicandis, à ſcripto pauliſper recedendū eſt, *l. non poſſūt. eod. tit.* & ipſa lex (ſi loqui poſſet) idipſum præciperet, atque cum Iulio Paulo exclamaret: In fraudem legis facit, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit. *l. contra legem eod. tit.* & vt hîc dicimus, in legem committit, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Nam quod mens vna cū verbis legis poteſt, id ſola eius mens poteſt, ſi de ea conſtet. [*conſ. B. Peck.* 4. *de teſt. coniug.* 42. *n.* 3. *& c.* 39. *n.* 3. *& ſupra ad c. cum quod vna, &c.*]

† Porro autem voluntas legis certa eſſe dicitur, cum vel in lege ea exprimitur, vel vnica tantum ratione conſiſtit, ita quod alia nulla adduci poſſet, vel cum per argumentū neceſſariò & euidentiſſimè concludens colligitur ita ſenſiſſe legiſlatorem. *Fely. ad c. in noſtra. de reſcri. Alciat. ad l. nominis. §. fin. ff de verb. ſig.* Et certè in diſpoſitionibus legis facilius quam in hominū verbis, mens cognoſcitur: quia lex fere ſemper de ratione ſua certa eſt, facileque illam aſſequitur: At hominum incertos animi motus & fluctus diſcernere nemo poſſet. Vnde & plerunq; uidemus, verba legum vberiorem & latiorem interpretationem aſſumere, quam in contractibus fieri ſolet, *Alciat. lib.* 1. *de verb. ſig. col.* 4. 1.

† Quod ſi de mente, ratione, & ſententia legis clarè non conſtat, eo reſpiciendum eſt, an vnus ſenſus careat vitio, alius non: an alioqui alter cum alterius iactura locupletaretur: an quis ſine ſua culpa in damnum incideret: an abſurdum aliquod eueniret, an occaſio delicti præſta-

præſtaretur: an vſus communis loquendi violaretur. *Caſtr. ad d. l. ſcire. Præſes in loco ab abſurdo.* Hæc igitur voluntas ſeruanda eſt, & qui eam non ſeruat, vtique in legem committit: quia vel contra legem facit, vel in fraudem legis facit.
3. * Quæ duo etſi à ſe diuerſa & disiuncta ſint: ideo quod ille contra legem facit, qui id facit, quod lex tacitè vel expreſsè prohibet: *d. l. contra.* Fraus verò legi fit, vbi id fit quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. *l. fraus. eod. tit.* quantum tamen ad effectum & ad materiam præſentis regulæ attinet, non differunt: quia ita punitur & peccatis qui facit contra legem, ſicut ille qui fraudem legi ſtruit. *Fulgoſ. ad l. Contra, Panor. ad ca. nam concupiſcentiam ad conſtit.* Quinimo, vt Baldus ait *ad d. l. fraus.* maiore pœna dignus eſt ille, qui dolo & fraude contra legem facit, quàm ille qui expreſsè facit: quia quanto dolus eſt callidior & latentior, tanto magis puniri debet. *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* De quo tamen dubitat Albericus, *ad dictam l. contra.* ideo quod is, qui contra legem facit, directè illi reſiſtit, ipſamque legem contemnere videtur. Et licet improbis ad manum ſint mille nocendi artes, multoſque modos quotidie verſutè & callidè excogitant, vt proximos iure ſuo excludant, & per quos legis verba complexi contra legis nituntur voluntatem, eos tamen potiſſimum referemus, quos frequentius accidere videmus. Fit itaque fraus legi de re ad rem, vt ſi lex efferri frumentum vetet, in legem peccat fraudemque ei facit, qui farinam non frumentum transfert: quia licet hæc duo vnum idemque non ſint, ſicut nec materia & id quod ex ea fit, *l. quæſitum. ff. de lega. 3.* eorum tamen par & eadem eſt ratio, & alioqui conſtitutio foret eluſoria, *Bart. ad l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur.* quæ ſubditorum neceſſitatibus ſuccurrere, eoſque potius quam cæterorum indigentiam ſubleuare voluit. Et in ſimili dicimus, quod quoties ex vna radice duplex vitium naſcitur, vna lege tolli debet, *l. ſi libertam. C. de nupt. c. ſicut Chriſtus 1. q. 1.* Et proinde prælati, qui bona Eccleſiæ ſuæ ſine obſeruatione ſolemnitatum à iure requiſitarum alienare aut obligare non poſſunt; creditori ad dictandum & ſigillandum inſtrumentum prout voluerit, ſigillum tradere non poſſunt, *cap. ſine 12. q. 2.* ſolentque hoc loco plurimum reprehendi, qui cùm verè turpe, ac improbum fœnus exercent, pulchro & ſpecioſo donationis aut emptionis titulo & velamento illud tegunt, & non rerum omnium conditori Deo, cuius oculi ſemper ſunt aperti ſuper facientes mala, reneſque & corda ſcrutatur, ſed ſibiipſis, miſeri & calamitoſi imponunt, *Hoſtienſis in ſumma de empt. & vendit. § fin. col. vlt.* Fit inſuper aliquando fraus de perſona ad perſonã, hoc eſt vnius perſonæ fictitia inductione in alterius locum, verbi gratia: Prohibetur quis conſuetudine, hæredi ex antiquo patrimonio aliquid præcipuum donare, aut ſpurio ſuo præter alimenta aliquid legare. Conſuetudine, ſtatuto aut lege eiuſmodi impeditus, tertium quẽdam ſuum familiarem aſciſcit, in quem velamine ficti contractus, id quidem quod elargiri ipſi hæredi aut ſpurio decreuerat, tranſtulit, vt tertius iſte donatum hæredi vel ſpurio reſtituat; *arg. l. ſi ſponſus in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 2. § non tantum eod. tit.* Aut ſi ſtatuto legeve lata cautum fuerit, ne magnates, Eccleſiæ, monaſteria, vlla terræ iugera ſibi emerent, curarit autem horum aliquis ſurreptitium ſui famuli vel receptoris nomen, literis emptionis inſcribendum: cum ille ea iugera ſibi falſo prætextu compararit, vel ſæpe accidit, fraus de perſona ad perſonam fieri intelligitur, *Bald. in l. non dubium. C. de legib. Petrus Rar. ad conſuet. Pictau. tit. de iuriſd. artic. 16.* Fit etiam fraus de modo ad modum, vt cum mulier, quæ Senatuſconſulti Velleiani beneficio aduerſus fideiuſſionem iuuatur, fingitur directe & propriè, non autem acceſſoriè, ſed principali obligatione ſeſe obligaſſe, *l. quamuis. §. cum eſſet. ff. ad S. C. Velleianum.* Fit præterea fraus de contractu ad contractum, vt cum maritus, qui vxori donare prohibetur, ei rem ſuam vendit, & ementi coniugi pretium remittit, & cum is qui teſtari non poteſt, ſimulat ſe inter viuos alienare, accepta quidem, ſed mox deinde reddita reſtitutaque pecunia [*vide Peck. d. c. 39. nu. 3. & 2. de teſt coniug. 8. & 5. libr. c. 15. & ſupr eo. c. poſſeſſ. malæ fidei. ſub n. 9. & de amort. c. 7. verſ. quemadmod.*] Item de tempore ad tempus fit fraus, vt cùm ſententia fertur contra maiorem, & proceſſus factus eſt contra minorem, *l. idemq. ff. de minoribus.* Rurſum verò de loco ad locum, vt cum ancilla, quæ proſtitui vetatur, in caupona ponitur, *l. fi. C. ſi mancipium ita veneat, &c.* de nomine quoque ad nomen, vt cum prælatus eiectus qui ante confirmationem adminiſtrare non poteſt, ſe œconomum conſtitui curat, *c. auaritiæ. de elect. lib. 6.* de iuramento ad iuramentum, *l. adigere. § patronus. ff. de iur. patron.* de quantitate ad quantitatem, *l. ſi libertus. eod. tit.* de menſura ad menſuram, *l. arbitror. ff. de dolo,* & de aliis ſimilibus, quæ latius recenſet Albericus, quem vide, *ad d. l. contra.* Monet tamen Dynus hîc ad quatuor modos principes reliquos omnes referri poſſe.

* Amplia primò, illam regulam, ſiue agatur 4.
de lege iam ante lata, ſiue de lege adhuc in poſterum ferenda, vt ſi is qui ſciuit ædes ſuas ob delictum ſuum fore proſcribendas & publicandas, ignoranti eas vendidit, quod de Claudij ædibus in Celio monte poſitis, ſcribit Cicero *lib. 3. officiorum.* & ex Cicerone refert Salomonius, *ad l. fraus. ff. de legib.* Et in ſimili decidit Bartolus. *d. loco.* quod ſi vnus ex ciuitatis decurionibus interfuit deliberationi magiſtratus, & cùm ſciret in eo deliberatum decretumque fuiſſe, ut modius frumenti certo pretio taxaretur, quominus ſcilicet annonæ caritas augeretur, properauit vt antequam res promulgaretur, ſub perſona accommodata & ſuppoſititia multum frumenti magno pretio diuenderet,

ret. Aut ſi quis ſciens aliquam monetę ſpeciem ſtatuto principis nondum in vulgus emiſſo interdici, eius generis monetæ ſolutione aut alio modo fefellit, quod quidem ex circumſtantiis & nimia contrahendi auiditate iudicandum erit. *Petrus Rat d. loco.* Etenim niſi has circumſtantias diligenter expendas, exiſtimat Fulgoſius & Albericus *ad d. l. contra.* eam deciſionem ſimpliciter intellectam difficultate non carere, propterea quod lex aliqualem deceptionem inter contrahentes admittit. *l. 2. C. de reſcin. vendit.*

Amplia ſecundò, quod ſicut in legem cōmittit ille, qui legis verba complexus contra legis nititur voluntatem: ita quoque in eam committit ille qui ordinem rei amplexus mentem loquentis contemnit, id quod pulchrè & exactè diſquirunt atque examinant Barbatius & Felinus *ad ca. cauſam qua. de reſcript.* quos Vide.

5. * Ratio verò dubitandi eſt ex eo, quod ea præſumitur eſſe legis ſententia, quam verba legis oſtendunt, etiamſi ſit aſpera & dura. *l. proſpexit. ff. qui & à quibus manumiſſ.* Et ideo verba legis inſpicienda ſunt, nec vltra ea eſt ipſius diſpoſitio trahenda. *l quod conſtitutū ff. de teſta. milit.* Quorſū enim ſunt nomina, niſi vt demonſtrēt voluntatem dicentis? *l. Labeo. ff de ſupell. legat.* nullumque eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, & non ſufficit aliquid eſſe in intētione, ſi non ſit in diſpoſitione. *l. cùm quidam filium ff. de hæred. inſtit.* Vnde & Cic. ait, *l. 2. de inuen.* non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere poſſemus, verba tanquam iudicium nobis reliquit ſuæ voluntatis, multaque incommoda ſequi, ſi à ſcripto recedatur.

6. * Ratio verò decidendi eſt, quod vt animi præſtantia corpori, ita legis mens & ſententia præferenda eſt. *cap. ſedulo 38. diſt.* & non verbis ſed rebus leges impoſitæ ſunt, *l. omne verbum. C. communia de legat.* ſemperque perfectius & ferè certius eſt, quod intellectu percipitur, quam quod locutione exprimitur, *l. ratum. ff. de ſolut.*

7. * & lex non in verbis, ſed in ſenſu; non in ſuperficie & foliis verborum, ſed in medulla conſiſtit. Quæ eſt inſiognis veterum admonitio, digna ſanè quæ in domo, in ianuis in ingreſſibus & in conſcientiis iudicum ſcriberetur, vt ſemper eam oculis cernerent, & corde ſentirent: quoniam multæ ſunt verborum & rerum facies, multæ imagines falſæ, quæ incautos decipiunt. Qua de re pulchrè loquens, & interpretatione diuinarum ſcripturarum verba faciens Chryſoſtomus, *hom. 39. in 5. cap. Ioannis.* ita ait: *Qui metalla fodere aggreditur artis ignarus, auri venas non inuenit, ſed confunditur & laborē ſubit incaſſum: ita qui ſcripturarum ordinem nō intelligunt: qui earū proprietates, qui leges non diſquirūt, ſed omnia ad verborum ſonum accipiunt, aurū terra cōfundentes, nunquā reconditum in his theſaurū aſſequūtur.* Hæc ille. Mulò magis malignari vidētur, qui nō imperitia ſed malitia, nō negligentia ſed calliditate, verborū aucupiis ſenſum legū euertunt, & proinde in ipſas leges committētes, pœna legis digni ſunt. Sed quæ? vna eſt intrinſeca, ſcilicet quod nec pactum, nec contractus, nec ſacramentum, nec principale, nec acceſſorium valet. *d. l. non dubium* Alia eſt extrinſeca, vt ſi non eſt pœna expreſſa à lege, extra ordinem ſaltē arbitrio iudicis puniri poteſt. *Iaſ. ibi n. 6.* Non eſt autem ita in eo, qui econtrà aduerſus verba committit, & ſententiā ſeruat, cum id ei impunè liceat. *Alciat. ad d. l nominis in fin.* Neq; mouent ea, licet difficilia ſint, quæ ex aduerſo proponūtur, quia vbi legis ſententia expreſſa eſt, verbiſq; congrua & idonea, nulla ibi naſcitur dubitatio, *d. l. Labeo.* ſed ipſa verba demonſtrant & coadiuuāt voluntatē loquētis vt pulchrè voluit Vlpianus. *d. l. nominis. §. fin* At vbi manifeſtè pugnāt legis volūtas, & id quod ſcriptū eſt, neutrū ibi ſeruare oportet *l. ſi quis in fundi. ff. de legat.* 1. Verba quidē nō, quia nō congruunt menti: mentē etiam non, quia nō congruit verbis. *l. in ambiguo. ff. de reb dubiis. Bald. ad d. l. non dubium. col. 2.* In dubio autē præſumitur hæc legis eſſe ſententia, quā verba oſtendunt, *l. non aliter. ff. de legat.* 3. atq; in dubio ſeruire debemus verbis edicti. *l. 1. §. ſi is qui ff. de exercit act.* Apparente verò voluntate legis ex ratione, ex cauſa ex argumento à contrario ſenſu, ex precedentibus & ſubſequētibus, ex euitatione abſurdi, iniqui, turpitudinis, & ſi quæ ſunt ſimilia: certè verba legi & menti cedunt, ac vltra verba eiuſmodi diſpoſitio ipſa trahenda eſt, quia quāuis mentis ſenſum per verba proferamus, tamen quia maiora ſunt quæ cogitamus, quàm ea quę ſcribimus, ſemper verba tanquam remoti quidam indices, ad animum proferentis referenda ſunt. Et quod dicitur nihil eſſe in diſpoſitione, quod non eſt in verborum prolatione, huc non pertinet, propterea quod ubi conſtat de veriſimili mente loquentis, ſatis conſtare videtur de intentione diſponentis. Et in ſumma, ex verbis fit expreſſio in lege, ex ſententia cōprehenſio, ex ratione extenſio: quod de nullo iſtorum venit, nullo modo ex lege venit: quod ab altero iſtorum venit, verè ex lege venit: *Salomonius ad l. Gallus. §. quod ſi nepos. ff. de lib. & poſthum.* Et cū in iure vniuerſo fraudes ſint prohibitę: reliquū eſt, vt ex hac regula, & ex toto regularum tractatu diſcamus, nullo colore eas admitti, nec attentatas impunè licere, cùm ſemper à bono & æquo abhorreant. Et hæc ad regulas iuris, pro noſtri ingenij tenuitate, hoc anno à natiuitate Dei & Saluatoris noſtri 1573. Profeſſionis autem meæ 18. dixiſſe ſuffecerit. Gratia eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo Deo patri gloria, honor, fortitudo, virtus, laus, claritas, maieſtas, decus, imperium, hymnus, benedictio, adoratio, magnificentia, iubilatio & gratiarum actio, ſimul cum bono, ſancto & viuifico Spiritu, in ſecula ſeculorum: Amen.

FINIS.

PAR-

PETRI PECKII I. C. PARTITIO TITVLORVM VTRIVSQVE IVRIS,

SIVE

DE REGVLIS IVRIS, ET DE VERBORVM SIGNIFICATIONE,

Tam Iuris Ciuilis, quam Canonici, ad Libros & Titulos Inſtitutionum Iuſtiniani, veluti ad certas claſſes, certaque quædam capita redacta, iiſdemque ſubiecta.

PETRVS PECKIVS I. C. LECTORI.

COgnitionem Titulorum vtriuſque Iuris, *De verbor. ſignif. & De regulis Iuris*, cùm deſtinatæ Legibus iuuentuti non modò fructuoſam, ſed & neceſſariam eſſe non ignoretur, ſæpè mirari ſoleo, ecquid eſſet quamobrem tyrones plerique omnes, iiſdem Titulis neglectis, ac prætermiſſis Iuris fundamentis, ad intelligendos Pandect. & Cod. Libros cruda adhuc ſua ſtudia temerè impellerent. Neque verò aliud eſſe in cauſa ſum opinatus, quàm quòd eorundem Titulorum prolixitate, confuſioneque adoleſcentum animi deterreantur. Quos vt tantâ incommoditate ſubleuarum, operæpretium duxi fore, ſi iidem Tituli ad Titulos Inſtitutionum Imperialium quàm appoſitiſſimè ſubiungerentur, eademque opera cum iis legi poſſent, ac argumentandi cupidis locos fertiliſſimos quacunque oblatâ materiâ, exhiberent, atque ſuggererent.

DE REG. IVR. ET DE VERB. SIGN.

tam Iuris Ciuilis, quàm Canonici, ad Libros & Tit. Inſtitutionum Imperialium, veluti ad certas quaſdam claſſes, certaque quædam capita redacti, iiſdemque ſubiecti.

AD TITT. LIB. PRIMI INSTITVT.

DE IVSTITIA ET IVRE.

Ex Regulis Iur. Ciuilis.

Lex 144. *Paulus, lib.* LXII. *ad Edictum.*

NOn omne quod licet, honeſtum eſt.

Lex 197. *Modeſtinus libro ſing. De ritu nupt.*

Semper in conuentionibus non ſolum quod licet, conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt.

Lex 116. *Vlpianus lib.* XI. *ad Edictum.*

Non capitur, qui Ius publicum ſequitur.

Lex 46. *Vlp. lib.* XXX. *ad Edict.*

Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

Lex 27. *Pomponius lib.* XVI. *ad Sabinum.*

Nec ex prætorio, nec ex ſolemni Iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt, quamuis obligationum cauſæ poſſint immutari & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc, cùm inchoatur, pacto inter eos conuenit.

Ex Tit. Decret. De verbor. ſingif.

Cap. 12.

Ius dictum eſt à iure poſſidendo; hoc enim iure poſſidetur quod iuſtè, hoc iuſtè quod benè: quod autem malè poſſidetur, alienum eſt: malè autem poſſidet, qui vel ſuis malè vtitur, vel aliena præſumit.

Cap. Quia quorumdam in Extrauag. Ioan. XXII.

Impoſſibile eſt actum humanum extrinſecum eſſe iuſtum, ſi exercens actum ipſum nullum Ius habeat illum exercendi, imò non iuſtus ſeu iniuſtus neceſſariò conuincitur talis vſus. Item eſt abſurdum & erroneum quòd actus alicuius non habens Ius actum huiuſmodi faciendi, ſit iuſtior & Deo acceptior, quàm habentis, cùm concludat actum iniuſtum iuſtiorem, & Deo acceptiorem exiſtere, quàm ſit iuſtus.

AD TIT. DE IVRE NATVRALI GENTIVM ET CIVILI.

Ex Reg. Iuris Ciuilis.

Lex 206. *Pomponius lib.* IX. *ex variis Lectionib.*

Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

Lex 10. *Paulus.* III. *ad Sabinum.*

Secundùm naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

Lex 188. *Celſus* XVII. *Digeſt.*

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

Lex 8. *Pomponius lib.* IV. *ad Sabinum.*

Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

Lex 85. *Paulus lib.* VI. *quæſt.*

Quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperanda eſt.

Lex 183. *Marcellus lib.* III. *Digeſt.*

Etſi nihil facilè mutandum eſt, ex ſolemnibus tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt.

Ex Reg. Iuris Canon.

Cap. 64.

Quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi.

Cap. 5. *in antiquis.*

Quod latenter aut per vim vel aliàs illicitè introductum eſt, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere.

Cap. 39.

Cùm quid prohibentur prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo.

Cap. 84.

Cùm quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via admitti non debet.

Cap. 8. *in antiquis.*

Qui ex timore facit præceptum aliter quàm debeat, facit, & ideo iam non facit.

Cap. 13.

Cap. 13. *in* 6.
Ignorantia facti non Iuris excuſat.

Ex Lib. VI. Decretal. De verbor. ſignific.

Cap. 2.
Statutum quoque ipſum, quod Capitulo prælibato & ſingulis eius perſonis libertatem, obedientiam eidem Eccleſiæ Romanæ debitam exhibendi ſaltem vſque ad ſententiam, & Pontificum Romanorum iudicium ſeu ſpeciale mandatum liquidò interdicit, promptum futurorum grauaminum & expenſarum diſcrimen ingerens contra legitimas ſanctiones laudabile votum execrantium lites vetat, iniuſtam litem mouere compellit, iniquæ controuerſiæ ſeu liti cedendi bonam fidem ſeu conſcientiam agnoſcere prohibet, & adigit ad peccandum, conſpirationem & coniurationem continere contra libertatem & auctoritatem ſedis Apoſtolicæ manifeſtè, ac aliàs deteſtabile prorſuſque illicitum reputamus.

Ex Tit. Pandect. De verb. ſignif. tam de Legiſlatoribus, quàm de legiſlatione & derogatione.

Lex 239. *Pomponius lib. ſing. Enchiridij.*
Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quod initio cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, conſilij publici gratiâ conſcribi ſolita ſit.

Lex 215. *Paulus ad* 1. *Fuſ. Caniniam.*
Poteſtatis verbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratuum Imperium; in perſona liberorum patria poteſtas; in perſona ſerui dominium.

Lex 57. *Idem lib.* LIX. *ad Edictum.*
Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent, hi Magiſtri appellantur. Quin etiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominatur.

Lex 173. *Vlpianus lib.* XXXIX. *ad Sabinum.*
Collegarum appellatione hi continentur, qui eiuſdem ſunt poteſtatis.

Lex 238. *Caius lib.* VI. *ad* L. XII. *Tabb.*
Plebs eſt cæteri ciues ſine ſenatoribus.

Lex III. *Iabolenus lib.* VI. *ex Caſſio.*
Cenſere eſt conſtituere & præcipere, vnde etiam dicere ſolemus, Cenſeo vt hoc facias: & Senatum aliquid cenſuiſſe. Inde Cenſoris nomen videtur eſſe tractum.

Lex 102. *Modeſtinus lib.* VII. *Regularum.*
Derogatur legi aut abrogatur: derogatur legi, cùm pars detrahitur: abrogatur legi, cùm prorſus tollitur.

Ex Tit. Decretal. De verbor. ſignificat.

Cap. 1.
In his, quæ ambiguitatem continent, &c. Innotuit Apoſtolatui noſtro, quòd cùm inter magiſtrum M. & conuerſos hoſpitalis ſancti Simpliciani ſuper eodem hoſpitali in præſentia Mediolan. Archiepiſcopi quæſtio verteretur, ipſe Archiepiſcopus poſt cognitionem cauſæ, in prolatione ſententiæ his verbis non fuit vſus: Talem partem condemno, vel talem abſoluo: ſed pronunciauit: Ita ſtatuo & præcipio. Attendentes igitur, quòd hoc verbum Statuo rem perfectam ſignificat, & cum effectu, non verbotenus, accipitur. Item ſecundùm Gregorium: Quod præcipitur, imperatur: & quod imperatur, neceſſe eſt fieri: & aliquando ſi non fiat, pœnam habet. Conſiderantes nihilominus, quod non debet aliquis conſiderare verba, ſed voluntatem, cùm non intentio verbis, ſed verba intentioni debeant deſeruire, interpretamur procuratoribus vtriuſque partis præſentibus & definimus, quod præfati Archiepiſcopi verba tali forma prolata perpetuo valituræ ſententiæ obtineant firmitatem.

Cap. 9.
Quamuis omnes qui præſunt, Præpoſiti ritè vocentur, vſus tamen obtinuit eos vocari præpoſitos, qui quamdam prioratus curam ſuper alios gerunt.

Ex Tit. De Reg. Iur. Ciuil. §. de interpretatione Iuris

Lex 90. *Paulus lib.* XIV. *Quæſt.*
In omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas ſpectanda eſt.

Lex 200. *Iabolenus lib.* VII. *Epiſtolarum*
Quoties nihil ſine captione inueſtigati poteſt, eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis.

Lex 192. *Marcellus lib.* XXIX. *Digeſt.*
In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt quàm tutius.

Lex 168. *Paulus lib.* I. *ad Plautium.*
Capienda occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.

Lex 56. *Caius lib.* III. *De legat.*
Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.

Lex 67. *Iulianus lib.* LXXXVII. *Digeſt.*
Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

Lex 9. *Vlpianus lib.* XV. *ad Sabinum.*
Semper in obſcuris quod minimum eſt, ſequimur.

Lex 97. *Mutianus lib.* XII. *fideicommiſſ.*
In ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda eius eſt, qui eas protuliſſet.

Lex 201. *Iauolen. lib.* XI. *Epiſt.*

Omnis definitio in Iure ciuili periculoſa eſt, rarum eſt enim vt non ſubuerti poſſit.

Lex 64 *Iulianus lib.* XXIX. *Digeſt.*

Ea quæ rarò accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.

Lex 141. *Paulus lib.* LIV. *ad Edictum.*

Quod contra rationem Iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentiam.

Lex 101. *Idem lib. ſing. de cognitionib.*

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo & primo die venerit, audiendus eſt: ita enim Imp. noſter Antonius, cum diuo patre ſuo reſcripſit.

Lex 102. *Vlpianus lib.* I. *ad Edict.*

Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus edictum feciſſe propriè dicitur.

Ex Reg. Iuris Canon.

Cap.

Certum eſt quod is committit in legem, qui legis verba complectus contra legis nititur voluntatem.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 237. *Caius lib.* V. *ad* L. XII. *Tabb.*

Duobus negatiuis verbis quaſi permittit lex magis quàm prohibeat, id quod etiam Seruius animaduertit.

Lex 6. *Vlpianus lib.* III. *ad Edict.*

Verbum ex legibus, ſic accipiendum eſt tam ex legum ſententia, quàm ex verbis.

Lex 152. *Caius lib.* X. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Hominis appellatione tam feminam, quàm maſculum contineri non dubitatur.

Lex 1. *Paulus lib.* I. *ad Edict.*

Verbum hoc ſi quis tam maſculos, quàm fœminas complectitur.

Lex 13. *Vlp. lib.* VII. *ad Edict.*

Mulieris appellatione & virgo viripotens continetur.

Lex 242. *Iabolenus lib.* II. *ex Poſteriob. Labeonis.*

Viduam non ſolùm eam, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuiſſet, appellari, ait Labeo, quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet, ſimiliter viduam eſſe dictam, quaſi ſine duitate.

Lex 28. & 29. *Paulus lib.* XXI. & LXVI. *ad Edict.*

Oratio, quæ neque coniunctionem, neque diſiunctionem habet, ex mente pronunciantis vel diſiuncta, vel coniuncta accipitur. Coniunctionem enim non numquam pro diſiunctione accipi Labeo ait, vt in illa ſtipulatione, *Mihi, hæredique meo: Te, hæredemq; tuum.*

Lex 53. *Paulus lib.* LIX. *ad Edict.*

Sæpè ita comparatum eſt, vt coniuncta pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniunctis, interdum ſoluta pro ſeparatis. Nam cùm dicitur, apud veteres, *agnatorum gentiliùque*, pro ſeparatione accipitur. At cum dicitur, *Super pecunia tutelave ſua*, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cùm dicimus, *Quod dedi aut donaui*, vtraque continemus. Cùm verò dicimus, *Quod eum dare, facere oportet*, quod vis eorum ſufficit probare. Cum verò dicit Prætor, *Si donum, munus, operas redemerit*: ſi omnia impoſita ſunt, certum eſt, omnia impoſita redimenda eſſe. Ex re ergo pro coniunctis habentur. Si quædam impoſita ſunt; cætera non deſiderabuntur.

Lex 195. *Paulus lib.* XLVI. *ad Edict.*

Pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque ſexum plerumque porrigitur.

Lex 37. *Idem lib.* XXVI. *ad Edict.*

Verbum oportere, non ad facultatem Iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris vel minoris cōdemnare, ſed ad veritatem refertur.

Lex 8. *Idem lib.* III. *ad Edict.*

Verbum oportebit, tam præſens, quàm futurum tempus ſignificat.

Ex Iure Canon. Tit. De verb. ſignificat.

Cap. 4. *Hieronymus.*

Quod dicitur, antequàm conuenirent, non ſequitur vt poſtea conuenirent, ſed Scriptura, quod factum non ſit, oſtendit.

Cap. 6. *Hilarius.*

Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.

Cap. 7. *Auguſtinus.*

Nihil obſtat narrandi diuerſitas, vbi eadem dicuntur, maximè cùm quiſque Euangeliſtarum eo ordine credatur, ſe dicere quo Deus voluit.

Cap. 9. *Gregorius.*

Propterea ſi prolixam epiſtolam meam ad interpretandum accipere te fortaſſe contigerit, rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu trans ferre, quia plerumque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur.

Clement. Exiui eod. tit.

Natura termini reſtrictim hoc habet, quod ſic excludit ab ipſo extranea, quod cuncta ad ipſum pertinentia concludit.

Cap. Quia quorumdam. in Extrauag. Ioan. XXII.

Non eſt mirum, ſi quod declarat circa regulas Ordinum ſolus ſummus Pontifex vel ordinat, liceat eius ſucceſſoribus declarare ſeu aliàs imputare.

§. DE PRIVILEGIIS ET BENEFICIIS.

Ex Tit. De Reg. Iuris Ciuil.

Lex 196. *Modeſtinus lib* VIII. *Regul.*

Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam per-

perſonæ, & ideo quædam ad hæredes tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt.

Lex 191. *Celſus lib.* XXXIII. *Digeſt.*

Neratius conſultus, An quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur. Reſpondit, non videri ſibi principem, quod ei, quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet ipſius æſtimationem eſſe.

Lex 68. *Paulus lib. ſing. de dotis repet.*

In omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eâ, beneficium quoque deficiat: vbi verò genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

Lex 140. *Vlpianus lib.* LVI. *ad Edictum.*

Abſentia eius, qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet.

Lex 69. *Paulus lib ſing. De adſignat. libert.*

Inuito beneficium non datur.

Lex 199. *Vlpianus lib.* LXX. *ad Edict.*

Quod cuique præſtatur, inuito non tribuitur.

Ex Reg. Iuris Canon.

Cap. 1.

Beneficium eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.

Cap. 7.

Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

Cap. 16.

Debet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.

Cap. 17.

Indultum à Iure beneficium, non eſt alicui auferendum.

Cap. 54.

Qui prior eſt in tempore, potior eſt in Iure.

Cap. 61.

Quod ob gratiam alicui conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.

Cap. 74.

Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Cap. 78.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquam ſunt conceſſa.

Cap. 28.

[Quæ à Iure non exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

Ex Tit. Iuris Canon. De verb. ſignificat.

Cap. 16. *Innocentius tertius.*

Olim tibi ſcripſiſſe recolimus, vt ſi Canonici Paduani Magiſtro C. Canonico Paduano præbendam, quę tantùm reſidentibus de communi confertur, ſicut vni ex aliis de communibus prouentibus & manualia beneficia non conferrent, tu eos ad id appellatione ceſſante compellere procurares. Quia verò quidam mandatum noſtrum interpretari aliter quàm deceat moliuntur (cùm beneficia principum ſint interpretenda largiſſimè) noſtrum aperiendum duximus intellectum, videlicet quod præbendam, quæ tantùm reſidentibus in victu & veſtitu de communi confertur, ipſi magiſtro G. plenè ſicut vni ex aliis reſidentibus iniunximus conferendam.

Cap. 18. *Idem.*

Cùm tibi de benignitate Sedis Apoſtolicæ ſit indultum, quòd ordinatio rerum Clericorum ab inteſtato decedentium in tua diſpoſitione permaneat, nos conſulere voluiſti, an appellatio vocabuli Clericorum tam ad Canonicos quàm ad non canonicos extendatur, & inf. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd appellatio clericorum non ſolùm alios, ſed etiam Canonicos comprehendit.

Cap. 21. *Idem.*

Quid per Nouale vocabulum intelligi debeat, tua fraternitas requſiuit. Licet autem quidam dixerint, quod Nouale ſit terra præciſa, quæ anno ceſſat; aliis aſſerentibus, quòd ex ſilua, quæ arboribus extirpatis, ad cultum redigitur, fieri nouale dicatur, quarum vtraque interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. Nos igitur inquiſitioni tuæ reſpõdemus, quòd eam credimus prædeceſſorum noſtrorum intentionem fuiſſe, cùm piis locis indulgentiam de noualibus conceſſerunt, vt Nouale intellexerint agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuiſſet. Sed nec de quolibet nouali credimus eis indulgentiam fore conceſſam, niſi de illo duntaxat, cuius decimam religioſus poteſt conuentus abſque graui detrimento parochialis eccleſiæ detinere cùm talis ſit ſæpè locus incultus, de quo parochialis eccleſia magnos percipit decimarum ratione prouentus.

Cap. 1. *in* 6. *Innocentius quartus.*

Per illa verba priuilegij, in ſpeciales & proprios eccleſiæ Romanæ filios vos recepimus, dictos Fratres exemptos non intelligi; & ipſos ex illo in proprios eiuſdem eccleſiæ filios fuiſſe receptos, quod ab alio, quàm à Romano Pontifice vel Legato ab eius latere deſtinato interdici vel excommunicari à quoquam non valeant, declaramus. Illum locum deſertum in præmiſſis intelligimus, qui non habitatus penitus neque cultus fuerit, vel vltra memoriam hominum, ſecundùm indulgentiam Lucij eſt ſub Saracenorum poteſtate detentus.

Cap. 4. *idem Bonifacius octauus.*

Priuilegium monaſterio tuo conceſſum, vt mona-

monachi ſiue fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus habitantes, ab alio quàm à Papa vel eius Legato excommunicari aut ſuſpendi, vel ipſæ cellæ interdicto ſupponi nō poſſint: non fratres in prioratibus, eccleſiis ſeu capellis eiuſdem monaſterij commorantes, aut ipſos prioratus, eccleſias, vel capellas ab ordinariorū iuriſdictione in aliquo, ſed reſidentes tantùm in cellis, & cellas ipſas, hoc eſt, loca ſecreta & ſolitaria quæ ab hominum ſeparata conuictu ſunt ad contemplandum, & Deo vacandum ſpecialiter deputata defendat.

Cap. 5. *ibidem. Idem.*

Sicut nobis ſignificare curaſti tibi gratioſè conceſſimus, vt beneficia Clericorum tuorum cedentium vel decedentium poſſis conferre, quodque iidem Clerici præbendarum ſuarum fructus percipiant, ac ſi in ſuis eccleſiis perſonaliter reſiderent. Verū quia dubitas, qui Clericorum tuorum appellatione debeant contineri, Breui reſpondemus oraculo, quòd illos in his & ſimilibus caſibus tuos volumus intelligi Clericos, qui per te non quæſiti propter ea vel recepti, ſine fraude & fictione qualibet verè tui Clerici familiares exiſtunt & in tuis expenſis continuè domeſtici commenſales: etiamſi quos ex illis aliquando pro tuis gerendis negotiis abeſſe contingat.

AD TIT. DE IVRE PERSONARVM.

Ex Tit. de Reg. Iur. Ciuilis.

Lex 106. *Paulus lib.* II. *ad Edictum.*

Libertas inæſtimabilis res eſt.

Lex 122. *Caius lib.* V. *ad Edict. prouinciale.*

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

Lex 176. *Paulus lib.* XIII. *ad Plautium.*

Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſſitudinis.

Lex 210. *Vlp. lib.* IV. *ad* I. *Iul. & Papiam.*

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

Lex 33. *Idem lib.* XLIII. *ad Sabinum.*

Quod attinet ad Ius ciuile, ſerui pro nullis habentur, non tamen & iure naturali: quia quod ad Ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

Lex 175. *Idem lib.* XI. *ad Plautium.*

In his, quæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 239. *Pomponius lib. ſing. Enchridij.*

Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod Impp. noſtri vendere captiuos, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.

Lex 40. *Vlpianus lib.* LVI. *ad Edictum.*

Serui appellatio etiam ad ancillam refertur.

Lex 226. *Tryphoninus lib.* I. *Diſput.*

Fugitiuus eſt non is ſolùm, qui fugiendi à Domino conſilium cœperit, licèt de ſe facturum iactauerit: ſed qui in ipſum factum fugæ vitium mentis deduxerit, & ideò fugitiuum & erronem non ſecundùm propoſitionem ſolam, ſed cum aliquo actu intelligi conſtat.

AD TIT. DE LIBERTINIS.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 243. *Scæuola lib.* XVIII. *Digeſt.*

Scæuola reſpondi: Semper acceptum eſt, vt libertorum appellatione etiam ij contineri intelligantur, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco manumitterentur, niſi is, à quo peteretur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

Lex 105. *Modeſtinus lib.* XI. *Reſponſorum.*

Modeſtinus reſpondi: *Ais verbis libertis libertatibuſq́ meis*, libertum libertæ teſtatoris non contineri.

Lex 107. *Idem lib.* III. *Pandect.*

Adſignare libertum, hoc eſt, teſtificari, cuius ex liberis libertum eum eſſe velit.

Lex 52. *Vlpianus lib.* LXI. *ad Edict.*

Patroni appellatione & patrona continetur.

Lex 80. *Paulus lib.* IX. *ad Plautium.*

In generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur, ex mente legis xij. Tabul.

Lex 58. *Caius lib.* XXIV. *ad Edict. prouinc.*

Paternos libertos rectè videmur dicere noſtros libertos: liberorum noſtrorum libertos non rectè noſtros libertos dicimus.

AD TIT. DE QVÆ SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT.

Ex Tit. De Reg. Iuris Ciuil.

Lex 107. *Caius lib.* I. *ad Edictum provinc.*

Cum ſeruis nulla actio eſt.

Lex 146. *Paulus lib.* LXII. *ad Edictum.*

Quod quis cum ſeruus eſſet egerit, perficere libero facto non poteſt.

Lex 133. *Caius lib.* VIII. *ad Edict. provinc.*

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior non poteſt.

Lex vlt. Paulus lib. LXIX. *ad Edictum.*

Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

Lex 3. *Vlpianus lib.* III. *ad Sabinum.*

Eius eſt nolle, qui poteſt & velle.

Lex 4. *Idem lib.* VI. *ad Sabinum.*

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris vel Domini.

Ex Tit. De verb. ſignif.

Lex 182. *Vlpianus lib.* XXVII. *ad Edictum.*

Paterfamilias peculium habere non poteſt, quamad-

que madmodum nec ſeruus bona.

Lex 68. *Idem lib.* LXXVII. *ad Edictum.*

Illa verba, *arbitratu Lucij Titij fieri*, Ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

Lex 40. *Idem.*

Vnicus ſeruus familiæ appellatione non continetur.

AD TIT. DE PATRIA POTESTATE.

Ex Tit. De verb. ſignif.

Lex 215. *Paulus lib. ſing. ad* L. *Fuſiam Caniniam.*

Poteſtatis verbo plura ſignificantur, in perſona magiſtratuum impurium; in perſona liberorum patria poteſtas; in perſona ſerui dominium.

Lex 56. *Vlpianus lib.* LXII. *ad Edictum.*

Liberorum appellatione continentur, non tantùm qui ſũt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris ſũt, ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſunt exve fœmineo ſexu deſcendentes.

Lex 84. *Paulus lib.* II. *ad Vitellium.*

Filij appellatione omnes liberos intelligimus.

Lex 195. *Idem lib.* XLVI. *ad Edictum.*

Paterfamilias appellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat: non enim ſolam perſonam eius, ſed & Ius demonſtramus. Denique & pupillum patremfamilias appellamus: & cùm paterfam. moritur, quotquot capita ei ſubiecta fuerunt, ſingula familias incipiunt habere: ſinguli enim patrumfamilias nomen ſubeunt. Idemque euenit in eo, qui emancipatus eſt: nam & hic ſui iuris effectus propriam familiam habet.

Lex 196. *Carus lib.* XVI. *ad Edictum provinc.*

Familiæ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur, fœminarum liberos in familia earum non eſſe palam eſt; quia qui naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur.

Lex 46. *Vlpianus lib.* LIX. *ad Edictum.*

Matremfamilias accipere debemus, eam, quæ non inhoneſtè viuit, matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant, proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua; ingenua ſit, an libertina, nam neque nuptiæ, neque natales matremfamilias faciunt, ſed boni mores.

Lex 201. *Iulianus lib.* LXXXI. *Digeſt.*

Iuſta interpretatione recipiendum eſt, vt appellatione filij ſicut filiamfamilias contineri ſæpè reſpondimus, ita & nepos videatur comprehendi, & patris nomine auus quoque demonſtrari intelligatur.

AD TIT. DE NVPTIIS.

Ex Tit. De Reg. Iur. Ciuil.

Lex 31. *Vlpianus lib.* XXXVI. *ad Sabinum.*

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

Ex Iure Canon. De verborum ſignificat.

Cap. 5 *Hieronymus.*

Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Ex hoc loco quidam peruerſiſſimè ſuſpicantur, & alios filios Mariam habuiſſe: cùm mos diuinarum ſcripturarum ſit, vt primogenitum non vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primò natus fuit.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 146. *Terentius Clemens lib.* II. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Soceri & Socrus appellatione Auum quoque & Auiam vxoris vel mariti contineri reſpondetur.

Lex 50. *Vlpianus lib* LXI *ad Edictum.*

Nurus appellatio etiam ad pronurum & vltra porrigenda eſt.

Lex 89. *Pomponius lib.* VI *ad Sabinum.*

Hoc ſermone, *dum nupta erit*, primæ nuptiæ ſignificantur.

Lex 101. *Modeſtinus lib.* IX. *Different.*

Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur, repudium vero ſponſæ remitti videtur, quod & in vxoris perſonam non abſurdè cadit.

Lex 191. *Paulus lib.* XXXV. *ad Edictum.*

Inter diuortium & repudium hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matrimoniũ poteſt: non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur, quod diuortium in eo dictum eſt, quòd in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt.

Lex 136. *Vlpianus lib.* V. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Generi appellatione &, neptis & proneptis tam ex filio, quàm ex filia editarum, cæterarumque maritos contineri manifeſtum eſt.

AD TIT. DE ADOPTIONIBVS.

Ex Tit. De verbor. ſinif.

Lex 128. *Vlpianus lib.* I. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Spadonum generalis appellatio eſt, quo nomine tam ij, qui natura ſpadones ſunt, quàm thlibiæ & thlaſiæ, ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continetur.

AD TIT. QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLVITVR.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 19. *Paulus.*

Si filius familias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit, quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

Ex

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 195. *Paulus lib.* XLVI. *ad Edictum.*

Qui emancipatus eſt, ſui iuris effectus propriam familiam habet.

Lex 118. *Pomponius lib.* II. *ad Q. Mutium.*

Hoſtes ij ſunt, qui nobis aut quibus nos publicè bellum decreuimus, ceteri latrones aut prædones ſunt.

Lex 234. *Caius lib.* II. *ad L.* XII. *Tabb.*

Quos nos Hoſtes appellamus, eos veteres Perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet.

AD TIT. DE TVTELIS.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 73. *Vlpianus.*

Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis hæredibus, cùm moritur, habuit, habituruſve eſſet, ſi vixiſſet.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 239. *Pomponius lib. ſing. Enchiridij.*

Pupillus eſt, qui cùm impubes eſt, deſinit in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione.

Lex 161. *Paulus lib.* VII. *ad Sabinum.*

Non eſt pupillus, qui in vtero eſt.

Lex 221. *Idem lib.* X. *Reſponſor.*

Paulus reſpondi, falſum tutorem eum verè dici, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutorem datus eſt, ſiue non: ſicut falſum eſt teſtamentum, quod teſtamentum non eſt, & modus iniquus, qui modus non eſt.

Lex 122. *Pomponius lib.* VIII. *ad Q. Mutium.*

Seruius ait, Si ita ſcriptum ſit, *Filio filiiſque meis hoſce tutores do*, maſculis dumtaxat tutores datos, quoniam à ſingulari caſu, hoc eſt, filio ad pluralem videtur tranſiſſe, continentem eundem ſexum, quem ſingularis caſus prior poſitos habuiſſet. Sed hoc facti, non iuris habet quæſtionem: poteſt enim fieri, vt in ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde pleniùs omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dando voluerit, quod magis rationabile eſſe videtur.

Ad §. Cum autem.

Vide infrà tit. proximo.

AD TIT. QVI TESTAMENTO TVTORES DARI POSSVNT.

Ex Tit. de Reg. Iuris.

Lex 2. *Vlpianus lib.* I. *ad Sabinum.*

Fæminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt, & ideò nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratus gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec curatores exiſtere. Item impubes ab omnibus officiis ciuilibus debet abſtinere.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 53. *Paulus lib.* LIX. *ad Edictum.*

Super pecunia tutelave ſua, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt.

Ad §. fin.

Lex 104. *Modeſtinus lib.* II. *Excuſat.*

Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.

Lex 129. *Paulus lib.* I. *ad L. Iul. & Papiam.*

Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.

Lex 153. *Terentius Clemens lib.* V. *ad L. Iul. & Papiam.*

Intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt.

Lex 231. *Paulus ad S. C. Tertull.*

Quod dicimus, eum, qui naſci ſperetur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cùm de ipſius iure quæritur: aliis autem non prodeſt, niſi natus ſit.

Lex 164. *Vlpianus lib.* V. *ad Sabinum.*

Nomen filiarum & in poſthumum cadere quæſtionis non eſt: quamuis poſthumus non cadere in eam, quæ iam in rebus humanis ſit, certum ſit.

Lex 132. *Paulus lib.* III. *ad l. Iul. & Papiam.*

Anniculus amittitur, qui extremo die anni moritur, & conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat. Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuus filius extractus eſt.

Lex 134. *Idem lib.* II. *ad l. Iul. & Papiam.*

Anniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed treceteſimo ſexageſimo quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die, quia annum ciuiliter, non ad momentum temporum, ſed ad dies numeramus.

AD TIT. DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 74. *Q. Mutius Scæuola lib. ſing.*

Quò tutela redit, eò & hæreditas peruenit, niſi cùm fæminæ hæredes intercedunt.

Ex Tit. de verbor. ſignificat.

Lex 40. *Vlpianus lib.* LVI. *ad Edictum*

Familiæ appellatione liberi quoque continentur.

Lex 195. *Idem lib.* XLVI. *ad Edictum.*

Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum aut communi vniuerſæ cognationis continetur. Iure enim proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut naturâ, aut iure ſubiectæ, vt puta, patremfamilias, matremfamilius, filiumfam. filiamfamil. quique deinceps vicem eorum ſequuntur, vtputa, nepotes & neptes, & deinceps.

AD

AD TIT. DE CAPITIS DIMINVTIONE.

Ex Tit. De verb. ſignific.

Lex 103. *Modeſtinus lib.* VIII. *Regul.*

Licet capitalis Latinè loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur, tamen appellatio capitalis, mortis vel amiſſionis ciuitatis intelligenda eſt.

Ex Tit. De verbor. ſignif. in Decretal.

Cap. 17. *Innocentius Tertius.*

Cum in partibus veſtris ſæpè contingat, diuerſa loca interdicto ſupponi, quando generale vel particulare dici debeat interdictũ, apud vos accipimus in dubium reuocari, cum illi, qui ab Eccleſia Romana decorari priuilegio meruerunt, videlicet, vt cùm generale interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare, interdicto particulari ſe aſſerant, nõ artari, dicentes interdictum generale dumtaxat, cùm Regnum vel ſaltem Prouincia tota ſubijcitur interdicto. *& inf.* Cùm autem in priuilegijs de Regno vel Prouincia nil expreſſè dicatur, nomine terræ non ſolùm Regnum vel prouinciam intelligi voluimus, verùm etiam Villam & Caſtrum, vt & in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto,

Cap. 20. *Idem.*

Quærenti quid per cenſuram eccleſiaſticam debeat intelligi, cùm huiuſmodi clauſulam in noſtris literis apponimus? Reſpondemus, quòd per eam non ſolùm interdicti, ſed ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia valet intelligi, niſi Iudex diſcretus (rerum & perſonarum circumſtantiis indagatis) ferat, quam magis viderit expedire.

Cap. Quia quorundam, in Extrauag. Ioan. 22.

Clauis eſt ſpecialis poteſtas ligandi atque ſoluendi, qua Iudex eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno.

AD TIT. DE AUTHORITATE TVTORVM.

Ex Tit. De reg. Iur.

Lex 189. *Cenſus lib.* XIII. *Digeſt.*

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate (niſi appoſita tutoris authoritate) creditur. Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt.

Lex 111. *Paulus lib.* VI. *ad Edictum.*

Pupillus pati poſſe non intelligitur.

Lex 112. *Cajus lib.* 11. *ad Edictum prouinciale.*

Pupillũ qui proximus pubertati ſit, capacẽ eſſe, & furandi & injuriæ faciendæ conſtat.

Lex 198. *Iabolenus lib.* XIII. *ex Caſſio.*

Neque in introducto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

Lex 5. *Paulus lib.* II. *ad Sabinum.*

Pupillus omnia tutore authore agere poteſt.

Lex 157. *Vlpianus lib.* LXXI. *ad Edictum.*

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis, ſiue ijs, qui vice nominorum ſunt, veluti tutoribus vel curatoribus, obtemperauerint.

AD TIT. QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

Ex Tit. De verbor. ſignif.

Lex 204. *Paulus lib.* II. *Epitom.*

Pueri appellatio tres ſignificationes habet: vnam cùm omnes pueros appellaremus: alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam cùm ætatem puerilem demonſtraremus.

AD TIT. DE CURATORIBUS.

Ex Tit. de Reg. Iur.

Lex 40. *Pomponius lib.* XXXIV. *ad Sabinum.*

Furioſi vel ejus cui bonis interdicitur, nulla voluntas eſt.

Lex 124. *Paulus lib.* XVI. *ad Edictum.*

Furioſus abſentis loco eſt, & ita Pomponius libro primo Epiſtolarum ſcribit.

Lex 5. *Paulus lib.* II. *ad Sabinum.*

In negotijs contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligerent: nam furioſus nullum negotium cõtrahere poteſt, pupillus omnia tutore authore agere poteſt.

AD TIT. DE SATISDATIONE TUTORUM.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 61. *Paulus lib.* LXI. *ad Edictum.*

Satiſdationis appellatione interdum etiam repromiſſio continebitur, qua contentus fuit is, cui ſatisdatio debebatur.

Lex 188. *Paulus lib.* XXXIII. *ad Edictum.*

Cautum intelligitur ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

Lex 57. *Paulus lib.* LIX. *ad Edictum.*

Perſequi videtur, & qui ſatis accepit.

Lex 234. *Caius lib.* II. *ad L.* XII. *Tabb.*

Locuples eſt, qui ſatis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor reſtituendam eſſe petit.

AD TIT. DE EXCUSATIONE TUTORUM.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 137. *Paulus lib.* II. *ad L. Iul. & Papiam.*

Ter enixa videtur etiam quæ trigeminos peperit.

Lex 18. *Idem* IX. *ad Edictum.*

Munus tribus modis dicitur: vno donum & inde munera dici, dari, mittiue: altero,

tero onus, quod cum re mittitur, vacationem militiæ munerisque præſtat, inde immunitatem appellari: tertiò officium, vnde munera militaria,& quoſdam milites munifices vocari. Igitur municipes dici, quòd munera ciuilia cupiant.

Lex 214. *Martianus lib.* 1. *Public. jud.*

Munus propriè eſt,quòd neceſſariò obimus lege,more,imperióve ejus, qui jubendi habet poteſtatem.

Lex 239. *Pomponius lib. ſing. Enchiridij.*

Munus publicum eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſoſque ciues, remque eorum imperio magiſtratus extraordinario peruenit.

Lex 101. *Modeſtinus lib.* IX. *Differentiarum.*

Verum eſt, morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatem,vitium verò perpetuum corporis impedimentum, veluti ſi luſcus ſit: nam & luſcus vtique vitioſus eſt.

Lex 113. *Iabolenus lib.* XIV. *ex Celſo.*

Morbus ſonticus eſt, qui cuique rei nocet.

AD TIT. LIBRI SECUNDI INSTITUT.

AD TIT. DE RERUM DIVISIONE.

Ex Tit. De Regul. Iur.

§. De acquiſitione rerum.

Lex 159. *Paulus lib.* III. *ad Edictum.*

Non ex pluribus cauſis idem poteſt & noſtrum eſſe.

Lex 182. *Idem lib.* III. *ad Vitellium.*

Quod nullius eſſe poteſt,id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

§. De ſuccedente in dominio.

Lex 177. *Idem lib.* XIV. *ad Plautium.*

Qui in jus dominiumve alterius ſuccedit, jure ejus vti debet.

Lex 175. *Idem lib.* XI. *ad Plautium.*

Non debeo meliores conditionis eſſe,quàm author meus, à quo Ius in me tranſijt.

§. De amittendo rerum dominio.

Lex 83. *Papinianus lib.* II. *Definit.*

Non videtur rem amittere, cujus propria non fuit.

Lex 11. *Pomponius lib.* V. *ad Sabinum.*

Id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium tranſire non poteſt.

Lex 190. *Celſus lib.* XXIV. *Digeſt.*

Quod euincitur in bonis noſtris non eſt.

Ex Tit. De Reg. Iur. Canon.

De rebus ſacris & ad animam pertinentibus.

Cap. 51.

Semel Deo dicatum,non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum.

Cap. 7. *in antiquis.*

Quicquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis iniuſtè agitur, pro ſacrilegio reputatur, quia ſacra ſunt,& à quoquàm violari non debent.

Cap. 3 *Ibid.*

Vtiliùs ſcandalum naſci permittitur,quàm veritas relinquatur.

Cap. 9. *ibid.*

Defleat peccator, quia offendens in vno,factum eſt omnium reus.

Cap. 4. *in* 6.

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

Cap. 5. *ibid.*

Peccati venia non datur niſi correcto.

Cap. 12. *in antiquis.*

Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio,ſi lupus oues comedit,& paſtor neſcit.

Ex. Tit. De verbor. ſignificat.

De rebus in genere.

Lex 23. *Vlpianus lib.* XIV. *ad Edictum.*

Rei appellatione & cauſæ & Iura continentur.

Lex 5. *Paulus lib.* II. *ad Edictum.*

Rei appellatio latior eſt quàm pecuniæ, quia ea etiam,quæ extra computationem patrimonij noſtri ſunt, continet, cùm pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio noſtro ſunt.

Lex 6. *Vlpianus lib.* III. *ad Edictum.*

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

Lex. 72. *Paulus lib.* LXXVI. *ad Edictum.*

Appellatione rei etiam pars continetur.

Lex 73. *Vlpianus lib.* LXXX. *ad Edictum.*

Hæc verba in ſtipulatione poſita, *Eam rem rectè reſtitui*, fructus continent; *rectè* enim verbum pro viri boni arbitrio eſt.

Lex 79. *Cenſus lib.* XXXII. *Digeſt.*

Cum ſtipulamus, *Quanta pecunia ex hæreditate Lucij Titij ad te peruenerit*, res ipſas, quæ peruenerint, non pretia earum ſpectare videmur.

Lex 70. *Paulus lib.* LXXIII. *ad Edictum.*

Verba hæc, *Is ad quem ea res pertinet*, ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili,vel iure prætorio ſuccedit,contineatur.

De

De bonis in genere.

Lex 49. Vlpianus lib. LIX. ad Edictum.

Bonorum appellatio aut ciuilis eſt, aut naturalis: naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc eſt, beatos faciunt. Beare eſt prodeſſe. In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt, nō ſolùm quæ domini noſtri ſūt ſed & ſi bona fide à nobis poſſideātur, vel ſuperficiaria ſint, æquè bonis annumerabitur, etiamſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus, nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

Lex 83. Iabolenus lib. v. ex Plautio.

Propriè bona dici non poſſunt, quę plus incommodi quàm commodi habent.

Lex 208. Africanus lib. IV. quæſtionum.

Bonorum appellatio, ſicut hæreditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat.

Lex 88. Celſus lib. XVIII. Digeſt.

Tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantū ex bonis eius refici poteſt. Sic dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædijs cæteriſq; ſimilibus rebus habeat. Nō idem eſt in fundo alieno legato, quamquam is fundus hæreditaria pecunia comparari poteſt; neque quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicet, quicquid ex ea parari poteſt.

In ſpecie de rebus ſacris & publicis.

Lex 17. Vlpianus lib. x. ad Edictum.

Inter publica habemus non ſacra, nec religioſa, nec quæ publicis vſibus ſunt deſtinata, ſed ſi quæ ſint ciuitatum velut bona: ſed peculia ſeruorum ciuitatum proculdubiò publica habentur. Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum: item ſalinarum & metallorum, & piſcariarum.

Lex 233. Caius lib. I. ad L. XXI. Tabb.

Poſt kalendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur

Lex 15. Vlpianus lib. x. ad Edictum.

Bona ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt. Sola enim ea propriè publica dicenda ſūt, quę populi Romani ſunt.

Lex 16. Caius lib. III. ad Edictum prouinc.

Eum qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus: nam publici appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit; ciuitates enim loco priuatorum habentur.

Lex 27. Vlpianus lib. XVII. ad Edictum.

Stipendium à ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. Et ſanè appellatur à contributione tributum, vel ex eo quod militibus tribuatur.

Lex 239. Pomponius. lib. ſing. Enchiridij.

Vrbs ab vrbo appellata eſt. Vrbare eſt aratro definire, & Varus ait, Vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi ſolet. Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei cauſa mænia ſint conſtituta.

Lex 2. Paulus lib. I. ad Edictum.

Vrbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet.

Lex 147. Terentius Clemens lib. III. ad L. Iul. & Papiam.

Qui in continentibus vrbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.

Lex 139. Vlpianus lib. VII. ad L. Iul. & Papiam.

Ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt.

Lex 154. Macer lib. I. ad leg. viceſimam.

Mille paſſus non à muro vrbis, ſed à continentibus ædificiis numerandi ſunt.

Lex 210. Martianus lib. VII. Inſtit.

Is qui natus eſt ex mancipiis vrbanis & miſſus eſt in villam nutriendus in vrbanis ſeruus conſtituetur.

Lex 239. Pomponius lib. ſing. Enchiridij.

Territorium eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi, id eſt, ſubmouendi ius habens. Incola eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit. Aduena eſt, quem Græci (epicon) appellant.

Lex 99. Vlpianus lib. III. De officio Conſ.

Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ coniunctæ ſunt, vt puta Galliam & Prouinciam. Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur.

Lex 190. Vlpianus lib. XXXIV. ad Edictum.

Prouinciales eos accipere debemus, qui in Prouincia domicilium habent, non eos, qui ex Prouincia oriundi ſunt.

Lex 228. Paulus lib. ſing. De cognitionibus

Municipes intelligendi ſunt & qui in eodem municipio nati ſunt.

Lex 96. Celſus lib. XXV. Digeſt.

Littus eſt quouſque maximus fluctus hybernus à mari prouenit. Idque Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter eſſet, primùm conſtituiſſe.

Lex 112. Iabolenus lib. XI. ex Caſſio.

Littus publicum eſt eatenus, quatenus maximè fluctus exæſtuat & effluit: idem Iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt

Lex 59. Vlpianus lib. LXVIII. ad Edictum

Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa atque munita. Inde angiportum dictum eſt.

De rebus priuatorum in ſpecie.

Lex 239. *Pomponius lib. ſing. Enchiridij.*

Verbum, *Suum*, ambiguum eſt, vtrum de toto, an de parte ſignificet, & ideò qui iurat ſuum non eſſe, adijcere debet, neque ſibi commune eſſe.

Lex 25. *Paulus lib.* XXI. *ad Edictum.*

Rectè dicimus, eum fundum totum noſtrũ eſſe, etiam cuius vſusfructus alienus eſt, quia vſusfructus nõ dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, vt via & iter: nec falſò dicitur totum meum eſſe, cuius non poteſt vlla pars dici alterius eſſe & hoc Iulianus ait, & eſt verius.

Quintus Mutius ait, partis appellatione rẽ pro indiuiſo ſignificari: nam quod pro indiviſo noſtrũ ſit, id non partem, ſed totum eſſe. Seruius non ineleganter partis appellatione vtrumque ſignificari.

Lex 91. *Idem lib.* I. *Fideicommiſſ.*

Meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.

Lex 96. *Celſus lib.* XXV. *Digeſt.*

Prædia dicimus aliquorum eſſe, non vtique communiter habentium ea, ſed alio aliud habente.

Lex 181. *Pomponius lib.* XXXV. *ad Sabinum.*

Verbum illud, *Pertinere*, latiſſimè patet, nã & ijs rebus petendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſunt, & ijs quas iure aliquo poſſidemus, quamuis noſtri dominij non ſint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorũ cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt.

Lex 78. *Paulus.* III. *ad Plautium.*

Interdum proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat, ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

Lex 188. *Idem lib.* XXXIII. *ad Edictum.*

Habere, duobus modis dicitur: altero iure dominij, altero obtinere ſine interpellatione id, quod quis emerit.

Lex 164. *Vlpianus lib.* XV. *ad Sabinum.*

Habere, ſicut peruenire, cum effectu accipiendum eſt.

Lex 71. *Idem lib* LXXIX. *ad Edictum.*

Aliud eſt capere, aliud accipere. Capere cũ effectu accipitur: accipere eſt, ſi quis non ſic accipit, vt habeat. Ideoque non videtur quis capere id quod eſt reſtituturus. Sic & perueniſſe propriè dicitur illud, quod eſt remanſurum.

Lex 211. *Florentinus lib.* VIII. *Inſtitut.*

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur, ſed in vſu vrbana ædificia, ædes ruſtica villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio in vrbe area, rure autem ager appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus decitur.

Lex 60. *Vlpianus lib.* LXIX. *ad Edictum.*

Locus eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi, Fundus autem integrum aliquid eſt, & plerumque fundũ ſine villa accipimus. Cæterùm adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fũdo ſeparat, vt & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuerimus: non enim magnitudo locum à fundo ſeparat ſed noſtra affectio, & quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus, necnõ & fundus locus conſtitui poteſt: nam ſi eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellatione non ſolùm ad ruſtica, verum ad vrbana quoque prædia pertinere Labeo ſcribit, ſed fundus quidem ſuos habet fines, locus verò latere poteſt, quatenus determinetur & definiatur,

Lex 27. *Idem lib.* XVII. *ad Eictum.*

Ager eſt locus, qui ſine villa eſt.

Lex 31. *Idem lib.* XVIII. *ad Edictum.*

Pratum eſt, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt, ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capiendum.

Lex 30. *Caius lib.* XVII. *ad Edictum Provinc.*

Silua cædua eſt, vt quidam putant, quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruus eam eſſe, quæ ſucciſa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur. Stipula illecta eſt ſpicæ in meſſe deiectæ, nec dum lectæ, quas ruſtici cùm vacauerint, colligunt. Noualis eſt terra præciſa, quæ anno ceſſat, quam Græci νεατὸν vocant. Integra autem eſt, in quam nondum dominus paſcendi gratia pecus immiſit. Glans caduca eſt, quæ ex arbore cecidit. Paſcua ſylua eſt, quæ paſtui pecud um deſtinata eſt.

Lex 77. *Paulus lib.* XLIX. *ad Edictum.*

Frugem pro reditu appellari, non ſolùm quod ex frumentis aut leguminibus, verùm etiã quod ex vino vel ex ſyluis cæduis cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus ſcribit, fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnes aut aues, ferasve aut poma fruges dici. Frumentum autem id eſſe, quod ariſta in ſe teneat, rectè Gallum definiuiſſe, lupinum verò & fabas fruges potius dici, quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur, quę Seruius apud Alphenum frumento contineri putat.

Lex 121. *Pomponius lib.* VI. *ad Q. Mutium.*

Vſura pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt, quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt, ex noua obligatione.

Lex 236. *Caius lib.* IV. *ad L. XII. Tabb.*

Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iabolenus ait, exemplo Græci ſermonis δρυὸς: apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur.

Lex

Lex 62. Idem lib. XXVI. *ad Edictum* Provinc.

Tigni appellatione in lege XII. Tabul. omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

Lex 235. Idem lib. III. *ad* L. XII. *Tabb.*

Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat qui tigna dolarent, ſed omnes qui ædificarent.

Lex 79. Paulus lib. VI. *ad Plautium.*

Impenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior furura ſit: Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, deteriorem eſſe non ſinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur: ſicuti arbuſti paſtinatione vltra quàm neceſſe fuerat. Item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet, ne cogatur fundo aut mancipiis carere. In his impenſis & piſtrinum & horreum inſulæ dotali adiectum plerumque dicemus, Voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, vt ſunt viridia, & aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ.

Lex 89. Pomponius lib. VI. *ad Sabinum.*

Boues magis armentorum quàm iumentorum nomine appellantur.

Lex 66. Vlpianus lib. LXXIV. *ad Edictum.*

Marcis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

Lex 207. Africanus lib. III. *Quæſt.*

Mercis appellatione homines non contineri Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait, & rectè.

Lex 14. Paulus lib. VII. *ad Edictum.*

Rem amiſiſſe videtur, qui aduerſus nullum eius perſequendæ actionem habet.

Ex Iure Canon. Tit. De verborum ſignific.

Cap. 13. Paſchalis.

Cauſa carpenſis plebis, *& inf.* Cæterùm primitiæ, decimæ & oblationem in ſolis eccleſiarum bonis præcipuè numerantur. Oblationes verò dicimus, quæcumque de propriis & de licitis rebus Eccleſiæ à fidelibus offeruntur. Qui cumque igitur eas per poteſtatem ſecularem obtinet, proculdubio contra Deum & ſanctorum Patrum nititur ſanctiones, quinimò & qui accipit, & qui tradit, raptor ſacrilegus iudicaret.

Cap. 14. Alexander Tertius.

Quæſiuit fraternitas tua, *& inf.* Nos itaque taliter tibi duximus reſpondendum, quòd Sacerdos vno præſente clerico, & etiam ſolus poteſt infirmum vngere.

Feſtum autem Beati Matthiæ iuxta conſuetudinem eccleſiaſticam vigilia eatenus præcedat, vt nec pro biſſexto, nec pro quolibet alio modo inter ſe & ſolemnitatẽ aliam diem admittat, in qua vtique vigilia (niſi venerit in Dominica) ieiunium celebretur, ipſum autem feſtum ſiue fiat in præcedenti die, ſiue in ſequenti, qui duo quaſi in vno reputantur, nullus error, ſed conſuetudo Eccleſiæ teneatur.

Clemen. Exiui. §. Cumque.

Reditus inter immobilia cenſentur à Iure.

Cap. I. in antiquis. Hieronymus.

Nouale eſt ager nunc primum præciſus.

AD TIT. DE SERVITUTIBUS.

Ex Tit. de Reg. Iur.

Lex 61. Vlpianus lib. III. *Opinionum.*

Domum ſuam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

Lex 205. Pompon. lib. XXXIX. *ad Q. Mutium.*

Plerumque fit, vt etiam ea, quæ à nobis poſſunt abire, perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditiones, vt abire poſſet: & ideò quòd fiſco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & ſeruitutem prædio imponere poſſumus.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 166. Pomponius lib. VI. *ad Sabinum.*

Vrbana familia & ruſtica non loco, ſed genere diſtinguitur: poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum numero, veluti is, qui ruſticorum rationes diſpenſet, ibique habitet, & non multum abeſt à villico. Inſularius autem vrbanorum numero eſt. Videndum tamen eſt, ipſe dominus quo quemq; loco habuerit, quod ex numero familiæ & vicariis apparebit.

Lex 198. Vlpianus lib. II. *De tribunalib.*

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, nõ ſolùm ea, quæ ſunt in oppidis, ſed etſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis & vicis, vel prætoria voluptati tantùm deſeruientia, quia vrbanum prædium non locus facit, ſed materia. Proinde hortos quoque ſi qui ſũt in ædificiis conſtituit, dicendum eſt vrbanorum appellatione contineri. Planè ſi plurimũ hi horti in reditu ſunt (vinearij fortè vel etiam olitorij) magis hæc non ſunt vrbana.

Lex 211. Florentinus lib. VIII. *Inſtit.*

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur, ſed in vſu vrbana ædificia, ædes ruſticæ, villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio in vrbe, area; rure autem ager appellatur: idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

Lex 86. Celſus lib. V. *Digeſt.*

Quid aliud ſunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter ſe habentia, vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

Lex 180. *Pomponius lib.* XXX. *ad Sabinum.*

Tugurij appellatione omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ conuenit, quàm quod vrbanis ædibus ſignificatur. Offilius ait, tugurium à tecto tanquam tegurium eſſe dictum, vt togam, quòd eâ tegamus.

Lex 157. *Ælius Gallus lib.* 1. *De verb. ſignif.*

Paries eſt, ſiue murus, ſiue maceries eſt. Item via eſt, ſiue ſemita, ſiue iter eſt.

Lex 90. *Vlpianus lib.* XXVII. *ad Sabinum.*

Qui vti optimæ maximæque ſunt ædes tradit, non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi, ſed illud ſolùm, ipſas ædes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire.

Lex 28. *Paulus lib.* XXI. *ad Edictum.*

Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amiſit ſeruitutem.

Lex 235. *Caius lib.* III. *ad L. XII. Tabb.*

Ferri propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit: agi ea, quæ animalia ſunt.

AD TIT. DE VSVFRVCTV.

Ex Tit. De verb. ſignific.

Lex 234. *Caius lib.* III. *ad L. XII. Tabb.*

Verbum *Viuere* quidam putant ad cibum pertinere, ſed Offilius ad Atticum ait his verbis & veſtimenta & ſtramenta contineri; ſine his enim viuere neminem poſſe.

Lex 117. *Calliſtratus lib.* IV. *De Cognitionib.*

Veſtis appellatione tam virilis, quàm muliebris, & ſcenica, etiamſi tragica aut citharedica ſit, continetur.

Lex 14. *Paulus lib.* VII. *ad Edictum.*

Labeo & Sabinus exiſtimant, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſâ picturâ, videri rem abeſſe, quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum.

Lex 13. *Vlpianus lib.* VII. *ad Edictum.*

Res abeſſe videntur (vt Sabinus ait, & Pædius probat) etiam eæ, quarum corpus manet, ſed forma mutata eſt, & ideò ſi corruptæ redditæ ſint vel transfiguratæ, videri abeſſe, quoniam plerumque plus eſt in manus pretio, quàm in re.

Ex Iure Canon.

In Extrauag. Ad Conditorem Ioan. XXII.

Licèt in rebus vſu conſumptibilibus nec ius vtendi, nec ipſum vti poſſit conſtitui vel haberi, ipſis tamen poterit ius abuti. Abuti autẽ (dum tractatur de rebus vſu conſũptibilibus) pro rei conſumptione ſumitur, quod ei opponitur, quod eſt vti. Vti quidem præſupponit, quod cum vſu ſalua rei ſubſtantia maneat, ſed abuti exigit, quod cũ actu huiuſmodi rei ſubſtantia conſumatur: cũ abuti nihil aliud quàm contra naturã vſus vti in hac materia propriè poſſit dici. Licet autem re viſibili abſque iure vtendi aliquo vti poſſit, ipſum tamen vti in re tali abſque iure vtendi, ſeparato à dominio vel coniuncto, nec ab aliquo poteſt conſtitui, nec à quoquam haberi.

AD TIT. DE VSV ET HABITATIONE.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 183. *Vlpianus lib.* XXVIII. *ad Edictum.*

Tabernę appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo, quod tabulis claudatur.

Lex 184. *Paulus lib.* XXX. *ad Edictum.*

Inde tabernacula & contubernales dicti ſunt.

Lex 185. *Vlpianus lib.* XXVIII. *ad Edictum.*

Inſtructam autem tabernam ſic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata conſtat.

Lex 241. *Mutius Scæuola lib. ſing.* ὅρων.

In rutis cæſis ea ſunt, quæ terrâ non tenentur, quæque opere ſtructili tectoriove non continentur.

Lex 242. *Iabolenus lib.* II. *ex Poſteriorib. Labeonis.*

Inter proiectum & immiſſum hoc intereſſe Labeo ait, quòd proiectum eſſet, id, quod ita proveheretur, vt nuſquam requieſceret, qualia mæniana & ſuggrunda eſſent. Immiſſum autem quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur, Plumbum autẽ, quod pro tegulis poneretur, ædificij eſſe ait Labeo, ſed id quod hypæthrij tegendi cauſa poneretur, contrà eſſe.

Ead. lege §. *final.*

Straturam alicuius loci ex tabulis factam, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe, ait Labeo, quoniam perpetuo vſui parata eſſet, neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

Lex 43. *Vlpianus lib.* LVIII. *ad Edictum.*

Verbo *Victus* continentur, quæ eſui & potui cultuique corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt. Veſtem quoque victûs habere vicem Labeo ait.

Lex 203. *Alphenus lib.* VII. *Digeſt.*

In lege cenſoria poraus Siciliæ ita ſcriptum erat, *Seruos, quos domum quis duceet ſuo vſui, pro his portorium ne dato*: quærebatur, ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret, fundi inſtruendi cauſa, vtrùm pro his omnibus portorium dare deberet, nec ne. Reſpondi, duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones: Primam, quid eſſet, *domũ ducere*: Alterã, quid eſſet, *vſu ſuo ducere*, Igitur quæri ſolet, vtrum vbi quis habitaret, vtrũ in Prouincia ſiue in Italia, an dumtaxat in ſua cuiuſq; patria domus eſſe rectè diceretur. Sed de ea re rectè conſtitutum eſt eam eſſe domũ vnicuique noſtrũ, debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarumq; rerum con-

conſtitutionem feciſſet. Quid autem eſſet, *vſu ſuo* magnam habuiſſe dubitationem, & magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantùm contineri.

Lex 44. *Caius lib.* XXII. *ad Edictum Prouinc.*

Cætera quoque quibus viuendi curandive corporis noſtri gratia vtimur, eâ appellatione ſignificantur.

Lex 45. *Vlpianus lib.* LVIII. *ad Edictum.*

Inſtrato omne veſtimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait: neque enim dubium eſt, quin ſtragula veſtis ſit omne pallium, quod Græci περίστρωμα vocant. In victum ergò veſtē accipiemus, non ſtragulam, in ſtratum omnem ſtragulam veſtem.

Ex Iure Canon. eod. Tit.

In Extrauag. Ioan. XXII. *Quia quorundam.*

Cùm dicitur, quod ordo vſum rerum habeat, hujuſmodi ad vſum Iuris neceſſe eſt hoc referri.

AD TIT. DE VSVCAP. ET LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTI.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 118. *Vlpianus lib.* XII. *ad Edictum.*

Qui in ſeruitute eſt vſu capere non poteſt, nam cùm poſſideatur, poſſidere non videtur.

Lex 135. *Paulus lib.* XVIII. *ad Edictum.*

Bona fides tantum poſſidenti præſtat quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

Ex Tit. De Reg. Iur. Canon.

Cap. 2. *in* 6.

Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit.

Cap. 3. *ibid.*

Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

Ex Tit. De verbor. ſignif.

Lex 28. *Paulus lib.* XXI. *ad Edictum.*

Alienationis verbum etiam vſucapionem continet, vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi.

Lex 215. *Idem ad* L. *Fuſ. Caniniam.*

Ex lege Atinia in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri, etſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius aiunt.

Lex 39. *Idem lib.* LIII. *ad Edictum.*

Incertus poſſeſſor eſt, quem ignoramus.

Lex 39. *Idem ibid.*

Deteſtari eſt abſenti denuntiare.

Lex 40. *Vlpianus lib.* LIV. *ad Edictum.*

Deteſtatio eſt denuntiatio facta cum teſtatione.

Lex 134. *Paulus lib.* II. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Annum ciuiliter non ad momentana temporum, ſed ad dies numeramus.

Ex Titul. De verbor. ſignificat. in Decretal.

Cap. 12. *Gregorius*

Hoc iure poſſidetur, quod iuſtè; hoc iuſtè quod benè: quod autem malè poſſidetur, alienum eſt: malè autem poſſidet, qui vel ſuis malè vtitur, vel aliena præſumit.

AD TIT. DE DONATIONIBVS

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 82. *Apinianus lip.* XI. *Reſponſ.*

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

Lex 53. *Paulus lib.* XLII. *ad Edictum.*

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt.

Lex 16. *Vlpianus lib* LV. *ad Edictum.*

Cui eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt.

Lex 165. *Idem lib.* LIII. *ad Edictum.*

Cùm quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſâ conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

Lex 167. *Paulus lib.* XLIX. *ad Edictum.*

Non videntur data, quæ tempore quo dantur, accipientis non fiunt.

Lex 65. *Idem lib.* VI. *Quæſtionum.*

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 67. *Vlpianus lib.* LXXVI. *ad Edictum.*

Donationis verbum ſimpliciter loquendo omnem donationem comprehendiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit.

Lex 76. *Paulus lib.* LI. *ad Edictum.*

Dediſſe intelligendus eſt etiam is, qui permutauit vel compenſauit.

Lex 194. *Vlpian. lib.* XLIII. *ad Edict.*

Inter donum & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam genus eſſe donum. Labeo ait, à donanda dictum. Munus ſpeciem; nam munus eſſe donum cum cauſa, vtputa natalium, nuptiarum.

Lex 53. *Paulus lib.* LIX. *ad Edictum.*

Cùm dicimus. *Quod dedi aut donaui*, vtraque continemus. Cùm verò dicimus, *Quod eum dare facere oportet*, quodvis eorum ſufficit probare.

Lex 214. *Martianus lib.* I. *Publ. iudiciorum.*

Munus propriè eſt, quod neceſſariò obimus lege, more, imperióve eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quæ nullâ neceſſitate iuris, officij, ſed ſpontè præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt, Sed in hoc ventum eſt, vt non quodcúque

que

que munus,id eſt,donum accipiatur. At quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

Lex 126. Proculus lib. VI. Epiſt.

Si cùm fundum tibi darem, legem ita dixi, *Vti optimus maximuſque eſſet*:& adieci,Ius fundi deterius factum non eſſe, per dominũ pręſtabitur, amplius eo præſtabitur nihil etiam ſi prior pars,quâ ſcriptum eſt, *Vti optimus maximuſq; ſit*,liberum eſſe ſignificat,eoque ſi poſterior pars adiecta non eſſet, liberum præſtare deberem : tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto,quod ad jura attinet,nequid aliud præſtare debeam, quàm jus fundi per dominum deterius factum non eſſe.

Lex 21. Paulus lib. XI. ad Edictum.

Princeps bona concedendo videtur etiam obligationes concedere.

AD TIT. QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

Ex Tit. De Regul. Iur.

Lex 26. Vlpianus lib. XXXI. ad Sabinum.

Qui poteſt inuitus alienare,multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

Lex 161. Idem lib. LIII. ad Edictum.

Cùm quis poſſit alienare,poterit & conſentire alienationi.

Lex 205. Pompon. lib. XXXIX. ad Q. Mutium.

Plerumque fit,&c. Vide ſup. tit. De ſeruitutibus.

Lex 119. Vlpian. lib. XIII. ad Edict.

Non alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 28. Paulus lib. XXI. ad Edictum.

Alienationis verbum etiam vſucapionem continet:vix eſt enim,vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amiſit ſeruitutem. Qui occaſione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti qui hæreditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.

Lex 67. Vlpianus lib. LXXVI. ad Edict.

Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicitur.

AD TIT. PER QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRITUR.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 133. Cajus lib. VIII. ad Edict. provin.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

Lex 18. Pomponius.

Quæ legata, &c. vide in tit. De legatis.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 171. Pomponius lib. XVI. ad Sabinum.

Perueniſſe ad te rectè dicitur,quod per te ad alium peruenerit, vt in hæreditate à liberto per patronum filium famil.patri ejus adoptiuo acquiſita reſponſum eſt.

Lex 140. Paulus lib. VI. ad L. Iul. & Papiam.

Cepiſſe quis intelligitur, quamuis alij acquiſiuit.

AD TIT. DE TESTAMENTIS ORDINAND.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 7. Pomponius lib. III. ad Sabinum

Ius noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtatum & inteſtatum deceſſiſſe,earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus & inteſtatus quis ſit.

Lex 183. Marcellus lib. III. Digeſt.

Etſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit,ſubueniendum eſt.

Lex 201. Iabolenus lib. X. Epiſt.

Omnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur. ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium ſine vitio ceperint.

Ex Reg. Iur. Canon.

Ex Cap. 83.

Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 221. Paulus lib. X. Reſponſ.

Paulus reſpondi, Falſum tutorem eum verè dici, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutorem datus eſt, ſiue non, ſicùt falſum eſt teſtamentum, quod teſtamentum non eſt ; & modius iniquus, qui modius non eſt.

Lex 130. Vlpianus lib. II. ad L. Iul. & Papiam.

Lege obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit, etiam eam, quæ ex teſtamento defertur, quia lege XII. Tab. teſtamentariæ hæreditates confirmantur.

Lex 102. Alphenus lib. Digeſt.

Cùm in teſtamento ſcriptum eſt, vt hæres in funere aut in monumento dumtaxat aureos centum conſumeret, non licet minus conſumere.Si amplius vellet, licet : neque ob eam rem contra teſtamentum facere videretur.

Lex 74. Paulus lib. II. ad Edict. ædil.

Signatorius annulus,ornamenti appellatione non continetur.

Lex 39. Idem lib. LIII. ad Edictum.

Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt:nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione vti ſolebant,

AD

AD TIT. DE EXHÆREDAT. LIBERORUM.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 141. *Vlpianus. lib.* VIII. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Etiam ea mulier, cùm moreretur creditur filiũ habere, quæ exciſo vtero edere poſſit: nec non etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quem mortis tempore non habuit, vtputa eum, qui ab hoſtibus remeauit.

Lex 153. *Terent. Clemens lib.* XI. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe qui in vtero relictus eſt.

Lex 164. *Vlpianus lib.* XV. *ad Sabinum.*

Nomen filiarum & in poſtumam cadere, quæſtionis non eſt, quamuis poſtumæ non cadere in eam, quæ iam in rebus humanis ſit, certum ſit.

Lex 231. *Paulus ad S. C. Tertyll.*

Quod dicimus eum, qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cùm de ipſius jure quæritur: alijs autem non prodeſt, niſi natus ſit.

AD TIT. DE HÆREDIBUS. INSTITUENDIS.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 89. *Paulus lib.* X. *Quæſt.*

Quamdiu poſſit valere teſtamentum, tamdiu legitimus hæres non admittitur.

Lex 210. *Licinnius Rufus lib.* II. *Regul.*

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt.

AD TIT. DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 187. *Celſus lib.* XVI. *Digeſt.*

Si quis prægnantem vxorem relinquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 227. *Paulus lib.* II. *Manualium.*

In ſubſtitutione his verbis, *Quiſquis hæres mihi erit* proximus hæres tãtùm ſignificatur: imò non tantum proximus heres, ſed etiã ſcriptus.

Lex 162. *Pomponius lib.* II. *ad Sabinum.*

In vulgari ſubſtitutione, quâ ei, qui ſupremus morietur hæres ſubſtituitur, rectè hæres ſubſtitutus, etiam vnico intelligitur exemplo legis XII. Tabul. Ex quibus proximus agnatus etiam ſolus habetur.

Lex 141. *Vlpianus lib.* VIII. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Etiam ea mulier, cùm moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo vtero edere poſſit, nec non etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quem mortis tempore non habuit, vt puta eum, qui ab hoſtibus remeauit.

Lex 132. *Paulus lib.* III. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Falſum eſt, eam peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt.

Lex 220. *Calliſtratus lib.* II. *Quæſtionum.*

Diuus quoque Marcus reſcripſit, non videri ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem reliquit.

Lex 148. *Cajus lib.* VIII. *ad* L. *Iul. & Papiam.*

Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnave filia eſt: hæc enim enuntiatio, *Habet liberos, Non habet liberos*, ſemper plurali numero profertur, ſicut & Pugillares & Codicilli.

Lex 149. *Idem lib.* X. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Nam quem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere.

Lex 129 *Paulus lib.* I. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur, quia numquam liberi appellare potuerunt.

Ex Iure Canonico.

Cap. 3. *in antiquis, Hieronymus.*

Nam & quia vnigenitus fui coram matre mea. Quare vngenitum ſe nominat, quem fratrẽ uterinum præceſſiſſe ſcriptura teſtatur, niſi quia ille mox natus, ſine nomine, quaſi numquam eſſet, è vita deceſſit.

AD TIT. DE PUPILLARI. SUBSTITUT.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 162. *Pomponius lib.* II. *ad Sabinum.*

Si quis ita in teſtamento ſcripſerit, *Si quid filio meo acciderit, Dama ſeruus meus liber eſto*, mortuo filio, Dama liber erit: licèt enim accidat, & viuis, attamen vulgari ſermone etiam mori ſignificatur.

Lex 116. *Iabolenus lib.* VII. *Epiſt.*

Quiſquis mihi alius filius filiýve hæres ſit, ait Labeo; nõ videri filiã contineri: Proculus contra. Mihi Labeo videtur verborum figuram ſequi, Proculus mentem teſtantis, Reſpondi, Non dubito, quin Labeonis ſententia vera non ſit.

AD TIT. QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMENTUR.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 181. *Paulus lib.* I. *ad Vitellium.*

Si nemo ſubijt hæreditatem, omne jus teſtamenti ſoluitur.

Ex Tit. De Reg. Iuris Canon.

Cap. 37. *in* 6.

Vtile per inutile non vitiatur.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 3. *Vlpian. lib.* II. *ad Edictum.*

Ejus qui apud hoſtes deceſſit, dici hæreditas non poteſt, qui ſeruus deceſſit.

L. 151. *Terentius Clemens lib.* V. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Delata hæreditas intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi.

AD TIT. DE HÆREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 141. *Paulus lib.* LIV. *ad Edictum.*

Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſũt.

Lex 194. *Modeſtinus lib.* VI. *Different.*

Qui per ſucceſſionem, quamuis longiſſimam, defuncto hæredes extiterint, non minùs hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter

paliter hæredes extiterunt.

Lex 193. *Celſus lib.* XXXVIII. *Digeſt.*

Omnia ferè jura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

Lex 138. *Paulus lib.* XXVII. *ad Edict.*

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Lex 91. *Paulus lib.* XVII. *Quæſt.*

Quoties duplici jure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo jure, quod ante defertur, ſupererit vetus.

Lex 174. *Paulus lib.* VIII. *ad Plautium.*

Quod quis ſi velit habere non poteſt, id repudiare non poteſt.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 24. *Cajus lib.* VI. *ad Edict. Provinciale.*

Nihil eſt aliud hæreditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum jus, quod defunctus habuit.

Lex 65. *Vlpianus lib.* LXXII. *ad Edict.*

Hæredis appellatio non ſolùm ad proximum hæredem, ſed etiam ad veteriores hæredes refertur: nam & hæredis & hæres, & deinceps hæredis appellatione continentur.

Lex 70. *Paulus lib.* LXXIII. *ad Edict.*

Sciendum eſt, hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi: nam in paucis ſpeciebus hæredis appellatio proximum continet, veluti in ſubſtitutione impuberis. *Quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres eſto.* Vbi hæredis hæres non continetur, quia incertus eſt. Item in lege Ælia Sentia filius hæres proximus poteſt libertum paternum vt ingratum accuſare, non etiam ſi hæredi hæres extiterit. Idem dicitur in operarum exactione, vt filius hæres exigere poſſit, non ex ſucceſſione effectus.

Lex 119. *Pomponius lib.* III. *ad Q. Mutium.*

Hæreditatis appellatio ſine dubio continet etiam damnoſam hæreditatem. Iuris enim nomen eſt, ſicut bonorum poſſeſſio.

Lex 138. *Paulus lib.* IV. *ad L. Iul. & Pap.*

Hæreditatis appellatione, bonorum quoque poſſeſſio continetur.

Lex 145. *Vlpianus lib.* X. *ad L. Iul. & Pap.*

Virilis appellatione interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum eſt.

Lex 178. *Vlpianus lib.* XLIX. *ad Sabinum.*

Hæreditas juris nomen eſt, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit, Hæreditas autem vel maximè fructibus augetur.

Lex 208. *Africanus lib.* IV. *Quæſt.*

Bonorum appellatio, ſicut hæreditas, vniuerſitatem quandam ac jus ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 18. *Pomponius lib.* VI. *ad Sabinum.*

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos ſi quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus. Aliter atque quod ſtipulati ſumus: nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodò eis acquirimus, etiam ſi liberatis nobis poteſtate domini conditio exiſtat.

Lex 160. *Vlpianus lib.* LXXVI. *ad Edictum.*

Abſurdum eſt, plus Iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quàm hæredem aut ipſum teſtatorem, ſi viueret.

Lex 19. *Idem lib.* XXIV. *ad Sabinum.*

Hæredi imputari non poteſt, cum non ſponte cum legatarijs contrahat.

Ex Titul. De verb. ſignific.

Lex 120. *Pomponius lib.* V. *ad Q. Mutium.*

Verbis legis XII. Tab. his, *Vti quiſque legaſſit, ſuæ rei ita ius eſto*, latiſſima poteſtas tributa videtur, & hæredes inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi. Sed vel interpretatione coanguſtatum eſt legum, vel authoritate Iura conſtituentium.

De Legato rei alienæ.

Lex 88. *Celſus lib.* XVIII. *Digeſt.*

Propemodum tantum quiſque pecuniæ relinquit quantum ex bonis ejus refici poteſt: ſic dicimus centum aureos habere, qui tantum in prædijs cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, quamquam is fundus hæreditariâ pecuniâ comparari poteſt, neque quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicet quicquid ex ea parari poteſt.

De legato pluribus relicto.

Lex 142. *Paulus lib.* VI. *ad L. Iul. & Pap.*

Triplici modo conjunctio intelligitur: aut enim re per ſe conjunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tantùm. Nec dubium eſt, quin conjuncti ſint, quos & nominum & rei complexus jungit, veluti *Titius & Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto*: vel ita, *Titius cum Mæuio è parte dimidia hæredes ſunto.* Videamus autem, ne etiamſi hos articulos detrahas, *&*, *quæ*, *cùm*, interdum tamen conjunctos accipi oporteat, veluti *Lucius Titius, Publius Mæuius hæredes ſunto ex parte dimidia*; vel ita, *Publius Mæuius, Lucius Titius hæredes ſunto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto*, vt Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis conjuncti videantur *Lucius Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte, quâ Lucium Titiũ hæredem*

hæredem inſtitui, hæres eſto. Sempronius ex perte dimidia hæres eſto : Iulianus dubitari poſſe ait, An tres ſemiſſes facti ſint, an Titius in eundẽ ſemiſſem cum Caio Seio inſtitutus eſt. Sed eo quòd Sempronius quoque ex parta dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſt in eundem ſemiſſem duos coactos & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe.

De Seruis Legatis.

Lex 203. *Alphenus lib.* VII. *Digeſt.*

In lege Cenſoria Portus Siciliæ ita ſcriptũ eſt. *Seruos, quos domum quis ducet ſuo vſu, pro his portorium ne dato*: quærebatur, Si quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret, fundi inſtruendi cauſa, vtrum pro his omnibus portoriũ dare deberet, nec ne. Reſpondi, duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones: Primam, quid eſſet, *domum ducere*: Alteram, quid eſſet, *vſu ſuo ducere* Igitur quæri ſolet, Vtrum vbi quis habitaret, ſiue in Prouincia, ſiue in Italia, an duntaxat in ſua cuiuſque patria domus eſſe rectè diceretur. Sed de ea rectè conſtitutum eſt, eam eſſe domum vnicuique noſtrûm debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. Quid autem eſſet, *vſu ſuo*, magnam habuiſſe dubitationem, & magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantum contineri.

Lex 210. *Martianus lib.* VII. *ad Inſtit.*

Is qui natus eſt ex mancipiis vrbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus, in vrbanis ſeruis conſtituetur.

Lex 220. *Calliſtratus lib.* II. *Quæſt.*

Papyrius Fronto lib. 3. Reſponſorum ait: Prædio cum villico & contubernali eius, & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat: filij enim appellatione ſæpè & nepotes accipi, multifariam placere. Præter hæc omnia natura quoque nos docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcendunt, contineri. Neque enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij appellare. Etenim idcirco filios filiaſque concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitas nobis memoriam in æuum relinquamus.

De animalibus & mobilibus legatis.

Lex 89. *Pomponius lib.* VI. *ad Sabinum.*

Boues magis armentorum, quàm iumentorum nomine appellantur.

Lex 93. *Celſus lib.* XIX. *Digeſt.*

Mouentium, item mobilium appellatione idem ſignificamus, ſi non apparet defunctum animalia duntaxat (quia per ſe ipſa mouentur) mouentia vocaſſe, quod verum eſt.

De optione legata.

Lex 160. *Vlpianus lib.* II. *ad Sabinum.*

Cæterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum, cui optio ſerui legata eſt, cæteri Sempronio: nam tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

De Legato libertatis.

Lex 80. *Paulus lib.* IX. *ad Plautium.*

In generali repetitione legatorum, etiam datæ libertates continentur, ex mente legis XII. Tab.

De Legato ſub conditione.

Lex 135. *Vlpianus lib.* IV. *ad L. Iul. & Pap.*

Quæret aliquis, ſi portentoſum vel monſtroſum, vel debilem mulier ediderit, vel qualemqualem, viſu vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, quàm hominis partu, an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat? Et magis eſt, vt hi quoque parentibus proſint. Nec enim eſt, quod eis imputetur quæ qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerunt: neque id quod fataliter acceſſit, matri damnum iniungere debet.

De pecunia legata.

Lex 4. *Paulus lib.* I. *ad Edict.*

Pecuniæ (al. Nominis) appellatione rem ſignificari, Proculus ait

Lex 222. *Hermogenianus lib.* II. *Epitom. Iuris.*

Pecuniæ nomine non ſolùm numerata pecunia, ſed etiam omnes res, tam ſoli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur.

Lex 178. *Vlpianus lib.* XLIX. *ad Sabinum.*

Pecuniæ verbum non ſolùm numeratam pecuniam complectitur, verùm omnem omninò pecuniam, hoc eſt, omnia corpora: nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri nemo eſt qui ignoret.

De auro & argento.

Lex 159. *Vlpianus lib.* I. *ad Sabin.*

Etiam aureos nummos æs dicimus.

De vino legato.

Lex 206. *Iulianus lib.* VI. *ex Minucio.*

Vinaria vaſa propriè vaſa torcularia placet eſſe. Dolia autem & ſerias tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent. Cùm ſine vino eſſe cæperint, deſinere in eo numero eſſe, quoniam ad alium vſum transferri poſſunt; veluti ſi frumentum in his abdatur. Eamdem cauſam amphorarum eſſe, vt cùm vinum habeant, tum in vaſis vinariis, cùm inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint, quia aliud in his abdi poſſit.

De

De veſte legata.

Lex 127. Calliſtratus lib. VI. De cognit.

Veſtis appellatione tam virilis, quàm muliebris, & ſcœnica, etiamſi tragica aut citharœdica ſit, continetur.

De ornamentis legatis.

Lex 74. Paulus lib. II. ad Edict. adil. curul.

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.

De legato carbonum & lignorum.

Lex 167. Vlpian. lib. XXV. ad Sabinum.

Carbonum appellatione, ait Oﬁlius, materiam non contineri, ſed an lignorum? Et fortaſſis quis dicet nec lignorum, non enim lignorum gratia habuit: ſed titiones & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrum ligno an carboni, an ſuo generi annumerabimus? Et magis eſſe, vt propriũ genus habeãt. Sulphurata quoque de ligno, ęquè eandẽ habebunt definitionem. Ad faces quoque parata, non erunt lignorum appellatione comprehenſa, niſi hæc fuerit voluntas. Idem eſt de nucleis oliuarum. Sed & de balanis idẽ eſt, vel ſi qui alij nuclei ſunt. De penu autem integri ſtrobili, ligni appellatione continebuntur.

Lex 168. Paulus lib. IV. ad Sabinum.

Pali & perticæ in numero materiæ redigendi ſunt, & ideò lignorum appellatione non continentur.

De opere Legato.

Lex 5. Paulus lib. II. ad Edictum.

Opere legato, conducto, his verbis ſignificari Labeo ait id opus quod Græci vocant, id eſt, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

De legato amicis relicto.

Lex 223. Paulus lib. II. Sentent.

Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefam. honeſtis familiaritatis quæſita nationibus.

AD TIT. DE LEGE FALCIDIA.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 82. Paulus lib. XIV. ad Plautium.

Verbum *Ampliùs*, ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur; ſicuti ex contrario, minus ſolutum videtur, etiamſi nihil eſſet exactum.

AD TIT. DE CODICILLIS

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 123. Pomponius lib. XXVI. ad Q. Mutium.

Verbum, *Erit*, interdum præteritum, nec ſolum futurum tempus demonſtrat, quod eſt nobis neceſſarium ſcire, vt cùm Codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, *Quod in Codicillis ſcriptum erit*, vtrumne futuri temporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti? ſi antè ſcriptos codicillos quis relinquat, quod quidem ex voluntate ſcribentis impetrandum eſt.

AD TIT. LIB. TERTII INSTITVT.

AD TIT. DE HÆREDITATIBVS, QVAE AB INTESTATO DEFERENTVR.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 89. Paulus lib. I. Quæſt.

Quamdiu poſſit valere teſtamentum, tamdiu legitimus hæres non admittitur.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex. 64. Paulus lib. LXVII. ad Edict.

Inteſtatus eſt, non tantum qui teſtamentum non fecit, ſed etiam is, cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt.

Lex 92. Idem lib. VII. Quæſt.

Proximus eſt, quem nemo antecedit: ſupremus eſt, quem nemo ſequitur.

Lex 155. Licinius lib. VII. Regul.

Proximi appellatione etiam ille contineturi, qui ſolus eſt.

Lex 165. Pomponius lib. V. ad Sabinum.

Veniſſe ad hæredem nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno.

Lex 3. §. fin. Paulus. Vide ſup. Quib. modis teſtam. infirm.

AD TIT. DE LEGITIMA AGNAT. SVCCESS.

Ex Titul. De verbor. ſignific.

Lex 130. Vlpianus lib. II. ad L. Iul. & Pap.

Lege obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit eam, quæ ex teſtamento defertur, quia lege XII. Tab. teſtamentariæ hæreditates confirmantur.

Lex 201. Iulianus lib. LXXXVIII. Digeſt.

Iuſta interpretatione accipiendum eſt, vt appellatione filij, ſicuti filiamfamilias, contineri, ſæpè reſponſum eſt, ita & nepos videatur comprehendi, & patris nomine auus quoque demonſtrari intelligatur.

AD TIT. DE S. C. TERTULLIANO.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 137. Paulus lib. II. ad L. Iul. & Pap.

Ter enixa videtur, etiam quæ trigeminos reperit.

AD

AD TIT. DE ADSIGNATIONE LIBERTORUM.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 107. *Modeſtinus lib.* III. *Pandect.*
Adſignare libertum, hoc eſt, teſtificari, cuius ex liberis libertum eum eſſe velit.

AD TIT. DE BONORUM POSSESSIONE.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 117. *Paulus.*
Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex. 119. *Pomponius lib.* III. *ad Q. Mucium.*
Hæreditatis appellatio ſine dubio continet etiam damnoſam hæreditatem : iuris enim nomen eſt, ſicuti bonorum poſſeſſio.

Lex 138. *Paulus lib.* IV. *ad* L. *Iul. & Pap.*
Hæreditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio continetur.

Lex 227. *Idem lib.* II. *Manual.*
Ex illa parte edicti, *Tum quem ei hæredem eſſe oportet*, hæredis hæredibus bonorum poſſeſſio non defertur.

AD TIT. DE GRADIBUS COGNATIONVM.

Ex Iur. Canon. De verbor. ſignif.

Cap. 2. *Hieronymus.*
Nam & Rex Nabuchodonoſor pater tuus, id eſt, Proauus more Scripturæ, quæ auos & deinceps patres appellat.

Sequitur Capitulum deſumptum ex Tit. de Reg. Iur. In quo tractatur de interpretatione teſtamentorum ac omnium prædictorum.

Lex 124. *Paulus lib.* III. *ad Sabinum.*

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur.

Lex 73. §. 3. *Q. Mut. Scævola lib.* ὅρων.
Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſſint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent.

Lex 96. *Metianus lib.* XII: *Fideicommiſſ.*

In ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda eſt eius qui eas protuliſſet.

Lex 188. *Celſus lib.* XVII. *Digeſt.*
Vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inueniuntur, neutrum ratum eſt.

Lex 94. *Vlpianus lib.* II. *Fideicommiſſ.*
Non ſolent quæ abundant, vitiare ſcripturas.

Lex 17. *Idem lib.* XXIII. *ad Sabinum.*
Cum tempus in teſtamento adiicitur, credendum eſt pro hærede adiectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratiâ tempus adiicitur.

Lex 168. §. I. *Paulus lib.* I. *ad Plautium.*
Quod factum eſt cùm in obſcuro ſit: ex affectione cuiuſque capit interpretationem.

Lex 114. *Idem lib.* XI. *ad Edictum.*
In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet.

Ex Tit. de Reg. Iure Canon.

Cap. 34.
Generi per ſpeciem derogatur.

Cap. 45.
Inſpicimus in obſcuris, quod minimum eſt, aut quod plerumque fieri conſueuit.

Cap. 30.
In obſcuris minimum eſt ſequendum.

Cap. 40.
Pluralis locutio duorum numero contenta eſt.

AD TIT. DE OBLIGATIONIBUS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 84. §. I. *Paulus lib.* III. *Quæſt.*
Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus.

Lex 67. *Iulianus.*
Marcellus ait : Definit debitor eſſe is, qui nactus exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 108. *Modeſtinus lib.* IV. *Pandect.*
Debitor intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia poteſt.

Lex 178. §. 3. *Vlpianus lib.* XLIV. *ad Sabinum.*
Hoc verbum, *Debuit*, omnem omninò actionem comprehendere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſi fuerit perſecutio.

Lex 213. *Idem lib.* I. *Regul.*
Aes alienum eſt, quod nos aliis debemus : æs ſuum eſt, quod alij nobis debent.

Lex 10. *Idem. lib.* VI. *ad Edictum.*
Creditores accipiendos eſſe conſtat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel perſecutione, vel iure ciuili, ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario; vel ordinario, vel extraordinario; ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione. Quòd ſi naturâ tantùm debeatur, non ſunt loco creditorum. Sed etſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, creditores accipiuntur.

Lex 11. *Cajus lib.* 1. *Edict. prouinc.*

Creditorum appellatione non ij tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur.

Lex 12. *Vlpianus lib.* VI. *ad Edictum.*

Si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio contractu debetur. Sed etſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe creditores loco accipi. Quòd ſi ex populari cauſa antè litis conteſtationem, rectè dicetur creditoris loco non eſſe.

Lex 175. *Pompon. lib.* XXII. *ad Sabinum.*

Faciendi verbo, reddendi cauſa etiam continetur.

Lex 189. *Paulus lib.* XXXIV. *ad Edictum.*

Facere oportere, & hanc ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, & curet, ne fiat.

Lex 218. *Papinianus lib.* XXVII. *Quæſt.*

Verbum *Facere* omnem omninò faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, judicandi, ambulandi.

Lex 19. *Vlpianus lib.* XI. *ad Edictum.*

Labeo definit Actum quidem generale verbum eſſe, ſiue verbis, quid agatur, vt in ſtipulatione vel numeratione: Contractum autem vltrò citroque obligationem, quod Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptionem, venditionem, licationem, conditionem, ſocietatem: Geſtum rem ſignificare ſiue verbis factam.

Ex Iur. Canon. De verbor. ſignif.

Cap. 11. *Iſidorus.*

Pactum dicitur inter partes, ex pace conueniens ſcriptura legibus ac moribus comprobata. Dictum pactum quaſi ex pace factum.

AD TIT. QUIBUS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGAT.

Ad §. *primum*, Is *quoq;*, *&c.*

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 4. §. 1. *Vlpianus lib.* XXVI. *ad Edictum.*

In eobſcura melius eſt fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

Lex 84. *Paulus lib.* III. *Quæſt.*

Cum amplius ſolutum eſt quàm debeatur, cujus pars non inuenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtinâ obligatione.

Ad §. *præterea cum* §. *fin.*

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 45. *Vlpianus lib.* XXX. *ad Edict.*

Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

Lex 72. *Iabolenus lib.* III. *ex Poſter. Labeonis.*

Fructus rei eſt vel pignori dare licere.

Lex 25. *Pomponius lib.* XI. *ad Sabinum.*

Plus cautionis in rem eſt quàm in perſonã.

Lex 158. *Cajus lib.* XXVI. *ad Edict. prouinc.*

Creditor, qui permittit rem venire, pignus amittit.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 121. *Pompon. lib.* VI. *ad Q. Mutium.*

Vſura pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt, quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt, ex noua obligatione.

Lex 63. *Vlpianus lib.* LXXI. *ad Edict.*

Penes te amplius eſt, quam *apud te*: nam apud te eſt, quod qualitercumque à te tenetur; penes te eſt, quod quodammodo à te poſſidetur.

Lex 186. *Idem lib.* XXX. *ad Edictum.*

Cõmendare nihil aliud eſt quàm deponere.

Lex 118. *Modeſtinus lib.* VI. *Pandect.*

Sequeſter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, dictus ab eo, quòd occurrenti aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur.

Lex 238. §. 2. *Cajus lib.* VI. *ad* L. XII. *Tabb.*

Pignus appellatum eſt à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur: vnde etiam videri poteſt, verum eſſe, quod quidam putant, pignus propriè mobilis conſtitui.

AD TIT. DE VERBOR. OBLIGATIONIBVS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 14. *Pomponius lib.* V. *ad Sabinum.*

In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur.

Lex 77. *Papinian. lib.* XVIII. *Quæſt.*

Actus legitimi qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem: nonnumquam tamen actus ſupraſcripti tacitè recipiunt, quia apertè comprehenſa vitium adferunt. Nam ſi acceptum feratur ei qui ſub conditione promiſit: ita demùm egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit quod ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

Lex 169. §. 1. *Paulus lib.* II. *ad Plautium.*

Quod pendet non eſt pro eo quaſi ſit.

Lex 19. *Paulus.*

Si filius familias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit deinde extiterit conditio, patri actio competit, quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

Lex 174. *Paulus lib.* VII. *ad Plautium.*

Qui poteſt facere, vt poſſit conditioni parere, iam poſſe videtur.

Lex 122. *Vlpianus. lib.* LXXVII. *ad Edictum.*

In Jure ciuili receptum eſt, quoties per eũ, cujus intereſt conditionem impleri, non fiat, quò minùs impleatur perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod ad libertates & legata, & ad hæredum inſtitutiones perducitur. Quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cum per promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

Ex

Ex Tit. De Reg. Iur. Canon.

Cap. 85.

Contractus ex conuentione legem accipere dinoſcuntur.

Cap. 21.

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt

Cap. 33.

Mutare quis conſilium non debet in alterius detrimentum.

Cap. 75.

Fruſtrà ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

Cap. 66.

Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.

Cap. 41.

Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum.

Cap. 50.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

Cap. 43.

Qui tacet, conſentire videtur.

Cap. 44.

Is qui tacet, non fatetur, ſed nec vtique negare videtur.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 7. *Paulus lib.* II. *ad Edictum.*

Sponſio appellatur non ſolũ quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſioque.

Lex 54. *Vlpianus lib.* LXI I. *ad Edict.*

Conditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, eſt autem competitura; vel qui ſpem habent, vt competat.

Lex 55. *Paulus lib.* XVI. *brevis Edicti.*

Creditor autem is eſt, qui exceptione perpetua ſubmoueri non poteſt. Qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori.

Lex 217. *Iabolenus lib.* I. *ex Poſter. Labeonis.*

Inter illam conditionem, *Cum fari potuerit*, & *poſtquam fari potuerit*, multum inter eſt: nã poſteriorem ſcripturam vberiorem eſſe conſtat: *ac cùm fari potuerit* arctior, & id tantummodò tempus ſignificare, quo primum fari poſſit. Item data conditione, *Illud facito in diebus*, ſi nihil præterea fuiſſet adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

Lex 133. *Vlpianus lib.* IV. *ad L. Iul. & Pap.*

Si quis ſic dixerit, *Vti intra diem mortis eius aliquid fiat*, ipſe quoque dies, quo quis mortuus eſt, numeratur.

Lex 131. *Paulus.*

Ante diem decimum Kalendarum, poſt diem decimum Kalendarum, neutro ſermone decimus dies ſignificatur.

AD TIT. DE DVOBVS REIS STIPVLAN. ET PROMITTEN.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 173. §. 2. *Paulus lib.* VI. *ad Plautium.*

Vnicuique ſua mora nocet, quod & in duobus rei promittendi obſeruatur.

AD TIT. DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

Lex 124. *Paulus lib.* VXI. *ad Edictum.*

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo, hic quidem reſpondere poteſt: furioſus abſentis loco eſt, & ita Pomponius lib. I. Epiſt. ſcripſit.

Lex 19. *Vlpian. lib.* XXIV. *ad Sabinum.*

Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet, non ignarus conditionis eius: hæredi autem eius hoc imputari non poteſt, cùm non ſponte cum legatariis contrahat.

Ex Tit. De Reg. Iur. Canon.

Cap. 6.

Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

Cap. 18.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.

Cap. 99.

In malis promiſſis fidem non expedit obſeruari.

Cap. 58.

Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.

Cap. 15.

Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.

Ex. Tit. De verb. ſignificat.

Lex 209. *Florentinus lib.* X. *Inſtitut.*

Coram Titio aliquid facere iuſſus, non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaque ſi furioſus aut infans ſit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. Scire autem, non etiam velle is debet, nam & inuito eo rectè fit quod iuſtum eſt.

Lex fin. Pompon. lib. XVI. *Epiſt*

Qui mutum, aut furioſum, aut infantem exhibet, non poteſt videre eius præſtare præſentiam, nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt.

AD TIT. DE FIDEIVSSORIBVS.

Ex. Tit. De Reg. Iur.

Lex 42. *Caius lib.* IX. *ad Edict. prouinc.*

Fideiuſſores quoque non minùs quàm hæredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare.

Lex 92. *Scæuola lib.* V. *Reſponſ.*

Si librarius in tranſſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, quo minus & reus & fideiuſſor tenerentur.

Lex 110. §. 1. *Paulus lib.* VI. *ad Edictum.*

Nemo alienæ rei expromiſſor idóneus videtur, niſi cum ſatiſdatione.

Ex Reg. Iur. Canon.

Cap. 42.

Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis

Ex Tit De verb. ſignificat.

Lex 150. *Caius lib.* IX. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Si ita à te ſtipulatus fuero, *Quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes:* non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum debeas, quod Titius debuerit.

AD TIT. DE LITERARVM OBLIGATIONE

Ex Tit. De verb. ſignif.

Lex 39. *Paulus lib.* LIII. *ad Edictum.*

Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt: nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione vti ſolebant.

AD TIT. DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 16. *Vlpian. lib.* XXI. *ad Sabinum.*

Imaginaria venditio non eſt pretio accedente.

Lex 45. *Idem lib.* XXX. *ad Edictum.*

Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio ſuæ rei conſiſtere poteſt.

Lex 160. *Idem lib.* LXXI. *ad Edict.*

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.

Lex 165. *Idem lib.* LIII. *ad Edict.*

Cùm quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi.

Lex 124. *Idem lib.* LV. *ad Edict.*

Cùius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt.

Lex 137. *Vlpian. lib.* XX. *ad Edict.*

Qui authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

Lex 156. §. 2. *Idem lib.* LXX. *ad Edict.*

Plerumque emptoris eadem eſſe cauſa circa petendum & defendendum, quæ fuit authoris.

Lex 190. *Celſus lib.* XXIV. *Digeſt.*

Quod euincitur, in bonis eſt.

Lex 172. *Paulus lib.* V. *ad Plautium.*

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt: ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit:

Ex Iure Canon. eod. tit.

Cap. 82.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem habere non præſumitur.

Ex Tit. De verb. ſignif.

Lex 200. *Iulianus.*

Hæc ſtipulatio, *Noxis ſolutum præſtari*, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam executionem & coercitionem capitalem habet.

Lex 205. *Paulus lib.* IV. *Epitomar. Alfeni.*

Qui fundum vendidit, pomum recepit, nuces & ficus, & uvas dumtaxat duracinas & purpureas, & quæ eius generis eſſent, quas vini cauſa haberemus, quas Græci τρωξίμους appellarent, recepta videri,

Lex 241. *Mucius lib.* ὅρων.

In rutis cæſis ea ſunt, quæ terrâ non tenentur, quæque opere ſtructili tectorióve non continentur.

Lex 245. *Pomponius lib.* X. *Epiſt.*

Statuæ affixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ religatæ catenis aut erga parietem affixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni, non ſunt ædium. Ornatus enim ædium cauſa parantur, non quo ædes perficiantur. Idem Labeo ait, prothyrum, quod in ædibus interdum fieri ſolet, ædium eſſe.

Lex 232. *Caius lib.* I. *De verb. oblig.*

Hæc enunciatio. *Quæ fuit pluris aureorum triginta*, ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.

Lex 193. *Vlpianus lib.* XXXVIII. *ad Edict.*

Hæc verba *Quanti eam rem patet eſſe*, non ad id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur.

Lex 192. *Idem lib.* XXXVII. *ad Edict.*

Hæc adiectio *pluriſve*, non infinitam pecuniam continet, ſed modicum dumtaxat, Adiectio hæc, *ſolidorum decem pluriſve*, ad minuſculam ſummam refertur.

Lex 179. *Idem lib.* LI. *ad Sabinum.*

Inter hæc verba, *Quanti ea res erit*, vel *Quanti eam rem eſſe apparet*, nihil intereſt: in vtraque enim clauſula placet, veram rei ęſtimationem fieri.

Lex 169. *Paulus lib.* V. *ad Sabinum.*

Non tantùm in traditionibus, ſed etiam in emptionibus, ſtipulationibus & teſtamentis

mentis adiectio hæc, *Vti optimus maximuſque eſt*, hoc ſignificat, vt liberum præſtetur prædium,non vt etiam ſeruitutes ei debeantur.

AD TIT. DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

L*ex*46. *Vlpianus. Vide ſup. tit. de emptione & vend.*

Ex Tit. De verbor. ſignif.

L*ex* 219. *Papinianus lib.* II. *Reſponſ.*

In conuentionibus contrahentium voluntatẽ potius quàm verba ſpectari placuit: cùm igitur eâ lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad hæredes eius,qui ſuſceperit, pertineret, ius hæredum ad legatiuum quoque transferri potuit.

Lex 139. §. I. *Vlpianus lib.* VI I. *ad L. Iul. & Pap.*
Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummauit,vt iam in vſum eſſe poſſit.

Lex 2. §. I. P*aulus lib.* II. *ad Edict.*
Cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei,non ſupremarum.

AD TIT. DE SOCIETATE.

Ex. Tit. De Reg. Iur.

Lex 47. §. I. *Vlpianus lib.* XXX. *ad Edict.*
Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Lex 10. *Paulus lib.* I I I. *Sabinum*
Secundum naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi,quem ſequuntur incommoda.

L*ex* 148. *Idem lib.* XVI. *breuis Edicti.*
Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad vniuerſos pertinent.

Ex Iure Canon. eod. Tit.

Cap. 56.
In re communi potior eſt conditio prohibentis

Cap. 29.
Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Cap. 55.
Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & è contrà.

Ex Tit. De verb. ſignific.

L*ex* 96. §. I. *Celſus.*
Prædia dicimus aliquorum eſſe, non vtiq; communiter habentium ea,ſed alio aliud habente.

L*ex* 239. §. 9. *Pomponius in Enchiridio.*
Verbum *Suum* ambiguum eſt, vtrum de toto,an de parte ſignificet: & ideo qui iurat ſuum non eſſe,adiicere debet,neque ſibi commune eſſe.

AD TIT. DE MANDATO.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 123. *Vlpianus. lib.* XIV. *ad Edictum.*
Nemo alieno momine lege agere poteſt.

Lex 171. *Paulus lib.* IV. *ad Plautium.*
Nemo ideò obligatur, quia recepturus eſt ab alio,quod præſtiterit.

Lex 167. §. I. *Idem lib.* XLIX. *ad Edict.*
Qui iuſſu iudicis aliquid facit,non videtur dolo malo facere; quia parere neceſſe habet.

L*ex* 21. *Vlpianus lib.* XXVII. *ad Sabinum.*
Non debet cui quod plus eſt licet, quod minus eſt,non licere.

Lex 167. *Idem lib.* LXXI. *ad Edict.*
Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, in iis ignoſcitur ſeruis ſiue dominis, ſiue iis, qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus obtẽperarint.

Lex 60. *Idem lib.* X. *Diſputat.*
Semper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Sed etſi quis ratum habuerit,quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

Lex 152. §. I. *Idem lib.* LXIX. *ad Edict.*
Deiicit & qui mandat. In maleficio ratihibitio mandato comparatur.

L*ex* 180. *Paulus lib.* XVII. *ad Plautium*
Quod iuſſu alterius ſoluitur,pro eo eſt quaſi ipſi ſolutum eſſet.

L*ex* 156. *Vlpianus lib.* LXV. *ad Edict.*
Inuitus nemo rem cogitur defendere.

Lex 149. *Idem lib.* LXIX. *ad Edict.*
Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

Lex 121. P*aulus lib.* XIII. *ad Edict.*
Qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea quæ non facit. At qui facit, quod facere non debet, non videtur facere quod iuſſus eſt.

Lex 166. *Idem. lib.* XLVIII. *Edict.*
Qui rem alienam defendit, numquam locuples habetur.

L*ex* 70. *Vlpianus lib.* I. *De off. Proconſ.*
Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſuis alterius coercitionis, ad alium transferre.

Lex 95. *Idem lib.* VI. *Fideicommiſſ.*
Nemo dubitat ſoluendo videri eum qui defenditur.

L*ex* 46. *Caius lib.* X. *ad Edict. prouinc.*
Quod à quoquo pœnæ nomine exactum eſt id eidem reſtituere nemo cogitur.

Ex Tit. De Reg. Iuris in ſexto.

Cap. 67.

Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit.

Cap. 68.

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.

Cap. 72.

Qui fecit per alium, perinde eſt ac ſi faceret per ſeipſum.

Cap. 9.

Ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum.

Cap. 10.

Ratihabitionem retrotrahi & mandato non eſt dubium comparari.

Cap. 24.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cùm habeat parere neceſſe.

Cap. 34.

Generi per ſpeciem derogatur.

AD TIT. DE OBLIGATIONIBVS QVAE QVASI EX CONTRACTV NASCVNTVR.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 171. *Paulus.*

Nemo ideo obligatur, &c. *Vide ſup. de Mandato.*

Lex 19. *Vlpian. lib.* XXIV. *ad Sabinum.*

Hæredi imputari non poteſt, cùm non ſponte cum legatariis contrahat.

Ex Tit. de Reg. Iuris Canon.

Cap. 9.

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

Cap. 46.

Is qui in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.

Cap. 14.

Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

Cap. 79.

Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dinoſcatur.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 58. *Caius lib.* XXIV. *ad Edict. provinc.*

Licet inter geſta & facta videatur quædam eſſe ſubtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς inter geſtum & factum nihil intereſt.

Lex 89. §. 2. *Pomponius lib.* VI. *ad Sabinum.*

Inter edere & reddere rationes multum intereſt, nec is qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet: & argentarius edere rationem iubetur, etiamſi quod reliquum ſit apud eum, non ſoluat

Lex 95. *Marcellus lib.* XIV. *Digeſt.*

Poteſt reliquorum appellatio & vniuerſos ſignificare.

Lex 56. *Vlpianus lib.* LXII. *ad Edict.*

Cognoſcere inſtrumenta eſt relegere & recognoſcere: diſpungere eſt conferre accepta & data

AD TIT. PER QVAS PERSONAS OBLIGATIO NOBIS ACQVIRITUR.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 19. *Paulus.*

Si filiusfam. ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

Lex 133. *Caius lib.* VIII. *ad Edict. prouinc.*

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior non poteſt.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 171. *Pomponius lib.* XVI. *ad Sabinum.*

Perueniſſe ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit, vt in hæreditate à liberto per patronum filiumfam. patri eius adoptiuo acquiſita reſponſum eſt.

AD TIT. QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 99. *Venuleius lib.* XII. *Stipulat.*

Non poteſt improbus videri, qui ignorat quantum ſoluere debeat.

Lex 180. *Paulus.*

Quod iuſſu alterius ſoluitur &c. *Vide ſup. de mandato.*

Lex 88. *Scæuola lib.* V. *quæſt.*

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.

Lex 173. §. 2. *Paulus lib.* VI. *ad Plautium.*

Vnicuique ſua mora nocet.

§. Item per acceptilationem.

Lex 77. *Papinianus.*

Actus legitimi &c. *Vide ſup. Tit. de verb. obligat.*

Lex 117. *Paulus lib.* XXI. *ad Edictum.*

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe.

Lex 66. *Iulianus lib.* LX. *Digeſt.*

Marcellus ait, Deſinit debitor eſſe is qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

§. Finali,

§. Finali.

Lex 35. *Vlpianus lib.* XLVIII. *ad Sabinum.*

Nihil tam naturale eſt, quàm eo genere quodque diſſoluere quo colligatum eſt: ideoque verborum obligatio verbis tollitur, nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.

Lex 100. *Caius lib.* 1. *Regular.*

Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

Lex 153. *Paulus lib.* LXV. *ad Edictum.*

Ferè quibuſcumque modis obligamur, iiſdem in contrariis actis liberamur.

Ex Tit. De Reg. Iuris Canon.

Cap. 1. *in antiq.*

Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, par eaſdem diſſoluitur.

Cap. 83. *in* 6.

Bona fides non patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur.

Cap. 70.

In alternatiuis debitoris eſt electio,& ſufficit alterum adimpleri.

Cap. 25.

Mora ſua cuilibet eſt nociua.

Cap. 60.

Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 32. *Paulus lib.* XXIV. *ad Edictum.*

Minus ſolutum intelligitur, etiamſi nihil eſt ſolutum.

Lex 47. *Idem lib.* LVI. *ad Edict.*

Liberationis verbum eandem vim habet, quam ſolutionis.

Lex 82. *Idem lib.* XIV. *ad Plautium.*

Verbum (*Amplius*) ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. Sicuti ex contrario minus ſolutum videtur, etiamſi nihil eſſet exactum.

Lex 114. *Iabolenus lib.* XV. *ex Caſſio.*

Soluendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere.

Lex 117. *Idem lib.* IX. *Epiſt.*

Non poteſt videri minus ſoluiſſe is, aduerſus quem amplioris ſummæ actio non competit.

Lex 176. *Vlpianus lib.* XLI. *ad Sabinum.*

Solutionis verbo ſatisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui id facit, quod facere promiſit.

Lex 187. *Idem lib.* XXXII. *ad Edict.*

Verbum, *Exacta pecunia*, non ſolùm ad ſolutionem referendum eſt, verùm etiam ad delegationem.

Sequitur Capitulum deſumptum ex Tit. De Reg. Iuris in quo tractatur.

DE INTERPRETATIONE CONTRACTVVM.

Ex Tit. De Reg. Iuris Ciuil.

Lex 34. *Vlpianus lib.* XLV. *ad Sabinum.*

Semper in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus, id ſequimur, quod actum eſt: aut ſi non appareat, quid actum eſt, erit conſequens, vt id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo? Si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod mininum eſt, redigenda ſumma eſt.

Lex 186. *Idem lib.* XII. *ad Sabinum.*

Semper in obſcuris quod minimum eſt, ſequimur.

Lex 22. §. 1. *Idem lib.* XXVIII. *ad Sabin.*

Generaliter probandum eſt, vbicunque in b. f. iudiciis confertur in arbitrium domini, vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe

Lex 81. *Papinianus lib.* III. *Reſponſ.*

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.

Lex 85. *Paulus lib.* VI. *ad Quæſt.*

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

Lex 80. *Papinian. lib.* XXXIII. *Quæſt.*

In toto iure generi per ſpeciem derogatur; & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

Lex 168. §. 1. *Paulus lib.* 1. *ad Plautium.*

Quod factum eſt cum in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem.

Lex 197. *Modeſtinus de ritu nupt.*

Semper in coniunctionibus non ſolùm quod licet conſiderandum eſt, ſed etiam quod honeſtum eſt.

Lex 114. *Paulus lib.* IX. *ad Edict.*

In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimiliter eſt, aut quod plerunque fieri conſueuit.

Lex 39. *Pomponius.*

In omnibus cauſis pro facto accipitur id, quo quis alium perhoreſcit (*al.* in quo per alium moræ ſit) quo minus fiat.

Ex Reg. Iur. Canon.

Cap. 67.

Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius eſt interpetatio facienda.

Cap. 37.

Vtile non debet per inutile vitiari.

Cap. 40.

Pluralis locutio duorum numero contenta eſt.

Cap. 35.

Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus.

Cap. 30.

In obſcuris minimum eſt ſequendum.

Cap. 80.

In toto partem non eſt dubium contineri.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 8. *Paulus lib.* III. *ad Edictum.*

Verbum(*Oportebit*)tam præſens, quàm futurum tempus ſignificat.

Lex 37. *Idem lib.* XXVI. *ad Edict.*

Verbum(*Oportere*)non ad facultatem iudicis pertinet: qui poteſt vel pluris vel minoris condemnare,ſed ad veritatem refertur.

Lex 20.*Vlpianus lib.*XII. *ad Edict.*

Verba, *contraxerunt*,*geſſerunt*, non pertinen ad teſtandi ius.

Lex. 123. *Pomponius lib.* XXVI. *ad Mucium.*

Verbum,*Erit*, interdum etiam præteritum, nec ſolùm futurum tempus demonſtrat, quod eſt nobis neceſſarium ſcire: vt cum Codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, *Quod in Codicillis ſcriptum erit.* Vtrumne futuri temporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat. Quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt. Quemadmodum autem hoc verbum,*Eſt*, non ſolùm præſens, & præteritum tempus ſignificat: ita & hoc verbum *Erit*, non ſolùm futurum,ſed interdum etiam præteritũ tẽpus demonſtrat. Nam cũ dicimus,*Lucius Titius ſolutus eſt ab obligatione*, & præteritum & præſens tempus ſignificamus: ſicut hoc, Lucius Titius alligatus eſt, & idem erit, cum ita loquimur,*Troia capta eſt*:non enim ad præſentis facti demonſtrationem refertur is ſermo, ſed ad præteritum.

Lex 124. *Proculus lib.* II. *Epiſtolar.*

Hæc verba,*Ille aut ille*,non ſolùm diſiunctiuæ, ſed etiam ſubdiſiunctiuæ orationis ſunt. Diſiunctiuum eſt,veluti cùm dicimus,*Aut dies aut nox eſt*, quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero,poni alterum.Ita ſimili figuratione verbum,*Aut*,poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum. Subdiſiunctiuorum autem genera ſunt duo:Vnum,cum ex propoſitis finibus ita non poteſt vtrumque eſſe, vt poſſit neutrum eſſe, veluti cum dicimus, *Aut ſedet,aut ambulat.* Nam vt nemo poteſt vtrũque ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrum, veluti is qui accumbit. Alterius generis eſt, cùm ex propoſitis finibus ita non poteſt neutrum eſſe,vt poſſit eſſe vtrumque,veluti cum dicimus, *Omne animal aut facit, aut patitur*: nullum enim animal eſt, quod nec faciat, nec patiatur: at poteſt ſimul & pati & facere.

Lex 125. *Idem lib.* V. *Epiſt.*

Nepos Proculo ſuo ſalutem: Ab eo qui ita dotem tibi promiſit,*Cùm commodum erit,dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum*;putaſne protinus nuptiis factis dotem peti poſſe?Quid ſi ita promiſiſſet,*Cùm potuero,doti erunt*?Quòd ſi aliquam vim habeat poſterior obligatio, *poſſit* verbum quomodo interpretaris? Vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus, Cum dotem quis ita promiſit; *Cum potuero,doti tibi erunt centum*,exiſtimo ad id, quod actum eſt, interpretationem eſſe redigendam. Nam qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex iis quæ ſignificantur,ſenſit.Propius eſt tamen,vt hoc eum ſenſiſſe exiſtimem, quod deducto ære alieno potero.Poteſt etiam illa accipi ſignificatio,cum ſalua dignitate mea potero:quæ interpretatio magis, accipenda eſt, ſi ita promiſſum eſt,*Cum commodum erit*,hoc eſt,cũ ſine incommodo meo potero.

Lex 158.*Celſus.*

In vſu Iuris frequenter vti nos Caſcelius ait, ſingulari appellatione, cum plura generis eiuſdem ſignificare volumus. Nam multum hominem veniſſe Romam,& piſcem vilem eſſe dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus hæredem cauere,*Si ea res ſecundùm me hæredẽve meum iudicata erit.*& rurſus,*Quod ob eam rem te hæredemve tuum*, nempè æquè,ſi plures hæredes ſint,continentur ſtipulatione.

Lex 219. *Papinianus lib.*II.*Reſponſ.*

In conuentionibus contrahentium voluntatem potiùs quàm verba ſpectari placuit.

Lex 164. *Vlpianus lib.* XV. *ad Sabinum.*

Portionis nomen non ſemper dimidium ſignificat,ſed prout adiectum eſt. Poteſt enim iubere aliquis,& maximam partem partiri,poteſt &vigeſimam &tertiam,& prout libuerit. Sed ſi non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur.

AD TIT. LIB. IV. INSTITVT.

AD TIT. DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX DELICTO NASCVNTVR.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 47. *Vlpianus lib.* XXX. *ad Edictum.*

Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt, cæterùm ſi dolus & calliditas intereſſerit, de dolo actio competit.

Lex 79. *Papin. lib.* XXX. *Quæſt.*

Fraudis interpretatio ſemper in Iure ciuili non ex euentu dumtaxat,ſed ex conſilio quoque deſideratur.

Ex Reg. Iur. Canon.

Cap.62.

Nullus ex conſilio, dummodò fraudulentum non fuerit,obligatur.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 174. *Vlpianus lib.* XLII. *ad Sabinum.*

Aliud eſt promittere, furem non eſſe, aliud furto noxaque ſolutum. Qui enim dicit, furē non eſſe, de hominis propoſito loquitur. Qui furto noxaque ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

Lex 225. *Triphonus lib.* I. *Diſputat.*

Fugitiuus eſt non is ſolum, qui fugiendi à domino conſilium ſuſcepit, licet id ſe facturum iactauerit, ſed qui ipſo facto fugæ initium mente deduxerit: Nam & furem, adulterum, aleatorem, quamquam aliqua ſignificatione ex animi propoſitione cuiuſque ſola quis dicere poſſet, vt etiam is, qui nonnumquam & alienam rem inuito domino ſubtraxerit, numquam alienam matremfamilias corruperit, ſi modò eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus ſit, tamen oportere eadem hæc crimina, aſſumpto actu intelligi. Et ideò fugitiuum quoque & erronem, non ſecundùm propoſitionem ſolam, ſed cum aliquo actu intelligi conſtat.

Lex 215. *Paulus ad* L. *Fuſiam Caniniam.*

Ex lege Atinia in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri, ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius aiunt.

Lex 14. *Paulus. lib.* VII. *ad Edictum.*

Item ſi dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abeſſe, etiamſi poſtea id ita eſſe ſcierit, quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt.

Lex 35. §. 1. *Idem lib.* LIX. *ad Edictum.*

Item dubitatum eſt, Illa verba *Ope, Conſilio,* quomodo accipienda ſunt, Vtrùm ex ſententia coniungentium, an ſeparantium? Sed verius eſt, quod & Labeo ait, ſeparatim accipienda, quia aliud factum eius, qui ope, aliud eius, qui conſilio furtum facit: ſic enim alij condici poteſt, alij non poteſt. Et ſanè poſt veterem authoritatem eò peruentum eſt, vt nemo ope furtum videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, nec conſilium habuiſſe nocendi, niſi & factum ſecutum fuerit.

AD TIT. DE VI BONORUM RAPTORVM.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 155. §. 1. *Paulus lib.* LXV. *ad Edictum.*

Non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.

Lex 73. §. 2. *Scævola lib.* ὅρων.

Vi factum id videtur eſſe, qua de re quis cùm prohiberetur fecit: clam, quod quiſque cùm controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit.

Lex 116. *Vlp. lib.* XI. *ad Edictum.*

Nihil conſenſui tam contrarium eſt (quando & bonæ fidei iudicia ſuſtinet) quàm vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 9. *Vlpianus lib.* V. *ad Edict.*

Marcellus apud Iulianum notat, verbo *Periſſe* & ſciſſum & fractum contineri, & vi raptum.

Lex 195. §. 3. *Idem lib.* XLVI. *ad Edict.*

Alia autem parte edicti omnes ſerui continentur, vt de hominibus coactis & vi bonorum raptorum: Item redhibitoria, ſi deterior res reddatur emptoris operâ, aut familiæ eius. Et interdicto, Vnde vi, familiæ appellatio omnes ſeruos comprehendit: ſed & filij continentur.

AD TIT. DE LEGE AQUILIA.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 169. *Paulus lib.* II. *ad Plautium.*

Is damnum dat, qui iubet damnum dare. Eius vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.

Lex 151. *Idem lib.* LXIV. *ad Edictum.*

Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet.

Lex 203. *Pomponius lib.* VIII. *ad Q. Mutium.*

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.

Lex 132. *Caius lib.* VII. *ad Edict. provinc.*

Imperitia culpæ annumeratur.

Lex 36. *Pomponius lib.* XXVII. *ad Sabinum.*

Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

Lex 50. *Paulus lib.* XXXIX. *ad Edict.*

Culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

Lex 181. *Paulus lib.* XXVII. *ad Edict.*

Numquam creſcit ex poſt facto præteriti delicti æſtimatio.

Ex Tit. De verb. ſignific.

Lex 179. *Vlpianus lib.* LI. *ad Sabinum.*

Inter hæc verba, *Quanti ea res erit,* vel, *quanti eam rem eſſe apparet,* nihil intereſt. In vtraque enim clauſula placet veram rei æſtimationem fieri.

Lex 129. *Idem lib.* XXXVII. *ad Edict.*

Hæc adiectio, *Pluriſve,* non infinitam pecuniam continet, ſed modicam dumtaxat. Adiectio hæc (*Solidorum decem pluriſve*) ad minuſculam ſummam refertur.

Lex 200. *Iulianus lib.* II. *Digeſt.*

Hæc ſtipulatio, *Noxis ſolutum præſtari?* non exiſtimantur ad eas noxas pertinere, quæ publicam executionem & coercitionem capitalem habent.

Lex

Lex 238. *Caius lib.* VI. *ad* L. XII. *Tabb.*

Noxiæ appellatione omne delictum continetur

Lex 215. *Paulus ad* L. *Fuſ. Caniniam.*

At cum agimus de noxæ deditione, cum eo, qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam facultatemque ſignificamus.

Lex 226. *Paulus lib.* I. *Manual.*

Magna negligentia culpa eſt, magna culpa dolus eſt.

Lex 223. *Idem lib.* II. *Sentent.*

Latæ culpæ finis eſt, non intelligere id quod omnes intelligunt.

Lex 213. *Vlpianus lib.* I. *Regul.*

Lata culpa eſt nimia negligentia, id eſt non intelligere quod omnes intelligunt.

AD TIT. DE INIVRIIS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 206. *Pomponius lib.* IX. *ex Varijs Lect.*

Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem

Lex 74. *Papin. lib.* I. *Quæſt.*

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Lex 75. *Idem. lib.* III. *Quæſt.*

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.

Lex 49. *Vlpianus lib.* XXXV. *ad Edict.*

Alterius circumuentio alij non præbet actionem.

Lex 145. *Vlpianus lib.* LXVI. *ad Edict.*

Nemo videtur fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt.

Lex 48. *Paulus lib.* XXXV. *ad Edict.*

Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit, iudicium animi fuiſſe: ideóque breui reuerſa, nec diuertiſſe videtur.

Ex Reg. Iur. Canon.

Cap. 27.

Scienti & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.

Cap. 86.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare.

Ex Tit. De verb. ſignific.

Lex 42. *Vlpianus lib.* LVII. *ad Edictum.*

Probrum & opprobrum idem eſt. Probra quædam naturâ turpia ſunt: quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis, vt puta furtum, adulterium, naturâ turpe eſt. Enimuero tutelæ damnari, hoc non naturâ probrum eſt, ſed more ciuitatis: nec enim naturâ probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

AD TIT. DE OBLIGATIONIBVS QVAE EX QVASI DELICTO NASCVNTVR.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

§. *Fin.*

Lex 111. *Caius lib.* II. *ad Edict. Prouinc.*

In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt, ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 242. *Iabolenus lib.* II. *ex poſter. Labeonis.*

Inter proiectum & immiſſum hoc intereſſe Labeo ait, quod proiectum eſſet id, quod ita ptotenderetur, vt nuſquam requieſceret, qualia mœniana & ſuggrunda eſſent. Immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. Plumbum autem quod pro tegulis poneretur, ædificij eſſe ait Labeo: ſed id quod hypæthrij teguli cauſa poneretur, contrà eſſe.

AD TIT. DE ACTIONIBVS.

Ex Tit. de Reg. Iuris.

Lex 173. *Paulus lib.* VI. *ad Plautium.*

Dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt.

Lex 15. *Idem lib.* IV. *ad Sabinum.*

Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.

Lex 25. *Pomponius lib.* XXVIII. *ad Q. Mutium*

Minus eſt actionem habere, quàm rem.

Lex 102. *Vlpianus lib* I. *ad Edict.*

Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

Lex 107. *Caius lib.* I. *ad Edict. prouinc.*

Cum ſeruo nulla actio eſt.

Lex 43. *Vlpianus lib.* XXVIII. *ad Edict.*

Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei, nomine, vnâ tantùm quis experiri debet,

Lex 130. *Idem lib.* XVIII. *ad Edict.*

Numquam actiones, præſertim pænales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.

Lex 104. *Idem lib.* II. *ad Edict.*

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt, præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, etſi ſummam imparem habeant, pro paribus tamen accipienda ſunt.

Lex 13. *Idem lib.* XIX. *ad Sabinum.*

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem mouetur à petitione.

Lex 49. *Vlpianus lib.* XXXV. *ad Edict.*

Alterius circumuentio alij non præbet actionem.

Lex 63. *Iulianus lib.* XVII. *Digeſt.*

Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

Lex

Lex 33. *Pomponius lib.* XXII. *ad Sabinum.*

In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucrum petiturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.

Ex Reg. Iur. Canon.

Cap. 12.

In iudicijs non eſt acceptio perſonarum habenda.

Cap. 11.

Cùm ſunt pretium iura obſcura, Reo fauendum eſt potiùs, quàm actori.

Cap. 32.

Non licet actori, quod Reo licitum non exiſtit.

Ex Tit De verbor. ſignific.

Lex 178. *Vlpianus lib.* XLIX. *ad Sabinum.*

Actionis verbum, & ſpeciale eſt & generale: nam omnis actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio. Sed plerumque actiones perſonales ſolemus dicere. Petitionis autem verbo in rem actiones ſignificari videntur. Perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri, vtputa, fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij execucionem.

Lex 143. *Vlpianus lib.* IX. *ad L. Iul. & Pap.*

Id apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. Habet enim, quod peti poteſt.

Ad §. *Item ſi quis in fraudem.*

ExTit. De Reg. Iuris Canon.

Lex 134. *Vlpianus lib.* XXI. *ad Edict.*

Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur.

Lex 79. *Papin. lib.* XXXII. *Quæſt.*

Fraudis interpretatio ſemper in Iure ciuili non ex euentu dumtaxat, ſed ex conſilio quoque conſideratur.

Lex 78. *Idem lib.* XXXI. *Quæſt.*

Generaliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit conſiderandum eſt.

Lex 139. *Paulus lib.* XXI. *ad Edictum.*

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

Lex 131. *Idem lib.* XXII. *ad Edict.*

Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt.

Lex 157 *Vlp. lib.* LXXI. *ad Edict.*

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus, ac ſi haberet.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 131. *Vlp. lib.* III. *ad L. Iul. & Papiam.*

Aliud eſt fraus, aliud pœna. Fraus enim ſine pœna eſſe poteſt: Pœna ſine fraude eſſe nō poteſt. Pœna eſt noxæ vindicta: fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio.

Lex 199. *Vlp. lib.* VIII. *De omnib. Tribunal*

Vſque ad continentia vrbis non abeſſe videtur, ſi non latitet.

Ad §. *Plus autem.*

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 186. *Celſus lib.* XII. *Digeſt.*

Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit, & cùm ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt.

Ad §. *Sed & ſi quis.*

Ex Tit. de Reg. Iuris.

Lex 28. *Vlp. lib.* XXXVI. *ad Sabinum.*

Diuus Pius reſcripſit, eos qui liberalitate ſua conueniuntur in id quod facere poſſunt, condemnandos.

Lex 173. *Paulus lib.* VI. *ad Plautium.*

In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio Sabenda eſt, ne egeant.

Ad §. *Rurſus.*

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 140. *Vlpianus lib.* LVI. *ad Edictum.*

Abſentia eius qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet.

Ex Tit. De verb. ſignificat.

Lex 199. *Vlpianus lib.* VIII. *de omnib. Tribunal.*

Abſentem accipere debemus eum, qui non eſt in eo loco, in quo petitur: non enim trans mare abſentem deſideramus, ſed ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt. Cæterùm vſque ad continentia non abeſſe videtur, ſi non latitet. Abeſſe non videtur qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui à latronibus detinetur.

Ex Iure Canon. eod. tit.

Cap. 28. *Honorius Tertius.*

Dilecto filio Iacobo Barba, & inf. Quia te pro cauſa neceſſaria tunc abſente, poſſeſſio tibi traditâ cauſâ cuſtodiæ reſtitui parti aduerſæ non potuit, eidem induſſimus, vt ſibi lapſus temporis non obſiſteret, quominus poſſeſſionem ipſam recuperare valeret. Quoniam verò tantum temporis ante conceſſionem ipſius indulgentiæ dicitur effluxiſſe, quod tibi ſufficere poſſet ad veræ poſſeſſionis effectum, ſecundùm ſtatuta Concilij generalis. & inf. Authoritate prædictâ declaramus, quòd noſtræ intentionis non fuit, per ipſam indulgentiam ius perimere, quod tibi competit ex poſſeſſione præterita, vel poſt reditum tuum cōpetierat ex futura. Sibi enim imputare poterit pars aduerſa, ſi negligens fuerit in ſua iuſtitia proſequenda, cum (abſentiæ tuæ impedimento ceſſante) conueniendi te habuit facultatem.

Ad

Ad §. fuerat. & §. Item ſi de dote.

Ex Tit. De verbor. ſignificat.

Lex 125. *Proculus.*

Nepos Proculo ſuo ſalutem &c. *Vide ſup. ad Tit Vlt. Libri præcedentis.*

Lex 140. *Paulus lib.* 1. *Sent. imperial.*

Cum quærebatur, An verbum, *Soluto matrimonio dotem reddi*, non tantùm diuortium, ſed etiam mortem contineret, hoc eſt, an de hoc quoque caſu contrahentes ſentiant, & multi putabant, de hoc ſenſiſſe, & quibuſdam alijs contra videbatur. Secundum hoc motus Titius Imp. pronunciauit, id actum eo pacto, vt nullo caſu remaneret dos apud maritum.

Lex 79. *Idem.*

Impenſæ neceſſariæ ſunt, &c. *Vide ſuprà in tit. De rer. diuiſ.*

AD TIT. QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA EST POTESTATE, NEGOTIUM GESTVM ESSE DICETVR.

Ex. Tit. De Reg. Iur.

Lex 133. *Caius lib.* VIII. *ad Edict. prouinc.*

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

Lex 149. *Vlpianus lib.* LXVII. *ad Edict.*

Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet.

Lex 58. *Idem lib.* II. *Diſput.*

Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem actio de peculio dari.

Ex. Tit. De verb. ſignificat.

Lex 242. *Iabolenus lib.* II. *ex poſter. Labeonis.*

Malum nauis eſſe partem, Arthemonem autem non eſſe Labeo ait: quia pleræque naues ſine malo inutiles eſſent, ideoque pars nauis habetur. Arthemon autem magis additamentum, quàm pars nauis eſt.

AD TIT. DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

Ex Tit. De verbor. ſignif.

Lex 237. *Cajus lib.* VI. *ad* L. XII. *Tabb.*

Noxiæ appellatione omne delictum continetur.

AD TIT. DE IIS, PER QUOS AGERE POSSUMUS.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 123. *Vlpianus lib.* XIV. *ad Edict.*

Nemo alieno nomine lege agere poteſt.

Lex 2. *Idem lib.* I. *ad Sabinum.*

Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideò nec Iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere.

Vide reliqua ſuprà in tit. de Mandato. Ex Iure Canon. eod. tit.

Cap. 68.

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.

Cap. 72.

Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſeipſum.

AD TIT. DE SATISDATIONIBUS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 6. *Vlpianus lib.* VI. *Fideicommiſ.*

Nemo dubitat ſoluendo videri eum, qui defenditur.

Ex Tit. De verbor. ſignific.

Lex 57. *Vlpianus lib.* LIX. *ad Edict.*

Perſequi videtur & qui ſatis accepit.

Reliqua vide in tit. De ſatiſd. tutor.

AD TIT. DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 139. *Cajus ad Edict. præt. vrbani.*

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio, ſaluæ permanent.

Ad §. Non autem.

Ex Tit. de Reg. Reg. Iur.

Lex 111. *Cajus lib.* II. *ad Edict. prouinc.*

In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriæ, vt bonorum raptorum, iniuriarum.

AD TIT. DE EXCEPTIONIBUS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 41. *Vlpianus lib.* XXVI. *ad Edict.*

Non debet actori licere quod reo non permittitur.

Lex 156. *Idem lib.* LXX. *ad Edict.*

Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit

Lex 125. *Caius lib.* V. *ad Edict. provinc.*

Fauorabiliores Rei potiùs quàm Actores habentur.

Lex 208. *Paulus lib.* III. *ad* L. *Iul. & Pap.*

Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri.

Lex 43. *Vlpianus lib.* XXVIII *ad Edict.*

Nemo ex iis qui negant ſe debere prohibetur etiam alia defenſione vti, niſi lex impediat.

Ex Iure Canon. eod. tit.

Cap. 11.

Cum ſunt partium iura obſcura, Reo fauendum eſt potiùs, quàm Actori.

Cap.

*Cap.*20.

Nullus pluribus vti defenſionibus prohibetur.

Cap. 60.

Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

*Cap.*63.

Exceptionem obiiciens, non videtur de intentione aduerſarij confiteri.

*Cap.*44.

Is qui tacet, non fatetur, ſed nec vtique negare videtur.

*Cap.*23.

Non licet Actori, quod Reo licitum non exiſtit.

Ex Tit De verbor. ſignif.

Lex 229. *Paulus de tacitis fideicom.*

Tranſacta finitave intelligere debemus non ſolùm de quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſunt poſſeſſa.

Lex 230. *Idem ad S. C. Orphitian.*

Vt ſunt iudicio terminata, tranſactione compoſita, longioris temporis ſilentio finitur.

Ad §. *Item ſi, &c.*

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 207. *Paulus lib.* 1. *ad* 1. *Iul. & Pap.*

Res iudicata pro veritate accipitur.

Ad §. *Appellantur autem.*

DE EXCEPTIONE DOLI.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 55. *Gaius lib.* 11. *de teſtam. vrbicis.*

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

Lex 167. *Paulus lib.* XLIX. *ad Edict.*

Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet.

Lex 177 *Idem lib.* XIV. *ad Plautium.*

Nemo videtur dolo exſequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

Lex 129. *Idem lib.* XXI. *ad Edict.*

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

Lex 199. *Iabolenus lib.* VI. *Epiſt.*

Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat.

Lex 131. *Paulus lib.* XXII. *ad Edict.*

Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt.

Lex 150. *Vlpiannus lib.* LXVIII. *ad Edict.*

Parem eſſe conditionem oportet eius, qui quid poſſideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret vel haberet.

Lex 157. *Idem lib.* LXXI. *ad Edict.*

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus ac ſi haberet.

Lex 47. *Idem lib.* XXX. *ad Edict*

Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cæterum ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo actio competit.

Lex 19. *Idem lib.* XXIV. *ad Sabinum*

Non ſolet doli exceptio nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

Lex 154. *Idem lib.* LXX. *ad Edict.*

Cum par delictum eſt, duorum ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa, ſicut fit cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori, aut ſi Rei quoque in ea re dolo actum ſit.

Ex Iur. Canon. eod. tit.

Cap. 59.

Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eumdem.

Ex Tit. De verbor. ſignif.

Lex 69. *Vlpeanus lib.* LXXVIII. *ad Edict.*

Hæc verba, *Cui rei dolus malus aberit*, generaliter comprehendunt omnem dolum, quicumque in hanc rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio eſt interpoſita.

De Exceptione Metus.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 116. *Vlpianus lib.* XI. *ad Edict.*

Nihil conſenſui tam contrarium eſt (qui & b. f. iudicia ſuſtinet) quàm vis & metus, quem comprobare contra bonos mores eſt.

Lex 184. *Celſus lib.* VII. *Digeſt.*

Vani timoris iuſta excuſatio non eſt.

Ex Tit De verbor. ſignif.

Ad §. *final.*

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 2. *Vlpianus.*

Feminæ &c. *Sup. de ijs, per quos agere poſſ.*

Ex Iur. Canon eod tit.

Cap. 87.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

AD TIT. DE REPLICATIONIBVS.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 145. *Vlpianus.*

Cum par delictum eſt duorum, &c. *Sup. de exceptionib.*

AD TIT. DE INTERDICTIS.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 93. *Matianus lib.* 4. *Fideicom.*

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

Lex 131. *Paulus lib.* XXII. *ad Edict.*

Qui dolo deſijt poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt.

Lex 105. *Vlpianus.*

Parem eſſe conditionem &c. *Sup. de excep.*

Lex 208. Paulus lib. III. ad L. Iul. & Pap.

Non poteſt videri deſiiſſe habere, qui numquam habuit.

Lex 51. Caius l. b. XV. ad Edict. provinc.

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.

Lex 153. Paulus lib. LXV. ad Edict.

Vt nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt, ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.

Lex 228. Idem.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

Lex 154. Vlpianus lib. LXX. ad Edict.

Cum par delictum eſt, duorum ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa.

Ex Iure Canon. eod. tit.

Cap. 65.

In pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

Cap. 36.

Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.

Ex Tit. De verb. ſignif.

Lex 115. Iabolenus lib. 4. Epiſt.

Poſſeſſio ergo vſus eſt, ager proprietas loci eſt, prædium vtriuſque ſupraſcriptæ rei generale nomen eſt. Nam ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.

Lex 78. Paulus lib. III. ad Plautium.

Interdum proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat, ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

Lex 181. Pomponius lib. XXXV. ad Sabinum.

Verbum illud, *Pertinere* latiſſimè patet: nam & iis rebus petendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſunt, & iis, quas iure aliquo poſſidemus, quamuis noſtri dominij non ſint.

Lex 156. Licinius lib. X. Regular.

Maiore parte anni poſſediſſe quis intelligitur, etiam ſi duobus menſibus poſſederit, ſi modò aduerſarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis poſſederit.

Lex 63. Vlpianus lib. LXXI. ad Edict.

Penes te amplius eſt, quàm *Apud te*: nam apud te eſt, quod qualitercumque à te tenetur: penes te eſt, quod quodammodo à te poſſidetur.

Lex 13. Idem lib. VII. ad Edict.

Deſinere abeſſe res tunc videtur, cùm ſic rediit in poteſtatem, ne amittere eius poſſeſſionem poſſimus, ob hoc, quòd furto pridem ſubtracta eſt. Abeſt & ea res, quæ in rebus humanis non eſt.

Lex 140. Paulus lib. VI. ad L. Iul. & Pap.

Cepiſſe quis intelligitur, quamuis alij acquiſiuit.

AD TIT. DE POENA TEMERE LITIGANTIVM.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 65. Iulianus lib LIV. Digeſt.

Ea eſt natura cauillationis, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

Ex Tit. De verbor. ſignif.

Lex 233. Caius lib. I. ad L. XII. Tabb.

Si caluitur, & moretur, & fruſtretur: inde & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. Inde & cauillatio dicta eſt.

Lex 212. Vlpianus lib. I. De adulterijs.

Præuaricatores eos appellamus, qui cauſam aduerſarijs ſuis donant, & ex parte actoris in partem Rei concedunt. A Varicando enim præuaricatores dicti ſunt.

Lex 177. Idem lib. XLVII. ad Sabinum.

Natura cauillationis, quam Græci appellauerunt, hæc eſt, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

Lex 99. Idem lib. III. De officio Conſ.

Inſtrumentorum appellatione quæ comprehendantur, perquàm difficile erit ſeparare. Quæ enim propriè ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, inde cognoſcimus, ſi in præſentiam perſonæ, quæ inſtruere poſſit, dilatio petatur, puta eius, qui actum geſſit, licet in ſeruitute, vel qui actor fuit conſtitutus, poteſt videri inſtrumentorum cauſa peti dilationem.

Ex Reg. Iur. Canon. eod. tit.

Cap. 30. Honorius Tertius.

Ex parte veſtra fuit propoſitum, quòd Præpoſitus & Canonici Aretinen. ſententiam, quam I. Papa, præceſſor noſter ſuper molendino de Caliano, ac alijs articulis promulgauit, in recidiuæ quæſtionis ſcrupulum reducere molientes, aſſerunt, Capitulum illud eiuſdem ſententiæ, quo dicitur, ne canonica ipſa impediat, quominus monaſterium veſtrum molendinum præfatum de Caliano reædificare valeat, in eo ſtatu, in quo fuiſſe dignoſcitur tempore motæ litis, eſſe referendum ad tempus, quo lapillus in denuntiatione noui operis iactus fuit. Nobis econtrario aſſerentibus, illud eſſe intelligendum de tempore, quo lis ſuper hoc inter vos & præfatam canonicam extitit conteſtata. Nos igitur conſiderata eadem ſententia, quod in præfato Capitulo dicitur de tempore motæ litis, interpretamur eſſe referendum ad tempus, quo litis conteſtatio facta fuit.

Ad §. final.

Ex Tit. De Reg. Iur.

Lex 191. Paulus de Cognitionib.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo primo die venerit, audien-

audiendus eſt. Ita etenim Imp. noſter Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit.

Ex Iure Canon.eod.tit.

Cap. 31.

Eum, qui certus, itecertiorari vlterius non oportet.

Ex Tit.De verbor.ſignific.

Lex 36. *Vlpianus lib.*XXIII. *ad Edictum.*

Litis nomen actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit.

Lex 39. *Paulus lib.*LIII. *ad Edictum.*

Deteſtari eſt abſenti denunciare.

Lex 40. *Vlpianus lib.*LVI.

Deteſtatio eſt denunciatio facta cum teſtatione.

Lex 100. *Idem lib.* II. *de off. Conſ.*

Speciosſas perſonas accipere debemus clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus: item eorum, qui ornamentis Senatorijs vtuntur.

Lex 51. *Caius lib.* XXIII. *ad Edict. prouinc*

Appellatione parentis non tantùm pater, ſed etiam auus & proauus, & deinceps omnes ſuperiores continentur, ſed & mater, & proauia.

Lex 52. *Vlp. lib.*LVI. *ad Edict.*

Patroni appellatione & patrona continetur.

AD TIT. DE OFFICIO IVDICIS.

Ex Tit de Reg. Iuris Ciuilis.

Lex 105. *Paulus lib. ad Edict.*

Vbicumque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur.

Lex 170. *Paulus lib.* IX. *ad Plautium.*

Factum à Iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt.

Lex 123. *Vlpianus lib.*XIV. *ad Edict.*

Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

Lex 70. *Idem lib.* L. *De off. Proconſ.*

Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſuis alterius coercitionis ad alium transferre.

Lex 716. *Paulus lib.*XII. *ad Plautium.*

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.

Ex Iur.Canon.eod.tit.

Cap. 12.

In iudicijs non eſt acceptio perſonarum habenda.

Cap. 26.

Ea quæ fiunt à iudice, ſi ad eius non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.

Ex Tit.De verbor. ſignific.

Lex 99. *Vlpianus lib.*III. *De off. Conſ.*

Notionem accipere poſſumus & cognitionem & iuriſdictionem.

Lex 81. *Paulus lib.*X. *ad Plaut.*

Cum prætor dicat, & opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet: nam verbo *reſtitutionis*, omnis vtilitas actoris continetur.

Lex 22. *Caius lib.* IV. *ad Edict. prouinc.*

Plus eſt in reſtitutione, quàm in exhibitione: nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere: reſtituere eſt etiam poſſeſſorem facere, fructuſque reddere. Pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur.

Lex 75. *Paulus lib.*XVII. *ad Edict.*

Reſtituere autem is intelligitur, qui ſimul & rem & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet, id eſt, & vſucapionis cauſam & fructum.

Lex 94. *Celſus lib.*XX. *Digeſt.*

Verbum *Reddendi*, quamquam ſignificatum habeat retro dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

Lex 175. *Pomponius lib.*XXII. *ad Sabinum.*

Faciendi verbo reddendi cauſa etiam continetur.

*Lex fin.*III. *Pomponius lib.*XVI. *Epiſt.*

Apud Labeonem πιθανῶν ita ſcriptum eſt, Exhibet qui præſtat eius, de quo agitur, præſententiam. Nam etiam qui ſiſtit, praſtat eius de quo agitur, præſentiam. Nec tamen eum exhibet qui mutum aut furioſum, aut infantem exhibet: non enim poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. Reſtituit non tantum qui ſolum corpus, ſed qui omnem rem conditionemque redditâ causâ præſtat, & tota reſtitutio iuris interpretatio eſt.

Ad §. *Primum.*

Ex Tit.De Reg.Iuris.

Lex 173. *Paulus lib.*VI. *ad Plautium.*

Cùm verbum *Reſtituas*, in lege inuenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi.

Lex 139. *Caius ad Edict prat. vrbani.*

Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.

Lex 24. *Paulus lib.* V. *ad Sabinum.*

Quatenus cuiuſque intereſt, in facto, non in iure conſiſtit.

AD TIT. DE PVBLICIS IVDICIIS.

Ex Tit. De Reg. Iuris.

Lex 48. *Paulus lib.*XXXV. *ad Edict.*

Quicquid calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit, iudicium animi fuiſſe, ideóque breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur.

Lex 109. *Ibidem lib.*V. *ad Edict.*

Nullum crimen patituris, qui non prohibet, cùm prohibere non poſſit.

Lex 134. *Vlpianus lib.*XXI. *ad Edict.*

Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

*Lex 162.Paulus lib.*LXX. *ad Edict.*

Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

*Lex 46.Caius lib.*x.*ad Edict.prouinc.*

Quòd à quoquo pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.

*Lex 154.Vlpianus lib.*LXX.*ad Edict.*

Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

*Lex 164.Paulus lib.*LI. *ad Edict.*

Pœnalia iudicia ſemel accepta in hæredes tranſmitti poſſunt.

Lex 111.*Caius.*

Inhæredem &c. *Sup. De perpet. & tempora. lib. act.*

*Lex 38.Pomponius lib.*XXIX.*ad Sabinum.*

Sicut pæna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

*Lex 152.Vlpianus lib.*LXIX. *ad Edict.*

Hoc iure vtimur, vt quicquid omninò per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat.

*Lex 97.Hermogenianus lib.*11.*Epitom.Iuris.*

Ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt.

Ex Iure Canon.eod.tit.

Cap. 23.

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

*Cap.*76.

Delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.

*Cap.*22.

Non debet aliquis alterius odio prægrauari.

Cap. 13.

Ignorantia facti non iuris excuſat.

*Cap.*47.

Præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur.

Cap. 65.

In pari delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis.

Ex Tit. De verb. ſignific.

*Lex 197.Vlpianus lib.*L.*ad Edict.*

Indicaſſe reum, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe.

Lex 48. Caius lib.ad Edict.prat.vrb.

Solutum non intelligimus eum, qui licèt vinculis ligatus ſit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur.

*Lex 224.Venuleius lib.*VII.*Stipulat.*

Vinculorum appellatione, vel priuata, vel publica vincula ſignificantur. Cuſtodiæ verò tantùm publica cuſtodia.

*Lex 166.Pomponius lib.*VI.*ad Sabinum.*

Pernoctare extra vrbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt: *Per* enim totam noctem ſignificat.

*Lex 101.Modeſtinus lib.*IX: *Different.*

Inter ſtuprum & adulterium hoc intereſſe quidam putant, quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam committitur. Sed lex Iulia de adulterijs hoc verbo indifferenter vtitur.

*Lex 144.Paulus lib.*X.*ad* L.*Iul.& Pap.*

Maſſurius ſcribit, Pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulò honeſtiore concubinam appellari. Gronius Flaccus in lib. de Iure Papiriano ſcribit, Pellicem nunc vulgò vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat; quoſdam eam, quæ vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quam Græci παλλακὴν vocant.

*Lex 225.Triphonius lib.*I.*Diſput.*

Fugitiuus eſt non is ſolùm, qui fugiendi à domino ſuſcepit conſilium, licèt id ſe facturum iactauerit, ſed qui ipſo facto fugæ initium mente deduxerit: nam & fur, & adulter, & alcator quamquam alia ſignificatione ex animi propoſitione cuiuſque ſola dici poſſit etiam is, qui numquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, numquam alienam matremfamilias corruperit, ſi modò eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus ſit, tamen oportere hæc eadem crimina aſſumpto actu intelligi, & ideo fugitiuum quoque & erronem non ſecundùm propoſitionem ſolam, ſed cum aliquo actu intelligi conſtat.

*Lex 233.Caius lib.*I.*ad* L.XII.*Tabb.*

Telum vulgò quidem id appellatur, quod arcu emittitur, ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Itaque ſequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo, quod in longinquum mittitur, à Græca voce τηλε̃ figuratum. Et hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος. Eoque nomine vulgò quidem id ſignificatur, quod mittitur manu. Et id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur

*Lex 41. Idem lib.*XXI.*ad Edict.prouinc.*

Armorum appellatio non vtique ſcuta tantùm, & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides.

*Lex 236.Idem lib.*IV.*ad* L. XII.*Tab.*

Qui venenum dicit, adijcere debet, vtrum bonum ſit, an malum: nam & medicamenta venena ſunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum eſt, mutat: cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur: vnde adiectione alterius nomine diſtinctio fit.

*Lex 33.Vlpianus lib.*XXI. *ad Edict.*

Palàm, eſt coram pluribus.

Lex

Lex 103. *Modeſtinus lib.*VIII. *Regular.*

Licet capitalis Latinè loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis vel amiſſionis ciuitatis intelligenda eſt.

Lex 131. *Vlpianus lib.*3.III.*ad* I.*aul.& Pap.*

Inter multam & pœnam multùm intereſt, cum pœna generale ſit nomen, & omnium delictorum coercitio: multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt. Pœna autem non tantùm pecuniaria, verum & capitis & exiſtimationis irrogari ſolet: & multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit. Pœna non irrogatur, niſi quæ quacumque lege vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. Quinimò multa ibi dicitur, vbi ſpecialiter pœna non eſt impoſita. Item multam is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt, magiſtratus enim ſolos & præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt. Pœnam autem vnuſquiſque irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue delicti executio competit.

Lex 244. *Labeo.*

Si qua pœna eſt, multa eſt: ſi qua multa eſt, pœna eſt. Paulus, Vtrumque eorum falſum eſt, namque harum rerum diſſimilitudo ex hoc quoque apparet, quòd de pœna prouocatio non eſt: ſimul atque enim victus quis eſt eius maleficij, cuius pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debetur. At multæ prouocatio eſt, nec antè debetur, quam aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt, nec aliter, quàm ſi is dixerit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum diſſimilitudo apparere poterit, quia certæ pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt: multæ contra, quia eius iudicis poteſtas eſt, quantam dicat, niſi cum lege conſtitutum eſt, quantam dicat.

Ex Iure Canon. eod. Tit.

Cap. 24. *Innocentius Tertius.*

Cum olim pro Canonicis Carnotenſibus quoddam capitulum contra te fuit allegatum, quod dicebant in Eccleſiæ ſuæ priuilegiis contineri, vt videlicet nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis pro Canonicis Carnoten. abſque congrua ſatisfactione abſolutionis beneficium indulgere, & infr. Quia verò dum anſam ſoluimus, nondum dicimur ligauiſſe, propter hoc, quod iiſdem Canonicis (velut aſſeris) proponentibus illam offenſam eſſe manifeſtam, non quæ iudici, nec quæ alij, ſed quæ ſibi tantummodò manifeſta videtur, offenſam illam nos reſcribimus intelligere manifeſtam, quæ vel per confeſſionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nullâ poſſit tergiuerſatione celari.

Cap. 2. *in* 6. *Nicolaus Tertius.*

Conſtitutionem felicis recordationis Gregorij Papæ, prædeceſſoris noſtri, editam in Concilio Lugdunenſi, vt ſi fortè inter cætera quæ obiiciuntur, electo aut poſtulato, ſeu alias promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem ſcientiæ vel alium perſonæ defectum opponi contingat, de illo primitus cognoſcatur: & ſi opponentem inuentum fuerit deſtitui veritate, à cauſæ illius proſecutione totaliter ſit excluſus, & aliàs puniatur, ac ſi in obiectorum probatione omnium defeciſſet: in illo, qui manifeſtum defectum in viſu, auditu, & aliis corporis ſenſibus, nec non in memoria, & etiam intellectu, opponit electo, locum habere: ac quoad intentionem conſtitutionis ipſius, manifeſtum & euidens, idem ſupponere declaramus.

Cæterum Canonicos cuiuſuis Eccleſiæ, qui ſtatutum fecerunt ſolemniter, & iuramento firmarunt, quod Eccleſiam ſuam & ſeipſos contra omnes impetrantes canonicatum ipſius Eccleſiæ defenderent vſque ad Ius vel ſententiam, quantum poſſent, ad iudicium Domini Papæ vel ſpecialis mandati eiuſdem, & quod communibus expenſis, ac cum procuratorio, ſigillo Capituli ſigillato, eadem defenſio fieret: & quòd quamdiu aliquis de Canonicis eiuſdem Eccleſiæ defenſionem huiuſmodi & oppoſitionem vellet prædicto modo ſubire, alij Canonici non poſſent nec deberent recipere in Canonicum, nec habere pro Canonico in Capitulo, vel extra Capitulum impetrantem, conſpiratores & coniuratores contra ſanctam Romanam Eccleſiam, ac libertatem, obedientiam, & authoritatem ipſius decernimus, & eoſdem tamquam conſpiratores & coniuratores ſecundum ſanctiones Canonicas puniendos.

Cap. 26. *in antiquis. Innocentius Tertius.*

Super quibuſdam mandatorum articulis. & infr. Tua deuotio à nobis poſtulauit, qui ſint dicendi hæretici manifeſti. Super quo tibi duximus reſpondendum, illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos, qui contra fidem Catholicam publicè prædicant aut profitentur ſeu defendunt eorum errorem, vel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate, quorum bona propria confiſcantur, & ipſi iuxta ſanctiones legitimas puniuntur.

Cap. 27. *ibidem. Idem.*

Nouimus expedire, vt verbum illud, quod in antiquis Canonibus, & in noſtro decreto contra falſarios edito, continetur, videlicet, vt clericus per Eccleſiaſticum iudicem degradatus ſeculari tradatur puniendus, apertiùs exponatur. Cùm enim quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diuerſa reſponderint, & quorundam ſit opinio à pluribus approbata, vel clericus, qui propter hoc vel aliud flagitium graue, non ſolùm damnabile, ſed damnoſum fuerit degradatus, tamquam exutus priuilegio clericali, ſeculari foro per

conſequentiam applicetur; cùm ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, eius eſt degradatio celebranda, ſeculari poteſtate præſente, ac pronunciandum eidem, cum fuerit celebrata, vt in ſuum forum recipiat degradatum: & ſic intelligitur tradi curiæ ſæculari, pro quo debet tamen Eccleſia efficaciter intercedere, vt circa mortis periculum circa eum ſententia moderetur.

Pro illo verò falſario ſcelerato, quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendum pœnitentiam ipſum includas, pane doloris, & aqua anguſtiæ ſuſtentandum, vt commiſſa defleat, & flenda vlteriùs non committat.

CAPVT DE INTERPRETATIONE DELICTORVM.

Ex Tit. De Reg. Iur. Ciuil.

Lex 56. Caius lib. III. de legatis ad Edict. vrbicum.

Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.

Lex 192. Marcellus lib. XXIX. Digeſt.

In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt, quàm tutius.

Lex 168. Paulus lib. I. ad Plautium.

Capienda occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum. Quod factum eſt cùm in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem.

Ex Iure Canon. eod. Tit.

Cap. 2. in antiquis. Beda.

Eſtote miſericordes, &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi æſtimo, niſi vt ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt, *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, vt ſtuprum, blaſphemiæ, furta, ebrietates, & ſimilia, de quibus nobis permittitur iudicare.

Cap. 49. in. 6.

In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

Cap. 8.

Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

Cap. 15.

Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.

OBSERVATIONES

Aliquot inſigniores ad illuſtrationem Inſtitutionum Imperialium.

Ex Prælectionibus D. Petri Peckij, Iuriſc. & Profeſſoris Regij, olim annotatæ & collectæ.

Ad Proœmium Inſtitutionum Imp.

AD explicationem primæ partis huius Proœmij, & vt ſcias qualis debeat eſſe Princeps, quibuſque dotibus exornatus, vide Pirrhum de Mag. Roman. Reſtaurum in Libro de Imperatore, Martinũ Laudenſem de Principibus. Ariſtot. I. Ethic. Ciceronẽ pro Lege Manilia. Stobæum in Sententiis Serm. 46. Pro explicatione 2. partis, in qua tractatur de confectione Inſtitutionum, lege tres Epiſtolas Iuſtiniani Digeſtorum operi præfixas. De Methodico & compendioſo ſtudio, lege Methodum D. Duareni. At de officio auditoris, eiuſque exercitio vt ſumma ope, & alacri ſtudio conatus eius procedat; vide Plutarchum de officio auditoris, & librum nuper editum diuerſorum Authorum de Exercitatione Iuris.

De Iuſtitia & Iure.

Scripſit de his eleganter & eruditè Franciſcus Conanus lib. I. cap. 2. & 3. Chriſtoph. Ehemius in lib. de Principiis Iuris, Guilielmus Rouilianus de Iuſtitia & Iniuſtitia, Nicolaus de Clemengiis de lapſu & reparatione Iuſtitiæ, Coraſius lib. 2. Miſcel. cap. 18. De fine verò Iuris, & de ipſa Iuris prudentia, vide Gammarum de Scientia Iuris, Fortunium, Garſiam de vltimo fine Iuris, Ehemium loco iam citato.

De Iure naturali gentium & ciuili.

Vide Connanum cap. 5. 6 7. & ſequentibus vſque in finem Lib. I. Oldendorpium de Iure naturali Gentium & Ciuili, qui tractatus eſt in initio libri Variarum lectionum eiuſdem. Alexand. ab Alexandro. Genial. Dier. lib. 6. Cap. 23. Plutarchum de lib. educan. Polydorum de inuentione lib. 2. cap. I. De reſponſis prudentum verò, & ipſis Iure conſultis, vide Bernardum Rutilium in lib. de vitis Iuriſconſultorum, Zaſium ad l. 2. ff. de Orig. Iuris, Stephanum de Friderichis de Interpretatione Iuris. Coraſ. lib. 6. Miſcel. cap. 25. De Senatuſc. & edictis vide Connanum lib. 2. De Conſuetudine autem, Rochum de Curte in libro de Conſuet.

De Iure perſonarum.

De hoc Iure ſcripſit Connanus cap. I. 2. 3. lib. 2. De diuiſione autem in initio tit. poſita luculenter tradidit Ehemius de Principiis Iuris lib. 4. Porrò quæ apud vetuſtiores fuerit perſona-

ſonarum ratio habes apud Alex. lib. 3. cap. 25. & lib. 5. cap. 18. Polydorum lib. 2. c. 2. Egregiè quoque apud Theodoretum in lib. de prouidentia Dei circa finem.

De Ingenuis.

Lege Connanum cap. 21. lib. 2. cap. 2. Lagum in Methodo Iuris, p. 2. cap. 3. De Iure perſonarum, Petrum de Vnzola in Pract. notariatus, in 3. diuiſione perſonarum. Doct. in §. præiudiciales. Inſtit. de Actionib.

De Libertinis.

Tractat de horum Libertinorum conditione Conanus lib. 2. cap. 6. & 4. Alex. lib. 4. cap. 10. Polydorus cap. 2. lib. 2. Alciatus in L. Liberti ff. de verb. ſignific. & lib. 1. Parerg. Iuris cap. 16.

Quibus ex cauſis manumittere non licet.

Vide Connanum cap. 5. lib. 2. Vdalricum Zaſium in Catalogo Legum antiquarum in 2. lege quæ eſt de L. Ælia Sentia. Alex. lib. 10. cap. 4. Lagum 2. parte c. 9. Quibus modis acquiratur ius patronatus.

De L. Fuſia Caninia.

Io. Zaſius in Catalogo Legum antiq. de hac agit, vt & Connanus lib. 2. cap. 5. & Vopiſcus in Vita Taciti.

De his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Vide Connanum lib. 2. cap. 2. & 7. Alex. lucidè hæc tractantem lib. 3. cap. 20. Vnzolam d. loco in 4. perſonarum diuiſione, Lagum in 2. parte c. 16. De dominica poteſtate.

De patria poteſtate.

Vide Connanum lib. 2. cap. 13. D. Balduinum & Oldendorp. ad l. 17. & 19. inter ll. 12. tabu. incip. Parentib. Dionyſium Halicar. lib. 2. antiq. Rom. Coraſ. lib. Miſcel. 4. cap. 9. Lagum 2. p. tit. 5. D. Hopperum De arte Iuris lib. 2. cap. De re priuata, Benedictum de Barziis in libro de non legit. natis, Alex. lib. 6. cap. 10.

De Nuptiis.

De his exactè ſcripſit Connanus lib. 8. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Ioannes Garronis in Lib. de Secundis Nupt. Lagus parte 3. cap. 22. de Nupt. Franc. Duarenus de Nuptiis. Inter Hiſtoriographos autem Alex. cap. 5. lib. 2. & cap. 24. lib. 1. Plutarchus de præcep. connubial. Polydorus lib. 1. cap. 4. & lib. 5. c. 5. Vide etiam Practicam Ferrar. in forma libel. quo vxor. agit ad dotem: & conſtitutionem Caroli 5. Auguſtæ editam anno 1540. 4. Octobris.

De Adoptionibus.

Vide Connanum lib. 2. cap. 15. Lagum in 2. parte c. 6. Quibus modis patria poteſt. acquir. Gellium lib. 5. cap. 19. Plinium in Panegyrico ad Traianum, Alc. lib. 4. Parerg. cap. 3.

Quibus modis Ius pat. potes. ſol.

Vide Connanum lib. 2. cap. 14. Lagum in 2. parte c. 7. Bald. Oldend. & Charondam ad. ll. 12. tabul.

De Tutelis.

Vide Connanum lib. 8. cap. 6. Iud. Damhouderium in libro de Patrocinio pupillorum. Lagum. 2. par. c. 13. Quibus modis acquiratur tutela, Pract. Ferrar. in for. lib. quo agitur ad reddit rat. tut. Oldend. claſſe 4. Act. 31. Alc. in l. Tabernæ ff. De verb. ſignific. Alex. cap. 10. lib. 6. Coraſ. lib. 3. Miſcel. cap. 22.

Qui teſtamento dari tut.

De datione tutorum ſcribit Coraſ. lib. 5. Miſcel. cap. 24. Oldendorp. & Balduin. ad. l. 21. inter ll. 12. tabu. Damhouder. vbi ſup.

De legitima agnat. tutela.

Materiam huius tit. tractant Balduinus, Oldendorp. & Charondas ad 22. l. inter ll. 12. tabu. Connanus cap. 6. lib. 4. Lagus parte 2. c. 13. Alciat. lib. 1. col. 5. De verb. ſignif. Alex. lib. 6. cap. 10. Plato Dialogo. 6. de legibus.

De capitis diminutione.

Vide Duarenum lib. 1. Diſputat. cap. 9.

De legitima patronorum tutela.

De hac tutela lege Connanum lib. 2. cap. 9. Lagum vbi ſuprà.

De legitima parentum tutela.

Pro explicatione huius tit. lege Bald. Oldend. & alios ad d. l. 22. & Gellium lib. 5. cap. 13. Platonem dialogo 11. de legib. Et adultior videre poteſt Tit. Cod. de bonis mater. & de bonis quæ lib.

De fiduciaria tutela.

De hac ſcripſit Alex. cap. 10. lib. 6. Coraſius cap. 9. lib. 6. Alciat. cap. vlt. lib. 3. Parerg. Iuris.

De Attiliano tutore.

Vide Zaſium in Catalogo Legum antiq. de L. Attilia, Sueton. in Claudio, Balduinum loco mox citato.

De Authoritate tutorum.

Vide Lagum p. 2. cap. 12. De tutelaria poteſtate, Damhouder. vbi ſuprà. Platonem Dial. 11. de legibus.

Quibus modis Tutela finitur.

Vide Lagum in 2. parte c. 14. Quibus modis tutela finitur. De impudico verò modo illo finiendæ tutelæ cuius magnam olim fuiſſe obſeruationem docet Iuſtinianus, ferè tractat Plato dialogo 11. de Legibus, Tertullianus de virginibus velandis, Theodoretus in Libro Græcanicarum affectionum ſub tractatu de legibus.

De Curatoribus.

Vide Lagum parte 2. c. 15. De curatoria poteſtate, Charondam ad tit. Vlpiani, qui agunt de Curatoribus minorum. Sed his latiùs D. Damhouderius de patrocinio pupillorum, minorum, &c. De Curatore prodigi & furioſi, vide D. Balduinum, Oldendorp. & alios ad 23. & 24. l. 12. tab. & Doct. in l. Is cui ff. de verb. oblig. De curatore bonorum, vide Oldofredum in libro de Curatore bonis dando.

De Satiſdatione Tutorum.

Latè tractat hanc ſatiſdationem Damhouderius, & ante eum Specul. par. 3. §. De datiuo lib. 1. Vide etiam 72. Nouellam principis Iuſtiniani.

De Excuſatione Tutorum.

Vide Antonium de Canario in libro de Excuſatore, Lagum vbi ſuprà, & addi poſſunt per adultiorem tit. aliquot lib. 10. Codicis. Cætera ſatis explicant Balduinus, Baro, & alij.

De ſuſpectis Tutoribus.

Agit de his Plato d. Dialogo 11. Bald. & Oldendorp. ad 25. l. 12. tabul. & latiùs idem Oldendorp. Claſſe 7. Act. 1. Cic. lib. 3. Officior.

AD LIBRVM SECVNDVM INSTITVT.

De Rerum diuiſione.

INter Interpretes Iuris nemo clarius huius tituli materiam excuſſit & tradidit, quàm Connanus cap. 1. 2. 3. conſequent. lib. 3. Et Oldend. in Introductione in claſſem 3. Et ad 7. præceptum, *Non furaberis.* Et Lagus p. 2. c. 24. De rerum communione. Quàm verò neceſſaria ſit rerum omnium diuiſio, ſcribunt pulchrè non ſolùm antedicti, ſed & Theodoretus de prouid. Dei. Viues in lib. de veritate fidei lib. 1. cap. de conſideratione hominis, Michael Vlcurrinus de reg. mundi in 3. q. princip. De rerum ſacrarum primo ritu, vide Polydorum de Inuentione lib. 4. cap. 7. De fructuum materia, lege exactè Ioan. Copum de fructibus. De aliis quibuſdam Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 3. Gellium lib. 4. cap. 9.

De rebus corporal. & incorporalibus.

Scripſit de his optimè Connanus lib. 3. cap. 2. & lib. 8. cap. 4. poſt. princ. D. Hopperus lib. 2. de arte Iuris. Cap. de Re priuata. Seneca. lib. 8. Epiſt. Plato de Summo bono, Ehemius de princip. Iuris lib. 7.

De Seruitutibus.

Latiſſimè ſcripſit de his Cępolla de Seruitut. Connanus lib. 4. cap. 7. & ſequent. Coraſius in tit. de Seruitut. & lib. 4. Miſcel. cap. 15. vbi refert verba ſeruitutum concipiendarum. Lagus p. 2. cap. 63. Balduin. Oldendorp. Charondas in 2. 3. 4. 12. 13. 14. leges 12. tab. Et idem Oldend. claſſe 3. Act 4. & 5. Practica Ferrar. in forma libelli in act. confeſſoria. Explicationem itineris, actus, viæ, habes apud Duarenum lib. 1. Diſput. cap. 31.

De Vſufructu.

Vide Connanum lib. 4. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Coraſ. lib. 5. c. 3. Lagum p. 2. cap. 64. Oldendorpium claſſe 3. Act. 6. Practicum Ferrar. in forma libel. quo vxor agit ad dotem & vſumfructum. Cicero quoque in Topicis quædam de his annotauit.

De vſu & habitatione.

Lege Connanum cap. 5. lib. 4. Lagum dicto loco lucidiſſimè loquentem. Coraſ. ad initium ferè tit. Pandect. de ſeruit.

De vſucapionibus.

Scripſit de his amplè Connanus lib. 3. cap. 11. cum ſequen. Oldendorp. in tract. de vſucap. & in introduc. ad claſſem. 3. Lagus p. 2. cap. 43. & ſeq. Cic. lib. 2. Officiorum.

De donationibus.

Vide Connanum cap. 9. 10. 11. lib. 5. Lagum p. 2. c. 48. Practicum Ferrar. in forma libelli, quo agitur ad donationem. De donatione inter virum & vxor. vide Alciat. cap. 14. lib. 3. Diſpunct. Coraſ. lib. 5. Miſcel. cap. 1. Duarenum in tractat. de nupt. Ioan. Pyrrhum de donat. inter virum & vxor. omnium latiſſ. Chaſſaneum in conſuet. Burgund. Des droits & apparens à gens mariez. Rub. Le mary & la femme §. 7. De inofficioſa donatione, vide Tiraquellum ad L. Si vmquam. C. de reuocand. donat.

Quibus alienare non licet.

De alienatione rei dotalis vide Chaſſan. in Conſ. Burg. Rub. Le mari ne peut greuer §. 4. Coraſ. lib. 5. Miſcel. cap. 14. Boerium in conſ. Bituricen. De pignoribus latè ſcripſit Neguſantius. de pig. in 1. membro 6. partis princip. Connanus lib. 4. cap. 18.

Per quas perſonas, &c.

Connanum vide lib. 6. cap. 5. Boerium d. loc. Tit. de iure perſonarum, Chaſſan. d. libro.

De teſtamentis.

Vide Connanum cap. 1. 2. 3. lib. 9. Bald. & Oldend. in 29. l. 12. tabu. Alciat. in L. Verbis ff. de verb. ſignif. Lagum p. 2. cap. 52. Rurſum Oldend. claſſe 5. in initio Pract. Ferrar. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtam. Alex. lib. 1. cap. 1. in fine, & cap. 3. lib. 4. Gellium cap. 27. lib. 15. Chryſoſtomum in ſermone de gratiis Deo agendis, non ſolum verbis, ſed operibus.

De militari Teſtamento.

Vide Connanum lib. 9. cap. 5.

Quibus non eſt permiſſum. &c.

Lege Connanum cap. 4. lib. 9. Multas inſignes obſeruationes circa iſtum titulum vide apud Ioan. Dilectum De arte teſtandi Tit. 1. & Rolandinum cum addit. Gerardi Mulert Conſil. Mechlin. in tract. de vlt. volunt. Quintil. lib. 2. cap. 8.

De exhæredatione liberorum.

Vide Connanum cap. 2. cum ſequent. lib. 12. Balduinum, Oldendorp. & alios ad 29. L. 12. tabu. Alc. lib. 4. parerg. cap. 9. Ioan. Dilectum. d. libro cap. 3. Ariſtot. lib. 8. Ethicor. Optimè explicantem Chaſſaneum in conſuet. Burgund. Des ſucceſſions Rubr. On ne peut §. 1. cum ſeq.

De hæredibus inſtituendis.

Vide Connanum lib. 10. cap. 6. Balduin. Oldend. 8. Rolandinum ac Ioan. Dilectum vbi ſuprà.

De

De vulgari ſubſtitutione.

Vide Connanum lib. 10. cap. 7. Zaſium lucidè pro formatione tyronis ſcribentum in tractatu ſubſtit. Ioan. Dilectum. d. lib. Tit. 5. Ferrar. in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione. Lagum p. 2. cap. 52.

De pupillari ſubſtitutione.

Lege titulo proximo recitatos, & rationem introductarum ſubſtitutionum habes quoque apud Coraſ. lib. Miſcel. 1. cap. 2. n. 3.

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

Scribit de his Connan. lib. 9. cap. 7. Lagus p. 2. cap. 52. Quibus modis teſt. confirmentur aut infirmentur Ioan. Dilectus. d. lib. tit. penult.

De inofficioſo teſtamento.

Vide Connanum cap. 5. lib. 8. Oldendorp. Claſſe 5. Act. 2. & 3. Pract. Ferrar. in forma libelli, quo petitur hæred. ex teſtament. & eos, quos ſuperiùs retuli ad tit. De exhæredat. liber.

De hæredum qualitate & differentia.

Tractat hanc differentiam Connan. cap. 5. & 3. lib. 10. Coraſ. lib. Miſcel. 3. cap. 16. & lib. 4. cap. 10. Alciat. in fine lib. 4 de verb. ſignific. Lagus p. 2. c. 59. de hiſtoria emendati iuris &c. Budæus ad Pandectas, & in Comment. ling. Græcæ.

De legatis.

Hanc legatorum materiam examinaui olim in Paraphraſi à me emiſſa. Vide Ioan. Dilect. tit. 6. Alex. cap. 1. lib. 1. Lagum p. 2. cap. 55. Bald. Oldendorp, & alios ad l. 12. tabb. *Vti quiſque legaſſit rei ſuæ ita ius eſto.*

De ademptione legatorum.

Vide Ioan. Dilectum tit. penult. Lagum loco prox. citato.

De L. Falcidia.

Vide Connanum lib. 9. cap. 10. Vdalric. Zaz. in in catalogo Legum antiq. De L. Falcidia. Duarenum. 1. Diſput. cap. 58. Lagum p. 4. c. 28. Ex teſtamento pro legatis. Alex. ab Alex. cap. 15. lib. 6.

Ad S. C. Trebellianum.

Vide ſpecialem tractatum de Trebellianica in 7. parte Oceani iuris collocatum. Lagum p. 2. c. 56. & p. 4. c. 25. Placentinum de S. C.

De Codicillis.

Omnino vide Connanum lib. 9. cap. 6. lucidiſſimè inſtruentem tyrones. Oldend. claſſe. 5. Act. 2. Lag. p. 2. c. 54. de codicillis.

De hæreditatibus, quæ ab inteſtato. &c.

Vide ſingulariter Pet. Ferrar. in forma libelli, quo petit. hæred. ab inteſt. delata. Oldendorp. claſſe. 5. Act. 5. Lag. d. p. 2. c. 59. de hiſtor. emend. iur.

De legitima agnatorum ſucceſſione.

Vide omninò Oldend. ad. l. 12. tabu. ſub cap. de ſuis & legit. hæred. tit. & ad eaſdem. L. Balduinum, & Charondam.

De S. C. Tertulliano.

Scribit de iſto S C. Alex. lib. 6. cap. 10. circa finem, Bald. & Oldend. ad. l. 12. tabu. Roffred. latè in ſua Summa. Placent. ad S C. Lagus loco proximè citato.

De S. C. Orphitiano.

Vide Connanum lib. 10. cap. 8. Lagum vbi ſuprà.

De ſucceſſione cognatorum.

Vide Oliuerium Textorem in libro de grad. cognationum.

De gradibus cognationum.

Pleniſſimè vide eundem Oliuerium in d. libro, Connanum lib. 8. cap. 7. Franç. Duarenum in tract. de nuptijs ſub cap. Inter quas perſonas nup. contrah. Lagum loco antè dicto.

De ſucceſſione libert. & in tit. ſequen.

Vide Conan. lib. 2. cap. 9. & 12. Bald. & Oldend. ad. l. 12. tabu. incip. Si libertas. Alex. lib. 6. cah. 10.

De bonorum poſſeſſione.

Vide omninò Oldendorp. claſſe 2. Act. 1. de actione interdicti Quorum bonorum. Alc. lib. Parodox. 4. cap. 1. V 2. Parerg. lib. 3. cap. 3. Lagum p. 4. c. 24. Ex iure ſucceſſionis à teſtaſtato vel inteſtato, iuxta ius prætorium: & ead. p. c. 7. Quæ actiones dentur pro iure patronatus.

De acquiſitione per arrogationes cum tit. ſeq.

Quoniam parum in vſu ſunt, quæ hic tractantur, puto communem commentationem ſufficere & tyroni, & adulto iuris. Quædam tamen tractat de his Connanus lib. 2.

AD LIBRVM TERTIVM INSTITVTIONVM.

De obligationibus.

Vide Connanum lib. 1. cap. 6. circa fin. lib. 2. cap. 3. nu. 10. lib. 2. Lagum optimè hanc oblig. explicantẽ p. 3. cap. 1. De oblig. earumque differentiis, cum ſeq. Oldend. in initio claſſis 4. Alc. ad Rub. C. de pact. Zaſium ad Rub. & l. 1. ff. de act. & oblig.

Quibus modis re contrahitur oblig.

Tractat hæc Connan. cap. 7. lib. 1. cum ſeq. Lag. p. 3. c. 5. De mutuo cũ 5. ſequent. De pignore vide Connan. cap. 13. cum ſequent. lib. 4. Neguſantium in tract. de pignorib. Pract. Ferrar. in forma libelli de act. hypothec. De indebito vide Oldend. Claſſe 6. Act. 6. De commodato Connan. lib. 7. cap. 3. Oldendorp. Claſſe 4. Act. 15. De depoſito Connanus lib. 7. cap. 4. Oldendorp. Claſſe. 4. Act. 23. Alex. lib. 6. cap. 10.

De verbo oblig.

Vide Connanum lib. 6. cap. 1. cum ſequent. & lib. 5. cap. 1. n. 7. Coraſ. lib. Miſcel. 1. cap. 25. Oldendorp. claſſe 4. act. 28. Lagum p. 3. c. 11. de verbor. oblig. Zaſium ad Rub. ff. eod. Alciat. ibid. & lib. 2. Parerg. cap. 17. Franc. Hotomanum in §. actionum autem inf. de actionib.

De duobus reis.

Extat nouus libellus de duob. reis, quem vide. Vide etiam Connan.lib.6.cap.5. Alc. in l. nominis ff.de verb.ſignific. Pract. Ferrar. in forma libelli contra plures reos debendi.

De ſtipulatione ſeruorum.

Sufficiat communis commentatio.

De diuiſione ſtipulationum.

Vide Hotomanum in d.§.actionum autem, & melius in §.Sic itaque diſcretis, infrà de action.Connan.cap.2.3. lib.6.Zaſium & Coraſ. ad l.5.ff.de verb.ob. Alc.lib.1.Paradox.cap.1. vbi ex profeſſo hæc tractat.

De inutilibus ſtipulationibus.

Scripſit exactè de his Connanus lib. 6. cap. 4. qui ſufficiat.

De fideiuſſoribus.

Vide eundem Connanum lib.6.c. 6. cum ſequent.Lagum p.3.c.12. de fideiuſſoria oblig. Coraſ.lib. Miſcel.1. cap. 12. Oldendorp. in libro de iure ſingulari, ſub cap. de priuileg. fideiuſs.

De literarum obligat.

Vide Connanum cap. 1. lib. 5. in fine, & melius lib.1.cap.6. nu.10.& 11. Lagum p. 3. cap.1.de obligat. & expreſſius cap.16. de literarum oblig. Oldendorp. claſſe 4. act. 20. vbi exactè hanc rem tractat.

De obligat. ex conſenſu.

Scribit de his Connanus 1.cap.nu. 4. lib. 6. Lagus p.3.c.17.de oblig. ex conſenſu.

De empt.& venditione.

Vide Connanum lib.7.cap.6. cum ſequent. Oldendorp.claſſe.4. act. 10. Practic. Ferrar. in for.libelli.in cauſa vendit. Lagum loco proximè citato c.18. Balduinum, Oldendorp. Charondam ad.l. 12. tabb. incip. Venditæ res. D. Fabianum de Monte in libro de vendit. Item librum diuerſorum authorum nuper editũ de mercatura. Antiquitatis verò ſtudioſus ſatisfacere ſibi poteſt ex Platone dial. 11. de leg. & dial.11.dc Repub.& in dial.de Ente.Alex. ab Alex. cap.1.lib. 6. & libro. 3. cap. 16. circa finem.

De locatione, & conductione.

Scripſit de his Connanus lib.7.cap. 11. cum ſequent. Luciđiſſimè Oldendorp. Claſſe 4. act. 9.& poſt claſſem 5. tit. de act. Emphyteutica. Lagus loco mox citato c. 19. cum ſeq. Ferrar. in forma libelli quo agitur ad facti præſt. Alciat.lib.5.Parerg. cap.15.

De ſocietate.

Vide Connanum cap.13. lib. 7. Oldendorp. claſſe 4.act.21.Cicer.in Officijs.Ferrar. Pract. in forma libelli Pro ſocio. Petrum de Vbaldis in tractatu De ſocietate aut de duobus fratribus.Lagum p.3.c.21.de ſocietate. Oldendorp.Balduinum & alios in 50.l.12.tabb. Incip. Sodalibus & Vdal. Zaſiumin catalogo Legum antiq.de legib.Clodianis.

De Mandato.

Tractat hanc Mandati materiam eleganter Connanus lib.7.cap.14.Oldend. Claſſe 4. act. 24 Cicero pro Roſcio,Lagus p.3.c.23. de mãdati obligatione & p.4.c.50. Habes præterea tractatum ſpecialem De procurat.nunc primùm editum.

De oblig.quæ ex quaſi contractu.

Vide Lagum p.3.cap.25.& Oldend. Claſs. 4. ab actione 25. vſque in finem.

Per quas perſonas nobis obligatio acq.

Multa ſparſim de his Connan. lib. 2. Vide Lagum p.4.cap.51.Quibus caſibus conueniamus, aut nobis in alios detur actio ex alieno contractu,& vbi agit de patria poteſt.p.2.c.5.

Quibus modis tollitur obligatio.

Vide Lagum p. 3. c. 3. Quibus modis toll. obl.Alc.in l.omnia quæ ff. Si cert. pet. & in l. Labeo & Sabinus ff.de verb ſignific.& in l.vbi pactum. C. de tranſact. Quî verò & qualiter olim ſolutio fieri debeat, vide Alex.lib.6.cap. 1.De omnibus verò Alc lib.3.Parerg.cap.5.

AD LIBRVM QVARTVM INSTITVTIONVM.

De oblig.quæ ex d.licto, &c.

Vide Connanum lib.1. cap. 7. Oldendorp. in claſs.7. act. 3. in 9. præcepti explicatione, & rurſum cum Balduin. ad l. 12. tabb. incip. Furem qui manifeſto.&c. Lagum p.3.cap.29. de oblig.quæ ex delict. cum ſeq. Damhouder. in Enchiridio rer.criminal. latè: Alex. lib. 6. cap.10. Gellium lib.11.cap.18.Plato.dial.9.de legib.& aliis locis. Zaſium lib. 2. Sing. Reſp. cap.31.

De Vi bonorum raptorum.

Vide Alc.in. l.Marcellus ff. de verb. ſignific Oldendorp.claſſe 7.act.9. & multa cumulantem Chaſſan. in conſuet. Burg. des iuſtices. Rub.Si aucum commet ſimple larcin. §.

De L.Aquilia.

Vide Vdal.Zaſ. in cataloho leg. antiq. de l. Aquilia Connanum lib.10.cap.4 nu.2.Lagum p.3.c.54.de damno,iniuria, vel,culpa dato.Latè Oldendorp.claſse 6.act. 12. & eundem cum aliis ad 80.L.12.tab.

De iniuriis.

Oldendorpius de his abundè tractat claſſe 7. act. 10.Damhoud. d.libro, Lagus p.3.c.53. de iniuriis,& commentatores ad 70. & 79. L. 12. tabb.

De oblig. quæ ex quaſi delicto. &c.

Vide Lagum p.3.c.59.de oblig.quæ ex quaſi delicto,Oldend.claſſe 6. act. 20. & claſſe 7. act.5.& 8. Paridem de Puteo in tract. de ſyndicatu, Coraſ.lib.4.Miſcel.cap.17.

De actionibus.

Clariſſimè explicat has actiones ad captum Tyronum iuris, Oldendorpius in tract. Actionum,qui eſt in libro variarum lectionum eiuſdem, Connanus lib.1.cap.6.nu.14.vſque in fi. Alciat.in l.pecuniæ verbum,nu. 7. ff. de verb. ſignific. Lagus in initio p. 4. cum ſequentib. Porro modos exercendarum actionum habes apud vtrumque Pract. Ferrar. Ioan. Petri & Iacob. Petri.& Roffredum.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate,&c.

Scripſit de his Lagus p. 4. cap. 51. Quibus caſibus conueniamur, Oldendorp.claſſe 4. act. 5.& 6. Vide quæ ſcripſi in meis Commentariis, ad res nauticas.De inſtitoribus autem vide Polydorum lib. 3. de inuent.rer. cap. 16. & adde librum nuper editum De mercatura.

De noxalibus actionibus.

Vide Balduinum, Oldendorp. & alios ad 82.l.12.tabb. & eundem Oldendorp. in tract. actionum cap.de nox. act. Alc. lib. 4. de verb. ſignific.& in l. plebs §. noxæ eod. tit. Lagum p.3. c. 31. Qui oblig.ex furto ſuorum.& c.58. Quatenus ex delicto eorum, qui in poteſtate noſtra ſunt obligemur.

Si quadrupes pauperiem, &c.

Scripſerunt de materia huius Tit. Balduin. Oldend.& alij ad 16.l. 12. tabb. & rurſum idē Oldendorp.Claſſe 6.Act. 13. & 19. Chaſſan. in conſuet. Burgund. Des iuſtices & droitz in Rubrica Meſſiers §. 6. in verbo En Meſſuſage.

De his per quos agere poſſumus.

Vide Lagum p.5.cap.8. de procurat. De L. hoſtilia,cuius mentio hîc fit, vide Zaſ.in catalogo legum antiq. Vide etiam ſpecialem tractatum nuper de procuratoribus editum.

De Satiſdationibus.

De his ſatiſdationibns ſcripſit tractatum Fredericus Schenck. Vide etiam Oldend.Claſſe 1.Act.6.& 7. Alc.in l. ſatiſdationis ff. de verb. ſignific. Lagum p.5.c.12. de ſatiſdationibus, & Robertum Marautam in tract.de ord.iudic. in 6. parte,memb.8.

De perpet. & temporalib act.

Vide Oldendorpium in tract. Actionum in 11.diuiſ.Conan.lib.3. cap. 11. nu. 7. & 8. Lagum p.4.cap.2.

De exceptionibus.

Vide Lanfrancum & Neoptem de monte Albano de except.Coraſ.lib.2.Miſcel.cap.16. Lagum p.5. c. 14. Quando quæque exceptiones opponi in iudicio poſſunt. Zaſ. ad Rub. de except.

De Explicationibus.

Vide Speculat.tit. de replicationib. & eodem tit.Tancredū in lib.de Ordine iudicario.

De Duplicationibus.

De Interdictis ſcripſit tract.Odofredus.Vide Oldendorp.Claſſe 2. act.9.cum ſequent. Et in tract. Actionum in 4.diuiſ. Duarenum lib. 1. diſput.cap.19.& 20.Alc. in l.pecuniæ verbum n.20.ff.de verb.ſignific.& lib.3.Parerg.cap.15. & lib.10. cap.7. Lagum p.4.c. 13. de actionibus adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, Coraſ. ſatis lucidè loquentem ad L. Quoties ff. de ſeruit.

De Pœna temere litigantium.

Vide Alciat. ad l. Qui accuſare C.de eden. & in l. Si calumnietur ff.de verb. ſig. & lib. 9. Parerg.cap.8.Balduin. & Oldend.ad.ll.12. tabul.

De officio Iudicis.

Egregiè de iſto officio ſcribit Claudius Cantiuncula in lib.de officio Iudicis. & lucidè Oldendorp. circa initium claſſium ſub cap.de officio Iudicis: Gellium libro 4.capit.2. Lagum p.4.c.69. Quando officium iudicis loco actionis imploretur & p. 4.c.4.de cauſis agendi Io. Rogeranum de officio Iudicis. Porro quantum attinet ad fructuum condemnationem, circa quam officium iudicis verſari hic titulus docet, vide Ioan. Copum in libro de fructib.

De publicis iudicijs.

Quæ ad antiquitatis cognitionem faciunt, lucidè hic ſatis explicat D. Balduinus. Cætera paſſim fere tractantur. Nam de adulteriis habes apud Alex.libro 4.cap. primo, Polydorum libro 3.cap.17. Coraſium 2. Miſcel. cap. 1.Gelliū l.10.cap. 23. Vide in catalogo legum antiq.de L.Iulia. De homicidiis verò agit Alexand.cap.5.lib.3.Coraſius 5.Miſcel.cap. 23. Plato in Phædro, vel de anima. De parricidio agit Alexand. eodem cap. & libro. Quantum verò attinet ad exactiorem horum criminum cognitionem, vide Damhouderium in d.Enchiridio cauſarum criminalium, & Angelum de Maleficiis,& varios tractatus ſpeciales ſpecialia crimina tractantes in decima parte Oceani iuris comprehenſos.

FINIS.

PETRI

PETRI PECKII
DE CONTINENTIA CLERICORVM,
SIVE
De non alendis Concubinis Liber ſingularis.

CAPVT I.
Quid ſit Concubina, & quibus modis accipiatur.

SVMMARIVM.

1. *Aliter Leges, aliter Canones concubinam accipiunt.*
2. *Quid de iure Canonum appellatione concubinæ veniat.*
3. *Quid de iure ciuili requiratur.*
4. *Sola animi deſtinatio concubinam facit.*
5. *Proteſtatio animi declaratrix.*
6. *Vni vnica ſola vxor ducenda ſimul.*
7. *Omnis copula exceptâ matrimoniali, eſt illicita.*

DE vita concubinaria & continentia Clericorũ dicturus quidnam Concubina ſit, & quibus modis accipiatur, præmittere volui; ne & ipſum, de quo agimus, quid ſit, obſcurum fiat, † Concubinã ſanè
1. aliter Leges, aliter verò ſacri Canones accipiunt: † hi enim omnem eam ſub concubinæ ap-
2. pellatione comprehendunt, cum qua illicita copula & prohibita (qualis eſt omnis, exceptâ matrimoniali) habetur. *can. Nemo.* xxxii. *quæſt.* 4.* Illæ verò ſtrictiùs deſcribunt, requirunt-
3. que quatuor, ſine quibus Concubinam dici non poſſe conſtituere: quorum omnium primum vetuſtiores tradiderunt, quòd talis eſſe debeat, cum qua ſtuprum committi minimè poſſit, vt quodam loco Martianus I.C. tradidit, *l.* 1. *§.* 1. *D. De concubinis.* Vnde nec virgo, nec honeſtæ vitæ vidua concubinæ nomen meretur, *l. Stuprũ* 34. *D. Ad L. Iul. De adult. §. itẽ lex Iul. Inſtit. De publ iudic.* Nam ſi quis cum talibus conſuetudinem habeat, pro matrimonio potiùs præſumendum eſſet. Licet in eo quoq; Canones (qui numquam præſumi, ſed probari matrimonium volunt, vt latè Bartol. *in Novel. Quib. mod. natur. offic. legit.* docet, & poſt eũ Præpoſitus, *in can. Is qui* 34. *diſtinct.*) diſſentiant: ex quo enim Canonicas ſolemnitates non obſeruarũt, de quibus abundè ſatis diſſeritur *in Tit. De clandeſt. deſponſat.* contra eos præſumitur, quòd non licitâ potiùs, quàm conceſſa Venere vſi ſint. Leges autem tot ſolemnia non expoſcunt; atque ideò fit, quòd in maiorem præſumptionẽ deueniant, *not. Gloſſ. in c. Illud ext. De præſumpt.* quæ tamen contrariâ proteſtatione à principio declaratâ elidi poteſt, *l. In concubinatu D. De concubinis.* Cùm enim concubinam ex ſola animi deſtinatione conſtitui poſſe legimus, *l. Concubinam d. tit.* †. proteſtatio autem animi
4. declaratrix ſit certiſſima, *l. Metum C. Quod met.*
cauſ. Bart. *in l. Qui aliena § fin. D. De acq. hæred.* † 5.
quis eius concubinam eſſe dicet, qui minimè concubinam voluit? Sanè ſi obſcuro loco edita ſit, aut vilis nummi ergò turpiter olim corpore quæſtum quæſierit, iam proteſtatione opus non erit, ſi Iuriſconſultorum reſponſis fidendum ſit.

Deinde id obſeruandum eſt, quòd vno tempore plures habere nemini liceat, *Nouel. De triente & ſemiſſe.* Nam & tales odibiles legibus conſtituuntur, *Novel. Quib. mod. natural. effic. ſui.* Quemadmodum enim ſi quis legitimæ copuletur vxori, alias, matrimonio ſubſiſtente, ſuperinducere non poterit, & ex his duabus diuerſiſq; vxoribus legitimas proles procreare, ita, inquit Imp. neque poſt agnitam, quo diximus modo, concubinam dabimus. Vnde Bartolus quodam loco *ad l. Item legato* 49. *§. parui autem D. De legat.* 3. intulit nihil diſcriminis de iure ciuili inter matrimonium & concubinatum apparere, quàm quòd matrimonium de iure ciuili ſolemnizatum ſit, concubinatus verò (etſi non ſit reprobatus, quamuis etiam nec approbatus) minimè. Adde, quòd concubinam fornicariamue in domo retinendam eſſe plerique ſenſerunt, Bart. *in l. Concubinam D. De concub.* eſt enim indubitatus in domo concubinæ affectus *Nouel. De triente & ſemiſſe,* vt latiùs Accurſ. & Dinus *in d. l. Concubinam,* explicarunt; profitentes non minorem, imò æqualem atq; indubitatum affectum in concubinatu atque in matrimonio eſſe neceſſarium; qui rectè per cohabitationem vt plurimùm introduci ſolet: vſque adeò vt nec filios legitimationis beneficio affici poſſe crediderint, quos extra domũ huiuſmodi fæmina retenta peperiſſet; quamuis iniqua multis hæc & non probanda opinio viſa ſit. Placentinus namque & cum eo Pet. Iacobi. Ferrarienſis, *in ſua Praxi in forma libelli De præiudiciali act. de partu agnoſcen.* contrarium ſuſtinuit, ſolam animi deſtinationem, & non cohabitationem eſſe neceſſariam aſſerens, nec minùs concubinam eſſe, ſi in aliena domo teneatur: eo reſponſo adiutus, quod quondam Imp. tradit, *l. penult. Cod. Ad. S. C. Orfit. in fine,* vbi Demoſtheni Præfecto prætorio in hæc verba reſcripſit: *Sin autem concubina liberæ conditionis conſtituta filium vel filiam ex licita conſuetudine ad hominẽ liberũ habita procreauerit &c.* Ex quibus verbis ſolam conſuetudinem, ex ſolius animi promptitudine promanantem, indubitatam ſufficere apparet. Vrget inſuper Ferrar. ex eo, quòd & vxores ſæpenumerò in alienis ædibus contineantur, *l. Nihil in princ. D. De act. rerum amotar.* Putatq; præallegatas leges mi-

minimè hanc ſententiam infringere poſſe, verũ ſi alicuius cohabitationis meminerint, id ad maiorem cautelam additum fuiſſe,vt & certiores concubinæ eſſent,& certior affectus appareret; cohabitationis autem neceſſitatem minimè imponeret.

Poſtremò id quoque ſanctiones Imperatorię requirunt,vt talis ſit concubina,cum qua,ſi vellet,concubinarius coniugalis tori fœdera poſſet contrahere: alioqui qui ex tali congreſſu genitus in lucē prodiret, non naturalis ſed ex dãnato & nefario coitu natus diceretur. *Nouel. Quib.mod.natur effic.ſui cap.vlt.verſ.primùm.Nouel-Vt liceat matri & auiæ &c.*§.*ad hoc*, *l. Nuper Cod. de naturalib.* vti hæc latiùs proſequuntur, D.Antonius,*in c.veſtro de cohabit.Cleric.& mul.* Panorm.*in c.Tanta qui filij ſint legit.* Salic. *in l. Liberi Cod de nupt.*& cæteri ſcribentes.

CAP. II.

Concubinatus vtrùm ſit licitus, an non.

SVMMARIA.

1. *Vtrùm concubinatus ſit licitus.*
2. *Omnis coitus præter vxorium eſt reprobatus.*
3. *Approbare & permittere ſunt diuerſa.*
4. *Ex duobus malis minus eligendum.*
5. *Lupanaria quare permiſſa.*
6. *Vſurarij quare tolerentur.*
7. *Lex odit ex concubina natos.*
8. *Leges imitantur Canones.*
9. *Quando dies incipiat.*
10. *Æquitas præfertur rigori.*
11. *Sobrietas domat libidinem.*
12. *Conſilium Epicteti in eam rem.*
13. *Orationis effectus.*
14. *De caſtitate Elephantis.*
15. *De Luthero.*
16. *Quo pacto iura naturæ ſint incommutabilia.*
17. *Matrimonium vbi inſtitutum.*
18. *Quare Abrahæ licuerit habere concubinam.*

POſteaquam vidimus, quid ſit Concubina, quo pacto conſtituatur,& quibus modis, 1. Vtrùm concubinatus licitus ſit,an non, diſpiciemus. Rationem dubitandi mouere videbatur I. C. quando concubinatum per leges aſſumpſiſſe nomen, atque ita extra legis pœnam eſſe aſſerebat,*l.*3.*D. de concub. can. Omnibus* 34. *diſt.*Quod & Iſidori Epiſc.reſcripto confirmari apparebat,*can. Chriſtiano ead. diſtinct.* quod ita habet:*Chriſtiano non dicam plurimas,ſed nec duas vxores ſimul habere licitum eſt, niſi vnam tantùm aut vxorem,aut certè loco vxoris, ſi coniunx deeſt, concubinam.* Adde, quòd ſubmurmurantem audio. Nonne focariam alere præſtat,quàm honeſtiſſimorum parentũ decentiſſimis filiabus flagitium inferre? Nonne meliùs eſt quàm meretricali proſtitutioni ſeſe commiſcere? Vnde hæ & illæ lacrymæ? Anne iura naturæ ſunt incommutabilia? Quis igitur neget reprobatum concubinam,cùm maximè per incitamenta naturæ foueatur? In ſacris ordinibus conſtitutus vxorem ducere nequeo; non poſſum proſtibula frequentare;iſtudne igitur licebit?Nonne apertè militibus Imp.*in l.*2. *Cod. de donat.inter vir.& vxor.*focariam concedit? Nonne de Abrahamo, cæteriſque eius ætatis hominibus,quòd concubinas aluerint,legimus? Sed hæc talia facillimè contundemus.*Quis ignorat,quæſo, id Decalogi præceptum,*Non mœchaberis*? id eſt,ne quis 2. præter matrimonij fœdera aliis feminis commiſceatur,*can.Non mœchaberis* XXXII.*q*5. Neque enim quis perſuaſũ ſibi habeat, quòd mœchari ſolùm ad eos referatur, qui coniugali fœderi adſtricti ſunt, cùm idem iuris ſit in toto, quod eſt in parte. Si igitur omnis mœchia ſit prohibita,quæ eſt fornicatio, ſequitur non immeritò, etiam ſimplicem fornicationem prohibitam eſſe;ſicut furti appellatione omnis illicita vſurpatio rei alienæ rectè intelligitur. Cùm igitur furtum ſit prohibitum, quis rapinam, & aliam illicitam contrectationem permiſſam eſſe dicet? *can.Meretrices* XXXII.*q*.4.nemo herculè, nemo. Nec vrget quicquam, quòd paſſim per leges permiſſa hæc vita appareat: etſi enim & hoc donemus,nemo inde approbatum eſſe concubinatum rectè inferet,† cùm multa permittamus,quę tamen approbare renuimus. 3. Nam permiſſio(vt Præpoſitus docet,*d.c.qui ſincera n.*6. 45.*diſtinct.*)approbationem non inducit. Neq; refert ſimiliter, quòd per leges nomen aſſumpſerit, atque ita extra pœnam legis eſſe debeat: nã nec hoc approbationem arguit (etſi etiam in Sacerdotes concubinarios leges ſæuiant)ſed indicat ex duobus malis minus malum eſſe acceptandum: 4. non vt exiſtimemus, rem tam turpē, tam fœdam,atque inhoneſtam Imperatores,qui caſtitatis amantiſſimos ſeſe prædicant, *l. Caſtitati,l.ita nobis.C.de adult.Auth.quib. mod.natur. effic.ſui* §. *illud*, approbaſſe; ſed impendentibus longeque maioribus periculis obuiam ire cupientes,ſub quadã diſſimulatione(vt rectè Ioan. Coraſius,*lib.*1. *Miſcel. c.* 3. & Chriſtophorus Portius, §.1. *inſtit. de adopt.* aliique arbitrati ſunt)permiſiſſe: † vt & lupanaria,gratiâ vitandi raptus,inceſtus & adulteria, 5. ſecundùm Hoſtien. Panor. cæteroſque ſcribentes,*in c.inter opera de ſponſalib.*Simili ratione,vti apud Horatium legimus, prudentiſſimè Cato ſentiebat:

Nam ſimul ac venas inflauit tetra libido,
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere,non alienas
Permolere vxores——————

* Sic etiam, ne furtis, rapinis, & homicidiis 6. detur prætextus aliquis, magiſtratus oculos claudunt,viſum diſſimulant,& in maximis fœneratorum ſceleribus,conniuent:finis enim legis publica vtilitas eſt, *can. erit autē lex diſtinct.* 4. Nemo igitur ſani capitis approbatum hunc vitæ modũ affirmauit. Atque hoc vel eo quoque iuuatur, quòd natos ex concubina naturales vel ſpuros tantùm dixerit legiſlator, honorifico legitimorum titulo eos nequaquam exornans,§.*aliquando inſtit. de nupt.* * Imò potius 7.

tiùs odibiles ei concubinarios fuiſſe optimè Hoſtien.docuit, *in c. Lator. Quod filij ſint legit.* quem Ioan.Andreæ, *in reg. Parem in Mercuriali,* D.Antonin. *in c.Cùm ſit. De foro compet.*& Felin. cum Ioan.de Anania, *in Rubr. De adult.* ſequuntur ampliſſimè,qui hæc iura in concordiam redigere atque conciliare cupientes, de iure quidem Digeſtorum & Cod. permiſſum legibus concubinatum, ſed iure nouiſſimo reprobatum eſſe arbitrati ſunt.

Porrò poſito,& non conceſſo, quòd huiuſmodi vitę inſtitutum legibus approbatum eſſet, ex eo tamen quia ius diuinum vel Canonicum reſiſtit,neminem à peccato legum tuebitur au-
8. ctoritas, * cùm & ipſemet ſacratiſſimus Imp. profiteatur leges ſuas non dedignari ſacros imitari Canones, *in Auth.Vt clerici apud proprios Epiſc.§.fin.c.Clericus de iudib. c. fin. de nupt. c. de noui oper. nuntiat.* In iis enim, quæ ſpiritualia ſunt, atque ad animarum neceſſariam ſalutem, fidemque Catholicam ſpectare poſſent,lex ciuilis ſemper Canoni ſubiicitur, vt abundè Bart.notauit, *in l. Priuilegio C. de ſacroſ. Eccleſ.* quem Canoniſtæ imitantur, *in c. Eccleſia S. Maria de conſtitut.* Quamuis tamen hoc ita demùm verum ſit, ſi melioribus rationibus & in maiori æquitate leges à Canonum conſtitutionibus ſuperentur,ſi Archidiacono credendum ſit, *in can.quod à partibus 75. diſtinct.* Quod huiuſmodi exemplo commonſtrat, Si clericus iureiurando ſe infra decē dies ſoluturum adſtrinxiſſet,*ſecundùm legum ſanctiones etiā quoad
9. periurij pœnam à media nocte diem metimur, *l. more Romano d.de feriis*; non autem Canonū auſteritas obſeruabitur, volentium diem poſt Solis occaſum occumbere, finitique debere, eâ nempe ratione,quòd hæc interpretatio benignior ſit, *arg.can.Eos 50.diſtinct.** Rigori namq;
10. ſemper æquitas præferenda eſt, *l. Placuit C. de iudic.à Sciſcitatur de reſtit.in integ.*Non erit ergò perfidus,ſi ante mediam noctem præfixum diē ſubſequentem exſoluerit debitum:eſt enim potiùs(inquit ille) interpretandum, vt nemo ſit perfidus, etiamſi clericus ſit, qui iurauit. Sed hæc ſub parentheſi dicta velim : ſi cui horum diſtinctiones arrideant, à Pet.de Anchorano, *in c. Canonum ſtatuta de conſtitut.* Baldo, *in l. omni, l. nullam C de SS. Eccleſ.* Salic. *in Auth. Caſſa eod. tit.* Archidiacono, *in c. Benè quidem 90.diſtinct.* Bartolo, *in l. Priuilegia C. de ſacroſ. Eccleſ.*& Ioan.de Platea, *in Proœmio Inſtit.* fuſiſſimè docebitur.

Non repugnat Iſidori reſponſum, nempe quòd ſi coniunx deſit, concubina concedi videatur : nam, vt ibi benè Commentator, id intelligendum erit de muliere non ſolemniter ducta cum qua tamen mutuus conſenſus vnitus eſt. Quam expoſitionem tacitè quilibet Doctorum approbaſſe videtur, ne Auguſtini dicto repugnemus, *c. Audito 34. diſt.* quo nemini licitum eſſe concubinas habere, quas poſtea dimittat, aſſeuerat. Debet igitur mutuus conſenſus interceſſiſſe,qui adeò vtrumque colligauit, vt neque ſubterfugij neque dimittendi poteſtas remanſerit. Quare impropriè potiùs concubina eſt, quemadmodum & olim hoc nomine vxores vocitabantur.

Non etiam diſſentio ab eorum ſententia, qui honeſtiùs, decentiùs, atque multò meliùs eſſe arbitrantur, concubinam alere, quàm honeſtiſſimorum parentum caſtiſſimis filiabus flagitium inferre, atque ab inuitis ſuauiſſimum virginitatis floſculum extorquere : ſed quis ex eo, obſecro, inferet, concubinatum eſſe approbatum ? Nónne melius eſt homicidio furtum ? Nónne rapina ſacrilegio honeſtior ? Num igitur, furtum approbatum eſt, & permiſſa rapina ? quaſi ab vtroque abſtinere non poſſimus. O cœcas hominum mentes! * Quis eſt, quæſo, tantæ 11.
imbecillitatis, tam parui animi, tam difficulis reſiſtentiæ, qui, ſi ipſe velit, conetur atque laboret, affectibus ſuis reſiſtere non poſſit, coërceat carnem ſuam, pudiciſſimoque ſobrietatis ergaſtulo conſtringat, ad celebratiſſimum prudentiſſimi Epicteti dictum aures arrigat? † Cùm, inquit ille, aliqua vo- 12.
luntatis animam phantaſia ſubierit, obſeruandum eſt id, quod in omnibus, ne ſtatim abreptum te præcipitem des. Negotium te expectet, tuque tecum aliquantulum immoratus, cogitationem tuam diligenter inſpectam ſecundùm præſcripta tibi præcepta examinato. Veniat autem tibi in mentem vtrumque tempus, & hoc, quo voluptate victus, poſteaquam ei ſatisfeceris, nihil tibi ſupereſſe quàm pœnitentiam & tua aduerſus te conuitia habebis; & illud, quo, cùm abſtinueris, gaudebis, atque temet laudabis. Perpetuum enim, inquit Orator Demoſthenes, hoc eſſe debet ſapientis inſtitutum, vt rationem cupiditatum dominam conſtituat. Dum enim ventris ac Veneris voluptates illecebris ſequimur, breui omninò delectationis tempus habemus, interim dumtaxat, dum iis fruimur : curæ verò & iuſtitiæ multæ ſequuntur. Semper etenim earumdem rerum deſiderio torquemur, & cùm quæ appetuntur nacti fuerimus,voluptas confeſtim tranſit,cùm aliud nihil in ſe boni quàm momentaneam titillationem habeat,iiſdemque mox rurſus indigemus.Orationibus itaque atque ieiuniis corpus noſtrum,quod alioquin ex ſe ad omne vitium propenſū eſt,caſtigare atq; animas noſtras Deo præparare debemus. † Habet namque oratio 13.
affectus efficaciſſimos : contra tentationes telū eſt, merita auget,poſtulata impetrat, cæleſtium rerum deguſtationem præſtat, quemadmodum Præpoſitus docuit, *in c.Cantantes. 92. diſtinct.* Quis igitur naturæ ſuæ imbecillitatem incuſabit meritò ? Nónne potiùs torpori atque ignauiæ ſuæ hoc acceptum ferre debet? Quis ignorat ipſammet Veritatem, id eſt Chriſtum Ieſum, qui nec fallere nec falli poteſt,

teſt, hoc fidelibus pollicitum fuiſſe, quòd pulſantes intromitterentur, atque orantes impetrarent, modò ad laudem Dei proximique charitatem atque debito modo perficeretur per orationem petitio? orare igitur atque pulſare continuò oportet, ne in tentationibus deficiamus, ſed vt ad quemlibet Amalechitarum, hoſtium, inquam, inuiſibilium, viſibiliumque ictum & incurſum alacriores reddamur, atque mutuâ quadam deriſione, fide firmâ, rectâ ſpe, cachinnum atque cruentiſſimarum beluarum dæmonum impetum refellamus. Eo enim futurum nemo ambigit, quin vti fortiſſimi militum, qui Chriſto nomen dedimus, ſub eius quoque ſignis, id eſt armis ſacroſanctæ Paſſionis victoriam nanciſcemur. Is enim victoria noſtra, ſpes noſtra, atque totius ſalutis noſtræ certiſſimus ſcopus conſtitutus eſt.

Nec id quoque hæreticum planè atque à ſanctiſſimis Canonum conſtitutionibus alieniſſimum argumentum conuincit, quo ſpurciſſimam nefandiſſimamque libidinem ſuam hi, qui ſe huic vitæ conſecrarunt, palliare ſtudent; nempe quòd iura naturæ ſint incommutabilia, nulloque tempore immutari poſſint, *c. 1. diſt. 5. §. Sed naturalia Inſtit. De iure nat. gent. & ciuili.* Licitum enim eſſetne, eadem ratione alienis corporibus ſeſe contra matrimonij fœdera commiſcere? Anne quæſo, argutiſſime Philoſophe, eodem argumento ſacratas Deo virgines, filias, ſorores, nullâ ordinis, conſanguinitatiſque habitâ ratione, ad morem canum conſtuprare licebit, vt rectè homo brutis animalibus peior habeatur? † Nónne apud Pli-
14. nium, Ariſtotelem, cæteroſque naturæ animalis inueſtigatores, diſcimus, elephantem tantæ probitatis exiſtere, vt cum matre ſeſe commiſcere nolit? Imò interemiſſe legimus eum, qui ad hoc obfaſcinatis tectiſque oculis impulerat? Hac equidem ratione adulteria licita erunt; erit & inceſtus impunitus, & libera ſacrilegia. Vides, candide lector, quantum vrgeant, quorum Dominus Deus non eſt adiutor eorum, quàm ſit vides fragile fundamentum non in Catholica fide funda-
15. tum. † Videſne, Luthere, quibus argumentis, quamque efficacibus ſimpliciſſimam atque in fide orthodoxa fundatiſſimam Germaniam ad peruerſiſſimam tuam pſeudoctrinam niſus es pertrahere? Atqui non potuiſti, cùm Spartam, quam nactus eras, conabaris defendere. Nec enim ſuffecerat apoſtatam egiſſe, ſeque à ſacroſancta obedientia, votoque caſtitatis, quo adſtrictus antea ſponte fueras, propriâ auctoritate abſoluiſſe, niſi etiam Monialium præfectam (Monaſterio tuis artibus diſſipato) tibi aſſociares, atque ex ſacrilegio hinc inde conſtituto matrimonium ſomniares.

† Sed vt argumento ſatisfiat, dupliciter le-
16. gem naturalem immutari poſſe conſiderandum eſt. Vno modo per adiectionem: quo equidem nihil obſtat, nihil vetat, quin rectè mutari poſſit. Multa namque cùm per diuinam conſtitutionem, tum etiam per humanas leges, quæ ad communem hominum publicamque vtilitatem ſpectare videbantur, ſupra legem naturalem addita ſunt, ſi Archidiacono & Præpoſito credendum ſit, *in c. 1. diſt. 5.* Leges enim ſcriptæ (vt illi inquiunt) ad naturalis legis correctionem promulgatæ ſunt, vt quod naturali iuri deerat, hoc lex ſcripta ſuppleret. Ac fieri potuit, quòd lex naturalis in tantum in ſuis ordinibus corrupta foret, ad aliquid vt bona, cùm tamen iniqua eſſet, æſtimaretur, atque ita reformatione egeret. Sic & hoc quoque caſu per matrimonium, ac diuinas conſtitutiones, modus quidam legi naturali additus eſt, ſecundùm quem omnis coitus licitus credebatur, quo ſuâ quiſque legitimâ coniuge contentus ad prolis generationem intenderet, licitaque ſic Venere vteretur. Vel etiam anne omne id naturale eſt, quod in naturalibus à Deo eſt conſtitutum? † Anne matrimonium ſtatim ab ipſo 17.
mundi exordio per ter. Opt. Max. Deum in paradiſo delitiarũ fuit inſtitutum? *notat* Accurſ. *ad §. 1. Inſtit. De iure nat. gent. & ciuili.* Nónne ab initio vna coſta in vnam fœminam conuerſa eſt? Nónne Scriptura ſacra teſtatur, iubet, atque admonet, quòd propter hoc homo relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna? Non dixit, *plures*, ſed *duo*; non *vxoribus*, ſed *vxori*, *c. Gaudemus* ꝟ. *De diuort.* Quis igitur dubitat de iure diuino atque ipſius naturæ artificis auctoritate non omnem coitum, non omnem commixtionem hominum licitam eſſe, ſed vnumquemque aut vnicam tantùm vxorem diligere, aut cælibẽ vitam degere poſſe? Sed de iſtis fuſiſſimè Bald. *in l. 1. §. Ius naturale D. De iuſt. & iure,* Bartolus *in l. 1. D. De poſtulando, l. Omnes populi D. De iuſt. & iure l. in concubinatu D. De concubinis,* Felinus *in c. 1.* ꝟ. *De hæret.* Innocent. *in c. Iuuenis De ſponſalib.* Ioan. de Platea, Portius, Aretinus *in d. §. 1. Inſtit. de iure natur.* cæterique cùm iuris Canonici, *in d. c. Gaudemus & c. Hac diſt. 5. c. Commiſſum De deſponſ. impub. c. Verum De conuerſ. coniugat.* tum etiam Legum, *in l. vlt. Cod. ſi contra vtil. publ. in l. Manumiſſiones D. De iuſtit. & iure.* Interpretes locuti ſunt.

Altero modo dicitur mutari lex naturalis, vel ius naturale per modum ſubtractionis, ſi nempe ex eo, quod priùs habuit, aliquam partẽ iuri naturali adimere conemur: & ſic dicitur ius naturale immutabile, quòd in hoc noſtro propoſito fieri nemo dicet, vt hæc latiùs poſt Præpoſ. & Archidiac. Dominicus de S. Geminiano proſequitur, *in d can. Hæc can. 1. diſt. 1.* 18.

† Porrò nihil me mouet, quod ex veteri Teſtamento nobis Decreta deſcribunt, *in can. Dixit Sara & can. Recurrat* XXXII. *qu.* 4. Abraham ſcilicet, cæteroſque priſcos concubinas habuiſſe, quòd ex ſua legitima coniuge prolem ſuſcipere non poterant; quaſi per hoc quoque & nobis licitũ atq; conceſſum, pro neceſſitate prolis

lis ſuſcipiendæ, concubinam alere aut mulieres fouere amaſios. Nam conſiderare oportet, eas fæminas, quas priſci Patres præter proprias vxores domi in contubernio, velut vxorum ancillas, retinebant, in ſacra Scriptura promiſcuè appellari vxores, vel concubinas: veras tamen vxores, præcedenti nuptiarum ſolemnitate conjunctas, numquam concubinas nominauit, vt ex D. Auguſt. *lib.* 1. *Quæſt. ſuper Geneſ c* 19. notat Couarr. *de ſponſalib. p.* 1. *c.* 4. *n.* 9. Sic etiam in *can. Is qui non habet cum can. ſeq diſt.* 34. vbi qui non habet vxorem, pro vxore concubinam habere vnicam permittitur, nomen concubinæ accipere oportet de tali, quæ loco vxoris habeatur, non de ea, quæ ſit loco concubinæ, qualem habere per Canones non licet, *can. Audite diſt.* 74. quicquid obganniant moderni nouatores, Canonum maſtiges, qui ſpiritu non tam veritatis quàm malignitatis adſerunt jure Canonico concubinatum approbari, vt ita ſpurciſſimam ſuam libertatem pallient.

CAPVT III.

Concubinatus an aliquo jure in Sacerdote permiſſus

SVMMARIVM.

1. *Sacerdotibus ab vxoribus ſemper abſtinendum.*
2. *De origine Sacerdotij.*
3. *Preſbyteri ſunt conſtituti in locum* LXXII. *diſcipulorum Chriſti.*
4. *Vnde varietas ordinum in Eccleſia.*
5. *Ad vocẽ Sacerdotis ſacrificantis cæli aperiuntur.*
6. *Sacerdotes priſci temporis certo tempore abſtinebant.*
7. *Ob incontinentiam quidam ſubitò perijt.*
8. *Ob quas cauſas concubinatus in Sacerdote præcipuè reprobatus ſit.*
9. *Vota in quanta æſtimatione apud veteres fuerint.*
10. *De fide M. Attilij Reguli Romani.*
11. *Quid communicantem deceat.*
12. *Audacia concubinarum quanta.*
13. *Quid mali Reipublicæ Chriſtianæ inferat concubinatus.*
14. *Sacerdotes dicuntur lumen mundi.*
15. *Delicta maiorum ſæpè nocent.*
16. *Sanguis ſubditorum requiritur de manu Prælatorum.*
17. *Laici Clericis infeſti.*
19. *Innocentij laus.*
19. *Vitium hominis non eſt ordinis vitium.*
20. *Claudiani dictum notabile.*

HActenus abundè ſatis factum arbitror, ingenue Lector, iis argumentis, quæ in contrarium adducta fuerunt; ita vt nemo (niſi compos mentis non fuerit) ſit, qui approbatam concubinariam fornicariamque vitam queat aſſerere. Sed vnicum ſupereſt, vt ad ea reſpondeamus, quæ vltimo loco diſputabantur objiciebanturque, Anne ſcilicet aliquo jure in Sacerdote hæc permiſta viderentur, licebitque remotiùs fuſiuſque forſitan, quàm par erit, ſpatiari, quo potiùs damnandam atque periculoſiſsimam hæreſin contundamus, ea nempe ratione, quòd huius rei ergò præcipuè hic labor à nobis ſuſceptus ſit. Quis enim, cui aliquid, vel mica Chriſtianæ religionis in corde reſidet, huiuſmodi pernicioſiſsimum viuendi modum ac ſcandaloſiſſimum piis fletibus in Sacerdote non deploret atque deteſtetur? Adeſdum igitur, adeſdum, quicumque hoc argumento fulciebaris, atque in arenam mecum deſcende, aureſque arrige Pamphile, ac videamus, num hoc diuina aut profana iura permittant; num rationi conſonet; num ſceleratiſſimo argumento tuo ſanctorum Patrum decreta & enucleatiſſimæ conſtitutiones conſentiant? non arbitror equidem, Epiſcopos (inquiunt decreta, *can. Epiſcopos* 31. *diſtinct.*) Presbyteros, & Diaconos, ita placuit (vt decet ſacros Antiſtites ac Dei Sacerdotes) nec non & Leuitas, vel qui Sacramentis diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus: quô poſſint ſimpliciter quod poſtulant à Domino impetrare; vt quod Apoſtoli docuerunt exemplo, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Et alio
loco, *can. Sacerdotibus* 31. *diſtinct.* Beda, * Sa- 1.
cerdotibus, inquit, ſemper ab vxoribus continendum eſt, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Sed nemo ſibi inde blandiatur, quòd ab vxoribus dicat abſtinendum eſſe; quaſi ex eo deducatur, ab alijs cauendum non eſſe: nemo namque ad ſacrum ordinem accedere permittitur, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis extiterit, *can. Nemo* 32 *diſtinct.* Legibus quoque ſanctiſſimè editis ſacratiſſimi imperatores voluerunt, §. *Sed etſi quis in Auth. De nupt.* §. *Presbyteris in Auth. De ſanctiſ. Epiſc l. Eum qui G. De Epiſc. & Clericis.* Si, inquit Iuſtinianus, Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus, poſtea ducat vxorem, aut concubinam, aut palàm aut occultè, ſacro ſtatim cadat ordine, & deinceps idiota ſit. Nihil enim ſic in ſacris ordinationibus diligimus, quàm cum caſtitate viuentes &c. Audin' quo pacto tuæ ſententiæ ſtipulentur leges & Canones? quibuſnam rationibus in tuam ſententiam eant? Prô Deûm atque hominum fidem! hæccine quis feret? Sacerdos ſum, vxorem ducere non licet, homo cùm ſim atque nihil præter hominem, iſtudne igitur licebit? Noſtine, quæſo, vnde, & à quo tua tibi ſit orta, quam nactus es, ſacerdotalis dignitas? à quo, quàm ab ipſo omnium puriſſimo & caſtitatis limpidiſſimo fonte Chriſto Jeſu ſeruatore noſtro ſacroſanctiſſimo, ut Anacletus docet, *can. In nouo* 2. *diſtinct.* cuius verba hîc (ne tam eximij ordinis origo

origo nos lateat & exordium) libuit inſerere, 2. * in nouo, inquit, Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primò Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, Domino dicente ad eum: Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi (obmuteſcat hæreticus) non præualebunt aduerſus eam & dabo tibi claues regni cælorum. Hic ergò ligandi atque ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino, primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit, verboque inſtituit. Cæteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe voluerunt: qui etiam iubente Domino, in toto terrarum orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt. Ipſis quoque decedentibus in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi: quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordine & modo, quos qui recipit,& verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit eos, eum, à quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur, ſpernit,& ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autē ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogauerunt Dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam. Inde ab eis electi ſunt LXXII. Diſcipuli, quorum typum gerunt Preſbyteri, * atque in eorum locum ſunt con-
3. ſtituti in Eccleſia. Hactenus ille. *Adde can. Sacroſancta 22. diſtinct.* Sed latiùs Panor. Innocent. Compoſtellanus, D. Anton. cæterique DD. narrant, *in c. Tranſlato X. De conſtit.* & fuſiſſimè explicat Reuerendiſſ. D. Ioannes quondam Roffenſis Epiſcopus religioſiſſimus, in ſuo libello, quem pro Sacerdotij defenſione peperit. Inter cætera (quod hîc non inopportunè adducitur) quærit, * Vndè ergò iſti diuerſi
4. ordines in Eccleſia promanant, vnde conſtituti ſunt, quo auctore introducti? Reſpondetque id mirum cuiquam eſſe non debere, quandoquidem huius rei exemplar euidentiſſimum antè per Chriſtum in Euangelio fuerat exhibitum. Neque enim Chriſtus fruſtrà diuerſum gradum inſtituit duodecim Apoſtolorum à LXXII. Diſcipulis,& rurſum eorumdem diſcipulorum à reliqua turba. Quòd ſi Chriſtus tantum diſcriminis in tam puſillo grege eſſe voluit, quis non admittet hoc multò magis in toto Chriſtainorum cœtu (qui mox poſteà ſupra ſtellarum numerum excreuit) fieri potuiſſe? Vnde verò dignitatum origo profluxerit, vt vnus Archiepiſcpus dicatur, alius Epiſcopus, tertius ſummus Pontifex, quartus Patriarcha, & ita deinceps, num ab ipſo etiam ſummo genitore Deo, latiùs Decreta declarant, *can. 1. & ibi DD. 21. diſtinct.*

Tempus eſt, vt vnde digreſſi eramus reuertamur. Vides, pharetrate Philoſophe, à quo & quibus modis fuerit inſtitutum Sacerdotium? quâ, quæſo, igitur fronte, quâ impudentiâ, quo denique fucato colore, teipſum excuſare poteris? Tune, qui ad immaculatæ Virginis Filij corporis conſecrationem ordinatus es, ſceleratiſſimis,& adhuc fœtentibus ex meretricio & fornicario contractu manibus, audes ad hoc accedere? * Tune eo in loco, eaque 5. horâ polluto corpore perſiſtere ſuſtines, vbi & quando ad vocem tuam cæli aperiuntur, & in illo Ieſu Chriſti miniſterio Angelorum chori adſunt, ſumma & ima ſociantur, vnumque ex inviſibilibus & viſibilibus fit ſacrificium, vt Gregorius quodam loco, *can. Quid ſit ſanguis 37. deſtinct. 2. De conſecr.* tradidit? Tune iis labiis, eoque tam nefario ore, quo iam ex ſpuriciſſimæ meretricis cōplexu proficiſceris, verum corpus & ſanguinem verum Ieſu Chriſti audes conſecrare? Sacerdotes mei, inquit Dominus, contaminant ſancta, & reprobant legem. & per Prophetam: O vos Sacerdotes, qui fallitis nomen meum, & dixiſtis, In qua re fallimus nomen tuum? quibus reſponſum eſt: Offerentes ad altare meum panes pollutos. Non eſt mihi voluntas in vobus, dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris, quia polluti eſtis, *can. Oportet 81. diſtinct.* * Nonne de Zacharia, cæteriſque priſcis, 6. priſcique Teſtamenti Sacerdotibus legimus, quòd tempore vicis, id eſt ſeptimanæ ſuę, domum ſuam omninò non tangebant; quibus tamen propter ſobolis ſucceſſionem vxoris vſus erat relaxatus? Quantò ergò magis hi Sacerdotes & Levitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ obſeruare debent, quibus vel miniſterium vel Sacerdotium eſt ſine ſucceſſione, *cap. Tenere 31 diſtinct.* * Nonne quidam, vt nobis referunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ob id, quòd nocte præce- 7. dente diem, quo arcam Domini circumferre debuiſſet, cū vxore ſeſe commiſcuerat, repentino morbo à Domino percuſſus interiit? Quātò magis, obſecro, id ipſum tu non exhorreſcis, qui Deum verum & hominem conceptum de Spiritu ſancto, natum ex caſtiſſima Virgine, creatorem tuum,& Dominum, qui animā tuam vnà cum corpore in gehennam poteſt detrudere, habes ſub manibus, tot millibus Angelorum indeſinenter pro noſtra ſalute orantium, atque agnum, quocumque ierit, ſequentium, concomitatum.

Sed quid in re tam manifeſta hactenus moram trahimus? Cur hæc toties inculcamus? Scio equidem, humaniſſime Lector, me hæc pluribus confutare atque refellere, quàm neceſſe erat, quippe tam manifeſtè contra fidem orthodoxam: verùm id mihi propoſitum, nullum impiorum hominum (modò Rempublicam Chriſtianam adiuuare poſſim) argumentum non excuſſum, non exagitatum relinquere. Non pigeat, obſecro attentiùs advertere, dum hos à gradu infirmiſſimo deiicio. * Quod 8. vt cōmodiùs fiat, ob quas cauſas in iis, quiſacris orbinibus deſtinati ſūt, cōcubinatus planè reprobatus exiſtat, diſpiciamus. Duas adfert ex

 Car-

Cardinalis ſententia D. Præpoſitus, *in can. Diaconus* 20. *diſtinct.* Prior eſt, quia in actu carnali vt plurimùm ineſſe libido conſueuit: at libido fœtidũ reddit & immundũ hominẽ; & in cohabitatione ſollicitudo: ſollicitudo verò diuiſũ & ab opere ſancto alienum efficit. Clericũ autem in ſacris conſtitutũ quid caſtitate magis decet? vt Ezaias, *c.* 52. cecinit: Mundamini, inquit ille, qui circumfertis vaſa Domini. Decet quoque peragenda myſteria cura maxima, ſoli vt Chriſto inſeruiant, non alienis curis implicitì, non amoribus diſtenti, non muliebribus iugis querelis occupati, non libidinibus ſed ſoli ſuo, quem conſecrant, Creatori adſtricti. Si enim illi, qui propoſitionis panes comedebant, vaſa munda habere debebant, vt ex libris Regum clarum eſt, 1. *Reg. cap.* 21. quantò magis hi, qui immaculato agno aſſiſtunt, & illum ſumunt diſpenſantque omni ſanctitate & puritate fulgere debent, vaſaque ſua cuſtodire in ſacrificatione & honore, non carnalis deſiderij (inquit Apoſtolus 1. *ad Tit.* 1.) paſſione.

Poſterior ratio traditur, vt ſacrilegia vitentur. Timendum eſſet etenim (inquit Præpoſitus) plurimùm, ne ij, qui ſe ſacerdotio conſecrarunt, magna quibus in aula prolium caterua luderet, Eccleſiaſtica bona dirimerent, atque in ſuos ſuorumq; vſus conuerterent, quod abſit. Sed & nos alias addamus rationes. Prima ſit hæc, quòd Deo ter Opt. Max. caſtitatẽ in auſpicio ſui ordinis vouerunt, cùm ſine tali voto ad ſacrificandi munus admittendus nemo ſit, vti ſatis ſuprà dictum eſt.

9. * Quid autem ſceleſtius, quid magis impium, quàm votum infringere, atque partam deſerere fidem? cùm & Ethnicos, tam ſtrictè, tam arctè, tanta cum religione fidem iuſiurandumque obſeruaſſe legimus, vt nec ſummo capitis diſcrimine imminente vacillauerint, ne dicam

10. defecerint. * Nonne ob hanc ſolum, vt inuiolatam fidem ſeruaret, M. Regulum Romanum mortem acceptaſſe legimus? Nullum inquit Cicero, *in lib. offic.* ad adſtringendam vitam maiores vinculum iureiurando arctius eſſe voluerunt. Id indicant Leges XII. Tabb. indicant ſacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte detinetur fides; indicant notationes, animaduerſioneſque Cenſorum, qui nullâ de re diligentiùs quàm de iureiurando & fide iudicabant. Quid igitur hominẽ Chriſtianum decet Sacerdotem, mediatorem inter Deum & hominem? nonne multò potiùs emiſſum votum ſeruare? Decet vtique.

Turpe (inquit Ouid.) *referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci,*
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.
Non boue mactato cæleſtia nummina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt & ſine teſte fides.

11. * Adde, quòd is, qui ſe præparare, dirigere, atq; accingere ad ſacroſancti corporis ſumptionem ſtudet, mundo corde, rectâ intentionis deuotâ mente prąditus, à mortali peccato alieniſſimus exiſtat neceſſarium eſt. Sed hæc, quæſo, quis in concubinario Sacerdote requiret, qui indies ad Chriſti corporis conſecrationem accedit? Nonne ille mundus eſt corde, qui cum impuriſſima belua ſeſe commiſcuit? Nonne is rectæ eſt intẽtionis, qui libidinoſis tactibus, amplexibuſque nefariis ſcatet? num ille deuotus eſſe poteſt, qui terrenis atque muliebribus illecebris irreticus detinetur? numquid denique illi mens conſcia recti, & à mortali peccato alieniſſima, qui iam iam contra ſanctorum Patrum decreta, contra diuina mandata apertè peccauerit? Illene ſurſum cor habet, qui obfaſcinatus oculis depreſſus eſt? Sancti eſtote, inquit Dominus, quoniam & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter, *cap. Tenere* 31. *deſtinct.* Quòd ſi laicis ad tempus abſtinere Paulus voluit à coniugali commixtione, & hoc vtique præcepit, multò magis Sacerdotibus, quibus orandi & ſacrificandi iuge eſt officium: iis ergò ſemper matrimonio, ſemper amplexibus venereis carendum eſt, *c. Nam ſicut, c. Eos. d. diſtinct.*

Tertia ratio adduci poteſt iſta, quòd cæleſtia diuinaque myſteria nihil terrenum, nihil abſtractum, nihil extraneis rebus diſtentum velint, ſed abſolutum atque ſimpliciſſimum, vt ita dicam, hominem requirant. Quemadmodum enim animæ ad corpus comparatio nulla eſt, ita nec cæleſtium rerum ad terrena. Quis autem terrenis magis obſtrictus, obnoxius, atque detentus eſt, quàm qui imperio dominæ paret (vt ait Ouidius) imperioſiſſimæ? imò ad ſordidæ mulierculæ nutum bibere, dormire, comedere, largiri, retinere, ac choreas nonnumquam ducere cogitur? * Quis has tantæ audaciæ concubinas eſſe neſcit, vt 12.
primo anno domino ſuo, ſi quam habent, ſupellectilem adſcribant; ſecundo verò proſerpendo communia diuidant? tertio autem anno, non dimidio contentæ, cuiuſnam ſupellex ſit, interrogatæ, noſtra, aiunt. Habes, candide Lector, rationes noſtras, ob quas concubinatum præcipuè Sacerdotibus interdictum arbitramur. Ex quibus ſatis liquidũ euadit vtrùm iura naturæ immutabilia ſint, necne.

* Supereſt, vt quæ calamitas, quis morbus, 13.
quidve mali ex huiuſmodi pernitioſiſſimo vitæ inſtituto Reipublicæ Chriſtianæ accidat, diſpiciamus. Primò, inquit Ioan. Anania, *in c. Significauit X. De adult.* laicorum corda ſcandalizantur. Secundò vituperatur officiũ & ordo ſacerdotalis. Poſtremò ſubditis materiam peccandi præſtari arbitratur. Verùm vt hæc diligentiùs excutiamus, operæpretium erit, atque videamus, quæſo, quid laicos ſcandalizari interpretetur. Et nihil me hercule aliud eſt, quã tale quid ſuo ordine indignum perpetrare, ex quo ad ſimilia & peiora perpetranda laici peſſimo tamẽ ſuaſu perducantur, vt & Hoſtienſis, *in Summa tit. De renuntiat.* Card. *in Clem.* 1. *De offic. ordin.* notavit, quem cæteri DD. *in c.* 2. *D.* *noui*

*noui oper.nunciat.c.Magnæ De voto,c.Qui ſcan-
dalizauerint De reg.iur in antiq.*ſequuntur. Cum
enim eos Sacerdotes,qui ab ipſo Chriſto tanta
in reuerentia habiti ſunt,quibus ſua colla ſub-
mittunt Principes ,*can. Duo* 96. *diſtinct.* qui
quotidie pro plebe intercedere debent, ita vt
hominum peccata comedere dicantur,*can. Ipſi
Sacerdotes* 1.*q.*1.Accurſ.*in l.Inter claras Cod.De
ſacroſ.Eccl. in l.miles D.De re judic.* fornicatio-
14. nibus indulgere conſpiciunt;* cùm eos,qui lu-
men mundi eſſe dicuntur, *can. Sacerdotes* 94.
*diſtinct.*quibus ſuum gregē commiſit Seruator
noſter ſacroſanctiſſimus, quibus id ſolis datū
eſt,quod ne Angelis quidem contingit,vide-
licet ſacerrimum Ieſu Chriſti corpus conſecra-
re,*can.Ecce ego circa mod.* 95.*diſtinct.* potioni-
bus & ſcortationibus vacare aduertunt: quo
pacto(inquit Roffenſis)obſecro,fieri non poſ-
ſet,quin in omnium malorum barathrum ſeſe
vulgus præceps coniiceret,cùm delicta maiorū
ſæpenumerò ab aliis in exemplum trahantur?
c. Præcipuè XI. *q.* 3. * Eapropter haud dubiè
15. Chriſtus, cùm puſillum admodū haberet gre-
gem,duodecim Apoſtolos inſtituit,quibus(vti
mox diximus)LXXII.Diſcipulos adiecit, vtriſ-
que mandans,vt docerent populum: Petro ta-
men, quem ſuo gregi primarium reliquit Pa-
ſtorem,id officij peculiariùs iniunxit, nimirū
vt,ſi ſe amaret,gregem ſuum ſtudioſè paſceret.
Præter hæc & Apoſtolis ſiue per Chriſtū, ſiue
per Chriſti ſpiritum facta eſt poteſtas,vt illi pro
ſuo iudicio Preſbyteros cōſecrarent, conſecra-
toſque præficerent Eccleſiis. Quantùm igitur
peccent tantâ dignitate fulgentes, plebique,
quā inſtruere deberent, ſcandala proponant,
paſſim nobis teſtatur Eccleſia,cùm & in extre-
mo iudicio,in anguſtiſſimo, *. diſtrictiſſimoq;
16. illo computu ſubditorum ſanguinem de Præ-
latorū manibus requirendum eſſe explicat,*not.
DD.in can.Peruenit.*18.*diſtinct c.Irrefragabili De
off.ordin.c.Licet Hely De ſimonia, Præpoſ.in can.
Quod ad nos* 47. *diſtinct.* Quare optimum erit
atque decentiſſimum ita Sacerdotem viuere,
qualiter laicum inſtruit;ita ſeſe componere, vt
verbis vita correſpondeat.Quod ſi ita fecerit,
optimè ſperandum erit, & alios ipſius exem-
plum imitantes à ſceleribus faciliùs abſtinere
poſſe, quemadmodum ad hunc modum cele-
berrimè Claudianus cecinit:

*Incommune iubes,ſi quid cenſeſq; tenendum,
Primus iuſſa ſubi.Tunc obſeruantior æqui
Fit populus,nec ferre vetat,cùm viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum,nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent,quàm vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.*

Vituperari rurſum ordinem ſacerdotalem
à vulgo hac occaſione quis ignorat?*præcipuè
17. cùm laici Clericis oppidò infeſti reperiantur,
can.Laicos 2.*quæſt.*7. vt variis in locis oſtendit
Innocentius,*c.Clericis De immunit Eccl. li.*6.&
poſt eum Speculator,*in tit.De inquiſit.*§.2.*verſ.
vt autem,** ille,inquam,Innoc.qui, vti eximiū 18.
ducem decuit,& Paſtorem vigilantiſſimum,id
vitâ,moribus & doctrinâ præſtitit,quod & ab
aliis obſeruandū ſtatuit,nobis eximiā ſanè,
peculiarem,& admirandam ſcientiam, Verita-
tis pater nūcupatus.Nonne indies vitia noſtræ
auribus noſtris obiiciunt pſeudocatholici?Hic
potat,inquiunt,hic ſcortatur, ille auaritiæ de-
ditus eſt,iſte apoſtatā agit:quòd ſi ea, quæ nos
docent,veritatē ſaperent,vel ipſi in primis ab-
ſtinerent.Falſa igitur ſunt omnia,valeant,eant,
& ſi quæ peiora excogitari poſſent, obtrudunt
*Nonne ex puſillo duodecim Apoſtolorū nu- 19.
mero Iudas Iſcarioth repertus eſt,qui Dominū
ſuum,Creatorem ſuum,Deum ſuum, quem ob
collata beneficia maximè dilexiſſe debebat,
traderet,atque in eius mortem conſpiraret?An
igitur ob id cæteri Apoſtoli incuſandi ſunt?id
ne Petrus potuit? id ne potuit Ioannes? id ne
cæteri? minimè gentium. Anne in tuo vitæ ge-
nere,quicūq; es,quæſo, bone vir,quod vitupe-
rio dignum ſit,reperiatur?Nonne ſæpenumero
& ſartores pannū,& farinam molitores, & ar-
gentum aurifabri furati ſunt, & defraudarunt
piſtores menſuras?deceperūt caupones?nec ta-
men ex eo ordinem totum abominabilē con-
fitereris,niſi & tutè ipſius vitium velis propa-
lare. Neceſſarium eſt tamen id Prælatos,id Sa-
cerdotes,id obſeruare Clericos, vt omnē lapi-
dē,in quē quiſque laicorum poſſet impingere,
ſemoueant, cùm ad maledicēdum nihil vulgo
pronius ſit. Sanè quod alij ex huiuſmodi vita
peccandi ambiant anſam,inde prouenire Ioan.
de Anania arbitrabatur, quòd ea, quę duces
ſuos, animarū ſuarū gubernatores, perpetrare
conſpiciunt, & ſibi magis conceſſa eſſe perſua-
ſum habeant,ſecundùm Claudiani dictum:

*Scilicet in vulgus manant exempla regentum
Vtq; ducum lituos,ſic mores caſtra ſequuntur.* 20.

Sed & ipſe Chriſtus omninò à Sacerdotibus
ſcandalum amotū eſſe voluit,cùm ad Moyſen,
vt in Leuitico apparet, hoc pacto locutus eſt:
Si Sacerdos, qui eſt vnctus, peccauerit, faciet
delinquere populum dicentem, Vbi eſt Deus
Clericorum? *c. Magnæ deuotionis X.De voto:*

CAPVT IV.

Concubinatus in Subdiacono ac Diacono reprobatus.

SVMMARIVM.

1. *Subdiaconus continere debet.*
2. *Vtrùm Sacerdotis nomine hîc Subdiaconus contineatur.*

QVamuis hucuſque principaliter à nobis concubinatus, ſacerdotaliſque fornicatio reprobata ſit,non tamen ex eo quiſquam ſibi perſuaſum habeat velim,in Subdiaconatus

ordine conſtituto permiſſum eſſe: quod etſi nonnihil attigimus, latioribus probationibus dilucidum facere libuit.* Si quis inquit
1. Alexander III. *can. Si quis* 32. *diſt. can. Decernimus, can. Quando* 28. *diſtinct.* eorum, qui ad Clerum accedunt, voluerit nuptiali jure mulieri copulari, hoc ante ordinationem Subdiaconatus facere debet: lex enim continentiæ eadem & altaris miniſtris, quæ Epiſcopis aut Presbyteris. Quis enim non corpore & animâ mundus eſſe debet, cuius calicem & patenam ad altare Chriſti deferre, Sacerdotibus adſiſtere, & omnibus miniſteriis inſervire, peculiare munus eſt? *can. Perlectis* 25. *diſtinct.* cùm & his quoque certiſſimò dictum conſtet, *Mundamini, qui circumfertis vaſa Domini.* Quid enim tibi, inquit Hieronymus, ô Clerice, cum fæminis: qui Domini ad altare famularis? Idem de Diacono dicendũ erit, *d. can. Quando Epiſcopus* 31 *dict. & can.* 1. 32. *diſtinct.* Etſi tamẽ peculiariter de Diaconibus Subdiaconibuſque Canones non meminiſſent, nihilominus eos ſub Sacerdotis appellatione contentos fuiſſe conſtat, optimè vt
2. Decreta repãdunt.* Si quiſquam Sacerdotum (inquit Eugenius Pontifex) id eſt Presbyter, Diaconus, Subdiaconus &c. Quod tamen non ſemper verũ eſſe ibi Panormit. docuit, ſed tunc demùm, cùm expreſſo textu declarari, demonſtrari, atque oſtendi poteſt, ſi nempe Sacerdotis vocabulo largiùs vti velimus, cùm regulariter in odioſis ſolus Presbyter Sacerdotis nomine comprehendendus ſit: odia namque reſtringi, & fauores ampliari didicimus. Huic ſententię poſt Butrigariũ adſtipulantur Archidiaconus & Præpoſitus, *in can. Seruanda* 32. *diſtinct.* nec reprobant cæteri, *in cap.* 1. *De filiis presbyt.* Gloſſa. *in cap.* 1. *in V. Clericus. De temp. ordinat l.* 6. præterquàm quòd And. Barbatiæ viſum ſit, ſemper etiam in minoribus conſtitutos Sacerdotis appellatione comprehendi, quando materia proportionabilis & congruens omnibus eſſe poteſt, ſiue pœnalis ſiue fauorabilis reperire queat.

CAPVT V.

Sacris initiati quarum feminarum famulitio vti debeant.

SVMMARIVM.

1. *Quarum mulierũ famulitio Sacerdotes vtantur.*
2. *Nimia familiaritas vitanda.*
3. *Error Regis Salomonis.*
4. *Sampſonis infortunium.*
5. *Laus Hiſpanorum Sacerdotum.*

QVarum igitur mulierum famulitio, quarum familiaritate vti poſſint ij, qui ſacris
1. ordinibus deſtinati ſunt, diſpiciamus.* Et ſanè (vt breuiter rem expediamus) earum minimè, de quibus ſiniſtri quid quiſpiam ſuſpicari poſſit, *c. De cohabit. Cleric. & mulier.* etiamſi cõſanguinitate cõvinctæ fuerint. Licet enim naturale fœdus nihil ſævi criminis ſuſpicari permittat in talibus,* ex nimia tamen familiaritate ſiniſtram opinionẽ introduci poſſe Ioan- 2.
nes de S. Antonio optimè arbitratus eſt, *c. A nobis d. t. l. Cùm quis Cod. De Epiſcopis & Clericis:* nonnumquã enim (prô dolor) cum filiabus ſuis indignũ quid perpetraſſe quoſdã legimus. Vnde prudentiſſimè Hieronymus conſuluit, Hoſpitiolum tuum, inquit, aut rarò aut numquam mulierum pedes terant, quia non poteſt toto corde cum Deo habitare, qui fæminarum acceſſibus copulatur. Fęmina conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit. Numquam de formis mulierum diſputes: fæminæ nomen tuum nouerint, vultum neſciant. Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt ergò tangere, *can. Hoſpitolium* 32. *diſtinct.* *Numquid enim Salomon, qui in ſapiendo ſibi parem non 3.
habuit, immoderato vſu atque aſſiduitate mulierum ad hoc vſque perductus eſt, vt templum idolis fabricaret, & qui priùs Deo templum conſtruxerat, aſſiduitate libidinis etiam perfidiæ ſubſtratus, idolis conſtruere templa nõ timuit? *can. Salomon* XXXII. *q.* 4.* Nonne Sampſõ incomparabilis fortitudinis ab vna Dalida 4.
pellectus deceptus eſt? Poſſem equidem hæc pluribus exemplis demonſtrare, quibus fęminę exitium pepererunt, niſi hæc ſufficere arbitrarer. Quòd ſi hi igitur per nimiam fæminarum conuerſationem deſtructi, corrupti atque decepti ſint, an nos iis ſapientiores fortioreſque erimus? nonne in Prouerbiis, *c.* 6. *Prou.* hoc pacto legimus, Numquid homo poteſt abſcondere ignẽ in ſinu ſuo, & veſtimenta eius non ardeant, aut ambulare ſub pruinas, & non comburantur plantæ eius? Eas igitur fæminas ſibi deligant, ſuiſque ſecum in ædibus habitare permittant, in quas nulla cadit ſiniſtra fornicationis ſuſpicio, vetulas, inquam, probatæ & caſtæ vitæ matronas, matrem, ſororem, & ſi quæ his ſimiles ſunt, *c. interdixit* 31. *diſtinct. cap. Volumus* 81. *diſt. l. Eum qui Cod. De Epiſc. & Cleric.* ſi nempe (vti facerè commentator intelligit) pediſſequas elegantioris atque decentis formæ non habeant. Vbi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt, *c. Oportet* 81. *dict.* Ex cohabitatione namq; acceſſum præſumi veriſimilius eſt, *c. Definimus.* XXVII. *q.* 2.* Quamobrem (ſi tamen vera ſint, quæ nobis quidam retulere) ſummis 5.
laudibus Hiſpanorum Sacerdotes euehendi ſunt, quòd videlicet fæminarum famulitio numquam, ſed virorum ſenum præcipuè tantummodò vtantur obſequio. Nec ſeſe peius Chriſtiana noſtra Reſpublica haberent, ſi & in noſtris finibus eadem viuendi conditio obſeruaretur. Quod vt fiat, orandus eſt ille, qui in ſæcula eſt benedictus.

FINIS.

PETRI

PETRI PECKII TRACTATVS DE SACROSANCTIS ET CATHOLICIS CHRISTI ECCLESIIS REPARANDIS AC REFICIENDIS.

Ampliſsimis & Clariſsimis viris ac Dominis, PRÆSIDI ET CONSILIARIIS Regiæ Catholicæ Maieſtatis, in magno Senatu Belgico, in oppido Mechlinienſi, Dominis ſuis perpetuo obſeruandis,

PETRVS PECKIVS I. C.

S. P. D.

RECTE dixit Plutarchus, triplex eſſe vitæ genus. Primum quidem actiuum: Contemplatiuum alterum: Tertium voluptuoſum: hoc ſanè diſſolutum & voluptatis mancipium, belluarum eſt, & infimorum hominum. Actiuum autem, ſi philoſopia, arte & eruditione caruerit, ineptum eſt, multiſque delictis inuoluitur. Speculatiuum, ſi ab actiuo ſeiungitur, inutile. Quod ſi tamen altero iſtorum carendum ſit, nihil planè dubito, quin plus damni Reipub. ab his ſit, qui nulla iuris cognitione circa tribunalia verſantur, rabulæq; forenſes eſſe malunt; quam ab his, qui ſcholaſticæ iuriſprudentiæ regulis formati, & veterum conſultorum reſponſis aſſueti, aliquantulum ad adhuc à foro atque forenſibus actionibus alieni & peregrini eſſe videntur. Hi enim, tametſi nondum ſingulas rerum cauſarum & perſonarum circumſtantias ad amuſſim diſcernere queant, legum tamen ſanctiones callent: quid actori vel reo tribuendum ſit: quis in iudiciis ordo ſeruandus ſit: quoties citationes repetere, dilationes producere,

 teſtium

teſtium productionem prorogare: qui in eorum perſonas excipere, aut ſtatuere liceat, probè norunt, quid operetur in cauſa concluſio, quibus modis ſententia ferenda & dictanda ſit, vnde illius executio peti, ſiſti aut impediri poſſit: ex ipſis iuris voluminibus didicerunt. Illi verò, præter aliquot terminorũ & conſuetudinum, obſeruationẽ quid iuſtũ aut iniuſtum ſit, ignorant: vim & effectum verborum quæ proferunt, picarum more non intelligunt: quid ſit praxis, cuius ſe peritos eſſe gloriantur, non capint: de vltimo atque extremo fine ad quem omnia referri debent, interrogati, obmuteſcunt, & denique ex ſuo cerebro incoctoque animi iudicio leges figunt atque refigunt. Ingentis igitur fœlicitatis & diuini fauoris eſt, ſi alicui vtrumque Deus contulit, & is vere ac perfectè Iureconſultus eſſe, dicique poteſt, qui vſum & contemplationem coniunxit, legumque & conſuetudinis eius qua in ciuitate vtimur, & ad reſpondendũ & ad agendum, & ad cauendum peritus eſt. Quod minimè olim ignorantes maiores & anteceſſores noſti almæ & nobil. iſtius Acad. Profeſ. celeberrimi, quos cum veterib. illis iuris Interpretibus, quorum ſcripta opuiis vlnis excipit & exoſculatur vniuerſus terrarum orbis, optimo iure comparari potuiſſe conſtat: non ſolùm intra nudæ ac ſimplicis contemplationis ſeu profeſſionis cancellos aut limites conſtiterunt, verùm etiam longius progreſſi, his potiſſimum temporibus, quib. à docendi munere otium eſſe ſolet, iudiciarias litigantium contentiones diligenter euoluere, conſuetudines & ſtatuta locorum ex his & aliis obſeruare, acta & formulas quorumcunque iudiciorum exactius cognoſcere, & ſic clientibus, etiam ex longinquis, exteris, & remotè diſſitis regionibus huc venientibus, de iure reſpondere, cœperunt: vt eorum domus (quod de Q. Mutij ianua & veſtibulo dixit Cicero) totius ciuitatis oraculum quoddam eſſe videretur. Et quemadmodum auditorio ſuo non defuerunt, quod doctiſſimæ & luculeniſſimæ ipſorum annotationes oſtendunt: ita quoque longè maiore cum fructu ſtudioſam iuuentutum inſtituerunt, exemplo Bartoli, Baldi, Alberici, Alexandri, Socyni, Iaſonis & aliorum, quorum libri, eiuſmodi conſuetudinum & ſtatutorum pleni, ac conſilia euidenter demonſtrant, iuris profeſſorem ab actiua vita, vſu, & exercitio rerum forenſium ſeu politicarum, minimè debere eſſe alienum, vt dum vel ſacros canones, vel leges ciuiles Romanorum, publicè auditorib. interpretatur, vna etiam deſignare poſſit, quid in his antiquatum ſit, in quo ab his receſſum ſit, & quatenus eorũ vſus in hac temporis variatione remanſit. Et cum hoc prudens eorũ conſilium, omnib. bonis, doctis, & fæliciter in Rep. verſantibus, plurimũ commendari atque probari animaduerterem: vtique octodecim his annis, quib. iura partim Canonica partim ciuilia hic publicè profeſſus ſum, ſedulam operam dedi, vt eorum veſtigiis inhærendo, ea potiſſimum obſeruarem, quæ ex

more ſeu conſuetudine huius noſtræ regionis dependent, & vel ad confirmationem iuris ſcripti pertinent, vel aliquid ex eo innouant vel immutant. Maximè verò poſteriore hoc ſeptennio, quo ſacroſanctæ Catholicæ Chriſti Eccleſ. vim hæreticorum paſſæ, & ab his violatæ, confractæ, dirutæ, fœdis incendiis vaſtatæ, & ſpoliatæ ſunt, & quo inter clerum qui decimas percipit, & inter populum qui eas ſoluit, magnæ, graues & plurimæ, de earum reparatione lites exortæ ſunt: ingenium meum ad hoc intendere cœpi, vt quid de ea vel à veterib. deciſum eſſet, vel recenter in iudiciis pronunciatū foret in ſacro Oecumenico Concilio Trid. nuper decretū extaret, cognoſcerē: cognitum ad honorem DEI Opt. Max. in vnum volumen colligerem, collectum bono publico emitterem, emiſſum verò veſtræ amplitudini dedicarem. Nam cum prædicta noſtra Vniuerſitas Louanienſis, vos Ampliſſimos & clariſſimos viros, veſtrumque celebrem, integrum, incorruptum & doctum Senatum, quem infra hominum memoriā celeberrimis quinque iuris profeſſoribus ex ſuo corpore tranſlatis, auctum fuiſſe meminit; magni patroni loco habuerit ſemper: & cum nuper hoc veſtrum de me fuiſſe iudicium palam ſit, vt me non indignum veſtro ordine exiſtimaretis: ingratus profectò eſſem, ſi non aliqua ratione grati animi teſtificationem vobis exhiberem. Et proinde exigiuum hunc libellum, obſeruantiæ & propenſæ meæ erga veſtram amplitudinem voluntatis teſtem ac indicem, ad vos mitto, orans & obſecrans, vt pro ſolita veſtra humanitate ac beneuolentia, benigna lætaque fronte eum accipiatis, nec rem ipſam reſpiciatis, ſed mittentis animum, qui erga vos talis eſt, qualem eſſe oportet fidelis liberti in optimum patronum. Louanij 4. Calendis Aprilis. Anno Domini 1573.

DE SACROSANCTIS ET CATHOLICIS CHRISTI ECCLESIIS REPARANDIS AC REFICIENDIS

Præfatio.

SVMMARIVM.

1. *Deploratio huius temporis.*
2. *Sacra qua veneratione ſint tractanda.*
3. *Hæretici corrumpunt textum iuris ciuilis.*
4. *Crucis veneratio quanta ſit.*
5. *Religio contempta quo pacto ſeipſam vlta ſit apud Gentiles.*
6. *Supplicia ſacrilegorum quam varia fuerint à Deo inflicta.*
7. *Ratio ſcribendi quæ hic fuit.*

SANCTVS & Regius ille
1. Propheta † Dauid deplo-
rando olim incendiũ tem-
pli,& vaſtationẽ vrbis ſan-
ctæ,& calamitates populi
*Pſ.*78. his veabis vſus eſt:
*Deus,venerunt gentes in hæreditatem tuam,polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalẽ in aceruos lapidum. Poſuerunt cadauera ſeruorum tuorũ eſcas volatibus cæli,carnes ſanctorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorũ tanquã aquã in circuitu Hieruſalem,& nõ erat qui ſepeliret.*Et rurſum *Pſal.*73*Rugierunt qui oderunt te in medio Synagogarum tuarum.Poſuerunt ſigna ſua,ſigna.Quaſi in ſilua lignorũ ſecuribus exſciderũt ianuas eius in id ipſũ, in ſecuri & aſcia deiecerunt eam. Incenderunt igni ſanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculũ niminis tui Dixerunt in corde ſuo, quieſcere faciamus omnes dies feſtos à terra. Signa noſtra non vidimus,iam non eſt Propheta,& nos non cognoſcet amplius.* Eadem ſanè verba & quilibet Catholicus in ſancta Catholica Chriſti Eccleſia natus,baptizatus & inſtitutus, meritò calamitoſis iſtis temporibus proferre poteſt. Vidimus enim ſuperioribus annis, imò hac præterita æſtate, & adhuc(proh dolor) videmus, & videre cogimur, hoſtem crucis Domini debacchantem, ornamenta templi ſanctiſſimi diſturbantem, quemadmodum lignator arbores cædit in ſylua. Incendit igne quod non poterat exſcindi ferro, polluit ſacrilegio tabernaculũ nominis Domini, nec in horrea modo illud commutauit, verumetiam equorum ex eo ſtapulũ fecit, effudit ſanguinẽ ſanctorũ ſacerdotũ, cadauera eorũ obiecit beſtijs terræ, ſignum Saluatoris noſtri, victorioſam ſcilicet & glorioſiſſimam Crucem, plæriſque in locis non vidimus, & in eo ipſo loco vbi tremendum Deo ſacrificium non ita pridem oblatum fuit,furcam erectam videre licuit. Dicam cum magno illo Baſilio epiſtola ſexta, & epiſtola decimaſeptima. *Domus precationum clauſæ ſunt, Altaria cultu ſpirituali vacant, ſpreta ſunt Patrum decreta, traditiones Apoſtolicæ nihili ſunt,recentiorum hominum adinuentiones ad gubernandas Eccleſias vſurpantur,pelluntur paſtores ſubintroducuntur in eorum locũ lupi graues,gregem Chriſti diſsipantes:ædes oratoriæ cõcionibus Eccleſiaſticis deſtitutæ, ſolitudines refertæ ſunt plangentibus,ſeniores lamentantur,vetera præſentibus conferentes, iuniores hoc ſunt mirabiliores quòd quibus bonis priuati ſunt, ignorant.*Scribit ad Theophilum † Alexandrinum Epiſcopum beatus Hieronymus : *Diſcant qui ignorant eruditi teſtimonijs* 2.
ſcripturarum, qua debeant veneratione ſancta ſuſcipere,& Altaris Chriſti miniſterio deſeruire ſanctoſque calices, & ſancta velamina, & cætera quæ ad cultũ Dominicæ paſsionis pertinent venerari,non quaſi anima & ſenſu carentia,& ſanctimoniã nõ habentia, ſed ex conſortio corporis & ſanguinis Domini eadẽ qua corpus eius & ſanguis, maieſtate veneranda. At è contra ſcribunt inſani hæretici & ad incendium orbis Chriſtiani nati, nihil templis opus eſſe. Immò † manifeſtè corrumpentes apertum textum *in leg.vnica.Codice nemini licet.*
ſig. ſalu &c. in quo ſcriptum eſt : *Signum Sal-* 3.
uatoris noſtris nemini licere vel in ſolo,vel in ſilice,vel in marmoribus humi poſitis inſculpere vel pingere. dicunt ſublatis illis verbis medijs (*humi poſitis*) tantum legendum eſſe : Nemini licere ſignum Saluatoris noſtri vel in ſolo vel in ſilice vel in marmoribus inſculpere. Non conſiderantes rationem in eodem textu appoſitam, & eorum errores conuincentem, neque attendentes ad reliquas religioſiſſimi Principis Iuſtiniani Conſtitutiones,qui *in authentic. de monachis,*ſic ait:*Si quis ædificare venerabile monaſterium voluerit, non prius licentiam eſſe hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Epiſcopum aduocet,& ille extendat manus ad cælum,& per orationem locum conſecret Deo,figens in eo ſalutis noſtræ ſignum. Dicimus autem adorandam & honorandam verè crucẽ.* Et iterum *in authent de Eccleſijs titul.*§. *ſi quis* (inquit) *voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monaſterium,non aliter inchoandam fabricam, niſi locorũ ſanctiſsimus Epiſcopus oratorium ei fe-*
*cerit.&† venerabilem fixerit crucem.*Sed quid de- 4.
dit eos Deus in reprobum ſenſum, vt videntes non videant, & in ipſo meridie cæcutiant, ſatiſque perſpicuum eſt illos dæmonibus agi, qui

qui cum dicturis & imaginibus, non dicam parentum & amicorum ſuorum, ſed turpiſſimorum adulterorum fornicatorum, & libidinoſorum hominum ac fabuloſarum dearum, in cubiculis ſuis magno etiam cum ſcelere ſæpiſſimè oblectantur, crucem tamen hanc adeò non ferunt in Chriſti ſacris ædibus vſurpari, quæ eſt veteris victoriæ trophæum, quo non aliter coërceri Cacodæmones ſcribit Chryſoſtom *homil ad Roman.* quam ſerpentes carminibus. Et planius *in epiſtol. ad Philippenſ.* teſtatur Theophorus ille Ignatius, dæmones omnem mouere lapidem ad Crucem Chriſti ſibi exoſam abolendam Et niſi impijs illorum conatibus reſiſteretur, Chriſtianam religionem in paganiſmum prorſus conuerterent: Sanè cùm hęc animum meum ſubit cogitatio, quam ſæpe contempta religio ſeipſam vlta eſt,
5. quam † horribili & ſubita vindicta impios oppreſſit, nemini pepercit, ſuâ ipſa iniuriâ proſecuta eſt, & quam præſentibus pœnis dij iniuriâ ſuam vindicarunt, vt quod Appius Claudius Cenſor cum aduerſus reſponſum ad ſeruos publicos ſacra Herculis tranſtuliſſet, luminibus orbatus eſt: quod Potitiorum gens intra vnius anni tempus extincta eſt: quod cenſor Fuluius, cum ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas regulas abſtuliſſet, quibus ædem Fortunæ equeſtris, quam Romæ fecerat, tegeret & mente captus eſt, & amiſſis duobus filijs in Illyrico militantibus, ſummo animi mœrore conſumptus eſt: quod M. Antonius Turullus, cum apud Coos euerſo Æſculapij Luco claſſem feciſſet, eodem poſtea loco à militibus Cæſaris interfectus eſt: quod Pyrrhus ſublata ex theſauro Proſerpinæ pecunia naufragium fecit, ac vicinis Deæ littoribus illiſus eſt, vt refert Lactantius libro ſecundo cap. octauo: quod Apollo, Carthagine à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus id egit, vt ſacrilega manus inter fragmenta eius abſciſſa inueniretur: quod Brentius Gallorum Dux, Delphis templum ingreſſus, Dei voluntate in ſe manus vertit: quod Mileſia Ceres Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum ſpoliaturi irruperant, manuſque & oculos ad prædam parauerant, flamma obiecta oculis priuauit, vt ſub capite de neglecta religione refert Valerius: quod hoſtes templum Thebanem ſpoliantes, teſte Plutarcho de ſera numinis vindicta, omnes male poſtea perierunt: quod ſacrilegus miles eodem authore admirabili Dei iudicio à cane proditus & punitus eſt: quod cum Cambyſes maioris Cyri filius, quinquaginta hominum millia ad diripiendum & incendendum Ammonis templum miſiſſet, ingens illa hominũ manus cum inter Oaſim & Ammonios pranſa eſſet, ſubita ventorum tempeſtate priuſquam ad locum veniretur, arenarum cumulis obruta eſt: quod aurum Tholoſanum abijt in prouerbium, vt quod ſacrilegio quæſitum exitio eſſet attingentibus. Et vt omiſſis profanorum templorum expilationibus ac fabuloſis dijs, ad eas Eccleſias † me conuertam, in quibus verus 6.
Deus, præter quem alium non cognoſcimus, colitur: quando cum animo reputo meo, quod impius Rex Balthaſar, qui ſpoliato templo Domini ſacra vaſa delitijs ſuis applicabat, & ex iiſdẽ cum ſcortis & alijs nefarijs & ſceleratis hominibus bibebat, ſubitanea morte eſt extinctus, *vt eſt in lib. Dan. c.* 5. quod nefarius Apoſtata Iulianus, qui theſauros Eccleſiæ in ſuũ luxum conuerterat, ſagitta è cœlo Miſſa vulneratus occubuit: quod ſceleratiſſimi Eccleſiarũ euerſoris Hunnerici putrefactũ & ebulliens vermibus non corpus, ſed partes corporis eius, viderentur eſſe ſepultæ: quod ſacrilegus Proculus, qui de pallijs Altaris per nefas camiſias ſibi & femoralia faciebat, fruſtatim ſibi comedens linguam, in breui turpiſſima conſumptus eſt morte, *vt refert Victor de perſ. VVand. lib.* 1. *& lib.* 3. *in fin.* quod Tyranni qui cœca quadam mentis inſania ad bellum cum Deo gerendum impulſi, virus acerbitatis, & maleuolentiæ ſuæ, ante tempora Conſtantini contra Eccleſiarum ædificia (contra Deum enim non poterant) inſtar canum rabie furentes euomerant, procella cælitus excitata, vno momento obruti extinctique fuerunt, adeo vt neque genus neque ſemen neque minima memoriæ eorum ſignificatio inter homines remaneret, ſed omnes licet permulti eſſent, plagis diuinitus inflictis excruciati, oppreſſique interierunt, *vt author eſt Euſebius in orat. de laud. Conſt.* vtique horrore magno corripior, pauere incipio, & altiſſimis animi ſuſpirijs eorum veſaniam deploro, qui cum ipſo numine prælium ſuſcipere minime veriti, non ita pridem templa precibus dicata, impetu animi ardentiſſimo, maximis viribus & copijs, concuſſis illorum fundamentis, diruerunt, Eccleſiaſque prorſus delere cogitantes, omnibus machinis Deum, qui oculis cerni nequit, expugnare, infinitaque verba plena blaſphemiæ in eum iacere intorquereque cœperunt. Succurrit etiam nonnunquam horrendum Gaufridis Angeli exemplum, qui ſub Rege Stephano monaſterium Raijmeſeijenſe inuaſit, nec veritus fuerat expulſis monachis locum tam celebrem & ſanctum facere ſpeluncam latronum, & ſanctuarium Dei in domicilium diaboli conuertere. Inter conſertas enim ſuorum cateruas, viliſſimi peditis ſagitta in capite percuſſus & abſumptus eſt, cum paulo ante parietes Eccleſiæ, quam inuaſerat, & clauſtri adiacentis in deteſtationem tanti criminis verum ſanguinem ſudaſſent, *vt refert Guilielmus Neubrigenſis rer. Anglic. libr.* 1. *ca.* 11. Et iterum, quod *in vita Regis Childeberti* ſcribit Ganguinus, quod miles qui ob res ciuium in templũ illatas acquirendas Eccleſiam beati Iuliani martyris refractis foribus inuaſerat, & cuncta diripiens exportauerat, diuina vindicta

dicta punitus fuit; Sicut & idem *vita Lotarij Regis* teſtatur, quod cùm Lotarius Gallorum Rex, bona Eccleſiæ vſurpare inſtituiſſet, vnus tantũ Turonorum Antiſtes ei reſtitit, dicens: *Si quæ Deo dicata ſunt, auferas, regnum à te auferet Deus.* Sed quid? Nam exempla eiuſmodi eos non mouent, cùm ad omnem pietatem aures & oculos occluſerint. Non ſemel cogitant quod calices ſacri, linteamina ſacra & veſtes Deo dicatæ eos accuſabunt, cùm maieſtas venerit iudicantis: quod induunt ſe maledictione ſicut veſtimento: & quod hæc eos acrius perſequentur, flammantem gehennam cùm cœperint poſſidere. Quamobrem vt prædictus S. ille Dauid, & nos dicere poſſumus: *Vſquequò Domine improperabit inimicus, blaſphemabit aduerſarius nomen tuum? At quid retrahis manum tuam & dexteram tuam, de medio ſinu tuo tolle eam? Vt quid Deus repuliſti in perpetuum, iratus eſt furor ſuper oues paſcuæ tuæ? Memor eſto congregationis tuæ, quã poſſedſti ab initio, virgæ hæreditatis tuæ quam redemiſti, montis Sion, in quo habitaſti. Leua greſſus tuos, vt vaſtes in perpetuum hoſtes vniuerſos, qui mala intulerunt ſanctuario tuo. Ne tradas beſtijs animam turturis tuæ, congregationem pauperum tuorum ne obliuiſcaris in perpetuum. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris.* Rectè ſanè ita orandus erit Dominus, ſicut & cum Iuda Machabæo *lib. 2. Mach. c.* 10 poſt dirutũ ac euerſum & deinde reſtauratũ templum orabant Iudæi, ne amplius in talia mala inciderent, & ſi quando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & non barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. Incœpit ſanè pius miſericors & clemens Dominus, qui in occulto habitat, occulta quadam vi & recondita, eorum conatus nuper vindicare. Nonnulli enim qui antè delicatè & moliter vixerant, putabanturque beatiſſimi quique ſemidei omninò ſermone & prædicatione celebrabantur, ſolo eius nutu & potentia extincti fuerunt. Alij qui multis annorum conuerſationibus præclarè omnia & ex animi ſententia proſperè geſſerunt, ſcelerum ſuorum pœnas debitas perſoluerunt, adeò vt inuiti ei, quẽ oppugnabant, cogerentur cedere, terga dare, diuinam eius virtutem agnoſcere. Vnde ſpes bona mihi affulgere cœpit, vt Catholica Eccleſia, quæ tyrannorũ iſtiuſmodi inſidiis obruta, & diaboli pietatis hoſtis, tamquam apri de ſylua inuaſionibus vaſtata, omni impietate purgata, poſt abominationem deſolationis, ad maiorem ſplendorem, quàm qui prius elucebat, reſtituetur, & præter omnium opinionem mirificè enitebit, adeò vt gloria eius poſterior priorem excellet plurimum. Id quod exemplo non caret. Ita enim factum fuiſſe per Zorobabel, cùm templum deſtructum fuiſſet, refert Euſebius *libr.* 10. *cap.* 4. Et Cicero *in Verrem* ſcribens: *Tuus* (inquit) *eſt honos. In illo templo Senatus Populiq́ Romani beneficio, tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecratur. Tibi hæc cura ſuſcipienda eſt, tibi hæc opera ſumenda eſt, vt Capitolium quomodo magnificentius eſt reſtitutum, ſic copioſius ornatum ſit, quam fuit, vt illa flamma diuinitus extitiſſe videatur, non quæ deleret Iouis Opt. Max templũ, ſed quæ præclarius manificentiuſque depoſceret.* Hac igitur† ſpe fretus, in animum meum 7.
induxi, vt quæ de ſacrorum templorum reparatione paſſim & vbique hodie diſputantur, quæruntur & controuertuntur, breui & ſuccincta aliqua methodo explicarem, & vt ſic vniuerſum mundũ, venerabilibus Eccleſiis, auguſtiſque Eccleſiarum ædificiis, vbique terrarum, & in ſingulis vrbibus, pagis ac regionibus erigendis, ſemper ad honorem veri ſummique Dei optaui eſſe florentiſſimum: ita quoque in eam rem labores meos conuerterem, quæ ad earum reparationem, refectionẽ & inſtaurationem pertinere videntur, eoque magis, quod in hoc noſtro Belgio ſint, non dicã multa millia, ſed multa centena millia, quæ genua ſua non curuarunt ante Baal, & quæ ne latum quidem pedẽ receſſerunt ab obedientia Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, ſuæque Maieſtatis. Sed quia vacuus eſt noſter labor, niſi cæleſte numẽ aſpiret; idcircò vt feliciter & inchoare poſſimus, & abſoluere, ſupplici deuotione dicemus, *Veni ſancte Spiritus, & emitte cœlitius lucis tuæ radiũ.*

CAPVT I.

Quid ſit refectio, vel reparatio Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *Reficiendi & reparandi verbum quo pacto accipiatur.*
2. *Reparatio Eccleſiæ an eodem plane modo fieri debet quo ante fuit.*
3. *Legatus ſi ſit calix Eccleſiæ, qualis eſſe debeat.*
4. *Prælatus æquiparatur vſufructuario.*
5. *Ampliatio templi quando eſt permiſſa.*

REFICIENDI ſeu reparandi † verbum 1.
(quod idem eſt, *vt deciſ. ſua* 44. *ait Boërius*) aliter atque aliter pro natura, conditione & qualitate materiæ accipitur, (*vt conſtat ex l.* 1 *ff. de via publica l. vnde* §. *reficere. ff. de itin. actuq́ priuato. l.* 1. *ff. de noui oper. nunciat. l. officialis C. de Epiſcopis & clericis. cum alijs ſimilibus.* Nos verò in propoſito negotio cũ Vlpiano dicimus; Reficere ſeu reparare, eſſe id, quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reſtaurare. *l.* 1. §. *deinde, ff. de riuis.* Et hoc verbo reficiendi, tegere, ſubſtruere, ſarcire, aduehere, & ea quibus ad eandem rem opus eſt, apportare continetur. Ex quo ea inprimis hic naſcitur diſputatio: An detecta, confracta ſeu expilata Eccleſia, is ad quem onus refectionis pertinet, pari omninò modo ac ratione qua ante fuit, eam reparare, atque ei de planè ſimilibus ornamentis prouidere teneatur; † Nam ſi id non 2.
facit,

facit, vtique in priſtinum ſtatum non reſtaurat, quod requirit definitio, neque officio ſuo fungi dicitur, qui deteriore forma aut qualitate aliquid reddit, vel reponit. *l. Sed mihi* §.1 *.ff. Commodati.* Et proinde. *in d.l.* 1 *. ff. de via public. & in d.* §. *reficere.* Iureconſultus, deprimendi ſeu minuendi licentiam, reficere volenti minimè permittit, magnuſque eſt fauor Eccleſiæ, pro qua in ambiguis reſpondendum eſſe, conſuluit Decius *ad l. in ambiguis ff. de reg. iuris.* Id quod euidenter apparet in l. Titia teſtamento, §. Seia ff. de auro &
3. argento legato. Vbi legatum † Eccleſiæ relictum, ex auro præſtandum eſt, ſicut & ſi quis generalibus verbis Eccleſiæ calicem legauerit, de argenteo, aut ſi aurum habeat, de aureo cogitaſſe præſumitur. *Bal. ad l. Si quis ad decli. col p. C. De Epiſcopis & clericis. Anchoranus, Imola & Panormitanus ad c. indicante de teſt. Et lat. Tyr de pia cauſa priu.* 25 *. Capra conſ.* 3 *. Et in l. hact. in fi. ff. de vſufr.* ſcribit Celſus vſufructuariũ (cui prælatum Eccleſiæ æquiparari oſtendunt interpretes, *ad c. Relatum d. tit. de teſtam.*) non ſolum neceſſarias refectiones, ſed etiam voluptatis cauſa ſumptus facere.

Sed cùm non ita Eccleſiæ ratio habenda ſit, vt egeat clerus & prælatus qui in eo eſt, atque ad quem hoc onus reparationis vt plurimum pertinet, *vt ſcribit Iacob. Portius Imolenſis conſ.* 34. & æquius & iuſtius eſſe cenſeo, ſi perpenſis ac ponderatis Eccleſiarum qualitatibus, fructibus, emolumentis, & conditionibus, ad boni æquique Iudicis arbitrium hoc totum referatur. *Bonifacius de Vitalinis & alij ad*
4. *clem.* 1 *. de celebr. miſſ.* Id quod de † vſufructuario, & rei fructuariæ refectione ſtatuunt leges, *l. vſufructu legato. l. Sed & ſi quid. ff. de vſufr.* eundemque vſufructuarium vt voluptuarias impenſas faciat, admittunt, ſi velit, *d l. hactenus in fine.* ſed nulla ratione ad eas cogunt, ſi non velit. *Gloſſ. ad l acquiſſimũ ad verbum fructuarius in fine, eod tit.* Eoque modo fiet, vt ſicut inuitus pro veteribus & detritis noua, pro deterioribus ſeu vilioribus edificijs aut ornamentis pretioſiſſima reddere nõ cogitur, cũ ad id obligatus non ſit: ita quoque, vt neq; nimio & ſuperfluo ſumptu grauetur, qui ipſe forte indiget plurimũ, quod durũ foret, *l. in fundo ff. de rei ven.* neq; nimia ipſius auaritia tenacitate, ſacroſancta Eccleſia, eiuſq; forma, veneratio, & honeſtas deprimatur, quæ res exemplo nõ caret. Nam & is, qui alicui, vel ad alimentorũ vel ad veſtium exhibitionem, ſeu renouationem, aut ex teſtamento defuncti teſtatoris, aut ex partium contrahentium conuentione tenetur, arbitrium iſtiuſmodi recipit, ac ſubit, *l. penul. l. cum vnus* § *ſi ff. de alim. lega. Angel. & Imo. ad l. Neſennius ff. de re iudic. Bart. ad l. fin. ff. de liber. agnoſcend. Cardin. ad clem.* 2 *. q.* 2 *. de vita & honeſtate cleric.* Et cum aliquando in ſupremis Galliarum prætorijs, quæ vulgus parlamenta appellat, ſimilis quæſtio de reparatione Eccleſiarum incidiſſet, præcedente cognitione, miſſiſque qui Eccleſias viſitarent, Commiſſariis, ita res temperata & tractata fuit, vt pro ratione prouentuum & circumſtantiarum, ea refectio publico Senatus decreto decerneretur, *teſte Ioanne Papone in lib. de Arreſt. Galliæ, li.* 1 *. tit.* 1 *.* Et ſane cùm id, quod iuris rigori deeſt, benigno conſilio ſuppleat æquitas, *l. Bona fides, ff. depo. l. placuit. C. de iudic.* & cum † principaliter id agatur in hac reparandarum Eccleſiarum materia, vt earundem vſus & ſacroſancti myſterij exercitium, in priſtinam ſuam dignitatem ac formam reſtituatur, non adeò fixè & ſcrupoloſè verbis definitionum inſiſtendum eſt, quæ in iure noſtro ſolent eſſe periculoſiſſimæ, *l. omnis definitio. ff. de reg. iur.* ſed maiore bono publico ſubinde fiet, ſi templa diuino numini dicata, & citius, & minore reparantis diſpendio reficiantur, quam ſi ſumptuoſiore opere, longioreque atque tardiore manu neglecta differantur. Neque etiam indiſtincte verum eſſe, quod dilatio & extenſio reficere volenti denegatur, ſequenti capite dicemus, & quod legatum Eccleſiæ relictum, ex puriore pretioſioreque materia præſtandum eſſe diximus, fauor Eccleſiæ non efficit, ſed præſumpta & coniecturata defuncti voluntas, qui in d. §. Seia. ad conditionem moreſque Eccleſiæ, in qua non niſi aurea ſeu argentea dona erant, reſpexiſſe videtur, ignorareque non poteſt, ex ſimili materia calices ſacros parandos eſſe, *c, & calix, de conſ. di.* 2 *. id quod eleganter loco mox cit. expendit. Tyraq.* cenſetque Bald. Nouell. *in tract. de dote. par.* 6 *. priuil.* 73 *.* Imo. Iaſon & alij, *ad l. Si ita ſit aſcriptum, ff. de lega.* 1 *.* contra Roman. *ſing.* 515 *.* quod etiam contra Eccleſiam locum habet vulgata iuris regula, quod ſemper in dubijs, id quod minimum eſt, ſequimur. *l. ſemper in obſcuri ff. de reg. iur.*

CAP. III.

Refectionis appellatione, ampliatio ſeu penitus deſtructæ Eccleſię renouatio an contineatur

SVMMARIA.

1. *Verba in legatis ſunt ſtricte accipienda.*
2. *Ampliatio & Reparatio Eccleſiæ quomodo differant.*
3. *Ampliatio Eccleſiæ an poſſit fieri inuitis Parochianis.*
4. *Vſufructuarius an poſſit proprietatem meliorem facere.*

QVoniam verò reficere dicitur, qui quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurat, vt ſuperiore capite latius demonſtratum fuit: alia quoque hinc nata eſt quæſtio.

An

An igitur refectionis nomine, ampliatio, extenſio, & noua Eccleſiæ deſtructæ ædificatio non contineatur, ſcilicet vt is, ad quem onus reparationis pertinet, amplificandæ quoque & de nouo ædificandæ Eccleſiæ ſumptum agnoſcere debeat, necne?

Et ſanè vt omiſſis multis verborum lenonijs, breuiter dicamus quod res eſt, in ea verſor opinione, quod ſi quis vel ex conuentione ac ſtipulatione ædituorum, parochianorum, ſeu aliorum, vel ex defuncti teſtatoris voluntate, ad reparandam & reficiendam Eccleſiam non penitus euerſam obligatus eſt, neque ad nouæ Eccleſiæ in locum veteris extructionem, neque ad antiquæ ampliationem vrgeri poteſt, ideo quod tam in ſtipulationibus, quam in † legatis, verba propriè & ſtrictè
1. accipienda ſunt, & ſemper, niſi aliud appareat, ad id quod minus eſt, referuntur. *l. quicquid, ff. de verborum obligat. l. nummis. l. non aliter, ff. de legat tertio l Apud Iulianum. §. ei. ff. de legat.* 1. *Decius in l in teſtamentis num.* 4. *ff. de regulis. iuris.* Id quod eleganti exemplo, de eo qui reparationis ſeu refectionis promiſſionem fecit, oſtendunt Iaſon *ad l. quo minus col. vlt. ff. de flumi.* Decius *conſ.* 512. & Tyraquellus *ad l. Boues. §. hoc ſermone, numero* 100. *ff. de verb. ſignific.* propriè autem & ſtrictè loquendo, ſicut *teſte Neratio* aliud eſt tueri quod accepimus, aliud de nouo facere quod non habuimus: *l. vſufructuarius nouum, ff. de vſufruct.* ita quoque
2. longe aliud † eſt reficere & reparare, aliud ampliare, & de nouo facere. Illud enim ad id, quod penitus deſtructum non fuit, refertur, *inquit Alciatus ad d. l. primam in princip. n.* 8. *ff. de noui oper. nunciat.* Iſtud verò, ad id quod vel ab initio non fuit vnquam, vel ſi fuit, amplius reparari non poteſt, & plane collapſum eſt, *l. quid tamen. ff. Quibus modis vſufructu. amittit. l. Si ita legatum. §. fin. ff. de lega.* 1. *l.* 3. *§. reficere. ff. de itin. act. priu. l.* 1. *§. penul. ff. de mort. infer. c. conſuluit, & ibi latè Felinus de Iudæis.* Ex quo appoſite *ad l. ius autem ciuile, num.* 18. *ff. de iuſtit. & iure*, reſpondit Iaſon, quod reficiens Eccleſiam funditus deſtructam, dicitur eam de nouo facere, & quod actus, qui ſine licentia Principis ab initio fieri non poteſt, ſine illius conſenſu refici poteſt. *Gloſſa in c. cum acceſſiſſent de Conſtit.*

In eo verò, qui ex iuris diſpoſitione, vel ex conſuetudine loci ad Eccleſiæ reparationem ſeu refectionem obligatus eſt, reſpondendum eſſe cenſeo, quod pro ratione ſuarum facultatum, de quo inferius dicemus, tam ad nouæ Eccleſiæ inſtructionem, quam ad veteris Eccleſiæ augeſcente & creſcente incolarum multitudine, ampliationem tenetur, niſi vel contrario regionis more, vel communi Eccleſiæ ſtatuto, vel amicabili & contraria pactione aliud receptum ſit. Id quod eleganter reſpondit Ioan. Franciſcus Ripa, *tit. de legib. & longa conſuet. reſponſo* 14. *n.* 10. & Aufrerius *dec. Capellæ Toloſanæ* 499. *quæ incipit Item fuit quæſitum, vtrum Rector, &c. quo loco allegatum eſſe video. c. præcipimus* 16. *q.* 1. *c. Ad audientiam &c. de. his de Eccleſ. ædif.* Eoque modo in ſummis Galliarum Prætorijs ſeruari aſſerunt: & eodem quoque modo accipi poteſt, quod *in d. l.* 1. *§. ſi quis ædificium n.* 3. *ff. de noui oper. nunciat.* ait Iaſon, quod is qui de nouo facit & ampliat, impropriè reficere dicitur. Et hanc opinionem ſequitur D. Cardina. *ad d. c. de. his de Eccleſ. ædif. in* 1. *notab.* dicens quod clerici tenentur ad fundandas Eccleſias de nouo, ſi populus creſcat, vel alia iuſta cauſa ſubſit, & ſi ad alios hoc onus translatum non ſit.

Quinimò & illud quoque controuerti poſſet, an ſi vltrò & ſponte Eccleſiam veterem ampliare velit, id inuitis alijs ei permittendum ſit necne. Quod intelligo non quando iſtiuſmodi ampliatio, aucto ſubditorū & inhabitantiū numero, incipit eſſe † neceſſaria, quo caſu neque incolæ temerè contradicent, neque 3.
contradicentes facile exaudiendi eſſent, ſed quando caſſante neceſſitate, is ad quem onus refectionis pertinet, beneuolo in Eccleſiam animo, nouis eam ædificijs ornare, atque celebriorem conſtituere inſtituit: id quod olim quidem, poſt initium naſcentis noſtræ religionis frequentius accidit, nunc verò in deterius vergente mundo (proh dolor) rarius contingit. Arbitror autem ferendam non eſſe eam ampliationem, niſi de expenſis futurā futurarum, atque in poſterum faciendarum, illus noui & ampliati operis reparationum, prouideatur Nā cùm † vſufructuarius, etiamſi meliorem domini cauſam facere videatur, ne- 4.
que nouum ædificium conſtruere, neque antiquum ampliare poſſit. *d. l hactenus in fine, & d l. vſufructuarius nouum.* nulla vtique eſt ratio cur id ei qui reparationis onus ſuſtinet, magis indulgeatur. cum in vtriuſque perſona hæc eadem ſubſit cauſa, quod licet in præſentiarum conditio proprietatis & Eccleſiæ melior eſſe exiſtimetur, pro futuris tamen temporibus creſcet onus refectionis, quod ſucceſſor, cui, ſi hæres non ſit, legem imponere non poſſumus. *vt eſt lex. in c.* 1. *qui feud. dare poſſunt. & not. Anto. de Buttio conſ.* 74. *per c. innotuit de elect.* forte agnoſcere non velit, adeoque Eccleſia quę multorum fauſta & hilari acclamatione aucta ſeu ampliata fuit, plurimorum ſcandalo, deteſtatione & obloquio, refectione deſtituta, ac ruinis deformata collabetur, etiam ipſis incolis, in hac pietatis ſenectute ſeu frigiditate, eam deſerentibus, & infauſtis vocibus obmurmurantibus, quod reficere debenti in aliorum præiudicium ſeu grauamen, ampliatio pemitti non debet, *d. §. reficere & d. l.* 1. *ff. de via publica.*

CAP.

CAP. III.

Qui ad reparationem Eccleſiæ teneantur.

SVMMARIVM.

1. *Damni illati reſtitutio ex iure diuino, naturali, & ciuili eſt.*
2. *Eccleſia polluta reconciliatur expenſis polluentis.*
3. *Exempla Regum qui à ſpoliatione templi abſtinuerunt, aut ex his ablata reſtituerunt.*
4. *Exempla iræ diuinæ in ſpoliatores Eccleſiarum.*

AD reparationem ſeu refectionem ſanctiſſimarum & Catholicarum Chriſti Eccleſiarum, ornamentorumque earum, primo loco voco, (ac ſi velit Eccleſia) conueniri poſſe cenſeo impios iconomachos, ſceleratos templorum euerſores, & eos qui diuino timore poſtpoſito, ſacrilegas ſuas manus domui Dei immani furore ac rabie iniecerunt, & id quidem tam ex iure † diuino quo vnuſquiſ-
1. que damnum quod intulit, alteri reſtituere cogitur, *Leui* 5. *Exod.* 12. *&* 22. *cap.* quam ex iure naturæ, quod dictat, damnum ab alio nobis illatum, refundi, *leg. quod ſi Epheſ. ff de eo quod certo loco.* & ſecundùm leges ſcriptas atque Canonicas ſanctiones. Nam vt ad Catholicos Epiſcopos ſcribit Ioannes Octauus Pontifex Maximus: *Si qui monaſteria & alia loca Deo dicata & Eccleſias infringunt, depoſitaq́, vel alia qualibet inde abſtrahunt, damnum nonies componere debent, & veluti ſacrilegi Canonicæ ſententiæ ſubiiciuntur. cap. quiſquis inuentus.* §. *fi.* 17. *q.* 4. Et rurſus paulò ante. *in c. ſi quis*, ait Canon, *Si quis Eccleſiam combuſſerit, quindecim annis pœniteat, & ſedulò reſtituat.* Quomodo & Gregorius Nonus, per Eccleſiaſticas cenſuras ad illatorum damnorum reparationem, pleniſſimamque & abſolutam ſatisfactionem eum compelli voluit, qui venerabilibus Eccleſiis, earumque rebus cladem attuliſſet, *cap. Conqueſtus de foro compet.* Et in ſimili reſpondit D. Cardinalis *ad clem.* 1. *quæſt.* 13. *de celebrat. miſſ. quem ſequitur Felinus. ad cap. accedentes, de Præſcrip.* quod Eccleſia violata debet * reconciliari ſumptibus eius,
2. qui eam violauit, vel cauſam dedit pollutioni & violationi, *arg. cap. Si Canonicus de offic. ordi. in* 6. Et antiquus noſter Florianus ad æſtimationem decimarum in eum actionem concedit, qui ſegetes, ex quibus decimæ debebantur Eccleſiæ, exuſſit, *In l. æquiſſimum.* §. *fructuarius. ff. de vſufruct.* † Intellexit hoc ſa-
3. ne olim Rex Maſiniſſa, cuius cùm præfectus claſſis Melitam appuliſſet, & è phano Deæ Iunonis dentes eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos, ad eum pro dono attuliſſet, vt comperit vnde aduecti eſſent, quinque remigi reportandos Melitam, atque in templo Iunonis collocandos curauit, inſculptis gentis ſuæ literis, ſignificantibus Regem ignorantem eos accepiſſe. Intellexit hoc Cornelius Sylla, qui dimidium Thebani agri Ioui Olympio & Apollini Pythio conſecrauit, vt ex eius fructibus, pecuniæ quas ex ipſorum templis ad alendum exercitum abſtulerat, ipſorum templis reſtituerentur: non ignarus ſacrilegium ſæpius vniuerſi exercitus & Imperatoris exitio expiatum, atque eò grauius, quò tardior pœna ſecuta eſſet. Intellexit hoc etiam Thymaſithæus Liparitanorum Princeps, qui excepta à ciuibus ſuis in freto aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, vt percepit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, eam Delphos perferendam curauit. Author eſt Valerius *lib.* 1. *cap.* 2. Neque hoc latuit Pompeium Magnum, qui, *vt lib.* 14. *cap.* 7. *antiquitatum ſcribit Ioſephus*, tametſi victor effectus, pecunias templi retinere non voluit. Et de Milleſiis *lib.* 6. *cap.* 2. refert Alexander ab Alex. quod oraculo moniti, vberiore impenſa templum incendiis ac ruinis deformatum reſtaurarunt, ita vt ob magnitudinem faſtigio extruendo nullæ contignationes ſuffecerint. Teſtatur etiam Titus Liuius *Romanæ hiſtoriæ lib.* 1. quod egreſſis vrbem Albanis, Romanus miles paſſim publica priuataque omnia tecta adæquabat ſolo, vnaque hora quadringentorum annorum opus quibus Alba ſteterat, excidio & ruinis dedit, templis Deorum (ita enim edictum ab Rege fuerat) temperatum eſt. Adiicimus etiam his Signaldum Aruernorum Præfectum, qui (*vt teſtis eſt Ganguin. in vita Regis Gildeberti*) licentia dominandi elatus, poſteaquam multa ab idolis ſurripuit, villam Buchealenſem, quam Tetradius Eccleſiæ diui Iuliani donauerat, occupauit, inopinanter captus mente, non prius ſui compos factus eſt, quam villam reliquiſſet, compenſatione exhibita earum rerum quas temerè abſtulerat. Et (*vt idem Ganguinus in vita Clotarij recenſet*,) Clotarius Franciæ Rex, non prius animo quietus fuit, quam cum Eccleſiam S. Martini, quam propter hoſtem in ea latitantem, nec prodire volentem, à ſe vna cum eo exuſtam, reparaſſet, & refeciſſet. Poſſent multa alia & ſimilia exempla hoc loco adferri, & ad confirmationem huius noſtræ ſententiæ adduci, ſed rem per ſe claram & euidentem, tam multis teſtimoniis probatam, ſufficit vel nudis oculis indicaſſe. Ex quibus etiam facilè intelligi poteſt, non futilem, vanam ac inanem eſſe præſentem iſtam diſputationem, nec ſemper viles ac pauperes fuiſſe & eſſe eos, qui hoc ſacrilegium committunt, quaſi inanis ſit actio, quam eorum inopia excludat. *l. Nam is. ff. de dolo.* ſicut etiam palàm & publicè notum eſt, calamitoſo hoc tempore fuiſſe aliquos, ſummo loco natos, quos cacadæmonis inſpiratione inflamma-

 tos.

tos, non puduit ſanctiſſima Dei templa adire, præſentia ſua ſceleratiſſimorum hominum audaciam confirmare. Cuperem ſane his eue-
4. niſſe, & adhuc euenire aliis, id * quod 2. *Machabæorum, c.* 3. de Heliodoro ſcriptum eſt; & eleganter commemorat B. Ambroſius *lib.* 2. *offic. cap.* 29. his verbis: *Illud ſanè & diligenter tuendum eſt, vt depoſita viduarum intemerata maneant, ſine vlla ſeruentur offenſione: non ſolum viduarum, ſed etiam omnium. Fides enim exhibenda eſt omnibus, ſed maior eſt viduarum cauſa, & pupillorum. Denique hoc ſolo viduarum nomine (ſicut in libris Machabæorum legimus) commendatum templo, omne ſeruatum eſt. Nam cum iudicium factum eſſet pecuniarum, quas in templo Hieroſolymis maximas reperiri poſſe Simon nefarus, Antiocho Regi prodidit, miſſus in Hieruſalem Heliodorus ad templum venit, & ſummo ſacerdoti aperuit Iudicij inuidiam, & aduentus ſui cauſam. Tunc ſacerdos depoſita eſſe dixit viduarum victualia & pupillorū, quædam autē Hircani Tobiæ viri ſancti, eaq; demonſtrauit, Argenti talenta quadringenta erant, auri verò ducenta. Quæ cum Heliodorus ereptum ire vellet, & Regis vendicare commodis, ſacerdotes ante altare iactauerunt ſe induti ſacerdotales ſtolas, & Deum viuū qui depoſitis legem dederat, flentes inuocabant, cuſtodem ſe præceptorum præſtare ſuorum. Vultus vero & color ſummi ſacerdotis immutatus declarabat dolorē animi, & mentis intentæ ſollicitudinē Flebant omnes quod in contemptū locus venturus foret, ſi nec in Dei templo tuta fidei ſeruaretur cuſtodia, accinctæq; mulieres, pectus, & clauſæ virgines pulſabant ianuas, ad muros alij currebant, per feneſtras alij proſpectabant, omnes ad cœlū tendebant manus, orantes vt ſuis adeſſet Dominus legibus. Heliodorus autē nec his territus, quod intenderat vrgebat, & ſatellitibus ſuis ærarium ſepſerat. Tū ſubitò apparuit illi terribilis eques, armis præfulgens aureis equus autem eius erat ornatus inſignio pertorio. Alij quoque duo iuuenes apparuerunt in virtute inclyta, decore grato, cum ſplendore gloriæ, ſpecioſi amictu, qui circumſteterunt eum, & vtraq; ex parte flagellabant ſacrilegum ſine vlla intermiſſione continuato verbere. Quid multa: Circumfuſus caligine in terram concidit, & euidenti diuinæ operationis iudicio exanimatus iacebat, nec vlla ſpes in eo reſidebat ſalutis. Oborta ſt lætitia metuentibus; metus ſuperbis, deiectiq; quidam ex amicis Heliodori rogabant Oniam, vt vitam poſceret ei, quoniam ſupremum gerebat ſpiritum. Rogante itaque ſacerdote ſummo, iidem iuuenes iterū Heliodoro apparuerunt, iiſdē amicti veſtibus, & dixerunt ad eū. Oniæ ſummo ſacerdoti gratias age, propter quem tibi vita eſt reddita. Tu autem expertus flagella Dei, vade & nuncia tuis omnibus, quantam cognoueris templi religionem, & Dei poteſtatem. His dictis non comparuerunt. Heliodorus itaque recepto ſpiritu hoſtiam Domino obtulit, Oniæ ſacerdoti gratias egit, & cum exercitu ad regnum reuertitur, dicens: Si quem habes hoſtem aut inſidiatorem rerum tuarum, illuc eum dirige & flagellatum recipies eum.* Hactenus ille. Quo etiam pertinet id quod ante 1300. & plures annos in hæc verba ſcripſit ſanctiſſimus ille Vrban.] *Hæc, fratres, valdè timenda ſunt & tremenda, quia res Eccleſiæ non quaſi propria ſunt, ſed vt communes & Domino oblata, cum ſummo timore, non in alios quam in præfatos vſus fideliter ſunt diſpenſandæ, ne ſacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, vbi tradita ſunt, ne pœnam & mortē Ananiæ & Saphyræ incurrant, & quod peius eſt, anathema fiant, & ſi non corpora, vt Ananias & Saphyra, (vt eſt Actuum capite quinto,) mortui ceciderint: anima tamen potior eſt corpore, mortua & à conſortio fidelium alienata cadat, & in profundum baratrum labatur.*

CAPVT IV.

Eccleſia vtrum habeat tacitam hypothecam in eius bonis, qui eam læſit, deſtruxit, vel ſpoliauit.

SVMMARIVM.

1. *Cautio certior eſt in rem quam in perſonam.*
2. *Ciuitas an habeat ius hypothecæ.*
3. *Bona Prælati an ſint tacitè hypothecata.*
4. *Ius canonicum ſeruatur in vtroque foro in rebus piis.*

Sed cum fugam capientibus, aut latitantibus huiuſmodi hominibus, Deo & piis omnibus odioſis, de quibus proximè diximus, plus cautionis * ſit in rem quam in perſonam (*vt ait Pomponius. leg. Plus cautionis ff. de reg. iur.*) nō importunè hic quæritur: An Eccleſia in bonis illorum qui eam aut confregerunt, aut exuſſerunt, aut ſpoliarunt, ius aliquod tacitę hypothecæ habeat nec ne? Dubitationē enim fa-
cit, quod * ciuitas, cuius iure Eccleſia in caſu 2.
ſpecialiter non excepto vtitur. *vt in* §. *Scire. in auth. De nō alien.* tacitam hypothecā non habet. Sed hoc ſecundùm terminos iuris ciuilis verū eſt. Æquitas antem iuris Canonici, quæ & animę fauorē reſpicit, & eius liberationi conſulit, pro reſtitutione rerum ablatarum damnoq; illato bona delinquentium tacitæ hypothecæ ſupponit, & tam contra hæredes eorum, quam contra alios quoſcunque eorū poſſeſſores, perſecutionē concedit, *vt aiunt Salicetus & Baldus, & alij Doct. ad. l. Furti. C. de Furt. argument. cap. parochiarum. De ſepult.* De quo tanto minus mirandum eſt, quod in ſimili videmus bona clerici coniugati, quem Eccleſia obligatum habet, itemque bona hoſpitalarij, orphanotrophi, prælati & adminiſtratoris, pro mala eo-
rum adminiſtratione tacitæ hypothecæ † ſup- 3.
poſita eſſe. *Panorm. conſ.* 89. *lib.* 2. *& ad cap. Epiſcopus de præbend. Vitalis de Camban. in tract. clauſul. ad clauſ. incip. Et ſpecialiter abligauit. Doct. ad l. Si quis presbyter, C. de epiſc. & clericis: quod & Rebuffum reſpondiſſe video ad ordin. regias tom.* 2. *de conſtit. redituum ar.* 1. *gloſ.* 14. Ideo-

Ideoque ius ciuile, quo ciuitas tacitam hypothecam non habet, *vt notat Alexand. conſ. ſuo 104. incip. plura ſuper his num. 3. lib. 6. Baldus ad l. fin. verſic. vlterius quæro, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Iaſon ad §. fuerat, n. 72. Inſtit. de actio.* conſiderari non debet, ſed benigna iuris Canonici diſpoſitio præualet. Quod in diſpoſitis ad pias cau-
4 ſas, in vtroque foro * abſque dubio ſeruandum eſt, *vt reiecta Angeli ſententia ad l. illa inſtitut. ff. de de hæred. inſtit. vnus ex multis eleganter decidit Tyraquellus in tract. de pia cauſa. priuileg. 163.* Id quod pondus ac momentum habet. Nam ſicut ex expreſſa hypotheca rei perſecutio eſt, & qui tempore præcedit, potiores partes ſuſtinet. *§. Item Seruiana. Inſtit. de acti. C. Qui prior. de reg. iur. in 6.* ita quoque & in tacita hypotheca ius perſequendi manet, & qui tempore prior eſt, poſteriori præfertur, *l. hac edictali. §. his illud. & ibi Bald. col. vlt. C. de ſecund. nupt.* Et ſicut debitori ſuccedente creditore, eiuſmodi creditum non confunditur, *l. debitor. & ibi Bart. & Alexand. ff. de S. C. Trebell.* maximè quidem ſi æs alienum vires hæreditatis excedat: ita quoque ſi ſpoliatori ſuccedit Eccleſia, eique ſatius & conſultius ſit, damni illati reſtitutionem perſequi, quam hæreditatem huiuſmodi amplecti.

CAP. V.

Eccleſiæ tacita hypotheca quam habet in bonis eius qui illam deſtruxit aut ſpoliauit, an præferatur hypothecæ vxoris pro dote?

SVMMARIVM.

1. *Mulieres quare ſint priuilegiatæ.*
2. *Correctio legum eſt euitanda.*
3. *Eccleſia, dos, pia cauſa, æquiparantur.*
4. *Dotium duarum conditio æqualis eſt, niſi altera tempore præcedat.*
5. *Iudicandum eſt in dubio pro dote, & Eccleſia.*
6. *Fiſcus quando acquirit ius ad bona delinquentis.*
7. *Fiſcus quando habeatur loco hæredis.*
8. *Fiſcus quando poſtponitur priuato.*

PRobabilis verò dubitatio eſt: an tacita iſtiuſmodi hypotheca, quam in bonis eius qui Eccleſiam ſpoliauit, læſit aut deſtruxit, conſtituimus, tacitæ hypothecæ vxoris, quam pro dote in bonis mariti habet, præferri debeat nec ne, ſi fortè verſemur in ea regione, in qua priuilegium fiſcum excludit, ſeu ſi dotis & inuaſionis tempus difforme ſit? & ſanè cùm Iu-
1. ſtinianus tantopere mulierum * miſereatur propter obſequia, quæ maritis præſtant, propter partus periculum, & propter ipſam liberorum procreationẽ, pro quibus multa in legibus noſtris inuenta ſunt priuilegia, vt velit eas omnibus mariti creditoribus quantumuis anterioris temporis prærogatiua vallatis præferri *l. Aſſiduis C. Qui potiores in pignore habeantur.* Et cum Vlpianus tam ſeriò aſſeueret, dotis cauſam ſemper & vbique præcipuam eſſe, ac Reipublicæ intereſſe, dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem maximè ſit neceſſarium, *l. 1. ff. ſolu. mat.* vtique generalitas iſta excluſionis aliorum creditorum, etiam ad Eccleſiam pertinere videtur, quia verba generaliter prolata, generaliter ſunt accipienda, *l. 1. §. generaliter ff. de legat præſtand.* & qui omne dicit, excipit *l. A. procuratore, C. Mandati l. ſi pluribus l. ſerui. § fin. ff. de leg. 1.* eoq; interpretũ animus in re dubia & obſcura magis propẽdere debet, vt correctio * legis euitetur, *l. ſancimus C. de teſt. l.* 2.
præcipimus C. de Apel. & vt pro dote iudicẽt. *l. in ambiguis ff de iure dot.* Eoq; pertinet, quod qui in cauſam refectionis mutuam pecuniam credidit, tametſi priorem tacitam ac priuilegiatam hypothecã habea, vxori poſtponitur; *id quod latè cõfutatis aliorũ erroribus defendit Salycetus ad authẽt. Quo iure C. qui petio, in pign. & ad l. interdum ff. eodẽ. & Iaſon ad l. creditor. ff. ſi certũ petatur. & Anton. Neguſant. in tractat. de pigno. ſecundo membro quintæ partis, nu. 16. verſic. 6. reſtringe.* Et quod Angelus *ad d. §. fuerat* reſpondit, quemcunque priuilegiatum tacitam hypothecam habentem, ſolo fiſco excepto, in contractu, mulieri dotem repetenti poſtponi.

E contrario verò conſiderant alij, quod non tantùm dos pia cauſa, & Eccleſia æquiparantur, iiſdemque priuilegiis, & prærogatiuis
* gaudeant, *vt aiunt Ioannes Andreas Anchoranus & Dominicus ad cap. 1. de reſtitutio. in integ. l.* 3.
6. per textum in c. donare. tit. qual. olim feud. al. poter. Præſes Euer. in loco de dote ad piam cauſam. Tyraquellus de pia cauſa priuilegio 140. verum etiam maior habetur ratio & fauor piæ cauſæ quam mulieris, *vt not. idem Tyraquellus d. loco priuilegio 113. & 147.* Licet enim mulier intercedendo pro alio beneficio Senatuſconſulti Velleiani tuta ſit, excipitur tamen, ſi in fauorem piæ cauſæ fideiuſſit. *Roman. in auth. ſimiliter. in tertio ſpeciali contractuum C. ad legem Falci. per l. dotare & l. penul. & vlt. C. ad Senatuſconſultum Velleia.* adeoque exiſtimant regulæ illi locũ eſſe oportere, quod qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, *d. c. qui prior* Alexander enim dum *conſ. 184. li. 6.* reſpondit, tacitam hypothecam vxoris, Eccleſiæ præferri, loquitur de contractu, cui & vxor & Eccleſia inſiſtit. Diximus verò *proximo capite*, Eccleſiam in bonis illius, qui eam pernicioſo, & ſcelerato conſilio diripit, diruit, vaſtat & expilat, iure quodam ſingulari, atque ex æquitate canonica tacitam hypothecam habere.

Et ſanè in poſteriorem illam ſententiam procliuior ſum, ſi vt dictum eſt, vel eo loco verſemur, quo nullus eſt vſus confiſcationis, vel ſi ante contractas nuptias atrox hoc & impium ſce-

ſcelus admiſſum eſt ; vt ſic non ſit deterior conditio Eccleſiæ, quam eſſet prioris dotis, cui illa æquiparatur, ſi forte is qui crimen admiſit, priorem aliam habuit vxorem. Etenim
4. eum de duarum dotium reſtitutione* agitur, illius conditio potior eſt, quæ tempore ante antecedit, *dicta l. aßiduis, verſ. exceptis.* Et cum adhuc ſub iudice lis ſit, ſententia Salyceti, eorumque quos ille in ſuam opinionem de præferentia creditoris in refectionem mutuantis pertraxit, vera ſit necne, vt quam plerique probant, plerique verò manifeſto textu *in §. his conſequens eſt in aut. de æqual. dot. in ver. poſterior creditor,* improbant ac reiiciunt, *quod latius oſtendit Didacus lib. 1. cap. 7. num. 4. variarum reſolu.* nullum certum fixum & indubitatum argumentum inde conſtitui poteſt, & vt rectè monet Neguſantius *prædicto loco*, fauorabilior eſt cauſa Eccleſiæ, quam alicuius priuati hu-
5. iuſmodi creditoris. Et ſicut in dubio* pro dote iudicandum eſt, ſiue de illius conſtitutione, ſiue de illius reſtitutione agatur, & tam in modo procedendi, quam in modo decidendi *d. l. in ambiguis ff. de iure dot. Bartholus & alij ad l. 1. ſolut. matr.* ita quoq; in ambigui pro Eccleſia aliiſque piis & fauorabilibus cauſis iudicandum eſſe reſpondit Decius *ad l. in ambiguis. verſ. & quod dicitur. ff de reg. iuris.* Priuilegiatus verò contra eum qui ſimili priuilegio gaudet, iure ſuo non vtitur *l. verum §. item quæritur. ff. de minor.* Et quòd Iuſtinianus omnibus anterioribus creditoribus cauſam vxoris prætulit, ita accipi, & intelligi debet, vt eorum verborum generalitas ad iuris communis intellectum reſtringatur *l. Quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. vt gradatim. §. 1. ff. de mun. & hon. l. 2. C. de noxal. act.* ſcilicet vt ea quæ alioqui pari ratione à iure excipiuntur, non cenſeantur eſſe comprehenſa, *iuxta ea quæ fuſè notant. ad c. in generali. de regul. iuris. in 6. Ioan. Mon. & Philip. Francus.*

De prælatione fiſci nihil hoc loco attinet dicere. Nam vt delinquens in bonis per confiſcationem iam Principi acquiſitis, ei amplius aut delinquendo aut contrahendo præiudicare non poteſt, ita quoque cauſa fiſci, Eccleſiæ quæ ante læſa ſeu expilata fuit, præiudicium aliquod non facit, eoque minus, quod
6. paucis duntaxat caſibus exceptis, fiſcus * ad bona delinquentis ante ſententiam latam ius non habet *l. eius, qui delatorem. ff. de iure fiſci. l. ex iudiciorum. ff. de accuſat.* & pœnis fiſcalibus creditores anteferri conſtat, *toto titul. C. pœnas. fiſcalib. credit. antefer.* Eſtque certi & explorati iuris deciſio, quod fiſcus ad quem bona
7. damnati deuoluta ſunt, loco hæredis * habetur, *vt volunt Martinus de laudi. in tract. de fiſco quæſt. 86. & Matthias de Affl. in tract. protom. §. 4.* adeoque damnum à delinquente illatum refundere debet, quatenus vires eorundem bonorum patiuntur. Igitur quod Anton. Neguſ. *d. loco in 4. memb. 2 part. numer. 115.* ait, fiſcum reliquis creditoribus ex delicto, inter quos Eccleſiæ hoc loco numerari, & reputari debet, præferri: ita demum verum eſt, ſi cæteri creditores non ad damni illati reparationem agant, vt hic facit Eccleſia, ſed ad pœnam, quæ etiam illis aduerſus delinquentem iure conceditur, vt in furto, rapina, & ſimilibus. Etenim * in cauſa oneroſa priuatus cre-
ditor, fiſco non niſi lucrum ambienti, & titu- 8.
lum lucratiuum prætendenti, omni iure præfertur. *Neguſ. d. loco numer. 118. & Iacobus de Beluiſ. ad l. 1. in fin. C. ad toll.* multoq; magis Eccleſia, quæ tot ſingularia & ſpecialia iura habet, & quæ non debet eſſe deterioris conditionis, quam priuatus, *vt ait Franc. Mingon. ad conſuet. Andegau. tit. des ſeigneurs ar. 61. n. 5.*

CAPVT VI.

Remißio, ſeu abolitio delicti à Principe impetrata, vtrũ Eccleſiæ in iure quæſito præiudicet?

SVMMARIVM.

1. *Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.*
2. *Principis intentio præſumitur eſſe talis, qualis de iure eſſe debet.*
3. *Reſcripta Principis ſunt accipienda ſine alterius præiudicio.*
4. *Remißio homicidij præſupponit pacem offenſorum.*
5. *Princeps rem alterius quando auferre poßit.*

QVod ſi vero poſt admiſſum iſtiuſmodi delictum, is qui hoc damnum intulit, & impias ſuas manus rerum ſacrarum contrectatione fœdauit, ad meliorem mentem ac vitam reuerſus, & hoc tam dirum ſcelus confeſſus, gratiam, abolitionem, & remiſſionem à Principe conſequatur, id quod fieri poſſe conſtat ex *titul. de pace Conſtant. in princ. in vſibus feud.* & etiam pro bono pacis ſubinde fieri videmus: nihilominus tamen, iuri & hypothecæ Eccleſiæ nullum inde præiudicium generatur, neque in foro canonico ſeu
conſcientiæ, quia peccatum * non dimitti- 1.
tur, niſi reſtituatur ablatum, *c. peccatum de regul. iur. in 6.* neque etiam apud iudicem ſecularem: Nam cùm mens ipſius Principis præ-
ſumatur * eſſe talis, qualis eſt legis, & ſicut de 2.
iure eſſe debet, *vt ait Bald. ad l. ex facto in 4. not. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur. *l. Meminerint C. vnde vi.* Lex autem, teſte Pomponio, id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non ſinit, *l. Id quod noſtrum. ff de reg. iur.* & ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, aliquem non punit, *c. ſine culpa, de regul. iur. in 6.* benigna interpretatione receptũ eſt, quod ſicut reſcripta & priuilegia Principis alieno iuri non præiudicant,

dicant; *l. Nec auus. C.de emanc. libr. l.* 2. *§. merito, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in*
3. *loco publico:* ita quoque omnis remiſſio * ſeu indulgentia [à Principe impetrata, ſine diminutione iuris alteri quæſiti facta fuiſſe intelligitur, *vt not. Andreas de Iſer. ad cap.* 1. *§. præterea vaſallus numer.* 90. *tit. Quæ fuit prima cauſa Aegidius Bell. deciſ.* 743. *Bar. & Iaſon ad libr. Gallus. §. & quid ff. de libr.& poſth. Pariſ.*78. *Hieron. Gigas de crim. læſæ maieſt. tit. pœn. committit. crimen læ. ma. cap.* 20. Quomodo Panormit. *conſ.* 6. *lib.*2. & Thomaſius *conſil.* 34.& Chaſſan. *ad conſtit. Burg. tit. de Iuſt.& iure Rub. ſi anlcun commet. numer.* 138. *& num.* 190.ſcribunt, quod quando Princeps remittit pœnam corporalem aut pecuniariam applicandam fiſco, vel quando indulget homicidæ; ſemper in dubio præſupponit * &
4. includit pacem, ſeu reconciliationem hæredum defuncti cum ſatis factione, & pœnam pecuniariam applicandam parti. Vt rectè dixerit Caldus, *ad l. venia. C. de in ius voc.* quod reſcriptum in quo Priceps ius partis læſæ remittit, eſſe nullum: *quod refert & ſequitur Chaſſan. conſ.*27.*col.* 2. veluti contra intentionem Principis & per importunitatem impetratum. *leg.*1.*C. de petit. bon. ſubl.* Et li-
5. cet*Princeps ſubinde, non quidem iure ordinario, ſed tantum de plenitudine ſuæ poteſtatis, & ex vrgente aliqua cauſa, poſſit rem alterius auferre *l. Ita verberatum. ff. de rei vend.* in dubio tamen hoc facere non præſumitur, *ſecundum Thomaſ. conſil.* 35. *numer.* 10. *& Andream de Iſer. tit. Quæ ſunt regalia, ad verbum Committentium*: Et etiamſi aliud vellet, ad reſtitutionem æſtimationis teneretur. *Decius ad d. l. Id quod noſtrum numer.* 3. hæc eius voluntas ſubditis eius prædicare poſſet, ſed Eccleſiæ, quæ in his ei non ſubiicitur non poſſet, *per ea, quæ notant Felynus & alij ad cap. Quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.*

CAPVT VII.

An Magiſtratus, qui direptionem Eccleſiarum non impediuit ad reparationem eiuſdem teneatur?

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia quæ ex negligentia Prælati læſa eſt, contra eum agere poſſet.*
2. *Rectores piorum locorum negligentes puniuntur.*
3. *Regibus ſacramentorum defendendorum cura eſſe debet.*
4. *Conſentire videtur qui ad delicta conniuet.*
5. *Magiſtratus negligens quo pacto puniatur.*
6. *Zelus patrum contra eos qui templa & res ſacras violabant.*
7. *Metus & vis quomodo excuſet.*
8. *Impoſſibile neminem obliget.*
9. *Ciuitas quæ non poteſt reſiſtere hoſti, ex deditione in nullum crimen apud ſuum principē incidit.*
10. *Magiſtratus an potuit reſiſtere nec ne, pertinet ad officium boni viri diiudicare.*

VVlgatum iuris axioma eſt, quod damnū aliena negligentia alteri datum, ab eo qui damni occaſionē dedit, reſarciri debet; *c. fin de iniur.& damno dato,* Quod & in Prælato Eccleſiæ, & in eo qui iuriſdictioni pręeſt, euidentibus exemplis paſſim apparet. Eccleſia enim † quæ ex negligentia Prælati læſa eſt, ipſum Prælatum negligentem conuenire poteſt. *gloſ.* 1.
*not. in cap. placuit, in verbo pertineat,*16.*q.*3. Rectores †piorum locorum adminiſtrationem & curam negligentes, præter periculum excom- 2.
municationis, in quod incidūt, ad damni illati refuſionem obligati ſunt, *Clem. quia contingit, de relig. dom.* Et iudex qui illam iniuriam non vindicat, ad omne damnum reſarciendum tenetur. *§ iudex in tit. de pace tenen. in vſib feud.* Idem eſſe dico de iudice ſeu magiſtratu, qui delinquentibus non occurrit, & impuras ac ſacrilegas manus, ſanctuario Domini, ſacroſanctis Eccleſiæ ſacramentis, victorioſo & glorioſo Saluatoris noſtri ſigno, atque venerabilibus ſanctorum imaginibus, inferentibus non reſiſtit. *Si propterea*, inquit Aug. *perſecutor non fuit Nabuchodonoſor Rex, quia ſcelus in Sam. commiſſum vindicauit iuſtiſſimè, quomodo vindicandū eſt à Regibus quod Chriſti*Sacramenta exufflantur cap. Si propterea* 23.*q.*5. Et iterum Greg. Pon. *ad Gena-* 3.
dium Patricium ſcribens ait: *Sicut excellentiam veſtram, ex hoſtilibus bellis, in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis Eccleſiæ eius omni viuacitate mentis & corporis obuiare cap. ſicut.* 23. *qu.* 4. Alioqui verò ad illud Eleutherij Pontificis memorabile dictum oculos conuertere oportet: *Negligere, cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam* fauere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto* 4.
facinori deſinit obuiare, cap. negligere, 2. *quæſt.* 7. Id quod olim quoque ſentiens Cicero 2. *actione in Verrem*, & ipſum Verrem cum fana Deorum ſpoliaret, & eos qui ipſius conatus non repreſſerunt, pari loco habet. Et ſanè ſi iniuriam à proximo auertere tenemur, *cap. quanta, de ſent. excom. gloſ. in dict. cap. negligere.* & ſi negligens ferre uicino opem petenti, vehementer culpandus eſt. *cap dilecto de ſent. excom. li.*6. quanto magis magiſtratus, cuius officium eſt Eccleſiam defendere, & malis hominibus prouinciam purgare, hæreticorum conatibus virili animo obſiſtere, & à domo Dei iniuriam auertere debet? Etſi* in aliis cauſis negligens, pro qualitate & conditione cauſæ, vel exilio, vel publica- 5.
tione bonorum, vel aliquot librarum mulcta, vel infamia punitur, *l. ſeruus, C. de vi publ. l.* 1. *C. de deſert. auth. vt neque miles*: vtique

multo magis ad damni ſua culpa illati reſtitutionem obligatus eſt. De qua re plæraque obſeruat Tyraquellus *in tract. de temp. pœn. cauſa* 44. *& in præfat. nu.* 11. *cum ſeq.* multaque Rebuffus *in præfatione ad l. vnicam, C. deſen. quæ pro eo, quod int. prop.* Vbi tam iuris diuini, quàm humani loca adducit, ex quibus intelligi poteſt, nihil aut verius, aut æquius eſſe, quàm vt is dāni accepti reſtitutionem faciat, cuius culpa illatum eſt. Et ſanè quæ indignitas, quantum crimen & ſcelus eſt, hoc in ſancta Dei Eccleſia Magiſtratum permittere, quod in priuatis ſuis ædibus ferre non vellet, armiſque & ſanguine vindicaret, eamque Chriſti contumeliam publicè admittere, quæ iuſto Dei iudicio ad ſubuerſionem multarum prouinciarum ſola ſufficeret? Et vtinam eiuſmodi magiſtratibus optare poſſem cum effectu, feruentem illum amorem † & zelum domus DEI atque Eccleſiæ,
6. de quo *Pſalm.* 68. cecinit Dauid, quique fortem illum Iudam Machabæum, Iudæorumque exercitum, aduerſus caſtra Nicanoris decertantem ita inflammauit, vt exiſtimarent maiorem ſibi curam eſſe oportere periclitantis templi quam liberorum, *vt eſt Machab. lib.* 2. *cap.* 15. Vtinam haberent ſpiritum illū ſanctiſſimi Moyſis, qui vbi vidit vitulum, quem fecerant Iſraëlitæ, eundem arripuit, combuſſit vſque ad puluerem, contriuit, in aquam ſparſit, potum ex eo ipſis dedit, iuſſitque vt poneret vir gladium ſuum ſuper femur ſuum, iretque & rediret per medium caſtrorum, atque occideret vnuſquiſque fratrem, & proximum ſuum, feceruntque filij Leui iuxta ſermonem eius, cecideruntque in die illa quaſi viginti tria millia, & ait Moyſes: *Conſe[illegible] iſtis hodie manus veſtras Domino, vnuſquiſq; in filio. & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio, Exod.* 32. *ca.* Vtinam attenderent ad ſanctum illum & zeloſum furorem Phinees, pro honore & reuerentia Dei, quem 25. *c Num.* tantopere laudauit, & ad iuſtitiam ei reputauit Dominus, vtinā deniq; perpenſo animi iudicio ſecum conſtituerent, & examinarent, quā gratum ſit ſupremo numini, eiuſmodi ſacrilegos à ſacris & aris deturbare, cum Saluator noſter Chriſtus, vendentes & ementes tantum, è domo patris ſui, tam ingenti zelo, & feruenti ſpiritu, etiam flagris adhibitis eiecerit. Et ſanè hoc nomine immortalem laudem ante paucos annos conſecuta eſt. Vniuerſitas ac ciuitas Louan. quæ graſſantibus & inualeſcentibus vbique templorum depopulatoribus, qui omnia ſacra conculcabant & vaſtabant, armatis ſtudioſis ac ciuibus eum terrorem cunctis iniecit, vt non ſolùm propria ſua templa, & ſacra illæſa conſeruarit; verum etiam totum territorium vicinarum ciuitatum ita defendit, vt nullus eiuſmodi hæreticorum quicquam in eo auſus fuerit attentare.

Igitur ſaltem in ſubſidium tenentur, ſi reſiſtere potuerunt. Nam ſi non potuerunt, † iure
7. excuſantur, & ſaltem in foro exteriori veniam merentur. *Anchor. conſil.* 158. *num.* 12. Etenim, *vt ait Vlpianus*, culpa caret, qui ſcit & prohibere non poteſt, & nullum crimen patitur, qui non prohibet, quòd prohibere nequit, *l. culpa & l. nullum crimen ff. de reg. iur.* Ideoque neque ſeruus ex Senatuſconſulto Syllaniano, neque vaſallus ex iure feudorum, neque miles ex lege militari, occiſo Domino principe, ſeu præfecto, tenetur aliter, quàm ſi ſuccurrere, impedireque potuit, nec fecit, *l. Si quis in graui in princip. ff. Ad ſenatuſconſultum Syll. Andreas de Iſern. in titul. quibus mo. ſeud. amit. n.* 4. *l. omne delictum. §. qui præpoſitum. ff. de re milit.* quia qui fecit † 8.
quod potuit, legē adimpleuit, *l. Si ideo. C. de his quibus vt ind.* Poſſe autem vt dicitur id, quod ſine euidenti periculo fieri poteſt. *leg. Nepos Proculo ff. de verb. ſignif.* Nam quemadmodum † ciuitas pro rebelli haberi non debet, quæ venit 9.
contra iuramentū Regi ſuo præſtitum, ſeſeque ſubiicit Principi alicui potenti cum valido aliquo exercitu eam obſidente, cui ſi reſiſtere vellet, deſtrueretur, *vt ait Matthæus de afflictis ad conſtit. regni, quæ incip. Dubitationem*, ſicut & ea ratione Panorm. ciuitates duas ſcilicet Squinatum, & Conſtantiam, *conſ.* 3. *n* 5. *lib.* 2. Philippus Decius *conſ.* 690. *num.* 13. Hieronymus Gratus *conſil.* 5. *& Conſ.* 51. *lib.* 1. Illuſtrem Ducem Grauiniæ, Ioan. de Imola caſtrum Duciæ, *conſ.* 34. contra Communitatem de Imola defendit, *multiſque exemplis confirmant Cotta, in memorab. ſuis, inc. Imperator, vel Papa, Aymo Crauet. conſ.* 6. *Baldus con.* 36. *li.* 3. *& Thomaſius Grammat. con.* 31. *& conſil.* 15. ita quoque non videtur imputandum Magiſtratui, qui ſceleratis iſtiuſmodi Iconomachis, & ſacrilegis non reſtitit, cum non poſſit; cum libera mente non fiat, quicquid illicito metu fit. *l. ſi volens. C. de lib. cau.* nec debet quis dici perpetraſſe id, quod vel nolens fecit, vel inuitus paſſus eſt, *Gloſſ. ad cap. Itane, ad verbum putauerit.* 32. *quæſt.* 5. Et quidem potiſſimum, quando præſidium & auxilium non expectatur, *vt ait Imol. de conſ.* 34. *verſ. At attenta potentia.* Et qui ſic metu inducti ſunt, nihil conferunt ſecundùm proprium motum, ſed potius pati quàm agere videntur, *l. vim paſſa ff. De adult. ca. conſtat.* 1. *q.* 1. *c. Qui ex timore, de reg. iur. in antiq.* facileque à Domino indulgetur, per quod ſalus multorum procuratur. *l. prouinciarum. C. de ferijs.* Et cū magis ſit inſpector cordis quàm operis Dominus, nō tantū attendenda ſunt, quæ fiunt, quantū, quo animo fiant. Id quod elegāti admodū exemplo demonſtrat canon *in c.* 1. *n.* 15. *q.* 6. multaq; ratione ſcandali euitandi, vitandique maioris mali permittit lex, quæ alias non permitteret: *c. nō poteſt,* 23. *q.* 4. *c. vt conſtitueretur* 50. *diſt. gloſſ. ad ca. deniq. ad verb. venia,* 4. *diſt.* grauiterque reſpondit Modeſtinus *ad l. penul. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* à diſpoſitione iuris recedendum eſſe, ſi aliter tumultus ſedari nō poſſit. Et generaliter tradunt interpretes, quod nulla Magiſtratui culpa imputari poteſt, ſi diligentia illius nihil omnino profuiſſet, *Felij. ad c.* 1.

c.1.de offic. ordin. Hypol. conſ. 26. Paris de Puteo tract.de Syndicatu, ad verbum negligentia, aut *ſi* (*vt con.*208.*num.* 7. *ait Alciatus*) ſine maximo periculo contradicere non potuiſſet: Quemadmodum in ſimili videmus, quod huiuſmodi caſu eueniente, parcitur magiſtratui, qui ex iuſta cauſa ab executione mandatorum Principis aliquantiſper abſtinuit, *c. cum. teneamur & ibi Gl. & Doct. de præ. Mat. de Affl. ad con. inc. volumus, n.7.ru.93.& ad con. inc. Offi. in fi. & Chaſſ. de conſt. Burg. ti. de iuſt. & iur.§. vl.n.21.*

10. Vtrum verò † reſiſtere potuerit vel non potuerit Magiſtratus, in æſtimatione iudicis eſſe puto, *iux.not.per eun. Mart.de Afflict ad d. conſtit. quæ incipit, dubitationem.* Neque enim facilè audiendos eſſe cenſeo, quibus vis nulla facta, aut in præſentiarum cominari cœpta eſt, & ſtulto quodam metu, ſancta Dei templa, altariaque conuelli paſſi ſunt, & cùm infiniti eſſent, omnia ſacra, à paucis nebulonibus conculcari permiſerunt. Nam vt *epiſtola* 7. ſcribit B. ille Bernardus. *Hæc eſt patientia omni digna impatientia, videre diſpergentē & ſequi, ſcandala dictantem audire & obſequi. Audire hominem ſuſurrantem, Deum non audire apertè reclamantem.* Sed de his loquor, qui ob verum præſenſque ac ineuitabile periculum, iuſtam habuerunt metuendi rationem. Quomodo Deo gratias Epiſcopus Carthaginenſis, pro redimenda vita mitigandaque captiuitate Romanorum, *vt lib. 1. perſecutionis VVandalicæ ſcribit Victor*, vniuerſa aurea & argentea Eccleſiæ vaſa diſtraxit. Non multo aliter, quàm olim Ezechias Rex, qui ſcripturæ teſtimonio, in regibus Iuda ſimilem non habuit, numerauit Senacherib Regi Aſſyriorum trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, vt è regno Iuda ſecederet, & propter euidentiſſimum periculum, in eam rem omne argentum domus Domini accepit, & valuas templi confregit, & laminas auri quas affixerat. *Vt eſt* 4. *Reg.* 14.*ca.* Sic & de ſanctiſſimo Pontifice Leone, *lib.* 5. *rerum Romanarum* ſcribunt Paulus Diaconus & alij, quod cùm Genſericus validiſſimo exercitu Wandalorum ac Maurorum, ad captiuandam Romam ex Africa veniſſet, & Magiſtratus Romanus indicaſſet, Vrbem præſidio vacuatam, in hoſtis poteſtate fore, nec pugnando poſſe defendi, idem B. Pontifex, in tanto periculo conſtitutus, extra portam Genſerico occurrit, & æquis honeſtiſque conditionibus nobiliſſimæ vrbis deditionem paciſci voluit: Sed à Barbaro & Arriano Rege, nihil aliud obtinere potuit, quàm vt abſtineretur à cæde, ſupplicijs, & igne. Itaque cætera tolerauit, tribus tantùm conditionibus in pactum deductis, vrbem nondum occupatam propter inſtantem calamitatem occupari permiſit, ac etiam tandem videre coactus eſt, paris conditionis ſacra cum prophanis, publica cū priuatis. De fore conſcientiæ autē hic non loquor, ſed de exteriore tantùm.

CAP. VIII.

Ad reparationem Eccleſiæ an teneantur hi, qui tempore belli eā eiuſque turrim munierunt, ac pro ſua ſuarumque rerum defenſione deformarunt.

SVMMARIVM.

1. *Turres Eccleſiæ quando poſſunt muniri à ciuibus, contra hoſtes.*
2. *Contributio fit ab omnibus, quando nauis ob tempeſtatem exoneratur.*
3. *Incendia vrgente, an vicini teneantur ad reſtitutionem damni, quando illi ne ignis ad ſe permigret, domum vicini diruerunt.*
4. *Exercitu occupante vnius ruſtici prædium, eoq; illud nimium onerante; & alia omittente, an vicini ad reparationem vel contributionem teneantur.*
5. *Ciuitas ſi cum hoſte paciſcitur cui reſiſtere non poteſt, an clerici contribuant.*

Conſtat † tempore ſæuientis & ingruentis belli, laicos, qui ſe commode aliter tueri non poſſunt, Eccleſiā Eccleſiæque turres 1.
munire, res ſuas in eas inferre, & imminentem hoſtium exercitum inde propellere atque propulſare poſſe, non tantùm ſecundùm leges ciuiles, vt aliquando tamen cenſuit Baldus. *ad l.* 2. *C. de ſumma Trin.* ſed etiā iuxta canonicam permiſſionem, *Innoc ad c. Cùm in Eccleſia, de Immun. Eccleſ.* propter bonum publicūm & maioris mali euitationem, *Matth. de Affl. ad conſtit. regni, quæ inc. In locis de man. in fi.* Et quidem potiſſimum ſi contra hæreticos & Turcas defenſio facienda eſt, *iuxta diſtinctionem Henrici de Bohic.ad c. cum Eccleſia. De Eccl. ædif. & Ioan. de Turrecrem. ad c. Sanctorum.* 10. *q.* 1. *num.* 4. *quem vide.* Sed cum teſte Iulio Paulo, adiuuari nos, non decipi beneficio oporteat. *l. In commodato. §. ſicut autem ff. Commod.* æquiſſimum eſſe cenſeo, vt hi qui pro ſua & ſuorum defenſione, ita Eccleſiam eiuſque turres muniendo, formam eius immutarunt, aut deteriorem eam reddiderunt, vice verſa ad illius reparationem ſeu reſtaurationem teneantur, vt ſicut occaſionem damni dederunt, ita quoq; damnum reponant; eoque magis, quod Eccleſia ſaluam fecit bonorum ad eos pertinētium cauſam, quæ alioqui in prædam hoſtibus facta forent. Nam & in ſimili reſpōdit Papinianus, quod ſi leuandæ † nauis gratia iactus 2.
mercium factus eſt, omnium contributione ſarcitur, quod pro omnibus datum fuit, *l.* 1. *ff. ad l. Rhodiam de iactu.* Ad cuius reſponſi interpretationem notat Albericus quod ſi vrgente † incendio, vt progrediens flamma à 3.

vicinorum ædibus arceatur, domus mea deiecta ſit, ſalute eorum ædificiis quæſita, viritim domus meæ, ob communem vtilitatem deiectæ, æſtimationem mihi refundere debent, quod & Bartholus probat *ad l. Si aliu. §. eſt & alia. ff. Quod vi aut clam*, & ſimilem quæſtionem *ad l. de vſu ff. de var. & extr. cognit.* proponens, eleganter per eandem legem decidit,
4. quod ſi † adueniente exercitu, potiſſima illius portio, in prædio vnius, & non in prædio alterius collocatur, quæ tamen per plura prædia diſtribui debuiſſet, omnes illius vicini contribuere tenentur, *eaque in re Guilielmum Bened. ſequacem habet ad cap. Rainutius, ad verbum domum, num. 28. de teſtam.* Nec multum ei abſimile eſt, quod *conſi. 22. lib. 2.* de damno reb. coloni illato, obſeruat Corneus, & in magna conſideratione habet, cuius id cauſa factum fuit. Attamen quemadmodum cùm ciuitas damnum alicui in via publica factum vel ex ſtatuto, vel ex mandato Principis, vel pro more regionis, reſarcire tenetur; ita quoque & is ciuis, qui cladem illam accepit, pro ſua quoque parte aut conferre, aut defalcare debet, *vt notat idem Bart. & alij ad l. ab omnibus. §. 2. ff. de lega. 1. Speculat. in §. Nunc dicendum. verſ. quid ſi damnum. & Bald. ibi in addit. verſ. quod ſi villa*: & Eccleſia, cuius res & bona hac ratione conſeruata ſunt, pro rata ſua tenetur. Id quoque eleganti reſponſo Anchorani probari poſſe puto, qui *conſ. 96. inc. quæſtione ſuper qua*. ait:
5. quod ſi cum hoſte † potentiore ciuitatem obſidente ac formidabili, certa pecuniæ quantitate numerata, ſe ſuaque ab imminente periculo liberat ciuitas, etiam clerici & Eccleſia pro rata tenentur.

CAPVT IX.

De conſuetudine, quæ onus reparationis Eccleſiæ ad laicos vel alios transfert.

SVMMARIVM.

1. *Parochiani an ex conſuetudine teneri poßint ad oblationem.*
2. *Pontium refectio ad quos pertinet.*
3. *Conſuetudo probari debet.*
4. *Conſuetudo quomodo probetur.*
5. *Conſuetudo requirit actus conformes.*
6. *Conſuetudo non inducitur ex actu metu geſto.*
7. *Conſuetudo vicinorum locorum quando attenditur.*
8. *Rector Eccleſiæ ad quam curam teneatur in reparatione Eccleſiarum.*

POſt hos, de quibus hactenus diximus, eos ad refectionem ſeu reparationem Eccleſiæ
1. vocandos eſſe cenſeo, etiam ſi laici ſint & † parochiani, ad quos conſuetudo hoc onus tranſmittit. Sicut enim antiqua Eccleſiæ conſuetudo, quæ eſt, quod laici certis quibuſdam diebus ieiunare tenentur: quod exteris concionatoribus ad eorum Eccleſiam accedentibus alimenta miniſtrent: quod paſtoribus & rectoribus, pro opere & labore honorarium præſtent: & quod certo aliquo anni tempore conſuetam aliquam oblationem faciant: ſeruare debent. *cap. conſuluit. De obſeru. ieiun. cap. ad Apoſtolicam, & ibi Fely. de Simon Ioannes Franciſ. Ripa. titul. de lege & long. conſu. cap 14. in fin.* Ita quoq; officio iudicis cogi & compelli poſſunt, vt cõſuetudinem illam reparandi Eccleſiam laceram ſeu ſpoliatam, eueniente occaſione inſequantur, *Panorm. Cardin. Anchor. Ioan. And. Hoſti. & alij ad c. 1. de Eccleſ. ædif. Rip d. loco Steph. Bert. conſ. 53. num. 4. lib. 1. deciſ. capellæ. Tholoſ. penul.* eamque conſuetudinem etiam temporibus Longobardorum fuiſſe, ex eorum legibus *lib. 3 ti. de epiſc. & cler.* conſtat. Verba enim earum ſunt hæc: *Vt Eccleſias baptiſmales ſeu oracula, qui eas à longo tempore reſtaurauerint, mox iterum reſtaurent.* Et iterum paulò poſt. *Vt de reſtauratione Eccleſiæ vel pontis faciendæ, aut ſtrata reſtauranda, generaliter faciant homines ſicut antiqua fuit conſuetudo.* Et cùm conſuetudo 2.
ſemel introducta non deſinat, licet ciuitas vel vniuerſitas aut per contagionem & vim peſtis, aut per belli calamitatem ad paucos homines redigitur. *cap. ius. verò & ibi Præpoſitus num. 4. 6. diſt.* cetrè non eximuntur hoc onere incolæ numero eorum diminuto; ſed an ex parte aliqua ſubleuentur, paulò inferius dicemus.

Quoniam verò conſuetudo eiuſmodi in facto conſiſtit, vtique ab eo, qui illam allegat, probari debet, *vt notatur per gloſſ. ad l. 1. in ver. probatis, & ibi Balc. n. 1. not. C. Quæ ſit longa conſ & Bar. ad l. 2. q. 27. in fi. eo. ti. Ale. con. 67. li. 7.* Tametſi. n. iudex ex officio ſe poſſit informare de conſuetudine, quæ ordinem iudicij reſpicit, & in qua de modico præiudicio agitur, *ut ait Bald. ad l. filiusfam. § veterani. col 2. ff. de Procur.* conſuetudo tamen quæ ad cauſæ deciſionem pertinet, quæque maioris momenti eſt, pleniorem probationem requirit. *Bart. ad d. l. de quib. in 4. principali. ff. de legib. Soc. conſ. 39. lib. 4. Dec. conſ. 402. n. 12.* Et id quidem 3
* vel per inſtrumenta, quorum vſus ex antiquo apparet, *l. vetuſtißimam, C. de iure dom. imper. Socy. conſ. 94. lib. 1. Curt. iun conſ. 106. Bal conſ. 38. lib. 3. Ioan. Neuiſ. conſ. 9. n. 29. Dec. conſ. 404.* vel per teſtes, qui deponant de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur de actuum frequentia, & temporis diuturnitate, videlicet, tales actus factos fuiſſe ita & taliter, quod appareat interueniſſe tacitũ conſenſum populi, vel maioris partis eiuſdẽ, *vt eleganter decidit Cynus ad d. l. 2. col. 12. verſ. Sed quæro quid deponant. Et Decius d. conſ. 402. num. 14.* Id quòd de hac ipſa noſtra conſuetudine reparandi Eccleſiam, *præd, loco, num. 5.* ſentiens Ripa, ait requiri, quod populus varijs actibus reparatio- 4
nis

nis vſus fuerit, ex quibus conſuetudo eiuſmodi cauſari poſſit; etenim ex vno actu eam non induci, nihilque in contrarium vrgere; quod dicitur *in c. cum de beneficio. de præb. in 6.* ex vnico actu cauſam ſucceſſiuam habente; conſuetudinem induci poſſe: quia non de ipſo opere agimus, quod cauſam permanentem habet; ſed de impenſa operis, quæ momentaneam cauſam continet. Ac deinde verò, vt ex vnico actu dicatur inducta conſuetudo; neceſſe eſt, vt actus ille effectum ſortiatur. *Pan. in c. fin de conſuet.* At cùm populus contendit expenſas repetere, actus reparationis effectum non habet, ſic vt qui à ſe hoc onus excutere, & in plebem transferre ſtudet, ex alijs actibus curſuque temporis præcedente, conſuetudinem illam inductam eſſe; probare tenetur; ſiue id tempus ſit decem annorum quod ad inducendam conſuetudinem, quæ eſt præter ius, ſicut eſt iſta, ſufficit, *Panorm. in d. cap. ſi num. 11. Gloſſ. Ange. & Iaſ. in d. l. de quib. Ioan. de Amic. conſ. 8. Par. conſ. 13. & 25. l. 1. Rol. à Valle conſ. 5. num. 37.* ſiue aliud longius & prolixius, in quo variæ iſtiuſmodi reparationes occurrunt. Variæ, inquam, hoc eſt multiplices & repetitæ, non omninò difformes. Conſtat
5. enim conſuetudinē * formaliter articulandam & probandam eſſe. *Oldra. conſ. 24. Faber ad §. ex non ſcripto: Inſt. de iure nat. Alex. conſ. 6. lib. 1. gl. ad ca. 1. de præſcr. in 6.* Addit præterea *d. loco* Ripa *num. 2.* quòd ad hoc vt ex vſu populi præſens iſta conſuetudo inducatur; inter cætera requiritur, quod populus fuit in tali vſu, animo conſuetudinem inducendi: Nam cum tacito populi conſenſu naſcatur, *d. l. de quibus*, non poteſt illa conſtitui, vbi animus à quo conſenſus dependet, deeſt, *l. conſenſu ff. de act. & obligat. l. Si per errorem, ff. de iuriſdict. omnium iudicum.* Cenſebitur verò animum inducendi conſuetudinem non habuiſſe, ſi conſiderata illius negligentia, ad quem onus refectionis pertinet, eum prius ad reparationem illam faciendam interpellauit & admonuit. Etenim hoc illius factum omnem donationis præſumptionem excludit & auertit, *l. Neſennius. ff. de negot. geſt. l. qui aliena. §. fin. ff. de acqui. hæred.*

Pari quoque ratione, etiam ex diuerſis actibus reparationis, conſuetudinem non eſſe inductam dicam, ſi incolæ & parochiani, vel
6. minis * & metu ſuperioris, vel falſa & doloſa perſuaſione, ad refectionem Eccleſiæ inducti ſint, aut ſi perticulares tantum & priuatæ nonnullæ perſonæ id fecerunt. Etenim conſuetudo, quæ violentum initium habet, iure improbatur, *vt latè notatas Pariſ. d. conſ. 25. lib. 1. & conſ. 27. eod lib.* & dolo inductus ad aliquid faciendum, exceptione ſeu allegatione conſuetudinis non vrgetur, *idem Pariſius conſ. 25. n. 31. li. 4.* non magis, quàm ſi conſtare poſſet, quod multis annis, liberali animo, ex pietate, & zelo religionis, non etiam intentione introducendæ conſuetudinis; quis reparaſſet, *iuxta ea quæ notat Marianus Socynus nepos conſil. 98. lib. 3.* & quod à priuatis quibuſdam hominibus factum eſt, communitati ſeu vniuerſitati præiudicium non facit, *ſecundum eundem ibi. Et latè Iaſon conſil. 40. lib. 4.*

Quid † igitur, ſi in loco, quo Eccleſia iſta ſita eſt, conſuetudo iſtiuſmodi non reperitur, 7.
ſed in omnibus vicinis Eccleſiis & locis; Quid item ſi diuerſæ in eodem loco conſuetudines probentur; Sanè poſteriore caſu in re dubia ſtabitur conſuetudini, quæ iuri communi conformis eſt, aut certè ipſis legibus canonicis locis eſt, ſi ab his vtraque diſſentiat, *ſe iudum Decium conſil. 11. & conſ. 129. & Ioan. de Neuiſ. d. loco, & conſ. 28. num. 2.* Priore verò caſu, ſicut conſuetudo vniuerſalis territorij; ad omnia loca eiuſdem territorij, in quibus nunquam fuit obſeruata, extenditur; & in quibus particularis alia conſuetudo eſſe non probatur, *ca. tua. de decim. l. venditor. ff. commun. præd.* Oldradus *conſil. 267. Panormitan. conſil. 71. lib. 2.* quod & de conſuetudine prouinciæ, diœceſis & ciuitatis, *dicto conſilio 25. num. 38. libro quarto* reſpondit Pariſius: ita quoque exiſtimo eam in hoc loco ſeruandam eſſe, quæ & in tota diœceſi, prouincia, ciuitate metropolitana, ac in locis vicinis communis eſt. At ſi verò conſuetudo diœceſis iuri communi conformis ſit, ea verò quæ in vicinis locis ſeu Eccleſijs frequentatur, diuerſa: verius eſſe puto, non vicinarum illarum Eccleſiarum, ſed generalem conſuetudinem Diœceſanam ſpectandam eſſe, & quidem potiſſimum, ſi hæc de qua quæritur Eccleſia, vicinis illis annexa non ſit. *Doct. ad cap. fin. de offic. Archid. & ad cap. ſuper eo, de cenſib.* quod & Caſtren. *conſil. 310. incip. in inſtrumento dotali lib. 1.* & Oldradus *conſ. 244.* & Dec. *conſil. 389.* & Aymo *de antiq. temp. part. 4. num. 52. cum ſeq.* voluiſſe videntur. Apertius verò Henric. Bohic, *ad ca. cùm olim. de conſuet.* dum ait, quod ad vicinorum locorum conſuetudinem à iure difformem non reſpicimus, quando conſuetudo generalis diœceſis ſeu prouinciæ contraria apparet, *ca. de his 12. diſtinct.* quaſi turpis ſit pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, *c. quæ contra mores. 8. diſtinctione.*

Quamuis verò de conſuetudine parochiani ad reparationem Eccleſiæ teneantur, credo tamen, quod Rector * Eccleſiæ nihilominus
hac in parte debet ſuam ſollicitudinem impartiri. 8.
Licet enim per conſuetudinem exoneretur à ſumptibus præſtandis, non tamen eximitur à cura & ſollicitudine impendenda. *arg. leg. Si domus. ff. de ſeruit. vrb. prædiorum.* eoque magis, quod ipſius intereſt, non tantùm propter decorem Eccleſiæ, verum etiam quia epiſcopo, ſi opus eſt, de eiuſmodi reparatione rationem reddere debet, *cap. 1. 11. quæſt. 3.* Audiet igitur rationes refectionum factarum, itemque & legatorum ad vſum Fabricæ relictorum,

lictorum, dabitque operam, ne quid in his deſit. *Ita in ſpecie decidit Ioannes de Athon. ad cap. improbam, in gloſ. magna, in verbo, Ad hoc tenentur. tit. de domibus Eccleſ. ad conſtitutiones legit. regionis Anglic.*

CAP. X.

Populo ad refectionem Eccleſiæ obligato, vnde ſumptus præſtari debeat.

SVMMARIVM.

1. *Parochiani quomodo contribuant ad reparationem Eccleſiæ.*
2. *Collecta quomodo imponatur.*
3. *Taxatores collectarum quales eſſe oporteat.*
4. *Taxatores iniqui qua ratione puniantur.*
5. *Appellare licet ab iniqua taxatione.*
6. *Domicilij translatio an liberet à ſolutione collectæ, aut à reparatione Eccleſiæ.*

QVando conſuetudo loci legitimè introducta & probata, onus reparationis Eccleſiæ in plebem reijcit, cenſet Ioannes de Athon. *ad conſtitutionem, quæ incipit, Improbam ad verbum, ad hoc tenentur, tit. de domib. Eccleſ. ad*
1. *conſtit. Anglic.* quod vnuſquiſque † parochianus tenetur ad hoc iuxta portionem agri, quem intra ipſam parochiam poſſidet, & iuxta numerum animalium quæ ibidem nutrit. *arg. l. vlt C. de immu. nem. conced. lib. 10. & l. penult. C. de omni argro. deſerto*, quaſi hoc onus perſonis ibidem habitantibus, Eccleſia vtentibus, & ſacramenta ſua ibidem accipientibus, pro modo & ratione rerum ſuarum imponatur, & vt ait Iaſon *ad l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ. &* ſecundùm quod quis eſt æſtimatus in libris communitatis, ita taxatur: appellaturque tunc propriè collecta, † vt quæ non habet certam
2. & limitatem formam; ſed cuilibet ſecundum patrimonium & occurrentes neceſſitates imponi ſolet per magiſtratum loci, aut per eorum deputatos, quos diſcuſſores, æſtimatores, ſeu peræquatores leges vocant, *l. peræquatores. C. de cenſib. lib 11. & in rub C de diſcuſ. lib. 10.* quouſque, *vt ait Rolan. à Valle conſ. 66. num. 54.* * homines bonæ & timoratæ conſcientiæ eſſe
3. oportet, qui nulla amicorum ſeu cognatorum affectione ducti, vel gratiam vel iniuſtitiam faciant, ſemperque cogitent cauendum eſſe, ne onus quod debet eſſe multorum, pauci ferant alijs ſubleuatis. *Bald. conſ. 410. lib. 5. per l. actores. de exact. trib. libr. 10.* neuè pauperibus, quorum nota paupertas eſt, moleſtiores fiant, *ſecundum Lucam de Panna ad l. 2. C. de quibus muner nemini, & Ioan. de Platea ad l. omnes 1. C. de annonis.* intelligentes etiam hoc periculum ſibi imminere, vt ſi iniquum taxaſſe, & iniuſtitiam commiſiſſe deprehenſi ſint, omni honore priuentur, compellanturque ad ſoluendum illud totum, quod ſua iniqua ſententia aſſcripſerunt, *lib. 1. & ibi Dd. C. de diſcuſſor. Lucas de Penna ad l. fin. C de anno. & Rolandus à Valle loco præallegato.* Hi verò, qui ſe ab his grauatos eſſe conqueruntur, * ſi à criminali illiuſ- 4.
modi accuſatione abſtinere, & iniquos illiuſmodi diſcuſſores, ad infamiam, eiuſque quod iniquè taxatum eſt, ſolutionem non adigere, ſed ciuilius agere malint, vtique datur ijs querela infra annum, poſt quem non audiuntur, minoribus & Reipub. cauſa abſentibus exceptis, *l. Qui grauatos. C. de cenſib.* aut niſi alio deinde tempore nimium grauentur. Etenim in his quæ ſucceſſiuum grauamen continent, quoties id de nouo emergit ac naſcitur, præteriti temporis ſolutio aut præſtatio non præiudicat *l. 1. & 2. & ibi Dd C. de his qui ſponte mun. lib. 10. Alex. con. 33. li 5. Lud. Goz. ad. con. 23. Dd. ad c. cum acceſſiſſet. De conſt.*

Sed tamen hæc ita, niſi aliquis dictorum parochianorum, ante impoſitam iſtiuſmodi collectam alio domicilium transtuliſſe probetur. Nam ſicut non tenetur ad collectam impoſitam in villa ad quam vadit, *l. incola. 2. ff. de mun. l. prouidendum. C. de decur. l. 1. C. Vt nullus ex vicar.* ita quoque non tenetur ad eam, quæ impoſita eſt vbi habitauit, poſteaquam diſceſſit, *d. l incola, & l 2. eod tit. l. 1.* vbi etiam id expreſſè decidit Ioan. de Platea, *C de in col. lib 10.* Quo loco ſimiliter decidit, quid iuris ſit ſi inter villam à qua receſſit, & inter eam ad quam domicilium tranſtulit, hæc quæſtio moueatur: vtrum ante impoſitam collectam tranſlatum fuerit domicilium, necne, quem vide.

CAP. XI.

An forenſibus ratione bonorum quæ in loco poſſident, collecta pro reparatione Eccleſiæ imponi poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Prædia regulantur ſecundùm conſuetudinem loci.*
2. *Prædia an ſint tacitè obligata pro Collectis.*
3. *Forenſes an teneantur ad reparationem pontium, murorum & Eccleſiarum.*
4. *Onus reparandi Eccleſiam an ſit perſonale an reale.*
5. *Forenſes an teneantur ad reparationem campanarum.*
6. *Forenſes an per ſtatutum aut priuilegium ad collectam vrgeri poſſint.*

CVm autem pro modo & facultate bonorum, ad reparandam Chriſti Eccleſiam ſubditis onus imponatur, *vt proximo capite dictum*

ctum eſt, dubitatum fuiſſe memini, an forenſes qui in parochia, cuius Eccleſia refectione eget, fundos & prædia poſſident, in contributionem vocari, aut collectis iſtiuſmodi grauari poſſint. Et ſanè rationem dubitandi facit
1. quod prædia † eorum in alieno territorio ſita, conditiones & naturam eiuſdem ſortiuntur *l. pupillus.§.territorium, & ibid.Dd.ff.de verb.ſignif.*
2. Et quod prædia * non ſolum ciuium & incolarum, verum etiam vniuerſaliter omnia exiſtentia in territorio, ſunt tacitè hypothecata pro collectis pro munere patrimoniali, ac vrgente publica neceſſitate, imponendis. *le.* 1. *& 2.& ibi Baldus.C.in quibus cauſ.pign.tac. contr. Alber.in l. Idem Iulian.ff.hæres.ff. de leg.*1.*l. reſcr.§.fin.ff. de muner.* Et ſi ciuitates quædam habent prærogatiuam, vt hi qui poſſident in ſuo territorio prædia, certum quid frumenti præſtare debeant in ſingulos annos.*l fin. §.præterea. De mune.* igitur in contrarium eſt ius commune. Vt rectè dixerit Pan. *ad. cap. Non minus, de immunit.Eccleſ. & conſ.*38. quod Fo-
3. renſes * ad reſtaurationem murorum, viarum, pontium, & aggerum tenentur, *Quod & Alexand. conſ.* 70. *lib.* 2. & *Corneus conſ.* 209.*lib.* 4. *probat.*

Quibus tamen non obſtantibus exiſtimo
4. contrarium eſſe verum, quia hoc onus * non eſt onus mere reale, ſed mixtum; & imponitur perſonis principaliter, licet fiat taxatio reſpectu rerum, *Gloſſa & Bartolus ad dict. l. reſcripto.§.fin.*

Ideoque cum perſona forenſis, neque ratione domicilij, neque reſpectu originis, Magiſtratui dicti loci ſubiecta ſit, vtique collecta ei imponi non poteſt. *Bart.in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco & in l.libertus.§.ſola ff. Ad municip. Decius con.* 358. *Boetius deciſ.* 260. *num.*11.eoque minus, quod hoc onus non habet certam & determinatam præſtationem; ſed imponitur per accidens, varioque modo, ſecundùm curſum temporis, & euentum rei, aliquando plus, aliquando minus, ita vt recte extraordinarij muneris appellatione contineatur, *vt notat Iaſon ad d.l.placet.& Aretin.conſ.*132. quod munus ad forenſes non pertinet. *Bart.in d.§. ſola.Socynus conſ.*129 *lib.* 1. Maximè cum prædicta Eccleſia in exhibitione Sacramentorum, celebratione Miſſæ, concionibus, rebuſque ſacris, non magis illis ſeruiat, quàm quibuſcunque exteris & peregrinis illic tranſeuntibus, & fortuito aliquo caſu rem ſacram audientibus, & ad Eccleſiam deuotionis cauſa accedentibus, *Id quod pluribus verbis explicant Ioan. de Platea & Rebuff.in l. Cum neque.C. De incol.* Argumenta verò quæ ex aduerſo proponuntur, & dubitationem facere uidentur, locum habent, quando onus principaliter imponitur rebus & ad earum vel reparationem, vel tuitionem, vel defenſionem. Nam eo caſu, ſicut Forenſes ex eiuſmodi reparatione, & commoditatem & vtilitatem percipiunt, & in rebus ſuis defenduntur, ita quoque æquum eſt, vt & onus eiuſmodi ferant. *cap ſecundum naturam.De reg iur.lib.6.l.vnica.C.de cad.tollend.* Et ita præſentem quæſtionem in terminis decidit Stephanus Bertrandi *conſ.* 53. *incip. ex themate num.* 5. *lib.* 1. * Dicens non fuiſſe bene 5.
conſultum Vaſionenſibus, qui contra Forenſes hoc attentarant, etiamſi de reparatione campanarum tantum agere voluiſſent, quarum tamen pulſu, tempeſtates & fulgura ab eorum prædijs arcerentur. *Et rurſum idem Bertran.apertiſſimè de reparatione Eccleſia loquens, conſil.*126. *in fi eo. li.*1.

Communiter tamen hæc concluſio, quod forenſibus collecta imponi non poteſt, reſtringitur primò, quòd ſicut de iure ad onera perſonalia non tenentur, niſi conſuetudo ſit in contrariū, *vt not.Bar per illum textum in l.*1.*C de auro Coron.Decius conſ.*285.*Curtius iun.conſ.*60. *Socynus iun. conſ.*49.*num.*26.*lib.* 1. ita quoque conſuetudine iuduci poteſt, vt ratione bonorum collectam ferant, cuiuſmodi conſuetudinem communiter per Italiam obſeruari, reſpondent Alexand.*conſi.*52.*lib* 5.Bald.*in l.etiam C. de.execunt.rei iud.*Iaſ.*conſil.* 83.*lib.* 3. Aretin. *conſil.*32. Aymo.*conſil.* 111. Roland. *conſil.*32. *in princ* Bellonus *conſ.* 12.quo loco exiſtimat, etiam tempus decennij ad introducendam iſtiuſmodi conſuetudinem ſufficere *quod & multis modis aduerſus alios conſ.*25.*n.*58 *ſequitur Pariſius.* & quidē ſi ſimilis ſit conſuetudo in vicinis locis, & ſi tot actus interceſſerint ex quibus tacito populi conſenſu cōſuetudinem introductam eſſe appareat: nam alioqui longioris temporis lapſus foret neceſſarius, *ſecundum Antonium Nattam. conſil.* 447. Secundò ſicut conſuetudo eiuſmodi valet, ita etiam & ſtatutum, † ſi modò prædia forenſium tributaria facta ſunt, aut ſi populus ille qui ſtatuit, 6.
ſuperiorem non cognoſcat, *ſecundum eundem Nattam ibid.& Carolum Ruinum conſ.*111.*lib.*5. aut ſi longi temporis lapſu corroboretur, Pariſ.*d.conſ.* 25. *num.* 77. *cum ſeq* Quo loco *num.* 52. *& alius multis* demonſtrat, etiam ex priuilegio à Principe impetrando fieri poſſe, vt forenſes ratione bonorum ad collectam teneantur, *eaque in re Laurent.Syluanum conſi.*73.*lib.*2. *Curtium iuniorem d.conſ.* 60. *num.* 8. *Ioannem de Neuitz.conſil.* 66.*Nattam d.loco, & alios multos ſecum conſentientes habet, per leg.munerum.§.patrimoniorum & §.præterea de muner,& hon.*Quod ſanè priuilegium non videbitur eſſe iniquum, ſi re ipſa appareat incolas eſſe pauperrimos, ſic vt ex eorū collatione, fructibuſque Eccleſiæ ac clericorum, reparationem fieri non poſſe conſtet.

CAP.

CAP. XII.

Parochia ſi diuidatur, quis antiquam Eccleſiã reparare tenetur.

SVMMARIVM.

1. *Parochia an poßit diuidi.*
2. *Eccleſia filialis an teneatur ad reparationem matricis.*
3. *Eccleſia diuiſa ſuo iure proprio vtitur.*
4. *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

ECcleſias parochiales, ex legitimis & in iure fundatis rationibus ac cauſis, ſubinde
1. diuidi † poſſe conſtat, *c. cap. vacante, de Præb.*
2. *Sed an parochia legitimè diuiſa nouæ Eccleſiæ parochiani, ad antiquæ matricis Eccleſiæ refectionem conferre debeant necne, diſputari poteſt. Sed hanc quæſtionem loco ſuperius citato tractans Joannes de Aton, exiſtimat non teneri, tum quod iniquum foret reparatione duarum Eccleſiarum eos grauari, & duplici onere affici, *arg. l. Si ead ff. De aſſeſſor. & leg. In nomini. C. de off. præf præt. Aphricæ*, tum quia poſt diuiſionem huiuſmodi factam,
3. ſunt quæ parochiæ omnino diſtinctæ.* *c. præcipimus. §. ſicut duo. 16. quæſt. 1.* & noua Eccleſia à veteri, nomine, honore, & onere eximitur, *arg. l. à nullo. C. de Feriis*, nulla habita ratione, quod per eam diuiſionem veteri Eccleſiæ præiudicatur, cuius conſenſus propter authoritatẽ ſedis Apoſtolicæ, non requiritur.

At ſi à matrice Eccleſia, per diuiſionem capella duntaxat extracta eſt, ſic vt nihilominus incolæ ipſius remaneant parochiani Eccleſiæ matricis: alio iure vtimur, *c. plures autem, 16. q. 1.* quia licet ijs fauorabiliter indultũ ſit, vt propter maiorem commoditatem in noua illa capella Sacramenta ſua percipere, poſſint: ab onere tamen matricis Eccleſiæ non ideo ſunt exempti, *arg. l. Si domus. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 1. §. Si duo. ff. Quorum legat.* inducetque capella
4. veluti dependens & acceſſoria † natura ſui principalis, & illius conditiones ac conſuetudinem ſequetur, *iuxta ea quæ notantur in capit. ſuper eo, de præb in 6.* Et quamuis parochiani hoc caſu duplicis reparationis onera ſuſtineant; tamen cogitare debent, quod hoc euenit vel ex ſua propria, vel ex prædeceſſorum ſuorum voluntaria impetratione capellæ, ad priuatam ſuam commoditatem, *arg. l. Fideiuſſor. §. Si neceſſaria. ff. Qui ſatiſd. cogantur.*

CAP. XIII.

De ſtatutis & ordinationibus inferiorum Conciliorum, circa reparationem & intertentionem Eccleſiæ, nauis ſeu cancelli eiuſdem, ac aliorũ ornamentorum.

SVMMARIVM.

1. *Cancelli quid ſint*
2. *Verba ſunt accipienda ſecundùm communem vſum loquendi.*
3. *Nauis Eccleſiæ quid ſit.*
4. *Campanæ quot eſſe debeant in Eccleſia.*
5. *Ornamenta Eccleſiæ an debeant dari multiplicia.*
6. *Ornamenta an debeant refici, & dari pretioſa.*
7. *Veſtimenta & vaſa Eccleſiæ debent eſſe munda.*

PAnormitanus *ad cap. 1. num. 3. de Eccleſ. ædif.* primum locum poſt conſuetudinem, de qua hactenus diximus, tribuit ſpecialibus ſtatutis & diſpoſitionibus, circa reparationem Eccleſiarum factis, cuiuſmodi ſanè in his noſtris regionibus ſunt plurimæ, vt ex ſtatutis aut concordatis Conciliorum Tongrenſis, S. Trudonis, Eccleſiæ Leodienſis, Geldonienſis, ac aliorum euidenter apparet, in quibus ſubinde reparatio nauis, exhibitioque calicis, Antiphonarij, Gradualis, Miſſalis, Pſalterij, caſulæ, Dalmaticæ, Frontalis, campanæ, aliorumque ornamentorum ad eum qui decimas percipit, refectio vero cancellorum appendicumque & aliorum, ad plebem ſeu parochianos reijcitur, quod & ex conuentione ac compoſitione inter populum ac prælatum inita, factum fuiſſe memini. Quæ ratio eſt, vt de his quoque, de quibus magnas lites natas eſſe ſcio, aliquid dicendum eſſe arbitrer.

Ad cancellos † quod attinet, ſunt qui exi- 1.
ſtimant, eorum appellatione non niſi extremas chori partes contineri. Sunt etiam qui chorum ipſum comprehendi volunt, ideo quod ex colloquio Ambroſij Epiſcopi, atque Theodoſij Imperatoris, *de quo ſcribit Theodoretus, Eccleſ. hiſtoriæ libr. 5. cap. 9. Nicephorus lib. 12. cap. 41. & in tripart. hiſtoria tom. 2. lib. 9. cap. 30.* intelligimus, eundem beatum Ambroſium prædictum Theodoſio Magno iuſſiſſe, vt extra cancellos iret. Id quod eo ſenſu accipiunt, quaſi extra chorum eum ire præcepiſſet. Sed ad eam interpretationem, ſi non firmiora & ſolidiora argumenta mihi adferantur, accede- 2.
re non poſſum. Nam cum verba † obſcura & ambigua intelligi debeant ſecundùm communem vſum loquendi, etiam ſi propria ſignificatio repugnet, & cum ad habendum intellectum cuiuſcunque diſpoſitionis, ſic capienda ſunt, prout vulgus ea intelligit, & accipit, *c. ex literis 1. de ſponſal. l. Liberorum. §. quod tamen. ff. de legat. 3. l. Labeo, ff. de ſuppell. leg.* etiamſi agatur de interpretatione Scripturæ diuinæ. *ca. Maiores. De Baptiſmo. de quo plurima congerit Nicolaus Euer. in loco ab opinione vulgi:* non video qua ratione cancelli appellatione aliud accipiamus, quàm id quod chorum & ſacerdotes à plebe atque poſteriore parte templi diſtinguit, quodque vulgari atque vſitato noſtro idiomate.

Traillien.

Traillien vocatur, non quidem abſurdè & impropriè, ſed propriiſſimè: quandoquidem, *teſte Cælio Rodigino antiquarum lectionum l.5. cap vltimo*, veteres per cancellos intelligebant non ipſum locum, qui circum ſeptus erat, ſed aut valuas, aut ſtationum ianuas, aut firmiora quædam ſepimenta, ſeu interualla ſcenica, & ſepta. Id quod euidenter quoque *tam in libro de oratore, quam in oratione pro Quintio* oſtendit Cicero, dum vno loco ait: *quaſi certarum rerum Forenſibus cancellis circumſcripta ſcientia.* Et alio loco: *Si extra hos cancellos egrediar, quos ipſe mihi circumdedi.* Et quamuis fieri poſſit, quod ſanctus ille Ambroſius, prædictum Theodoſium Magnum, & extra chorum & extra cancellos eius recedere mandauerit, non tamen ideo ſequitur, chorum & cancellos idem eſſe, non magis quam idem ſunt, Eccleſia ipſa interior & valuæ templi, aut domus aliqua & porticus ſeu aditus ad eandem, intra cancellos eſſe non poterat, qui in choro eſſe non poterat. Sed vt chorus à poſteriore templi parte diſtingueretur, cancelli efficiebant, id quod etiam ſenſiſſe video inſignem Doctorem, tametſi rarum & paucis notum, Guillermum Lyndewode *ad prouinciale ſeu conſtitutiones Angliæ, in c. Archidiaconi, ad verbum, cancelli, tit. de offic. Archidiac.* dum ait, quod cancellus eſt interſtitium, quod claudit chorum à naui Eccleſiæ. Si quam tamen aliam interpretationem dedit conſuetudo, quod hactenus nondum cognoſcere potuimus, ſentio minimè ab ea recedendum eſſe, *vt l. minimè. & l. Si de interpretatione. ff. De Legib.*

3. Ex quo etiam intelligimus, nauim † Eccleſiæ, eam corporis Eccleſiæ partem eſſe, quæ extra cancellum eſt, & in qua parochiani ſedent, *quod & dictus Guillermus ibi ad verbum Fabricam, & ad cap. 2. ad verbum, nauis Eccleſiæ tit. de Eccleſ. ædific. expreſſe notat.* Et non totam quidem illam partem nauem Eccleſiæ appellamus, quæ extra cancellum eſt, ſed eam tantum, quæ in medio templi, columnis, parietibus, feneſtris, & tecto conſtat ac ſuſtinetur, ſic vt appellatione nauis, appẽdices & cacellæ Eccleſiarum, in quibus malo & improbato exemplo plerique ambulare ſolent, non contineantur, etiamſi vno eodemque tempore, ac opere, naui Eccleſiæ adiungantur, ipſaque nauis ſine his non aliter, quam auis ſine alis conſtare queat. Id quod nuper, ex informatione, quã in cauſa ſuper ea re controuerſa accepi, & in qua deinde ſententiã dictaui, cõſuetudine & antiqua interpretatione receptũ eſſe pleniſſimè cognoui.

4. De campanis multa referre opus non eſt. Nam * licet Eccleſia parochialis plures campanas habere poſſit ſicut & alia quæuis, *vt ait Ioannes de Anania, ad capit. Ioannes in principio, De homic.* exceptis priuatis oratorijs. *cap. parentibus. De priuil.* qua de re, & an in monaſterijs Fratrum mendicantium idem quoque obtineat, latè diſputat Oldradus *conſil.* 228. tamen Prælatum cui onus reparationis incumbit, ſtatuta eiuſmodi ad vnius tantum maioris campanæ, quam bannalem vulgò appellant, intertentionem communiter aſtringunt, eamque eiuſmodi eſſe volunt interpretes, vt facile in eo loco exaudiri queat, *ad l. Talis. C. de his quibus vt indignis, & ad leg. 1. §. hoc autem. ff ad ſyll.*

In reliquis verò * ornamentis, tametſi caſulæ, calicis & veſtimenti, in numero ſingulari fiat mentio, plerique nihilominus arbitrati ſunt, quod locutio illa ſingularis, etiam pluralitatem in eodem genere in ſe continet, ſi pluribus Eccleſia indigeat, quia ſicut numerus ſingularis verificatur in pluribus, cum à iure profertur, *leg. 1. §. 1. ff. de negot. geſt. l. 3. §. homines ff. de Vi. bon. rapt.* ita quoque & indefinita, à conſtitutione prouinciali, quæ vicem legis obtinet, prolata, cum & vniuerſali ſuo æquipolleat, *cap. Idcirco. Eccleſiaſticorum, & ibi Card. de elect. lib 6.* & identitas rationis hoc ſuadeat, & diuerſarum legum ſimilis deciſio hoc poſtulet: id quod dictus D. Guillermus *ad cap. 2 ad verb. calicem & ad ca. Sint Eccleſiarum de offi. Archi.* licet dubius, & fluctuans ſequitur, æquumque eſſe cenſet, vt veſtimenta Eccleſiæ ſaltem duplicia ſint, ad diſtinctionem ſolennium feſtiuorum, ac aliorum dierum, niſi de conſuetudine aliud ſit receptum. Addi etiam poteſt, quod *ad cap. Sint Eccleſiarum, titul. de offi. Archidiac. ad verbum ſacerdotalia in prouincia Angliæ.*, ait Gloſſa, quod vbi Eccleſia eſt pauper, & non habet niſi vnum ſacerdotem qui celebrat diuina, non eſt neceſſe prouidere eidem de veſtibus diaconalibus & ſubdiaconalibus, cum non ſint in ea miniſtri ad hoc deputati. Et ſi aliquando occaſio incidit, facilè commodato accipi poſſunt. 5.

Quod ſi inter eos * qui Eccleſiæ præſunt, & eum ad quem onus reparationis pertinet, de modo & qualitate iſtiuſmodi veſtium & ornamentorum, quæſtio exurgat, vtique ratio habenda eſt qualitatum Eccleſiæ & ipſius facultatum, vt ſecundum quod magis abundat in facultatibus, ſic meliora & pretioſiora habeat ornamenta, vt notat D. Guillermus *ad d. c. Sint verbum ſicut decet.* & Ioannes de Athon *ad cap. improban. De domibus Eccleſ.* & idem Guillermus *ad cap. 1. ad verbum facultates de Eccleſ. ædif.* qui *& ad verbum, reparandum, & ad verbum, modicam penſionem,* hoc totum arbitrio Iudicis relinquit, & voluptuarias impenſas excludit, *quod & Bonifacius & alij ad Clem. 1. de celeb. miſſ. & ad ca. 1. ad eod. titu. probant.* 6.

Illud ſanè in confeſſo * eſt, quod veſtimenta Eccleſiæ, quibus Domino miniſtratur, & ſacrata debent eſſe & honeſta, & calix Domini cum patena, ſi non ex auro omnino, ſaltem ex argento fieri debet, niſi extrema paupertas aliud ſuadeat, nihilque magis curandum eſt, quam vt omnia munda ſint, quæ ad ſacrificium diuinum pertinent, *ca. altaris. cap. veſtimenta. cap. vt calix. De conſecrat. diſtinctione* 7.

 prima.

prima. Quã de re ſui temporis Prælatos, *conſ. ſuo* 64. admonet Dominicus Geminianus.

C A P. XIV.

Reparatio Eccleſiæ, ceſſantibus ſtatutis & conſuetudine, ad quē de iure communi pertinet, & an illi hoc onere g...uentur, qui decimas Eccleſiæ percipiunt.

SVMMARIVM.

1. *Reditus & bona Eccleſiæ inter quos diuidantur.*
2. *Decimæ ad quos vſus applicandæ ſunt.*
3. *Prælatus quantum conferat ad reparationem ex fructibus aut decimis Eccleſiæ.*

OMnes in eo conueniunt Interpretes *ad cap.* 1. *de Eccleſ. ædif.* quod ceſſante conſuetudine, ſtatuto, ſeu diſpoſitione ſpeciali, reparatio Eccleſiæ ex ea portione quæ à iure ad ſabricam deputata eſt, fieri debet. Id quod paulo altius repetendum eſt. Ex ſacris canonibus apparet, omnes * reditus & prouentus
1. Eccleſiæ, olim in 4. partes fuiſſe diſtributos, quarum vna cedebat Epiſcopo, altera clericis, tertia erogationi pauperum & ſuſtentationi peregrinorum, quarta verò fabricæ & Eccleſijs reparandis. *cap. Mos eſt. cap. cognouimus cap. vobis. cap. conceſſo. &c. quarto autem* 12. *quæſt.* 2. Inter hos verò reditus ac prouentus, etiam decimas eſſe comprehenſas non eſt obſcurum. Nam vt *in tract. de dec. quæſt.* 2. *num.* 4. ſcribit Rebuffus, decimæ à Deo Opt. Max. ſunt inſti-
2. tutæ, † non tantum pro victu miniſtrorum Eccleſiæ, vt legi diuinæ liberius vacare poſſint, 2. *Paralipo. cap.* 13. *& Malach. cap.* 3. aut propter pauperum & hoſpitum receptionem, *Deut. c.* 14. ſacrificiorumque oblationem: ſed etiam propter Fabricæ Eccleſiæ conſtructionem, & tuitionem.

Et quamuis hodie diſtributio illa antiqui iuris, in omnibus non ſeruetur, *vt ait Stephanus Aufrer. deciſ. capellæ Tholoſ.* 499. *quæ eſt penultima:* illud tamen & iure & conſuetudine receptum eſt, vt hoc onus prædictis reditibus, prouentibus, & decimis annexum, eum ſequatur, qui eorum vſum, fruitionem, perceptionem, & commoditatem habet. *Franciſ. Ripa reſponſo ſeu capite* 14. *tit de legibus, & longa conſuet. gloſſa & Dd. ad cap. vnio* 10. *quæſt.* 3. Quomodo & in antiquis Longobardorum legibus *ſub tit. de deciſ. ſcriptum reperitur. Vt vos epiſcopi, qui in omnibus nonas & decimas accipitis in veſtra prouidentia ſit, quatenus Eccleſiæ & capellæ quæ in vna parochia ſunt, emendentur, & luminaria eis præbeatis & vt in eis presbyteri viuere poßint.* Id quod *ibidem*, iterum, *& in præcedente & in ſequente lege* repetitur, & expreſsè ad reparationem ſeu reſtaurationem porrigitur, & euidentem rationem habet. Neque enim ferendus eſt is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, *l. vnica. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollen.* iuxta illud: *Commoda qui ſentit, iungat onus emolumentis. gloſ. in cap. cum ſecundùm, de præben.* & cum res tranſeat cum ſuo onere ad quemcumque poſſeſſorem, *leg. ſi me; & Titium, ff. ſi certum pet.* vtique prouentus, reditus, & decimæ eiuſmodi, cum onere reparationis, ad eum qui percipit & fruitur, tranſire debet. Quod *ex c. priſcū, & d. c. vnio.* 10. *quæſt.* 3. ſatis confirmatur: vbi ſi Epiſc. portiones parochiarum percipiat, ad Eccleſiæ parochialis reparationem obligatur.

Rectè tamen *prædicto loco num.* 7. adiicit Ripa, habendam † eſſe rationem dignitatis & 3.
conditionis prælati, qui decimas percipit, ne vnò eodemque tempore aut amplius quam oportet, iſtiuſmodi reparationibus oneretur. Id quod in ſummis Galliarum Prætoriis ſedulò obſeruari, ex Ioanne Papone *lib.* 1. *tit.* 1. §. 12. *arreſtorum* cognoſcimus. Et vt teſtatur Guilielmus Bened. *ad cap. Raynutius, ad verb. Si abſque liberis* 2. *num.* 33. *de Teſtam.* tertia pars fructuum ad hoc plerumque deputari ſolet, *iuxta. l. ne ſplendiſsima. C. de oper. publ. & leg. fin. C. de vectig.*

CAPVT XV.

Prælatus qui decimas habet, an aduerſus reparationem Eccleſiæ præſcribere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Præſcriptio quid requirat.*
2. *Præſcriptio & conſuetudo an differant.*

DIximus ſuperius, prælatos Eccleſiæ, conſuetudine legitimè à populo introducta, ab onere reparationis Eccleſiæ eximi poſſe. Sed an præſcribendo idem obtineant, diſputatum fuit: cenſetque Hoſtienſis *in ſumma huius tit.* quod non, & apertius Franc. Ripa *loco proximè citato, numero vigeſimo quarto, niſi* aliquando fuerit requiſitus, vt reficeret & impenſas ſolueret. Requiſitus verò recuſauit, & quidem bona fide † recuſauit, exiſtimans ſe ex iuſta 1.
cauſa non teneri; & denique niſi deinde patientia parochianorum acceſſit, *iuxta notata per Alexand. conſil.* 131. *lib.* 2. adeoque excludit prælatos ab hac præſcriptione, qui cum non reſideant in loco, ſeque ad hæc onera teneri ſciunt, neque requiſiti ſunt, neque eas impenſas facere recuſaruut, multaque exiſtunt in quibus non parem vim * obtinent præſcriptio 2.
& conſuetudo, *vt notat Franciſ. Balduс in tract. præſcript. parte quinta, cap.* 1. *& parte* 1. *quæſt.* 10.

CAP.

CAP. XVI.

Prælatus qui decimas habet, vtrum ad reparationem Eccleſiæ vocari debeat.

SVMMARIVM.

1. *Citatio in omni actu præiudiciali eſt neceſſaria.*
2. *Vſufructuarius vocandus eſt quando circa proprietatem aliquid inuocatur.*
3. *Donatio quando præſumitur.*
4. *Socius reparans rem communem quando repetat ſumptus.*
5. *Peritis in arte creditur de reparatione.*
6. *Reparatio non debet fieri de putridis lignis.*

VVlgata iuris regula eſt, *in l. de vnoquoque ff. de re iudic.* quod vnuſquiſque citari de-
1. bet ad eum actum, ex quo damnum † ſentire poteſt, & proinde iuris ac æquitatis ratio poſtulare videtur, vt ab ædituis, aliiſque Eccleſiæ adminiſtratoribus nulla fiat reparatio, niſi prælato ipſo ad quem onus refectionis pertinet, etiam prius requiſito, & reficere negligente aut recuſante vocato, vt uideat quid, qualeſque expenſas facere oporteat. Sicut & vſufructu-
2. arius * vocandus eſt, quando circa proprietatem aliquid innocatur, *l. is qui fundum, ff. de vſu & vſufruct. lega. Tyraq. de retract. conuent.* §. 1. *gloſ. 6. num.* 29. Sed quoniam multa fieri prohibentur quæ tamen facta tenent. *l.* 1 §. *biduum, ff. Quando appellandum ſit*, in ea opinione verſatur Franciſcus Ripa *in d. c.* 14. *num.* 10. *tit. de legib. & longa conſuet.* vt exiſtimet non poſſe Prælatum ſe excuſare à ſolutione impenſarum factarum, ſub prætextu quod non fuit vocatus in concluſione de reparanda Eccleſia, & in conſtitutione ſalariorum præſtandorum operariis, ſed quod ſolum poteſt allegare, plus in fabricam & refectionem impenſum eſſe quam oporteat, *arg. l. ſi quis negotia, ff. de negot. geſt.* Et ideo æditui adminiſtratores ſeu parochiani volentes repetere, articulare debent eiuſmodi impenſas erogatas, fuiſſe neceſſarias, & vtiles, ſeque eas feciſſe animo repetendi, *l. ſed an vltro.* §. 1. *& l. qui cum vtiliter. ff. eod.* Nam ſi proprio nomine, nulla repetendi mentione facta,
3. eas feciſſent, ſubeſſent ſanè dubitatio. *Donari* * *enim videtur*, inquit Papinianus, *quod nullo iure cogente conceditur.* & vt Paulus ait: *Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt. l. cuius, & l. donari ff. de regulis iuris.* Quomodo alios ſecutus reſpondit Angelus *ad l. quidem Hiberus, num.* 5. *ff. de ſeruit. vrb. prædior.*
4. Quod ſi vnus * ſociorum reficit ædificium commune ſuo nomine, & ſuo ſumptu, nihil de ſumptu recuperat, *l. fin. C. de ædific. priua.* Recuperat verò, ſi & ſocium prius interpellauit, & poſteaquam ille in mora fuit, etiam eius nomine impenſas fecit.

Quod ſi inter prælatum, & parochianos ſiue ædituos quæſtio naſcatur de antiqua forma & ſtatu Eccleſiæ, & an refectio neceſſaria ſit necne, exiſtimo per † peritos artis eorumque relationẽ 5.
id terminandum eſſe, ſicut & in ſimili, *ad l. qui luminibus. ff. de ſeruit. vrb. prædiorum, num.* 2. idem Angelus decidit, quod quando ædificia ſunt deſtructa, & de eius forma eſt dubitatio, ſtatur peritis in arte, qui obſeruare & ponderare debent, ne auaritiæ Prælati nimium tribuant, volentemque lignis putridis * reparatio- 6.
nem fieri non audiant, *vt ait Ioannes de Athon. ad conſtit. improbam, ad verbum cum decenter. tit. de dom. Eccleſ. ad conſti.. Angliæ*, & ne è contra nimio ſumptu oneretur. Etenim ſicut reficiens domum, vel parietem communem cauſa ſuæ domus, non poteſt agere contra vicinum ad contribuendum pro impenſis, *Angelus ad l. nauis ff. ad l. Rhodiam de iactu:* ita quoque iniquum foret ad reſtitutionem ſumptuum compelli Prælatum, quos Parochiani vel æditui aut commoditatis ſuæ cauſa, aut ad ornatum non neceſſarium fecerunt.

CAP. XVII.

Reficere debens Eccleſiam, an arbores ad eam pertinentes in ipſius reparationem impendere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Arbores grandes quis excidere non poſſit.*
2. *Arbores Eccleſiæ an debeant applicari ad illius reparationes.*

SIcut † colonus, conductor, emphyteuta, 1.
ſocius, aut pater adminiſtrator bonorum ſui filij, grandes arbores ſeu frugiferas excidere non poteſt. *l. ſi merces ff. loc. l. in fraudem,* §. *conductor. ff. de iure fiſci. l. etſi non* §. *venit, ff. communi diuid. & latiſſimè Tyraq. de retrac. conuent.* §. 3. *gloſ.* 1. *nu.* 23. ita quoque nec vſufructuarius poteſt. *l. ſed ſi grandes. l. æquiſſimum.* §. *fructuarius. & ibi Albert. qui eum legit ſub l. ſi cuius, ff. de vſufruct.* niſi tamen arboribus illis ad villæ, ſeu rei cuius ſunt, reparationem opus foret, & fundus propterea deterior non eſſet. *l. Arboribus. d. tit. iuncto intellectu Alexand. ad eandem l. in leg. diuortio.* §. *ſi fundum. ff ſol. matr.* Ideoque cum Prælatum Eccleſiæ ſaltem in vita vſufructuario æquiparent. *Interp. vt notat. d. pecul. cler. in cap. fin & in cap. præſenti de offic. ordin lib. 6. & expreſſè Dominicus Geminianus conſ. 3. n. 7.* non deſunt fortè, † qui exiſtimant cum arbores ad Eccle- 2.
ſiam pertinentes, & vel in fundo vel in cœmeterio Eccleſiæ natas, ad refectionẽ eiuſdem Eccleſiæ excidere, aut cædere, & applicare poſſe. Id quod ſi non dubitanter & abſq; hæſitatione

propter ea quæ *prædicto loco, num.* 28. reſpondit Tyraquellus ſaltem non abſurdè dici poſſe cenſeo, ſi & omnes omnino Eccleſiæ prouentus, & omne in vniuerſum onus reparandæ & ornandæ Eccleſiæ, ad eum pertineret. Sed ſi, vt communiter fit, parochiani ipſi ſeu æditui partem illius oneris ferant, Prælatus verò propter perceptionem decimarum alteram: exiſtimo arbores illas non ad vtilitatem prælati, ſed ipſius fabricæ atque ædituorum pertinere, tum quod Prælatis illius loci in quo natæ ſunt, iura de vſufructuario loquentia, applicari non poſſunt: tum etiam quod cum onus reparationis & refectionis decimarum perceptioni inhæret, & ex eo præſtari debet, alio & cum nouo Eccleſiæ damno trahi, ſeu aliunde deſumi non poteſt, *arg. eius, quod notat Baldus ad l.* 1. §. *ne autem. C. de cadu tollen.* & onus impoſitum vni, ab alio exigi non debet.

CAP. XVIII.

Prælato, ad quem onus reparationis Eccleſiæ pertinet, non facta reparatione neceſſaria mortuo, qua ratione Eccleſię conſulitur.

SVMMARIVM.

1. *Decimæ an ſint tacitè obligatæ pro reparatione Eccleſiæ.*
2. *Prælatus ſi non reparet Eccleſiam, ex illius bonis reparatio fieri debet.*
3. *Hæres Prælati tenetur ad omiſſam reparationem.*
4. *Hæres quomodo ex delicto defuncti conuenuatur.*
5. *Eccleſia an præferatur creditoribus Prælati.*

IN conſtitutionibus Anglicanis *tit. de Eccleſ. ædif. cap.* 1. ita ſcriptum inuenio: *Si Rector alicuius Eccleſiæ decedens, domos Eccleſiæ reliquerit dirutas vel ruinoſas, de bonis eius Eccleſiaſticis tanta portio deducatur, quæ ſufficiat ad reparandum hos, & ad alios Eccleſiæ defectus ſupplendos.* Et vt rectè *ibidem ad verbum Eccleſiaſticis*, ait gloſſ.
1. *Talia † bona ſunt per viam tacitæ hypothecæ ad reparationem huiuſmodi faciendam obligata.* Idē quoque & mihi dicendum videtur in propoſito, vt
2. ſi Prælatus * ad quem onus reparationis Eccleſiæ pertinet, nulla reparatione facta, aut perfecta, rebus humanis eximatur: Decimæ iſtiuſmodi, aut alij beneficiorum ipſius fructus, quos reliquit, authoritate ordinarij, cuius officium eſt vtilitati Eccleſiæ prouidere, *cap. clericos.* 21. *diſt. detineri.* & ex his reparatio poſtulari poteſt. Quod ſi illa non ſufficiant, certè æquiſſimum eſt, vt ex aliis ipſius bonis patrimonialibus refectio fiat, & ad hanc illius hæres compellatur, *vt dicit gloſ. in d. capit.* 1. *d. loco verſ. quid ſi bona ſua, &c.* Nam ſicut cum Prælatus aliquid de rebus propriis in rem ſeu vtilitatem Eccleſiæ impendit, vel ipſe vel eius hæres de bonis Eccleſiæ recuperare poteſt, *ca. lator.* 2. *q.* 7. ita quoque è conuerſo, *inquit Henricus Bohic, ad rubr. de pecul. cler. in princip.* Si res Eccleſiæ neglexit, aut eam non vti oportuit, intertenuit, vel ipſe vel eius hæres id refundere debet, ſiue eum ideo ex contractu aut quaſi contractu, ſiue ex delicto aut quaſi delicto teneri dicas. Priore enim caſu conſtat, actiones tam contra hæredes, quam hæredibus, ex contractibus & quaſi contractibus defuncti dari, *C. vt act. ab hæred.* Poſteriore vero, licet † iure ciuili ex delicto defuncti hæres non teneatur, niſi ex ea parte 3.
quæ ad eum peruenit, vel in ſolidum, quoties lite conteſtata defunctus deceſſerit. *l.* 1. *C. ex delict. defunct.* iure tamen canonico, quo in his vtimur, *cap. quod clericis, de foro compet.* hæres tenetur ex delicto defuncti, etiam ex ea cauſa nihil ad eum peruenit. Et ideo hoc diſcrimen inter ius canonicum & ciuile conſtituitur, ut iure Pontificio hæres teneatur ex delicto defuncti, non ſic iure ciuili, vt animæ defuncti conſulatur, quam hæres exonerare debet, *c. tua nos, de vſur. ca. In literis, de rapt. c. vlt. de ſepult. Carolus Ruin. conſ.* 20. *lib.* 4. *Rodericus Zuaren. allegat.* 26. *Ioan. Fabr. ad* § *pœnales Inſtit de perpet. & tempo. act. Et Stephanus Aufrer. deciſ. Tholoſ.* 70. *id quod penè in terminis decidere videtur. Dominic. conſil.* 3. Imò quod magis eſt, exiſtimat Panormitanus *in d. cap vlt.* ius ciuile à iure Pontificio hac in re non diſſentire, ſed hæredem teneri ad ſatisfactionem ratione tacitæ promiſſionis, aut præcepti defuncti, qui moriens tacitè ſaltem iniunxit eiuſmodi damni refuſionem fieri. *De quo latè ſcribit, & communem ſententiam per omnia ſequitur Didac. Coua. lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 3. Re vera tamen * multum intereſt, vtrum hic delictum eſſe dicas, 4.
ex quo hæres obligatur, an ſimplicem contractum vel quaſi: Quia ſi ex contractu vel quaſi contractu obligatur, etiam vltra vires hæreditatis tenetur, inuentario non confecto, *l. ſcimus. C. de iure delib.* Sin autem ex dilicto vel quaſi, crebriore & æquiore ſententia receptum eſt, quod vltra patrimonium defuncti in eiuſmodi ſpecie minimè tenetur. *Fre. conſ.* 21. *Aretin. conſ.* 148. *Et latè Didacus prædicto loc. verſ. incip. Illud verò obſeruatione dignum eſt, per text. in d. ca. tua nos, & in d. cap. in literis.* Et hæc ſatis factio iniungitur hæredibus iuxta facultates defunctorum, vt rigor iſte iuris, aliqua æquitate temperetur. Et quamuis Dominicus Gemin. *de conſil:* 3. *numer.* 8. delictum hoc conſtituit, quaſi ſcilicet hic Prælatus, qui percepit fructus, & reparationes non fecit, ſed moras quæſiuit, doloſo animo, & cauſa augendi patrimonij hoc fecit: non arbitror tamen hic propriè eiuſmodi delictum eſſe, vt ideo hæredem ex delicto teneri dicas. Nam & in omni defuncto alioqui tale delictū foret, qui ſuo die pecuniā non ſoluit, & promiſſos nummos quātumuis

tumuis ſæpè interpellatus non præſtituit,adeoque moram cui dolus ineſt, contraxit. Sed quemadmodum tutor ſuſcipiendo adminiſtrationem bonorum pupilli, tacitè cum eo quaſi contrahit, & hæredem ſuum tacitè obligatum relinquit,§.*Tutores quoque Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contr.* ita quoque & Prælatus, *c. præſenti*, §. *porro & ibi Dd. de offi. ordin. lib.6.* qui tutori æquiparatur. *Idem Didacus libro ſecundo. cap.* 15. *num.* 6.

5. Quod † ſi nemine hæreditatem illius adeunte, bona non ſufficiunt, aut ſi ſufficiant, plures concurrunt legatarij aut creditores: nulla eſt dubitatio, quin Eccleſia legatarijs præfer̃etur: cum legata non niſi ære alieno deducto ſolui queant,*leg.creditoribus ff. de ſeparationibus l.1.ff. Trebel.* Creditoribus verò reliquis an præferatur, *ſuperioribus capitibus* diximus. & obiter *ad d.c.1. Eccleſ. ædific. ad verbum ſufficiat,in conſtit.Anglie*,notatD. Dominus Guiliermus Lyndewode, *quem vide.*

CAP. XIX

Succeſſor in Prælatura aut beneficio, qui decimas non percipit, vtrum ad reparationem Eccleſiæ teneatur.

SVMMARIVM.

1. *Succeſſor in Eccleſia cenſetur vt hæres.*
2. *Succeſſor an teneatur ad ſolutionem decurſæ penſionis.*
3. *Succeſſor quando tenetur ſtare locationi prædeceſſoris.*
4. *Succeſſor in dignitate, an teneatur ad Eccleſiæ reparationem.*
5. *Actio perſonalis quando datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

MAius dubium in eo eſt: An ſucceſſor in Prælatura ſeu beneficio, qui decimas non percepit, ad reparationem Eccleſiæ à prædeceſſore ſuo neglectam & omiſſam, vrgeri poſſit? Nam cum ſucceſſor in Eccleſia,
1. cenſeatur vt hæres*prædeceſſoris, *c.conuenior*, 23.*quæſt*.8.*per quem textum ita dixit gloſſa in cap. 1.de ſolut.& Hieronymus Gigas in tract.de penſion. quæſt.*52. *num.* 1. videtur pro ijs conueniri poſſe, ad quæ defunctus obligatus fuit. Et in ſimili videmus, quod & ad ſolutionem pen-
2. ſionis * decurſæ & non ſolutæ, & ad præſtationem decimæ papalis, & ad ſatisfactionem collectæ, cenſus, decimarum atque iurium epiſcopalium tenetur, licet fructus non percepit, & pro eo tempore, quo rector, prælatus, aut adminiſtrator non fuit, *Philip.Franc. ad cap. fin de offic. ordin. lib.6. Ioan. And.in cap. Non eſt in mora, de reg.iur. lib. 6. Freder. à Senis conſil.*209. *Zenzel. ad Clem.1.& ibi Card. quæſt.* 11.*de cenſib.Gigas d.loco quæſtiõ.*39.Et ideo etiã in ea opinione verſantur plerique, quod eiuſmodi ſucceſſor, * locatione à tali prædeceſſo- 3.
re factæ ſtare tenetur. *Angel. conſil.*245.*num.* 6. *Maria.Soc.con.*32.*li.*1.*D.Athon.& alij in c.vlt ne prælati vices ſuas*, *Panor.q*.4. *dub*.5.

In contrarium verò vrget, quod hæres & ſucceſſor in dignitate ſeu beneficio, æquipantur tantummodo ſecundum quid:quia ſicut hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti, *l. hæreditas. ff. de reg. iur* ita & ſucceſſor in beneficio. In eo * tamen eſt differentia, quod 4.
hæres tenetur ad omnia debita defuncti qualitercunq;contracta ſed ſucceſſor in dignitate tenetur ſolũ ad debita cõtracta pro neceſſitate aut vtilitate Eccleſiæ,*d.ca.1. & ibi And.Barb. n.* 5.*de.ſolut.*Et ſicut filius tenetur de omnibus, de quibus tenebatur pater:ita ſucceſſor (inquit Hoſtienſis *ibi.*)tenetur de omnibus, de quibus tenebatur prælatus vt Prælatus, & ſic pro quibus Eccleſia eſt obligata: quia ſucceſſor in prælatura non ſuccedit prælato, ſed dignitati, & proinde propriè hæres non eſt, cum non vt hæres à defuncto, ſed à ſuperiore ſuo conferente, ius acquirat. *Innoc. ad cap.cura. de iure patron.* Et quod ex aduerſo proponitur, ſucceſſorem teneri ad obſeruationem locationis per prædeceſſorem ſuum factæ, ita demum verum eſſe reſpondet Alex. *conſil.* 160. *num.*4. *lib.*6. ſi eiuſmodi locatio pro vtilitate Eccleſiæ facta eſt, & pecunia inde recepta in rem illius conuerſa fuit. Quod plurimis verbis examinat Didacus *lib.*3.*variar. reſolut.c.*15.*num.*6. Et in ſpecie probat Dominicus, *conſ.*17. *n.* 30. dum ait, quod Canonicus qui locauit fructus præbendæ ſuæ ad quinquenniũ,& totius temporis pecuniam recepit, & ante finitũ quinquenniũ moritur,ſucceſſori ſuo præiudicium non facit. Quomodo & Caccialupus *in tract penſion. quæſt.* 12.reſoluit, quod ſucceſſor non tenetur, niſi fructus per prædeceſſorem percepti & conſumpti, in vtilitatem Eccleſiæ conuerſi ſint, non etiam ſi eos aut in malos vſus, aut in proximorum ſuorum commoditatem expendit. Et quamuis ſucceſſor ad onera realia, quæ beneficiũ, & rem concomitatur ad quemcunque tranſeat, teneatur. Vt ſunt penſio, cenſus, decimæ & ſimilia, *ca.ſi quis laicus* 16. *quæſt.* 1. *Alciatus conſ.* 22. *& conſ.*40.in iſtiuſmodi tamẽ oneribus alia videtur eſſe conſideratio, cenſentque nonnulli, iſtiuſmodi ſucceſſorem aut eſſe ſucceſſorem bonorum, quem conſtat vltra ea quæ percepit non teneri. *Bart.conſil.* 157.*incip ſuper his. Aymon conſil.* 139.*numer.*5.aut certè eſſe ſucceſſorem particularem in beneficio, aduerſus quem actio non dirigitur,*l.*1.*§ſi hæres. ff. ad Trebell. Domin. d. conſil.* 3. Id quod etiam ſentire videtur Ioannes Monachus *ad cap. præſenti.num.*19 *de offic. legat. lib.6.* dicens,quod ius beneficiale adeo eſt perſonale, vt perſonam non egrediatur, & quod in ſucceſſore per omnia ius nouum creatur, atque conſtituitur.

Cæterum præſentem quæſtionem in terminis reſoluentes, Nicolaus Boërius *deciſ.* 204. *incip Præſuppono quod ordo,n.*50.& Joan. Papo. *in lib. de arreſt.Galliæ tit.* 1.*lib.*1.§. 14. teſtantur per ſententiam Parlamenti Tholoſani, Abbatē S. Ægidij in Prouincia, fuiſſe condemnatum ad faciendum reparationes per ſuum prædeceſſorem omiſſas. Quæ ſententia videtur fuiſſe fundata ſuper eo, vt ex d. Boërio, *num.* 48. colligimus, quod iſtiuſmodi onus reparationis habitum fuit pro onere reali, ſicut alia illa onera, de quibus ſuperius diximus, ita vt ſucceſſor pro illo adimplendo conuenire poſſit, ſaluo ſibi regreſſu contra prædeceſſorem eiuſue hæredem aut bona, ſi quæ ſint; prout de penſione per prædeceſſorem non ſoluta, *in d q.* 39. decidit Gigas. Et de decimis *conſ.* 40. *incipien. viſa eſt,* ſcribit Alciatus, quod eas emptor ac ſingularis ſucceſſor, pro tempore præterito præſtare debet, *ca. paſtoralis, & ibi Dd. de decimis.* Et ſicut penſionarius electionem habet contra quem agat ad decurſam penſionem, vel contra beneficij poſſeſſorem; vel contra prædeceſſorem eiuſue hæredem: ita quoque in electione creditoris decimarum eſt, pro præteritis decimis, vel emptorem vel venditorem conuenire, *ſecundum eumdem Gigantem dicto loco num.*11. Et rurſum Guido papæ *quæſt.* 576. decidit, tertium poſſeſſorem, pro anniuerſariis, quæ Eccleſiis relicta ſunt, ad orandum pro defunctis, conueniri poſſe, ſi ſoluta
5. non fuerint. Et ſicut † vbicunque res affecta eſt, actio perſonalis datur contra ſingularem ſucceſſorem, *Baldus in l.*2.14.*quæſt.C.de reſcind.vendit. Alexand in d.§. Si hæres*: ita quoque in præſenti caſu, contra ſucceſſorem in beneficio videtur eſſe danda, & maxime in ſubſidium, excitatoq; iudicis officio, *vt in ſimili reſpondet Nicolaus Euerardi.conſil.*147.*incip præclariſſime Domine,* eoque magis, quod longe æquius eſt, reparationes iſtas à ſucceſſore exigere, eiuſque vtilitatem pro ea parte ſemel aliquantulum minuere, quam vel Eccleſiam negligere, vel hoc on us reparationis ad alios, qui nihil vnquam ex fructibus percepturi ſunt, transferre.

CAP. XX.

An Epiſcopus, Canonici, & reliqui beneficiati, ad reparationem Eccleſiæ teneanrur, & quando.

SVMMARIVM.

1. *Canonici & clerici quando ad reparationem Eccleſiæ tenentur.*
2. *Ornamenta Eccleſiæ dare debet, qui eam reparare debet.*
3. *Sacerdoti conuenit ornare templum Domini.*
4. *Laici non poſſunt clericis collectam imponere ſuo iure.*
5. *Taxatio pro reparatione facienda, de quibus fructibus beneficij fieri debet.*
6. *Paupertas Epiſcopi præfertur paupertati Eccleſiæ.*
7. *Eccleſia diues tenetur alere pauperes clericos.*
8. *Prælati Eccleſiæ non debent luxuriari.*

SI decimæ & fructus Eccleſiæ, eaque portio quæ vel de iure vel de conſuetudine ad reparationem Eccleſiæ deputata eſt, & de qua hactenus dictum eſt, ſola de ductis neceſſariis alimentis Prælati, ſeu eius qui illam percipit, non ſufficit, vtique † & Epiſcopus & Cano- 1.
nici, & rector, & omnes alij clerici beneficiati, ad refectionem iſtiuſmodi, pro rata ſuorum fructuum & beneficiorum conferre debent. De Epiſcopo enim & Canonicis, extat elegans conſilium Alex. 43. De Rectore, capellanis, & reliquis beneficiatis, Ripa. *c.* 22. *de reſc.* Freder. *conſ.* 21. Deciſio Cap. Tholoſ. penult. Hoſti. *in ſumma de Eccleſ. ædif.* §. *à quibus* Joan. Anton. *de domib. Eccleſ. in conſti. Anglic.* Et de omnibus in vniuerſum, & elegans textus *in c.* 1. *eo. tit. de Eccleſ. ædif.* cuius verba ſunt hæc: *Quicumque Eccleſiaſticum beneficium habent, omnino adiuuent ad tecta Eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas Eccleſias emendandas.* Et *in d. de his eo t.t. & latè ibi Interpretes.* Et quando prædicti textus tantummodo loquantur de Eccleſiis reparandis, idem tamen eſt in ornamentis Eccleſiarum: quia † ad quemcumque pertinet 2.
refectio Eccleſiæ, ad illum quoque pertinet de iure reparatio ornamentorum. *Vt poſt longam diſputationem tenet Stephanus Bertrandi conſ.*46. *inci. viſis quibuſdam lib.* 2. *& in conſil.* 43. *&* 126. *libr.* 1. *Et Andreas Barb. conſil.* 25. *libr.*3. Et ratio iſtius eſt, partim quod maximè Sacerdoti † conuenit ornare templum Dei de- 3.
core congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat, *vt ait B. Ambr. lib.* 2. *offic. c.* 21. partim quod æquum eſt, eum qui lucrum ſentit, onus quoque ſuſtinere, *l. vni. C. de cadu. tollen.* partim denique quod clerici dum viuunt, æquiparantur vſufructuariis, *gloſſa in ca. præſenti de offic. ord. lib.* 6. *It in c. requiſiſti, de Teſtam. & c. fi. de pecul. cleric. & c. duo ſunt genera* 12. *q.* 1. Vſufructuarij verò tenentur ex fructibus res conſeruare in bono ſtatu, vt patet ex definitione vſusfructus, qui eſt ius vtendi fruendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia, *l.* 1. *ff. de vſufr.* & vt ſarta tecta teneant. *l. hactenus. l. vſufructu. leg. ff. de vſufr. l. Eum ad quem. C. eodem tit* ſicut & creditor. *l. Quod de creditore. l. Si finito. ff. de dam. infec.* alioquin fructibus priuantur, *gloſ. in d. l. hactenus. ad verbum pertinet.* Quantum † vero conferre debeant, non eſt iu- 4.
re definitum, neque hoc ad inferiorum laicorum Magiſtratuum Imperium pertinet, *vt ait Ripa d. reſponſo* 14. *de longa conſuet. & reſp.* 22. *de reſcr.* nec ad parochianorum moderationem ſpectat, ſed arbitrio ſuperioris clericorum, & diſpoſitioni Epiſcopi ac Capituli relinquendum

dum eſt *c.fi.de his quæ fiunt à ma.part.Cap.& ibi Dd.Stephan.Bertr.d.conſ.* 49.*num.*5. *Syluester in ſua ſumma.ad verbum Eccleſia.num.*4.*Ripa d. loco num.* 3. qui ſi nimium grauare pergant, ab eorum taxatione appellari poteſt, *vt ait Ioan. de Athon d.loco.ad verbum teneantur.* Et ſane taxa-
5. tio † iſta fieri debet reſpectu fructuum & beneficiorum, quos clerici percipiunt, & quæ poſſident in eadem Eccleſia;(vt c lxi)non verò reſpectu bonorum propriorum, aut patrimonij proprij. *Ancho, ad d. c fi.* neque reſpectu beneficiorum, quæ in alijs locis habent. *Doctores ad d.cap.*1.in quibus ceſſat ratio contributionis, ne pluribus oneribus in pluribus locis ſimul grauentur. Quod amplius eſt, *eleganti ſuo conſ.* 195. *incip. Ex facto.* poſt longam diſputationem in vtramque partem præmiſſam, exiſtimat Iacobus Philippus Porcius Imolenſis, quod Canonici & beneficiati alicuius Eccleſiæ, ratione perſonalium diſtributionum, quas in eadem Eccleſia recipiunt, & quæ non niſi præſentibus dantur, ad iſtiuſmodi collationem non tenentur, & impenſam Eccleſiæ inſtaurandæ ſecundùm earum diſtributionum facultatem partiendam non eſſe, ſed aliunde viritim præſtari oportere, quem vide. Et ſanè tantum illis relinquendum eſt, vt honeſtè adhuc viuere queant. *d.c.his c. Si monachus* 16. *qu.*1 Vnde inquit Matth. de Afflict.*ad conſtit.quæ incipit,*
6. *quanto cæteris,verſ.An autem &c.*ſi fructus † Epiſcopatus nimis tenues ſunt, præfertur neceſſitas ipſius reparationi faciendæ, imò ipſa * Eccleſia & ei & aliis clericis egentibns ſi ipſi
7. facultates ſufficientes ſunt, victum & veſtitum debet. *Panormit.in repetit.c.cum eſſes,q.*2.*& Socyn. conſ.* 32.*n.*2.*li.*1.*idem Portius conſ.*34.*n.* 19 ita tamen vt non ſub hac neceſſitate contineantur vaſa argentea, aliæque pompoſæ & vanæ expenſæ, propter quas multos Epiſ. in perpetuam damnationem ſe præcipites dare ait. *Et ideo tibi, O Sacerdos,* inquit Hieron. *de altari viuere,non luxuriari* permittitur,c.Eccleſ.*25.*diſt.*
8. Et Ambr.*li.*2.*offic.cap.* 31. *Alterum inhumanum, alterum prodigum eſt,ſi aut ſumptus deſit neceſſitati ſacerdotum, quos à ſordidis negotiationum aucupiis retrahere debent, aut voluptati ſuperſit.* Et hanc moderationem ex æquitate deſumptam, in ſummisGalliarum prætoriis ſeruatam eſſe, *li.* 1.*tit.*1.§ 13.*de arreſtu,*oſtendit Io. Papo *de quo ſuperius c.incip. omnes in eo latius diximus.*

CAPVT XXI.

Clericus an pro rata penſionis teneatur contribuere ad reparationem Eccleſię, ſuper cuius fructibus dicta penſio eſt impoſita.

SVMMARIVM.

1. *Penſio Eccleſiaſtica an ſit beneficium.*
2. *Penſionarius an teneatur ad decimas Papales.*
3. *Penſionarius an teneatur ad charitatiuum ſubſidium,& reparationem ciuitatis.*
4. *Penſionarius an teneatur ad reparationem Eccleſiæ.*

CVm *proximo capite* oſtenſum ſit, clericos beneficiatos ad reparationem Eccleſiæ pro rata & magnitudine ſuorum fructuum teneri: nata inde eſt quæſtio, An igitur is quoque pro rata obligatus ſit, qui ſuper fructibus Eccleſiæ penſionem habet? Et ſanè id prima facie negari poſſe videtur, cùm penſio Eccleſiaſtica neque ſit beneficium * Eccleſiaſticum, neque illius appellatione contineatur. *Decius* 1.
in Rubr.de Reſcr.col.vlt. Et licet ſoluens penſionem habeat beneficium, non tamen ille à quo exigitur. *Oldrad. conſ.*168.

Sed hanc eandem quæſtionem, *inter conſilia ſua familiaria in materia Eccleſiaſticarum penſionum,reſponſo.*8. decidens Hieronym. Gigas, ex profeſſo contrarium affirmat, eiuſque verba penè ſunt hæc: Primo, quia penſionarius * pro rata penſionis decimas Papales ſoluere tene- 2.
tur, *vt voluit Bellenzi,in tract.de ſubſidio carit.qu.* 37.*& qu.*75.*Dec.conſ.*157.*Statutum cathedralis Eccleſiæ in*1.*vol.Immò in Elem.Si beneficiorum col.* 1. *verſic.*4. *quærit.glo. De deci.& ſcripſi latè in d. tract. penſ. qu.* 59. Secundò, quia penſionarius * tenetur etiam ad ſoluendum charitatiuum ſubſidium, impoſitum per epiſcopum pro rata 3.
ſuæ penſionis, *vt ſcribit idem Bellenzi. in prællegato tract.q.*37. *& ſcripſi in d.tract.meo de penſ.q.* 39. Tertiò quia penſionarius pro rata penſionis tenetur contribuere cum laicis, ad neceſſariam reparationem murorum ciuitatis, & illorum neceſſariam fortificationem, quando Eccleſia grauata penſionis onere, ad id tenetur. Et eſt ratio, quia tale onus imponitur reſpectu fructuum, *prout dixi in prædicto tract. meo penſ.q.*80.* Hactenus ille: Subiiciens tamen *in fine* hanc reſtrictionem, *niſi penſio eſſet reſeruata* 4.
libera,& exempta à quibuſcunque oneribus,tam ordinariis quam extraordinariis,& cum aliis clauſulis, quæ in ſimilibus literis opponi conſueuerunt.

CAP. XXII.

Populus quando de iure communi ad refectionem Eccleſiæ tenetur.

SVMMARIVM.

1. *Populus quando tenetur de iure communi ad reparationem Eccleſiæ.*

2. *Populus debet ſacerdotibus exhibere alimenta.*
3. *Zelus populi ad reparationem Eccleſiæ quis olim fuit.*
4. *Renuncians vſui Eccleſiæ, an liberetur à reparatione.*
5. *Vicinus renuncians vſui communis putei, an liberetur à reparatione eius.*

EA eſt concors & communis Interpretum ſententia, & potiſſimum quidem Cardinalis, & Panorm. *ad cap.* 1. *De eccleſ. ædif.* quod
1. quando* portio ad vſum Fabricæ deputata, decimæque & fructus beneficiorum, deductis alimentis commodè non ſufficiunt ad Eccleſiarum reparationem ſeu refectionem: etiam populus ad contributionem vocatur, vtpote cuius intereſt, vt miniſtris Eccleſiæ iuſta alimenta reſeruentur, & templa diuino numini dicata, reparentur. Nam vt de clero ſcribit Orig. *Neceſſe eſt, vt eum populus communiter curet, qui ſi neceſſaria* non tribuerit Sacerdotibus & Leuitis, occupati illi familiaris rei curis, minus legi Dei vacabunt. Illis verò non vacantibus neque operam dantibus legi diuinæ, populus periclitatur. Obſcuratur enim lux ſcientiæ, quæ in ſacerdotibus eſt, populo non ſubminiſtrante oleum lucernæ.* Et cum ad refectionem murorum ciuitatis, quibus ſe ſuaqus defendit, itemque & pontium ac viarum, quibus ad ducenda ſua animalia & plauſtra vtitur, conferre debeat. *leg. ad inſtructiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vtique multò magis ad refectionem Eccleſiæ conferre tenetur, in qua ſacramenta ſua percipit, & cæleſti ſpiritualique cibo paſcitur ac fouetur. *Hoſtienſ. in ſumma d. titul.* §. *à quibus.* Nam vt eleganter ait Iuſtinianus *in* §. *Si verò liberi in auth. Vt cum de appel. cogn. Si pro corporalibus cogitamus, quantò magis pro animarum ſalute ſollicitudinis prouidentia adhibenda eſt?* Id quod olim non ignorauit populus Iſraëliti-
3. cus, qui, *vt eſt in li. Mac.* ad reparationem * violatæ & expilatæ & ſpoliatæ Eccleſiæ, magno zelo magnaque pietate ſua contulit, & totis animi viribus incubuit. Et vtinam Catholicis hominib. ad ornandas & reſtaurandas Catholicas Chriſti Eccleſias, hoc ſtudium & is ardor eſſet, quo ad inſtituenda & extruenda profana ſua templa ferri videmus ſectarios, qui exemplo populi Iudaici, in vituli conflatione occupati, omnia ſua ornamenta, monilia, mundum muliebrem, torques aureos & vaſa ſua argentea, veluti furore quodam immenſaque prodigalitate acti, contulerunt. Ideoque quod Albericus *ad d. leg. ad inſtructiones*, reſpondit, Laicos ad reparationem Eccleſiæ non teneri: facilè intelligimus ex iuribus per eum allegatis, non aliter accipiendum eſſe, quam ſi reditus fructuſque Eccleſiæ ſufficiant. Iniquũ eſt enim, *inquit Silueſter in ſua ſum. in verbo Eccleſia. ſecundo numero quarto, in fin.* Eccleſia abundante egenum populum grauari, *ca. aurum. duodecim quæſtione ſecunda.* Et apertè hoc ſenſiſſe eundem Albericum conſtat ex eo, quod *in d. rub. & ad leg. ſi in aliquam ff. de offic. Procon. & Legati* dicit, laudabile eſſe & maximè conuenire, vt ex publico ærario Eccleſiæ reparentur. *Quæ omnia & Ioan. Franc. Ripa. c.* 22. *d reſ. li.* 2. *& Card. in Cl* 1. 14. *q. probant.*

Addunt prætereа Hoſtien. Panormit. Anch. & alij, *ad d. cap.* 1. nullam eſſe differentiam inter nobiles & ignobiles; ſed in vniuerſum omnes teneri, etiamſi commodo Eccleſiæ* renunciare velint. Nam cum in eorum poteſtate non ſit, cui Eccleſiæ ſubſint, & vbi ſacramenta percipiant, & diuinis interſint, *c.* 2. *de paroch.* iuri huiuſmodi publico renunciare non poſſunt. Sicut & in ſimili videmus, quod vaſallus non poteſt ſe eximere ſeruitio Domini per renunciationẽ feudi. *Gl. c.* 1. §. *Sim c. de capitum. qui cur. vend.* nec* vicinus eximitur ab onere reficiendi putei cõmunis, ſi vſui eiuſdẽ renunciare velit, *Specul. in titul. de ceſſ.* §. *primo.* Verum quidem eſt, quod in vaſallo vicino & fructuario admittitur, vt pro tempore futuro, feudo, puteo & vſufructui renuncient, & ſic in poſterum onus reparationis effugiant, *leg. cum fructuarius. ff. de vſufruct.* Sed cum pro tempore præterito vtilitatem & fructus perceperint; vtique in præiudicium aliorum pro tempore præterito nihil poteſt renũciatio, *Cæpolla de ſeru. vrb. præd. capit. quadrageſimoquin.* Quod & Bertrandus *conſil.* 53. *li.* 1. ſequitur, & in Epiſcopo probat Gloſſa *in cap. vnio.* 10. *qu.* 3. dicens quod cum Eccleſia reparatione indiget, nihil valet in contrarium facta ipſius renunciatio. 4. 5.

CAP. XXIII.

An Capellæ teneantur ad reparationẽ Eccleſiæ matricis, quando plebs non eſt ſatis diues ad faciendam illius reparationem, & an clerici & Eccleſię inferiores debeant conferre, cùm opus eſt, ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis.

SVMMARIVM.

1. *Capellæ an teneantur ad reparationem Eccleſiæ.*
2. *Epiſcopus an poßit rem vnius Eccleſiæ adiicere alteri.*
3. *Statutum & conſuetudo an idem poßint.*
4. *Eccleſiæ bona ex quibus cauſis vendi queant.*
5. *Clerici diœceſani an teneantur ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis.*

QVod ſi neque fructus Eccleſiæ & beneficiorum, neque vires & facultates parochianorum ac ſubditorum, ſufficiant ad reparationem

tionem Eccleſiæ faciendam, diſputatum fuiſſe memini, An*epiſcopus loci, reditus & prouentus capellarum ſub parochia illa exiſtentium, ad eam refectionem deputare poſſit, reſeruata nihilominus capellano congrua & cōpetente portione, ex qua honeſtè viuere queat? Et eam quæſtionem in terminis decidens Fredericus è Senis, *conſil.*224. *incip. caſus eſt talis:*
2. *quædam plebs, &c.** Dicit quod ſic: Primo quia Epiſcopus ex iuſta cauſa poteſt res vnius Eccleſiæ dare alteri etiam in perpetuum, & ideo multo fortius ad tempus id poteſt, *cap.*1.*de reb. Eccleſ non alien. libr. 6.* Et ſicut de bonis plebis poteſt ſubuenire capellæ; ſic è conuerſo ex bonis capellarum ſuccurrere poteſt plebi ad vtilitatem Eccleſiæ. Secundo, quia quemadmodum omnes Eccleſiæ totius diœceſis tenentur ad charitatiuum ſubſidium Epiſcopo indigenti, *c.cum Apoſtolus.de cenſib.* ita & capellæ ſuo capiti, cum iuſta cauſa ſubeſt, ſubuenire debent. Tertio, quia * non plus poteſt conſuetudo
3. quàm ſtatutum: & proinde ſicut conſuetudo facere poteſt, vt reditus beneficiorum alicui Eccleſiæ applicentur ad tempus & ex cauſa, *cap. præſenti. de offic ordin. c ſi propter tua de reſcr. lib. 6. cap. vt noſtrum, & ibi Doct. tit. de Eccleſ. benef. ſine dimi.* ita quoque & ſtatutum Epiſcopi id poteſt. Eoque pertinet, quod notant Archid. & alij *ad c cum ſingula de præben. l. 6.* quod tacitam communionem habet plebs cum capella. Et propter Epiſcopalia iura non ſoluta, capellæ
4. grauari poſſunt. Quarto quia* ſi pro redimendis captiuis, pauperibus alendis, & templo Deo ædificado poſſunt res Eccleſiarum vendi, & conflari. *c. aurum,* 12.*q.*2. multò magis pro ipſarum Eccleſiarum reparatione, res capellarum authoritate Epiſcopi accipi poſſunt, qui eſt diſpenſator & adminiſtrator omnium eorum quæ ad ipſas pertinent, 10.*quæſtion.*1.*per totum*, & neceſſitatem habentibus ea diſpenſat, *c Epiſcopus.*12.*q.*1.*c.ex his* 12.*q.*1. Eandem quoque quæſtionem eodem modo *ad ca.* 1. *de Eccle. ædif.* reſoluunt Anchoranus, & D. Antonius, quorum ille Frederici meminit, iſte verò non meminit. Et fortè prior tempore Frederico fuit, vt non tam Frederici, quam ipſius D. Antonij ea deciſio eſſe videatur.

Similis etiam eſt quæſtio, quam *ad d. cap.* 1. proponunt Ioan. Andr. Ancho. D. Anton. &
5. Card.* An ſi Eccleſia Cathedralis indiget reparatione, nec fructus ſufficiant, poſſit Epiſcopus & capitulum facere ſtatutum, quod omnes clerici diœceſis teneantur ad contribuendum? Et vnanimi ore concludunt, quod ſic. Nec obſtat. *c, Paſt. de his quæ fiunt à Præl.* vbi fructus Eccleſiarum debent conuerti in earum vtilitatem, & ſtipendia miniſtrorum. Nam *ibi* conſtat *ex fine*, quod Epiſcopus de conſenſu ſui Capituli, poteſt illorum partem ex cauſa rationabili in alios vſus conuertere. *Quod Andreas Barb. conſil.*2 5.*incip.difficile eſt li.*3.*præbat.*

CAP. XXIV.

Capella quando eget reparatione, quis ad illam teneatur.

SVMMARIVM.

1. *Patronus an capellam dotare teneatur.*
2. *Patronus an amiſſa priore dote, aliam dare debeat.*
3. *Conſtitutio Concilij Trid. de reparatione capellarum.*

MAgna inter interpretes eſt diſputatio.
* An patron. capellam quam fundauit, 1
dotare teneatur, necne? Etenim quod non tenetur, exiſtimant Ioan. de Anan. *conſ.*24. *incipiente. Primo videtur.* Et Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. nu.* 102. E contrario autem, affirmatiuam partem ſequuntur Panorm. *conſ.*89.*li.*2. Nicolaus Milis *in verbo beneficium, tract.*45. Felin. *ad c cum venerabilis. de except.* Dec. *conſ.*162. Et vtramque opinionem concilians Rochus de Curte, *in tract. de iure patr. ad verbum dotauit, & ad verbum Eccleſiam.* inter eas capellas quæ ornandi templi cauſa duntaxat Eccleſiis adiiciuntur, & inter alias, quæ orationis cauſa in aliis locis conſtruuntur, diſtinguit, de quo in libro quem de ædificandis Eccleſiis ſcribere incepi, latius Deo volente, & laboribus noſtris fauente, dicemus. Igitur ſi dotata eſt Eccleſia ſumptuſque ferat, nulla eſt dubitatio. Sed ſi dotē non habet, aut ſi eam quam habuit amittat, aut ſi forte illa ſufficiens non ſit iuſta eſt dubitatio, quis ad iſtiuſmodi reparationem teneatur.
* Quid enim ſi patronus ſe ſemel eam dotaſſe 2
dicat, ſe amplius & ſine culpa ſua amiſſa dote ad ampliorem dotationem aut impenſam non teneri aſſerat; *arg. l. Boues.* §. *hoc ſerm. & quæ ibi notat Tiraq ff de verb. ſign.* Quid item ſi ruſtici ad quorum petitionem & commoditatem cappella iſta fundata fuit, vſu illius poſtea carere, & ad Eccleſiam parochialem potius accedere, quam reparandæ capellæ impenſas ferre malint. Licet enim parochiani, vt Eccleſiæ parochialis refectionem euitent, illi renunciare, & in parochia nihilominus manere non poſſunt, vt ſuperius dictum eſt, in capella tamen alio iure vtendum videtur, quia parochiani ab ea recedentes, & ab vſu capellæ deflectentes, ad matrem ſuam redeunt, primæuum ſuum ſtatum, vel veterem conditionem reaſſumunt, nullique planè in ſuo iure præiudicant aut detrimentum adferunt. Itaque exiſtimo ruſticos & parochianos qui capella illa vti volunt, primo loco ad reparationem eiuſdem vocandos eſſe. Neque enim ferendus eſt, qui commoditatem amplectitur, & onus recuſat *l. vnica. C. de cad. tollen. Et ita in terminis decidit Ioan. Athon. in tit. de dom. Eccleſ. c.* 1 *in conſtit. Anglic.* Alioqui ve-

rò

rò ſi nec ipſi nec patroni illam reparare velint, vel propter paupertatem non poſſint, dico locum eſſe decretis ſacroſancti Oecum. Concil. Trident. c.7. Seſſ.21. cuius verba ſunt hæc: *Cùm illud quoq; valde curandum ſit, ne ea, quæ ſacris miniſteriis dedicata ſunt temporum iniuria obſoleſcat, & ex hominum memoria excidant. Epiſcopi etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, tranſferre poſſint beneficia ſimplicia, etiam iuris patronatus, ex Eccleſiis quæ vetuſtate vel aliàs collapſæ ſint, & ob eorum inopiam nequeant inſtaurari vocatis iis, quorum intereſt, in matrices, aut alias Eccleſias locorum eorundem ſeu vicinorum, arbitrio ſuo, atq; in iiſdem Eccleſiis erigant altaria, vel capellas ſub iiſdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria, vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus Eccleſiis impoſitis, Parochiales verò Eccleſias etiam ſi iuris patronatus ſint, ita collapſas reſici, & inſtaurari procurent ex fructibus & prouentibus quibuſcumq; ad eaſdem Eccleſias quomodocumq; pertinentibus: qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos & alios qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis prouenientes percipiunt, aut in illorum defectū Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacumq; appellatione, exemptione & contradictione remota. Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad matrices ſeu viciniores Eccleſias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales quā alias Eccleſias dirutas in profanos vſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi.* Hactenus verba Concilij Tridentini. At ſi eiuſmodi capella ex iuſta cauſa ſuperiorem mouente erecta & cōſtructa ſit, fortè vt periculum animarum quod euenire poſſet, Eccleſia parochiali nimium diſtante, eo caſu non puto renunciationem Parochianorum quicquam operari, ſed è contra non obſtante illa, ipſos pro præterito tempore antequam inde recedere velint, ſi facultates ipſis ſufficiant, contribuere debere, *per ea quæ notat Henricus Bohick ad cap. 3. de Eccleſ. ædif.* Et ſuperius latius à nobis dictum fuit.

CAP. XXV.

Epiſcopus malè ablata à teſtatore incerta, an poſſit, aut debeat in Eccleſiæ reſtaurationem conferre.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopus an malè ablata, incerta poſſit conuertere in reparationem Eccleſiæ.*
2. *Eleemoſyna ex re aliena fieri non debet.*
3. *Eccleſia ædificari non debet de rebus malè partis.*
4. *Exemplum horribile de Eccleſia ex rapinis fundata.*
5. *Mala non ſunt facienda vt bona ſequantur.*
6. *Legata in vnum vſum, in alium conuerti non debent.*
7. *Eccleſia eſt loco pauperum.*
8. *Epiſcopus an poſſit dare partem fructuum monaſterio conſtruendo.*
9. *Eccleſia an prius reparanda, an pauperes prius ſint alendi.*
10. *Eleemoſyna an ſit in præcepto.*

ILlud quoque quæri poteſt, * An ſi nec reditus Eccleſiæ, nec vires & facultates Parochianorum, nec fructus beneficiorum ſeu capellarum, ad refectionem Eccleſiæ ſufficiant, poſſit Epiſcopus Diœceſanus, ea quę pro malè partis incertis reſtituenda accepit, in reſtaurationem Eccleſiæ conuertere? Et pro negatiua parte facit, quod ſicut Eccleſia * non recipit Eleemoſynam ex re aliena & alteri malo ſeu improbato more ablata, *c. ex tranſmiſſa, & ibi Dd. de deci.* ita quoque Epiſcopus eiuſmodi bona in vſum Eccleſiæ conuertere non debet. Quomodo & in ſimili notat Mat. de Affli. *ad conſt. reg. quæ inc. Quanto, verſ. incip. Et an Epiſ.* quod Epiſcopus * non poteſt, nec debet conſecrare Eccleſiam ædificatam de malè acquiſitis, *per c. non eſt putanda. 1. q. 1.* & refert ibidem, * quod quidam Epiſcopus qui Eccleſiam de vſuris & rapinis conſtructam conſecrare cœperat, vidiſſet cacodæmonem in habitu Epiſcopali retrò altare ſtantem, ſibique dicentem: Ad meam iuriſdictionem iſtud pertinet, quod ex rapinis, & vſura confectum eſt, eoque dicto metuentibus, conterritis & videntibus clericis, & Epiſcopo, incontinenti cum magno ſtrepitu & tumultu ipſam Eccleſiam deſtruxit. Et ideo dicebat Angelus *ad l. ait Prætor. §. Si mulier. ff. Quæ in fraud. cred.* quod vſurarij non debent ædificare hoſpitalia, ſed id quod iniquè ab eis receptum eſt, iis à quibus acceperunt, reddere. Et licet Eccleſiam Chriſti reficere pium ſit, illius tamen prætextu impietas committi non debet. *c. noſce 30. quæſt. 1.* Nec * ſunt facienda mala vt bona ſequantur, *c. ſi dicat. 33. quæſt. 5.* Et ſicut non eſt fauendum vni, quantumuis piam cauſam ſuſtinenti, & fauorem publicum merenti, vt aliis iniuſtitiam faciamus. *c. Ex tenore. ext. de foro compet.* itaquoque Eccleſiæ, quę cum aliena iactura locupletior fieri non debet, *cap. Super eo de vſur.* cum præiudicio verorum creditorum ſeu pauperum, neque ad hoc vocatorum & citatorum, neque in eo conſentientium, & quibus tamen ad hæc ius quæſitum fuit, *cap. cum tu. de vſur. c. non ſanè. 14. quæſt. 5.* nullo modo fauendum eſt, *arg. c. Quod omnes de reg. iur. & l. Id quod noſtrum. ff. eod. tit.* neque ſolet contingere liberatio, eoque minus, quod & quæ † in vnam cauſam relicta ſunt, in aliam conuerti non poſſunt, *c. Eam te. de iureiur. c. tua. 2. de decim.* niſi à ſolo Pontifice aut Principe, *c. Conſtitutus. de Relig. Domin. cap. Ad hoc de exceſſ. Præla. c. Tunc verò. 9. quæſt. 4.* in contrariam tamen partem vrget, quod æqualis cura imminet Epiſcopo de tribus, ſcilicet de ſuſtinendis miniſtris Eccleſiæ, pauperibus alendis, & Eccleſiis reparandis

randis, *c.1.83.diſt.c. aurum 12.qu.2. c. hanc conſuetudinem.10.q.2.c.Epiſcopus Eccleſiarum.11. qu.* & proinde Prælatis pauperibus, Eccleſiam
7. (quam, cum & ipſa eget, à numero* pauperum excludit nemo, *c. Audacter.8.q.1.c.inter cætera. De offic.ordin.*) negligere non poteſt: maxime cum pauperum quoque intereſit plurimum Eccleſias reparari, vtpote in quibus ad eorum alimoniam oblationes recipiuntur. *c. habeat.* 12. *quæſt.*1. & in quibus ipſi tanto vberiores eleemoſynas accipiunt, quanto plures ad eos diuini officij audiendi cauſa confluunt & accedũt:
8. Et ſi pro* ædificatione Eccleſiarum ſeu monaſteriorum Epiſcopus quinquageſimam partem fructuum Eccleſiæ dare poteſt, *vt eſt textus elegans in c.bona 12.quæſt.2.& in c.paſtoralis de his quæ fiunt à Prælat.* multo magis de his incertis ablatis ad reparationẽ earum dare poſſe videtur *Id quod in terminis propoſitæ quæſtionis,& dubitationis aſſerunt & decidunt Io.Andr.Anc.Phil.Franc. & alij ad c.Religioſis,de teſtam.li.6.& Ioan.Iacobi à Cambus in tract.de exc. vltim. voltun.par. 2. §. vltim. verſ.ſuboritur tamen dubitatio n.2. Bal.ad l. l.Si quis ad declinandum, in fin.princ.C.de Epiſc & cleric.* Imo quod amplius eſt, cenſet Rebuff. *in*
9. *tract.de congr. port n.*72. quod prius eſt* Eccleſia reparanda, quam pauperes alendi, niſi tanta eſſet neceſſitas, vt planè conſtaret eos alioqui fame perituros eſſe, niſi illis prius ſubueniatur,
10. *d.c.Aurum* 12.*q.*2. quo caſu etiam quo ad Laicos eleemoſyna* eſt in præcepto, *c.paſce* 86. *di.* Quoniam vero prædicti Doctores non reſpondent argumentis ex aduerſo propoſitis, dico verum eſſe, quod Eccleſia non accipit eleemoſynam de rebus male acquiſitis, quando in ſpecie ſciuit ad quem illi bona pertinet, aut cui reſtitui debeant, quia nec pauperibus quidem facienda eſt iſtorum bonorum diſtributio, niſi quando Dominus ignoratur, *cap.Non ſane.*14. *q.*5. *auth. omnes peregrini C. Commun.de Succeſſ.* In poteſtate autem Principis & Pontificis eſt eas res à pauperib. auferre, & in alium pium vſum conferre, quaſi non ſic pauperibus eas lex addixerit, quin in arbitrio illorum manſerit, an in aliam piam cauſam expendere, & applicare malint, *vt ait Did. Couar.ad c.Peccatum.relect.part.*2. *§.verſ. incip.Quamobrem obiter hic quæritur,&c.* Eamdemque poteſtatem & Epiſcopo concedendam eſſe arbitror. Nam quãuis ea quæ ad certum & ſpecialem vſum à teſtatore deputata & relicta ſunt, tam facile in alium vſum conuertere nequeat quam Pontifex, tamen in his quæ à lege deſtinantur ad certam erogationem, & quidem non incommutabiliter laxiores manus habet, *l Id quod pauperib.& ibi Dd.C.de Epiſcop. cleric. & Interpretes ad d.c.Cum. tu*, nullaque iniuria fit pauperibus, quia eiuſmadi male oblata nullum fixũ, indubitatum, irreuocabile, immutabile ius non habent, & qui à ſuo numero egentem Eccleſiam reiicere non poſſunt, vt diximus.

CAPVT XXVI.

De concubinariorum beneficiis, & iſtorum fructibus, ad reparationẽ Eccleſiæ applicandis.

SVMMARIVM.

1. *Clericus criminoſus, & concubinarius an fructus beneficij bona conſcientia percipiat.*
2. *Beneficium datur propter officium.*
3. *Concubinarij ad certam pœnam condemnari an poßint.*

HIs quæ proximo capite de incertis male partis ſeu ablatis diximus, admodum vicinum eſt, id, quod de beneficiis & Prouentibus concubinariorum ſcribunt Interpretes. Conſtant enim, † quod hi in crimine perſe- 1
uerantes, ſi fructus beneficiorum ſuorum perceperint, in conſcientia ſua illos ſuos non faciunt, *vt notat Innoc. ad c. Sicut de cohab. cleric. & mul. Præpoſ. in cap. præter.* 32. *diſtinct.* Beneficium † enim datur propter officium, *c. ſi. de* 2
reſcr. in 6. & proinde qui culpa ſua officium dicere aut facere non poteſt, fructus ſuos facere non debet, *c. Cum ſecundum. de præben.* Et propter ea Rebuff. *ad concord. inter Pontif. & Regẽ Galliæ ad ti.de publ.concubin.§.quia verò,in princ.* dicit quod Epiſcopus † poteſt illos concubina- 3
rios condemnare ad dandum & contribuendũ aliquam ſummam ad reparationem Eccleſiæ. Et apertius de his conſtituens ſancta Synodus Trid. *ita decreuit* 25. *Seſſ. c.* 14. *Quam turpe ac clericorum nomine qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignum in impudicitiæ ſordibus immundoque concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi omnium fidelium offenſione, ſummoq; clericalis militiæ de decore, teſtatur. Vt igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem miniſtri Eccleſiæ reuocentur, populuſq; hinc eos magis diſcat reuereri, quo illos vita honeſtiores cognouerit: prohibet ſancta Synodus quibuſcumque clericis, ne concubinas aut alias mulieres, de quibus poßit haberi ſuſpicio, in domo vel extra detinere, aut cum illis vllam conſuetudinem habere audeant: alioquin pœnis à ſacris canonibus vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis, puniantur. Quod ſi à ſuperioribus moniti, ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionũ, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadem vel vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundò moniti adhuc non paruenerint, non tantum fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur: ſed etiam à beneficiorum adminiſtratione, quo ad ordinarius etiam vti ſedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ſuſpendantur.*

CAP. XXVII.

Quis ad reparationem Eccleſiarum faciendam agere, aut cogere poſsit.

SVMMARVIM.

1. *Cauſa Eccleſiæ reparandæ eſt pia & popularis.*
2. *Publica ſalus in ſacris conſiſtit.*
3. *Actio popularis quæ ſit.*
4. *Eccleſia eſt communis domus omnium.*
5. *Prælatus an poßit non agere contra ſpoliatorem.*
6. *Iudex an ex officio quid poßit circa reparationes Eccleſiæ.*

QVemadmodum iudicium populare datur pro iis, quæ ad piam cauſam attinent, §. *Si vero ſanctiſsimis, verſ. ſi autem hæres & ibi Angel. tit d. Eccleſ tit. de quo plurima ſcribit Tyraq. in tract. de pia cauſ. priui.* 151. ita quoque & Andreas Alciatus, *conſ. ſuo* 43. *incipit, non videtur dubitandum,* dicit cauſam † inſtaurandæ Eccle-
1. ſiæ (quæ proculdubio pia eſt) eſſe popularem, & proinde quem libet de populo ad illius reparationem agere poſſe, *per l ſtipulat. iſta habere licere, &c.* §. *ædem ſacram. ff. de verb. obligat.* quę hoc non dicit, ſed illud conſtituit, quod poſſumus ſtipulari ædem ſacram fieri ſeu ædificari. Sed cum id, cuius noſtra non intereſt, ſtipulari non poſſimus. *d. l. ſtipulatio,* & cum lex ſtipulationem ædis ſacræ cuique permittat, facile inde colligimus verum eſſe, quod ait Alciatus, ædificationem & reſtaurationem Eccleſiæ ad omnes pertinere: tum propter religionem, quæ cùm Deum reſpiciat, precioſior nobis eſſe debet quocunque pecuniarum commodo. *l. ſancimus. in fin. C de ſacroſ. Eccl. c cùm infirm. in fi. de pœ.*
2. *& re.* tum propter publicam * utilitatem, quæ in ſacris conſiſtit. *l.* 1. §. *publ. ff. de iuſt. & iu.* priuatis commodis longè anteponéda, *aut res quæ. C. commu. de le.* & per conſequens eo nomine popularem actionem competere. Popularem * enim actionem vocamus eam, quæ datur
3. ex cauſa populari, hoc eſt, ex facto, quo res quæ ſunt populi, violatæ ſunt, & quam poteſt mouere quilibet de populo, vt ne quid in loco publico vel in via publica fiat, ne quid deijciatur aut effundatur ex cænaculo, ne quid appenſum habeatur in pergula, *vt not. Za. n.* 16 *& alij ad* §. *pœnales. Inſtit. de action.* aut quando iniuria fit vniuerſo populo, vt in Eccleſia violata *ſecundùm Iaſonem ad leg. eum qui,* §. *in popularib. in prin ff de iureiu. Idem Alc. & alij ad l. ſi cui ex empto. ff. de verb. ſignif.* Eoque ſanè pertinet id quod eleganter ait Chryſ. *ho.* 33. *ex.* 9. *c. Mat. his verb Cauſa tui preſbyter, ſed & cauſa tui rectus ſta doctor, laboriq. & afflictione affectus. Qua igitur te excuſabis ratione, ſi ne audiendum quidem paratum animum ei præbueris? Communis certè domus Eccleſia omnium eſt, quam vos priores, nos ad illorũ figuram poſteriores intramus; atque ideo communiter omnibus confeſtim cùm intrauerimus, pacem ſecundùm illam legem offerimus.* Hactenus ille. Et ſanè rectiſſimè dixit, communem domum* omnium eſſe Eccleſiam, 4.
vtpotè in qua omnes tã pauperes quàm diuites, tam nobiles quàm ignobiles, tam iuuenes quàm ſenes, tam plebei quàm magiſtratus, communiter eademque ratione ſacramenta percipiunt, verbo Dei paſcuntur, ſacroſanctis cæremoniis oblectantur & iuſtituuntur.

Et ſanè* ſi quilibet ex populo ad fa iendam reparationem agere poteſt, quanto magis id poſſunt Prælatus Eccleſiæ & ædituí, ſi uel ad populum pertinet reparatio, vel ſi aduerſum eum agendum ſit, qui ſacrilego ac nefario modo, ſacroſ. cathol. Chriſti Eccleſ. aut ſpoliauit, aut euertit, aut deſtruxit, vtpote quibus hoc onus neceſſariò ex legis diſpoſitione incumbit, *cap.* 2. *de iureiur. c. in canonibus* 16. *qu.* 1. Quia ſicut Prælati tenentur bona & patrimonium Eccleſiæ repetere ab iniquis poſſeſſoribus, & ea illæſa ſeruare, alioquin mortaliter peccant *d. cap. in canonibus. gl. in cap. ea. de offi. Archid not. D. Thom. q.* 43. *art. vlt.* vnde ipſe Cantuarienſis Archiepiſcopus laudatur, qui cum ſcandalo Regis & totius regni, bona Eccleſiæ repetere conatus eſt. *c. ſicut dignum. de homici.* Ita quoque reſtaurationem Eccleſiæ vrgere debent, tametſi propter temporale aut ſpirituale damnum, quod, ſi repetitio fieret, imminet, ad tempus illam differre poſſent. *Quod multis egregijs exemp. & deciſ. probat & confirmat Did. quem vide ad c peccatum,* 1. *part. rel. verſ. inc. Nono à ſupradict. deducitur, &c.* 5.

Addit præterea *prædicto conſ.* 43. Alciatus Iudicem* ex officio etiam parte non petente, 6.
poſſe eum qui debet, ad reparationem vrgere. Id quod rationem habet, cum alioqui vel negligentibus his ad quos onus reparationis pertinet, vel in hæreſim & odium religionis prolapſis his, ad quos cura ſolicitandi & proſequendi eam reparationem ſpectat, ſæpè domus Dei & templum ſanctiſſimo illius nomini conſecratum corrueret, & debito ſuo ſplendore fraudaretur. Et hanc deciſionem confirmo per ea, quæ notat Tyraq. *in d. tract. de pia cauſa priuil.* 152. dicens quod licet alias iudex non poſſit nec debeat impertiri officium ſuum irrequiſitus, *l.* 4. §. *hoc autem iudicium, ff. de dam. infec.* Fallit hoc tamen in cauſis pijs, quibus nemine petente poteſt iudex officium ſuum impertiri, & non ſolùm poteſt, verum etiam debet, *textus eſt elegans in l. nec quicquam.* §. *vlt. verſ plerumque, vbi etiam hoc notat Bar. ff. de offic. procon. & in l. profectitia,* §. *ſed & ſi propoñas ff. de iure dot. & alij plures per eundem Tyraq. recitati & allegati.* Secundo hoc confirmo per ea quæ notat Robert. Maranta *in li. de ord. iudic. p.* 6. *n.* 142. vbi dicit, quod iudex ex officio

ſuo

ſuo inquirit de omni crimine,& iniuria cõmiſſa contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & ſimiliter de omni crimine cõmiſſo in Eccleſia, *l. ſiquis in hoc genus,& ibi Bal. C. de Epiſc. & cler.* Et tertio ad hoc facit, *c. decreuimus,* 10. *q.* 1. Vbi dicitur, quod Epiſc. viſitando Eccleſ. ſi inueniat eam deſtitutã, ſacerdoti eius, vt reparetur præcipiet. Et ſanè ſi iudex ex officio ſuo ſic de hoc re inquirit, poteſt id facere etiam nulla fama præcedente, quia hoc non fit ad admonendam perſonam, ſed ad corrigendũm ſeu emendandum defectus. *ſecundum ea quæ notantur ad c. vni. & ibi Hoſt. vt Eccl. ben. ſine dimi. & ad c.* 2. *de colluſ. deteg. & ita in ſpecie not. ut glo. ad ca. ſtatuimus, ad verb. inquiſitio, tit. de Eccleſ. ædif. in conſtit. Anglic.*

CAP. XXVIII.

Quis ſit Iudex competens in cauſa reparationis Eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſiaſticus iudex cognoſcit contra laicos de pia cauſa.*
2. *Principis officium intendi debet circa reparationes Eccleſiæ.*
3. *Arreſta varia Galliæ contra negligentes facere reparationem Eccleſiæ.*
4. *Rex quare poſſit ſe immiſcere reparationi Eccleſiæ.*

GVillielmus Benedicti, doctus & inſignis interpres, *ad c. Raynutius. ad verbum, & vxorem, deciſ.* 2. *num.* 138. *& ad verbum domum, n.* 17. *& ad verbum. ſi abſque liberis c. de fideic. ſubſtit. n.* 35. *de Teſtam.* dicit, quod cognitio quę inſtituitur ſuper reparatione Eccleſiarũ, eſt mixti fori, pertinens tam ad iudices Eccleſiaſticos, quàm ad principes laicos & reges. De iudicibus Eccleſiaſticis nulla eſt dubitatio, propterea quod illi * etiam contra laicos cognoſcunt de omni cauſa pia, & miſerabilium perſonarum per preuentionẽ, *c. ſignificantibus, & ibi Panorm. & alij de offic. indic. deleg. Bald. in auth. ad hæc. C. de vſur. c. dilecto. & ibi Doct. de ſenten. excomm. lib.* 6: & de omni ſpoliatione Eccleſiarum per laicos facta, *c. conqueſti. ex eo. tit.* Et ſi Emphyteutam laicum compellere poſſint ad rem Eccleſiaſticam Emphyteuticam debitè reficiendam. *§. ſcire autem in authen. de non alie. Bart. in aut. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & id quidem actione perſonali ſeu condictione ex lege, *vt ait Stephan. Auf. in tract. de poteſt. iud. Eccleſ. ſuper laic. caſu.* 127. vtique multo magis ad reparationem ipſius Eccleſiæ: cum ad quem hoc onus pertinet, vrgere poſſunt. De ſecularibus autem * Principibus, & ſane ſi non de Iudicibus ſecularibus, ſaltem de Iudicibus Regis, *vt ait Tiraquellus in tract. de pia cauſa priu.* 150. multa paſſim extant iuris reſponſa, & doctorum argumenta. Nam & in ſimili reſpondit Papinianus, quod quamuis ſtricto iure nulla actione teneantur hæredes ad monumentum faciendum: tamen Principali vel Pontificali authoritate compelluntur ad obſequendũ ſupremæ voluntati, cum ſit cauſa pia. *l. hæreditas in fi. de petit. hæredit.* Et rurſum. *de offic. Proconſ. l. ſi in aliquam.* ſic ait Vlpianus. *Aedes ſacras & opera publica circumire, inſpiciendi gratia, an ſarta tectaq; ſint, vel an aliqua refectione indigeant, & ſi qua cœpta ſunt, vt conſummentur, prout vires eius Reipub. permittunt, curare debet. Et in c. vlt.* 96. *diſt.* ait Pontifex, quod *boni Principis eſt Eccleſias contritas & conſciſſas inſtaurare, non onerare. Et in c. ſicut excellentiam, circa finem.* 23. *q.* 4. dicitur, quod *excellentia Principum apud creatorem maiori gloria proficere non poteſt, quã ſi per eam diſperſarum Eccleſiarum potuerit ſocietas reſtaurari.* Et ſi Rex cum proceribus regni intendere poteſt circa ſtatum Eccleſiæ reformandum, *c.* 1. *Ne ſede vacante*: certè multo magis cognoſcere poteſt de Eccleſiis inſtaurandis, & conſeruandis, cum nulla ſit maior diſſipatio, & reformatione magna egens profuſio, quàm reditus percipere, & Eccleſiam ruinam minitantem, & ferè proſtratam ſeu reparatione indigentem, relinquere. Quo pertinet quod 4. *Reg.* 12. *ca.* legimus, quod Ioas Rex Iudæ vocauit Ioiadem Pontificem & ſacerdotes eius ad ſe dicens: Quare ſarta tecta templi non reſtauratis, & prohibuit eos vltra accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſarta tecta præcepit, ita vt ad numerandam pecuniam quæ inueniebatur in domo Domini, fuerunt deputati ſcriba Regis & Pontifex, dabantque eam in manus eorum, qui præerant cœmentarijs eiuſdem domus. Sic & Ioſias Rex *eodem lib.* 4. *capit.* 22. miſit Sapham ſcribam templi dicens: *Vade ad Helechiam ſacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ allata eſt in templum Domini, quam & collegerunt ianitores templi à populo, deturq; fabris per præpoſitos domus Domini, qui & diſtribuant eam his qui operantur in templo Domini, lignarijs videlicet & cæmentarijs, & his qui interrupta componunt, & vt emantur ligna & lapides de lapidicinis ad inſtaurandum templum Domini.* Et rurſum *lib.* 2. *Paralip. capit.* 24. habetur ſic: *Et congregata eſt infinita pecunia quam dederat Rex & Ioada his, qui præerant operibus domus Domini At illi conducebant ex ea cæſores lapidum & artifices operum ſingulorum, vt inſtaurarent domum Domini. Fabros quoque ferri & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur.* Et ideo etiam *in legibus Longobardorum* ſcriptum memini *ſub titul. De Epiſcop. & cleric.* hoc pacto: *Præcipimus vt ſingulæ plebes ſecundum antiquam conſuetudinem faciant reſtauratas: quod ſi filij eiuſdem Eccleſiæ eas reſtaurare noluerint, à miniſtris reipub. diſtrin-*

diſtringantur. Et apertius *in capitul. incip. de Eccleſ. emendandis, &c. & in titul. de decim. §. primo, cum ſeqq.* Steph. Aufre. *in titul. de poteſt. Iud. ſecul. ſuper Eccleſ. articulo vigeſimo ſexto.* dicit
3. quod per plura † arreſta Lutetiæ & Tholoſæ pronunciata ita definitum fuit: & inter alia anno 1391. pro Patriarcha Alexandrino contra Archiepiſcopum Tholoſæ iudicatum, quod ſuper reparatione Eccleſiæ ſuæ Carcaſſonenſis reſponderet in Parlamento, tametſi illius iuriſdictionem declinaſſet, veluti actione perſonali contra ſe qui Eccleſiaſticus erat, in curia ſæculari inſtituta. Et rurſum, inquit ille, idem pronunciatum fuit contra Epiſc. Nouiocomenſem, Archiepiſc. Rothomagenſem & alios pleroſque, ſicut & plurimas alias ſententias ſimiles *ad cap. i Raynut. ad verſ. ſi abſque liberis num.* 32. refert Guilielm. Benedi. & plurimæ extant in Conſ. Brab. aduerſus diuerſos Prælatos ſuper eadem reparatione, ad inſtantiam incolarum loci, in quo ea Eccleſia ſita eſt pronunciatæ; quod notorium eſt, ſoletque ea coactio de reparandis Eccleſijs, per commiſſarios Regios fieri, ſola expenſa ſine alio ſalario contentos, ſecundum eundem. *ad verbum Et vxorem. deciſione ſecunda, num.* 138. qui tamen *ad d. verbum, Si abſque liberis, numero trigeſimotertio.* dicit hoc malè ſeruari, & verum eſt. Et in eandem quoque ſententiam accedens Chaſſanæus *conſil. 60. numero duodecimo, cum ſeqq.* dicit, quod licet * aliqui volue-
4. runt ſuſtinere, quod Rex aut curia Regis ſe de his reparationibus intromittere non poſſet, *vt eſt videre in deciſ. Neapol.* 499. illud tamen fundamento caret, quia eiuſmodi cognitio tantum reſpicit prouentus & fructus bonorum Eccleſiæ qui vt ille loquitur, proueniunt ex temporalibus, ſuper quibus Rex poteſt facere ordinationes, quæ in ſuo regno ſeruentur. Imò niſi ipſi contra deſolationes Eccleſiarum prouiderent, eſſent de eo reddituri rationem Domino Deo in extremo iudicij die, cum eam tuendam receperint, *capitul. Maximianus cum ſeq.* 23. *quæſtione tertia cap. Chriſtiani:* 11. *quæſtione* 1. Et his omnibus conſentiens Panormit. *ad cap. Si clericis. num. 2. & melius ad cap. Cum ſit generale. num. 2. de foro comp.* dicit, quod quando verſamur in cognitionibus mixti fori, aut quando multiplicatur forum, & reus habet plures Iudices: optio datur actori coram quo eum velit conuenire. *Idem notat, gl. in cap. delecti. eod titul. & in leg. fin C. vbi in rem actio. & in ca. Statutum. §. cum vero ad verb. recuſet. de reſcript. lib. 6.*

CAPVT XXIX.

Qua ratione contra eum, qui reparationem Eccleſiæ differt, procedendum ſit.

SVMMARIVM.

1. *Arreſtari an poßint decima aut fructus pro reparatione Eccleſiæ.*
2. *Proceſſus an fiat executiuè & ſummariè in cauſa reparationis Eccleſiæ.*
3. *Excommunicari an poßit, non reparans Eccleſiam.*
4. *Vniuerſitas an poßit excommunicari.*
5. *Excommunicatio ſolum ligat animam excommunicati.*
6. *Concluſio quo pacto capiatur contra negligentem reparare Eccleſiam.*
7. *Spoliatus quando ante omnia non reſtituitur.*

MVlta & varia ſunt iuris remedia aduerſus eos prodita, qui vel auaritia ducti, vel odio religionis inflammati, vel deſidia & moroſitate infecti, domum Dei non reparant, vel certè etiam poſtea quam admoniti ſunt, refectionem differunt. Monitionem enim Epiſcopi, Archidiaconi, aut alterius Iudicis ad quem ea res pertinet, præcedere iudicium, ſi non neceſſarium, ſaltem æquum & honeſtum eſt. *vt habetur in c. Improbam tit. de dom. Eccl. repar. in conſt. Anglic. & notatur ad l. Quidam Hyberus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Principio enim, fructus * eorum detineri, ſequeſtari, 1.
vel arreſtari poſſunt, quaſi priuilegio tacitæ hypothecæ ſint pro huiuſmodi reparatione obligati. *vt decidit Ioan. de Athon. ad conſt. quæ incipit, Improbam, ad verb. de fructib. in conſtit. Anglic. quæ vocantur conſtitutiones Domini Othoboni, & gloſ. ad c. ſtatuimus, ad verbum conuert. faciat, ti. de Eccleſ. ædific. in conſt. Angl. in prouinciali VVilhelmi Lydevvode. Et Steph. Aufre. in tract. de poteſt. iud. ſecul. ſuper Eccleſ. artic. incipi 26. fallit.* Sicut & generali conſuetudine huius patriæ receptum videmus, quod per arreſtum fructuum, aliorumque bonorum mobilium & perſonarum proceditur. Id quod etiam in rebus clericorum locum habere abunde oſtendi *in tract. meo de iure ſiſtendi, cap. 14. numer. 11. vbi vid.* Secundo ſi is ad quem hi fructus pertinent, Eccleſiam non prout decet reficiat, aut ſi pro refectione Eccleſiæ populo ſit impoſita collecta, de qua ſuperius late fuit diſputatum, dico quod poterit contra defectuoſos * executiuè & ſummariè procedi, 2.
ſicut in omni exactione munerum, & onerum publicorum, vt ſunt collectæ, proceditur, §. *Coges. in auth. de mand. princip. Bald. conſ.* 238. *volum. 1. & conſ.* 434. *volum. 5. Aymo. Crauet.*

conſil.

conſil. 111.*volum.*2.ita tamen vt ex abrupto, ſine monitione, citatione, decreto, alijſque ſimilibus obſeruari ſolitis, non procedatur, *ſecundum eundem Bald.conſ. vlt.lib.*5. *&. Rolandum à Valle conſ.*32. *num.* 5. *& numero* 38.ſed tantum ſine longo & ordinario proceſſu.

Tertiò poteſt etiam iudex Eccleſiaſticus tam contra perſonas laicas, quàm contra perſonas Eccleſiaſticas procedere per pœnas & mulctas arbitrarias, arbitrio ſuo infligendas, *ſecundum gloſ.notabilem in c.Arch. ad verbum,ſub pœna, tit.de offic.Archid in conſt.Angl. VVihelmi Lydevode*, quæ pœnæ non ipſi,aut Epiſcopo, niſi pauper ſit, applicari debent, ſi commiſſæ ſint, ideo quod Eccleſiaſticos viros non decet quæſtibus inhoneſtis, & pœnalibus anhelare vel ditari, *cap.* 288.*diſtinct.* ſed aut in vtilitatem Eccleſiæ, quæ læſa & iniuria affecta eſt; aut in vſum pauperum aliumve pium eas conuertet, *cap.*2. *& ibi Dd.de pœnis.* Quo loco etiam eorum opinionem reprobat Panorm. qui exſtimabant poſſe Epiſcopum imponere pœnam pecuniariam laico temporaliter ſibi non ſubiecto. Nam cum caſus incidit, quo aduerſus laicum in negotio principali iuriſdictionem habet, vt hic,nulla apparet ratio cur eam pœnam in illo caſu ei imponere non poſſit, quia cum quid conceditur, omnia illa cenſentur eſſe conceſſa, per quæ ad illud peruenitur, *leg.ad rem mobilem .ff de procurat.*

Quartò poteſt etiam procedere contra eoſdem per*cenſuras Eccleſiæ, *vt not.prædict.gloſſ. ad verbum conuerti. & ad d conſt.improbam.*Sed
3. hoc tamen non pariformiter & indiſtinctè. Quia ſi communitas ſeu*vniuerſitas ad iſtiuſ-
4. modi reparationem obligatur, locum habebit legis diſpoſitio, quod in vniuerſitatem vel collegium proferri excommunicationis ſententia non poteſt, vt animarũ periculum euitetur,quod exinde ſequi poſſet, cum nonnunquam contingeret innoxios, veluti abſentes, pupillos, infantes, furioſos, mente captos, & inuoluntarios nec reluctantes huiuſmodi ſententia irretiri, ſed in illos duntaxat de collegio aut vniuerſitate ea ſententia proferenda eſt, quos culpabiles eſſe conſtiterit, *capitul. Romana.§.fin.de ſenten.excommun.libr.6.* vt ſic peccata ſuos teneant authores,nec vlterius progrediatur pœna,quam reperiatur delictum, *lege ſancimus C.de pœn.capitul.quæſiuit.De his quæ fiunt à maio.par.Cap.* Accedit etiam quod†excommu-
5. nicatio ligat ſolum veram perſonam, animam rationalem baptizatamque habentem, *cap.cum dil.de relig.domi capitul.ſicut.de iureiur.* Vniuerſitas verò & communitas dicitur perſona ficta repræſentatiua,& quæ eiuſmodi animam non habet *lege mortuus.ff. de procurat. capitul. omnis Chriſtianus. vndecim. quæſtione tertia.* Igitur ſi conſtaret quod tota vniuerſitas vel tota communitas delinqueret, aut reparationem facere nollet,alio iure vtendum foret, & omnes excommunicari poſſe cenſent Philip. Franc.Pet. Anchor.alij *ad d.capitul.Romana.*Omnium verò elegantiſſime hoc in propoſita materia examinat,diſcuti t& reſoluit gloſ.*ad d. capitul. Archidiac.ad verb.ſub pœna,quem omnino vide.*†For- 6.
mam autem concludendi & libellum concipiendi in hoc iudicio faciendæ reparationis, *in explicatione huius tituli* præſcribit Speculator, *ad quem breuitatis cauſa me remitto.*

Quintò, caſu quo Prælatus qui decimas & fructus Eccleſiæ recipit, neceſſarias Eccleſiæ refectiones & reparationes non facit, poteſt populus eaſdem decimas retinere, tam pro impenſis factis, ſi quas ipſo monito & negligente ac nimium differente fecit, maximè ſi ſint liquidæ & claræ,& hoc per modum compenſationis.*l.fi.C.de compen.* quam pro reparatione facienda, ideo quod talis retentio fit ad effectum compellendi eum ad reparationem Eccleſiæ,propter quam decimas percipit, *arg. cap fin.de Paroch.*Vbi in ſpecie Panorm. determinat, quod populus poteſt opponere contra Prælatum agentem ad decimas, quod non adminiſtrat neque exercet officium ſuum prout decet: quia temporalia ſunt debita prælatis ob cauſam, ideo cauſa non ſecuta non debentur.*l.*1.*ff.de condict.ob cauſam.*& eleganter allegatione ſua 17. reſpondit Lapus: quod ſi presbyter parochialis non exhibet ſacramenta ſicut debet,ſi petat decimas, poterunt parochiani excipere: *Qui non facit quod debet,non recipit quod oportet.* Nec obſtat ſi dicatur, quod dictus Prælatus tanquam ſpoliatus* erit ante omnia reſti- 7.
tuendus *l.ſi quis ad ſe.C.ad l.Iul. de vi.* Quia ad hoc,eandem quæſtionẽ,*ca.*14.*de legibus,& longa conſ.numero decimo tertio,cum ſeq.*pertractans R ipa,reſpondet dicens:Si ſpolium eſt, fomentatum eſt legis auxilio, vnde reſtitutio non conceditur.*l.*3.§ *cum igitur.ff.de vi & armata*, ſalutemque animæ reſpicit,quæ omnis reſtitutionis auxilium in hoc caſu denegat, Eccleſia ipſa interea periclitante & collabente, *c. litteras de reſtit.ſpoliat.*eoque minus,quod hæc retentio non fit animo ſpoliandi, ſed ob iuſtam cauſam faciendæ reparationis. Id quod in ſimili ponderat Panorm. *ad capit. querelam, de elect.*

CAP. XXX.

Vtrum appellari poſſit à ſententia qua quis ad reparationem Eccleſiæ condemnatur.

SVMMARIVM.

1. *Appellari an poſſit à ſententia lata in cauſa reparationis Eccleſiæ.*
2. *Clauſula, appellatione remota, quid operetur.*

1. ANceps & antiqua fuit Doctorum diſputatio, vtrum * à ſententia in fauorem piæ cauſæ pronunciata appellare liceat nec ne. Bald. enim *ad l. 1. C. de Sacroſan. Eccleſ.* Alex. *in addit. ad Burt ad l. Mæuius ff. de alimen. & cib. le.* & alij tenent quod nō. Rom. verò *in authen. Similiter in 6. priuil. in materia iudiciali. col. 11. C. ad l. Facid.* ſuſtinet contrarium. Sed has duas diuerſas & pugnantes interpretum opiniones concilians Rebuff. *ad ord. Reg. tit. de ſent. prouiſ. in præf. num. 37. verſ. inci. Primus caſus eſt*, dicit, quod ne pia cauſa pereat, vel periculum patiatur, iudex per modum prouiſionis illi ſuccurret, & ſi ab illa ſententia fuerit appellatum, non obſtante iſtiuſmodi appellatione, ſententia iſta mandabitur executioni, quia fiet ſeruitium Eccleſiæ, ſubuenietur neceſſitati pauperum, & debitæ alimentationis neceſſitati prouidebitur; non tamen præiudicabitur appellationi, quin poſſit eam appellans proſequi, & quouſque erit deciſa appellatio, ſententia illa prouiſionalis ſeruabitur, & non vltra. Sic cum agitur de cuſtodia ciuitatis, caſtri vel alterius loci, ſi immineat bellum, fit prouiſio, vt ſi procurator fiſci aliquem ad cuſtodiam illam deputauerit, aut conuenerit eum, qui ſe priuilegio exemptum eſſe prætendat, aut cum de reparatione foſſarum ciuitatis eſt quæſtio, aut cum publica vtilitas feſtinationem ſuadet. *leg. Si quis. §. vetum. ff. ad Senatuſconſult. Syllan. l. de pupill. §. Si quis riuos. ff. de oper. nou. nunciat.* de quibus & alijs pluribus ſimilibus prædicto loco cumulatè ac fuſe agit idem Rebuffus *numero 97. 102. 145. & ſequentibus.* Admonens tamen *d. numer.* 38. iudicem, vt ad impediendum appellationis interponendæ effectum, non ſimpliciter quem condemnet ad faciendas reparationes, vel ad ſatisfaciendum, ſed tantum per modum prouiſionis.

Quibus ita conſtitutis, idem cenſeo de reparatione ſacroſanctarum Catholicarum Chriſti Eccleſiarum dici poſſe, cum & illius cauſa, vt abundè ſuperius diximus, ſit cauſa pia, & omnibus caſtrorum, murorum, ciuitatum, atque munitionum refectionibus, longè anteferenda. Et eo pacto intelligo deciſionem D. de Athon. *ad capitu. improbam. ad verbum ſufficiat. de domibus Eccleſ. reficiendis* & gloſ. *ad dict. c. ſtatuimus ad verb. ipſius arbitrio. de Eccl. ædif. in conſtit. Angl.* qui ſentiunt in caſu mandatæ reparationis appellari poſſe. Eodem etiam modo intelligo decretum Concilij Tridentini, *Seſſione vigeſima prima, capitulo ſeptimo.* vbi Eccleſias collapſas reſtaurari, refici & inſtaurari præcipit quacumq; appellatione & exemptione remota. Pari etiā interpretatione accipiendum eſſe arbitror, quod ad Eboracenſem Archiepiſcopum ſcribit Alexand. Tertius, Pontifex Maximus, nouam Eccleſiam propter nimiam diſtantiam veteris Eccleſiæ, auctamque populi multitudinem, extrui poſſe & debere, omni appellationis obſtaculo aut diffugio ceſſante, *capitul. ad audientiam, de Eccleſ. ædif.* Neque enim prohibet appellationem, ſed illius obſtaculum, & diffugium remouet ab executione, vt dictum eſt. Id quod & D. Card. *ibi in quart. notabili.* ſenſiſſe video, & in vniuerſum reſoluit Specul. *in titul. de appell. in verſicul. clauſula appellatione remota.* quod dicta clauſula † operatur, quod iudex non tenetur appellationi deferre, & ab executione deſiſtere, ſed non tollit ſubſtantiam appellationis; *& ſequitur Vitalis de Campa. in tract. clauſul. in clauſ. appellatione remota verſicul. incip. Octauo quia & circa finem.* eoque etiam pertinere videntur ea, quæ de appellatione in materia petitæ penſionis Eccleſiaſticæ, *in tract. de penſ. quæſtion.* 95. ſcribit Hieronymus Gigas, dum ait, quod quando penſio eſt reſeruata alicui clerico pro alimentis & vitæ ſuſtentatione, non ſuſpenditur executio per appellationem, & propter periculum vitæ hominis, in cuius ſubſidium dantur alimenta ac penſiones, mora admitti non debet, *vt nos in leg. de alimentis, C. de tranſact.* Et ideo in materia penſionis regulariter non datur commiſſio de ſtilo curiæ, niſi ſine retardatione ſolutionis penſionis. 2.

CAP. XXXI.

Tigna ex ruina vel demolitione reparatæ aut reſtauratæ Eccleſiæ exiſtentia ſeu remanentia, cuius ſint.

SVMMARIVM.

1. *Ornamenta antiqua Eccleſiæ, in quem vſum transferenda ſint.*
2. *Ligna & tigna Eccleſiæ in quem vſum applicentur.*
3. *Vſufructuarius an arbores mortuas lucretur.*

EXtat Clementis Pontificis ad Iacobum vrbis Hieroſolymitanæ Epiſcopum epiſtola, in hæc verba conſcripta: *Altaris palla, * cathedra, candelabrum & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur, quia non licet ea quæ in ſacrario fuerunt, male tractari: ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoque eorum in baptiſterium inferantur, vbi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foßis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus coinquinentur.* Hactenus ille. Quæ verba recitantur *in capit. Altaris, de conſecr. diſtinctione prima*, Et *in cap. ligna.* quod immediate præcedit, ait canon ſic: *Ligna Eccleſiæ dedicata, non debent ad aliud opus iungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in monaſterio fratribus, in laicorum opera non debent admitti.* Et quamuis de ſolis lignis mentionem facit, idem tamen de alijs tignis & rebus ad Eccleſiam per- 1.

pertinentibus, propter identitatis rationem, conſtituendum eſſe exiſtimat *ibi* Dom. Archidiaconus.

Quod autem hæc ad profectum in monaſterio applicari permittit, ita *eo loco* cum alijs
2. intelligit gloſſa, vt non † ad vſum culinæ, ſtabuli aut latrinarum, neque ad qualibet vineas paſtinandas, alioſve viles & ſordidos, ſed ad honeſtos & decentiores vſus, fiat illa applicatio, veluti ad vſum domus capitularis, refectorij, dormitorij, hortuli aut vineæ quæ Eccleſiæ inhærent, ſeu alterius loci religioſi Et ratio iſtius deciſionis eſt *ſecundum Ioannem de Turrecremata ibi, qui allegat Beatum Thomam in tertia parte, quæſtione octuageſima tertia.* quod ipſæ Eccleſiæ conſecratæ aliquando ſpiritualem virtutem adipiſcuntur per conſecrationem, & ideo ob reuerentiam Eccleſiæ, talia ad ſordidos humanos aut viles vſus redire non debent. Et hoc idem ſentiens Ioan. de Athon. *ad conſtit. Anglic. quæ incipit Improbam, ad verbum ſarta tecta, titul de domibus Eccleſ. reficien.* etiam cum ſolum domus Eccleſiæ, non ipſa Eccleſia reparata eſt, permittit quidem clerico ſeu beneficiato reparanti, vt vetuſta rudera auferat, & de tignis fractis ſeu diſſolutis pro animi ſui arbitrio diſponat, *lege Prætor ait, §. vltimo, ff. de damno infect.* Ita tamen vt ea non in profanos vſus, ſed in alium vſum honeſtum ædium Eccleſiæ impendat. Et ad hoc allegat *dict. capitul. ligna.* Sed ea in parte cum præfato Doct. Ioanne non ſentio. Loquitur enim *dict. capitul. ligna.* de lignis Eccleſiæ, non de lignis ædium quæ ad Eccleſiam pertinent, & quæ proculdubio ſi ab ipſa Eccleſia ſeparatæ ſint, parem & communem cum alijs ædibus naturam atque conditionem ſortiuntur, ita vt de his dici debeat, id quod de vſufructuario reſpondet Paulus, quod de-
3. mortuæ arbores in quarum locum alias ſubſtituit, ad eum pertinent. *leg. agri. ff de vſufruct.* & quod cum rem fructuariam reficit, ea quæ occaſione emendationis aut refectionis amouentur, ſua facit. *vt notat Accurſ. & Albert. ad leg. Hactenus in princip. eod. titulo.* non multo aliter, quam cum maritus vxori ſingulis annis veſtimenta legat, debet illa hæredi nouis veſtibus acceptis, veteres reddere, niſi quatenus & illis quoque carere non poſſit, *ſecundum Bald. ad l. 1. colum prima verſic. pone quod teſtator. C. de Fideicom.* Illud vero quod dicimus, tigna eiuſmodi ad ſordidos vſus propter reuerentiam Eccleſiæ transferenda non eſſe, etiam ex decretis Concilij Tridentini, *Seſſione vigeſimaprima cap. ſeptim* cognoſcimus, cuius verba ſunt hęc: *Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad matrices ſeu viciniores Eccleſias transferatur, cum facultate, tam dictas parochiales quam alias Eccleſias dirutas in profanos vſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi.* Qua in re tamen veteribus canonibus, & à d. cap. ligna nonnihil recedit Concilium. Nam cum illi ligna Eccleſiæ in vſum & opera laicorum admitti noluerunt, tamen ſancta Synodus concedit, vt in profanos non ſordidos vſus conuerti queant: niſi conciliatione quadam facta dicere velimus, eiuſdem Synodi hanc eſſe mentem, vt non in vſus profanos laicorum, ſed religioſorum, aut clericorum ſiue Eccleſiæ applicentur.

CAP. XXXII.

De his quæ ad fabricam, aut reparationem Eccleſiæ legata ſunt.

SVMMARIVM.

1. *Legatum fabricæ an ad emptionem ornamentorum Eccleſiæ applicari poſſit.*
2. *Legatum ad vſum pauperum an poſſit conuerti in refectionem Eccleſiæ per Epiſcopum.*
3. *Collecta & gabella an ſolui debeat de eo, quod eſt relictum ad reparationem Eccleſiæ.*
4. *Legatum ad vſum reparationis Eccleſiæ, quo pacto diſtribuatur ſi Eccleſia reparari vetetur.*

DElegatus ad vſum fabricæ aut ad reparationem Eccleſiarum ſæpiſſime dubitatum fuiſſe memini, & proinde ea quæ legendo varijs in locis obſeruaui, huic loco adijcienda eſſe duxi.

In primis igitur diſputatum fuit olim, & adhuc ſub iudice lis eſt, vtrum * ex eo quod fabricæ Eccleſiæ teſtamento relictum eſt, veſtes 1
aliaque id genus Eccleſiæ ornamenta, quibus illa indiget, comparari poſſint. Nam id fieri poſſe negat Panormitan. *ad capitul. vltim. de teſtamen.* cuius verba ſunt hæc: *Nota quod fabrica & ornamenta Eccleſiæ ponuntur vt diuerſa, ex quo potes colligere notabile dictum, quod redditus deputati ad fabricã, nõ ſunt conuertendi ad ornamenta Eccleſiæ. Nã fabrica capitur pro ſtructura vel reparatione ædificij. capitul. de Fabrica de conſecr. diſtinctione prima, ex quo etiam poteſt inferri quod Epiſcopus non releuatur ab onere fulciendi Eccleſiam etiam de ornamentis propter reditus Eccleſiæ.* Hactenus ille. Id quod in ſimili probare videtur Vlp. dum *in leg. prima. ff. de adminiſtrati. rer. ad ciuit. pert.* reſpondet. *Id quod ad certam ſpeciem relinquitur ciuitati, in alios vſus conuerti non poſſe. Cui conſonat text. in Clem. quia contingit. de relig. domi.* Quæ ſententia videtur mihi comprobari poſſe ex eo, quod à verbis teſtatoris ad vſum fabricæ legantis non eſt recedendum, niſi de illius mente aliter appareat, *leg. non aliter. ff. de legat. ter.* Et ſi aliud voluiſſet teſtator, nulla erat difficultas ſcribere. *leg. prim. §. ſin autem ad deficientis. Codice de cad. tollend.*

Et cum nullum ſit maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum. *leg generaliter. Cod. de non.nu. pec.leg. ad cognoſcendum Cod. d. ingen. manumiſ.* id habetur pro omiſſo, quod omittitur à teſtatore in ſcriptura aut prolatione verborum *Bald. in leg. proponebatur in ſecund. oppoſ. ff. de legat. ſecund.*

Cæterum ab hac deciſione rècedunt plerique, exiſtimantes veriſimile eſſe, quod teſtator non minorem habuit affectionem ad ornamenta Eccleſiæ quibus Deo ſeruitur, quam Eccleſiæ in qua colitur. Alij mediā viā ingreſſi arbitrantur tunc eam eſſe veriſſimam, quando Eccleſia, cui legatum pro fabrica relictum eſt, ædificijs aut refectione eget: aliorum verò opinionem locum habere cum non eget, ſed ornamenta in ea neceſſaria ſunt. *Anchor. Didac. & alij ad d. capit. vltim.* Quomodo & Angelus *ad d. leg. 1.* reſpondet, quod ſi relinquitur ciuitati, vel Eccleſiæ pro conſtructione alicuius fabricæ, aut alterius neceſſitatis quam teſtator exiſtimat imminere, ſi alia maior neceſſitas ei incumbit, in illam potius erogari poſſe. Id quod refert Barbatius *ad d. c. nos. n. vigeſimoquinto. de Teſt.* per l. pecuniam. ff. de operibus publ. Cuius verba ſunt hæc: *Pecuniam quæ in opera noua legata eſt, potius in tutela eorum operum quæ ſunt, conuertenda, quam ad inchoandum opus eroganda, diuus Pius reſcripſit.* Quo loco & Bartolus notat, quod Epiſcopus poteſt relicta ad monaſterium, ſeu templum de nouo ædificandum, conuertere in aliud, quod nunc antè conſtructum fuit, ſi reparatione eget. Et rurſum Anchoranus *prædicto loco num. 2.* dicit, quod quando teſtator legat aliquid pro reparatione Eccleſiæ quæ reparatione non eget, ſed alijs, valet nihilominus legatum, & in alios vſus conuertitur: quia cum illa cauſa fabricæ ſit impulſiua, non finalis, & ſic in dubio interpretanda. *leg. Titio centum. ff. de condi. & demonſtr.* non habet locum regula, quod ceſſante cauſa legati, ceſſat legatum. *l. cum t- le §. falſam. eo. tit.*

Sed Barbatius vt more ſuo omnia diſcutit & latius perquirit, exiſtimat nec horum quidem conciliationem eſſe veram. Etenim (inquit) ſi Eccleſia nunc reparatione non eget, egebit tamen aliquando, & proinde in futurum illius vſum reponi, non in alios vſus conuerti debet. Ideoque & ipſe tandem ſentit, & alios pleroſque ſentire fecit, vt ita demum prædictæ diſtinctioni locus ſit, ſi Eccleſia reparatione non indiget, ſed ornamentis, & aliunde ad ea comparanda pecunia inueniri non poteſt. Quod caſu permittit, vt pecunia illa legata, ad tempus in eam neceſſitatem expendatur, ac poſtea deinde reparationis neceſſitate inſtante, aut etiam prius, cum reſtitutio fieri poſſit, reddatur: & quidem potiſſimum, ſi teſtator motu ſuo proprio & vltronea pietate ductus, aut ad eam modeſtè excitatur, legauit, non etiam ſi à Curato falſis perſuaſionibus ad credendum inductus fuit, quod Eccleſia reparatione egebat, & in alium uſum publicum certo fuiſſet relicturus quod minimè improbo, facileque admitto, *per d. leg. pecuniam, in verbis. Et non facilè ad reparandum pecunia inuenitur.*

Secundò obſeruatione dignum eſt, quod *loco mox. citato n. 19. & ad d. cap. vlt. columna 3. in 4.* idem Barbatius ſcribit, quod ſi teſtator * iuſſit bona ſua in pauperes expendi, & Eccleſia indiget refectione, poteſt Epiſcopus eorum bonorum partem in eandem reparationem transferre, quaſi illa ſpecies paupertatis Eccleſiæ intelligatur incluſa ſub illo genere paupertatis. *ſecundum Ioan. Andr. ad capitul. fin. de teſt. lib. 6.* De quo plura diximus ſuperius eo loco, qui latius nobis diſputatum fuit de male acquiſitis, in reparationem Eccleſiæ applicandis, oſtendimuſque etiam pauperes, Eccleſias, à diſpoſitione, quæ de pauperibus facta eſt, minimè excludi. 2.

Tertio & illud quoque *ad dict. capitul. finale,* fuſiſſimè controuertit, an de legatis ad fabricam relictis, quarta Canonica detrahi poſſet: ſed cum proprie ad propoſitam materiam non pertineat, remitto me ad eundem.

Illud magis huc ſpectat. * An ſi cautum ſit vt ab omni legato ſoluatur gabella, intelligatur etiam de eo, quod ad reparandas & conſtruendas Eccleſias legatum fuit. Similem quæſtionem mouet D. Henningus Godden *conſil. 9.* cuius deciſio vertitur circa ſtatutum ſimile, de quo diſputabatur, an haberet locum in dote legata ad vſum Eccleſiæ aut ſacelli. Et poſt longam diſputationem in vtramque partem factam, tenet quod non, quia ad ornatum & vtilitatem reipub. pertinent Eccleſiæ, & ea quæ his legata ſunt: ita vt magiſtratus pro his, tanquam ad ornatum ciuitatis in primis ſpectantibus, agere poſſit. *leg. ciuitatibus, & ibi Barto. ff. de lega prim.* & proinde Eccleſiæ, ſeu capellæ & bona earum, merito ab omnibus iſtiuſmodi exactionibus, aut collectis debent plena immunitate gaudere, *capitul. quanquam. & ibi gloſ. de cenſibus lib. 6. authent. Item nulla communitas, Codice de Epiſcop. & cleric.* eoque magis, quod dominium rerum pro dote Eccleſijs aut capellis legatum, abſque alia traditione in eas transfertur, *capit. ſecund. de conſuet. leg. fin. & ibi Dd. C. de Sacroſanct. Eccl.* & quod legibus inferiorum laicorum non diſtringuuntur in iſtiuſmodi oneribus ſubeundis, *capitulo, hoc ius porrectum, duodecim. quæſtione ſecunda.* Quæ argumenta D. Henningi facile etiam conuincunt, ad propoſitam quæſtionem negatiuè reſpondendum eſſe, eamque reſponſionem *ex dict. capit. vltimo*, probari poſſe exiſtimo. Nam ſicut *ibi* deciditur, canonicam portionem ſoluendam non eſſe de his, quæ in ornamentis vel pro cereis ſeu fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, viceſimo, triceſimo die, ad perpetuum cultum diuinum legantur Eccleſijs, vel reli- 3.

quis

quis pijs locis, ita quoque multo maior eſt ratio, vt collectas & impoſititia alia onera, laicis, pro his non ſoluant, quæ proculdubio maiorem fauorem, quam quarta canonica non habent, præterquam ſi ex ea cauſa hoc onus imponitur, quod ad omnes pertinet, & pro quo etiam Eccleſiaſticæ perſonæ grauari poſſent, de quo ſuperius late diximus eo loco, quo de poteſtate collectarum ad reparandas Eccleſias impoſitarum, tractauimus, quod hic non repeto. *Et notant Interpretes ad leg. ad inſtructiones. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Felinus conſil. quadrageſimoſexto.*

Quarto etiam addendum cenſeo; quod ſi in Eccleſiæ*reparationem aliquid legatum eſt,
4. quæ planè pereat, & vel ex conſtitutione Pontificis aut Principis, vel ex caſu aliquo inundationis, vel hęreſis, ædificari & reparari amplius non poſſit: debet hoc legatum in alium pium uſum conuerti, per ea quæ notat eleganter Barbatius *ad dict. capit. vltim.* & Felinus *conſilio ſuo* 41. in quo decidit, quod legatum relictum ad Eccleſiam conſtruendam, vel ad monaſterium certorum fratrum ędificandum, ſi illic propter voluntatem, vel prohibitionem ſuperioris extrui non poſſit, debet in alium pium vſum transferri, Epiſcopali, aut Pontificia authotitate.

CAP. XXXIII.

Conſenſus Epiſcopi an in reparatione Eccleſiæ ſit neceſſarius.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſiæ ædificandæ cura pertinet ad Epiſcopos.*
2. *Iudæi an poßint habere Synagogas.*
3. *Actus qui non poteſt fieri ſine conſenſu Principis, poteſt refici, ſi eſt deſtructus, ſine eius conſenſu.*

1. Eccleſiam * abſque conſenſu Epiſcopi diœceſani ædificari non poſſe conſtat. *capitulo Eccleſias, 16. quæſtione ſeptima. capit. fin. de Eccleſ. ædific. & de conſecr. diſtinctione prima, cap. nemo Eccleſiam. ca. Cellulas. 18. quæſt. ſecunda.* Sed an ſine illius conſenſu reparari poſſit, controuerti poſſet. Nam & in ſimili inter conſtitutiones Angelicanas, quas vocant D. Othonis, *tit. de conſecrata. & reform. ſtat. Eccleſ. capit. vnico. §. ad hæc.* ita ſcriptum inuenio: *Ad hæc ne præſumant Abbates aut Eccleſiarũ rectores, antiquas Eccleſias conſecratas, ſub prætextu amplioris vel pulchrioris fabricæ faciendæ, diruere abſque licentia diœceſani Epiſcopi, diſtrictius inhibemus.* Et cum Eccleſiarum reparatio ad ſollicitudinem illius pertineat, *capitul. vnio. 10. quæſt. tertia. & in auth. de Eccleſ. titul. §. ſi quis ædificium, collat. 9.* & beneficium in inuitum non conferatur, *l. ſoluendo. ff. de negot. geſt.* nihil ipſo irrequiſito aut reluctante, ea in re ſtatuendum eſſe videtur, maximè ſi antiqua forma aliqua ex parte immutaretur. Contrarium tamen tenet Gloſſa *in capite de monach.* 18. *q.* 2. & allegat *c. ſi quis vult.* 16. *q. vlt.* quod capitulum potius videtur pro aduerſa opinione auferri poſſe, dum ait: *ſi quis vult monaſterium ſuum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum conſilio Epiſcopi, & fratrum ſuorũ.* Secundò allegat *c. Iudæi de Iud.* cuius verba ſunt
hæc: *Sicut legalis definitio Iudæos * nouas non patitur erigere ſynagogas. Ita eos ſine inquietudine veteres habere permittit.* & addit *ibi* gl. quod ſi corruerint, poſſint illas reædificare, & in priſtinum ſtatum reponere, non tamen extendere aut ampliare. *c. Conſuluit eo. ti.* Tertiò allegat *l. 2. C. de oper. public.* in quo errat, cùm l. 4. allegare debuiſſet, in qua ad Symmachum prætorio præfectum ſcribit Valentinianus hoc pacto: *Intra vrbem Romanam veterem & nouam, nullus iudicum nouum opus informet, quoties ſerenitatis noſtræ arbitria ceſſabunt, niſi ex ſuis pecuniis huiuſmodi opus conſtruere velit, ea tamen inſtaurandi quæ etiam deformibus ruinis intercidiſſe dicuntur, vniuerſis licentiam damus.* Ad cuius Conſtitutionis interpretationem notat Salicetus, quod ſumptu publico ſine licentia Principis opus nouum fieri aut inchoari non poteſt, ſed antiquum reſtaurari poteſt. Accedit etiam, quod ait Dominicus *ad c. cùm acceßiſſent, de conſtit.* quod* actus qui non poteſt à principio fieri ſine conſenſu ſuperioris, poteſt tamen refici, ſi erat deſtructus, ſine illius authoritate. 3. Et Hoſtienſis *ad c. ſignificauit, de cenſib.* quod licet Epiſcopus non poteſt nouum cenſum imponere, antiquum tamen renouare poteſt, & prohibiti ædificare caſtra, non prohibentur vetera reficere, *Bald. & Angel. ad l. 1. §. ædificare. ff. de mortuo infer.* Eandem quoque ſententiam probat *ad prædictum. c. de monac.* Ioan. de Turrecrē. & Felin. *in d. c. cùm acceßiſſent.* dicens patronum ſine conſenſu Epiſcopi Eccleſiam reparare & reficere poſſe, & Rebuffus *in tract. de nominat. q. 15. num. 35.* ideo quod aliud eſt reficere, aliud de nouo facere, *l. 1. §. ſi quis ædificium. ff. de nou. ope. nunciat. de quo plura dixi. c. 1.* Et ſanè mihi videtur eſſe veriſſima. Ratio enim ob quam nemo nouam Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi extruere poſſit, eſt hæc: vt non temerè honori, frequentationi & emolumentis Eccleſiarum parochialium detrahatur, & vt non dotatæ Eccleſiæ, vagóque quodam mentis iudicio leuiter conſtructæ, maiore ſcandalo poſtea collaberentur. Quæ ratio in reparatione Eccleſiæ, quæ ad illius ornatum & gloriam pertinet, nullique nouum præiudicium adfert, locum non habet. Sic & quod in præallegata Anglicana Conſtitutione cauetur, ſingularem ſuam rationem habet. Multi vel parũ religioni Catholicæ fauentes, ac omnium antiquarum Eccleſiarum euerſionem animo cupientes, vel certè multis promiſſionibus celebres, & ex fracta mentitaque ſæpius fide infames, ſub eo prætextu veteres Eccleſias deſtruerent, quod & meliores redderent, & precioſiores ædifica-

rent: poſt earum verò demolitionem aut nihil
præſtarent, aut fortè nihil præſtare poſſent. Id
quod cognitionem aliquam requirit, & ad
Epiſcopi examen pertinet, in reparandis verò
Eccleſiis hoc periculum ceſſat. Et licet ad ſolli-
citudinem Epiſcopi pertineat, vt circa repara-
tiones Eccleſiarum intendat, nolenteſque re-
ficere cogat: quando tamen vltro ad refectio-
nem veniunt, & ſpontanea ſua voluntate id
faciunt, nullaque coactione opus eſt, non vi-
deo ad quid conſenſum petere debeant, qui
iure ſuo vtuntur, niſi forte aut veterem Eccle-
ſiæ formam innouare velint, id quod non faci-
lè, in conſulto Epiſcopo eis permittendum eſt,
ne aut maiore vel ſplendidiore ad tempus fa-
cta Eccleſia, poſtea deficiant reditus ad eam
ſic conſeruandum, & intertenendam, vel mi-
nore & anguſtiore facta, ad recipiendum po-
pulum non ſufficiat, aut niſi inter ipſos alioſq;
nonnullos quæſtio naſcatur, quis eorum in re-
ficiendo templo præferri debeat. Nam vt *ad c.
3. de iu. pat.* notat Hoſt. *quem ibi referunt, & ſe-
quuntur Io. An. & D. Car.* ſubinde inter patro-
num qui primò Eccleſ. conſtruxit, & extra-
neum qui eam non conſtruxit, oritur diſputa-
tio, quis in illius reparatione præferendus ſit.
Quod cùm fit, ſentiunt Epiſcopum antequam
extraneo id poſtulanti conſentiat, prius patro-
num ciuiliter admonere, & interpellare debe-
re, eundemque ſi non omninò ex iuris neceſſi-
tate, ſaltem ex ciuilitate, honeſtate & æquitate
alteri præferre, *arg. c. cum Apoſtolica de his quæ
fiunt à Prælat. Eccle. & c. potuit. de locat. & cap.
Ad hæc. §. fin. de offic. Archidiac. & faciunt etiam ad
hæc ea, quæ notat Bart. & alij ad l. 1. §. permittitur
ff. de aqua quotid. & æſtiu.*

CAPVT XXXIV.

An reficiens Eccleſiam, fiat illius patronus, & an deſtructa Eccleſia extinguatur ius patronatus.

SVMMARIVM.

1. *Patronus negligendo ius ſuum, illud admittit.*
2. *Actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*
3. *Caſtrum ſi ex ſtatuto fieri non poteſt, raparari tamen poteſt.*

EX quo alia deinde nata eſt quæſtio: An de-
ſtructa Eccleſia, extinguatur ius patrona-
tus, & an reficiens eandem efficiatur nouus
illius patronus, & quidem potiſſimùm, ſi ex
veteri materia eam reædificare velit. Et ſanè
in eo conueniunt omnes *ad capit. quoniam de
iure patron.* quod ſi Eccleſia non eſt funditus
deſtructa, antiquus patronus niſi plane eam ne-
gligere* velit, manet patronus. *argum. l. prætor.
1. §. vicinales, ff. ne quid in lo.* Si verò funditus de-
ſtructa eſt, neque prior illo patronus eam re-
parare paratus ſit, tunc is qui eam de conſenſu
Epiſcopi & non aliter reædificat de nouo, *iux-
ta §. primo in auth. vt nul. ædif. orat. dom. & Gui-
lielm. Bened. in capit Rainutius. ad verb. domus. nu-
mer. 21. de Teſt.* fit eiuſdem patronus, eodemque
loco eſt, atque ſi ab initio eam nouam con-
ſtruxiſſet, magiſque fauorabile eſt collapſa re-
ſtaurare, quam nondum exiſtentia conſtruere.
vt not. ad cap. conſuluit de Iudæ. Prior verò ius
ſuum amittit: quia* res & obligatio ſemel 2.
extincta amplius non reuiuiſcit. *l. qui res. §. aream
ff. de ſolut. cap. quæris. de conſe. diſtinct. 5.* Id quod
rectè *in lib. de iure pa. ad verb. conſtruxit quæſt. 8.*
intelligit Rochus de Curte in eo, qui propter
fundum aut ædificium tantum, ius iſtiuſmodi
patronatus acquiſiuit. At ſi in alijs bonis, fun-
dis, prædijs, & reditibus dotem Eccleſiæ
conſtituit, æque patronus manet, ſicut &
dos ipſa manet, ſed iſtum qui Eccleſiam ex
ſuo reficit, & quem ipſe ad reparationem
admittit, etiam compatronum ac veluti
ſocium habere debet. At cum ex veteri ma-
teria eam omnino reædificat, quod rarum
eſt, plus dubitationis ſubeſſe ſolet. Nam ſicut
idem eſt iudicium, licet mutetur Iudex &
populus. *l. proponebatur. ff. de Iudic.* & eadem eſt
nauis, licet tabulæ ipſius ſucceſſiue tranfor-
mentur. *leg. quid tamen. ff. quibus mod. vſufruct.
amitt.* ita & eadem eſſe videtur Eccleſia, quæ ex
eadem materia reſtaurata eſt. Et ſicut vbi ſub-
latum eſt ædificium ex quo ſtillicidium cadit,
ſi ſub eadem ſpecie & qualitate reponitur, an-
tiqua vtilitas manet, *leg. ſeruitutes. §. ſi ſublatus.
ff. de ſeruit. vrb. præd.* & cauſa cognita actio per-
empta Domino reſtituitur. *l. ſecunda ff. ſi ex
noxa. cau. Id quod multis aliis rationibus & exem-
plis ad dict. capitul quoniam confirmat. D. Cardina-
lis,* ita etiã & veteri patrono hoc caſu ius patro-
natus integrum permanere debere videri poſſet.
Sed cum in his & aliis eiuſmodi plurimis, non
de his agitur, quæ in vniuerſum ſemel conci-
derint, ſed aliqua ſaltem ex parte remanſe-
runt, vtique ab iis ad hæc iuſta argumentatio
duci non poteſt, *vt ait idem D. Cardinalis.* Ideo-
que Felinus *ad capit. Cum acceſſiſſent. col. pen. &
vltim. de conſtit.* dicit aliam eſſe cauſam refectio-
nis eius rei, quæ non plane collapſa eſt, & illius
quæ funditus deſtructa eſt, *per l. Si ita legatum.
§. fin. ff. de legat. 1.* vbi dicitur, quod ſi teſtator
poſtquam legauit domum, eam particulatim
refecit, adeo vt nihil ex priſtina materia ſuper-
ſit, tenet nihilominus & debetur legatum: ſed
ſi eam funditus duſtructam erexit in ædem,
cenſetur legatum eſſe reuocatum, quaſi iam
non ſit eadem, ſed alia domus. Et Bald. *ad. l. Si
vt proponit. 2. Cod. de nupt.* decidit,* quod ſi ex 3.
ſtatuto Eccleſiæ nullum fortalitium fieri poſ-
ſit inconſulto Pontifice, & aliquis velit reæ-
dificare caſtrum ſeu ædificium, olim propter
rebellionem funditus dirutum, & deſolatum,
nulla hoc ei ratione ſine eiuſdem Pontificis
authoritate permiſſum eſt. Et de contractu in

vniuerm

vniuerſum refecto, ſoluendam eſſe Gabellam, ſcribit D. Antonius *ad d. cap. Quoniam*, non etiam ſi pro parte tantum reficitur. Et Bart. *ad l. ſi quis ædif. de noui oper nunciat.* dicit, quod reficiendi ædificium ex toto destructum, poteſt nunciari nouum opus, non etiam ſi pro parte dumtaxat deſtructum fuit.

CAP. XXXV.

An Eccleſia deſtructa & reædificata ſeu reſtaurata, reconſecrari debeat, veteraque iura & priuilegia retineat.

SVMMARIVM.

1. *Sacerdotium Chriſti eſt æternum.*
2. *Dei virtus eſt in loco ſacro.*
3. *Reconſecratio Eccleſiæ quando eſt neceſſaria.*
4. *Eccleſia deſtructa & renouata an ſit eadem, & an retineat iura vetera.*

NOn abſimilis etiam præcedentibus eſt hæc quæſtio: an Eccleſia deſtructa reædificata reconſecrari debeat nec ne. Nonnulli enim exiſtimarunt nihil fore abſurdi, ſi ſæpius Eccleſia reconſecretur: quia cum Eccleſia materialis ſit res inanimata, non recipit in ſua conſecratione characterem indelebilem cui per reconſecrationem iniuria fieri videretur. Sed ad hoc ex beato Thoma *parte tertia, quæſtione 64. articulo quinto*, ad *capitul. Eccleſiæ. de conſecr. diſtinctione prima* reſpondet Ioan. de Turrecremata, quod character ſacerdotalis eſt quædam Participatio ſacerdotij Chriſti. Sacerdotium
1. * autem Chriſti eſt æternum, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Tu es ſacerdos in æternum iuxta ordinem Melchiſedech.* Et ideo omnis ſacrificatio quæ ſit per ſacerdotem, eſt perpetua, reconſecrata manente, nedum in rebus animatis, ſicut cum quis ordinatur per Epiſcopum qui amplitudinem habet ſacerdotij, verum etiã in rebus inanimatis. Et ſic Eccleſię vel altaris nulla cõſecratione opus eſt, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et licet Eccleſia in conſecratione ſua non recipiat characterem, recipit tamen virtutem quandã, per quã apta redditur diuino cultui, vt ſcilicet homines deuotionem quandã inde participent, & ad res ſacras paratiores ſint, niſi impediantur.
2. Virtus* enim Dei eſt in loco illo, *vt eſt 2. Machab capit.* 3. vtpote in quo peculiarius ſeſe exhibet, qui eſt ſanctus ſanctorum, & de quo olim conſecraturus Salomon ait: *Audi Domine hymnum & orationem, vt ſint oculi tui aperti, & aures tuæ intentæ ſuper domũ iſtam. de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi. Hieremi.* 7. Caſus vero excepti
3. in quibus * reconſecratione opus eſt, ſunt hi. Primus eſt cum dubitatur de ipſius conſecratione, Eccleſiæ vel altaria quæ ambigea ſunt de conſecratione (inquit canon) conſecrentur. *d. c. Eccleſia.* Non dicit reconſecrentur, ſed conſecrentur. Tametſi enim verè antea conſecratæ ſint, & nunc de facto reconſecrentur, intentio tamen conſecrantis eſt, vt ſi conſecratæ fuerint, non cenſeantur ex nunc iterum reconſecratæ eſſe. Sic & Alexan. Tertius de baptizatis reſcripſit: *de quib. dubium eſt an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſſis: Si baptizatus es, non te rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo, cap. 2. de baptiſ. & eſt ibi elegans glo. quæ allegat prædictum c. Eccl.* Secundus eſt cum Eccleſiæ aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis vel ſeminis effuſione pollutæ ſunt. *cap. Eccleſiis ibidem.* Id quod *illic* intelligit gloſ. & prædictus D. Ioannes, cum ita exuſtæ ſunt, vt interius & exterius decruſtentur, ſic vt parietes ſint combuſti, diruti, vel notabiliter decruſtati in toto vel in maiore parte; ſecus ſi ſolum tectum, vel aliqua pars Eccleſiæ, parietibus integris manentibus, comburatur, *cap. Ligneis, De conſecra Eccleſ. vel altar.* Etenim conſecratio Eccleſiæ pro magna parte conſiſtit in vnctione exteriori, & coniunctione & diſpoſitione lapidum. Et ideo his deletis facilius lex iterationem admittit. Tertius caſus eſt, ſi Eccleſia ex toto collapſa eſt. Nam etiamſi ex iiſdem lapidibus erigitur & reædificatur, de nouo conſecrari debet, non etiam ſi ſucceſſiuis temporibus illius partes exemptæ, & reparatæ ſint, *Innocent in rubr. d. titul. d. conſecra. Eccleſ. vel alta. Felin. ad capitul. cum acceſſiſſent colum. vltim. de conſtit.* Nam ſi particulatim ante deſtructionem totius reſtauratur, non quidem iterum conſecratur, quia ſemper eadem Eccleſia intelligitur, ſed ad abundantem cautelam ſufficit, quod aqua benedicta, & ſolemnitate Miſſæ reconcilietur, atque ſi violata foret. *ſecundùm eundem Ioan. de Turrecrem ad d. c. Eccleſia, & Arch. ad c. ſi quis tibi. 18. q. 4. & addit ad Panorm. in c. quoniam de iure patron.* Qua de re extat elegans textus *in capitul. de fabrica. de conſecrat. diſtinctione prima.* Et licet veritatem conſiderando, aut ſubtiliter inſpiciendo, poſteriore caſu eadem non ſit: vtilitas tamen id exigit, vt eadem eſſe fingatur, *vt ait glo. ibi ne facile ſacramentum conſecrationis iteretur. Et vide Ioan. Fabr. ad §. locus Inſtit. de re diuiſ.*

Quod autem vlterius diſputatum fuit. † An 4.
Eccleſia deſtructa, collapſa & iterum reſtaurata vel de nouo ædificata, antiqua priuilegia & iura retineat, hoc temperamento reſolui ac decidi ſolet, vt ſi vel per incendium vel per inundationem aquarum, vel per vim hoſtium aut tempeſtatum, vſque ad aream diſſoluta ſit, & reædificatur alia, nihilominus tamen omnia ſua antiqua priuilegia tenet, etiamſi quo ad muros, quoad ipſum templum, quo ad materialia, noua ſit. Etenim iura realia ſi non ſtricto iure ſaltem ex æquitate quadam, ire & domo reædificata durant. *leg. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. vrb. præd.* Et cum is qui priuilegia

gia iſtiuſmodi conceſſit, non reſpexerit ipſam Eccleſiam materialem, ſed potius congregationem & collegium, quæ etiam ſua appellatione Eccleſia comprehendit, *gloſ. in capitul. fin. Ne Prælat. vices ſuas, &c.* vtique æquitas & ratio poſtulat, manente illa veluti cauſa ipſius conceſſionis priuilegiorum, priuilegia quoque ipſa manere, & durare oportere, ſicut & beneficium durat, tametſi ad aliam Eccleſiam transferatur. *Clem. fin. & ibi Doct. de reſcript. & facit ad hoc l Paulus §. domus, ff. de pignor.* Sic & in ſimili, ſi villa in totum eſt deſtructa (*inquit Baldus conſ.* 158. *numero* 5. *lib.* 3.) & alia communitas ſuper dicta villa deſtructa, erexit furcas, & tenuit per ſpatium 30. annorum, & tunc eadem villa eſt reparata, poteſt non obſtante temporis lapſu, antiquo iure vti, quia interim quod fuit deſtructa, non fuit ibi populus, & ideo præſcriptio non potuit inchoari; & ſi potuiſſet inchoari, aut cucurriſſet præſcriptio, reſtitutione in integrum ei ſuccurreretur. *l. Et Atrilicinus. ff de ſeruit ruſt. præd.* At ſi Eccleſia non caſu aliquo fortuito, ſed imperio & authoritate ſuperioris, penitus & ſine ſpe refectionis ſeu reſtaurationis deſtructa eſt, vt quia ita conſultum eſſe exiſtimat Epiſcopus vel Pontifex, alio iure vtimur: cum ipſa enim Eccleſia omnia quæ illi conceſſa ſunt, quæque ipſum veluti ſubiectum ſuum ſequuntur, cadunt & extinguuntur, deficiente veluti fundamento, in quo conſiſtunt, & ſublatis eorum qualitatibus, ob priuilegia illa in illo loco tributa fuerunt. *Ita deciduntBartol. Iaſ. Alexand. Za. & alij ad leg. inter ſtipulationem. §. ſacram. ff. de verb. obl. Innocent. ad capitul. Abbate, de ſentent. excommun. gloſ. & Ioan. Andreas, ad capit. priuilegiũ de regul. iur. in ſext. & ad capit. & hoc diximus ad verb. deſtructa decimo ſexto. quæſtione ſeptima, ad capitul. Statutum. ad verbũ collegiatas, de elect. li. 6.*

Non eſt etiam à propoſita materia admodum alienum, quod *conſil. ſuo* 38. *incip. dico dictum emptorem &c. lib.* 1. ſcribit Caſtrenſis, quod diruta & in vniuerſum deſtructa atque collapſa Eccleſia, cui parochiani loci ob ſacramenta, quæ ididem percipiebant, certas decimas ſoluebant, & quæ de illis certam portionem dabat Epiſcopo, non poteſt Epiſcopus eam portionem à poſſeſſoribus bonorum earundem decimarum petere, & maxime quidem, ſi & Eccleſia illa periit, & locus ipſe in quo eſt Eccleſia, deuaſtatus ſit, à quo illæ percipi ſolent. Neque enim habet Epiſcopus immediate ius contra laicos eorundem bonorum poſſeſſores, ſed duntaxat contra Eccleſiam ſuper decimis, quas ipſa eiuſque Rector à dictis poſſeſſoribus percipiebat. Ita quod ius percipiendi eaſdem decimas, principaliter competebat Eccleſiæ & Rectori ipſius, *capitul de decimis* 19. *quæſtione prima*, quę iã eſſe deſiit, & cum non ſit in ea Rector, qui ſacramenta & diuina officia exhibere, facere, aut adminiſtrare poſſit, ſequitur quod decimæ illæ à prædictis poſſeſſoribus ſolui non debent, nec ipſi quidem Eccleſiæ quæ non eſt, & quia non exhibentur illa, propter quæ datæ ſunt. Nec Epiſcopo, qui ante deſtructionem nullum ius habebat contra laicos, & eorum bona, ſed contra Eccleſiã & Rectorẽ in his, quæ ab illis laicis percipiebant. Iura enim ipſius Eccleſiæ (niſi denuo reædificetur, & Sacramenta adiminiſtrentur, omniaque de nouo renouentur & reſtaurentur) vnà cum ipſa Eccleſia perempta ſunt, inquit Caſtrenſis, cum defecerit vtrumque extremum, ſcilicet illud cui debebatur, & cauſa ob quam debebatur, & ius Epiſcopi quod ſuper iuribus Eccleſiæ erat fundatum *argũ. leg. repeti. §. rei. ff. quib. mod. vſufruct. amittatur, & d. l. ſeruitutes, § ſi ſublatum, & Stichum. ff. de ſolut.*

CAPVT XXXVI.

Altaria ab Iconoclaſtis confracta & violata, an iterum reconſecrari debeant?

SVMMARIVM.

1. *Conſecratio Eccleſiarum & altarium, apud Latinos & apud Græcos ſemper fuit.*
2. *Altare eſt ſedes corporis Domini.*
3. *Iulianus deriſor altarium quo pacto punitus ſit.*
4. *Altaria reconſecrantur.*
5. *Fulmina ſolent frequenter tangere loca polluta.*
6. *Altaris reconſecratio quando eſt neceſſaria.*
7. *Sigillum Altaris quid ſit.*
8. *Reliquiæ ſanctorum cur Altaribus apponuntur.*

QVemadmodum Dominus olim præcepit Moyſi, vt altare extrueret, illudque mundaret, ſanctificaret, & in ſanctificationem vngeret. *vt eſt Exod.* 26. *&* 29. *c.* ita quoque & ſancta Catholica Chriſti Eccleſia, veritatis columna, erroris neſcia, & à Spiritu ſancto edocta, ab infantia & origine religionis, altaria Deo opt. Max. erexit, eademque ſolemni ritu conſecrauit, & inunxit. † Nec ſolum apud Latinos, verùm etiam apud Græcos. Inter Latinos 1.
enim ad Burdegalenſes ſcribit B. Martialis vnus ex 70. Domini diſcipulis, ſeſe Aram Deo ignoto pridem dedicatam iuſſiſſe ſeruari, ad conſecrationem Deo vero & viuo, Gallis hactenus ignoto, futuram. Et ſanctiſſimus ille Leo *epiſtola* 69. & 83. teſtatur, ſolis Epiſcopis Altaria conſecrare ac benedicere licere. Quod Sanctus Hieronymus in epiſtola ſua, quam de Choriepiſcopis ſcripſit, confirmans dicit, non niſi ſacerdotes Altaria erigere, vngere, conſecrare, Eccleſias dedicare, chriſma conficere. Apud Græcos quoque id obſeruatum eſſe cum ex multis Chryſoſtomi locis, tum ex Eulochio Græco Venetiis anno 45. impreſſo apparet, dum ſecundùm Latinam verſionem ſic habet. *Supplices deprecamur miſericordiſſime Domine, imple gloria*

gloria & ſanctificatione ac gratia hoc ſanctuarium, ſacrumq́; altare, vt Hoſtiæ incruentæ ſuper ipſo tibi offerendæ tranſmutentur in immaculatum corpus & ſanguinē Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ad ſalutem omnis populi. Ad quæ verba reſpexit olim S. Optatus Epiſcopus Mileuitanus, qui vixit an. 366. dum aduerſus ſui temporis Iconoclaſtas & Donatiſtas ait: *Quid eſt tam ſacrilegum, quā Dei altaria in quibus & vos aliquando obtuliſtis frangere, radere & remouere, in quibus vota populi & membra Chriſti portata ſunt: quo Deus omnipotens inuocatus ſit, quo poſtulatus deſcēdit Spiritus ſanctus: vnde multis pignus æternæ ſalutis, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt.* 2. *Quid enim eſt † altare, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti? Quid vobis fecerat Deus, qui illic inuocari conſueuerat? Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitat?* hactenus ille. Et quamuis hoc olim riſit Præfectus 3. * Iulianus, nec riſit tantum, verumetiam contra ſacrum altare minxit, id tamen (vt author eſt Theodoretus) inultè non tulit, ſed hoc nomine ſæuo morbo correptus, viſceribus putrefactis interijt, excrementis non per meatus egeſtiuos, ſed per os ſceleſtum effluentibus. Neque ex conſecratione Eccleſiæ ſequitur, altaria quoque conſecrata eſſe, *capit. 1. de conſecr. Eccleſ. vel altar.* ſed ſicut Abraham ædificauit Altare Domino, inuocauitque ibi nomen Domini, *vt eſt Geneſis, capite* 12. & Noe extruxt Altare Deo, tollens de cunctis volucribus & pecoribus mundis, obtulitque in eo, ita quoque ſancta Dei Eccleſia, non abſque cauſa & ratione, peculiarem requirit conſecrationem Altaris, vtpote in quo Sacramentum corporis & ſanguinis Domini in memoriam eius paſſionis, offertur Deo Patri, inuocaturque nomen eius. Id quod eleganter obſeruat Ioan. de Turrecremata *ad capit. omnes Baſilicæ, & ad cap. Altaria de conſecrat. diſtinct.* 1. Quo loco & omnia alia egregie myſticè exponit, quæ in conſecratione Altaris adhibentur, nihilque in his ridiculum aut inſulſum eſſe docet contra hæreticos, omnes ſacroſanctæ Catholicæ Eccleſiæ ceremonias, quarum ſignificationem non intelligunt, aut certè intelligere non volunt, ridentes, ipſi aliquando habendi ludibrio ab eo, cuius ſponſam nunc violant & iniuriis afficiunt, tanto revera miſeriores, quanto maius ſupplicium expectant. Recteque *par. 3. q. 83. ar.* 3. dixit B. Thomas, eam Altaris conſecrationem, ſanctitatem Chriſti Domini repræſentare.

Et non ſolùm Altaria eiuſmodi ac templa
4. Domino fuiſſe conſecrata, verum etiam reconſecrata, ſi quando opus erat, aut ſi quando ab hæreticis contaminata, fracta ſeu violata fuerant, ibidem ſatis apparet, dum ita orat Pontifex: *Domine Deus noſter, qui templum hoc redaperuiſti in habitaculum tuum, per deſcenſum viuifici Spiritus in venerando chriſmate, quod Prophetas & Apoſtolos ſanctificauit: Deinde propter peccata noſtra ipſum contaminari permiſiſti. &c.* Eaque de re in Apologetico religionis Catholicæ, multa ſcribit & refert Reuerendiſſimus D. Lindanus Epiſcopus Ruremundenſis. Quinimò & Gentilibus hunc morem fuiſſe ſcribit Alexander ab Alexand. *Genial. dierum libro.* 5. *capit.* 13. vt pollutioni locorum occurrerent, ideo quod ea fuit Aruſpicum opinio, quod * fulmina magnopere fierent in locis pollutis. 5. Et Cicer. *in oratio. de Aruſpicum reſponſis*, teſtatur, etiam diis quibuſdam expiationes decretas fuiſſe. Et ſanè extat huius conſecrationis elegans exemplum: 1. *Machabæor. 4. ca. in hæc verba: Dixit Iudas Machabæus & Fratres eius: Ecce contriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare. Et congregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion, & viderunt ſanctificationē deſertam, & Altare profanatum, & portas exuſtas, & in atriis virgulta nata, ſicut in ſaltu vel in montibus, & paſtophoria diruta, & ſciderunt veſtimenta ſua & planxerunt planctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum, & ceciderunt in faciem ſuper terrā, & exclamauerunt tubis ſignorū, & clamauerunt in cælum. Tunc ordinauit Iudas viros vt pugnarent aduerſus eos, qui erant in Arce, donec emundarent ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine macula voluntatem habentes in lege Dei: & mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Et cogitauit de Altari holocauſtum, quod profanatū erat, quid de eo faceret: & incidit illis conſilium bonū vt deſtruerent illud, ne forte illis eſſet in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti ſunt illud. Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadúſque veniret Propheta, & reſponderet de eis. Et acceperunt lapides integros ſecundum legem, & ædificauerunt Altare nouum ſecundum illud quod fuit prius, & ædificauerunt ſancta, & quæ intra domum erant intrinſecus, & ædem & atria ſanctificauerunt. Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrum, & Altare incenſorum, & menſam in templum, & incenſum poſuerunt ſuper Altare, & accenderunt lucernas, quæ ſuper candelabrum erant in templo.*

Quibus ita conſtitutis ac præmiſſis, quæſtio in eo eſt * Vtrum Altaria ab hæreticis 6.
vel alijs confracta ſeu violata, reconſecrari debeant necne? eiuſq́; quæſtionis reſolutio ex conſtitutione Alexandri III. Pontificis Max. *in dict. capit.* 1. facile haberi poteſt, dum in duobus caſibus eam reconſecrationem deſiderat. Quorum primus eſt, ſi motum fuerit Altare. Id quod tunc fieri exiſtimat Archidiaconus, *ad cap. ſi motum. de conſecrat. diſtinct.* 1. Si vel ex toto deſtructum & poſtea reædificatum ſit, vel in coniunctione menſæ ſeu tabulæ & inferioris ſtructuræ, ex amotione ſeparatio facta ſit. Nam quando Altare eſt firmum, ſtabile ac fixum, non tantum conſecratur tabula, ſed totum Altare, ſic vt conſecratio intelligatur principaliter in coniunctione lapidis ſuperioris & ſtructuræ inferioris, & proinde ſi totum Altare ſine motione menſæ & la-

pidum

pidum ei coniunctorum, artificio quodam moueatur de loco ad locum, vel in eodem loco, nulla reconſecratione opus eſt, *ſecundum eundem Archidiaconum ibi, Henricum Bohic, & alios ad dict. cap.* 1. Secundus verò eſt, quando lapi ſuperpoſitus, qui ſigillum continet, confractus aut etiam diminutus eſt. Id quod maiorem explicationem requirit.* Etenim *vt ad d. capit.* 1. *nu.* 2. *ait Panormit.* quando conſecratur Altare, fit vnum foramen paruum, vel in ſuperiore parte in ipſa menſa lapidea Altaris, vel ante Altare, vel in latere dextero Altaris, & poſt conſecrationem clauditur paruo lapide quadrato aut rotundo, & paruus ille lapis vocatur ſigillum, quod ſicut denotat & deſignat ipſum ſigillantem, ita ipſe lapis denotat locum eſſe conſecratum. In ipſo verò foramine apponuntur reliquiæ ſanctorum, & nomen Epiſcopi conſecrantis, & nomen ſancti in cuius honorem conſecratur. Quomodo & Socrates *in Tripartita hiſtoria ait.* quod Zeno cùm Eccleſiæ Gazæ epiſcopatum accepiſſet, imperante Theodoſio, fabricata Baſilica ante ciuitatem, & Altari fixo oſſa Euſebij, Nectarij & Zenonis, collocauit iuxta ſanctum Neſtorem. Et beatus Auguſtinus *cap.* 12. *confeſſ. & Tomo ſecundo, epiſt.* 59. *& Tomo quinto. lib* 21. *cap.* 25. *de ciuit. Dei. Quis*, inquit, *aliquando aud uit fidelium, ſtantem ſacerdotem ad Altare, etiam ſuper ſanctum corpus Martyris, ad Dei honorem cultumq́ extructum, dicere in precibus, offero tibi Petre, Paule, vel Cypriane?* Ac rurſum Aurelius Prudentius Chriſtianæ antiquitatis peritiſſimus & fideliſſimus teſtis, D. Eulaliæ virginis nobiliſſimæ encomium celebrans, ex illius more aſſerit: Altare Dei fuiſſe ſacris D. virginis oſſibus conſecratum. Cuius rei ſi quis rationẽ exquirat: Reſpondeo,* quod ſicut pretioſa eſt mors iuſtorũ in conſpectu Domini, eorumque gratia & præcibus nobis parcit, quomodo & olim propter Dauid ſeruũ ſuum pepercit ciuitati: ita quoque poſitis ob eius conſpectum ſanctorũ reliquiis, futurum putat Eccleſia, & vt gratior ei ſit oblatio, & magis exorabilis Dominus. Ad quod alludit illud quod *Ecc. Hierarch. c.* 3. ſcribit beatus Dionyſius, dum ait: *Sed & illud ſacratius intuere, quod impoſitis ſancto Altari venerabilibus ſignis, per qua Chriſtus & ſignatur & ſumitur, adeſt protinus atque incunctanter ſanctorum deſcriptio, coniunctionem vnionemq́ cum illo altiſſimam & ſacratiſſimam indicans.* Et ideo magna olim inter veteres fuit quæſtio: Vtrum Altaria ſine reliquiis ſanctorum conſecrari poſſent nec ne. Et ea in re vnus ex multis ita reſoluit Ioan. de Turrecremata, antiquus & doctus interpres, *ad cap. Placuit, de conſecrat. diſtinctione prima.* quod licet Sanctorum reliquiæ non ſint de ſubſtantia conſecrationis Eccleſiæ vel Altaris, tamen non facile debet Altare ſine reliquiis iſtiuſmodi cõſecrari, ſi haberi poſſint. Et cum haberi non poſſunt, ſolent plerique ſacroſanctum Chriſti corpus apponere, quod an fieri debeat & conueniat, *ad dict. cap.* 1. *n.* 2. diſputat Panormitanus. Et licet *teſte Auguſtino. cap.* 27. *lib.* 8. *de ciui. Dei*, nec ſacerdotes conſtituimus, nec ſacrificia offerimus martyribus, & ſanctis noſtris, quia hoc Deo competit: eos tamen & eorum reliquias colimus & honoramus. Nam vt *lib.* 4. *de orthodoxa fide capit.* 16. ſcribit Damaſcenus, fontes nobis ſalutares dominator Chriſtus præbuit Sanctorum reliquias, multimoda beneficia ſcaturientes, vtpote per quas dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci vident, leproſi mundantur, tentationes & triſtitiæ ſoluuntur. *Qua de re & plurima quoque ſcrib t Hieronymus contra Vigilantium, & idem B. Auguſtinus lib.* 9. *confeſſ. cap.* 7. Quæ cum ita ſint, neque perperam & ſine fructu ſacris altaribus imponuntur, neque vanum aut leue cenſeri debet, ſi confracto aut diminuto illo lapide, qui ſigillum continet, noua conſecratio ſeu reconſecratio eſt neceſſaria, cum non difficulter ex eo aliquid vel excidere, vel contaminari, vel aliter quam oportet, tractari potuerit: & cum hæc ſancta menſa ſit vice loci ſepulturæ, in quo poſitus eſt Chriſtus, aut, vt alij volunt, deſignat præſepe Domini, geritque typum ſpiritualis altaris, mirum videri non debet, ſi tam religioſe haberi ac ſeruari debeat. Quod autem reconſecrationem neceſſariam eſſe dicimus, cum hic lapis qui ſigillum continet, confractus & diminutus eſt, ita accipi atque intelligi oportere ſcribit Innocentius Tertius Pontifex Maximus, ſi enormiter læſus ſit, ita vt tota penè illius forma immutetur, *ca. Quod in dubijs. & ibi Doctores, de conſec. Eccleſia.* Etenim paria ſunt aliqua eſſe fracta, *inquit Anchor ibi.* & enormiter eſſe læſa, non etiam ſi leuis & modica ſit offenſio, quæ nec Sanctorum reliquias, nec conſecrationem ipſam attingat. Et fuſius hac de re, *ad d. capit. Si motum* loquens Ioannes de Turrecremata, multis quidem verbis, ſed in ſubſtantia his caſibus, prædictam Altaris reconſecrationem requirit, ſi Altare ex toto deſtructum eſt: ſi ſuperior tabula vel menſa in qua fit principaliter conſecratio, vel mota, vel ſua forma mutata, vel in angulis & cornibus conſecratis, vel alis vltra medietatẽ ſeu enormiter (quod arbitrio Epiſcopi relinquitur) fracta ſit: ſi aliquis de lapidibus principalibus ſtipitis menſam contingentibus amotus ſit, veluti cum ſuper quatuor columnas Altare erectum eſt, ſi ſigillum Altaris fractum aut diminutum ſit, & denique ſi quando ſic angeretur Altare, quod ſuperiorem ſuam formam amitteret. Aliud igitur eſt de lapidibus parietis ſiue ſtipitis qui non tangunt menſam, aut quibus lateraliter Altare compaginatum eſt, eorum enim motio reconſecrationem non requirit. *Dd. in dict. capit.* 1. At vbi Eccleſia polluta eſt, ſicut illa reconciliari & expiari debet, ita quoque & Altaria quæ in eo exiſtunt. *Pa-*

ormit.

normit.& alij in capit.propoſuiſti,de conſecrat. Eccleſ. & Angelus Clauaſius in ſua ſumma ad verbum,Altare,n.4.

CAPVT XXXVII.

Altaria & templa an ſint reconcilianda, in quibus vel ſacerdotes ab hæreticis,vel hæretici à ſacerdotibus occiſi ſunt.

SVMMARIVM.

1. *Mors ſanctorum eſt pretioſa in conſpectu Domini.*
2. *Sacerdos inuaſus in Eccleſia, poteſt aggreſſorem ſuum occidere,& nihilominus deinde ſacrificium peragere.*

QVoniam vero Altaria vna cum templis pollutis reconcilianda eſſe diximus: non inopportunè hic quæri poteſt, an Eccleſia polluta eſſe videatur, & reconciliatione iſtiuſmodi opus ſit,ſi ab inſanis hæreticis iconomachis & iconoclaſtis,ſacerdos aliquis vel laqueo ſuſpenſus, vel multis vulneribus confoſſus, & pro fide Catholica martyrio affectus ſit, ſicut accidit in beato Thoma Cantuarienſi Epiſcopo. Nam cum ſanguis martyris Eccleſiam non polluat ſed orn et, ſitque * pretioſa mors ſan-
1. ctorum in conſpectu Domini, ſunt qui exiſtimant, propter eiuſmodi ſanguinis effuſionem non polluentē ſed ſanctificantē, nulla reconciliatione opus eſſe. Sed quoniam Eccleſia polluitur non propter martyris paſſionem, quæ Deo gratiſſima eſt, ſed propter perſecutoris actionem quæ Domino diſplicet: vtique cum Petro Paludano, & Hugone exiſtimat Ioannes de Turrecremata *ad capitul.ſi motum,de conſecrat.diſtinctione prima.* contrariam partem eſſe veriorem,eoque magis, quod ſi ratione delicti reconcilianda eſt Eccleſia vbi iniquus occiditur,multo magis reconciliari debet, vbi ſanguis iuſti effunditur. *argum.capitul. ſi non licet. 23.quæſtion.*5. quo caſu maiore iniuria Eccleſia affecta fuiſſe videtur.

E contra verò, ſi ſacerdos * eiuſmodi im-
2. pium aggreſſorem in templo occidat, nulla reconciliatio eſt neceſſaria. Etenim non niſi iniurioſa ſanguinis effuſio Eccleſiam polluit, *ca. vnico.de conſecr. Eccl.* li. 6. Iniurioſa autem non eſt,quæ fit ad defenſionem propriam ac rerum ſacrarum. *l.vt vim.ff.de iuſt.& iure cap.de his,*20. *diſtinct.* Et ideo dixit Ioan. de Lignano *in ſuo tractatu de iuſto bello.* quod ſi ſacerdos ad Altare celebrans inuaditur ab aliquo, poteſt dimittere celebrationem ac ſe defendere, & ſi in illa rixa ſe defendendo occidat aggreſſorem, poteſt incontinenti ad Altare redire, & miſſam peragere. *Quod ſequitur Panormi.in capit. clerici.*1.*de vita & honeſt.cleric.& Hippolytus ad leg. is qui aggreſſorem,n.*3.*C. ad leg. Cornel. de Sicariis.*

CAP. XXXVIII.

Altaria omnia ſi demolita ſint, an aliis relictis, alia pauciora duntaxat reparari aut de nouo ædificari poſſint.

SVMMARIVM.

1. *Hæretici ſacræ ſcripturæ verba ſemper cauillantur.*
2. *Altaria fuiſſe plura olim in Eccleſia.*
3. *Miſſas an plures vno die fieri expediat:*
4. *Miſſæ cur nunc ſunt plures quàm olim.*
5. *Altaria quando deſtrui poſſunt.*

IN Concilio Meldenſi ſcriptum erat hoc pacto: *Eccleſia vel Altaria quæ ambigua ſunt de conſecratione,conſecrentur:& ſuperflua Altaria deſtruantur.cap.Eccleſia,de conſecr. diſt.* 1. Ex quo 1.
factū eſt, † quod pleriq; improbi & phanatici homines, occaſionē quærerent dicendi & argusndi,inutilem nec ferendam eſſe tot altariū conſtructionem,quot hodie paſſim in Catholicis Chriſti Eccleſiis reperiuntur, atque proinde poſt vaſtationem templorum & altarium, nihil referre, ſiue vnum ſiue plura reficiantur, quinimo vnum ſufficere, de pluribus nihil ſcriptum extare. Et ſicut ſacra Scriptura ſobriis ac prudentibus ſalutarem præbet alimoniam,ſtultis verò & impiis, hæreſeos, maiorisque impietatis miniſtrat occaſionem, vt qui aranearum in morem nihil ex illis præter exitiale venenū ſugunt:ita quoque & huius temporis hæretici,non ſacrorum canonum authoritati ſubiici, ſed eos ſibi ſubiicere cupiunt, eorumque verba captant,& ſenſum relinquunt.
* Sed ſi oculos aperire,& veterum ſcripta di- 2.
ligenter excutere vellent,non difficili negotio inuenirent,pluriū altariū vſum,non ex noua & recenti inuentione,ſed ex antiqno Eccleſiæ ritu receptum eſſe. Etenim *in orat. in lauacrum* D. Gregor.Nazian.meminit magni altaris, indicans & tunc fuiſſe parua altaria. Ait enim: *Statio in qua poſt baptiſma ante magnum altare conſtiteris,futuræ gloriæ præludiū eſt.* Et conſtat,Gregorium Magnum cùm paternā domum in cliuo Scauri poſitam, in monaſteriū redegiſſet, in illius monaſterij Eccleſia quatuor altaria erexiſſe. Et ſanè non longè ab hac diſputatione, ea quorundā diſtat contentio,† an magis expediat 3.
in vna Eccleſia quolibet die vnā duntaxat fieri Miſſam vel plures. Nam qui plura altaria non ferunt,hi & frequentiam quoque Miſſarum,quę in his fieri ſolent, damnare videntur, & anti-

quitatis & vtilitatis quæ inde prouenit, ignoratione labuntur. Nam præterquam quod in Concilio Toletano & Antiſiodorenſi plures Miſſæ permittuntur: Magnus ille Leo Pontifex *Epiſtola* 74. expreſſis verbis præcipit ſacrificij oblationem indubitanter iterari, cùm numeroſior populi conuentus eſt: quaſi iniquum ſit, eos qui prima diei parte ad Eccleſiam venire non poſſunt, ſua deuotione priuari, & tanti ſacrificij vtilitate carere. Et ſicut panem quotidianum aut ſæpius petere, aut ſæpius eodem die alios & alios ſumere vetitum non eſt: ita quoque eodem tempore & loco, quotidianum ſacrificium iterari nihil vetat, nec deteriore loco eſſe debemus, quam olim Iudæi, quos in templo Salomonis & mane & veſperi agnum immolaſſe conſtat, *Exodi capitul.* 29. † Et licet olim non tam frequentes
4. fuerint Miſſæ, ac tot altaria quot nunc ſunt, vel quod minor eſſet Sacerdotum numerus, vel quod in metu perſecutionis altaria tam ſecurè ædificari non poterant, mutatis tamen temporibus & cauſis, etiam eiuſmodi res mutari potuerunt, aucto ſcilicet Dei populo, eoque in infinitam pene multitudinem excreto. Alioqui enim, propterea quod ſub ætate Apoſtolorum vix in qualibet ciuitate vna domus diuinis ædificiis dedicata erat, nunc dicendum foret, egregia hæc templa ac Monaſteria, & tot Baſilicas hac tempeſtate extantes, & magna pietate extructas, dirui, proſterni, & ſubuerti oportere, *vt hæc eleganter in oratione ſua de pluralitate Miſſarum differit Nicolaus Sanderus Thelogus Anglus.* Neque etiam ab hac ſententia animum meum dimouere poteſt id, quod ex præallegato Meldenſi Concilio proponitur, propterea quod per ſuperflua altaria, eorum pluralitatem non deſignat, ſed ea duntaxat intelligit, quæ vel Sanctorum reliquias nō habent, *Gloſſa in dict. capitulo Eccleſia, ad verbum ſuperflua*, vel competenti dote deſtituuntur, *ca. Omnes Baſilicæ, de conſ. diſtin.* 1. vel per villas & agros, in quibus nullum corpus, aut nulla oſſa Martyris condita ſunt, negliguntur, *ca. placuit, & cap. concedimus. ead. diſt.* Nam alioqui hoc abſurdi ſequetur, quod Sacerdotes quos in vna eademque Eccleſia ſæpe conſtat eſſe plurimos, quotidie ſi velint, celebrare non poterunt: & quòd multorum defunctorum piæ voluntates fraudabuntur, qui pro ſua deuotione & religione, in aliis & aliis altaribus Miſſas fundarunt. Non dico magnam altarium frequentiam ac multitudinem in Eccleſiis Catholicis plane eſſe neceſſariam, ſicut in pleriſq; Eccleſiis Cathedralibus rariora extant, neque hoc etiam requiro, vt omnino totidem altaria reparentur & extruantur in Eccleſiis deuaſtatis, quot antè erant, ſed piis hominum fundationibus, decori atque honori Eccleſiæ nihil detrahendum eſſe cenſeo, habita etiam ratione multitudinis ſacerdotum, qui in Eccleſia verſantur, arbitrio ac moderatione Epiſcopi Diæceſani. Quibus etiam ceſſantibus exiſtimo ab eiuſmodi altarium demolutione, propter ſcandalum populi, quod his calamitoſis temporibus facile oriri poſſet, quantum fieri poterit abſtinendum eſſe, ſicut & olim in Concilio Africano, demolitio altarium propter ſimile ſcandalum publicum fieri prohibetur, quæ eo ſcandalo non ſubexiſtente, fieri debuiſſet: *dict. cap. Placuit, de conſ. diſtinct.* 1.

CAPVT XXXIX.

Altaria deiecta & demolita, ex qua materia reparari ſeu reædificari debeant.

SVMMARIVM.

1. *Templorum apud veteres varia figura.*
2. *Altarium olim diuerſitas.*
3. *Apoſtoli cuiuſmodi altaribus vtebantur.*
4. *Altaria cur hodie ſint lapidea.*
5. *Calices ſacri quales eſſe debeant.*
6. *Cereorum antiquus in Eccleſia vſus.*

QVemadmodum * olim apud veteres variæ fuerunt templorum formæ, vt quod 1.
pleraque deſuper patens foramen haberent, plæraque humili loco & ex humili materia conſtructa erant, plæraque etiam mira arte, luxu ingenti, marmoreque & auro elaborata, *vt refert Alexander ab Alexandro libro ſecundo Genialium dierum capit.* 22. ita quoque varij generis apud eos erant altaria & aræ. * Superis enim 2.
è terra exaltatis aris: terreſtribus in terra: inferis verò ſub effoſſa terra ſacra facere conſueuerant, & apud Iudæos diu ſeruatum fuit, vt terreſtribus diis in cauernis: Soli verò in ſublimi ſacrum facerent. Nonnunquam ſine ara in nudo ſolo & pauimento. Nonnunquam etiam ſuper eſcharam, ſicut Eumenæus apud Homerum. Aliquando vero ſuper aram vel quadratæ figuræ, vel alterius, ceſpitem ex gramine ſeu verbenas apponentes, eandemque fronde ornantes, vt Ioui eſculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri myrtho, Herculi populo, Baccho hedera, Pani pino, Diti autem cupreſſo. Sic & olim in veteri teſtamento altaria ex varia materia, non tantum ex lapide confecta eſſe conſtat. Nam *vt eſt Exodi* 20. *capit.* dixit Dominus ad Moyſem: *Hæc dices filiis Iſrael: Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues, in omni loco in quo memoria fuerit Nominis mei, veniam ad te & benedicam tibi. Quod ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus.* Rurſum vero, *vt eſt* 3. *Regum cap.* 7. *Fecit Salomon omnia vaſa in domo Domini, altare aureum, & menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis auream.* Legimus etiam *Exodi* 36. *&* 37. *capit.* altaria fuiſſe con-

ſtructa de lignis Setim, ſicut & hodie in Eccleſia Lateranenſi dicitur extare altare ligneum, in quo olim beatus Petrus, aliique Sancti dicuntur celebraſſe. Ad quæ omnia reſpexiſſe videtur in ſuis ſententiis beatus Bernardus, dum ſic ait: *Altaria quibus vota ſuperponere debemus, tria ſunt: diuinarum ſanctionum expletio, quod fit de lignis Setim in deſerto: beatorum multiplex aduocatio, quod fit de lapidibus quos ferrum non tetigit: Redemptoris humilis incarnatio, quod fit de terra.* Sicut & mox iterum ſubiicit, quod tria ſunt operimenta altaris. De *peccatis pœnitentialis afflictio, quæ eſt cilicium. De venia laudis lætitiæ magnitudo, quæ eſt velut æs ſonans: De gratia præconialis iubilatio, quæ rutilat velut aurum.* Quæ cùm ita ſint: mirum videri poteſt, quod in Concilio Hipponenſi cautum fuit, altaria lapidea eſſe oportere, *capitul. altaria, de conſecr. diſtinction. prima*, & aliter conſecrari non poſſe. Sed cum cuiuſque temporis cauſas & rationes perſcrutamur, vtique cum Ioanne de Turrecremata *ibi*, dicere poterimus, quod
3. cum † à Pontificatu B. Petri Apoſtolorum Principis, vſque ad tempora B. Syluestri, rabies & gladius perſecutoris non ceſſaret, nullaque certa eſſet Epiſcopalis ſtatio, vbicunque neceſſitas compulit, ſiue in cryptis, ſiue in domibus fidelium, ſiue in aliis locis quibuſcunque, ſuper altare ligneum in modum arcæ concauum, quod à ſacerdotibus vbicunque Epiſcopus Romanus latitabat, ponebatur, Miſſam celebrabant, teſte Alexandro de Halis, quem allegat. Quæ ratio cum poſteriorib. ſeculis, depulſisq; & fugatis perſecutorũ furioſis inſultibus ceſſauerit, factum eſt, vt ab his altaribus ligneis receſſum ſit, atq; vt ex lapide, non
4. ex terra deinde fierent, * vel in memoriam eius, quod ſacroſanctum Chriſti corpus olim in monumento lapideo poſitum & collocatum fuerat, *vt eſt apud Matth. cap. 27. Marcum, cap. 15. & Lucam, cap 23.* vel quod altare inter alias ſuas ſignificationes, vt plærique ſentiunt, etiam Chriſtum deſignat, quem beatus Paulus, 1. *Corinth. 10. cap.* in petra præfiguratum fuiſſe teſtatur: vel etiam quod teſte B. Thoma, reuerentiæ Eccleſiaſticæ magis conuenit, ſolidum atque durabile eſſe illud, quod ſacra vnctione conſecratur. Quibus non multum abſimile eſt, quod ex epiſtola B. Euſebij & Syluestri ſacri canones conſtituunt, vt nemo peragat ſacrificium altaris in ſerico panno aut tincto corporali, ſed in puro lineo vel linteo ab Epiſcopo conſecrato, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit, *cap. conſulto. de conſ. diſtinct.* 1. Et quod olim in veteri teſtamento ac tempore Salomonis, vel ex lignis Sethim, vel ex auro altare extructum fuit, ad myſticam quandam interpretationem potiſſimum pertinuiſſe, & Gloſſa *ad d. cap. altaria*, quam alij ſequuntur, teſtatur, & ex præcitato B. Bernardi loco apparet. Etenim præter id quod ab eo dictum eſt, cenſent cum B. Thoma plærique, per lignum Setim, ſignificari mundam, firmam, incorruptam, & ad offerendum ſacrificium bonorum operum præparatam iuſtorum vitam: per aurum verò Salomonis, perfectorum conuerſationem, qui ſunt in fide firmi, ſapientia fulgidi, & virtutibus ornati, cuiuſmodi decet eos, qui Domino in altari deſeruiunt, lux mundi appellantur, omnium ſunt patres, & ab omnibus venerandi, *cap. ſacerdos 93. diſtinct. capitul. neceſſe. 1. quæſtion.* 1. Et cum aureorum altarium ædificatio, nunc aut impoſſibilis eſſet aut rariſſima, nihil his hodie opus eſt, ſed ſufficit ſi eius generis erigantur lapidea, quæ & facilius haberi poſſunt, & rei propoſitæ, atque ſacrificio noui teſtamenti magis congruunt: vilia tamen non ſint, nec ex terra, in quibus hoc ſacroſanctum Corpus Domini noſtri reponitur. Quod de aureis & aliis altaribus loquens & indicans ſanctus ille Hieronymus, cuius verba recitantur, *in cap. gloria. 12. quæſt. 2. Hæc*, inquit, *tunc probabantur à Domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio peccatorum, quanquam hæc omnia præceſſerint in figura.* Sic & olim in Concilio Rhemenſi Canon. 6. cautum fuiſſe legimus, † ne de ære aut ex au- 5.
richalco calix fieret, quia ob vini virtutem, æruginem facit, pariterque vomitum prouocat, & vt nullus aut in ligneo aut in vitreo calice Miſſam faceret, ideo quod & lignum poroſum eſt, & vitrum fragile, ex quo periculum effuſionis Sanguinis Domini imminere poſſet *cap. vt calix & ibi gloſſa de conſecr. diſt.* 1. Nam quamuis olim ante ea tempora ſacerdotes non aureis ſed ligneis calicibus vtebantur, & Sepherinus Pontifex patenis vitreis Miſſas celebrare conſtituit, quia tamen ratio temporis mutata eſt, Vrbanus Papa omnia miniſteria ſacra deinde fecit argentea, & ſicut in reliquis cultibus, ita & in eo magis & magis, per incrementa temporum decus ſuccreuit Eccleſiarum. Et ne decus matris Eccleſiæ minueretur; ſed magis cumularetur & amplificaretur: in Concilio Triburienſi ſtatutum fuit, vt deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in ligneis vaſculis vllo modo conficeret, *cap. vaſa dicta diſtinctione prima*; adiecitque idem Concilium Rhemenſe, vt calix Domini cum patena, ſi non ex auro, omninò ex argento fieret, aut ſi quis tam pauper eſſet, vt talem habere non poſſet, ſaltem ſtanneum calicem ſibi compararet, *dict. cap. vt calix.* Et tum facilior ſit argentei vel aurei calicis comparatio, quam altaris ex eo metali genere conſtructio, quam nec ſummi quidem Reges hodie faciunt, mirum certè videri non debet, ſi ab vſu eiuſmodi altarium receſſum ſit, aurei vero vel argentei calicis vſus remanſit, iuxta illud Aurelij Prudentij in hymno de ſancto Laurentio: *Argenteis ſcyphis ferunt, Fu-*

mare ſacrum ſanguinem : Auroq́ nocturnis ſacris, Adſtare fixos † *cereos.* Quem tamen uſum ita demum probat Chryſoſtomus , *homilia* 53. *in Matthæum* , ſi ex rebus iuſte partis hi calices facti ſint. *Ne putemus nobis ſatis eſſe ad ſalutem,* inquit, *ſi cum viduas & pupillos ſpoliaueris, aureũ calicem & gemmis ornatum huic menſæ offeras.* Igitur in propoſita quæſtione dicimus , eos ad quos Eccleſiarum atque altarium reparatio pertinet, oportere ea, vt in his Domino ſacrificium fiat ex lapide iuxta dictorum canonum conſtitutionem, extruere vel reparare.

CAP. XL.

An laici effuſam & conculcatam ab hæreticis & iconoclaſtis ſacroſanctam Euchariſtiã tangere , ſuſcipere , & cuſtodire poſſint.

SVMMARIVM.

1. *Laici inter ſacerdotes ſedere non debent.*
2. *Moniales ſacra non tangunt.*
3. *Punitio eorum qui olim arcam tetigerant.*
4. *Miracula quædam de his qui ſacram Euchariſtiam contrectabant.*
5. *Laici in neceſſitate Euchariſtiam deferre poſſunt.*

IN Concilio Moguntino cautum fuiſſe legimus , † vt laici ſecus altare , quando ſa-
1. cra myſteria celebrantur , inter clericos ſtare vel ſedere non præſumerent , ſed pars illa quæ cancellos ab altari diuidit , pſallentibus tantum clericis pateret. *cap.* 1. *de vita & honeſt. cler.* Id quod & Clemens Pontifex his quoque verbis conſtituerat : *Sacerdotum aliorumq́ clericorum Eccleſiis ſeruientium honores , à laicorum loco diſcrete apparere conuenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco vbi ſacerdotes & reliqui clerici conſiſtunt (quod preſbyterium nuncupatur) quando Miſſa celebratur, conſiſtere, vt libere ac honorifice poſſint ſacra officia exercere c. ſacerdotum, de conſecr. diſt.* 2 Quod amplius eſt, etiam* de ſa-
2. cratis Deo fœminis & monachis, in hæc verba reſcripſit Sother Pontifex Maximus: *Sacratas Deo fœminas & monachas, ſacra vaſa vel ſacratas pallas penes vos contingere & incenſum circa altaria deferre, perlatum eſt ad Apoſtolicam ſedem. Quapropter huius ſanctæ ſedis authoritate , hæc omnia vobis reſecrare funditus, quando citius poteritis cenſemus. Et ne peſtis hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abſtergi citiſſime mandamus c. ſacratas* , 23. *diſt.* Quod ſi ita eſt, & ſi Diaconus præſente preſbytero corpus Chriſti dare non poſſit (vt eſt in Concilio Arelatenſi 2. quod circa annum 326. coactum fuit,) quantò minus poſſunt hi laici, vel etiam hæ ſacratæ virgines & mulieres, ſacrũ Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus manibus ſuis attingere aut contrectare , vt eleganter ex Concilio Rhemenſi *Canon.* 2. refert tex. *in cap. peruenit. De conſecr. diſt.* 1. dũ ait: *Peruenit ad notitiam noſtram, quod quidam presbyteri in tantum paruipendebant diuina myſteria , vt laico vel fœminæ ſacrum Corpus Domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur ne ſacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis ſancta ſanctorum committuntur. Quod quã ſit horribile, quamq́ deteſtabile, omnium religioſorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia Synodus, ne talis temeraria præſumptio vlterius fiat, ſed omni modo presbyter per ſemetipſum infirmum communicet.* Et † ſi olim in veteri teſtamento 3.
per medium caſtrorum tranſeuntes præcones edixerint ne quis appropinquaret ad arcam Domini , *vt eſt Ioſue c.*3. & quinque millia ex plebe Bethlamitide percuſſa ſint , eò quòd arcam vidiſſent. 1. *Regum cap.* 6. & Oza quia manum ad eam calcitrantibus animalibus extenderat , iuxta eandem à Deo ſubita morte mulctatus eſt , certè multo magis metuere debent laici ſiue ſint maſculi ſiue fæminæ , ne ad corpus Domini manum ſuam extendant. In cuius rei teſtimonium *ſerm.* 5. *de lapſis* refert ſanctus ille Cyprianus , quod cùm quædam arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt , ne auderet attingere. Et quidam alius ſacrificio à ſacerdote celebrato , partem cum alijs latenter accipiens ſanctum Dei contrectare non potuit , cineremq́ue ferre ſe apertis manibus inuenit. Addo etiam quod *libr.* 8. *hiſt. Eccleſiaſt.* ſcribit Zozomenus *c.* 5. quod muliere quadam ab hera ſua ſacroſanctam Euchariſtiam ſibi datam in manus accipiente, ſanctum hoc corpus Domini in lapidem congelauit. Vnde eadem ſua hera perterrefacta , metuens ne quid ſibi mali propter eam rem, quæ diuinitus acciderat , contingeret , ad Epiſcopum curſu contendit , ad ſeipſam prodens , lapidem oſtendit , materiam incognitam & colorem admirabilem habentem, ſimulque veniam cum lachrymis petijt. Refertque etiam *in vita S. Euthymij* Cyrillus Eremita quendam Therebonem qui temere ad adyta & ſacroſancta ingreſſus erat , ignem in quodam diffuſum linteo vidiſſe , & circa ſe conſtitiſſe, vnde retrogreſſus ad templi veſtibulum ſe recepit, & cum magna in ſynaxim reuerentia ſubſtitit. Longè horribilius eſt, quod ſanctus Optatus Epiſcopus. *libr.* 3. *contra Donatiſtas* ſcribit, fuiſſe qui non tantum ſacram Euchariſtiam indignis ſuis manibus contrectabant , verum etiam eam canibus fundi præcipiebant. Eoſdem verò canes rabie accenſos , ipſos dominos ſuos , quaſi latrones , ſancti corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniaſſe, ſanctamque ampullam chriſmatis , quam per feneſtram eiecerant , Angelica manu deductã , Deoq́; muniente inter ſaxa illæſam concidiſſe.

Quæ

Quæ omnia licet ſint & æquiſſima & veriſſima, quod ſi tamen neceſſitas imminet, velut ſi impij iſtiuſmodi hæretici, iconoclaſtæ & iconomachi, qui ſacroſancta pedibus inquinatis conclucant altaria, qui rapaci manu cuncta depopulantur, & qui ſacros calices Chriſti ſanguinis portatores confringunt, ſanctiſſimas hoſtias, ipſamque ſacroſanctam Euchariſtiam excutiunt, atque in terram effundunt, ſicut aliquando factum fuiſſe iam diximus, & ſæpius ante factum eſſe *libr.* 13. *can.* 19. refert Nicephorus, dum ait, milites eo ingreſſos eſſe, vbi ſanctum repoſitum erat, & ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem in eorum veſtimenta effuſum fuiſſe: vtique eo caſu cenſeo, laicos tam maſculos quàm fœminas abſentibus ſacerdotibus & clericis, eandem ſacroſanctam Euchariſtiam ac ſanctiſſimas hoſtias reuerenter, ſicut diuinam maieſtatem decet, humo attollere, recipere, ex manibus iſtiuſmodi ſceleratorum hominum eiecta occultare, ac deinde ad ſacerdotes Dei cum debita deuotione deferre poſſe. Multa enim in his permittere ne-
5. ceſſitatem, vel ex eo ſolo conſtat, quod in * neceſſitate etiam laici, qui alias non admittuntur, baptizare poſſunt, *c. ſanctum eſt*, *de conſecr. dist.* 5. Ex quo capite, hoc contrectatione ſacræ Euchariſtiæ, ad verbum Euchariſtia, tradidit Berthachinus. Eaque res exemplo non caret, & eleganter oſtendit Euſebius, etiam puero laico, propter imminentem neceſsitatem, ſacram Euchariſtiam in manum datam fuiſſe. Etenim *li.6.c.14. Eccleſiaſt. hiſt.* ex Dionyſio Alexand. ita ſcribit: *Serapion quidam erat apud nos fidelis ſenex, qui diu quidem inculpate vixerat; in perſequutione verò ceciderat. Hic ſæpenumero recipi petierat, verum nemo illi attenderat. In morbo autē conſtitutus, totum triduum mutus, & ſenſuum facultate deſtitutus manſit. Poſt vbi quarto die nonnihil conualuiſſet, nepoti ex filia ad ſe vocato dixit: Quouſque ô fili, detinentis me? Obſecro properate, & me velociter abſoluite. Voca ad me aliquem ex presbyteris, quibus dictis iterum obmutuit. Cucurrit Puer ad presbyterū. Erat autem nox: presbyter ægrotabat, ideoq; ire cùm puero non poterat. Quoniā vero mandaueram, morituros ſi petant, & maxime ſi etiā antea ſuppliciter petierunt, admitti debere, vt ſpe bona fulti migrent, parum Euchariſtiæ puero dedit, iuſsitq; vt id infunderet, & in os ſenis inſtillaret. Puer redit adferens Euchariſtiam. Cum autem è vicino eſſet, antequam ingrederetur, rurſus Serapion: Venis, inquit, fili? Presbyter quidem venire non poteſt: tu verò confeſtim facito, quod ille præcepit, meq; dimitte. Infudit puer, ac ſimul ori ſenis inſtillauit. Qui cum parum guſtaſſet, mox ſpiritum reddidit.*

Et hæc quidem de reparatione, refectione, & reſtauratione ſacroſanctarum Catholicarum Eccleſiarum dixiſſe ſufficit; ad gloriam & honorem Dei Optimi Maximi, glorioſiſſimæ ſemper benedictæ & intactæ Virginis, & Matris Mariæ, omniumque Sanctorum ordinum, quorum fauore & beneficio hos noſtros labores abſoluimus anno 1573. profeſſionis noſtræ publicæ decimo octauo, cum præcedentibus annis templa diuino Numini dicata, à ſceleratis & infamibus hæreticis, plus quam Barbarica rabie, conculcatis omnibus ſacris, eſſent ſpoliata, diruta, euerſa, & fœdis incendijs vaſtata, reprimente nihilominus eorum conatus, Clementiſs. Princ. noſtro Phil. Hiſpan. Rege Cathol. eiuſque fortiſſimo Vicario & Locumtenente Ferdin. Duce Albano, per quos ædificium quod conſtruere niſus eſt diabolus, ſtatim deſtruere dignatus eſt Chriſtus, quem ſupplici deuotione oramus, vt omnib. Regibus & Principibus Chriſtianis eadem animi fortitudinem & pietatem ad debellandos ſanctiſſimi Nominis ſui hoſtes concedat. Etenim cum à Præſulibus Eccleſiarum, & Principibus prouinciarum, in iſtiuſmodi homines remiſſius agitur: egrediuntur de caueis ſuis vulpes nequiſſimæ, & prætenta ſpecie pietatis, ſeducendoq; ſupplices, vineam Domini Sabaoth tanto grauius quanto liberius demoliuntur. Cum autem aduerſus eos igne Dei fidelium zelus ſuccenditur: in ſuis foueis deliteſcunt, minuſque ſunt noxii, licet occultum ſpargendo virus nocere non deſinant.

FINIS.

INDEX OMNIVM ET SINGVLORVM
capitum quæ hoc tractatu de reparandis Eccleſiis continentur.

PRIMVM.

Quid ſit refectio vel reparatio Eccleſiæ. fol. 394

II. *Refectionis appellatione, ampliatio ſeu penitus deſtructæ Eccleſiæ renouatio an contineatur.* 395

III. *Qui ad reparationem Eccleſiæ teneantur.* f. 397

IV. *Eccleſia vtrum habeat tacitam hypothecam in bonis eius qui eam læſit, deſtruxit vel ſpoliauit.* fol. 398

V. *Eccleſiæ tacita hypotheca quam habet in bonis eius, qui illam deſtruxit aut ſpoliauit, an præferatur hypothecæ vxoris pro dote.* fol. 399

VI. *Remiſſio ſeu abolitio delicti à Principe impetrata, vtrũ Eccleſiæ in iure quæſito præiudicet.* f. 400

VII. *An magiſtratus qui direptionem Eccleſiarum non impediuit, ad reparationem eiuſdem teneatur.* fol. 401

VIII. *Ad reparationem Eccleſiæ an teneantur hi, qui tempore belli eam eiuſque turrim munierunt, ac pro ſua ſuarumque rerum defenſione deformarunt.* fol. 403

IX. *De conſuetudine quæ onus reparationis Eccleſiæ ad laicos vel alios transfert.* fol. 404

X. *Populo ad refectionem Eccleſiæ obligato, vnde ſumptus præſtari debeat.* fol 406

XI. *An forenſibus ratione bonorum, quæ in loco poſſident, collecta pro reparatione Eccleſiæ imponi poſſit.* fol. 406

XII. *Parochia ſi diuidatur, quis antiquam Eccleſiam reparare tenetur.* fol. 408

XIII. *De ſtatutis & ordinationibus inferiorum conciliorum, circa reparationem & intertentionem Eccleſiæ, nauis ſeu cancelli eiuſdem, ac aliorum ornamentorum.* fol. 408

XIV. *Reparatio Eccleſiæ ceſſantibus ſtatutis & conſuetudine, ad quem de iure communi pertinet, & an illi hoc onere grauentur, qui decimas Eccleſiæ percipiunt.* fol. 410

XV. *Prælatus qui decimas habet, an aduerſus reparationem Eccleſiæ præſcribere poſſit.* fol. 410

XVI. *Prælatus qui decimas habet, vtrum ad reparationem Eccleſiæ vocari debeat.* fol 411

XVII. *Reficere debens Eccleſiam, an arbores ad eam pertinentes in ipſius reparationem impendere poſſit.* fol. 411

XVIII. *Prælato ad quem onus reparationis Eccleſiæ pertinet, non facta reparatione neceſſaria mortuo, qua ratione Eccleſiæ conſulitur.* fol. 412

XIX. *Succeſſor in prælatura aut beneficio, qui decimas non percipit, vtrum ad reparationem Eccleſiæ teneatur.* fol. 413

XX. *An Epiſcopus Canonici & reliqui beneficiati ad reparationẽ Eccleſiæ teneantur, & quando.* f. 414

XXI. *Clericus an pro rata penſionis teneatur contribuere ad reparationem Eccleſiæ ſuper cuius fructibus dicta penſio eſt impoſita.* fol. 415

XXII. *Populus quando de iure communi ad refectionem Eccleſiæ tenetur.* fol. 415

XXIII. *An capellæ teneantur ad reparationem Eccleſiæ matricis, quando plebs non eſt ſatis diues ad faciendam illius reparationem, & an clerici & Eccleſiæ inferiores debeant conferre cum opus eſt, ad reparationem Eccleſiæ cathedralis.* fol. 416

XXIV. *Capella quando eget reparatione, quis ad illam teneatur.* fol. 417

XXV. *Epiſcopus male ablata à teſtatore incerta, an poſſit aut debeat in Eccleſiæ reſtaurationem conferre.* fol. 418

XXVI. *De concubinariorum beneficiis & iſtorum fructibus ad reparationem Eccleſiæ applicandis.* fol. 419.

XXVII. *Quis ad reparationem Eccleſiarum faciendam agere aut cogere poſſit.* fol 420

XXVIII. *Quis ſit iudex competens in cauſa reparationis Eccleſiarum.* fol. 421

XXIX. *Qua ratione contra eum, qui reparationem Eccleſiæ differt, procedendum ſit.* fol. 422

XXX. *Vtrum appellari poſſit à ſententia qua quis ad reparationem Eccleſiæ condemnatur.* fol 423

XXXI. *Tigna ex ruina vel demolitione reparatæ aut reſtauratæ Eccleſiæ exſiſtentia ſeu remanentia, cuius ſit.* fol. 424

XXXII. *De his quæ ad fabricam aut reparationem Eccleſiæ legata ſunt.* fol. 425

XXXIII. *Conſenſus epiſcopi an in reparatione eccleſiæ ſit neceſſarius?* fol. 427

XXXIV. *An reficiens eccleſiam fiat illius patronus, & an deſtructa eccleſia extinguatur ius patronatus.* fol. 428

XXXV. *An eccleſia deſtructa & readificata ſeu reſtaurata reconſecrari debeat, veteraq́ iura & priuilegia retineat.* fol. 429

XXXVI. *Altaria ab Iconoclaſtis confracta, & violata, an iterum reconſecrari debeant?* fol. 430

XXXVII. *Altaria & templa an ſint reconcilianda in quibus vel Sacerdotes ab hæreticis, vel hæretici à ſacerdotibus occiſi ſunt?* fol. 433

XXXVIII. *Altaria omnia ſi euerſa ſint, an aliis relictis alia pauciora duntaxat reparari, aut de nouo ædificari poſſint.* fol. 433

XXXIX. *Altaria deiecta & demolita, ex qua materia reparari ſeu reædificari debeant.* fol. 434

XL. *An laici reffuſam & conculcatã ab hæreticis & Iconoclaſtis ſacroſanctam Euchariſtiam tangere, ſuſcipere & cuſtodire poſſint.* fol. 436

PETRI

PETRI PECKII I. C.
TRACTATVS
DE
AMORTIZATIONE
BONORVM,
A PRINCIPE IMPETRANDA.

In quo præcipuè de Statutis prohibentibus rerum immobilium alienationes in Eccleſ. & cottidianis circa eadem occurrentibus controuerſiis ac affinibus abundè exactiſſimeque diſſeritur.

SERENISS^mo^ PRINCIPI

ALEXANDRO FARNESIO,

Parmæ atque Placentiæ Principi, Prouinciarumque inferioris Germaniæ Gubernatori, Domino ſuo clementiſſimo

P. PECKIVS I. C. S. D.

MAGNA tua in me beneficia extant, Sereniſſime Princeps, quibus etſit dignum nihil referri à me intelligam: volui tamen gratitu dinis meæ teſtificationem aliquam Tuę Celſitudini exhibere. Itaque lucubrationes iſtas de amortizatione à Principe impetranda, eidem Celſit. T. dedicandas, tuoque immortali nomini conſecrandas eſſe exiſtimaui, quas, præterquam vt Reip. pro modulo meo commodarem, eò ſanè lubentiùs, alacriuſque ſuſcepi, quo tot calamitatum, quibus miſerrima illa ciuitas Louanienſis (in qua tunc agebam) vſque adhuc oppreſſa iacuit, cogitationem ab animo meo amouerem, ingratumque otium, ac tædium requieſcendi fallerem. Non quin ſciam Celſit. T. bellicis, atque maioribus negotiis intent am, iſtiuſmodi ſtudiorum lectioni vacare non poſſe: ſed quod exiſtimo, depulſis harum tempeſtatum tenebris, & boni Dei gratia, pace reſtituta, ab illarum rerum cognitione alienam non fore, quas Principem virum intelligere & vtile & glorioſum eſt. Namurci, 15. Kalend. Auguſti, M. D. LXXXII.

TRACTATVS DE AMORTIZATIONE BONORVM,

PETRI PECKII I. C. CLARISSIMI.

CAP. I.

Amortizatio quid ſit.

SVMMARIVM.

1. *Amortizationem non rectè P. Iacobus adiuuationem vocat.*

PETRVS Belluga Hiſpanus, *in ſpeculo Principis, rub.* 14. amortizationem tranſlationem appellat, iuſſu principis in manum mortuam factam. Benedictus Curtius *in lib. de arreſtis amorum in principio lib.* 7. remiſſionem iuris. Carolus Molin. *ad Conſuetud. Pariſ. parte* 1. §. 41. *num.* 67. & 68. eandem ſententiam ſequutus, amortizationem, licentiam bona immobilia per manum mortuam retinendi, & in perpetuum poſſidendi, ſiue renunciationem iuris cogendi eam ad transferendum in idoneum manum, dici poſſe exiſtimat: neque huic abſimile eſt, quod *ad Conſuet. Borbon.* §. 25. & 479. ius morticinij eam vocat Papo. Et omnes quidem multò rectiùs, quàm Petrus Iacobi, qui *in ſua praxi. tit. de cauſis ex quib. vaſal. deb. amit. feud. cap. de acqui. ab Eccleſ.* §. *item adquirit legitimè*, hoc verbo amortizationis, veluti turpi repudiato, adiuuationem potiùs nominandam eſſe arbitratur, quaſi ſcilicet per eam Eccleſia iuuetur, id quod nimis vagum ac generale eſt.

CAP. II.

Quæ ſit manus mortua.

SVMMARIVM.

1. *manus mortua variè dicitur.*

TAmetſi manus mortua variè dicatur, *quod ex Chaſſane. ad tit. des mains mortes, ſatis liquet*: in propoſita tamen materia, Eccleſiam, ciuitatem, collegium, ſiue aliquid quodcumque corpus vel Eccleſiaſticum, vel ſæculare, quod bonorum capax eſt, manum mortuam vulgò appellamus. Nam ſicut ſemel mortuus, denuò non moritur, ita quoque corpus eiuſmodi, etiamſi omnes perſonæ, ex quibus conſtat, rebus humanis eximantur, & mutentur, immutatum permanet. *l. proponebatur. ff. de iud. l. ſicut.* §. *in decurionib. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine. c. quoniam Abbas, de offic. deleg. Molin. ad* §. 41. *n.* 56. Mihi quidem ſanè viſum ſemper fuit, ideò manum mortuam dici, quòd quemadmodum morientis hominis manus, id quod comprehendit, firmiſſimè concluſum tenet, neque facile remittit: ſic etiam, quicquid Eccleſia, ſeu corpus iſtiuſmodi ſemel adquirit, & in manum, hoc eſt, in poteſtatem ſuam accipit, *vt ad ordina. reg. tom.* 1. *tit. de lit obligat. art.* 5. *glo.* 5. *ait Rebuf.* non niſi magna cum difficultate & ſolemnitate, in commune hominum commercium poſt deinde remittit, ſed accumulando conſeruat. *c. ſine exceptione.* 2. *q.* 2. *de toto tit. de reb. Eccl. non alien.*

CAP. III.

Amortizatio vnde dicatur.

SVMMARIVM.

1. *Mortua quæ dicantur.*

QVemadmodum lis mortua dicitur, quæ in diſceptatione iudiciali eſſe deſiit. *l. cum lite ff. iud. ſolut.* monachus mortuus, qui communi hominum conſuetudini exemptus eſt. *l. fi. C. de epiſc. & cleric.* §. *ſecundum, in Aut. de nupt.* excommunicatus & deportatus mortuus, quia à cœtu & frequentia hominum excluditur, *c. plerumque.* 12. *quæſt.* 3. §. *adhortatio, in Authent. de nupt.* exhæredatus mortuus, qui inter hæredes amplius non eſt. *Speculat. in tit. de ſer.* §. 1. ab hoſtibus captus, quia inter ciues eſſe non poteſt, *l. cùm ſtatus.* §. *ſi ambo. ff. de donat. cau. mor.* Eodem quoque modo eam rem mortuam non abſurdè dici exiſtimo, quæ amplius de vna manu in alteram manum viuentium non tranſit, ſed communi hominum commercio eximitur: cuiuſmodi ſunt hęc bona, quæ dicimus amortizata. Nam & in ſimili Accurſ. *ad l. quod autem ad verb. mortua. ff. de donat. in virum & vxor.* id mortuum dici putat, ex quo nemo ſit locupletior, & è contrà *in Aut. de man. dat. princip.* viuere dicuntur prædia, ex quibus homo

homo viuit, hoc eſt, alimenta percipit. Et quemadmodum (*homilia 2. in 1. cap. Matth. teſte Chryſoſtomo*) is qui ad eum modum vitam ſuam inſtituit, vt non iam in carne, ſed in ſpiritu eſſe videatur, membra ſua, quæ ex quatuor elementorum generationibus concepit, mortificare dicitur: & ſicuti ea caro vita priuatur, quam à corpore ægri chirurgus, vt noxiam, reſecat: ita quoque ea bona immobilia, quæ principis auctoritate in manum mortuam transferuntur, & per hoc hominum commercio, & alienationis conditione eximuntur, ducta à Gallis voce, amortizari vulgò dicimus.

CAPVT VI

Quæ ſit cauſa amortizationis, & vbi obſeruetur.

SVMMARIVM.

1. *Clauſula literis regijs inſeri ſolita.*

1. ECcleſijs, Collegijs, cæterisq; corporib. quæ manus mortuæ appellantur, per amortizationem aduerſus leges principis, bonorum immobilium acquiſitione illis interdicentib. ſuccurritur, earumq; eſt veluti ſolutio, & laxamentum. Eiuſmodi autem leges iam inde à multis ſæculis in Italia, locisque alijs Romano imperio ſubditis viguiſſe, cùm D. Hieronymus *in Epiſtola ad Nepotianum*, tum D. Ambroſ. *epiſt. 31. lib. 5. epiſtolarum* euidenter oſtendunt. In Hiſpanijs quoque receptas eſſe, Petrus Belluga *d rubr.* 14. teſtis eſt, & ſub Regibus Aragoniæ initium ſumpſiſſe videntur. Per vniuerſam Galliam nihil illis vſitatius eſſe, Faber *ad l. quoties. C de rei vendic.* Papo *d* §. 25. *&* 479. Maſuer. *in tit. de loca & cond.* referunt. Idque ab omni æuo (*ut ait Guilielmus Benedicti ad c. Raynutius, ad verb. & vxorem, numer. 3. & 4. de teſtam.*) adeò quidem, vt in literis regijs, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio iudicio, ſuper rebus immobilibus acquiſitis Eccleſiæ conceſſis, ſemper penè hæc clauſula in calce ſubnectatur, [prouiſo, quod habita poſſeſſione pacifica, teneatur eas infra annum, & diem extra manum ſuam ponere, & in perſonam capacem transferre, aut conſenſum Regis obtinere.] In Belgio noſtro per Burgundos Principes latæ fuerunt, easque Carolus V. Imperator amplificauit, confirmauitque.

CAP. V.

Amortizatio an iuri communi ſit conſentanea

SVMMARIVM.

1. *Intellectus l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
2. *Intellectus l. ſacra loca, ff. de rer. diuiſ.*
3. *Eccleſia ſine conſenſu Principis, quibus caſibus iure communi non adquirit.*
4. *Franciſcani bonorum immobilium ne volente quidem Principe, ſunt capaces.*

POſtulandæ amortizationis neceſſitatem, longè largeque à iure communi diſſidere, prorſus non dubito: ſicut de rebus per teſtamentum Eccleſiæ, collegio, xenodochio, monaſterio, & in vniuerſum, cuicumque manui mortuæ relictis ſiue de ijs, quæ ſucceſſionis, donationis, venditionis, alio quocunque titulo, in corpora huiuſmodi transferuntur, agatur. Magnus enim ille Conſtantinus, qui tot opibus Eccleſiam amplificauit, tot egregijs muneribus & trophæis auxit, tot honoribus & cæremonijs ornauit, vnicuique licentiam dedit, ſanctiſſimo, catholico, venerabilique Concilio, bonorum quod optaret, relinquere, neque caſſa iudicia eius eſſe. *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et licet nonnulli per catholicum, venerabileque Conciliũ, Synodũ tantùm intelligi poſſe exiſtiment, inter quos etiam Alciatus eſt: crebriore tamen interpretatione, de quocunque Eccleſiaſtico collegio acceptũ eſt. Eaq; interpretatio Iuſtiniani Principis cõſtitutioni conſentanea eſt, qui inquit: *Si quis in nomine magni Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, hæreditatem, aut legatum Eccleſiæ reliquerit, iubemus, vt eius loci Eccleſia, in quo teſtator domicilium habuit, relictum capiat.* § *ſi quis, in Authent. de Eccleſia titu.* Tum verò, etſi monaſticam religionem profeſſi, à ſucceſſione parentum, hodie vbique ferè, moribus populorum, excludantur, eaque bona illis deferuntur, qui ab inteſtato illis alioquin eſſent ſucceſſuri. *Maſuer tit de ſucceſſ. verſic. item per conſue. Chaſſ. ad conſuetud. Burgund. tit. des ſucceſſions* §. 14 *Io. Imbertus in ſuo Enchiridio, ad ve b. monachus.* Leges tamen Romanæ, & monachos, & monaſteria admiſerunt, *c. in præſentia, de prob. Auth. ingreſſ. C. de ſacr. Eccl. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler.* eaque donationum rerum, tam mobilium, quàm immobilium capacia eſſe voluerunt. *c. ſancimus. C. de dona. l. ſi quis ad declinandam C. de epiſ. & cle. c. 1. de immun. Eccleſ. lib.* 6. quin & domos, fundos, territoria, totasque hæreticorum prouincias Eccleſiæ adiunxerunt. *l. Arriani. C. de hære. & Manich. d. Auth. de Eccleſ. tit.* id quod eiuſdem Conſtantini donatio, à Ludouico, alijsque Romanis Principibus confirmata, manifeſtè demonſtrat.

Quæ cùm ita ſint, neſcio quid illis in mentem venerit, qui ideò amortizationem iuri communi conformem eſſe aſſeruerunt, quod Vlpianus, aliique veteres, locum publicum, non aliter ſacrum fieri reſponderunt, quàm cùm Princeps cum dedicauit, vel dedicandi poteſtatem dedit. *l. ſacra loca ff. de rer. diuiſ. l. vltima. ff. vt in poſſeſſ. legat.* Nam cùm res ſacræ nec per quolibet, nec quibuſlibet, ſed ſelectis verbis autoritate publica, & ritu quodam ſingulari

ſingulari adhibito fiant: *vt libro. 2. de legib. ſcripſit Cicero, & in §. ſacræ res Inſtitut. de rerum diuiſ. oſtend. Iuſtinianus*: & cum loci publici mutatio ad ſtatum publicum pertineat, id quod ex ædilitijs edictis ſatis apparet, ac deniquè, cùm res ſemel Deo dicatæ, ad vſus humanos deinde transferri non poſſunt, *cap. ſemel de regul. iuris, in 6.* longè alia eſt ratio, ob quam lex ſcripta eo caſu conſenſum Principis requirit, quo locus publicus conſecratur, eo vero caſu non requirit, quo bona immobilia, atque profana, & temporaria, in Eccleſiam transferuntur: maximè cum eorundem bonorum, neque tam difficilis, neque tam rara eſt alienatio, quàm ſacrorum, & cum onere ſuo ad Eccleſiam tranſeant. *c. tributum 23. quæſt. 8.* & indictiones, collectaſque, ob neceſſitatem publicam iniunctas ſæpiſſimè ferunt. *l. ad inſtructionem & l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

3. Sunt tamen nonnulli caſus in quibus abſque conſenſu Principis, etiam iure communi nihil acquirit Eccleſiæ. Nam ſi quis rem emphyteuticam, à Principe acceptam, in Eccleſiam transferri velit, ſine conſenſu eius non poteſt, *Panormit. in c. potuit, num. 10. de loca. & conduc.* & Vaſallus de feudo, neque ad vtilitatem Eccleſiæ, neque ad commodum alterius inconſulto Principe teſtari poteſt *c. 1. de prohibit. feu alien. c. 1. de aliena. feud. glo. in l. fin C. de iure emphyteutico.*

4. De ijs autem, qui beati Franciſci arctiorem religionem profeſſi ſunt, expeditum eſt: quòd non volenti quidem Principi immobilium bonorum capaces exiſtunt. *Cle. cupientes, de pœnis. Cle. exiuit, de verbo ſignifi.*

CAP. VI.

Neceſſitas poſtulandæ amortizationis, an libertati Eccleſię aduerſetur.

SVMMARIVM.

1. *Conſtitutio Caroli II. Siculi & aliorum de amortizatione.*
2. *Bonifacij 8. conſtitutiones an rectè in Gallia non receptæ.*
3. *Eccleſiaſticorum opera regiones cultæ.*
4. *Amortizationis ratio.*

PEriculoſum ea de re iudicium eſt, quæ vel libertatem Eccleſiæ (cui omnes bonos fauere æquum eſt) vel religionem, pietatem, poteſtatemque Principis (cui omnes ſubditos reuerenter obedire, diuina lege mandatum eſt) attingit, atque delibat. Ideoque tametſi ad modũ confidenter Petrus Iacobi *in ſua praxi. tit ex quib. ca. vaſ. feud. amitt.* eos qui iſtiuſmodi conſtitutiones edunt, qui conſtituentibus conſilium dant, qui ad confeſſiones eorum audiendas aſſumpti à talibus legibus non deterrent, excommunicationis, alijſque pœnis, aduerſus vineatores Eccleſiaſticæ libertatis editis ſubijci, & ad reparationem damni illati obligari, aſtruat. *Auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. Eccl. c. nouerunt de ſent. excom.* Ioannes tamen Breſſianus *ad conſuet. Auerniæ, cap. 21. §. 14. in prin.* alijque nonnulli mitius, modeſtiuſque loquuti, non multum ſibi eas conſtitutiones placere tantummodò fatentur. Nam ſi libertatem eiuſmodi violant, qui ea quæ vel iure communi, vel iure priuilegiario, & ſpeciali competunt, Eccleſiæ Eccleſiaſticiſque hominibus detrahunt, *quod ad l. 1. C. de ſum. Trinita. aſſerit Fulgoſ. & ſequitur Lapus alleg. 92.* ſi emptio, permutatio, donatio, aliaque rerum adquirendarum genera, omnibus omninò, quibus nominatim interdictum non eſt, iure communi permittatur: ſi in dubio ea interpretatio, opinioque ſequenda eſt, quæ religioni fauet, *l. ſunt perſonæ ff. de religio. & fune.* ſi denique libertas, eſt facultas faciendi, quod cuique placet, niſi lege prohibeatur. *l. libertas. ff. de ſtat. homin.* certè conſtitutiones rerũ immobilium adquiſitionem auertentes, defendi poſſe non videntur, *id quod ad c. perpendimus de ſenten. excom. Cardin. & ad l. filiusfa. §. diui. ff. de legat. 1. Bartol. & Iaſo ſenſiſſe comperio.* forſitan hæc eſt cauſa quod (*vt ad conſtitu incip. prædeceſſorum noſtrorum parte 3. colũ 1. refert. Mat. de Afflic.*) Carolus II. Siciliæ Rex, ſimilem legem reuocauit, ſatiſque eſſe arbitratus eſt, ſi bona immobilia cum onere ſuo ad Eccleſiam tranſirent. *l. fin. C. de exact. trib.* quodque tam Bonifaſius VIII. quam Fredericus II. & Carolus IV. omnem iſtiuſmodi altercationem abrumpere volentes, eas conſtitutiones, veluti cum libertate Eccleſiæ pugnantes, reiecerunt, quibus Eccleſia, vel ab emptione & acquiſitione bonorum abſtinere, vel ſemel iuſtè accepta, extra manum ſuam ponere iubetur. *in quod, tam ex c. 1. & c. fi. de immunit. Eccl. lib. 6. quàm ex eorundem Imperatorũ confirmatione, tomo 3. Conſilio. ſub finem Conſtantien. Concilij ſubiecta, liquidò apparet.* Et quod *lib. 4. cap. 6 Inſtit. Forenſiũ* refert Imbertus, eius Bonifacij conſtitutiones in Gallijs receptas non eſſe, exigui momenti eſt, niſi vel omnem auctoritatem Pontificiam, vel tandem quoque, Chriſtum ipſum à Gallia excludere velimus. Nouiſſimè quoque Concil. Trid. talium rerum poſſeſſiones *ſeſſ. 25. tit. de reg. c. 3.* confirmatæ eſſe videntur.

Audacter tamen, in contrariam opinionem ingens interpretum numerus conſpirat: alij, quia princeps (cuius imperio, & omnes & omnia à mundi vltima origine, ſubdita erant) legem, rebus ſuis, ſibi placentem imponere poteſt. *l. in traditionis. ff de pact. l in re. C. mandati.* alij, quia ſicut propriis agris ſitientibus alienos irrigare durum, & penè inhumanum eſt. *l. præſes. C. de ſeruitu.* ita laicos in rebus temporalibus clericis præferri æquum eſt: alij, quia non odio Eccleſia inducta eſt eiuſmodi con-

conſtitutio,ſed bono publico, ne maiori rerum immobilium parte ad Eccleſ. translata, laici ſoli publicis oneribus ferendis ſatis non ſint; alij, quia & lex iſta rem ſibi ſubiectam reſpicit, & perſonam ſubditi ſui, ad contrahendum obligandumque ſeſe Eccleſiæ inhabilem efficit: alij, quia Eccleſiæ nihil detrahitur, ſed ſolùm adquirere prohibetur, vel *vt ad d. Aut. Caſſa. num. 4. ait Alciat.* non hoc eſt, Eccleſiæ iura diminuere, ſed nolle laicos, ſua illi communicare: alij, quia Eccleſia non læditur in quæſitis, ſed certam formam accipit in quærendis: alij, quia ſecularium Principum intereſt plurimum, ne translatis in Eccleſiam bonis, & confiſcationum, & laudimiorum, & aliorum plurium dominicalium emolumenta amittant: alij denique, quia voluntas teſtatoris paciſcentis, legem ferentis, & ſtatuentis adæquantur. *l. fin. C. de fideiuſſ.* Igitur, ſicut in certum genus hominum prohibita alicuius rei alienatio, & translatio, vel à teſtatore, vel ex pacto facta, iure defenditur. *d. §. Diui. l. fi. C. de reb. alien. non alien. l. ſi ita quis. de ver. obliga.* ita quoque & lege, & ſtatuto prohiberi poteſt. *l. fi. C. de fund. limitroph. l. fi. C. ſſ. de fun. rei pat. Et ita demũ Barbat conſil. 30. lib. 4. Signorol. conſil. 21. Maſuer. tit. de locat. Faber ad d. l. quoties, Archid ad c. Romana, de appellat. in 6. Lucas de Penna, ad l. iubemus, Cod. de nauib. non excuſ. li. 11. Iaſon ad l. fin. C. de iure emphyteut. Bartol. ad l. fi. C. de pac. & conſil. incip. quidem Cola Pauli. Bald. ad c. quæ in Eccleſiarum. & conſtitut. Franc. Mignon. *i des ſengneuriez art. 37. n. 3. & 4. Alciat. ad d. Auth. Caſſa. & Imbertus in enchridio, ad verb. monachus, omnes vnanimiter ſtatuerunt.*

Cæterum, quemadmodum rationes iſtæ neque Panormitano *conſi. 26. 62. & 63. & ad c. relatum, de teſtamen.* neque Felyno, *ad c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* neque Frederico. *conſ. 86.* neque Angelo, *ad d. §. Diui.* neque Ioan. Andreæ, *ad d. c. fin.* neque Chaſſanæo *ad conſuet. Burgund. ti des mains mortes §. 10. n. 49. & 50.* neque Nicolao Euerardi *conſil. 239. col. vlt.* imò ne Bartholo quidem ſibi contrario *ad l. fi. C. de ſacroſ. Eccl. & ad l. fi. C. de exacto.* placuiſſe video: ita apud me quoque, non multum ponderis ac momenti habent, qui ſciam, ſententiarum pondere ac veritate, non opinantium numero, in rebus controuerſis dijudicandis vtendum eſſe. Quam enim legem mihi adferunt, quâ omnium rerum dominia ſolius Principis, non etiam priuatorum hominum, ab ipſa origine fuiſſe oſtendant, cum populo Hebræo dictum ſit, quicquid calcauerit pes tuus tuum erit? longeque eo dicto antiquior ſit priuata cuiuſque poſſeſſio? Quis ignorat, etiam ſacerdotum bona à quo tempore illi eſſe cœperunt, & ſuis legibus ſtetiſſe, & ſua libertate vſa eſſe? Cur ad originem tantoperè refugiunt, à qua toties vltrò poſterioribus ſuis legibus receſſerunt Principes? Cur poteſtatem eorum tam vehementer vrgent: qui ſumma veneratione, religioneque ducti, non tantum ea vſi non ſunt, ſed etiam cuiuſcunque generis, bonorum acquiſitionem, Eccleſiæ, & liberè permiſerunt, & liberaliter adiecerunt? Cur bonum publicum adeò extollunt, quaſi non æquè in multorum pauperum (quos magno numero alit Eccleſia) ſuſtentatione, quam in multorum ſæcularium hominum tenaci ſæpè opulentia illud conſiſtat? Ponam illis ob oculos exercitus mendicantium, ad fores monaſteriorum ſingulis diebus ſtipem accipientes, & magno gaudio refectos. Quam nulla verò vel exigua ſit earum eleemoſynarum comparatio cum his, quas ab illis pauperes accipiunt, qui nunc (proh dolor) Eccleſiæ bona pernicioſo exemplo inuolarunt, ſibiq; tanquam propria & auita adſcripſerunt, teſtis eſt Gallia, teſtis Anglia, triſtior teſtis infœlix hoc noſtrum Belgium, in quibus olim maiores noſtri, amplificandis Eccleſijs, eorumque prouentibus, intenti, verè commune bonum, hoc eſt, pacem, & tranquillitatem publicam, fidei vnitatem, & concordiam, fructuum vbertatem, commerciorum abundantiam, & omnium denique rerum proſperitatem Magni Dei beneficio obtinuerunt. Tum, *cum Felyno ad d. c. Eccleſia. col. 32.* reſpondeo, fruſtrà & honeſtate, & vtilitate legis diſceptari, ſi poteſtas legis ferendæ non ſubeſt. Iam verò quis vnquam, ante leges huiuſmodi latas, Eccleſiam, monaſteria, & collegia, omnium rerum immobilium poſſeſſiones ad ſe traxiſſe vidit. 3. Non me fugit, magnam partem agrorum illis acceſſiſſe, ſed magis propria opera quam aliorum dodo. Nam in myricis Brabantiæ, abſque locis vaſtis, atque deſertis, res ipſa indicat, quantum agrorum, labore, ſudoreque ſuo, primi coluerint, & quot terras, quæ ſteriles ſemper ac incultæ iacuiſſent, ad frugem reduxerint: eaque in re non tantùm non damno aliquo laicos homines affecerunt, ſed & inertiam eorum ſupplentes hoc beneficij in eos poſuerunt, vt eaſdem illas terras, ſucceſſiuis temporibus, vel feudi, vel emphyteuſis, vel locationis, & conductionis titulo ab Eccleſia poſſidere potuerint. Sed quod feceris ingrato bene? Si tam ingens periculum eſt ne ſola Eccleſia omnia bona ſibi vni accumulet: cur non ab ijs quoque ſibi metuunt, & non hos etiam à plurimum bonorum coaceruatione reijciunt, quibus ſacra illa auri fames adeo altè præcordia inſedit, vt præter vicinorum agrorum coëmptionem, nihil cogitent diu, nihil noctu ſomnient, qui nihil quod vænum effertur, non ilicò ſibi comparant, & totos penè pagos poſſident? Agros alienos irrigant, qui id quod ſuum eſt, munificè alijs concedunt. *d. l. præſes,* id quod eos facere nemo rectè dixerit, qui rerum ſuarũ æſtimationem, pretiumque recipiunt. Et cum in tanta rerum immobiliũ copia, & multitudine, nunquam & emptores & venditores deſint,

deſint, ſi etiam pecunia non deſideretur: iniuriã certe inde ſentire dicuntur, quod pars aliqua earum rerum ad Eccleſiam perueniat. eò magis, quod agri magna etiam parte negligantur, & deſerti ſint, dum eos colere, aut in emphyteuſim accipere, laicos pertæſum eſt. Addo quod quo plures ſunt emptores, eo facilius rerum pretium incaleſcit, & ſolent plerunq; copioſa cœnobia auctius pretium, quam alij faciant, laicis venditoribus offerre. An hoc ſæcularibus præiudicat? an potius exhauſtos eorum ſacculos irrigat, & refarcit? Omnino quoque concedendum puto, quod iſtiuſmodi conſtitutio, odio Eccleſiæ incepta non eſt, cùm hoc ſit à Chriſtianorum Principum pietate nimis alienum. Sed, quoniam ſola Eccleſia per eam excluditur, & ea potiſſima eius cauſſa extitit, vt Eccleſia non acquirat, *vt ad di.§. 479. ait Papo*, certe, vnde Eccleſia vulnus accipiat, non multùm intereſt. Et cùm (vt dictum eſt ſæpius) res immobiles, vnà cum ſuo onere ad Eccleſiam tranſeant. *d.l.fin.* multiſque caſibus parem cum laicis conditionem ſuſtinent. *dict. l. ad inſtructionem, & l. iubemus*, nec verum, nec veriſimile eſt, omnia Reipubl. grauamina, tuta Eccleſia, in laicos reclinari. Nam & in eorum poteſtate ſitum eſt, omnibus rebus immobilibus necdum ad Eccleſiam translatis, onus aliquod generaliter imponere, eoque modo affecta, tam ad Eccleſiam, quàm ſæculares quoſcunque tranſmittere. *Bartolus ad l. reſcripto. ff. de numer. & honor. Felinus & Panormit. in dict. cap. Eccleſia.* Sane ſi tam auitæ pietatis, quam auitæ gentilitatis ac nobilitatis ſtudioſi eſſemus, non dubium eſt, quin æquo hilarique animo ferremus, etiam cum aliquo noſtro incommodo, Eccleſiam augeri, maioreque immunitate gaudere & perfrui. Præſertim, quod (*vt Geneſ. 47. capit. memoriæ proditum eſt*) cùm Ioſeph terram omnem Ægypti, & incolas Pharaoni procuraſſet eſſe tributarios: adeoque, vt quintam frugum ſuarum partem ei perſoluerent, ſolos ſacerdotes inde exemit, eorumque terram, & poſſeſſiones liberas, atque immunes eſſe conſtituit. Quo iure ad hæc vſque tempora Aegyptij vtuntur, *vt gloſſ. in capit. quanquam, in verbo (diuino) de cenſib. in ſexto, ſcite oſtendit.*

Et quoniam ea lex, quæ laicos certam rem ſpeciatim clericis vænudare vetat, cum libertate Eccleſiaſtica pugnare dicitur *d.c.1.& c.fina.* non tantum cùm eam prohibitionem ad cuiuſcunque generis res extendit, verum etiam, cum eam ad deſignata aliqua bona duntaxat reſtringit. *vt ad d.c. Eccleſia. col. 33. ver. incip limitatur tertio, ait Felynus*, certè omnis illa contrahendi, obligandi & tranſportandi inhabilitatio, cui opinionis iſtius tuitores inſiſtunt, inanis & caduca eſt. Cumque eo iure gaudeat Eccleſia, vt liberè bona immobilia accipere, poſſidere, & tenere poſſit. Quid tandem energiæ, aut momenti habeat, quod aiunt, nihil Eccleſiæ detrahi, ſed aliena tantùm illi non communicari. Quis Eccleſiæ nihil detrahi arbitur, cui poteſtas acquirendi, quæ iure communi ei conceſſa eſt, diſertim adimitur. Quis æquus rerum æſtimator, non in quæſitis illam offendi iudicabit, cui hoc ius commune tot legibus quæſitum eripitur?

Iura confiſcationum, iu his bonis, fiſco Regio adimi, neque ſemper verum eſt, *vt ex d.l. iubemus. apparet*, neque ipſi Regi aut Principi iniurioſum videri debet, vt nec iura frequentia Laudimiorum, cæterorumque fructuum ſimilium, quæ ad augendum illius ærarium pertinent. Non enim hoc olim Principes veterum deterruit, quò minùs illam quarumcunque rerum acquirendarum libertatem Eccleſiæ concederent. Confiſcationes veluti triſtes, & lucra dominicalia, tametſi dulcia & adblandientia, contemnere, quam ea ratione, ordinem Eccleſiaſticum à commercio (ad quod vel infimus quiſque laicus admittitur) arcere maluerunt. Non enim erant neſcij, opulenta illa monaſteria in ſubita egeſtate, & hoſtium inſultibus, quanto eſſent ſubſidio, quamque non inuitè theſauros ſuos ſibi mutuarent, & abſque vſura concrederent.

A pacto, voluntateque defuncti ad legem ſeu ſtatutum, argumentum duci non ignoro, ſed diuerſitatem rationis, diuerſitatem iuris inducere ſcio, *l. adigere. ff. de iur. patron.* Nam qui paciſcitur & teſtatur, rebus ſuis legem, quam vult, abſque legitimo alterius præiudicio, præſcribit. *d. l. in re.* Atqui is Princeps, qui eiuſmodi legem, aut ſtatutum edit, ſine graui offenſione Eccleſiæ id non facit. Ea autẽ fuit maiorũ noſtrorũ ſententia, vt neque directè, neq; indirectè, neque quocunq; alio quæſito colore, libertatem illam attentandam, aut imminuendam eſſe paterentur. Ideo quemadmodum Eccleſiam grauari noluerunt: ita quoque neque colonis eorum onus aliquod imponi permiſerunt *Bartol. ad l. 1. in fin. C. de his quæ pæn.* Neque tanto præiudicio Eccleſiæ eſſe potuit, paucorum teſtatorum prohibitio, vt vniuerſalis, & indiſtincta iſta Principis interdictio, quæ non tantùm pauca quædam immobilia, quæ defuncti in eam transferri vetuerunt, illi non addit, ſed omnium omnino immobilium bonorum incapacem conſtituit. Denique quod exiſtimat iniquum non eſſe, bona immobilia, quæ ſine certis ſolennitatibus, manum Eccleſiæ non exeunt, ſine ſimili ſolennitate, quæ in eo conſiſtit, vt requiratur Principis conſenſus, ad manum illius non peruenire, vt quod quiſque iuris in altero ſtatuit, eodem quoque ipſe vtatur, *l. 1. ff. quod quiſque. iur.* vix eget reſponſione. Etenim regula illa perpetua non eſt. Nam pupillus ad acquirendum non indiget tutoris auctoritate, aut Prætoris decreto. *l. pupillus. ff. de acquir. rerum domini. §. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. neque. C. de contrahen. ſtipula.* At econtrario, ſi cui quid

pupillus

pupillus, ſine tutore, aut decreto promiſerit, aut ſeſe vlli verbo allegauerit obnoxium, nullo iure conſiſtet obligatio. § *nunc videamus. Inſtit. quib. alie. non licet.* §. 1. *Inſtit. de auto. tuto.* Et multa Eccleſiis, iure ſpeciali conceſſa eſſe, quæ à communibus regulis exempta ſint, luculenter *in tract. de pia cauſa* oſtendit Tiraquellus.

4. Non dixi prædictam conſtitutionem Eccleſiaſticæ libertati derógare, ſed dixi rationes ſuperius penſitatas, mihi non ſatisfacere. Nam cùm catholicus Princeps ſemper præſumatur iuſtè & piè moueri. *Glo. ad l. r. legati. ff. de pœn. Curt. ſenior. conſ.* 49. *Dd. ad l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. publ.* & quia illius conſtitutio, ſubditis eius ſemper, in dubio, ſancta, rectaque videri debet. *Nicol. Euerar. conſ.* 231. *num.* 7. Exiſtimo aliam rationem ſuffuiſſe; qualem Hieronymus *ad Nepotianum ſcribens*, modeſtiæ cauſa olim ſuppreſſit. Ambroſius verò in *epiſtola* 31. *ad Valentinianum Imperatorem l b.* 5. ſatis expreſſit, vel qualem vſus rerum magiſter, ipſaque experientia quotidie oſtendit. verba Hieronymi ſunt: *Pudet dicere, ſacerdotes idolorum, mimi, aurigæ, ſcorta, hæreditates capiunt, ſolis clericis, & monachis hoc lege prohibetur, non à perſequutoribus, ſed à principibus Chriſtianis, nec de lege conqueror, ſed doleo cur meruerimus hanc legem.* Ambroſius verò priuata ſucceſſionis emolumenta clericis denegari, non conqueritur. *Non enim putamus* (inquit) *iniuriam, quoniam diſpendium non dolemus. Scribuntur teſtamenta templorum miniſtris, nullus excipitur profanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ, ſoli ex omnibus clero ius commune clauditur, à quo ſolo pro omnibus, votum commune ſuſcipitur, officium commune defertur. Poſtea verò ſubnectit hæc verba: ſola ſublata ſunt prædia, quia non religioſè vtebantur iis, quæ religionis iure defenderent.* hæc ille. Notum eſt enim Eccleſiam, in hos vſus tantum, facultates ſuas olim habuiſſe, vt prima pars daretur epiſcopo, qui peregrinos inopes hoſpitio exciperet, ſecunda alendis clericis impenderetur, tertia pauperibus, quarta certis tectis templorum. Quæ diſtribuendi ratio, ſi modeſte, ſanctéque ſeruata fuiſſet, ſi non plerique, in omne genus luxus, excluſis pauperibus, theſauros Eccleſiæ profudiſſent, opibuſque illius inutiliter eſſent abuſi, fortè neque tot hoſtes hodie pateretur Eccleſia, neque huiuſmodi legibus diuitiæ, poſſeſſioneſque illius eſſet circumſcriptæ. Abuſus enim clericorum Principes ſeculi corrigere poſſe, *in principio nuchrdij ſui* docet Imbertus, quos ego à ſummo Pontifice, cæteriſque Eccleſiæ Præſulibus reprimi malim.

Quoniam verò de iſtiuſmodi abuſu mihi non ſatis conſtare video, eam potius cauſſam eſſe dixerim, quod conſtitutio eiuſmodi ab ipſa Eccleſia & Eccleſiaſticis proceribus probata, & admiſſa eſt, rogantéque eam Principe, à tot annis, propalam & publice in vſum recepta. Non quod in aliquibus locis, ab initio contradictionem aliquam paſſa non ſit, vt *d.* §. 479. *in initio reſpondit Papo*; ſed quod ab ea contradictione totus clerus poſtea receſſit, & tam longa annorum ſerie, amortizationem bonorum adquiſitorum petijt. Id quod & Petrum Bellugam *d. cap.* 1. *num.* 37. dixiſſe comperio, & ad excuſationem Principis multum confert, *argum inter corporalia, de tranſla. Epiſco. gloſ. in ca.* 1 *de poſtul. prælat. in* 6. *& in c. aqua, de celebrat. miſſ.* & ad probandam eius conſenſus perennitatem mirificè facit. Deinde cùm nemo ſuum iactare præſumatur, *l. cum de indebito. ff. de probat.* dubium non eſt, quin aliquid fuerit, tametſi nos lateat, per quod ad conſentiendum clerus inductus ſit.

Synodus autem Tridentina. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. cum his etiam non pugnat, neque legem amortizationis, ſeu prohibitionem acquirendarum rerum immobilium damnat, ſed monaſteriis, quæ ex inſtituto ordinis, immobilia habere antea non potuerunt, ea quæ nunc habent, poſſidere permittit. Quod de iis bonis immobilibus accipi poteſt, quæ vel rectè à Principe amortizata ſunt, vel ante legum, à amortizatione latam, peruenerunt ad Eccleſiam, vel ſub dominio temporali Eccleſiæ ſita fuerunt. Alioqui enim ſi aduerſus conſtitutionem eiuſmodi voluiſſet Synodus conſtituere, non monaſteriorum tantum, ſed & Eccleſiarum quarumcumque, & collegiorum aliquam feciſſet mentionem proculdubio. Nihilominus, quoniam in hac materia, abſque periculo animæ vix afferri quidquam poteſt, *Angel. conſi.* 48. *Felyn. d. verſ. limitatur tertio*, & quoniam Concil. Trident. ſummo Pontifici reſeruata eſt: tam in his, quam in omnibus prædictis, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ iudicio, reuerenter me ſubiicio. Vide tamen ea quæ *inferius capite decimo* ſum dicturus.

CAPVT VII.

An clerus tuta conſcientia legem amortizationis fraudare poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Natura qui obligantur.*
2. *Lex pœnalis an obſtringat conſcientiam.*

Propoſitæ quæſtionis deciſio, ex iuſtitia vel iniuſtitia conſtitutionis, quia neceſſitas petendæ amortizat. indicitur, tota dependet. Nam ſi iniuſta ſit conſtitutio, conſcientias humanas non obſtringit, vt nec aliæ quæcumque leges, quæ vel pietatem lædunt, vel à non habente poteſtatem legis ferendæ, latæ ſunt. *c. non licet.* 10. *diſt. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Panormit ad c. veniens* 2. *de ſponſal.* Sin autem iuſta ſit, & legitima, nihil dubium, quin etiam

conſcientias noſtras alliget. *c. qui reſiſtit.* 11.*q.*3. *glo. ad c. fin. de conſtit. lib. 6.* Licet in foro conſcientiæ, ſummi ac rigidi iuris apices remitti ſolent. *Bald. ad l. penul. §. illo. C. de neceſſ. hæred. Iaſon ad l. ſi poſt, num. 7. C. de iur. & facti ignor.* Quia igitur, ex ſuperiore capite, conſtitutionem illam, ex conſenſione Eccleſiæ, ac aliiſque cauſſis, à me indidem relatis, iuſtificari poſſe ſatis liquet: nullo pacto in eorum ſententiam deducor, qui fraudari eam poſſe arbitratur. Et timeo, multi ut ſint, qui ſub velamento offenſæ libertatis Eccleſiaſticæ, quam altiſſimè animo ſuo inſcripſerunt, impunè ſibi licere putent, tales leges circumuenire, & eò magis, quod rem ex contractu, qui ipſo iure nullus ſit, acceptam, tam diu in foro conſcientiæ, tutò retineri poſſe exiſtimant, donec iſta nullitas, ipſo iudice pronunciante declaretur. *Panorm. ad c. quia plerique, de imm. Eccl. Rebuff. ad ordinat. Regias, tom. 1. in proœm. num.* 44. *verſ. incip. ex quo infertur*, quodque lex, ſeu conſtitutio pœnalis, ante ſententiam, conſcientias ſubditorum non afficit. *Glo. ad c. fraternitas,* 12. *q.* 2. *Dominic. à Soto lib.* 1. *de iuſtit. & iure. qu.* 6. *art.* 6. pœnalis autem eſt, quæcumque actum, in contrarium factum, annulat. *Caſtren. & Bal. ad l. non dubium. C. de legib. Bart. ad l. turpia ff. de legat.* 1. *Gloſ & Doct. ad c. cognoſcentes, de conſtit.* Sed eſt error in vtroque. Nam quod ad declarationem nullitatis vſque, tutò rem, aduerſus legem acceptam, teneri poſſe aſſerunt: non aliter crediderim, quàm cùm ex omiſſione formæ alicuius, à lege, non omnimodo tamen aliter iſtiuſmodi actui reſiſtente introductæ, ea nullitas emergit: is verò, qui ex tali contractu accipit, fraudandi animum non habet. Nam & iniuſtus error, aliquando pro titulo eſt. *l. Celſus ff. de vſucap.* id quod *ad d. l. ſi poſt. num.* 12. *&* 13. non obſcurè ſignificat Iaſon, dum repetitis vicibus fraudem excludit; & non niſi ea excluſa, actum non ſeruata legis forma initum, in foro conſcientiæ ſuſtinet. Quæ enim ſocietas fraudi, & puræ conſcientiæ? Quod commercium doli, & bonæ fidei? Quæ communio, contemptui legis & obedientiæ? Si conſcientia ligat, quem natura ligat, *vt ad l.* 2. *C. de vectigal. & commiſ. ait Bald.* natura *porrò* eos ligat, quos proprius conſenſus *ligat. l.* 1. *ff. de pact.* quæ temeritas eſt, libertatam fraudandæ legis illis permittere, qui à tot annis in legem conſenſerunt? Pœnalem quoque legem, ante ſententiam latam, conſcientias hominum primum obſtringere, non ita accipio, quaſi ante illam pronuntiatam, res reſiſtente lege occupatas iuſtè detineant inuaſores, id quod in furibus, raptoribus, & prædonibus, inſignitè publiceque iniuſtis dicere, inſipientis eſt, ſed quod vltro ſe offerre iudici, crimen prodere, ſemetipſos in ſupplicium rapere, in foro conſcientiæ non tenentur. Nam & hoc à natura hominis, quæ vitam tueri, quoad poteſt, ſemper enititur, abhorret, & à nullo ſacerdote, vlli hominum peccatori, in foro pœnitentiæ vmquam impoſitum. Et hoc eſt, quod, contrà quam Panormitanus, *ad c. canonum ſtatuta*, de conſtit. multis argumentis dictus à Soto laborat oſtendere.

Quemadmodum verò, maritus fraudem facere dicitur, qui cùm ipſe rem aliquam, ab vxore, donationis titulo, habere non poteſt, filium ſuum, cui nouerca donet, ſubornat. *l. vxor. l. ſi ſponſus. ff. de dona. inter virum & vxor.* Et Prælatus, qui, ne res ex fructibus Eccleſiæ comparata, Eccleſiæ acquiratur, nomen amici ſui, cum quo colludit, inſtrumento emptionis inſcribi procurat, *Innoc. in c. cum in officiis. de teſta. Bald. ad l. mancipia. C. ſi quis alteri, vel ſibi*: ita quoque Eccleſia, collegium, ſeu monaſterium, conſtitutioni eiuſmodi, fraudem plerumque facit, cùm laicum aliquem ſibi notum & fidelẽ ſupponit, qui pecunia quidem, & vtilitate eius, ſed ſuo nomine, fundos, agros, cæteraque bona immobilia emit; empta verò, ex interuallo, poſteaquam memoria eius emptionis iam diu eſt obliterata, & extincta, prædictæ Eccleſię, collegio, ſeu monaſterio reſtituit. Quæ res manifeſtam de perſona ad perſonam fraudem continet, *Bal. l. ad l. non dubium. gl. & Docto. ad l. fraus. ff. de legib. & ad c. fin. de regul. iur. in* 6. Et non obſcurè *conſil.* 290. *incip. hæ quæſtiones, & conſ.* 66. *incip. ſcribitur præclare numero* 8, *l.* 2. *à Barbatia.* reprobatur, qui *& cum Baldo ad dict. le. non dubium, & in tract. de præſtant. Cardinal. in* 3. *quæſtion.* 1. *partis, & cum Anchorano ad d. c. canonum, & cum Catelliano Cotta in memorabilibus ad verb. qualeſcumque ſecundo*, in ſimili reſpondet, quòd ſi cautum fuerit, ne magnates, in certo territorio, vlla prædia ſibi comparent: curaret autem horum aliquis, ſurreptitium ſui famuli, aut amici nomen tabulis inſcribi, qui rem ſibi falſo prætextu emerit, & ſic nomen ſuum accommodauerit: tum fraus, de perſona ad perſonam intelligitur, atque illicita eſt, quod & Petrus Rat. *ad conſuet. Pictonum, tit. de diſtinct. iuriſd. art.* 16. *ad verb. ou qui le ſonne*, comprobat, & in pleriſque iuris locis videmus, quod, qui quidquam ſuo nomine acquirere non poteſt, nec liberorum quoque nomine poſſit. *l. qui in ſeruitutem. l. quæritur. ff. de bonis libert.*

CAPVT VIII.

Hæres an rem immobilem Eccleſiæ legatam, tuta conſcientia contra defuncti voluntatem retinere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Legata an ex minus ſolemni teſtamento debeantur.*
2. *Hæres fideicommiſſo grauatus ad reſtituendam hæreditatem ſpurio teſtatoris, an in foro animæ teneatur.*

Quoniam

QVoniam hæres, facto defuncti contraire, voluntatemque eius infringere non poteſt, *l. cum à matre. C. de rei vend. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt.* ſed quemadmodum ex illius perſona lucrum capit, ita quoque arbitrium eius ſequi debet. *l. ex qua perſona ff. de reg. iur.* rectè inferri videtur, quod rem immobilem, à defuncto Eccleſiæ legatam, abſque vlla difficultate debeat præſtare. Nam & in ſimili, reſpondit I.C. piè hæredem facere, ſi voluntatem teſtatoris, tametſi non ſolemnem, adimpleuerit: *l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libertatu.* eamdemque etiam ex teſtamento irrito ſeu nullo probari poſſe. *l. fina. ff. de reb. eor.* Et magna conſtantia reſpondent plerique, legata in minus ſolemni teſtamento relicta, in iudicio animæ, ab hærede ſoluenda eſſe, *Panormitan. ad c. quia plerique de immunit. Eccleſ. & in c. 1. de reſtitut. in integ. Ripa. & Alexand. ad l nemo poteſt. ff. de legat. 1. Innocent. ad c. quod ſicut, de elect.* tum quod voluntatem defuncti exploratam habeat, tum etiam, quod ex tali teſtamento naturaralis obligatio nata eſt. *leg. vlti. & ibi Bald. C. ad legem Falcid.* Quæ ratio fuit, quod ad Ammianum ſcriberet Plinius, ſe defunctorum voluntates, etiamſi iura deficerent, quaſi perfectas defenſurum. Quæ rationes mihi tamen non perſuadent, vt aſſentiar. Nam & in non abſimili ſpecie reſpondit Didacus. *in epit. 4. decre. 2. parte, cap. 8. num. 9.* hæredem ſcriptum in foro animæ, ad reſtituendam hæreditatem filio ſpurio teſtatoris non teneri, etiamſi tacitam fidem, de ea reſtituenda, illi præſtiterit, quod & Fortunatum à Garcia, *ad l iurisgentium. §: prætor ait. ff. de pact. prius v. iuſſe affirmat,* & *cum Bald. ad l. cum quis. C. de iur. & fact. ignoran. & ad Authent. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccleſ.* exiſtimat Iaſon, quod hæreditas à defuncto, fratribus Minoribus, quos incapaces eſſe clarum eſt, relicta, per hæredes ab inteſtato ſuccedentes, in foro conſcientiæ tuto teneri poteſt. Nam cum lege permittente retineat, iureque ſuo vtatur, quomodo peccare dici poterit? *capit. qui peccat. 23. qu. 4. D. Anton. ad cap. nouit, de iudic.*

Regulariter quidem verum eſt, quod hæres contra factum defuncti venire non poteſt, ſed hoc ita demum, niſi lex eam improbet voluntatem. *l. turpia ff. de legat. 1.* Eatenus enim voluntas teſtatoris pro lege eſt, quatenus cum lege non pugnat. *§. diſponat, in Authen. de nupt.* ſed ſicut pactis priuatorum ius publicum immutari non poteſt. *l ius publicum ff de pact. l fin. ff. de ſuis & legit.* ita quoque ne leges, in teſtamento ſuo locum habeant, nemo poteſt efficere. *d. l. nemo.* Ideoque & hæres, facto defuncti legitimè contradicit, quotieſcumque beneficio legis, ſeu ſtatuti fraudare ipſum voluit. *lege ſecunda, & ibi Docto. Cod. ſi in fraud. patron. Tyraquell de retractu. §. 1. gloſ. 9. numer. 57.* Et quamuis piè fecerit, ſi voluntatem eius adimplet. *d. l. in teſtamento.* impiè tamen feciſſe dici non poteſt, ſi recuſet, nequee x tali teſtamento probari illam ſatis eſt, niſi etiam lex ei ſuffragetur. *Ludou. Roman. ad l. 1. num. 17. ff. de condic. indeb.* Tum verò *ad cap. cum eſſes, de teſtam.* multis argumentis docet Didacus, reprobandam eſſe eorum opinionem, qui hæredem, in foro animæ, ad ſeruandam minus ſolennem defuncti voluntatem teneri arbitrantur, ſed econuerſo exiſtimat eum qui ex eiuſmodi voluntate, bona illius poſſidet, iudicio animæ obligari, vt ab inteſtato venientibus, illa reſtituat, nullaque retentionis exceptione ſe defendat. Et quamuis iſta Didaci, de minus ſolenni voluntate defuncti ſententia, plurimos habeat contradictores, dubiaque ſit, & anceps, in hoc tamen caſu, vbi etiam ſolenni & perfectæ voluntati teſtatoris lex reſiſtit, illæſam hæredis conſcientiam eſſe puto, quia legi, ex profeſſo legatum impugnanti ac vetanti innititur. *gloſ. in cap. fin. de præſcript.* adeoque ne naturaliter quidem ex eiuſmodi voluntate tenetur. *argum. di. §. prætor ait.* nihil enim firmum & ſolidum ſubeſt, ex quo naturalis obligatio oriatur *Roman. ad d. l. 1.* quandoquidem & quæ contra ius fiunt, pro infectis habentur. *cap. quæ contra. de regul. iur.* Et propterea non ſine cauſſa inter ea quæ in non ſolenni teſtamento capaci legantur, & inter ea, quæ ſolenni teſtamento incapaci relinquuntur, diſtinctionem ponit Bald. priore enim caſu, *ad l. 1. C. de teſtam* legatarium qui rem legatam minus ſolenni teſtamento conſequi non poteſt, iniuſtè eum poſſe clam furtimque ſubtrahere ait: quod tamen Didacus quoque putat eſſe falſiſſimum. Poſteriore verò, *ad d l. cum quis.* hæredem in conſcientia ad præſtandum legatum, non teneri, ſcripſit.

CAP. IX.

An rei immobilis legatæ æſtimationem hæres præſtare debeat.

SVMMARIVM.

1. *Æſtimatio rerum immobilium fratribus Minoribus relictarum an debeatur.*
2. *Clauſulæ codicillaris, quæ vis.*
3. *Impoſſibilia videntur, quæ ſine conſenſu Principis fieri non poſſunt.*
4. *Decretum irritans quam vim habet.*

GVilielmus Benedicti *ab c. Raynutius. in verb. & vxorem. num. 2. de teſtam.* rei immobilis, quæ Eccleſiæ, monaſterio, collegio, ſeu manui mortuæ legata eſt æſtimationem ab hærede præſtandam eſſe, iudicat, eiuſque ſententia aperto Vlpiani reſponſo confirmari videtur, qui cum id quod per fidei- 1

commiſſum alicui relinquitur, præſtari non poteſt, æſtimationem eius eſſe dandam pronunciauit. *C. fideicommiſſa.* §. *ſi ſeruo. verſ. ex his apparet. ff. de legat.* 3. Et potiſſimum quidem, ſi teſtator eum, cui id legauit, habere non poſſe ſciuerit, veluti ſi non ignorans, alieno ſeruo militiam requirit, (inquit) quam ſeruum habere, neque moribus eſt receptum, neque legibus permiſſum. *l. ſuper ſeruis. C. qui milit. non poſſ gl. in d.* §. *ſi ſeruo ad verb. militia.* Quæ ſententia, & Martiani, & Africani deciſionibus eſt conſentanea. Ille enim, quotieſcumque quis vel propter corporis ſui vitium, vel propter qualitatem relicti, vel propter quamcumque aliam probabilem cauſam, id quod ſibi legatum eſt non poteſt habere, alius tamen habere poſſet, quanti ſolet comparari, tantam æſtimationem ait recepturum. *l. filiusfamilias.* §. *ſi quid alicui. ff. de legat.* 1. Iſte verò ſi res, cuius commercium legatarius non habet, ei cui ius poſſidendi non eſt, per fideicommiſſum relinquitur, pretium debere putat. *l. ſed ſi res, eod. tit.* Ad cuius reſponſi interpretationem, *num.* 10. Zaſius, in forenſi, ſiue extralimitando, hoc exemplo commonſtrat. Qui quidem, etſi iuxta quædam Alemaniæ ſtatuta, in quibuſdam locis, immobilia bona poſſidere non poſſit, adeoque eorum commercio ſit priuatus, eorum tamen æſtimationem, ſi quæ eiuſmodi ſibi legata ſint, habere debet, quomodo & Speculator *in tit. de locato*, §. *nunc aliqua.* & Faber *ad d.* §. *non ſolum, Inſtit. de legat.* & Bald. *in ca.* 1. *de ſucceſſ. feud.* rei feudalis, atque emphyteuticæ æſtimationem concedunt, etiamſi res ipſa licitè tranſlata non fuerit.

Longè autem propiùs accedens Bartolus, *tam ad d. l. ſed ſi, quam in tractat. Minorita. lib.* 1. *cap.* 2. generaliter, ad præſtandam æſtimationem, hæredem compellit, quotieſcumque legatarius rem ſibi legatam, non propter ſuum delictum, ſed propter qualitatem perſonæ ſuæ habere nequit. *l. apud Iulianum.* §. *conſtat. & l. ſequenti. ff. de legat.* 1. *Ioan. de Platea. ad dict.* §. *non ſolum.* Ideoque rerum immobilium fratribus Minoribus, manifeſtè eorum incapacibus, *Clem. exiuit, de verb. ſignficat.* relictarum pretium voluit perſolui, quaſi non acquiſitionis, ſed magis retentionis eorum bonorum ſint incapaces, neque abs eorum æſtimatione arceantur aliter, quàm ſi iuſtam alimentorum rationem excedat, & cum inſtituto eorum diſcrepet, eiuſdemque ſuæ operationis, *& D. Cardinal. conſil.* 102. *numer.* 2. *& Bal. conſil.* 481. *incip. quidam in ſuo teſtamento, in fin. libr.* 5. *ſequaces, & aſſertores habet*, eoque magis, quod. *vt dicto loco, verſicu. ex quo patet,* Bartolus exiſtimat, cùm ſimpliciter quid relinquitur, vtique in cauſam licitam, legatum eſſe præſumitur. *d. Clem. exiui*, §. *ad hæc*, ne quis alioquin eam viam ingreſſus eſſe videatur, per quam iudicia ſua ſubuertentur. *l. ſi miles. ff. de milit. teſtam.* Et hoc eſt, quod dictus quoque Martianus *in l. ſi quis inquilinos. ff. de legat.* 1. voluit, dum in conſtituenda, præſtanda, aut neganda rei legatæ æſtimatione veriſimilem defuncti voluntatem, reſpondit eſſe ſequendam. Ea autem veriſimilis eſt illius cogitatio, vt legatum teneat. *l. quoties. ff. de reb. dub.* ſi non de modo, quo relictum eſt, ſaltem eo modo, quo valere melius poteſt. *l. Lucius. ff. de poſi. l. hactenus, ff. de conſtitut. pecun. l. cum ſeruo, ff. de verbor. obligat.* Nam quamuis hi qui teſtantur, diſertis verbis eam clauſulam tabulis ſuis ſubnectant, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicilli, ſeu omni alio modo, quo melius valere poteſt: cuius clauſulæ vim, *dicto loco cap.* 3. eſſe affirmat Bartolus, vt hæredem, tam in foro exteriori, quàm in iudicio animæ, ad ſoluendum pretium rei legatæ adigat: tamen ſi expreſſis verbis inſerta non ſit, ex coniectanda defuncti voluntate præſumi debet; qui ſi interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet veriſimiliter, quod vltimum ſuum elogium ſecundum meliorem formam iuris valere cupiebat, adeoque quòd ſi ipſa res legata, legatarij fieri non poſſet, æſtimationem ſaltem illius conſequeretur. Honorare enim eum voluit, & aliquo legati genere augere: Et, ſicut legis diſpoſitio in omnes actiones humanas influit, eaſque regit, & interpretatur. *l. quæro* §. *interlocutorem. ff. locati. l. quidam cum filium. ff. de verbor. obligat.* certè lex ipſa, eam defuncti voluntatem ita docet eſſe intelligendam, vt ſi vno modo valere non poſſit, alio ſaltem, qui & voluntati defuncti non difformis ſit, & quomodo legatario magis ex vſu eſt, explicetur. *ff. de vſufruct. lega l. legatum, & ibi Bartol. l.* 1. *C. de expenſ. ludo. l legatum. ff. de adminiſtrat. rerum ad ad ciuita. pertinent.*

Negantem tamen partem verba Africani probare videntur, qui eorum legatorum æſtimationem legatario denegat, quorum commercium, ſine iuſſu Principis non eſt. Quæ enim ex eius arbitrio pendent, habentur quodammodo pro iis, quæ fieri nequeant, *d.* §. *conſtat. l.* 2. §. *tractari. ff. ad S. C. Tertuli l.* 4. *ff. de fideicommiſſ. libertat.* eique conſentiens Vlpianus, eius rei inutilem eſſe ſtipulationem reſpondit, cuius commercium penes eum, cui acquireretur, non eſt, *l. multum intereſt. ff. de verbor. obligat.* id quod etiam, ad eiuſdem rei æſtimationem, traducunt interpretes, nec certè iuſta ſine ratione, vt arbitror. Quotieſcumque enim diſpoſitio aliqua, lege prohibente, facta eſt, nihil ex ea ſequitur. *d. l. non dubium* & ne naturalis obligatio quidem, *l. ſi non ſortem, & ibi Doct. ff. de condict. indeb. d. l. cum lex.* & (*vt conſil.* 74. *num.* 17. *lib.* 1. *Marianus Socinus nepos aſſerit.*) ſi non æſtimatione ſubſiſteret, ſanè quia aliquo modo, videlicet quo ad æſtimationem valeret, nulla eſſe non poſſet. Quod naturæ, & conditioni rerum de iure impoſſibilium, inter quas talis diſpoſitio recenſetur, directo contrarium

trarium eſt. *l. impoſſibilium. ff. de regul. iuris. l. filius. ff. de condit. inſtitutio.* Et tantò quidem magis, quod, licet in dubio ea interpretatio aſſumi debet, vt quàm tutiſſimo loco res ſit, & voluntas defuncti defendatur: excipitur tamen, ſi vetante lege ſcripta eſt, quia contra legatum, aduerſus legem relictum, in dubio pronunciari debet. *l. vbi eſt verborum. ff. de reb. dub. M. Antonius Natta, conſil. 402. num. 47. lib. 2.* Et quotieſcumque rei geſtæ lex reſiſtit, ſi eo modo quo geritur, valere non poteſt, etiam alio modo non valet. Eiuſmodi enim lex (*inquit Zaſius ad l. 1. § ſi quis ita. num. 30. ff. de verbor. obligat.*) inficit, enecat, interimit omnia. *d. l. non dubium* Sed omnium exactiſſimè hoc perpendens Angel. *conſil. 224. incip an Mendicantes.* vbicumque (inquit) relictum eſt nullum, propter incapacitatem ipſius legatarij, cauſatam à prohibitione iuris reſiſtentis potentiæ capiendi, ac relinquendi, illud relictum, nunquam in aliquem vſum, quantumcumque licitum, & approbatum debet conuerti: imò funditus omnibus viribus vacuatur, & pro non ſcripto eſt. *l. 1. & l. ſi in metallum. ff de his, quæ pro non ſcript. habentur.* Et quamuis, cum legatarius capax eſt, & legatum à iure prohibitum non ſit, ſed ſolus vſus vetitus eſt, in quem legatur, benigna quadam interpretatione, in alium licitum vſum conuertitur. *d. l. legatum.* tamen cum legatum à iure reprobatur, alia conditione vtimur. Deinde verò mendicantes admonet, ne ad relicta bonorum immobilium nec aliarum rerum, quarum incapaces exiſtunt, anhelent, eaque ſub colore & prætextu eleemoſynæ tandiu ſtudeant retinere, quouſque vendiderint, quoniam non valet, vt dictum eſt: niſi teſtator ſignanter bona immobilia reliquiſſet, vt venderentur, & pretium conuerteretur in victum & alimenta eorum. Et quamuis deinde inferius eiuſmodi legatum defendat: non tamen eo caſu ſuſtinet, quo mendicantibus incapacibus relictum eſt: ſed tantum quando altari conſtruendo, & ex more regionis, bonorum immobilium capaci legatum fuit. Accedit quoque ad hæc, quod in conſtitutione Caroli V. Imperatoris, de qua ante diximus, clauſula decreti irritantis adiecta eſt, quam ad auertendam rei legatæ æſtimationem, ſi quando incapaci relicta fuit, ſufficere, *conſi. 20. ver. & ad prædicta. tit. de teſtament.* admodum aptè decidit Calderinus.

In tanta opinionum contrarietate, quæ tam veriſimiles vtrinque probationes habet, ita conſtituendum eſſe arbitror, quòd ſi res immobilis Eccleſiæ, collegio, aut monaſterio legetur, quæ humani iuris eſſe nequeat, vt ſunt res ſacræ, & religioſæ, vel quæ in hominũ commercio non ſint, vt eſt campus Martius, forum Romanũ, vel cuius perdifficilis ſit & inuſitata comparatio, vt ſunt Saluſtiani horti, qui ſunt Auguſti, prædiaque Cæſaris, quæ in formam patrimonij ſunt redacta, cuiuſmodi res, niſi iuſſu Principis diſtrahi non ſolent, ſanè adeò inutile eſt legatum, vt nec res, nec æſtimatio præſtari debeat. *d. §. conſtat*, talia enim legata teſtamento inſcribere furioſi hominis eſſe putat Vlpianus. *l. cum. ſeruus. ff. de legat. 1.* neque enim prudens aliquis id facilè legauerit, quod neminem conſequi poſſe non ignorat, *Pariſ. conſil. 7. lib. 1.* nec æquitas ſuadet, eius rei pretium præſtari, quæ nullo pretio in hominum ſolet eſſe commercio, id quod non obſcurè voluit Albericus *ad d. §. conſtat, & ad l. ſed ſi res, eodem tit. dum ait*: Quod ſi res legata erat æſtimabilis, valebit legatum, vt æſtimatio debeatur. *d. l. ſi quis inquilinos* ſi verò inæſtimabilis erat, non debebitur, eaque ratione & Pariſ. & Marianus, *locis citatis* Baldi, atque Speculatoris ſententiam refellunt, falſumque eſſe aſſerunt, quod feudo ſine conſenſu Principis legato, æſtimatio debetur. Sin verò res immobilis legata, cuius vſus, & commercium, alius quilibet habeat, Eccleſia verò, ſeu manus mortua non habeat, idque nullo eius merito culpaque factum ſit, ſed tantùm ob rationes, ſuperioribus ſectionibus explicatas, diſtinguendum cenſeo. Etenim ſi lex, aut communis, aut municipalis, Eccleſiam, manumque mortuam, bona immobilia retinere vetet, & intra certum tempus ea vendere, vel in perſonam eorum capacem iubeat transferri, nec amplius quidquam adijciat, certè manifeſtè viam ei demonſtrat, videlicet re ipſa immobili legata, æſtimationem eius adipiſcatur, eoque argumento & Caſtrenſis, & Ioan. de Imola *ad d. §. conſtat*, & Alber. *ad d. l. ſed ſi res num. 3.* Bartoli ſententiam *d. c. 2. & 3.* ſequuti, rei immobilis fratribus Franciſcanis eis incapacibus, æſtimationem, cuius vtique capaces ſunt, ab hærede putant eſſe ſoluendam. Et ex Archidiacono quidam referunt Pontificem Max. ad vtilitatem Dominicanorum hoc olim declaraſſe. Cæterùm ſi vel ſtatutum, vel Principis conſtitutione, qualis eſt Caroli V. in illius terminis non conſiſtat tantum, ſed vlterius progrediatur, & clauſulas decreti irritantis adijciat, iterum probabiliter dici poteſt, neque rem neq; æſtimationem eius deberi, ideo quod teſtamentum, cui ſi lex reſiſtit, & contractus cui tã rigidè aduerſatur, non extitiſſe figuntur, & pro non ſcriptis, non factis, non initis habentur. *l. 2. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. & ibi Bartol. Baldus ad d. l. non dubium, in 2. not.* Imò enim, & rem ipſam, quæ loco materiæ eſt, adeò à teſtamento eximit, vt ei forma aliqua, per ipſum teſtamentum imprimi non poſſit, *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Bald. d. loco 11. oppoſ.* & ſi eiuſmodi teſtamentum ſeu legatum peræquè habeatur, atq; ſi ſcriptum nõ eſſet. *l. 2. ff. de iniuſto teſtamen.* conſequens eſſe videtur, quod nec præſtanda ſit æſtimatio, quam nullo ſcripto teſtamento præſtari debere nemo

ſani capitis dixerit, ideoque in non diſſimili ſpecie conſultus Romanus, *conſil.* 509. *incip. circa propoſitum.col.*5.*verſic.his tamen,*reſpondit, quod vbicunque ob publicam aliquam cauſam rei alicuius alienatio prohibetur,neque res,neque æſtimatio eſt præſtanda,*l.* 1. *verſic & quacumque.C.de contract.iud.glo.in d. l.multum*, eò magis, quando clauſula decreti irritantis adiecta eſt,quæ pro forma habetur, *Iaſon ad l. omnium.C.de teſtamen.*eoque defuncti voluntatem reijcit, vt non extitiſſe videatur, ne quoad æſtimationem quidem, *ſicuti conſil.* 71. *incip. caſus mihi oblatus.num.*11.*ſenſiſſe videtur D.Præſes Euerhardi:* & quamuis in æſtimatione ac pretio rei legatæ, rationes legis ceſſare videantur, cùm tamen, de lucro quærendo agitur, per ceſſationem cauſæ, ſeu rationis, à verbis legis ac ſtatuti non receditur. *Bartol.ad d.l.omnes populi,*2. *quæſt.ff. deiuſtit.& iur. Tiraquel. in lib.ceſſante cauſa. limita.* 5. Et quia validior eſt præſumptio, quæ ſumitur ex qualitate diſpoſitionis, quàm illa, qua quis præſumitur actum ſuum valere velle, *l.non codicillum & ibi Cornæus in* 3.*not.C.de teſtam.* & quando contra legem factus eſt, potius ita interpretandus eſt, vt nihil operetur, *Alciat. reg.* 3. *præſumt. cap.* 34. *num.*11.*& ſequentib.*nulla eius habenda ratio, quod ante obiectum fuit, veriſimilem fuiſſe defuncti cogitationem, vt ſi non res legata,ſaltem eius pretium præſtaretur. Et cum in teſtamento inter liberos condito iure ſpeciali ſit receptum vt clauſula condicillaris, ſeu melioris modi, illi ſemper tacitè oppoſita videatur. *l.cohæredi.§.cum filia,& ibi gl.ff. de vulg. & pup.ſubſt.de Præſes conſ.*234.*incip.condidit, n.* 7. verum non eſt, quod in omnibus alijs teſtamentis idem ſtatuitur,*quod d.c.*3.*nu.* 8. *verſ. incip.tertio Bartolus quoq; voluiſſe videtur.*Et hæc quidem veriſimiliter dici poſſe exiſtimo, conſtanter tamen non affirmo, cum quia perplexitatem deciſionis huiuſcemodi ſupremorum iudicum ſententias in multos annos diffidiſſe intelligo,tum verò quod ego ſi hæres eſſem, & mens teſtantis quoquo modo mihi pateret, ſecuriorem viam mallem eligere, & præſtationem æſtimationis, omnem ex animo ſcrupulum mihi eximere,*iuxta c.conſuluit, de obſeruat. ieiun.etiam ipſo Bartolo ex Theologorum ſententiis d.loco hoc ſatis ſuggerente.*

CAP. X.

Hæres qui approbauit teſtamentũ defuncti, an rem immobilem legatam, eiuſve æſtimationem præſtare debeat.

SVMMARIVM.

1. *Sententia nulla an poßit confirmari.*
2. *Contractus teſtamento fieri anpoßit.*
3. *Teſtamentum nullum quomodo poßit approbari.*

HÆredem illius,qui rem aliquam immobilem legauit Eccleſiæ,ſi eam rem non præſtet, paulo ſuprà oſtendimus tutum eſſe etiam in iudicio animæ: & ſi clauſula decerti irritantis,qualem Cæſarea conſtitutio habet, legi ſine ſtatuto eius rei acquiſitionem Eccleſiæ prohibenti fuerit adiecta, ne ad pretium quidem illius præſtandum, hæredem obligari. Quomodo & olim cum diuerſis alijs excellentiſſimum noſtri temporis Iuriſprudentem. D. Gab. Mud. reſpondiſſe memini. At ſi teſtatori de fide illius addubitanti, & de præſtatione legati eàpropter ſtipulanti eam rem ſe ſoluturum promiſit, & teſtamentum ab eo ſcriptum approbauit, id in diſquiſitionem vocandum videtur.

Nam ſi hæreditas viuente teſtatore adiri nòn poteſt,quia de tempore hæreditas non eſt, *l.*1.*ff.de hæred.vel act.ven.l.neminem.ff. de acquir. hæred.* certè approbatio teſtamenti viuo teſtatore facta, nihil ponderis habere videtur. *l ſi quando.§. illud generaliter. C. de inoffi. teſtam.* & ſicut legato exiſtente nullo, promiſſio illuc relata,etiam eſt nulla, *l cum quis decedens ff. de legat.*3. quia naturam legati ſequitur,*l.* 1.*§. ſub conditione.ff. vt lega.no. cau.*ita & approbatio & conſenſio qualiſcunque, quæ non mutauit aliquid vtile & validũ quod confirmet,in quo pedes ſuos figat,& vim ſuam exerceat, nihil agit. *Bald.ad l.falſus.c.*2.*in princ.C.de furt & in addit. ad Specul tit.de inſtru.edit.in princi col.*9.*Bart.ad l ſi tibi.§.ſi pactus,in* 2.*not ff.de pact Dynus ad c. non firmatur,de reg.iuris in* 6.Et hoc eſt quod *ad l.* 2. *C.de lib. præter.* Bald. ait confirmationem ſine confirmabili non valere, & cum à contractibus ad teſtamenta iuſta, & iuridica ſit argumentatio,*l.ſeruũ filij,l. quæ de legato ff.de leg.* 1.*l.*1.*C.de inſt.& ſubſtit.* vtique ſicut contractus cui lex eſt contraria, conſenſu contrahentium valere non poteſt,*Bart. ad l. ſi tutor. C. in quib. cau.in integ. reſtit.* ſimili modo, nec legatum quod iuri non ſit conſentaneum. Præterea quemadmodum teſtator efficere non poteſt, ne leges teſtamento ſuo locum habeant.*l.nemo poteſt.ff. de leg.* 1. ſic & hæres promittendo facere nequit, vt rem à lege ad Eccleſiam transferri prohibitam Eccleſia acquirat, ne quod vna via vetitum eſt,alia permittatur, eaque ratione legi latæ fraus fiat, & ſtruantur inſidiæ, *l.fraus. ff.de legib cùm quid.eo.ti lib.* 6.

Sed ſanè & exemplis illud probari poteſt, 1. nam & ſententia, quæ ex defectu iuriſdictionis nulla eſt, conſenſione litigantium robur non accipit.*c cũ dilect.de confir.vtili,gl. ad c ſignificaſti de foro compet.*& delegatio incompetenti iudici facta, non confirmatur voluntate partium. *Bald ad l.*1.*C.de pedan.iudicib.* & acta inualida per eam non validantur. *Innoc. ad c. cum cauſam de teſtib.* Quibus rationibus motus Guido *conſ.*28.*incip.conſilium num.*2.*lib.*1. hæredem,teſtamentũ ex defectu ſolennitatis nullũ approbare non poſſe reſpondit, vt ex ea appro-

probatione illud confirmetur. *l. teſtamenti*, *&* *ibi gl. ff. de teſt.* accedit etiam ad hæc, quod quũ hæres cum Eccleſia legataria nihil egerit, nihil ſtipulanti ſpoponderit, ſed quidquid cum teſtatore qui veluti homo aliquis priuatus alteri ſtipulari non potuit. *l. ſtipulatio iſta* §. *alteri ff. de verbor obl.* actum eſt, id de abſente geſtum fuit, nulla ex ſtit materia, ex qua actio & obligatio oriatur. *l quæcumque ff. de act. & obl. Bar. ad l. cum quis*, *num.* 4. nihil eſt, cui promiſſio innitatur, *Aym. conſ.* 200. *lib.* 1. *num.* 9. eoque magis, quod *vt conſi.* 22. *in fine lib.* 3. *ait Iaſon*, promiſſio eiuſmodi metu quadammodo exſculpta eſt, vel ne hæres teſtatorem negando conturbet, vel ne ea negatione offenſo teſtatore hæreditate excidat.

2\. Cæterum contrariam opinionem adiuuat, quod ſicut in teſtamento, aut potius poſt teſtamentum contractus fieri poteſt *l. aſſignare. ff. de aſſig. libert. l. filio præ ter ito. ff. de iniuſto & irrit. Bald. & Imola, ad l. hæredes, ff. de teſtament.* ita etiam approbatio teſtamenti ſeu legati, & proinde in ſuum præiudicium hæredi licet quamcumque inualidam teſtamenti voluntatem probare. *l. non dubium. C. de teſtament. l. ſi veritas. C. de fideicommiſſ.* etiamſi impoſſibilis conditio ſit adiecta. *l. ſi quis teſtamenti, & Barto. in l.* 1. *ff. de condit. inſtit.* aut ſi lex ipſa eiuſmodi voluntati aduerſetur. *d. l. cùm quis decedens*, *Romanus conſ.* 222. *inci. dubitatur. verſ. incip ſecundò principaliter, Guido Papa conſ.* 55. *incip. omiſſa facti narratione. n.* 5 *lib.* 1. *Rubeus conſ.* 107. *inc p deceſſit illuſtris Dom.* vt ſi non tamquam legatum, aut teſtamentum valeat, ſaltem valeat vt pactum, ſuper voluntate defuncti fundatum. *glo. Salic. & Alexand. ad l.* 1. *C de fideicommiſſ.* Nam & ſententiæ ipſo iure nullæ approbatio, tametſi eam vt ſententiam valere non faciat, facit tamen, vt valeat quaſi pactum, *Iaſon ad l is qui putat*, *num* 5. *ff. de acquirend. hæred.* & de legato feudi inaniter nulliterque relicto, *conſil.* 237. *incip. per l. ctis*, *numero* 5. reſpondit Oldradus, quod licet legatum, veluti rem minimè legalibus (vt ita dicam) non teneat: ſi tamen hæres ſciens prudenſq; paſſus ſit legatarium illud poſſidere, & ſic tacitè voluntatem defuncti approbauerit, conſenſu ſuo ſibi præiudicat, ſi non ex cauſa in integrum reſtituatur. Licet enim domino feudi non præiudicet eius conſenſus, ſibi tamen contrauenien di aditum claudit, *arg. l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. prædio.* Et quamuis in aliis rebus ac perſonis legatarij præſentia, & ſtipulatio poſſet eſſe neceſſaria, *vt cum Aymone d. loco d. conſil.* 82. *tradidit Iaſon*, in iis tamen, quæ ad piam cauſam relicta, diſpoſitaque ſunt, dubium non eſt, quin & teſtator ipſe, & quilibet alius priuatus ad commodum & vtilitatem eiuſdem piæ cauſæ paciſci ac ſtipulari poſſit, *Franc. Mar. quæſt.* 334. *num.* 7. *per l. ad tempus* §. 1. *ff. de vſucap. Zaſius & Iaſon ad d.* §. *alteri. Tiraquel. de pia cauſa priuileg.* Eoque magis, quod & conſenſus ille, hæredis mandatum inducere ac roborare videtur, ex quo obligare eum, ignoti iuris non eſt, *l.* 1. *& l.* 2. *ff mand. Bart. ad d. l. cum quis decedens*, & quem præcedat teſtatoris voluntas, cauſa ſuper qua commiſſio fundetur, non deeſt. *argum. l. in teſtam. ff. de fidei-com. libertat.*

Ego quidem in priorem ſententiam ſum procliuior, ſi clauſulæ decreti irritantis, conſtitutioni fuerint adiectæ. Nam cùm quid prohibetur, omnia cenſentur eſſe prohibita, quæ ſequuntur ex eo, & per quæ peruenitur ad illud. *l ad rem immobil. m. ff. de procurat. l. oratio. ff. de ſponſalibus c. cum quid, de reg. iuris, lib.* 6. & ille qui meditatur principium, meditatur & finem. *Bald. ad l. quamuis. C. de fideicom. & ad d l. non dubium in* 10. *oppoſ. C. de legib.* Ideo lex ſeu conſtitutio eiuſmodi quæ legatum rei immobilis ad vtilitatem Eccleſiæ, veluti antecedens, in quo eſt principium, prohibet, cenſetur etiam omnem promiſſionem, per quam ad eius rei præſtationem poſſet perueniri, vetare. Etenim cùm propter finem omnia prohibeantur, fruſtrà fieret prohibitio legati, ſi permitterentur ea, quæ ex legato poſtea conſequuntur, aut oriuntur: ſed qui eſt excluſus à toto, debet eſſe & excluſus à qualibet eius parte, *Io. Monachi ad d. cap cum quis*, *l. ſi quis cum totum. ff. de excep. rei iudic.* huic *ad l cætera*, §. *item quæri*, *num.* 10. *ff de leg.* 1. reſpondet Iaſon illud quod fieri non poteſt directè, per viam legati, fieri non poſſe per viam reſeruationis, de quo tanto minus hic dubitandum eſt, quod quæ ratio legatum impedit, eadem & promiſſionem infringit. Itaque vbi eadem eſt ratio, eadem quoque debet eſſe iuris diſpoſitio, *l. adigere. ff. de iure pat.* Eoque reſpiciens *Caſt. ad d. l. non dubium. C. de leg. in fine*, quoties principalis contractus, propter legis prohibitionem fit nullus, toties ſtipulationem, pignoris dationem, fideicommiſſionem, iuramentum, cæteraque illius acceſſoria nulla fieri affirmat.

Quod autem teſtamentum nullum aut inualidum ab hærede approbari, & approbatum præſtari debeat, ita accipi, atque intelligi ſolet, ſi iſtiuſmodi inualiditas in ſolius hæredis præiudicium vergit, quo caſu tacita quædam donatio præſumitur, *vt ad d. l.* 2. *ait Caſtren.* non etiam ſi boni publici cauſa ſit inducta, aut ſi ex cauſa, qualicumque modo ſuper ea fundata originem trahat, *Caſt. ver. in glo. fin. Ang. verſ. item ſi eſſet nullum fauore approbantis. Fulg. verſ. & præter. rat. num.* 3. *in fi. Bart. verſ. quandoque teſtam. in d l. non dub C. de teſt.* Ideoque Grat. & Valen. non de ea voluntate defuncti, cui lex reſiſtit, ſed ea tantum, quæ legibus ſubnixa non eſt, loquuntur: inter quæ duo intereſſe plurimum *ad d. l. non dub C. de legib.* obſeruat Bald.

Et rurſum Diocletianus & Gratianus de eius teſtamenti approbatione agunt, cui aut veritas deeſt, aut ſolemnitas, vt quia vel ſcriptũ non erat, vel ſolemniter ſcriptum non erat, 3

 gl. ibi

gl. ibi, legatario autem, quo minus accipere poſſet, obſtat nihil d.l. ſi veritas. Deinde, cùm vt plerique ſentiunt ex inutili teſtamento, vel legato, aliter non reprobato, coniuncta defuncti voluntate, naturalis ſaltem obligatio oriatur, hæres ex promiſſione ſua facilius vrgetur. *gl. ad d. l.2.C.de fideicom.* At cùm lex & legatum damnat, & legari vetat, & legatarium illius non capacem reddit, nulla eſt ratio, quæ hæredem quantumuis teſtamentum ſeu legatum approbantem, & illud ſoluere ſpondentem, ſuadeat compelli, non magis quàm cùm contra leges, bonoſque mores pacta fiunt, *l. pacta quæ C. de pact.* Proinde vbi priuatorum conſenſio, actioque, quid poteſt ibi approbatio, ſi non in vim teſtamenti aut legati, quod nullum eſt, ſaltem, veluti pactum, ſeu præſumpta aliqua donatio valet, vbi verò, id quod lex prohibet, neque pacto neque conuentione, neque donatione fieri permittit, ibi approbatio nihil efficit, vtpote quæ cum ad teſtam. vel legatum acceſſoriè veniat, ſecundum illius naturam regulari debet, *d.l.cum quis, §. qui teſtamen. Franc. Mar. qu.* 334. *num.* 2. Et ſicut ad ipſius rei immobilis legatæ præſtationem, etiam promiſſam, ſummo iure cogi non poteſt, quia lex reſiſtit traditioni, ita quoque neque ad diſtinctionem illius ſtricto iure compellitur, quia eam neque ipſe promiſit, neque Eccleſiæ defunctus ab eo ſtipulatus eſt, tametſi ceſſantibus clauſulis decreti irritantis (*vt proximè diximus*) teneretur. Et quamuis & Didacus *ad c. cùm eſſes, de teſtament.* & Dominicus à Soto *l b. 4.q.5.art.3.de iuſtit. & iure.* pleraque ſuggerant, ex quibus non improbabiliter dici poſſe videtur, quod etiam in iudicio animæ tutus ſit, hoc tamen neque ipſe ſequi velim, neque aliis conſulere, vt ſequantur, ſed hoc potius ſuadeam, ne denegando æſtimationem aduerſus propriam conſcientiam luctentur, defunctumque decipiant, qui legati præſtationem ab eis ſtipulabatur, fidemque eorum ſequutus eſt, & fortè pro exoneratione conſcientiæ ſuæ dumtaxat legauit. Nam & Angelus *ad l. quidam. §. illo procu. C. de neceſſa. hæred.* & Cornæus *conſil.* 119. *lib.* 1. & Alciatus *conſil.* 486. *num.* 9. & Panorm. *ad d.c. cum eſſes.* vno ore reſpondent, hæredē voluntati defuncti minus ſolemni contrauenientem, quoad Deum, & in foro conſcientiæ tutum non eſſe, non quod omnis voluntas defuncti hæredem in conſcientia liget, ſed quod illi ſubſeruire debet, quam lex non damnat nec reprobat, quæque nulli fraudem, nulli præiudicium facit, tametſi ob non ſeruatas certas ſolemnitates, formulaſque iuridicas ſit inutilis, quò *ad d. l. ſi veritas*, prudenter reſpexit Fulgoſius, & veterem illam quæſtionem, de teſtamento filij nullo ſeu inutili, quo matrem à ſtatuto excluſam, hæredem ſcripſit *ad cap. Raynut. ad verb. & vxorem num.* 72. pertractans Guiliel. Benedicti, contrariaque Romani *conſ.* 199. & Angeli *conſ.*26. & D. Anto. *conſil.*20. reſponſa referens, hæc tandē verba ad finem ſubnectit: *niſi conſcientia ab inteſtato ſuccedentis ei dictaret, vel ſcrupoloſe perſuaderet, quod malè faceret ſubtrahendo hæreditatem hæredi ſcripto in tali teſtamento aut nullo, aut irritando, quo caſu deberet obedire conſcientia ſua.* Quæ ſententia, me quidem iudice, tutior multò eſt atque ſecurior, quia piarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt. *c. ad dub.* 5. *diſtinct.* quodcunque demum in via domini metuere, *Cle. exiui* §. 1. *de ver. ſign.* & non omnem ſcrupulum leuem ducere, aut ilicò reiicere, *l. cum proponas, & ibi Cynus. C. de interdict. mat. c. illud de cler. excommunicat. miniſtra.*

Porrò autem de illo hærede, qui vel ſola aditione hæreditatis, vel aliorum legatorum, eodem teſtamento comprehenſorum ſolutionem in voluntatem defuncti videtur conueniſſe, eamque approbaſſe, hic non diſputo, ea maximè de cauſa, quod bona pars interpretum in ea verſetur opinione, quod ex eo ſolo, ea legata, quæ à iure probata ſunt præſtare minimè tenetur, *l. Turpia ff. de lega.* 1. *Iaſ. n.* 5. *& Alex. ad d. l. non dubium, Aymo conſi.* 200. *n.* 5. *li.* 1.

CAP. XI.

Teſtator an hæredem ſub ea conditione ſcribere poſſit, ſi rem immobilem Eccleſiæ dederit.

SVMMARIVM.

1. *Conditio magis inficit quàm modus.*
2. *Fieri aliquid de facto quando ſufficit.*
3. *Conditio impoſſibilis quæ.*

SI *Mæuius* (inquit Domit. Labeo I. C.) *cui fundus legatus eſt, Callimacho, cum quo teſtamenti factionem non habebat, ducenta dediſſet, conditioni parere debet, & ducenta dare, vt ad eum legatus fundus pertineat, licet nummos non faciat accipientis. l. Mæuius. ff. de condit. & demonſt.* Quo Labeonis reſponſo motus exiſtimo, quod ſi teſtator ea lege hæredem ſcripſerit, ſi Eccleſiæ, quæ capax non eſt, fundum ſeu aliam rem immobilem dederit, tametſi fundus ſeu res illa accipientis eccleſiæ non erit, hæreditatem tamen accipere non poterit, niſi pro voluntate teſtatoris rem ſeu fundum dederit. Nam quod de Callimacho, cum quo non erat factio teſtamenti Labeo reſpondit, hoc de fratribus Minoribus Franciſcanis, de ſpuriis, aliiſque incapacibus omnibus Caſtrenſis, & alij in eum locum aſſeruerunt. Et cùm in vim conditionis, quæ proculdubio magis inficit, quàm modus, relinquitur, conſequens eſt quod conditio dandi, etiam quæ de iure impleta nullū effectū eſt habitura, & ex cuius implemento nemo commodum aliquod conſequi poterit, ſaltem de facto adimpleri debet, ad actionem con-

conſequendam, *l. mulier ff. de condit. inſtit. & ibi Caſtren.* & licet id quod de iure fieri poſſit, de facto fieri minimè ſufficit, *l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſt.* tamen vbi de iure fieri non poteſt, de facto fieri ſatis eſt, *Bald ad d. l. mulier.*

2. Et tametſi regulariter ea quæ iuris ſunt, potiſſimum conſiderari ſolent, *l. Mutianæ. d. titu.* excipitur tamen, quando verba teſtatorum ad factum referuntur. *l. Lucius. § tres hæredes ff ad S. C. Trebel. Tiraq. ad l. boues. §. hoc ſermone, limita. 1. ff. de verb. ſig. Alciat. ad l. vbi pactum. num. 32. C. de tranſact. Dd. ad l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iur. Roman. conſ.* 199.

3. Quod ſi dicas impoſſibilem conditionem à legatis, & vltimis voluntatibus reijci, eademque pro non ſcriptis haberi. *§. impoßibilis, Inſt. de hæred inſtit.* impoſſibilem autem eſſe, non eam tantum, quam natura exiſtere impedit, verum etiam illam cui lex reſiſtit, aut quæ ex ſolius Principis conſenſu pendet, *vt ad l. 1. q. 6. C de inſti. & ſubſtit. ait Bald.* tum verò conditionem cuius euentus nihil operatur, expectandam non eſſe, *l ſi ita ſcripſerit, ff. de hæred. inſtit. reſpondeo, cum Baldo ad d. rub. C. de inſtit. ſubſtit. in fine*, quod, cùm conditio, id quod in ſe turpe eſt, continet, vtique omninò pro non ſcripta eſt, nec debeat adimpleri, *d. l. Hæc conditio*, ſin autem factum, ſub qua ſcripta eſt, turpe in ſe nihil continet, tunc ſi de iure adimpleri non poteſt, de facto fieri ſatis eſt. *l. quidam cùm filium ff. de verb. obligat. d. l. mulier.* Quam quidem ſententiam probans Gulielmus Benedicti, *ad c. Raynutius ad verb. reliquit. num 16. verſi. incip. tertiò fallit. de teſtam.* communem illam tritamque regulam, quod conditio de iure impoſſibilis à teſtamento reijcitur, ita reſtringit, niſi de facto adimpleri poſſit: & in eius facti implemento nulla turpitudo verſetur, *d. l. Mænius, & l. qui hæredem, in princ. ff. de condit. & demonſt.*

CAPVT XII.

Dominium ſeu poſſeſſio rei immobilis venditæ ſeu legatæ an tranſeat in Eccleſiam.

SVMMARIVM.

1. *Poßideri an poßit quod teneri non poteſt.*
2. *Dominium miniſteriale ſeu momentaneũ quod ſit.*
3. *Dominium quando ex inutili actu transferatur.*
4. *Poſſeßionis duplex qualitas.*

PRo præſentis quæſtionis deciſione temperamento aliquo opus eſt. Etenim ſi nulla decreti irritantis clauſula adiecta, lex aut ſtatutum, bona immobilia Eccleſiam retinere vetet, eaq; ſi in illam translata fuerint, infra certũ aliquod tempus extra manum ſuam ponere duntaxat præcipiat: vtique dominiũ eorũ, quatenus tradita fuerit in Eccleſiã tranſire exiſtimo.

1. Illius enim rei, quã tenere non poſſumus, dominiũ habere poſſumus, *c. recolentes, & ibi Panorm. n. 3, de ſtatu monachor.* Et quidem potiſſimùm, quotieſcunq; nullũ delictum coucurrit ob quod nos illud habere non licet, *Doct. ad l. apud Iulianum, §. conſtat. ff. de legat.* 1. Quam ſententiam *ad l. fin. n.* 161. probans Hyppolitus, dominium hoc, quod ſic in Eccleſiam transfertur, momentaneum appellat, quia apud illam manere non poteſt: Zaſius autem, *n. 10. & 11. ad d. §.* conſtat, miniſteriale vocat, quia ad miniſterium pertinet, vt vendatur. 2.

Sin autem clauſula decreti ac annullatiua, conſtitutioni aut ſtatuto appoſita fuerit, omniaq; caſſet, & irritet, quemadmodũ Caroli, V. conſtitutio, omnem alienationem, donationem, teſtamenti liberalitatem, & tranſportum, de his rebus immobilibus damnat, prohibet & pro infecto ac nullo habet, non tranſire dominium verius eſt, *l. vnica & ibi Fulg. num.* 2. *C. de ſuffrag. l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Nam licet ex inutili actu ſubinde tranſeat dominium, ſi modò putatiua aliqua ſubſit, *l. contractus. C. de fide inſtru. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi, l. fin. C. ad l. Iulium maieſta.* quando tamen omninò lex, aut ſtatutũ actui iſtiuſmodi reſiſtit, & aduerſatur, aliud iuris eſt, *l. non dubium C. de legi. Alexander verſic. incip. iuxta proximè dicta. Alciat. n. 62. Iaſon ad finem, l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam cùm actus propter ineptam verborum conceptionẽ, vel propter aliã aliquã cauſſã inutilis eſt, eaq; inutilitas conſenſu partium modo aliquo ſanari poteſt, neque lex aut ſtatutum directo illi repugnat, dominiũ propriè non ex illo, ſed ex partiũ conſenſu propter illũ transfertur, *Angel. ad d. l. multum n.* 4. ita vt licet cauſſa remota ipſius dominij, aut nulla ſit aut inutilis, immediata tamen cauſſa, hoc eſt conſenſus ad tranſlationẽ dominij ſufficit, & quidem potiſſimũ, quando cauſa aliqua ſubeſt, tametſi putatiua & erronea, qua contrahens ad traditionẽ inducitur ac mouetur, *l eleganter. ff de dolo. l. cũ nemo C eod. titul. l. 1. C de condict. ob cauſſã Bald. & Caſt. col. 2. verſ. nec obſtat, ad d. l. multum.*

At quando contrahens non poteſt contrahere, quando res non eſt in commercio, quando lex contractũ & actum prohibet, eundemq; nullũ facit & irritũ, aut quando non eſt improbata ſola illius qualitas, ſed ſubſtantia, obligatioque, dominiũ non transfertur, *Bald. ad d. l. 1. & ad l. non dubium. verſ vltimò nota. C de lega. Alber. ad l. non dubiũ, col. penult. verſic. dic. aut improbatur. C. de leg. Ioan. Fabri ad l. quoties in fine. C. de rei vendicatione.* & tunc verũ eſt, quod prohibito actu cenſetur annullata traditio. *l. 3. §. ſciendum. ff. de donat. inter vir. & vxo.* & per conſequens dominij tranſlatio, *vt ad d. §. ſi vir, verſ. incip. ſecundo nota. ait Socynus*, quę ex ea ſequitur, *l. traditionibus C. de pact.* & quod ſine habili titulo ac cauſa dominiũ nõ ſolet transferri. *l. numquã nuda. ff. de acquir. rerũ domi.* Igitur quòd *ad d. l. 1. in fine* reſpondet Angelus, nõ ſolùm ex contractu inutili cui lex nõ aſſiſtit, verũ etiã ex contractu reprobato,

bato, cui lex reſiſtit, dominium transferri, ſi indiſtinctè & ſimpliciter acquiratur, verum non eſt, neque *in dicta l.* 1. de iis loquitur Imperator, qui contractum à lege improbatum ſcienter ineunt, ſed de his qui impedimentum, quod verè ſuberat, probabiliter ignotant,& proinde rectè *ad dict. l. non dubium,num.* 14. *in fin. verſic. incip. mihi autem* C. *de legibus* dixiſſe videtur Fulgoſus, reprehendendos eſſe eos, qui eandem l. clarè & dilucidè omnia iſtiuſmodi in contrariam facta annullantem, nimium conſtringunt atque anguſtant. Quod cum dicto Fabro *ad conſuetudines Andegauenſes. tit. des ſeigneurs temporels, art.* 37. *incip. ſi gens de l'egliſe numero* 1. *verſi. ſed tamen*, ſentiens Franciſcus Mignon in his noſtris terminis dominium in Eccleſiam, manumue mortuam non tranſire aſſeruit, & æquitatem habet. Nam cùm apud Eccleſiam eſſe non poſſit, & in pendenti eſſe nequeat. *l. ſi ego. ff. de negot. geſt. l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maio.* mirum videri non debet, ſi apud venditorem, donatorem, aut hæredem maneat, *qua de re loco ſuperius citato, num.*88. *nonnulla obſeruat Riminaldus.* Ad poſſeſſionem autem quod attinet, maior difficultas eſt, quia licet actus ipſo iure nullus ſit, poſſeſſionis tamen traditio, quæ eam conſequitur, vim ſuam habet. *ca. tu.* 1. 12. *quæſt.* 5. *Barto. numer.* 26. *& Caſtrenſ. colum. penult. ad d l. non dubium. C. de legib.* cuius rei exemplum in viro, qui vxori donare non poteſt, donatum tamen tradidit, & in pupillo ſine decreto alienare prohibito, rei tamen alienatæ poſſeſſionem transferente, clarum eſt & euidens. *d. §. ſi vir. & l. poſſeſſionem à contrario ſenſu, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Facilius enim lex dominij tranſlationem, quod iuris eſt, quàm tranſlationem poſſeſſionis, quæ facti eſt, impedit, *l. quod meo. §. ſi furioſo, eo. tit.* licet difficilius à nobis auellatur dominium, quàm poſſeſſio, *vt ibi numer.* 12 *per l. ſi quis vi. §. differentia. eod. titu. docuit Zaſius. Et ideò ad l.* 2. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* reſpondet Bald. quod cùm ſtatutum vetat, ne in loco ſtatuti extraneus aut forenſis bona immobilia acquirat, dominium quidem contra formam ſtatuti, in eum non transferetur, poſſeſſio tamen transferetur, cùm quia illa exigui præiudicij eſt, tum verò, quia contractus prohibitus non eſt cauſa immediata (quæ ſola ſpectanda eſt) tranſlationis poſſeſſionis, ſed traditio ipſa, quæ cùm ſine illo per ſe ſola ſtare poſſit, ex illius nullitate & vitio non inficitur,& cùm poſſeſſio recedat, quàm primum quis conſtituit ſe nolle poſſidere. *d. §. differentia*, certè protinus vbi venditor, donator aut hæres noluit poſſidere, ipſam amiſit poſſeſſionem, *d. §. ſi furioſo.*

E contrario, quemadmodum ex deſtructione conſequentis, recta ſequitur deſtructio antecedentis. *l.*2 *§. mutui datio. & ibi gl. ff ſi cert. pet l. apud antiquos. C. de furt.* & ſicut cum quid prohibetur, videnter omnia ea eſſe comprehenſim prohibita, per quæ ad illud peruenitur. *l. oratio. ff. de ſponſal. cap. cùm quid. de reg. iur.* ita quoque prohibita tranſlatione, aut acquiſitione dominij poſſeſſio ipſa probibita eſſe videtur. Nam cùm dominium cœperit à poſſeſſione, vtique de his eſt poſſeſſio, quæ dominij acquiſitionem antecedunt, & per quæ ad illud peruenitur *l.*1 *in princi. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Dd.* eaque ratione id quod de ſtatuto rei immobilis acquiſitionem forenſi prohibente Bald. reſpondit *ad d. § ſi vir.* Alexand. & Zaſius *n.*6. improbarunt.

Ego inter naturalem & ciuilem poſſeſſionem diſtinctionem hanc pono. Duplex eſt poſſeſſionis qualitas. Nam cùm quis corpore rem poſſidet, eique ex animo inſiſtit, vt vel ſuo vel alieno nomine eam teneat, naturaliter poſſidere dicitur, *l. naturaliter ff. de acquir. poſſ. l.*1. *ff. de vi arma.* Quidquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec pertinere poteſt, (*inquit Iabolenus*) hoc poſſeſſionem appellamus, *l. quæſtio. ff. de verb. ſigni.* & proinde quoniam corpore tenetur, corporalis ſubinde appellatur. *l. fin. C de fun. patrimonia lib.* 11. Altera qualitas eſt; cum quis bono titulo rem tenet, habetque ius inſiſtendi rei ipſa lege poſſeſſionem eiuſmodi approbante,& quotieſcumque poſſeſſionis apprehenſio, ac detentio iuſta eſt, atque à lege canonica vel ciuili probatur, & recipitur, ciuilis appellatur. Nihil enim quod iniuſtum ſit appellatione ciuilis cenſeri poteſt. Quotieſcumque verò lex illam non probat, ſed intra cancellos iuris naturæ relinquit, naturalis dicitur, inſpecto iure naturali, quo res pro delicto habitæ cedunt occupanti, & ſicut naturaliter primò rerum dominia ex detentione fuerunt acquiſita *d. l.* 1. *ff. de acquir. poſſ.* adeoque ea poſſeſſio quæ plurimum iuris habet, quam lex recipit, probat, coadiuuat, ſuaque interpretatione fulcit, à iure denominatur, è contrà quæ plurimum facti habet, à facto nomen accipit, & facti eſſe dicitur, *Roland à Valle conſ.* 23. *n.*28. & hoc eſt quod *tam ad d. l. quæſt. quam ad d. l.* 1. *& in tractatu de quinque pedum præſ. n.* 103. *& multis ſeq.* ait Alci. quod hæc ſimplex, nuda, naturalis poſſeſſio eſt meri facti, & in his locum habet, in quibus iure ciuili non cõſiſtit obligatio, quia intra nudi facti cancellos lex eã relinquit, ac proinde ſine cauſa à iure improbetur, ſiue res ipſa prohibita ſit poſſideri, ſiue perſona incapax ſit, qui eam habet, ex iure ciuili pro nulla habetur, naturalis iſta poſſeſſio nõ impeditur, *l. quod ſeruus. l. cum hæredes. ff. de acqui. poſſ.* & lex eam in ſuis ſinibus relinquit, *Canciun. conſ.* 1. *n.* 135. Vnde quemadmodum *in. d. §. ſi vir.* cõmuniore calculo, repugnante Alex. aſſerũt interpretes: naturalem tamen poſſeſſionem tranſlatam eſſe, ita & hic quoque dicendum arbitror. Nam cùm Carolus V. omne tranſportum, ac traditionem omnem damnet, caſſet,& annulet, ciuilis poſſeſſio tranſlata dici non poteſt, eoque minùs, quod quæ ratio dominium hic

hic impedit, eadem quoque impedit ciuilem poſſeſſionem, cuius magnos & peculiares effectus, tam Alciat. *ad d. l.* 1. *num.* 27. quam Guido Papa, *quaſt.* 356. oſtendit. Porro autem, quando cauſa tranſlationis poſſeſſionis coniuncta eſt contractui vel dominio, eo non firmato, translationi poſſeſſionis locus non eſt. *l. ſi quis ante. in fine. ff. de acquir. poſſeſſ. Alciat. nu.* 60. *Socin. n.* 10. *ad d. §. ſi vir.* Et deſtructo conſequenti, in quo ſtat ratio antecedentis, deſtruitur antecedens. c. ſolitæ, de maior. & obedent. non quòd hodie poſſeſſio ſit neceſſariò antecedens ad dominum. *vt ad d. l. num.* 29. *&* 32. *docet Ripa*, ſed quod quoad effectus ciuiles Carolinæ conſtitutionis ratio, vbique vna eademque eſt. Et cùm ſolo animo ciuilis poſſeſſio amitti poſſit, etiamſi nemini acquiratur *d. l. quod meo* §. 1. certè mirum videri non debet, ſi rei immobilis traditæ ciuilem poſſeſſionem amittat, qui dedit, quantumuis ea Eccleſiæ non acquiratur.

CAP. XIII.

An interdicta poſſeſſoria Eccleſiæ, aut manui mortuæ competant, pro rebus non amortizatis

SVMMARIVM.

1. *Turbatus in poſſeſſione an ſine l bello p. ſſit officium iudicis implorare.*
2. *Exceptio notorij defectus iuris an obſtet ſpoliato.*

QVoniam naturalem poſſeſſionem rerum immobilium non amortizatarum in manum mortuam transferri diximus, ciuilem verò non item: conſequens eſt interdictum retinendæ poſſeſſionis ei denegari non poſſe, quod in omnibus poſſeſſionis locum habet. *l.* 1. §. *hoc interdictum. ff. vti poßidet.* & qualiſcumque ſit poſſeſſor, hoc ipſo quod poſſeſſor eſt, eo reſpectu plus iuris habet, quàm qui non poſſidet. *l.* 2. *eod. tit.* Proinde ſicut cùm natura-
1. liter poſſidet, & alius eum turbat, poteſt officium iudicis implorare, ne ſibi amplius ille ſit moleſtus, etiam nullo exhibito libello, & omni ordinaria cognitione omiſſa *vt conſil.* 358. *incip præmittendum eſt, lib.* 5. *reſpondit Baldus:* ita quoque directè, & per modum actionis, propter ſolam naturalem poſſeſſionem, in qua turbatur, interdictum Vti poſſid. habet. *Bart. ad d. l.* 1. *in princ. num.* 1. *verſ. redeo. late Menochius. de retin poſſ. remed. vlt num.* 15. *verſ. incip. ſecundo. Pract. Ferrar. in forma libel. pro turbata poſſeſſ. ad verbum: hodie tenet. verſ. incip. nunquid ergo ſufficit.*

Similiter inferri poteſt, quòd ſi Eccleſia, aut manus mortua, hac ſua naturali poſſeſſione ſpoliata fuit, pro recuperanda poſſeſſione interdictum, Vnde vi, proculdubiò habet, quod naturaliter poſſidenti conceditur. *l.* 1. §. *deijcitur, ff. de vi & vi arma.* id quod in vſufructuario clarè videre licet, *l.* 3. *eod. ti. gl. in d. l.* 1. *in* §. *interdictum autem, & ibi Bar.* qui indubitanter naturaliter poſſidet. *l. naturaliter, in princip. ff. de acquiren. poſſeſ. l.* 1. *& ibi Ripa num.* 43. *eod. tit. Menoch. de recup poſſ. remed.* 1. *q.* 5. *num.* 70. Imò quod ampliùs eſt, prædoni datur, ita vt ſi ſpoliatur, ante omnia reſtitui debeat. *c. in literis, de reſt. ſpol. l. ſi de vi. ff. de iud. l. col. l. cum fund. ff. de vi & vi arma.* Nam cùm lex ſine citatione, & actu iudiciali, à ſua poſſeſ. neminem amoueri velit. *cap. licet epiſcopos, de præbend. libro.* 6. *& ibi Philip. in* 3. *not.* & cum hoc interdictum odio illius, qui ſibi ius dicere, & publicam auctoritatem contemnere auſus fuit, ſit inductum. *l. ſi quis ad ſe. C. ad l. Iuliam de vi. Menoch. d. loco num.* 146. certe non poteſt violentus deiector, ſeu expulſor, defectum iuris aut tituli, manui mortuæ referre. Et hæc quidem aduerſus tertium aliquem turbatorem, ſeu violentum, extra controuerſiam & indubitata ſunt. Sed an aduerſus ipſum venditorem, donatorem, ſeu hæredem, à quo accepit poſſeſſionem, eodem iure vtatur, dubitari poteſt, ſi ab his turbata ſpo- 2.
liatave fuit. Nam cum exceptio notoria, proprietatis, & deficientis iuris ſpoliato obſiſtat. *c. ad decimas, de reſtitut. ſpolia. lib.* 6. & nulla lege, aut nullo ſtatuto excluſa videatur. *Bald. ad rub. C. de probat. Caſt. conſ.* 44. *lib.* 1. *c pati.* 3. *quæſt.* 1. nulla ratione adverſus hos iuuari poſſe videtur, quibus vulgata iuris regula ſuffragatur, dolo facit, qui petit, quod reſtituere eum oportet. *c. dolo, de regul. iur. in* 6. eoque magis, quod præſumptio iuris, manui mortuæ in poſſeſſione rerum ſpoliatarum reſtitutionem impedire ſolet. *d. c. ad decimas*, ſicut & omnis alia incapacitas rerum poſſeſſarum. *Inno. ad c. conſtitutis de fil presbyter. Zaſius ad d. l. naturaliter.* §. *nihil. num.* 58. Sed hoc ita demùm verum eſſe crediderim, cùm illicò & incontinenti, de dominio ſpoliatoris manifeſtè apparet, eo loco, quo per conſtitutionem principis, clauſulas decreti irritantis continentem venditio, donatio, legatum irritatur, & pro nullo habetur, neque Eccleſia, ſeu manus mortua de impetrata amortizatione excipit. Tunc enim euidens iniquitas dici poſſit, ſi ei res reſtituatur, ad quam ſine dubio nullum ius habere poteſt. At ſi ſtatutum aut conſtitutio principis donationem, venditionem, traditionem, legatum non annullet, ſed Eccleſiam, manumque mortuam tantum vt manum ſuam euacuet, vt rem immobilem acquiſitam alienet, compellit certè quantumcunque oppoſita dominij, & incapacitatis excepto, ſpoliatorem non adiuuant, vtpote qui dominus amplius non eſt, & cui Eccleſia, manuſve mortua eam rem reddere non tenetur, ſed alteri etiam vendendo, legi, aut ſtatuto ſatisfacit. Nunquam enim exceptio deficientis iuris aut dominij prodeſt

deſt ſpoliatori (*inquit Zaſius num.52.*) niſi fundet ius excipientis & ſpoliantis, hoc eſt, niſi proſit excipienti pro iure ſuo confirmando. Ideoque reſtituetur aduerſus eum ſpoliata, ſed in ſententia reſtitutionis adijcietur clauſula, qua rem iſtiuſmodi immobilem extra manum ſuam ponere iubeatur, *quod ſuperius initio huius libeti demonſtrauimus.* De adipiſcenda poſſeſſione nihil dubium eſt, quia cum lex Eccleſiam, aut manum mortuam, ad petendam rem immobilem non amortizatam non admittat, facilè intelligimus, ei nec interdictum quoque adipiſcendæ poſſeſſionis competere.

CAP. XIV.

Venditor, donator, ſeu hæres, rem immobilem ſponte Eccleſiæ traditam, vendicare aut repetere an poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Venire contra factum proprium quando licet.*
2. *Turpitudo propria quando allegari poſſit.*

SI conſtitutio Principis, vel ſtatutum ciuitatis venditionem, donationem, legatum, ſeu traditionem rei immobilis in Eccleſiam, manumque mortuam factam non annullet, neque inficiat, ſed tantum apud eam manere vetet, non dubium eſt, quin eius rei dominium momentaneum ſaltem & miniſteriale, vt ante dictum eſt, ab ipſo venditore, donatore, ac hærede, in eandem Eccleſiam vel manum mortuam ſit translatum, ac proinde vendicatio, quæ ex parte actoris dominium neceſſariò requirit, *l. qui petitorio, l. ſi in rem, & l. officium ff. de rei vendi.* ei competere non poteſt. Sin autem venditio, donatio, legatum, & traditio penitus irrita fiat, atque nullius roboris eſſe declaretur, id quod per conſtitutionem Caroli V. Imperatoris fieri certum eſt, maior equidem ſe exhibet dubitandi occaſio. Etenim cum proprio ſuo facto nemo contrauenire poſſit. *l. poſt mortem. ff. adopt.* cum conſilium ſuum in alterius detrimentum mutari nemini ſit permiſſum. *capit. mutare, de regul. iuris. in 6.* & cum ea, quæ nulla, irritaque ſunt, damno eorum, à quibus fiunt, valeant, atque ſubſiſtant, *l. per fundum. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. l. eleganter, & ibi Bartol ff. de dolo. capit. accepimus, de ætate & qualita.* nulla venditori, donatori, hæredi, ad rem vltro ſemel traditam, vendicandam, repetendamque via patere videtur, eoque minus, quod propriæ turpitudinis allegatio nemini indulgetur, *l. cum profitearis. C. de reuocat. donatio.* cuiuſmodi eſt hæc, quam is proponit, qui aduerſus legem vendidit, donauit, & tradidit.

Cæterum his minimè obſtantibus, in contrarium eſſe veritatem exiſtimo. Quotieſcumque enim factum proprium ob cauſſam aliquam publicam eſt à lege reprobatum, quotieſcumque conſtitutio Principis ſubſtantiæ illius aduerſatur, ortumque obligationis impedit, & quotieſcumque totum illud quod agitur, proſternit, enecat, & euertit, vtique auctoritate legis, iuris, ſeu conſtitutionis eiuſmodi, ei reſiſtentis, licite illi contraueniri poteſt. *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. l. 1. C de latina libert. toll. Alberic. colum. 2. Bald. colum. 1. verſic. incip. item nota, ad d. l. poſt mortem,* etiamſi iuramentum acceſſerit. *c. intellecto. de iureiuran. l. pactum. C. de collat.* præſertim quando factum iſtiuſmodi fauore alterius eſt nullum & prohibitum, *vt hic Bartol. ad d. l. poſt mortem. Matth. de Afflict. deciſ. 335. num 12. Felyn. ad c. 2. de except. num. 9 Alex. conſil. 123. lib. 1. & conſil. 109. lib. 4. Decius conſil. 185. num. 6. Iaſon ad l. ſi donatione, n. 7. C. de collat. & conſil 87. lib. 1.* aut quando contractus ratione mutuæ culpæ, qualis hic eſt, tam in vendente, donante, legante, tradente, quam in Eccleſia, & manu mortua redditur nullus, *Bald. ad l. acceptam colum. penult. C. de vſur. & ad l. 2. in 3 not. C ſi aduerſ. rem Iudic. deciſ. Pedemont. 180. incip. ſolet. poſtremo, num. 2. & 3.* Nam & ex vulgata iuris regula non præſtat impedimentū id, quod de iure nō ſortitur effectum. *capitul. non præſtat de regul. iuris. in 6.* & actus nullus, nullum operatur iuris poſitiui effectum *Cle. ſi. vt lite pend Caſtren. ad l. 1. §. 1. ff. de feriis,* & inutiliter cedens actionem, eam non amittit, *Bar. ad l. filius fam. §. ſi quis ff. de legat præſt. & ad l. nō putauit. §. nō quæuis. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. Iaſon ad l. 1. §. 1. in 5. nota ff. quod quiſque iur. late Tiraquell. de retract. §. res glo. 2. numi.* 5. 6. 7. & quando nullum ius acquiritur ex contractu, poteſt quis venire contra contractum, (*inquit Bal. ad l. iubemus. §. ſane ff. 4. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*) id quod in contractibus innominatis re integra expeditum eſt. *l. ſi pecuniam. ff. de condic. ob cau.* Adde quod in hac venditione, donatione, translatione, non propriè turpitudo aliqua inſit, vt leges propriæ turpitudinis allegationem impendentes ad rem trahi poſſint, vtpote quæ ad ſcelera, & inſignia flagitia potius referantur quam ad alia à iure prohibita, & nihil eiuſmodi facinoroſum olentia, eoque ceſſante cum venditor, donator, hæres vendicando non ſuper turpitudine aliqua, ſed ſuper rei ſuæ dominio ſe fundet, & in eo actionis ſuæ radicem figat, & ſic vniuerſum ius Eccleſiæ elidit, repelli non debet, *iuxta not. per Felynum ad c. tertio loco. num 8. & 9. de probat. Panor. & Ioan. And. ad c. inter dilectos de donat.* qui, ſi de vltronea venditione, donatione, traditione excipiat Eccleſia, etiam propriam turpitudinem replicando allegare, & prædictam nullitatem proponere poterit. *Panor. ad c. cum ſuper, de conceſſ. præben. Alciat. ad c. cum contingat, num. 182. de iureiur.*

Nam

Nam & in ſimili *ad d. c. ſi quis ad verb. alienata. ad c. noſti. ad verb. reuocare in fin. de elect.* obſeruat gl. quod ſi aduerſus repetentem, & vendicantem rem Eccleſiæ malè alienatam, vel aduerſus illegitimam adminiſtrationem iſtiuſmodi facti proprij, aut propriæ turpitudinis exceptio obiicitur, nullitatis explicatione retineri poteſt. In arbitrio quoque illius ſitum eſſe exiſtimo, vt ab initio vendicatione prætermiſſa, venditionem, donationem, legatum, & traditionem nullam declarari petat, eaque facta rẽ repetat. *iuxta ea quæ not. Chaſſa. ad conſuetud. Burg. tit. des droicts appar. à gens mariè §. 1. ad verb. ne peult faire, n. 3 & 4. & Panor. ad c. ſi quis de reb. Eccle. non ali.*

Sin autem pœna à ſtatuto vel conditione eiuſmodi venditioni, donationi, legato, traditioni adiecta fuerit, tunc certè non obſtante vendicatione, eiuſque admiſſione puniri poſſet qui contrauenit, eoque caſu vera eſſet communis illa traditio, quod actus nullus non habetur pro nullo, & inutili, reſpectu pœnæ, quæ à iure illi infligitur, qui fecit contra legem, ne de improbitate ſua gaudeat, *cap. quorumdam, de ſolut. d. c. ſi quis. l. 2. C. de donat l. Senatus ff. de contrah. empt. l. fin ff. de damno infect. glo. & Bald. ad l. martyres. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. tranſactione. C. de tranſact.*

CAP. XV.

Eccleſia ſeu manus mortua an fructus lucretur rei immobilis non amortizatæ,

SVMMARIVM.

1. *In lucrandis fructibus an validitas tituli ſpectetur.*
2. *Decretum nulliter interpoſitum an ad fructus lucrandos ſufficiat.*
3. *Res nulliter vendita an iuſta conſcientia retineri queat.*
4. *Poſſeſſor malæ fidei quis.*
5. *Error iuris an ſufficiat ad fructus lucrandos.*

MVltæ ſunt cauſſę, ex quibus videri poteſt, fructus rei immobilis non amortizatæ, ad Eccleſiam, manumque mortuam, etiam in
1. foro conſcientiæ, pertinere. Nam cùm agitur de lucro & acquiſitione fructuum, nullitas ſeu inualiditas tituli non attenditur, *l. ſed & ſi leg. §. ſi ire, ff. de pe. her.* ideoque eſt quod & decretum nulliter interpoſitum, lucrandorum fructuum occaſionem præbet. D. Ant. *ad c. diuer. fallaciis. ext. de cler. & coniu.* & Eccleſia ex mutuo accepto læſa, ad fructuum repetitionem non admittitur. *cap. ad noſtram, de reb. Ecc. non alie.* & qui abſque decreto rem minorem nulliter emit, fru-
2. ctus perceptos non reſtituit, *l. 2. C. ſi quis ignor. rem minor. emer.* & licet donatio inter virum & vxorem facta ipſo iure nulla ſit, fructus tamen percipiendo vxor vel vir ſuos facit, *l. fructus ff. de vſu. l. de fructib. ff. de don. int. vir. & vxor.* Id quod indubitanter ſequendũ eſſe videtur, tamdiu præcipuè quam res illa immobilis ab Eccleſia auocata non eſt, & venditio, donatio, legatum, traditio non declaratur eſſe nulla. Nam (*vt tom. 1. ad ord. Reg in proœ. gl. 1. n. 44. to. 2. tit. de reſciſſ contract. in præf. n. 59. ait P. Reb.*) licet contractus ſit nullus, rectè tamen, etiam ſalua conſcientia res retineri poteſt, donec declaretur nullus, *teſte Pan. ad c quia plerique de imm. Eccl.* & proinde is qui ex huiuſmodi contractu rem 3.
poſſidet, lucratur fructus ante litem conteſtatam. *l. cum fund. ff. ſi cer. pet.* & iudices Regij in regno Galliæ (*vt ipſe ait*) ad fructuum reſtitutionem ſuper contractu nullo, neminem niſi à die litis conteſtatæ condemnare ſolent, quod & Inno. *cum aliis ad c. in noſtr. de con. præb.* & Fel. *ad c. de quarta. de præſc.* & Car. Molinæus *ad 1. partem conſuetud. Pariſ. §. 30. numer. 31.* de vaſallo emphyteota beneficiario delinquente, & tamen ad quoddam tempus à domino & ſuperiore tolerato, reſponſum dederunt, & in emptione ac venditione tantò probabilius eſt, quod ſicut Eccleſia manuſve mortua fructus illius rei immobilis capit, ita quoque & emptor pretio conuento vtitur.

In contrarium tamen adferri poteſt. Primò, quod ſola naturalis poſſeſſio qualem apud Eccleſiam manumve mortuam eſſe diximus, ad lucrandos fructus non ſufficit, *l ſi fur, & ibi Bart. ff. de vſufruct. & in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 34. lib. 4. Caſtrenſ. ad l. Iul §. ex vendito. ff. de act. empt.* & poſſeſſio quæ circa ſolum merum factum verſatur, lucrandorum fructuum effectum non parit. *Roman. in d. §. ſi vir. l. ſerui. ff. de peric. & commo. rei vend. & ibi Bart. & gl. Cynus ad l. certum. C. de rei vend.*

Secundò, quod vulgata ſit iuris regula, malæ fidei poſſeſſorem rem vnà cum fructibus reſtituere teneri, *d. l. certum, l. fundum, eod. tit.* & non reſtituendo furtum facere, *l. ſequitur, §. fructus. ff. de vſucap.* Malæ fidei autem eſſe dicitur, qui 4.
contra iura mercatur, *c. qui contra, de reg. iur. in 6.* qui rem à lege, accipi vetitam tenet, *l ſi fructus. C. de donat. inter vir. & vxor.* qui iure reſiſtente poſſidet, *Bartol. ad l. quod Nerua. ff. depoſit. Barbat. ad c. conſultationibus. de iure patron. Panor. ad cap. ſi diligenti de præſcrip* qui debitas ſolemnitates non adhibet, *d. ca. ſi quis, d. l. 1. C. de fide inſtrum.* & in ſumma, qui contra legem facit, *Cornæus conſ. 237. lib. 2. Dynus ad c. poſſeſſor, d. tit. de reg. iur.* ſiue iudicium ſeculare, ſiuè conſcientiam animæ conſideres, *Bald. ad ca. in omni de teſt.* Tertiò quod fructus percepti ex fundo alieno, non ſunt percipientis neque in illius dominium transfeunt, niſi ex iuſta cauſſa, *Bald. ad l. ex nomine. C. de hæred. vel act. vend.* Quartò quòd ſi titulus reuocabilis non inducit fructuum acquiſitionem, *l. ſi hæ-*

 res.

hæres. l. cum quis. & ibi Iaſon. ff. de condic. ob-cau. Alex. & Angel. ad l. cum quis, ff. de mort. cau. donat. multo minus titulus de iure nullus, inualidus, & prohibitus. Et hoc eſt quod *ad d. l. 1. numer. 6. C. de prædiis decur.* reſpondit Bart. quod quando titulus habetur pro non titulo, poſſidens ex contractu, & actu nullo, non lucratur fructus, ſicut nec ex matrimonio nullo, aut inualido maritus, *l. ſi ante nuptias ff. ſolut. matri. l. dotis fructus. §. 1. ff. de iure dotium, & ad l. fin. C. de vſuc. pro emp.* tradidit Bald. quod ex illicito contractu etiam eccleſia, quatenus locupletior facta fuit, ad reſtitutionem obligatur.

Verum enim verò, ſi clauſula decreti irritantis, venditioni, donationi, legato, traditioni non obſiſtat, ſed ſi eccleſia, manuſve mortua, intra certum tempus duntaxat, rem immobilem non amortizatam extra manum ſuam ponere iubeatur, nihil dubito fructus interim ab illa perceptos eius eſſe, vtpote quod (ſicut diximus) eo caſu, dominium vere in eam tranſlatum fuit. At ſi eiuſmodi clauſula, & conſtitutio annullatiua ei reſiſtat, qualis eſt conſtitutio Caroli V. poſteriori ſententiæ accedens, ita ad argumentum primo loco propoſitum reſpondeo, quod in d. l. ſed & ſi lege, non hoc in vniuerſum proponitur, quod quoad acquiſitionem fructum non curatur de titulo, ſed quod is qui errat in iure, quo ad lucrum fructuum, non præſumitur eſſe in dolo, ſed eos ſuos facit, quaſi mediam quandam viam tenens inter bonam & malam fidem, *Bart. ibi. numer. 4 Felyn. in d. c. de quarta. numer. 29. Franc. Balbus ad l Celſus, numer. 19. ff. de vſucap late Curtius Senior conſ. 71. Curtius Iunior conſi. 28. numer. 6.* Tum vero ea traditio multis modis reſtringi ſolet. Errans enim in iure, neque fructus naturales lucratur, *Felyn. d. l. loco. numer. 30.* neque induſtriales, ex quibus factus eſt locupletior, Menoch, *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numer. 633. & ſeq.* & poſt litem conteſtatam, ad omnium fructum reſtitutionem potiſſimum tenetur, *d. l. ſed & ſi, §. etiam ſi ante, Plot. ad l. ſi quando, numer. 514. C. vnde vi.* Alij volunt errantem in iure non lucrari fructus, niſi ſit in bona fide, veluti ſi is ſit, quem iuris ignorantia excuſet. *Anto. Negu. de pig. & hypo. in 4. membro 5. partis, num. 212. Innoc. ad d. c. ad noſtram.* Sed me non latet, ignorantiam iuris, quo ad lucrum faciendum, mulieri nõ prodeſſe, *l. quamuis. C. de iur. & fact. ignor.* Quo reſpiciens D. Anto. quando titulus habetur pro non titulo, & contractus eſt nullus, bonam fidem quo ad fructus nihil conferri ait, Rectius alij, quod quandocumque lex, conſtitutio, aut ſtatutum non tantum non aſſiſtit actui aut contractui, ſed directè ei opponitur, & aduerſatur, aut quotieſcumque ea lex vel generalis vel municipalis eſt notoria, & certa vt hic, is qui in ea errat, fructus ſuos non facit. *d. l. quemadmodum, & d. l. 1. Panorm. ad. c. dilecto de præb. plenius ad d. c. ad noſtram ſub finem, late Alciat. reg. 3. præſumpt. cap. 30. Felyn. & Menoch. d. loco. Ramanus conſil. 125. Angel. conſ. 188. Gramat. deciſ. 79.* Quòd autem decretum nulliter interpoſitum ſufficit, *ad l. 2. C. de ſeruit. & aqua.* ex Innocentio improbat Bal. *eiuſq́; ſententiæ Alex. in addit. ad Bar. in d. §. ſcire, & Curtium ſeniorem, conſil. 71. & alios in c. cum cauſſa, de offic. deleg. ſubſcriptores habet,* neque hoc ita apertè reſpondit D. Anto. *ad d. c. diuerſis*, ſed illud duntaxat *col. penul. verſ. ſed ſi in veritate,* quod licet decretum ex falſa cauſſa interpoſitum ſit nullum, dat tamen interim colorem tenendi, donec caſſetur. Quæ ſententia neutiquam ſine diſtinctione vera eſt, veluti ſi ſine cauſſæ cognitione latum ſit, *l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ.* ſi contineat manifeſtum iuris errorem. *l. 1. ff. quæ ſenten. ſine appell. reſcin. lator. qui petitus, ff. de tut. & cur. dat. ſi dolo datum ſit. l. 1. C. de pœ. iud. qui malè iud.* ſi ad turbandam alterius poſſeſſionem ſpectet. *l. meminerint. C. vnd. vi. latè Zaſ. Iaſ. & alij ad l. iuſtè ff. de acq. poſſ. Fel. ad c. ex tenore, de reſc. & ad c. illud de præſc.* Nã qui ex inualido & iniuſto titulo verũ & iuſtum intereſſe prætendere non poteſt. *Alex. ibi col. vlti. verſ. incip. cogitabam,* ita ſane fructus ſuos non facit. Quinimo Menoch. *de r. cup. poſſ. d. loco. numer. 581.* varias Doctorum ſententias concilians concludit etiam poſſeſſorem bonæfidei ſine titulo, vel cum titulo inualido, ſi ad rei reſtitutionem condemnatus fuerit, fructus quoque reddere deberetur. Et ſane ſi decretum propter auctoritatem iudicij colorem aliquẽ poſſidendi tribuere poſſet, huiuſmodi tamen venditio, donatio, legatum, traditio, cui iam à principio lex reſiſtit, nullũ colorem tribuit, nullam poſſidendi iuſtitiam, aut formam habet. Adde quod eccleſia ex mutuo læſi non ſimpliciter fructus ex re perceptos amittit, ſed eos creditor in ſumptus laboreſque factos imputare debet, *d. c. ad noſtram.* Neque ſemper is qui rem minoris ſine decreto emit, fructus ſuos facit, ſed ita demum ſi bona fide emit, ſi ignorauit minoris eſſe: ſi ex probabilibus cauſſis exiſtimauit, & creditur, illum qui vendidit, maiorem eſſe. *d. l. 1. & 2. C. ſi quis igno. quod ad l. 2. parte 2. numer. 44. & ſeq. C. de reſcind. vend. fuſè admodum diſcutit Arrius Pinellus.* Tum verò ad donationem inter virum & vxorem quod attinet, certum & expeditum eſt, quod donatarius fructus naturales non lucratur, *d. l fructus.* induſtriales vero ideo ſuos facit, quod donator pauperior fieri, aut per eos patrimonium ſuum attetere non videtur, qui fructus quos diligenter colendo rem ſuam percipere potuiſſet, non acquirit, *id quod lib. 3. de fruct. tit. 2. cap. 9. Io. Copus, & d loco Arrius Pinel. rectè expendit.* adeoque ratio prohibitionis, ob quam donatio inter coniuges facta, ipſo iure non valet, eo caſu ceſſat. Sic & in reliquis donationibus quotieſcumque re-

tro

trò annulantur, & ad non cauſſam deducuntur fructus in vim illarum percepti, reſtitui debent, *Molinæus d. loco num.* 32. Compari modo quod Rebuff. ante declarationem nullitatis, rem licite etiam in foro conſcientiæ retineri poſſe, & eum qui illam tenet, ac poſſidet, fructus ſuos facere, reſpondit, non vſque adeò aduertendum eſt, ideò quod idem ille, *d. tom.* 2. *tit. de donat. & adminiſt. fac. glo.* 2. *in fin.* fructus quos tutor ſeu curator ex re pupilli, aut minoris ſibi donata, etiam ante illius donationem, annullationem percipit, reſtituendos eſſe aſſerit, non alia ratione, quam quod conſtitutio Principis eam nullam, & nullius effectus eſſe pronunciat, & quod ex nullo quis nihil conſequi poteſt. Et rurſum *in d. tracta. de reſciſſ. cont. in præfa. numer.* 4. *&* 5. *aperte* decidit, quod licet ea ſit Galliæ praxis, vt vix ſoleant iudices condemnare quempiam ad reſtitutionē fructuum, niſi à die litis conteſtatæ, licet contractus ſit nullus, de iure tamen communi quando contractus eſt nullus, emptor vel alius qui ex eo poſſidet, ad omnium fructuum reſtitutionem tenetur, quia ex contractu nullo nihil poteſt conſequi, & proinde (*inquit in tit. de donat. inſinuat. eod. tomo, art.* 1. *glo.* 7. *in prin.*) donatarius ante inſinuationem, fructus ex re donata perceptos minime lucratur, cùm donatio non habuerit effectum. Ex eo verò quod imperfectum aut nullum eſt, nullum commodum ſequi poteſt, *c. ad diſſoluendum, ext. de diſp. nupt.* Nec in contrarium vrgent ea, quæ *ad d. c. quia plerique* notat Panor. Nam qui ad illius dicta *numer.* 28. *quæſt.* 9. diligenter attenderit, non difficulter obſeruabit, non aliter ante reuocationem rei nulliter geſtæ, tutum eſſe eum qui geſſit, quam ſi contractus aut ipſo iure tenuit, licet reſtitutione, aut reſciſſione infringi poſſit, aut quando dolus non ſubeſt, ſed in omiſſione ſolemnitatis iuris poſitiui tantummodo peccatum fuit, *id quod late ad l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. *confirmat* Iaſon, & huc tamen non pertinet vbi venditio, donatio, traditio, ipſo iure nulla eſt, & manus mortua rem aduerſum leges accipiens excuſari non poteſt. Et quoniam cum de culpa vaſalli, aut emphyteutæ agitur, nulli, niſi ipſi domino fit præiudicium. Sanè ſi is taceat, & vaſallum ſeu emphyteutam in perceptione fructuum manere ſinat, nulla ei iniuria irrogatur, cùm & ante illius voluntatem, adhuc incognitum atque in dubio ſit, vtrum culpam ili remittere, an perſequi velit, *Bal. ad l.* 1. *C. de reuoc. donat. qua de re & Tiraq. quoque ad l. ſi vnquam limit.* 212. *eo. tit. pleraque annotauit.* Et quamuis venditor pecunia Eccleſiæ interea vſus ſit, quia tamen Eccleſia in culpa eſt, certè reſpectu Principis, aut alterius, non ideo magis fructus lucrifacit, *vt notant Salic. Caſtrenſ. & alij in l. ſi ea lege. & l. ſi pactione. C. de vſuris. d. c. ſi quis.* Concludendo igitur cenſeo, quod Eccleſia, manuſve mortua fructus huiuſmodi ſuos non facit, ſiue ante declaratam nullitatem tituli, ſiue etiam poſt illius declarationem fuerint percepti. Nam *vt iam ſatis dictum eſt, & aduerſus Dominicum à Soto, Tiraquellum, alioſque plures ad c. peccatum de regulis iuris in* 6. *parte* 2. § 3. *in fin. verſ. incip. nono. & lib.* 3. *cap.* 9. *variar. reſol. oſtendit Didac.* id totum quod ex contractu de iure nullo acquiſitum eſt, etiam in foro animæ reſtitui debet.

CAP. XVI.

Fructus rei immobilis nō amortizatæ, ab Eccleſia manúve mortua percepti, cui cedant.

SVMMARIVM.

1. *Dominium rerum Eccleſiæ penes quem ſit.*
2. *Decuriones cur res ſuas vendere prohibeantur.*
3. *Legatum incapaci relictum an fiſco cedat.*

Eccleſiam manumve mortuam fructus ex re immobili perceptos ſuos non facere, & eum qui ex contractu de iure nullo poſſidet commodum eorumdem non habere, ſatis, vt opinor, demonſtrauimus. Nunc an vna cum re vendita, donata, legata, à venditore, donatore, hærede repeti poſſint, an vero fiſco cedere potius debeant, in diſquiſitionem venit. Nam licet illud conſtet, quod cum res aduerſus leges, conſtitutioneſque Principum alienatæ & traditæ reuocantur, fructus etiam in reſtitutione veniunt, & vna cum re ipſa repeti poſſunt. ſi quis enim prælatus, presbyter, aut œconomus prætermiſſis ſolemnitatibus, & non ſeruato iuris ordine prædia Eccleſiæ, emptionis, donationis, commutationis, ſeu cuiuſcumque alterius contractus titulo in alium tranſtulit: ſi quis rem debitoris fiſci ſolemnibus non obſeruatis comparauerit: ſi quis ab hærede defuncti ex illegitima cauſſa rei legatæ poſſeſſionem acceperit: ſi quis agrum decurionis aut minoris abſque decreto emerit, Eccleſiæ, debitori, fiſci, hæredi, decurioni, minori, fructus perceptos reddere & reſtituere debet. *c. ſi quis presbyterorum, ext. de reb. Eccle non alie. l. iubemus § ſane aut. qui res. C. de ſacroſ. Eccleſ. l.* 1. *C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. leg.* 1. *C. de prædiis decurio. lib.* 10. *l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ. l. vxori maritus ff. de vſufr. lega. l. quod ſi minor. l. ait. Prætor. ff. de minor.* non labor tamen vt credam, in propoſita quæſtione fructus ab eo qui vltrò volenſque rem tradidit, repeti poſſe. Nam cum Eccleſia, manuſve mortua eorum fructuum qui à ſolo ſeparati inter res mobiles recenſentur, *leg. defuncta ff de vſufr.* capax ſit, iique ſponte à venditore, donatore, hærede ſibi permiſſi ſint, exiſtimo vulgatam iuris regulam illi imprimis obſtare, quæ eſt (*vt Papinianus ait*) quod donari videtur, quod nullo iure cogente

gente conceditur; aut (*vt Paulus respondit*) quod cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt. *l.* 1. *ff. de condic: indeb. l. donari. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur.* & quod is qui ſemel extra cauſſam bonorum ſuorum aliquid conſtituit, illud ab iiſdem ſuis bonis perpetuo ſeparaſſe videtur. *l. ſequens quæſtio. ff. de legat.* 2. id quod in exemplis iam commemoratis æquè dici non poteſt. Delictum enim prælati, presbyteri, aut æconomi, Eccleſiæ nocere non debet, *c. delictum de reg. iur. in 6.* Et proinde fructus rei ab eis alienatæ, vna cum re ipſa Eccleſiæ reſtitui debent. *d. c. ſi quis.* Etiamſi capitulum totum, quod Eccleſiam repræſentat, conſenſiſſet, quia cum verum ac perfectum dominium rerum Eccleſiæ ſit ipſius Dei, adminiſtratio autem & gubernatio ſola apud Prælatos & Capitulum. *c.* 1. 12. *q.* 2. *c. cum ſecundum de præben. c. cum ex eo. de elect.* 6 *late Nauarrus de redit. Eccle. quæſtion.* 24. conſenſus eorum alleg timus nullum præiudicium Eccleſiæ, & Deo parat. At fiſci quoque debitorem rei non ritè diſtractæ, fructus redire mirum non eſt, cum eo reclamante ita diſtracta fuerit, *d. l.* 1. Et quod hæres rem à marito vxori relictam tradens, etiam fructus recuperat, in iuſto errore fundatum eſt. Nam cùm exiſtimarit verum & legitimum matrimonium inter eos interceſſiſſe, neque alio animo tradidit, ſanè detecto errore, & poſteaquam matrimonium iſtiuſmodi illicitum pronunciatum fuit, æquum bonum eſt, & rem, & fructus eidem præſtari, *d. l. vxori. l. videamus.* §. *item ſi indebitum. ff. de vxor. l. indebiti. ff. de condic. indeb.* Et cum minor & pupillus, donandi alienandique liberum arbitrium non habeant. *Inſtit. de authorit. tut. in princi. l. ſi curatorem. C. de in integrum reſt.* nihil miramur ſi & fructus quoque perceptos, vnà cum re ſua perperam alienata & tradita, recuperare poſſint. Et quamuis d. l. 1. C. de prædiis decur. magis in contrarium ire videatur, vtpote in qua Imperator ipſi decurioni rem ſuam illegitimè alienanti fructus quos emptor percepit reſtitui mandet, ea tamen conſtitutio ſuam quoque rationem habet. Cum enim ideo decuriones res ſuas diſtrahere prohibeantur, quia Reipub. intereſt plurimum, vt à diuitibus & potentioribus, quorum ſplendore & copiis iuuari poterit, potius quàm à pauperibus, qui plerumque aut quærendis neceſſariis nimium intenti, aut muneribus accipiendis & corruptioni magis obnoxij ſunt gubernetur. *Ioan. de Plat. & Iacobus Reb. ibi.* facilius eos legiſlator, & rem & fructus è re ipſa factos recipere permiſit, & maximè quidem, ſi neceſſitate coacti vendiderint, id quod eadem illa conſtitutio in verbis, quibus ſtrangulatur, non obſcure oſtendit. Eoque caſu & culpa eorum tolerabilior eſt propter penuriam, & emptoris improbitas maior propter auaritiam qui & contra legem, & ab eo quem ad diſtrahendum, durum telum vrget neceſſitas, rem iſtiuſmodi comparare auſus fuit. Neque ex aduerſo vrget reſtitutionis verbo omnem vtilitatem contineri. *l. reſtitutionis. ff. de verb. ſign.* §. *quid ſi minor.* §. *reſtitutio. ff. de minor.* ideoque ſententiam qua poſſeſſor rem quæ petita eſt, reſtituere damnatur, tacitam fructuum condemnationem, quantumuis in ea de his nihil expreſſum fuerit, ſubinde etiam contineri. *l. videamus ff de vſur. Iaſ. ad* §. *omnium Inſt. de act.* Et proinde eos fructus vna cum re ipſa venditori, vel hæredi reſtitui oportere. Illud enim tunc tantum verum eſt, quando eadem eſt & rei & fructuum ratio, eiuſmodi hic non eſſe oſtendimus, quando nulla cauſſa occurrit ob quam poſſeſſor fructus lucratur, vel propter bonam fidem quam habet, §. *ſi vero. Inſtit. de offi iud.* §. *ſi quis à non domino. inſtit. de rer. diuiſ.* vel propter ſolemnem titulum, quo coloratur eius poſſeſſio. *l. ſi fundum. C. de rei vendic.* vel quia ſibi ab actore tacitè, vel expreſſe donati ſunt vt hic. Fiſcum quoque tametſi plerique forte nimium illi addicti ad hos fructus inuitandum eſſe exiſtiment, quem etiam eo nomine cum Eccleſia ſubinde tranſegiſſe memini, nihil tamen iuris hic ei eſſe arbitror, fiſco enim ſcelere acquiſita applicari ſolent, *l. Lucius. ff. de iure fiſci.* Et fiſcus à poſſeſſoribus quos delictum proprium indignos fecit, bona auocat, ab incapacibus vero, eiuſmodi hic eſt Eccleſia & manus mortua, non item, *l. hæreditas & ibi Iaſon. C. de his quib. vt indig. & ad l.* 1. *C. de hæredib. inſti. l. aufertur, & ibi Bal. l. non intelligitur in princi. ff. de iure fiſci. l.* 1. *C. de natur. lib. l. ſi in metallum. & ibi Bald. C. de his quæ pro non ſcrip. Coſtalius ad l. cum hic ſtatus. ff. de donat. inter vir. & vxo.* Magis odioſa quippe eſt indigni, qui propria culpa laborat, quam incapacis qui externa cauſſa impeditur, conditio, *Bart & alij ad l. ſi quis in metallum. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* Et ſicut ipſa res principalis immobilis non amortizata fiſco non cedit, ita quoque neque fructus ex ea percepti veluti acceſſorij ad eum pertinent. Porro autem, ſi quis obiiciat, quod ſi incapaci relictum, vt diximus, fiſco non cedit, ſaltem fructus ex eo percepti, ad hæredem legantis redire debent. quia quæ non capacibus relinquuntur, veluti deportatis, ſpuriis, in metallum damnatis, aut coniunctis acceſſerunt, aut hæredibus cedunt, *d l.* 1. *& l. ſi in metallum.* reſpondeo, verum quidem id eſſe, niſi hæres vltro fructus iſtiuſmodi percipere paſſus eſt, adeoque tacite illos donaſſe videatur. Aliud enim eſt, penes hæredem manere, aliud ad hæredem redire, longeque faciliùs retentio, quam repetitio conceditur, *l.* 2. *&* 3. *ff. de compenſat. l qui in area. ff. de condict. indeb.* Et quamuis rem traditam repetere poſſit, vtpote in qua ſtat ratio prohibitionis; fructus tamen, qui illi rationi ſubiecti non ſunt, veluti ſponte abalienatos non recuperat. Et licet rei principalis relictæ dominium 3.

in Eccleſiam, manúmve mortuam, ſeu perſonam incapacem non tranſierit, vt ſuperiùs oſtenſum eſt, fructuum tamen dominium, quorum capaces ſunt, ex conſenſu veri domini ſemel tranſiuit: & ſicuti is, qui in iure errans ſoluit, vel tradit, non repetit aut condicit, *l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſor.* ita qui Eccleſiæ, manuſve mortuæ vel expreſſe vel tacitè fructus dedit, eos repetere non poteſt, neque vulgatæ illi regulæ locus eſt, quod indebitum ſoluens, vna cum re ipſa fructus perceptos condicere poteſt. *l. indebiti. ff. de condic. indeb.*

Cenſeo itaque reſponderi poſſe, quod ſi Eccleſia, manúſve mortua velit, poſſe quidem illum eos fructus venditori, donatori, hæredi, tam liberè retrotradere, & donare, quam liberè ab eodem illos accepit. Nam quemadmodum ex illius conſenſu, qui verus dominus erat, eos habuit, neque eorum acquiſitionem eiuſmodi lex improbauit, ita etiam econuerſo contraria voluntate illi eos reddere poteſt *argum. l. 1. & 2. C. quando ab empt recept reced.* maximè cum & Domin à Soto, *de inſt. & iur. lib. 9. q. 8. art. 1.* & Didacus Couar. *ad c peccatum de reg. iur in 6. relect. 2. §. 2.* & Ioan. à Medina, *de reſtit. quæſt. 5. cau. 11.* & alij plures reſpondeant, etiam eum, qui ex illicita cauſſa quid accepit, antequam fiſcus ei rei ſeſe immiſcuit, illi ipſi à quo habuit, id quod accepit reſtituere poſſe. At ſi nolit, quia ab ea cogi non poteſt, arbitrio Epiſcopi in vſum pauperum aliámve cauſſam piam, expendi debent, *iuxta ea, quæ notant Doct. ad c cum ſit, de Iudæis & ad c. verò, & c. audiuimus, de ſimon.* quia quando conuentiones, largitiones, aut legata eiuſmodi à iure reprobátur, ita vt nec actionem, nec retentionem pariant, & ideò acceptio eſt illicita, nihil ex illis poſſideri poteſt. *Didac. ad §. 2.* Nam licet eos fructus accepit à vero domino, non omne tamen quod à vero domino accipitur, iuſtè & legitimè retineri poteſt, id quod in vſurariis, ſimoniacis, aliiſque id genus, plus quàm manifeſtum eſt; & quamuis reſpectu eiuſmodi domini eorum fructuum capax ſit, neque lex, aut conſtitutio Principis fructuum donationem Eccleſiæ fieri vetet, quia tamen illegitimo titulo, & mala fide accepti ſunt, licitè eo modo, quo percepti, retineri nequeunt, qui alio modo & titulo accepti illius eſſe poſſent. Ideoque idem Didacus, *ad c. cum eſſes, verſic. incip. ſextò. non poſſum in fin. ext. de teſtament.* generaliter tradidit, quod is, qui nullam cauſſam dominij, aut iuris, ex iuſta legum ſanctione habet, omne id quod poſſidet, reſtituere tenetur. Sic enim aduerſus leges poſſidens, & fraudare legem cupiens, proculdubio peccat. Neque hic Eccleſia, manúſve mortua, hos fructus, particulari aliquo donationis, veluti à re principali immobili ſeparatæ titulo accepit, ſed in conſequentiam dumtaxat ipſius rei venditæ, donatæ, ſeu legatæ occaſione, adeoque tametſi venditor, donator, & hæres qui hos fructus ei permiſerunt, eorum venditionem, vel repetitionem non habeant, fraudandi tamen intentio, Eccleſiam ad reſtitutionem modo declaratam, facienda cogere videtur: non obſtante ea allegatione, quod veri domini conſenſu eos habeat. Nam & in ſimili videmus, quod is, qui ab Eccleſia ſine debitis ſolemnitatibus emit, licet fructus voluntate Eccleſiæ percipiat, quæ eos fructus ſine eadem ſolemnitate donare & alienare poteſt, nihilominus tamen eoſdem vna cum re ipſa reſtituere cogitur. *d. c. ſi quis, & c. ſine except. 12. q. 2. cum ſimilib.*

CAP. XVII.

Eccleſia ſeu manus mortua an impenſas in rem non amortizatas, factas recuperet.

SVMMARIVM.

1. *Poſſeſſor bonæ & malæ fidei, an vnus idemq́; eſſe poſſit.*
2. *Impenſæ à quibus poſſeſſionibus repeti poſſint.*

IN hac quæſtione imprimis conſiderandum eſt, diuerſo reſpectu vnum eumdemque hominem & bonæ & malæ fidei poſſeſſorem dici poſſe. Nam qui à domino putatiuo fundum bona fide emit, cùm ſciret eum alteri eſſe obligatum, & in eo tamen ſuo nomine ædificat, quantum ad areæ dominium, cenſetur eſſe bonæ fidei, ſed reſpectu creditoris magis eſt vt malæ fidei eſſe intelligatur, *l. fundus ille ff. de contrahend empt l. vlt. ff. quib. ad liber. prouoca. non lic. Ioan. Faber & Cantiuncula ad §. certè illud. Inſtit. de rerum diuiſ.* & commodatarius, emphyteuta, inquilinus, aut colonus, qui rem alienam ſcienter accipit, reſpectu veri domini, malæ fidei eſt, quod verò ad eum, à quo accepit, in bona fide eſſe cenſetur, ſic vt is illi malam fidem obiicere nequeat, *Angel. ad §. ex diuerſo, in fin. eod. tit.* Sic quoque eſt in Eccleſia, & in manu mortua, quãcumque rem immobilem non amortizatam accipiente. Nam ſi vendentem, donantem, hæredẽ, tradentem reſpicias, bonæ fidei eſt, ab eo enim eiuſque conſenſu, qui vtique dominus eius rei erat, & à quo dominium tranſlatum non fuerat, *vt ſuperius oſtendi*, fructus quaſi ſibi donatos habet, reſpectu verò pauperum Reipubl. aut ſimilium non item: quia ex titulo à lege ſeu conſtitutione Principis improbato, & nullo, illos acquiſiuit. Cùm igitur quæritur, an impenſas, ſeu, vt dicuntur, meliorationes in eam rem factas repetere queat, reſpondendum puto, quod cùm nullos fructus illis reſtituere de iure teneatur, niſi velit, *vt proximè ſuperiori capite diximus*, benignè cum iis agit, ſi & neceſſariis, & vtilibus, & voluptuariis ſumptibus deductis, reliquos fructus reſtituat.

 At

At ſi nullos fructus etiamnum perceperit, & nihilominus euiſmodi ſumptus tulerit, in deductione, compenſatione, ac repetitione eorum, eandem eccleſiæ, manuſve mortuæ, reſpectu illorum, conditionem eſſe cenſeo, quæ eſt aliorum quorumcumque bonæ fidei poſſeſſorum,
2. *de qua in l. fundo, & in l. ſumptus, ff. de rei vendic. in d. l. domum. C. eod. tit. in §. certè illud. Inſtit. de rer. diuiſ. extant multorum commentationes, & in tract. de retrac. §. 15. gl. 1. Tiraque. & in tract. de fruct. lib. 2. fuſe admodum & exactè diſſeruerunt.* Nam cum ab illis cauſam habuerit, vitium illi obiicere non poſſunt *l. dominis. §. 1. de loca. & conduct. Bald. in 2. lect. & Coſtal. ad d. l. ſumptus.*

Cæterùm, ſi pauperibus ad arbitrium epiſcopi fiat reſtitutio, videndum eſt, an eadem per omnia ſit conditio eccleſiæ, manuſve mortuæ, & malæfidei poſſeſſoris: qui proculdubiò, ſi quid inſtaurat, fulcit, munit, reficit, aut quid aliud ſimile facit, ne res aut deterior fiat, aut omninò ad internecionem veniat, quo caſu neceſſarias impenſas feciſſe videtur, implorato iudicis officio, ac veluti retentionis iure hic deducit. *d. l. domum. C. de rei vendi.* aut certè cum fructibus perceptis compenſat. *d. l. ſumptus, & l. emptor. ff. eod.* Vtiles verò impenſas, quoad ſine detrimento rei fiat, & ſine læſione prioris ſtatus *(vt conſtituit Gordianus)* fieri queat, tollere poteſt. *d. l. domum.* vt & voluptuarias, ſi cum ipſius vtilitate, & ſine ipſius detrimento tolli queant *l. vtiles, in fin. ff. de pet. hæred. Molin. ad conſuet. Par. §. 1. gloſ. 5. num. 87. & ſeq. Alc. ad l. impenſa. ff. de verb. ſig. Menoch. d. loco. num.* 545. Et ſanè, quoad neceſſarios ſumptus non poteſt deterior eſſe eccleſiæ, aut manus mortuæ conditio. Nam & improbus fœnerator eos deducit, & per errorem ſolutos repetit. *c. 1. & ibi gl. & c. 2. ext. de vſur.* Vtiles autem & voluptuarios, ſi domino rei, nimirum venditori, donatori, hæredi, eam rem reſtituendo non imputauit, ſicuti eos illi vel computare, vel donare, vel imputare potuit, eodem loco eſſe exiſtimo, quod in aliis malæfidei poſſeſſoribus non eſt, qui fructus iſtiuſmodi veris dominis, & aliis præſtare coguntur. At ſuper excreſcentes fructus, qui deductis his impenſis aut ſuperſunt, aut conſumpti ſunt, eo caſu, quo malæ fidei poſſeſſor reddere eos tenetur, eoſdem hic pauperibus attribuendos eſſe arbitro, ſi eccleſia manuſve mortua illos domino rei reddere nolit, aut ne reddat res integra ampliùs non ſit, ſuperiore vices ſuas ad vſum pauperum iam ante diu interponente.

CAP. XVIII.

Eccleſia vtrum pretium venditori ſolutum repetere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Contrahens contra legem an pretium repetat.*
2. *Minor rem ſuam ſine decreto alienans, pretium cogitur reſtituere.*

MVltis argumentis euinci poſſe videtur, quòd eccleſia ſeu manus mortua pretium, quod pro rei immobili ſoluit, repetere non poſſit. Principio enim videmus in ſimili, quòd is qui rem eccleſiæ omiſſis illis, quas ius requirit, ſolennitatibus emit, pretium quod dedit, non recuperare. *l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. eccle.* ad quem locum in genere annotat Bal. illicitè contrahentes pretij ſoluti iactura puniri, *quod & Panormitan. quoque ad c. ſi quis presbyterorum, ſub fin. extrà, de rebus eccle. non alien. ſecutus eſt.* Idemque eſt in eo, qui neglectis his, quæ à iure ea in re præſcripta ſunt, à decurione prædia, fundoſque aliquos comparauit. *l. 1. C. de præd. decur.* Ad quam legem, eodem modo indiſtinctè notat Ioan. de Plat. *verſic. incip. quartò nota.* quòd quando contractus eſt nullus, & à iure interdictus, emptor poſſidens non lucratur fructus, rem reſtituit, & pretium perdit. Quòd eſt rurſum etiam in eo qui rem emphyteuticam Cæſaris, Reipublic. vel templorumſeruos, cenſitoſque abſque terra emit. *l. 1. C. ne rei dominicæ, l. quemadmodū. C. de agricol. & cenſit.* Ex qua lege idem Ioan. de Platea *in vlt. notab.* obſeruat, quod omnis ille qui mercatur contra legem, nec fructus ſuos facit, nec pretium recuperat, non multò aliter, quàm de rei feudalis emptore olim ſtatuit Frederic. vt ſi abſque conſenſu domini ſciens prudenſque eam rem emere auſus fuerit, pretium datum amittat §. 1. *de prohibit. feud. alien per Frederic.* & de eo qui dempto canone ad comparationem rei dominicæ accedit, Theodoſius, ac Valentinianus, nimirum, quòd ſi ad interdictum contractum acceſſerit, & pretia perdit perpetuò, & fructuum exactioni, expenſarum, vel melioratæ rei compenſationem obiicere non poteſt, *l. nemo. C. de feud. rei priuat.* & in his, qui ſcientes rē alienam emunt, quive non ignorantes vitio contractus ineunt, manifeſtum eſt, quod reſtitutare agentes pretium non repetunt, *l. ſi fundū ſciens. C. de euictio. l. 1. C. de præſcriptione triginta annorum. l. ſi ſciens. C. ad Senatuſc. Velleian.* non magis quàm illi, qui in fraudem legis, ſimulatè contraxerunt, *l. cū ea quæ & ibi Docto. C. de tranſactio.* aut in fraudem creditorum à debitore decoctore emerunt. *l. ſi debitori. ff. quæ in fraudem credit.* aut filiiſam. contra S.C. Macedonianum mutuam pecuniam crediderunt, *vt toto tit. ad S. C. Macedonianum*, aut ſcienter rem litigioſam comparauerunt. *l. fi. §. iuſtum. C. de litigio. vel furtiuam, l. ſi mancipium. C. de rei vend.*

Contrariam tamen opinionem adiuuat, quòd ſi res minoris 25. annis ſine decreto alienata fue-

fuerit, alienationem eiuſmodi ipſo iure nullam eſſe, certi iuris eſt, & tamen minor pretium, quod accepit, & in rem ſuam conuertit, reſtituere debet, & niſi id, quod eo nomine ſi datum eſt, reddat, non prohibetur aduerſarius eam rem tantiſper retinere, *l. non ſolum, l. prædiorum, l. vtere, l. ſi prædium. C. de prædiis, & aliis rebus minor.* Et rurſum is, qui rem fideicommiſſo, ſeu reſtitutioni obnoxiam ſcienter emit, ad reſtitutionem pretij, aduerſus venditorem actionem habet, *l. fina. §. emptor. C. commun. de legat.* & qui mala fide rem debitoris iniuſtè à creditore diſtractam emit, pretium non amittit, *l. 1. C. ſi vend. pignor. agat.* Et qui vi, metûve ad contrahendum inductus eſt, reſciſſorium quidem contractus petere poteſt, ſed pretium nihilominus refundere debet, *l. 3. & 4. Codic. de his quæ vi, metuſ. cauſ. fiunt.* neque alij caſus in iure deſunt, in quibus etiam malæ fidei emptor aduerſus venditorem, ad recipiendum pretium, actionem habet, *ca. ea enim, alias incipit. c hoc ius, in fin. verſic. qui vero & ibi gloſ. fina. ad verb. ſed melius* 10. *quæ.* 2. quod & c. Vulturanæ. 12. quæſt. 2. conuincit, in cuius explicatione gloſ. *ad verb. emptoribus*, regulam illam generalem, quod qui contra iura mercatur, bonam fidem habere non præſumitur, reſpectu vſucapionis, & præſcriptionis, non etiam reſpectu pretij ab eo dati, vt repetatur, intelligendum eſſe docet.

Mea eſt ſententia, venditorem niſi pretium Eccleſiæ reddat, in repetitione rei venditæ audiendum non eſſe, improbumque fore, ſi & rem, & pretium habere, & aduerſus iuris naturæ leges, cum aliena iactura locupletari velit, quod regulariter nulli permittitur. *l. bona fides ff. de actio. empt. Matt. de Afflict. ad ca. ſi minores de feudis datis, minimis valuaſoribus, numero* 3. *l. iure naturæ, ff. de regul. iuris.* Et cum reſpectu pretij nullus illi dolus factus ſit, quia verè numeratum eſt, *id quod ad l. poſt contractum, numero* 23. *ff. de donatio. in ſimili diligenter ponderat Alciatus*, & cùm venditor fraudulenti contractûs vitium emptori obiicere non poſſit, cuius ipſe author exiſtit, *Afflict. in c. 1. n. 16. de feudo dato in vicem leg commiſſ. reprob.* Et cùm nulla occurrit ratio, ob quam Eccleſia emptrix magis, quàm venditor re ſua vendita, dato prætio priuetur, quia correlatiuorum eadem eſt natura & ratio. *l. fina ff. de acceptilatio.* Et quod in emptore ſtatuitur, in venditore quoque ſtatutum eſſe videtur. *Nicolaus Euerhar. in loco à correlatiu.* non video, quo iure, quáve audacia venditor pretium acceptum retinere poſſit, maximè cùm Eccleſia cauſſam ab eo habeat, *quod ad. l. ſi vi. verſicul. quæro. Cod. de his, quæ vi met. cauſ. obſeruat Baldus.* Fiſco autem nihil iuris competere, quia ſuperiùs ſatis oſtenſum eſt, omitto. Fruſtrà autem ſunt, & facilè dilui poſſunt, omnia pro contrariæ ſententiæ aſſertione, quæ adduximus, argumenta. Nam. *vt ad d. l. fina. §. emptor. C. communia. de legat. idem Bald. teſtatur*, propter odium emptoris, aliáſve cauſas legiſlator in illis legibus, vlterius procedendo pretium aut venditori reddi, aut fiſco addici iubet. At quoniam odia reſtringi, & fauores ampliari debent, *c. odia. de regul. iuris.* & lex pœnalis ad caſum, in ea non comprehenſum, extendi non ſolet, *l. ſancimus. C. de pœn. l.* 1. *C. non licere habitat. matropol. l.* 11. *Decius conſ.* 90. certè conſtitutionem iſtam principis, quæ non niſi nullitatem contractus inducit, ad amiſſionem pretij trahi non conuenit. Ideoque eſt, *vt idem Baldus adiicit*, quòd ſi ſtatutum vetet, ne vllus forenſis in territorio iſto agrum emat, quia hoc ſtatutum eſt contra ius commune, ſicuti etiam eſt prædicta conſtitutio, ad amiſſionẽ pretij, de quo nihil decreuit, non pertinet, quod & Franciſ. Cremenſis *ſingul.* 96. *incip. ſtatuto*, & Catellianus Cotta *in ſuis memorabil. ad verb. pœnam petens* approbarunt, & tantiſper, donec pretium ſoluatur venditori, retentionem rei contra ſtatutum venditæ permittunt, *argum. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff de condict. indeb.* iiſque conſonans Angelus *ad d. l. 1. num. 3. C. de præſcript. triginta annor.* tunc potiſſimum pretium emptorem perdere annotat, quando ab eo veluti, contra iura mercante, res per fiſcum aufertur, *quæ & ad dict. § emptor, Baldi ſententia fuit.* quaſi dicat, quòd ſi ab eo res auocari non poſſit, & alioqui poteſtatem vendendi habuit, licèt non eo modo, conſideratione emptoris, ex eo contractu, in quo peccauit, lucrum capere non poteſt, eoque pertinent operoſæ illæ, *l. 2.* in *d l.* 1. Bart. & alior. *in d. l. ſi debitor.* diſtinctiones & gloſſemata, quando pretium apud venditorem exſtat, quando cauſam lucratiuam prætendit, quando emptor cauſã ab eo habet, & ſi quæ alia in his ſunt ſimilia. Et ſanè hac in re ad æquitatẽ maximè reſpiciendum eſt, *vt facilè colligi poteſt ex his, quæ ad ca. cùm cauſſæ. de ſent. & re iudic. Panormit. & Fely. obſeruant.* Multumque hic conſiderandum eſt, quod cum prædicta conſtitutio Principis ex conſenſu Eccleſiaſticorum ordinum, potiſſimùm vires ſumat, & ſuſtineatur, *vt & ante diximus, & ad conſuet. Burdegal. tit. de feu. §. 1. notat. Ferroneus*, vtique conſenſus ille contra eorum mentem, animique propoſitum, ad pœnam eiuſmodi extendi non debet, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.*

CAP. XIX.

An hypotheca impoſita rei immobili non amortizatæ, pro reditu vẽdito, ab Eccleſia, valeat.

SVMMARIVM.

1. *Hypothecaria agens, quid probare debeat.*
2. *Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis.*
3. *Donatario an vtilis actio competat ex pacto donatoris.*

QVoniam antè ſatis oſtenſum eſt, dominium rei immobilis non amortizatæ à venditore in Eccleſiam, manumve mortuam, nō tranſire, eandemque propterea ab illo repeti, & vendicari poſſe: non difficulter intelligi poteſt, hypothecam eidem rei pro ſecuritate, ſeu aſſecuratione reditus venditorum à manu mortua, ante vendicationem repetitionemque impoſitam venditori minimè nocere, nullamque creditori, cui aſſignata eſt, aduerſus eum actio-
1. nem gignere. Nam cum creditor pignoratitiam ſeu hypothecatiam actionem inſtituens, probare debeat, eo tempore, quo res pignori data fuit, eam in bonis debitoris fuiſſe. *l. & q æ nondum, §. quod dicitur ff. de pigno.* rectè eis obijciet venditor rem alienam pignori, ſeu hypothecæ ſupponi non potuiſſe, *l. rem alienam ff. de pign.*
2. *act.* & quod ſicut reſoluto iure authoris, reſoluitur ius acceptoris, *l. 5. ff. quib. mod pig. vel. hypo. ſolua.* ita reſolutio iure obligantis ex cauſſa antecedenti neceſſaria, qualis eſt hic, quia manus mortua velit nolit cogitur à contractu recedere, pignus & hypotheca quoque reſoluta eſſe cenſetur, *Bar. & Angel. ibi* Quomodo in ſimili idem *Bart. ad l. in diem ff. de aq. plu. arcen* & Tiraq. *de retractu conuent. §. 3. gl. 1 n. 9. cum ſequenti*, re ex pacto de retrouertendo redempta, eam ab obligationibus emptoris ad venditorē liberam redire oſtendit. Idemque eſſe videtur, ſi Eccleſia, manuſve mortua alteri creditori medio tempore rem iſtiuſmodi pro reditu aliquo annuo hypothecæ ſuppoſuit, eamque deinde extra manum ſuam ponens, re coacta, in laicum aliquem tranſtulit. Nam ſi is laicus, qui eam emit, à creditore poſtea hypothecaria actione conuentus ſit, allegare poteſt illam eo tempore, quo obligata fuit, Eccleſiæ non fuiſſe, etiamſi ab Eccleſia, manuve mortua ius ſuum habet. Quia cùm ad hypothecariam actionem inſtituendam, probare neceſſe ſit, quod res obligata, tempore obligationis in dominio, vel quaſi dominio debitotis, qui illam obligauit, fuit, vt diximus: tertius iſtiuſmodi poſſeſſor, non obſtante, quod de dominio autoris ſui controuerſiam mouere videatur, exceptionem illam proponere poteſt, & non propterea, quod rem illam emit, confitereri videtur, vendentem dominum eius fuiſſe, *id quod contra Salycetum in l. cum res. C. de dona. Alex. conſi. 92. lib. 1. conſ. 43. lib 4. melius conſi. 145. lib. 6. Et hunc ſecutus Neguſantius de pign. parte 2. in 3. membro, n. 64. in ſpecie verum eſſe aſſeruerunt.* Quod & Bart. alijque *ad l. rem alienam. ff. de pignorat actio.* & latiſſimè *ad titu de pignorib. cap. quid in hypothecaria actione probandum ſit. n. 12. & ſeq.* Dominus Gabriel Mudæus, approbarunt. Hic enim creditor, inquit, ſi volet vincere, in iure ſuo confirmando non in poſſeſſoris iure infirmando fiduciam omnem habere debet *l. ſi ſuperatus, de pign.* neque nouum eſt, emptorem iure emiſſe ab eo, qui non iure obligauit, neque magis ei obeſſe debet, quod adeptus ſit eā rem à debitore, quæ dicitur obligata, quam ſi nullum omninò titulum ſuę poſſeſſionis, aut auctorem dicere, imò fortè nec haberet, *Bal. ad l. de reb. in fi. C. de don. propter nu.* Quod amplius eſt etiamſi Eccl. manuſve mortua ſub onere ſoluendi hunc reditum annuum expreſsè emptori rem iſtam diſtraxit, & tanto minoris illi vendidit, aut ſortem ſiue quantitatem capitalem eiuſdem ex pretio conuento ſibi detrahi paſſa eſt, per hoc quidem adhuc nihilò magis hypotheca ſubſiſtere videtur, neque vlla actio de pacto creditori aduerſus emptorem nata eſt, ſed contra Eccleſiam manumve mortuam actionem ſuam habet, emptore fidem datam non ſeruante, quæ è contrario pactum hoc vrgere, atque fœdifragum emptorem, vt creditori ſoluat, compellere poteſt, *d. l. cum res l. C. de pact. inter empt. & vendit.* Etenim in pacto iſtiuſmodi à donatore in ipſa rei donatæ traditione appoſito 3. ſpeciali ratione, & fauore liberalitatis receptum eſt, vt is, in cuius fauorem adiectum eſt, vtilem actionem ex eo aſſequatur, *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, Faber & Alber. ad d. l. cum res.* Is enim nullam actionem, qua ad id, quod ſibi donator erat ſtipulatus, perueniat habet, ideoque faciliùs ei ſuccurritur. Hic verò creditor aduerſus Eccleſiam, ſeu manum mortuam non amiſit, & maximè quidem hodie, vbi debitor reditum cognoſcens, perſonalem obligationem, de ſoluendo reditum hypothecæ connectit, quod fieri poteſt: & ſic verum eſt, quod *ibi* dixit Fulgoſius, quod vt quid detur tertio, non agit ipſe tertius cui debet, ſed ipſe qui pactus eſt, vt alteri detur, quia ſua dari intereſt, & hoc pactum, *vt idem ad d. l. quoties, ait,* non tamen commodo creditoris appoſitum eſt, quàm ad vtilitatem ſtipulatoris. Poteſt etiam Eccleſia, aut manus mortua, id quod creditori ſoluit, ab emptore per actionem ex vendito recuperare. Cæterùm ſi creditor emptorem conueniat, & is iudicium ſuſcipiat, tacitum videtur pactum fuiſſe Eccleſiæ de non petendo, quod etiam abſenti prodeſt, *d. l. 2. & ibi Caſtren in princip. l. 2. C. de pact.* ſicut & ſi Eccleſia, ſeu manus mortua ſoluendo non foret, ne emptor cum aliena iactura fieret locupletior, qui eam rem tanto minoris emit, exiſtimo quod ex æquitate, & in ſubſidium emptor conciliari poſſet; *iuxta ea quæ notat Bald. ad d. l. 2. C. de hæred. vel act. vend. in 1. oppoſitione. Et hæc quidem obiter de retrac. §. 1. glo. 14. num. 126. attingit Tiraquellus, plenius & exactius ad l. hæreditatem ff. de donat & ad l. ſeruo lega. §. ſi teſtator ff. de legat. 1. expendunt Imo. Bart. & Caſtren.* At ſi hypothecandi poteſtatem habuiſſet Eccleſia, ſeu manus mortua, non dubium eſt, quin creditor aduerſus emptorem actionem hypothecariam haberet, eamque vtiliter intenderet, probando eo tempore quo hypotheca impoſita fuit, rem in bonis Eccleſiæ conſenſu Principis

cipis fuiſſe, & cum onere ſuo ad emptorem perueniſſe.

CAP. XX.

Venditiori rei immobilis rem ſuã ab Eccleſia repetenti an non obſtet promiſſio de euictione.

SVMMARIVM.

1. *Emens ſcienter rem alienam non agit de euictione.*
2. *Pœna an valeat inutili contractu adiecta.*
3. *Maritus vendens rem dotalem an de euictione teneatur.*

1. QVemadmodum is qui ſciens rem alienam emit, de euictione agere non poteſt. *l.1. de ineſti. de re. alien facta. l.ſi fundum ſciens.C de euict.* quia volenti & ſcienti aut conſentienti non fit iniuria, neque dolus. *c. ſcienti, de reg.iu.in 6. l. c m donatio. C. de tranſactio.* ita quoque illegitimus & illicitus emptor, qualis hic eſt Eccleſia aut manus mortua, quæ conſenſum Principis non obtinuit, non agit de euictione ad id quod intereſt, etiamſi nominatim id ſtipulatus fuerit. *d.l ſi fundum & ibi Cynus ad l. cum vir prædium. ff. de vſus capio. Cald. ad c.1. §. ad hoc col.2. verſ. item quia venditor. tit. de pace iura. fir. gl. in c.1. in princ. ad verb. bona fidei actione, & ibi quoque idem Bal. & D. Cardin. Alexand. de probib feud. alien. per Freder. & gl. ad l.3. §.1. ad verbum. Fauiana. ff. quæ in fraud. patro.* dum aiunt, quod euictio non debetur ex contractu venditionis à lege prohibito, & quod reſciſſo contractu principali donationis aut venditionis reſcinditur pactum euictionis, quod eſt acceſſorium, *arg. l. ſi pater ff. de euict.* & quod ſi principalis contractus non tenet, quia lex illi reſiſtit, promiſſio quoque de euictione facta nullius eſt roboris & momenti, *per l. non dubium. C. de leg. & l quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Stipulatio enim huiuſmodi eſt acceſſoria, vnde ſi principale eſt contra legem, ſtipulatio quoque talis eſſe videtur, *Bald. d. l. loco.* quod in promiſſione euictionis rei quæ in commercio eſſe poteſt, ſed tantum aliena eſt interpoſita, non idem eſt, *d. l. ſi fundum, Bald. ad d. ca. 1.* adeoque ſi venditorem de euictione non tenet actio, conſequens eſſe videtur, quod eundem agentem & rem ſuam repetentem non repellit exceptio, argumento ſumpto ex contrario ſenſu. *l. vendicantem ff. de euict.* Eamdem ſententiam ſequutus eſt Curtius, *tract. de feud parte 4. titu. ex quib. cau. feud. amitt. quæſt. 28.* dum ait, quòd ſi emptor malæ fidei, qui ſine conſenſu domini rem feudalem à vaſallo comparauit, expreſſe ſtipulatus ſit de euictio-
2. ne, eo nomine actionem non habet, *quod & Zaſio, de feud. tit. de feud. alien. verſic. cæterum ſi emptor, probatur.* Nam & pœnam quam ſtipulatus eſſet non conſequeretur, quia pœna in contractu promiſſa intelligitur ſi contractus valet. *gloſ. ad c. ſignificantibus, & ibi Dd. extr. de offi. deleg. Iaſ. ad d. l. non dubium, n. 57.*

Contrarium tamen tenuiſſe videtur Guido Papa, *ſingul. 923. verſ. incip. ſi ex contractu.* & multò ante eum Cyn. Angelus, Bald. & Salicetus *ad l. cenſemus C. de litigioſis.* Aiunt enim quod ex contractu à iure reprobato venditor ſi de euictione promiſit, obligatur & conueniri poteſt, & quod ſi emptor rei litigioſæ ſtipulatus eſt de euictione, poteſt ex ea ſtipulatione aduerſus venditorem poſtea experiri, tametſi eius rei litigioſæ alienatio à iure vetetur, quia, *vt idem Salicet addit. verſ. incip. quæro emptor.* vbi alius ſine ſtipulatione agi non poteſt de euictione, ea ſtipulatione interpoſita agi poteſt. *d. l. ſi fundum. l. fratres. C communia vtriuſque iud. d. l. quemadmodum.*

Nam & maritus rem dotalem vxoris à iure alienari vetitum vendens, de euictione tenetur, *Cynus ad l ſi is quem. C. de prædiis minor. glo. ad d. l. cum l x*, etiamſi emptor ſciebat dotalem eſſe, *Io Faber Inſtit. quib alie. non licet in princ. per d. l. fundum ſciens C. de euid.* & ſi venditor emptori ſcienti ſeruum cœcum eſſe, promittat eum videre, ex ſtipulatu ab emptore conueniri poteſt, licet id quod impoſſibile eſt, promiſſum eſſe videri poſſit, *l. apud Celſum. §. idem Labeo ſcribit ff. de doli mali & met. except.* Et venditor ſciens emptori etiam ſcienti rem cum effectu vendi non poſſe, eidem emptori ad id quod intereſt obligatur. *Al. conſi. 85. li. 4.* Et licet vitiato principali vitietur acceſſorium, *d. l. non dubium, & c. acceſſorium de reg. iur. in 6.* intelligitur hoc tamen, quando eadem ratio ob quam vitiatur principale, viget etiam in acceſſorio. *l. ſi tibi §. de pignore ff. de pac. l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. ſoluit.* quod hic dici nequit, ideo quod ſtipulatio de euictione ad corroborandum contractum à lege aut conſtitutione Principis hic prohibitum non confirmat, neque propter eandem res immobilis non amortizata in Eccleſiam vel manum mortuam magis transfertur, hoc eſt quod glo. *ad d. l. quemadmodum.* & Alex. *conſil. 109. lib. 4.* dicere voluerunt, quod vendens contra prohibitionem legis, poteſt quidem rem venditam vendicare, ſed ſi de euictione, aut pœnam promiſit, ad illam tenetur, *iuxta l. ſi controuerſia, & l. ſi tibi. C. de euict.* Et ſi obijcias, *inquit Alex. nu. 4.* quod ſi tenetur de euictione, ergo non poterit rem venditam vendicare & reuocare. *d. l. vendicantem.* reſpondeo quod ea l. vendicantem locum non habet, quando contractus alterius rei, quàm vendentis occaſione non valuit, quia tunc quamuis vendens tenetur de euictione, poteſt tamen nihilominus contrà contractum à ſe initum venire, *d. l. ſi tibi.* Et quamuis contractus ſit nullus, quantum ad traditionem rei venditæ, poteſt tamen eſſe

eſſe aliquis in præiudicium vendentis, vt ex eo emptori & ſtipulatori naſcatur actio perſonalis, *arg. l. & liberi. ff. de contrah. vendit. l.* 1. *C. non l cere habit. met. reb. lib.* 11.

CAP. XXI.

An ex rei immobilis non amortizatæ venditione laudimia dominó debantur.

SVMMARIVM.

1. *Laudimia quare debentur.*
2. *Laudimia an Eccleſia ſoluat.*
3. *Sententia quæ nulla eſt, non dicitur ſententia.*
4. *Laudimia ex contractu nullo an debeantur.*

1. QVoniam laudimium domino vt ab eo venditio probetur & laudetur, ſolui conſueuit, *l. 2. C de iur emphy. Zaſius ad l. diuortio. § quod in annos ff. de ſolu. matr.* non abſurdè dici poſſe videtur, etiam ſi venditio rei immobilis non amortizatæ non ſubſiſtat, & dominium ex traditione, quæ eam ſequuta eſt, non tranſeat: nihilominus tamen laudimium domino loci, quia quantum in eo fuit, eam venditionem probauit, præſtandum eſſe. Contrahentes autem præuidere poterant ea quæ ventura erant, ſibique cauere, *l ſi quis negotia aliena. in fine ff. de negot. geſt. l. ſi fideiuſſo. ff ſi qui ſatiſd cog.* nullamque aduerſus dominum excuſationem habent, *arg l ſi quis demum. §. 1. ibi, & ait non recepturum, hoc enim euenire proſpicere debuit, ff. locati.* Item hi contractus nulli ſunt, id eſt nullum ferunt commodum aut fauorem contrahentibus: & eo reſpectu nulli ſunt: in eorum tamen odium & damnum valent, ſi ſcienter contraxerint, *Bartol. ad l non dubium. C de legib.* Quam rationem Io. Papo *ad conſuet. Bourbon. tit. dez cenſiues.* §. 397. in hac laudimiorum quæſtione mouiſſe comperio.

Cui tamen opinioni inprimis ſe opponit,
2. quod ea quæ Eccleſiæ acquiruntur, ſaltem reſpectu Eccleſiæ, & fauore pietatis, cultuſque diuini à laudimiis cæteriſque omnibus immunia liberaque eſſe conuenit: & licet id in venditione non æquè ſeruetur (*vt eſt ad conſu. Andeg titu. dez ſeigneurs temporelz art.* 38. *num.* 1. *& 2. oſtendit Franc. Mignon.*) illud ſaltem aduertendum eſt, quod ſicut ſententia nulla, nomen ſententiæ non meretur, *l. 2. §. condemna-*
3. *tum ff. de re iudic.* ſicut nec inſtitutio à iure improbata nomen inſtitutionis. *l. 5. hi demum. ff. de bono poſſ ſecund. tab.* aut iniuſta exhæredatio nomen exhæredationis, *l. non putaui. § non quæuis. ff. de bonor. poſſ. contra. tab.* nec teſtamentum quod iure non ſubſiſtit, *Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* nec alius quiuis contractus qui legibus non admittitur, *l certi condictio. §. quoniã, verſ. quaſi contraxiſſe videatur. ff. ſi cer. peta.* ita quoque iſtiuſmodi venditio, quam Principis conſtitutio manifeſtè damnat, venditionis nomen habere non poteſt, quia nomen iuris eſt, *vt ait Aretinus ad l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig.* & proiude vbicumque iuris ſuffragio deſtituitur, non magis venditio, quàm homo mortuus, homo appellatur. Quotieſcumque autem contractus emptionis aut venditionis ipſo iure nullus eſt, vt hic, aut quandocunque retrò nullus fuiſſe fingitur, & declaratur.

Neq; laudimia neq; gabellæ ex illo ſoluuntur, *Ioan. Faber ad l. 1. C. quando licet ab empt. diſced. & ad l. vlt. col. 2. C. communia de legat. & ibi Alber. Cornæus, & Caſtrenſis, Fab. de Monte, in tractat. de emptio. & venditio.* 8. *quæſt. in princip. Tiraquel. de retract. §. 1. glo. 2. ad verb. à vendu. n.* 7 *& de retract. conuentio §. 6. glo. 11. num.* 5. *Firmia. in tracta. gabell. in* 3. *parte* 8. *part princip. quæſt.* 15. *Guido deciſ.* 109. *Et hanc ſententiam ad d. l non dubium, num. 9. poſt. Bald. & Caſtrenſ. ibi ſecutus eſt Iaſ.* quia lex aut ſtatutum diſponens, quod de quocunque contractu ſoluatur gabella, intelligi debet de contractu ſortiente effectum; verba enim legis & ſtatuti cum effectu accipi debent, *l. 1. §. hac autem verba ff. quod quiſque iur.* 4.

Quod autem ex aduerſo proponitur, nihil imputandum eſſe domino, qui contractum venditionis, quantum in ſe fuit, laudauit, & poſtulatam inueſtituram, ac traditionem conceſſit, habemus quod & huic argumento contrà comparare poſſumus. Nam cùm & ipſe quoque conſtitutionem Principis ignorare non potuerit, *l. leges C. de legib.* & aduerſus eam turpis ſeu illiciti queſtus gratia venire non debuerit, vtique ex improbitate ſua actionem non habet, *l. itaque fullo. ff. de fur.* & in pari cauſa potior erit conditio ementis & vendentis, veluti reorum aut poſſidentium. *c. in pari, de reg. iu.* & quod traditum erat pro non tradito habetur. *l. ab. emptione. ff. de pact. Io. Faber ad l.* 1. nulla habita ratione eius quod dictum eſt, odio contrahentium contractum eiuſmodi pro nullo non eſſe, quia hoc is qui cum illis colluſit, & doli conſors fuit, allegare non debet.

Cenſet tamen Io. Papo *d.* §. 397. quod ſi contrahentes, ſcientes contractum eiuſmodi eſſe nullum (vt ſanè ſcire debent, & ſcire præſumuntur, *d. l leges*) laudimium ſoluerint, repetitionem ſeu condictionem eius non habent. *arg. l. 1. ff. de condi indeb. & l. 1. C. eo & l. eũ qui. §. 1. ff. de inoffi. teſt.* Quod ſi verum eſt, conſulte ſane fecerit dominus, ſi in ipſo momento traditionis, inueſtituræ, ſeu approbationis, ſolutionem exegerit, ne aut venditore, aut extraneo aliquo eam rem poſtea repetente, & fiſco nihil mouente, optato lucro excidat.

Quibus addendum, quod ſi Eccleſia non ipſa, ſed per interpoſitam perſonam laicam, rem iſtam immobilem emit, & hoc dominus ſciuit, nihilo magis laudimia poſtulare poterit; ſin ignorauit, exiſtimo eum qui ſe interpo-

ſuit,

ſuit, & illicitam perſonam induit, ad ſoluendum ab eo compelli poſſe, & nominando Eccleſiam non excuſari, vt mendacij ſui pœnam luat. quod & in eo qui cum ſe non eſſe tutorem ſciret, tamen ſe eſſe fingit, & in eo qui cum poſſeſſor non ſit, pro poſſeſſore tamen ſe gerit, & in eo qui cum maior 25. annis non eſt, talem nihilominus ſe eſſe aſſerit, certum eſt. Hi enim & ſi qui alij ſunt eius generis in odium & caſtigationem mandacij, in tali qualitate, qualem ſibi falſo adſcripſerunt, conueniri poſſunt, & allegando mendacium, veluti turpitudinem propriam, non audiuntur, *l. 1 ff. de eo qui pro tuto. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vend. L. 3. ff. ad S.C. Macedonia. Bal. ad l. 1. C. de furt. & in l. fin. C. de fideicommiſſ. Dd. ad l. ſciuit. ff. de re iudica.*

CAP. XXII.

Retractus an in venditione rei immobilis aduerſus Eccleſiã locum habeat.

SVMMARIVM.

1. *Retractus an locum habeat venditione exiſtente nulla.*

BArtholomæus Chaſſanæus. *ad conſuet. Burg. ti. des retraictz. §. 1. ad verb. l. homme ou femme, n. 1. & 7.* luculenter ſatis oſtendit, etiam Eccleſiam quæ rem aliquam emit, iuri retractus, ſi quod conſanguineus vendentis ſe habere aſſerit, eſſe ſubiectam, *idque ante eum veteres ad c. conſtitutus. ext. de reſt. in integ. & etiam Tiraquellus poſt eum, eo tract. §. 1. gl. 13. num. 2. tradiderunt.* Sed quoniam venditio rei iſtius quæ Eccleſiæ, manuſve mortuæ, facta eſt, niſi Principis authoritate fulciatur, ipſo iure nulla eſt, *quod ſuperius ſatis demonſtrauimus.* non abſque cauſſa dubitari poſſet, an conſanguineus aliquis ad retractum venire cupiens, admitti debeat, necne? Non dico quando conſenſu Principis facta eſt, quo caſu admittendum eſſe Chaſſanæus affirmat, ſed quando venditorem vendidiſſe pœnitet, & quando rem venditam vendicare inſtituit.

Sanè ex his quæ proximo ſuperiore capite diximus, huius quæſtionis deciſio nullo negotio peti poteſt, & tam Caſtren. *conſ. 74. incip. in cauſſa mota. lib. 2.* quam cum multis alijs *in tract. de retract. §. 1. ad verb. à vendu gl. 12. n. 5. & ſeq.* eum ad teſtimonium vocans Tiraquellus reſoluit, in venditione quæ nulla eſt, hoc eſt, quam lex improbat, & cui reſiſtit, aut quæ cætero qui ſecundùm iuris diſpoſitionem inualida eſt, retractui locum non eſſe. Excipit tamen Tiraquell. *num. 9. verſic. ſed vt redeamus,* niſi is qui vendidit, contractui ſtare, & rem ſuam venditam ab emptore reuocare non velit, quod poteſt. *l. cum interdicta, & ibi Bald. C. arbitr. tut. l. Iulianus. §. ſi quis colludente & §. ſeq. ff. de act. empt.* Tunc enim ne in extraneam familiam tranſeat, illa nulla æquitas à retractu conſanguineum excludit. Et quoniam ratio in qua ſola ius retractus fundatum eſt, remanente, ſeu reuertente re vendita, ad venditorem ceſſat, quia eo caſu dici non poteſt, quod familiam eius egreditur, exiſtimo conſanguineum reclamante venditore, admittendum non eſſe.

CAP. XXIII.

Amortizatio à quo impetrari poſſit & debeat.

SVMMARIVM.

1. *Prorex an amortizare poßit.*
2. *Amortizare Princeps an poßit ſine licentia domini inferioris.*
3. *Procurator ſpecialis ad petendam amortizationem neceſſarius.*
4. *Tutor aut curator Principis an amortizare queat.*
5. *Quid de marito.*

QVotquot ſunt qui hanc amortizationis materiam attigerunt, *vt quos citauimus Guliel. Benedicti. Maſuerius, Faber, Chaſſanæus, Papo, Mignon, & Belluga.* regi ſupremove eius loci domino, in quo res immobilis ſita eſt, amortizandi arbitrium primo loco adſcripſerunt, ita vt ea de re operoſam aliquam tractationem ingredi, operæ pretium non ſit.

Sed an abſente Principe, Proregi, Vicario, Locumtenenti & Gubernat. eius id liceat, magis controuerſum eſt. Nam cùm iſta amortizationis facultas Principi reſeruata ſit, in generale mandatum Proregi datum, veniſſe non præſumitur, *ca. quod tranſlationem, ext. de off. de leg. Arch. ad c. 1. de off. leg. li. 6. latè Reb. in praxi beneficior. ti. de vic.* & id quod per verba ſpecialia concedi debet, vt & illud quoque procul dubio eſt, quod ad donationis ſpeciem referri poteſt, cuiuſmodi eſt hic conſenſus, quantumcumque generali & lata verborum prolocutione minime continetur. *l. quam Tuberonis. ff. de pec. l. fili. ff. de don.* 1.

In contrarium tamen vrget quod commiſſio indefinitè Proregi data, æquipollet vniuerſali, quod in ſimili caſu, *ad l. 1. §. in in t. per illum tex. ff. de off. de off. præfecti vrb.* obſeruat Bal. quod tantum operatur generalis poteſtas quo ad omnia, quantum ſpecialis, quo ad ſpecies in ea expreſſas. *c. in gener. ſi de feudo controuer. fuer. c. in Geneſi, de elect.* quod qui committit alicui vices ſuas, in totum eas commiſiſſe videtur. *Innocent ad c. venerabilis. extr. de offic. delega.* quod ea quæ Princeps conſueuit facere, videtur concedere vicario generali à ſe dato, & con-

& conſtituto, quia conſuetudo mandantis in negotiis eiuſmodi attendi ſolet, *l. vel vniuerſorum. ff. de pign.act ad l idemque ff.mandati. l. qui peculij. ff. de pecul.* quod ſi in Proregem merum imperium tranſit,quæ res ſine dubio maior eſt, multò magis amortizationis authoritas, quæ minor eſt,conceſſa & tranſlata fuiſſe videtur. *ca. cui licet,de reg i r.in 6.* quod denique veriſimile non eſt,eo onere,& ſumptu ſubditos ſuos Principem grauare velle,vt petendæ amortizationis gratia longam & difficilem profectionem ſuſcipere cogantur, *arg.l.ſi ſeruus §. 1.ff.de le 1.l.ſed & hæc §. 1. ff. de procur. t.* Quibus rationibus & Andreas de Iſernia, & Matth. de Afflc. *ad ca Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Fr der. & Capit. deciſ. Neapol. noua* 156. aliique complures eos ſequuti reſponderunt: Viceregem aut Gubernatorem patriæ, non aliter quam Princeps ſolet, vaſallo vel per teſtamentum, vel per contractum, de feudo diſponere volenti, conſenſum præſtare poſſe, & *conſil. 86. num.* 33. *de* Vicario Imperatoris aſſerit Laurētius à Valle eoque magis, quod ſibi imputare debet Princeps non excipiendo hanc poteſtatem, & ex quo talem generalem vicarium ſuo loco conſtituit, ſubditos ad eum recurrentes decipere non debet, & *ad c. Reatina.* 63. *diſt.* exiſtimat Archidiaconus, quod ſi requiritur conſenſus regis ad electionem, is extra regnum profectus ſit, vicarium illius adeundum eſſe *de quo tamen in libro de elec fol.*75.*verſic.quæro* 12.*plurima diſſerit Mal. retus.*

Cæterùm idem Matth. de Affl. *d. loco* 16. *quæſt. num.* 46. eleganter obſeruat, difficilius à Principe conſenſum impetrari, vt vel feudum vel res alia quæcunque in Eccleſiam tranſeat, quam in laicum quemcumque, propter cauſſas 3. *&* 4. *cap. ſuperius* expreſſas, id quod ex diplomate ſuper eiuſmodi conſenſu, de teſtando de re feudali confecto, euidenter ſemper apparet, vtpote in quo ita facultas conſtringi & coarctari ſolet, ne ad vtilitatem manus mortuæ vaſallus teſtetur. Ea autem quæ raro & difficulter Princeps concedere ſolet, generali vicario, ſeu locumtenenti, demandata & permiſſa non eſſe exiſtimat.

2. Itaque ad hanc rem quod attinet, conſuetudinem in regno aut prouincia obſeruatam, imprimis ſpectandam eſſe cenſeo, *c.inſpicimus. de reg.iur. in 6.* Et hoc eſt,quod *deciſ.*42.*in fin.* Capyt. & *ad c.ſuper literis. de reſcript.* Felynus reſpondent, quod ad cognoſcendum, an Princeps veriſimiliter, difficulter, vel leuiter fuiſſet conceſſurus:communis ſtylus Cancellariæ, aut Curiæ Principis conſiderari debet. Nam (*vt in loco à ſolitis,colum.fin. ait d. Præſes Euerardi*) licèt ex ſola poteſtate Principis quid dependeat, tamen ſi illud concedere conſueuit, non reputabitur quaſi impoſſibile, & proinde communis illa deciſio in eo obtinet quod is,cui quid mandatum eſt, ea quæ Dominus facere ſolitus eſt, facere & expedire poteſt. *d. l. vel vniuerſorum,& ibi Bart.& l. Dominus Sticho. §. teſtamento, & ibi gl ff.de pecul. leg.*

Deinde, ſolius Regis, Principis, aut Domini ſupremi, conſenſus non ſufficit, niſi & inferior quoque dominus, qui præiudicium aliquod ex ea re ſentire poſſit, conſentiat. Quia ſi ut omnis conceſſio Principis, ſine præiudicio tertij facta eſſe intelligitur. *l.* 2. *§. ſi quis à principe.ff ne quid in lo.pub.* ita quoque & amortizatio, & qui ad eam adhibitus eſt, conſenſus, qui in dubio à Principe non niſi quatenus eius intereſt, videtur eſſe conceſſus. *Papo ad cõſuet Borbo.§.*25.*in fi.& §.*379.*tit.des retra ctz. & in lib.de arreſt.l.b.*13.*tit. de fiefs.§. vlt. Carol. Molinæ.ad conſuet. Pariſ.§.* 41. *& §.* 58. *Guilel. Benedict.ad cap.Raynutius ad verb & vxorem, n.* 7.*de teſtament Franciſc.Mignon ad conſuet.Andegau.tit.des ſeigneurs, art.* 37. *&* 38. *Chaſſan. ad* 1.
*conſuet. Burg. tit.des mains mortes. Rubr l. homme de main morte.§.*10. *n.* 54. *verſic.incip.fortius dico.* Ideoque & in conſenſu, qui in alienatione rei feudalis requiritur. *Matth. de Afflict. & And. de Iſer.tam ad c imperialem, quàm ad conſtit. regni.quæ incipit,conſtitutionem diuæ memoriæ*, tam inferioris, quàm ſuperioris domini conſen- 2.
ſum neceſſarium eſſe aſtruunt, & in vniuerſum longi temporis obſeruatione receptum eſſe videmus, earum ciuitatum magiſtratus conſenſum etiam neceſſario poſtulari, in quibus ædificia, aut agri ad vſum Eccleſiarum, cœnobiorum, ſeu collegiorum à Principe amortizantur. Et licet Princeps poſſit præiudicare tertio in his,quę ſolo iure ciuili ſibi ſunt quæſita,quod tamen in dubio facere non præſumitur.non tamen in his id æquè poteſt, quæ ex contractibus, & iure gentium illius eſſe cœperunt. *Caſtren. conſil.*107.*incip. donatio.prædicta.* Debet ergo immediatus dominus inferior pari modo conſentire, ſed ſicut conſenſus domini ſibi præiudicium non facit, ita quoque neque ipſius conſenſus domino. Sed in eo caſu, quo ſuperior Principis conſentire nolit,inferior ille pecuniam datã ab Eccleſia,eidem Eccleſiæ reſtituere debeat, *in d.§.*41.*n.*84. latius explicat Molin. *ad quem remitto.*

Quid igitur, ſi abſens procuratorem, & adminiſtratorem rerum ſuarum reliquit? Sanè 3.
ex iis, quæ *d.§.*41.*num.* 74. *& ſeq.* idem Molin. obſeruat. dici poſſe videtur, quod non aliter amortizationis admittendæ licentiam accepiſſe dicetur, quàm ſi ad amortizandum,& inueſtiendum ſpeciale mandatum habeat, non quidem in indiuiduo de tali, aut tali re, ſed in quo poteſtas amortizandi exprimitur, ſiue formaliter, ſiue per effectum, & neceſſariam conſequentiam. In amortizando enim de perpetuo & irreparabili præiudicio agitur, videlicet de conſentiendo, vt res penes manum mortuam ſemper maneat, & de perpetua & irreuocabili excluſione à iure, eandem manum mortuam expellendi. Neque procuratori iſtiuſmodi tanta authoritas & poteſtas regula-

gulariter à domino inferiore quanta Proregi & Gubernatori Regni, ſeu prouinciæ concedi ſolet, id quod de conſenſu à Barone locumtenente Comitis abſentis in ſpecie ad *d. c. imperialem, quæſt.* 74. *in fin.* decidit, & ita iudicatum fuiſſe aſſerit Matth. de Afflict. Si tamen dominus ſemper tali procuratori, & adminiſtratori generali à ſe conſtituto, eam poteſtatem preſtare ſolitus ſit, non abſurdè dici poſſet, & nunc quoque eam diminutam non fuiſſe, *argum. ad d. l. vel vniuerſorum.*

4. De tutore autem domini idem Mol. *nu.* 78. *&* 79. confutatis rationibus contrariis, aſſerit, quod amortizare non poteſt, etiamſi plenam & condignam remunerationem pecuniariam ab Eccleſia ſeu vaſallo recipiat, quia licet amortizatio non ſit alienatio vera ipſius dominij rei, eſt tamen alienatio certi iuris perpetui dudum acquiſiti, & competentis: & ſicut tutor non poteſt mutare conditionem rei in deterius, ita quoque neque rei immobilis, cuius amortizatio petitur, maximè cùm amortizatio ſit actus iure voluntarius, & ſaltem alienationem qualemqualem implicans. Quibus addendum, quòd pecunia, quæ in compenſationem dari poſſet, & res fragilis, quæ cito conſumitur & dilabitur, ius verò dominicale, quod amortizatione amittitur, eſt perpetuum & durans. At ſi ratione iſtius amortizationis notabiliter patrimonium domini augeretur, & non pecunia tantum, ſed quid annuum & duraturum eo nomine promitteretur, & conſtitueretur, exiſtimo decreti interpoſitione, & cauſæ cognitione interueniente, quæ duo etiam alienationem rei pupillaris confirmant, amortizationem eiuſmodi admitti poſſe, *iuxta ea, quæ idem Molin num.* 80. *verſic. & eadem ratione annotauit*, ne quod fauore pupillaris ætatis ſtatutum eſt, in illius odium detorqueatur. *l. quod fauore. C. de leg.* Cæterum illud mirum videri poteſt, quod *ad d. c. imperialem quæſt.* 24 *num.* 72. ait idem Matth. de Afflictis, quod ſi Rex aut Dominus feudi, directus eſt pupillus, aut minor, poteſt ſuper alienationibus feudorum, conſenſum ſuum præſtare, ſicut poteſt veterem inueſtituram confirmare. *c.* 1. *per quos fiat. inueſtit.* ſi modo in aliis iuribus nullum ex eo præiudicium ſibi paretur, ſed contractus venditionis ſolum per hoc validetur. Sed huic ſententiæ, & *num.* 80. *in fin.* refragari videtur Molin. & etiamſi vera atque legitima eſſet illa opinio, tamen quod de conſenſu ſuper alienatione rei feudalis dicit, multùm profectò ab amortizatione diſtat. Alienatio enim, ſeu venditio rei feudalis, eo caſu in aliam perſonam laicam eiuſdem ſortis & conditionis fit, adeoque nihil ex eo conſenſu, pupillo, minorí ve, qui rem fieri ſolitam continuat, de nouo nihil concedit, detrahitur. In amortizatione autem ſtatus rei mutatur, & quod pleno iure domino ſubiectum erat, magna ex parte ab illius iuriſdictione eximitur.

5. Maritum ſimiliter, quid omnia huiuſmodi dotalia poſſidet, abſque conſenſu vxoris ſuæ, niſi pro tempore ſuo dumtaxat amortizare non poſſe, idem Molinæ *eodem loco* affirmat, & rectè quidem, cum in leuioribus terminis reſpondeant veteres, quod ſicut fundus dotalis alienari à marito non poteſt, ita quoque nec in feudum ab eo ſolo dari poteſt, §. *ſed etiam res. tit. per quos fiat inueſt. Franciſc. Zonsbeck de feud. par.* 8. *num.* 12. ideoque qui à tali domino amortizationem tuto & ſecurè impetrare conſtituunt, & eius, & vxoris ſuæ licentiam obtinere, & vtriuſque nomine literis, ſiue inſtrumento amortizationis inſeri curare debent. Multo minus (inquit Molinæus) hoc fructuario permittitur, niſi quoad illud tempus quo vſusfructus eius durabit, quia deteriorem proprietatis cauſam facere non poteſt. *l. æquiſſimum.* §. 1. *ff de vſufruct.*

Denique, quæ Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Paribus Franciæ amortizationis ſit authoritas, ex Io. Pap. *lib.* 1. *tit.* 14. *qui eſt des amortiſſements*, intelligi poteſt.

CAP. XXIV.

Princeps vel dominus an teneatur conſentire in amortizationé.

SVMMARIVM.

1. *Permiſſa ſunt nonnulla iudici, ad quæ tamen facienda non cogitur.*
2. *Princeps iuſta cauſſa exiſtente, diſpenſare an teneatur.*

NOn quicquid iudicis poteſtati permittitur, inquit Papinia. id ſubiicitur iuris neceſſitati, *l. non quicquid ff. de iudi.* quaſi dicat; multa eſſe, quæ arbitrio iudicantis commiſſa ſunt, quæ tamen, ſi non faciat, nullam reprehenſionem incurrit, vt eſt in litem iuramentum deferre, *l. videamus* § *iurare, &* §. *item videndum. l. in actionibus.* §. *ſi index ff. de in litem iura.* reum obtorto collo ad reſpondendum cogere, *l. conſentaneum. C. quo. & quando iud.* ex apparentibus indiciis captiuum torquere, in termino peremptorio ſententiam dicere, *l. & poſt edictum. d. tit. de iudic.* partem litigantem etiam poteſt concluſionem in cauſſa interrogare, *l. vbicumque ff. de interrog. act.* & ſi quæ alia ſunt ſimilia, *de quibus ad d. l. non quicquid, plurima obſeruat. Caſtrenſ.* Idem de Principe multò magis dicendum eſt, qui cum legibus ſolutus ſit, *l. princeps ff. de legibus*, id quod ex gratia vni concedit, ad alium per conſequentiam trahi non poteſt. *c. quod ob gratiam, de reg. iur.* nullamque iniuſtitiam facit, ſi ea, quæ in ipſius ſolius poteſtate atque arbitrio poſita ſunt, huic tribuit, huic negat; *argum. Matth.* 20. 1.

cap. Exodi 33. *cap. ad Roman.* 9. *cap.* Conſentire enim gratiæ eſt, ad quam faciendam nullus iure compellitur. *Doct. ad c. gratiam. de reſcript. lib.* 6. eaque eſt ratio, quod cùm de alienatione rei feudalis agitur, quæ abſque conſenſu Principis fieri non poteſt, *tot. tit. de prohib. feud. alienat.* à vaſallo cogi non poteſt, niſi pro ſeruitio Principis, pro dotanda filia aut ſorore, aliave eiuſmodi graui & prægnante cauſſa debitum contraxit, *Matth. de Afflict. & Andr. de Iſernia ad conſt. quæ incip. ſi quis poſt litem in conſtitut. regni.*

2. Et proinde quæſtionem iſtam *in ſpeculo Principum, tit. de amortizat. §. reſtat. numer.* 3. tractans Belluga, Principem ad amortizandum quidem cogi non poſſe reſpondit, ſi tamen pauperi Eccleſiæ, & manui mortuæ illam neget, peccare aſſerit, ideò quòd diſpenſatio veluti executio iuſtitiæ, quando iuſta cauſſa ſubeſt, verè debetur. *l.* 1. *ff. de aqua quot. cap.* 1. *in fin. de pœnit. diſt.* 6. *c. bona, de poſtul. prælat. c. exigunt.* 1. *q.* 7. quo loco *ad verb. cauſſa, gl.* ait, quod in dubio miſericordiam potius, quàm rigorem ſequi debet, *c.* 2. *de forti. leg* Et quod cum æquitas pietaſque requirit, ſi non diſpenſat, in foro quidem exteriori non compellitur, ſed tamen Deum nihilominus offendit. Eoque reſpiciens. D. Præpoſitus *ad c. vt conſtitueretur. num.* 4. *&* 5. 50. *diſtinct.* diſpenſatio, inquit, ſubinde inhibetur, vt in enormibus, & manifeſtis criminibus, *c. erga.* 1. *q.* 1. quandoque permittitur, vt in mediocri delicto & manifeſto, *c. domino, ead. diſt.* quandoque præcipitur, & mandatur. *d. c. vt conſtitueretur, & c. ſi quis diaconus, ibid & c. diſpenſationis,* 1. *q.* 7. Et licet in hoc mundo nemo ſit, qui ſupremo Principi dicat, cur ita facis, eſt tamen animal rationale, politicum, & morale, minimè abſolutum à dictamine dominæ rectæque rationis, & proinde debet eſſe veluti fons iuſtitiæ, in omnes circumſtantias oculos flectens, *Bald. ad l.* 2. *C. de ſeruit. & aq. Curtius Iunior, conſil.* 170. *num.* 22. *& num.* 40.

Ad inferiorem dominum quod attinet, tametſi verum ſit, quod regulariter ſine illius conſenſu res immobiles in eius territorio ſitæ, amortizari non ſolent, neque debeant, ne in iure laudimiorum, releuiorum, reuerſionis, ſeu confiſcationis ſibi quæſito præiudicium accipiat, *contra l. id quod noſtrum, ff. de regu. iur. Oldrad. conſil.* 17. *Guido Papæ, conſil.* 139. *incip. literæ.* etiamſi eas res ab Eccleſia accepit, vel teneat, *Molin. d. §.* 41. *num.* 58. *&* 59. tamen ſi iuſta aliqua cauſſa, regem, ſupremumve Principem loci moueat, reluctantem, & conſentire nolentem, cogere poteſt, vt congrua, eius quod ſua intereſt, compenſatione accepta, contentus conſentiat, *argum. c. cum olim. & quæ ibi nota de re iudic. & l. diui fratres. §. quod ſi ex ſeruiture. ff. de liber. cau.* vt ſi pietas ſuadeat, paupertas Eccleſiæ aut alterius manus mortuæ vrgeat, fundatione Eccleſiæ parochialis, habitatioque paſtoris requirat. *Idem Molin. num.* 98. *verſic. incip. non tamen nego.* Nam ſi plenus & directus dominus ex iuſta cauſſa rem ſuam venundare cogitur, *l. ſi quis ſepulchrum, ff. de religi. & ſumpt. fun.* & ſi Princeps ex iuſta cauſſa poteſt rem alterius auferre, *l. item ſi verberatum. ff. de rei vendic.* quantò magis vaſallum vtilem, & inferiorem dominum, ſimili de cauſſa cogere poterit? id quod & glo. *ad d. cap. exigunt.* de quocumque alio ad diſpenſandum requiſito & diſpenſare nolente, pronunciauit, & in patre, ſine legitima cauſſa filio aut litigare, aut nuptias cōtrahere volenti, non aſſentiente, & in ſuperiore, religioſo ſibi ſubdito, iniquè contradicente, clarum & expeditum eſt, *Bartol. ad l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matrimo. & ibi Alexan. & ad l.* 1. *§. permittitur ff. de aqua quoti. & in l. cum oportet. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ liber. Cle.* 1. *& ibi glo. & Doct. de teſtam. & in lib. de teſtamentis coniugum,* cùm *de conſenſu mariti,* vxori teſtanti denegato diſputarem, latiſſime explicaui, & in vniuerſum, *ad c. paſtoralis de iure patro.* aſſerit Panor. quòd ſi ille, qui debet conſentire, non velit, nec habet iuſtam cauſſam denegandi conſenſum, ſuperior eius adiri, officiumque eius implorari poteſt. Et his conſentiens Andr. & Matth. de Afflict. *ad conſtit. incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, quæſt.* 1. *&* 12. inferiorem dominum à ſuperiore, ex iuſta cauſſa, cogi poſſe exiſtimant, vt vaſallo alienare volenti feudum, conſentiat, quia gratia in multis iuris locis eſt debita, & ſi negetur, fit iniuria eam petenti. *c. bona, & c. penult. & ibi Panor. de poſtul. prælat.*

CAP. XXV.

An amortizatio à Principe extra territorium concedi poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Extra iuriſdictionis locum quæ licita ſint.*
2. *Vaſallus an extra territorium inueſtiri de feudo poſſit.*

Præſentis quæſtionis magna adeo non eſt difficultas. Nam quemadmodum omnia illa, quæ ad voluntariam iuriſdictionem pertinent, & à contentioſa iuriſdictione ſeparata ſunt, extra prouinciam expediri poſſunt, vt ſunt adoptio, emancipatio, beneficiorum, officiorumque collatio, & ſi quæ alia his ſunt ſimilia. *l.* 2. *ff. de offic. proconſul. l.* 1. *C. de emancipat. c. poſt electionem, de conceſſio. præbend. c. nouit. de offic. legat.* ita quoque nihil dubito, quin amortizatio à Principe extra territorium concedi poſſit, cum & in ſimili ad *c. imperialem, de prohib. feud. alienat. per Frederic. & ad conſtit. diuæ memoriæ. & ad tit. quæ ſunt regalia. §. poteſtas.* Andreas de Iſernia, & Matth. de Afflict. Principem, vaſallum ſuū extra 1. 2.

tra territorium, de feudo inueſtire, aliaque regalia exercere poſſe, reſpondent, *qu d & Chaſſanæus quoque ad conſue. Bur. rub. de iuſt. & iure. nu. 74. cum ſequent. obſeruat.*

CAPVT XXVI.

Amortizatio an ſolo verbo Principis expediatur, etiamſi literæ de ea regiſtratæ, & ſigillatæ non ſint.

SVMMARIVM.

1. *Principis gratia ante expeditionem literarum, eſt informis.*
2. *Poſſeſsio beneficij, bullis non expeditis, ſub ſola ſignatura accipi an Poſſit.*
3. *Sigillum Principis ſubſtantiale eſt.*
4. *Clauſula (fiat vt petitur) quæ vis.*
5. *Principis gratia an poſſit per teſtes probari.*

SI quis Eccleſiæ, ſeu collegio, rem aliquam immobilem donauit, aut vendidit, atque ſi in eam donationem, ſeu venditionem Princeps conſe nſi, conſenſumque ſuum vel ſolo verbo, vel ſimplici ſignatura ſua, ſub clauſula (fiat vt petitur) expreſſit, in dubium vocari poteſt, an ante expeditionem literarum de eo conſenſu confectarum, & ſigillo Principis munitarum, donantem, vendentemque pœnitere, & à contractu reſilire liceat, ſeu an illius conditio potior ſit, cum quo poſtea contraxit? Et ſanè in affirmatiuam partem facit, quod ante confectionem literarum, & antequam gratia Principis in mundum redigitur, vt aiunt, res eſt informis quædam, & imperfecta, quæ per literarum expeditionem formaliter politur, & adeſſe ſuum perfectum reducitur. *Rota deciſ. ſua 458. in nou. Oldrad. conſ. 327. Bal. in c. 1. per quos fiat inueſtit. Staphyl. de liter. gratiæ, tit. de literis iuſtitiæ, cap incip. his ita, num.* 33. Ideoque eſt, quod is, qui non expeditis bullis, beneficij poſſeſſionem occupat, non obſtante ſignatura, omne ius ſuum, quod in eo habet, amittit. *Calder. conſil.* 13. *de verb. ſignif. Felyn. in c. veniens de accuſat.* & pro intruſo habetur, *idem Fel in c, in noſtra, de præſcript c. auar tia, de elect. in 6.* & ſi And. de Iſernia, *ad c. 1. de prohib. feudi alienat. & per Lothar.* credimus, ſigillum Principis ſubſtantiale eſt, & proinde priuilegia ante appenſionem illius executionem non habent. *Bald. ad l falſus. C. de fur. Card. in proœm. Clem. §. nec ſane,* eaque eſt ratio, quamobrem tempus ſigilli attenditur. *l. tribunus. §. fin. ff. de teſtament. milit. quod & Matth. de Afflict. in conſenſu Regis ſuper feudi alienatione præſtito. ad c. imperialem, quæſt. 24. num. 86. voluiſſe videtur:*

Pro contraria tamen parte vrget, quod ad eſſentiam, effectumque gratiæ Principis, qualis eſt amortizatio, ſcriptura non requiritur, ſed ſolo illius verbo perficitur: & ſi clauſulam (fiat vt petitur) adiiciat, omnibus modis ſtabilitur. *ca inquiſitionis.* 25. *q.* 2. *Clem dudum, de ſepultu. l. ſancimus. C. de donat. Felyn. ad c. eam te, de reſcript. Bald. ad l. humanum C. de legib. & ad l. fin. C. de commun. ſeruo manumiſſ. Ripa lib. 2. reſpon. cap.* 11. *Rebuff. in praxi benefic. in 2. par. ſignatu num.* 14. *& ſequen.* & ſic verbum, (fiat vt petitur) ſignificat, de præſenti, id eſt, dicere vt tunc fiat, vt tunc conſenſus perfectus ſit, vt tunc conſenſu ſuo irreuocabili (vt ille ait) Princeps ligetur, non vt in futurum, ſeu in tempus expeditarum, ſigillatarumque literarum vim illius diſtuliſſe videatur, *Felyn. ad c. 1. de conſtitut. Calderin. ad c. quiſquis de electio.* eaque in re Bald. *ad c. 1. qui feud. dare poſſ.* lapſus videtur. Expeditio enim literarum, ſolemnitas quædam extrinſeca eſt, quæ in conſideratione, quo ad ſubſtantiam rei, non tanti momenti eſt, *Gigas de penſ. quæſt.* 32. *num* 7. & ideo per ſolam collationem, ad beneficia ius quæritur, & facultas permutationis permittitur, *c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. Imo ad Clem. vnic. num.* 22. *de rei permut. Iaſon. conſil.* 146. & d ſpenſatio neque dum expeditis literis valida eſt, *Rebuff. ad concor. tit. de manda. apoſtolic. §. 1. ad verb. literas.* & vis reſcripti tempore ſignaturæ cenſetur, ab eoque reputatur, *Caſt. ad l.* 1. *C lite pend.* & hanc eſſe veritatem ipſam non dubito. Nam (*vt ad capitulum, de reſcript. reſpondit Bald.*) in lingua Principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in executione commoditas.

Quod autem gratia ante expeditionem literarum, informis imperfectaque eſſe dicitur, non in quauis gratia, ſed in ea dumtaxat quæ formam mandati continet, aut iuriſdictionem tribuit, & de qua Oldrad ac D. de Rota loquuti ſunt, intelligi poteſt, *l.* 1. *C. de mand. princip. Alciat. & alij ad l. pactum quod bona fide. C. de Pact.* neque aliter verum eſt quòd is, qui non expeditis literis beneficij poſſeſſionem ingreditur, pro intruſo habetur, quàm ſi vel de beneficiis conſiſtoralibus agitur (*vt in tract. de intruſo, num. 37. aſſerit idem Gigas*) vel in cauſſis ſpiritualibus, vel beneficiariis, in quibus nimia auiditas damnabilior eſt. *d. c auaritiæ,* per regulas Cancellariæ aliter ſtatutum ſit, *vt deciſ.* 1112. *docet Franc. Marcus,* vel ſtylus curiæ Principis aliud recepit, *D. Antonius in d c. 1. noſtra,* ad quem ſtylum *in d c. imperialem*, Matth. de Affli. reſpexit, quia aperte alioqui, *deciſ.* 253. *in fin.* pro hac noſtra ſententia, in concilio Neapolitano, pronunciatum fuiſſe affirmat. Et quamuis ſubinde ad exercitium actionis, literarum expeditio ſit neceſſaria, id tamen non tam ex iure communi, quam ex ordinatione Cancellariæ Apoſtolicæ venit, *Gigas de penſ quæſt. 34. numer.* 20. ſicut & illud vt conſenſus Principis regiſtretur, *Matth. de Afflict. deciſ.* 335 *Franc. Marc. d. loco.*

Ex quibus omnibus, & hoc quoque conuincitur, quod etiam per ſolos teſtes conſenſus 5.

iſte Principis probari poteſt. Qua de re, tametſi plerique magnæ authoritatis viri, multum olim dubitauerint: ita tamen in dicto Conſilio iudicatum fuiſſe idem Matth. de Afflict. *deciſ.* 398. teſtatur, idque propter authoritatem Andr. de Iſernia. *in c.* 2. *de probib. feud. alien. per Lotharium*, & quia inter eos caſus non eſt, qui ſcripturam requirunt. Tum verò, licet regulariter gratia per literas probari debeat, *Card: in d. proœm. Clem. Panor. in c. noſti. de electio.* tamē quando vel gratia perdita fuit, vel de tenore illius agitur, vel de probanda qualitate & prioritate quæritur, vel de intentione Principis diſputatur, etiam per teſtes probari poteſt, *late Reb. ad d. verb.* literas. Proinde *ad finem conſuetudinum Burgundiæ. i. in earum concluſione in fine, nu.* 8. *verſic. licet.* rectè dixit Chaſſanæus, ſigillum Principis neceſſarium penitus non eſſe, niſi conſuetudo aliud introduxerit.

CAP. XXVII.

An conſenſus Principis venditionem, donationem, ſeu legatū rei immobilis ſequi poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Confirmatio ſequens & conſenſus præcedens an eiuſdem ſint effectus.*
2. *Confirmatio fieri ſolet ſine præiudicio iuris alteri quæſiti.*
3. *Teſtamentum vaſalli an ex ſequenti conſenſu Principis valeat.*

HVius quæſtionis reſolutio temperamentum aliquod deſiderat. Nam ſi alicuius legitimi contractus titulo in manum mortuam res immobilis tranſlata fuerit, ſubſequentem Principis conſenſum facilius admitto. Sin autem ex titulo legati ſiue vltimæ voluntatis eam petat, & quidem rebus humanis exempto teſtatore, alio iure vtendum eſſe cenſeo. Priore enim caſu omnia ſunt integra, omnia ex arbitrio contrahentium & Principis dependent, & præter hos nulli alteri præiudicium aliquod inde paratur, *ar. l. iub. C. de emanc. li.* Neque quid-
1. quam hic occurrit, ob quod vulgata receptaque illa iuris axiomata locum non habeant, quod ab initio conſentire & poſtea confirmare eodē loco habentur. *l. Tribunus. ff. de teſtam. milit. l. in concedendo, in fine. ff. de aqua pluuia. arcend.* Et quod vbicumque alicuius perſonæ fauore actus ex defectu conſenſus illius nullus eſt, ex ſubſequenti ratificatione vires aſſumit, *l. filio præterito. ff. de iniuſto teſtamen. Bartol. ad l.* 1. §. *ſi filius ff de legat.* 3. *Bald. in l. ſi mater.* §. *hoc iure. ff. de except. rei iudica. Curt conſi.* 35 *num* 6. *& conſ.* 108. *lib.* 2. Poſteriore verò caſu quoniam res eiuſcemodi immobilis in manum ac poteſtatem hæredis peruenit, legati titulo, ex conſtitutione Principis exiſtente nullo & inualido, vtique non videtur Princeps ſine iniuria hæredis conſenſum ſuum in eo rerum ſtatu interponere, & noua amortizatione ius quod ei quæſitum fuit tollere poſſe, *l. nec auus. C. de emancip. liber. l.* 2. § *ſi quis ff. ne quid in loco publ. l. id. quod noſtrum. ff. de reg. iur.* Quomodo & in ſimili, communi interpretum calculo comprobata eſt hæc ſententia, quod inueſtitura, inualida contractus alienationis ex defectu conſenſus Principis illegitimus, ita demum confirmatione e-
iuſdem vires accipit, ſi nulli alteri medio tempore ius quæſitum fuit, ſiue is extraneus fuerit, 2.
ſiue etiam hæres defuncti, qui prius conſenſum Principis non requiſiuit, quaſi ſcilicet ſubſequens iſtiuſmodi confirmatio, nullam hoc caſu materiam habeat, in qua pedes figere atque conſiſtere poſſit, *Soci. nepos conſi.* 77. *num.* 15. *lib.* 1. *Andr. de Iſernia, in princi. Aluarotus & Matth. de Afflictis ad c. imperialem. q.* 23. *num.* 7. *de prohibita feudi alienat. per Frederic. Curt. de feud. tit. quibus modis feu. amit. par.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 138. *Rochus de Curte de iure patro. ad verbum pro eo, quæſt.* 4. *deciſio Neapolit.* 286. *num.* 5. *& deciſione* 335. *Rolandus à Valle conſ.* 2. *num.* 146. *& licet Baldus quoque eumdem Matth. de Affli d loco num.* 43. *ad c.* 1. §. *donare. col.* 1. *tit. qual. t feud. olim alienari pot.* ſequutus, reſpondeat conſen-
ſum Principis, ſine quo vaſallus de feudo teſtari 3.
non poteſt, poſt conditum teſtamentum morte vaſalli confirmatum, impetrari non poſſe, Capitius tamen *deci. Neap.* 123. *num.* 3. hoc ita ex Curtio & Marino reſtringit, niſi de ſolius Principis confirmantis & ratificantis præiudicio agatur, agnatis verò defuncti vaſalli nihil detrahatur aut eripiatur, quod rationem habet. Nam ſicut alienante, vendente, donante, tranſferente rem immobilem in manum mortuam ante ſequutam amortizationem à priore voluntate recedente, ſequens conſenſus, & amortizatio Principis ei non nocet, *Capit. deciſ.* 100. *numero* 1. *&* 7. ita quoque ſi non recedat, & ſi viuus amortizationem non impetret, hæredi ius præiudicium non feret, eoque pertinent illa quæ *lib.* 3. *capit. octauo de teſtament. coniug.* latius aliquando differui.

CAP. XXVIII.

Vtrū tacitus Principis conſenſus ſufficiat, an vero expreſſis verbis amortizatio cōcedi debeat.

SVMMARIVM.

1. *Præſentia conſenſum inducit.*
2. *Licentia Principis expreſſis verbis fieri debet.*

SI Princeps præſens ſit, ſciat aut videat rem aliquam immobilem in manum mortuam

tuam transferri, an hoc conceſſæ amortizationis loco ſit, quæri poteſt. Et quoniam præ-
1. ſentia, patientia, & taciturnitas, tacitum conſenſum operantur, *l. qui patitur. ff. manda. l.* **2. C.** *de remiſſ. pignor. l. quidam, ff. de euictio.* eaque propter agnati atque domini tempore alienationis feudi præſentis, nec contradicentis, eam infringere & reuocare non poſſunt, *c.* 1. §. *permiſſione de probib. feud. alien per Lothar. Iaſon. ad l. quæ dotis ff. ſolut. matrimo. Caſtr. ad l.* 1. *ff. de Tribu. act.* Equidem & hac in re præter præſentiam ſilentiumque Principis nihil vltra deſiderari poſſe videtur, quia quotieſcumque quis contradictione ſua, actum de quo quæritur, impedire poteſt, & non impedit, eumdem in dubio approbaſſe, & confirmaſſe creditur, *Iaſon ad* §. *item Seruiana num.* 7. *Inſtit. de actio.* & cum eadem ſit vis taciti & expreſſi, *l. cum quid ff. ſi certum pet.* præſentia, ſcientiaque ſola accommodatæ voluntatis coniecturam parit, *l.* 2. *ſolu matrimo. c.* 1. § *ſi autem tit. de inueſtit. inter do. & vaſal. lis oriatur.*

Contrariam tamen partem confirmat, quod cum nemo ſuum iactare, & negligere velle præſumatur, *l. cum de indebito. ff. de prob.* is qui præſens in actu multum ſibi præiudicabili tacet, potius diſſentire quam conſentire, & hoc ſolum cum animo ſuo reputare videtur, quod ius ſuum durare intelligit, *l.* 1 § *inuitum ff. de procuratorib. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. l ſicut. ff quib mod. pig. vel hypot. ſoluitur, l. ad honorem.* §. *vlti. ff. de decurionib.* Eaque eſt ratio quod leges, conſtitutioneſque Principum, de præſentia alicuius verba facientes, etiam alia quædam adhiberi conſenſus argumenta requirunt, atque vltra eiuſmodi præſentiam, taciturnitatemque alium aliquem actũ huic conſenſui ſuffragantem deſiderant. *d. l. ſicut* § *venditionis. verſi. legare permiſit. id quod ex iis quæ* §. 1 *glo.* 9 *num.* 148. *&* 153. *in lib. de retractu latiſſime ſuo more recenſet Tiraquellus plenius perfectiusq; cognoſci poteſt.*

Et in hanc ſententiam ſaltem in hac facti ſpecie lubentius concedo, in qua non ſimplex nuduſque conſenſus Principis, ſed permiſſio licentiaque eius neceſſariò requiritur. Vbicumque enim licentiam interuenire oportet, expreſ-
2. ſis verbis concedi debet, niſi in ea conditione Princeps fuerit, vt vitio linguæ impeditus ſolis ſignis & argumentis animi ſui conceptum demonſtrare poſſit. *Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. in d. c. Imperialem. num.* 46. *de probib. feud alienat. Lapus allega.* 86. *Bald. ad l. non ſolum.* §. *neceſſitatem. C. de bon. quæ liber. argumen.* §. 1. *in fine in auth. de defenſoribus ci. it.* Vnde & Capitius *deciſio. Neapolit.* 100. *num* 6. *&* 7. licet inquit, quando alienatio feudi in præſentia Domini ſcientis, intelligentis, & tacentis facta eſt, alius conſenſus non requiritur, hodie tamen in Regno præſentia, ſcientiaque Regis minimè ſufficeret. Nam cùm verba conſtitutionis licentiam requirant, ea expreſſa eſſe debet, & tacita non ſufficit, *Alexand. ad dictam legem ſecundam.* §. *voluntatem, Franciſ. Mignon. ad conſuet. Andegauen. par.* 13. *tit. de præſcript. art.* 450. *num.* 18. Et quamuis Curtius iunior, *part.* 4. *num.* 137. contrarium ſentire videatur, eam tamen opinionẽ *ad conſtitutionem incip. conſtitutionem diuæ memoriæ. in gloſ.* 7. veluti veriorem & in vſum forenſem receptam probat Afflict.

Illud diſſenſionis plus habet, an Princeps gabellas, laudimia, aliaque iura inhæredationis, tranſlatæque poſſeſſionis ab Eccleſia recipiens, eamque in bonis immobilibus inueſtiens, amortizationem concedere, neceſſitatemque eadem extra manum ponendi hoc ipſo facto laxaſſe videatur. At quoniam Carol. Molinæus §. 41. *ad conſuet. Pariſ.* in illius difficultatis reſolutione, multam bonamque operam poſuit, ergo illius verba tranſcribere non conſtitui.

CAPVT XXIX.

Amortizatio an ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1. *Antiquitas temporis facit præſumi omnia legitimè eſſe facta.*
2. *Antiquum tempus quod ſit.*

QVemadmodum in hæreditate quam filius familias adit iuſſu patris, in re aliena mandatum, in teſtamento Cardinalis, exemptioneque Epiſcopi, licentia Pontificis; in alienatione rei Eccleſiæ, tractatus; conſenſuſque Capituli; in diſtractione rerum ad minores pertinentium, decreti ſolemnitas; & in poſſeſſione feudi inueſtitura domini ex antiquitate temporis interueniſſe præſumitur, *c. ea de his quæ fiunt à Prælat. c. peruenit, de empt. & vend. Alex. conſ.* 79. *lib* 1. *conſ.* 9. *lib.* 3. *Dec conſ.* 152. *& con.* 329. *Iaſ. ad l. ſciendum, ff. de verbo. oblig Gozadinus conſ.* 4. 11. *&* 41. *Stephanus Bertran. conſ.* 171 *n.* 6. *lib.* 3. *Boer deciſ.* 281. *Hieronymus Gratus conſ.* 9. *n.* 15. *lib.* 2. *glo. in c.* 1. §. *præterea de capit. Contra. Ripa. lib.* 2. *de reſcript. cap.* 7. *Latè Aymo de antiquitate temp. part.* 3. *c. incip. vidimus in genere nu.* 25. *cum ſequent.* ita quoque & amortizatio, conſenſuſque Principis ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumi poteſt, niſi de contrario appareat, *id quod in non abſimili ſpecie deciſ.* 107. *num.* 5. *reſpondit Afflictis.* Euidentia enim rei omnem probationem ſuperat, & præſumptio quæ ex curſu temporis oritur, veritati cedit, *l. cum multæ C. de donat. ante nupt. Bal. ad l.* 1. *C. de adilit. actio. Innocent. in c. propoſuiſti, de probatio,* ex quo fit quod per ipſum exemplum quod exhibitur, & ex quo eiuſmodi ſolemnitas non interueniſſe conſpicitur, omnis illius vis & effectus conſumi ſolet. *Caſtren. conſi.* 81. *l.* 2. *Alex. conſi.* 1. *lib.* 4 *deciſ. Neapolit.* 109.

2. Illud verò magis controuerſum eſt, quod hic tempus antiquum dici debeat. Quidam enim tempus viginti annorum ſufficere putant, *Boër. deciſ. 124 num. 18.* quidam 30. annos deſiderant, *l. ſina. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. c. peruenit. de empt. & vend.* alij 40. annos conſtituunt, *Alex. conſ. 4. & conſ. 187. lib. 2. Soci. conſ. 106. libr. 3.* alij tempus viuorum memoriam ſuperans neceſſarium eſſe putant, *Cornæus conſil. 35. lib. 1. Curtius Senior conſi. penult.* nonnulli denique ad arbitrium iudicis hoc totum referunt. Atqui Carolus Molinæus *ad conſuetud. Pariſ. §. 5. num. 63. cum ſequen.* in his in quibus tempus immemoriale exigitur 100. annos conſtituendos eſſe exiſtimat, in aliis verò 70. annos, vel etiam hoc tempus quod eſt vltra 30. & 40. annos, prout ſecundum caſus ſubiecti conditionem certæ probationes non facilè reperiuntur, idque ex Iudicis arbitrio plurimum pendere tandem concluſit. Et quamuis eorum opinio ad præſentem cauſſam magis pertinere videatur, qui in iis quæ Principi ſpeciali iure non tamen in ſignum ſubiectionis reſeruata ſunt, immemoriale tempus exiſtimant eſſe neceſſarium, *Matth. de Afflict. d. q. 24. & ad conſuet. incip. quadriennalem* Ego tamen, eius rei reſolutionem in illud caput reiicio, quo inferius de his, in quibus amortizatio non requiritur, latius diſſeremus. Extra tempus enim præſcriptionis præſumptionem amortizationis conſtituere inutile & otioſum eſſet.

CAP. XXX.

Amortizatio à Principe obtenta ſuper bonis manui mortuę teſtamento relictis, an impediat reuocationem teſtamenti.

SVMMARIVM.

1. *Voluntas vltima fauorabilis & mutabilis.*
2. *Actus non egreditur intentionem agentium.*
3. *Stipulatio facta in in contractu antenuptiali ad vtilitatem tertij poteſt per ſolos contrahentes reuocari.*

OMnia noſtra facimus (inquit Iuſtinianus) quibus à nobis authoritas impartitur. *l. 2. §. quæ omnia C. de vet. iur. enuclea.* Vnde eſt, quod ſtatuta à ſede Apoſtolica, ſeu Principe laico confirmata, per ſolos ſtatuentes reuocari non poſſint, *ca. pro illorum, de praben. ca. 2. de confirma. vtili & inutili, c. frater. 17. q. 4. & ibi gl. vlt.* Vnde etiam eſt quod teſtamentum à vaſallo de bonis feudalibus conditum atque à Rege confirmatum, ſine eiuſdem Regis conſenſu, in præiudicium eius cui feuda in eo relicta ſunt, mutare, nec infringere liceat. *Matth. de Afflict. ad conſtitutio. incipient. conſtitutionem diuæ memoriæ, verſic. ſecundo nota iſtam glo.* Atque ex hoc ſimiliter inferri poſſe videtur, quod teſtatori rem aliquam immobilem Eccleſiæ ſeu collegio leganti, conſenſumque & amortizationem Principis impetranti, reuocandæ liberalitatis licentia non ſit permiſſa. Attamen quoniam *Hermogeniano teſte,* nemo eam ſibi poteſt legem dicere, vt à priore ei recedere non liceat, *l. ſi quis. in princip. ff. de legat. 3.* Nihil enim eſt quod meliori iure hominibus debetur, quam vt ſupremæ voluntatis, poſtquam aliud velle non habent, liber ſit ſtylus, & liberum quod non redit arbitrium, *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in 1.
contrariam opinionem magis inclino, ſi non & traditio, & poſſeſſionis ſiue dominij quoque tranſlatio præterea acceſſerit. *l. vbi ita donatur, & ibi Dd. ff. de mort. cauſ. donato.* Si enim ſtipulatio naturam contractus cui ſubiecta eſt, ſequitur, *l. 1. §. ſub conditione ff. vt legat. nô. cau. Alciat. ad l certi conditio. §. ſi nummos, num. 23 ff. ſi cert. peta.* cur non & conſenſus Principis? Si ad vnum finem inducta contrarium illius operari non debent, *l. quod fauore. C. de legib.* quid eſt, cur amortizatio ad conſeruandam teſtatoris voluntatem conceſſa, in illius perniciem vel invidiam trahatur? Rurſus ſi actus agentium intentinoem egredi non debent, *l. non omnis. ff ſi cert. peta.* quæ cauſſa eſt, ob quam eũ qui teſtando nullam ſibi perſeuerandi neceſſitatem impoſuit, commentitia interpretatione circumueniamus? Denique ſi contractus te- 2.
ſtamento factus, etiam quoad reuocationis facultatem vltimæ voluntatis conditionem habet, *d. §. ſub conditione, Caſt. & addit. ad Bart. ad l. hæredes. §. fin. ff. de teſtam.* cur maiorem huic conſenſui & amortizationi vim & efficaciam tribuemus, in qua nulla conuentionis formula apparet? Et ne hiſce rationibus diutius immoremur, aperta Hono. & Theod. conſtitutione, *in l. omnium. C. de teſtam.* exploſa Iaſonis dubitatione, & comprobata Baldi atque Caſtren. interpretatione, iſtam noſtram opinionem ſtabiliri poſſe video. Siquidem conſtituunt illi teſtamenta etiam Principis auctoritate atque præſentia confirmata reuocari poſſe.

Porrò autem confirmationem ſtatutorum à confirmatione teſtamenti, *& ibi ad fin. & ad c. conſtitutus, de reſcript. & ad c. cum acceſſiſſent, num. 3. de conſtitut.* ante Decium ſeparat Bald. & huic quidem reuocationis arbitrium facit, illis verò ſaltem quo ad præiudicium aliorum denegandam eſſe exiſtimat. Statutorum enim authoritas ad Principem potiſſimum refertur, teſtamenta verò veluti obuia atque fauorabilia, ad priuatas commoditates potius reſpicere cenſentur. Et hoc eſt quod ſubobſcurè loquutus Decius dicere voluiſſe videtur, inquiens, priuatorum actus ſicuti in priuato conſiderantur à Principe confirmari, publicos verò ad ſuperiorem potiſſimùm ſpectare, *quæ ſententia & Felyno quoque ad cap. 1. quæ-*

qualiter.de accuſat. & ad d.c.cum acceßiſſent probatur. Eſtque hoc tanto procliuius hoc caſu dicendum, partim quod per hanc reuocationem, ad communem patriæ legem reuertitur teſtator, quod Principi qui nihilò magis acceptam pecuniam reſtituet, gratum & acceptabile eſt; partim quod ius alteri non irreuocabiliter meo facto quæſitum, contraria voluntate tollere poſſim. Nam & ſimili videmus, quod ſi eo pacto Titio fundum dem, vt poſt mortem eccleſiæ illum reſtituat, certè non obſtante pacto in fauorem eccleſiæ appoſito, & ego & Titius à conuenientione illa reſilire poſſumus, *Bart. & alij ad l.qui Romæ. §.Flauius.ff de verbo obligat.* Et ſi mulier dotem marito conſtituens animo
3. donandi, tertium aliquem, ad hoc vt reſtitutionem illius ſoluto matrimonio ſibi reſtituendam ſtipuletur, adhibeat, tametſi ex ea ſtipulatione ius aliquod ei quæſitum fuiſſe videatur, nihilominus tamen mulier de dote diſponere, voluntatemque ſuam mutare poteſt, *l.Ser a.ff. de dote prælег.* Et rurſum ſi duo coniuges in cõtractu antenuptiali ita caueant, vt bona alterius eorum ſuperſtitis abſque liberis decedentis ad Titium nepotem, vel amicum eius perueniant, non dubium eſt, quin ab hac voluntate recedere, & in quemcumque alium bona iſta transferre poſſint, quippe hoc ius quod Titio ex hoc contractu quæſitum fuit, natura ſua reuocabile, nullam ei actionem peperit. *Nicol. Euerar.con.*119.136.*&* 192.*Caſtren. conſi.* 351. *lib.* 1.

CAP. XXXI.

An ex ſolo amortizationis inſtrumento probetur legatum, venditio, donatio rei immobilis.

SVMMARIVM.

1. *Confirmatio nihil eſt, niſi de re confirmata appareat.*
2. *Confirmatio nihil noui tribuit.*

MVltis caſibus teſtamenta, codicilli, inſtrumenta, donationes, venditiones, legataque rerum immobilium Eccleſiæ, collegio, & manui mortuæ collatarum intercidere atque interire poſſunt, vt ſunt incendia, inundationes peſtilentia, naufragium, furta, rapinæ, bella denique ſiue ciuilia, ſiue extranea, *l.publicati. C. de teſtament. teſtium.in fin.C.de teſtibus. l. emancipationis l.* 1 *.l.cum inſtrumentis C. de fide inſtrumen.* quos omnes etſi probare neceſſe eſt, *d. l.publicati. l. ſicut l.ſi ſolemus. d. tit. de fide inſtr.* non ideo tamen tenor eorum peræquè ſemper probari poteſt, ita vt in tanta perplexitate ac difficultate non immeritò ambigas, an ſola amortizationis ſcriptura, eamdem venditionem, donationem, idemque legatum continens, & hoc ipſum teſtamentum enuncians, ad plenam illius probationem ac demonſtrationem ſufficere debeat. Quid enim ſi hæres cui legauit, vendidit, ſeu donauit, eò improbitatis dilapſus ſit, vt ex caſu tam inexſpectato lucrum aliquod facere poſtulet? Equidem ſi facto hæredis ſiue contradicentis ea periiſſe probatum ſit, putà ſi fortè ea combuſſit, lacerauit, ſurripuit, deleuit, aut dolo malo in alium tranſtulit, Eccleſiæ, manúſve mortuæ prælati, aut præfecti, de quibus inſtrumentum amortizationis mentionem facit, de titulo legati, donationis, aut venditionis, iuramento ſtandum eſſe exiſtimo, *arg. l.ſi de poſſeßione. C de probat. glo. & Bart ad l.* 2.*§ diuus. ff. de iure fiſci & ad l quidam ff.de fur. Io. Fab.ad l ſi poteſtate. C.de tabu exhiben. Decius conſi.*521.*num.*18 *Parıſ conſ.*134.*n.* 9.*li.* 4 *Aymo conſ.*6.*num.*2 *Bal.conſ.*80.*&* 152. *li.* 3. *Panor.& Fely.ad c.accepimus, de fide inſtrum.* At ſi nulla illius culpa interuenit, antiquitate temporis non concurrente, nullam plenam ex hac inſtrumenti amortizantis enunciatione probationem factam eſſe ducò, tum quod nullus 1.
eſt confirmationis effectus, niſi de re principali confirmata appareat, *ca inter dilectos ſub fin. extr de fide inſtrument. c. cum inter. de re iu. dic. ca. cum dilecta, de confirmatio.* tum quod Princeps, confirmando, conſentiendo, & amortizando hos contractus, & hæc teſtamenta, ex ſola ſupplicantis relatione nihil aliud de veritate comperti habens enunciat, in ſolemnitates verò & qualitates illius, ſine quibus (*vt poſt Corneum conſi.*18.*libr.*2.*& Afflict. deciſ.*25.*in lib.de antiq. tempor.par.*1.*ca.incipien.viſo n.*40.*oſtendit Aymo*) eadem veritas ſubſiſtere non poteſt, non inquirit niſi & pleniorem ſe cognitionem habuiſſe, & veritatem ipſam ſe penitius perſpexiſſe aſſerat, *per not.in Clemen.*1.*de probat.* Quod & Andreas de Iſernia inſignis doctor, & Matth. de Afflict. ad *c. imperialem quæſt.*24.*num.*72. de conſenſu Principis ſuper teſtamento vaſalli impetrato, olim quoque reſponderunt: & cùm de milite caſtrum aliquod ab Eccleſia obtinente, diu aliquando diſputatum foret, *ad Authent. ſi quis in aliquo. C. de eden.* cenſuit Albericus, quòd ſi ille inſtrumentum confirmatæ à Pontifice poſſeſſionis ſuæ producat, non aliter caſtri præcedentem conceſſionem eo probari, quam ſi de ea aut aliter conſtituerit, aut tenorem illius Pontifex retulerit. Confirmatio enim huiuſ- 2.
modi noui iuris nihil tribuit, ſed hoc tantùm, quod ante fuit, corroborat, *l.hæredes palam.§.* 1. *ff de teſtamen.* eoque deficiente euaneſcit, *argum. l.*1.*§.penult.ff.de aqua plu.arcend. & l aſſe toto ff. de hered inſtit.* eidem quoque ſententiæ, & Vitalis, *in tract.ſuo clauſular. tit. de verbo. enunciat.c. incip ſi vero colum.*8. ſubſcribens addit, quòd ſi Pontifex aut Princeps poſſeſſionem illam confirmans, hanc rationem inferat, quia prædeceſſores noſtri hoc caſtrum, hócve priuilegium,

de cuius confirmatione agitur, Titio conceſſerunt, nō ideò magis certa illius probatio inde deſumitur, ſi de originali conceſſione aut priuilegio aliter non appareat, aut illius tenor, qui fortè caſu aliquo fortuito perierit, per teſtes non probetur. *c. ſi Papa, de priuileg. in 6.* Inſuper & illud quoque adiicit, ne hoc quidem ſufficere, quod totus tenor conceſſionis & priuilegij inſtrumento confirmationis inſertus ſit, cùm ex originalis conceſſionis exhibitione, productione, & inſpectione vel in ſigillo, vel in aliqua eius parte falſitas vlla deprehendi poſſet, de qua ex literis confirmationis relatiuis nulla ratione conſtare poterit, *Innoc. ad ca. Abbate ſancti Syluani, de verbor. ſignific.* ſi non etiā & iſtiuſmodi quoque ſcrupulo, prouidentia Principis in his occurſum fuerit. Cæterùm *in tract. de antiq. tempo. par.* 1. *cap.* 1. copioſius de hac enunciatione agit Aymo.

CAP. XXXII.

Amortizatio vbi, & qua ratione impetrari ſoleat.

SVMMARIVM.

1. *Amortizationis quæ iura.*
2. *Indemnitas quid.*

IOannes Papo *ad conſuetud. Borbonicas, tit. des retraicts,* §. 479. *col.* 3. reſpondet, quòd in curia ratiociniorum, ſiue in camera theſauri Regij cui talia ab initio regni demandata fuerūt, amortizationes expediri ſolent, *eiq́; Guil. Bene. ad c. Raynutius, ad verb. & vxorem deciſ.* 5. *n.* 5. *&* 32. *Stephan. Aufre. in ſtylo arreſtorum curiæ, lib. vlt. tit. de finantia acq. feu.* §. *vlt. cōſentientes, diu quoq́; ante eum ſunt teſtati.* atque in hanc ſententiam, *ad conſuet. Pariſ. part.* 1. §. 41. in fin. Carolus Molinæus, *debet* (inquit) *omnis amortizatio Regis verificari & homologari à præfectis ſacrorum Regis, quod ſufficit, quia non continet veram alienationem dominij: ſecus, ſi rex non amortizaret ea, quæ ſolū à ſe dependent, ſed amortizaret ea, quæ ſunt de ſuo proprio dominio, quia tunc neceſſe eſſet, ea verificari & homologari in ſupremo ſenatu.* Ex iis autem, quæ in præcedentibus articulis iſthic tractuit, facilè apparet, eum, cùm de præfectis Regis ſacrorum loquitur, agere de conſiliaris Finantiarum.

Perrò quid, quantumve eo nomine Regi aut
1. Principi ſolui debeat, incertum eſt, neque vno eodemq́; modo id ſemper præſtatur: aliquando enim fructus triennales penduntur, *vt eſt in conſuetud. Andeganen. tit. des ſeigneurs temporelz,* §. 37. aliquando plus vel minus, vel pro ratione & magnitudine rerū amortizatarū, vel pro voluntate, indulgentia, liberalitate, aut difficultate amortizantis. Hac de cauſa Doctores prællegati, in genere tantùm de ea re loquuntur, dum aiunt, eo nomine aut taxam ſe, quæ præfinita eſt, ſoluendam, aut cum camera rationum eſſe componendam, *Guiliel. Benedict. d. num.* 9. *Manſ. tit. de præ.* §. *item ſi eccleſia. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. tit. des mainſmortes.* §. 10. *n.* 54. *Papo d. loco, verſic. incipien. Imo pro bonum.* qui vnà cum Aufrenio, hoc, quod Regi, aut Principi ideò numeratur, finantiam appellari aſſerit. Molinæus
verò *num.* 68. indemnitatem vocat, vt ſicut a- 2.
mortizatio eſt ipſa licentia & permiſſio retinendi immobilia per manum mortuam, ſiue renunciatio aut priuatio iuris cogendi eam ad transferendum in idoneam manum, ita indemnitas ſit penſatio quædam, quæ præſtatur Regi, Principi, aut Domino, pro ſuo intereſſe, loco vtilitatum, quas veriſimiliter percepturus erat ex priuatorum manu, quæ ſæpè variis mutatur modis, *l. ſenat. ff. de mor. cau. donat.* & licet concedatur amortizatio, non tamen remiſſa cenſetur indemnitas, ſed poterit nihilominus poſtea exigi, ſed ſi recipiatur, vel conueniatur de certa indemnitate, præſtatione, aut æſtimatione (inquit) eo ipſo, & ex antecedenti neceſſario cenſetur amortizatio conceſſa eſſe. Quibuſdam verò locis tributum illud ſiue probas, indemnitas illa, ſæpè contingit, vt repetatur, aut nouo Regis ſucceſſu, aut ſingulis 40. annis aut certè ſi clā Principe vel Rege manus mortua multis præteritis annis talia bona non amortizata poſſedit. Nam & eo nomine cum Rege ſeu Principe tranſigere debet, *Guliel. Benedd. loco. n.* 5. 9. *&* 32. ſi non debito modo præſcripſit, *Papo d. loco. verſicul. incip. excipienda ſunt, Molina. num.* 70. *de quo alio loco plura, & in Speculo Principum, tit. de amortizatione. cap. vlt. paulò latius tradit Pet. Belluga.* Verùm verò, *vt idem Molina.* §. 58. *n.* 72. *oſtendit.* hac in re cauſſæ cognitio adhibenda eſt, ne piſcationi lucri amortizationum nimium indulgeatur, ſed vt pro commodo & vtilitate publica aut concedantur, aut denegentur.

CAP. XXXIII.

Iura amortizationum an manus mortua ſoluat, an verò hæres teſtatoris, ſeu donatoris.

SVMMARIVM.

1. *Teſtator præſumitur hæredem grauare, quàm minimè fieri poteſt.*
2. *Hæres an ſoluat impenſas in rem legatam factas. & numer.* 4.
3. *Legata vnde oriantur.*

MVlta occurrunt, ex quibus apparet, hæredem teſtatoris, à quo res immobilis legata eſt, ad ſolutionem iſtiuſmodi iurium cogi non poſſe. Teſtator enim hæredem ſuum quàm minimè fieri poteſt, grauare voluiſſe videtur. *l. vnum ex familia. ff. de lega.* 2. *l. idem Iulianus*

tus.§.*ſcio*,*l. legato generaliter.ff.de legat.* 1 .*l.iniurius,ff.de le.* 3.& ſicut nihil aliud ab eo lex requirit, quam vt rem legatam eo loco, vbi eſt, præſtet, *l. quod legatur, ff.de iud.l.ſi ſeruus legatus,l cũ res,*§.1.*ff.de legat.* ita quoque defunctus non a-
1. liud legatario ab eo præſtari velle præſumitur, quam hoc ipſum ius, quod in re legata habet, *l. ſerui electionis,l. quod in rerum, eod.tit.* à quo ius amortizationis proculdubio extrinſecum & ſeparatum eſt. Nam & in ſimili obtinet, vt ſi rem aliquam ex præcedente aliquo contractu ſibi debitam leget teſtator, ſolius actionis ceſſione hæres liberetur, ad expenſas verò litis nõ
2. teneatur, *l. ſeruo legato*,§.*ſi fundus.l.legatũ.*§.*fin.l. ſi domus*,§.*ſi ff.eodem tit. Iaſon ad d.l. apud Iulianum* §.*ſi Titius*, & ſi in eo ſtatu rem legatã præſtet, in quo eſt, nulla ſua culpa deteriorem factam, amplius ab eo peti non poteſt, etiamſi nullam vtilitatem legatario ferat, *d.l.quod in rerum.* §. 1. *l. vxor patrui,C.de legat.* Accedit ad hęc, quod cum manus mortua de lucro quærẽdo agat, hæres verò de damno, æquum iuſtum eſt, naturale videtur, vt quæ emolumentum capit, eadem quoque onus ſuſtineat, *l. ſecundum naturam,ff.de regul.iur.* & quod de ſeruo legato, viuo teſtatore fugiente, olim reſpondit Africanus, ſumptibus & impenſa legatarij eum reddi oportere, *d.l.ſi ſeruus.*

Cæterùm quoniam legata ex fauore, pieta-
3. te, & meritis originem ducunt, *l.ex merito,ff.pro ſocio*, pro contraria parte vrgere videtur, veriſimile non eſſe, quod iſtius ſolutionis onere teſtator legatarium grauauerit. Nam ſi hortos à ſe conductos, pro vſufructu alicui legauit, neceſſitas ſoluendi mercedem hæredi incumbit, *l.qui concubinã*,§.*qui hortos.ff.de legat.* 3.§. ſi expenſas ſtudij præſtari voluit, hæres etiam ea, per quæ ad ſtudia peruenitur, cuiuſmodi eſt illud, quod pro intitulatione, vt aiunt, hoc eſt in numerum vniuerſitatis receptione ſoluitur, præſtare debet, *Bartol.ad l.prædia* §. *de fideicommiſſ.ff.de legat.* ſi rem alienam alicui teſtamento reliquerit, hæres etiam luere cogitur, *l.ſi res obligata,ff.de legat.*1.*l.prædia.C.de fideicommiſ.l. licet,ff de dote præleg.* ſi ſeruus legatus in fuga eſt, operam ſumptumque præſtare compellitur, vt eum requirat, *d.l.ſi ſeruus,cum l.ſequent. ff. de legat.*1. & ſi defunctus vſuras à ſe extortas reſtitui mandet, dubium non eſt, quin & hæredis quoque impenſis reſtitutio fiat. *Baldus ad l.* 1.*C. de ſacroſanct. eccleſ.* Vſurarum autem reſtitutioni non abſimile, ſubinde eſt legatum pium, & plerunque accidit, vt rerum iſtiuſmodi immobilium legata tacitam & ſecretam aliquam rei iniuſtè acquiſitæ reſtitutionem in ſe contineant. Addo, quòd omnis difficultas debitoris incommodo eſſe ſolet. *l.* 2. §. *ex his. l. continuus.*§.*illud.ff de verb.oblig.Iaſon ad d.l. cùm ſeruus,n.*5.quod vbicumque ea occaſione ſumptus requiritur, vt legatarius legatum conſequatur, is ab hærede præſtandus eſt, *l.* 1. §.*ff.ſi vſufruct.pet.l.ſi ita legatus*,§.*ſi dominus,ff. de vſu & habit. Roman.conſil.*230.*gloſ.ad l.his verbis.*§.*idẽ teſtator,ff.de legat.* 3. & quod ſicut hæres debet legatario iura cedere cum effectu, vt nulla ei exceptio obſiſtere poſſit, *Bald. ad l. cum alien. verſic.incipit.dubitabatur,colum.*1.*C. de legat.* ita quoque ad eius onus referri videtur, vt manui mortuæ legatariæ rem legatam cum effectu præſtet, & exhibeat, id quod abſque ſumptu conſenſione Principis fieri non poteſt, eaque in re ſola executio adimpletioque vltimæ voluntatis defuncti poſita & collocata eſt, eoque *ad d.*§.*idem teſtator.* reſpiciens Accurſius, ſumptum in eam rem collatum, vt legatarius rem legatam aſſequatur, ab hærede ſoluendum eſſe reſpondet. *atque in hanc ſententiam multa loco ſignis citato adfert Petr. Belluga, etiamſi eius argumentis non per omnia acquieſcam.*

Equidem huius quæſtionis vſum video eſſe perrarum. Si enim teſtator eccleſiæ, collegio, ſeu manui mortuæ rem aliquam immobilem ſimpliciter legauerit, legatum illud ex Principum noſtrorum conſtitutionibus collabi atque corruere paulò ante oſtendimus, adeoque de ſumptibus impetrandæ amortizationis fruſtrà quærimus. Idque perinde dici poteſt, ſi rem immobilem legatam diſtrahi & pretium ex illius venditione confectum, manui mortuæ quæ proculdubiò illius capax eſt, numerari mandauerit.

Nam cum ea res in manum mortuam non tranſeat, de impenſis amortizationis nulla eſt dubitatio. Iterum, ſi viuus ipſe amortizationem impetrauit, & iura illa Principi ſoluerit, certa res eſt, cum donari videatur, id quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari, ff. de regul. iur.* aliam coniecturam hic accipi non poſſe, quàm quod eius ſolutionis repetitione & exactione hæredem liberat, *argum.l.ſi ex toto.ff.de legat.* 1. Econtra, ſi ipſa manus mortua in impetratione amortizationis, & ſolutione eorum, quæ debentur, aut teſtatorem ipſum, aut eius hæredem anteuerit, eadem exceptione rectè repellitur, *l. cuius per errorem, ff de regul.iur.* Sed quando igitur vtilis erit iſthæc diſputatio? binis modis: aut cùm manus mortua iura amortizationis, veluti per errorem à ſe ſoluta condicit: aut teſtator, qui amortizationem ipſe impetrauit aut impetrari præcepit ea non ſoluit. Verùm priore caſu præter quàm quòd id, quod per errorem iuris indebitè ſolutum eſt, repeti non poteſt, *l. ſi fideiuſſor.* §. *fideiuſſor.ff. de fideiuſſo.* ingrata admodum erit, ſi à pio hærede ſolutum repetat, qui niſi in legatum conſentiat, ipſa defuncti voluntate in vniuerſum fruſtrabitur, etſi negotiorum geſtorum actionem intendat, rectè illi obiiciet hæres, quòd in dubio, proprio potiùs quàm alieno nomine ſoluiſſe præſumitur, *l.*3. *ff. de ſolu.* Poſteriore verò caſu, quoniam Princeps aut dominus cum manu mortua legataria, nihil ex quo aut obligatio, aut actio (ſine qua nemo experitur, *l. finis. C.de rei vendicat.*) nata videri poteſt, egit aut con-

contraxit, exiſtimo eorum debitorum ſolutionem: quaſi tacitè à defuncto mandatam hæredi incumbere. Etenim mandato conſequenti, videtur quoque & antecedens, ſine quo id quod mandatur, explicari non poteſt mandatum eſſe, *l.3 ff. de pecul leg. l. fin. ff. de offi eius cui manda. eſt iuriſdict. l. ad rem mobilem, ff. de procurat. Præſes in loco à conceſſio. conſequentis.* Ideoque nõ ineleganter *ad d. l. his verbis, §. idem teſtator. ff. de legat. 3.* in ſimili reſpondet Bart. quod ſi teſtator rem à ſe emptã, necdum ſolutam, alicui legauerit, non legatarius, ſed heres ad pretij illius ſolutionem compelli poſſit, *d. l. apud Iulianum, § ſi Titius, Bald. ad d. l. prædia, col. 1. verſ. item ſi veniunt, in fine.*

Verumenimverò incidente aliquo caſu, in quo diſputatio hæc non inutilis foret, vtiq; in priorem ſententiam eſſem proclitiuor. Nam cum liberalitas teſtatoris effectum ſuum in ipſa re legata ſufficienter demonſtrat, etiamſi ad ſolutionem iurium, quæ Principi debentur, ſeſe vlterius non porrigat, ſanè id nulla conſideratione dignum eſt, quòd non niſi benè meritis, gratis, & charis legata relinqui ſolent. Alioquin nec is quidem teſtator liberalis dicendus eſt, qui pannum ad veſtem conficiendã legauit, operæ prætium verò veſtiario exſolui non mandauit. Ignoti iuris nõ eſt in teſtamentis, ſi hæredis inſtitutionem, aliaque ſimilia fauoris plena, & ad vtilitatem publicam pertinentia reſpicias, latiorem interpretationem conſtitui, *l. in teſtamen. ff. de regul. iur.* in legatis verò ſtrictam & coarctatam, *Decius num. 4. ibid. l. nummis, & d. l. apud Iulianum, § ſcio,* niſi & conſuetudine quoque loci largior aliqua interpretatio admittatur, *l. Titia, §. v't. & ibi Bartol ff. de auro & argen. lega. Bal. ad l. ſi quis ad declinandam, colum. penult. C de epiſco. & cler. Imol. & Iaſon ad l ſi ita ſit adſcriptum. ff de legat. 1. Tiraquel. de pia cauſ. cap. 25.* Et quod in rebus dubiis ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, *l. ſunt ff. de relig. & ſumpt. funer. Bald. conſil. 107. in fin.* huc non pertinet, vbi claræ & apertæ iuris deciſioni in re clara & aperta inſiſtimus, quod à teſtatore in verborum enunciatione omiſſum, pro omiſſo haberi debeat, *l commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum.* & quod non eſt præſumendum, teſtatorem aliud quidquam, quàm quod expreſſit, velle, *l. 1. C. de caduc tolen. Socyn. conſil. 4. lib. 4. Iaſon conſil. 143. lib. 2.* Longè autem ab his alienum eſt, quod horti conducti legati hæres mercedem ſoluere teneatur, *d. §. qui hortos.* Nam cum merces locationis & conductionis fructibus horti & rerum quomodocunque locatarum adæquetur, & veluti cum iis compenſetur, nullam penè legati vtilitatem ſentiret legatarius, ſi ipſe penſione annua conductionis grauaretur. *Ludo. Roman. conſil 230. incip. præſupponitur.* id quod veriſimili teſtatoris voluntati non congruit, *vt l. Titia cum teſt. §. 1. l. Mæuius, in princip. ff. de legat. 2. Iaſon ad d. l. cum ſeruus. n. 9. Caſtrenſ ad l. præd a, d §. qui hortos. Cuman. ad l. ſi tibi homo ff. de lega. 1.* non magis, quàm cùm res aliena legata fuit, quam niſi hæres luere eiuſve æſtimationem præſtare cogatur, quæ obſecro erit vtilitas legati, *l. cum res. C. de legat §. non ſolum. Inſti. de legat.* Et rurſum, cùm in ſeruo fugitiuo reducendo magnis impenſis opus ſit, quæ ſubinde omnem illius vtilitatem abſumerent, quis exiſtimabit eo fuiſſe animo teſtatorem vt legatarij ſumptibus reuocari eum voluerit? *d. l cum res, in princip.* At ſi præter eas impenſas legatum inutile non ſit, & Zaſius, & alij plerique *ad d. l. cum ſeruus,* in ea ſunt opinione, vt exiſtiment, alio iure vtendum eſſe, ſumptibuſque illius, cui legatus fuit, fugitiuum retrahendum, *qua de re ad c. indicante. de teſtamen. circa finem. pluribus verbis Didacus.* Sic & illud, quod de his, quæ ad ſtudia neceſſaria legata ſunt, dictum fuit, ſingularem atque æquabilem rationem habet, quia cùm conceſſio conſequentis etiam antecedentia neceſſaria trahat, & contrà, *l. ad rem mobilem ff. de procurat d. Præſes in loco à conceſſione conſequentis,* nulli mirum videri debet, ſi & ea quoque, quæ pro intitulatione ſoluuntur, hæredi præſtanda cenſeantur. Et cùm reſtitutionis verbum pleniſſimè accipiendum ſit, *l. reſtitutionis ff. de verbor. ſignificat.* & quidem potiſſimum aduerſus eum, eiuſve bona & hæredem, qui dolo malo deliquit, improbumque fœnus exercuit, quod indubiè animæ illius magis expedit, æquum bonũ eſt vſuras iniuſtè extortas, moroſi debitoris, eiuſue hæredis impenſa reſtitui, *Bald. ad l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Zaſius d. loc. Iaſon ad d. l. cum res.* Pia autem legata reſtitutionis cauſſam plerunque continere, varium & incertũ eſt, ideoque cùm non probet hoc adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, in re dubia benigniorem interpretationem ſequimur, & ambiguis coniectionibus non vtimur, *l. non hoc. C. vnde cognati.* Illud quoque huc trahendum non reor, quod incommoditas omnis debitoris periculo eſſe ſoleat, cùm illius axiomatis veritas apud multos controuertitur, *vt ex d. c. 25. Tiraq. ſatis apparet.* Et quamuis per omnia indubitatum foret, huc non facit, cum vel ad debitorem generis, quod perire non poteſt, referendum ſit, *l. incendium. C. ſi cert. petat.* vel ad inopiã eius & difficultatẽ, quæ contractæ obligationis vinculum, in fraudem creditoris nulla iuſta ratione diſſoluit, ſed exactionem, & ſolutionem ex æquitate differt, *§. illud. d. l. continuus.* Quod autem proponitur tunc ab hærede ſumptum præſtan- 4.
dum eſſe, cùm ſine eo legatarius rem legatam aſſequi non poteſt, non alio ſenſu accipiendum eſt, quàm cùm ex facto defuncti teſtatoris, illud impedimentum ſeu neceſſitas oritur, *l. ſi domus, § de euictione. ff. de legat. 1. Bald. ad l prædia,* veluti cùm rem alteri pignori obligatam legat, quæ niſi ab hærede luatur, nullam legatario adfert vtilitatem. *d. l. ſi res.* vel cum ſine facto & ſumptu hæredis omnis legatarij vſus tollitur & impeditur, *l. 1. §. 1. ff. ſi vſufruct. petat.*

CAP. XXXIV.

Qua ratione manus mortua ad abalienanda bona non amortizata cogi poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſiaſtici catalogum omnium ſuorum bonorum quandoque Principi exhibent.*
2. *Eccleſiaſticis ad exhibendum bonorum catalogũ dilatio an concedenda.*
3. *Amortizationis defectus à quocunque deferri poteſt.*

FRanciſcus Mignon non obſcurus Galliæ pragmaticus, *ad conſuetu. Andegauen.tit.des ſeigneurs temporelz,ar.*37. eccleſiam, confraternitatem,aliamque manum mortuam, per Regem, Regiſque miniſtros, ac Præfectos, coram Senatu Regio, in ius vocari, cogique poſſe teſtatur, vt intra annum, aliave præſtituta tempora, pro cuiuſque regionis more ac lege, bona immobilia non amortizata abalienet, atque in manum laicam capacem transferat: alioqui niſi ad hoc condemnata, iuſſa faciat, ſolere Regem, vel tantiſper donec in ea contumacia perſiſtit, bona iſtiuſmodi apprehenſa ſuis commodis applicare, vel legitimis aliis executionis modis iudicatum vrgere. *Idq; & Ioan.Papo ad Burbon.conſuetud.* §. 25. *& Guilel. Benedict.ad c.Raynutius,ad verb.& vxorẽ,deciſ.*5. *n.*5.*& 6.& Pyrrhus ad conſuetud. Aurelia.titu.de laudim.*§.14.*& Molinæus ad conſuet.pariſ.*§.41. *n.*80.*&* 95.*probant.*Solet etiã,ſi conniuere Rex velit,ad hoc eam compellere, vt pro re feudali, laicum aliquẽ,qui in manum, fidemque Regis conveniat,præſtandique ſeruitij capax ſit, ſubſtituat, atque exhibeat. *Ioan.Faber.ad l.quoties. C.de rei vendic Pet.Rat.ad conſuet.Picto.tit de diſt. iuriſdictio.art.* 37. *Pet. Iacobi in ſua praxi, tit. de cau.ex qui vaſall feud. amit. & in arbore ſucceſſio. feud.*

1. Addit quoq; *in Speculo Princip.tit.de amortizat.cap.vlt.n.* 16. Pet. Belluga, edicto publico Regem quandoque iubere, vt omnium bonorũ ſuorum à multo tempore poſſeſſorum catalogum eccleſiaſtici omnes exhibeant, vt illius inſpectione, vel ea, quæ amortizata ſunt, agnoſcat,vel pro iis, quæ amortizata non ſunt, ius ſuum exigat, quod ratione non caret. Nam cum facile alioqui lex fraudari poſſit: æquitas non patitur,vt vulgata iuris deciſio hic locum habeat, quæ generaliter conſtituit, neminem ad profeſſionem tituli ſui compelli poſſe, & nullam in ciuilibus cauſis inquiſitionem admitti, *l. cogi. C. de petit. hæred. & ibi Caſtren. l. vltima.C.de bon.vacan.* Ex quo dictus Mignon factum affirmat,vt Franciſcus Galliæ Rex eius nominis primus, ingentem theſaurum ab eccleſiis in regno ſuo ſitis anno 1522. congeſſerit atque collegerit.

Et quamuis Reb.*ad ordin.Reg.tomo* 2.*tit. de dilat.ann.art.*1.*glo.*1.*num.*39.*&* 40. referat ſe in libris cameræ rationum Regiarum aliquando legiſſe, nullam ea in re procraſtinationem manui mortuæ eſſe concedendam;exiſtimo tamen ex variis circumſtantiis quæ concurrere ſubinde poſſent, temperandum id moderandumq; eſſe. Quid enim, ſi libri,rationes, ac regiſtra, ex quibus catalogus ille confici debet, metu hoſtium (vt nunc quotidie magis experimur, quam velimus)aliò tranſlata ſint:*arg.c.perſonas. de exceptio.* quid ſi eccleſia manuſve mortua in perturbatione, & euerſione Reipublicæ non niſi viliſſimo pretio, magnoque ſuo malo, & incommodo diſtrahere cogeretur? *arg. eorum quæ latè ad l.diffamari.C.de inge.manũ obſer.Blarerius.* Neque alio ſeſu accipiendũ eſſe cenſeo, id quod *ad c. recolentes, in fi. ext. de ſtat. mona.* reſpondit Pan. fratres Minores ſi rei immobilis ſibi legatæ emptorem non inueniant, eam retinere non poſſe, ſed eos aut cum alia eandẽ permutare, aut pauperibus largiri oportere. Ciuiliter enim verba accipienda ſunt, *l. ſi cui, ff.de ſeruitut.* & nulla talis conſtitutio tam præciſa eſt,quæ non honeſtam aliquam dilationem permittat,*l.ſi debitori.ff.de iudic.l continuus.ff. de verbor.obligat.*eoque pertinet beati Theodoreti ſententia, *ex ſermone* 2. cum ait legibus lege opus eſſe: *quoniam marini piſces qui in multa ſalſedine enutriti ſunt, ſale ad condiendum indigeant.* 2.

Ex ſimili æquitate & Guliel. Benedict. *dict. loco,*& Papo.§.479.obſeruatum aiunt,quod cũ res iſtiuſmodi immobiles per manum mortuam diſtractæ ſunt, propinqui illius ex cuius manu, familiaque veniunt, eius pretij quod ab alio acceptum foret, oblatione facta, extraneos emptores excludunt, *Bal. ad l. 2. C. de commu.rer. abal.*Sed nos ea de re latius ante diximus.

Et quoniam pleriſque omnibus perſuaſum eſt,legem iſtam bono publico eſſe introductam, id quod etiam ſuperioribus quæſtionibus diffuſus excuſſimus, conſequens eſt quaſcumque perſonas ad omiſſæ amortizationis delationem accuſationemque admitti, *l.2. ff. ne quid in loco publico.* Etenim in omnibus cauſis publico fauore exiſtentibus, veluti ad ius ſingulorum ſecundariò quoque pertinentibus receptum eſt, vt perſonæ alioquin inhabiles, minimè repellantur.*Rota deciſ.*159.*Glo.ad l.popularis,ad verb. non poteſt.ff.de popular.act.Aymo conſ.*132.*Hypol. ad l.ſi quis,num.*131.*ff.de quæſtio. Vant. de nullit. titu.quis poſſit dicere de nullit. num.* 14. E contrà verò ſi eo nomine manus mortua malo iure diffametur,vtiq; ex diſpoſitione d.l diffamari, aduerſus ſuos æmulos ſe tueri poteſt,id quod eleganter de quocumque poſſeſſore *ad c.ſi creditori, n.*17.*extra de vend. & empt.* reſpondit Barbat. 3.

CAP.

CAPVT XXXV.

In quibus rebus amortizatio neceſſaria non ſit.

SVMMARIVM.

1. *Reditus an amortizari debeant.*
2. *Amortizatio an neceſſaria, quando vna Eccleſia transfert in aliam.*
3. *Amortizationis ius an præſcriptionem contra Principem admittat.*

1. QVi lege aut ſtatuto prohibetur emere, obligatum habere non cenſetur per hoc prohibitus, *l. pater filium*, §. *fundum*, & §. *Iulian. ff de lega.* 3. *l. voluntas. C. de fideicomm.* idcoque, *vt ad titu. de pigno cap. quæ res obligentur, num.* 5. *eleganter ſcribit Mudæus præceptor & collega meus multis nominibus mihi honorandus*, noua Cæſaris conſtitutio, qua monaſteria, & non interitura collegia, manuſve mortuę bona immobilia emere prohibentur: ad reditus annuos, eorumque creationem, recognitionem, & ſuper rebus immobilibus pignoratitiam ſeu hypothecariã aſſignationem non extenditur, per quam neque dominium earum rerum, quæ moram neſciente debitore publica ſubhaſtatione auctioneq; plus offerenti diuendi ſolent, in iſtiuſmodi manus mortuas tranſit. *Inſtit. quib. aliena. lic. vel non.* §. 1. neque cauſſa quæ ei conſtitutioni originem dedit, aliqua ex parte offenditur. Quo modo & ij qui officij nomine in Prouincia degunt, comparare quidem prædia non poſſunt, *l. qui offi cij C. de contrah. emp.* pignora tamen accipere vel hypothecas habere poſſunt. Nam ſi mutuare, quod palàm eſt, poſſunt, quidni & ſecuritatis cauſſa de pignore aut hypotheca ſibi proſpicere? Et hoc quidem in reditibus redimibilibus indubitatum eſt, de quibus veluti non ad læſionẽ, ſed ad ſolatium ciuiũ pertinentibus, fiſcus Regis excluditur, neque manum mortuam, vt eos extra poteſtatem ſuam ponat, adigere poteſt. *Molin.* §. 41. *n.* 92. *ad conſuet. Pariſien. par.* 1. In iis verò qui prorſus irredimibiles non ſunt, in quibus nulla ſpes futuræ luitionis affulget, contrario iure vtimur. *Pet. Bel. d lo.* §. *nunc videamus, n.* 11. & in his obſeruari ſolet, quod non quidem dominus directus prædij feudalis, ſuper quo aſſignati ſunt, niſi tamen is fuerit Rex ipſe, ſed vaſallus dominus vtilis cogit manum mortuam ad eorum redituum abalienationem, *idem Molin. n.* 95. Idcoque *d. num.* 96. de his cenſet Molin. qui tam graui pecunia comparati ſunt, vt veriſimile ſit, vix vnquam eos redimi poſſe, eiuſque ſententiæ, §. 27. *titu. de citat.* ſubſeruiens huius oppidi conſuetudo, non alios manui mortuæ reditus permittit quàm qui nummo 18. aut leuiore cõparantur, ne alioqui & fraus legi fiat, & in perpetuum illius patrimonium tranſire quodammodo videantur, *arg. l. qui habebat. in princip. ff. de legat.* 3. Neque verò tamen omninò expedita hæc eſt ſententia. Nam cùm diuites debitores in eam luendi reditus difficultatem non incidant, pauperes ne leuiores quidem reditus facilè redimant, vtique ſi eam Molinæi opinionem ſequaris, videretur Eccleſiam manumque mortuam etiam redimibiles reditus Principe non conſentiente à tenuioris fortunæ hominibus, à quibus luitionis ſpes fere eſt nulla, acquirere non poſſe, quæ res ad eorum perniciem maximè ſpectat, & quidem potiſſimum eo tempore, quo, vt nunc fit, ij qui maximè laborant, ſubleuandæ indigentiæ ſuæ pecuniam aliquam ſub reditu annuo inuenire neutiquam poſſunt, ita vt ad hunc articulum quod attinet noua aliqua conſtitutione Principis, nouoque temperamento qualitati temporis conueniente & idoneo opus eſſe exiſtimem, cum ſatis ſit ſub reditu aliquo annuo redimibili, maiore aliqua pecuniæ quantitate accepta, res immobiles obligare, quàm leuiſſimo pretio, & ne cum dimidia quidem æſtimatione contendendo prædia auita, florenteſque poſſeſſiones vendere, & in perpetuum alienare.

His tamen idem Molin. *tam* §. 58. *num.* 71. *part.* 2. *quàm de contra. vſur. q.* 41. *num.* 313. addit, quod ſi Eccleſia ſeu manus mortua à Principe reditum iſtiuſmodi redimibilem confirmari & amortizari petat, certè ſub quacumque verborum forma id fiat, irredimibilem tamen non ideo facere, propterea quod ea Principis conceſſio, ad eius ſolius præiudicium pertinet, ſi forte in perpetuitatem irredimibilem debitor deinde conſentiat, ſed ad tollendum ius debitoris non citati, non auditi, non conſentientis, nihil agit, etiam ex tacita & prę́ſumpta Principis voluntate, in dubio ius tertij tollere non præſumitur. *l.* 2. §. *ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ.* Econtra verò (inquit ille) ſi Princepes reditus irredimibiles redimi poſſe velit, & hoc lege lata ſanceat, ad reditus in pium vſum relictos aut comparatos non extenditur, id quod verum eſſe ex noſtrorum Principum edictis perſpici poteſt.

Secundò, quoniam ceſſante cauſa legis & conſtitutionis ceſſat lex & conſtitutio. *c. cum ceſſante, de appellatio. l. fin. C. de lon. temp. præſcrip*, quando vna manus mortua rem aliquam immobilem alteri manui mortuæ vendit, tradit, aut donat, nulla amortizatione nullove Principis conſenſu eſt opus, *Molin. d. loco. numer.* 96. *in fi.* & §. 13. *gl.* 13. *numer.* 4. Semel etenim præceſſit amortizatio, & ex eiuſmodi venditione, traditione, donatione, neque natura, neque qualitas rei alienatæ aut perſonæ acquirentis demutatur: Reipublicæ autem & Principi præiudicium nullum fit, quantumque huic manui mortuæ accedit, tantundem & alteri decedit. Quod ſi 2.

rem

rem amortizatam laicum in feudum concedat vel in toto vel in parte, vel ad tempus, vel ſub conditione: vel vt per confiſcationem, aliiſve modis reuerſioni feudi de iure deſignatis ad eam redire poſſit, eodem iure vtimur, ſcilicet vt nulla amortizatio deſideretur, quando ea res neque prioris amortizationis qualitatem amittit, neque veterem conditionem naturamve laicam propriè reſumit, ſed ab omni eiuſmodi onere ſemel liberata, in eandem libertatis cauſſam redire poteſt. Alio iure vtimur ſi (vt idem ille ait) prælatus Eccleſiæ ius confiſcationis publicationiſque habens, bona immobilia ſubditi ſui delinquentis non in feudum prius ei conceſſa fiſco ſuo addicat, aut ſolemni ritu res immobiles Eccleſiæ in laicam aliquam perſonam legitimè transtulerit. Vt enim priore caſu abſque Principis conſenſu ea retinere non non poteſt, ne qua fraus nimirum legi fiat, ſed diſtrahere compellitur; ita quoque poſteriore caſu, quia præcedens amortizatio illius voluntate ſemel extincta & reſoluta fuit, abſque nouo conſenſu Principis coaleſcere atque reuiuiſcere nequit, *argu. l. propter. §. 1. ff. ad* S.C. Syllian. & ibi Dd.

Tertiò earum rerum immobilium, quæ ad dotandas, fundandas, reparandas, vel amplificandas Eccleſias pertinent, amortizationem neceſſariam non eſſe, *arg. l. placet, & ibi gloſ ad verb. dedicata. C. de ſacroſ. Eccleſ & Guiliel. Benedic. d. loco num.* 33. *& Papo. ad conſuet. Borbon.* §. 479. tradiderunt, eamque in rem varias Francorum Regum conſtitutiones extare aſſeruerunt. Sed in hoc noſtro Belgio ſimile vidiſſe non memini, tametſi Principis noſtri maieſtas, cuius conſenſu ex conſtitutione Caroli V. Imperatoris poſtridie Non. Nouemb. ann. 1520. edita, neque monaſteria neque templa, neque ſacella noua erigi poſſunt, in concedenda rerum huiuſmodi piarum & ad diuinum cultum pertinentium amortizatione, pro clementia, difficilem ſe præbere non ſolet. Tum verò quoniam ea cuiuſque conſtitutionis conditio eſt & natura, vt futuris tantum det formam negotiis, ad præterita verò minimè trahatur, l. leges. C. de legib. c. vt animarum, de conſtitut. lib. 6. rectè quoque admonent illi leges amortizationis recenter latas ad turbandam præteriti temporis poſſeſſionem, nihil adferre.

Quartò pro variis regionum moribus aut
3. legibus res immobiles non amortizatæ vel longiore vel breuiore tempore aduerſus Principem præſcribi poſſunt. In pleriſque locis 40. annis, vt Guilielm. Benedict. d. loco, num. 5. Franc. Mignon d. loco art. 37. Ioan. Zanſo. ad conſuet. Turonen. titu. de indemni. art. 1. Maſuer. tit. de præſcript. §. item ſi Eccleſia, & Papo. d. §. 479. atteſtantur: in aliis 30. annis, Rebuff. d. tomo 2. tit. de liter. dilato gl. 1. art. 1. num. 40. in aliis autem 60. annis, Molin. d. loco, num. 60. quibus ſi Eccleſia ſeu manus mortua ea bona pacificè poſſedit, à fiſco ad euacuandas manus compelli non poteſt, quamquam aut indemnitatem & iura ſoluere, aut eo nomine cum Principe componere teneatur. Porrò ad ius commune quod attinet, crebriore ſententia receptum eſt, quod licet ea quæ Principi in ſignum vniuerſalis dominij, atque ſupremæ poteſtatis ſunt reſeruata, vllo tempore præſcribi nequeant, vt eſt præſtatio cenſus & tributi, l. competit. C. de præſcript. 30. annor. Iaſon ad l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iudic. tamen ea que ex ſpeciali priuilegio & prærogatiua Principi ratione ſupremæ poteſtatis conceduntur, quod genus eſt amortizatio, immemoriali tempore præſcribi poſſunt. c. ſuper quibuſdam, & ibi Dd. de verb. ſignifica. Franc. Baldus d. titu. de præſcript. Franc. Mignon eod. titu. art. 422. num. 5. tametſi Molinæus d. num. 60. & 61. etiam aduerſus diſpoſitionem iſtam iuris, præſcriptionem iſtiuſmodi ad ordinarias præſcriptiones regulas moribus Gallicis reuocatas eſſe aſſerat, nimirum reſpectu laicorum ad 30. annos, reſpectu verò Eccleſiarum ad 40. & quidem potiſſimum non in detrimentum ſupremi Principis, ſed in præiudicium inferioris domini vaſalli.

Quintò amortizatio & licentia data Eccleſiæ aut manui mortuæ, vt bona immobilia retinere poſſit, ſuis finibus conſtringi debet, non etiam eò extendi, vt in vim illius licentiæ & amortizationis aliis ab inteſtato ſuccedere poſſit. Pet. Belluga d. loco fol. 82. num. 39.

Sextò in locutione temporis centum annorum, quæ ab aliquo Eccleſiæ vel manui mortuæ fit, amortizatione conſenſúve Regis aut Principis opus non eſſe videri poſſet, quia ſi quis rem aliquam alienare prohibitus fuerit, poterit eam etiam ad centum annos aut cò amplius elocare, *gl. ad l. codicillis. §. inſtituto, ad verb. quam ſequitur, Bald. Nouel. in tracta. de dote part.* 7. *priuileg.* 1. quia finito tempore locationis omninò redit ad locatorem, & ſic ad manum laicam & morientem. Imò verò non deſinit res eſſe in manu laica & moriente, quandoquidem locator manet dominus directus, *l.* 1. §. 1. *ff. ſi ager vectig.* Sed in contrarium vrget, quod locatio longi temporis, etiamſi expreſſe agatur quod nullum transferatur dominium vel ius in conducentem, ſuſpecta eſt, & commoditas fructuum, quæ ad tale longũ tempus in conducentem tranſit, pro vera habetur alienatione in materia prohibitiua ad euitandam fraudem. *Bald. in authent. hoc ius, col.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. Fabia. de mon. in tractat. de empt. quæſtio. princip.* 4. *quæſt. vlti. Molin. d.* §. 41. *quæſt.* 8. *num.* 36. *in fin. Didacus Couarruuias pract. quæſt. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. *Tiraquel. de retract.* §. 1. *glo.* 14. *num.* 84. *cum ſequen. ſoletq́ per Bartol. & alios in d. §. inſtituto*, ſententia Accurſij reprobari, maximè cùm vtile dominium

ex tali contractu transferri videatur. *l.* 1. *ff. de ſuperfic.* Mihi quidem certè poſterior ſententia videtur eſſe verior, videlicet, quod etſi amortizatio tali caſu non ſit neceſſaria, quia Eccleſia ſeu manus mortua allegare non poteſt, ſe dominium illius rei locatæ in perpetuum retinere velle, quandoquidem ipſe tenor contractus reſiſtit, quia tamen plenum eſt ſuſpicionis huiuſmodi contractus inire, & quia magna præſumptio huic ſurgit, quod ad fraudandum Principem & conſtitutionem eius, talis locationis titulus quæritur & prætexitur, vt poſt centeſimum annum nulla amplius fiat eius rei inquiſitio, omninò conſenſus Principis neceſſarius eſt ne eam rem quam tali locationis titulo accepit, extra manum ſuam ponere cogatur. Malitijs enim hominum obuiam eundem eſt. *l. in fundo. ff de re. vendic.* ne quod una via prohibitum eſt, nulla via conceſſum eſſe videatur, *c. cùm quid, de reg. iur.*

CAP. XXXVI.

Conſtitutio Principis adquiſitionem rerum immobilium non amortizatarum ſimpliciter prohibens, an ſtatutis inferiorum aliter diſponentibus deroget.

SVMMARIVM.

1. *Principis conſtitutio an ſtatutis locorum deroget.*
2. *Quid è conuerſo.*

MOlinæus loco proximè citato num. 60. iuxta communem obſeruationem totius regni Galliæ receptum eſſe ait, quod tam feuda, quàm cenſualia prædia liberè in Eccleſiam vel ſimile corpus quoquo titulo transferri poſſunt, ab eoque adquiri & poſſideri, donec ſuperior conqueratur: quo caſu non reſoluitur alienatio & adquiſitio, ſed duntaxat compellitur Eccleſia extra manum ſuam ponere, niſi malit dominus iura ſua ſiue æſtimationem indemnitatis ſuæ quam non cogitur inuitus recipere, habere. Atq; hoc conſuetudines huius oppidi Louanienſis *t.t. de citat.* §. 27. *ſequutæ videntur.* Cùm autem Caroli V. Imperatoris, Principis noſtri conſtitutio, quæ poſterior eſt, in vniuerſum tales contractus, donationes, largitiones, legata, translationes & tranſportus declaret eſſe nullius effectus, momenti & vigoris, quæſtio oritur quid hîc ſeruandum ſit, Principis ne conſtitutio, an priuatæ cuiuſque prouinciæ ſiue muncipij ſtatutum & conſuetudo.

Ad quam quæſtionem hoc modo reſponderi poſſet, quòd licet conſtitutio aut lex noua priori contraria eam tollat, licet nulla de priori mentio ſit facta in eadem. §. *ſed naturalia. Inſtit de iur. natu. gent. & ciuili. c. domino, & ibi glo.* 50. *diſtinc.* tamen conſuetudines & particularia locorum ſtatuta præter ius commune edita, per legem poſteriorem nouam minimè reuocata eſſe cenſentur, quia cùm Princeps probabiliter ea ignoret, non præſumitur illis derogare voluiſſe, niſi quatenus hoc expreſſerit, vt eſt elegans text. *in c.* 1. *de conſtitut. in* 6. quoniā quælibet ciuitas poteſt ipſa ſibi condere ſtatuta & conſuetudines, *c. illa* 12. *diſtinct. c. certificari extra de ſepult.* & dicuntur iura propria ciuitatis. §. *quod verò. Inſtit. de iure nat gent. & ciuili*, quæ Princeps probabiliter ignorat, nec tollere præſumitur id quod veriſimiliter ignorat. *l. mater. ff. de inoffic. teſtam.* qua de re ad d. c. 1. latiſſimè loquuti ſumus. Et in ſimili videmus, quod ſi inferiores imponant pœnam ſtatuendo, quæ non fuit impoſita in lege ſuperioris, illa pœna valet, *gloſſ. in Clemen. ne Roman. in verbo, tollo, de iureiur.* quia per talem pœnam lex ſuperioris non infringitur, ſed magis præfulcitur & adiuuatur. *l. cum in teſtamento. ff. de verbor. ſignificā.* Cæterùm quoniam conſtitutio Carolina omnibus Præfectis, moderatoribus, Scabinis & Magiſtratibus ſub graui pœna præcipit, aliud ne faciant, ſiue fieri permittant, probabiliter dici poſſe cenſeam, quod tacitè ſaltem omnibus iſtiuſmodi ſtatutis inferiorum derogauit, maximè propter adiectam clauſulam certæ ſcientæ, qua vſus fuit in eadem ſua conſtitutione: quam cùm non ad priuatam cuiuſque ſupplicantis vtilitatem, ſed ad commodum publicum aditur, vim derogationis habere annotat Ioan. Crotus. Et hæc de amortizatione ſufficiat. Deo ſit laus & gloria, cuius ope, huic Opuſculo noſtro, Anno M.D. LXXXI. menſe Septembri ſupremam manum impoſuimus.

FINIS.

INDEX

ARGVMENTA CAPITVM HVIVS LIBRI DE AMORTIZATIONE BONORVM.

PRIMVM.

Amortizatio quid ſit. fol. 440
II. *Quæ ſit manus mortua.* fol.440
III. *Amortizatio vnde dicatur.* fol.440
IV. *Quæ ſit cauſa amortizationis, & vbi obſeruetur.* fol.441
V. *Amortizatio an iuri communi ſit conſentanea.* fol. 441
VI. *Neceßitas poſtulandæ amortizationis an libertati Eccleſiæ aduerſetur.* fol 442
VII. *An clerus tuta conſcientia legem amortizationis fraudare poßit.* fol.445
VIII. *Hæres an rem immobilem Eccleſiæ legatam, tuta conſcientia contra defuncti voluntatem retinere poßit.* fol.446
IX. *An rei immobilis legatæ æſtimationem hæres præſtare debeat.* fol.447
X. *Hæres qui approbauit teſtamentum defuncti, an rem immobilem legatam, eiuſve æſtimationem præſtare debeat.* fol. 450
XI. *Teſtator an hæredem ſub ea conditione ſcribere poßit, ſi rem immobilem Eccleſiæ dederit.* fol.452
XII. *Dominium ſeu poſſeßio rei immobilis venditæ ſeu legatæ an tranſeat in Eccleſiam.* fol.453
XIII. *An interdicta poſſeſſoria Eccleſiæ, aut manui mortuæ competant pro rebus non amortizatis* f. 455
XIV. *Venditor, donator, ſeu hæres, rem immobilem, ſponte Eccleſiæ traditam, vendicare aut repetere an poßit.* fol.456
XV. *Eccleſia, ſeu manus mortua an fructus lucretur rei immobilis non amortizatæ.* fol.457
XVI. *Fructus rei immobilis non amortizatæ, ab Eccleſia, manuve mortua percepti, cui cedant.* fol. 459
XVII. *Eccleſia, ſeu manus mortua, an impenſas in rem non amortizatam factas recuperet.* fol.461
XVIII. *Eccleſia vtrum pretium venditori ſolutum repetat.* fol.463
XIX. *An hypotheca impoſita rei non amortizatæ pro vendito ab Eccleſia valeat.* fol.463
XX. *Venditori rei immobilis, rem ſuam ab Eccleſia repetenti, an nō obſtet promißio de euictione.* 465
XXI. *An ex rei immobilis non amortizatæ venditione laudimia domino debeantur.* fol 466
XXII. *Retractus an in venditione rei immobilis aduerſus Eccleſiam locum habeat.* fol.467
XXIII. *Amortizatio à quo impetrari poßit & debeat.* fol 467
XXIV. *Princeps vel dominus an teneatur conſentire in amortizationem.* fol.469
XXV. *An amortizatio à Principe extra territorium concedi poßit.* fol.470
XXVI. *Amortizatio an ſolo verbo Principis expediatur, etiamſi literæ de ea regiſtratæ & ſigillatæ non ſint.* fol.471
XXVII. *An conſenſus Principis venditionem donationem, ſeu legatum rei immobilis ſequi poßit.* fol. 472
XXVIII. *Vtrum tacitus Principis conſenſus ſufficiat, an verò expreßis verbis amortizatio concedi debeat.* fol 472
XXIX. *Amortizatio an ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumatur.* fol 473
XXX. *Amortizatio à Principe obtenta ſuper bonis manui mortuæ teſtamento relictis, an impediat reuocationem teſtamenti.* fol.474
XXXI. *An ex ſolo amortizationis inſtrumento probetur legatum, venditio, donatio rei immobilis* fo. 475
XXXII. *Amortizatio vbi æqua ratione impetrari ſoleat.* fol.476
XXXIII. *Iura amortizationum, an manus mortua ſoluat, an verò hæres teſtatoris, ſeu donator.* fol. 476
XXXIV. *Qua ratione manus mortua ad alienanda bona non amortizata, cogi poßit.* fol.479
XXXV. *In quibus rebus amortizatio neceſſaria non eſt.* fol. 480
XXXVI. *Conſtitutio Principis acquiſitionem rerum immobilium non amortizatarum ſimpliciter probibens, an ſtatutis inferiorum aliter diſponentium deroget.* fol.482

PETRI PECKII I. C.
TRACTATVS DE
TESTAMENTIS
CONIVGVM,
IN QVINQVE LIBROS DISTINCTVS.

Ampliſſimo clariſſimoque viro, D. Ioanni Richardoto, I. C. Equiti Aurato, Domino de Barly, Senatus Artheſiæ Præſidi, Regiæq; Catholicæ Maieſtatis in Conſilio Status Conſiliario, ſuo Domino,

PET. PECKIVS S. D.

FVIT mihi pridem is animus. V. Ampliſſim. duobus & triginta annis Louanij poſito, vt ſi quid eſſet excepti à docendi munere temporis, id omne ad ſcribendum aliquid in communem hominum vtilitatem ſedulò conferrem: neque adeo me, vt ſtudium illud mihi ceſſerit, pœnitere poteſt, ſi non mei ipſius, at boni publici cauſa, quod noſtris laboribus adiutum fuiſſe, eſt quod Deo auctori gratias agam. Nunc in eum ordinem cooptatus, cuius eſt non monere, ſed decernere, non ſubiicere conſilia, ſed iura dare, ſatiſne quibuſdam hanc operam probaturus ſim, haud equidẽ multum laboro, dum tuo vnius iudicio, quod mihi quantumuis frequentium cõmitiorum inſtar eſt, conſilia mea diſplicere ne intelligam. Si enim vt olim iuueniles meos conatus benignè fouiſti, itidem nunc quoque hanc non improbabis induſtriam, ſatis magnus applauſus adprobatioque me comitatur. En tibi igitur nouum tui Peckij munus, ſiquidem ex ſe æſtimetur, exiguum; ſi ex autoris animo, maximum, liberos inquam quinque de teſtamentis coniugum, auidè ſtudioſeque lectos antea illos, ſed nunc maiori multo deſiderio à ſchola foroque expetitos, nouaque cura ita pertractatos, vt antiquã faciem tantum non exuiſſe ita locupletatos, vt hactenus vix cœpti fuiſſe videri queant. Quem tu fætum meum τηλυγετὴν eadem fronte, qua alia excepiſti, vt excipias rogo, vtque eius animi ſpecimen apud te eſſe patiare, qui cùm innumerabilibus tuis meritis reſpondere non poſſit, quod vnum poteſt, gratitudinis ſuæ finem nullum, niſi meum, facturus eſt. Sunt, & erunt alij, qui æternis monimentis poſteritati prædicabunt immortale nomen tuum, dicentque ſæculis, quo inter cæteros labore ac ſtudio, qua prudentia, & animi excelſitate difficilimis Belgij temporibus Regiæ Maieſtatis negotia geſſeris, grauiſſimaque omnia nunc tractes, quæ gratulatio, qui omnium ex omni parte fauor, quæ denique Regis ipſius ac maximorum Principum gratia egregiam iſtam & heroicam virtutem tuam ſequantur. Mihi tantarum laudum præconio longè minori ſatis erit, ad memoriam hominum extare, quæ (ſi quid habebunt Genij) ſempiterno ſint teſtimonio meæ in te obſeruantiæ, & officioſæ voluntatis. Namurci. e. a. d. 3. Kal. Iulij. M. D. LXXXV.

PETRI

PETRI PECKII ZIRICÆI, I. C. REGII CONSILIARII, DE TESTAMENTIS CONIVGVM. LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Vtrum coniunx coniugi, ſiue inſtitutionis, ſiue legati iure, relinquere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Coniunx antiquo iure an ſucceſſerit coniugi.*
2. *Legis Voconiæ quæ capita.*
3. *Coniunx coniugi legare, hæreditatemq́; relinquere hodie poteſt.*

REFERT Dionyſius Halycarnaſſæus *antiq. Rom. lib.* 2. antiquiſſimis temporibus curiata lege Romuli inua-
1. luiſſe, vt * vxor marito exiſteret hæres, ſicut patri filia, liberis quidem non relictis ex aſſe: relictis autem liberis, in æqualem cum iis portionem. Quam legem, vt & alias nonnullas, dubium non eſt, in libera ciuitate remanſiſſe, atque in xij. Tab. regeſtam fuiſſe: quarum iure, ſi Vlpiano *in tit* & Gellio *lib.* 18. *cap.* 6. credimus, matresfamilias ſuorum hæredum locum tenebant, & proinde neceſſariò maritorum hæreditates ad eas deferebantur, videturque ius illud aduſque Theodorici tempora perduraſſe, referente Caſſidoro *epiſtol.* 24. *lib.* 5. *Variar.* Viceuerſa, cum mulier viro in manum conuenerat, omnia quę mulieris fuerant, viri fiebant dotis nomine, *vt ait Cicero in Top. loco ab affect.*

Porro decurſu temporis, ſucceſſio omnis inter virum & vxorem ſublata eſt, immò & poteſtas ex mutuis teſtamentis capiendi intra certos limites coanguſtata. Inter alias lata eſt
2. diſtricta illa lex † Voconia à Q. Voconio Saxa Trib. pleb. hæc capita continens: Primum ne quis cenſus mulierem hæredem faceret, ſaltem, *vt Dion. ſcribit lib.* 56. non vltra ſeſtertium 25. millia, qui erat quadrans bonorum eius, qui cenſus dicebatur: ſecundum, ne quis cenſus plus fæminæ legaret, quàm ad hæredem perueniret, *teſtibus Cicerone in* 3. *Verrina, Theoph. in princip. Inſtit. de* l. *Falcid. Balduin. ad l. xij. Tab. cap.* 29. *& Didac. Couuar. ad cap. Raynutius, in princ. n.* 23. *de teſtam. qui ad legata fæminis relicta id ſolum refert.* tertium ne fœminæ vltra conſanguineorum gradum ſuccederent, quod in præſenti ad nos non attinet, ac neſcio, an fallantur, qui apud Paul. *li.* 4. *ſententen.* pro (Voconiana ratione) legunt (Voconia rogatione) de quo vide M. Vertranium Maurum *in l ſing. de iure lib. c.* 27. *ad fin.* & Vlpian. *titul.* 26. vbi de huius ſucceſſionis prohibitione loquens, legis Voconiæ ne verbo vtique meminit.

Mutatis rurſum temporibus, illa omnia quoque operta & obliterata ſunt, vt inquit Sex. Cæcilius apud Gellium, *c.* 1. *l.* 2. & ſicut Tribuni pl. coniugum ſucceſſionem ſuſtulerunt, ita è diuerſo Prætores Imperatoreſque fœderis coniugalis ſanctitatem honorarunt, æquiſſimum iudicantes, vt poſt agnatos & cognatos vir & vxor inuicem ſuccederent, fiſco ſubmoto. *ff. & C. vnde vir. & vx. l. vlt. de leg. hæred C. Theodoſ.*

Hodie certiſſimò conſtat, † coniugem coniugi tam inſtitutionis, quàm legati titulo relinquere poſſe, *l. quæ dotis ff. ſolut. matrimon. l. vxori.* §. 1. *l. vxorem. ff de legat.* 3. *l. vxori meæ. ff de vſufruct. leg l.* 2. *C. de infir. pœn. cœliba. l. vlt. C. ſi quis al. q. teſtari prohib. Authent. de exhiben. reis.* §. *vlti. col.* 5. *Auth. praetereà. C. vnde vir & vxo. cap. ſi pater. de teſtam. & alijs infinitis de quibus apud. Bald. conſ.* 39. *&* 59. *li.* 2. *Cuma conſil.* 98. *Ioan. de Imol. conſil.* 74 *Maria. Socin. conſ.* 7. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Guiel. Bened. ad d. c. Raynutius, ad verb. & vxorem, n.* 214. *& Franciſ Conna. comment iuris ciuil. lib.* 9. *cap* 4. Plus Paul. Caſtr. reſpondit, voluntatē filijfam. ex æquitate ſuſtineri debere, ſi vxori relinquat, præterquàm vbi de re ampliſſima foret contentio, quod ego alibi, Deo benè iuuante, tempeſtiuiùs excutiam. 3.

CAP. II.

Futuro & incerto coniugi relinquere an liceat.

SVMMARIVM.

1. *Incertitudo quando vitiet.*
2. *Incerto coniugi vtiliter relinquitur.*
3. *Sponſæ an acquiratur id quod futuræ vxori relictum eſt.*

ALiquando fit, vt qui nuptias meditantur, in licij cauſa mundum ornatumque futuris vxoribus parent, *vt meminit Vlpian. l. hoc legat.* 45. *& l. ſi quid* 47. *ff. de leg.* 3. aut eiſdem in ſuis teſtamentis legata aliqua adſcribant. Eamque relinquendi ſpeciem legitimam eſſe *conſ.* 188. *punct. ue, lib.* 5. veriſſiem tradidit Bald.

Communiter enim probatum eſt, * incertitu-
1. dinem non vitiare, quotieſcumque poteſt reddi certa per actus præcedentes aut ſubſequentes. *not. latè in l. ita ſtipulatus. iuncta leg. triticum. ff. de verb oblig. in l. quidam ff. de rebus dub. & in l. vinum ff. ſi cert. pet. Bart. in leg. ſi quid Pamphyla. de legat. 2. Caſtren. in l. 1. §. interdum. n. 7. ff. ſi pars hæred. pet. Angel. in l. pretia rerum. & in l. ſi duo §. Marcellus ff. de iurein. Marian. Socin. conſ. 172. nu. 10. l. 1. Aymo conſ. 121. & 162. copioſè Pariſ. conſ. 82 l. 1. & conſ. 96. l. 3 glo. Io. Fabr. & alij ad §. incertis Inſtitut. de leg. & eſt caſus expreſſus in l. qui ſ. atribus. ff. de condi. inſtit.* & alioquin nec poſthumis, nec iis qui ex liberis noſtris naſcentur, legare aut per fidei commiſſum proſpicere liceret, quod falſum eſt. Igitur cùm teſtator in hac ſpecie cogitationem ſuam circumſcripſerit certo euentu nuptiarum, etſi vxor incerta fuerit, legatum eius proculdubiò valet. Neque huius deciſioni pugnat, quod & ab Vlpian. *tit.* 24. & Iuſtinia *in. d. §. incertis* huiuſmodi legatum inutile dicitur [Quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonio collocauerit, ei tot millia dato.] ſiquidem illa incertitudo nimia eſt, & in tempus, quo teſtator non erit, confertur: hic verò futura vxor non niſi viuo teſtatore dici poteſt, & ita ſufficit eius certitudinem ante confirmationem teſtamenti, mortiſque teſtatoris extitiſſe, ipſámque à teſtatore viuo veluti demonſtratam fuiſſe.

2. *Ei tamen, quæ per verba de futuro tantùm deſponſata eſt, legatum iſtud non acquiretur. Nam ſicut ſponſa de futuro ad doerium, ſeu lucrum ſtatutarium mortuo ſponſo, non admittitur, *Roland. à Valle in tract. de lucro dot. q. 106. & Phanuc. itidem in tract. de lucro dot. gl. 2. ad verb. nupta. n. 3. & ſeq.* & ex edicto ſucceſſorio, vnde vir & vxor, nihil iuris habet, *gloſſ Bart. Bald. & alij ad l. 1. C vnde vir. & vxor. per l. ſancimus C. de nupt. & l. penult. §. Iulianus. ff. quod fal. tut.* ita quoque ex teſtamento ſponſi vocata non præſumitur. Vtrùm autẽ ſufficeret per verba de præſenti ductam eſſe, in plenum exponitur ab iiſdem Roland. & Phanuc. quos vide.

CAPVT III.

Quod priori vxori relictũ eſt, an in dubio trahatur ad poſteriorẽ?

SVMMARIVM.

1. *Vxor poſterior non admittitur ad id, quòd maritus priori legauit.*
2. *Cognatis ſimpliciter vocatis, qui intelligantur.*
3. *Legatum futuræ vxori relictum ad ſecundam & tertiam peruenit.*

SI ita maritus in teſtamẽto ſcripſerit: VXORI MEAE CENTVM DARI VOLO, poſteaque aliam vxorem duxerit, an illi legatum præſtabitur? Dici poſſet, parem erga vtramque vxorem adfectũ fuiſſe videri, cùm ſecundæ nuptiæ plærumque etiam gratiores ſint, *l. ex qua. §. lex enim, C. de adminiſtra. tut.* ſicut & ratione præſumpti adfectus, ſi maritus poſthumum inſtituat hæredem, non is ſolùm inſtitutus intelligitur, qui ex ea, quam habet vxorem ei natus eſt, vel qui tunc in vtero eſt, verum is quoque, qui ex quacumque vxore naſcetur, *l. placet. ff. de lib. & poſthum.* & rurſum fideicommiſſo cognatis relicto etiam illi comprehenduntur, qui non erant tẽpore teſtamenti, mortis autem tempore, facti ſunt, immò & poſt mortem, tempore quo cedit dies legati, *l. cum ita §. vlt. ff. de legat. 2. l ſi cognatus ff. de reb. dub. vbi Socin. Curt. Iun. conſi. 58. ad fin. latè Maria. Socin. conſ. 172. num. 1. & ſeq. lib. 1. & alij complures.*

* Sed recta in contrariam ſententiam eundem eſt, quemadmodum enim, qui de matri- 1.
monio loquitur, de primo tantùm præſumitur cogitare, *l. dotis promiſſio. §. vlt. ff. de dot. promiſſ. l. boues. §. hoc ſermone ff. de verb. ſig* ita quoque qui vxori legauit. Et cùm matrimonium ſit indiuidua viri & vxoris coniunctio, non videtur teſtator de alia vxore ducenda, quoad prima viuit, cogitaſſe, cuius primæ mortem ipſe mente pertractans, eam morituram neque exſpectat, neque honeſtè expectare poſſet, *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram. ff. de verb. oblig l. ſi quis poſthum. à princ. ff. de liber. & poſthum Socin. conſ. 126. col. 4 lib. 3. Franciſ. Curt. conſ. 3. col. 2.* Sed audiamus aperta verba Vlpiani *in l. ſi quid earum 47. ad fi. ff. de leg. 3.* [Quæ enim, inquit, poſterioris vxoris cauſa parata ſunt, etſi ei deſignata non ſunt, legato cedunt. At quæ prioris vxoris cauſa parata ſunt, ita poſteriori debentur, ſi ei adſignata ſunt: quia non eſt ita de poſteriore vxore cogitatum cum pararentur,] Ex qua lege in caſu noſtro decidit Bald. *ad l. vlt. col. 3. verſ & nota. C de indic. viduit.* quod ſi teſtator reliquit vxorem ſuã dominam & vſufructuariam, poſteà verò mortua illa quam habebat tempore teſtamenti, aliam ducat, ad eam non trahitur legatum: *idq; ſequuntur Iaſon ad l. diuortio. §. quod anno ff. ſolut. matrimon. Dec. ad cap. quoniam, extra, de offic. de legat. Franciſc. Cremen. ſingu. 8 Guliel. Benedict. ad cap. Raynutius, verſ. cætera bona. num. 19. de teſtam. Catel. Cotta in memorab. vxor relicta, verſ. numquid intelligatur. Tyraquell. ad l. ſi vmquam, in præfat. numer. 104. tertiò declara. C. de reuoc. donat. & in d. l. boues. nu. 104. & Didac. Couuar. ad cap. requiſiſti. num 3. quarto eadem, ext: de teſta.* Nec obſtat, quod ſecundæ nuptiæ nonnumquã gratiores ſint, cum ſæpè etiam ſint minus gratæ, *vt ait gloſſ. in authent. de fideiuſſ. in princ. verſic. apparentem, quam refert Ioan Neuizan. ſyl. nupt. lib. 2. numer. 39.* ideoque quod ſolet eſſe & non eſſe, nihil probat, *l. neque natales. C. de probat.* immo quoniam veriſimile eſt primæ vxoris promerita teſtatorem excitaſſe, ita remuneratio ad ſecundam porrigi non debet, *vt exprimit Alexand conſi. 171. num. 7. verſicul. præterea dato. lib. 2. & Felin. in cap. 2. col. 4. de treuga. & pace.* Neque etiam moueor ſimilibus ex aduerſo productis: nam cum in d. l. placet, ſpeciali iure receptum

ceptum ſit vt inſtitutione poſthumi contineatur omnis poſthumus ex quacunque vxore, *gloſſ. Bart. & alij ibi & Bartol. ad l ſi ita. ff. de aur. & argen. legat.* ſequitur contrarium, obtinere iure communi, *l. ius ſingulare. ff. de leg. b.* quo clypeo & d. l. ſi cognatis, Bartol. declinat, * ſcilicet loquentem in caſu ſpeciali, cum alias tempus teſtamenti inſpici debeat, *d l. ſi ita.* ſed & illa lex locum habet, ſi nulli cognati tempore teſtamenti fuerint: ſi enim verba teſtatoris poſſint verificari ita in præſentibus, ſicut in futuris, tunc ratione affectionis intelligi debet de præſentibus, *Marian. Socin d. conſ.* 172.

2. (margin, beside "peo & d.l. ſi cognatis")

Planè eam reſtrictionem hæc deciſio accepit, vt ſi teſtator non habet vxorem tempore teſtamenti, * legatum non tamen primæ, ſed & ſecundæ & tertiæ vxori debeatur, *Alex. d. conſ.* 171. *Iaſon d l. loco. Maria. Socin. d. loco, num.* 25. *Alciat ad d. l. boues. §. hoc ſermone, num.* 5. qui licet non niſi de legato alimentorum loquatur, propius tamen eſt, vt de quocunque legato idem intelligamus, *Didac. d. loco.*

3. (margin, beside "pore teſtamenti")

CAP. IV.

An coniuges conſequantur id, quod illiciti matrimonij cauſa inuicem reliquerunt.

SVMMARIVM.

1. *Matrimonij illiciti cauſa relictum, quando coniuges adſequantur.*
2. *Ignorantia in illicito matrimonio quæ excuſet.*

POſſent hoc loco multa de priuilegiis liciti & illiciti matrimonij, cum longa teſtimoniorum ſerie adferri, præeunte erudito Roderico Suares *ad l.* 1. *tit. de las ganancias.* & iuris, vt ipſe inquit, principia à radice repetente. Sed vt breui ſermone res exponatur, ſic accipe: * Si vterque coniugum ſciens vetitas nuptias contraxerit, id totum quod alterius liberalitate in alterum proceſſit, fiſco vendicatur, *text. in lege, qui contra. & lege. ſi quis inceſti. C. de inceſt. & inutil. nupt. leg. cum hic ſtatus §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. c. & ſi neceſſe. vbi Panor. eod. tit.* Quod ſi vxor inſtituit maritum, quem ſciuit non eſſe legitime ſibi iunctum, ipſe autem putabat ac publicè pro tali habebatur, valebit relictum, cum potuerit etiam vt extraneus ab ea inſtitui. *l. vlti. ff. de legat.* 1. *l.* 2. *ff. de rebus dubiis & l præfectus* 73. *ff. de ritu nupt.* quo caſu vxor neque partem acceſſionum ſeu adquiſitorum horum habet, *Caſtr. Raph. Roma. & alij ad l. ſi cũ dotem. §. vlt. ff. ſol matr. late Suares d l. loco. n,* 21. neque dotem datam repetit, *d l. qui contra. Iaſon in l. vlt. n.* 3 *ff. de cond. ſine cauſ.* At ſi vxor ignorans impedimentum, marito illud ſcienti reliquerit, relictum inutile erit, *d. l. vlt. ff. de lega.* 1. *leg. vxori maritus & ibi gloſſ. ff de vſuf. lega. gloſſ. in.* 1. *ff. vnde vir & vx. & in d. l. qui contra.* ne ex dolo ſuo maritus lucrum faciat, *d. l vlt. in verb.* (delinquunt enim qui prohibitas nuptias contrahunt, & merito puniendi ſunt, quòd imputari non poteſt mulieri, quæ à tutore decepta eſt) deinde quia cauſa præſumpti amoris ceſſare videtur, *arg d l. cum hic ſtatus. §. ſi quis ſponſã.* vbi donatio facta à coniugibus cauſa iniuſti matrimonij non confirmatur morte, ſicut in iuſto matrimonio, ideo quod huiuſmodi confirmatio cenſetur fore contra mentem donatoris, qui non præſumitur fuiſſe donaturus, niſi coniugem eſſe crediſiſſet *gl. & Bal. in l. ſi pater, C. de hære. inſt.* cauſa autem inſtitutionis aut legati ceſſante, inſtitutio, vel legatum ceſſare debet, *l. qui tut. in prin. ff. de teſt. tut. Tyra. in l. ceſſante cauſ patr.* 1. *n.* 116. & 236. quibus adſtipulatur d. l. ſi cum dotem, §. vlt. vbi ſi mulier ignorans matrimonium illicitũ contraxit, poteſt dotem repetere, *Iaſo. d. loco.* maritus autem etiamſi & ipſe ignorans contraxerit, dotem non lucratur, *vt decidit Hypol. Marſil ſing* 129.

1. (margin, beside "pe: * Si vterque")

* Ignorantiam porrò hic intelliges non iuris quam nemo allegare poteſt, *l. leges. C. de legib.* ſed facti, quæ præſumi ſolet, *cap. præſumitur, de reg iur. lib.* 6. *Bart. in d. l. vlt. ff. de condic. ſine cauſ. col.* 2. *in l. mulier. ff. de milita. teſtament. vt in d. l præfectus. Nicol. Bellon. conſ.* 74. *n.* 21. & 26. Ac ne facti quidem ignorantia proderit, niſi probabilis ſit, quæque iudicis animum meritò commoueat, *l. vlt. ff pro ſuo l plurimum. ff. de iur. & fact. ignor. l. quamquam ff ad Velleia. d. l qui contra. & Doct. ad cap ignorantia, de reg. iur. in* 6. Quid enim ſi contrahentes proximo gradu ſe contingant? haud quaquam credentur matrimonij impedimentũ neſciuiſſe, *vt latè text. & gloſſ. in Clem.* 1. *de conſanguin. & affin.* Si tamen non ob coniugalis vinculi nexum ſed propter inſignia merita coniugum coniugi reliquiſſe appareat, aliud exiſtimem, *arg. l. nemo. §. qui frater. ff. de hæred. inſtit.* 2.

CAP. V.

An qui poſt ſponſalia tantũ contracta impetrarunt parentum conſenſum, ex conſtitutione Caroli V. Imper. inuicem relinquere prohibeantur.

SVMMARIVM.

1. *Ratihabitio in quibus actibus non ſufficiat.*
2. *Atroci delicto non conſummato pœna conſtituta eſt.*
3. *Matrimonium inuitis parentibus contrahere atrox crimen eſt.*
4. *Clandeſtina matrimonia publicè pernicioſa.*
5. *Ratihabitio pro iuſſo habetur.*
6. *Matrimonium quando conſummatum.*

7. *Statuti verba maximè pœnalis, debent ſumi in potiori ſignificato.*

8. *Statuta pœnalia de matrimonio loquentia non extenduntur ad ſponſalia.*

IMP. Carolus V. edicto ſtatuit, vt qui ſine
parentum ſuorum conſenſu contraxerunt,
nihil inuicem vel donare vel relinquere quo-
quo modo poſſint, etiam ſi poſt conſummatum
matrimonium impetrarent conſenſum. In fo-
ro ſæpiſſime diſceptatum eſt, an poſt ſponſalia
tantum contracta adhibitus conſenſus pœnam
edicti tollat. Non tollere autem, ſed ab initio
interponi debere videtur ex eo, quod in qui-
1. bus actibus iuſſus exigitur,* non ſufficit ra-
tihabitio, *l ſi quis mihi bona. §. iuſſum eius. & ibi
not. ff. de acquir. hæred. l. in omnibus. ff. de noxal.
actio. cap. propter. de elect. not. ad l. vlt. C. de bon. quæ
liber. & ad l honores. ff. de decurio.* ideoque ſtatim
in ipſo negotio tutor debet auctor fieri, poſt
tempus vero vel per epiſtolam interpoſita eius
auctoritas nihil agit, *l. obligari. §. tutor. ff. de au-
ctor. tut. §. tutor autem. Inſtit eod* & ſtatutum ca-
pituli epiſcopo non interueniente factum, non
conualeſcit per eius ratihabitionem, *cap. audi-
tis. de elect. Pet. Anchar ad c. conſuetudinis, de con-
ſuetud.* & retractuum tempora computantur
non à die confirmationis, ſed venditionis, ſi
fortè dominus rei eam venditionem ratam ha-
beat, *plenè Tiraquell. de vero retract* §. 1. *gloſſ.* 26.
num. 6. *& ſeq.* Sed & in ſtatutis obtinet, vt ſi
præcipiant aliquid fieri cum conſenſu alicuius,
non videatur eorum ſeruata forma, ſi conſen-
ſus ſubſequatur: quod de ſtatuto requirente
conſenſum duorum propinquorum in con-
tractu mulieris, adſerunt Bald. *ad l. 1. C. qui ad-
mit. col vlt.* & late Tiraq. *in leg. connub gloſſ. 4. ad
verb conſentement. §. ex quo pleriq.* quia qualitas
adiuncta verbo debet intelligi ſecundùm tem-
pus verbi, *l. in delictis. §. ſi damnum extraneus ff.
de noxal. act. pulchrè in propoſito Cuma. ad d. § iuſ-
ſum eius.* At parentum conſenſus initio ſtatim
nuptiarum exquiritur, non modo hac Imperiali
conſtitutione, ſed & iure communi. §. 1. *Inſtit.
de nupt.* In tantùm, inquit Iuſtin. vt iuſſus pa-
rentis præcedere debeat, *& l. 1. C. de rap. virg.*
[Oportet etenim vt quicumque vxorem duce-
re voluerit, ſiue ingenuam, ſiue libertinam: ſe-
cundùm noſtras leges & antiquam conſuetu-
dinem parentes vel alios quos decet, petat, &
cum eorum voluntate fiat legitimum coniu-
gium] dicit, (petat) quod refertur ad initium,
non habeat: & dicit [fiat legitimum coniu-
gium] non autem, confirmetur, ratum habea-
tur, aut quid ſimile. Alterum aagumentum.
Atrocibus* delictis etiam non conſummatis
2. pœna conſtituta eſt, *l. ſi quis non dicam rapere C.
de epiſc. & cler.* & in iis voluntas ſpectatur, non
exitus, *l. diuus Adr. ff. ad l. Corn. de ſicar. l. is qui cũ
telo. C. eod. tit. l. etſi ff. de adul.* reſcriptumque ex-
ſtat, adulterium etiam in ſponſam vindican-
dum, *l ſi vxor. in princip. ff. ad leg. Iul. de adult. &
ſtip.* Atrox autem* crimen deſignat, qui nup-
tias inuito patre contrahit. Nam ſi nihil inter- 3.
eſt occidat quis, an cauſam mortis præbeat, *l.
nihil intereſt ff. ad l. Cornel. de ſicar.* non ſolùm
parricida videtur, qui patri violentas manus ad-
fert, ſed & qui eo inconſulto aut renitente ſe-
rios actus, inter quos vel primus eſt matrimo-
nium, exequitur: immò hic quidem atrocior,
qui lento cruciatu vitam extorquet, accinente
Ouidio:

Morſq; minus pœna quàm mora mortis habet.

Hocque illud eſt, quod Iuſtinia. ait *in d. l.*
1. meritò raptores virginum mortis damnari
ſupplicio, cùm nec ab homicidij crimine ſint
vacui, ſcilicet quod vel occaſionem præſtant
homicidiis in raptu, vel parentibus raptarum
tædio ac tabe miſerabilem conſciſcunt interi-
tum, *glo. & Doct. ibi.* Neque dicas hæc locum
non habere, quando parentes nondum conſum-
mato matrimonio conſenſum accommodant:
non enim ſolet voluntarius eſſe huiuſmodi con-
ſenſus, ſed potiùs vt fit, modò liberorum obte-
ſtatione, modò aliorum importunitate ple-
rumque pecunia corruptorum, modo periculi
euitandi cauſa extortus. Denique & illud ad-
iunxerim, quod conſenſus parentum ante con-
ſummatas nuptias accedens tertiam rationem
edicti non eluit,* Reip. nimirum læſionem, 4.
cuius intereſt liberos parentibus mortem ge-
rere, & æqualia matrimonia contrahere: quia
imparitas coniugum hæc ferè gignere ſolet,
aſſiduas querelas, domeſtica conuitia, funeſtas
voces, conſanguineorum dolorem, exprobra-
tiones, deteſtationes, inſidias, maleficia, aliaque
publici ſtatus quietem perturbantia. Atqui vna
ex pluribus cauſis in lege ſeu conſtitutione ex-
preſſis, ceſſante, pœna legis ſeu conſtitutionis
non ceſſat, *l. inter. §. quæ tutoribus ff. de excuſ. tut.
l. ſi cùm lex ff. de hæred. inſtit.*

Contraria tamen ſententia magis ſuaderi
poteſt rationibus ſubiectis. Principiò vulgare
eſt quòd paria ſunt ab initio legitimè fieri, &
poſtea legitimè confirmari *l. tribunus ff. de milit.
teſt. l. 3. §. acquirere. ff. de bono. poſſ. l. ſemper. & l.
hoc iure. de reg. iur.* Nam* ratihabitio compara-
tur mandato, mandatum iuſſui, *l. 1. ff. quod iuſ.* 5.
neque intereſſe putat Cicero *Philip.* 2. inter
ſuaſorem facti & probatorem. Vt ecce, Aliena-
tio bonorum à pupillo facta eſt nulla: tamen ſi
conſenſus eius & tutoris pòſt accedat, & ſi in
rem pupilli, corroboratur, *l. Iulianus. § ſi quis col-
ludente &. §. ſi quis à pupillo. ff. de act. emp.* Con-
ſenſus item poſthumi præteriti, quem vtique ſe-
qui neceſſe eſt, facit valere tabulas, *l. filio præte-
rito. ff de iniuſto teſtam.* Idque canonica æquitas
in omnibus propemodum recepit, *c. dilecti, & ibi
Doct. de iud. c. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. c. 2,
de coniug. ſeruo. cap. 1. de eo, qui duxit in matr. & c.
cura de iure patro.* vbi ſic ait Alex. III. [Manda-
mus quatenus ex donatione laicorum, niſi au-
ctoritas diœceſani epiſcopi & conſenſus adſit,
nullus veſtrum aliquas ſibi Eccleſias vendicare
præſu-

præſumat, vel retinere taliter adquiſitas, niſi legitima fuerit præſcriptione munitus, aut diœceſani Epiſcopi habuerit poſteà conſenſum,] *& vide Soc. conſ.* 15. *col* 4 *l.* 1. Ergo ſicut Paul. *lib.* 2. *sent* & Imp. *in l. ſi vt proponis. C de nupt.* aiunt, nuptias ignorante patre coitas ipſius ſilentio comprobari, ita & iure Pontificio Baſilius & Theodorus Balſamon Græci canonum interpretes prodiderunt parentum ratihabitione matrimonia conualeſcere, *vt refert Anto. Contius ad Orat Hen. Fran. Regis de clandeſt. matrim. ad verb. Contre le gré. vbi de aliis quibuſdam rationibus idipſum adfirmat.* Quæ ſi obtinent in delictis iam conſummatis, multò magis hic obtinebunt, vbi nondum plenè liberi deliquerunt, ſed, quaſi re integra, poſſunt à ſponſalibus etiam de præſenti contractis reſilire, religioni ſe tradere, & dolore in fauſti coniugij parentes liberare. *l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cler. d. c.* 2. *& c. commiſſum. de ſponſal.* Verum enim verò ipſa conſtitutionis verba plus momenti habent, quę iam ponderemus. Etiamſi, inquit Imp. POST CONSVMMATVM matrimonium impetrarent conſenſum. Sanè † conſummatum ſeu perfectum matrimonium (vtroque enim verbo vtuntur canones) dicitur, non quoties ſponſalia ſunt contracta per verba de præſenti, ſed quando benedictio nuptialis, reliquæque ſolemnitates in facie Eccleſiæ interuenerunt, & concubitus ſubſequutus eſt, *cap. ex publico vbi gloſ. & Doct. iuncto c. ex parte. de conuer. coniug. c. vlt.* 28. *q.* 1. *Anch. conſ.* 20. *num.* 14. *Dida Couar. prolixè par.* 1. *epit.* 4. *decret. c.* 1. *n.* 4. *& dicam latius l b.* 4. *cap.* 11. Nuptias quidem non concubitus, ſed conſenſus facit, *l. nuptias de reg. iur.* is tamen conſenſus matrimonium non perficit, ſed concubitus, ſicuti & emptio conſenſu fit, traditione conſummatur. *l.* 1. *& l. ſeq. ff. de peric. & com rei vend.* Sciendum eſt, inquit canon ex ſacro concilio Toletan. QVOD CONIVGIVM deſponſatione initiatur, coniunctione perficitur. *c ſtatutum.* §. *vlt.* 27. *q.* 2. Sic Ambroſ. [Si quis deſponſata ſibi & tradita vtatur, ritè coniugium vocatur: quia in diſpenſatione coniugium initiatur, non perficitur.] Nam & bigamia ante commixtionem non cenſetur eſſe contracta, *c. debitum de bigam.* & lex diuina, ne liceat viro dimittere vxorem, intelligitur de cognita & in domum traducta, *d. c. ex pub, l. c. ſi quis* 27. *q.* 2. aliud quippe eſt maritus, aliud ſponſus, *lib.* 1 § *& primum ff. pro dote*, aliud vxor, aliud ſponſa. *l. ſancimus. C. de nupt.* aliud ſponſa patris non cognita, aliud nouerca: aliud filij ſponſa, aliud nurus, §. *ſed ſi vxor. Inſt. de nupt.* Quocirca dicitur Diuæ Virginis matrimonium fuiſſe verum & perfectum quoad ſanctificationem, ſed non quoad germanam ſignificationem. *Salic. conſ. Iacobus promiſit Stephano. & in l cum de col.* 2. *C. de donat, ante nupt. Tyra. de leg. connub. gloſſ.* 1. *c. quoniam verò.* §. *contra tamen. & Dida. Couar. epito. in* 4. *decret. p.* 2. *cap.* 1. §. *in princip.* Cur igitur conſtat. Imp. Caroli conſtitutionem de eo matrimonio a-

6.

gere, quod conſuetis ſolemnitatibus, & maritali congreſſu abſolutum eſt, nulla ratione ad ſponſalia trahi poteſt. Nam * verba ſtatuti debent ſumi in proprio & potiori ſignificato, *l.* 1. §. *quæ in perpetuum ff. ſi ager vectig. vel emphyt. & cap ſi quem. de ſent. excom.* præſertim cum verſamur in materia derogante iuri ciuili, vel pœnam infligente, vel liberam teſtandi facultatem adimente, vel in aliis iſtiuſmodi cauſis, *l.* 1. §. *ſi nauem ff de exercit. act. Doct. in l ſi verò* §. *de viro. ff. ſolut. matr. in cap. in pœnis & in ca. odia. de reg. iur in* 6. *Maria. Socin conſil.* 30. *num.* 2. *lib.* 2. *Franciſ. Curt. conſ.* 9. *num.* 30. Quod ipſum in hac ſpecie propoſita reſpondere Pet. Ancha. *conſi.* 21. *num.* 15. *verſic. vnde licet.* Præpoſ. *ad c. cum inhibitio de clandeſt. deſponſat.* & alios citans Tyraq. *d.* §. *contra tamen.* nempe ſtatuta* pœnalia de matrimonio loquentia non extendi ad ſponſalia etiam de præſenti, & contrahentem ſponſalia non cadere in pœnam matrimonium contrahenti appoſitam. Hoc amplius multi æſtimant ſponſum vel ſponſam ex lucro nuptiali ſtatutario nihil conſequi. *Bald. in l ſi donaturus.* § *ſi quis indebitum. ff de condict. cau. da. Socin. belle, conſil.* 2 23. *num.* 5. *verſic. ſed ad omnia. lib.* 2. *Anto. Roſel. in tract. ſucceſ. ab inteſta. col.* 88. *Tyraq. d. lo. & monuimus nos. cap.* 3. *huius lib. num.* 3. Et certè frequenter vſu euenit, vt adoleſcentes lubrico ætatis mutuò fidem dent, parentes autem re probè intellecta, & æqualitate contrahentium conſiderata conſenſum libenter adhibeant, gaudeantque inchoata matrimonia perfici: quo caſu nemo negabit durum fore, ſi verba conſtitutionis in ambiguo extendantur in odium liberorum.

7.

8.

Quid nos in tam diuerſis compugnantibuſque rationibus? Equidem in poſteriorem hanc ſententiam facilius adſentationem flexerim, & potiſſimum ſi poſt ſponſalia de futuro tantum contracta parentum conſenſus interueniat: nihil tamen valde adfirmo, exiſtimans conſultius futurum his inter quos ſuper hoc ſalebroſo articulo controuerſia erit, ſi Principis exquirant interpretationem, vt ipſe quem velit legis latæ modum eſſe ſemel determinet.

CAP. VI.

Teſtamenta coniugũ quo modo legitimè impediantur: & an coniunx ſuperſtes habeat vſumfructũ ſtatutarium in dote fideicommiſſo grauata.

SVMMARIVM.

1. *Dos & donatio propter nuptias poſſunt grauari fideicommiſſo.*
2. *Clauſula*, Vt dos reddat ad latus vnde prodiit, *quis effectus.*

3. *Vſu-*

3. *Vſuſfructus ſtatutarius an excludatur per fideicommiſſum doti inductum.*

4. *Fideicommiſſum quando conſtitutionem vſusfructus non impediat.*

SI futurorum coniugum parentes metuant, ne illi morientes ſine liberis in ſe inuicem, propria fraudata familia, bona ſua transferant: remedium eſt, vt diſertis verbis ſtipulentur in
1. contractu * antenuptiali, vt ſi contigerit coniuges vel alterutrum eorum liberis non relictis decedere, bona vel in dotem, vel donationis propter nuptias titulo data ad ſemet parentes, liberoſue ſuos reuertantur. Nam cùm ſuæ rei quiſque moderator ſit & arbiter. *l. in re C. manda.* nihil vetat ipſos hanc legem propriis fortunis imponere, & per contractum etiam inter viuos fideicommiſſum ſeu ſubſtitutionem inducere. *l. inter ſocerum. §. cum inter patrem. ff. de pact. dot. l. vt hæredibus iuncta. vlt. §. vlt. ff. de leg. 2. l Lucius. §. filiū ff ad Treb. l ſi genero. & l cum à ſocero. C. de iure dot. l 1. C. de rei vxer. act. l. quoties C. de donat. quæ ſub mo. l. 1. C. de condit. inſt. Bar. ad l. Titio centum. §. Titio genero. ff. eod. t. t. Caſtr. conſ. 59. & 347. li 1. Guido Papæ q. 613. ſi pater, Iaſon. conſil. 144. lib. 1. Maria. Socin. conſ. 118. lib. 2. latè Aimo. Crauett conſ. 29. n. 8. & ſeq. Cagnol. ad l. 2. n. 102. C. de pact.* Cuius quidem pacti ea vis erit, vt præter legitimam liberum non ſit coniugibus de iis bonis teſtari: parentibus autem eorumue liberis, ſi contra factum fuerit, vtilis ſaltem vendicatio competat. *Decius conſ. 239. & ad l. in traditionibus. C. de pact. Franc. Ripa. c. 1. lib. 3. reſponſ Guido Papæ conſ. 51. 2. Titius Aegid. Bellame. conſ. 39. Socin. conſ. 236. lib. 2. Aimo d. conſ. 29. n. 9. Stephan. Bertran. conſil. 226. 227. & 285. lib. 1. Alciat. conſil. 99 n. 11. Roder. Suares ad l. quoniam. q. 8. C. de inoffic. teſtam. & Didac. Couuar. lib. 1. cap. 14. var. reſolut.* aut certe actio perſonalis contra domum mortuariam, & hæredem coniugum, *vt obſeruat Guil. Benedic. ad c. Raynutius ad verb. Si abſque liberis 2, n. 22. verſ. Et eſt mirabile, ext. de teſtam.* etiam ſi liberi ſubſtituti adhuc ſint in poteſtate parentum, *Caſt. d. conſ. 346. lib. 1.* & ſpecifice alienatio prohibita non ſit, quæ fideicommiſſo tacite continetur. *Aimo d. conſ. 29. n. 10. verſ. Capio tertium* Moneo oculatos hac in re parentes eſſe, & ſtipulari verbis diſertis ac euidentibus. Nam ſi illud ſolum conuenerit, vt ſine prole
2. defunctis coniugibus, bona * reuertantur ad latus ex quo prodierunt, non idem erit effectus: ſed in hoc tantum huiuſmodi clauſula valebit, vt vel marito poteſtatem adimat dotalium alienandorum forte ei ex conſuetudine alioquin permiſſam, vel vt denotet ordinem ſuccedenti ab inteſtato legitimum ſcilicet quòd ſi coniuges inteſtati moriantur liberis non extantibus, bona illa reuertentur ad agnatos proximioris, iuxta rationem iuris, aut conſuetudinis: præſertim ſi non ab extraneo, ſed parentibus ipſis aut fratribus ex bonis hæreditariis dos proceſſit. *probatur in l. 2. C. de iure dot. eleganter Lucas de Penna ad l. vnic. col. penul. C. de impon. lucrat. deſcript. Matthæ. de Afflict. ad conſt. reg. cui princ. eſt, fratrem, verſic. ſecundò quæro, circa fin. Caſt. conſil. 61. Pro fundamento. li. 1.* Et ſanè experientia rerum magiſtra hoc euidenter quotidiè verum eſſe oſtendit. Quia cum ſemper ferè in omnibus honoratiorum perſonarum contractibus antenuptialibus iſta clauſula ponatur; nemo tamen ideò intelligit coniugibus ipſis teſtandi poteſtatem præreptam eſſe. Præterea caueant parentes, vt nominatim quoque bonorum feudalium, ſi quæ ſint inter reliqua donata, mentionem faciant: vt poſteà non ſit locus illi quæſtioni qua diſceptatur, vtrum vniuerſali fidei commiſſo contineantur feuda necne? *de qua Doct. ad l ſi patroni. ff. ad Trebel. Mar. Laud. ad cap. 1. de leg. Conrad. Guido Papæ conſil. 214. & 218. Iaſon de feud. num. 42. Socin. Nep. conſil. 72. li. 1. Roland. à Valle conſil 60. lib. 1.* Qualicunque tamē forma * parentes hoc fideicom- 3.
miſſum, aut ſubſtitutionem hanc faciant, vſusfructus ex conſuetudine loci coniugi ſuperſtiti debitus hac ratione in dubio non cenſetur excludi. Primum, quia parentes in caſu non expreſſo ſed omiſſo, præſumuntur ſe continuiſſe intra cancellos ſtatuti, & conſuetudinis. *Doct. ad l hæredes mei. ff ad Trebel. Bal. ad l. fideicommiſſum ff. de legat. 3. Iaſon ad l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthum. Alc a. reg. 3. præſump. ca. 22.* eaque conſuetudo influit in omnem diſpoſitionem ſubditorum, niſi nuncupatim aliud dixerint. *Doct. ad l. ſi duo ff. de acquir. hæred. Bal. in d. loca. Barbat. ad c. Raynaldus. extr. de teſtament. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. t. t. des droictz, & appert. à gens mariez. §. 2. in verb. Selon la generale couſtume.* Id quod etiam in prohibitione alienationis à teſtatore facta, & Anchar. *conſil. 125.* & Aret. *conſ. 145.* & Angel. *ad l. tres. fratres ff. de pact.* tradiderunt. Et ſicut prohibitus alienare extra familiam, non prohibetur relinquere hæredi, qui ab inteſtato ſecundum conſuetudinem loci ei erat ſucceſſurus. *Iaſon conſi. 32. lib. 3.* ita quoque vxor prohibita alienare, non videtur prohibita auctoritate ſtatuti relinquere marito vſumfructum, qui ei ex conſuetudine loci debetur. Deinde in bonis ſubiectis reſtitutioni aut fideicommiſſo, ſi dos conſtituatur, vt poteſt, *Authen. res quæ. C. commu. de lega.* licite apponitur pactū de lucranda dote, aut tota, aut parte illius *Bald. ibi verſic. quæro ſi ex forma ſtatuti:* maximè ſi ea ſuperſtiti coniugi ex ſtatuto loci debeatur, neq; illi ſtatuto derogatum fuerit. *Corn. conſ. 3. lib. 3. Decius conſ. 311. Aimo. conſ. 186. præſens conſultatio.* Tertiò pacta dotalia reſpiciunt naturam dotiū in loco dotis, ſcilicet vt vſumfructum eorum bonorum accipiat maritus iuxta ſtatuta de dotibus loquentia. *Aimo. d. loco num. 5. verſ. Secundò arguitur.* quia diſpoſitio generalis debet intelligi ſecundum naturam rei de qua loquitur. *l. 1. §. 1. ff. de off. procurat. Cæſar.* etiam in materia ſtricti iuris & cum impro-

pria-

priatione, *Bal. ad l. vlt. C. commu. diuidun. & conſ.* 457. *lib.* 3. *Cuma. conſ.* 242. & generalis diſputatio ad caſus dotales non perinde pertinet. *Fulgoſ. ad l. in teſtamentis. C. de teſtam. latè Tiraquel. de retract.* §. 1. *gl.* 14. *nu.* 91. *cum multis ſequen.* Quartò vix eſſet vt filiæ nuberent, niſi lucrum conſuetudinarium aut ſtatutarium poſt earum mortem exſpectarent futuri mariti: quod parentes voluiſſe nullo modo eſt veriſimile, quorum pietas & officium requirit, vt & filias matrimonio elocent, & liberis hominibus ciuitatem impleant, & poſteritatem ſuam propagare ſatagant, *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* adeoque omnia illa permiſiſſe & voluiſſe videntur, ſine quibus matrimonia facilem ſucceſſum non eſſent habitura. *Aymo. d. loco & Deci. ad c. prætereà. colum.* 4. *ad fin. verſ. Sed contrarium. ext. de offic. delega.* Quid ſi autem maritus hæc onera impoſita neſcierit, ſua ſpe fruſtretur, deceptus maneat? Sanè etſi ad conuellendum matrimonium res illa nihil conferret, ad perturbandum tamen plurimum pertineret, *abundè Tiraq. ad leg. connub. l.* 3. Quæ perturbatio vt euitetur, voluntas parentum benigniore & æquiore ſenſu accipienda eſt, vt nimirum non niſi poſt mortem mariti, eiuſque vſufructu finito, ſubſtituti ad bona fideicommiſſo grauata admittantur, *argum. eorum quæ in ſimili ſcribunt Decius conſil.* 286. *& Oldrad. conſil.* 66. Denique correlatiuorum eadem eſt ratio & natura, etiam in ſtatutis. *Doct ad l. vltim. C. de indic. viduita. tollen. Cuman. ad l. ſi verò.* §. *de viro ff. ſolut. matrimon.* Si ergo vxor bonorum mariti præmortui habuiſſet vſumfructum ſtatuto vel conſuetudine ſibi debitum: æquitas omnino ſuadet, vt in reciprocum, & maritus quoque ſimili iure in bonis ab ipſa relictis gaudeat: cum inter coniuges inæqualitatem conſtitui lex abhorreat. *patet ex authen. de æqual. dot.* Nec mutat quod
4. fortè obiici poſſet, fideicommiſſum vires ſuas accipere † in articulo mortis grauati, & ne quidem conſtitutionem vſuſfructus admittere. *l. fina. C. de reb. alien. non aliena.* Si quidem hoc ad proprietatis deuolutionem pertinet, non ad vſumfructum ex conſuetudine marito adquiſitum, *iuxta ea quæ not. Caſtrenſ. & alij ad d. Authen. res quæ.* vel niſi legis ſtatutiuæ auctoritas, aut coniecturata teſtantium voluntas aliud cõmonſtrent, *d. l. fin. d. l. hæredes mei.* §. *cum ita l. quiſquis. ff. de legat.* 3. percipuè quidem in cauſis dotalibus quæ, (vt diximus,) expreſſam & ſpecificam ſui mentionem requirunt. Et cum præiudicium iſtud veniat in conſequentiam tacitæ permiſſionis teſtatorum, non etiam principaliter, à ſubſtituto honeſtè ac iure allegari non poteſt, *ſic ait Aymo d. loco, num.* 8. *verſic. nec poſſunt.* Atque in hunc modum poſteaquam aliquoties reſponderam, incidit in manus meas tractatus Rolandi à Valle de lucro dotis, vbi *quæſt.* 57. *pater reliquit dotem*, idem cum ſenſiſſe reperi. In Senatu quoque Namurcenſi, & hoc Magno Senatu Belgico, & ſæpius in curia Eccleſiaſtica Louanij ſecundum hanc opinionem iudicatum eſt. Proinde ſi parentes velint huiuſmodi vſumfructum coniugibus præripere, id expreſſis, & manifeſtariis verbis agendum erit, vel aliud doerium ſuperſtiti conſtituendum illius vſusfructus loco.

CAP. VII.

De donatione cauſa mortis inter virum & vxorem.

SVMMARIVM.

1. *Donatio cauſa mortis inter coniuges permiſſa.*
2. *Donatio cauſa mortis inter coniuges an requirat traditionem.*
3. *Donatio cauſa mortis coniugalis quando reuocata cenſeatur.*

Viro & vxori † mortis cauſa donatio permittitur, ſicut & legatum & inſtitutio, 1.
l. ſi eum ſeruum in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Tiraquell. late ad l ſi vnquam ad verb. libertis. nu. 103. *C. de reuoc. donat.* quia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor eſſe deſinunt, *l ſeq quia*, adeoque ceſſant omnes rationes, ex quibus inter eos mortis cauſa donatio prohibetur. Et quamuis Didac. Couuar. *in rub. de teſt. par.* 3. *nu.* 2. nouè exiſtimet, * donationem coniugalem tunc demũ 2.
morte donantis confirmari, cum traditio præceſſit: tamen nihil dubitandum eſt, vt in cæteris mortis cauſa donationibus, ſic quoque in hac non requiri traditionem, ſed ſtatim morte inſecuta rem eius fieri cui donata eſt, *l. cum hic ſtatus. in princ. ff. d. tit. l. ſi maritus quondam, & l. donationes quas. C. eod. tit. Franciſ. à Ripa in l.* 2. *ff. de leg.* 1. *Ioan. Lupi in rubr. de donat.* §. 77. *Chaſſ. ad conſuet. Burg. rub. des gens mar. es,* §. 7. *ad verb. Par. teſtam. num.* 17. Rei enim dominium manet apud donantem, neque prius donatio tenet, quam mors aduenerit. *d. l. quia & l. ſeq. ſed interim. ff. de donat. inter vir. & vxor. Cin. in l.* 1. *C de donat. cau. mort.* Vt ne dicam Io. Coraſium *miſcel. lib.* 5. *cap.* 1. cenſuiſſe donationem etiam inter viuos ſola coniugis donantis morte confirmari: cui tamen euidenter obſtat l. Papinianus. ff. d. tit. de quo alij. Licet autem * donans rem retineat, nihil- 3.
ominus ſi alium inſtituerit hæredem etiam omnium bonorum, non propterea dicetur donationem mortis cauſa coniugi factam reuocaſſe. *d. l. cum hic ſtatus.* §. *ait oratio. & ibi gloſſ. Alexand. in Auth. ex teſtament. C. de collat. Ioan. Lupi d. loco.* §. 69. *Aymo Crauet. conſil.* 144. *num.* 10. *Carol. Ruin. in d. l.* 2. *ff. de leg.* 1. *Hippolit. Riminal. ad princ. Inſtit. de donat. numer.* 478. Secus ſi eam rem alij poſtea in teſtamento legauerit: videtur enim pœnituiſſe eum prioris

ris donationis ſactæ. *Pract. Ferrar. in for. l bell. qua agitur pro donat. in gloſſ. irreuocabiliter. § viſa reuocatione.* quia hæc donatio ſapit naturam legati, *l. omnibus. l. Marcellus. in fi. l. & ſi debitor & l. Senatus ff. de mor cau. donat.* in legatis autẽ nouiſſimæ ſcripturæ valent. *l. ſi mihi & tibi §. in legatis. ff de legat.* 1. Porro cùm circa donationem cauſa mortis multæ quæſtiones vt plurimum emergant, melius multo ſuperſtitis quieti conſulet coniunx, ſi teſtamenti viam potius ſequatur. *Alia de mortis cauſa donationibus, lib.* 4.

CAP. VIII.

Pactum an valeat inter virum & vxorem, vt ſuperſtes alteri ſuccedat.

SVMMARIVM.

1. *Pactum de futura ſucceſſione non valet, etiam inter coniuges.*
2. *Pacta reciproca ſuper futura ſucceſſione an ſint vtilia inter coniuges.*
3. *Matrimonij fauor non patrocinatur pacto de ſuperſtitis hæreditate.*
4. *Promittere bona ſimpliciter poſt mortem an liceat.*
5. *Nobiles an de futura ſucceſſione validè paciſcantur.*
6. *Iuramento non firmatur pactum de ſuperſtitis hæreditate.*

1. MAgna iam olim contentione agitatum à præſtantibus ingenijs fuit, valeatne † pactum illud, quo inter virũ & vxorẽ conuenit, vt ſuperſtes alterius rebus potiatur. Et magis probabile eſt non valere. Primum, quia ſpeciale legis beneficium eſt, vt quis poſſit de patrimonio ſuo diſponere in id tempus, quo ſuum non erit *l. in tempus ff. de hæred. inſtit Doct. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alciat. ad l. pactum quod dotali. n. 12. C. de pac.* quod tamen lex non vt libet, indulſit, ſed tantum ſi certa forma, nempe teſtamenti fieret. *l. 3. & ibi gloſſ ff. de teſtam.* ideo pactum de futura ſucceſſione non valet, *l. fin. & alijs ſimilib. C de pac. l. ex eo inſtrumento. C. de inutil. ſtipu la. l. cum donationis. C. de tranſact.* vtpote quod fit contra ius diuinũ, quia votum captandæ mortis inducit, & peccatum fouet. *d. l. pactum quod dotali, & d. l. fin Bab. col. 2. verſic. Quinto oppono, & Salicet n. 5. in d. l. pactũ. Mar. Soci. Nep. conſ. 64. n 41. lib. 2.* atque contra ius naturale & gentium, quia aufert liberam teſtandi facultatem, *l. ſtipulatio hoc modo. ff. de ver. ob ligat. d. l. 1. gloſſ. in c. ad audientiam. de reſcrip. & in d l. pactum. Decius conſ. 361. num. 6. Socin. Nep. d loco.* Proinde neque inter maritum & vxorem valere ſtatuunt. Imp. (Hæreditas, inquiunt, extraneis teſtamento datur. Cùm igitur adfirmes dotali inſtrumento pactum interpoſitum eſſe vice teſtamenti, vt poſt mortem vxoris, bona eius ad te peruenirent, quæ dotis titulo tibi non ſunt obligata, intelligis te nulla actione conuenire poſſe hæredes, ſeu ſucceſſores eius, vt tibi reſtituantur, quæ nullo modo debentur.) *d. l. hæreditas & ibi gl. ad verb. interpoſitum. C. de pact. conuent.* Non dubiè ita eſt. Illud verò diligentius quærendum, an etiam † viciſſitudinaria ſeu reciproca eiuſ-
modi pacta non valeant? Nam multi quidem 2.
eò recidunt, vt propter reciprocationem admittenda exiſtiment. *Cy. Bal. Pau. & reliqui ad l ſi pater puell C. de inoffic. teſtam. Iaſ. ibi, & ad l. ex hoc iure, num. 55. ff. de iuſt it & iu. Boer. in conſuetud Bituricen. in rub. de conſuetud. matrimo. & doer. §. 1. col. 7. & 8. hoc cum alijs laudans Petr. à Duenas Hiſpan. reg. incip. Conuentio facta inter maritum & vxorem.* E quibus Iaſon ad confirmationem ſuæ opinionis docet, nonulla ex reciprocatione ſuſtineri, quæ alioqui nihil momenti haberent. Boer. autem paulò propiùs accedens ſic colligit: Conſtat donationem viciſſitudinariam valere inter coniuges ſtante matrimonio *iuxto Calder. conſ. 1. tit. de donat & alios multos ab eo recitatos.* ergò à fortiori valet pactum illud in contractu antenuptiali factum: ſicut inter virum & vxorem quantumuis 25. annis minorem, in contractu antenuptiali poteſt adijci pactum de tota dote lucranda, ſi vxor præmoriatur. *l. 1. & ibi Bal. cum alijs. C ſi aduerſ. dot. Bart. conſil. 126. Titius marit. Ang. in §. fuerat Inſt. de act. Soc. ad l. 2. verſ. Secundò limita. ff. ſolut. matrim.* Quibus obiectionibus eſt quod reſpondeamus. In donationibus enim coniugum non agitur de hæreditate, non tollitur teſtandi facultas, non inducitur votum captandæ mortis, cùm ſtatim teneant, itaque ceſſant omnes rationes in hac ſpecie militantes: & præterea cùm iſtæ donationes ſint contra iuris regulas, non debent in exemplum trahi ad alios caſus *Cachera deciſ. Pedemonta. 100. num. 19. vbi latè hac res & eleganter tota diſcutitur.* At enim aperto textu l. licet. C. de pac. iſtorum opinio conuellitur, vbi pactum inter priuatos de inuicem ſuccedendo, ne quidem in vim donationis cauſſa mortis valet: idque communiter recipi multis teſtimoniis, *lib. de primogen. q. 6. nu. 24.* probat. Tiraq. & cum illa l. licet. ſolos milites ad prælij aleam pergentes excipiat: conſequens eſt in omnibus aliis perſonis contrarium iure communi obtinere. Eoque modo reſponſum eſt non valere conuentionem inter fratres, vt vni eorum mortuo ſine liberis alij ſuccedant ab inteſtato. *Alex. conſ. 28. lib. 3. Dec. conſil. 225. num. 5 & ſeq. deciſ. Pedemon. iam citata, num. 25.* Quippe quòd Mar. Soc. Nep. *conſ. 30. lib. 2.* id neget, *ex Oldra. conſ. 139. Ad habendum,* intelligitur non in ſucceſſione vniuerſalis hæreditatis, ſeu quando conuenit omnia bona ad ſuperſtitem peruenire, ſed in donatione quorundã bonorum reciprocè facta tantũ. *Oldrad. eo loco. Decius d. conſil. 225. verſicu. Non obſtat. & conſil.*

*conſil.*237.*num.*14.*Iaſon.conſi.* 211. *col.* 2 *latè Cachera.d loco.nu.*26. *alex. d.conſ.*28.*verſ. Non obſtat etiam id*, niſi tamen etiam aliorum ſententia probabilior eſt, qui ne in parte quidem bonorum hoc pactum admittunt. *Angel. conſil.* 66.*Comet.Roberti Alciat.ad d.l.pactum. num.* 19. *per l.vlt ff.de ſuis & leg.& Chaſſan.conſ.* 62. *nu.* 37. Sed rurſum opponitur, quod non exiguus
3. debet videri * fauor matrimonij, cuius nomine conſtat multa ſpecialiter eſſe ſtatuta, *cap. vlt. de condit. appoſ glo.& alij in l.*1.*ff. ſolut. matr. & in cap.*1.*vt lite non conteſtata.* & fortè contractum non fuiſſet, niſi pacto huiuſmodi conſiderato, quod cum adhæreat matrimonio, rei tam fauorabili, etſi alias per ſe inefficax eſſet, videtur tamen tranſire in naturam eius rei, cui coniungitur, *l.ſi tibi rem ff.de præſcrip. verb. quod & ad terminos huius quæſt. adfert. Tiraq. d loco.num.*7. & probat Manſuerius excellens Galliæ practicus, *in tit.de ſocie.* §.*Item licet conſtitutio*,dicens, quod & ſi aliàs de conſuetudine inſtitutio teſtamentaria non valeat, niſi vſque ad certam partem: illa tamen quæ eſt incidens & conuentionalis,valet in duobus caſibus in ſolidum, videlicet in contractu ſocietatis omnium bonorum, & in contractu matrimonij, propter cohærentiam contractus, in quem huiuſmodi pactum incidit. Ad quod dicemus, fauorabilem quidem eſſe cauſſam matrimonij, ſed fauorabiliorem liberi arbitrij, & teſtandi facultatis. Et quamuis multa priuilegia fauore matrimonij ſint conſtituta, ea tamen intra terminos ſuos conſiſtunt, neque ad alia extendi debent, *Bal. in l. in fin. fraudem* §. *vlt. ff. de teſtam milit.Decius conſil. ſæpè dicto* 225. *numer.* 8. Tum quòd matrimonij fauori nihil hic ſit tribuendum, apparet ex d. l. pactum. vbi pactum dotali inſtrumento comprehenſum, vt ſi pater vita fungeretur, ex æqua portione ea quæ nubebat, vna cum fratre hæres patri ſuo eſſet, neque vllam obligationem contrahit, neque libertatem teſtamenti faciendi mulieris patri aufert: & tamē vides hic matrimonij fauorem verſari,quaſi dotis pars id pactum videatur, & gener qui hac fiducia minus dotatam vxorem duxit, alioquin ſpe ſua falleretur: id quod ſuæ facilitati imputet, qui ſcire debuit huiuſmodi pactum legibus improbari, vt *ait Alciat. ad. d. l. pactum num.* 3. & 4. *faciunt. d. l. ex eod. & d. l. cùm donationis.Zaſius pulchrè in d.l.ſtipulatio hoc modo num.* 19.& 20.Scio quemadmodum Bar. *in d.l.ſtipulatio hoc modo. & conſ.* 204. *Promitto tibi.* arbitratus diſputationem conſiſtere circa
4. regulas duas, alteram, quòd * promiſſio bonorum poſt mortem valet: alteram quòd pactum de futura ſucceſſione non valet, conatur longa diſtinctione iſtam controuerſiam componere, vt nimirum referat, an promiſſio reſpiciat tantum obuentionem donorum poſt mortem, an vero incipiat obligare ſtatim perſonam promittentis. Verum eamdem ob rationem Curtius Iunior *conſ.* 15. *Circa præmiſſam facti contingentiam, num.*4. *verſ. Nec iudicio meo*, multis in hanc ſententiam adductis argumentis reſpondet, iſtas duas promiſſiones, quantum ad medullam iuris attinet, non poſſe differre: [Promitto tibi quod poſt mortem meam ſuccedes] quo caſu fatendum eſt,pactum non valere, tamquam de futura ſucceſſione: &, [Promitto tibi quod poſt mortem meam bona mea peruenient ad te] quia etiam iſtud eſt pactum de futura ſucceſſione,neque ſtatim obligat perſonā promittentis cum cenſeatur donatio cauſa mortis, *teſte Alc a. d l fi. num.* 69. quæ non prius tenet, quam mors aduenerit, *vt diximus c.proximo ſuperiore.* Cæterum Arnol. Ferroneus vir clarus eloquentia & eruditione, *ad conſuet. Burdegal. tit. de teſtam* §. 22. in ea, vt videtur, eſt ſententia, quod ſicut inter milites iure Codicis, *d. l. licet.* ita iure poſtremo inter* 5.
nobiles pacta iſtiuſmodi vtilia ſint, per tex. *in cap.*1.*de fil. nat. ex matrimo. ad morgan. contract. in vſib. feud.* & licet is text. loquatur de nobili, qui prius duxerat vxorem nobilem ex qua liberos ſuſceperat, & eis aliam minimè nobilem ſuperinduxerat ea lege: tamen quod illud ponitur gratia exempli, etiam habet locum in quibuſuis nobilibus & ignobilibus.*Bal. Mart. Laud. & Alexand. ib.* quod & Gulielm. Benedic. *ad cap. Raynutius in verb. duas habens filias. num.* 198. conſuetudine ſeruari ait,quamuis *d. loco num.* 22. & meo quidem iudicio rectius, contrariam partem defendat. Tyraquel. adſerens d. c. 1. non ſolum continere magnam iniquitatem, *vt in* §. *illud quoque Authen.de nupt.* verumetiam iuri communi repugnare, ſolumque de conſuetudine Mediolanenſium procedere: ad quod reſpiceintes Aluarot. & Cardi. ibi teſtantur, vbi non eſſet talis conſuetudo, pactum non valere. Imò non valere talem cōſuetudinem pleriſque placitum eſt, vt patet ex Boerio *conſi.* 46. *num.* 5. & aliis. Summa igitur horum dictorum eſto, conuentionem inter coniuges de * mutua ſucceſſione vſque adeò
inutilem eſſe, vt ne iuramento quidem firmetur, *Soc. Nep conſ.* 44. *num* 37. *& ſeq. lib.* 2. *Chaſſan. ad conſuet. Burgun. tit. des droictz. & appart. à gens mariez.* §.7.*Le mary & la femme. ad verb. Suppoſe que leſdictz. num.* 19. *Cachera. num.* 40. *latè*, quia non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, *c. non eſt obligatorium.& ibi dixi num.*2.*de reg. iur.* 6.

CAP. IX.

An liceat coniugi coniugẽ blando ſermone ad relinquendum prouocare?

SVMMARIVM.

1. *Coniuges ſe inuicem ad relinquendum blandis verbis prouocare poſſunt.*
2. *Metus præcedens vitiat teſtamentum inter coniuges blanditiis captatum.*
3. *Metus ſemel illatus quamdiu perſeuerare præſumatur.*
4. *Minas an quis exſequi ſoleat, non eſt ponderandum.*
5. *Vxor quæ marito ægrotanti ſeruire negat, niſi ſibi leget, non capit relictum.*
6. *Medico promiſſio facta nullius momenti eſt.*
7. *Metus reuerentialis legatum vitiat.*
8. *Importunis poſtulationibus extortum à coniuge teſtamentum non valet.*
9. *Importunis petitionibus extorta nõ obſeruantur.*
10. *Blando ſermone coniunx coniugi ſuadere poteſt, vt teſtamentum mutet, quo alium inſtituit hæredem.*
11. *Vtilitatem propriam procurare licet.*

1. ANNE liceat igitur alteri alterum* blandis verbis procurare ad inſtitutuonem, ſeu legatum? Imp. in hæc verba reſcribunt: (Iudicium vxoris poſtremum in ſe prouocare maritali ſermone, non eſt criminoſum) *l. vltim. C. ſi quis aliq. teſta. prohib.* Et Papinianus reſpondit, *in l. vltim. ff d. tit.* [Virum, qui non per vim, nec dolum, quominus vxor contra eum mutata voluntate codicillos faceret, interceſſerat, ſed, vt fieri aſſolet, offenſam ægræ mulieris maritali ſermone placuerat, in crimen non incidiſſe reſpondi: nec ei, quod teſtamento fuerat datum, auferendum.] Dicitur vtrobique, (maritali ſermone.) hoc eſt, blando, amico, nihil truculentiæ, dolíve continente: qui ſanè vt extraneorum inſtitutionem ſeu legatum non vitiat: ita à coniunctiſſima perſona adhibitus nocere non debet.

Quod tamen primo tempera, ſi prius vel verberibus, vel minis coniunx † metum intulerit
2. deinde vero blandiendo eum ad relinquendum adduxerit. Eo enim caſu non libero animo, ſed metus cauſa reliquiſſe intelligetur. Nam metus
3. ſemel per atrocitatem incuſſus, perpetuus cenſetur, & inter coniuges tamdiu permanet, quàm matrimonium conſtat. *Bart. in l. penultim. circa fin. per illum text. ff de c ndict. ob turp. cauſ. Angel. ad l. ad inuidiam. C. quod met. cauſ. latè Alexand. conſ. 1. lib. 3. conſ 47. lib 4. & in l ſi cùm dotem §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrimon. Iaſon in §. quadrupli num. ſexageſimo ſexto, Inſt. de act.* Veluti ſi probari poſſit, maritum verberibus excepiſſe ſuam vxorem, quia nollet in rem aliquã conſentire, ex interuallo autem conſenſit, creditur metu feciſſe: *Doct. ad l. §. quæ oneranda, ff. quarum rerum. act. non datur, l. interpoſitas C. de tranſact. cap. accedens, ext. de conuerſ. comu. & pleniùs in cap. veniens. de offic. delega. latè Hippo. Marſi. ſing.* 325. *dixi tibi aliàs.* Idem ſi maritus crudelia minatus ſit, *Caſt. Salic. Iaſ. & alij in d. l. vlt.* Sicut autem ad probandum metu proculdubiò ſufficit probare verbera, etiamſi non probetur verberantem ſolitum ſæuire, *l. metum. & ibi not. C. de iis quæ vi met. cau. c. quamuis, de pac. l. 6.* ita probatis * minis, verius eſt non requiri probationem eius, quòd coniunx 4. ſoleat quoque minas exequi, *Bald. in cap. 1. §. item Sacramenta col. 2. qu. 4. de pac. iur. firman. Imola ad cap. cauſam matrimonij de offic. deleg. Præpoſ in cap. cùm locum de ſponſal. Alex. in d. l. interpoſitas, & plures allegans in d. §. eo autẽ tempore, n. 11. Iaſon conſ. 3. colum. pen. in fin. volum 1. Socin. Nep. conſi. 77. num. 154. li. 1. & conſ. 67. num. 39. lib. 3. Georg. Natta in d c. quamuis col. 2. verſic. tertiò fallit, Carol. Ruin. conſ. 121. num. 6. volum. 4. Guliel. Mainer. in l. nihil conſenſui, col. pen. ff. de reg. iur. Boer. deciſ. 100. colum 4. & Riminald. conſ. 39. num. 2. & ad §. 1. Inſtit, quib. aliena non lic. n.* 307. Quæ opinio Barto. & Ang. *in d. §. quæ oneranda.* non aduerſatur: quia etſi aſſerant clericum, qui renunciauit præbendæ metu Epiſcopi: vel vxorem, quæ renuntiauit hypothecæ metu mariti, non poſſe renunciationem reuocare, niſi minæ aut verbera præceſſerint: atque ita ibi Accurſum intelligant, tamen non exigunt, quòd Epiſcopus & maritus ſoliti ſint minas in effectum deducere. Sed & Bart. rurſum *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. q. 5. ff. de noui op. nuncia*, id amplectitur. Abbas quoque *in cap. 1. not. 4. & in c. fin. de appellat.* & Dec. *d. c. 1.* teſtati ſunt hanc eſſe communem opinionem: neque ratio fuit, cur ab ea diſcederent, ſibique contrarii firmo pede non conſiſterent. Porrò huc refer alium extorquendi modum, quo * mulier ægrotanti marito neque Medicum adhibet, neque ipſa 5. niſi prorſus neglectè operam ſuam accommodat, atque interim eius hæreditatem aut legatum blando ſermone ambit. Nam ſi maritus hac arte victus, leget, aut inſtituat, non tam blanditiis adductus, quàm malæ curationi metu impulſus fuiſſe videbitur. *Pract. Ferrar in for libell. quo agit vxor ad dot. ad verb. dedit & legauit, verſic. ſed quia dum Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 79. quadam Domina Catharina.* Quo modo certum eſt, * Medicum, dum medetur, promiſſionem ab ægro accipere 6. non poſſe, quia lex præſumit ægrum quiduis promittere, ne deſeratur, aut malè curetur: quod ſi etiam Medicus per aduerſa medicamenta morbum trahat, quo plus à teſtatore ægro ſibi relinquatur, relictum non capit, *l. medicus. ff. de var. & extraord. cognit. Bart. in l. Archiatri. C. de profeſ. & medic. lib. 10.*

lib. 10. *Guil. Benedic. in cap. raynutius ad verb. condidit.* 2. *num.* 3. *part.* 1. *de teſtam.* Eamque in rem lepidum eſt hoc epigramma:

Quid ſi me tonſor, cum ſtricta nouacula ſupra eſt,
Tunc libertatem, diuitiaſq; roget?
Promittam, nec enim rogat illo tempore tonſor.
Latro rogat: res eſt imperioſa timor.
Sed fuerit curua cum tuta nouacula theca,
Frangam tonſori crura, manuſq; ſimul.

7. Sed & † metus reuerentialis vxoris legatum inualidum reddit, *Roder. Suares allegat.* 1. *num.* 33. vt ſi maritus ab ea lachrymabundus miſeris precibus & obteſtationibus legatum impetret, *Parſ. conſi.* 87. *num.* 70. *lib.* 3. quia reuerentia mariti pro iuſto metu habetur, *gloſ. in d. §. quæ oneranda. imo. in d. cap. cauſam matrimonij.* Et huiuſmodi teſtamentum reuerentia mariti factum, Barto. *in d. §. quæ oneranda.* ſentit retractari officio iudicis, licet non per actionem, quod metus cauſa quæ competit, vbi interuenit metus mortis, aut cruciatus corporis, *tot. tit. ff. & C. quod met. cauſ. de quo inferius plura.*

8. Secundo temperant Doct. hanc concluſionem, quando † coniunx non ſolis delenificis, & modeſtè conceptis verbis aliquid à coniuge eblanditur, ſed aſſidua & importuna petitione extundit, *Ioan. Bernar. Diaz. de Luco, reg.* 688. *vxori licitum eſt, verſ. tertio limita, qui allegat D. Seguram Hiſpan. in l.* 1. *§. ſi vir. ff. de acquir. poſſ. col.* 3. *in fin.* Nam inſtitutio hæredis, & legatum ſunt veræ libertatis & liberalis animi, qui extorſionem improbam non admittit.
9. Extorſio † autem & importuna flagitatio æquiparantur, cum in eadem cauſa ſint obtenta per importunitatem, & obtenta per metum, *Innocen. in c. petitio, ext. de iureiur.* non aliter quàm à canone æquiparantur vis metus & fraus, *c. integranda.* 3. *quæſt.* 1. Itaque Felin. *ad c.* 1. *circa initium. de offic. iud. c. delega.* ait, quod blanditiæ inſtantiſſimæ habent vim minarum, *iuxta c. cum inter. de elect. d. c. petitio, l.* 1. *ibi gloſſ. C. ſi rector prouinc. & gloſſ. in l. vlt. C. quod met. cauſ.* cui nominatim & veluti in hoc noſtro caſu ſubſcribit Rebuff. *ad ordinat. reg. tom.* 2. *Rub. de reſcript. art.* 2. *gloſſ.* 3. Vnde & in ſimili Imp. reſcripſerunt in hæc verba (Quoniam plerumque ita nonnullis cauſis inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: quiſquis in crimine Maieſtatis deprehenſus fuerit, bonaque eius, ſicut implectendi conſuetudo criminis habet, fiſcus inuaſerit: eadem nullus ſub ſpe munificentiæ principalis audeat proprio iure poſcere. Qui contra legem id auſus fuerit ſperare, quod non liceret, reus violatæ legis habeatur) *l.* 1. *C. de petit. bonor. ſubla. lib.* 10. Quibus verbis manifeſtè declarant Principes, conceſſionem, quæ ad improbam petitionem alicuius facta eſt, non eſſe obſeruandam: neque videri ab libero Principis animo profectum quod ſemel & iterum recuſatum petendi importunitate peruictus tandem annuit. Simile & à Romanis Pontificibus conſtitutum fuiſſe reperio *in c. vltim. de reſcript.* vbi ambitioſas indulgentias precum importunitate extortas reuocant, eumque qui huiuſmodi improbitate oppreſſus concedit, inuitum concedere præſumunt, *Doct. in c. audacter.* 8. *q.* 1. *in c. oportuna de pœnit. diſtinct.* 1. *in c. tua, ext. de præbend. in c. cum. in iuuentute, de purgat. cano. in Authen. de nup. §. cognouimus, in Authen. de teſtib. §. quia verò. & in l.* 1. *C. de fun. limitro. Lucas de Penna in d. l.* 1. *col.* 3. *C. de petit. bonor. ſubla.* Sic electio ad importunum populi clamorem facta, irrita eſt, *cap. Oſius, de elect. c. miramur.* 61. *diſtinct.* Sic ſententia lata ob importunam populi petitionem, retractatur, *l. decurionem, C. de pœn.* Sic bona eius, quem Monaſterium importuna perſuaſione ad religionem induxit, apud Monaſterium non manent, ſed reuertuntur ad conſanguineos inducti, *cap. fin.* 20. *quæſtion.* 3. *Panorm. ad c. præterea de offic. delegat.* Sic denique tractus per importunitatem ad ludendum, ſi lucratur, non tenetur ad reſtitutionem, *Innocent. in cap. quia plerique, ad immunit. Eccleſiaſt. & ad cap. clerici, de vita & honeſt. cleric.*

Tertio temporant quidam hanc concluſionem, ſi coniux prius facto teſtamento alium inſtituiſſet hæredem: quia ſi tunc alter alterum ad legandum vel inſtituendum perduceret, licet teſtamentum valeret, tamen prior inſtitutus poſſet vel per actionem de dolo, vel actione in factum hæreditatem ſeu legatum reuocare, *Angel. in d. l. fin. & in l. non enim, per illum text. ff. de inoffi. teſtament, Caſtren. & Alexand. in l.* 3. *§. quamquam, in verſicul. ita nota ff. de condict. ob turp. cau. Capo. caute. ſexageſima ſecunda, Carol. Ruin. conſi.* 73. *numer.* 3. *lib.* 2. *Ioan. Neuizan. conſ.* 63. *num.* 24. *Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit. de acquiren. hæred. caut.* 4. Refertque Angel. ſe obtinuiſſe amplam hæreditatem pro pauperibus, quibus fuerat relicta, & agnati perſuaſerant teſtatori, vt mutaret teſtamentum, ſeque hæredes inſtitueret: & eum caſum dicit eſſe quotidianum, ac menti tenendum. Sed contra hanc reſtrictionem poſt gloſſ. & Cyn. *in l. quidquid. C. arb. tut.* inſurgunt latè Dec. *conſ.* 489. *in caſu occurrenti.* eamque reprobat Iaſ. *in d. l. fin. num.* 5. quibus & ego quoque incunctanter calculum meum adiecero: ne ſi aliter dicatur, nunquam ferè locum habeat legis permiſſio, vt * coniunx blando ſermone 10.
ad legandum vel inſtituendum coniugem inducat, quod ferè ſemper fieri debet cum detrimento eorum, qui ab inteſtato erant ſucceſſuri. At qui procurat * vtilitatem propriam, et- 11.
iamſi per indirectum, & veluti per conſequentiam alteri noceat, non præſumitur facere animo nocendi, *glo.* 1. *in fin. in cap. ſi quis verò,* 11. *quæſt.* 3. *not. in l. fluminum. §.* 1. *ff. de dam. infec. Angel. in l. pupillus, in fin. & l. qui autem. §. ſciendum. ff. de his quæ in fraud. credit.* Vt enim ſibi quiſque malit, quod ad ſe vſumque vitæ

pertineat, quàm alteri acquirere conceſſum eſt, non repugnante natura. *Cic lib. Offic.* 3. Et cùm is qui ſuo iure vtitur, nulli faciat iniuriam, *l. nullus. ff. de reg. iur* lex eiuſmodi induſtriam non damnat. Aliud eſt, ſi is qui nec hæreditatem, nec legatum ambit, teſtatori perſuadeat, vt alium hæredem faciat, vel alij leget. Nam is inuidus, iniquus & iniurius eſt, qui cùm ſibi proſpectum non cupit, inuidet aliis, quo minus beneuolentia defuncti fruantur, vtantur.

CAP. X.

Qua ratione ſuccurratur vxori, cuius hæreditatem importunè ambit maritus: & an priore teſtamento clàm facto, derogare poſſit omnibus pòſt ſequuturis?

SVMMARIA.

1. *Proteſtatio vxoris de metu reddit teſtamentum ſequens, nullum.*
2. *Proteſtatio an poſſit abſente parte fieri.*
3. *Vxor clàm facto teſtamento derogare poteſt omnibus in npoſterum ſequuturis.*
4. *Fraus fraude repellitur.*
5. *Clauſula derogatoria in priori teſtamento poſita omnes poſteriores voluntates tollit.*
6. *Derogatio ſequens an tollat præcedentem diſpoſitionem iureiurando firmatam.*
7. *Clauſula derogatoria actum contrarium, etiam ex interuallo ſequutum, tollit.*
8. *Vxor abſente marito ſi teſtamentum ſcripſerit & ſignauerit, an cenſeatur ex præcedenti metu feciſſe.*

SI mulier metu mariti ad teſtandum impellatur, poteſt clam coram notario, honeſtiſque perſonis proteſtari, ſe non ſponte ſua, ſed minis mariti compulſam teſtamentum in fauorem eius facturam eſſe. Qua proteſtatione præcedente, omnia ipſi aduerſus ea quæ ſequuntur, ſalua & integra manent *Dynus & alij ad l qui in aliena.* § *fin ff. de acquir. hære. Doct. ad cap.* 1. *de eo quod met. cau,* præcipuè ſi probabile ſit, quod apertè proteſtari non audet. *arg l.* 2. *C. de his qui prop met. iudic Soc conſ.* 263. *Ioan. Dilect. de arte*
1. *teſt. tit.* 11. *cap.* 19. *n.* 3. Quia in his, † quæ dependent à mera poteſtate proteſtantis, ſicut teſtamenti factio ex ſolius vxoris arbitrio pendet, proteſtatio præcedens reddit actum contrarium ſequentem ipſo iure nullum, licèt aliàs vbi eſt
2. actus cum alio celebrandus, † fieri debeat ipſo præſente, aut vocato. Vnde ſi fui proteſtatus, quod ſi fideiuberem apud Titium pro te, non facerem id animo me obligandi, illa proteſtatio me non releuat, ſed intercedendo, Titio, qui tempore proteſtationis non adfuit, obligor, *Bar. & alij ad l. non ſolum.* §. *morte ff. de nou. oper. nunciat. Iaſon in l. fin. & alij ad d.* §. *fin.* Hucque pertinet, quod idem Iaſon *nu.* 44. *eo loco.* & Abbas *ad cap. cauſam matrimonij, de offic. deleg.* reſpondent, quod quando vxor abſente marito clandeſtinè proteſtatur coram vicinis, ſe nolle conſentire in alienationem fundi dotalis, & ſi conſentiat, velle eam haberi pro nulla: talis clandeſtina mutatio, quam vxor non audet facere coram marito, propter eius diuexationes, aut minas, aut verbera, ſufficit, dummodo poſtea appareat, & probetur iuſta præcedens cauſa metuendi.

Nunc videamus pulchram hac in re quæſtionem, quæ Doctorum ingenia agitauit: Mulier importuna mariti ſolicitatione fatigata, eò ignorante in domo amici cuiuſdam ſui teſtamentum condidit, clauſulis derogatoriis vltimarum in poſterum voluntatum adiectis, quibus importunitatem, & inuerecundam illam mariti inhiationem expreſſit. Poſt deinde domi aliud teſtamentum pro arbitrio mariti ſcripſit, nulla addita clauſula, qua præcedens teſtamentum minuat, ſicque exempta rebus humanis eſt. Quæſtionem hinc ortam, & in Senatu Venetorum controuerſam fuiſſe refert Petr. Anchar. *in c. ſi propter tua debita de reſcript. lib.* 6. Senatumque pro marito iudicaſſe in fauorem poſterioris teſtamenti: quia ſcilicet Veneti viuerent ſumma cum puritate, & plena libertate, neque veriſimile eſſet metum vllum à marito illic fuiſſe illatum, adeoque cauſa dictarum clauſularum derogatoriarum eſſet præſumptiuè falſa. Hæc ferè ille totidem verbis: ſed extra Venetorum ciuitatem aliter eſſe reſpondendum ait, eiuſque ſententiæ aſſenſores habet Barbat. *in d. c. cauſam matrimonij, colu.* 4. *& ad c. cum eſſes colu.* 18. *de teſtam.* Benedict. *ad c. Raynutius, ad verb. teſtamentum,* 2. *nu.* 24. *eod. tit.* & Rodericum Suar. 3.
allegat. 1. *num.* 33. Equidem qua ratione tueri poſſit Senatus Veneti ſententia, quæve & quanta ibi ſit libertatis ratio, me latet. Scio præſumptionem libertatis in quaque ciuitate multum operari, *l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſ.* ideoque ſic facti ſpeciem accipio, vt appareant metus indicia & argumenta: quia in ſimili obuium eſt, quòd ad probandum metum non ſufficit ſola proteſtatio, *l. ſi maior. C. de tranſact. ca.* 1. *extra. quod met. cauſ. Pariſ. conſi.* 10. *mortuo Illuſtriſſimo libr.* 1. *nu.* 36. *Dec. conſil.* 216. *nu* 7. *Socin. conſi.* 4. *lib.* 3. Porrò autem, cùm reapſe ab initio apparent importunitates mariti, vel poſteà probantur, & vxor, quo facilius his liberetur, duo talia teſtamenta ſcribit, vtrique exiſtimo poſterius illud priori eſſe poſtponendum, vtpote quod veræ voluntatis, liberæque mentis teſtationem, hoc eſt, fundamentum & eſſentiam teſtamenti non habeat: & quia actus præcedens ſolet ſatis demonſtrare animum facientis actum ſequentem, *l.* §. *ſi ab ignoto ff. de manumiſſio.* & præcedens conteſtatio ſatis declarat animum teſtandi defuiſſe in ſequenti teſta-

teſtamento, *l. ſi quis in princip. o. vbi latè Bart. Angel. & alij ff. de legat.* 3. Neque conqueri po-
4. teſt † maritus, iniuria ſe affectum eſſe ab vxore, quàm ipſe prior importunitate læſit, cautionique, ſeu verius neceſſitati fallendi occaſionem dedit, & ita nullum ex improbitate ſua lucrum ſentire debet. *l. non fraudantur.* §. *nemo. ff. de reg iur. l. ſine hæreditaria. ff. de negoc. geſt.* quia fruſtra opem legis expectat, qui in eam committit, *cap. quia fruſtra, de vſur.* & malitiis hominum occurrendum eſt, non indulgendum. *l. in fundo. ff. de rei vendica.* vt nempe captantes ſuo inuentu capiantur, quodque eſt in odis Dauidicis, Incidant in foueam, quam fecerunt: Igitur ſi ita vxor cauerit in priori
5. teſtamento; SI QVOD † TESTAMENTVM POST HOC A ME FIERI CONTINGAT, VALERE NOLO, niſi in eo de verbo ad verbum huius clauſulæ facta fuerit mentio: teſtamentum illud prius poſteriori non reuocabitur, etiamſi in eo appoſita eſſet clauſula, Caſſans & irritans omne præcedens teſtamentum: niſi ſpeciatim etiam actum ſit de clauſula illa derogatoria in priori teſtamento poſita. *Zabarel. conſil.* 102. *ſuperfacto Caſt. conſil.* 342. *in facto punct. Nicol. Eucrar. conſil.* 167. *viſis teſtamentis, verſic. quoad ſecundum.* Cæterum quoniam malitia maritorum ſæpe aſtutiam & vafriciem comitem habet, facileque vxores adigere poſſent ad quarumcunque præcedentium derogatoriarum clauſularum reuocationem, ſunt qui ſuadeant † clau-
6. ſulam in prioribus tabulis iureiurando teſtatricis firmari: cum derogatio ſequens non tollat præcedentem diſpoſitionem iuratam, niſi eius ſpecifica mentio habita fuerit, *cap. conſtitutus de reſcript. gloſſ. ad cap. cum non deceat, de elect. lib. 6. Ioan. Dilect. d. l. tit.* 10. *cap.* 1. Sed cum omnia exactius conſidero, vix ſcio, an conſultum ſit huiuſmodi iureiurando vti: vel quia illud propter metum periurij periculoſum eſt, ſi aliud teſtamentum ſubſequitur in fauorem alterius quam mariti, *iuxta ea quæ not Doct. ad l. ſtipulatio ff de verbor. obligat. & Ioan. Andr. ad cap. quod ſemel. de reg iur.* vel quia parum admodum operatur, propterea quod teſtamentum contra teſtatoris iuſiurandum valet, qui non poteſt ſibi legem imponere, à qua recedere non liceat, *d. l. ſi quis, in princ. Ioan. Andr. d. loco & pluribus Rolandin. antiquus interpres in tract. flor. vltim. volunt. Rubr.* 32. *num.* 4.

Hanc deciſionem ita reſtringendam eſſe exiſtimant plerique, niſi poſterius teſtamentum longo deinde interuallo ſubſequatur *Bar. in l non ſolum* §. *morte ff. de no oper. nunciat. Alexan. in l. qui in aliena.* § *fin ff de acquir. hæred.* A quibus, mea opinione, *in d.* §. *fin. num.* 9. non improbaliter diſcedit Iaſon. Nam ſi fuit probatus metus præcedens, is præſumitur perpetuus, *vt dicebam cap. ſuperiori num,* 3. ſæpeque lapſu temporis non tam mitigatur, quam exacerbatur iniquus mariti animus, ideoque cauſa metus manente, idem effectus manere debet, *d. gl. ad c. ad id. de ſponſal.* Alias quoque † clauſula derogatoria ſimpliciter præcedens 7.
actum contrarium ſubſequutum tollit, *l. talis, in fin. & l. ſeq. ff. de leg.* 1. *Alcia. latè in l deteſtatio, de verb. ſignific. & in l. pacta nouiſſima. num.* 35. *C. de pact.* Ex præcedentibus enim dictis mens aliquid facientis intelligitur, *l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig.* quamquam extra illum actum, & ex interiecto temporis ſpacio dixerit, *Bald. ad l. precibus C. de impub. & al. ſubſtit.* Pro quo eſt iuris regula, cuiuſque voluntatem mutatam non cenſeri, *l. eum qui ff. de probat. l. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* quæ procedit etiam, ſi diutinum tempus lapſum ſit, *l. ſancimus & ibi Iaſon. C. de teſtam. Alci. reg.* 2. *de præſumpt. cap.* 16. Obſeruabitur autem id tum certius, cum derogationis verba generaliter concepta ad omne tempus futurum reſpiciunt, *l. ſi ita ſtipulatus tertio ff de fideiuſſor.*

Rurſum Aymo Crauet. *conſi.* 35. *numer.* 12. iſtud reſtringere videtur, niſi in longinquas regiones profecto marito, vxor in illius fauorem aliud teſtamentum conſcribat, manuque propria ſignet: tum quoniam eo caſu omnis cauſa metus & inſtigationis ceſſat, quia vxor marito redeunte forte mortua erit: tum quoniam verisimile eſt, quod ſi vel metu adacta, vel inſtigationibus & ſuggeſtionibus alicuius tertij cauſam mariti agentis, ita diſpoſuiſſet, ſimpliciter fuiſſet teſtata, non etiam manu propria tabulas ſignaſſet. Eſtque vulgata iuris regula, quod metu ceſſante, id totum quod ad metus cauſam referri potuiſſet, ceſſare debet, *l.* 1. *C. de naut. fœno. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa numer.* 176 *verſic. metu ceſſante.* Mihi tamen † hac in parte cum Aymone non conuenit, propterea quod pari negocio, parique facilitate adſignandum, atque ad 8.
teſtandum vxor induci poterit. Et quid ſi abiens maritus dura interminatus eſt vxori, niſi redux teſtamentum ab ea conditum, digitiſque eius ſignatum inueniat? Quid item, ſi non abiens comminatus ſit, ſed illa præcedentes minas perhorreſcens, reditum illius, niſi facto & ſignato teſtamento exſpectare auſa non fuerit? Ergo ex circumſtantiis concurrentibus animus iudicis informandus erit.

CAP. XI.

Vxor an perſtitiſſe cenſeatur in teſtamento metu facto, quod diu deinde viuens, & occaſionem nacta non mutauit.

SVMMARIVM.

1. *Confirmari videtur quod non mutatur.*
2. *Coniectura, ex quibus colligi poſſit, an vxor teſtamentum metu factum mutare voluerit, nec ne.*

HInc deſcendit illa quæſtio: Vxor metu adacta maritum teſtamento hæredem inſtituit, & poſtea occaſionem aliter teſtandi nacta, multoque tempore ſuperuiuens, nihil in eo teſtamento mutauit. Dici poſſet, quod iam præcedentium minarum & metus oblita vltro in
1. ſua voluntate perſtitit. Quomodo ſi pater † ignorans poſthumum præteriit, & poſteaquam natum cognouit, diutius vixit, mutandique teſtamenti poteſtatem habuit, nec tamen mutauit, cenſetur in priori illo ſuo teſtamento obduraſſe, & legata eo relicta firma manere voluiſſe, *l. tractabitur. & ibi Bart. ff. milit. teſt. Ang. conſ.* 99. *Caſt. ad l.* 1. *C. de lib. & poſthu.* Item ſi tutor datus teſtamento capitales deinde cum teſtatore contrahat inimicitias, ita vt ob id cenſeatur teſtator tacite ei tutelam ademiſſe, *l athleta* §. *dat remiſſionem. ff. de excuſ. tuto.* tamen ſi diu poſt illas inimicitias viuens, teſtamentum, cum poſſet, non reuocauit, videtur inimicitias laxaſſe, & de tutelæ datione non mutauiſſe *glo. ibi ad verb. niſi poſtquam. Guido Papæ ſing.* 339. & ita in materia l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. donator ſi natis ſibi liberis diu taceat, & donatario rei donatæ poſſeſſionem permittat, perſeueraſſe in donatione facta præſumitur, *Bald. in* 1. *C. de inoffic. teſtamen. Socin. conſil.* 126. *lib.* 3. *Bertran. conſ.* 83. *lib.* 2. Alij tamen ea de re vxorem tacuiſſe, & teſtamentum non mutaſſe æſtimabunt, quod ſciret allegatione metus, de cuius probatione tempeſtiuè fortaſſis ſibi proſpexit, ſatis ſibi ſuiſque hæredibus conſultum fore: ſicut in ſimili dicimus, creditorem ideò tacuiſſe, quod ius ſuum ſibi ſaluum & integrum manere intelligeret, *l. ſicut* §. *non videbitur ff. quib. mod. pig. vel hypoc. ſoluat. l. an inutilis. ff. de acceptilat. faciunt l.* 1. §. *inuitum. ff de procurat. l. qui vas.* §. *vetare. ff. de furt. & ad l. honorem.* §. *vltim. ff. decurion.* Addent inſuper, quod etſi multo tempore pòſt vixit, occaſionemque mutandi teſtamenti, & voluntatem habuit, tamen, vt fit, in propriis rebus negligens erat, longius vitæ ſpacium ſibi promittebat: & priuſquam teſtamentum mutaſſet, repentina morte ſubtracta fuit. Denique tractum temporis non ſufficere, niſi & alia quoque concurrant, *Guido deciſ.* 218. Sanè dictæ deciſiones vtrimque accerſitæ ſine controuerſia non ſunt, vt ex Tiraquello *ad d. l. ſi vnquam, ad verb. ſuſceperit liberos num.* 179. *col.* 2. *verſ. nam ideò.* in ſimili patet. Quid enim, ſi † mutare quidem teſtamentum vxor voluit, ſed mitigatum mariti animum nouo telo referire metuit, quem ad priorem atrocitatem, bolo hoc ſibi erepto, ferocius etiam rediturum præcognoſcit? Quid ſi iuris imperita conſultores habuit, & proinde de clancularia teſtamenti mutatione non cogitauit? Quid ſi inſtrumen-
2. ta illa, quibus errores truculentiæque mariti probari potuiſſent, lacerauit, ignſue tradidit? Si coram variis perſonis eo teſtamento ſe perſiſtere velle teſtata eſt? Si hæredes ab inteſtato alioquin ſucceſſuri capitali odio eam inſectentur? Si denique marito iam benignius humaniuſque ſe tractanti rerum ſuarum poſſeſſionem dedit? Has & id genus circumſtantias in hac ſpecie ad iudicandum adhibendas eſſe omnino cenſeo, *argum l.* 3. §. *tu magis. ff. de teſt. l. quinquaginta ff. de probat. & eorum quæ in tract. clauſul. c. de metu vxor. notat Vitalis.*

CAPVT XII.

Secreta mutatio teſtamenti à cõiuge facta an noceat ei, qui emit à coniuge inſtituto?

SVMMARIVM.

1. *Teſtamenti mutatio clàm facta non nocet emptori rerum hæreditariarum.*
2. *Alienatio rerum reſtitutioni ſubiectarum quomodo ſubſiſtat.*
3. *L. vlt.* §. *vlt. ff. de legat.* 2. *ratio.*

QVod ſi vxor clàm, vt diximus, eam voluntatem, quæ virum hæredem ſcripſerat, reuocauit, aliumque inſtituit, ea autem mortua vir reuocationem ignorans, res quaſdam hæreditarias bona fide vendidit, ſimulque bona fide emptor eas emit: eſt quæſtionis, an † poſteriori teſtamento hæres ſcriptus 1.
eas res vendicare poſſit, an verò ſolo pretio earum rerum contentus eſſe debeat? Quæ quidem facti ſpecies ponitur, *in l. vlt.* §. *vlt. ff. de leg.* 2. de teſtamento mariti, qui vxorem hæredem ſcripſit, his verbis: [Maritus vxorẽ ex aſſe hæredem inſtituit, cuius poſt mortem codicillos aperiri teſtator præcepit, prædium hæreditarium vxor infructuoſum rationi ſuæ exiſtimans vendidit, emptor quærit, an retractari hæc venditio poſſit poſt mortem mulieris ab iis, quibus codicillis per fideicommiſſum hæreditas data deprehenderetur: an verò ſolùm quantitas pretij ab hærede vxoris fideicommiſſariis deberetur. Reſpondi propter iuſtam ignorantiam tam mulieris, quàm emptoris, hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere.] Hoc reſponſum Caſtren. *ibi*, ſingulare eſſe ait, nec alio loco ſimile vllum reperiri: vtpote per quod omnia iura reſtringantur, quibus cautum eſt, † res reſtitutioni ſub- 2.
iacentes in præiudicium fideicommiſſarij ſiue ſubſtituti alienari non poſſe, & alienatas repeti. *l. Marcellus. ff. ad Treb. l. res quæ ff. famil. erciſcun.* vt ſcilicet locum non habeant, quoties ab eo, qui iuſta cauſa ignorat, iuſtè quoque ignoranti fit venditio: niſi fortè etiam maritus teſtator expreſſim omnem alienationẽ prohibuiſſet, *l. cum pater l. libertis. eod. tit.* De quo tamen & ipſe, mea ſanè ſententia, non temerè ambigit

Caſtr.

Caſtr. cùm ratio iuſtæ ignorantiæ, in qua Scæuola ſe fundat, etiam in caſu huiuſmodi prohi-
3. bitionis militet. Rationem autem † in d.l.vlti. Scæuolam mouiſſe hanc puto, quòd maritus vxorem ſuam ſpe conceptæ hæreditatis clàm fraudauerit, & venditioni bona fide factæ occaſionem præbuerit, atque ideò æquius ſit hoc factum his, qui ipſum repræſentant, quàm bonæ fidei emptori iuſtum titulum habenti imputari. Quæ ratio ceſſat in aliis fideicommiſſo, aut alienationis prohibitione grauatis, ſcienterque res ſub hoc onere acceptas bonæ fidei emptori diſtrahentibus. Neque non plus operari debet bona fides vtrinque concurrens in vendente & emente in præiudicium clàm teſtantis, ſeu eius quem in locum vxoris doloſus maritus ſurrogauit, quàm ex parte ementis tantùm in præiudicium illius, qui apertè & palam facto teſtamento vocatus eſt.

CAP. XIII.

De coniuge, qui coniugem teſtari impedit.

SVMMARIVM.

1. *Teſtaturus quomodo dicatur impediri.*
2. *Impeditum teſtamentum allegans quæ probare debeat.*
3. *Impedire teſtamenta ad publicam vindictam ſpectat.*

ILlò vſque procedit quorundam coniugum auaritia, vt alter alterum vel teſtari, vt teſtamentum mutari impediat. Vt ecce: Mulier,
1. † quæ maritum priore teſtamento hæredem ſcripſerat, deinde ægra facta, alios ex aſſe inſtituere, in partemue adiungere, aut legatis honorare deſtinat. Eo intellecto maritus notarium & teſtes vocari non patitur, aut ſi venerint, cubiculo vxoris arcet, cauſatur ſomnum eam capere, ex præſcripto Medici, nullius colloquium admittere, nondum paratam eſſe, immò dubitare num teſtari velit: & aliis id genus imposturis tam diù negocium trahit, dum vxor decedat. Qua de re verba Vlpiani *in l. 1. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* hæc ſunt: [Qui, dum captat hæreditatem legitimam, vel ex teſtamento, prohibuerit teſtamentarium introire, volente eo facere teſtamentum, vel mutare, diuus Hadrianus conſtituit, denegari ei debere actionem: denegatiſque ei actionibus, fiſco locum fore.] Sequuntur mox illa Pauli: [Si quis dolo malo fecerit, vt teſtes non veniant, & per hoc deficiat facultas teſtamenti faciendi, denegandæ ſunt actiones ei, qui dolo fecit, ſiue legitimus hæres ſit, ſiue priore teſtamento ſcriptus.] Sed & Imper. hæc eſt conſtitutio: [Eos, qui ne teſtamentum ordinaretur, impedimento fuiſſe monſtrantur, velut indignas perſonas à teſtamenti compendio remoueri celeberrimi iuris eſt.] *l. 2. C. eodem tit.* Cæterùm, qui huius * criminis maritum reum 2.
poſtulabit, quatuor probet neceſſe eſt. Primò, quòd vxor volebat teſtamentum prius alio poſteriori tollere, aut nouos codicillos facere. Neque enim ſatis eſt, illam quodam tempore teſtari voluiſſe, & quodam tempore prohibitã fuiſſe, ſed eo tempore prohibitam fuiſſe probari debet, quo teſtari voluit: quia ſi teſtari non voluit, teſtari impedita non fuit, *Pariſ. latè conſil. 67. num. 33. lib. 3.* Deinde, quòd maritus reuerà teſtamenti factionem impediuit, ſeu prohibuit. *d. l. 1. l. Marcellus, in fin. ff. ad Trebel. l. eum qui in fin. ff. de his quib. vt indig. Bald. ad l. 1. num. 14. verſic. ſed quæro C. eod. tit.* ad quod probandum requiruntur actus doloſi, & illiciti, *Dec. conſil. 489.* quia poterit maritus econtrariò allegare, & docere tanta infirmitate oppreſſam fuiſſe coniugem eo tempore, quo prohibuit, vt nullius acceſſum ferret, aut in extremis conſtitutam, neque voce, neque ſignis vllis animi conceptum promere potuiſſe: & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi, *Pariſ. d. loco, numer. 27. & ſeq.* Tertiò, quòd teſtatura fuiſſet coram perſonis idoneis, & ad vtilitatem aliarum perſonarum idonearum, *l. penult. & l. vltim. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib. Corne. conſil. 84. libr. 1. Calcan. conſil. 90. Pariſ. d. loco, numer. 34.* Rectè enim dicitur, non eſſe impedimentum, ex quo nemo damnum accepit, & quo ſublato voluntas illa peræque viribus caruiſſet, *cap. non præſtat impedimentum, de reg. iur. in 6. Anchar. conſi. 337. & Socin. 105. libr. 3.* Poſtremum, quod ſi teſtata fuiſſet, ipſum accuſatorem, eiuſve liberos hæredes inſtituiſſet, non maritum, *Bart. ad d. l. vlt. Socin. d. loco.* quod ita accipio, ſi ciuiliter de dolo, aut ſubſidiaria in factum actione, aut etiam ad dupli præſtationem (*vt ex Authen. vt cùm de appellat. cognoſ. ad l. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib. notat. Iaſon*) agere velit. At cum * impedimentum hoc ſit criminoſum, 3.
d. l. eos. eo quod publicè referat, vltima hominum iudicia non impediri, non prohiberi *gl. in l. necare ff. de liber agnoſc.* nihil dubito, quin ad publicam quoque vindictam pertineat.

CAP. XIV.

De pœna eorum, qui teſtamenti à coniuge facti tabulas ſupprimunt.

SVMMARIVM.

1. *Supprimens tabulas, quibus actionibus teneatur.*
2. *Dolus malus circa teſtamenta etiam inualida punitur.*
3. *Nullum quod eſt, pœna non ſubiacet.*
4. *Teſtamentum imperfectum ſupprimens cur, minus*

nus puniatur, quam qui legatum ſibi inutile adſcripſit in teſtamento perfecto.

RVrſum verò alia via nituntur improbi coniuges, dum alter teſtamentum alterius ſuo conſenſu factum, eo mortuo occultat, amouet, diſcerpit: eoque modo bona relicta ad cauſam inteſtati fortè ſibi fructuoſiorem reducere ſtudet, præſertim ſi teſtamentum clauſum, & in ſcriptis factum ſit, nec vllum eius exemplum notarius habeat. Idemque ſolent & illi, ad quos ab inteſtato hæreditas coniugis coniugi ſuperſtiti relicta veniſſet: qui ſi domeſtici ſint, aut familiares, de facili occaſionem tabulas ſuffurandi inueniunt. Aduerſus hos diuerſa remedia ſanciunt Legiſlatores. Nam * ſi ſuſpicio ſit apud
1. aliquos tabulas fuiſſe, vel eſſe, edictum de tabulis exhibendis contra eos proditur. [Prætor ait, quas tabulas Lucius Titius ad cauſam teſtamenti ſui pertinentes reliquiſſe dicetur: ſiue hæ penes te ſunt, aut dolo malo tuo factum eſt, vt deſineret eſſe: ita eas illi exhibeas.] Poſſuntq; de falſo accuſari. [Qui teſtamentum amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, ſubiecerit, reſignauerit, quiue teſtamentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, mutauerit dolo malo, cuiuſve dolo malo id factum erit: legis Corneliæ pœna damnatur.] *l. qui teſtamentum, ff. ad l. Cornel. de falſ. & idem in l ſi quis affirmauerit.* §. *vlt ff. de dolo mal.* vbi & doli mali actio in eos datur. Videntur & iniuriarum teneri. Nam ſi contra eum, qui tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas pluribus præſentibus legerit, hoc animo vt iudicia ſecreta teſtatoris diuulgentur, hanc actionem dat Vlpianus, *l. ſi* §. *ſi quis tabulas. ff. depoſ.* & ſi legis Aquiliæ actione tenetur, qui teſtamentum delet, *l. ſi quis teſtamentum ff. ad l. Aquil.* quantò magis his actionibus conueniri poterunt, qui vltimas coniugum voluntates feriò interuertunt?

2. Quæ * omnia procedere videntur, etiam ſi teſtamentum non valuerit. [Siue autem valet teſtamentum, ſiue non valet, quod ab initio inutiliter factum eſt: ſiue ruptum ſit, vel in quo alio vitio ſit: ſed & falſum eſſe dicatur, vel ab eo factum, qui teſtamenti factionem non habuerit: dicendum eſt interdictum valere.] Et mox: [Sed & ſi de ſtatu diſceptetur: ſi teſtator filius familias, vel ſeruus hoc feciſſe dicatur: etiam hoc exhibebitur.] *d. l. 1.* § *ſiue. &* §. *ſed & ſi.* Et alibi: [Siue iure valeat id, quod apertum eſt; ſiue non valeat, attamen edicto locus eſt.] *l. 3* § *ſi quis codicill. ff. ad S. C. Sylla.* Similiter Africanus: [Si quis legatum ſibi adſcripſerit: tenetur pœna legis Corneliæ, quamuis inutile legatum ſit. Nam & eum teneri conſtat, qui eo teſtamento, quod poſtea ruptum eſt, vel etiam quod initio non iure fieret, legatum ſibi adſcripſerit.] *l. ſi quis legatum. ff. ad leg. Cornel. de falſ.*

Ex contrario tamen mouet quod Iul. Paulus reſpondit: [Teſtamentum quod nullo iure valet, impunè ſupprimitur: nihil eſt enim quod ex eo aut petatur, aut conſiſtere poſſit.] *l. ſi quis aliquid.* §. *teſtamentum ff. de pœn.* & illud Vlpiani axioma *in l. 1.* §. *hac autem verba ff. quod quiſque iur.* (Quid enim obfuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum?) Qua ratione decretum eſt ſtatutum puniens eum qui proponit exceptionem, intelligi de ea exceptione, quæ iure aliquid operatur. *Alber. ad l. de quibus. ff. de legib.*

Mihi placet modum agendi hac in re conſiderari. Nam ſi edictum de tabulis exhibendis intenditur, vtique verum eſt quod antè diximus: quia in edicto de ſola exhibitione tabularum, non etiam de validitate agitur: ne ſcilicet hoc prætextu ambagioſis litibus poſtremæ hominum voluntates in occulto maneant. Iam quod is, qui priuſquam de familia quæſtio habita eſt, teſtamentum aut codicillos occiſi teſtatoris aperuit, dicitur in S. C. Syllanianum incidere: id cum ſingulari ratione eſt *in eadem l.* §. *non tantum 29.* expreſſa his verbis. (Ne hæres propter compendium ſuum familiæ facinus occultet:) aut ne dum hoc agit, & rebus defuncti inhiat, interim ex familia aliquis elabatur. Sic & is qui legatum ſibi adſcripſit, quamuis inutile, pœna legis Corneliæ damnatur, ſi modo teſtamentum ipſum perfectum fuit, ſi legitimum teſtium numerum habuit, ſi forma ſua conſtitit. *d. l. ſi quis.* at ſi imperfectum fuit, ſi ob præteritionem liberorum * non ſubſiſtat, aut quid aliud ex his interuenerit, *quæ ibi notat. Accur.* non punitur qui illud ſuppreſſit *d.* §. *teſtamentum.* Ad quem modum lex puniens facientes actum, non comprehendit actum nullum, & iudex qui tulit ſententiam nullam, non facit litem ſuam *gloſſ. in l. vlt. ff. de var. & extraordin cognit. Angel. Iaſon. & alij ad d. l. 1.* §. *hac autem verba.* item clericus contrahens ſponſalia ipſo iure nulla, non priuatur beneficio. *Ioan de Imo. ad clem. gratiæ de reſcript.* & emphyteuta non cadit iure ſuo per alienationem non requiſito domino nulliter factam, *vt ait Bald. ad l. ea quidem C. ſi manci. ita fuer. vliena.* Sed enim hoc interpretamentum Accurſij & aliorum minus momenti † habet, 4.
quam vt d. §. teſtamentum, cum ad l. ſi quis legatum, conciliare poſſit. Itaque alia adſignanda vtriuſque ratio, quamobrem ſcilicet cùm teſtamentum eſt perfectum, legatum autem inutile: pœna legis Corneliæ teneatur is, qui ſibi adſcripſit: ille verò non teneatur, qui teſtamentum non iure factum ſupprimit. Ratio poſterioris, vt dixi, in d. §. teſtamentum, expreſſa eſt, & pertinet ad omnia exempla modò recitata, & tam ad teſtamentum perfectum, quam imperfectũ, atque ad communẽ illã regulã, quod non punitur affectus niſi ſequatur effectus. Prioris autẽ ratio non expreſſa hic videtur

tur, quod qui in teſtamento perfecto aliquid ſibi adſcripſit, tametſi inutilis ſit adſcriptio, tamen in re vtili & perfecta crimen admiſit, quod per ſe ſpeciale eſt, & ſpeciali edicto prohibitum. *tit. C. de his qui ſibi adſcripſ.* Et quamuis nihil ex eo peti poſſit, quæ eſt ratio d. §. teſtamentum: tamen mali exempli res eſt, defuncto eiuſque hæredi hoc modo imponere. Quod euidentius magiſque ſuo loco explanabitur *lib.* 3.

CAP. XV.

In legatis coniugum an expreſſa verba neceſſaria ſint: an verò ſufficiat tacita coniectio voluntatis.

SVMMARIA.

1. *Coniectio voluntatis ex non obſcuris circumſtantiis ſumpta in legatis coniugum ſufficit.*
2. *Aliquid eſſe in intentione an ſufficiat, ſi non ſit in diſpoſitione.*
3. *Fideicommiſſum coniecturis probatur.*
4. *Tacita voluntas teſtatoris quando efficax.*

SINE dubio eſt, in hæredis inſtitutione præſumptam teſtatoris mentem non ſufficere, ſed expreſſam hæredis nuncupationem, & deſignationem requiri, *l. hæredes palam. ff. de teſtamen. l. iubemus. vbi communiter interpp. C. eod. tit.* In legatis autem nutus teſtantis, & verbis non expreſſa animi cogitatio ſatis eſt *l. nutu. ff. de legat. 3. prolixè Decius conſil. 489. In caſu occurrenti. & in Auth & non obſeruato. C. de teſtam. & Tiraq. ad l. ſi vnquam ad verb. Libertis. numer. 39. & multis ſeq. C. de reuocat. donat. qui quoniam cumulatè ſuo more in hanc rem legum teſtimonia profert, ego à labore parum vtili libenter abſtineo.* Igi-
1. tur ſi ex non obſcuris* circumſtantiis intelligi poſſit alterum ex coniugibus alteri legare voluiſſe: etiam ſi expreſſa verba non ſint, valebit legatum: quod & in hac ſpecie Socinum Neapolit. *conſ.* 88. *magnifici ac iuſtiſſimi iudices. libr.* 1. reſpondiſſe comperi. Pro quo allego manifeſtarium text. *in l. filiabus.* 17. *§. ſi quis. ff. de legat.* 1. vbi ſi quis ita legauerit, [Si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato.] pluribus natis videtur ſingulis tantundem legaſſe, quantumuis de vna tantum loquutus ſit: non ex vi verborum diſtributoriorum. *vt not. Zaſius ibi.* ſed ex ſola coniecturata mente teſtatoris, propter charitatem liberorum.

Sed his aduerſari videtur, quod *ad l. cum virum. colu. vltim. verſic. Item nota conſiderari. C. de fideicom.* tradit Bald. ſententiam coniecturatam teſtatoris non ſufficere ad fideicommiſ-
2. ſum, cui per omnia legati * cauſa exequata eſt. *l.* 1. *ff. de legat.* 1. Quia non ſufficit aliquid eſſe in intentione, niſi ſit in diſpoſitione, *vt ait Imola ex eodem Baldo ad l. quidam cum filium ff. de hæred. inſtitution. & probatur per l. Lucius §. tres hæredes. ibi. Rogatum ff. ad Trebellion. l. ſi repetendi C. de condict. ob cauſ. l. quem hæred. ff. de rebus dub. & l. quoties §. 1. ff. de hæred. inſtit.* ex quo limitantur omnia iura, quibus cauetur voluntatem defuncti ſeruari. *Alex. & Iaſon in l. ſi quis filiam. C. de liber. præter.* cum vocis miniſterio vtamur, ceu animi noſtri præcone l. Labeo. ad fin. ff. de ſuppellect. legat. vbi Celſus ſcribit, etſi prior atque potior eſt, quam vox, mens dicentis, tamen neminem ſine voce dixiſſe exiſtimari: niſi forte eos qui loqui non poſſunt conatu ipſo, & ſono quodam, καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ dicere exiſtimemus. Itaque Paulus ait, non cenſeri eum velle, qui id quod vult, non loquitur, *l. in ambiguo. in fin ff. de reb. dub.* Et ſanè pleriſque iuris locis non idem eſt effectus taciti, qui expreſſi *vt notatur in l. cum quid ff. ſi cert. peta. & in l. expreſſa nocent. de reg. iur.*

Reſpondeo, imo fideidommiſſum † poſſet 3
coniecturis probari. *text. eſt in l. proponebatur. & ibi Bart. verſ. Quarto dicitur hic ff. de lega. 1. & alius tex. in d. l. cum verũ qui hoc in verbis finalibus ſatis exprimit,* niſi tanta ſit obſcuritas, vt ſententia defuncti percipi nequeat, *d. §. tres hæred. & ibi not. Doct. Soc Nep. conſ.* 110. *num.* 14 *l.* 3. Neque Bald. *in d. l. cum virum.* dicit ſimpliciter fideicommiſſum non probari coniecturis, ſed aliquando ſolam voluntatum coniectionem non ſufficere, *vt d. §. tres hæredes.* iudicans regulam eſſe in contrarium. Non obſtat quodque d. l. quidam cùm filium vbi dicitur eum non poſſe conueniri ex teſtamento, qui expreſſe non fuit grauatus, licet conſtet de mente teſtatoris. Facti enim ſpecies quæ proponitur ab Africano, eſt illa: Quidam filium famil. hæredem inſtituere volebat hac conditione, Si à patre emancipatus eſſet, ne ſcilicet ad patrem hæreditas perueniret. Filius offenſam patris veritus impetrauit à teſtatore, vt amicum ſuum hæredem inſtitueret: atque ita teſtamento amicus filij teſtatori ignotus hæres inſtitutus eſt. Quærebatur, an poſſet fideicommiſſum peti ab amico, ſi hæreditatem reſtituere nollet? Reſpondit I. C. non poſſe, etiam ſi in teſtamento manifeſtè ſcriptum eſſet hæredem inſtitutum fidem ſuam interpoſuiſſe. In hac facti ſpecie non ſufficit, quòd appareat teſtatorem voluiſſe hæreditatem reſtitui: quia tacita voluntas efficax eſt quidem in præiudicium hæredis & teſtatoris, vt legatum debeatur, ſed non in præiudicium tertij, qui teſtatori nihil promiſit, ideoque non ſufficit ſcriptum eſſe, quòd fidem ſuam interpoſuit filiofam. hæres ſcriptus, ſed debuerat teſtator eo onere ipſum hæredẽ grauaſſe. *ita not. in ſimili Doct. ad l in teſtamentis. ff. de regul. iur. & ibi appoſitè Cuma. in 2. nota.* Quam rationem ſi benè ruminaſſent no-

noſtri *ad l.cùm quidem.* non tam inconcoctè reſpondiſſent non ſufficere aliquid eſſe in intentione, niſi etiam ſit in diſpoſitione. Non obſtat pariter, quod Paul. ait non cenſeri velle eum,qui id quod vult non loquitur: quia hoc verum eſt,quando propoſitum manet alta mente repoſtum, neque ſufficienter de voluntate teſtatoris poteſt conſtare. *l. non aliter.ff.de lega. 3. Doct ad d. l ſi repetendi.* [Et ait, quia aliud dicit quam vult:neque id dicit, quod vox ſignificat,quia non vult:neque id quod vult,quia id non loquitur.] Ergo vtrùm voluerit,vel dixerit,non liquet. Sic quod à Celſo reſponſum eſt *in d. l. Labeo,* non arguit voluntatem defuncti expreſſis verbis non deſignatam nihil operari,ſed errorem in verbis appellatiuis non nocere: cuius rationem egregiè ac populariter vltra alios explicat Zaſius *ad l. ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legat. 1.*

CAP. XVI.

Error in nomine coniugis an vitiet inſtitutionem ſeu legatum.

SVMMARIVM.

1. *Error in nomine non vitiat legatum nec inſtitutionem coniugis.*
2. *Error in qualitate adiecta non nocet.*

1. SIc & error in nomine coniugis non nocebit,ſi conſtet * teſtatorem de coniuge ſenſiſſe: vt ſi dixerit [inſtituo hæredem Luciam Cæciliam] cum eſſet non Lucia,ſed Caia: aut ſi Bertam dixerit, quæ erat Barbara: aut ſi in nomine gentilitio errauerit, vt fit nonnunquam, alioue aliquo modo nomen eius non ſatis expreſſerit, & tamen ex præcedentibus vel ſequentibus eius dictis apertè percipi poſſit, eum non alium quam vxorem iuſtituere voluiſſe,*l ſi in nomine.C. de hæred inſtituen. l. ſi Fortidianum. C. de legat.* Quod ſi nomen quidem ipſum poſitum ſit, qualitas autem vel adſumptio * aliqua falſò addita: nihil & hoc
2. nocebit, modo ex nudo nomine vel aliundè appareat teſtatorem de vxore cogitaſſe. *l. his verbis.in fin ff.de hæred.inſtitut.l.falſa demonſtratio.ff.de condit & demonſtrat.*Imp. Gordia. *in l. non ideo.C.de hæreditat.inſtit.*ſic ait: [Non ideo minus vxor tua hæres videtur inſtituta, quod non vxor, ſed adfinis teſtamento nominata eſt.] in qua appellatione Iaſoni ibi videtur minus eſſe erroris, quod vxor etſi vere adfinis non eſt, principium tamen & origo eſt adfinitatis, ideoque idem cenſeri debeat de cauſa alicuius actus, quod de ipſo actu.*l. quod ſeruum ff. de condict.ob cauſ.* Caſtrenſ. vero ſic legem interpretatur, quando maritus dixit, [Inſtituo Bertam adfinem meam.] Quibus expoſitionibus opus ſane non erat: cum Gordiani conſtitutio præſupponat, quod de vxoris perſona non dubitabatur,vt patet ex verbis, [Vxor tua] alioquin ſi non appareat quod teſtator ſenſerit de ipſa, neque verum ipſius nomen ſcriptum ſit, quis non videt nullo modo inſtitutam videri poſſe.

CAP. XVII.

Teſtatorem rogari an coniugi relinquat, & reſpondere, quod ſic, vtrùm ſatis ſit?

SVMMARIVM.

1. *Teſtatorem rogatum an coniugem inſtituat, quando ſatis ſit reſpondere quod ſic.*
2. *Preces moribundo adhibitæ æquiparantur extorſioni.*
3. *Notarius à teſtatore rogatus eſſe debet.*
4. *Teſtamentum de relatione alterius à notario conſcriptum non valet.*
5. *Teſtator à coniuncta perſona interrogetur, an ab alia,perinde eſt.*
6. *Reſponſio eius qui mentis compos non eſt, vel articulatè loqui deſiit pro nulla eſt.*
7. *Verbum,* Volo, *iunctum infinitiuo quam vim habeat.*
8. *Bartolus defunctus contra Alciat.*
9. *Teſtator reſpondens,*cui magis relinquo? vel, quidni? *Videtur reliquiſſe.*

GL.*in l.iubemus.C. de teſtam.* auctor eſt, ſi teſtator ad interrogationem notarij reſpondeat (ſic) tale reſponſum in vim vltimæ voluntatis ſubſiſtere:eiuſque dicti tot tantoſque habuit adſertores, vt in communem opinionem trenſierit. *Cyn. Bartol. Ang. Iacob. Butrig. Ioan. Faber. ibi Bartol. Angel. ad l. hæredes palam.ff.eod.tit.Petr.& idem Bartol.ad l.1. §.ſi quis ita ff.de verb. obligat. Specul.in tit.de teſtamen. §. 1. verſic.Quid ſi.numer.*12.*Innoc.& Ioan.de Imo. in cap.cùm tibi de teſtamen.Roma.ad d.§.ſi quis ita Decius conſil.*489.*Gratus conſil.*30.*numer.* 19.*& ſeq.lib.*2.*Alex.conſi.*12.*lib.*1.*& conſ.*33.*lib.*3.*cum aliis multis à Iaſone ad d.l iubemus & à Molinæo ad d.conſ.*12.*Alex.recenſitis.* Quia pro teſtamentis ſemper ſit interpretatio,vt valeant.*l. ſi pars ff.de inoffic.teſtament.l,Titia.§.*1.*ff.de lega.*3.*cap. abbate de uerb.ſign.*ne alioquin multi decedant inteſtati. *Caſtren. conſi.* 367.*& Angel. in l cum antiquitas.C de teſtam.* Et cum in vltimis voluntatibus etiam nutus ſolus ſufficiat (ſupra diximus) multo magis ſufficere debet verborum elatio, quæ non præſumitur contraria ſententiæ eſferentis. *l Labeo. ad fin.ff.de ſuppel. lega.* Tum quoque paria ſunt, voce exprimere,& ſcribere. *d.l.iubemus.& d.l.hæredes palam.* ergo ſicut ſcriptura poteſt explicari per alium *Auth. & non obſeruato. C. eo. tit. Bar.in l. ſi ita ſcripſero ff.de condit.& demonſt.Bald.& Angel. in*

l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. ita & expreſſio per vocem.

Alij in puncto iuris contrarium verius exiſtimant: in quibus præcipui ſunt Matth. de Afflict. *deciſ.*143. & plene Roder. Suares *allegat.*1. *num.* 25. *& ſeq.* vbi omnia gloſ. fundamenta euertit, dicens, ſic leges extendere & à propriis terminis extrahere, eſſe vnam de principalibus cauſis generendi opiniones in iure noſtro. Sanè hos, qui in diſcrimine vitæ conſtituti ſunt, ſcimus plerumque morti intentos procliuiter omnia omnibus annuere, non vt animo quod habent, proferant, ſed vt moleſtas interrogationes deuitent. *Socin. Nep. conſil.*182. *lib.* 2. Ex quo minime videtur ſufficere quod ad interrogarionem alterius reſpondeant, quæ ad falſitates ſubmittendas vt plurimum tendit, eſtque magis quædam ſubiectio, quam voluntatis inquiſitio, *l.* 1. §. *qui quæſtionem ff. de quæſtio.* lex autem materiam omnem falſitatis & ſubiectionis abhorret. *l.* 2. §. *idem. ff. quemad. teſt aperian. l. fin ff. de fide inſtrum. & d. l. iubemus. vbi Bar.* atque hæredipetas odio proſequitur. Vnde Jmp. *in d. l. iubemus.* vult teſtatorem, ſi ſcribere ſciat & valeat, nomen hæredis ſua manu ſcribere debere; vel ſi ſcribendi peritia aut viribus deſtituatur, teſtibus præſentibus nomen hæredis exprimere: adiicitque clauſulas annullantes teſtamenta in contrarium facta, ſimulque pœnas tabellionibus contra facientibus imponit: quæ omnia non ſine myſterio eſſe notat Roderic.

In propoſito vt locum habeat prior illa regula, inter terminos æquitatis cogenda eſt, vt ſcilicet * intelligatur quando nulla præce-
1. dente præcum importunitate, fraude, metu, aut extorſione, coniunx notarium ad ſe euocari iuſſit, eique ſuam voluntatem expoſuit, qua in teſtationem redacta poſtea interrogatus à notario reſpondet [ſic] vel ſimile verbum, idque articulata & ſignificabili voce. Principio ceſſare debet omnis ſuſpicio importunitatis, doli, & metus, vt conſtet ægrum ex deliberato teſtari voluiſſe, & circa patrimonij diſpoſitionem à notario interrogari. *Bald. ad d. l. iubemus. Caſtr. ad d.* §. *ſi quis ita & conſ.*364. *Ioa. de Amicis conſil.*137. *Ripa. lib.* 3. *reſponſ. cap.* 11. *Corn. conſi.* 1. *num.* 3. *lib.* 4. *Laur. Calcag. conſi.*91. *Viſo prædicto. col. vlt. Socin. conſi.* 28. *lib.* 3. *Socin. Nep. in hac ſpecie conſi.*183. *lib.* 2. *& conſ.*92. *num.* 19. *lib.* 3. *Couuar. in d. cap. cum tibi num.*4. Blandæ autem voces & modeſtæ ſuaſiones, quales ſupra *cap.* 9. recipimus, non nocebunt, *vt probat. Dec. conſi.*489. *numer.* 6. niſi forte moribundo iam teſtatori & vi morbi oppreſſo * adhibeantur, cui quantumuis mo-
2. deratæ præces etiam ſibi cariſſimorum moleſtæ & odioſæ ſunt: neque dubium quin morbum aggrauent, iuxta illud è Græco:

Garrulus ægroto medicus ſi forte medetur,
Alter adeſt morbus continuusque dolor.

Ideoque teſtator his conſentiens, non ex animi ſenttenia, ſed ſuæ tantum quietis gratia feciſſe præſumetur.

Deinde regula procedit, dummodo coniunx notarium ad ſe accerſiuerit, eique * voluntatem ſuam aperuerit, ſeu dictauerit. *l. Pamphilo.* §. *propoſitum. ibi. Accerſitis amicis. de leg.* 3. *l. hac conſult ſ ma.* §. *at cum humana & ibi Caſt. C. qui teſt. facere poſ. Ioan. Andreæ in addit. ad Spec. in* §. *de teſt. Anton. & Imo. ad d. cap. cum tibi. Caſt. conſ.* 367. *Bald. Nouel. in d.* §. *ſi quis. ita. Corn. d loco & conſ.*319. *col.* 2. *lib.* 4. *Iaſon ad d. l. iubemus in fin. & conſ.* 196. *colum.* 3. *lib.* 2. *Aimo Crauet. conſi.*117. *Ruin. conſi.* 8. *lib.* 3. *Socin. conſ.* 92. *&* 229 *lib.* 3. *Socin. Nepos d. conſ.*183 *Hippol. ſing.*449. *Matth. de Afflict. d. loco. Boer. deciſ.*35. *& Roder. n.* 30. *&* 36. Nam ſi notarius non vocatus vltro ſeipſum ingereret, in falſitatis committendæ ſuſpicionem veniret. *l. vxori.* §. *qui ſe ff de fal. vltim. C de fideicom & aliis ll. à Romano allegatis d. conſ.* 306. *colum.* 2. Vnde * etiam
3.

nullius momenti eſt teſtamentum, quod inſcio 4.
teſtatore notarius forte ex dicto conſanguineorum, vel aliorum adſerentium talem eſſe ipſius mentem ordinauit, & poſtea coram teſtibus infirmo prælegit, qui interrogatus reſpondit ſibi placete vt ita fiat. *Aret. in d.* §. *at cum humana Caſtren conſi.*155. *lib.* 1. *Roman. in d. l. gerit. num.* 10. *Alex. in apoſtil. ad Bartol. in d. l. iubemus. Calcan conſil.* 90. *verſicul. Et licet aliquibus. Stephan. Bertran. conſi.*194. *Duo ſunt. lib.* 3. *Nicol. Bellon. conſi* 74 *Quamuis multa numer.* 4. *& alij iam citati.* Verumtamen ſi certum ſit
* teſtatorem ſic teſtari voluiſſe, licet propoſi- 5.
tum mentis in effectum non deduxerit, nihil intererit à coniunctane perſona interrogetur, an ab alia: quia coniecturata mens, & indubitata argumenta animi teſtatoris præcedentia omnem reuellunt ſuſpicionem doli, captatæque voluntatis, tam in perſonis coniunctis, quam extraneis: ne alioqui indicia illa in fauorem coniunctorum nihil operentur, extraneis autem ad legitimi relicti adquiſitionem ſufficiant. *id quod etiam videntur ſenſiſſe Corne conſil.*77. *lib.* 4. *Dec. d. loco. Areti. in d. l. hæredes palam. Alb. in d. l iubemus Angel. Aret. in tract. de teſt. gloſſ.* 14. *verſic. Quæritur an valeat Ruin. conſ.* 2. *verſic. Nec obſtat. quod Bald. & conſ.* 12. *num.* 12. *lib.* 2. *Socin. Nepos conſ.* 144. *verſic. ſed vltra conſ.*178. *numer.* 20. *lib.* 2. præſertim notario, qui ſcripſit, adſiſtente, cuius fides omnem fraudis ſuſpicionem tollit, *arg. l. ſi quando C. de teſtam.*

Denique hæc ita obtinere dicimus, ſi teſtator articulata * voce iſtud verbum [ſic] vel a-
lia æquiualentia proferat, vt exaudiri & intel- 6.
ligi poſſit. *Bartol. & Cyn. in d. l. iubemus. Caſtrenſ. conſi.*155. *lib.* 5. *Corne. conſil.* 8. *num.* 7. *lib.* 3. *Bellame. conſi.* 1. *verſicul. Quid ergo late Anto. Gabrielius lib.* 4. *regul. tit.* 1. *concluſ.* 2. *numer.* 3.

Nam

Nam qui præ infirmitate iam articulatam & ſignificabilem vocem edere non poteſt, in articulo mortis conſtitutus dicitur. *d. l. iubemus.* in articulo autem mortis conſtitutus mortuo æquiparatur, *Bald. in authen. dos, poſt. princ. C. de donat. ante nupt. per text. l. in hac. ff. de triti condict.* Quoniam vero vnicum illud verbum, [ſic] aut aliud ſimile etiam ab eo, qui in extremis verſatur, proferri poſſet, adhuc contrahenda eſt hæc limitatio, vt videatur an recto ſenſu, ſana & bene compoſita mente reſpondeat, quod non præſumitur ſi ſit multum grauatus, & morti proximus. *Caſtrens d. conſil. 155. libr. 1. Ripa in d. § ſi quis ita num. 9. & ſeq. Ruin. conſ l. 2. nume. 8. & ſeq & conſ. 9. num. 14. li r. 2. ac conſil. 8. n. 7. libr. 1. ſcite Molin. conſil. ſuo 31. & 32. n. 10. cum ſeq. lib. 1. & in d. addit. ad conſ. 12. Alex.*

Quibus omnibus concurrentibus videndum eſt, ſi teſtator interrogatus: VIS TV DIMITTERE BONA TVA TALI? dixerit: CVI ALTERI QVAM SIBI VELLEM DIMITTERE? an videatur dimiſiſſe. His verbis hanc quæſtionem Bar. proponit *in d. § ſi quis ita numer. 3.* & poſt Pet. determinat dimiſiſſe videri. Atqui eius deciſionem Alciat. ibi eleuare contendit, addito quod etiam ſi ita expreſſe teſtator reſpondiſſet, VELLEM RELINQVERE, ex eo * non cenſeretur reliquiſſe: idque ideo ſic,
7. quia verbum [volo, ſeu vellem] iunctum infinitiuo verbi ſignificanti actum de futuro, nihil diſponat, *Doct. in l. ſerui electione ff. de legat. 1. Caſtrenſ. & Iaſon. num. 13. in lege. 1. C. de ſum. Trinit. Anton. de. Butr. ad cap. ex literis de ſponſal.* niſi iungatur infinitiuo, [Eſſe] *Brid. in d. l. gerit. colum 3. Iaſon. d. loco, numer. 16.* cum verbum, [Eſſe,] oſtendat actum eſſentiam ſuam iam habere. *Iaſon. & Alciat. ad eandem l. 1.* Vt, inquit Iaſon, volo eſſe hæres, & volo eſſe maritus. Mihi hæc ſubtilitas * parum firma vi-
8. detur, neque video quid tantum interſit, ſi dicas, volo adire hæreditatem, an, volo eſſe hæres, volo me iungere matrimonio, an volo eſſe maritus, multoque minùs ſi dicas, volo dimittere bona mea tali, an, volo talem mihi eſſe hæredem, quia ibi infinitiuus [eſſe] non reſpicit præſens tam efficaciter, quàm fortaſſe in dictis exemplis à Iaſone & Alciato allatis: ob quod eos feciſſe ſuſpicor, vt cùm prius illud exemplum [volo hæredem eſſe] magis caſui congrueret, tamen illis aliis vti maluerint. Enimuerò Bartol deciſionem egregiè firmat Guido Papæ *in d. l. ſerui electione. num. 16.* dum ait verba. [Sic volo facere in vltima voluntate,] quæ poſt diſpoſitionem adhuc pendet ex voluntate diſponentis, inducere diſpoſitionem, præſertim ſi verba fauorabiliter ſint intelligenda. *Alex. conſ. 168. n. 2. libr. 5. Socin. conſ. 43. libr. 3. Marian. Socin. conſil. 170. n. 7. & 8. libr. 2. & conſ. 140. num. 9. lib 3.* Et ſane Alciat. ſibi contrarius *in d. l. 1.* fatetur ex mente teſtatoris id præcipuè æſtimandum eſſe, & ſi conuocatis amicis quiſquam dixerit, ſe velle Titium hæredem inſtituere, validè inſtituiſſe, cùm hæc teſtium aduocatio maturum teſtatoris conſilium oſtendat. Quò magis mirandum eſt Bartoli doctrinam ab eo repudiari, qui & ipſe *d. n. 3.* præſupponit verba illa diſpoſitiua adhibitis ad hoc teſtibus, & alio interrogante prolata fuiſſe, allegans ſuprà dictum §. propoſitum. vbi hoc omninò exigitur. Non negat tamen Alciat. ſi teſtator * interrogatus: RELINQVIS OMNIA BONA TVA TITIO, AVT VXORI? reſpondiſſet: CVI MAGIS RELINQVO? valere *per d. text. in §. ſi quis ita* concurrentibus iis quæ iam requiſita ſunt. Similiter ſi interrogatus? VIS TITIVM HAEREDEM INSTITVERE? reſpondit: QVID NI? reſponſio iſta inferre fideicommiſſum vniuerſale, & non hæredis inſtitutionem, *Zaſius poſt Iaſonem in d. l. iubemus.* quod verùm puto, ſi alius prius hæres inſtitutus ſit: alioquin vocabulum [Quid ni] hæredis inſtitutionem induceret, cum ex vſu peritorum abſoluere ponatur pro, Certè, vnde conſenſus eſt expreſſus. *Alciat. ad d. § ſi quis ita numer. 3.* 9.

CAP. XVIII.

De marito, qui dixit ſe poſtero die coram notario ſolenniter teſtamentum ſuum declarare velle, & interim obiit.

SVMMARIVM.

1. *Teſtamentum, cuius perfectio in aduentum notarij collata eſt, ſi interim teſtator moriatur, non valet.*
2. *Voluntas teſtatoris perfecta qua.*
3. *Scriptura præparatoriá ad teſtandum non eſt teſtamentum.*
4. *Teſtamentum ratione voluntatis imperfectum ne quidem ad pias cauſas, nec quò ad liberos, valet.*

QVIDAM cum ſua manu teſtamentum ſcripſiſſet, vxoremque hæredem inſtituiſſet, dixit ſe eius diei veſpera, aut poſtridie notarium adhibere velle, ac coram eo ſolenniter teſtamentum declarare: interim mortuus eſt. Quæritur an voluntas ex ſcripto apparens vim teſtamenti habeat, & vxor ad hæreditatem admittatur? Paulus ait: [Ex ea ſcriptura, quæ ad teſtamentum faciendum parabatur: ſi nullo iure teſtamentum perfectum eſſet, nec ea, quæ fideicommiſſorum verba haberent, peti poſſe idem reſpondit.] *l. ex ea ſcriptura ff. de teſtam.* Sic Vlpia. [Quoties quis exemplum teſtamenti præparat, & prius decedit, quam teſtatur, non valent quaſi ex codicillis, quæ in exemplo ſcripta ſunt,

ſunt, licet verba fideicommiſſi ſcriptura habeat. *l. ſi deicommiſſa. §. 1. ff. de leg. 1.* Ex quorum
1. ſententia * in caſu propoſito inhæſitanter reſpondendum eſt, non valere teſtamentum, cuius ſolennitatem & perfectionem maritus in notarij aduentum contulit, neque voluntatem
2. eius perfectam cenſeri. Dicitur enim * voluntas perfecta, quam totam teſtator declarauit, & habuit pro perfecta *arg. l. contractus. C. de fide inſtr. Bart. in l. ſi is qui ff. de teſtam.* quod hic ſecus eſt, vbi apparet teſtatorem hoc noluiſſe, cùm ſuſpenderit ſubſtantiam voluntatis & diſpoſitionis in tempus, quo notarius adeſſet, & quaſi nutabundus adhuc & dubius vltimam ei manum, cum libere poſſet, non impoſuerit. vnde licet * ſcriptura iſtiuſmodi fuerit apta ad fa-
3. ciendam diſpoſitionem, tamen non fecit: magiſque fuit quædam præparatio ad teſtandum, quam teſtamentum. *Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſè. ad fin. in addit. inc. Si primum teſtamentũ. verſ. Sed fuit quæſtio de facto quem refert. & ſequitur. Caſt. conſil. 73. Viſa dicti facti narratione. num. 1. verſ. Sed tamen ipſis non obſtantibus, par. 2.* At ſicut ſcriptura, quam iudex ad formandam ſententiam concepit, neque in libellum retulit, non eſt ſententia, ſed præuia diſpoſitio ad ſententiam, *l. 2. C. de ſenten. ex breuic. recita.* adeò vt nihil roboris habeat, quod in ea deſcriptum eſt. *Auth. de Butr. ad cap. 1. de ſucceſ. ab inteſta Dec. conſ.* 159. *col. 2. verſ. Quibus tamen non obſtantibus,* ita quoque priuatæ ſcripturæ præparatoriæ ad teſtandum nullus eſt effectus. *Ioa. de Ana. conſ. 75. n. 1. & Nic. Euerar. conſ. 155. In articulo ſeu puncto. n. 7.* quia tractatus teſtamenti videtur ſeparatus ab ipſo teſtamento: & ideo teſtis qui deponit de tractatu, non probat conſummationem actus cum multa tractentur, quæ non perficiuntur. *Bald. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi col. 2.* Adde quod in contractibus, à quibus ad teſtamenta recta eſt argumentatio, ſi inter partes conuenerit, vt in ſcriptis contrahant, nihil perfectum eſſe cenſetur, niſi publicum inſtrumentum acceſſerit. *Oldrad. conſil. 119. Titius condidit teſtamentum allegans d. l. contractus. Fulg. conſil. 200. Caſtr. in l. cùm res col. 1. C. de probat. Dec. d. conſ. 159. col. 3.* Suntque hæc adeò vera, vt præallegati Doctores, & alij
4. * communiter teneant, teſtamentum ratione voluntatis imperfectum non valere, ne quidem fauore piæ cauſæ, *vt apud Dec. d. loco,* nec etiam fauore liberorum, *gloſſ. in d. l. ſi is, qui & in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtament. Fulgoſ. conſ. 29. Punctus quæſtionis, in fin. Guido Papa conſil. 55. num. 3. Dec. conſ. 488. n. 9. Iaſon. conſ. 155. col. penul. lib. 4. Socin. Nep. conſ. 189. n. 66. lib. 2. Roder. Suares ad l. quoniam in prioribus. in declarat. leg. reg. quæſt. 4. C. de inoffic. teſtam.* prout iſti caſus, ad piam cauſam & inter liberos æquiparantur, *Deci. d. conſ. 488. n. 14. apud quem plura hæc de re leges.* Cæterum in noſtra ſpecie etiamſi conſtaret maritum voluntatem iſtam pro perfecta habuiſſe, teſtamentũ nõ ſubſiſteret, defectu ſolennitatis, quam remittere non potuit. *l. nemo poteſt ff. de legat. 3. Caſtr. d. conſ. 75. in fin.*

CAP. XIX.

In eadem charta teſtamenta coniugum, non repetitis ſollennibus, an fieri poſſint.

SVMMARIA.

1. *Teſtamenti nuncupatiui ſubſtantia non conſiſtit in ſcriptura.*
2. *Teſtamenta tam nuncupatiua quam in ſcriptis in eadem charta fieri poſſunt.*
3. *Teſtamentum vno contextu fieri quomodo dicatur.*
4. *Gabella pro duobus teſtamentis in eadem charta factis an duplicetur, remiſſiuè.*

TEſtamenta * plurium nuncupatiua in eadem charta fieri poſſe, expeditum eſt: cùm 1.
ad ipſorum ſubſtantiam & ſolennitatem non pertineat ſcriptura. *l. hæredes mei ff. de teſtamen. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem. C. eod. tit. §. vltim. Inſtit. eod tit.* ſed ad faciliorem probationem actus tantum, *gloſſ. in d. §. per nuncupationem,* veluti in hypothecis. *l. cùm tabernam. §. idem quæſiit. & l. contrahitur ff. de pignor.* & ideò communiter notarij de teſtamento nuncupatiuo rogati, in inſtrumenao teſtamenti dicunt, Suum nuncupatiuum ſine ſcriptis condidit teſtamentum. *Caſtr. in d. §. per nuncupationem.* At verò de teſtamentis, quæ ſcripto conſtant, non exigua eſt perplexitas. Primùm enim ſolennitas teſtamenti in ſcriptis vno perpetuoque contextu fieri debet. *§. ſed cùm paulatim Inſtit. d. tit.* Deinde abſurdum, aut verius periculoſum videtur, tabulas teſtamenti altero teſtatorum ſuperſtite publicari. *Vigilius ad §. ſed & vnum. n. 2. Inſtit. eod. tit.* Poſtremò ſpeciale eſt in teſtamento patris & filij, vt pro vno eodemque habeatur, & iidem teſtes eademque ſigna vtrique ſufficiant *l. patris & filij ff. de vaulga. & pupil. ſubſtit.* ergò in aliis ius commune ſeruari, ſolennitas vni appoſita, in altero noua ſcriptura repeti debet. *l. quod vero. ff. de legib:*

Contrarium veriore iudicio receptum eſt, vt etiam plura * teſtamenta in ſcriptis poſſint ſimul in eadem charta fieri. *Bald. in ſpecie* 2.
in l. cum antiquitas. C. de teſtamen. Salic. Bald. Caſt. num. 3. Ang. Dec. & cæteri ad l. licet. C. de pact. Bar. & Caſtr. num. 3. ad d. l. patris & filij. Roder. Suares ad l. quoniam in prioribus in declarat. leg. reg. in 5. limita num. 12. verſic. Ego non dubitaui vnquam. C. de inoffic. teſtam. etiam vbi alter alterum mutuò inſtituunt, *vt in nouella Valentiniani, quæ eſt in C. Theodoſ. titul. de teſtam.* cùm veriſimile ſit propter affectionem

mutuam, non propter præmium eam inſtitutionem factam eſſe, *Iaſon. n.* 3 *& Alciat. n.* 5. *in d.l.licet.* Sufficiunt itaque iidem teſtes vtriq; teſtamento eodẽ tẽpore & loco ſimul adhibiti, ne quod fieri poteſt per pauciora, fiat per plura:& quamuis vna tantũ ſit ſolennitas, illa tamen quodlibet teſtamentum per ſe reſpicit in illa charta, & ſic quolibet teſtamentum habet per ſe ſuam ſolennitatem, *Car. in fin. ad d.l.patris & filij.* Nam ſicut dies appoſitus in principio tabularum refertur ad ſequentia, quæ diem non habent, *l.ſi quis ex argentariis.* §. *ſi initium.ff.de eden.* ita etiam teſtimonium duobus teſtamentis in eadem charta factis ſimul adhibitum, ad vtrumque ſigillatim reſpicit: & quod de tempore dicitur, habet locum in ſubſcriptione & obſignatione teſtium, *Bald & Iaſon in d.l. patris & filij. Angel in d.* §. *ſi initium. Fulgo.conſil.* 56 *.Stephan.Bertran.conſ.* 200.*col.* 1. *l b.* 1. Ex qua ratione ſimiliter manauit, quamuis vna interrogatio & reſponſum vnum pluribus ſpecialiter pactis ſubijciatur, tamen perinde haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent, *l. Titia quæ* §. *vlt. & l.pluribus rebus ff.de verb.oblig.* Quibus egregiè concinit quod ab Ang.& Fran. Aret. *in l. duo rei ff.de duob.reis,*& Barba.*in c.illo vos,colum.* 1. *extra de pignor.* traditum inuenio, ſufficere pluribus libellis vnicam conteſtationem litis vnica oratione comprehenſam, *per text l. accipientis ff.de auto.tut.* cùm tamen litis conteſtatio ſit de forma & ſubſtantia iudicij. Hoc amplius exiſtimarem deciſionem iſtam etiam tunc habere locum, quando ſimpliciter teſtes ſubſcripſerunt in ea charta diuerſorum teſtamenta continente, non expreſſo quòd pro omnibus ſint adhibiti: nihilo enim minus pro omnibus adhibitos eſſe cenſeri, quia nulla ratio eſt, ob quam dici poſſet, vnius potius quam alterius teſtantium voluntatem eos probaſſe, maxime cùm de vtriuſq; teſtamento ſignando rogati fuerint, & ſimpliciter eam chartam ſignarint, qua vtriuſque voluntas continebatur: *vt & videntur voluiſſe Iac. Aret. Iac. Rauen. Petr. Cyn. Bald Alex. & alij.in d. l. patris & filij quos refert. Tiraquell.de vtroque retract* §. 1. *gloſ.* 21.*n.*20.*etſi nu.ſeq.alios aliter ſentire oſtendat.* Atque huiuſmodi teſtamenta, ſicut hodie inter coniuges vſitatiſſima ſunt, ita & olim non infrequentia fuiſſe, Bald.Caſtren.& Alcia. *ad d. l. licet* aperte teſtantur.

3. Nec obſtat, quod * teſtamenti in ſcriptis ſolennitas vno contextu fieri debeat: Si quidem ſufficit illic vnum eſſe contextum obſignationis & ſubſcriptionis, etiamſi multo ante voluntas in ſcripturam redacta fuerit, *l. hac conſultiſsima.& ibi Doct.C de teſtamen.Viglius in* §. *ſed quoniam.ad verb.vno contextu.Inſtit.eod.tit.* Neque magis certe exiguum illud tempus conſiderari debet, quo alter poſt alterum declarat voluntatem ſuam, quam intermiſſio modica obueniens ex actu neceſſario naturæ, *d. l.hac conſultiſsima.& l.cum antiquitas.C.de teſtam.* ſatiſque dicitur actus continuus, ex quo partes non receſſerunt ad actus alios. *Caſt. & Alciat.n.*23.*ad l.* 1.§ *qui præſens ff.de verb.oblig.* Præterea idcirco teſtamentum vnius ita perpetuo ductu fieri debet, quia totum eſt vnum factum, natura connexum; quod ſi fieri poſſet per partes ſeparatim, videretur teſtator decedere cum pluribus teſtamentis, & ex partibus diſtantibus, neque in vnum collectis quiddam integrum conſtitui, *Bald.ad d.l.cum antiquitas.* Quæ ratio hic ceſſat. Et ita non corrumpitur hac teſtandi ratione ſubtiliſſima teſtamenti cauſa, cum vnica actione, vnoque tempore, nullo iuſto medio, vel interuallo, nulloque extraneo ab ipſa teſtatione diuerticulo, vtriuſque coniugis teſtamentum fiat, & alter alteri teſtanti vel conſenſum præſtet, vel eius voluntatem coadiuuet. Quòd autem periculoſum eſſe dicitur, vt altero teſtatorum viuo, tabulæ publicentur, quantulum vrget? Nam & ſuperſtes mutandi teſtamenti arbitrium habet, &, ſi quid eſt periculi, ſibi imputare debet, qui eam teſtamenti formam ſequi maluit: non multo aliter, quam pactum de viuentis hæreditate propter conſenſum eius, de cuius hæreditate agitur, valet. *l. vlt. C. de pact.* quia ceſſat ratio captandæ mortis, cum veriſimile ſit, non niſi ex magna fiducia eum conſenſiſſe, & voluntatem ſuam tegi noluiſſe, *Bald ad d. l. vlt.& ibi Alcia.num.*40.*Fulgo.conſil.*73.*col.* 2.& quia quandocunque dubitat, reuocare conſenſum poteſt, *d l.vlt.* Neque vrgentius eſt, quod de patris & filij teſtamento proponitur. Etenim in d. l. patris & filij ſufficit vna ſolennitas adhibita ad eodem homine: in quæſtione vero noſtra quod ſunt homines teſtantes, tot fuerunt homines, qui adhibuerunt ſuos teſtes, licet de hoc vna ſcriptura fuerit facta, vel licet hoc dixerit vno conuocio, vel vna voce, *vt ait Bar.ad d.l patris & filij.in fin.*

Cæterum in his locis, vbi pro quoque teſtamento aliquid Reipub. penditur, an * gabella duplicari debeat pro teſtamentis coniugũ hoc modo in eadem charta conditis, legere potes apud Guliel.Benedic. *in cap. Raynutius, ad verb.ſi abſque liberis,part.*2.*colu.*1.*ext.de teſtam.* 4.

CAP. XX.

Executio teſtamenti an vxori committi poſſit?

SVMMARIA.

1. *Executio teſtamenti vxori committi poteſt.*
2. *Vxor per ſecunda vota non perdit executionem teſtamenti à marito ſibi commiſſam.*
3. *Vxor ſtatuto dictante, ne ei relinqui poſsit, quomodo poſsit dari executrix teſtamenti.*

OFficiũ excecutionis virile eſt, & proinde videtur ab eo mulier remouenda. *l.* 2. *in pr.*

*pr.ff.ad S.C.Velleia.*ſicut & à procuratorio munere,*l.fæmina ff.de proc.l.2.ff de reg. iur.* Quod Accurſio placitũ eſt.*in gloſſ.1.ad cap.2. de teſt. lib.6.*& Roland.*in 1.part.flor.rub.*40.*n.*11. *an fæmina.* dum aiunt, iuris rigore mulierem teſtamenti* executricem eſſe non poſſe, licet conſuetudo paſſim recepta aliud habeat.

Verius tamen eſt etiam ex diſpoſitione iu-
1. ris communis * fæminam à teſtamenti executione non repelli per text.apert. *l. à filio, in princ.ff.de alimen. & cibar. leg.* vbi ita teſtator ſcripſerat: [Mæuio infanti alumno meo quinquaginta dari volo. Quæ, peto à te, ſuſcipias Seia:& vſuras ei quincunces præſtes, eumque ſuſcipias,& tuearis.] *per quem text.ita voluerunt Specul.n.*76.*& Ioan.And.in titu. de teſtam. edit. §.nunc vero verſ.ſed quid.in muliere.Bar.notan.in d l.à filio.n.* 1.*Bald.in l.id quod pauperibus.C. de epiſcop.& cleri.Anch.conſ.*202.*circa primum.in.* 1.*Dec ad d.l.*2.*n.*20.*de reg.iur. & Ioan. Oldendor.de execut.teſtam tit.*5.*tametſi mulier.*quia vt, inquit Bartol.*ad eand.l.*2.*de regu. iur. in fin.* eſt officium priuatum vtilitate & auctoritate, & quia qualibet poteſt eligere perſonas,cum non ſit prohibitum. *Angel.à Gambel.libr.2.tract. de teſtam.gloſſ.*16.*n.* 14. Quomodo mater & auia tutelam adminiſtrare non prohibentur.*l. vlt. C. quando mulier tutel. offic.* etſi virile & vltra ſortem fæmineæ infirmitatis hoc ſit officium, *l.*1.*eod.tit.*quoniam nullus eſt affectus,qui vincit pietatem maternam,*ca adferte de præſumpt. de quo latius Ioan Iac.à Canib de execut.vlt. volunt.quæſt.*3.*n.*46.*verſic. decimo prohibetur.* Sic itẽ inſtitutio collegij fœminę hęredi committi poteſt,*cap.nos quidem,de teſtam.* Quinimo * v-
2. xor relicta executrix à marito, per ſecundas nuptias ius executionis non perdit, *Bart. ad d. l.à filio.n.*2.*Bald ad Authen.eiſdem pœnis, in fin. C.de ſecund.nup.Dec.& Oldendorp.d.locis,& Didac.Couu.ad cap.tua n.*3.*extr de teſtam.*licet tutelam adminiſtrare deſinat, *l. tutela plerunque ff.de tutel.Bart.d.loco,& not.in Authen.matri & auiæ,C.quando mul.*Illud neſcio an rectè ſenſerit Guliel.Mayner.*in d.l.*2.*n.*22. *& ſeqq.*mulierem ita tantum vniuerſaliter executricem dari poſſe, vt ea quæ in iudicio ſunt explicanda, per alios agat, quia legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habet. Bartolus namque *ad eand.l.* 2. *in fin.* ſimpliciter dicendo aſſerit, fauore defunctorum fæminas munere executionis vltimarum voluntatum fungi poſſe.

Iam ſi * ſtatutum aut conſuetudo vxori
3. relinqui vetet, an executrix dari poſſit, quæritur? In quo breuiter finiendum cenſeo, vxorem non quidem ſolam, ſed cum aliis executricem dari & conſtitui poſſe, quia tunc ceſſat fraudis ſuſpicio *cap. prudentiam de offic. delegat.& cap* 2.*de ſtatu monach. Ioan.Andr.ad d.§. nunc vero,in addit.incip.ad iſtum finem. Alberic* 2. *part ſtatut.quæſt.*112.*in fin.Alex.conſi.*57.*verſic. ex his patet num.*7. *libr.*2. *Iaſo.conſi* 110. *n.* 1. *verſic.ad iſta.lib.*2.*Boer.ad conſuet. Bitur. tit. de teſtam* §.4.*in fin.& Chaſſan.ad conſuet.Burg.tit. matrim.*§7.*ad verb.par.teſtament.verſ.ſed quæro, n.* 22. aut etiam ſolam, ita vt teneatur fidem facere de erogatis *Alex.d.conſil.* 57.*n.* 7. *verſic. omitto & Roder.Suares de captato volunta.n.*22. *& n.* 23.*in fin.* Inde hoc loco parce attigiſſe ſufficiat,quando *l.*4.*cap.*8. diffuſius, magiſque πρὸς τὶ ποῖς explicabitur.

CAP. XXI.

Vtrum credendũ ſit vxori dicenti maritũ,quæ fieri vellet,ſecretò ſibi commiſiſſe, & an fidem mãdati impleti facere teneatur.

SVMMARIA.

1. *Vxoris ſolius dicto de mandato mariti defuncti non creditur.*
2. *Vxor, cui maritus in teſtamentis ſcripſit ſe aliqua ſecreto commiſiſſe, non cogitur reuelare commiſsionem.*
3. *Sacerdoti de mandato teſtatoris ſecreto an credatur.*
4. *Vxor ſiue Sacerdos dicens ſibi aliquid ſecretò à teſtatore mandatum eſſe, an teneantur mandati adimpleti fidem facere.*

SOli * ſimplicique dicto vxoris, aſſerentis maritum ſecreto ſibi aliqua diſpenſanda 1.
commiſiſſe, ſtandum non eſſe, ſatis liquet; neque hæredem, vt ei pareat, compelli poſſe. Licet enim quilibet præſumatur bonus, *cap. dudum, de præſumpt.* tamen cum agitur de præiudicio alterius, ceſſat hæc præſumptio: & probatio plena requiritur, *cap.cum à nobis.de teſtib.late Alciat.regul.*3.*præſumpt. cap.*2. Alioqui in manu vxoris eſſet, pro ſua voluntate heredem onerare quicum fortaſſe ſimultatem fouebat in animo, & ſic pateret feneſtra fraudibus, *contra l. in fundo ff.de rei vendic.& l.conuenire.ff. de pac. dotal. & hac videtur fuiſſe ſententia Ioan. Andr. ad Spec. in tit.de inſtrum.edit.§.nunc aliqua,verſic ſed nũquid ſecundum, quem ſequitur Felin. ad cap. cum in iure, numer.* 4. *de offic. deleg.* Eoque modo videmus de mandato Principis nemini fidem haberi, niſi quid id ſcriptis probauerit, *l.* 1. *C.de mand princ.* neque parendum eſſe ei, qui ſe iudicem delegatum aſſerit, niſi probata delegatione.*d.c.cùm in iure.*ne quidem Cardinali, *Oldrad.conſ.*211.*Felin.in cap.ad aures.de reſcrip.* Hoc ita tamen, niſi aliter appareat de veritate eius, quod vxori commiſſum dicitur, aut facta iam illius executione manifeſtum euadat, maritum ad hoc fuiſſe obligatum, tunc enim non niſi hæredis negocium verè actum eſſe dici poteſt, qui conſcientiam defuncti releuare debuiſſet, *c.vlt. de ſepult.* Quod ſi * maritus vel in teſtamento ſcripſit, vel teſtibus 2.
adſtantibus declarauit ſe vxori quædam ſe-

cretò mandaſſe, aut prò anima ſua eroganda commiſiſſe, vtique in erogatione fides vxori adhibenda erit, etſi cauſam mandati, aut perſonam cui dedit, nolit exprimere, *Anchar. conſil.* 435 *in his dubiis decidendis num.* 1 *& 2. poſt eum Iaſon conſil.* 110 *num.* 3. *verſic. ad idem benè facit, lib.* 1. Cur enim reuelabit hæredibus, quod teſtator voluit eſſe occultum? Quis permittat hæredi, vt contra defuncti voluntatem veniat, quam ipſe aduerſus alios tueri debet? Quid ad hæredem attinet ſcire, cui erogatum ſit id, quod etiam ſi erogatum non eſſet, ipſius non cederet lucro? *l. ſi quis Titio ff. de leg.* 2. Fortè enim aut honoris ſui cauſa teſtator, aut propter verecundiam eorum, quibus diſtribui volebat, ita diſpoſuit, *Anchar. d. loco n.* 3. Quibus coniecturis concurrentibus etiam in præiudicium tertij fraus in dubio non præſumitur, *l. Meritò, vbi Doct. ff. pro ſoc. Iaſ. & Alci. dd. locis.* Iuriſiurandi porrò religio, ſi opus ſit, hæc omnia plenè confirmat, *l. Theopompus, in vet. iuratus. & ibi Doct. ff. de dote prælega. Alex. conſ.* 54. *lib.* 2.

3. Vidi aliquando dubitatum in grauiore caſu huic non abſimili, an credendum eſſet † Sacerdoti, dicenti pecuniam ſecretò alicui reſtituendam ſibi à defuncto datam eſſe. Nam cùm literæ cambij apud eum repertæ eſſent, hæredem defuncti eas vendicantem hac exceptione repulit, quòd ſibi traditæ fuerant ab ægrotante, vt ſummam pecuniæ in eis expreſſam certo modo erogaret: Auguſt. Beroius Bononien. *q.* 12. articulum hunc bellè pertractans reſpondet, ſacerdoti probo, bonæ famæ, & fide digno de huiuſmodi commiſſione credi debere, potiſſimùm ſi ſolet mulier peccata ſua ipſi confiteri, aut ante obitũ confeſſa ſit. Si enim, vt iam docuimus, ex diſpoſitione teſtatoris ſimplici vnius dicto creditur; quantò magis ex diſpoſitione Dei vni ſacerdoti fides adhibenda eſt, qui in actu confeſſionis veri Dei vice fungitur? *c. ſi ſacerdos, de offi. ord & c dilectus, de exceſ. prælat.* Deinde audire confeſſiones, eſt actus iuris diſpoſitione ſecretus, in quo teſtes non poſſunt nec debent adhiberi. Vnde cùm ſit actus difficilis, atq; ideò impoſſibilis probationis, ſufficit probatio quæ haberi poteſt, *Lapus alleg.* 94. *n.* 3. *&* 4. & Io. Calder. *conſ.* 2. *ti. de teſtib. n.* 1. vbi dicit eſſe regulam magiſtralem, quòd in his quæ ſunt difficilis probationis, illa probatio, quæ alias eſt minus ſufficiens, reputari debet ſufficiens, ſi fiat taliter, qualiter fieri poteſt, ne lex obliget ad impoſſibile, & quod ideò, ſi abſolutio in foro pœnitentiali non poſſit probari, niſi per ipſum abſoluentem, eius teſtimonium erit ſufficiens etiam in præiudicium cuiuſcunque. Etenim iura ſecundùm diuerſas qualitates negociorum, diuerſos inuenerunt probandi modos, nec voluerunt qualitates probationum coanguſtari, ſed extendi, *l. quoniam. C. de hæred. Lapus d. n.* 3. Adde quod ſicut ob qualitatem perſonæ iudex ſimplici aſſertioni ſubinde credere debet, *Imo. & alij ad Clement. vnic. de teſtamen.* ita hoc caſu graue eſſet aduerſus ſacerdotem ſuſpicari, quod literas cambij furatus fuiſſet. *argum. cap. abſit.* 11. *quæſt.* 3. Poſtremò, niſi ſacerdotibus in huiuſmodi negociis fides habeatur, continget animas multorum defraudari, qui vel aliter conſcientiis ſuis conſulere non auderent, vel cautis illis diſpoſitionibus non adſueuerunt, multæque piæ reſtitutiones rerum malè partarum, ſiue iniquè poſſeſſarum impedientur.

Vides igitur & vxori & ſacerdoti de ſecreto mandato teſtatoris credi, ſed tamen difformiter: huic nempè ſi modò vir probus & honeſtus ſit, aduerſus quem nulla ſiniſtra cadit ſuſpicio, etiamſi ſolus afferat mandatum iſtud à defuncto in confeſſione pœnitentiali ſibi iniunctum eſſe; illi verò non aliter, quam ſi maritus coram teſtibus, aut ſcripto declarauit ſe vxori ſuæ ſecretò quædam commiſiſſe, eaque ab illa ſecretò itidem exequenda eſſe, quo caſu non minus fidem eius approbaſſe cenſetur, quam ſi teſtamentarium aliquem filio ſuo tutorum ſcripſiſſet, quem ea ratione lex ab omni ſatiſdatione liberum eſſe voluit, *Inſtit. de ſatiſda. tut. in princ.*

Cæterùm alia ex his naſcitur quæſtio, an * vterque ad ſuum ſuperiorem & Epiſcopum loci ſe ſecretum iſtud mandatum verè adimpleuiſſe docere debeat? Neque enim ex eo 4. quòd de mandato illis creditur, executionis eiuſdem mandati vera probatio inferri poteſt, cùm ex diuerſis nulla fiat illatio, & omnis probatio debeat eſſe concludens, *vt not. in l. non ad hoc C. vnde cogna.* quę probatio niſi fiat, magna vtique dabitur occaſio conſcientiam defuncti non exonerandi, reſtitutionemque requiſitam ſupprimendi. Porrò hic iterum diſtinguendum videtur, an maritus expreſſè vxorem à redditione rationum, & probatione adimpleti mandati liberauerit, an non. Si liberauerit eam diſertis verbis, ſanè quia tempore liberauerit eam diſertis verbis, ſanè quia tempore liberationis agebatur duntaxat de ſuo præiudicio, bonorumque ſuorum, de quibus ad cuiuſcunque alterius vtilitatem pro tanta vel maiore ſumma pecuniæ diſponere potuiſſet, non autem de præiudico hæredis, cui ante mortem teſtatoris nullum ius quæſitum erat, exiſtimo illam ad nullam probationẽ teneri. Nam quòd dici poſſet, in teſtatoris poteſtate ſitũ non eſſe, vt formam probationis, quæ iuris publici eſt, ſicut & iudiciorum, euertat, & iis, quibus ſolis lex ipſa non crederet, credendum eſſe iubeat, *l. nemo poteſt. ff. de leg* 1. eò pertinet, vt in alterius damnum ita mandare vel conſtituere non poſſit. Atqui multùm ſanè differt, an teſtator liberet aliquem ab onere rationum & probationis executionis factæ, an verò velit aliquid probari vnico teſte, & imperfecta probatione. Priore enim modo contra formam probationis nihil fit, poſteriore imperfecta & legibus repu-

repugnans probationis ſpecies iniungitur. Quod ſi autem non expreſſe illam liberauit à redditione rationum & probatione, adhuc videndum erit, quo pacto voluntatem ſuam declarauit. Nam ſi dixit, ſe vxori ſuæ quædam ſecreto exequenda mandaſſe, planè veriſimile eſt voluiſſe quoque eum, vt ſecretæ illius executioneis nulli fidem faceret. Qui enim vult antecedens ſecretum eſſe, videtur & de conſequenti idem ſtatuiſſe, quia poſito antecedenti, ponitur conſequens, & vtrumque eiuſdem eſſe naturæ cenſetur, *l. ad rem mobilem. ff. de procurat.* Et hæc dubitationem non habent, ſi hæres ipſe tantùm probationem requirat. Sed an Epiſcopo id petenti vxor fidem facere debeat, magis dubium eſt, quaſi defunctus caſum iſtum omiſiſſe videatur, & in diſpoſitione d. Clem. vnicæ, de teſtam. reliquiſſe. Ego ſentio ex circumſtantiis id pendere, & Epiſcopum aliumve ſuperiorem ad hoc vxorem compellere non poſſe, niſi ex officio ſuo de ſtatu & conditione eius inquirere uelit, atque idonea aliqua cauſa concurrat: veluti ſi vxor ante pauper, cui magnæ quantitatis reſtitutio ſiue diſtributio commiſſa eſt, mox à morte mariti multa paſſim emere & prodigere incipiat. Nemo quippe præſumitur viuere de vento, *l. vltim. C. de alien. pupill. præſtan.* & in ſimili videmus iudicem ex officio ſuo inquirere poſſe contra eum, qui cùm egenus fuiſſet, ſubitarias & inſolentes adquiſiuit diuitias, vt communi ſententia eſt receptum. Quo caſu non quidem Epiſcopus ad ſecretum propalandum vxorem coget, ſed ex tam graui ſuſpicione eam vel ad iuſiurandum adiget, vel apud ſe ſolum probabilibus indiciis: abſque formali apertaque aliqua probationis ſpecie, ſiniſtram hanc ſuſpicionem amoueri ſinet.

De his, quæ ſacerdoti vel in confeſſione, vel extra confeſſionem commiſſa ſunt, plene Ripa. *in tracta. de peſte.*

CAP. XXII.

Coniunx coniugi an poſſit committere examinationem rerum malè partarum.

SVMMARIA.

1. *Rerum iniquè partarum examinatio ad Epiſcopum pertinet.*
2. *Rerum male partarum, ſi dominus ignoretur, quid faciendum ſit?*

QVidam hoc mndo ſcripſerat: [Volo te vxor mea expendere atque examinare, an ſummæ pecuniarum, quas in libro rationum mearum adnotavi, iniquè à me receptæ ſint, idque ſi ita comperias, quibus maximè tibi commodū videbitur, eas diſtribuere] Sanè ſi in * diariis & codicibus rationum quædam ſunt dubia, quæve vſuram aliquam redoleant, certum eſt eius rei declarationem non ad vxorem iuris ignaram, & ſæpe etiam non ſatis induſtriam pertinere, ſed ad Epiſcopum, *c. ad noſtram. 2. de iureiu. c. illo vos de pigno. c. ad noſtram, de empt. & vend. c. cum in diœceſi, de vſur.* adeo vt communi ſententia probatum ſit, laicum non poſſe hoc dubium declarare, *Ioan. Andr. & alij ad cap. cum ſit generale. de fo. compe.* Quam Canonum diſpoſitionem teſtator ex ſuo teſtamento excludere non potuit, *l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. cap. requiſiſti, iuncto c. tua nos, de teſtam cap. ſic quidam 10. q. 1.* & Dominic. de S. Geminia. *conſil. 20. mihi videtur quod difficultas.* ita in matre decidit, dicens ei à filio rerum malè partarum examinationem committi non poſſe. Imo ſi ex libris ipſis conſtet, pecunias de malo eſſe, & iniquè extortas, adhuc ea diſpoſitio mariti non valet, quia veris dominis, eorumve hæredibus, & non aliis reſtitui debent, *cap. ſicut dignum, §. eos, de homicid. cap. in litteris. de rap. cap. cum tu. & ca. quanquam. de vſur. lib. 6.* Sin * autem ex illis conſtare non poſſit, à quibus ſint extrortæ, nihilo tamen magis in his valet diſpenſatio vxoris, quia Canones ordinem ſeruari volunt, vt factum hoc per edictum publicum autoritate diœceſani omnibus innoteſcat, & iuxta documenta tunc apparentia reſtitutio fiat, *d. cap. ad noſtram. 2. & d. cap. cum in diœceſi* Quo facto, ſi ex edicto illo publico nemo compareat, pro prudentia diœceſani diſtributio in pauperes fieri debet, *d. cap. cum tu. & d. cap. ſicut dignum.*

1.

2.

CAPVT XXIII.

An coniunx pollicitus exequi teſtamentum coniugis, teneatur vltra vires hæreditarias.

SVMMARIA.

1. *Præſumitur quilibet ſe conformare velle legi de actu loquenti.*
2. *Executor teſtamenti vltra vires hæreditarias non tenetur.*

QVid autem ſi vxor mariti teſtamentum exequi promiſit, & plus æris alieni, * quam bonorum in hæreditate reperiatur? 1. Boerius *quæſt. aur. 244. quo ad primum.* hanc dubitationem mouet, & ſubobſcurè reſoluit. Senè conſtat, executorem teſtamenti ad executionem ſuſcipiendam non compelli, niſi in caſibus nonnullis exceptis, quos apud Ioan. Iac. à Canib. *de execut. vlt. volunt. §. quæro quarto.* & Roland. *Rub. 40. n. 14. verſ. ſed iuxta præmiſſa par. 1.* videre licet. Ideo cum non vt hæres, ſed vt extranea & executrix veniat vxor, ad exſolutionem maioris partis debiti, quæ hæredi imminet, compelli non poteſt. Et ſicut quis * præſumitur ſe velle conformare 2. legi

legi de actu quem agit, clare loquenti, *l. hæredes mei § cum ita ſſ ad S.C.Trebel l.quæro.§.inter locatorem ff.loca.* ita coniunx promittens teſtamenti executionem ſecundum legis diſpoſitionem, cenſetur promiſiſſe, vt ſcilicet quem-
31 admodum * executor vltra vires patrimonij non tenetur, ſic nec ipſa quoque teneatur, *quod & ipſe Boer. ibi num. 11. licet huius rationis non meminerit ex Bald. & Salic. ad l. licet. C. de iure dot. cenſet.*

CAP. XXIV.

De conditionibus, ſub quibus mariti vxoribus relinquunt.

SVMMARIA.

1. *Conditio in teſtamento mariti*, Si vxor non nupſerit, ſi vidua manſerit.
2. *Modus ſub quo maritus vxori relinquit*, Quoad vidua manſerit.
3. *Conditio*, Si Titio non nupſerit.
4. *Conditio*, Si mercatori nupſerit.
5. *Conditio*, Si Titio nupſerit.
6. *Conditio*, Si arbitratu Titij nupſerit.
7. *Conditio*, Si ante finem menſis nupſerit.
8. *Conditio*, Si caſtè & honeſtè vixerit.
9. *Modus*, Quoad caſtè vixerit.
10. *Conditio*, Si quamdiu liberi mei impuberes erunt, nuptiis abſtinuerit.
11. *Conditio*, Si à liberis meis non receſſerit
12. *Conditio*, Si liberos genuerit.
13. *Conditio*, Si hæredes non moleſtauerit.
14. *Conditio*, Si dotem non exegerit.

PLurima in iure mentio fit earũ conditionum, ſub quibus mariti, pro ſuo quiſque voto, vxores hæredes inſtituere, legatiſve honorare ſolent. Et ante alias hæc celebratur, SI NON NVPSERIT : SI VIDVA
1. MANSERIT. Quæ conditio, quòd libertatem coniugiorum ineundorum tolleret, olim in vniuerſum reiicienda viſa eſt : vt quidam colligunt ex l. hoc modo, ff. de condit. & demonſtrat. in verb. [legem enim vtilem Reipublicæ, ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa latam, adiuuandam interpretatione.] etſi autorem eius rogationis nominare non poſſumus, *teſte Franc Balduino de condit. cap. 7. ad fin.* Cæterum lex Iulia Miſcella huiuſmodi temperamentum adhibuit, vt liberum eſſet mulieribus indictam viduitatem contemnere, & tamen relictum conſequi, ſi intra annum iuſiurandum darent non niſi liberorum procreandorum cauſa ad ſecundas ſe tranſire nuptias: poſt annum verò, non aliter ad relictum admitterentur, quam ſi cauiſſent ſe non nupturas. Iuſtinianus autem noſter eo amplius vetuit iuramentum & cautionem fieri, ſimpliciterque ſpreta viduitatis conditione mulieres ad relicta admiſit, *l. 2. C. de indic. viduita. tollen.* Idem tamen poſtea mutata ſententia contraria omnia ſtatuit, *Nouel. ſua conſtit. 22. de his, qui nupt. iterant, cap. 43.* In hæc verba : [Nos certè cum pleraſque mulieres videremus nuptias appetere, non tam procreandæ ſobolis gratia, quam impulſu quodam naturæ, item iurare, mox nubere, & defunctorum voluntates tranſgredi : principio tanquam ſacratiori parti medendum eſſe arbitrati ſumus, periurioque illis interdicendum, neç committendum, vt eiuſmodi iuramenta ſubeant, in quibus omnino peierare promptum eſſet. Neque enim illi legi adiectum erat, vt hæ tantum mulieres, quæ filios non haberent, id iuramenti darent, ſed etiam filios habentibus iuramenta proponebantur, Deum ſimul, & defuncti animam contriſtantia: quãquam quidem, vt peierarent, promptum exiſterent: vt verò liberos procrearent, in manibus & arbitrio fortunæ eſſet poſitum. Quia verò, ex quo noſtra hac lege ſanximus, adempto illis iuramento, & permiſſa talium perceptione, cogitatio nos ſubiit, horum alterum à nobis prætermiſſum eſſe, quo animæ etiam defuncti ratio habenda erat, propterea ſanè præſentem legem proferimus. Nolumus enim vt defunctorum voluntates, quæ nihil habent abſurdi, intercidant. Si quidem enim dixiſſemus, vt omnino mulier, ſi maritus præcepiſſet ne nuberet, neceſſe haberet hoc obſeruare : habuiſſet fortaſſe lex in ſe nonnihil amarulentiæ. Nunc verò cùm alterum illud ad manum ſit, vt ſi velit nubere, relictum non capiat : ſumma quædam importunitas fuerit, ita periclitantem defuncti voluntatem deſpicere, vt huic & nubendi, & relictum capiendi, & per omnia priorem coniugem contriſtandi facultatem det. Vnde ſancimus, ſi quis vxorem ad alterum peruenire matrimonium prohibuerit, aut etiam vxor maritum (idem enim in vtroque eſt) & pro hoc aliquid reliquerint, vt alter coniugum ex duobus electionem habeat, vtrùm ad nuptias venire, & perceptioni renunciare velit, an ſi id minus velit, & defunctum honorat, prorſus inſequentibus abſtinere nuptiis.] Quam autem iſtæ infirmæ ſint rationes, conſideremus. Quod enim dicit, pleraſque mulieres nuptias appetere non tam procurandæ prolis cauſa, quàm impulſu quodam naturæ : reſpondeo, imò à nuptiis metu legati amittendi arcendas non eſſe, quas ad nubendum natura impellit, eaque reluctante viduas in turpiorem vitam prolapſuras veremur. Item ex earum nuptiis defunctorum animas contriſtari, verbis quidem aliquid eſt, re nihil, apud Chriſtianos certe. In eo autem quod ait, iſtas defunctorum voluntates abſurdi nihil in ſe habere, ſibi ipſi contradicit, cùm *in d. l. 2. C. de indic. viduit. tol.* apertis verbis teſtatus ſit, ad hoc naturam mulieres genuiſſe, vt partus ederent, & maximam cupiditatem eis in hoc conſtitutam eſſe,

eſſe, adſtipulante verſiculo Claudiani *lib.*1. *in Eutrop.*

Naſcitur ad fructum mulier, prolemq́ue futuram.

Tum verò, ſi honeſte vxores vixerint, inuidia eſt, nolle vt ab alijs quàm optime tractentur: ſi non honeſte vixerint, ſtultitia, putare earum libidinem hoc freno cohiberi. Viduitatem ſuadere, ſicut & virginitatem, ſanctum eſſe non inficior, ſed pœnas nubentibus imponere, id verò admodum durum eſt: &, vt ait Paul. inhoneſtum. *l. Titia, ff. de verb. obl.* eis præſertim mulieribus, quæ corporis & fortunæ dotibus cumulatæ, cæleſtes illos monitus audire non didicerunt, quæ plurima pars eſt. Qua de re plura contra Iuſtinia. ſententiam elegantiſſime tractata deprehendes apud Balduinum. *d. cap.* 7. Quòd ſi tamen liberi ex marito ſuperſtites ſint, tolerabilior erit Iuſtiniani conſtitutio, cùm intemperantes quædam fœminæ nouis maritis non ſolum res priorum liberorum, ſed etiam vitam addicant, *l. lex qua.* 22. *verſ. lex enim C. de adminiſt. tut.* raraque, non ſolùm nouercarum, ſed & vitricorum in priuignos ſit beneuolentia. Illud extra dubium eſt, religionis profeſſione hanc conditionem violatam non videri. *arg. c. vidua vbi Archidiac.* 34. *diſt. Bald. ad l. decreto. C. in quib. cau. irroga. infra.*

2. Æquior probatiorque eſt † hæc conditio, QVOAD VIDVA MANSERIT: cuius apud Iabolenum exſtat exemplum, his verbis, [Legatum ita eſt: Titiæ donec nubat, quinquaginta damnas eſto hæres meus dare: neque adſcriptum eſt, in annos ſingulos. Labeo, & Trebatius præſens legatum deberi putant: ſed rectiùs dicetur, id legatum in annos ſingulos deberi.] *l. legatum ita eſt. ff. de annu. lega.* Et aliud apud Alphænum: [Filiæ meæ, quotieſcunque vidua erit, in annos ſingulos centum hæres meus dato. Quæritur, ſi filia minus annuo tempore vidua fuiſſet, nunquid minus ei centum deberentur. Reſpondit ſibi videri, tametſi totus annus nondum fuiſſet expletus, tamen deberi.] *l. filia, eo. tit.* Atque eius conditionis hæc omninò vis eſt, vt mulier, cui ita relictum eſt, pro quo tempore vidua manet, habeat legatum, poſteà non, *vt ait Bald. conſil.* 42. *prætermittendum eſt in fin. lib.* 5. *allegans Cyn. in l. fi. C. de indi. vidui. tol. & in auth. de nupt. & ibi Iac. de Belui. Prac. Papien. in for. libel quo vxor agit ad dot. ad verba donec vitam duxerit vidualem.* Ex quo ſequitur, inquit Papien. quod pro primo anno eſt legatum purum, & pro alijs conditionale: & ſic poſſet incipere in perſona ſubſtituti, caſu quo hæres incluſus eſſet. Eoque modo Iaſ. *ad l. diuortio num.* 7. *ff. ſol. matr. ex Sign de Homed. conſil.* 53. *quidem nomine Iacobus.* reſoluit, quod ſi maritus legauit vxori ſuæ decem ſaccos frumenti in annos ſingulos, quibus vidua permanebit, ſi illa intra ſecundum menſem nubat, vel moriatur, hæres eius, ſi mortua eſt, vel maritus eius ſi nupſit, non tantum pro tempore, quo vidua manſit, fructus illos percipient, ſed integros pro toto anno, vt in text. *d. l. filia. & item l. à vobis, eo. tit.* vbi ſi maritus vxori legauit annuos decem aureos, vxorque ſuperuixerit marito quinquennio, & quatuor menſibus, integri ſexti anni legatum debetur, de quo tamen dubitari poterat, eapropter, quia in ſimili videmus, & fructus præbendarum, & penſiones Eccleſiaſticas non niſi pro temporis portione hæredibus clericorum deberi, *Paris de Puteo in tract. de ſyndic. ad verb. prouentus, num.* 4. *Ioan. Caccialup. de penſio. q.* 25. *& Hieronym. Gygas de penſio. quæſt.* 53. *num.* 3. Verum hic ea eſt ratio, quod legatum ſub hac conditione relictum, annuum videatur: quia voces iſtæ, [donec, dum, quo ad,] & ſimiles in vltimis voluntatibus relictum annuum faciunt, *d. l. legatum ita eſt l. ſi quis ita ff. de condit. & demonſtrat. & l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat.* 3. In annuis autem legatis principio cuiuslibet anni debet inſpici conditio perſonarum, *l. cum in annos ſingulos.* 11 *ff. de annu. lega.* Ad hæc referri debet, quod determinat Bald. & Imo. *in l. cum filius. §. qui Mucianam. ff. de legat.* 2. eoſque ſequutus Iaſon. *ad l. ſi fundum. §. ſi paterfamilias, num.* 11. *ff. de lega.* 1. quod ſi maritus relinquit vxorem vſufructuariam, donec vel quamdiu caſte vixerit, & in viduitate permanſerit, eaque per triennium fuit vidua, & fructus triennales percepit, tametſi poſtea nubat, non tenetur reſtituere fructus iſtius triennij: quia plura ſunt legata annua propter illam vocem [donec] vel [quamdiu,] & ſunt poſtea conditionalia: vnde pro annis præteritis, quibus conditio fuit impleta, non venit fructuum reſtitutio, ſed in futuro tẽpore, *no. gl. in l. vlt. C. de indi. viduit. tol.* Sed eſt quæſitum, ſi maritus reliquit vxori vſum fructum fundi, quoad vidua manſerit, & poſt eius mortem Titio; ſi mulier ſtatim euolauit ad ſecundas nuptias, an Titius ſtatim debeat habere legatum non expectata morte vxoris? Iaſon, *ad l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthu.* ex multorum ſententia ſcribit, Titium poſt ſecundas nuptias confeſtim admitti debere ex tacita mente teſtatoris: *per l. mulier, in prin. ff. ad Trebel. & l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit.* dicens eam opinionem eſſe communem. porro *ad l. ambiguitatem. C. de vſufruct.* auctores ſunt Salic. & Caſtr. quod ſi maritus relinquit vxori vſum fructum ad decem annos, poſteà verò eundem reliquit Titio; ſi vxor ante decennium deceſſerit, Titio vſusfructus ſtatim debetur, quia ſolo fauore vxoris appoſita erat dilatio, ergo ceſſante cauſa dilationis, ceſſare debet ipſa dilatio *l. à filia §. alumno. ff. ad Trebel.* Nam quòd Lud. Roma. *ad. d. l. ſi quis hæres.* ex aduerſo allegat l. vxori vſumfructum villæ ff. de

de vſufru.lega.huc non pertinet, quoniam ibi verba iſta adiecerat maritus: [Tunc enim fundum illi, & illis libertis dari volo:] ex quibus verbis certi temporis extremitatem continentibus defuncti voluntas perſpicuè cognoſcitur. Cui expoſitioni, tametſi multifariam impugnatę, neque in iudicijs, neque in conſilijs contrauenire poſſe, *ad d.l. Gallus.§. & quid ſi tantum num.*41. *ff.de lib.& poſthum.* tradidit Iaſon. Fit autem, vt ita maritus vxori leget; [Volo coniugi meæ, ſi vidua vixerit, dari centum, ſi nupſerit, quinquaginta:] qua conditione, quia libertas nubendi data videtur, non cogitur illa quinquaginta ſibi legata prioris tori filijs reſeruare, *vt notant.Nic. de Vbal.in tracta.de ſucceſſ. ab inteſtato.2.par.in fin. & Cremen.ſingula* 74. Similiter ſi maritus reditu annuo vxorem grauet; eique vſumfructum, donec nupſerit, relinquat: verius eſt nubentem vſumfructum amittere, onere verò impoſito, leuari, *Bald. ad l.ſuperuacuam. num.* 13. *C.de his quæ pœnæ no.* Nam ſicut res ipſa, hoc eſt, vſusfructus, ex quo reditus præſtandus erat, ad hæredem mariti reuertitur: ita æquum & bonum eſt, onus quoque in ipſum reclinari, *cap. qui ſentit.de reg.iur. in 6.*

3. Alij † certis perſonis, quarum erga ſe odium, vel improbitatem ſatis perſpectam habent, vxores ſuas nubere vetant, quod nimirum ab illius patrimonij, liberorumque ſuorum euerſionem metuant. De qua ſpecie legati conditionalis reſpondit Caius, vxorem, ſi ijs ſe iuxerit, legatum amiſſuram, cum alij cuilibet ſatis commodè poſſit nubere, *l.non ita legatum & l ſequen. ff. de condit. & demonſtrat.* & hoc facto egregiam priori marito inferat iniuriam. *Ioan. de Neuizan. in ſylu. nup.lib.*2.*num.*34.

4. Alij hanc adijciunt † conditionem, SI MERCATORI NVPSERIT, Verentur enim ne nobilis quiſpiam eam ducat, qui veſtium ſumptuoſitate, conuiuiorum luxu, comitatus ſplendore, alea, ac ſimilibus ludis facultates omnes ſuo ſudore partas profundat, & ſe vxoremque ſuam in extremam inopiam adducat. Quam conditionem nullo modo improbari ex Oldrad. *conſi.* 16. *incip. Thema.*& Rolan.à Valle.*in tract de lucro dot.q.* 31.*n.*9. diſcimus.

Quidem etiam durius vxores ſuas certo alicui nominato nubere volunt: quam conditionem ita tractat Caius: [Videamus & ſi ita legatum ſit, SI † TITIO NVPSERIT.

5. Et quidem ſi honeſte Titio poſſit nubere, dubium non erit, quin niſi paruerit conditioni, excludatur à legato. Si verò indignus ſit nuptijs eius iſte Titius, dicendum eſt, poſſe eam beneficio legis cuilibet nubere. Quæ enim Titio nubere iubetur, cæteris omnibus nubere prohibetur. Itaque ſi Titius indignus ſit: tale eſt, quale ſi generaliter ſcriptum eſſet, SI NON NVPSERIT. Imò (ſi verum amamus) durior hæc conditio eſt, quam illa, SI NON NVPSERIT. Nam & cæteris omnibus nubere prohibetur, & Titio, cui inhoneſtè nuptura ſit, nubere iubetur.] *d.l. cum ita. ff. de conditio. & demonſtrat.* Ad cuius reſponſi expenſionem notatur illud vulgare, [Melius eſt eſſe ſolum, quam male ſociatum.] Neque huic deciſioni pugnant, quod pro iudicato habent interpres, improbari ſtatutum, quo mulier intra patriæ fines, adeoque certo perſonarum generi nubere iubetur. Longè quippe aliud eſt, præciſè mulierem cogere, vt alteri non nubat, id quod libertati, quæ in matrimonijs requiritur, abrogat: aliud verò ſub ea conditione, ſi illi vel illi nupſerit, aliquid ei relinquere: cum repudiato legato liberè alteri nubere poſſit. Sic & Terentius I. C. [Quod ſi ita ſcriptum eſſet, SI ARETIAE NVPSERIT: intereſſe (loquitur de lege Miſcella) an fraus legi facta eſſet. Nam ſi ea eſſet, quæ alibi nuptias non facilè poſſet inuenire: interpretandum, ipſo iure reſcindi quod fraudandæ legis gratia eſſet adſcriptum.] *.l hoc modo.ff.de tit.* Sed illud Terentij reſponſum ad limites poſterioris conſtitutionis Iuſtinianæ *in d. nouel.* 22. reſtringendum eſſe intelligimus.

Sunt qui amicorum † ſuorum arbitratu vxores nubere iubeant, eaque conditione legata illis adſcribant. Vnde *in l. turpia.§. ſi Titiæ.ff.de legat.* 1. ita ſcribit Pomponius [Si Titiæ legatum relictum eſſet, ſi arbitratu Seij nupſiſſet, & viuo teſtatore Seius deceſſiſſet, & ea nupſiſſet: legatum ei debebitur:] quod & Papiniano placitum eſt *l.cum tale.* 72. *§. ſi arbitratu.* 4. *ff. de condit. & demonſtrat.* Meritò enim talis conditio matrimonium impeditura reijcitur, ne amici illi vel non arbitrando viduitatem, vel perperam arbitrando iniquas nuptias mulieribus inducere poſſint. Quod in virginibus verum eſſe exiſtimo, in quarum nuptijs nihil mutauit Iuſtinianus. In viduis autem quoniam dicta poſteriore nouella ſua conſtitutione 22. conditionem viduitatis permiſit, aliud dicendum eſſe videtur, vt ante admonuimus. Leuior erit difficultas, ſi maritus voluit conſilio amicorum vxorem nubere: quando quidem ea conditio matrimonium non impedit, ſi amicis aut conſulere nolentibus, aut male conſulentibus, iudicis officium imploretur. *Caſtr. & Alex.ad d.§. ſi Titiæ. Verum de his conditionibus prolixè & erudite ad d.l.tit.de los caſamientos. num.*11.*& ſeq.egit.Roder Surr.nec minus eleganter in ſimili facti ſpecie conſil.*15.*Ioan.de Amania quos ſi videtur, lege.* 6.

Nonnulli lubricitatis ſuarum vxorum conſcij, illico poſt ſuam mortem eas nubere volunt. Cuius legati exemplum D. Anton. de Butr.*conſil.* 57. *incip. In quæſtione ſurgente.* proponit de eo, qui cum in Decembri decumberet,

beret, & paulo poſt ſe moriturum crederet,
7. ſub hac † conditione vxori legauit, ſi ante finem Ianuarij ad alterius nuptias progrederetur, & cum falſus opinione ſua vltra Ianuarium vixiſſet, poſteaque non mutato teſtamento deceſſiſſet, neque vxor ipſo viuo alteri nubere potuiſſet, quæſitum eſt, an tanto tempore poſt illius mortem nubens legatum conſequi poſſet? reſpondet non poſſe, ſed ob defectum conditionis adiectæ, qui non ex impoſſibilitate, ſed caſu fortuito euenit, excludi. De qua tamen D. Antonij deciſione non ineptè dubites. Nam cum maritus has vxoris nuptias non ob aliud accelerari voluerit, niſi quod iuuenili illius ætati, & pudicitiæ inſidias parari metuebat: veriſimile eſt, ſi tam exiguo poſt tempore nupſerit, ea in parte voluntatem illius mutatam non eſſe, cùm vxor prius conditioni parere non potuerit. Et licet aliquo deinde tempore maritus ſuperuixit, nec priorem conditionem deficientem reuocauit, quod videri poterat conſiderandum, *l.* 3. *C. de inoffi. teſtam.* quia tamen effectum rei magis, quam tempus appoſitum reſpexit: nouum non eſt, vt ex veriſimili mente teſtantis vnum tempus ad aliud extendatur. *Pariſ. conſ.* 10. *num.* 40. *l.* 3. *Decius conſ.* 227. *Maria. Socin. Nep. conſ.* 90. *&* 106. *l.* 2. *Ad cuius opinionis noſtræ confirmationem multum momenti adfert idem* §. *ſi Titiæ ſup. alleg.*

8. Quòd ſi ita aliquis vxori leget. SI † CASTE ET HONESTE VIXERIT: cenſent quidam per iteratas nuptias legatum extingui, *Bald. ad l. Deo nobis C. de epiſc. & cler. in princip. & ad l. vlt. verſic incip. Quid ſignificant. quem ibi ſequuntur. Alexand. & Caſtren. C. de indi. viduita toll. & idem ad l. mulier.* 1. §. *cùm proponeretur ff. ad Trebel. D. Anto. ad cap. quod à te de cler. coniugat. Raphael Cuma conſ.* 22. *incip. Teſtator legauit. idem Caſtren. conſil.* 259. *incipit. Omnis difficultas. lib.* 1. Non quod ſecundæ nuptiæ non ſint caſtæ in ſe, ſed quod intuitu mariti, qui eam conditionem adiecit, caſtitas violata videtur, & quod mulier non nubens propriè dicatur in ſua caſtitate permanere, *Bal. ad l. vnic. num.* 15. *C. de rap. virg.* & mariti defuncti honorem conſeruare, *l.* 2. *C. ſi ſecundò nupſer. mulier. Bald. ad d. Auth. cui n.* 16. *col.* 3. *verſic. incip. Nota quod relicta vxor.* Quam ſententiam & Bart. & Angel. *in Auth. de non eligen. ſecun. nubent.* & Socin. Nep. *conſil.* 158.
9. *num* 8. ſequuntur, & verba illa: DONEC † CASTE VIXERIT, appoſita in legato vxori relicto, ex communi vſu loquendi, intelligi volunt, donec ad ſecunda vota non tranſierit, licet propria verborum ſignificatio aliud poſcere videatur. Paria enim habentur incontinenter viuere, & ad ſecundas nuptias conuolare. *Panorm. ad cap. vxoratus. ext. de conuerſ. coniugat. Anchel. in Auth. quo oport. epiſco.* § *hac autem. Decio ad d. l. fin. & Tiraq. ad l. boues* §. *hoc ſermone num.* 150. *ff. de verb. ſignificat.* At ſi virgini filiæ conditionem hanc pater adſcripſit, communi calculo probatum eſt, etiam ſi iterum nubat, non videri impudicè vixiſſe. *Bald. ad d. l. fin. Didac. Couuar. d. cap.* 3. *p.* 2. *num.* 13. *in epit.* 4. *decretal. & Tiraq. d. loco num.* 149. Solent enim parentes ſecundis votis ſuarum filiarum magis fauere, quam mariti. Et quamuis Corn. *ad l. fideicommiſ. C. de fideicom.* & Ioan. de Neuizan. *in ſua ſylua nupt. lib.* 2. *num.* 43. hanc conditionem fruſtra adiici exiſtiment, cum in ea non adiecta turpiter viuens legatum amittat: ego tamen non inutile cenſeo, pœnam immoderatæ vitæ illi ob oculos poni, in quam incidit, non ſolum ſtupro vel adulterio admiſſo, ſed quotieſcumque turpiter cum inæqualibus conuerſatur, & limites pudoris egreditur. *l. fin. C. de repud. Bald. conſil.* 207. *incip. quia dicta domina lib.* 4.

Si autem maritus ſub eadem conditione vſumfructum vxori legauerit, deinde vero vnicum ſuum filium hæredem ex aſſe inſtituerit, eique præmorienti in certis quibuſdam bonis, conditione illa nuſquam repetita, vxorem ſubſtituerit, caſu ſubſtitutionis eueniente, illa alteri nubens relictum non amittet, vt aduerſus Accurſ. *ad Authe. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. conſ.* 153. *incip. Quidam teſtator l.* 5. reſpondit Bald. proptereà quod conditio illa fauore filij adiecta videatur, qui ob mortem illius ceſſat: & quòd tunc demum ea, quæ in præcedentibus dicta ſunt, cenſeantur in ſequentibus eſſe repetita, cum eadem repetendi ratio occurrit. *Pariſ. conſi.* 95. *num.* 30. *lib.* 2. *Decius conſil.* 190. *Rapha. Cuman. d. conſi.* 22. Quo pertinet quod *conſil.* 39. *incipien. Cola. reliquit. lib.* 1. ſcribit Bart. ſi maritus qui vxorem ſub hac dicta conditione legato honorauit, præterea idem relinquat certum fundum eodem teſtamento his verbis. [Item relinquo vxori certum fundum:] non intelligi in eo legato repetitam prædictam conditionem, quia vox (Item) non repetit, quando fit mutatio rerum, *l. in repetendis. ff. de legat.* 3. maxime ſi inter iſta duo legata alia quædam media interſint, *l. fin ff. de reb. dub.*

Illud expeditum eſt, ſi maritus vxori ſuæ ita leget; DONEC CASTE VIXERIT: legatum illud annuũ fore. *l. ſicut ff. quemadmod. vſusfruct. amittat. gloſſ. in l. legatum ff. de annu. lega. Roman. conſ.* 216. *Pariſ conſi.* 94. *num.* 44. *l.* 2.

Honeſte ſic legabitur, SI † QVAMDIV LIBERI MEI IMPVBERES ERVNT, 10.
NVPTIIS ABSTINVERIT; qua conditione magis curam pupillorum quam viduitatem induci veteres iudicarunt. *l. ſed ſi hoc* §. *vlt ff. de condit. & demonſtrat.* vbi ſic ait Terentius, (Cùm vir vxori, Si à liberis non nupſerit, in annos ſingulos aliquid legauit, quid iuris ſit? Iulianus reſpondit, poſſe mulierem nubere, & legatum capere: Quod ſi ita ſcriptum eſſet, ſi à liberis impuberibus non nupſerit: legem locum non habere: quia magis

cura

cura liberorum quam viduitas iniungeretur.] Quæ verba: [Si à liberis impuberibus non nupſerit,] non aliud ſignificant, quam hanc conditionem, ſi nubendo à liberis non diſceſſerit. Nam quando mater, ſeu vxor iubetur morari cum liberis, vel non nubere, quoad liberi ſint puberes; tutela & cura eorum, adminiſtratioque bonorum ad eos pertinentium à marito ipſi impoſita mandataque fuiſſe videtur. *Caſtr.ibi,num* 2. Et quamuis lege antiqua conditio, quæ iniungebat generalem viduitatem, reſpectu temporis, perſonarum, & locorum repudiabatur: non tamen ita ſi ſpecialem, certi temporis, an loci, an perſonæ conſideratione, *d.l.cum.ita.*

11. Prædictę autem conditionis, SI † A LIBERIS NON NVPSERIT, multa in legibus exſtant exempla. Et licet ea libertati vxoris admodum inimica videatur, cum nihil multum à ſpecie ſeruientium differat (*verba ſunt Vlpiani in l.2. ff.de liber. hom. exhiben.*) quibus non datur facultas recedendi: quia tamen ad liberum vxoris arbitrium refertur, quippe cui eam repudiare liceat, ſi cum liberis ſuis habitare noluit, ſeruitutem non infert: *id quod eleganter in for. liber. quo vxor agit ad vſumfruct ad verb. Si habitaculum tenuerit, reſpondet Practicus Papien.* Rectè igitur Antoninus Pius legatum alimentorum, & veſtiarij, adiecta hac reſtrictione, [Quoad cum Claudio Iuſto morati eſſent] *l.1.C.de legat*, & Scæuola conditionem iſtam, [Si cum matre mea morentur,] *in l.annua in princip.ff.de ann.legat.* admiſerunt. Si tamen vxor nuptias repetat, non ideo minus percipiet legatum, modo apud ſe liberos retinuerit. *Bart. ad l. cum tale. in princip.per illum textum.ff.de condit.& demonſtrat.Pet. Rauen. in ſuo alphab. aur. ad verb. Legatum.col. vltim. verſic. incip. legatum eſt matri.* Cui opinioni *ad eandem l.* 1. repugnare videtur Iaſon, *num.* 5. dicens maritum videri voluiſſe, vt in ſtatu viduali mulier ſe contineret: eique & Bald. *ad l. voluntatis, col.1.in fin. C. de fideicom.* calculum adijcit. Ego priori ſententiæ acceſſerim, vt in dubio ea interpretatio locum habeat, quæ mulieri nubere volenti minus impedimentum præſtet. Enimuero conditio iſtiuſmodi ciuili modo accipienda eſt. Vnde rectè etiam Pomponius *in l.ſi quis ita.ff.de condit. & demonſtrat.* [Si quis, inquit, ita legauerit, Dum vxor mea cum filio erit, hæres meus ei tantum dato: ſi ea latitans patronum, de medio diſceſſerit, vt tamen conſilium retineret habendi ſecum liberos: deberi ei legatum Trebatius, & Labeo aiunt: quia non omne momentum exigendum ſit, vt cum liberis ſit, ſed vt eam mentem & id propoſitum habeat, ne filium à ſemet dimittat, neue per eam ſtet, quò minus cum ea filius educetur.] Sic & Scæuola, quærens an legatarius iuſſus cum hærede morari, aſſiduè & vbiq; locorum eum ſequi teneatur? concludit, non poſſe quidem abſolutè reſponderi, ſed cum multa oriri poſſint, quæ pro bono ſint æſtimanda, huiuſmodi negocium viri boni arbitrio committendum eſſe *l. Mauia. §.1.ff. de annu. lega.* Quam ſententiam gemino planè exemplo confirmat Paulus *l. illis libertis. ff. de condit. & demonſtrat.* Simili æquitate dicta conditio reſtringitur, cùm per vxorem non ſtat, quo minus eam adimpleat. Quid enim, ſi filius quo cum habitare iuſſa eſt, impius ſit, ſi eam expellat, contumelijs inceſſat, & tales perſonas domi ſuæ foueat, cum quibus honeſtè, vel quietè abſque culpa ſua illa verſari non poſſit? *Aymo.conſ.203.& 268. Anch conſil.54. Bald.ad l.1.C.de lega. Iaſon ibi, & conſ.44. lib. 4.argum.l.vlt.ff.vbi pupil.educa. deb. Barbat.conſ.63.lib. 2. & Alex. conſil. 178. lib. 6.* Tantundem eſt, ſi liberi, apud quos habitare præcipitur, bona paterna diuidant, familiam erciſcant, commorari recuſent, *Bar. ad l. Caio. §. Imperator ff. de alimen. lega. & ad d.l.1.C.de lega.id quod latè conſil.22.incip. Circa primum à num.12.vſque in fin.oſtendit Rolan. à Valle.* Pari fundamento nititur Iaboleni reſponſum, *l qui concubinam. §. vxori. ff. de leg.3.* vbi, ſi teſtator iuſſit vxorem cum filio certo loco eſſe, ſufficere ait, ſi eo loco ſit, etiam ſi in eiſdem ædibus cum illo non habitet, qua de re vide Rauennatem *in d. alphab. aur ad verb. legatum, col. vlt.* generaliter hoc probantem, per illum text. niſi alia mens mariti colligatur. Quid, igitur ſi liberi, cum quibus morari iubetur, illa viua rebus humanis exempti ſint? Videtur nihilominus legatum deberi, cùm per eam non ſtet, vt cum iis moretur, *arg.cap.cùm non ſtat.de regul.iur.in 6.* [Quamuis verbis his, (inquit Pius Imperator, *d. l. 1. C. de leg.*) quoad cum Claudio Iuſto morati eſſetis, alimenta vobis & veſtiarium legatum ſit: tamen hanc fuiſſe defuncti cogitationem interpretor, vt & poſt mortem Iuſti Claudij vobis præſtari voluerit:] cui *in l. Caio.§. Imperator.ff. de aliment. legat.* Papinianus omnibus modis conſentit: itemque Anchara.*conſi.185.incip. Quæſtio.* & Oldrad. *conſil. 197.* Contrariam tamen ſententiam *conſil. 58.incip. In hac conſultatione. num.8.lib.3.* tentat Socin. Nep. ideò quod verba illa: [Donec cum liberis meis erit] inferant conditionem, ſicut & vxor [quamdiu.] *l. pater Seuerinam.§.fin.ff.de condit. & demonſtra.* & proinde ea viri diſpoſitio ad vitam liberorum coarctanda ſit, cum quibus non niſi viuis morari poteſt: tum etiam quia cauſa legati mortuis liberis ceſſat, quæ non alia fuit, quàm vt pupilli in tenera ætate apud matrem melius, quam apud alium quemuis alerentur, & inſtituerentur, quia cauſa ceſſante, legatum quoque ipſum ceſſare debet. *l.adigere. §. quamuis.ff de iure patrona.* Et his adde, quòd conditio caſualis, vel mixta, ſi deficit per caſum, rumpit diſpoſitionem in eum factam. *l. vni. §. fin.*

fin.autem ad deficientis.C.de caduc.tolen. Et cùm deficit per mortem alicuius, iudicio Dei defeciſſe videtur. *Decius conſil.*485*.inc.p. Caſus. & conſ.*526. eòque magis, quod hoc legatum ſecundariò quidem vtilitatem vxoris reſpicit, ſed primariò conditio, vel modus adijcitur fauore liberorum, quo meliùs gubernentur. Alio iure vteremur, ſi vxoris iuuandæ gratia primariò legatum fuiſſet: id quod in d. l. illis libertis, in fin. eleganti diſtinctione conſiderat Paulus, ad hunc modum: [Illis libertis, alimentorum nomine, ſi cum filio meo morati fuerint, menſtruos denarios centenos, & veſtiaria dari volo. Liberti in obſequio fuerunt, quamdiu adoleſcens ad militiam proueheretur: qua cauſa effectum eſt, vt quibuſdam Romæ relictis proficiſceretur, & apud caſtra defunctus eſt. Quæſitum eſt an ab hæredibus eius alimenta debeantur? Paulus reſpondit conditionem quidem in perſona libertorum, qui cum filio defuncti morati ſunt, aut per quos non ſtetit, quò minùs morarentur, mortuo filio teſtatoris defeceſſe non videri: ſed ſi teſtator propter filij vtilitatem ijs, qui cum eo morati fuiſſent, alimenta præſtari voluiſſet: contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere.] Porrò ſi ita vxori legaſſet annuos ſenos aureos, SI NEGOTIIS LIBERORVM INTERVENERIT, & aliqui ex liberis moriantur: vtique pro parte viuentium legato fruetur: cùm tam labor, quam pecunia partitionē recipiant, *vt ait Papinian. l. Seio.in princip ff.de ann.lega.* Ad Antonini Pij conſtitutionem *d.l.*1.reſpondet Socin. cū alijs, ſpeciali alimentorū fauore eam eſſe introductam: ſed mihi propabilius eſt, eam ad diſtinctionem Pauli referendā eſſe, cū & veſtiariū ad alimentorum cauſam pertineat, & ea ſolutio cum d.l. illis libertis, non ſatis conueniat.

Nonnunquam vir orbus, & ad liberos procreandos vxorem inuitare volens, hac lege vti-
12. tur: SI † LIBEROS GENVERIT, quæ ita proculdubio accipienda eſt, ſi ex ipſo teſtatore, vel eo viuo, vel eo mortuo poſt conditum teſtamentum pepererit: ſi non & illud quoque nominatim adiecerit maritus, etiam ſi poſt obitum ſuum ex alio liberos procreauerit, *l. cùm vir.l ſi vir.vxori.& l.ſequen. ff. de conſtit. & demonſtrat.* neque alio ſenſu.l.maritus. ff.de vſur. accipiendam eſſe, in eius explicatione docet Accurſ. *latius quoque hac de re diſputauit Iacob. Portius conſil.*137.*& conſil.*159. At ſi liberos eo tempore habuit maritus cùm legaret, nulla ratione mulier legatum conſequetur, niſi poſtea quam teſtamentum factum eſt, alios ex eo liberos genuerit. *l.ſolemus ff.de condit. & demonſtrat.* Nihil autem legatariæ vxori oberit, ſi hi liberi, qui nati ſunt, mox deinde deceſſerint. *d.l.ſi vir.& l.ſequen.l.*1*.& l.fin.C.de condit.inſer. l.vxori meæ.C.quan.dies leg.ced.*

Fit etiam, vt maritus, qui viduam vxorem duxit, liberorumque prioris matrimonij eiuſdem bona adminiſtrauit, veritus, vt illi poſt mortem ſuam negocium faceſſant, ita legat †
vxori, [ſi illi rationes non exegerint, ſi hære- 13.
dem ſuum non conturbauerint:] Quo caſu, ſi exigere, & moleſti eſſe inceperint illi, vtrum vxor à legato arceri debeat, quæri poſſet? Et ſi nulla vxoris culpa id acciderit, videtur nihilo minus illam legato potituram. Reſpondit enim Alphenus, neminem ex alterius facto aut hæreditati alligari, aut exhæredari poſſe. *l.pater famil.ff. de hæred. inſtitut.* Et Papinian. [Cùm pupillus, aut tutor eius conditionem in perſonam pupilli collatam impedit: tam legati, inquit, quàm libertatis iure communi conditiò impleta eſſe videtur.] *l.cùm pupillus ff. de condit. & demonſtrat.* Atque ſimiliter Pomponius: [Multa teſtamento non committitur ab hærede, vel legatario, vel eo, qui ex vltima voluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitratu momimentum facere iuſſus ſit, ſi is, cuius arbitriū eſt, non viuat, vel adeſſe non poſſit, aut arbitrari nolit.] *l. multa ff.eod.tit.* Mihi contrarium magis placet, cum ea mariti cogitatio fuiſſe videatur, vt hoc legati lucro, eoſdem illos prioris thori liberos, ad quod lucrum morte matris fortè perueniret, à lite auerteret, & hac ratione quaſi tacitè cum illis tranſigeret: quæ ratio in præcedentibus I.C. reſponſis non reperitur.

Pari mente interdum vxor: quæ dotem promiſſam marito non dederat, hac conditione amplum legatum ei adſcribit, SI † DOTEM
NON EXEGERIT, quo caſu cauere debet 14.
maritus de non petendo dotem, aut certè legitimam acceptilationem, ſeu liberationem præſtare. *l. auia.§.Mutiana ff.eod.* At ſi eadem conditione vniuerſalem hæredem eum inſtituerit, nihil dubium eſt, aditione hæreditatis pro exigenda dote confuſam eſſe, nullamque cautionem, acceptilationem, ſeu liberationem requiri. *l.mulier quæ viro.d.titul.*

CAP. XXV.

De varijs modis, quibus coniunx libertatem teſtandi de bonis ſuis ſuperſtiti coniugi relictā vel ampliat, vel reſtringit.

SVMMARIA.

2. *Oratio diſiunctiua non ponitur pro coniuncta.*
2. *Verba in futurum euentum collata, an accipi poſſint pro fideicommiſſo.*

LIBERTAS teſtandi eo modo ampliari videtur, qui *eſt in l.cùm pater.§.à te.ff.de leg.*
2. vbi in hæc verba ſcribit Papinianus: [A te peto marite, ſi quos liberos habueris, illis prædia relinquas, vel ſi non habueris, tuis ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem reſpondi] Ratio eſt, quia cùm quis grauatur dare diuerſis alternatiuè, inter

quos

quos eſt diſpar ratio, ſicut hic eſt inter propinquos vxoris, & libertos, disiunctaoratio
1. non ponitur pro coniuncta, vt alias fieri ſolet. *l.penult.C.de verbor.ſignificat.*ſed primo nominatus primo venit,& ordo ſcripturæ præpollet ordini affectionis: alioquin prius vocarentur conſanguinei vxoris, quàm liberi mariti, quos ex alia coniuge eſſet ſuſcepturus, & ipſa veriſimiliter minus dilexit, *vt docemus alibi.*

Eſt alius modus, per quem minus libere coniugibus teſtari licet *in l.codicillis*§.*matre.ff.d.tit.* vbi Scæuola reſpondit fideicommiſſum deberi, cùm ita cauiſſet teſtator: [A te vxor chariſſima peto, ne quid poſt mortem tuam fratribus tuis relinquas. habes filios ſororum tuarum, quibus relinquas. ſcis vnum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinam faceret: ſed & alia mihi deteriora fecit.] idque ideò, quia hoc odium teſtatoris etiam legatum fratri relictum reuocaret. *l.* 3.§.*vlt.ff.de aliment. legat.*

Alter eſt *in l.vnum ex familia* 67.§.*fin.ff.eod.titul.de legat.* 2. vbi cũ maritus ſcripſiſſet(non dubitare ſe, quæcunque vxor eius hæres inſtituta cepiſſet, liberis ſuis reddituram)reſpondit I. C. verba illa pro fideicommiſſo eſſe habenda: (Quod, inquit, ſummam habet vtilitatem, ne ſcilicet honor bene tranſacti matrimonij, fides etiam communium liberorum decipiat patrem, quæ melius de matre præſumpſerat.) At in l. ſed.ea excipit, quæ maritus per donationem morte firmatam in vxorem contulerat: quia extra cauſam bonorum defuncti illa haberi debeant, & ſic fideicommiſſo non contineantur, cum& ea habitura eſſet vxor alio hærede exiſtente, niſi nominatim aliud maritus cauiſſet. Quamuis autem verba illa, (non dubitare ſe) non omnino videantur inijcere vxori † neceſſitatem
2. relinquendi liberis, quoniam hoc non continent,& in teſtamentis larga accipi ſolet interpretatio, *l. in teſtamentis. ff.de regul. iur.* tamen amor paternus erga prolem, confidentia mariti de vxore, cum qua innocuã vitam traduxerat, efficiunt, vt verba illa præcipuè propter ſe, non propter aliud enunciata, & ad vxorem grauatam relata inducant tacitum fideicommiſſum, etiam ſi futurum euentum reſpiciant, eò magis quòd mater debet imprimis ſeruare fidem erga liberos. *Bald. & Caſtrenſ.in d.*§. *fin.*

CAP. XXVI.

De marito ſubſtituente vxori ſuos hæredes, vel alios.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio his verbis à marito facta:* legovxori decem,& illa decem poſt mortem vxoris volo ad hęredes eius peruenire, *intelligitur de hæredibus mariti.*

2. *Propria alterius res legari vel fideicommitti non poteſt.*

3. *Mater à ſucceſſione filij repellitur, cui tutrix fuerat, & à marito ſubſtituta, ſi ante quàm alium ei tutorem peteret, nupſerit.*

HIPPOL. Marſil. *ſing.* 21.*incip.Aliàs interrogatus* decidit, quòd ſi maritus teſtamento condito his verbis vxori leget? [Domus † meæ vſum, & habitationem relinquo 1.
vxori meæ, quoad viuet: & ea mortua volo eam domum ad hæredes & ſucceſſores eius peruenire:] verba illa (ad hæredes, & ſucceſſores eius) intelliguntur non de ijs qui vxori,ſed qui marito teſtatori hæredes, & ſucceſſores erunt: idque ex auctoritate Barto. *ad l. cùm in teſtamento.ff.de aur.& argent.legat.* qui & ſi per illam legem cenſeat, quod ſi aduocatus inſtituit alium aduocatum hæredem, rogans vt libros ſuos det Titio, intelligetur dictum de liberis ipſius teſtatoris, non autem de libris hæredis rogati: item ſi teſtator inſtituat hæredem, & mandet bona ſua, illo abſque liberis moriente, venire ad talem, quod id accipiendum ſit de bonis proprijs defuncti, non etiam hæredis: ad confirmationem tamen huius deciſionis textus ille nihil confert, vtpote in quo de eius argenti legato loquatur Alphenus, quod teſtator vſus ſui cauſa paratum habebat, vt apertè verba ſequentia demonſtrant. Allegat etiam gl. & Doct. ad l. ex facto, in prin.ff.ad S.C.Trebell. vbi Accurſ. ad verb. [Sua,] ſermonem iſtum teſtatoris, vt hæreditatem ſuam reſtituat, aut iſtum, quicquid ex ſua hæreditate conſequutus eſſet, ad ipſum teſtatorem, non ad hæreditatem, aut bona fideicommiſſarij referenda eſſe docet. Præterea & Alexandri teſtimonium laudat, *conſ.* 23. *incip. Conſideratis* qui eo loco eius deciſionem vtraque palma adprobat: *ſicut & Io.de Imol.ad c.indicante.de teſtam. Iaſon. ad l. ſi pecuniam ff. ſi cert.peta. num.* 2. *Decius ad l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit.Stephan.Bertran conſil* 256.*lib.*3.*facit glo. in l quoties.*§. *fin. ff. ſolu. matrimo.ad verb.Ipſe & Doct.ad l.nuper conſtitutum eſt ff.de legat.*3. Ratio autem eſſe videtur, quia in obſcuris id plerumque conſideramus, quod communiter fieri conſueuit.*cap.in obſcu. de reg. iur.* Communiter verò ſi teſtatores onus reſtitutionis imponant hæredibus, volunt eos reſtituere non eorum bona, ſed ea quæ ab ipſis teſtatoribus acceperunt, ac in dubio præſumuntur, quàm minimè fieri poteſt, hæredes oneraſſe. *l. vnum ex familia. ff. de lega.*2.

Aliud exemplum eſt *in l.qui vxori ſua.ff. de aur.& argen.lega.* vbi Scæuola: [Idem teſtator fideicommiſit vxoris, vt quicquid ad eam ex teſtamento eius perueniſſet, alumno communi reſtitueret. Quæſitum eſt an etiam ea, quæ propria vxoris ſuæ fuiſſe teſtator ſciuit, eiq́;reddi præcepit, alumno præſtare debeat?

Reſpon-

Reſpondi, ſi propria fuiſſent, non debere: ſi
2. legato acquirerentur, debere.] Nam & † proprias alterius res legari, vel fideicommitti non poſſe conſtat, *l. proprias C. de legat.* Et ideò hæredes vxoris probare debent, eas res proprias vxoris fuiſſe. *Bart. ad d. l. quis vxori.*

3. Tertium eſt exemplum *in l. omnem 6. C. ad S. C. Tertul.* quo loco Imp. vxorem † à marito poſt mortem filij ſubſtitutam omni ſpe hæreditatis excludit, ſi ea legitima filij tutela ſuſcepta, ad ſecundas contra ſacramentum præſtitum aſpirauerit nuptias, antequam alium ei tutorem fecerit ordinari, & quod ei debetur ex ratione tutelæ geſtæ, perſoluerit. Quæ deciſio ampliatur primò, etiam ſi matrimonium nec dum ſolemnizatum, vel alio modo conſummatum fuerit, *vt ait Bald. ibi num.* 10. Nam cum nuptias ſolus conſenſus faciat *ff. de reg. iur.* ad vinculum eius nihil aliud requiritur, quàm vt legitimè per verba de præſenti contractum ſit. Secundò ampliatur, ſiue fuerit teſtamentaria tutrix filij, ſiue legitima. Eodem enim modo in dictam pœnam incidit, ſi præcedentibus neglectis ad matrimonium tranſierit: quia licet d. l. legitimæ tutricis ſolum meminerit, & fides vxoris teſtamento tutrici ſcriptæ magis videatur eſſe comprobata: in pœnæ tamen iſtius impoſitione, odio tranſuolantium ad alios thoros conſtitutæ, nulla diuerſitatis ratio diuerſum ius exigit. *Bald. in d. loco num.* 7. Tertiò ampliatur, ſi maritus filio impuberi Seium ſubſtituerit, ſi in pupillari ætate is decedat, eundemque rogauerit, vt pupillarem hæreditatem vxori ſuæ reſtituat: cùm ex tali fideicommiſſo illa quaſi hæres pupilli efficiatur. *idem d. loco, num.* 1.

CAP. XXVII.

Vtrum coniuges ſibi inuicē poſſint dare facultatem, alteri de alterius bonis teſtandi pro arbitrio?

SVMMARIA.

1. *Captatoria quando dicatur voluntas?*
2. *Teſtandi facultas ex gratia conceſſa eſt.*
3. *Voluntas noſtra ab alterius arbitrio pendere non poteſt.*
4. *Arreſtum de marito relinquente vxori bonorum ſuorum diſpoſitionem, & num.* 12.
5. *Maritus non poteſt dicere*, Inſtituo illum hæredem, quem vxor eliget.
6. *Maritus committens vxori bonorum ſuorum diſpoſitionem, an cenſeatur velle, vt in pias cauſas illa diſtribuat?*
7. *Arbitrium bono viro delatum quibus verbis ſignificentur?*
8. *Electio certæ perſonæ ex incertis nominatis rectè à marito vxori committitur.*
9. *Notario poteſt præcipere maritus, vt ſcribat teſtamentum ad dictamen vxoris.*
10. *Voluntas alicuius tacitè in alterius voluntatem conferri poteſt.*
11. *Legatum circa ſolemnitatem à marito ſibi commiſſū vxor hæres ſoluere cogitur, aut iurare.*
12. *Captatoria voluntas an ſtatuto firmari poſſit?*
13. *Vxor per maritum teſtari non poteſt, teſtanti tamen conſentire non prohibetur.*

Reſponſum eſt à Pontifice *in cap. cum tibi, de teſtam.* eum qui extremam ſuam voluntatem alienæ diſpoſitioni committit, non videri decedere inteſtatum. Sed cum alij captatorium id eſſe exiſtimarent, & iure improbatum, *l. captatorias C. de milit. teſtament. l. ille autem. ff. de hæred. inſtituen.* non leuis hinc orta eſt diſceptatio, quæ multorum ingenia multum agitauit, vtpote de graui & quotidiana. Imprimis autem quæ voluntas captatoria ſit, vel non, eſt conſiderandum: & quidem Bal. *ad l. executorem col. 2. verſic. Reſtat. videre. C. de execut. rei iudica* auctor eſt, duobus modis † cap- 1.
tatoriam diſpoſitionem intelligi poſſe, priore, quando dixit teſtator: (Volo Titium, aut vxorem poſſe teſtari de bonis meis, & illud eſſe teſtamentum meum:) poſteriore modo ſi ita dixerit: (inſtituo te hæredem, ſi Titius volet, aut ſi vxor mea conſentiat.) Quoniam vtroque caſu cenſet voluntatem non ſubſiſtere, Angelumque *eleganti conſ.* 220. ſuæ diſtinctionis aſſertorem habet. Quo & modo Franciſ. Zabar. & And. Siculus *ad d. cap. cùm tibi* & gloſſ. *in cap. ſuper eo. de condit.* reſpondent vere deceptoriam eſſe eam voluntatem, quæ in alterius diſpoſitionem confertur, cum is, cui teſtamenti factio commiſſa eſt, poſſit hac ratione & defunctum decipere, & fraudare eos, quibus ille relinquere bona ſua verè cogitauerat. Et ſi quidem † 2.
facultas teſtandi cuique gratioſè dumtaxat conceſſa eſt, *Panorm. ad rub. de teſt.* contra iuris rationem ad conſequentia produci non debet, ſcilicet vt extremam voluntatem per alium explicare liceat. *Guiliel. Benedic ad cap. Raynutius ad verb. condid. t.* 1. *de teſtam. num.* 1. *arg. l. quod contra rationem. cùm l. ſeq. ff. de reg. iur.*

Vt paucis, ac dilucidè res iſta multis obducta inuolucris, variiſque argumentis confusè admodum pertractata ob oculos ponatur, colligam concluſiones affirmatiuas, & negatiuas pro ſubiectæ materiæ qualitate, per quas euidenter, diſtinctèque omnia apparere poteruut.

Concluſio igitur negatiua hæc eſto, quòd maritus non poteſt dare vxori ſuæ facultatem, vt ipſius nomine, vel pro eo ſuo proprio arbitratu teſtetur, *d. l. captatorias. l. captatoria. ff. de legat.* 1. *l. ſi quis Sempronium l. illa ff. de hæred. inſtit l. vtrùm §. cùm quidam ff. de reb. dub l. nonnumquam: & ibi Raphael ff. de condit. & demonſt. Paul Pariſ. conſ.* 38. *lib.* 3. *Bar. Iaſon. Corn. ad l.* 1. *C. de ſacroſan. Eccleſ. & ad d. l. captatorias Calcaneus conſil.* 108. *Panorm. Couar. & alij ad d. cap. cùm tibi.* quia vltima * voluntas ex mero ar- 3.
bitrio noſtro abſtracto ab omni facto homi-

nis

nis dependet, licet eius ordinatio habeat certam formam, *l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit.* & ideò eius ſubſtantia non magis poteſt per alienum arbitrium explicari, quàm poteſt quis per procuratorem, aut nuncium adire hæreditatem, *l. Paulus ff. de acq. hæred. Bald. & Imo. ad d. l. illa inſtitutio.* Deinde ſi teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, *l. 1. ff. de teſtam.* qui fieri poteſt, vt voluntas vnius ſit voluntas alterius? & ſi voluntas nihil aliud ſit, quàm anima volens, *vt ait Angel. ad d. l. captatorias*: ſequetur, quod anima vnius eſſet anima alterius, vna & eadem in ſubſtantia: motus autem animi noſtri per motum animi alterius conſummari nequeunt. Refert tamen Ioann. Gallus *in arreſt. Parlament. art.* 57 iudicatum fuiſſe, quod

4. valeret * voluntas mariti relinquentis bonorum ſuorum diſpoſitionem vxori ſuæ, ſed adiunctum fuiſſe illi in executione alium quendam, ad fraudem euitandam: ſed qua ratione motus fuerit Senatus, non explicat.

Secunda concluſio eſt, quæ negat * mari-

5. tum poſſe dicere, [Inſtituo illum hæredem, quem vxor mea elegerit.] Nam eo modo cenſetur obliquè commiſſa ſubſtantia diſpoſitionis alieno arbitrio, & vxore non eligente maneret inſtitutio vacua, *gloſſ. in* § *& vnum, Inſtit. de hæred inſtit. & in d. cap. ſuper eo. de cond. t appoſ.* Quod & I. C. eleganter expreſſit *in d. l. illa inſtitutio*. vbi licet teſtator non dixerat. [Inſtituo illos hæredes, ſi Titius voluerit,] ſed, [Inſtituo illos hæredes quos Titius voluerit,] & ſic non inſtitutionem ſed perſonarum declarationem collocauerat in voluntate tertij: inualida tamen eſt voluntas, quia Titio negligente, vel recuſante elig re, nullus hæres eſſet vocatus, *d. l. vtrum. § cùm quidam & ibi Bartol.* Sic etiam Imo. *ad d. l. captatorias*. reſpondit, quòd ſi teſtator dixit, [Relinquo centum illis, quos Titius elegerit,] tale relictum non valet, quia non fit mentio de certo genere perſonarum, non eligente Titio, remaneret relictum planè incertum. Sic Angel. *d. conſil.* 120. aſſerit quod ſi teſtator dicat, [Volo Gerardum habere ex bonis meis 500. aureos, de quibus faciat illud quod dicet Guardianus Minoritarum.] hæc diſpoſitio erit ſine viribus tanquam captatoria, quia non eſt relictum certo generi perſonarum, & ſi Guardianus taceret, nullus à teſtatore videretur vocatus, dictumque grauamen Gerardo iniunctum effectu ſuo deſtitueretur. De hac tamen Angeli deciſione non iniuria dubites, vt inferius dicetur, eò quòd Guardianus auctoritate iudicis ad declarationem illam certo tempore præfixo faciendam, facilè vrgeretur.

Prima autem concluſio affirmatiua eſt hæc: ſi * maritus bona ſua omnia committat vxo-

6. ris vel alterius diſpoſitioni, cenſetur eam ſic inſtituere hæredem, vt in pias cauſas eadem bona diſtribuat, *Innocent. Abb. & alij add. cap. cùm tibi. quorum opinionem communem eſſe aiunt Iaſon num.* 12. *& Cornel. ad d. l. captatorias.* modo teſtator ſit vſus verbis ſignificantibus arbitrium boni viri, non verò ſi vſus eſſet verbis liberam voluntatem inducentibus, *Bart. ad d. l. 1. num.* 64. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alex. num.* 6. *Iaſon num.* 12. *Cornel. num.* 4. *ad d. l. captatorias. Imo. ad d. l. illa ff. de hæred. inſtit. Paul. Par. ſ. conſil.* 38. *num.* 21. *lib.* 3. quia quando in liberam voluntatem eius confertur, etiamſi ſine iuſta cauſa dicat ſe nolle, non erit inſtitutio, aut diſpoſitio, cùm poſſit iniquum præferre æquo & iuſto, *l. cùm quidam ff. de legat.* 2. ſed quando adijciuntur verba depoſcentia arbitrium boni viri, tunc æquitati locus eſſe poteſt. Rurſum intelligunt nonnulli hanc concluſionem, ſi maritus mentionem habuerit piæ cauſæ. *per d. cap. cùm tibi.* non etiam ſi ſimpliciter fuerit vſus his verbis: [Committo omnia mea bona voluntati vxoris.] *qua de re latiùs Didacus ad cap. cum tibi. num.* 10. *verſ. primò quidem.* Alij, quæ maxima turba eſt, eam concluſionem prorſus non ſequuntur, veluti multis periculis, multiſque captionibus obnoxiam, & d. cap. cùm tibi, ijs duntaxat caſibus locum habere intelligunt, quibus captatoria voluntas peculiari aliqua ratione admittitur, *vt d. loco, num.* 9. *in fin. refert Couuar qui diligenter legendus.* Nihilominus tamen aſſeueranter teſtatur Guliel. Benedict. *ad d. verb. condidit.* 1. *num.* 8. communem eſſe priorem opinionem, eamdemque varijs argumentis firmant, etiam nulla piæ cauſæ mentione facta, quando diſpoſitio relata fuit ad arbitrium bo ni vir, non ad liberam hæredis voluntatem. Imò addit *eodem loco* idem auctor, voluntatem captatoriam ad piam cauſam valere, quatenus ea diſtributionis, electioniſque poteſtatem reſpicit duntaxat, ſecus ſi daretur alicui poteſtas eſſentiæ (ſic loquitur) vt ſi dicat maritus, [Committo vxori, vt mihi teſtamentum faciat ad pias cauſas:] talis enim voluntas non valet, cum impoſſibile ſit voluntatem vxoris eſſe voluntatem mariti. *Bald. ad d. l. executorem. & ad l. captatorias. ff. de hær. inſtit.* intelligens d. c. cum tibi. in voluntate diſpoſitoria, non in poteſtate diſpoſitiua. Poſteà tamen d. Guliel. Bened. aſſerit tutius eſſe, ſi dicamus indiſtinctè, voluntatem captatoriam fauore piæ cauſæ valere, ſummamque eſſe rationem, quæ pro religione facit, eamque opinionem tenet. Cæterum Roderic. Suarez *in tract. de captat. volunt. num.* 21. *verſicul. ego dico.* ex oppoſito dicit eſſe falſiſſimam: quia iſte, cui committitur teſtamenti factio, non eſt merus executor, cum merus executor non habeat ius in ſubſtantia executionis, nec teſtator, quia teſtator iam deceſſit: nec hæres, quia diſpoſitio dependet ab eo, qui habet illius teſtamenti factionem actiuè, non paſſiuè; ergo diſpoſitio hæc captatoria non ſubſiſtit, & hoc ipſũ *ad d. l. captatorias. C. de mili. teſta.* monet Bald. alijque quidam intelligunt d. c. cum tibi. quando ille, cuius fidei committitur

mittitur diſpoſitio, promiſit hoc facere, & quod ſic veluti contractus aliquis initus eſt ab ipſis. Ex quibus facilè apparet, quam ſit periculoſum opus hac de re ſententiam ferre, & contra priorem opinionem reluctari, quam communem eſſe aiunt *etiam Iaſon conſil. 110. lib. 1. Bald. conſil. 112. quæritur lib. 4. & Ioan. Dilectus in tractatu de arte teſtan. ſub. Rubr. de legat. cap. 8. num. 1.* cum tamen d. c. cum tibi, loquatur generaliter, nulla facta diſtinctione inter piam, & aliam cauſam. Non inutile erit, hac de re videre latiſſimè Tyraquellum *in tractatu de pia cauſa*, qui eam quæſtionem ex profeſſo exa-
7. minat, & determinat. Porrò † verba, quibus arbitrium boni viri ſignificatur, ſunt hæc (Si placebit, Si videbitur, Si putauerit, Si æſtimauerit, Secundum conſcientiam, Secundum diſcretionem:) illa autem, quæ meram & liberam voluntatem denotant, ſunt: (Si voluerit, Quibus ſeu quos velit, Si libuerit,) & alia, de quibus Doct. *ad l. ſi ſic. ff. de legat. 1. Abb. conſil. 110. incip. in cauſa hoſpitalis, lib. 2. Panormit. ad cap. 1. de conſtitut. ad cap. 1. de iudic. ad cap. 1. de ſeq. & ad cap. ex parte de conſuetudinibus. Bart. ad l. alio ff. de aliment. & cib legat. & in Extrauag. ad reprimendum, in verb. videbitur.*

Secunda concluſio eſt, quòd maritus poteſt
8. vxori ſuæ committere † electionem certarum perſonarum ex incertis deſignatis, puta ſi dicat: (Inſtituo pauperes Chriſti, vel fratres meos, quos vxor mea elegerit:) quia tunc non ſubſtantia inſtitutionis confertur in alterius arbitrium, ſed perſonæ electio, *l. ſi fideicommiſſaria ad fin. ff de fideicommiſſ libert. Cyn. ad d. l. captatorias Bart. ad d. l. illa inſtitut.* & re vera certum genus inſtituitur, ſcilicet pauperum, vel fratrum, licèt ex illis electio committatur, *l. ſi quis Titio. l. cum quidam. ff. de lega. 2.* neque hæredis inſtitutio committitur, quando ipſe maritus inſtituit, ſed hæredis declaratio. Ad quam rem accommodatiſſimè ſe offert l. q quis ad declinandam. C. de epiſcop. & cler. vbi valet inſtitutio pauperum generatim facta, & lex ſe intromittit ad pauperes eligendos, ſi teſtator nemini electionem conceſſit: quaſi dicat, quòd ſi teſtator alicui electionem conceſſiſſet, ceſſaret electio à lege introducta, & inſtitutio valeret, eoque *d. conſi. 220.* reſpondet Angel. nunquam dici voluntatem captatoriam, quando ſola perſonarum optio cuipiam eſt mandata, ſequiturque Roderic. *d. loco, n. 7. per d. l. vtrum §. cum quidam ff. de reb. dub.* & per text. ſingularem, *l. pater ex prouincia. ff. de manu vindic.* vbi pater ſolam electionem filio reſeruauit, ſed ipſe manumiſit. Ex quo colligere licet, quòd ſi uxor mandatum non exequatur, & electionem in arbitrium ſuum commiſſam non faciat, omnes habebuntur pro inſtitutis.

Tertia concluſio ſic habet: maritus * po-
9. teſt præcipere notario, vel tabellioni, vt ſcribat teſtamentum ad dictamen vxoris, cuius fortè prudentiam perſpectam habet: ſicut poteſt maritus vel teſtator mandare notario, vt ſcribat teſtamentum ex conſilio ſapientis: quia illa voluntas non erit captatoria, cùm nec vxor, nec ſapiens quidam poſſit adponere, quod attinet ſubſtantiam teſtamenti, ſed quod pertinet ad confirmationem, & maius robur tantum: veluti, ſi liqueat maritum omninò voluiſſe legata deberi, poterit vxor adijcere clauſulam codicillarem, ſi fortè non valeret iure teſtamenti ex præteritione nati vel naſcituri, &c. *l. ſi mandato Titij. §. fin ff. mandat. Bald. ad d. l. captatorias. verſicul. quintò oppono. C. de milit. teſtament. gloſſ. Bartol. & Imol. & alij ad d. l inſtitutio.*

Quartam concluſionem hanc pono: licèt * ſubſtantia inſtitutionis non poſſit conferri 10.
in expreſſam voluntatem coniugis, aut alterius, tamen poteſt conferri in tacitam & velatam voluntatem, hoc modo: [Inſtituo te, ſi vxor, aut Titius Capitolium aſcenderit.] *l. ſi quis Sempronium ff. hæred.* [Quia multa expreſſa nocent, inquit ibi Pomponius, quæ ſi verbis tegantur, non nocebunt.] Et ratio diuerſitatis eſt, teſte Iaſone. *ad d. l. captatorias n. 10.* quia quando confertur diſpoſitio in liberam & expreſſam voluntatem alicuius, opus eſt, vt ille velit, & abſque eius voluntate conditio non poteſt adimpleri: ſed in caſu noſtræ concluſionis conditio poteſt impleri etiam vxore vel tertio ignorante. Quid enim, ſi illa vel ille ignorans aſcendit Capitolium? ſatis vtique factum erit conditioni: quod & ante Iaſonem *eodem loco* Bald. *& ad l. in vendentis. C. de contrahend. empt.* tum etiam Caſtrenſ. Imol. Angel & alij *ad l. centeſimis §. final. ff. de verborum obligatio.* tradiderunt ea ratione, quod cùm dicit maritus: [Si vxor aſcenderit in Capitolium,] voluntas eius iam tum eſt indubitata, cùm appareat quid velit in euentum vel defectũ conditionis adiectæ, fierique poſſit, vt vxor vel nequeat omninò, vel neceſſariò debeat in Capitoliũ aſcendere, & ita nihil meræ voluntati eius relictum videri poteſt.

Quinta concluſio eſt, quòd ſi † maritus in- 11.
ſtituat vxorem ſuam hæredem, & confiſus ſola ipſius fide, ſine aliqua ſolennitate legatum relinquat, cogitur ipſa ſoluere, aut iurare, l. fin. C. de fideicommiſſ. vbi eſt caſus ſingularis, teſtatorem poſſe conferre legatum vel fideicommiſſum in fidem alicuius, abſque aliqua ſolennitate teſtamentaria, vel teſtibus, neque tunc poteſt is hæres excipere, quòd voluntas teſtatoris non ſit legitima, vel ſolennis *ſecundum gloſ. in §. fin. Inſtit. de fideicom. hæredit. & Roderic d. loco, n. 21. in fin. verſic. nihil ominus tenebis menti.*

Sextò concludimus, per ſtatutum fieri poſſe, vt * voluntas iſta captatoria momentum 12.
habeat, *d. l. captatorias in verb. Senatus improbauit. ff. de hæredib. inſtituti. & ibi Angel. & Imol. Alexan. ad l. 2. ff. de vulga. & pupill.* quia ſicut prohibitio captatoriæ voluntatis iure ciuili

eſt introducta, ita contrario iure videtur poſſe permitti, adeoque iure tam Pontificio, quàm Ciuili nonnullis caſibus permiſſa eſt, vt diximus. Et ſic exiſtimarim intelligendum eſſe iudicium ſiue arreſtum illud, cuius meminit Ioann. Gallus, *d. articu.* 57. *& ſequitur Roderic. ad l. quoniam in prioribus* 8. *limitat. num.* 1. *C. de inoffic. teſtam.* Contrà tamen alij ſentiunt, quia ad ſubſtantiam teſtamenti pertinet, quòd quis per ſemetipſum de ſuis bonis diſponat, & teſtamentum dicitur noſtræ voluntatis iuſta ſententia, *d l.* 1. *ff. de teſtam.* quæ definitio oſtendit ſubſtantiam, & eſſe rei, *l.* 1. *§. dolum ff. de dolo.* ſed conſuetudo vel ſtatutum contra ſubſtantialia & eſſentialia rei, ſeu actus, nihil operatur, *ca. non putamus & ibi gloſſ ſing. de conſuet. lib.* 6. Præterea captatoria diſpoſitio ideò eſt reprobata, quia deceptoria, *vt latè Panor. notat ad d. cap. cum tibi & ſuperius affatim expoſuimus*, ſtatutum autem non magis quam conſuetudo contra bonos mores ſubſiſtere poteſt, *teſte Bart. ad l omnes, q.* 3. *in princ. ff. de iuſtit. & iur.* Tum verò cum ſpeciali iure receptum ſit in patre, vt pro filio ſuo teſtetur, ſcilicet ei pupillariter ſubſtituendo, partim ob ætatem filij minoris, partim quod non præſumitur pater filium fallere, ſed eum plus quam ſeipſum diligere, *l iſti quidem. ff. quod met. cauſ.* ſequitur quod in alijs ius ſcriptum & commune manet illæſum, in quibus dictæ rationes, aut ſimiles non militant, *vt d l.* 2. *ff. de vulga. & pupilla.* & ita tenet Guliel. Benedict. *d. loco. n.* 6. *&* 7. Cuius ſententia etſi æqua, & iuri valdè ſit conſentanea, video tamen paſſim ſtatuta huiuſmodi mordicùs defendi, & quidem potiſſimùm, quod etiam Iureconſultorum quorundam opinione iuuentur.

13. Poſtrema concluſio eſt: licèt † maritus per vxorem teſtari non poſſit, neque illa per maritum, vt dictum eſt, tamen inter ſe non vetantur conſentire, vt alter teſtetur de rebus alterius conſentientis: valetque talis diſpoſitio, non vt teſtamentum conſentientis, ſed vt teſtamentum teſtantis, *Bald. ad cap.* 1. *§. præterea, quib mod feud amit. Gulielm. Benedic. d loco. num.* 2. *per d. l ſicut §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel. hypothec. ſol.* quod & Nicol. Euerar. *conſil.* 60. *incip. vt vobis.* voluiſſe videtur, dum ait, vltimam voluntatem non poſſe dependere ex alieno arbitrio de futuro quia poſſet ſequi captio, ſed de præſenti & præterito benè poſſe dependere ex alieno arbitrio, *l. illa autem inſtitutiones. ff. de hered. inſtit.* Sic quando quis conſentit alteri, vt de re ſua teſtetur, iſtam voluntatem ait non dependere ex alieno arbitratu, ſed ſtatim eſſe perfectam & irreuocabilem, quia ille exprimit palam animi ſui votũ, *l. clemens patronus. §. final. ff eod. titu.* & vtraque voluntas confeſtim recipit ſuam perfectionem: voluntas quidem mariti per hoc quod conſentit, voluntas autem vxoris per hoc quod teſtatur. Quò & alia multa petita idem Euerard. adducit, de quibus omnibus paulò inferius loquemur.

CAP. XXVIII.

Coniunx, cui arbitrium teſtandi à coniuge relictum eſt, an poſſit inæqualiter inter liberos diſponere, eoſdémve penitus excludere.

SVMMARIA.

1. *Æqualitatem inter liberos pater ſeruare velle præſumitur.*
2. *Libera poteſtas an contineat viri boni arbitriũ.*
3. *Æqualitas quare inter liberos ſeruanda.*
4. *Æqualitas inter liberos non ſeruanda, ſi aliqui eorum grauiter offenderint.*
5. *Vxor inſtituta hæres poteſt diſponere de bonis hæreditarijs, etiamſi liberos habeat.*

SI STATVTO Ciuitatis coniugi per coniugem teſtari liceat, & maritus vxori liberam bonorum diſpoſitionem commiſerit, quæſtionis eſt, an poterit vxor inter liberos ex ſe & defuncto marito natos, inęqualitatem aliquã conſtituere, maximè ſi idipſum parentibus lege vel ſtatuto permittatur, etiam hac mariti conceſſione ceſſante? Roderic. Suarez *ad d. l. quoniam, cap. incip. octauò limita.* reſpondet quòd non: quia voluntas teſtatoris, ſi aliud non exprimat, videtur † tendere ad æqualitatem, & 1.
proportionem diſtributiuam inter liberos ſeruandam, *ſecundum l. cum pater §. rogo ff. de lega.* 2. *§. illud, Auth. de trien. & ſemiſ.* niſi tamen, inquam, de mente contraria tacitè vel expreſsè conſtet, *l. cum filius. §. pater. ff. d. titul. l. in conditionibus ff. de cond. & demonſtr.* Idẽ quoque ſentire mihi videtur Marian. Socin. Nepos, *conſil.* 160. *num.* 56. *verſ nec verum eſt lib.* 2. dum ait, quòd ſi commiſſum eſt alicui, vt diſponat de rebus ſicut ipſi videbitur, verba illa important non * liberam poteſtatem, ſed arbitrium boni 2.
viri *iuxta notata ad d. l. ſi ſic. ff. de lega.* 1. & quòd bonus vir nunquam induceret, aut pateretur tam inæqualitatem fieri inter fratres, quanta ſequeretur, ſi in arbitrio parentis eſſet ſic diſponere, ex qua * diſpoſitione inimicitiæ, & 3.
odia inter fratres oriri poſſent, *l. fin. §. fin. autem. C. de bon. quæ libe.* vnde in dubio fit interpretatio pro eorum æqualitate, *l. vt liberis, l. illud C. de collat. Deci. conſ.* 250. *inci. caſus de quo. in fin. Corn. conſil.* 128. *lib.* 4. *Alciat. reg.* 1. *præſump. c.* 23. *in fin.* cenſebiturq; ſatis multũ operari hæc præmiſſio mariti in legatis ad aliorum vtilitatem factis. Quæ ſententia etſi multũ conſtringat poteſtatẽ à teſtatore conceſſam, eſt tamen ęqua, & plena humanitatis. At ſi poſteà ex liberis aliqui grauiter * matrem offenderint, iuſta erit cauſa inter eos inæqualitatis con-

conſtituendæ: cum ſit veriſimile, maritum quoque merita & culpas cuiuſque conſideraturum fuiſſe. Ad quam rem appoſita eſt d. §. rogo. diſpoſitio; quo circà & eius verba operæ pretium erit ſubijcere: [Rogo filia, vt bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, vt quiſque de te meruerit. Videtur omnibus liberis, etſi non æqualiter promeruerint, fideicommiſſum relictum: quibus matris electione ceſſante, ſufficiet, ſi non offenderint. Eos autẽ quos mater elegerit, fore poriores, ſi ſoli promeruiſſent, exiſtimauis Quod ſi neminem elegerit, eos ſolos non admitti, qui offenderunt.]

5. Quid autem, ſi † maritus ſimpliciter vxorem hæredem inſtituit, & ſolam legitimam liberis reliquit; Quæſitum ex me fuit, vtrum illa liberis excluſis hæreditatem mariti ad agnatos quoſcunq; & extraneos transferre poſſet. Reſpondi, cum verba inſtitutionis clara, ſimplicia & generalia eſſent, non videri maritum voluiſſe, vt liberæ vxoris diſpoſitioni frenum inijceretur, aut vt liberi matri inſtitutæ ſuccederent: imò proprium ſanguinem inhumaniter excluſiſſe, ipſamq; naturæ legem violaſſe, *de qua in l. fin. ff. de bon. proſcript.* & ſi forte liberi ſuis ſceleribus hoc promeriti fuiſſent, multò minorem dubitationem fore.

CAP. XXIX.

An coniunx, cui data eſt poteſtas alienandi bona coniugis defuncti inter viuos, poſſit de ijs diſponere in vltima voluntate.

SVMMARIA.

1. *Separatorum ſeparata eſt ratio.*
2. *Verba cum effectu ſunt accipienda.*
3. *Res quando fieri dicatur.*
4. *Donatio cauſa mortis an ſit vltima voluntas.*
5. *Alienatio fauorabilior eſt teſtamento facta, quam contractu.*
6. *Diſponendi verbum cuius ſit natura. & n. 9.*
7. *Contractum effectus an poſſit conferri poſt mortem.*
8. *Vltimæ voluntates an omnino diſcrepent à contractibus.*
9. *Filiusfam. quare donare poſſit mortis cauſa, teſtari non poſſit cum patris conſenſu.*
10. *Poteſtas alienandi ad caſum neceſſitatis reſtricta, non porrigitur ad caſum mortis.*

NVNQVID verba hæc ex teſtamento coniugis defuncti: [Volo vxorem meam pro arbitrio ſuæ voluntatis de bonis meis poſſe diſponere inter viuos.] intelligantur, vt vxor etiam per viam teſtamenti diſponere poſſit, an verò ſolum per actus, qui dicuntur inter viuos? Sanè Ludoui. Roman. *conſil.* 476: *incip. huic felici.* reſpondet, diſpoſitionem teſtamentariam videri eſſe excluſam; quia conuentio concedens vnum genus alienandi; ad aliud, quod ab eo ſeparatiſſimum eſt, trahi nõ debet, *l. ſi vnus. §. ante omnia ff. de pac.* Quod

1. * autem hæc duo ſeparatiſſima ſint, vel ex eo conſtare poteſt, quod pupillus pleriſq; ie caſibus tutore auctore inter viuos donare poteſt, teſtari autem nullo caſu poteſt, *l. tam his §. 1. ff. de donat. cau. mort.* Et quamuis vaſallus in proximum agnatum poſſet feudum transferre, *cap. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſtit.* teſtamento tamen facere hoc prohibetur, *cap. 1. in princ. verſ. nulla. de ſucceſſ. feud.* Rurſum idem Roman. *ad l. ſtipulatio hoc modo, qu. 4. ff. de verb. oblig.* dum diſputat, vtrum valeat donatio, in qua quis reſeruat ſibi poteſtatem diſponendi tempore vitæ ſuæ, dicit, videri prima fronte iudicandum quod valeat, eò quòd libera teſtamenti faciendi facultas tunc non ex toto tollatur, quia ſaltem in reſeruatis remanet, modo poteſtas diſponendi fuerit reſeruata ſimpliciter, non ſi adiecta ſit illa clauſula: [In vita ſua] quia verba illa intelliguntur de diſpoſitione, quæ ſumit effectum in vita, cum † 2.

verba ſint cum effectu intelligenda. *l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iur. cap. relatum de cleric. non reſidentibus.* Secundò, quia actus inter viuos non dicitur fieri, ideò quod à viuente fiat, quoniam nullus actus à mortuo fit, ſed quia in vita ſortitur effectum. *l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort.* Tertiò, cùm teſtamenti effectus ſurgat poſt mortem, videtur quodammodo non in vita, ſed poſt obitum diſpoſitio eſſe celebrata. Tunc etenim † res fieri dicitur, cum 3.

effectum capit. *l. ſecundum eſt. ff. ad l. Flau. de plagia. l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. l. quia in tempus ff. de donatio. inter virum & vxor. l. quod ſponſa. C. de don. ante nup.* Videtur quoque & in eandem ſententiam acceſſiſſe Bart. *conſ. 76. incip. pater filio.* dum ait, quod ſi pater donauit filio emancipato omnia ſua bona præſentia, & futura, reſeruato ſibi fructu, de quo poſſit in vita ſua diſponere pro libero ſuo arbitrio: intelligitur de contractu inter viuos, non autem de vltima voluntate, per teſtamentum, aut alio modo: quia licèt donans largè & effuſè liberalis eſſet, noluit tamen in vita agere, ideoque fructus in ſua poteſtate, quandiu viueret, reliquit: diſpoſitio autem teſtamentaria non dicitur fieri in vita. Nam licèt teſtamentum fiat à viuente, effectus tamen eiuſdẽ ſequitur mortem, *l. 1 & ibi gloſſ. de teſtament. tutel.* Et cum verba illa, [quibus retinuit ſibi diſpoſitionẽ in vita ſua,] non debeant eſſe ocioſa, & effectus expertia, neceſſariò ſunt referenda ad diſpoſitionem inter viuos, quia ſuffeciſſet alioquin dicere duntaxat, quòd poſſet de fructibus diſponere. Quod & ſentire videtur Alexand. *ibi & conſ. 14. incip. circa primum dubiũ, l. 1.* aſſeuerans hac ratione, quod † donatio cauſa mortis non 4.

ſit ex contractibus celebratis in vita, ſed dicitur eſſe actus vltimæ voluntatis, vnde *ad l. 2. colu. vltim. ff. de leg. 1.* diſputat, an filius, cui pater permiſit

 permiſit

permiſit teſtamenti factionem, poſſit mortis cauſa donare: quia vltimæ voluntates omnino diſcrepant à contractibus inter viuos, & vnius incluſio eſt excluſio aliorum, *cap. nonne de præſump.* & limitata diſpoſitio limitatum parit effectum, *fideiuſſores.* §. *pro Aurelio. ff. de fideiuſſor.* quæq; ad tempus ſunt conceſſa, poſt tempus prohibita eſſe exiſtimantur, *cap. de cauſis, de offic. deleg. l.* 4. *ff. de ſeruitut.* Atque huius præterea opinionis aſſertores comperio Decium *conſil.* 30. *&* 251. Curtium Iuniorem *conſil.* 25. & Socin. *conſil.* 19. *lib.* 1. *n.* 15. *& n.* 22. qui totam hanc materiam ritè examinarunt.

Venio ad aliorum ſententiam: & quidem Iaſon *conſil.* 130. *incip. inſtitutio facta, lib.* 4. contrariæ partis coryphæus, hoc argumento nititur: fauorabilior eſt † alienatio vel diſpoſi-
5. tio, quæ fit per viam vltimæ voluntatis, quam quæ per contractum inter viuos, *gloſſ. in l. quidã ita.* §. *ſi quis filium. ff ad Trebell.* ergo cui conceditur minus fauorabile, illi etiam concedi intelligitur, quod eſt magis fauorabile, *l. cui pacto. in fin. ff de ſeru export.* Alioquin enim relinqueretur hoc abſurdum, quod coniunx poſſet diſponere inter viuos, qui eſt actus fortis & irreuocabilis, & non poſſet diſponere per vltimam voluntatem, rem fragilem, & quæ ſola pœnitentia quandoque reuocatur, *l.* 1. *C de ſacroſanct. Eccleſ.* Addit verbum illud, † [Diſpono,] ex propria vi ſignificationis re-
6. ferri ad vltimam voluntatem, *gloſſ. & Doct. ad Rub. ff ſolut. matrim.* tùm quoque Bartol. *ad l. à filia. ff. ad Trebell.* reſpondere, quod ſi res, quæ ſubiacent reſtitutioni, poſſint alienari cauſa dotis inter viuos, *iuxta Authen. res quæ C. comm. de leg.* multo magis poterit hoc fieri per modum vltimæ voluntatis. Et potiſſimum hæc locum habere putat, ſi in teſtamento ſint verba geminata, repetita, & enixam voluntatem, effuſámque poteſtatem ſignificantia, *l. Baliſta. ff. ad Trebel.* veluti quod poſſit diſponere & ordinare prout voluerit, & quicquid voluerit, quia iſta verba ſunt præcisè vniuerſalia, *teſte Bald ad l. cum virum, in* 2. *oppoſit. C. de fideicommiſſ.* multumque ponderari debent. §. *nos. igitur, in Authen. de reſtitut. fideicomm.* Neque obeſſe exiſtimat, quod Bartol. *d. conſ.* 79. voluit, quia loquitur de contractu donationis inter viuos inito, vbi dicta verba, [quod poſſit diſponere in vita ſua de fructib.] intelliguntur idcirco de contractu inter viuos, non autẽ de via teſtamenti, vt accipiantur ſecundum ſubiectam materiam contractus inter viuos tunc celebrati, *l. ſi vno, in princ ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur.* Sed in præſenti caſu verbum [Diſponere] fuit appoſitum in teſtam. & in vlt. voluntate, atque ideo ſecundum ſubiectam materiam intelligi debet, vt inferat nimirum vltimam voluntatem, ſicut ex propria natura facere ſolet §. *diſponat. Authent. de nupt. Ioan. de Neuiz. conſ.* 9. *num* 20. Certè nec illud turbare debet, quod effectus teſtamenti conferatur poſt mortem, quodque alioquin verba illa nihil operarentur, quia operari poterunt, ſi decedat inteſtatus, & nihil diſponat inter viuos. Adde quòd teſtamentum fit in vita ab aliquo proprium negotium gerente, & tamen etiam † contractuum effectus poſſet 7.
conferri poſt mortem, vt ſi quis donaret irreuocabiliter, ſed poſt mortem ſuam. Nam iſta donatio dicetur donatio inter viuos, *d. l. vbi ita donatur. ff. de donat cau. mort.* Et cum Romanus *in d. l. ſtipulatio.* non firmet ſuam opinionem aliqua lege, ſed potius eam in medio relinquat, nos quoque nihil inde adduci poſſe arbitramur, quod ad ſtabiliendum eandem illam conferat. Pari ratione & ad ea, quæ *d. conſ.* 476. allegat, reſponderi poſſe videtur. Nam quòd ait teſtamenta, & actus inter viuos maximè à ſe inuicem diſtare, non eſt abſolutè verum: quandoquidem habemus locum argumentandi in iure à † contractibus 8.
ad vltimas voluntates, & econuerſò, à quo ſumptum argumentum non modò eſt probabile, ſed frequens & fortiſſimum, *l. fina. & ibi Salicet C. de leg t.* §. 1. *Inſtitut. de l Fuſ. Canin. tol. Præſes Euerar. in loco à contract. ad vltim. volunt.* & niſi ratio aliqua iuſta & legitima diuerſitatis adferatur, ſemper procedit. Quod autèm pupillus aliquando donare poſſit, teſtari autem nunquam poſſit, nihil mirum. Nam & * filiusfam. cum conſenſu patris donare cau- 9.
ſa mortis poteſt, teſtari non poteſt, *l. qui in poteſtate. ff. de codicill.* quia publici eſt iuris teſtamenti factio, donatio autem priuati: quæ verò priuati iuris ſunt, priuatorum etiam pacta admittunt, & facilius conceduntur, non ita quæ ad publicam vtilitatem conſtituta ſunt, *l.* 3. *ff. de teſtam.* publicè autem intereſt, ne vltima voluntas pendeat ex arbitrio aut patris, aut tutoris, ob varios rerum caſus, qui euenire atque intercedere poſſent. *Viglius num.* 9. *& alij ad* §. 1. *Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtamen.* Simile quid & de vaſallo dici poteſt, quod ipſum intuenti facilè apparebit. At dum omnia diligenter expendo, reperio etiam Didacum Couuar. in eadem cum Iaſone ſententia fuiſſe, cuius tamen non meminit, *lib.* 3. *varia. reſolut. cap.* 12. *num.* 3. *in fin.* qui agens de reſeruatione diſponendi in vita, deducit Barto. opinionem. *d. conſil.* 76. ambiguam eſſe: nam ſi reſeruatio facta eſt in fauorem donatoris, vitæ mentio non immutat eius liberam diſpoſitionem, poteritque donator de bonis reſeruatis teſtari, maximè quia verba illa [In vita diſponere] etiam teſtamentariæ diſpoſitioni conueniunt, cum teſtator viuus teſtamentum condat, tametſi effectus teſtamenti eius mortem anteire non poſſit.

Ego ſanè vtramque opinionem animaduerto dubioſam eſſe, & quæ Iaſoni ad confirmationẽ ſuæ ſententiæ placent, alijs non omnino malè diſplicere. Nam quod dicit verbum, [Diſpono,] natura ſua vltimam voluntatem inclu-

includere, verum eſt, ſi ſimpliciter, nulla facta mentione mortis, aut actus inter viuos proferatur: verum ſi proferatur in actu loquente dumtaxat de contractu vel alienatione inter viuos, tunc quia poteſtas non eſt data abſolutè, ſecundum qualitatem & expreſſionem actus inter viuos ſumi debet. *Parif. conſil. 20. incip. viſo teſtamento, num. 4. lib. 29.* Neque locum habere crediderim Iaſonis & Didaci opinionem, ſi maritus adiiciat ſe velle, vt vxor in vita ſua pro neceſſitate propria alienare poſſit. Poteſtas * enim alienandi ad cauſam ne-
10. ceſſitatis reſtricta, ad caſum mortis ſeu teſtamenti non extenditur, cùm neceſſitas morte ſit extincta, *Cur. d. conſil. num. 2. colum. 2. verſicul. conſiderandum eſt. & Decius dd. locis.* Sed num in reliquis locum habeat, intelligis quam ſit periculi plenum definire, & cum Iaſone ac Didaco à communi opinione recedere quæ tantorum Iureconſultorum præiudiciis ſuſtinetur. Ne igitur erroribus inuoluamur, ad coniecturas voluntatis defuncti eundum erit, & diligenter perluſtrandum, quis quantuſque fuerit teſtatoris affectus, quæ cauſa illum impulerit, quam effuſis & ſæpè repetitis verbis vſus ſit, & vtrum reliquerit liberos, in quorum gratiam tam effrenem poteſtatem cohiberi æquitas ſuadeat, quod & ipſe Iaſon *d. l. loco n. 2.* innuere videtur.

CAP. XXX.

Facultas teſtandi à marito vxori, vel ab vxore marito data, an tranſeat ad hæredes.

SVMMARIA.

1. *Facultas alienandi, vel eligendi an tranſeat ad hæredes & num. 4.*
2. *Facultas teſtandi ad hæredes non tranſit, & num. 5.*
3. *Facti quæ ſunt, non tranſmittuntur ad hæredes.*
4. *Facultas renunciandi mobilibus bonis vxori conceſſa, an debeatur hæredibus.*
5. *Conſenſus tacitè, continet hanc clauſulam,* Si actus valet.
6. *Mandatum Papæ de vendendis fructibus monaſterij intelligitur, ſi conſenſus ſuperioris illius monaſterij acceſſerit.*

IN tabulis mariti cautum eſt hoc pacto: [Vxori meæ relinquo facultatem de bonis meis teſtandi pro arbitrio ſuo.] Vxor non de bonis mariti, ſed de propriis duntaxat teſtata eſt. Eius hæredes vel proprietatem his verbis illi relictam fuiſſe, vel ſaltem facultatem diſponendi ad ſe tranſmiſſam eſſe contendunt. Contra hæredes mariti eadem bona vendicant, facultatemq; teſtandi morte vxoris conſumptâ eſſe proponunt, de iure diſputatur, & pro hæredibus quidem mariti hæc adduci poſſent, quòd † facultas alienandi alicui 1.
conceſſa etiam ad hæredes porrigitur, *l. ſicut §. ſi debitori. ff. quibus modis pigno vel hypothec. ſol.* vt & facultas eligendi, *l. ſi ſtipulatus ff. de verb. obligat. l. illud; aut illud. ff. de opt. vel el. legat. §. optionis. Inſtit. de legat.* & ius arbitrij, ſi quis aliquid mihi promiſit facere arbitrio meo, etiam ad ſingularem ſucceſſorem tranſmittur, *teſte Bald. conſil. 192. in quodam contractu. li. 1.* Sed ex aduerſo Nicolaus Euerardi quondam huius Senatus Præſes, *conſil. 60. incip. vt vobis venerabilibus colum. 4. verſic. modò clarum eſt.* hanc quæſtionem decidit, his verbis: [Si tertius conſentiat mihi, quod poſſim de re ſua diſponere * teſtamentaliter, potero de illa, ſi voluero, diſponere, potero etiam non diſponere: 2.
& hoc vltimo caſu, ſi non diſpoſuero iuxta facultatem mihi ab homine præſtitam, conſenſus mihi præſtitus habetur pro non præſtito, & conſentienti non præiudicat. *d. l. ſicut. §. ſi voluntate & §. venditionis.* vbi I. C. decidit, quòd ſi pignus, in cuius alienationem creditor conſenſerat, non venierit, tunc ex dicto conſenſu non videtur remiſſum ius pignoris. Et cum in hac * teſtatione verſetur merum factum, apparet ad hæredes tranſire non poſſe, 3.
ſed cum ipſa vxore extingui, *l. ſtipulatio iſta § hi qui l. ſtipulatus fuerim, l. cum quis. ff. de verb. oblig. l. qui hæredi. ff. de condit. & demonſtrat. argument. l. non ſolum §. tale ff. de liber. leg.* quia actus agentium non egrediuntur eorum intentionem, *l. non omnis ff ſi cert. petat.* & ideo cùm voluntas mariti fuerit vxori hoc indulgere, non poteſt facultatem iſtam hæres in ſe tranſmittere. Fortè enim maritus cognitam habebat vxoris probitatem, neque dubitabat, quin illa non niſi inter pauperes, vel amicos ſuos de his bonis diſponeret: quæ confidentia ceſſat in hæredibus, ſæpè iniquis, ſed vito bono ſuccedentibus, *Bald. ad l. generaliter. C. de reb. credit. Zaſius ad d. l. cum quis.* vnde & officium executionis teſtamenti in hæredes non tranſmouetur. *Bart. in l. à filio ff de alimen. & cibar. leg. st.* Et in ſimili Chaſſan. *ad cenſuet. Burgu. titu. des droi&z. & appart. §. 19. ad verb. faire la renuntiation.* reſpondet, licèt dubiè, facultatem * re- 4.
nunciandi mobilibus bonis vxori permiſſam, ad hæredes non tranſire: quia an velit renunciare nec ne, eſt merè voluntarium. Ea autem quæ ſunt voluntatis, non tranſeunt ad hæredes: voluntas ſiquidem morte tollitur *l. locatio ff. locat.* & videtur ſubeſſe priuilegium aliquod perſonale, quod cũ perſona perire certum eſt. *cap. priuilegium. de regul. iur.* Eadem ratione neque alteri cedi poſſet: quia quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, ceſſionem non patiuntur. *l. ex plurib. ff. de adminiſt. tut. Doct ad d. l. ſi ſtipulatus.* Neque mouet d. §. ſi debitori, quia ibi conſenſus erat præſtitus de re ſua natura tranſmiſſibili ad hæredes, cenſebaturque de-

functus etiam pro hæredibus ſuis ſtipulatus eſſe:quomodo & in electione per contractum reſeruata fieri videmus. *d l. ſi fundum ff. de verb. oblig. & vt ad eandem l. ſi ſtipulatus. oſtendit Iaſon,* multi etiam ſunt caſus, quibus electio ad hæredem non tranſit, iique omnes huc commodè transferri poſſunt. Baldi autem ſententia *d. conſ.* 193. vera eſt in illis caſibus, & non in aliis, in quibus aliquis ſuper re ſuapte natura tranſmiſſibili ſtipulatus eſt, de quibns multa Tiraq. *de vtroque retrac* §. 26. *gloſ.* 3. *numer.* 33. *& aliis & gl.* 1. *num.* 73. *cum ſequentib.*

Porrò autem, quod diximus, hæredes mariti, quando vxor de bonis mariti non eſt teſtata, & facultate ſibi data vſa non fuit, eadem bona vendicare atque repetere poſſe, etiam tunc locum habere exiſtimo, quando teſtamentum ab vxore in vim dicti conſenſus conditum, non valuit. Nam & in pignore receptum eſt, quod ſi alienatio pignoris voluntate creditoris à debitore facta, ſit nullarũ virium, conſenſus creditoris remiſſionem pignoris non inducit. *l. ſi debitor §. quaritur ſi fortè ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. ſol.* Ad cuius l. explicationem Bartol. pro regula tradit, ſi actus, circa quem adhibetur conſenſus, iure non ſubſiſtat, eundem illum conſenſum non præiudicare conſentienti, quod & Canoniſtæ *ad cap. cum venerabilis de except.* ſequi ſolent: quaſi ſcilicet *

5\. conſenſus eiuſmodi tacitè in ſe contineat hanc conditionem, ſi actus de iure validus ſequatur. *l. debitum C de remiſſ pigno. Neguſant. in tract. de pign. & hypot.* 3. *memb.* 6. *par. num.* 27. *verſic. Quartò fallit. & ſeq.* Eodẽ pertinet, quod Curt. Iunior *conſil.* 105. *incip. Sacratiſſima Trinitatis num.* 3. generaliter ait, poteſtatem alicui datam, vt faciat actum quem alias facere non poterat, non extendi ad actum vitioſum, aut minus ſolenniter celebratum. *not. Dominic. ad cap eos.* §. 1. *de temp ord. lib.* 6. *& in cap. ſi pro debilitate. de offic. delega. eodẽ l b.* Quemadmodum & Calderinus *conſ.* 22. *de regular. & conſ.* 8. *tit. de reſcript.* reſpondet, quòd * mandatum Papæ de

6\. vendendis certis fructibus monaſterij Apoſtolicæ ſedi reſeruati, intelligendum eſt, dummodò conſenſum ſuum ſuperior illius monaſterij adhibeat: qua in re & Socinum quoque ſibi concordantem habet, *conſil.* 23. *incip. Bonæ memoriæ.*

CAPVT XXXI.

De coniuge ad ſecundum matrimonium tranſeunte, & de bonis in contractu antenuptiali liberæ ſuæ diſpoſitioni relictis non teſtante.

SVMMARIA.

1. *Contractu antenuptiali an tertio ius adquiratur, & num.* 9.
2. *Pater poteſt ſtipulari filiis in poteſtate ſua conſtitutis poſt mortem ſuam.*
3. *Stipulatio incertis facta non valet.*
4. *Aequalitatis ratio fauorabilis.*
5. *Deſtinatio an habeatur pro actu perfecto & num.* 8.
6. *Verba de præſenti, licet ſolum ſint enunciatiua, inducunt diſpoſitionem fauore liberorum, & num.* 13.
7. *Contractu antenuptiali ſi conuentum ſit, vt primogenitus eius matrimonij habeat certũ caſtrum, etſi pater nulla alia declaratione facta moriatur, caſtrum primogenito cedet, & num.* 12.
8. *Perfectum eſſe quid non dicitur, etſi proximum ſit ad perficiendum.*
9. *Electio non dicitur, quamdiu poteſt retractari.*
10. *Patris imperfecta voluntas inter liberos an firma ſit.*
11. *Euenire quod poteſt an potius inſpiciendum ſit, quam quod eſt præſens.*
12. *Spes incertorum vana.*
13. *Pater ad ſecundas tranſiens nuptias, ſi in contractu antenuptiali liberis prioris thori reſeruauerit certa aliquot millia, quomodo illis ius quæſitum dicatur.*
14. *Patris voluntatem per coniecturas probari ſufficit.*

ET quando de reſeruata teſtandi facultate iam dictum eſt: hoc loco non diſſimilem quæſtionem, nuper ex facto natam, ab obliuionis iniuria aſſeremus. Pater ſecundam vxorem ducturus, in contractu antenuptiali hanc clauſulam adiecit, quod reſeruaret ſuæ liberæ diſpoſitioni aliquot millia aureorum, vt de iis vel ad vtilitatem liberorum, quos ex priore coniuge ſuſtulerat, vel ad commodum aliorum quorumcunque, alioue modo pro animi ſui conſilio ſtatuere poſſet. Is deinde nihil de his millibus teſtatus diem obiit. Priores liberi ex ſtipulatione paterna, à poſterioribus millia aureorum petunt: illi verò negant, patremque poteſtate diſponendi ſibi reſeruata vſum non eſſe reſpondent, atque in eo defenſionis ſuæ ſcopum conſtituunt. Pro actoribus inferioris ordinis iudices pronunciauerunt: & eorum ſententia infraſcriptis rationibus confirmari poſſe videtur. Primò. † 1.
quod ſi in contractu antenuptiali alter coniugum tertio alicui quicquam ſtipulatus fuit, ius ex ſtipulatione tertio illi adquiritur, ſed reuocabile tamen, niſi teſtator ipſe contrarium diſpoſuerit. *l. Seia ff. de dote præleg. latè Ioan. de Imol. ad cap. potuit. colum. vlt. ext. de locat. & conduct. & in l. qui Rom §. Flauius Hermes. ff. de verb. obligat.* Vnde cum pater, contrarium de dictis millibus reſeruatis non diſpoſuerit: ius ex eo contractu illis quæſitum poſterioris thori liberi auferre non poſſunt. *l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur.* Neque dubitandum eſt de viribus iſtius ſtipulationis, quandoquidem * pater 2.
poteſt

poteſt ſtipulari filiis etiam in ſua poteſtate conſtitutis poſt mortem ſuam: quo caſu ex ea ſtipulatione filiis actio adquiritur, tamenſi hæredes patris eſſe nolint. *l. quotcunque. §. ſi ita quis ff. de verb. obligat. gloſſ. ad d. §. ſi quis alij in verb. Nihil agit verſic. incip. Item fallit ſi pater Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* Stipulatus autem hic videtur eo ipſo, quod poteſtatem conferendi tot millia in vtilitatem prioris thalami liberorum ſibi reſeruabit. Et quod dicas non præciſè illum retinuiſſe ſibi hanc poteſtatem, ſed addidiſſe vlterius hæc verba, [Vel ad commodum aliorum quorumcunque, vti placuerit:] nihil mouet. Nam ſicut incertis perſonis inutiliter legatur. §. *Incertis Inſtit. de legat.* ita
3. quoque videtur intuitu * incertarum perſonarum, ad quas legati, ſeu alio titulo pecunia iſta eſſet peruentura, conuentio talis non valere, *l. triticum ita ſtipulatus. ff. de verborum obligatio. l. poſt diuortium § general. ff. de iure dot.* & proinde quemadmodum vtile per inutile non vitiatur. *cap. vtile de regul. iur. in 6.* ita etiam vtilis ſtipulatio, ſeu conuentio antenuptialis, reſpectu prolis prioris thori pura manens & ſolida, adiectione inutilium illorum verborum corrumpi non debet. Secunda ratio eſt, quod etiam imperfecta voluntas patris inter liberos eſt valida & firma, maximè quandò per eam inter liberos æqualitas ſeruatur. *l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. & Auth. hoc inter. C. de teſtam. vbi Iaſ. Bal. & alij.* Atqui in propoſita facti ſpecie, reſeruatio iſta ad vtilitatem liberorum prioris thori facta eſt, vt quaſi modo in lucro, quod per ſecundas nuptias amiſſuri eſſent, cum liberis poſterioris lecti æquarentur, ad quam æqualitatem parentes ſemper reſpicere intelliguntur. *l. cum pater §. dulciſſimis ff. de legat. & diximus ſuprà ca. 28.* quam-
4. obrem, & ſi nulla perfecta diſpoſitio ſequuta ſit, ſeruari debet. Tertiò, cum † æqualitatis iſtius conſideratio ſit fauorabilis & benigna, in dubio pro ea iudicari debet: vt per eam interpretationem redeamus quodammodò ad ius commune, quo vtriuſque thori liberi in bonis adquiſitis, & relictis communiter parenti ſuccedunt. Quartò videtur ſufficere, quod pater iſta millia prioris thori liberis deſtinauit, etſi aliter ad eorũ vtilitatem de iis non
5. diſpoſuerit: quia * deſtinatio habetur pro actu perfecto, licet fortè caſu aliquo interuertantur. *l. cùm quidam. l. etſi non ſint. §. infecti. verſic. quid ergo ff. de aur. & argen. legat. l. ex facto §. rerum ff. de hæredib. inſt.* quodque ad dandum paratum eſt, pro dato habetur. *l. item legat. ff. de legat. 3.* & potentia propinqua actui habetur pro actu. *l. penult. & ibi Bal. ff. de teſta. milit.* Rurſum vero idquod euenire poteſt potiùs inſpicitur, quam quod præſens eſt, ſi ad illud præſens ſtatus tendit. *l. ſi idem. §. vlt. & ibi Caſtrenſ. ff. de iuriſdict. omn. iudi. l. qui bona §. qui inter. ff. de damn. infec. l. ſi quis domum. ff locat.* Quintò quia
6. * verba patris ſibi reſeruantis iſta aureorum millia, ſunt prolata de præſenti in fauorem liberorum, & proinde etiam ſi ſolum eſſent enunciatiua, diſpoſitionem inducunt, & ampliſſimam accipiunt interpretationem *l. Aurelius. §. Titius teſtamen. & ibi gloſſ. ff. de liberat. legat. l. ſi ſeruus plurimum §. fin. ff de legat. 1. Nicol. Euerar. conſil. 88.* præſertim cum proferuntur in modum cauſæ, vt in prædicto contractu hac clauſula: [Pour en diſpouſer au profict des enfans du primier lict] quæ verba ſignificant cauſam finalem. *Bald. ad l. 1. C. per quas perſo. nob. adquirat.* Sexto videtur hęc ſententia firmari per ea, quæ notat Tiraq. *in lib. de iure primogenit. quæſt. 65.* vbi teſtatur, quod ſi in * 7.
contractu antenuptiali aut aliter conuentum ſit, vel tale caſtrum perueniat ad primogenitum ex eo matrimonio, aut ad alium filium, ſi pater ipſe id maluerit, & contingat patrem mori nulla alia declaratione ea de re facta: ſolus primogenitus ſuccedet. *Item tenet Guido q. 505. cum ſeq. & ſing. 521. nec non Decius conſ. 578.* & horſum allegatur l. diui. circa medium. C. de natural. liber. vbi pacta de aliquibus reſeruandis ad commodum liberorum vel iſtius, vel alterius matrimonij confirmantur: itemque alius text. in l. ſi inter virum. ff. de pact. qui eſt dilucidus. Denique ſtat pro hac parte reſcriptũ Imp. *in l. filiæ. C fami. erciſcun.* vbi dicitur, quòd ſi pater comparauit res aliquas nomine ſuæ filiæ, & poſteà contrarium eius diſpoſuiſſe non probetur, iudex in cauſa diuidendæ hæreditatis debet eas res propter deſtinationem patris, eidem filiæ præcipuas adiudicare, in quam ſententiam multas ibi. ll. gl. adducit.

Contra autem pro liberis poſterioris thori ſe offert initio, quod propoſitum in mente retentum nihil operatur. *l. pen. C. de condic. indeb.* ſed & quaſi poſthumus exiſtens in vtero qui niſi naſcendo in lucem producatur, nihil quidquam eſt. *Bald. ad l. 1. C. qui admitt. Iaſon ad l. 1. ff. de condit. cau. dat. & ad l. quod quis ff. de condic. indeb.* Propterea patri, qui diſpoſitionis facultate ſibi ſeruata non vſus eſt, adſcribi poſſet vulgatum illud *in l. ſcriptura ff de teſtam. l. fin. C de codicil.* quod potuit, noluit: quod voluit, non fecit. Adde quod non habetur pro * 8.
perfecto quo ad vim & energiam, id quod diſpoſitum eſt ad proximè perficiendum. *Bald. ad l. ſed diui fratres ff. de rer. diuiſ.* ſicut neque ædium eſt, quod earum cauſa paratum eſt, ſi necdum vltimã manum acceperit. *l. fundi m. § item inſulæ ff. de actio empt.* neque templi eſſe dicitur id, quòd ad dedicationem templi deſtinatur. *l. ſi nondum C. de furt.* quia multa cadunt inter calicem ſupremaque labra. *vide Ioan. Andr. in c. commiſſum, de decim.* Sic & bona eius, qui eo anno, quo vitæ monaſticæ candidatus experimentum ſumit, moritur, non ſunt monaſterij, ſicut forent, ſi is eam fuiſſet profeſſus. *Auth. ingreſſi. Authen. ſi qua mulier & ibi Bart. C. de ſacroſ. eccleſ.* & prohibitio alienandi res affixas ædibus,

ædibus, non egreditur ad ea, quæ ædium cauſa parantur, *l. cætera.* §. *ſed ſi parauerit. ff. de legat.* 1. & ſicubi mortua vxore conſuetudo fert, vt bona mobilia ſint viri, immobilia verò hæredum vxoris: ſi pecunia in domo mortuaria inueniatur deſtinata ad emptionem prædiorum, mariti tamen ſuperſtitis erit: quoniam ea deſtinatio non habetur pro facto. *Bald. Angel. & Imol. ibi.* Sed & hæc ratio occurrit, quod electio facta ante tempus perſonæ incertæ ex
9. certis non ſortitur effectum, nec poteſt dici * electio, quamdiu obnoxia eſt retractioni, vt eſt text. *in l. cùm pater* §. *à filia. ff. de legat.* 2. vbi pater popoſcerat filiam, vt cui vellet ex liberis ſuis prædia, cùm moreretur, reſtitueret. Illa adhuc viua vni ex liberis prædia fidei ſuæ commiſſa donauit. Papinianus ait, non eſſe electionem propter incertum diem fideicommiſſi certæ donationis. Nam in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicommiſſum inter cæteros habiturus eſt, remota matris electione, itaque ſi ante matrem electus moreretur, irrita eſſet donatio, atque deſtinatio, neque vllum ius ad hæredes illius perueniret, qui ipſe ius ſolidum & irreuocabile non habuit. *l. vnum ex familia in princip. d. tit.* Et ita in præſenti quæſtione, ſi contigiſſet liberos prioris thori decedere ante patrem, dicta conuentio eorum ratione erat futura nulla. Neque his obſtat prima argumentatio in aduerſam ſententiam propoſita. Etenim d. l. Seia. eam quæ præ ſe fert facti ſpeciem, alter coniugum do andi animo illum adhibuerat ad ſtipulandum, ad quem bona ſua peruenire volebat, cui per hoc aliud ius quæſitum non videtur, quam omnino reuocabile arbitrio coniugis ad ſtipulandum adhibentis. Nam verba illa, quòd talia bona pertinebunt ad talem adhibitum, vel ad alium poſt ipſius mortem, non producunt aliud, quã donationem cauſa mortis, arbitrio donatoris procul dubio reuocabilem. *d. l. vnum. l.* 2. *C. de iure dot. & ib. Doct. Nicol. Euerar. conſ.* 28. *incip. Sempronia. num.* 4. *& conſ.* 147. *incip. quadam Aelwigis num.* 4. Neque hoc caſu pater, aut notarius liberis prioris thori ſtipulati ſunt, neque ipſi liberi ſibi quidquam ſtipulandi reſeruarunt, *vt obſeruat. Euerar. d. conſil.* 28. ſed pater ſtipulatus eſt facultatem teſtandi in rem eorundem liberorum ſuæ poteſtati ſubditorum, vel alterius cuiuſq; pro libera ſua voluntate. Vnde licet alioquin patri leges permitterent ſtipulando liberis actionem adquirere, id tamen his factum eſſe dici non poteſt, vbi facultas diſponendi ad arbitrium ſtipulantis ſuſpenſa fuit, nullaq; diſpoſitione ſequente imperfecta manſit. Tum quod
10. ſecundæ rationis loco dicitur, imperfectam * patris voluntatem inter liberos valere. *d.* §. *ex imperfecto.* ita accipere oportet, ſi ad aliquam diſpoſitionem pater proceſſit, non ſi omninò nihil diſpoſuit, aut diſponere incepit: quia quod inchoatum non eſt, imperfectum non rectè appellauerit, ſed potius non factum. text. eſt, *in Auth. quod ſine & Auth. hoc intar. C. de teſtam.* requirens vel priuatam patris ſcripturam, vel aliquid illi conforme, quo de voluntate illa ſaltem imperfectè apparere queat. Etſi enim diſpoſitio ſit efficax inter liberos, cùm eſt imperfecta ratione ſolennitatis. ſi tamen eſt imperfecta ex defectu voluntatis, de quo hic diſputatur, tunc inter liberos nulla illius eſt conſideratio. *Bar. ad l. ſi is qui ff. de teſtam. Guido Papa conſ.* 234. *incip. Non valuit. num* 8. *verſ. non obſtat. lib.* 3. Tertia quoq; ratio hoc modo dilui poteſt, quòd cum liberi prioris & poſterioris thori ſint in æquali gradu, æquè patri coniuncti, & dilecti: non videtur magis omiſiſſe diſpoſitionem in gratiam eorum qui ex priore thoro ſunt, quàm qui ex poſteriore: imò in horum potius, ſi prioris thori proles fuerit opulentior, æqualitatis ſeruandæ ergò. Et notant Doctores *ad d.* §. *ex imperfecto.* imperfectam patris voluntatem non aliter inter liberos ſuſtineri, quàm ſi per illam vel æqualis, vel non prorſus inæqualis, inter liberos fiat diſpoſitio. At ſi liberi prioris thori fuerint pauperiores, tunc ſequere reſolutionem noſtram, quam inferius habebis. Quartò proponitur, potius inſpici quòd * euenire poteſt, 11
quàm quod eſt præſens. *d. l. ſi idem & l. ſi bona.* ſed id verum eſt, quando id quod futurum ſperatur, certum, euidens, ac benè extra fortunæ aleam eſt, *Felin. ad c. eam te col* 17. *verſ. incip. Alia eſt. ext. de reſcrip. allegant. Bald. ad l. ſi pro ea. C. mand.* Quoniam igitur omne ius ex dicto contractu antenuptiali quæſitum, pendebat à ſola voluntate patris, poteratq; eius arbitrio reuocari. *d. l. Seia.* conſideratio talis propter incertum euentum haberi non poteſt. *arg. l. naturalē* §. 1. *ff de acquir. rer. dom.* ſed è contrario liberi proris thori ſpem in re quantumuis vicina numquam debebant reponere, iuxta monitionem Catonis, cuius eſt, illud: [Nunc * in ſe- 12.
getibus & in herbis bona frumenta eſſe aiunt, nolite ibi nimiam ſpem ponere.] Nam & Plato, teſte *Æliano lib de var. hiſtor.* 13. ſpes, vigilantiũ hominum eſſe ſomnia dicebat, & Bald. *in rub. C. ſi quis aliq teſt. prohib.* reſpondit, ſpem ſapientiſſimos quoſque fallere, ita vt patiantur lethargum, ſiue veternum, illuſarum mentium morbum. Et in ſimili poſt Bart. *ad l. ſciendum, qu. pen. ff. qui ſatiſda. cogant.* refert Alex. *ad l. in ſuis ff. de lib. & poſthum.* incertiſſimam eſſe ſpem liberorum de bonis paternis, cùm innumeræ cauſæ accidere poſſint, ne ſucceſſio patris ad eos deuoluatur. *latè Tiraq. in lib. de legib. connub. l.* 14. *verſic. Hinc autem quod diximus.* Pari modo nihil vrget in contrarium, quod quinto loco de verbis enuntiatiuis, & narratiuis fauore liberorum prolatis adducitur. In propoſitá enim quæſtione non ſunt verba enunciatiua, aut narratiua, ſed reſeruatiua liberæ diſpoſitionis de aliquot milibus in vtilitatem liberorum prioris matrimonij. Sic & illud quod deinde

deinde ex Guidone, Decio, & Tiraq. aſſeritur, huc non pertinet: quandoquidem in contractu matrimonij parentes alterius coniugis, quorum intererat, vna cum ipſo coniuge ſtipulati erant, vt bona in matrimonium illud importata deuenirent ad primogenitum, aut ſi illi, cuius bona erant, placeret, ad alium filium ex eodem matrimonio prognatum: cæterum cum ea ſtipulatio reſpectu primo geniti eſſet pura, & ab iis, quorum intererat, facta atque accepta, alterius verò filij reſpectu conditionalis, ſcilicet, ſi pater, cuius bona erant, mallet: vtique verius erat bona illa ad primogenitum deuolui, quando conditioni adiectæ per patrem ſatisfactum non fuit, idque idem Guido clarè pronunciat. In noſtra autem hypotheſi nulla eſt ſtipulatio, quæ patrem, cuius bona erant, conſtringat, quæ fauore liberorum à quoquam acceptata ſit, quæue pura & ſimplex dici quæat: ſed omnis iſta reſeruatio ab arbitratu, voluntate, & poteſtate patris dependet. Eadem quoque ratione expediri poteſt, l. filiæ. C. famil. erciſcun. quamuis vehementer in diuerſam partem ire videatur. Nam & ibi pater ſimpliciter nomine filiæ ſuæ res aliquas comparauerat, nulla de his poteſtate diſponendi ſibi reſeruata, eamque donationem nunquam in vita reuocatam morte ſua confirmauit. *l. ſi mortis & ibi Bal. C. ad l. Falcid. & per ea, quæ not. Socin. in ſuis fallen. re. 103. incip. Donatio facta à patre. verſic. Fall. ſi pater donat.*

Quid igitur in hac quæſtione ſtatuendum? Certè ſi * pater ad ſecundas nuptias tranſiens,
13. ſimpliciter liberis ex priore coniuge ſuſcitatis aliquot aureorum millia reſeruauit, non adiecta clauſula liberè de his diſponendi ad commodum eorundem, vel aliorum: cenſeo ex iſta ſtipulatione liberis, ſi pater contrarium nihil diſpoſuit, ius quæſitum eſſe. *l. quodcunque 45. §. ſi ita quis & ibi Doct. ff. de verb oblig. gloſſ. in §. ſi quis alij, ad verb. Nihil agit. verſic. incip. Item fallit ſi pater ſtipuletur. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Idem puto ſi ex indiciis aliquibus conſtare poſſit, quod pater non alia voluntatis intentione adiecit clauſulam illam, [vel ad vtilitatem aliorum,] quam vt liberos thori prioris in officio contineret, in huius ſtipulationis aura inflati, & ius irreuocabile ex ea ſe nactos eſſe exiſtimantes, poſt deinde rebelles, minimeq; morigeri fierent. Tantundem arbitror ſi diuerſis locis & temporibus, coram pluribus teſtibus, ante & poſt contractum, declarauit ſe ea reſeruatione ſolum liberorum prioris thori commodum ſpectare. Talis enim declaratio quam magnarum virium eſt. *Bald. & Caſtren. ad l. 1. C. de codicil. & ad d. l. hæredes palam §. ſi poſt ff. de teſtam. & latius in lib. de interpret. vltim. volunt. oſtendi.* Tum quoque videmus verba enunciatiua & narratiua patris in fauorem liberorum inducere præſumptam diſpoſitionem. *Bald. conſ. 179. incip. Quando ſapiens lib. 4. per l. fin. C. famil. erciſcun. & ſequitur Aimo. Crauet. in lib. de antiquit. tempor. part. 1. cap. incip. Propoſitũ noſtrum. num. 61. verſic. incip. Sed numquid iſte fauar. atque iam antè diximus.* Nec minus in ſimili manifeſtum eſt, quòd de voluntate ſatis dicitur * conſtare per ſigna, & coniecturas, vt ſi 14.
viuens dixit ſe velle filium legitimari, vel ſi Principi pro eius legitimatione ſupplex fuerit, vel legitimandi facultatem obtinuit, licèt poſteà decedat legitimatione infecta, *Bald. ad l. in teſtamento q. 9. C. de milit. teſtam. & conſ. 363. incip. Quæritur vtrùm filius presbyteri lib. 5. Iaſon conſ. 127. lib. 4.* niſi probaretur mutatio voluntatis paternæ, veluti quod literas facultatis iſtiuſmodi laceraſſe, aut ſe reuocare hoc beneficiũ velle, filiumve ingratum eſſe pronunciaſſet. *Aimo d. loco cap. 1. n. 59. verſ. incip. De voluntate patris.* Denique per iudicium erit, ſi ad vtilitatem quorundam ex liberis prioris thori de his millibus reſeruatis diſponere incepiſſet, vel dotis dationem, vel per donationem propter nuptias, ſeu alio ſimili modo, vt apparere poſſit eum reſeruationem illam ad actum aliquem produxiſſe, & non obſcurum voluntatis ſuæ fixæ, atque immotæ indicium dediſſet. Nam quando cauſa eſt approximata ad effectum (*inquiunt Franciſ. Aretin. conſ. 6. colum. vlt. & Felin. ad cap. cùm adeò §. de deſtinato. verſ contrariam partem. in fin. de reſcript.*) vt hic, tunc deſtinatum habetur pro perfecto, veluti pars eius, ad quod deſtinatur.

CAP. XXXII.

An vxor eligere poſſit vel ius municipale, vel teſtamentum mariti, vel contractum antenuptialem.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum mariti vxor repudiare poteſt.*
2. *Teſtamentum eligere remoto contractu, vel ſtatuto, an vxori liceat in proprium emolumentum.*
3. *Hæres quando poſſit venire contra factum defuncti.*
4. *Actus contrarius non obeſt, ſi à parte non fuerit acceptatus.*
5. *Ius municipale relicto contractu & teſtamento an vxor eligere poſſit.*
6. *Vxor intra quod tempus eligere debeat.*
7. *Vxor læſa in electione iuris an reſtituatur.*

PERMISSVM vxori eſſe conſtat, vt hæreditati ſibi delatæ, vel legato ſibi relicto renunciet, mariti teſtamentum repudiet, & ius ex contractu vel conſuetudine ſibi quæſitum eligat. *l. nec emere C. de iur. delib.* quippe quod tale ius ex conuentione vel ſtatuto conuentioni influente, *l. & in leg. ff. locat.* maritus vxori ſine facto eius auferre non poteſt. *l. ſi fundum.*

dum.ff.de legat. 1.*l.nemo poteſt plus l.id quod noſtrũ ff.de re g.iur.* præterquam ſi eidem iuri ipſa ante renunciaſſet, quod cuilibet licet, & huic teſtamenti factioni in præiudicium ſuum conſenſiſſe t.*l.ſicut.§ ſi voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hypoth ſoluat. Doct. ad d. l. ſi fundum.* Et vt teſtamento repudiato conuentionem ſuam rectè eligit, eiuſdemq; legibus inſiſtit: ita quoque relicto iure * contractus, vel ſtatuti ſeu
2. conſuetudinis tabulis teſtamenti niti poteſt, non ſolum cum propria iactura, de quo nihil eſt hæſitandum, *teſte Chaſſan. ad conſuetud. Burg. rub. des droicts & appar. à gens mariez.* §. 2. *ad verb. & acqueſt. num.* 15. *verſic. Limito tertio* & §. 4. *ad verb. Ne peult num.* 6. *verſic. Sed adhuc quæritur.* & § 6. *n.* 13. *verſic. Limita hanc in fin.* Verum etiam ad ſuum commodum & emolumentum: cum hæres de contractu excipere, & voluntati defuncti contrauenire non poſſit. *l. ſi arrogator. ff. de adopt Authen. hoc amplius C. de fideicom.* defunctum autem ex huiuſmodi teſtamento apparet vxorem ſuam, vltra contractum antenuptialem, maiore aliquo commodo locupletare voluiſſe, id quod ſæpè eius merita requirunt. Interim illud verum eſt,
3. hæredem venire poſſe contra * factum defuncti, quod tendit ad ſe fraudandum beneficio legis vel ſtatuti. *l.* 2. *& ibi Bartol. Bald & Caſtrẽ. C. ſi in fraud. patron. pulchrè Tiraq de vtroq. retract.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 57. *verſic. Quid verò ſi qui s dixerit. cum. ſeq.* Quo caſu exiſtimo hæredem, non quidem conuentionis exceptione, ſed non iuſtæ voluntatis defuncti iuuari, ita vt obliquè vxor conuentione ſua contenta eſſe debeat. Quid igitur ſi iuri contractus renunciauit, & tabulas teſtamenti, quæ iure non ſunt validæ, aut quæ ſaltem euerti poſſunt, eligit? Arbitror ius conuentionis extinctum non eſſe. Nã in ſimili vnus in multis reſpondet Philip. Francus *ad cap. ſollicitudinem. colũ m.* 4. *verſic. Se-*
4. *cunda limitatio. de appellat.* quòd per actũ * contrarium non cadit quis à ſua appellatione, quando talis actus per partem aduerſam non fuit acceptatus. Certum eſt equidem hac facti ſpecie eam fuiſſe vxoris voluntatem, vt à iure ſuo non aliter recedere ſtatuerit, quam ſi relictum teſtamento mariti conſequi poſſet: & ideò actus eius intentionem egredi non de-
5. bet, *l. non omnis. ff. ſi cert. petat.* Sed an relicto * contractu antenuptiali, ius municipale vberius forte, & magis ex re ſua futurum, inuito mariti hærede, eligere poſſet, apud nonnullos quæſitum commemini. Neque deſunt gentes, quarum mores hoc vxoribus tribuant, quaſi contractus antenuptiales in eorũ diſpendium trahi non conueniat: *de quibus Boerius ad conſuet. Burdegal. rub. Des couſtumes concernantes les mariages.* § 4. *col.* 6. *ver. Item habet vxor. & Guliel. Benedic. ad cap. Raynutius. ad verb. Et vxor. gloſſ. vlt. num.* 230. *in fin. verſic. Tamen in quibuſdam terris. de teſtam.* Legibus verò Romanis nuſquam hoc probari ſcio, quæ etiam mulierem, eiuſque hæredem ex conuentione iſtiuſmodi ligant *l. vnica.§ ille. C. de rei vxor. actio.* Nam rem ipſam teſtem habemus, quam ſæpè accidat, vt maritus ex priore thoro liberos habens, aduerſus ius municipale ſibi proſpicere ſtudeat, & tam ingens lucrum ad ſecundam coniugem, graua dictæ prolis diſpendio, peruenire nolit. Cùm tamen hæc conſuetudo, vt dixi, apud pleroſque obtineat: tutius eſt ſtipulatione vxorem obſtringere, & ad renunciationem iuris conſuetudinarij, ſeu municipalis eam inducere, ſicut in ſimili ſuadet D. Præſes Vigilius *ad init. titul Inſtitution quib. non eſt permiſſ fac teſtam. num.* 14. *verſic. At ego.* Et quibus in locis talis conſuetudo viget, conſultum exiſtimat Boer. *d.* §. 4. tempus aliquot in contractu antenuptiali præſtitui, * intra 6.
quod mortuo marito vxor eligere teneatur: quo tempore elapſo cenſetur conuentioni adhærere, ita vt per Principem amplius reſtitui non poſſit. *addit. ad Boer. d. loco incip. Adde quòd eo ipſo.* Quod ſi nullum tempus adſcriptum eſt neque in contractu, neque in ſtatuto, intra quod electio concludatur: cenſuerim iudicem ad poſtulationem hæredis, electionem certo tempore & die circumſcribere poſſe, viduamque: niſi intra illud eligat, excludere *l. mancipiorum. l. ſi optio §. fin. ff. de opt. vel elect. legat.* qua electione ſemel ritè facta, pòſt deinde variare non licet *l apud Aufidium. ff. d. tit. l. cùm pater §. à filia & ibi Bartol. ff. de legat.* 2. *qua de re multa cumulat. Boerius q* 33. *earũ quas aureas appellitat. vide Chaſſan. ad conſuet. Burg. rubr. des mains mortes.* §. 21. *ad verb. Au choix de la femme. n.* 3. Quid autẽ ſi in electione illa mulier dolo circumducta ſit, aut teſtamentum factum eſſe ignorauerit? Sanè ſi grauiter in optione læſa * eſt, 7.
aut minor 25. annis fuerit, puto ei ſubueniendum. *l. etſi ſine dolo. ff. de minor.* ſi autem maior 25. annis fuerit, non ſuccurri *l. nec paſſim. C. de iur. & fac. igno.* præterquam ſi magna cauſa appareat, ob quam Princeps ad reſtitutionem moueatur, veluti ſi in probabili ignoratione fuit teſtamenti in propriam ipſius vtilitatem facti. *l. Clodius l. illud. ff. de acq. hæred. Boer. d. q.* 33. *n.* 12. vel ſi ſuaſu & adfirmatione alicuius hæredis, aut alterius ſeducta teſtamento renunciauit: quia hoc aduerſus hæredem iuuatur. *l. ſcyphi cum l. ſequen. ff. de opt. vel elect. leg.* & ſi inanis ſit de dolo contra tertium ſuaſorem actio, ea quæ prius erat, in hæredem in ſubſidium reſtituitur *l. ſi quis adfirmaverit. & ibi gloſſ. ff. de dolo. l nec ſolum in verb. Cauſa ff. de opt. vel elect. leg. Bald. in ſua margar. ad verb. Præſcriptio verſic. Præſcriptio ſi dolo gloſſ. magna l. elegant. ad verb. Si in hoc. ff. de dolo Tiraq. de vtroq. retract.* §. 35. *gloſſ.* 4. *n.* 32. *verſic. l. Sed hic in dubium reuocatur.* Partem autem repudiare, & partem adprobare non licet. *l. hæres inſtituta & ibi Doct. C. de impub. & alior ſubſtit. Guliel. Bened. ad cap. Raynutius ad verb. Et vxorem. num.* 120. *de teſtament.* ſed vel in totum abſtinere, vel in totum probare

probare oportet. *l.Caius.ff.de manumiſ.* niſi tamen hæc ſibi inuicem non aduerſentur: de quo Tiraquel.*de retract conuent.ad fin. tit.numer.* 4. *& ſeq.* ſicut & de renunciatione iuris municipalis multa,*q.* 244. *n.* 1. *&* 2. tradidit Boerius, quibus recenſendis hoc loci ſuperſedemus,cum non ſint neceſſaria.

CAP. XXXIII.

De his, quorum in electione iuris municipalis,aut doerij, inſpectio eſt.

SVMMARIA.

1. *Iuris municipalis, vel doerij electio plerumque potentiorum vxoribus datur.*
2. *Renunciare iuri ſuo in dubio nemo intelligitur.*
3. *Viduæ quibus modis doeria amittant.*
4. *Dote non ſoluta vxor nihil lucratur.*
5. *Adultera vxor, quæve ſine auctoritate eccleſiæ maritum reliquit,ſive ægrotanti, & petenti medicum non accerſiuit, à doerio excluditur.*
6. *Vxor eligens doerium, petere poteſt, vt iudex ſuper certa parte bonorum illud conſtituat.*
7. *Penſio annua perſonalis ſecuriùs ab vxore petitur, quàm aſſignatio bonorum.*
8. *Belli tempore an creditor res hypothecatas euincere poßit.*

PORRO præcedentis quæſtionis amouendæ gratia, apud nobiles, ſiue potentiores pleroſque inoleuit conſuetudo, vt contractum antenuptialem ineuntes, ac concludentes, vxoribus electionem * permittant, vel
1. ius municipale,vel doerium, ſiue lucrum conuentum amplectendi. Atque eius rei exemplum Nicol. Euerar.*conſ.*200.*incip. Caſus ſuper quo conſilium petitur*, proponit, in quo ita quidem conuenerat, vt futura vxor annuam penſionem 400. aureorum perciperet ex bonis mariti prius mortui,aut,ſi mallet, ius municipale eligere: & ſi contingeret maritum extantibus liberis decedere, ipſa dimidiam partem penſionis, & liberi alteram dimidiam haberent. Mortuo viro inter vxorem & liberos contentio orta eſt, illa quidem ius municipale eligit: illi verò dimidio penſionis, hoc eſt 200.aureis contentam eſſe oportere aiunt: quia clauſula eligendi ius municipale non adiecta caſui, quo extarent liberi, ſed tantum relata eſt ad caſum quo doerium euaderet ad ſummam 400. aureorum, hoc eſt, ad caſum non exiſtentium liberorum: & ideò videtur vxor iuri municipali in altera parte renunciaſſe, veluti electione vnius ex contrariis *l.commiſſoriæ. C. de pac.int. empt. & vendit.* maximè cùm inde appareat id actum eſſe, vt extantibus liberis minus, non extantibus autem plus vxor conſequeretur, atque in dubio contra eam ſtipulantem interpretatio ſumi debeat. *l.quicquid ff.de verb.oblig. c. contra eum. de regul.iur.in* 6. Quibus tamen argumentis & rationibus non obſtantibus, ſententiamſuam teſtatur eſſe pro vxore: partim quod de vtroque caſu tam extantium quàm non extantium liberorum ante clauſulam reſeruationis tacita facta erat mentio, quando in principio conuenit, vt futurus ſponſus futuræ ſponſæ penſionem 400. aureorum ſuper bonis ſuis conſtitueret: quæ verba alioquin nihil operarentur,*contra l.ſi quando.in princip.ff.de legat.* 1. partim quòd in dubio * renunciatio, aut do- 2.
natio non debeat præſumi;cùm nemo intelligatur ſuum iactare. *l.cum de indeb ff. de probat.* & ita non eſt præſumendum vxorem electioni iuris municipalis ſibi datæ renunciare voluiſſe. Tum verò etiam quod caſus omiſſus renunciatione cenſetur ſtudio omiſſus, & ſic remanet in diſpoſitione legis, aut iuris municipalis.*l.fin.C.ne vxor pro marito.l. commodiſſimè. ff.de lib.& poſth.*Cauta igitur eſſe debet ſponſa,vt diſertis verbis, vtroque caſu electionem iuris municipalis ſtipuletur, ſi iſtiuſmodi litium fontem obſtruere velit. Deinde vero vxorem deſtinantem vti hoc iure electionis, aut etiam iure cuiuſcunque * doerij, pruden- 3.
tem, & circumſpectam eſſe conuenit: multis enim modis hæredes eam excludere poſſent. Primus eſt,ſi non probet, quod * dotem à ſe 4.
promiſſam ſoluit marito:quia mulier, quæ nihil ſoluit de dote promiſſa, nihil etiam lucri capit ex bonis mariti, ſed pro qua parte ſoluit, pro ea commodum ſentit, §. *illud. & ibi Angel.& Bald.Authen.de non eligen.ſecun.nuben.* tum quod fidem frangenti, fides ſeruari non debet.*cap.fidem.de regul.iur.in6.l.cùm proponas* 2.*C.de pact.* tum quod ſicut maritus ſuperſtes lucro ſuo fruſtratus fuiſſet dolo vxoris, ita quoque eam fruſtrari par eſt, niſi maritus hanc iniuriam ei remiſerit, aut nulla vxoris culpa reperatur. Secundus eſt, ſi vxor vel ſoluto, vel conſtante matrimonio adulterium commiſit, neque maritus in cauſa fuerit, aut ſimili delicto ſe contraminauit *l.viro.ff.ſol.matri.Caſtren.ad l.ſororem C de his quib vt indig.Franciſ. Dignon.ad conſuet Andegau.tit.des douaires.artic.* 314 *n.*23.*latè deciſ.Pedemont.*77.Tertius eſt,ſi abſque iudicio * Eccleſiæ à marito receſſit,*Mi- 5.
*gnon d.loco,n.*26.Iaon.Saiſon.*ad conſuetud.Turon.tit.des douaires,articul.*1.*&* 8.*qui in titul des douaires entre returiers, articul.* 1: addit alium modum perdendi doerium, cùm vxor poſtulanti marito infirmo Medicum non euocat, vel cùm eum adhibet, quem palam conſtat eſſe imperitum, vt faciunt quædam moræ impatientes, impuræque iuuenculæ ſenibus iunctæ. Opus eſt etiam aſtutia vxori, ſi * eligat 6.
doe-

doerium, petatque vel id ipſum, vel lucrum ſtatutarium in annua penſione conſiſtens, ſuper bonis mariti ſui ab hæredibus ſibi aſſignare. Etenim petere poteſt vt aſſignetur non ſuper ſingulis ſeparatis bonis mariti, in quod maleuoli ſæpe hæredes incumbunt, quò pluribus moleſtiis & ſumptibus viduas afficiant, ſed ſuper aliqua parte bonorum arbitrio iudicis, inſpecta qualitate & pretio eorundem, *vt notat idem.Mignon.ad conſuetud.Andegauen.titul.des douaires,artic.*307 *in princip. & huc allegat gloſ.ad l.*2.*C.quib.& quan.quat.pars, & l.*2.*ff.ad leg.Falcid.* imò, ſi Lucæ de Penna *ad l.quicunque.C.de agr.deſert. colum.*8. & Antonio Capitio *deciſ.Neapolit.*42.*incip. in cauſa nummer.*3.fides habenda eſt, vxor poteſt iſtam aſſignationem petere ſuper bonis ſibi vicinioribus: vt in ſimili videmus, quod ſi vnus ex diuidentibus habet fundum ei proximum, qui venit in partionem, illi potiùs, quàm aliis diſſita longè prædia habentibus, aſſignari debet, *l.*2.*C.de metat.& epidemet. lib.* 12. Verùm enimuerò non ſemper conſultum eſt viduis, vt petant doerij ſui ſuper agris & fundis aſſignationem, ſed ea in re temporum imprimis ratio eſt ineunda. Nam ſi fœlicia ſint & fertilia, non negamus, quin ſecuriùs ſit pignoris conſtitutionem accipere, & res immobiles ſolis * perſonalibus actionibus an-
7. teferre, *iuxta l. plus cautionis ff.de regul.iur.*cæterum ſi calamitoſa & infrugifera fuerint, vtilius eſt ſufficientis debitoris fidem ſequi, & relicta aſſignatione pignoratitia, ab hæredibus mariti ſola perſonali actione doerium conſequi: quia in perſonali actione caſus fortuitus ære alieno non liberat debitorem. At ſi ex re hypothecata nihil fructus redeat, res diſputatione plena eſt, an hæres mariti ad ſolutionem doerij obligetur, & an creditor hypothe-
8. carius, debitore non ſoluente, * res hypothecatas euincere poſſit. Hinc enim debitor, vel hæres mariti opponet, non natis fructibus nihil ſe debere, & id tam in teſtamentis, quam contractibus receptum eſſe, *l. fundi Trebatiani, l. patrimonij, l. cum ita ff. de vſufruct. legat. l. defuncta* §.*fin.ff. de vſufruct.* inde verò vxor probabilibus argumentis contendet, caſum iſtum fortuitum ad doerij ſui diminutionem nihil pertinere, *per l. legatum ita eſt ff. de annu. leg.l.quod in rerum.ff.de lega.*1.*l.ex eo ff.de viuo, trit.& oleo lega.l.Lucius ff.de alimen.& cib lega. l.inter ſtipulantem* §.*pro quo.ff.de verbor.obligat. l.ſi vno anno.ff.loca.*Qua de re tota latè diſſerit Practic.Ferrar. *in for.libell.quo agit ad præſtat. feu.gloſ.*1.*incip inueſtit.& in for.libell.pro legat. rei ſing.gloſſ.verſic.nunc his pactis.*Mynſ. *obſeru.* 58.*cen.*1.Dominic.à Soto.*lib.*6.*q.*5.*art.* 1. *de iuſt.& iure.*Mudæus *ad Rub ff. de pignoribus & hypothec.* Et quoniam eius materiæ pertractatio non eſt propria huius loci, nos ſatis habebimus admonuiſſe viduas, ne improuidæ in hos diſputationum æſtus ſe coniiciant. Nam hodie non paucas lites eo fonte ortas pendere ſcimus, & his miſerrimis temporibus in Belgio noſtro paſſim orituras facilè colligimus.

CAP. XXXIV.

Vxor ſi in eligendo teſtamento capta eſt, hæreditatemque non cōfecto inuentario adiit, vtrum in integrum reſtitui poſſit.

SVMMARIA.

1. *Vxor teſtamentum mariti, eiuſq; hæreditatem omiſſo inuentario amplexa, non reſtituitur in integrum.*
2. *Mulier non excuſatur in iis, quæ ſpectant ad formam actus, vel rigorem iuris, licet non potuerit conſulere peritiores.*
3. *Inuentarium non conficiens, aliquid ſubſtraxiſſe præſumitur.*
4. *Hæres in foro conſcientiæ an grauetur vltra acceptum.*
5. *Vxor præſumitur non ignorare res à marito geſtas.*

COMMVNIS opinionis eſt, * vxorem 1. quæ repudiato contractu antenuptiali teſtamentum mariti elegit, eiuſque hæreditatem non confecto intra legitimum tempus inuentario ſuſcepit, quantumuis læſam non liberari: & hoc fuiſſe Senatus Dolani iudicium, *l.*1.*de reſtit.cap.*396. refert Præſes Mauritius. Certè Iuſtinianus *in Authent de hæred.& Falicd.*§. *antepenult.* ſolos pupillos & minores aduerſus omiſſam inuentarij confectionem iuuari præcipit, reliquis omnibus hominibus conſtitutionem ſuam eſſe communem: cumque nullam inibi fœminarum faciat mentionem, excuſari poſſe non videntur, *iuxta c.nonne, de præſumpt.* [Sed dabit pœnas, inquit *d. Authen.* §. *ſi verò non fecerit.* exactio ſuæ malignitatis, cur tranſcenderit leges ex quibus cautè omnia agens nihil poterat damnificari] Iuris enim ignorantia non prodeſt mulieribus, quin currat illis tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis, *Doct. ad l.iuris.C. qui admit.per illum tex.Bal.& Angel.in l.qui aliena.*§. *ſed & ſi. ff. de acq. hæred.* cùm videantur per aditionem hæreditatis cum creditoribus quaſi contraxiſſe, *l.apud Iulianum,in fin.ff.quib. excau.in poſſeſſ.erat.*& alioqui fœminæ non magis ſuccurritur, quàm aliis, niſi in caſibus à iure expreſſis, *l.fin.C.de iur.& fact.ignoran.gloſſ.* 1.*quæſt.*4.*cap.fin.Alex.conſ.*165.*li.*6.*Bald.ad d.l. iuris.* Quin ſi verum eſt, quod ſi aliis multis Iaſon *ad eandem l. iuris, num.*8. ait in omnibus his quæ ſunt inducta pro * forma actus, vel 2. concernunt rigorem iudiciorum inductum ob publicam utilitatem, mulierem non iuuari, etiamſi

etiamſi non potuit conſulere peritiores, vt in teſtamentis, vbi requiruntur ſeptem teſtes iure ciuili Romanorum: apparet profectò nec hic eam excuſandam, etiam ſi peritiores conſulere non potuiſſet, propterea quòd lex videatur in confeſſione inuentarij formam certam reſpexiſſe & conſtituiſſe. Sed quibuſdam videtur eſſe dura admodum in præſenti ſpecie hæc ſententia, quia licet lex in confectione inuentarij certam formam præſcripſerit, tamen pro fama aditionis non introduxit inuentarij confectionem, ſed potius ad euitandum periculum æris alieni excedentis facultates hæreditarias. Nihilominus propter dictam rationem ſimpliciter reſponderunt ferè omnes, quòd vxor prætextu ignorantiæ non excuſatur, ſi inuentarium non confecit, *Bart conſ.*154.*incip maritus fecit hæredem vxorē col.*2.*verſic.ad ſecundum autem.& ad l.* 1.§ *nunciatio. ff.de nou.ope nunciat, Bald.Rapha.Fulgoſ.* qui id dicit ſeruari communiter in iudicio.*Caſtren. Roman.Aret Alex.Corn.& alij recentiores in d.l. iuris ignorantia,Bal.ad l.vltim.in princ.*3. *quæſt. & ibi Iaſon colum.*2.*verſicul.quid autem ſit. C. de iure deliber.Salicet.ad l.quicunque. C. qui admit. Deci.ad l.edita.paulò ante finem.C. de eden. Ang. ad l.vbi ff.de eden.Anch.in ca.*2.*n.* 1.*in* 12.*quæſt. verſic.ſed hic quæro.de conſtit. Rom.conſ.*125.*col.* 2.*verſi.tertiò confirmatur.* Iaſon.*conſ.* 29. *incip. quæritur an actio.col.*1. *lib.*3. Nā vt in ſimili reſpondet Bald.*ad cap.*1.§.*prætereà ſi quis. in fin. tit.de probib.feud alienat per Frederic.* non parcitur mulieri, quæ intra annum & diem non petiit inueſtituram, quin feudum amittat. Sic & Tiraq.*in lib.de vtroq. retract.titul.de retract. conuent.*§ 4.*gloſſ.*7 *num.*18.damnat eorum o-
3. pinionem, qui dicebant, fœminas, ſi * peritiores conſulere non potuerunt, in integrum eſſe reſtituendes, eò quòd nihil intereſſet inter hos caſus, qui ad rigorem iuris pertinent, & cæteros: quia & in cæteris caſibus, in quibus excuſantur mulier & ruſticus ab ignorantia iuris, id ſemper intelligitur, cùm non potuerunt conſulere peritiores, aliàs non excuſantur, ne impunè ipſorum negligentia aliis in iure quæſito, aut quærendo noceat, *l. bonorum.ff de bono.poſſeſſ.l.*2.§. *vlt. ff. quis ordo in bonor poſſeſſ.* Nam vt omnes homines natura ſcire deſiderant, ita contra naturam eſt, peritiorum conſulta deſpicere, quorum doctrina mens imperitorum & ruſticorum illuminatur *l.ſi auiam,in fin.C. de ingen. numiſ. Bald. ad cap.vltim. de confeſſ.* & ſicut mulieres vadunt (inquiunt noſtri) ad ciuitates pro indulgentiis, & ruſtici ad nemora pro lignis, ita quoque ad ciuitates pro conſilio ire debent. *D. Anton. ad cap.*2.*de conſtit.Roma ad l.ſi duo ff. de acquir. hæred.* Intereà tamen onus probandi incumbit ei, qui dicit ab ipſis peritiores conſuli potuiſſe. *Salicet.& Cyn.ad l.iuris.C.qui admit.* Sunt etiam qui exiſtimant, aduerſus præſumtionem iuris reſtitutionem non dari, *Angel.& alij ad l inter ſtipulantem.ff de verb. oblig.* atqui contra eum, qui omiſſo * inuentarario, 4.
rebus ſeſe hæreditariis immiſcet, ſeu eas apprehendit, militat præſumptio, quod aut dolo quid occultauerit, aut in bona fide non fuerit: *Alex.ad l ſancimus.*§. *etſi præfatam. C. de iure delib.per tex in Auth. de hæred. & Falcid.* §. *ſancimus.Capol.caut.*7. *Zoſius ad l.in ratione.* §. *quod vulgo.ad verb.nec ad rem.ff.ad l Falcid.* Nō obſtat quoque huic ſententiæ §. extraneis, inſtit.de hæred. qualit.& differ. vbi Iuſtinianus ait, Diuum Adrianum etiam maiori 25. annis veniam dediſſe, cum poſt aditam hæreditatem grande æs alienum, quod anteà latebat, emerſiſſet. Nam, vt inquit Mauritius, *d. cap.* 469. niſi cauillis vti velimus, non poſſunt verba iſtius §. ad alios, quam ad ſolos milites referri, quibus hoc tantum Gordianus Imp. exemplo Adriani prædeceſſoris conceſſit. Alioqui facilè iuri fraus fieret, & tali via vniuerſa legum machina diſſolueretur, plurimumque decederet creditoribus, quibus per aditionem ius quæſitum fuit, & ipſis inuitis auferri non debet. Eodem modo & Viglius *ibi, numer.*5.*ait,* communiter quidem traditum eſſe, Alexan.teſte, in * foro conſcientiæ ne- 5.
minem vltra accepta grauari, cùm vbique præſumptioni veritas ſacramento declarata præferenda ſit, *gloſſ. ad cap. ſignificaſti, de homicid.* ſibi tamen nunquam illorum ſuperſtitioſam religionem placuiſſe, qui huiuſcemodi commentis & conſcientias illaqueant, & leges benè conſtitutas conuellunt: & quod & Bald. non obſcurè *ad d.l.ſcimus verſ.ſextò quæro.* voluiſſe videtur, dum ait, quòd quoad obligationes in hæredes ex perſona defunctorum deſcendentes, etiam in foro Eccleſiaſtico ſeruanda ſint iura ciuilia de inuentarij beneficio loquentia, quamuis in foro conſcientiæ aliud eſſe putet in his, quæ propter præſumptam ſubtractionem debentur: *de quo latè agit Roland.in* 1.*par. flor. ſub cap.* 20. *numer.* 20. Ego exiſtimo totam iſtam rem non tam arctis finibus concludi oportere, quin ſi non communiter, ſaltem ſuadente inſigni aliqua cauſa & æquitate, iudicis officio locus eſſe poſſit: cæterum, niſi tale quid occurrat minimè ſolitum aut vſitatum, communi opinioni adhærendum eſſe. Ad impetrandam verò reſtitutionem non videtur ſufficere, ſi vxor di- 6.
cat ſe † negocia aut res mariti ſui ignoraſſe: quia, *vt ait Andr.de Iſernia in tractatu feud. cap. de nat. ſucceſſ. feud. circa fin. & Guido Papa in tract de præſumpt.n.* 93. vxor præſumitur ſcire res à marito geſtas. Et ſi reſtitutio denegatur illi, qui ignorantiam prætendit in facto conſanguinei, cuius geſta ſcire intelligitur, *l.oct aui.ff vnde cogn.l.de tutela C.de in integ. reſtit.* quantò magis id de vxore dicendum cenſebimus, quam Iuſtinianus conſilij maritalis participem, & omniū communē ſociam appellat? *gloſſ.in l. antiqui.* §. *ſed & Seruius ff. quod vi aut*

aut clam.Authent. vt ſine quoquo ſuffrag. §. *hac omnia.Corn.conſ.*165.*n* 35.*li*.2.Quò pertinet, quod rectè Seruius ait, ſufficere fœminæ viro notum facere opus ſe facturam, vel denique ſciente eo facere,celandique animum non habere,*l.aut qui aliter.*§. *ſed & Seruius. ff. quod vt au clàm. latè Tiraq.de retract.*§.9.*gloſſ.* 1.*n.* 1.

CAP. XXXV.

De vxore ſub beneficio inuentarij hæreditatem mariti amplexa,quam alius volens gerere ſe pro hærede ſimplici conatur excludere.

SVMMARIA.

1. *Clauſula conceſſi inuentarij literis addi conſueta.*
2. *Vox*,alius,*refertur ad ſimilia.*
3. *Hares cohæredem beneficio inuentarij vti volentem an excludat.*

LITERIS illis, per quas beneficium inuentarij Princeps impartitur, plerunque
1. adiici ſolet hæc * clauſula: [Pourueu qu'il n'y ayt aultre, qui ſe porte pour heretier ſimplement.] Et licèt diſertis verbis non ſit inſerta, tacitè tamen ineſſe intelligitur, *Chaſſa. ad conſuet. Burg. tit. des ſucceßions.* §. 1. *incip. Franciſ.Mignon ad conſuet.Andegaue.part.*7.*eod. tit art.*237. *verſ. incip. & ſcias quia* ſicut dicimus,quòd clauſulæ ſolitę apponi bullis ſiue literis Apoſtolicis,tacitè in eis adſcriptæ videntur, *cap. ad hac cauſam. de reſcript. c. accipimus ext.de ata.& qualit.cap.cum M.de conſtit. Iaſon ad l* 3 *C.de iure em, byteut.& ad l.vt liberis.C.de collat.* Porrò hinc in quæſtionem venit,an mariti conſanguineus, ſeu extraneus quicunque vxorem hæredem inſtitutam in vim iſtius clauſulæ excludere poſſit, ſi pro ſimplici hærede mariti gerere ſe velit? Franciſcus Mignon *d.loco verſicul.incipien ſi autem quaras.* in ea verſatur ſententia, quòd qui hoc prætextu vult hæredem inſtitutam excludere, debet eſſe in eodem vel propiore gradu. Clauſula enim illa: [Pourueu qu'il n'y ayt aultre] &
2. vox ipſa,* [Aultre,] eſt repetitiua ſimilium,*vt aiunt gloſſ.& Alexand.in addit. ad Bartol. ad l. ſi fugitiuus.C.de ſer.fugit.Felin.ad cap.ſedes colum. vltim.de reſcript.* praxi tamen receptum eſſe teſtatur,vt etiam in remotiore gradu conſtitutus,poſſit virtute eiuſdem clauſulæ hæredem ſcriptum excludere: ſed vt extraneus quicunque poſſit, dicit praxim non obſeruare, adeoque maturè deliberato opus eſſe antequam firmet quis ea de re conſilium. *de quo & Ioan. Papo in arreſt.Salicet.titul. de s'heritier par benefic. d'inuent.*§. 2. In conſanguineis certè non mala eſt ratio,ideò quòd bona per hos in familia conſeruentur. & in ſimili videmus, quòd ſi plures ſint hæredes inſtituti, quorum *vnus vult adire hæreditatem ſimpliciter, 3.
alter verò ſub beneficio inuentarij, prior iſtum excludit,*Mignon. d loco.* niſi alter velit pro ſua tantùm parte hæreditaria beneficium inuentarij ſuſcipere, & alij pro ſuis partibus hæreditariis ſimpliciter adire, *vt notat Montic. in tract.de inuentar.in princip.numer.* 24. & 25. Extraneis autem hoc concedi etſi foret prædurum, hac tamen ratione ſuſtineri poſſet, quòd id animæ defuncti magis expediret, & veris, iuſtis, atque legitimis creditoribus ſuccurretur, nulla cum extranei iniuria ſeipſum ſponte ſua vltra vires hæreditarias obligantis,*cap ſcienti.de reg.iur.in* 6. Sed neque vxori, aut alij hæredi inſtituto ea de re conquerendi cauſa eſſet, cum creſcente debitorum mole nullum ex hæreditate lucrum perciperent, & leuarentur onere præſtandæ cautionis, inuentariique conficiendi. At quoniam & Chaſſa, *quoque prædicto loco,in princip.colum.*2. *verſicul. incipien.ad ſecundum dubium.* affirmat per totam Galliam extraneos ad hanc excluſionem minimè admitti:non auſim ab eo, quod tot annis toties ibi in iudicio comprobatum eſt, recedere. Potuit enim & hæc eſſe ratio, ne res ſecretiores familiarum extraneis quibuſcunque pateſcerent.

CAP. XXXVI.

An vxor hæreditatẽ mariti abſque inuentario adiens, poſſit exigere, aut retinere doërium ſuum ante alios creditores.

SVMMARIA.

1. *Aditio hæreditatis an obſtet retentioni & numer.*4.
2. *Hæres non conficiens inuentarium, non amittit ius ſuum, quoad fideicommiſſarium vniuerſalem.& num.*5.
3. *Aditione hæreditatis actio crediti tollitur.*
4. *Vxor inuentarium omittens ſibi ipſi damnum infert.*
5. *Inuentarium non conficiens hodie iure ſuo cadit.*
6. *Vxor iuſſa reddere hæreditatem mariti etiamſi neglexerit inuentarium,doërium detrahit.*

HÆREDITATEM mariti multis obæratam mulier citra inuentarij beneficium adiit:in ambiguo eſt, an contra nitentibus creditoribus doërium ſuum ſtatutarium inde deducere poſſit. Sunt enim qui exiſtimẽt audiendã eſſe:& inter eos *conſi.*7.& 143. decidit Benedic. Capra, in his quæ retentionis iure ad nos pertinent, nihil nocere additionem

tionem hæreditatis, ſed in iis dumtaxat, quæ obligationem & actionem reſpiciunt, *l. ſi debitor. l ſi pater ff. ad Falcid. Bald. ad l. debitori. C. de pac.* Idemque adfirmans Corn. *conſil.* 127. *incip. quamuis lib.* 3. ait maritum poſſe lucrum dotis detrahere ab hæreditate vxoris, quam ſine inuentario adiit, ſi mater vxoris legitimam petat. Et hoc ſequutus Phanuc. *de lucro dotis gloſſ.* 5. *verb. vir lucretur, cap. incip. quid ergo. num.* 69. addit in non diſpari ſpecie vſi-
2. tatum eſſe, vt ſi quis* hæreditatem fidei ſuæ concreditam relicto inuentario ſuſcipiat, poſſit tamen ex quocumque capite ſibi debitum retinere. *l. imponenda. & l. irritum. C. ad l. Falc. Caſtren. conſil* 187. *&* 188. *Alexan. & alij ad l. in ratione ff ad leg. Falcid Iaſ. conſ.* 28. *lib.* 3. *Aret. conſil.* 147. *Aymo conſil.* 144. Sed alij in diuer-
3. ſam iuere ſententiam, quoniam † hæreditatis aditione creditoris actio, pro qua parte defuncto ſucceſſit, extinguatur, *l. Stichum. §. additio. ff. de ſolut. & liberat. d. l. in impon. & l. licet. C. ad leg. Falcid. d. l. debitori & ibi Alc. cum aliis. C de pac. l. ſi adul. C. de hæred. act. ſi ab eo. C. de neg. geſt.* Cùm enim fictione legis hęres defunctum repreſentet. *§. 1. Auth. de iureiur. à morien. præſt.* non poteſt idem cenſeri debitor, & creditor, *l. 2. ff. de ſtipul. ſeruor. l penult. ff. de arb. l. Vranius. ff. de fideiuſſor.* propter repugnantiam, quæ inde exiſteret. Et ſicut beneficio inuentarij vxor hæres actionem ſibi conſeruat, *l. fin. §. & ſi*
4. *præfatam. C. de iure delib.* ita & eius* omiſſione damnum ſibi adfert: quia formam à iure præſcriptam contempſit, *d. l. fin. & ibi Bart. ad conſ.* 154. & ſubiicit ſe præſumptioni, quod eſt in dolo, *vt diximus cap.* 34. Quomodo idem Bald. *ibi § in computatione, num.* 11. *verſic. quæro ergo primo. cum Iaſone ibidem num.* 10. *verſic. ſecundus caſus. & Caſtrenſis col* 2. *&* 3. cenſet quod ſi pater vendidit fundum filij, & filius hæreditati paterni ſe immiſcuerit non confecto inuentario, nullum omnino ius habet fundi recuperandi, ſed euictione tenetur, *l. vendicantem ff. de euict. l. cum à matre C. de rei vend.* Et rurſus Iaſ. *in d. §. in computatione, num.* 4. tunc concedit hæredi creditori detractionem, cùm confecit inuentarium, non quidem vt reliquis creditoribus præferatur, ſed vt pari cum illis ſit conditione, perinde atque ſi hæreditatem ſuam beneficio inuentarij non adiiſſet. Ac vt allegatis in priorem opinionem ſatisfiat, reſpondeo in d. l. ſi debitor. hæredem volentem deducere creditum, à legatariis depelli: & ſi dicas teſtatorem ibi expreſſim petiiſſe, ne deduceret, alioqui deductionem creditori fuiſſe permiſſam, non petendo; quicquid tamen iu-
5. ris antiqui fuerit, hodie proculdubio* inuentarium non conficiens iure ſuo cadit. Vnde Bald. in d. l. in imponenda. qua dicitur æs alienum ex aditione confuſum retrahi, ſentit hoc verum eſſe confecto inuentario, non confecto inuentario aditione hæreditatis minui ius crediti, *l. cum emptori. ff. ad l. Falc. gloſſ. & Dyn ibi.* Cui non obſtat differentia illa, quam *ad d. l. irritum.* idem Bald. conſtituit inter exercitium actionis, & retentionem, videlicet quod per aditionem hæreditatis actio quidem ſic eſt confuſa, vt actor eam inſtituere non poſſit, ſed non ſic, vt impediat deductionem. Intelligi enim debet ſecundum præcedens eius dictum, *in d. l. in imponenda.* ſcilicet vt procedat facto inuentario, ne alioquin ſibi ipſi contrarius videatur. Iam verò quòd in fideicommiſſi reſtitutione hæres poſſit detrahere id quod ſibi debebatur, etiam circa inuentarij factionem, alia cauſa eſt. In reſtitutionem namque venire debet ipſa hæreditas accepta, non autem res propriæ hæredis grauati, *l. cohæredi. §. cum filia ff. de vulg. & pup. ſubſt.* vt eſt lucrum illud ſtatutarium, vel doërium: placuit enim cogi quemquam reddere, quod non eſt in bonis, *l. mulier. §. ſed enim ff. ad Treb.* Quo argumento Caſtr. *ad l omnibus. §. fin. ff. de leg.* 1. & idem cum Imo. atque aliis, *ad l. ita tamen §. ſi ex Treb. & ad l. debitor. ff. ad Treb.* Ang. *conſ.* 64. cõcluſerunt, hæredem non facientem inuentarium, ius ſuum amittere, tenerique de ſuo creditoribus & legatariis in ſolidum, *§. ſi verè non fecerit. Auth. de hæred. & fal.* ſed quoad fideicõmiſſum vniuerſale, iure ſuo, aut legitima non priuari *l. cùm hæredes, l. poſtulante l. cum hæreditas, ff ad Treb. l. ſi is qui hæreditatem ff de cond. indeb. l. 2. ff. de hæred. vel act. vend. Iaſ. d. loco, col* 2. *verſ incip. nec obſtat. ſecundum Roman. conſ.* 266. Et hanc ipſam diſtinctionem ſequitur Monticulus *in tract. de inuentar. c. incip. nonò principaliter. num.* 194. *verſ. incip. ſextò, & in d l. fin. n.* 143. multoſque eam in rem diligenter aduocat Soc *in d. l. debitori C. de pac. & ibi* Alcia. *nu.* 25. planè in hac opinione recedendum eſſe non putant. Quoties ſi * vxor eſſet iuſſa reſtituere 6.
hæreditatem mariti, dicendum crediderim doërium decedere, etiam inuentario non facto, ſicut & filio dotis maternæ, legitimæque ſuæ, in quibus ius crediti habet, retentio permittitur, ſi pater eum hæreditatem reddere voluerit, *Caſtr. conſ.* 164. *Dec. in Auth. ſed cum teſtat. C. ad leg Falcid. per l. ſi patronus. ff. de donat.* Cæterùm ſi abſque onere reſtitutionis hæres ſcripta fuerit, & beneficium inuentarij neglexerit, nulla cauſa eſt, ob quam ius doerij confuſum non indicetur, quod non niſi ex bonis mariti, quibus ſe inuoluit, percipere poterat. Cumque creditoribus ac legatariis etiam vltra vires hæreditarias teneatur, *d. l. fin. & d. §. ſi verò non fecerit*, non video cur in lucro ſtatutario, vel doërio aliis præferenda ſit, niſi id conſuetudo præcipiat.

CAP. XXXII.

De vxore ſubſtituta, & inſidiis mariti hæredem petente.

SVMMARIA.

1. *Vxor ſubſtituta, ſi hæredi inſidiata ſit, qua actione teneatur.*
2. *Actionum ſtricti iuris & bonæ fidei differentia.*
3. *Tabulas ſupprimens qua actione conuenniatur.*

ACtionem de dolo malo dari aduerſus vxorem à marito * ſubſtitutam, quæ
1. vafris artibus & perſuaſionibus hæredem induxit, vt bonis abſtineret, non eget multa inſpectione. Nam Dioclet. & Maximian. Impp. apertiſſimè reſcripſerunt, his verbis; [Si maior quinque & viginti annis hæreditatem fratris tui repudiaſti, nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur. Sanè ſi eius vxoris tibi ſubſtitutæ dolo factum eſt, actionem de dolo contra eam exercere potes.] *l. penul. C. de dol. mal.* non vt ipſam hæreditatem conſequaris, ſed illius æſtimationem, atque id quod tua intereſt. Repudiatio enim hæreditatis dolo exſculpta non eſt ipſo iure nulla, vel quod ſit
2. * ſtricti iuris, quia inter ea quæ ſunt bonæ fidei *in §. actionum. Inſt. de actio.* non numeratur, *quod ſentit. Caſt. ad hanc l. in fin.* vel quod etiam ſi bonæ fidei foret, ſicut & ipſa petitio hæreditatis (diſtractus quippe & contractus eadem eſt ratio, *l. ſub prætextu 1. C. de tranſact.*) tamen non reſcinderetur, cùm ij tantum bonæ fidei actus propter dolum ipſo iure nulli reddantur, qui executionem ſecum non trahunt, *l. & eleganter ff. de dolo ma.* qualis eſt venditio quã traditio rei venditæ, vera illius executio, non ſequuta fuit. Hæc autem repudiatio, vt ilicò abdicat hæreditatem & facultatem amplius eam adeundi, ita omnimodam ſecum executionem trahit. Eſt & reſponſum Vlpiani in hanc ſententiam *l. ſi quis adſirmauerit. ff. eo. tit.* [Si mihi perſuaſerit, inquit, vt repudiem hæreditatem, quaſi minus ſoluendo ea ſit: dico de dolo dandam actionem, ſi callidè hoc fecerit.] Quod ſi tempora actionis de dolo abſq; culpa decepti effluxerint, aut ſanè ſi aduerſus vxorem fallaciis vſam, & inopem inutilis foret actio: rebus hæreditariis adhuc exiſtentibus, vtique ex æquitate famoſo l. ſi me & Titium. illuſo hæredi ſuccurrendum eſſe cenſeo: ne illa ex dolo ſuo quæſtum faciat, & aliena iactura ſibi commodet, *l. ſi itaq; Fullo ff. de furt. cap locupletari, de reg. iur. in 6.* Idemque eſt, ſi *
3. vxor tabulis mariti poſterioribus, quibus fortè alium hæredem inſtituerat, ſuppreſſis, priores, quibus ipſa hæres ſcripta eſt, produxerit, *§. item ſi tabulæ, d. l. ſi quis adſirmauerit.* qua de re ſupra differui excuſſius. At licèt ſuper prioribus illis tabulis cum hærede tranſegiſſet, & poſteà repertis prioribus veritas argueretur, actioni huic locus erit, *d. l. ſub prætextu, 1. & l. ſi ex falſis. C. de tranſaction.*

CAP. XXXVIII.

An ſuccurratur vxori, quæ legatum ſibi factum diu ignorauit.

SVMMARIA.

1. *Præſcriptionem recipit ignorans tam in perſonali quàm reali actione, & num. 7.*
2. *Præſcriptio an noceat ei, qui agere non poteſt. & num. 7.*
3. *Ignorantia tantum prodeſt ad damnum vitandum, & num. 9.*
4. *Vxor an præſumatur ſcire facta mariti & num. 9.*
5. *Vxori, quia ignorauit legatum, ſubuenitur.*
6. *Ignorantia facti à quibus excuſet.*
7. *Præſcriptio æquitati an cedat.*
8. *Ignorantia niſi iuſta aut probabilis nõ excuſat.*
9. *Ignorantia iureiurando allegantis an probetur.*
10. *Ignoranti iniuria inferri non poteſt.*
11. *Adprobatio teſtamenti prætermiſſa an obſit ignoranti teſtamentum fuiſſe.*

SED videamus modò ecquid opis ferendum ſit vxori, quam longo tempore latuit à marito aliquid ſibi legatum fuiſſe. Et primo intuitu videtur præſidium omne denegandum, propterea quòd * præſcriptio valeat 1.
contra ignorantem tam in actionibus perſonalibus, quàm realibus, vt ſemel litium finis ſit, neque incerto iure perpetuò vagetur, & iactetur ſurſum deorſum poſſeſſio *l. ſicut. C. de præſcript. 30. annor. Bartol. ad l. 1. §. ſi quis autẽ. ff. de itine. & actu. priua. Bald. in l. omnes. d. tit Panorm. ad cap. 1. & ca. viliganti de præſcript.* ſibiq; imputare damnum debet, qui in rem ad ſe pertinentem non diligentius inquiſiuit. Ideoque & Bald. *in l. vlt. C. de dolo. mal.* tempus ad denunciandos reos ſtatutum, etiam ſi illi occulti ſint, currere ait: & Aufrer. *deciſ. Toloſa. 76.* præſcriptionem nocere & abſentibus & ignorantibus docet *per l. fin. C. de præſcript. longi. temp.* neque obſtare exiſtimat, ſi dicas non valenti agere non currere præſcriptionẽ. *l. 1. C. de bon. mater. l. 1. C. de anna. except.* agere autem non poſſe eum qui ignorat: eam enim iuris deciſionem acceptam eſſe de his qui * agere nequeunt ex iure, non de his, qui 2.
agere non valent de facto. Ad quæ etiam adiungere licet, quod * ignorantia nihil cui- 3.
quam proſit, vt lucrum conſequatur, de quo vxor hic agit, ſed ſolum vt damnnm euitet, *l. ſi quis graui §. vtrum. & ibi. Bart. ff. ad S. C. Syllan. & idem Bart. ad l. genero. ff. de his qui not. infam.*

Et

4. Et cùm † vxor præſumatur ſcire facti ſui mariti, *gloſſ. in l. aut qui al ter. §. ſed & Seruius. ff. quod vi aut clam. Tyraq. de vtroq retract. §. 1. gloſ. 1. in princip.* ſicut & perſona coniuncta facta coniuncti *l. octaui ff. vnde cogna. & diximus ſupra cap.* 34. videtur talis ignorantia teſtamenti allegari non poſſe.

5. Mihi eſt iſta cauſa † vxorem reſtitui placet, ſi diu occultato teſtamento legatum ignorauit, *l. Clodius. ff. de acquir hæredit. l. mater §. cæterum ſi quis ff. de offic. teſtament. §. ex cauſa l de ætate. ff. de interrogat actio. Boer. qu. aur.* 33. *num.*
6. 12. Nam regulariter verum eſt, † ignorantiam facti excuſare, & à pœnis, & ab extinctionibus iurium ſiue actionum, *l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita & l. cum ſex. ff de ædilit. euict. l. ſemper. ff. quod vi aut clam. l ſi plures ff. de bonor. poſſeſſ. l. 2. ff quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeruet l. quinquaginta dies. C. de excuſat tut.* Ex quo & patronis in iure præſentandi, hæredi in iure adeundi, immiſcendi, deliberandi, agnoſcendi, conditionem implendi, querelam inſtituendi, victo in tempore appellandi, vaſallo in petenda inueſtitura, agnatis in rei aduerſus prohibitionem alienatæ reuocatione ignorantia integra omnia conſeruat: id quod latè multis & legum & interpretum teſtimoniis in medium adductis §. 35. *glo.* 4. *d loco* explicat Tyraq. Nã cum ignorans negligens dici non queat, *c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben.* vtique non tantum non expreſsè, ſed nec tacitè ei, quod ſibi competere neſcit, renunciaſſe cenſetur.
7. Neque è diuerſo vrget, * præſcriptionem ignorantibus cedere, *d l. ſicut. & d. l. ſi.* Tametſi enim ex ſummi illius iuris rigore cedat, ex æquitate tamen & benignitate legis prætor reſtitutionem in integrum aduerſus illam largitur, ſi quis ignorauerit id quod verè ſibi debebatur, aut cauſam vnde illud naſceretur, *vt ait Franciſ. Balb. in lib. de præſcript. 4. partis principalis. q. 20. n. 5. gloſſ. in l ſi partem. ff. ſi per fundum ff. quemadmo. ſeruit. amitta. & in l. ſi ſic. ff. eod. tit. Tyraq. d. loco* etiam ſi quadriennium petendæ reſtitutionis poſt completam præſcriptionem elapſum ſit. Deinde quod Auſre. ait, non valentibus de facto agere præſcriptionem procedere, eodem recidit. Procedit enim quidem, ſed datur reſtitutio, ſi æquitas poſtulet, *idem Balb. de præſcript. 1 part. 6. par. caſu* 22. vel
8. ſanè ſi * ignorantia, quam allegat, probabilis non ſit, neque iuſtum colorem præſeferat, non dabitur reſtitutio, *Bal conſ. 46. n. 16. Aret. conſ. 15. Roma. conſ. 127. & Felin in d. c. vigilanti.* id quod arbitrio iudicis plerumque relinquitur,
9. ſicut & illud, an ea * ignorantia iureiurando allegantis probanda ſit. Quoniam autem ignorantia in dubio præſumitur, *c. præſumitur. de reg. iur. in 6.* crebrius receptum eſt iuramento eius qui illam aſſerit, probari, ſi probæ vitæ fuerit. *cap. nulli de elect. lib 6. cap. paſtoralis. de except. latè Cacheran. deciſ. Pedemont. 71. num. 16. & 17.* Quod porro dicitur ignorantiam, vt lucrum quis conſequatur, non prodeſſe, de ignorantia iuris accipe, non de ea quæ eſt facti, & conſtantiſſimorum quorumque prudentiam ludere poteſt *l quamuis. C. de iur. & facti ignorant. Bald. in d. l. genero. Iaſon ad l. quamdiu. C. qui admitt.* Nec magis ad rem facit, quòd vxor factis mariti conſcia eſſe præſumatur: id enim alia contraria vehementiori præſumptione tollitur, vt ſi maritus in exteris regionibus procul vxore ſua teſtatus obierit, ſi clam vxore teſtari voluerit, ſi teſtamentum ilico vel flammis vel furto periit, dolove malo ſuppreſſum ſit. Enimuero ignoranti per factum, aut fraudem vel aduerſarij, vel tertij † iniuria aliqua adferri non poteſt, 10. *l cui officij ff. de contrahen empt. l. cùm proponas. C. de naut. fœnore. Tyra. d. loco, num. 31. & ſequ.* Porro opinioni huic noſtræ conuenienter reſpondiſſe comperio Baldum, *conſi. 207. lib. 3. incip. Bartholomeus legauit fratr.* de legato annuo pauperi ſoluendo in eius inopiam, vbi ait, ſi pauper propter occultatum teſtamentum per 25. annos ignorans legatum ſibi factum non petierit: dolum hæredi non ſoluenti aut notum facienti prodeſſe non debere, ſed ex capite iuſtæ ignorationis, vel ex clauſula generali innocentem pauperem reſtituendum eſſe, non ſolum vt ſequentium, verum etiam vt præcedentiũ annorum fructus ex legato percipiat, per quem non ſtetit, quo minus peteret. Et quemadmodum vxori, etiam ſi tanto tempore occultato teſtamento legatum ignoraſſet, reſtitutio in integrum conceditur: ita quoque illi ſubueniendum eſt, ſi in iis locis, in quibus ſine † adprobatione iudiciali teſtamentorum virtus euaneſcit, vt in hoc 11. Comitatu Namurcenſi, intra tempora præſtituta tabulas mariti à ſe ignoratas adprobari non fecerit: quia tempus poſitum à lege vel ſtatuto tam ad inſinuationem, quam ad adprobationem teſtamentorum, ſeu donationum, non niſi à die ſcientiæ & cognitionis nocet, *Bald. ad d. l. quamdiu C. qui admit. ad d. l. quinquaginta dies. & ad l. annus cum Angelo. ff. de calumniator. & Rom. conſ. 229. incip. pro plena.*

CAP. XXXIX.

Anne vxor lucrũ conſequi poſſit ex teſtamento mariti ſui, quẽ inteſtabilem & prodigum eſſe iactitauit?

SVMMARIA.

1. *Coniunx commodum capere non poteſt ex teſtamento coniugis. quem eſſe inteſtabilem palàm & conſtanter aſſeruit. & num.* 4.
2. *Contra factum proprium venire non poſſum.*
3. *Actus diuerſa ratione valet & non valet.*
4. *Vulgi opinione non excuſatur qui ſcit illam eſſe falſam.*

IN Rota curiæ Romanæ quæſtio diſputata fuit de duobus amicis cuiuſdam ſenis, qui ei tanquam prodigo, & ad rerum ſuarum adminiſtrationem penitus inepto, à iudice bonis interdici, curatoremque dari fecerant: deinde inſtituti tabulis eiuſdem ſenis hæredes, eam obiectionem ab ijs, qui iure ſanguinis ad ſucceſſionem vocabantur, paſſi ſunt, quòd illius hæredes ex teſtamento eſſe non poterant, quem prodigum, & ad teſtandum inhabilem adfirmarant, quam calumniam falſam eſſe confitentes iudex repulit, *vt eſt in deciſ. Rot. antiq. num. 866. titul. de teſtam. incip. Titius & Mæuius.* Par iudicium de vxore eſſe non dubito, quæ à marito † hæredem ſe inſtitutam, legatove
1. honoratam ignorans, eum, vt multæ improbæ & procaces ſolent, ſemper palàm ac publicè, dum viueret, furioſum aut prodigum eſſe iactitauit. Nam quæ prius maritum vt talem rebrobauit, non poteſt illum alia & alia vice adprobare, *l. Pomponius ff. de negot. geſt.* contrariaque allegans audiri non debet, *l. ſi ſeruus. C. de furt. Cap. ſollicitudine. de appellation.* ne videatur † proprio facto aut dicto contraire,
2. *l. poſt mortem ff. de adopt. l. generaliter. C. de non num. pecun. cap. per tuas. de probat.* propriamque turpitudinem & mendacium allegare, *contra cap. inter dilectos de donat.* Rurſus
3. quemadmodum aliquando actus* ipſo iure nullus, valet in præiudicium agentis, vel procurantis. *l. & ſi is. C. de præd. minor. Auth. qui res C. de ſacroſ. Eccleſ. l. 1. §. eleganter. ff. de dolo. cap. ſi quis de reb. Eccleſ. non alienan.* ita nonnunquam è diuerſo aliquis per ſe ad actum faciendum idoneus eſt, ſed eorum ratione, qui eius poteſtatem impugnarunt, habetur non idoneus. *l. cùm hic ſtatus. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi ſocer. ff. de repud. l. Vxori. §. 1. ff. de contra tab. cap. ex eo de regul. iur.* Cui conuenit, quod contractus de rebus Eccleſiæ, non obſeruatis iuris ſolennitatibus initus, valet in præiudicium contrahentis, non Eccleſiæ. *Authen. de non alienan. §. quia verò Leonis & Doct. ad §. 1. Inſtit. de aucto. tut.* & ille aduerſus quem iniquum ius quis impetrauit, eodem iure contra eum vti poteſt. *l. 3. §. huius pœna ff. quod quiſque iur.* Lex enim hoc ſolum reſpicit, qualem quiſque alium habeat. *l. ſi quis venditor. ff. de adilit. edict. cap. veniens de fil. presbyt.* Et certè in hoc caſu vxor non poſſet prætendere errorem, quæ cum marito teſtatore aſſiduè fuerat conuerſata: ſed qualem reputauit viuum, talem & mortuum reputare debet *argument. l. Celſum. ff. de except. dol. Ioann. Conſtant. ad conſtit. regul. articul. 131. colum. 2. verſicul. & nota vnum ſingulare.* Sic in vicina hypotheſi, ſi cum aliquo contrahere non licet, & hoc vulgò ignoretur, non tamen † excuſatur ille, qui hoc aſſeruit
4. & contraxit. *Alb. ad l. Barbarius. verſicul. quid ſi aliqui. & ibi Iaſon ff. de offic. Præt.* Et licet geſta à procuratore occultè excommunicato communiter viribus ſubſiſtant: non ſubſiſtunt tamen intuitu eius qui ſciuit excommunicatum eſſe. *Felin. ad cap. ad probandum. num. 8. verſicul. 2. limita. de ſenten. & re iudic.* Quæ tamen omnia eam interpretationem accipere oportet, ſi tempore teſtamenti conditi etiam hoc mulier iactauit, non ſi malitia, improbitate, ira vel furore commota, vt fit, ea de re apud vicinos aut notos conqueſta fuerit, & ſic in eo non perſeuerauerit. *argum. l. alia. C. de his quib. vt indig. & l. Pomponius. ff. de negot. geſt.* aut ſi maritus vxorem hæc iactantem & differentem ſciens prudenſque inſtituit hæredem, vel legato auxit, ita vt iniuriam iſtam remiſiſſe, & peruicacis ſtultæque mulieris mendacium & proiectam arrogantiam beneficio remunerari voluiſſe videatur. *argum. l. ſi inimicitiæ. verſic. Et veriſimile eſt. ff. de his quib. vt indig.*

CAP. XL.

An vxor conueniri poſſit ad res mariti, quas eo poſtulante coram teſtibus confeſſa eſt ſe habere, ſine alia probatione.

SVMMARIA.

1. *Contractus omnes præter donationem, inter coniuges celebrari poſſunt.*
2. *Confeſſio vxoris marito poſtulante facta ad plenum probat.*
3. *Confeſſio non expreſſè à parte acceptata an plenam probationem habeat.*
4. *Confeſſio iracundiæ motu facta, nec poſteà repetita, inutilis eſt.*
5. *Confeſſio extraiudicialis perſonarum donare inter ſe vetitarum an probet.*
6. *Actus præſumitur ſpontè, non metu factus.*
7. *Confeſſus rem habere an teneatur ad æſtimationem.*

TEſtamento maritus ita ſcripſit: [Volo executorem meum vendere vniones & hyacinthos illos meos, pretij 200. aureor. quos vxor mea ſub cuſtodia ſua habet.] Mox deinde præſentibus teſtibus & notario vxorem interrogat, an vniones & hyacinthi illi in eius cuſtodia ſint, reſpondet eſſe: eos marito mortuo hæres ex hac confeſſione petit, vxor habere & habuiſſe negat. Quæſijt Baldus *conſil. 92. incip. Caſus talis eſt, lib. 5.* an ad reſtituendum condemnari debeat, ſi aliter non conſtet de veritate? Et tanquam ex contractu depoſiti ortæ confeſſioni ſtandum eſſe exiſtimat: qui quidem contractus † inter virum & vxorem celebrari poteſt, vt & alius qualiſcunque, 1.
excepta donatione *l. ſi ego ff. de iure dot. l. penultim. & l. vltim ff. de in rem ver. l. cùm hic ſtatus ff. de donat. inter vir. & vxor.* In quam Baldi ſententiam ego quoque inhæſitanter concedo.

Nam

2. Nam † confeſſio etiam extraiudicialis eo, à quo poſtulatur, præſente facta, ad plenum probat. *l. Publia Mæuia. in fin. ff. depoſ. l. cum de indebito §. fin. ff. de probat. l. generaliter & ibi Doct. C. de non num. pecun.* Sed quia controuerſum eſt inter iuris interpretes, an hoc obtineat quan-
3. do * confeſſio illa expreſsè à parte acceptata non fuit, pleriſque exiſtimantibus acceptationem requiri. Cyno, *qu.* 6. Salicet. *in* 15. *oppoſ.* & alijs *ad l. vnic. C. de confeſ.* Alexan. *conſ.* 20. *lib.* 4. non paucioribus verò, pro quibus & ego ſemper ſteti, adfirmantibus non requiri: quia cùm confeſſio fit in fauorem & petitionem eius qui præſens eſt, præſumitur vtique ab eo acceptata. *D. Anto. ad cap. vlt. de confeſ. Panormit. ad c. cùm dilectus de ſucceſ. ab inteſta. Catel. Cotta ad verb. Confeßio.* prudentis viri erit, præſentibus teſtibus & notario eam confeſſionem vxoris pro commodo ſuorum hæredum acceptare: ſicut è diuerſo ſtulti erit ab vxore perturbata & iracundiæ motibus
4. incitata illam exigere. quoniam * confeſſio calente iracundia facta, ſi denuò repetita non fuerit, nihil prodeſt. *gloſſ. & Panorm. ad verb. Admonita in cap. ex literis de diuort. Dec. num.* 5. *& Cagnol. ad l. quicquid ff. de reg. iur.* Neque cōtra facit, quod * confeſſio extraiudicialis in-
5. ter perſonas donare ſibi inuicem vetitas non probat, vt ſunt maritus & vxor, *Bald. ad l. iubemus. 2. num.* 4 *C. de ſacroſ. Eccleſ. Ang. conſ.* 5. Quia cum iſta confeſſio eo modo & tempore fiat, quibus donatio inter coniuges facta vires habere inciperet, ſcilicet per mortem eius, cuius vtilitatem reſpiciebat, cauſa ſuſpicioſa prohibitæ donationis in conſiderationem venire non poteſt. Sed nec hoc rectè oppoſueris, vxorem reuerentia maritali ad confeſſionem illam adductam eſſe: quoties enim aliquid
6. reperitur * geſtum, præſumitur ſponte geſtum, non metu. *l.* 2. *C. de his quæ vi met. cau. latè Alciat reg.* 3. *præſumpt. cā.* 7. Quod ſi tamen vxor probaret rem aliter ſe habere, videtur danda venia inconſultæ confeſſioni, *arg. l. Titia. §. Caius Seius ff. de leg. 2. d. l. Publica. § fin. ff. depoſ.* Porrò autem poſito, vxorem condemnari debere ad reſtitutionem vnionum & hyacinthorum, quos penes ſe eſſe confeſſa fuit, vt verè debet, videndum an eo pretio, quod teſtator expreſſit in ſuis tabulis, nempe 200. aureor. eos reſtituet? Reſpondet idem Bald.
7. quòd quando † confeſſa eſt ſe poſſidere illas res, magis ſe retuliſſe videtur ad ſubſtantiam earum, quàm ad æſtimationem: quia valor, inquit, eſt bonitas extrinſeca, cui non poteſt adaptari verbum tenere, vel poſſidere. Nam & in non diſſimili, ſi quis accuſatur, quòd conſueuerit cum Berta vxore Titij, & fatetur ſe conſueſſe cum Berta, non videtur propterea confiteri illam fuiſſe vxorem Titij. *Bart. ad l. ſi cui. §. à filio. ff. de lega.* Rebus tamen ipſis ab vxore non exhibitis, placet Baldo, auctoris iuramento ſuper eadē æſtimatione ſtandum eſſe, *iuxta ea quæ notant Doct. ad l.* 2. *ff. de iureiuran.*

CAP. XLI.

Renunciatio ab vxore facta omnium quæ teſtamento mariti ſibi relicta ſunt, an includat iura dotalia.

SVMMARIA.

1. *Renunciatio generalis non debet intelligi, vt ſit alicui captioſa.*
2. *Mulieres non ſunt faciles ad donandum.*
3. *Renuntiatio generalis non extenditur ad ea, quæ veri ſpeciem non habent.*
4. *Filius renuncians hæreditati non cenſetur renunciaſſe legitimæ.*
5. *Legitima doti æquiparatur.*
6. *Renunciatio non cognito teſtamento nulla eſt.*
7. *Adprobans teſtamentum an præiudicium patiatur in ſua legitima.*
8. *Vxor ſciens prudenſq́; adprobans in mariti teſtamento omnia quæ contra dotem faciunt, an videatur renunciare doti relictæ.*

SI vxor relictis ſibi teſtamento mariti renunciet, iura dotalia non comprehendi, Socini ſententia eſt, *conſ.* 214. *incip. In cauſa Onofrij lib.* 2. Cui nos valde adſtipulamur. Renunciatio * enim non debet intelligi, vt ſit a- 1.
licui captioſa, *l.* 2. *§. quæſitum. ff. ſi quis caut. iudi. ſiſti. l. cum Aquiliana. ff. de tranſact.* & penitus verò abſimile eſt vxorem hac generali renunciatione voluiſſe vti aduerſus dotem ſuam, pro qua repetenda & retentionem bonorum mariti, & actionem habet: cùm naturæ * fœ- 2.
mininæ non quadret res proprias iactare atque profundere. *l. ſi ego. ff. ad S. C. Velleia. l. ſi ſtipulata. ff. de iure dot.* Generis † autem renun- 3.
ciatio ad ea quæ veri ſpeciem nullam præ ſe ferunt, non extenditur, *Doct. ad d. §. quæſitum. Ioan. Lupi in rubric. de donat. inter vir. & vxor. colum.* 31. Eodem modo * filius renuncians 4.
tabulis paternis, non cenſetur legitimæ iure naturæ debitæ, & teſtamento expreſſæ renunciare. *Iaſon ad l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoffic. teſtament. & conſ.* 142. *incip. In cauſa contradictionis lib.* 2. niſi in ea generali renunciatione fiat ſingularis mentio iſtius rei. Iam verò * legitimam doti æquiparari conſtat. *l.* 5.
Titio centum. & ibi Doct. ff. de condit. & demonſtrat. l. quoniam nouella. C. de inofficioſ. teſtamen. Quæ omnia etiam Matthæo de Afflict. plurimùm probantur, deciſ. Neapolit. 111. *numer.* 10. *argu. §. ſoluta. Authen. de nupt.* Multò magis hoc locum habet, ſi vxor ignorauit dotis reſtitutionem teſtamento ſibi relictam fuiſſe. *Corn. conſ.* 139. *incip. Viſo teſtamento. lib.* 4. quia renunciatio * vel tranſactio, non cognita 6.
ſen-

ſententia teſtamenti, nulla eſt. *l. de his. l. non eſt ferendus. ff. de tranſact.* etiam ſi iuramentum acceſſerit, *Bartol. & alij*, *ad d. l. de his. & ad l. cùm hi. eod. tit.* Quo referendum & illud, quod Anchar. *conſil.* 151. *incip. Plura dub. a.* Decius *conſil* 81. *colum.* 1. Signor. de homod. 7. *conſ.* 81. reſpondent, eum qui omnia * teſtamenti capita adprobauit, non videri in legitima ſibi præiudicaſſe, præterquam ſi ſciens eo teſtamento legitimam ſibi coarctatam & reſtrictam, nihilominus renunciet: vel iuramento ſuo renunciationem illam confirmet, quia iuramentum habet vim & ſpeciem ſingularis expreſſionis in renunciatione, *Socin. Nepos conſi.* 135. *lib.* 1. *Decius conſil.* 404. *Curtius conſi* 44 *col.* 5. *& multò latiſſimè Ioan. Anto. Rubeus conſi.* 43. *incip. Ex teſtamento.* Hoc ita alle-8. uerato, ſequeretur etiam doti relictæ renunciare videri eam, quæ * ſciens prudensque in teſtamento mariti omnia alia contra dotem facientia adprobat. Vxor, inquit Matth. de afflict. *deciſ. Neapolit.* 44. *nom.* 29. contenta de teſtamento, videtur renunciaſſe iuribus ſuis extra teſtamentum, præcipuè ſi vnam aliquam rem, ſeu ius aliquod extra teſtamentum ſibi competens exceperit: quia quod de vno dicitur, de alio denegatur. *cap. nonne de præſumpt.* & vnius incluſio eſt excluſio omnium aliorum *l. maritus. C. de procur.* Verùm hoc fortè, ſi iuramentum adiectum eſſet adprobationi, locum habere poſſet: alioquid ſolam & ſimplicem generalem renunciationem vel adprobationem eorum, quæ teſtamento ſcripta ſunt, à ſciente factam, ad præiudicium dotis vel legitimæ non ſufficere, vt poſui, certum eſt. requiritur enim ſpecialis & indiuidua expreſſio: qua de re omni, plura ex Guil. Benedict. *ad cap Raynutius. ad verb. Si abſque.* 2. *num.* 134. haurire volentem oportet, qui hæc copioſè pro ſuo more tractat. & ex Alciat. *num* 56. *ad l. penult. C. de pact.*

CAP. XLII.

De vxore legata ſua hæredi putatiuo mariti remittente

SVMMARIA.

1. *Putatiui hæredis liberatio, vero hæredi an prodeſſe poßit.*
2. *Cauſa limitata limitatum parit effectum.*
3. *Erronea vel falſa confeßio non nocet confitenti.*
4. *Affectione motus quis donaſſe præſumitur*
5. *Donatio inter conſanguineos & amicos faciliùs præſumitur.*

FRatribus mariti, quos ab eo hæredes inſtitutos exiſtimabat, vxor legataria ius omne remiſit: poſteà comperitur alios hæredes ſcriptos eſſe. Quærunt Bald. Caſtrenſ. Iaſon, & Alcia. *ad d. l ſi actionem. C. de pactis.* an pactum iſtud * putatiuo hæredi de non petendo legato factum, vero hæredi proſit? & 1. aiunt vno ore non videri. Quod quando verum ſit, facilè iudicabit, qui cauſas liberationis factæ peruiderit: nam eis ceſſantibus, liberatio ceſſare debet, *Angel conſ.* 189. *Chaſſan. conſ* 69. *& alij quos in tract. Ceſſante cauſ. numer.* 174. *refert. Tyraq.* Sunt autem duę. Aut enim conſcientiæ ſuæ teſtimonio vxor de iure decedit, aut affectione, qua tangitur erga poſſeſſorem hæreditatis. Priore caſu manifeſtum eſt & verum, hæredem liberari, veluti ſi vxor intelligebat tantundem vel plus quam ex legato conſequutura erat, hæreditati ſe debere; legatum extortum eſſe; vel marito, cum teſtamentũ conderet, non ſatis rationem mentemve conſtitiſſe. Poſteriore, nihil minus dici poteſt, *vt vel ex verb. text. d. l ſi actionẽ. ſatis apparet:* maximè ſi vxor apertè addiderit ſe ideò hoc legatum remittere; quod à fratribus mariti hæredibus inſtitutis nihil peteret. Quandoquidem eo modo euidenter ſatis liberatio ipſa limitata eſt ad ſuam cauſam. Limitata * 2. autem cauſa limitatum parit effectum, *l. cancellauerat ff. de his, quæ in teſtam. delent. l. cùm ſeruo, ff. de ſtatu homin.* Quæ deciſio confirmatur etiam ex eo, quod in ſimili videmus, diuiſionem factam per ignorantiam cum putatiuo hærede non præiudicare diuidenti, etſi auctoritas iudicis interuenerit, ſaltem beneficio reſtitutionis in integrum, ſicut & † falſam atque erroneam confeſſionem non nocere confitenti, *l ſi poſt. l cum falſa. C. de iur. & fact. ignor. l. cùm putarem ff. famil. erciſcun.* & 3. liberationem errore factum condici. *l.* 1. *& alijs. ff. de condict. ſiue cau.* Cæterum vtra iſtarum cauſarum præſumenda in dubio ſit, ex circumſtantijs & indiciis colligi poſſe cenſeo, alioquin * affectionis cauſa remiſiſſe videri. 4. *l nec adiecit. ff pro ſocio.* Nam ad eum modum ſi quis legauit rectori alicuius ſacræ ædis, affini ſuo, præſumitur legaſſe contemplatione ipſius, non autem Eccleſiæ. *cap. requiſiſti. extrà de teſtam. Authen licentia. C. de ſacroſan. Eccleſ. Alciat. reg.* 4. *præſumpt. cap.* 24. *in princip.* Tum verò inter * conſanguineos & amicos 5. facilius præmitur donatio, quam inter extraneos. *l. liber captus. ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. l. ſi ſeruus communis. de donat. inter virum & vxor. l. Neſennius. ff. de negot. geſt. l.* 1. *& l. alimenta. C. eod. tit.* Contra autem non eſt de facili credendum ex ſecreta, velata, non detecta aliqua aut probata cauſa legatum ab vxore remiſſum eſſe, ne delictum ex nuda præſumptione ei imputemus, *contra l. marito ff. pro ſocio.*

CAP.

CAPVT XLIII.

Vtrùm alter ex coniugibus ſimul teſtatis, ſuam diſpoſitionem reuocare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Coniunx teſtamentum cum cum coninge factũ, pro ſua parte, reuocare poteſt.*
2. *Teſtamentum à duobus factum, ſi alter eorum moriatur, in eius tantùm bonis firmatur.*
3. *Reuocatio teſtamenti qua cautela poſſit impediri.*
4. *Conſentiens alteri facultatem de bonis ſuis diſponendi, peræque ſibi præiudicat, ac ſi conſenſiſſet in contractum.*
5. *Pater an conſentire poſſit filio, vt donet rem ſuam alteri.*
6. *Alienatio quando prohibita inter patrem & filium.*
7. *Contractus an poſſit inferri teſtamento.*
8. *Conſentiri coniunx coniugi non poteſt, vt de omnibus ſuis bonis indiſtinctè diſponat.*
9. *Conſenſus expreſſus quando neceſſarius.*
10. *Retractus ius an competat ei conſanguineo, qui venditioni adfuit, & tacuit.*
11. *Conſenſus expreſſus an requiratur eius, de cuius re alius teſtatur.*
12. *Tacens quando conſentire videatur.*
13. *Vocatus vt conſentiat, aut contradicat, ſi poſtea præſens taceat, an habeatur pro conſentiente?*
14. *Reuocare conſenſum non poteſt coniunx, quo præbuit facultatem coniugi de rebus ſuis teſtandi.*

DEINCEPS de reuocatione teſtamentorum coniugalium exequemur. Vbi primum
1. ſuccurrit videre, poſſitne * alter ex coniugibus communem voluntatem pro ſua parte reuocare? Et cùm iuris poteſtate habeantur duo teſtamenta, duoque teſtatores, *vt ſæpè diximus*, non dubium eſt, quin vtrique libera facultas ſit reuocandi quod diſpoſuit. *Ita decidit Do. Old. de Ponte conſ.* 174. *& cum eo Roderic. Suarez ad l. quoniam in prioribus cap. incipie. Quintò num.* 12. *C. de inoffic. teſtament.* Nihil enim repugnat, quo minus hic omnia iura militent, quæ volunt non poſſe cuiquam auferri liberum ſupremæ teſtationis arbitrium: cuiuſmodi eſt illud percelebre ex l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & illud quod aiunt interpretes, donationem factam in pœnam mutationis teſtamenti non valere, etiam iuratam. *Caſtren. conſi.* 55. *incipien. Dico. & conſil.* 99. *incip. Notandum. Corn. conſi.* 60. *lib.* 2. *Oldrad. conſi.* 160. *Titius condidit. Alexand. lib.* 9. *conſil.* 156. Nam turpe eſt omnino pactum, quo illa teſtandi, teſtamentumue mutandi libertas conſtringitur, *l. ſi fratres, §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig.* & ſi conſiſtamus in finibus vltimæ voluntatis, teſtator non poteſt ſibi legem imponere, ne animi ſui ſententiam vertere integrum habeat. *l. ſi quis in principio teſtamenti, & ibi Bartol. ff. de legat.* 3. Profectò nimis dubium eſt, quòd ſuperſtes poteſt reuocare ex parte ſua: quia alioquin ſi duo teſtentur, & alter moriatur, teſtamentum† in ipſius bonis tantummodò firmari 2.
conſtat, *l. falſa § fin. ff. de condit. & demonſt l. fin. §. filium. ff. de lega.* 2. Qua de re, ſi vſquam in iure noſtro, certè in l. Lucius. §. Caio Seio ff. ad Trebel. luculentum exemplum extat, vbi teſtator inſtituit hæredẽ Caium Seium in ſemiſſe; Titiam in quadrante, & ita cauit: [fidei veſtræ mando, Cai Sei, & Lucia Titia, vti poſt obitum veſtrum reddatis, reſtituatis Titio, & Sempronio ſemiſſem patrimonij, & portionis eius, quam vobis dedi.] Decidit. I. C: quod ſi Caius Seius defunctus eſſet, Lucia Titia hærede inſtituta, hæc Lucia Titia ſtatim teneatur, vt partem dimidiam ſemiſſis ex perſona Seij reſtituat: neque mortem eius expectandam reſpondet: niſi quoad partem ſuam. Cæterùm quoniam frequenter iuſta aliqua cauſa teſtamentorum inter coniuges * reuocationem euerti ſuadet, diſpiciendum eſt, num quomodo huic rei prouideri queat. 3.
Nam ſæpe non de nihilo maritus veretur, ne vxor reuocet ſuum teſtamentum, vt ſi in fauorem communium liberorum factum ſit: quibus vt per ſecundas matrum nuptias multa alia incommoda adferri ſolent, ita etiam hoc accedit, quod matres ſecundorum coniugum blanditiis facilè inducuntur, ut vltimas voluntates cum fauore prolis prioris thori ſcriptas reuocent. Sicut enim multi ſenes iuuenibus vxorculis iuncti, eas non dico deperiunt, ſed prorſus inſaniunt, *deciſ. Capell. Tholoſ. trecenteſima ſexageſima ſexta, in addit. & affatim Neuizan. in ſylua nup. libro ſecundo cap. incip. Amplia primo, num.* 5. ita & multæ mulieres parum conſideratæ, & amoris impotentia cæcæ, bona ſua omnia, imò priorum liberorum vitam poſterioribus maritis addicunt, *l. lex quæ. C. de admin. tut. diximus ſupra cap.* 3. *huius libri.* Conſilium igitur eſt, vt alter perſuadeat alteri, quò in euentum reuocationis teſtamenti, particularia aliqua bona donet iiſdem ſuis liberis, ipſis hoc ſtipulantibus, vel notario, aliaue perſona publica eorum nomine. Nam cùm promittens retineat ſibi alia bona, de quibus liberè teſtari poſſit, ſubſiſtit donatio. *Bald. in l. ſancimus. C. de teſta. Alber. in rub. C de donat. Decius latè conſ.* 293. *& Ioan Dilectus in tract. de arte teſtan. titul. de mut: teſtam. caut.* 2. *num.* 5. *qui & promiſſionem de non adimendis legatis valere ait.* Quoniam verò eſt alterius loci inquirere, quomodo in vniuerſum teſtamenta ſint reuocabilia, quibuſque an hoc cautionibus vtendum ſit: ſuperſedebo illis omnibus huc extra ordinem con-

congerendis, ſi illud vnum addidero, conſultum quoque eſſe ad impediendam reuocationem, vt alter coniugum cum conſenſu alterius, de vtriuſque bonis & eorum parte, ad communium vtilitatem liberorum ſolus teſtetur. Tunc enim* diſpoſitio, licet ſit re-
4. uocabilis ex parte teſtantis, tamen ex parte conſentientis tranſit in contractum, & fit irreuocabilis. *Bart. in l. cùm quis decedens. in princ. ff. de legat.* 3. *Barbat.conſ* 126.*col.*7.*& Bald. in l. ſenium. C. qui teſtamen. facere poſſ.* qui Baldus etſi non loquatur de teſtamento mariti & vxoris, ſed de donatione filij facta cum conſenſu patris, qui voluit conſenſum reuocare: tamen argumenta quibus vtitur, huc adhiberi poſſunt. Similiter & Bartol. non loquitur niſi de conſentiente rem ſuam alium legare, & Barbat. mentionem facit eorum, qui teſtamenti factionem adprobant, & eiuſdem executionem promittunt. Sed eadem, qua illi, in hoc caſu ratione vti poſſumus: quia nimirum ex quo ſemel conſenſus additus eſt, non habet locum contradictio, ſeu recantatio.*l.ſicut.C.de action.& obligat.& ſimil.b.* Qua etiam de re, pluribus verbis *conſ.* 60. *Vt vobis venerabilibus*, differens Præſes Euerardi, concludit conſentientem, vel dantem poteſtatem alicui de rebus ſuis conſtituendi, vel ſupremam voluntatem condendi, præiudicare ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, perinde ac ſi conſentiret in contractum, *l ſicut.* §. *venditionis.ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat. & ibi Bart. Bald.& Salicet,in l cùm aliena.C.de legat* quem textum Bald. ait bonum eſſe, & notandum ad hoc, vt naſcatur ex huiuſmodi conſenſu exceptio contra conſentientem, vel eius hæredem, *quod & idem confirmat ad l.*1. *colum.* 3. *verſicul. Deinde quæro,numquid filius famil. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et rurſum.*ad l.quoties.*1. *C de fideicomm.& ad l ſi tibi.*§. *de pignore. ff. de pact.* reſpondet in ſimili, quòd ſi quis conſenſerit alicui facere teſtamentum de illa re quam alienare prohibitus eſt, ſibi præiudicat, non ſecus atque ſi venditioni conſenſiſſet. Et ideò inquit *ad l.certum col.*8.*vnde legit.* firmam eſſe hanc concluſionem, quod etiam de meo tu potes teſtari me volente. Porrò autem Roderic.Suarez *ad l. quoniam in prioribus cap.inci.* 5 .*ſuperiori.num.*15. *C.de in offi.teſtam.* iſta quidem procul dubio eſſe exiſtimat, ſi is qui conſenſum adhibuit, ſit extraneus, ita vt inter conſentientem & teſtantem cadere poſſet donatio: ſed vbi ille qui conſenſit, eſſet filius aut vxor, quæſtionem dubiam fieri inquit,
5. propterea † quod dum conſentio, vt alius donet rem meam alteri, cenſentur duæ donationes, vna quam conſentiens facit donanti: alia quam ipſe donans facit alteri, *vt probatur in l.in ædibus.* §. *quod ſi filius ff.de don.& in l.* 2.*in princ.ff.eod.tit.*Sed certum eſt,vxorem non poſſe donare marito, nec patrem filio. Vnde Bald. *in d. l. ſenium.* dicit, quod ſi pater conſentiret filio donare cauſa mortis rem propriam ipſius patris, pater poſſet reuocare iſtam donationem, non ſolum viuo filio, ſed etiam mortuo. *Idem tenet ipſe in l.nec fratris. C.de donat.cauſ.mort.*Bartol.quoque *in d.l.*2. expreſsè decidit non valere donationem, qua vxor donat marito etiam confeſtim ab eo receſſura, ſcilicet vt donet maritus alteri. Rodericus tamen ipſe diuerſum ſentit: & reſpondet † alienationem tunc eſſe prohibitam inter patrem & filium, cum res donata eſt remanſuræ, aut reuerſuræ ad eum: ſed ſi eſt ab eo receſſuræ, irreuocabiliter, puta vt donet alteri, valere donationem.*C.de donat.ante nupt.ſi conſentiente.* Et licet Bartol.*in d.l.*2.quoad vxorem,dicat etiam talem donationem non ſubſiſtere: Imola tamen ibi tenet contrarium. Et pro hoc eſt caſus *in l.profectitia,*§.*ſi quis certam ff.de iur dot.*& *in l cum vxor eod. tit.* quod & ſequuntur Moderni *in d.l.*2.reprobantes differentiam, quam Bartol.*in eadem l.*2.§.*ſi verò in princ.& in l.fin. ff.de donat.* facit de viro & vxore ad patrem & filium. Poteſt etiam reſponderi, inquit Roderic. ex eo quod Paulus Caſtren. dicit *in l. mortis cauſa captio.ff.de donat. cauſ. mort.* quòd quando ego conſentio, quod alius donet rem meam Titio, ego videor donare illi Titio, ſi non poteram donare illi donanti, cui ego conſenſi. Argumenta, quæ contra facere videntur, refellit Præſes Euerard. Neque etiam mouere cenſet, quod ex nudo pacto non naſcitur actio, & ſic nec ex conſenſu: quia ex dicto conſenſu poſſidentibus paratur exceptio contra conſentientem, vel eius hæredes: & licet meris legatarij fortè non naſceretur actio, tamē hæredibus teſtatoris bene competit actio mandati contra conſentientem, eiuſque hæredes ad hoc vt rem legatam iuxta voluntatem teſtantis, legatarium habere ſinant & permittant, cùm aliàs teſtator aut teſtatrix, vxor aut maritus veriſimiliter non legaſſet illam rem, niſi verus dominus conſenſiſſet. Ad id verò quod de donatione inter virum & vxorem prohibita dictum eſt, reſpondet, quòd iſte conſenſus non eſt propriè donatio, ſed inducit mandatum diſponendi, ex quo mandato coniugi teſtanti fixè & irreuocabiliter nihil manet: adeoque cùm inde non fiat locupletior, ceſſat ratio prohibitionis, & per conſequens prohibitio ipſa, *cap.cùm ceſſante.de appell. latè Tyraq. in lib. ceſſante cauſa. in ver. Prohibitionis cauſa ceſſante.* Nec eſt inconueniens, quod incapax capiat, vt capaci reſtituat. *l. cum ei qui ff. de legat.*2.*l.cogi,*§. *hi qui ff. ad Trebell.* Et quamuis mandatum expiret regulariter morte mandantis (audacius enim, cùm ita res poſtulet ab exactiſſimis & exploratiſſimis eius viri ſcriptis hæc mutuabor) non tamen propterea deſinet coniunx in vim dicti conſenſus poſt mortem conſentientis poſſe teſtari: quia regula illa locum non habet, quando mandatum eſt explendum poſt mortē alterius, & ibi effectus mandati

mandati confertur poſt mortẽ. *l. ſi verò non remunerandi.§.fin.& l.ſeq.ff mandat.* quia nõ debet aliquid finiri ab eo capite, à quo debet incipere. Eſto etiam quod dictus conſenſus operaretur veram donationem, & talem, ex qua coniunx fieret locupletior, adeoque inter virum & vxorem prohibitam: tamen ſi illa morte alterius confirmetur, proculdubio cenſenda eſſet valida & irreuocabilis. *l. cùm hic ſtatus.§ ait oratio.l.quod autem.§.ſi vir.ff. de donatio. inter virum & vxor.* Eodem modo non obſtat, quòd non valet donatio inter virum & vxorem etiam morte confirmata, niſi interuenerit traditio in vita *l.Papinianus d.tit.* Sufficit enim factam traditionem interuenire, ex eo quod poſſidenti nunc illa bona tribuitur poteſtas diſponendi de iiſdem, quæ ficta traditio, ſecundum eum, tantum operatur, quantum vera. *§.interdum, Inſtitut.de rer. diuiſ.* Quod autem huiuſmodi voluntas non ſit captatoria, abunde à me ſuperius ediſſertum eſt. Verum ſuper hæc à Præſide pertractata opponat quiſpiam, quòd ex iſto conſenſu naſcatur quædam obligatio, & cenſetur quaſi initus quidam † contractus inter conſen-
7. tientem coniugem, & inter teſtantem, & quod teſtamento non poteſt immiſceri contractus, cum id vno eodemque contextu fieri debeat *l.hæredes palàm.§.fin ff. de teſtam. Viglius in § ſed cùm paulatim.n.4.verſic. ego verò. Inſtit.de teſtam.* Reſponderi poteſt, quod vbicunque celebratur contractus ſuper eo, quod ad teſtamentũ pertinet, vt hic, tunc nihil impedit, quò minus poſſit fieri contractus in teſtamento; alias ſecùs. *Barbat. d loco.* quia alter videtur cõſenſiſſe voluntati teſtantis, *l. ex ſententia ff. de teſtamen.milit.in verb.quia promiſiſſet & Rom.in d. l. ſtipulatio hoc modo.* Sed tamen, vt ex his, quæ dicta ſunt, ſatis patet, limitare potes duplici modo hoc axioma. Nam quando
8. eſſet data † poteſtas de omnibus bonis diſponendi in vniuerſum, non procederet, ſicut dicitur de pacto reſeruandæ hæreditatis facto ei, qui alioqui eſſet ſucceſſurus, & donante omnia bona ſua præſentia & futura. *Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc & Doct. in l. fin. C. de pact.* quia quemadmodum ego per me non poſſum mihi auferre liberam teſtamenti factionem, donando omnia bona indiſtinctè, nec me obligare ad immutabilitatem teſtamenti à me facti: ſic nec per eiuſmodi conſenſum poſſum. Altero modo non procedit, ſi expreſsè *
9. cõſenſus nõ ſit adhibitus *pulchrè Iaſon in l.cùm alienam col.3.C.de legat.& in l ſi fundũ ff.de leg. 1.& Alex conſ.20.l.3.* veluti dicitur de creditore, qui ſi adfuit præſens alienationi pignoris factæ per debitorem, & tacuit, quia expreſsè non conſenſit, non cenſetur ius pignoris remiſiſſe. *l.ſicut.§.non videtur.ff.quib mod.pign.vel hypoth.ſolu.vbi I.C.requirit actum aliquẽ in facto conſiſtentem, quò patientia & ſcientia noceat: & eum text. ad hoc ſingularem à Iaſone, & Baldo* *extolli refert Ar.Pinel.ad l.2.C.de reſcind. vendit. part.2.cap.1.n.19.Bart. ad d.§.non videtur.latè Anto.Neguſant.in tract.pignor. 3.memb.6 part. num.*23. Nec obſtat his quod dicitur, conſanguineum præſentem venditioni, & tacentem non poſſe retrahere, *vt voluit gloſſ. in l. cùm proponas.C.de pact.& expreſsè Gulielm.de Cug.in l. 1.§. ſcientiam.per eum text.ff. de tributori. act.* quia huic obiectioni ad plenum reſpondit Tiraq. *de vtroque retract.§.1.gloſſ.9.n.117. verſ. Nec obſtat.* ſc. quod aliud ſit in iure quæſito, cui non cenſetur præſens * renunciare ſi non 10.
contradicat, ſciens ius ſuum vbique durare, vt hic: aliud in iure quærendo, & in ſpe hærente, ſicut eſt ius retractus, quod incipit eo tempore, quo fit venditio, quemadmodum in ſimili vulgo dicitur, quod facilius quis repellitur ab obtinendo, quam ob obtento, *vt not.Doct.in d.§.ſcientiam.& Capol.conſil.57 col. 2.verſ. Et licet ſtatutum.* Imò ipſe Tiraq. *inferius num.*146. expreſſim tenet contrarium in materia retractus, eiuſque ius conſanguineo venditioni aſſiſtenti & tacenti addicit ſine omni hæſitatione. Scio latè tractari hanc quæſtionem, an requiratur expreſſus † conſenſus 11.
eius præſentis & tacentis, de cuius re alius teſtatur? de qua extant contentiones Doct. *in d.l ſi fundum ff.de lega.1.* Sed tamen hæc eſt tutior, certior, & probabilior opinio, quæ expreſſum requirit conſenſum, aut certè aliud aliquid ſcientiæ & præſentiæ coniugis accedens, quod ſufficienter arguat conſenſum, veluti ſi laudet factũ, ſi ſcribat teſtamentum: ſi commendet, ſiue quid ſimile interueniat, *ſecundum Tiraq. hoc latè in compari ſpecie explicantem d loco.à num.* 151. *vſq; ad n.* 159. Cui non repugnat quod præſens & † tacens ſubinde conſentire videatur, *vt eſt reg. Qui tacet de* 12.
reg.iur.in 6. Nam hoc non procedit quando agitur de graui præiudicio: tunc enim præſens & tacens videtur diſſentire. *Iaſon numer.* 104. *& alij in l.qua dotis ff.ſolut. matrim. per textũ in l.penult.ff.de furt. & gloſſ. in l.2.C. de adquir. poſſeſſ.* & eo caſu neceſſarius eſt expreſſus conſenſus, *vt dicit benè notandum eſſe Abbas in cap.in cauſis.2.col.de elect.* Videat tamen vxor à marito vocata, vt ſi ei facultatem de ſuis bonis teſtandi præbere & conſentire nolit, expreſsè neget: quia ſecundum Felinum *in cap. nonne, de præſumpt. col. penul. in* 18. *verſ. incip. fallit ſeptimò.* vbicumque * aliquis vocatur, vt con- 13.
ſentiat, aut contradicat, ſi poſteà præſens eſt & tacens, habetur pro conſentiente. *Innocent. in cap.veſtra.extrà de locat. Freder. de Senis conſ.* 1. Quæ tamen Felini deciſio redigenda eſt ad limites rationis, vt videamus, anne vxor præſens tacenſque, æquitate ſuadente iuuari debeat? Nam liquet in ſimili, quod licet ratione conſanguinitatis tacens aliquando habeatur pro conſentiente, etiam in præiudicialibus, *l.ſi ſeruus communis. C.de donat. inter virum & vxor. & videtur poni caſus in d. cap. nonne. & notat.*

notat. Bart. ad l. inter omnes. §. recte ff. de furt. tamen quotieſcumque ea eſt ſanguinis coniunctio, qua alter alterum naturæ inſtinctu reueretur, tunc ex metu reuerentiali verius eſt præſumi diſſenſum: ſiue fortaſſis maritus ſit moroſus, durus, & metuendus, præſumitur diſſenſus, aut ſaltem non præſumetur conſenſus alias ex præſentia & taciturnitate reſultans, *l. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. act. non dat & Iaſon latè in d. l. quæ dotis num. 96. verſic ſecundus caſus eſt. & Felin. in d. cap. nonne, num. 15. col. pen verſ. fallit tertiò.* Iſtis autem limitationibus
4. ſubmotis, concludo, coniugem* conſentientem coniugi, vt de re ſua teſtetur, non poſſe reuocare conſenſum, *text. in l. cum pater, §. libertis ff. de lega. 2. l. quoties ab omnibus. & ibi Bal. in vlt not. & Angel C de fideicommiſ. Roma. n. 31. Imola & alij in d l. quæ dotis. Bald. conſ. 319. lib. 4 Cuman. conſi. 23. Fulgoſ. conſ. 217 incip. Domina Simona. Alex. conſ 184. lib 2. & omnium fuſiſſimè Andr. Tiraq in lib. de vir retract §. 1. gloſſ. 9. num. 135. cum multis ſequentibus.* Et de eo, qui conſentit alicui, vt de re ſua teſtetur, habes duos tex. ſingul. ac vnicos, *in d. l. ſicut §. venditionis. & in cap. 1. in princip. de prohib. feudi alienat per Feder.* & quod conſenſus reuocari non poſſit, decidit Iaſon. *in d. l. ſi fundum num. 45.* quia ex aſcenſione vnius ius teſtandi alteri eſt quæſitum.

CAPVT XLIV.

Si alter coniugum reuocet inſtitutionem, vtrum etiam altera cenſebitur eſſe reuocata?

SVMMARIA.

1. *Inſtitutio mutua quæ ex cauſa videatur fieri.*
2. *Præſumitur quilibet eligere viam ſibi tutiorem.*
3. *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
4. *Clauſula,* rebus ſic ſtantibus, *aduerſus apertam vim uerborum non ſolet intelligi.*
5. *Cauſa inſtitutionis ceſſante, ceſſat & inſtitutio.*
6. *Nullum quod eſt, an ſit in conſideratione.*
7. *Voluntas quando præſumatur mutata.*

1. GRATVITAS eſſe debere* inſtitutiones & ex mera affectione, non cupiditate lucri, aut alterius ſucceſſionis proficiſci, patet *ex l. illa autem & ibi gloſſ. ff. de hæred. inſtit.* Nam contra officium facit, qui id appetit, vt beneficium pro beneficio fœneretur. Præcipuè autem veriſimile eſt, inter coniuges propter affectionem fieri inſtitutiones, non propter præmium mutuæ nuncupationis. Vnde Alciatus *ad l. licet. num. 6. C de pact.* reſpondet, ſi alterum coniugum ſimul teſtatorum pœniteat, iſque reuocet inſtitutionem, non videri alteram eſſe reuocatam. Certè illa præſumptio affectionis non exigue videtur confirmari hac ratione, quod quolibet intelligatur * elegiſſe viam, per quam iudicia ſua non 2.
ſubuertantur, *lib. 3. ff. de teſtament. milit.* & per quam actus potiùs valeat, quam pereat, *l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verb. obligation.* quemadmodū dicimus in ſimili, quod quando in aliqua diſpoſitione ſint expreſſæ duæ qualitates, & ſecundum alteram diſpoſitio eſſet inefficax, debet regulari ſecundum alteram, *cap. niſi eſſent & ibi Abbas in 1. colum. de præben.* fortè probabiliter etiam dicas, quod * præ- 3.
ſumitur quis durare in ea voluntate, in qua fuit, *l. cùm hic ſtatus. ff de donat. inter vir. & vxor. cap. maiores, de baptiſm.* etiam ſi lapſum ſit longum tempus, *Iaſon in l ſancimus, per illum textū in 3. notab. C. de teſtament.* & , vt ait Vlpianus, is qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debet, *l. eum qui ff. de probatio.* Et ideò ſi non obſtante eo, quod ab altero inſtitutus non eſt, alter perſeueret in ſuo propoſito, neque mutet teſtamentum, videtur re ipſa indicare, ſe ſola affectione non ſpe præmij, & mutuæ inſtitutionis motum fuiſſe: cùm etiam ſi id ignorat, lex præſumat idcirco fuiſſe factum, *vt dictum eſt.* Tum quoque non probabiliter quiſquam allegaret, non exiſtimaſſe alterum fore vt alter pœnitentia duceretur, *argum. l. cùm donationis, C. de tranſact.* cum eiuſmodi voluntates ambulatoriæ ſint, *l. 4. ff. de adimen. legat.* debeatque vnuſquiſque id præuidere. Ac quamuis Alexand. *ad d. l. cùm donationis.* contrarium voluiſſe videatur, propterea quod in teſtamento vnius præſumitur tacitè eſſe hæc clauſula [rebus ſic ſtantibus] *l. ſi certum ff. de cond. ob cau.* Alciat tamen *ibidem num. 12.* in ſuæ opinionis aſſertionem ad hoc reſpondet, quod cum purè relinquit, aut inſtituit, capienda potius eſt præſumptio ex affectione inſtitutionem proceſſiſſe, quam vt conditionem impleat, *l nec adiecit. ff. pro ſocio.* maximè cùm in alterius damnum non ſolet ea * clauſula aduerſus apertam vim verborum intelligi, *l. Lucius. ff. de euictio.* alio- 4.
qui hæc ratio, captatoriarum inſtitutionum prohibitionem ſuperuacuam magna ex parte oſtenderet. Porrò *ad d. l. licet. num. 8.* aliud eſſe ait, cùm non de inſtitutione quæritur, ſed de pacto: vt ſi duo conueniunt, quod alter alterum inſtitueret, & ideò iam ex vnius parte fuerit adimpletum: nam ſi alter non inſtituerit, videtur altera inſtitutio extingui, hic enim eſt manifeſta captio, & nec à principio quidem mutua adfectio adfuit. *Oldrad. conſil. 164. Angel. & Doct. ad d. l. illa.* deficitque inſtituentis voluntas, quæ ſola conſideratur: & in his verum eſt, quod in contractibus cenſetur eſſe perpetua hæc conditio, niſi aliud culpa alterius acciderit, *l. quæro, in fin. ff. loca l. cùm proponas. in fin. & ibi Bald. C. de naut. fœn. l. cùm proponas. & ibi Alciat. numer. 1. C. de pact.* habenturque duo iſti correſpectiui contractus pro vno, ſic vt vno non obſeruato, alter quoque ob-

obſeruari non debeat: *de quo latè Tiraq. de vtroque retract. tit. de retractu conuention.* §. 2. *gloſſ.* 1. *&* §. 30. *n.* 33. *cum ſeq.* Et rurſum regulare eſt,
5. quòd * inſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa inſtitutio, vel ſubſtitutio, *l. ſi ita quis ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. l. vlt. C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. penult. C. de impub. & alior. ſubſtit. prolixè Gratus conſil.* 124. *incipien. cùm hæc cauſa col.* 2. *verſicul nec poteſt etiam, l.* 1. *Decius conſ.* 166. *Fulgo. conſ.* 23. *incip. Engelbertus. Signor. conſil.* 254. *incip. ex viſione ſcripturarũ. col.* 1. *& Tyraq. in lib. ceſſante cauſa, n.* 116. Nec obſtat, quòd illa pa-
6. ctio inſpicienda non videatur, quæ * nulla eſt, *l. ex eo. C. de inutil. ſtipulat.* quia cum ſequuta ſit ex vnius parte executio, conſtat eam, tametſi nullam, neglectam non fuiſſe, ſed ex teſtatoris mente pro efficaci habitam, *l. fin. ff. de reb. eor.* Cæterũ hæc Alciati ſententia ſi non ſubuerti, certè tentari pluribus à me poſſet, ſi exiſtimarem noſtri eſſe inſtituti, ea de re hoc loco altam diſputationem ingredi, de qua varijs hinc inde ſententijs Doct. velitantur, *ad d. l. cùm proponas ad d. l. licet. & ad d. l. cùm donationis. Roderic. amplè etiam hæc pertractat. ad l. quoniam in prioribus cap. incip. quint. ſuperiori. C. de inoffi. teſtament.* quæ omnia ab his, quibus magis otiũ eſt, facilè videri poſſunt. Nihilominus ſi appareret euidenter cauſam finalem inſtitutionis ceſſare, cenſeam & ipſam quoque inſtitutionem extingui, *per d. reg.* & quia voluntatis teſtatoris
7. cauſa ceſſante, ſimiliter ceſſat * voluntas & eius diſpoſitio, *Bald ad lib.* 1 *ff de offic. eius cui mand. eſt iuris dict.* quomodo legata & fideicommiſſa cenſentur adempta ob graues inimicitias ſuperuenientes, ſcilicet ob præſumptam mutationem voluntatis teſtatoris, licet teſtamentum non mutauerit, *l.* 1. §. *vlt. ff. de adimen. lega. l inimicitiæ. ff. de his quib. vt indign. Tyraq. iam citato loco, num.* 241. Quo pacto intelligi poteſt, quod Alciat. *reg.* 2. *præſumptio cap.* 16. dicit regulam iſtam, quòd non præſumitur teſtator mutaſſe voluntatem, locum habere rebus ſic ſtantibus, maximè quando res incidit in caſum quo veriſimile ſit teſtantem aliter diſpoſiturum fuiſſe: qua de re plura ex eo per limitationes, & diſtinctiones cognoſcere poteris.

CAP. XLV.

An ſi mulier teſtata fuerit, & poſt conditum teſtamentũ nubat, non liberos producat, ideo reuocaſſe teſtamentũ cenſeatur.

SVMMARIA.

1. *Pœnitentia ſola an teſtamentum reuocet. & num.* 9.
2. *Sequentia præcedentibus interpretationem dant.*
2. *Habilem aliquem ad teſtandum eſſe ſufficit, quo tempore condit teſtamentum.*
4. *Mulier ſi antequàm nuberet, teſtamentum aliorum commodo fecit, marito nihilominùs ius ſuum ſeruatur.*
5. *Nubens an patiatur capitis diminutionem.*
6. *Legatæ rei alienatio inducit præſumptionem legati reuocati.*
7. *Clauſula,* rebus ſic ſtantibus, *cenſetur omni diſpoſitioni ineſſe.*
8. *Teſtamentum perfectum poſteriore teſtamento reuocatur, ſi eo poſteriori hæredes ſcripti ſint illi quibus ab inteſtato debebatur ſucceſſio.*
9. *Statuto, aut conſuetudini vxor ſeſe conformare videtur.*
10. *Partim teſtatus, partim inteſtatus, an quis decedere poßit, & num.* 13.
11. *Reuocato teſtamento, legata an reuocata videantur.*
12. *Hæredi, aut legatario ab ea ſcripto, quæ poſt conditum teſtamentum nupſit, an ius aliquod competat.*
13. *Maritus an ſit hæres mobiliaris vxoris.*
14. *Vxor reuocare poteſt donationem, à marito, ſe inſcia, immediatè ante nuptias prioris thori liberis factam.*

SVPERIORIBVS his annis, de non ineleganti facti ſpecie conſultum me fuiſſe memini: ea erat talis. Mulier quædam ægra, teſtamento condito, certis perſonis extraneis mobilia, agnatis autem immobilium omnium vſumfructum legauit. Poſtmodum valetudine recepta nupſit, & nullos ex eo matrimonio liberos ſuſcepit. Ea mortua legatarij mobilia, & proximiores immobilium vſumfructum ex teſtamento petunt. Negat maritus: ac iure municipali ſibi omnia iſta deberi aſſerit. Pro hæredibus, atque legatarijs ſe offert text. *in* §. *ex eo autem, Inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm.* ſatis oſtendens, quòd etiam ſi vxorem prioris voluntatis * pœnituiſſe con- 1.
ſtaret, quod non præſumitur, niſi probetur, *l. eum qui ff. de probat.* tamen ex ſola pœnitentia non reuocatur teſtamentum: vſque, adeò vt & ſi quis poſt factũ prius teſtamentũ, poſterius facere cœperit, & aut morte præuentus, aut pœnitudine ductus, id non perfecerit, priores tabulæ iure factæ viribus prorſus ſubſiſtere debeant. Secundò vrget, quòd dicta teſtatrix potuit, ſi voluiſſet, tanto tempore poſt dictum teſtamentum, aliter diſponere: & quia non reuocauit, videtur in eo perſtitiſſe, atque re ipſa palam teſtificata eſſe, quòd ab initio teſtamenti eo animo ſemper fuit, vt licet poſtea nuberet, vellet nihilominùs illud valere, *arg. l.* 3. *C. de inoffic. teſtam. Panormit. conſil.* 18. *n* 2. *l.* 1. Nam & ſæpè * ex ſequentibus 2.
notum fit, qualis in præcedentibus animus fuit. *l. ſi ſeruus. ff. de legat.* 1. & hoc argumento ad reuocationem donationis, *ex l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. ibi, ad verb. donatione largitus, num.* 205. vtitur Tiraquell. & non iniuria

competeret in maritum illud frequens: Quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? Tertiò conſtat, vxorem iſtam tempore † conditi
3. teſtamenti plenam & liberrimam habuiſſe de rebus ſuis componendi facultatem. hinc non videtur inſpiciendum eſſe, ſi poſtmodum nupta non potuiſſet in viri præiudicium teſtari; quia vt teſtamentum aliquod iure validum ſit, nihil opus eſt teſtamenti factionem penes teſtatorem eſſe tempore mortis, ſed ſufficit fuiſſe tempore teſtamenti facti, *l. 2. ff. de teſtamen. & ibi Doct. & in l. 1. §. ſi quis autem teſtamentum fecerit: ff. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tab.* præterquam ſi eam poteſtatem proprio facto, aut delicto amiſiſſet, *l. qui ex liberis. §. qui ex teſtamento, eodem tit. Nicol. Euerar. conſ.* 70. *incip. aliàs poſt.* Quibus rationibus etſi non facilis neque expedita eſſe videatur huius nodi diſſolutio, malim tamen in † mariti partes
4. concedere: & pro eius intentione ſuſtinenda hæc adferri poſſunt. Primò, quòd inter eos modos, quibus teſtamenta infirmantur, recenſetur capitis diminutio, etiam minima, *§. alio quoque modo §. non tamen, in fine, Inſtitut. quib. modis teſtamen. infirmen.* Minima autem capitis diminutio cùm aliud nihil ſit, quam ſtatus hominis mutatio retenta ciuitate & libertate, quod tunc accidit, quandocunque is, qui ſui iuris fuerat, alieno ſubijci incipit, *§. minima capitis diminutio, Inſtit. de cap. diminut.* omnino videtur ea, quæ viro per matrimonium ſe iungit, † capitis, ſtatuſque ſui di-
5. minutionem eſſe paſſa; vtpote quæ cùm libera eſſet, in manum ac poteſtatem viri venit, ſi non iure ſcripto, quo in poteſtate patris manet, *l. 1. & 2. ff de libe. agnoſcen. l. 2. l. quoties ff ſolut. matrim.* ſaltem conſuetudine quadam generali, *Ioan. Fab. ad §. 1. Inſtitut. de S. C. Tertyll. & in §. 2. Inſtitut. quod cum eo atque in l. 1. C. de bon. matern. Manſuer. in ſua praxi, tit de m.n. §. item filia vxorata & in tit. de poſſeſſ. §. itē maritus.* Secundò, ſi mulier illa omnia ſua bona marito in dotem dedit, id quod facere præſumitur, cùm ſimpliciter bona ſua in dotem dat, *vt notant Doct. ad l. mulier bon. ff. de iur. dot.* videtur tacite teſtamentum per hoc reuocaſſe, quod ſufficit; ſicut dicimus, quod
6. teſtator † alienando rem legatam, præſumitur eo ſolo legatum reuocaſſe, *l. rem legatam, cum alijs ſimilib ff. de adimen. vel transfert. legat. etſi contrarium expreſſè deciderit Iaſon ad l. 2. C. de teſtam. per illum text.* (*qui tamen hoc probat*) *& eum ſequutus Aymo Crauet. conſ.* 154. *num.* 11.
7. Tertiò omnis † diſpoſitio hanc tacitam conditionem continet, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, *cap.* 3. *text. de iureiur.* proinde cùm ſtatus vxoris iam mutatus ſit, tacitè teſtamentum reuocatum fuiſſe videtur. De quo minus ambigi poſſet in ijs locis, vbi vxor ſine conſenſu mariti teſtari prohibetur, propter vulgatam illam regulam, quod quæ in eum caſum peruenerunt, à quo incipere non poterat, pro non ſcriptis habentur, *l. ſi in metall. ff. de his quæ pro non ſcript. habent.* maximè ſi inde ſequeretur abſurdum, aut iniquum, *vt latius explicui in cap factum legitimè, de reg. iur. in 6.* ſicut hic, vbi in præiudicium iuris, quod ex conſuetudine loci marito quæſitum eſt, prius illud teſtamentum viribus labio portet, ne alioquin dolo vxoris nec opinans, & innocens maritus circumueniatur. Nam &
† perfectum teſtamentum eſt, prius poſteriore teſtamento reuocari non manifeſtum eſt, ſi 8.
in eo poſteriore tales hæredes ſcripti ſint, quos lex, conſuetudo, aut mos patriæ, vel ſtatutum ab inteſtato ad ſucceſſionem vocat, *l. 2. ff. de iniuſto, rup. & irrito fac. teſtamen. Iaſon & alij ad l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto. C. de teſtam.* Quartò cùm ſtatutum, aut conſuetudo patriæ viro liberam adminiſtrationē bonorum vxoris deferat, immo dominium ſubinde rerum mobilium, & rerum immobiliū vſumfructū, ea defuncta, tribuat: vxor contrahens
cum marito, videtur ſe illi * conſuetudini aut 9.
ſtatuto conformare voluiſſe, *iuxta not. per Alexan. & Ripam ad l. hæredes mei. § cùm ita ff. ad S. C. Trebell.* id quod verùm non eſſet, ſi teſtamentum prius conditum in ſuo vigore permaneret. Huic accedit, quòd dominium rerum, de quibus vxor antea teſtamento ſtatuit, adhuc penes illam manſit, neque ante eius obitum ad hæredem vel legatarium tranſire poterat, *l à Titio ff. de furt.* Itaque ſicut lex ſine traditione alia, & ſine facto hominis dominium ſubinde transfert. *Alciat. Iaſon & alij ad l. traditionib. C. de pact.* ita quoque & conſuetudo, aut ſtatutum loci, marito earum rerū vxoris dominium, adminiſtrationem, ac vſumfructum reſpectiuè addixiſſe, & in eum, mutato prædicti teſtamenti effectu, tranſtuliſſe dici poteſt. Denique & in hanc ſententiam aduocare potes Bartol. *conſil.* 87. *incip. quidam condidit. l. 2.* vbi reſpondet, teſtamentum eius, qui eo tempore, quo illud condidit, vxorem & liberos non habebat propter vxorem & liberos ſuperuenientes videri tacitè eſſe reuocatum. Et reſpondendo ad argumenta ex aduerſo propoſita, fatendum quidem eſt, non reuocari teſtamentum prius conditum & perfectum pœnitentia ſola, ſed accedere debere aliam diſpoſitionem poſteriorem. *d. §. ex eo. Bald. ad l. iure. ff. de lega.* 3. Atqui in propoſita facti ſpecie lex, aut conſuetudo irritum facit, ſeu reſcindit teſtamentum, ſine facto vxoris teſtantis, ſaltem ne damnum accipiat maritus ignorans, & bona fide verſatus. *d. §. alio quoque.* Nam prouiſio & diſpoſitio ſtatuti vel conſuetudinis ſuper reuocatione teſtamenti, tacita vel expreſſa, ſubmouet aliam diſpoſitionem reuocatoriam legis ſcriptæ, eiuſque neceſſitatem, cum ipſa lege potior ſit, *l. de quib ff. de teſtib.* Neque obſtat etiam, quod donatio bonorum ab aliquo facta alteri non reuocatur per ſubſequens matrimonium, niſi

ex

ex eo matrimonio liberi naſcantur, *l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat.* Nam donatio ſimplex inter viuos eſt natura ſua irreuocabilis, *l. perfecta C. de donat.* teſtamentum verò reuocabile, vt ante mortem teſtantis nulli ius tribuat. Nihilo magis in conſiderationem venit, quòd nullam mulier Prioris teſtamenti mentionem fecerit: quoniam contrahendo matrimonium cum viro, videtur ſuper bonis ſuis, quorum liberam diſpoſitionem habebat, itidem tacitè contraxiſſe, vt de teſtamento quodam alio vxoris loquens, *d. conſ.* 18. *num.* 3. oſtendit Panormitanus.

Patet igitur ex his, teſtamentum illud vxoris, quod ad maritum attinet, reuocatum cenſeri: forte etiam, ſi perpenſo iudicio eaſdem rationes explores, euincere poſſis, & hæredis inſtituti, ac legatariorum reſpectu non ſubſiſtere, qui ad res, in quibus pro more loci nihil iuris marito competit, poſt eius & vxoris mortem iſtiuſmodi teſtamento vocantur.
10. Idque eò magis, quòd nemo pro † parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt, *l. ius noſtrum. ff. de reg. iur.* & quod teſtamentum aut omninò validum, aut omninò inualidum eſſe debet, quaſi iſtarum rerum naturalis quædam inter ſe pugna ſit, & colluctatio, *d. l. ius l. hæres inſtituta. C. de impub. & alior. ſubſtitutio. Nicol. Bellon. conſi.* 14. *num.* 4. Quæ res tamen ſcrupulo non caret, propterea quòd licet †
11. natiuitate liberorum ſuperueniente teſtamentum reuocetur, legata tamen eo relicta non reuocantur, maximè ſi clauſula codicillalis ei adiecta ſit, *vt notat Stephan. Bertran: conſil.* 83. *incipien. viſis tribus lib.* 2. *glo. ad l. generaliter. §. ex teſtamento, in verb. conſtat. ff. fideicommiſ. libertat. & in l. ſi pater. §. aut fideicommiſſa. eod. tit. Bald. & Salicet. ad l.* 1. *C. de poſthum. hæred. inſtituend.* hoc tamen alij conſtanter negant, adfirmantes etiam legata perire, *Cardin. conſ.* 20. *in* 2. *dub. Socin. conſ.* 93. *incipien. teſtamentum. lib.* 4. Alij inter legata magna & parua diſcrimen ſtatuunt, vt hæc maneant, iſta intereant. *Bald. in l. Titius. ff. de lib. & poſthum.* quemadmodum latè pugnantes iſtas diuerſorum opiniones recenſens teſtatur Tyraquel. *ad l. ſi vnquam, ad verb. donatione largitus. num* 205. *cum multis ſeqq.* Cæterum eſto, ſtricti iuris rigore neque hæredem inſtitutum, neque legatarium
12. ex huiuſmodi teſtamento quidquam † commodi metiri poſſe: quia tamen reuocatio iſtius teſtamenti non inducitur à conſuetudine, aut ſtatuto, niſi propter maritum ſolum, certò æquitas & benigna ratio ſuadet: iiſdem vt hæredibus & legatariis, quatenus abſque mariti damno id eſſe poſſit, ſuccurratur. Neque verò idcirco rectè dixeris illam partim teſtatam, partim inteſtatam decedere: ſed ſicut propter legatæ rei alienationem poſt conditum teſtamentum factam, legatum ipſum ex tacitè mutata voluntate teſtatoris per legem eximitur, *d. l. rem legatam.* ita quoque ex teſtamento iſto dumtaxat tollitur ius marito in bonis vxoris competens, auctoritate conſuetudinis, cui illa ſe conformare voluiſſe præſumitur, vt dictum eſt, muliere nihilominus non ab inteſtato, ſed cum teſtamento decedente. Vel ſi vrgere pergas, quòd imò †
partim teſtata, partim inteſtata decedet, ideo 13.
quod maritus titulo hæreditario in rebus mobilibus ab inteſtato vxori ſuccedit, & propterea hæres mobiliaris vxoris vbique appellatur, atque eo nomine conuenitur: ſubtiliter reſponderi poſſet, quod licet vulgo hæres mobiliaris dicatur, hoc non ex iuſta aliqua ratione, ſed errore ſeu abuſu contingit; quandoquidem maritus ius ſuum non metitur ex ſucceſſione vxoris, ſed ex conſuetudine aut ſtatuto, lucrum illud cum onere ſoluendi æs alienum ei deferente, *Bald. ad l.* 1. *C. de bon. matern.* Propter quod onus non rectè illi attribui nomen hæredis, ex eo apparet, quod quicumque acceptat quocumque titulo lucratiuo mobilia defuncti coniugis, ad ſolutionem debitorum compelli poteſt. *Franciſ. Mignon ad conſuetud. Andega. artic.* 235. 236. *&* 237. *par.* 7. Aut ſi ſuperſtes poſſet dici hæres mobiliaris (*quod cenſuit Pet. Rau. ad conſuetud. Picto. tit. de communautè des biens, art.* 199.) tamen regula illa, quod nemo poteſt ex parte decedere teſtatus, non habet locum, quando quis non poteſt alicui totum relinquere, ſed partem; ſicut hic vxor maritata non poteſt ad vtilitatem aliorum teſtari de omnibus ſuis bonis inuito coniuge, ſed de ea parte tantum in qua nullum ius ei acquiſitum eſt, *Bart. in l.* 1. *per illum text. C. de ſecund. nupt. & in l. ſi is qui. ff. de vulgari & pupilla. ſubſtitut. & ibi Alex. notat Decius ad d. l. ius noſtrum numer.* 11. *quem vide.* Et ſicut ſtatutum aut conſuetudo efficere poteſt, vt quis pro parte decedat teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt not. Soc. reg.* 400. *incip. teſtat. Bal. ad l.* 1. *C. de ſum. Trin. Cagn. ad d. l. ius in* 2. *limi.* ita quoque vis ſtatuti aut conſuetudinis tanta eſt, ut teſtamentum uxoris pro vna parte, & ratione aliquorum valeat, & non valeat; vt videre eſt in imperfecto teſtamento patris inter liberos, *d. l. hac conſultiſſim. §. ex imperfecto.* Et hoc eſt, quod *conſ. ſuo* 46. Bello. reſpondet, teſtamentum, quod diuerſi generis legata habet, poſſe pro parte adprobari, & pro parte improbari, *ſecundum iura ibidem ab eo allegata.*

Non omitto reſponſum Nicolai Euerar. *ex conſil.* 208. *incip. caſus talis eſt*, qui addit ſuper hæc, quod etiam † vxor poſterior poteſt 14.
reuocare donationem, quam maritus, clam ipſa, prioris thori liberis fecerat, immediatè ante contractum matrimonium, ſi per hoc grauiter lædatur, & quod competit tali vxori actio ad reuocandum talem donationem factam, inſtar futuri creditoris, cui etiam ſicut creditori præſenti datur talis actio reuocatoria *Ioan. Fab. Aug. Iaſon ad §. item ſi quis in fraudē Inſtit.*

Inſtit.de action.Bald.ad Rub.C.de reuocan. his quæ in fraud. credit. adeo quidem, vt libertates in fraudem futurorum creditorum teſtamento datæ euertantur, *l. in fraudem creditorum teſtament.l.ſed & ſi maritus,in fin.ff.qui & à qu b.* Adiicit quoque ibidem, quod donatio cauſa mortis facta à marito prioribus liberis, non debet ſortiri vllum effectum in detrimentum vxoris hoc ignorantis: quia ea donatio tempore contracti iterum matrimonij, fuit adhuc imperfecta, nec nouiſſimam confirmationem acceperat, quæ eſt mors donantis, *l ſi aliquis.ff. de donation.cau mort.l.non omnis.ff.ſi cert.pet.* id quod ad propoſitæ quæſtionis deciſionem proximè accedit.

CAPVT XLVI.

De teſtamento coniugis, quod in domo eius ruptum inuenitur.

SVMMARIA.

1. *Cancellatum, ruptumúe teſtamentum in domo coniugis inuentum,reuocatum à coniuge cenſetur.*
2. *Chirographum cancellatum, vel ruptum quando habeatur pro nullo.*
3. *Nuncupatiuum teſtamentum, cuius exemplum à teſtatore laceratum, cancellatumúe reperitur, reuocatum an videatur.*

1\. CVM * teſtamentum coniugis ruptum, laceratum, ſeu cancellatum in domo eius repertum eſſet: quærebatur an ad excludendum ſuperſtitem eo teſtamento hæredem ſcriptum, res illa ſufficeret? Et placet Ioan. Fabri. *in §. ex eo autem, num. 2. Inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm.* ſententia, exiſtimantis quod in ambiguo à teſtatore ipſo id factum fuiſſe preſumitur, qui aut propter nimiam occultamque coniugis importunitatem, aut aliam aliquam ob cauſam, hanc reuocatæ inſtitutionis ſignificationem relinquere voluit. Dico, ſi in eius domo ruptum, cancellatumq́ue inueniatur: nam alibi foris inuentum, reuocationem non contineret. *Doct. ad l. proximè & l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtament. delent. gloſ. & Doct. ad cap. dilecti filij, & appell.* Quod autem de teſtamento, idem de * chirographo rupto, aut cancellato dici ſolet, *l. ſi chirographum. ff. de probat. l. poſtquam. ibi Doct. ff de pac.* Et huius opinionis propterea aſſertores habes Bart. Iaſonem, & Alexand. *ad l. ſi vnus. C de teſtamen.* cum Pet. Anchara. *eleganti conſi.* 337. qui omnes vno ore diffiniunt, ex eiuſmodi teſtamento inuento mutationem voluntatis certo colligi, duobus tamen caſibus exceptis, fauore legati libertatis ſeu ad pias cauſas, & quoties teſtamentum eſſet penes aliquem tertium; vt diximus, & refert Ioan. Bernar. Diaz. de Luco, reg. 731. quem adi. Cæterùm ex ſententia Iulij Clari *in tract. de teſtament. quæſt.* 38. certiùs hæc procedunt in teſtamento in ſcriptis condito, quo de perdito nuſquam aliud ſimile extat, nec facilè aliunde quid continuerit, probari poſſet. Nam ſi* teſtamenti nuncupatiui, cuius archetypum & originale in protocollo notarij eſt, exemplum tantummodo habuerit maritus, idque laceratum, inductum, cancellatum reperiatur in eius domo: ſanè quoniam ipſum archetypum adhuc integrum in libro notarij reliquit, vnde potiſſimum illius probatio peti ſolet, non tam facile mutatio voluntatis præſumitur. 3.

CAP. XLVII.

Quibus modis coniux priuetur commodo teſtamenti coniugis?

SVMMARIA.

1. *Luctus religionem non præſtans vxor, olim commodo teſtamenti coniugis excidebat.*
2. *Coniux liberos ex priore coniuge habens, ſi nupſiſſet, ius omne teſtamento defuncti ſibi quæſitum, excepto vſufructu, amittebat.*
3. *Luctus neglecti pœnæ hodie an ſublata.*
4. *Occidens coniugem, à teſtamento eiuſdem omnimodo arcetur.*
5. *Medicum imperitum coniux coniugi infirmo ſi adhibuerit, aut quid ſimile fecerit, teſtamenti ab eo conditi iure excidit.*
6. *Diuortium an legati vim diſſoluat.*
7. *Subſtituta filio vxor, quomodo eius hæreditate priuetur.*
8. *Mortem mariti non vindicans vxor, eius hæreditatem amittit.*
9. *Vxor non exequens voluntatem mariti, à commodo teſtamenti an appellatur.*
10. *Filius, ſi legata ſub pœna priuationis hæreditatis præſtare iuſſus, ante mortem non paruerit, priuatus eſt.*

INter eas cauſas, ob quas vxor commodo hæreditatis, aut legati à marito prius mortuo relicti excidit, vna iure antiquo fuit, ſi * luctus religionem ei non præſtitiſſet. Nam 1. ſi intra annum ad lugendum maritum præfixum alteri viro nupſerat, omnium legatorum, hæreditatum, fideicommiſſorum ſuprema voluntate ſibi tributorum, mortis quoque cauſa donationum compendio exuebatur, & ne vſumfructum quidem iſtorum habebat, hæredibus vel cohæredibus, aliíſue ab inteſtato omnia vendicantibus. Idq́ue etiam ſi maritus criminis alicuius damnatus fuiſſet, obtinebat, *l ſi liberorum & ibi Caſtr. ff. de his qui notan. infam.* Inſuper ipſa vxor probroſis inuſta notis, honeſtæ, generoſæq́ue perſonæ decore ac iure ſpoliata, infamis reputabatur, *l. 1. C.*

l.1.C.ſi ſecund.nup.mulier.l.1. & 2.C. de ſecund. nupt. niſi huiuſmodi maculam imperiale beneficium ei deleuiſſet.*l.ſi qua.C.ad S. C. Tertyl.* Porro & poſt tempus luctus puniri ſolet, quæ-
2. cumque ſuſcepis † priore matrimonio liberis, ad ſecundas tranſibiat nuptias, nam quicquid ex facultatibus priori mariti perceperat, quicquid vel teſtamento iure directo, vel fideicommiſſi) ſeu legati titulo ſuerat adſequuta, id totum ad liberos, quos ex eo præcedenti coniugio habuit, tranſmittebat, vel ſaltem ad quemlibet ex filijs, in quem libertalitatis ſuæ iudicium merito dirigendum crederet,ſolo vſufructu penes eam remanente, *l. 3. & l.hac edictali C.de ſecund. nupt. §. ſi verò expectet, Authen. de nupt.* Eodem modo & maritus,quæ de bonis mulieris ad eum peruenerant, morte mulieris matrimonio diſſoluto, ſi ad ſecunda vota migraſſet, communibus liberis ſeruare tenebatur, *l. generaliter, eod. t t.* vſumfructum tamen eorum non amittebat, *l. fin. C. de bon. mater.* Cæterum Panorm. Innocent. & alij *ad cap. fin. de ſecund. nupt.* item Bald.& Salicet.*ad l. decreto. C. ex quib. cauſ. infam.irrog.* Ange.*in Authen. de non eligen.ſecund. nuben col.*1.Guido Papæ *conſil.*120.*incip.factum tale eſt,lib.7.num.*1.Tyraq.*ad l.boues.§. hoc ſermone,num.*159.*ff. de verb. ſignific.* Ioan. Neuiz. *ſyl. nupt.lib.2. numer* 78. & Ioan.Coraſ. *l b. 3. Miſcellan. cap.* 1. in ea verſantur opinione, vt exiſtiment hodie iure canonico pœnas intra annum luctus ad ſecunda vota tranſeuntibus
3. impoſitas, † ſublatas eſſe, non quidem omnes, ſed illas quæ infamiam irrogabant, aut alio modo, de quo in d. l. & 2. fit mentio, punitionem inducebant. At eas pœnas, quæ in gratiam liberorum ſtatutæ ſunt, & quæ in dicta l.3.& l.hac edictali recenſentur, crediderunt ſecundum matrimonium ineuntes non euitare: niſi tamen iteratas nuptias coniux coniugi permiſiſſet. *Bald. ad d. l. fœmina. C. de ſecund.nupt.& in l. filium quem. C fam.erciſcun. & conſ.*161.*lib.* 1. *vbi dicit, iſtam opinionem eſſe baptizatam apud omnes peritos Rom. conſil.* 209. tametſi Ioan.Coraſ.*ad lib. 3. cap 1. col. penult.* aliter diſtinguit.

Secunda cauſa eſt, ſi † coniux cui quid le-
4. gatum, aut relictum eſt, coniugem teſtantem è medio tollat.*l.ab hoſtibus §.ſi vir.ff. ſolut. matrimon.* quia qui occidit, ſua culpa diuertiſſe videtur.*Bald.ad d.l.*1.*C. vnde vir & vxor. num. 3. verſic.incip. extra quæro.* & proinde omnium coniugis bonorum expers eſt. *l. conſenſu C. de repud.* ne ex delicto pænam merente lucrum capiat,*l.itaque fullo ff.de pæn.* Immò ſi non oc-
5. cidat, ſed infirmo vel nullum, vel ſciens † imperitum & malum medicum adhibuit, *l. indignum & ibi gloſſ ff.de his quib vt indig.l quod ſi nolit.§.culpam.& ibi gloſſ. ad verb. adhibuerit. ff. de ædilit. edic.Ioan.Campeg.in tract.de dote,quæſt* 3 Aut ſi poſtea grauiſſimas inimicitas cum teſtante exercuit, *lib. 3. ff. de adimen. lega. l.ſi inimicitæ,l. cùm tabulis.§. quoniam. ibi Bart. ff. de his quibus vt indig.Rom.ſingu.* 166. *incip. tu habes.latè Ripa ad l.final num.*154.*C.de reuocan.donat.*vel ſi cum poterat captiuum liberare, non liberauit. *Roman.ſing.*573.*argum. Authen. capti ti C.de epiſcop.& cleric.* vel etiam ſi apertè defuncto coniugi maledixerit, & infauſtas voces aduerſus enim iactauerit,*d.l. ſi inimicitiæ. l. Papinianus.§ meminiſſe.ff.de inoffic.teſtam.faciunt quæ diximus ſupra cap.* 39. denique ſi voluntati defuncti parere recuſet. *l. Mæuia à contrario ſenſu ff.de ann lega.l.etiam.ff.de legat.*1.*l. concubinam ff.de legat.*3.*Quintil.Mandoſ.lib.de ingratitud.cap.*114.*cum ſequent.*

Tertio, * diuortium quoque mala gratia 6.
mariti interueniens legati vim diſſoluit: [Vxori legauit, inquit Celſus,quæ eius cauſa parata ſunt] & ante mortem diuertit. Non deberi, quia adempta videantur, Proculus ait. Nimirum facti quæſtio eſt. nam poteſt nec repudiatæ adimere voluiſſe.] *l. vxori ff. de aur. & arg.lega.& ibi gloſſ.* Alioquin quæ à marito diuertit rectè dicere non poteſt ſua cauſa parata eſſe, propter voluntatem mariti veriſimiliter mutatam. *l. qui tibi eod. tit.* neque propriè vxor eſt,maximè quo ad effectionem,quæ tempore mortis vxor non eſt.*l.*1.*§.*1.*ff.vnde vir & vxor.l.ſed & ſi §.*1.*ff.de lega.præſtan.l. ſed & interim § fin ff.de donat.inter vir & vxor.*

Quartò vxori filio ſubſtitutæ † ſucceſſio 7.
denegatur,ſi antequam tutorem ei petierit,reliquaque ex tutelæ adminiſtratione debita perſolueric,nubat.*l.omnem.C.ad S. C.Tertyl.*Scito tamen hanc cauſam ſine dubio non eſſe, cùm ex controuerſi illius articuli determinatione pro parte pendeat,vtrum ſubſtitutus teſtatori potius quam grauato ſuccedere videatur: quod alterius loci eſt,*& latiſſimè conſil.*101.*lib.*1. *diſputat. Rolandus de Vall.*

Quintò ſi vxor* mortem mariti occiſi, à 8.
quo hæres inſtituta erat, & iure non vindicauit, iure ciuili veluti indigna illius hæreditate priuatur:ſecus,ſi frater aut ſoror,aut parens mariti eam vindicauit, & ipſa in mora non fuit.*l. ſororem.C.de his quib.vt indiſ.& ibi gloſſ.* Verum & hanc cauſam religionem Chriſtianam non admittere, crebrius receptum eſt, *de quo Boer. deciſ.*121.*num.*3.*part.*1.

Sexto ſi voluntatem mariti, à quo hæres
ſcripta eſt, monita à iudice,* poſtulantibus 9.
legatarijs,non exequatur. Nam conſtat *ex Authen.de hæred. & Falcid. §.ſi quis autem.* quod ſi hæres monitus decreto Iudicis, intra annum voluntati teſtatoris non pareat, ad hæreditatis lucrum non admittitur. Idem eſt in legatis, vt ſufficiat lapſus anni cum vna monitione iudiciali, niſi quod in pijs legatis binam monitionem plerique requirant. *gloſſ. Angel.& Doct. tibi. Bart. in Authen. hoc amplius C. de fideicom. Roman. in l.quamdiu.§.*1.*ff. de adquirend. hæred. latè Capit. deciſ. Neapolit.* 205. Quinimo hac de re agens idem Bart. *conſil.*

29.*in-*

29.*incipien.Proponitur quòd in teſtamento lib.* 1. reſpondit, Colam quemdam patris hæreditate
10. * priuatum eſſe, quod iuſſus legata quædam præſtare ſub pœna adimendæ hæreditatis, ante mortem ſuam non ſatisfeciſſet. neque cenſent hoc caſu interpellationem neceſſariam fuiſſe,ſed ſatis eſſe filium patris defuncti voluntatem nec obſeruaſſe,nec iam obſeruare poſſe,*l. ita ſtipulatus ff de verb obligat.*Ius enim ſeu facultas implendi conditionem, ad hæredem non tranſit. *l à teſtatore ff de condit. & demonſtrat l. ſi decem cùm petiero ff.de verb.obligat.*Is tamen qui ad illud ipſum Bart.conſil.additiones ſcripſit,pleraque ex aduerſo premit, per quæ videri poſſet, interpellationem iſtam planè neceſſariam fore: eum conſulito.

CAP. XLVIII.

Vxor cui maritus aliquid legauit,an illud perdat,ſi ante aditam hæreditatē occupauerit.

SVMMARIVM.

1. *Legatarius rem legatam propria auctoritate adprehendere an poſſit & num.*2.
2. *Vxor ante aditam hæreditatem bona mariti quando occupare poſſit.*
3. *Poſſeſſio ex conſuetudine generali in hæredem transfuga quomodo intelligatur.*

1. LEgatarium propria * auctoritate rem legatam occupare non poſſe, ignoti iuris non eſt. *l.*1.*ff.quor.legat.l.*1.*C.eod.tit. l. non dubium C de legat.Roma.vnus in multis conſil* 312. tametſi enim dominium rei legatæ ſtatim à morte teſtatoris in eum tranſeat,*l. à Titio. ff. de fur* poſſeſſio tamen non ita,*d. l. non dubium. & ibi Iaſon.* præterquam ſi teſtator rem legatam ſe legatarij nomine poſſidere conſtituerit, propriaque rei traditione mortem ſuam præuenerit,*l. Lucius ff de legat.2.Iaſon ad l.nemo poteſt.ff de legatis.* 1. aut ipſi legatario facultatem occupandi dederit, *l. Titia teſtamento.* §. *Lucius ff.de legat.2.Alexand. ad d.l.non eſt dubium. Cuman.conſil.* 61. *Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit. de legat.caue.*12.*latè Ioan.Anto.Rub.conſil.*43. *num.* 4. Atqui Bald.*ad d l.*1. *C. quor. legat. num.* 4. dicit,quod ſi vxor legata ſibi à marito, ante
2. aditam † eius hæreditatem occupauerit, reſtituere non teneri, niſi immineat Falcidia: adeoque vxoribus auctor eſt, vt adquirendæ poſſeſſioni, quantum queant, præuertant: neque enim per hoc quicquam ipſis decedet, cùm hæres ius aliquod ſibi quæſitum eſſe dicere non poſſit. Legatarius autem, cui non licet propria auctoritate legatum adprehendere, tunc id facere minimè prohibetur, cùm nullus eſt, à quo accipiat. *teſtis idem Bald ad l. extraneum verſic.incipient. ſed tunc dubitari poteſt.& ibi Iaſon cum Salic. C. de hæred. inſtitut. Rapha.Cuman.ad l.hæreditas ex die ff.eod. tit. Tiraquel.in lib. Le mort ſaiſit le viſ. part.* 2. *declar.* 4 *num.* 10. Et, vt *ad l.fin. num.*48.*C. de edict. D. Adrian. tollend.* reſpondit Curtius, maritus vxori aliquid legans, hæredique ſuo, ne illam moleſtet, edicens, videtur ei permiſiſſe, vt propria auctoritate legatum arriperet: *quod & Angel.ad l hoc ſi res.ff.de rei vendicat. & Nicol.Euerard.conſil* 119.*incipiend. Præclariſſime, num.* 12. *confirmant.* Vnde eſt quod vxor defuncti, ob ſecuritatem & cautionem rerum ſuarum dotalium, ſuo iure bona mariti retinet. *Alciat reſponſ.*607. *num.* 2. *Iacob. Menoch. de recuper.poſſeſſ.remed.*5.*num.* 32. Similiter videmus,quando bona viri confiſcantur, vxorem non expectata iudicis auctoritate, res ſuas adprehendere,*Angel.ad l.ſi quis C. de bon. proſcript.* Neque mouet, ſi hæres contendat poſſeſſionem defuncti ex conſuetudine † generali in ſe inſinuaſſe, & transfuſam eſſe, qua priuari non debet: quia ea conſuetudo, etiam vbi probata foret, eam interpretationem accipit, niſi poſſeſſio illa apud alium reperiatur. Nam vbi poſſeſſio eſt apud aliū, tunc per actus fictos non transfertur in aliud, non interueniente conſenſu, vel facto illius penes quem eſt, ſed actualis adprehenſio impedit continuationem illam fictam à conſuetudine, aut ſtatuto introductam,*vt ait idem Nicol. Euerard. d.loco num.*15.*Alexand.conſil.*83.*lib.*2.*Iaſon ad l. ſi ſorori.C.de iure delib.* Ideoque Euerard. *num.* 18.addit, quod vxori, quæ res ſuas ſic adprehendit non obſtante tali ſtatuto aut conſuetudine, recredentia ſiue fiduciaria poſſeſſio adiudicari debet,hæredi vero nequaquam poſſeſſio competit,quandoquidem interdictum, vti poſſidetis, nemini datur, niſi illi,qui non vi,non clam,non precario poſſidet tempore litis conteſtatæ,*lib.*1.*C. vti poſſid.*§.*retinendæ Inſtit de interdic.*quod de eo hærede in hac ſpecie ineptè dixeris. 3.

Finis Libri Primi.

PETRI

PETRI PECKII ZIRICÆI, I. C. REGII CONSILIARII DE TESTAMENTIS CONIVGVM.

LIBER SECVNDVS

CAP. I.

Maritus an poſſit in præiudiciũ vxoris de acquiſitis teſtari.

SVMMARIA.

1. *Vxor an acquiſitorum dimidiam partem habeat.*
2. *Acquiſitorum diſpoſitionem maritus non habet, vbi conſuetudo dimidiam eorum partim vxori tribuit.*
3. *Renunciare patti acquiſitorum vxor an poſſit.*

AN coniunx poſſit coniugem hæredem inſtituere, legatove honorare: qua item ratione teſtamentum eius aut impediri, aut reuocari ſoleat, his quæ in priorem librum collata ſunt, inueſtigaui: in hoc dicam, vtrum in præiudicium alterius diſpoſitionem habeat, & de quibus. Ad quam partem pertinere videtur imprimis quæſtio illa, poſſit ne maritus de bonis acquiſitis, vxore inuita, teſtari. De rebus enim mobilibus vxoris in dotem vel aliter datis, quſi appellatione acquiſitorum non veniunt, hic non diſputo: cùm ante me Hippo. Rimi-nal. *in* §. 1. *num.* 109. *Inſtit. quib. alien. non lic.* abundanter id expoſuerit. Igitur quod vxor in acquiſitis habeat, videndum eſt. Ac quidem in ea opinione nonnulli verſantur, quod vxor, veluti diuinæ & humanæ domus, vnaque rerum communium ſocia. *l.* 1. *ff. de ritu nupt. l.* 1. *ff. rer. amot. l. aduerſus. C. de crim. expila. hæred.* iure communi dimidiam acquiſitorum omnium partem ſibi vendicet, vt ſicut contracta bonorum ſocietate, ea quæ ex quæſtu veniunt communicantur. *l. coiri. cum ſeq. ff. pro ſocio.* ita etiam ea quæ contracto matrimonio acquiſita ſunt: eò magis, quòd opera induſtriaque vxoris res familiaris ſæpè vel cumulatiùs augeri, vel ſtudioſius conſeruari ſolet. *Nicol. Boer. ad conſuet. Bituri. tit. des conſtu. conqer. gens mariez.* §. 2. *Pyrrus ad conſuet. Aurel. eod. tit. Nicol. Euerar. conſ.* 53. *incip. Stantibus verbis per text. in c.* 2. *de donat. inter vir. & vx.* Alij verò probabilius, certius, & verius. *ex eodem cap.* 2. *eiuſque gloſſ. & alijs legibus* ſentiunt, vxorem iure communi in † bonis per maritum, ſtante matrimonio acquiſitis partem non habere, nisi probet ea vel ſua propria, vel communi pecunia comparata eſſe. *Panorm. ibi. Didac. in epito.* 4. *decret part.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 5. *& lib.* 3. *variar. reſolu. cap.* 19. *num.* 3. Cæterùm ad conſuetudinem quod attinet, Ioan. Fab. *in* §. 1. *in fin. Inſtit. de adopt. per arrog.* & poſt eũ Guiliel. Benedict. *ad cap. Rainutius. ad verb. Et vxorẽ nomine Adalaſiam in poſteriore gloſſ. n.* 214. *verſic. tamen. cum multis ſequen.* teſtantur in Gallia coniugem coniugi ſuccedere in dimidia parte bonorem mobilium, & etiam immobilium conſtante matrimonio acquiſitorum, quantumuis exiſtentibus liberis. Et hanc conſuetudinem valere iudicat Bened. *Iuxta not. per Rotam deciſ.* 18. *noua. incip. Fuit dubitatum.* etſi, vt inquit, ſæpè eſt cauſa ſpoliationis ſeu depauperationis liberorum, & ditandi alium maritum: ſicut & illam quoque conſuetudinem firmã cenſet, qua omnia mobilia (vt Louanij, Namurci, Leodij, & alibi) vxor lucratur, ſi modò ea talia ſint, quæ ei acquiri poſſunt, & in fœminam cadunt: *de qua latè Aymo Crauet. conſ.* 30. Equidem dubitare non oportet, quin ſi loci mores receperunt, vt vxor † acquiſitorum partem habeat, non poſſit maritus teſtamentum vel alias, ſine eius conſenſu, contrarium diſponere, *Bend. d. loco. Ioan. Saiſon. ad conſuet. Turon. rub. de donat. inter nob. art.* 10. *Franciſ. Mignon ad conſuet. Andega. tit. des ſucceſſions art.* 238. *num.* 3. *& alij.* Verum quidem eſt, quod Ioan. Papo *ad conſuet. Borbon.* §. 236. *&* 329. exiſtimat, vxorem non nanciſci proprietatem partis acquiſitorum niſi ſoluto matrimonio *ex deciſ. Anchar. conſil.* 202. eamque partem non tam iure proprio matrimonij, quam iure quodam ſucceſſionis mortuo marito accipere videri: & quod eo reſpiciens Didac. *d. cap.* 19. *n.* 3. *ex eodem Anchor. conſ.* 192. tradit, vxorem nec quò ad dominium, nec quò ad poſſeſſionem dimidiam partem acquirere, licet inter maritum & ipſam res acquiſitæ iure communionis diuidendæ ſint: ea tamen vtriuſque ſententia eſt, quod vir fraudulentam alienationẽ in præiudicium vxoris facere

facere non poteſt. Paulò aliter ab his, ſed magis ad mores noſtros accommodatè Molinæus *a d conſuet.Pariſ.*§.25.*num.*1.*&* 2. reſpondet, maritum non eſſe abſolutum dominum fructuum etiam à ſolo ſeparatorum & præceptorum, ſicut nec cæterorum omnium bonorum acquiſitorum, licet conſtante matrimonio ſit ſolus actu dominus, propter auctoritatem adminiſtrationis, & alienandi poteſtatem: quia in illis cenſetur uxor habere communionem, in cuius præiudicium, inquit, non poteſt de iiſdem diſponere in vltima voluntate vltra dimidiam partem ſibi competentem, imò nec etiam inter viuos, ſi faceret in fraudem. Et quamuis iſta communio pendente matrimonio non ſit in actu, ſed in credito, & in habitu: tamen ſoluto matrimonio exit ipſo iure in actum, & in veram atque actualem dominij & poſſeſſionis communionem. Imo etiam conſtante matrimonio poteſt ille habitus exire in actum, puta ſi marito malè verſante, aut ex alia cauſa bonorum ſeparatio fiat. Et ſic etiam conſtante matrimonio, & nulla communione ſeparatione facta, cenſetur vxor communionem habere in iſtis bonis in habitu, & concurrere cum viro in dominio habituali, non actuali.

Sed hæc ita, niſi contraria conuentione ſibi coniuges prouidiſſent, vt alter nihil habeat
3. de bonis * acquiſitis, *text. in cap.* 1. *tit. de matrim. ad morgan.contract.in vſib feud. Ioan.Fab. Inſtit.de nupt.& ad Auth. in donatione. C. de ſecund. nupt. & in l. de fideicom. C. de tranſact. Franciſ. Mignon. ad conſu. Andega. tit. des acqueſts. art.* 273. Nam cum ſocietas ſub conditione coiri poſſit, *l. de ſocietate. C. pro ſocio.* valeatque pactum, vt maritus ſoluto matrimonio partem dotis lucretur. *l.ex morte l.ſi conuenit. C.de pact.conuent.* certè nulla occurrit cauſa, ob quam iſta ſtipulatio mariti non valeat, qui hac ratione liberis ſuis conſulere, & ſuis laboribus parta, conſentiente vxore, ſibi retinere voluit. Roder. Suarez. *latè hæc explicans tit. De las ganancias quæſt.* 2. *num.* 24. *quo loco.* oſtendit renunciationem iſtam partis acquiſitorum, etiam non in contractu antenuptiali, ſed conſtante matrimonio ab uxore factam, ideò potiſſimum admitti debere, quod neque donationem inter coniuges ſapit, neque ſi contineret, à lege eſſet improbata, cùm ex ea vxor pauperior non fiat, ſed tantum non acquirat, *l. ſi ſponſus.*§. *ſi quis rogatus. l. ſed ſi vir ex lana,* §.*quod vir vxori.&* §.*quæ vir. ff. de donat. inter vir. & vxor. Rota deciſ.* 842. *incip Conſuetudo eſt & Manſuer. in tit. de ſociet.*§.1.*in fin.* In illis enim ſolis conſtante matrimonio renunciationis effectus concideret, in quibus vir locupletior fieret ex bonis vxoris, vxor verò pauperior, *l.1 l.3.* §.*ſed ſi debitorum. ibi. Si donaturum mihi,iuſſero. vxori meæ dare ff. d. tit. d. l. ſi ſponſus* §.*ſi donationis.&* §.*ſi maritus.* Quin etiam plus dicit Manſuer. *d. loco.* tacitè illi conſuetudini poſſe renunciari, vt ſi mulier alio modo de dotalitio conuentionali (ita enim loquitur) prouiderit: quia ſic expreſsè ſibi prouidendo, videtur in illum caſum prouiſioni legis, ſeu patriæ conſuetudini tacitè renunciaſſe. Ex quo videre eſt, non habuiſſe Chaſſanæum, *d. tit.*§.4. *ad verb. Ne peult.* cur tantoperè dubitaret, an conſenſus vxoris in præiudicium eius hic quicquam operetur, neque eum, qui additiones eidem Chaſſanæo adſcripſit, cur ſaltem geminatum conſenſum requireret, *verſic. hæc quæſtio eſt.* quod ego magis conſilij, quam neceſſitatis eſſe crediderim, niſi aliter de importuna mariti ſolicitatione (vt præcedenti libro diximus) appareat.

CAP. II.

An vxor partem petere poſſit ex bonis iniuſtè acquiſitis, de quibus ipſa inuita maritus teſtatus eſt?

SVMMARIA.

1. *Iniuſtè à marito acquiſitorum partem vxor petere non poteſt.*
2. *Turpia lucra poſſeſſoribus auferenda ſunt ſuperioris auctoritate.*
3. *Turpitudinem propriam allegare quando licitum ſit?*

QVod autem diximus, multorum locorum conſuetudines dimidiam partem bonorum * acquiſitorum vxori adiicere, & de hac, nolente illa, maritum teſtari non poſſe: vtique de iis bonis hoc accipiendum eſt, quæ iuſto legitimoque titulo acquiſita fuere, non quæ latrocinio, furto, rapina, concuſſione, iniuria, alioue ſcelere extorta. *vt in tract ſuar. allegat. tit. De las ganancias. num.* 38. *reſoluit. Roderic. Zuarez.* Apertè enim *in l. quod autem & ſequen. ff. pro ſocio.* reſpondent I. C. Pomponius, Vlpianus, Paulus, quod ex furto, vel alio maleficio quæſitum eſt, in ſocietatem non venire: quia delictorum turpis atque fœda communio eſt, ſicut & rerum inhoneſtarum, *l. ſi à reo.*§. *fin. ff. de fideiuſſ.* Quomodo & ex Salic. *ad l. ſocietatis. C. pro ſocio.* refert Roderic. quod ſi vnus ſociorum ex vſuris illicitis multa acquiſiuit, Epiſcopus & eum & alios ſocios illa poſſidentes ad reſtitutionem cogere poteſt: & meritò. Turpia enim * lucra ab iniu- 2.
ſtis poſſeſſoribus, eorumque hæredibus extorquenda ſunt ſuperioris auctoritate, etiam ſi ipſi hæredes nullum delictum admiſerint, *l. in hæredem ff. de calumniat. gl. in l. vbi ff. de condic. ob turp. cauſ.* ne ſcilicet cum alieno damno locupletentur. *l. iure naturæ. ff. de reg. iur. cap. locupletar. eod. tit.* Si igitur maritus de bonis improbè

probè partis contra vxoris voluntatem diſpoſuit, ipſaque eo mortuo ad dimidiam partem agat, aut illius poſſeſſionum retineat: vel ab his ad quos verè ea bona pertinent, vel à fiſco repelli, aut turbari poteſt. Imò ſi hæres eo animo contra illam excipiat, vt ſaluti animæ defuncti conſulatur, & ſuis dominis res malè partæ reddantur, *iuxta præceptum cap. 2. de rapt.* non dubium eſt, quin audiri debeat: quia ſicut ad euitanda pericula animæ turpi-
3. tudinem propriam * allegare licet, ita & defuncti ac aliorum auctorum, à quibus res tenentur *gloſſ. Panorm. & alij ad cap. ex tenore. de teſtib. ad cap. tertio loco. de præſumpt. ad cap. inter dilectos. de donat. & ad cap. lator de re iudic. gloſſ. id l. à Diuo Pio in princip. ff. de ritu nupt.* id quod in materia reſtitutionis vſurarum pulchrè *conſil. 8. lib. 4.* demonſtrat Barbar.: & aduerſus eum, qui de lucro captando agit, vt hic mulier, nihil dubitationis habeat. *Hippol. Riminald. ad §. 1. num. 82. Inſtit. per quas perſon. nob. acquiritur.* Quòd ſi autem ad propriam vtilitatem ſuam de turpitudine defuncti excipiat hæres, vt omnia retineat, id efficiet, vt rei veritate iudicio detecta, ſilens dormienſque fiſcus excitetur: & alioquin etiam probabilius videtur, eum in iudicio exteriori non audiri, ſed contra ſatis eſſe vxori, ſi tacentibus dominis & fiſco, doceat res illas in poſſeſſione mariti fuiſſe, & pro talibus hæredem eas adprehendiſſe. Nam ſi is alleget, in pari cauſa turpitudinis conditionem poſſidentio meliorem cenſeri, *cap. in pari. de regul. iur.* replicari poteſt, de iure tertij hanc exceptionem eſſe, quæ agentem non repellit, *l. 2. & ibi latè Bart. & alij ff. de exceptio. rei iudic. l. his conſequenter ff. famil. erciſcun. & ibi gloſſ. cuius auctoritate ad fin. l. auunculo. ff. de condict. ſine cau.* ſubdubiè tamen reſpondet idem Barto. exceptionem indignitatis vxori rem ſuam dotalem repetenti, à nemine alio quàm à fiſco opponi poſſe. id quod aliis quibuſdam exemplis *ad l. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. & ad l. 2. C. de ſeruitut.* oſtendit Bald. Cæterum quod in foro exteriori de his ſentiendū foret, non multum refert diſquirere: cum vt poſuimus, maritus ipſe, vxor, & hæres in foro animæ obligati ſint ad reſtituendum.

CAP. III.

Maritus an teſtari poſſit de bonis acquiſitis in præiudicium vxoris, quam ſciens pauperem duxit.

SVMMARIA.

1. *Vxor indotata an comprehendatur conſuetudine acquiſita inter coniuges communicante.*
2. *Indotata vxor deficientibus liberis & agnatis, marito ſuccedit.*
3. *Caſus fortuitus inter coniuges communis eſt.*

SEpe vſu venit, vt vir etiam ſciens prudenſque ex ſola affectione indotatam vxorem ducat, *vt in Auth. vt lic. matri & auiæ. §. quia verò legem ait Iuſtinian.* Ex quo incidit, dubitatio, anne ſaltem in iſtius non conſentientis, ſed reclamantis præiudicium, de omnibus bonis ſtante matrimonio acquiſitis teſtari poſſit. Et quamuis prima facie non videatur dicta conſuetudo ad huiuſmodi coniugem ſe extendere: quaſi non debeat illa quæ pauper, inops, & inæqualis ad coniugium venit, ad lucrum quoque ſolercia & ære mariti quæſitum admitti. *l. 1. C. de re milit. lib. 12. l. quamuis. C. de iur. & fac. ignorant. Authen. ſed quæ nihil. C. de pact. conuent.* contraria tamē ſententia mihi probatur, & vſu quotidiano (ſi non aliter vel † in pactis antenuptialibus, vel poſteà inter coniuges conuenerit) magis recepta eſt. 1.
Nam ſi eam vxorem in matrimonium maritus admiſerit, & diuinæ atque humanæ domus participem fecerit: vtique videtur eam mores regionis, in qua verſetur, ad partem ſic acquiſitorum admittere debuiſſe, *arg. l. 1. §. generaliter ff. de legat. præſt.* quia vbi conſuetudo vel ſtatutum non diſtinguit, & nulla conuentio in contrarium exiſtit, neque nos diſtinguere debemus: & in dubio is qui contrahit, ſecundum ritus & leges illius patriæ contraxiſſe præſumitur, *l. quæro. §. inter locatorem. ff locati. Doct. ad l. hæredes. § cùm ita ff ad S. C. Trebell. & ad cap. 1. de ſponſal. & nos diximus libro priore, cap. 45. n. 9.* Præterea contrahens ſcienter cum vxore inope, videtur omnia illa ei remiſiſſe, quæ ex capite inopiæ obiicere poſſet *argument. l ſi creditores. ff. de priuileg cred. Iaſon ad l. ſi conſtante. num. 172. ff ſolut. matrim.* Qua ratione iure ciuili ſtatutum fuit, vt vxor pauper quæ nullam dotem in matrimonium intulit, nihilominus deficientibus * liberis 2.
& agnatis, mortuo marito in partem ſuccedat, *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Et quamuis ex parte aliis grauis foret, quòd nullam dotem habet, communiaque onera non ferat: ſolet tamen ea quæ ſine dote venit, & multò obſequentior marito eſſe, & minus querelarum atque rixarum adducere, quàm quæ dotem amplam dedit, ut rectè *in Aulularia* dixerit Plautus, eam vxorem vere in poteſtate viri eſſe, quæ indotata eſt, & eum qui talem duxit, meritò in vtramque aurem dormire: quoniam vxor pauper tota ex vultu illius pendet, cuius opibus honoratur, ſemperque ei faciem aduerſam, non aduerſam in lecto habet: contra autem plerique dotibus deliniti vltrò etiam vxoribus ancillantur, *teſte Titinnio apud Nonium.* Rurſum mulier ſobriè tenuiterque educata frugalius familiam regit, minoribus contenta eſt, atque ad conqui-

quirendas diuitias maximam operam, quæ loco pecuniæ mariti, ſit confert.

3. Multò minus à participatione † eorum bonorum reiici debet vxor, minuſque in illius præiudicium maritus teſtari poteſt, quæ benè dotata venit, ſed ſine ſua culpa, caſu fortuito dotem poſt deinde amiſit. Infortunium enim altero ex coniugibus abſque eius vitio ſuperueniens, debet eſſe commune, *l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimon.* neque alter alteri illud iure imputet. *Iaſon ad d. l. ſi conſtante. num.* 161.

CAP. IV.

Poſſitne maritus de acquiſitis teſtari in præiudicium vxoris, quæ doloſè dotem, quam nō habebat, promiſit?

SVMMARIA.

1. *Vxor quæ fraudulenter dotem, quam non habebat, promiſit, acquiſita non lucratur.*
2. *Dotem non ſoluentem vxorem maritus à ſe dimittere poteſt.*
3. *Maritus, qui in donatione propter nuptias vxori impoſuit, lucro dotis priuatur.*
4. *Acquiſitorum partem quando ob dotem non ſolutam vxor amittat?*

LONGE aliter de ea ſtatuendum cenſeo, quæ cùm ſe indotatam eſſe cognoſceret, amplam marito dotem † promiſit, & data
1. opera eum circumuenit. Hanc enim ſicut à lucro donationis ante nuptias, quod alioqui perceptura fuerat, aperta conſtitutione repellit Iuſtinian. *in Auth. vt exact. inſtant. dot. §. fin. verſic. incip. ſicut enim & in Authen. de non eligen. ſecund. nubent.* ita quoque ambiguum non eſt, quin & ab lucro conſuetudinario, quod in locum illius ſurrogatum fuiſſe videtur, pro qua parte decepit, arceri poſſit, *glo. in verb. Percipiat. in §. illud quoque dudum d. Auth. de non eligen. ſecund. nub.* vt ſic clauus clauum trudat, malitia malitiam referiat & cornicum oculos, ut eſt in prouerbio, configat, *gloſſ. ad cap. cupientes. ad verb. Malignantium de elect. lib. 6. cap. dominus 23. quæſt. 2.* quoniam ei, qui ex ſua parte contractum non implet, lex conditionis ſeruari non debet, *l. cùm proponas 2. C. de pact.*
2. Et cùm maritus eam, quæ dotem non † ſoluit, domo ſua expellere, aut, quod verius eſt, iudicio Eccleſiæ à ſe dimittere poſſit: *Præpo. ad cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. Bal. Nouel. de dote, priuileg 39. deciſ. Tholoſ. 87 Iaſon ad l. ſi donatarius, §. ſi quis indebitam. ff. de condict. indeb.* certè facilius à participatione lucrorum iſtiuſmodi remouere poterit. *cap. cui licet, de reg. iur. in 6.* E conuerſo communi calculo receptum eſt, vt maritus, qui in donatione † propter nuptias vxorem decepit, & 3.
cùm pauper inopſque eſſet, pro diuite & potente ſe iactauit, lucrum dotis, quod conſuetudo vel ſtatutum mortua vxore ei detuliſſet, non accipiat, *Bald. conſi. 285. lib. 1. & in Auth. ſed quæ C. de pact. conuent. Rolan. à Valle de lucro dot. quæſt. 64 num. 11. qua de re Angel ad §. fuerat Inſtit. de actio. Franciſ. Mignon ad conſuet. Andega. par. 10. art. 299. ad verb. La femme qui ſuruiſt. num. 3. Boer. deciſ. 22. & Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 242. nonnulla annotarunt.* Proinde ſtulta eſt vulgi nænia, qua dictitant, patrem ſponſi multa temerè polliceri, quaſi ſcilicet ea ipſa in præiudicium vxoris ſponſus illi remittere poſſet: id quod multis ſententiis confutatum eſſe memini.

At ſi dos promiſſa in nominibus aliiſque rebus adſignata, non ab * vxore, ſed ab aliis poſſeſſa fuerit, ſoluique potuerit, niſi eam maritus nec exigens, nec perſequens negligentia 4.
ſua perdidiſſet: hoc vxori fraudis experti damno eſſe non debet, *d. Authen. vt ex act. inſtant. dot. §. fin. Iaſon ad d. §. ſi quis indebitam.* Idemque eſt, ſi adhuc actionem ad eam conſequendam habeat. Nam qui actione aliqua ad implendum contractum cogi poteſt, & coactus eſt, illius loco qui contractum adimpleuit, reputari ſolet, *l. filiæ licet. C. de collat.* Et rurſum vxor fraude ac dolo moram faciens excluditur: ſed ſi tantum conuento tempore dotem non ſoluerit, nullum hoc hæredi illius in quæſtum iſtiuſmodi portione præiudicium facit, *deciſ. Neapol. 333. Pariſ. conſil. 95. lib. 2. Socin. conſ. 32. lib. 3. & amplè Rolan. à Valle conſil. 10. num. 4. & 5. lib. 1.* Ex contrario nihil ei hæredibuſque eius ad lucrandam acquiſitorum partē proderit, ſi marito obiiciant, quod tempeſtiuè ipſam ad ſoluendam dotem non compulit, egentium fortè amicorum miſeratione ductus. Hanc enim beneuolentiam mariti moram & ciuilitatem, qua erga fraudulentam vxorē vſus eſt, & quam tolerare, quam confundere maluit, in odium eius conuerti ratio adverſatur, *latè Boer. dec. 329.* & ad boni iudicis officium ſpectat illam allegationem quaſi turpitudinis plenam non admittere.

CAP. V.

De vxore quæ adoſcentem pellexit.

SVMMARIVM.

1. *Mulier quæ adoleſcentem in nuptias pellexit, lucrum ſtatutarium an conſequatur?*

EOdem modo, ſi * mulier cum adoleſcente 1.
25. annis minore, inſciis & inuitis illius parentibus, nuptias contraxit, ex conſtitutione Caroli

Caroli V. Imp. anno 1540. publicata, nullum lucrum conſuetudinarium petere poteſt, quantumcumque etiam conſenſus parentum poſtea acceſſerit, ſicuti *lib.* 1.*cap.*5. peculiari tractatione abundanter expoſitum eſt. Quod cùm ita ſit, & maritus in præiudicium illius vxoris de bonis acquiſitis liberè teſtari poteſt, & illa quæ per hæredes mariti, etiam teſtamento eius in contrarium non obſtante, ab omni lucro & participatione iure repellitur.

CAP. VI.

An vxori dimidiam partẽ acquiſitorum petenti obiici poſſit, quod res mariti ſtante matrimonio amouit, aut decoxit.

SVMMARIA.

1. *Vxor quæ res mariti amouit, acquiſitorum partem an conſequatur.*
2. *Luxus mulierum notatur.*
3. *Ebrioſa vxor, vel decoctrix an acquiſitorum portione priuetur.*
4. *Conſeſſiſſe videtur qui, cum poſſit prohibere, non prohibet.*
5. *Vxori deducenda non ſunt, quæ maritus ex pietate pro ea ſoluit.*
6. *Vxor an deducat de acquiſitis ea, quæ maritus profudit.*

TAMETSI in honorem matrimonij, turpis actio, qualis eſt furti, aduerſus vxorem non detur, niſi poſt ſeparatum matrimonium, aditaque hæreditate res mariti contrectet, *l.* 2. *&* 3.*ff.rer.amot.* nihil tamen dubium eſt, quin rerum amotarum actione conueniri poſſit, ſi conſtante matrimonio aliqua viro ſuo inſcio ſubtraxerit, eaque actio, ſicut & ad exhibendum, atque hæreditatis petitio, condictioque, & hæredi mariti & in hæredes vxoris dabitur, *l. contrà eod. tit.* Quapropter ambigere non oportet, quin
1. aduerſus eam pro dimidia parte bonorum † acquiſitorum agentem, & teſtamentum viri de omnibus bonis acquiſitis conditum impugnantem, exceptio, compenſatioue competat, *l. inuitus nemo.*§.*cui damus.ff.de reg.iur.l.cùm mulier.d.tit. rer. amot.* & quod plus eſt, aduerſus eam in litem iurari poſſit; *l. ſi cùm dos.eod.tit.*

Non æque expedita eſt quæſtio de vxore, quæ poculis & commeſſationibus bonam rerum mariti portionem abſumpſit, quod interim accidere videmus. Vt enim ſileam quàm do-
2. ctum, & faſtidioſum ſit pleriſque * fæminis palatum, ingluuiem quoque in quibuſdam & quotidianam temulentiam nonnulli notarunt. *Mantuanus in Alpho. Eclog. Accurſ.ad l.* 1.§.*taceat ad verb.Mores C.de rei vxor.act.& ad l. vlt. gloſſ. vlt.C. de repud.Ioan. Neuizan. in ſyl. nupt. lib.* 2. *cap. diuiti non eſſe nubend.* quæ res quam certum maritis exitium adferant, teſtantur verſus Claudiani *lib.* 1. *in Ruffinum.*

Et luxus populator opum, quem ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

Quamuis ergo hoc caſu idem eſſe videatur, quod de rebus amotis diximus: ego tamen multum intereſſe exiſtimo, non * quidem 3.
quo ad damnum mariti quod vtroque modo æque magnum eſt, ſed quò ad repetitionem vel compenſationem poſtulandam. Nam aut maritus hanc vxoris intemperantiam & luxum ſciuit, aut ignorauit: ſi ſciuit, vulgata iuris regula locum habebit, quòd ſcienti & volenti non fit iniuria neque dolus, *cap. ſcienti. de regul iur.* quoque in ſimili lex ait, furtum dici non poſſe, niſi id, in quo inuito domino facta eſt contrectatio, §. 1. *Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt.* & quòd is, qui impedire, contradicere, prohibereque * potuit, ne prohi- 4.
buit, conſenſiſſe, commiſiſſe, & remiſiſſe videtur, habeturque pro ſciente, ſi aut ſcire potuit, aut debuit, *l. qui contra. C. de inceſt. nupt.l. qui cum alio. ff. de reg iur. cap. ſi rector.* 44. *diſt. cap. quod enim.*81.*diſt arg.l.*2.§.*voluntatem.ff ſolut matrim.Bald.ad l.*1.*C. de bon. quæ liber. & ad l. ſuum. C. de repud. hæred.* Et quòd maritus, ſeu quiuis alius non improbat, hoc creditur adprobare, *l.* 1. § *mariti. & ibi gloſſ. ff. rer. amot.* Inſuper ſicut Macedoniani S. C. exceptio ceſſet, ſi ſciente patre filiusfamil. mutuum accepit, *l. ſi tamen ſciente ff. ad S. C. Macedonian.* ita quoque ſcientia toleranti aque mariti hac in re plurimùm ponderanda eſt, per quam malitia vxoris, quam impediuiſſe & repreſſiſſe debuerat, aucta, & quaſi laudata videtur. Quòd ſi verò maritus vxoris prodigalitatem ignorauit, adhuc diſtinctionem requiro: vt ſi magni momenti res non ſit, diſſimulet. Nam & *lib.*5. *quæſt.* 3. *artic.* 11. ex multis aliis reſoluit Dominic. à Soto, quando filius clam patre, aut vxor clam marito quid abſtulit, aut ex bonis eius deglutiuit, & res eá magni prætij non eſt, præſumi patrem & maritum in minutioribus iſtiuſmodi, etiam ſi ſciſſent, de facili indulgere: non ſi res maioris ponderis & detrimenti fuerint: quo caſu vxor ad reſtitutionem tenetur. *Id quod & Bartol. ad l.* 1. *ff. rer. amot. & Nauar. in ſuo Manuali, cap.* 17. *tit. de peccato mariti cir. bon. vxor. & è contra, numer.* 153. *probant.* Certe quemadmodum filio non computatur in legitima illud, quod pro eo pater non in vſus neceſſarios, ſed ex pietate ſoluit, aut pro condemnatione eius, quod inutiliter conſumpſerat, *iuxta not. per Doct. ad l. illud. C. de collat. & Pract. Ferrar. in for. libell. pro hæred. vel re ſingul. diuid. ad verb. communiter & pro indiuiſo. verſicul. ſed circa prædicta quæritur.* ſic nec * vxori ex patre quæſi- 5.
torum deducenda, nec aduerſus eam compenſanda eſſe apparet ea, quæ maritus non neceſſitate (quia cogi non poterat) ſed ex pietate

voluntarius pro vxore apud œnopolas ſeu ganeones ſoluit: maximè autem hæredi hoc non licebit, ſi maritus ipſe contrariæ voluntatis proteſtationem non interpoſuit, *argument. l. alimenta. C. de negoc. geſt. & l. filius vbi Doct. ff. eod. tit.* Ex oppoſito Roderic. *in l. 1. ti. de las ganancias. numer.* 56. eam diſputationem ſuſcipit, vtrum vxor, ſeu hæredes vxoris ex bonis conſtante matrimonio quæſitis, ea deducere poſſint, quæ maritus potando, ludendo, ac meretricando deperdidit? Et * licet ex
6. iuris diſpoſitione ſiue rigore omnino id dicendum arbitretur, cùm ſocius ſocio ea detrahat, *l. adeò l. fratres.* §. *ſocium. &* §. *per contrarium ff. pro ſoc. l. ſi is cum quo. ff. commun. diuidun. l. inter* §. *quod ex facto ff. famil. erciſcun.* conſuetudo tamen paſſim & vbique aliud recepit, liberioreſque mariti manus eſſe voluit, quam alterius cuiuſque ſocij. Pro qua deciſione, ſicut & pro priore illa ratio ſtare videtur: ne ſi aduerſus alterum coniugem rerum decoctarum, ſeu prodigè conſumptarum tam rigidè quæſtio permittatur, in infinitam multitudinem lites excreſcant, & honor tam ſancti matrimonij crebris iſtiuſmodi quærimoniis conſpurcetur ſublato eo, ſuper cuius turpitudine altercandum foret.

CAP. VII.

Maritus qui de acquiſitis teſtari non poteſt, an poſſit ea infirmus donare inter viuos.

SVMMARIA.

1. *Donatio infirmi cenſetur eſſe donatio cauſa mortis.*
2. *Donatio in dubio præſumitur eſſe inter viuos.*
3. *Scholaris deceptus à fratribus Prædicatoribus.*
4. *Præſumitur nemo immemor ſalutis æternæ & num. 6.*
5. *Donatio an ſit inter viuos an mortis cauſa, ex coniecturis iudicandum.*
6. *Reſignatio beneficij, niſi fiat intra certum tempus ante mortem beneficiati, nulla eſt.*
7. *Infirmi debitoris confeſsio dicentis ſe ſoluiſſe, creditori non præiudicat.*
8. *Vxor aduerſus fraudem mariti de acquiſitis teſtati quâ actione experiatur.*

PAtet, opinor, ex iam dictis, quando & quibus modis coniunx in præiudicium coniugis de acquiſitis iure teſtari poſſit. Sed cum tanta inter homines ſit morum corruptela, vt etiam maritus vxorem, & vxor maritum, prælatis alienis amoribus, non rarò deſpiciat, & decipere conetur: ſequentibus quatuor capitibus inuidas iſtas molitiones, decipulas, fallacias, & impoſturas indagabimus, quibus legem fraudare in mutuum detrimentum nonnulli mali coniuges laborant. Quæro igitur, ſtatuto cautum eſt, poſſe maritum inter viuos donatione facta, vel alio quocumque modo res acquiſitas alienare, teſtamento autem vel in vltima voluntate non poſſe: maritus condito teſtamento in ægritudine, ex qua moritur, dicit ſe Titio bona acquiſita, omnia, titulo donationis inter viuos donare, aut alio modo vendit: an talis contractus vel donatio iudicari debeat pro contractu & donatione inter viuos? Sanè * donatio facta 1.
ab infirmo eſt donatio cauſa mortis, *Anton. de But. ad c. 2. de conſuet.* & actus geſtus in infirmitate, præſumitur geſtus cauſa vltimæ voluntatis condendæ, vel cauſa mortis, *cap. 1. & cap. de his. de ſepult.* præcipuè ſi agens credat veriſimiliter ex eo morbo ſe deceſſurum, *Chaſſ. conſ.* 39. *numer.* 77. *Gozad. conſ.* 80. *Zaſius ad l. apud Celſum.* §. *Iulianus. ff. de except. doli. Barbat. ad d. cap. 1. ita intelligens Alexand. & Ioannem de Imo. ad l. quæ dotis ff. ſolut. matrimon. qui videbantur à dicta D. Antonini ſententia diſsidere.* & Ioan. Beſſian. *ad conſuet. Auer. tit. des donations & dot. art.* 38. in terminis huius quæſtionis, dicit talem donationem præſumi donationem cauſa mortis, ſi etiam vera vel ficta traditione confirmetur. Imò Alber. *ad l. omnes.* §. *Lucius. ff. quæ in fraud. credit.* reſpondet, quod talis donatio præſumitur fraudulenta, & reuocari debet. Alexandrum tamen ſequitur Guiliel. Benedic. *ad cap. Raynutius, ad verb. teſtamentum.* 4. *numer.* 22. & 23. dum ait, in † dubio iudicari donationem inter vi- 2.
uos, vbi non apparet, qualiter donator donare voluit, an inter viuos, an cauſa mortis: multò magis quando hoc exprimit, quamquam conſtitutus in articulo moriendi, *l. ſenatus. ff. de donat. cau. mort. & ita conſuluit Roman. conſil.* 229. *videturque eam ſententiam confirmare l. Seia.* §. *fin. ff. de donatio. cau. mort. Roland. à Valle conſ.* 80. *Socin. conſil.* 53. *lib.* 1. *Imbert in Enchiridio tit. ad verb. donatio.* Vnde & Cumannus *ad d. l. quæ dotis.* notat multos decipi poſſe, ita vt * ſcholaris quidam fuit deceptus 3.
à fratribus Prædicatoribus Bononiæ. Nam cùm graui infirmitate, qua ſe moriturum cogitabat, affligeretur, pecuniam ſuam, quam apud argentarios habebat, iis dari iuſſit: & cùm deinde ſanitati reſtitutus, eam repeteret, obiiciebant monachi, donationem ſibi inter viuos eſſe factam: & ita contra ſcholarem illum reſpondit Cumanus *eique adſtipulantur Ripa lib. 3. reſponſ. cap. 9. & Hippol. Riminal. ad princip. tit. de donat. in Inſtit. num.* 317. *cum ſeq.* Allegari etiam in hac poſſet, quòd cùm * nemo præſu- 4.
matur immemor ſalutis æternæ, præſertim quãdo eſt vicinus morti, *l. cùm quis decedens.* §. *codicillis. ff. de legat.* 2. *l. fin. C. ad leg. Iul. repetund.* eique accipi debeat interpretatio, per quam delictum fraudiſque coniectura euitetur, *l. meritò. ff. pro ſocio latè Hippol. ad l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar. Curt. Senior conſil.* 20. præſumendum

dum eſt potius, quòd maritus inter viuos donare, ſuoque iure vti, quam vxorem ſuam fraudare voluit. *Capol. conſil.* 4. Quod quidam exiſtimant verum eſſe, etiam cùm executio donationis poſt mortem collata eſt: quia verba relata ad tempus executionis, non importantia donationis ſubſtantiam, nihil operantur, nec immutant naturam actus, *Clemen.* 1. *de præben. Iaſon ad d. l. quæ dotis, num.* 40.

Ego in hac quæſtione vix mihi ſatisfacere potui. Durum enim eſſe animaduerti à communi opinione recedere, quam tot excellentis ingenij interpretes ſuſtinent, & textum ſatis apertum *in d. l. Seia. §. fin.* pro ſe habent: cuius verba ſunt hæc: [Cùm pater in extremis vitæ conſtitutus, emancipato filio quædam ſine vlla conditione reddendi donaſſet, ac fratres & cohæredes eius bonis contribui donationes Falcidiæ cauſa vellent: ius antiquum ſeruandum eſſe reſpondi: non enim ad alia conſtitutionem pertinere, quam quæ lege certa donarentur, & morte inſecuta quodammodò à bonis auferrentur, ſpe retinendi perempta: eum autem qui abſolutè donaret, non tam mortis cauſa, quàm morientem donare.] Cuius tamen l. conſtitutio ſi rigidè ſeruetur, video multis fraudibus, captionibuſque locum fieri. Quapropter temperamento aliquo hic opus eſſe cum Didaco Couuar. *ad Rub. decret de teſtamen. num.* 25. *in fin.* exiſtimo; ſcilicet vt *
5. præſumatur in dubio non mortis cauſa, ſed inter viuos donatio, niſi ex coniecturis aliud colligi queat; veluti ſi donator vtatur verbo, [relinquo,] vel ſi mentio fiat periculi, aut infirmitatis, vel quid ſimile. *Cornel. conſil.* 124. *lib.* 4. *Guido Papæ ſingul.* 457. *Ripa in tract. de peſte*, 2. *part. numer.* 175. *Roman. num.* 8. & *Imol. ad d. l. qui dotis.* vel ſi quæ fraudis coniectio aliunde ſe oſtendat, *d. §. Iulianus, & ibi Raph. Cuman.* Nam hoc eſt quod Bald. *conſil.* 103. *incipiend. ſtatuto Tergeſti, lib.* 1. in ſimili ad coniecturas fraudis iudicem ſuos oculos debere coniicere, docet. Et propterea benè inſtitutæ ciuitates ſalubriter aduerſus hanc calumniam ſtatutis ſuis proſpiciunt, donationemque eiuſmodi niſi certis diebus, vno menſe, vel prius, quàm donans moreretur, facta ſit, ratam non
6. habent. Ob quam cauſam & hodie fit * in beneficiis, & niſi certo tempore ante mortem fuerint reſignata, reſignatio fraudis præſumptione grauata collabatur, iuxta reg. Cancel. *de infirm. reſig. int.* 20. *dies.* Quæ regula quo pacto intelligenda ſit, latiſſimè examinat Gomeſius *ad reg. Cancell.* & Rebuffus *in praxi ſua benefic.* ad quos vbi ſtatutum, de quo ſuperiùs diximus, reperitur, recurrere licet. Neque obſtat, quòd nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, *d. l. fin.* quia vna præſumptio tollit aliam, & iſta præſumptio probitatis non procedit in præiudicium tertij. *Alcia. regul.* 3. *præſumpt. cap.* 4. &, vt *ad d. l. fin.* ait Bartol. non omnes moriuntur ſicut Ioannes Baptiſta. Vnde ſi Iudex moriens dicat ſe tuliſſe ſententiam iniquam, vel teſtis dicat falſum ſe depoſuiſſe, non creditur illis in præiudicium eius qui vicit, niſi aliud appareat. *Bartol. & alij in l. ſi quis in graui.* §. 1. *ff. de Sylla. Alciat. d. loco.* & ſi * debitor moriens dicat ſe ſoluiſſe creditori, non 7.
ideò liberatur hæres, niſi aliter ſolutio probetur, *l. rationes & Authen. quòd locum. ibidemque Doctor. C. de probat.* quia nemo præſumitur bonus cum incommodo alterius, & facilè inuenirentur, qui animæ ſalutem ditandæ ex rebus alienis proli impenderent, in quæ ſpectant quod *tit. de communaute des biens.* 24 *in arreſt.* Ioan. Papo ait, Senatum Gallicum hanc poteſtatem mariti hoc modo intellexiſſe, vt non aliter de acquiſitis diſponere poſſit in præiudicium vxoris, quam ſi cauſa diſponendi ſit vel neceſſaria, uel ſaltem voluntaria, ſed probabilis, & ex probabili ratione ducta, vt eſt recompenſatio benè meritorum, quod & Franciſc. Mignon *ad conſuetud. Andegauen. part* 9. *tit. des acqueſts, art.* 289. & 292. probat: & iis locis vtilia pleraque ab eo adducuntur, ex quibus fraudis ac doli coniectio hic ſumi poſſit, & ſolet, *l. dolum C. de dolo. eorumque ſententia ſubſeruiunt l. cùm oportet. & ibi Corne. C. de bon. quæ libertat. & l. in quæſtionem C. de ſentent. paſſ. & ea quæ notat. Pet. Rat. ad conſuetudin. Pictou. art.* 283. Quando verò † vxor iſtam fraudem legitimis indiciis probabit, 8.
tunc reuocatoria actione, ad inſtar creditoris, in cuius fraudem bona debitoris abalienata ſunt, experiri non poteſt, *Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. Rub. des droicts & appart. à gens mariez.* §. 4. *ad verb. ne peult. in fin.* vel ſi in eam ab initio tranſlatum fuiſſe dicas dominium (de quo abundè ſuperiùs) rei vendicatio daretur.

CAP. VIII.

Donatio & alienatio acquiſitorum facta per maritum, vxore multum infirma, an præſumatur fraudulenta.

SVMMARIA.

1. *Vicinitas temporis fraudem arguit.*
2. *Fraus præſumitur, ſi alienatio fiat in perſonam coniunctam.*
3. *Donatio omnium bonorum fraudulenta præſumitur.*

FRaudulentam quoque cenſeri donationem, quam de rebus acquiſitis mobilibus fecit maritus, vxore graui morbo, ex quo mox diem obiit, detenta, Chaſſan. *loco proximè citato.* §. 3. *ad verb. des heretaiges*, reſpondet: quaſi

1. nimirum videatur in * fraudem hæredum vxoris, ad quos dimidia pars eorum peruenire deberet, facta: idque propter vicinitatem temporis, *iuxta not. ad l. de pupillo §. ſi quis ff. de not. ape. nunciat.* maxime ſi perſonæ coniunctæ donatum ſit; veluti ſi liberis prioris thori; vt nuper in hoc Senatu intellectum memini, non
2. quod ſola * coniunctio perſonarum hanc præſumptionem parit, *Bald. conſil.* 194. *lib.* 1. *Alexand. conſ.* 54. *lib.* 7. ſed quod aliis coniuncta vehementer vrget. *Boer. Alciat. & alij ad l. poſt contractum ff. de donat.* aut ſi ipſe donator poſteà in poſſeſſione eorundem bonorum reperiatur, vel fructus percipiat, *vt late notat. idem Alciat. poſt alios, d. loco & ad l. licet Impp. ff. de lega.* 1. *Curtius conſil* 54. *per l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu. l. is qui. ff. de acquirend. hæredit.* Illud enim conſtat, in iure * præſumi fraudem, quando quis
3. omnia bona, aut maiorem eorum partem donat, *l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. credit.* maximè ſi ſubſit cauſa fraudandi, *Aretin. conſil.* 65. *Cumin. conſil.* 155. aut quando poſteà donatore reperitur in poſſeſſione, *l. & qui ſub imagine. C. de diſtract. pig.* aut ſi clàm fecerit, *l. non intelligitur §. ſi quis palàm. ff. de iure fiſci.* ſiue etiam per iuterpoſitam perſonam, & in coniunctos transferat, *l.* 3. *C. denatur. lib. cap. fin. in fin. de renunciat. lib.* 6.

CAP. IX.

De vxore in bonis acquiſitis maritũ fraudante, & de iis teſtante.

SVMMARIA.

1. *Vxor an ſua faciat ea, quæ vltrà dotem conquirit.*
2. *Operari marito vxor an teneatur.*
3. *Vxor ex bonis mariti acquirere quando præſumatur.*
4. *Hæres mariti qua actione partem quæſtuum petat.*

NONNVMQVAM & per inhæredationem vxor maritum circumuenit in id toto niſi incumbens, vt de bonis acquiſitis nihil ille conſequatur: & quidem potiſſimum ſi ex eo viro liberos non habeat, ex priore aliquos: aut certè ſi nullos prorſus habeat, habet tamen neptes vel nepotes, quos euehere atque ditare impenſius conatur. Nam dum mercatrix aut negotiatrix eſt, facilè inſcio marito aliqua emit, in quibus ſe ſolam, vel ſuos, conſtante matrimonio clam inhæredari facit: aut expectata morte mariti, tunc primum in viduitate conſiſtens aliqua comparat, eaque ratione hæredibus mariti imponit, & pro arbitrio animi ſui liberè de his teſtatur. Aduerſus hanc fraudem hæredi actionem competere non dubitauerim. Nam quod plerique aiunt, ea quæ mulier mercatrix ex negociatione & induſtria ſua † vltra dotem 1.
conquirit, ſua facere, & de iis ad ſuam vel ſuorum vtilitatem poſſe diſponere, *Bald. ad l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. & Romanus conſil.* 159. *cum Alexan. conſil.* 40. *lib.* 3. *& eleganter conſil.* 133. *incip. verè crudelis, libr.* 4. ambiguum videtur: immo contrarium *in for. libell. quo vxor agit ad dot. ad verb. tamquam bona paraphernalia.* iudicauit pract. Pap. Certè conſuetudo noſtrarum regionum, quam Hoſtien. *in cap. ſignificauit. extra de donat. inter vir & vxor.* ſequendam eſſe reſpondit, aliud recepit, & qualitercumque à coniugibus quæſita communicat laudata eorum ſententia, qui aiunt * 2.
vxorem viro operari debere, *l. ſicut ff. de oper. liber l. ſed ſi vir. in princip. ff. de donation. inter virum & vxor.* niſi illa aliter ab initio in contractu antenuptiali pacta fuerit: quia ſicut maritus cum ea paciſci poteſt, vt accepta certæ pecuniæ quantitate, nihil præterea ex acquiſitis petat, *vt docuimus cap.* 1. *huius libr. numer.* 3. ita quoque nihil impedit, quo minùs vxor ſtipuletur, vt ea quæ vltra dotem conquirit, ſibi ſuiſque retineat, & liberè de his diſponat, ſi modò de ſufficientibus alioquin alimentis marito & familiæ eius prouiſum ſit. Nam & pactum reſeruationis bonorum paraphernalium ei ſeruari debet, *l. mulier bona quæ ff. de iure dot.* Idemque eſt, ſi præſente & conſentiente marito ea bona comparauit, & ſola in iis inhæredata fuit, *Franciſc. Ripa lib.* 1. *reſp. c.* 4. *col. fin.* Quòd ſi verò vxor mox poſt mortem mariti iſtiuſmodi bona emit, & in his ſe inhæredari fecit, atque de iiſdem teſtata eſt: durior ſanè erit hæredis in detegenda fraude conditio, non quidem aduerſus eam, quæ præter dotem nihil intulit: quia ſicut * 3.
præſumitur vxor quidquid conſtante matrimonio acquiſiuit, de bonis mariti acquiſiuiſſe, vt præſumptio turpis quæſtus euitetur, *l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ita quoque quæ ſtatim poſt mariti mortem emit, *Alberic. ad l. etiam, C de donat. inter vir. & vxor. Franciſc. Clemen. ſingul.* 6. *Decius conſil.* 217. *Ripa ad l. fœminæ. C. de ſecund. nupt.* ſed adnerſus illam, cui circa mortem mariti alia bona obuenerunt, quæ paraphernalia habuit, quæue ſe aliunde pecuniam accepiſſe demonſtrat, *Fulgoſ. conſil.* 198. De quibus omnibus ſic ab vxore quæſitis, & proprio nomine emptis, ex iuris diſpoſitione quid ſentiendum ſit, & Aimo *conſil.* 81. *lib.* 1. *in fin.* & Bart. *ad d. l. Quintus, atque ad l. vxor. marito. C. d. tit.* & Alciat. *reg.* 3. *præſumpt. cap.* 26. & Roderic. Suares *ad l.* 1. *tit. de las ganancias.* plurima obſeruarunt. Illud monendus eſt hæres, in omnem caſum multò ſibi conſultius fore, ſi non ad res ipſas, ſed ad prætij † partem ſiue æſtimationem agat, *l.* 1. *l. multum. C. ſi quis alt. vel* 4.
ſibi, Bart. ad l. 1. *C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal.*

fiſcal. lib. 10. *Bald. conſ. 66. incip. punctus talis. Aimo d. conſ.* 81. *num.* 4. *Signorol. conſil.* 122. *& conſ.* 126. *& Pet. Coſtal. ad d. l. Quintus.*

CAPVT X.

De iis, quæ maritus ſtante matrimonio emit, & in quibus proles prioris ſui thori inhæredari fecit.

SVMMARIA.

1. *Emptum à patre nomine filiorum, an eorum ſit.*
2. *Res emptæ nomine filiorum in poteſtate patris exiſtentium, cuius ſint.*
3. *Inhæredatio liberorum in bonis acquiſitis an officiat vxori.*
4. *Præſumitur nemo velle contra factum ſuum proprium venire.*
5. *Emancipatorum liberorum inhæredatio in acquiſitis an noceat vxori in vſufructu?*
6. *Hæres nec ex propria perſona poteſt venire contra factum ſui auctoris.*
7. *Precium ſuccedit in locum rei.*

SIcut vxorem clancularia inhæredatione marito fucum facere oſtendimus: ita multo frequentius eodem modo maritus decipit vxorem, dum prioris thori liberos in rebus à ſe emptis clam & per tertiam perſonam, cum qua fraudis conſilium communicat, inhæredari facit. Quòd ſi palam bonâ fide id faciat, & conſentiente vxore, poteſt nihilominus aliquam ea res controuerſiam deinde excitare. Memini enim fuiſſe dubitatum de ſubiecta quæſtione: maritus & vxor condito ſimul teſtamento cauerunt, vt ſuperſtes omnium acquirendorum bonorum ac redituum haberet vſumfructum: maritus poſt cónditas & ſcriptas has tabulas quædam emit, & prioris thori liberos in his inhæredari fecit: mortuo eo inter nouercam & priuignos lis oritur: illa vſumfructum ſibi deberi aſſerit: hi verò tanquam domini facti per inhæredationem, illam in vniuerſum excludunt.
1. Non dubium eſt, quin id quod * pater emit nomine filiorum, iis eſſe debeat præcipuum, niſi pater poſtea mutauerit propoſitum, etiam per verba generalia, *arg. C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi maritus.* puta quia poſtea facit teſtamentum, & generalibus verbis omnia æqualiter diuidi præcipit, *Bald. ad l. filia. in* 1. *notab. C. famil. erciſcun.* Sic è conuerſo dici poteſt, quòd vxor debeat habere vſumfructum etiam talium bonorum: quia qui generaliter omnium bonorum acquirendorum vſumfructum relinquit, nihil excludit, *l. Iulianus. ff. de legat.* 3. Et cum poſt teſtamentum factum iſta emptio acciderit, cenſetur in dubio facta ſecundum ordinationem precedentē. *l. ex parte.* §. *pater ff. famil. erciſ.* ne aliter dicatur maritus vxorē ſuam decipere voluiſſe, quæ fortè ſub hac lege in talem ordinationem non conſenſiſſet, *l. meritò. ff. pro ſocio.* Magis autē hæc videbuntur ſi liberi fuerint in poteſtate patris. Etenim † illorum nomine emptum manet in dominio patris, ſaltem quoad vſumfructum, *Bald. d. loco,* quodque amplius eſt, donatio facta filiis in poteſtate conſtitutis non ſubſiſtit, maximè ſi ſint hæredes patris, de quorum re propria teſtator poteſt diſponere, *l. ſi vnum ex familia,* §. *ſi rem. ff de leg.* 2. Ac quidem certè in hac ſum opinione, quòd quantum attinet ad bona, in quibus * inhæredati ſunt liberi in ſacris & poteſtate patris conſtituti, nulla ſit dubitatio, quin donatio non valeat, *ſecundum iura vulgaria:* adeò vt annullato effectu acquiſitionis in liberis, maneat dicta acquiſitio firma in patre, eodemque loco habeatur, atque ſi à principio bona per eum fuiſſent acquiſita. De bonis verò reliquis, in quibus inhæredati ſunt emancipati, vix ſcio quid pronunciem; propterea, quòd ſi filij ſint inhæredati, dici non poteſt, ea bona per maritum eſſe acquiſita: imò quod ex pecunia mariti emptum eſt, eius non eſt, *l. fin. C ſi quis alteri vel ſibi.* niſi ſimulatio probaretur, *l. cùm propria, eod. tit.* Neque videtur maritus tam anguſtè omnem penitus poteſtatem donandi ſibi præcidiſſe ſub generalitete illorum verborum, vt hæredes teneri debeant de facto defuncti, de cuius intentione non apertè conſtat; præcipuè cùm ex aduerſo appareat, patrem voluiſſe iis acquiri, quorum nomen inſtrumento inſcriptum eſt, & mores noſtri plus tribuant inhæredationi, quàm foliis Sybillinis. Attamen eo magis propendet animus, licet dubius & fluctuans, quod quamuis liberi emancipati prioris thori ſint inhæredati in dictis bonis, videtur nihilominus hoc feciſſe defunctus, ſaluo vxori ſuæ vſufructu, iuxta pactum, & generalem ordinationem præcedentem *d. l. ex parte & ibi Doct.* ne alioquin, vt dicebamus, capiatur delicti præſumptio, fraudiſque interpoſitæ coniectura, *d. l. merito.* Nam & in dubio nemo præſumitur ſe corrigere, aut contra * proprium factum venire velle, *l. non ad ea lega. ff. de condit. & demonſtr.* ſed potius accipitur coniectura erroris, *l. quoties.* §. *tantundem ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ.* 156. *incip. viſo teſtamento, colum* 2. *lib.* 6. ſicut in ſimili dicimus, quod quando prius inſtrumentum eſt planum, declaratur ſecundum eo modo, ne corrigat præcedens, *Soci. conſ.* 17. *l.b.* 4. etiam vbi caueretur, quod verba in ſtatutis aut conuentionibus intelligerentur ad literam prout iacent, *Anchar. conſil.* 423. *incip viſo puncto, Alciat. de præſumpt. reg.* 2. *cap.* 28. Et ideò, ſi ſtatutum faceret liberos * inhæredatos veros dominos & proprietarios dictorum bonorum: tamen propter veriſimilem mententem patris, cuius iam hæredes facti ſunt; ſe illius viduæ opponere non debent: cum * hæres ne ex propria quidem perſona poſſit contrauenire facto defuncti, ſi de re eius etiam quoad proprietatem, multo magis quoad ſolum

Margin numbers (right column): 2. (beside "† illorum nomine"), 3. (beside "bona, in quibus *"), 4. (beside "rigere, aut contra *"), 5. (beside "ideò, ſi ſtatutum"), 6. (beside "ſe illius viduæ").

lum vſumfructum diſpoſuerit, *l. cum à matre. C. de rei vendic. l. ſi ab eo. C. de lib. cau.* Neque mouet, quod non videatur maritus dicta bona acquiſiuiſſe: quia ex donatione patris filij habere ea non potuerunt, niſi prius vel patris fuerint, vel ex pecunia eius profecta. Quinimò potius cenſentur eſſe mariti, ſeu patris acquirentis & numerantis pecuniam, quam liberorum qui inhæredati ſunt, aut quorum nomen inſtrumento inſcriptum eſt, *l. mancipia. C ſi quis alteri vel ſibi*, ita vt ſimulationis, aut in factum propter dolum patris exceptio, ſeu replicatio obſtare videatur liberis agentibus, aut excipientibus ex tenore inſtrumentorum: & ſicut ſocius poteſt compellere hæredes ſocij, vt acquiſitum etiam nomine ſocij defuncti proprio communicent, *teſte Alciat. ad l. ſi ſocius. ff. ſi cert. pet. l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſocio. l. ſi procuratorem ff. de acquir. rer. domin.* ita quoque poſſit & vxor compellere liberos ad hunc vſumfructum præſtandum: quæ cum omnium bonorum, adeoque & pecuniæ, ex qua bona hæc empta fuerunt, uſumfructum habuiſſet: videtur eſſe digna, vt æqua interpretatione iuuetur, & eadem iſta bona, quoad vſumfructum, in locum pecuniæ, cuius fructum aut vſum habitura erat, ſurrogata videantur, veluti ſæpè alias fauore vnius & odio alterius, etiam in rebus particula-
7. ribus, * pretium ſuccedit in locum rei, *vt notat. Alciat. ad l. Labeo & Sabinus. ff. de verb. ſig. Doct. ad l. rogaſti. §. 1. ff ſi cert. pet.* Sed cum rigor iuris hanc ſententiam ancipitem faciat, æquitas autem in alteram partem dirigat: exiſtimo prioris tori liberos melius magiſque piè acturos, ſi ab iſtiuſmodi lite abſtinentes, animæ patris, & propriæ conſcientiæ in dubio conſulant, omnemque fraudis paternæ præſumptionem excludant.

CAP. XI.

An vxor, aduerſus teſtamentum mariti, ſit retinenda in poſſeſſione dimidiæ partis acquiſitorum.

SVMMARIA.

1. *Socius ſocio acquirit etiam ſine traditione.*
2. *Poſſeſſionem dimidiæ partis acquiſitorum vxor retinet.*
3. *Mortuus an ſaiſiat hæredem ex teſtamento, an verò ſolum hæredem ab inteſtato.*
4. *Hæres ab inteſtato manutenetur aduerſus hæredem ex teſtamento.*
5. *L. vlt. C. de edict. D. Hadrian. toll. quando procedat.*

EX conſuetudine ſæpè iam memorata, maritus & vxor in † bonis acquiſitis ſocietatem habent. Conſtat autem ſocios in communi & pro indiuiſo poſſidere, etiam traditione non interueniente, *l. 1. in fin. l. 2. & ibi gloſſ. ff. pro ſocio* Et quamuis ſint, qui aduerſus communiorem opinionem moribus noſtris magis accommodatam exiſtimant, vxorem ante mortem viri neque dominium, neque poſſeſſionem earum rerum, etiam pro ſua parte, habere; quod ſuperiùs *cap. 1.* ex Papone & Didaco quoque retulimus: Illud tamen non inficiantur, mortem mariti ea communicari. Proinde ſi in domo mortuaria mariti, & in † partis eorum bonorum poſſeſſione reperiatur vxor, nihil dubito, quin pro eadem parte 2.
manutenenda & defendenda ſit, donec in petitorio iudicio de poteſtate mariti teſtantis, & teſtamenti ab eo facti validitate plenè diſputetur, *argumen. l. clàm poßidere. §. qui ad nundinas ff. de acq. poſſeſſ.* aut ſaltem recredentia ei adiudicari debeat, veluti ex ipſa conſuetudine meliora iura in ſpeciem habenti: *id quod non obſcurè Nicol. Euerard. conſil. 136. incip. præclariſsimè cenſuit, & decidit, quem citauimus lib. 1. cap. vlt.* Confirmatur iſta ſententia ex eo, quod quemadmodum ſi maritus aduerſus conſuetudinem iſtam plus parte ſua ad alium aliquem extraneum tranſtuliſſet, nihil illi extraneo iuris quæſitum foret, *vt ad conſuet. Burgund. tit. des droicts appart. à gens mariez. §. 2. ad verb. acqueſts. ait Chaſſan.* ita quoque ſi maritus teſtatus eſt de omnibus bonis acquiſitis in præiudicium vxoris, hæres ab eo inſtitutus non eſt * ſaiſitus aduerſus vxorem: quia conſuetudo quæ eſt. [que le mort ſaiſit le vif] pro- 3.
priè & verè intelligitur de hærede ab inteſtato, non de hærede ex teſtamento, cum non dicat ſimpliciter, [le mort ſaiſit le vif,] ſed ſic [le mort ſaiſit le vif, ſon plus procha in heritier:] quæ verba intelligi non poſſunt, niſi de hærede ſanguinis, *vt conſ. 188. aſſerit Signorol. & rectè expend. Tira in lib. le mort ſaiſit le vif. par. 2. declarat. 7. nu. 18. verſic. incip. præſertim.* Et poſito, quod conſuetudo etiam continuaret poſſeſſionem hæredi inſtituto ex teſtamento: tamen hoc, *ſi Signorolo, & Tiraq. d. loco. par. 5. declar. 3. credimus*, ita accipi debet, ſi ea poſſeſſio fuerit ab alio occupata. Nihil enim lex aut conſuetudo fingit, ſtatuitve in præiudicium eius, cui ius aliquod fuit acquiſitum, *l. ſtipulatio de dote ff. de iure dot. l. ſi inſulam, §. vlt. ff. ſolut. matri.* Id quod procliuius receperint illi, qui ſuſtinent, ad vxorem iure quodam hæreditario dimidium iſtorum quæſtuum peruenire: etenim * hæres 4.
ab inteſtato aduerſus hæredem ex teſtamento in poſſeſſione manutenentur, *Manſuer. tit. de poſſeſſ. §. item hæres. & in §. item dato, & alij, quos de part. 2. declarat. 7. citat. Tiraq.* Quod ſi dicas, hæredi à marito ſcripto ex beneficio * l. vlt. C. de edic. D. Hadrian. toll. proſpectum eſſe, 5.
quo hæres exhibens teſtamentum non vitiatum, non cancellatum, non raſum, mittitur in poſſeſſionem bonorum defuncti: reſpondeo

ſpondeo hoc eſſe verum in iis, quæ defunctus ſolus poſſedit, ſed non contra vxorem, vel alium poſſidentem, *vt indicat text. in verb. earum rerum quæ teſtatoris tempore mortis fuerunt. & ibi not. Bart. & Salicet. Bald. conſil.* 436. *lib.* 3. *Fulgoſ. conſ.* 194. *latè Guil. Benedic. ad cap. Raynutius in verb. mortuo itaque teſtatore*, 2. *num.* 72. & 77. *de teſt.* Nam non poteſt defunctus plus iuris in hæredem transferre, quam ipſe habet; neque poteſt amplius eſſe ius poſſeſſionis apud hæredem, quam fuit ad teſtatorem, *l. traditio ff. de acq. rer domin. l. nemo plus, & ibi Dec ff. de reg. iur.* Quia igitur vxor ſecundum receptiorem ſententiam, quam & Ioan. Saiſon. *ad conſuetud. Turon. tit. de communeaute des biens, art.* 1. *ad verb. communeaute.* aſſerit, & pluribus locis ſequitur Nicol. Euerar. vna cum marito res acquiſitas poſſedit, & eam poſſeſſionem continuauit, nulla videtur ratio, cur non in eadem pro ſua parte teneatur. Quinimo ſi hæres mariti omnia bona acquiſita occupet & retineat, non immeritò dici poterit eam ſpoliare; vt in ſimili videmus, quòd ſi vnus ſociorum ſolus rem communem ſeruet & alium ſocium ad vſum & poſſeſſionem ſuæ partis non admittat, vtique vim cenſetur committere. *Innocent & Panorm. ad cap.* 1. *de immunit. Eccleſ. Ripa vd cap. ſæpè, de reſtitu. ſpoliat. latè Iacop Menoc. de recuper. poſſeſſ remed.* 9. *num.* 237. *cum ſequent.* Imò & furtum facere ei dicitur, *l ſi ſocius. ff. de furt.*

CAP. XII.

Quibus caſibus maritus etiam de ſua parte bonorum acquiſitorum teſtari non poteſt.

SVMMARIA.

1. *Conqueſtuum nomine quæ veniant.*
2. *Vxori relinqui poteſt ea lege, ne quidquam marito acquiratur.*
3. *Filij an implorare poßint officium iudicis aduerſus patrem decoctorem.*
4. *Acquiſitorum diſpoſitionem an habeat maritus in ſocietate bonorum manens.*
5. *Acquiſitorum diſpoſitionem maritus iure communi quando non habet.*

PYRRHVS *ad conſuetud. Aurel. tit. de ſociet. inter vir & vxor.* quorundam locorum moribus, legata, res donatas, ſucceſſiones & hæreditates conſtante matrimonio acquiſitas, inter * conqueſtus (vt vocant) recenſeri ait, & inter vtrunque coniugum communicari; tametſi iure communi ea duntaxat proprie hoc nomine veniant, quæ coniugum opera atque induſtria parta ſunt, *l. coiri, & l. ſeq. l ſocietatem. §. duo. ff. pro ſoc. Angel. conſ.* 112. *Ioan Saiſon ad conſuetud. Turon. tit. de communaute des biens, art.* 1. *Boer. ad conſuet. Bituric. titul. de couſtumes concernens mariez §.* 2. *gloſſ. prag. ſanct. tit. de concub. §. quia uerò ad verb. conqueſtus.*

Qua conſuetudine vigente licet maritus poſſit de dimidia parte eorum bonorum, inuita vxore, teſtari, tamen certis caſibus hæc poteſtas illi adimitur. Primò, ſi is qui vxori donauit, legauit, aut reliquit, aliud diſpoſuerit. Nam ſicut filiofam. hac conditione valide donatur, aut legaaur, ne patri vſusfructus cedat *Auth. vt lic. mat. & auiæ, in principio.* qui tamen iure ei debetur *l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber.* eoque caſu curator aliquis alius filio datur, qui bona donata adminiſtret, & fructus perceptos in rem eius conuertat, *gloſſ. Salic. & Caſt. in Authen. excipitur. C. eod. tit. Hippol. Riminal. ad §. Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. num.* 110. ita quoque & vxori donari, legari, relinqui poteſt, ea lege & conditione, vt nihil in his iuris marito acquiratur: cum nulla appareat ratio, cur magis in præiudicium patris iure communi, quod fortius eſt, nitentis, quam mariti quem ſtatuta duntaxat locorum ad communionem vocant, illud permitti conueniat. Quod dicere poſſis, leges aut ſtatuta publicam vtilitatem, teſtandive formam ſpectantia neceſſario in vltima voluntate locum ſumere, *l. nemo poteſt. ff. de legat.* 1. ceſſat in his quæ priuatum cuiuſque commodum reſpiciunt, ſed tantum aliena non deferuntur, non communicantur. Nam ſicut in arbitrio poteſtateque alicuius eſt non dare, non legare, non inſtituere, *l. in re C. manda.* ita multo magis ſub certis legibus & modis dare. Is prorò qui dare propoſuit, hac ratione minus tum odij, tùm diſſenſionis ſeret inter coniuges, ſi non quidem expreſſis verbis, quaſique cum inuidiæ deſignatione caueat, ne quid iuris in datis marito quæratur, ſed liberos vxoris & mariti, aut his deficientibus, agnatos proximos quodammodo ſubſtituat, & ad illos bona iſta pleno iure & proprietatis, & vſusfructus, illico poſt mortem vxoris venire præcipiat, *iuxta l. quotiss. C. de donat. quæ ſub mo. l. fin. C. commu. de lega. l. Imperator. ff. ad S. C. Trebell. quod & Henr. Boich. ad cap. requiſiſti de teſtamen. & ex eo Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. tit. des droicts & apert. à gens mariez. §.* 2. *ad verb. Et acqueſts. verſic. incipien. Limita* 5. *confirmant, vt conſil.* 95. *ſubindicat Nicol. Euerard.*

Secundò quamuis iuxta receptiorem † ſententiam, aduerſus alios longo ordine relatos à Petr. à Duen. *reg.* 356. *num.* 8. liberi, patre ſua bona diſſipante, nullam ad poſtulandam ſecuritatem pro legitima ſua portione actionem habeant, *vt vnus in infinitu ad lib.* 1. *par.* 3. *num.* 75. *C. de bon. quæ liber. oſtendit. Pinel.* ideò quòd in vita patris nulla illis

legitima debetur, *lib. 1. ff. de collat. bonor.* tamen ſi & patrimonialia & adquiſita bona profliget, verendumque ſit ne in odium & perniciem proprij ſanguinis teſtetur, quamdiu bonis *iuxta l. is qui bonis. ff. de verb. oblig.* publicè ei interdictum non eſt, officium iudicis implorare poſſunt, vt de iuſtis & conuenientibus alimentis tempeſtiuè ſibi prouideatur. *Doct. ad d. l. cùm oportet §. cum autem. Bald. ad l. 2. C. ſi quid in fraud. patron. Caſtrenſ. ib. & ad d. l. Imperator. Iaſon ad l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum. Cagnel. ad l. fin. C. de pact.* id quod longè ſecurius eſt, quam rebus omnibus peſſundatis & productis, mortuo patre querelam inofficioſi teſtamenti prpponere, ſi rectum eſt conſilium Impp. *in l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.* melius eſſe in tempore occurrere, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere.

Tertius caſus eſt, ſi maritus cum patre viuo, aut cum fratribus & ſororibus in communione & ſocietate bonorum * maneat,
4. ſtatutoque caueatur, durante ea ſocietate de rebus ſuis neminem teſtari poſſe: de quo ſtatuto. *conſil. 27. incip. Viſis actis.* hanc ipſam facti ſpeciem proponit atque decidit Euerar. Propterea cautio patri datur, vt ſi nepotibus ſuis aduerſus improuidum filij conſilium aut odium conſulere cupiat, communionem ſocietatemque illam teſtamento ſuo ad annos aliquot, in eo loco vbi ſtatutum tale eſt, proroget, & continuari mandet: ſic enim, ſi fortè intereà filius moriatur, liberi eius de bonis acquiſitis quàm ſecuri erunt. Scio præceptum patris non valere, vt liberi in perpetua communione conſiſtant. *Doct. ad l. in hoc iudicio ff. commu. diuid. & Alex. conſil. 3. lib. 3.* cauere tamen non prohibetur, ne intra certum tempus diuidant, ſeu à ſocietate recedant. *Decius conſil. 265. Ioann. Dilect. de arte teſtan. tit. de arte teſtant. tit. de var. teſtam. præcep. cap. 8.*

Quartus caſus vſu eueniret in ea regione, quæ iure tantum ſcripto regitur, & vbi *
5. maritus etiam poſt matrimonium in poteſtate & ſacris paternis manet. Nam cum eo iure communi filiusfamil. teſtari non poſſit, §. 1. *Inſtit. quib. non eſt permiſſ fac. teſtamen.* & teſtamentum ab eo factum etiam ſequuta emancipatione non conualeſcat, *l. 1. §. ſi filius ff. de leg. 3. Bald. ad l. ſeruus. C. de legat.* videtur vtique & maritus filiusfam. de his bonis acquiſitis teſtationem non habere, ſiue dicas bona profectitia eſſe quo ad proprietatem, ſiue aduentitia quò ad vſumfructū patri in illis debitum, *d. l. cum oportet.* & quidem præſertim ſi onera matrimonij pater ſuſtineat, vxoremque & filium alat: cuius rei elegans exemplum *conſil. 193. lib. 2.* in literas retulit Iaſon. Sed quoniam per has noſtras regiones maritus à matrimonio ſemper fit ſui iuris: tum etiam quia dubia perplexaque eſt quæſtio, vtrum ad profectitia, an verò ad aduentitia bona res acquiſitæ referantur, non pergo iſta perſequi, quæ ſufficienter *lib. de lucro dotis ad verbum, vir lucratur gloſſ.* 80. enodat Phanuc.

CAPVT XIII.

Si coniux teſtetur de bonis ex parte ſua prouenientibus, an etiam acquiſita complexus cenſeatur.

SVMMARIVM

1. *Pronomen,* ſuum, *vel,* eius *quid ſignificet?*
2. *Legata ſtrictè interpretanda.*
3. *Vxor rectè ea ſua vocat, quæ ſine ope mariti, conſtante matrimonio acquiſiuit.*

DE acquiſitis modum diſputandi hic facerem, niſi illa quæſtio ſilenter prætereriri non poſſet: an coniux de dimidia quæſtuum parte teſtatus eſſe videatur, qui ſub clauſula generali bona ex ſua parte procedentia alicui reliquit. Quod ſanè in marito ſic teſtante minùs dubitabile apparet, cùm opera, labore ſolertiaque ipſius conſtante matrimonio facultates augeri ſoleant, vt identidem antè dictum eſt, & ex parte eius meritò prouenire dicantur. De vxore plus hæſitationis habet quæſtio: quoniam tamen eius induſtria ad bonorum conquiſitionem minimùm confert, neque ex eius parte ea proceſſerunt: vtique magis eſt, vt de his ſenſiſſe duntaxat intelligatur, quæ ſibi vel dotalia erant, vel paraphernalia, vel quæ à parentibus, aliorumve ſucceſſione ſeu liberalitate acceperat. Etenim bona acquiſita incommutabiliter ſua non ſunt cùm viuus maritus ea alienare, & citra fraudem diffundere poſſit. Atqui pronomen [Suum] vel [eius] verum incommutabile * dominium ſignificat, *Bartol. ad lib. 1. C. de theſau. lib. 10. & ad l. Quintus* 1. *ff. de auro & argen. legat.* neque communia reſpicit, *l. hoc legatum. ff. de legatis. 3. cap. fin. de verb. ſignifica. lib. 6. Bald. ad l. legatis vxori ff. de legat. 2.* Sed opponis l. pupillus. §. fin. ff. de verb. ſignific. & l. ſerui electione. §. Labeo. cum §. ſeqq. ff. de legat. 2. quibus dicitur iſta pronomina etiam ad ea, quæ cum alio communia ſunt, trahi, vbicunque res ſubiecta id exigit. Eſto: quippe ſi dixiſſet vxor, ſe ſua bona legare, fortaſſe hoc locum habere, vt certè haberet: at cùm dixerit, bona ex parte ſua procedentia, ſtrictè ea verba ſecundum legatorum † naturam interpretanda ſunt, 2. *l. nummis. ff. de legatis. 3.* & ex ingenio mulierum æſtimanda, quod eſt ad donandum perdifficile, *l. ſed ſi ego. ff. ad S. C. Velleia. l. quod ſi ſponſo. C. de donat. gloſſ. in l. qua dotis ff. ſol. matr. & ibi Iaſon cum alijs.* Maximè autem, ſi ea legata

legata extraneis fiant, credendum eſt, vxorem his verbis tam effuſam liberalitatem in liberorum aut nepotum præiudicium exercere noluiſſe, *arg. l. cùm auus. ff. de cond. & demonſtr.* Cæterum ſi deſes, iners, inutilis ſit
3. maritus, ſoliuſque vxoris * laboribus omnia quæſita ſint, vt ſubinde fieri oſtendit Alciat. *in reg. præſump. cap. 26. n.* 10. contrarium dubio procul dicendum eſſet, eadem ratione quam iã in marito ſic diſponente aſſeruimus: idque tum magis, ſi vel nulla, vel modica bona ex parte ſua prouenientia habuerit vxor, in quæ dictæ clauſulæ generalis effectus cadere poſſet, aut ſi liberos nepoteſve nullos reliquerit. Porrò hac in re iudicis arbitrium plurimum valere cenſeo, vt videat & diſquirat, num quæ veriſimiles circumſtantiæ alterutram partem magis adſtruant: & anne vxor mercatrix fortè, & in negotiatione exercitata, his verbis gloriam ſuam venditare voluerit, iuxta verbum vetus: [Teipſam laudas, vt Aſtydamas mulier,] omnibuſque teſtatum relinquere, quòd communia & meliora mariti bona ex ſua vnius ſagacia & ſedulitate profecta ſint: tum quoque conſideret vulgi de his & ſimilibus verbis iudicium, quod in dubio alias ſequendum eſſe, *in tit. des foreſts.* §. 5. *in verb. au ſeigneur. n.* 5. *ad conſuet. Burgund.* tradit Chaſſa, qui & *in rubr. des droicts & appert. à gens mariez.* §. 2. *n.* 21. *verſic. Sed an mulier*, noſtræ huic ſententiæ accedit, & nonnulla eam confirmantia adducit.

CAP. XIV.

Maritus an poſſit teſtari de veſtibus ſeu ornamentis vxoris.

SVMMARIA.

1. *Donatio in dubio non præſumitur.*
2. *Veſtimenta decentia maritus vxori præbere tenetur.*
3. *Donare non dicitur, qui ex cauſa neceſſaria dat.*
4. *Ornamenta & veſtes pretioſiores vxoris remanent hæredibus viri.*
5. *Maritus de ornatu & mundo vxoris teſtamenti factionem habet.*

NVnc ad alia. Quæri video, an maritus de ornatu & mundo vxori à ſe facto illa inuita teſtari poſſit. Et videntur quidem res illæ in mariti dominio remanere, *l. mortis ſuæ cauſæ. § fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & non niſi ad vtendum vxori datæ fuiſſe, *l. æſtimata ff. ſolut. matrimon. l. ſi vt cert. §. interdum. eod. tit.* Nam in ambiguis * non eſt præ-
1. ſumenda donatio, *l. cum. de indebito. ff de probat.* præcipuè inter coniuges, quibus lex ea interdicit, *lib.* 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* & quilibet præſumitur ſe velle conformare legi, & eius prohibitioni, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.* Sed & validior ratio donationem hic intelligi vetat. Non enim ex munificentia, ſed pudore potius ornatum vxori præbet maritus, *l. id veſtimentum. ff. de pecul.* Imò non ſolum honor eius id exigit, ſed etiam contra faciens eſſet dignus reprehenſione apud bonos grauesque viros, quia tenetur vxori ad alimenta, veſtimenta, & ornamenta decentia, *l. quod in vxorem C. de negoc. geſt. l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matrim.* 2.
cùm ſola appellatione alimentorum veniant veſtes & monilia, quæ ex more ciuitatis geſtantur, *l. verbo victus. ff. de verb. ſign.* diciturque talis impenſa neceſſaria *l. pecuniæ. & ibi Bart. ff. de aliment. & cibar. lega. Pet. de Ancha. conſil.* 181. Vnde quamdiu conſtant nuptiæ, maritus vxori hæc auferre non poteſt, niſi iuſta & probabilis cauſa cogeret eam talium vſu abſtinere. *eleganter & aptè Maria Socin. Nep. conſil.* 139. *num.* 12. *lib.* 2. quia rebus commodatis etiam inuito commodante ad vſum deſtinatum fruitur commodatarius. *l. in commodato §. ſicut ff commoda.* Quoniam igitur ornatus veſtituſque neceſſariò vxori à viro ſuppeditantur: longiſſimè donationis præſumptio ableganda eſt. *Ancha. d. loco. Felin. ad cap. ſuper eo. col.* 2. *de teſtib. Corn. conſil.* 81 *lib.* 1. *Caſtrenſ. conſil.* 427. *incip. Viſo ſuprà dicto. Anto. de Butrio conſil.* 38. *Anto. Corſet. in tract. de poteſt. Reg. quæſt.* 44. *deciſ. Neapolit.* 315. *num.* 9. *Port. in §. fin. Inſtit. de donat. Riminald. ad princip. eius tit. num.* 74. *Pet. Iacob. in tit. rer. amot.* Hoc nempe eſt quod perſpicuè tradit Martianus *in l. munus proprium. ff. de verbor. ſignificat.* [Dona autem propriè ſunt, quæ nulla * neceſſitate 3.
iuris, ſed officio & ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla repræhenſio eſt, & ſi præſtentur, plerumque laus ineſt.] *quadrant l. rem legatam. & ibi gloſſ. ff. de adimen. legat l ſi quis. ff. de donat. inter virum & vxor. l. nec ignorans, C. de donat.* Proinde in eo conueniunt omnes, quòd veſtes * pretioſiores (nam de 4.
vilibus & vſui quotidiano ſeruientibus non loquor) vna cum ornatu vxorio remanent hæredibus mariti. *Doct. ad l. cum te C. de donat. ante nupt. & ad l. penult. §.* 1. *ff. ſolut. matrim. Bart. ibi. & conſil. incip. Filius Petri. & in tract. de duobus fratrib. Angel. in §. fuerat. col. antepen. Inſtit. de act. Anchar. d. conſil.* 181. *& conſil.* 131. *lex. in l. ſi is qui quadraginta. §. dos legata. ff. ad l. Falcid. conſil.* 42. *lib.* 1. *col.* 6. *& conſ.* 30. *lib* 4. *Afflict. deciſ.* 315. *Cremenſ. ſingul.* 64. *Ioan. Lupi in rubric. de donat. inter virum & vxor. Boer. in addit. mag. ad Dyn. in cap. fin. de regul. iur. in* 6. *Stephan. Aufrer. in deciſ. Tholoſ. quæſt.* 336. *Stephan. Bertran. conſil.* 125. *lib.* 1. *& conſil.* 263. *lib.* 3. *Alciat. reſponſ.* 247. *incip. Subtiliter adeò Ioan. Neuizan. lib.* 2. *ſyl. nuptial. num.* 63. hinc Boer. *ad conſuet. Bitur. rub. des couſtumes concernans mariages. §.* 4. *verſic. Et ita. col.* 2. dicit pluries fuiſſe iudicatum contra viduas volentes lucrari

catenas

catenas aureas & monilia maximi precij: quodq; etiam ſi vxor in contractu antenuptiali pacta eſſet lucrum veſtium & ornamentorum præmoriente marito, non includerentur pretioſa, niſi ſignanter & de ijs, & de cuiuſcunque æſtimationis veſtibus actum fuiſſet. Concludimus ergo ex his liberã marito de ve-
5. ſtitu* & mundo pretioſiori vxoris teſtamenti factionẽ cõpetere: qua ad hæredes eius iure hæreditario venire non poſſunt, ſi non prius dominium apud ipſam fuerit. *l. nemo poteſt, ff. de reg. iur.* Aliud cenſeam, ſi ipſe vxori hæc non dederit, vel ſi aliter vxoris fiant ex conſuetudine loci, aut pro potentia & nobilitate vtriuſque coniugis, & amplitudine dotis illatæ. *Boer. d. §. 4. verſic. Item etiam lucratur vxor.* Tum deinde Arnol. Feron. *ad conſuet Burdegal. tit. de matrim.* §. 7. ſcitè oſtendit, annulos à ſponſo ſponſæ datos ita eius factos eſſe proprios, vt ſe inuita mariti diſpoſitioni haud quaquam ſubijciantur: id quod & Ludo. Roman. *conſil.* 146. & Bald. *ad Authen. ex teſtamento, C. de collat. & ad l. filij C. famil. erciſcun.* cum alijs propè infinitis adſeuerant.

CAPVT XV.

Num vxor de veſtibus & ornamentis à ſe in matrimonium illatis liberè teſtetur.

SVMMARIA.

1. *Vxor de veſtibus à ſe in matrimonium illatis liberè teſtatur.*
2. *Funeribus veſtes & ornamenta impendi non debent.*

ORnamenta & veſtes plerumque ipſæ ab initio nuptiarum vxores adferunt: hocque eos animo facere cenſentur, vt repetioni locus ſit, nec quidquam apud maritos maneat *l. ſi ego. §. dotis ff. de iure dot. eleganter Roman. conſ.* 144. *incip. In facto propoſito.* Vnde & liberam de illis teſtamenti * factionem ha-
1. bent. Exemplum proponit Iul. Paulus *in l. pediculus. §. item cùm quæreretur. ff. de aur. & argen. legat.* Item Scæuola valere ait teſtamentum matris, quo omnia ornamenta, aurum atque argentum quibus vſa erat, filiæ etiam in poteſtatate patris manenti reliquerat, *l. filiam. eod. tit.* Et tamen, vt neque de hiſce rebus fœminarum voluntatem exequi opus ſit. Sic enim idem Scæuola *in l. fin. d. tit.* inſipidæ cuiuſdam teſtatricis ſuperſtitionem enarrat ac damnat: [Mulier decedens ornamenta *
2. ita legauerat, Seiæ amicæ meæ ornamenta vniuerſa dari volo. Eodem teſtamento ita ſcripſerat, Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quæcunq; ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis. Sed neque hæres, neque maritus, cum humo corpus daretur, ea ornamenta, quæ corpori iuſſum erat adijci, dederunt. Quæſitum eſt, vtrum ad eam, cui ornamenta vniuerſa reliquerat, pertineant, an ad hæredes? reſpondi non ad heredes, ſed ad legatariam pertinere.] Eoque modo I. C. Vlpianus & Papinianus ſcripſerunt, ineptas voluntates hominum ſimpliciorum circa ſepulturam obſeruandas non eſſe, veluti veſtes, aut ſi qua alia ſuperuacua, vt in funus impendantur, *l. at ſi quis. §. impenſa. ff. de religioſ. & ſumpt. fune. l. ſeruo alieno ad fin. ff. de legat.* 1. & antiquiſſimo iure 12. Tab. aurum funeribus addi vetabatur, *vt teſtis eſt Cicero* 2. *de legib.* Præterea iure ſcripto hæc poteſtas de ornatu & veſtibus teſtandi vxori permittitur: conſuetudine verò in his regionibus paſſim obtinuit, coniugem ſuperſtitem omnia mobilia coniugis defuncti lucri facere, in cuius præiudicium teſtamenti de his factio non eſt. Sed & leges ciuiles certum tempus à morte vxoris marito indulſerunt, ante quod res iſtiuſmodi reſtituere non tenetur, *lib.* 1 *§. ſin autem ſuperſederit. C. de rei vxor. act.*

CAP. XVI.

Vtrum maritus poſſit teſtamento vxorem priuare legitima tutela ſuæ prolis.

SVMMARIA.

1. *Mater quibus tutoribus præferatur.*
2. *Tutela matri non admittitur, niſi per expreſſam deſignationem alterius tutoris.*

LVBENTER deſcendo in ſententiam Baldi noſtri, qui nihil ignoraſſe dicitur, *conſil.* 175. *incipiend. teſtator in teſtamento verſic. Ex hoc ſequitur. lib.* 1. *in alijs volum. lib.* 2. 308. vbi reſpondet, non eſſe in poteſtate mariti, vt expreſsè auferat ſuæ vxori legitimam tutelam, quam non ipſe, ſed lex illi defert: *per l. legitimos. ff. de legit. tut.* poſſe tamen prouidere de alio tutore, & ſic per indirectum eam excludere: quia lex matrem datiuis & legitimis † tutoribus præfert, teſtamentarijs 1.
non item, *Auth. mat. auia. C. quan. mul. offic. tut fungi poſt.* quod & Alberico *in l. miles §. ſexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtup.* placitum video. Alex. quoque *conſil.* 140. *incip. Super teſtamento num.* 6. *lib.* 1. dicit, quòd mater non admittitur contra voluntatem patris ad tutelam, *vt §. ex his. in fi. Auth. de hæred. ab inteſt. vnde ſumpta eſt d. Auth. in verb. Defuncti namque voluntati & electioni præponi nolumus.* Quod intelligo, ſi * expreſsè alius tutor deſignatus 2.
fuit, vt loquitur Baldus, non, ſi non fuit: etſi *ad d. §. ſexaginta. num.* 3. *verſic. Vltimò circa finem.*

finem id ſentire videatur Bartolus. Quærit enim, ſi maritus dedit vxorem in teſtamento tutricem liberis ſuis, & poſtea membrum illud ſeu clauſulam teſtamenti delet, an vxor tanquàm legitima tutrix admittetur? Et tandem decidit, quòd ſi ideò deleuit illam diſpoſitionem, vt indicaret vxorem à ſe indignam reputari, etiam ad legitimam tutelam, illa non admittetur. Sin autem ideò deleuit, quòd vellet inteſtatus decedere, quantum ad illam tutelam: alio iure vtendum eſſe ait. Vtcunque hoc Bartolo probetur: ego certè non muto, exiſtimans iniquum eſſe maritum, qui vxori id quod non dedit, adimit, & de alijs tutoribus proli ſuæ nō proſpicit, multaque per directum prohiberi, quę per obliquum ſeu indirectum admittantur.

CAP. XVII.

Adminiſtrator bonorum maternorum an alius ab vxore dari poſſit liberis, quàm dedit pater.

SVMMARIA.

1. *Tutor certæ rei dari non poteſt.*
2. *Adita hæreditate bona deſinunt eſſe hæreditaria.*
3. *Maritus non poteſt cauere contra voluntatem vxoris.*
4. *Pater præſumitur optimè filio proſpicere.*
5. *Tutor à matre datus quando poſſit præferri paterno.*
6. *Mater poteſt committere cui vult adminiſtrationem bonorum, quæ relinquit filio.*

GEMINA plene quæſtio eſt hæc, an vxor ratione bonorum ex ſua parte prouenientium alium tutorem dare poſſit liberis, quam maritus ipſe teſtamento dedit? Ac video Lud. Roman. *conſil.* 188. *incip. In hac cauſa.* reſpondiſſe, quòd tutor à patre datus præfertur etiam in bonis maternis. Primũ hac ratione, quod à principio certarum rerũ * tutor
1. dari non poteſt, *l. certarum. cum l. ſequen. ff. de teſtam. tut. §. certæ. Inſtitut. qui tut. da. poſſ.* Ideoque nec ex ſuperueniente cauſa matri hoc licet, ne ad eum caſum res deueniat, à quo incipere nequiret. *l. pluribus, & quæ ibi ſuſè notant interpp. ff. de verbo. obligation. latè Bald ad l. comparandus. C. mandati.* Deinde quia tutor principaliter perſonæ datur, rebus ſecundario præficitur, *l. quia perſona. ff. de teſtamen. tute. l. in copulandis. C. de nupt.* ex quo conſequens eſt, vt ſimiliter bona pupilli perſonam ſequentia gubernare debeat, *l. ſi fideicommiſſum, C. de iudic.* cuius iam per aditionem facta ſunt, & deſierunt * eſſe hæreditas meterna, *l. 1. §.*
2. *veteres. & ibi multis Iaſon & alij. ff. de acquirend. poſſeſſio pluribus verò Ioan. Neuezan. ſylua nupt. lib. 2. cap. 1. num. 82.* Tertiò cum tutor pupilli perſonam repræſentet, vt fictus dominus, *l. interdum §. qui tutelam. ff. de furt. l. qui fundum. §. tutor. ff. de vſucap. pro empt.* vtique in ſolidum perſonam ipſius repræſentare debet circa bonorum vndecunque prouenientium adminiſtrationem. Denique quoniam regulariter tutorem habenti tutor non dator, *l. licet. C. quib. cau. tut. habentib. §. interdum Inſtitution. de curato.* licet ſubinde curator adiungi poſſit, *l. prolata C. eod. tit. l. quæro. ff. de ſolut.*

Contrarium tamen videtur ex eo, quòd maritus neque directè neque indirectè in præiudicium bonorum † aut voluntatis ſuæ vxoris teſtamento cauere poteſt, 3. *l. ſerui electione §. cùm fundus. ff. de legat. 1. Ioan. de Imola conſil. 73. copioſè Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. des droicts & appart. §. 3. in verb. des heritages & §. 4. num. 1. & 2. itemq; in rubr. Le mari & la femme. §. 7. in verb Et ne ſoient point* & ob eam cauſam probabile eſt, quod non permittitur ei, vt coniugi adimat poteſtatem dandi tutorem poſtea confirmandum à iudice, in ijs bonis, in quibus ipſe ſimul cum vita ius omne amittit, vtpotè ex ſolius vxoris parte procedentibus. Tum quoque lex pro rebus, quæ ab aliquo profectæ ſunt, tutelæ dationem recipit, *l. fin. C. quand. mult. offic. tuto. l. fin. C. de confirm. tuto.*

Ego Romani opinione, etſi argumenta eius non omni ex parte plana & incunctabilia ſint, vti malim, & ita ſuper hac quæſtione in Senatu Brabantiæ mota me reſpondere memini. Nam cum plurimum referat cui tantum fidei habeatur, vt impuberis animum formandum & tribuendum ſuſcipit, ius ipſum priores in eligendo tutore partes naturali ratione * patri adſcribit, tanquam filij 4. rebus diligentius quam mater aut alius quiſpiam proſpecturo. Pater enim ſemper præſumitur capere ſalubrius conſilium in fauorem filij, *l. nec in ea. ff. de adult.* etiam ſi quod ageret non videtur primo adſpectu eſſe vtile. *Alciat reg. 1. præſumpt. cap. 2. & 3.* Proinde quod dicitur, matrem poſſe tutorem dare, eumque per inquiſitionem confirmari, ſic intellige, niſi alius tutor datus † à patre fuerit, 5. vel ſi is ſit inidoneus. Nam hoc quidem indicat Alberi. poſt Cinum *ad d. l. fin. C. de confir. tut.* dum ponit in arbitrio iudicis, vt ſic non expediat pupillo habere tutorem paternum, præferatur is quem mater eſſe voluit. Planè enim pupillorum bono multa contra ius ſummum recipi conſtat, quæ alias vix ſubſiſterent, *l. generaliter. de fideicom. libert.* Ait Angel. *ad d. l. fin.* ſi vterque parens mutuo conſenſu tutorem dederint, ambos adminiſtraturos eſſe, non ſi pater vxorem præuenit, cùm tutorem habenti tutor dari non poſſit: quæ ratio vera eſt, ſed ibi malè ad propoſitum allegatur. ſic namque & maternum tutorem prius datum anteferri diceremus. Porrò ſi vxor prouidendum exiſtimet, ne tutor à marito datus pupillo præſit, bonaque à ſe relicta adminiſtrat, præſtò eſt remedium *ex l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſur.* vt ſchilicet ei quem tutorem dare vult, hæreditatem filio

cum

cum pubes erit reſtituendam relinquat. Ita enim ſcriptus hæres impuberem gubernabit, & facto iam puberi hæreditatem cum fructibus perceptis reſtituent, nec quartam Trebellianicam deducet. *gloſſ. ſing. & ex ea Alexand. cum alijs ad l. in fideicommiſſarium. §. fin. in verb. In fideicommiſſum cadit ff ad Trebel.* Quod bellè referens Ioan. Dilectus *de arte teſt. tit. 7. cau. 4. incip. Pupillo.* monet inſuper, cautius facturam eſſe matrem, ſi exprimat in teſtamento, ideò ſe hoc velle, vt melius filio conſulatur, & ſi mandet interim pupillo alimenta præſtari ex fructibus hæreditatis. Omninò præteritione filij tale teſtamentum ruptum non iri cenſeo. *l. multi. & ib Doct. ff. de lib & poſthum.*

Illud indubiè verum eſt, quòd vxor ſicut ab vſufructu, ita & ab adminiſtratione eorum & bonorum coniugem excludere poteſt, quæ ex parte ſua liberis obuenient. §. 1. *in aperto. Authen. vt lic. mat. & auiæ. & ibi Bar. cum alijs gloſſ. & Fulgoſ. ad lib. 3. ff. de vſur.* Et quoties ſub hac definitione atque conditione filios ſcripſit hæredes, ſi ſoluti patria poteſtate fuerint, pater curator eſſe non poteſt: vt non alia via hoc quod noluit teſtatrix, fiat, *tex. eſt in l ſcire oportet. §. 1. ff. de tuto. & cura dat. ab his. quod & Ioan. Papo ad conſuet Burbon. tit. 16. §. 174. in princip. probat.* Certè hoc à ratione alienum non eſt, cùm ſæpè mater, cui mali mores mariti cogniti ſunt, quæque eius ignauiam compertam habet, non immeritò bonorum ſuorum dilapidationem, aut ſaltem neglectum vereatur, vt plenè hæc pertractans *ad l. quoniam in prioribus limit. 1. nu. 12. C. de inoffic. teſta.* obſeruat Suares: eodemq; loco diſcutit, an hæc ad legitimam quoque filiorum extendi poſſint, & pleraque alia, quæ videbis, eleganter. Sciendum eſt autem, ſi pater liberos emancipare nolit, curatorem fide dignum bonis à iudice ordinari, *d. Auth. vt lic. ma. & auiæ. Auth. excipitur. C. de bon. qua lib. gloſſ. & Doct. in l. filiis matrem. C. de inoffic. teſtamen.*

CAP. XVIII.

Quid & quantũ coniunx poſteriori coniugi relinquere poſſit.

SVMMARIVM

1. *Secundæ nuptiæ, vtpote liberis prioribus damnoſæ, varijs pœnis conſtringuntur.*
2. *Vxor non poteſt plus ſecundo marito relinquere, quàm vni liberorum prioris thori.*
3. *L. hac edictali. C. de ſecund. nupt. beneficium non computatur liberis prioris matrimonij in legitimam.*
4. *L. hac edictali, locum habet etiam in eo quod plus vitrico relictum eſt ad alimenta.*
5. *L. hac edictali beneficium tranſmittitur ad nepotes.*
6. *Renunciatio beneficij l. hac edictali à liberis prioris matrimonij facta reuocatur: nec iuramento mulieris idem beneficium tolli poteſt.*
7. *L. hac edictali quibus caſibus non procedat. n. 8. num ſeq.*
8. *Vxor renubens quidquid à priore marito habet, eiuſdem matrimonij liberis reſeruare cogitur.*
9. *Vxor renubens quod habet per mortem alicuius ex liberis prioris thori, eius fratribus & ſororibus ſeruare debet.*
10. *Mulier binuba exemplariter ſubſtituere non poteſt.*

NON, quia naturali quadam ratione vxor priorem maritum plus quàm * poſteriorem diligere ſolet, *vt 4. part. probl. ſcribit Ariſtotel.* ideo etiam liberos ex priore marito genitos plus quam poſteriorem virum amare præſumitur. Nam ſi verum eſt, vt certè eſt quod *in l. lex quæ §. lex enim. C. de adminiſt. tut.* ait Conſtantin. immoderatæ atque intemperantes fœminæ plerumque nouis maritis non ſolum res liberorum, ſed etiam vitam addicunt. Contra quoque maritus qui liberis ſuis nouercam inducit, quantum illis odij, contradictionis, & æmulationis adijciat, nulli non notiſſimum eſt. Ideoque leges Romanæ infelicium liberorum miſeratione quadam, diuerſis modis ſecundas nuptias conſtrinxerunt, vt vel coirent difficilius, vel ſi omnino placerent, ſua ſecum ſupplicia ferrent. Inter quæ & illud eſt, quòd coniunx non plus poſteriori † coniugi ex bonis ſuis legare, aliove titulo conferre poteſt, quam cuique liberorum prioris matrimonij, habito reſpectu ad eum filium, cui minimum relictum eſt, *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. §. optimè Authen. de nupt.* & ſi contrafactum fuerit, reuocatoria actio in rem etiam contra quemcumque poſſeſſorem liberis datur. *Iac. Ra. Rainer. Iaco. de Butr. & Salic. in d. l. hac edictali. & Bald. conſil. 22. Quadam domina Nicolina verſic. Conſiderat. lib. 5.* Quæ pœna neque per leges diuinas, neque per iura canonica, neque per dictum Apoſtoli libertatem nubendi concedendis ſublata eſt, *cap. cùm ſecundum extr. de ſec. nupt.* quia fauorem liberorum reſpicit, quod *l. 1. cap. 47. n. 3.* ſufficienter oſtendimus. 1. 2.

Idque ampliatur primò, vt liberi prioris tori non computent † in legitimam quod habent ex beneficio d. l. hac edictali, id eſt, vt non ſolum coniunx non poſſit poſteriori coniugi plus relinquere, quam vni ex liberis prioris matrimonij, ſed præter hoc debeant ſinguli illi liberi habere integram legitimam in bonis parentis, vt ea ante omnia deducta, deinde reliqua bona diuidantur æqualiter in ipſos & vitricum, ſeu nouercam, iuxta formam d. l. hac edictali. *gl. expreſſa in d. §. optimè. ad verb. Quippe dudum quarta quam probant Bart. in l. 1. n. 2. C. de inoffic. dot. & Bald. in d. l. hac edictali. col. 3. verſ. Modo ſuper iſto. itemque d. conſil. 22. & conſil. 401. Quia prædicta puncta n. 2. lib. 2.* 3.

lib.2. quia,inquiunt, liberi vnum habent iure naturæ, aliud delicto tranſeuntis ad ſecunda vota.vnde quaſi vnum pœnale, aliud rei perſecutoriũ ſe non impediunt,vt & alias, *l. ſi pro fure* §.*furti action.ff.de condict.furt.l.ſi pignore.*§. *cum furti ff. de furt.* nec poſſet teſtator facere quòd hoc lucrũ imputaretur ipſis in legitima. *argũ.l ſi arrogatur.*§. *ſed an impuberi ff.de inoffic. teſtam.* Eaque fuit ſententia omnium fermè Doctorum antiquorum, *teſte Caſtr. conſ.* 348. *Viſo caſu & allegationibus.n.*2.*& latiùs conſil.*462.*Gl. in Auth.de nupt.n.*1.*l.*2.*quam & Raph. Fulgoſium in conſilijs ſemper tenuiſſe refert, vt patet in eius conſ.*89.*Dominica Catharina.& conſil.*97. *Antonius tranſiens. & firmant alter Raph. conſ.* 19. *Donna Ioanna.Ang.in d.*§.*optimè.Fabian.in Auth. nouiſsima col.*36.*C de inoffic.teſtam.Socin.conſ.*35. *Primum.in* 3.*dub.l.*4.*Corn.conſ.*33.*& conſ.* 118. *l.*1.*conſ.*22 *col.*6.*ad fin.l.*2.*& conſ.*309.*col.*3.*verſic.Facit etiã ad prædicta.l.*3.*Carol. Ruin.conſ.*94. *l.*5.*Pract.Ferrar.in for. libel.quo vxor agit ad dot. ad verb.Dictæ.dominæ.verſic.Deinde quæritur.Dec. latè conſil.*246.*n.*4.*& Aymo Crauet. conſ.* 142. *num* 4. *l.* 1. Non me clam eſt quod Petr. de Anchar. *conſ.* 101. *Ex prædicto* Alexand. *conſ.* 158.*Circa primum dubium n.*8. *verſicul. contrarium.l.*5.Poſt Iacob. de Rap. Iacob. de Aret. Pet. Cyn.Sali.*in d l.hac edictali.* aliter reſpõderunt. Sed Anchar.tametſi eam opinionẽ exiſtimet eſſe veriorẽ, cenſet tamen tutum non fore à communi in conſulendo recedere. Gl. autem ab Alexand. allegatæ non hoc adſerunt ad quod allegantur. Ratio quoque eorum non movet, quod ſcilicet ea, quæ filius percipit ex diſpoſitione legis, computantur ei in legitimam, vt videmus in quarta debita iure inſtitutionis.*gloſſ.& Bart. ad l. quanquam C. ad leg. Falcid.* Quia hoc verum eſt,quando non obſtaret expreſſa voluntas teſtatoris, ſicut in Trebellianica expreſsè non prohibita, quæ computatur in legitimam quando filius purè grauatur, cum Trebellianica non dicatur capi contra voluntatem teſtatoris, qui eam prohibere poteſt, *vt ſoluit Aymo Crauet. conſ.* 194. *In caſu propoſito,num.*1.*& 2.lib.*1. At hic liberi habent beneficium d.l. hac edictali. contra voluntatẽ parentis expreſſam, & in eius odium, ideò nullo modo retorqueri debet in eius fauorem, vt ſaltem in legitimam computetur. Deinde id ita procedere poteſt, niſi in pœnam lex aliquid intruduxerit, ſicut hic: non quod mulier in alterius viri manum veniens hodie crimen admittit, ſed quod pœna etiam extra crimen eſſe poteſt ad coercendum eos, quos lex aliornm fauore ab actu aliquo etiam licito abſtinere præcipit: id quod impetratione beneficij inuentarij manifeſtè apparet, *l. vlt. C. de iur. delib.* Eodem modo non vrget, quod exiſtimant electionem duntaxat alterius liberis dari, vt vel legitimam, vt beneficium d.l. hac edictali, amplectantur, prout ſibi putabunt eſſe magis commodum. Nulla enim lege id probatur. Legitimam enim lege naturæ vetuſto ciuili iure confirmata, non autem beneficio matris habent,ſed in ea creditores illius exiſtunt, vt nulla appareat ratio, cur ad illius diminutionem portio illa pœnalis pertinere debeat.

Amplia ſecundò ex Aymone Crauet.*d.conſ.* 174.*n.*3. *& ſeq.* etiam ſi vitrico vel nouercæ * 4.
ad alimenta atque ſubſidium vitæ plus aliquid relictum eſſet. Primum enim nulla lex eſt quæ hunc caſum excipiat, vt firmat Aymo, imò lex pauperi marito aut viduæ tum demũ in bonis defuncti fauet, & miſericordiam ſuam impartitur, quando liberi & agnati deficiunt. *Auth.prætereà.tot. tit. C. vnde vir & vxor.* Deinde d. l. hac edictali, loquitur indiſtinctè, vt proinde generaliter debeat intelligi, etiã ſi eſſet maior ratio in vno caſu, quàm in alio, *l.* 1. §.*quod autem.ff.de aleat.l. in fraudem.* §. *vlt. vbi Bal.ff.de teſtam. milit.* Ratio autem in relicto alimentorum ab alijs diuerſa non videtur, cum non minus liberi prioris thori egere poſſint, quam vitricus, aut nouerca:& nulla ideò vrgente ratione reſtringendi reſtringi non debet diſpoſitio generalis, *Bald. conſ.* 48. *Quia verba l.*4. Sed quid ſi ditiores ſint liberi; vtiq; ratiocinatio iſta corruit. Confirmat tamen Aymo hanc ſententiã alio rurſus modo, quod nempe vſusfructus ſecundo coniugi relictus æſtimari debet ſecundum formam l. hæreditatum.ff.ad leg.Falcid. *autor. Steph. Bertran. ad d. l. hac edictali. n.* 4. & ſi facta computatione plus reperiatur relictum coniugi, quàm filio prioris matrimonij, fiet deductio iuxta d. l. hac edictali & tamen ſecundus coniunx in vſufructu non habet ius niſi quamdiu viuit,ſicut in alimentis. Addit alimentorum rationem attendi non debere, niſi in perſona quã quis tenetur alere,veluti ſpurio, & ſic perſona prohibita, cui ob id legatum alimentorum fieri poteſt; quia pater iure naturali tenetur alere etiam ſpurium,*cap.cum haberet.de eo qui dux in matr. quam pol. per adult.* At vxor non tenetur alere ſaltem poſt mortem maritum inopem. Ratio igitur alimentorum hic in conſiderationem non venit.

Amplia quartò, vt non ſolum ipſi liberi primi matrimonij † habeant beneficium d. l. ſed 5.
etiam eorum liberi, ad quos ſuum ius tranſmittunt, non autem ad hæredes extráneos, *Aymo d.conſ.*142.*num.*6.*&* 29.*allegans tex Auth. ad eos C.de ſec.nupt.& Caſtren. conſ.* 368. *Præſuppoſito quod præfatum decretum.col.*3.*verſic. Sed vnum eſt l.*2.quia omnia iura competentia defuncto tranſeunt ad eius hæredes,*l.ſi pactum C. de probat.*& cum iſtud beneficium ex capite doli aut enormis læſionis competat permiſſione legis, tranſmitti debet ad hæredes.*Iaſon in l. ſi arrogato col.*7.*ff.de adopt.Deci.conſ.*203.*num.* 7. *verſic.ex quibus concludo.per* §.1.*Auth. de iureiur. à mo.præſtit.*

6. Amplia quintò ex eodem Aymone *d. conſ.* 142.*n.*9. *& ſeq.* vt ſi filij prioris * thori minores ſub adminiſtratione matris ac vitrici exiſtentes renunciauerint huic beneficio, etiam data vitrico quitatione & liberatione ab omni portione materna, & iure iurando addito poſſit reuocare eam renunciationem & liberationem, tam ex capite minoris ætatis, quàm ex capite doli præſumpti in vitrico adminiſtratore, qui cùm debuiſſet eorum res protegere, contrarium faciendo ad prohibitam d.l. pactionem eos induxit.*cap. qui contra iura. de reg. iur.* Ad cuius confirmationem pluribus ibid. argumentis, validiſſimisque rationibus vtitur Aymo, nec minus eleganter Ioan. Sichar. *ad l. fœminæ. n.*8.*C.de ſec.nupt.*

7. Amplia † ſextò, vt hæc prohibitio per iuramentum mulieris tolli non poſſit, quia eſt in fauorem liberorũ.*Bart.in d.l.hac edictali.in princip.num.*2.*& in l.cum quis decedens.*§.*Titia.ff.de lega.*3.*Bald.d.conſ.*22.*lib.*5.*Dec.d.conſ.*246.*n.* 1.

8. Limita * tamen primò d. l.hac edictali, vt non habeat locum, quando coniunx obligatur abſq; ſuo facto plus poſteriori viro relinquere, quàm vni ex liberis primi matrimonij, *ſecundũ Roman conſ.*219.*Ex themate conſultationis,col.*3. *& Claud.in l.ſi ita quis promiſerit.*§. *ea lege. col.* 1.*verſ.Et iſtam gloſſ.ff.de verb.obliga* vt ſi mulieri aliquid relictum fuerit ea conditione, vt ſecundo marito donet. Nam & in prohibitione legis, & in prohibitione hominis nunquam alienatio neceſſario includitur,*l. alienationes ff. famil.erciſ.l.*1.*ff.de offic.Proconſ & multis alijs allatis à Rom.ibi, & à Tiraq. eum referente de leg. connub gloſ.*6.*ad verb De ſon maiy.quæſt.*22.*ſecunda.& ea quidem.*

9. Limita † ſecundò, ſi ſtatuto loci diſpoſitio d.l. hac edictali, ſublata ſit, id quod fieri poſſe tradunt Salic.*col.*3.& Bald.*col.*2.*ibi, & in l.* 1. *quæſt.*3.*vbi & Caſtr.C.de inoffic. dot.* Curt. Sen. *conſil.*78.*col.*2.*&* 3.Socin.dicens hanc opin.eſſe communem *conſ.*52.*col.*1 *n.* 3. *& col.* 2. *verſic. Vnde conſidero lib.*3.*Dec in Auth.prætereà C.vnde vir & vxor,* aliosque cumulans *Pariſ.conſ.*71.*Videtur primo aſpectu dicendum n.*10.11. *& ſeq. lib.* 3.*apud quem d.n.*10.11.*& ſeq.& n.*37.38.*&* 39. *legere eſt complures rationes in hoc adductas: cui adde Roland.à Val.& Phanuc.in tract. de luc. dot. hunc quidem gl.*5.*ad verb. Sine liberis. n.* 38.*& plurimis ſeqq.illum verò quæſt.*33.

10. Limita tertiò * quod licet inter coniunctas perſonas facilè fieri poſſit & præſumatur fraus, *l.non ſolum,in princ.ff.de ritu nupt. l.data. C. de donat.* tamen d.l. non impedit quo minus poſſit coniunx plus relinquere liberis ex poſteriore coniuge procreatis, quàm vni ex liberis prioris coniugij, niſi fraudandi animus aliter probetur,.*Bald.in d.l.*1.*C.de inoffic.dot. & in d.l.hac edictali. per text.* §. *pen. Auth. de nupt. licet alios nonnullos diſſenſiſſe teſtetur, latè Caſtr.conſ.* 150. *Viſo caſu & allegationibus,col.*3.*verſ.Sed tunc occurrit dubium,Dec.d.conſ.* 246.*n.* 3. *Ruin. conſ.* 112.*lib.*1. Quia cum d.l.hac edictali,ſolum prohibeat plus relinquere ſecundo coniugi, non debet extendi prohibitio ad filios ex eo procreatos, quod nulla lege cautũ reperitur, *arg. l illam.C de colla.& in l.ſi vero.*§.*de vero ff.ſol.matrimon.* Et expreſsè lex permittit parenti, vt vni ex liberis ſuis plus relinquat quam alijs, ſi modo eos legitima nõ fraudet, *l. cum quæritur. C de inoffic. teſtam.* nulla facta diſtinctione ex quo matrimonio ſint nati. Verumtamen hoc quemadmodum procedat, vide *Caſtr. d. loco.*

Limita * quartò, vt locum non habet ſi liberi prioris thori fuerint ingrati erga parentem binubam, ingratitudine à lege notabili. *Auth. hæres.C.de ſec nup.& § ſoluto Auth de nup. Bald. d.conſ.*22 *n.*3.*verſ.Item in quantitatibus debitis. Corn.conſ.*28.*Imminet.lib.*3.*Dec.conſ.*490. *Viſis his quæſtion.verſ.Quartò hoc confirmatur.Phanuc. d loco.n.*48. Nam ſi eo caſu in totum exhæredari poſſent, *vt not. in Auth. vt cum de appellat. cogni.*§.*aliud quoq; capitulum,*quanto magis pro parte aliqua bonis parentis minui? 11.

Limita * quintò, vt intelligatur d. l. de liberis bonorum capacibus. Qui enim bonorum capaces non ſunt, eiuſdem l. beneficium non habent. Quod in monachis, quos fratres minores vocamus,reſpondet Socin.*d. conſ.* 35. *lib.*4. *poſt Bald.*Illi enim nõ poſſunt habere proprium per ſe, nec per monaſteriũ ſuum, *vt latè Bart in tract.minorit.*& paria ſunt in rerum natura non eſſe,& nõ ſuccedere,*l.ſi ex modica.*§. *ſi filius ff.de bon.lib.* De aliorũ ordinũ monachis, qui ad ſucceſſionem admittuntur, dubitant nonnulli, quia & in his ratio legis ceſſat, ſcilicet quod mater ſecundi coniugis amori priorum liberorum curam poſtponere ſolet. Monachi enim curam mater habere non debet,quæ transfuſa eſt in Abbatem. Tamen verius eſt,cum admittitur vel monachus vel monaſterium ad ſucceſſionẽ ab inteſtato, *vt l. Deo nobis.D.de epiſ.& cler.*tunc illis concedi beneficium quod eſt de liberis conſtitutũ, *vt eleganter decidit Ioan.Sichard.ad d.l.hac edictali.n.*6. *&* 7. *poſt Rain.con.*63.*in fin.l.*3.Idem eſt in damnatis læſæ maieſtatis, hoſtibus iudicatis, vulgò quæſitis,inceſtuoſis,& alijs,*de quibus Sicha. d.n.*7.*& in addit.ad Bart.in d.l had edictali.*Idem etiam in his, qui per ſtatuta excludunt urà ſucceſſione,*Corn.d.conſ.* 2. *quem refert Phanuc. d.loco,n* 49. quia beneficium iſtius legis ijs quibus legitima non debetur non competit, & legitima non debetur per ſtatuta excluſis. *Bar. Bal.Imo Alexand.in l Gallus.*§.*& quid ſit tantum. ff.de l.b. & poſthumis.* Quod ego tamen nequaquam adſeuero,cùm multi ſummæ notæ autores non malis rationibus contrarium probauerint,*de quib. apud.Dec.in d.conſ.*396. 12.

Limita ſextò, vt * non procedat quando conſenſu liberorum prioris tori, vel conſenſu defuncti coniugis parens ſecundas nuptias contraxiſſet, dotemque dediſſet.*Ioan. de Am. conſ.col.pen. Ang. conſ.* 396. *Nunc arbitramur.* 13.

Dec.

Dec. in rubr. C. *de ſecun. nupt. & conſil.* 206. quia volenti & conſentienti non fit iniuria, *cap. ſcienti.de regul.iur.de quo nos & ibi. vt ſup.l.*1. *latius egimus.*

13. Limita ſeptimò, vt quamuis † per teſtamentum mulier nullo modo tollere poſſit iſtud beneficium, tamen ſi ſecundo marito omnia bona det in dotem abſque aliquo pacto lucratiuo, viuente muliere habebit maritus & adminiſtrabit omnia eius bona, quia hoc per illam legem non prohibetur, & ante matris mortem liberi nihil iuris erant habituri, *vt tradit. Dec. d. conſil.* 246. *num.* 6.

Limitare octauò potes ex eodem Decio, ſi mulier donet * omnia bona ſua ſecundo ma-
14. rito adhibito fideiuſſore, qui obliget ſe ac promittat conſeruare maritum in tali donatione, non obſtante d.l.hac edictali. Nam talis promiſſio, vt ipſi videtur, obligaret efficaciter promittentem ad intereſſe. *Abbas conſil.* 43. *l.* 1. *Phanuc.d.loco,num.* 47. *verſic. Tertia cautela eſt, vbi ait eam limitationem à nemine improbari.* Ego tamen audacter improbo, cum tacitæ eiuſmodi fraudes & ſimulationes nullius ſint momenti, *Bald. in terminis in d.l.hac edictali Benedic. Capra conſil.* 81 .*Etſi videtur prima facie.n.*4.& ait text. *d. l hac edictali,* omni circumſcriptione ceſſante.

Limitationes alias nonnullas, quod dubitationis plus quam veritatis habeant, omitto. Tu ſi plura velis, Phanuc.*d.loco, & Boer. deciſ.* 200. videto.

Similiter illa † pœna conſtituta eſt, vt mu-
15. lier renubens in poſteriorẽ maritum aut alium nihil conferre poſſit ex illis bonis, quæcumque ex liberalitate mariti prioris ei obuenerunt, ſed ea, vſufructu tantum retento, liberis prioris matrimonij relinquere debet, *l.fœmina.& Authen.in donation.* C.*de ſecund.nupt.*& æqualiter inter eos diuidere.*Auth. lucrum.C. eo. tit.*

Quę regula, vt breuiter hæc abſoluam, locum habet non ſolum in muliere, ſed etiam in viro, ſi habeat liberos, & ducat alteram vxorem, *d.§. ſoluto & §.fin.verò expectet. Auth. de nupt. & §. quia vero. Authen. vt filij fratrib.* quia vtrobique eſt eadem ſuſpicio, ſcilicet deſertionis filiorum, & vbi eadem eſt ratio in correlatiuis, ſibi ſemper debet eſſe idem ius. *Doct in §. patitur. Inſtitut. de iniur. & dicam amplius l.* 4.*cap.* 5. *num.* 1. *Et ita Dec. multos citans conſ.* 87. *num.* 3. *& Ioan. Sichar. in d. l. fœmina num.* 5.

Secundo locum habet non ſolum in liberis prioris matrimonij, ſed etiam nepotibus. *tex. l.in quibus caſibus* C.*de ſecund.nupt. & latè firmat Dec.d.conſ.*87.*num.*3.*verſ.Sed his non obſtantibus, quem deſignaſſe ſatis eſt.*

Denique locum habet etiam ſi liberi prioris tori hæredes parentis eſſe nolint: ideo quod lucrum hoc ipſis debetur non vt hæredibus, ſed vt liberis; neque ex ſucceſſione parentis voluntaria, ſed beneficio legis, *d. Auth. hæres.* & ideo tamquam æs alienum illis debetur, *vt dicit Roman. conſil.*190.*Clarum eſt & Dec d.conſil.* 87. *num.* 3. *verſic. Nam tota hæreditas. & copioſius d. conſ.* 396. *num.* 2. *&* 3. idque in pœnam tranſuolantis ad ſecundas nuptias: * *proſpeximus Authen. de non eligen.ſec. nubent.* adeo vt filia quæ 16.
iurata renunciauit hæreditati parentum, etiam ad hoc lucrum admittatur, *Oldrad. conſil* 294. *Vltra iam dicta Deciſ.d.loco, & ſcitè Ioan.Sichard. in d.l.fœmina num.*8.

At enim pleræque earum limitationum, quas in priore membro retulimus, huc applicari poſſunt, præſertim de conſenſu liberorum vel mariti defuncti in ſecundas mulieris nuptias.

Rurſus ea pœna infligitur renubenti, * vt 17.
quicquid ante ſecundas nuptias vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ex bonis liberorum prioris tori adquiſiuit, debeat ſeruare, quod ad proprietatem, reliquis eius matrimonij liberis ſuperſtitibus, *d.l.fœmina.§. illud.* Idque extenditur ad patrem, *Guido Papa deciſ.* 228. auum & auiam. *Matth. de Mattheſilano in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat.* 1. *memb.*2.*art.verſ. Tertio quæro, per gloſſ.vlt.in l.ſi quis ſeruo.C.de furt Ioan. Sichard. ad d.§.illud,num.*2. *&* 3.

Quas tamen regulas ita limitabis, vt non aliter procedant, quam ſi coniunx à priore marito vel eius liberis adquiſiuit titulo lucratiuo. Nam ſi qua bona ab his titulo oneroſo habeat, non cogitur ea liberis prioris matrimonij ſeruare, *Bald. in d. Authen. in donatione.* C. *de ſecun. nupt. Capra, qui etiam ad cauſam meritorum hoc trahit, d. conſil.* 81. *num.* 3. *Ioan. Sichard. d. loco, num.* 4.

Ad extremum ſi mulier tranſit ad ſecundas nuptias, exemplariter ſubſtituere non poteſt, 18.
imò etiam ſi ſubſtituiſſet antequam tranſiret ad ſecundum matrimonium, teſtamentum euaneſceret, *vt notat Bart. ad l. ex facto, col.* 4. *verſic. Quid ſi mater. ff. de vulgar. & pupil. ſubſt.* quia ſcilicet male de ea lex præſumit, *vt in princ. diximus,* ob idque & tutelam ei aufert, *lib.* 1.C. *quando mulier tutel, offic.* & difficile ei permittit, vt apud ſe & vitricum liberos alat, *lib.*2.*C. vbi pupillus educ. debeat.* Et licet Imo. & Iaſon ab hac Barto. ſententia illic recedant, Zaſius tamen *in tract. ſubſtitut. cap.* 3. *de exempla.ſubſtit. particip.* 2. Politum ſecutus dicit eam eſſe veriſſimam.

PETRI

PETRI PECKII ZIRICÆI, I. C. REGII CONSILIARII, DE TESTAMENTIS CONIVGVM, LIBER TERTIVS.

CAP. I.

An variat ſtatutum, ne vxor ſine conſenſu mariti teſtetur.

SVMMARIA.

1. *Statutum quod certa ratione nititur, ſeruari debet.*
2. *Teſtamenti factio ex alterius arbitrio pendere non poteſt, & num. 6.*
3. *Argumentum à pacto ad ſtatutum.*
4. *Statutum an valeat ne vxor ſine conſenſu mariti teſtari poſſit*
5. *Statutum ne vxor ſine conſenſu mariti teſtetur, non aufert liberam teſtandi facultatem.*
7. *Periculum vbi maius eſt, ibi cautius agendum.*

QVONIAM hucuſque ea perſequuti ſumus, quæ circa teſtandi poteſtatem iuris communis ratione inter virum & vxorem recepta ſunt: conuenienti ordine exinde, ad leges municipales, & ſtatutarias diſpoſitiones progrediemur. Principio autem quæritur, valeatne ſtatutum, ne liceat vxori ſine conſenſu mariti teſtamentum facere? Qua de re magno olim diſſidio conflixerunt Commentatores legum Longobardarum *in l. 1. & 2. tit. qualiter nul. l. aliena. permiſ. eſt.* quibus cauetur, vt non liceat mulieri contrahere ſine conſenſu mundualdi ſui, hoc eſt, mariti ſui, ſi nupta eſt, ideoque etiam teſtari cenſetur prohibita, cum à contractibus ad vltimas voluntates validum ſit argumentum. Porrò Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 206. Num quid mulier, numer. 3.* in eorum partes concedit, qui exiſtimabant teſtamentum mulieris contra legem Longobardam ſine conſenſu mariti factum ipſo iure nullum eſſe. Atque in ea ſententia videntur fuiſſe Bald. & Salicet. *in l. 1. C. vnde vir & vxor.* Angel. & Imo. *in l. 2. in princip. per illum tex. de vulga & pupil. ſubſtit. idemque Angel. §. 1. col. 5. Auth. vt fac. no. conſtit.* eamque his autoribus diſertè adſerit Iaſon. *ad l. ex facto. num. 8. & 9. ff. de vulga. & pupil.* dicens quod ſi caſus eueniret, ita conſuleret & iudicaret. Primum enim omne ſtatutum; quod certa ratione fundatur,* 1.
veluti æquum ſeruandum eſt, *Bald. in l. vl. ff. de lib. præter. & alibi ſæpè in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur appoſitè Dn. Viglius in rub. inſtit. quibus non eſt permiſ. fact. teſtam. num. 5.* Huius autem ſtatuti ſumma ratio eſt, lubricum ſexus, & imbecillitas conſilij fæminei, quæ mulieres facilè deceptionibus exponunt: tum quod humana & præcipuè fæminea fragilitas de facili mortis cogitatione perturbatur, *l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſtam. fac. poſ.* Deinde teſtamenti factio requirit perſonam integram, *vt ait Iac. But. in l. ſenium. C. eod. tit.* Sed qui eſt in alterius poteſtate, vt vxor, non habet perſonam integram, *gl. in l. cùm non ſolum. §. 1. ad verb. Imponenda. C. de bon. quæ. lib.* proindè meritò ſine conſenſu eius in cuius poteſtate eſt, teſtari prohibetur. *Afflict. d. loco num. 5.* Hocque modo in ſimili Ioan. Calder: *conſ. 20. An ſi ſtatutum. tit. de conſtit.* & ante eum Pet. & Anchar. *conſil. 25. Videtur prima facie.* decidunt valere ſtatutum, quo coangultatur poteſtas teſtandi etiam pro anima: quod an verum ſit, inferiùs *cap. 14.* dicemus. Bona enim, inquiunt, hominum iure ciuili regulantur, quo ſublato nemo poteſt dicere hoc meum eſt, *cap. quo iure diſt. 8.* Nec mirum eſt quod ſtatutum valeat poteſtatem dominorum de rebus ſuis diſponendi conſtringere, cum poſſit ex cauſa in totum auferre, *Innoc. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & not. in l. 1. ff. de conſtit. Princip.*

Contrariam tamen ſententiam tuentur alij ad d. l. ex facto, vbi Caſtr. ita ſe conſuluiſſe ait per rationem illius text. qui dicit iniquum eſſe, ſi auferatur teſtamenti factio homini ſanæ mentis. Ea ſcilicet præcipua horum eſt ratio, quod actus * teſtandi non poteſt pen- 2.
dere ab arbitrio & poteſtate alterius, *l. captatorias. & illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. l. cum is. §. 1. ff. de donat. cau. mor.* Ideò etiam filiuſfam. non poteſt teſtari cum conſenſu patris, ne eius voluntas ex alieno pendeat arbitrio. *l. qui in poteſtate. & ibi not. ff. de teſtam.* Præterea ſi pactum non valet, per quod aufertur libera teſtandi facultas, *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* non debet etiam * valere ſtatu-
tum: quia quod per pactum fieri non poteſt 3.
non

non poteſt etiam fieri per ſtatutum. *gloſſ. in rub. C. de decret. decur. lib. 10. Doct. in cap. vlt. de conſue. lib. 6. Nicol. Bello. conſ. 13. num. 3.* Rurſum quod vxor teſtetur de rebus ſuis ex voluntate propria, eſt de ſubſtantia diſpoſitionis, vt patet ex definitione teſtamenti, *in lib. 1. ff. de teſtam.* Sed conſuetudo contra ſubſtantiam diſpoſitionis eſt irrationabilis, *cap. 2. & ibi gloſſ. de conſuet. lib. 6.* ergo & ſtatutum. Quibus adde quod timor mariti facile poſſet ſubuertere iudicium ſeu voluntatem vxoris, *vt ait Zaſius hanc ſententiam ſequutus in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 6.*

Sanè cum reſpicio ad argumenta hinc inde propoſita, in eam opin. adducor, vt exiſtimem ſtatutum * non valere, ſi ſtrictè, præciſè, &
4. ad vnguem obſeruari deberet, ita ſcilicet vt omninò non poſſet ſine maritali conſenſu vxor teſtari: quid enim non recuſare poterit maritus? Sed ſi moderationem quamdam ex iure & æquitate admittas, quod in ſtatutis fieri adſolet, nihil vetare puto, quominus ita ſtatuatur, quia maritus eo modo quaſi curator erit coniugis, ne illa fortè excluſis proximis, profuſa atque indiſcreta liberalitate bona ſua alio per teſtamentum transferat. Quando ſtatutum aufert liberam teſtandi * facultatem ho-
5. mini ſane mentis, verè eſt iniquum, *d. l. ex facto. & l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ.* At in noſtro caſu ſtatutum non adimit homini recti & integri ſenſus liberam teſtamenti factionem, ſed qualitatem mulieris, quæ propter imbecillitatem ſexus & conſilij facilè decipitur, conſiderat: quæ quidem imbecillitas, vt diximus, huic ſtatuto dedit occaſionem, vt dubitare non oporteat, quin commodo & fauore vxoris introductum ſit. *Bart. & Bald. in l. tranſactionem C. de tranſact. Alexand. conſil. 106. lib. 1. Benedict. Capra. conſil. 11. Cum de duobus quæratur. numer. 4. & 5. verſic. Sed his non obſtantibus, & alij plurimi adducti à Tiraq de legib. connub. gloſſ. 4. ad verb. Conſentement. quæſt. 4. verſi. Reſtat igitur in quam ſententiam dicam plura, magiſque illuminate inf. cap. 9.* Neque vero diſponit ſtatutum, quod mulier non poſſit teſtari, ſed tantum requirit maiorem ſolemnitatem, ſicut fit in ſtatuto diſponente, quod in teſtamento interueniant decem teſtes, *Bart. in l. cunctos populos in 3. quæſt. princip. C. de ſumma Trinitat. Iaſon d. loc. verſic. Tertio moueor.* Similiter ex a-
6. lieno * arbitrio hic non pendet teſtandi facultas, cum & maritus, niſi cauſam habeat legibus conſentaneam, vtique conſentire cogatur, *vt mox docebimus*, & vxor conſenſum eius adſequuta pro arbitrio ſuo diſponere poſſit. Sed & quod dicitur non poſſe vltimam voluntatem dependere ex alieno arbitrio, verum eſt, ſi ſpectes ſolum factum teſtatoris. Sed per legem vel ſtatutum id fieri poteſt, vt apparet in donatione cauſa mortis, quæ licet ſit ſpecies vltimæ voluntatis, *l. vltim. C. de donat. cauſ. mort.* poteſt tamen ex alieno arbitrio ſuſtineri, *l. filiusfamil. & l. tam is. ff. de donat. cauſ. mor.* Denique non vrget † quod argumento à pacto 7.
ad ſtatutum ſumpto opponitur. Hic enim in teſtamento requiritur maior ſolemnitas & cautela, quia imminet plus periculi, *cap. vbi maius de elect. lib. 6. Iaſon d. ver. Tertio moueor.*

CAP. II.

Maritus an cogatur vxori teſtanti conſentire.

SVMMARIA.

1. *Conſenſum petere an ſufficiat, niſi impetretur.*
2. *Conſenſum ſtatuto requiſitum vxori teſtanti maritus adhibere cogitur.*
3. *Conſenſum an iuſta cauſa maritus vxori teſtanti deneget, iudex cognoſcit.*

QVID ſi maritus conſentire nolit? Videatur fortaſſe alicui non niſi impetrato eius conſenſu vxorem teſtari poſſe. Nam vbicumque requiritur alicuius * conſenſus, non 1.
ſufficit eum petere, niſi impetretur, *gloſſ. in cap. quàm ſit. de elect. l. 6.* cum paria ſint non non petere, & petere nec impetrare, *l. 2. C. de in ius vocand. Clement. 1. de teſtam. Geminia in cap. ſi religioſus. eod. tit.* Adde quod ſi cogatur maritus conſentire, ocioſum atque inefficax erit ſtatutum, quod eſt abſurdum: ne lex non rebus, ſed verbis tantummodo impoſita videatur, *cap. commiſſa. de electìon. lib. 6.* Poſtremo conſentire gratiæ eſt, ad quam impartiendam nemo iure compellitur, *Doct. ad cap. gratiam. de reſcript. lib. 6. prout hæc omnia peculiari cap. quod eſt 24. in lib. de amortizat. bonor. ante biennium à me edito ſufficienter expoſui, multiſque comprobant exemplis & rationibus.*

Sed contrariam † partem adſerunt Bart. 2.
Bald. Angel. Imo. Caſtr. Alexand. *ad l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrimon. Bald. in l. turpia. de legat. 1. l. ſi mater. §. vltim. ff. de execut. tuto. in l. tranſactionem. C. de tranſact. in l. 1. & l. in coniunctione. C. de nupt. & cap. 1. colum. 3. de conſuet. rect. feud.* Vt ſcilicet poſſit mulier, ſtante hoc ſtatuto teſtari ſine conſenſu mariti, ſi is nulla idonea cauſa eum denegat. Et habet hæc doctrina manifeſtam rationem: quia cum ad vtilitatem vxoris ſit introductus conſenſus mariti, *vt dictum eſt cap. precedent. numer. 5.* non debet quod ſalubriter pro ea ſtatutum eſt, in eius odium ſeu detrimentum retorqueri, *l. quod fauore. C. de legib. l. plures apochis in fin. C. de fid. inſtrum.* Alioqui in manu erit marito facultatem teſtandi in vniuerſum vxori præripere, & legem ipſam circumuenire, quæ eſt maritorum quorumdam in vxores inhumanitas.

Huius autem rei moderatio ad iudicis arbitrium atque cognitionem pertinet, vt ſi videat
3. maritum * non habere iuſtam cauſam contradicendi, liberam teſtandi facultatem, non expectato eius conſenſu vxori concedat. *Bald. d. locis,& in rub. C. de contrahen. empt.* 24. *quæſt. Caſtr. conſil* 91. *In cauſa appellationis, num.* 5. *verſic. ſecundo dicitur. vbi ait aliam examinationem non requiri ſi iudex audita contradictione & eius cauſa, iudicauit eam friuolam, lib.* 1. *& in d.* §. *eo autem tempore. In fin. per illum text. ibi. Sed ſi latitet filia. & l. ſi legatio.* §. *vlt. l. non tantum.* §. *ſiue iuſta & l. neque infames.* §. 1. *ff. de fideicom. libert. Panorm. in cap. nullus per illum text. in* 3. *not. de iure patro. quem text etiam allegat. ad hoc conſil. ſuo* 65. *Ad deciſionem prædictorum. num.* 3. *verſic. Quo ad tertium. lib.* 2. *Alexand. conſil* 57. *Proſpectis. col.* 3. *lib.* 2. *Fel. ad cap. cum acceſsiſſent, col.* 8. *verſ. Confirmari poteſt hoc de conſtitu. Hippol. Marſil. ad lib.* 1. §. *prætereà. num.* 128. *verſic. Satis ergo patet ff. de quæſt. per text. cap.* 1 *extr. de his quæ fin à maior. part. cap. Clement.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienan. & gloſſ. in cap. potuit. ad verb. Expelli. ext. de locat. Matt. de Afflict. in conſt. Sicil. Conſtitutio num.* 5. *nota.* 12. *quæſtio. & alij conuocati à Tiraquel. de legib connub. gloſſ.* 6. *ad verb. De ſon mary quæſt.* 14. Proinde non ſufficiet maritum iniuſta cauſa contradicere, niſi vxor, aut aliquis eius nomine adeat iudicem, qui ea de re cognoſcat. *Bald. Card. Alexand. in d. cap.* 1. *de conſuet. rect. feu. & plerique ſup. citati.* Niſi tamen periculum eſſet in mora, vtputa propter acerbitatem morbi, ſi expectaretur iudicis decretum, quia tunc eo non interpoſito poteſt vxor ſine conſenſu mariti liberè teſtari. *Panor. in cap. cum in veteri. col. pen. ext. de elect.* & poſt mortem vxoris iudex cognoſcet, an maritus iuſtam vel iniuſtam non præſtiti conſenſus habuerit rationem. Nam & in ſimili ſi imminet neceſſitas alienandi bona Eccleſiæ, quæ tantam exigit celeritatem, vt non vacet adire ſuperiorem, poteſt Epiſcopus alienare liberè, etiam non obſtante iureiurando in contrarium, ſuperiore in conſulto, *Panorm. cap. vlt. col.* 2. *verſ. Omnia prædicta. de Eccleſ. ædific. & d. conſil.* 65. *Felin. & Hippol. Marſil. d. locis*, qui tamen ſuperior de vtilitate & neceſſitate dictæ alienationis cognoſcere in poſterum non prohibetur.

Hoc amplius *conſ.* 36. *Viſa diſceptatione.* autumat Roman. ne iudicis quidem conſenſum eſſe neceſſarium, proptereà quod iniuſtè recuſans conſentire ipſa legis fictione habetur pro conſentiente, & ſtatuti beneficio ſe indignum reddit. Vnde cum delata eſt hæreditas filiofamil. ſi pater interpellatus ad conſentiendum ut filius adeat, nolit conſentire, ſolus filius adire poteſt, *lib.* 1. *C. de bon. quælib.* Similique modo ait Iaſon *in lib.* 1. *num.* 20. *C. qui admit.* quod ſi ſtatuto requiratur conſenſus conſanguineorum, & illi nolint conſentire interrogati, recuſando faciunt ſe extraneos. Tutius tamen & ſecurius eſt, eodem Rom. teſte, iudicis cognitionem adhibere, qui vel compellat maritum ad conſentiendum, vel ipſe ſuum conſenſum interponat. *Barba. conſ.* 12. *Scribitur. num.* 18. *lib.* 1. *Tiraq. d. loco, verſic. Sed hoc multis.*

CAP. III.

Vtrum maritus præſens & non contradicens vxori teſtanti conſentire videatur.

SVMMARIA.

1. *Conſenſus inter coniunctos ex taciturnitate facile præſumitur.*
2. *Statutum ſi requirat conſenſum mariti in teſtamento vxoris, expreſſus præſtari debet.*
3. *Tacens in quibus actibus non dicatur conſentire.*
4. *Conſenſus propinquorum in contractum minoris expreſſè debet intercedere.*
5. *Facta arguunt conſenſum.*

SED an conſentire videatur maritus, qui vxori teſtanti adeſt, ne contradicit, quæritur? Et deciſum reperio, quod vbi ſtatuto requiritur conſenſus conſanguineorum in contractu mulieris, ſi interueniat fictus & præſumptus conſenſus, ſatis eſt, *vt apud Iaſon. n.* 3. *&* 5. *ad lib.* 2. §. *voluntatem. ff. ſolut. matrimon.* per illum textum ibi: [Et eſt ab Imperatore Antonino reſcriptum, filiam, niſi euidenter contradicat, videre conſentire patri.] Nam & generaliter tradiderunt, eum, qui præſens contradicendo potuit actum impedire, nec contradixit, præſumi conſenſiſſe, *l. ſæpè verſ. Sed ſcientibus. & verſic. Cur. autem. ff. de re iudic. cap.* 2. *de his quæ fin. à præla. Iaſon ad l. quæ dotis num.* 76 *ff. ſolut. matrim. & ego excuſsi in lib. de amortizat. bonor. cap.* 28. Id quod hoc caſu potiſſimum obtinere debet, quia maritus & vxor inter coniunctas perſonas numerantur, *lib.* 1. *&* 2. *ff. de ſponſa.* inter quas ex ſola taciturnitate * lex de facili conſenſum præſumit, *l. ſi ſeruus communis, in princip. ff. de dona. inter vir. & vxor. Iaſon d. loco, num.* 72. etiam cùm agitur de præiudicio tacentis, *ſi gloſſ. credimus ad l. cùm proponas filios C. de pact.* Et ſecundum hæc Angel. *conſ.* 183. *Berta habens virum. col.* 3. *verſic. Item non valet.* in noſtra ſpecie adfirmat, maritum præſentem & tacentem tempore teſtamenti ab vxore conditi videri conſenſiſſe. 1.

Bald. verò, Alex. & cæteri *in d.* §. *voluntatem. in l. vlt. C. de bon. quæ lib. & in l. fine C. ad Velleia.* contra ſentiunt, * vbi in contractu ſeu teſtamento vxoris conſenſus propinquorum, 2.
maritive requiritur, ſolam præſentiam ſine expreſſo conſenſu non ſufficere. Idemque apertis verbis probat Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit.*

tit. des droicts & ap. à gens mar. rubr. le mary & la femme. §. 7. gloſſ. Si ce n'eſt num. 5. & ſeq.

Porro an tacens dicatur dare conſenſum, maior eſt tractatio, quam quæ certa definitione circumſcribi poſſit. Itaque, vt compendio rem complectar, in poſteriorem hanc ſententiam incunctanter tranſeundum cenſeo. Primùm enim Bart. in d. l. qua dotis. num. 23. Sic
3. ait. [In quarto caſu * quando (actus) reſpicit præiudicium tertij, cuius bona te reſpiciunt cura & ſolicitudine: & tunc non præſumitur conſentire.] Ita enim ea Bartol. verba Panorm. conſ. 40. Factum in effectu. num. 3. verſ. Ideo oportet. lib. 2. & Iaſon in d. l. quæ dotis num. 101. referunt, etſi in Lugdunenſi editione negatio omiſſa ſit, eamque Roman. in addit. agnoſcere non videatur. Hac autem doctrina admiſſa, clarum fit, in hoc caſu taciturnitatem mariti non ſufficere, qui, vt dixi cap. 1. numer. 4. ex mente huius ſtatuti eſt veluti curator bonorum vxoris. Cui germanum eſt, quod vbi exquiritur conſenſus habentis aliquam poteſtatem, vt hoc caſu, non ſufficit præſumptus conſenſus per præſentiam, & taciturnitatem. Dom. à Gemima. in cap. cùm ab vno. in 2. not. de re iud. lib. 6. Anton. Corſet in ſing. ad verb. Minor. 2. num. 1. Iaſon in d. l. quæ dotis, numer. 105. Deinde conſenſus iſte eſt de forma & ſolemnitate actus, cum ad integrandam perſonam mulieris requiratur, vt dixi cap. 1. numer. 5. & pluribus oſtendam inf. cap. 9. Nam & vbicumque ſtatutum conſenſum alicuius in facto alterius exigit, videtur eum exigere ad ſolemnitatem: quia aliter non poſſet eius conſenſus requiri, ad quem actus non pertinet, quique ſuperior non eſt actum conficientis. Anto. But. in cap. cùm conſuetudinis. de conſuet. Conſenſus autem qui requiritur ad formam & ſolemnitatem actus, debet interuenire expreſsè & clarè, non per taciturnitatem not. in cap. quia propter. cap. quod ſicut & cap. eccleſia. de elect. Din. in cap. qui tacet in fi. de reg. l. iur. in 6. Areti. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. col. pen. ff. de acqui. hæred. & in d. §. voluntatem, col. 1. Panorm. & Iaſon d. locis, & plures allegans Tiraquell. de leg. connub. Gloſſ. 5. ad verb. Expreſ. verſic. Similiter autem per d. cap. cùm ab vno. vbi gloſſ. & Domin. Quo
4. fit, vt ſi ſtatutum caueat ne minor poſſit obligari ſine * conſenſu duorum propinquorum, non ſufficit eorum præſentia & taciturnitas, ſed expreſſus conſenſus requiritur. Bald. Imo. Caſt. Aret. Rom. & alij in d. §. voluntatem. Alex. conſ. 114. Viſa ſcripturarum. numer. 7. lib. 5. & conſil. 218. Ponderatis, narratis, num. 2. & ſeq. lib. 6.

Neque mutat d. §. voluntatem. Ibi enim non requiritur conſenſus ad integrandam perſonam, ſed ratione eius quod intereſt tantum. In his autem, quæ iuris noſtri diminutionem ſpectant, taciturnitas non habetur pro conſenſu, quia nemo præſumitur ſuum iactare, l. inuitus. ff. de ſeruit. vrb. præd. præterquam ſi quis dolo taceat l. 2. C. ſi alien. res pig. Bald. in d. l. ſi ſine. col. 3. in princip. Iaſon d. loco. nu. 80. & alij apud Tiraq. de retract. §. 1. gloſſ. 9. ad verb. Ou lignager. num 154. Vnde, vt nonnulli putant, ſi maritus taceat ad decipiendum eos, quos vxor teſtamento inſtituet hæredes, taciturnitas eius pro conſenſu habebitur. Quod non placet, niſi euidentiſſimis probationibus decipiendi animus apparuerit: velu- 5.
ti ſi notarium teſteſque qui adſint teſtamento faciendo, ferat: ſi iuriſconſultum qui cautiones teſtandi ſuggerat, euocet: ſi condito teſtamento patiatur vxorem ipſam legata præſtare: ſi ipſe ſcribat teſtamentum, l. ſi pater natur. vbi Guili. & Bald. ff. de adopt. Chaſ. d. loco. nu. 11. Sed quando Alciat. reſp. 132. n. 11. & reſpon. 142. nu. 5. quia facta verbis ſunt fortiora ad demonſtrandam hominum voluntatem. l. ſi tamen. §. ei qui ſeruum ff. de edil. edic. c. dilecti. de appell. Aymo conſ. 204. nu. 2. Tiraq. latè ad d. verb. Expres. in 2. limit. & de retract. conuent. ad fin. tit. num. 75. At ſi huiuſmodi facta non appareant, non præſumetur maritus doloſè tacuiſſe, ſed ſibi imputabit hæres, qui non curauit eum compelli ad expreſſe conſentiendum, iuxta ea quæ cap. prox. diximus. Verum & aliud eſt, quod ad d. §. voluntatem, reſpondeamus. Dicit enim text. filiam videri conſentire patri: quod verbum. [Videri] fictionem denotat. l. 1. §. deieciſſe ff. de vi & vi arma. & ruſum vtitur voce, [quaſi] quæ ſimiliter ad improprietatem pertinet. Sed ſtatutum intelligitur non in caſu ficto, ſed vero. l. 3. §. hæc Verba & ibi not. ff. de negot. geſt. l. vltim. C. de his qui ven. æta. impe. cap. in noſtra de iureiur. latè Alex. conſi. 189. Viſo ſtatuto. 19. lib. 7. Ergo quæ ex eo §. voluntatem, tradunt Doct. in ſtatutis locum habere non poſſunt. Bald. ibi, Alexan. d. conſil. 114. num. 7. lib 5. & d. conſ. 218. num. 3. lib. 6. & Iaſon ad d. l. quæ dotis num. 102.

Illud poſt alios monet & obſeruat Aymo conſ. 80. num. 14. quod agens ex eo quod conſenſus non interuenit, tenetur probare fuiſſe maritum, cui conſenſu opus erat.

CAP. IV.

Vxor ſine conſenſu mariti teſtari prohibita an eo abſente teſtari poſſit.

SVMMARIA.

1. *Abſentis in remoto loco mariti conſenſus expectari non debet.*
2. *Lex non ſuccurrit ei, qui ſe vltrò coniecit in neceſſitatem.*
3. *Conſenſus mariti cùm haberi non poteſt, indicis auctoritas adhibetur.*
4. *Furioſus habetur pro abſente.*

COnſtanter à plerìſque dicitur, neq; mea
ſententia dubitationem habet, mulie-
rem quæ ex forma ſtatuti ſine propinquo-
rum * vel mariti ſui conſenſu obligari non
1. poteſt, eorum conſenſum exſpectare non de-
bere, ſi in perlonginquis locis, remotiſque
regionibus abſint. *conſil.* 488. *Sequens quæſtio
eſt lib.* 1. *& conſil.* 394. *Statuto communis Papiæ
lib* 5 *in l. tranſactionem in fin.* C. *de tranſaction.
& in l. in coniunctione. verſ. Aduerto tamen* C. *de
nupt.* Pet. *Anchar. in cap.* 1. *q.* 14. *verſ.* Tranſeo
ad ſtatuta & verſ ſeq. ext de conſtit. Roman. *in l.
ſi verò* §. *de viro* 28. *faL verſ.* 8. *ff ſoluto matri-
mon.* Franc. *Aretin. in l. cùm hæres in princip. ff. de
acquir. hæred.* Alexan. *multos allegans in l. ſi cùm
dotem* §. *eo autem tempore ff ſolut. matrimon. Ay-
mo conſ.* 12. *Nobilis Gaſpar num.* 4. *Hippo. Marſil.
multos item ad teſtimonium adſciſcens in l.* 1. § *præ-
tereà n.* 128. *Satis ergo patet. ff. de quæſt. & plu-
res nominans* Tiraquell *de leg. connub. gloſſ* 6. *ad
verb* De *ſon mary verſic. Sed hic de multis. & ſeq.
vbi decem ſimiles caſus ſtudiosè perſequitur, quibus
idem receptum eſt.* Ratio autem hæc potiſſima
videtur in noſtra ſpecie, quam *d. conſil.* 488.
adſignat Bald. quod ſtatutum iſtud introdu-
ctum eſt in fauorem mulierum, ideoque non
debet in earum damnum retorqueri, *vt dixi cap.*
2. *num.* 2. Abſurdum enim eſſet, ſi imminente
neceſſitate vel vtilitate iſta bona mulier, *in-
quit Bald.* non poſſet contrahere aut teſtari.

Neque tamen non dici poſſet vxori impu-
2. tandum eſſe, ſi * conſenſum ante non adhi-
buit, quam abiiſſet maritus, cùm ſciret caſus
hominum eſſe varios, & vbique terrarum
mortem inſidiari. Lex enim non ſuccurrit ei,
qui ſe vltro coniecit in neceſſitatem, quam &
præuidere potuit, & cauere, *l ſi fideiuſſor.* §. 1. *ff.
qui ſatiſda. cog.* ſicuti & mulieres & ruſtici
nunquam excuſantur, cùm potuerunt conſu-
lere peritiores, *l. bonorum. ff. de bon. poſſ. l.* 2. §.
vlt. ff. quis or. in bon. poſſ. ſer. latè Tiraq *de re-
tract. conuent. ad verb. En main de la court. gloſſ.* 7.
n. 18. *&* Nicol. *Euerar in loco à forma num.* 7.

Sanè verò, niſi illud pleriſque vxorcula-
rum graue fuerit, tam triſtem & acerbum ca-
ſum mortis mariti abeuntibus proponere,
exemplo primi parentis Adam, qui *vt eſt Geneſ.
lib.* 1. Euam ſubcontriſtandam non exiſtima-
bat, cum eo, quod non raro inſciis & inſalutatis
vxoribus mariti abeunt, vt omittas, multas
cauſas emergere poſſe, quæ poſtea fœminas ad
teſtandum hortentur, *de quibus inf. cap.* 18. *n.* 6.
& lib. 4. *cap.* 25. *num.* 6.

Quod ſi maritus in breui adfuturus ſpere-
tur, neque ſit periculum in mora, omnimodo
conſenſus eius exſpectandus erit, *cap. ſciendum,
in fin de conſuet. rect. ſeu Bald. d. conſ.* 388. *l.* 1. *&
d. conſ.* 394. *lib.* 5.

Tutius autem ad tollendum omnem ſcru-
pulum erit, ſi loco mariti procul abſentis, ne-
3. que propediem redituri, * adhibeatur aucto-
ritas iudicis, qui illius defectum ſupplebit; ſic-
ut & alias defectum tutoris, *l. bonorum.* C. *qui
admitt. ſi infanti. in fi. de iur. delib. Bald. in d. l tran-
ſactionem. ad l. fi. Caſtr. conſ.* 119. *Videtur dicen-
dum ſuper primo num.* 2. *lib.* 2. *Corn. conſil.* 242.
Circa primum. col. 3. *verſ. Dicit autem. lib.* 4. *Barb.
conſ.* 61. *A Ioue principium, col.* 2. *lib* 3.

Et hæc quidem quæ de abſente marito di-
cimus, etiam in demente & † furioſo locum 4.
habent. *Bald. in l. ſi furioſi, poſt princip. per illum
textum C. de nupt. Imol. Angel. Franciſ. Aret. in d.
l. cùm hæres ff. de adquir. hæred.* quia furioſus lo-
co abſentis eſt, *l.* 2. §. *furioſus. ff. de iure codicil.*
An autem banniti, & minoris mariti conſen-
ſus interponi debeat, ex Tiraquel. omnia
hæc luculenter pertractante *d. gloſſ.* 6. *in* 3. 4. *&*
5. *qu.* repetant, quibus cordi eſt. Si autem vxor
maritum inſtituat hæredem, an illa inſtitutio
ſuppleat abſentiam, vide Decium *conſil.* 455.
num. 7.

CAP. V.

Maritus abſens an per procuratorem, nuncium, aut epiſtolam conſentire poſſit vxori teſtanti.

SVMMARIA.

1. *Auctoritas & conſenſus ad ſolennitatem actus requiſitus per ſimile præſtari non poſſunt, & num.* 4.
2. *Faciens per procuratorem dicitur fictè facere.*
3. *Conſenſus requiſitus ad ſolennitatem in ipſo actu interuenire debet.*
4. *Conſenſus mariti quando per procuratorem vxori teſtamenti adhiberi poßit.*

OStendimus paulò autè *Cap.* 3. *nu.* 3. con-
ſenſum iſtum, vtpotè qui ad integratio-
nem, ſeu legitimationem perſonæ pertineat,
eſſe de ſolennitate & forma actus, quam for-
mam rationalem vocat Ioan. And. *in cap. vlt.
de baptiſ.* * Vbi autem aliquid fieri debet ad 1.
ſolennitatem actus, id fieri non poteſt per ſi-
mile, *l. ſingulos. & ibi Aret. col.* 2. *verſ. Secundò
nota ff. de teſtam.* Item quod pro forma requi-
ritur, non poteſt impleri per æquipollens.
Bald. Imol. Angel Alexand. Iaſon ad l. 2. *de lib. &
poſthum. & alij quos enumerat. Tiraquell. de leg.
connub. gloſſ.* 4. *ad verb. conſentement. in* 4. *qu. ver-
ſic. Cuius ratio eſt.* Similiter inibi oſtendimus
ſtatutum loquens in caſu vero, non habet lo-
cum in ficto. Sed qui per alium facit, dicitur
* fictè facere, *l.* 1. §. *deieciſſe. ff. de vi & vi arma. l.* 2.
item ſi obſtetrix. in princ. & §. 1. *ff. ad leg. Aquil. &
aliis quas ad hanc rem citat. Alex. conſ* 189. *Viſo
ſtatuto. num.* 9. *lib.* 7. *& ex eo Tiraq d. loco, verſic.
Et hoc quidem.* Illæ enim ll. verbo, [videri] aut
[intelligi] vtuntur, quæ fictionem iuducere
d. num. 3. probauimus: quibus adde *cap. qui fa-
cit*

cit per alium.de reg.iur.in 6.[Qui facit per alium, perinde eſt ac ſi facit per ſeipſum:] cùm illa vox [perinde] non rei veritatem,ſed fictionem denotet,*l.ſacrilegij.vbi Bart.ff.ad leg.Iul.pecul.& in Comment.meo ad d.cap.qui facit.n.5.& 6.pluribus docui.* Quod eò magis hic dicendum eſt, quod ſtatutum in perſonam loquatur, *l. aut qui aliter.§.vltim.ff.quod vi aut clam.Alex.d.conſ.*189. *n.9.* Præterea huic rei fidem pollicetur, quòd auctoritas, ſeu conſenſus qui requiritur ad ſolennitatem,debet in ipſo actu interuenire,*l. vlt.*
3. *ff. ad Macedon.ca.cùm nos.de his quæ ſi.à præla vt & proximo ſeq.ca.multorum teſtimonio comprobabitur.* At is qui conſenſum adhibet per procuratorem,vel literas,in ipſo actu adhibere non videtur,ſed ante. Et hiſce rationibus non poſſe interponi conſenſum mariti à ſtatuto requiſitũ per procuratorem,nuncium,aut epiſtolam, cenſuerunt Caſtrenſ. & Aret.*in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de adquir. hæreditat. Innocent. Ioan. Andr.Hoſtien.Anton.Abb. & Philip. Franc.in cap. cùm deſideres.de ſenten.excom.per l.poſt.mortem §. vltim.ff.de adopt.l.ſicut tribus & ibi gloſſ. 1.ff. de arbit.l.2.in princ.C.de his qui ven.ætatem impet. quã ad hoc ponderat. Angel. in l. 3. ff. rem rat. hab.*

Contrarium fortè quis animaduerterit probari poſſe,cùm ex eo, quòd caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l.commodiſſimè.ff.de l.& poſthum.* tum ex eo quoque, quòd certæ ll. non obſcurè indicat eum qui per alium agit,per ſe agere propriè dici, neque intereſſe tua, an vicaria alterius opera vtaris,*l certè.§.1.ff.de preca.l. pater. ff. de manumiſ. vind.cap.mulieres.de ſentent. excommun. cap. ſignificauit de iudic.Dec.conſ.*604.*in fin.*

Dico ſi ob iuſtum impedimentum venire
4. non poſſit † maritus,& periculum in mora ſit: per procuratorem,nuncium,aut epiſtolam rectè ab eo conſenſum præſtari.*Angel.in l.Pomponius, in princip.ff.de procur. Areti. in cap. licet ex quadam.in 8. notab. in fin. de teſtib. Dec. in c. parati col.2.verſ.Sed tamẽ iſta concluſio de appel* Quamuis enim id quod pro forma requiritur, non poſſit fieri per æqui pollens:aliud tamen eſt, ſi neceſſitas impediat ita præciſè & in forma adimpleri,*c.*1.93.*diſtinct.vbi dicitur, quod vbi nos præſentes eſſe non poſſumus, noſtra per eum; cui præcipimus,repræſentabitur auctoritas:& ita Bald. in l.1.C. vt quæ deſunt aduo. & abundanter Roman.conſ.*433. *Quò ad primùm quòd ſufficit.*ita, ſi ſtatuto caueatur teſtamentum nuncupatiuum non valere ſine interuentu notarij, & notarius propter niues aut inundationem ruris ad teſtatorem venire non potuit, teſtamentum ſolis teſtibus probari ſatis eſt. *Hippo. Marſil.ad l. §. prætereà n.*133.*vbi dicit ita ſe ex facto reſpondiſſe. ff.de quæſt.* Idem ſi maritus ſit relegatus,aut alias ei præſenti eſſe non liceat,*gloſſ. Din. Ang. Caſt. Alexand.in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſolut. matrimon.*

CAP. VI.

Au maritus peregrè domum reuerſus poſſit ratum habere teſtamentum vxoris ſine ſuo conſenſu factum.

SVMMARIA.

1. *Conſenſus ad ſolennitatem requiſitus poſt actum interponi non poteſt.*
2. *Auctoritas ſecundo actu retrotrahitur.*

IN diuidum eſt quicquid ad actus † ſolennitatem exquiritur, & actus formalis eſt 1.
indiuiduus, *l. cum antiquitus. C. de teſtam. l. furioſum.vbi Bart.& al j,C.eod.t t.l.hæredes palam, in fin.ff.eod.tit.l.cùm hi.§.ſi præto.ff. de tranſact. Bald.in cap.1.col.1. de alien. feu pater.* forma enim à genere nunquam ſe iungitur, *vt inquit Cicero in Top loco à for.* Propterea quotieſcunque requiritur conſenſus ad ſolennitatem actus, in ipſo actu ſtatim interuenire debet, poſt actum verò interpoſitus nihil agit. *cap. auditus & cap.quia propter de elect.Innoc.Anto.& Imo.ad cap.cum conſuetudinis, de conſuet. Ioan. Andr.in c.1.de reb.eccl.non alien.& in cap. 2. de vſur.li.6.latè Bald.in l 1.char.vltim.C.qui admit. Panorm. q.5. Augerio. colum. 6. verſ. Hinc dicit Alexand.in l.1. §. quæſitum colum. 4. & 6. ff. ad Trebellia.latè Calcan conſil.*57.*num.*4.*&* 5.*Curt. Iunior conſ.*100.*numer.*6.*Philip. Francus in cap. ratum. num.*2.*de regul iur.in 6.Iaſon ad d.§. iuſſum.numer.*44.*&*45. *Chaſſan.d. §. 7. ad verb. Si ce n' eſt,num.*13.14.*&* 15.*& tetigi ſupra li.*1.*ca.* 5.*num.*1. At conſenſus mariti (hoc enim perpetuo tendere decreuimus) ad actus ſolennitatem & formam pertinet; non poteſt igitur poſt actum intercedere. Sed ex notatione verbi [conſenſus] Cuman. & Iaſon *numer.* 32. *ad d. §. iuſſum.* colligunt, conſenſum ex interuallo præſtari non poſſe, ſed vt aiunt, ſimultaneum, ſeu contemporaneum eſſe debere.

Ex altera parte adferri poteſt, quod vbi requiritur alicuius conſenſus ſeu voluntas, non refert, præcedat ne actum, an in ipſo actu interueniat, an ſubſequatur, quocunque enim tempore conſenſum præſto, meo conſenſu meaque voluntate egiſſe dicor. *Bart. in d.§.iuſſum.num.*5.*verſic.Si conſenſus.* Paria enim ſunt ab initio legitime fieri, & poſtea legitime confirmari, *l. tribunus. ff. de milita. teſtam. Quæ res & d.cap.*5.*li.*1.*& in tract.de amortizatio bonorum, cap.*27.*copioſius à me exponitur:neque eſt huius loci collectis vndequaque ſimilibus eam conuenire.*

Dicam paucis quod ſentio. Tutò ita res agetur, ſi reuerſo marito vxor iterum declaret

claret voluntatem ſuam, & cum eius conſenſu teſtamentum facit. Licet enim auctoritas,
2. † ſeu conſenſus ad ſolemnitatem requiſitus non retrotrahatur, ſecundo tamen actu accedente retrotrahitur, ita vt primum actum corroboret. *Bart. in princip. Imal. Angel. Alex. & Iaſon in §. ſi quis ipſi prætori ff. de nou. oper. nunciat.*

CAP. VII.

Teſtamentum vxoris ſine conſenſu mariti factum, an ea mortua à marito ratificari poſſit.

SVMMARIA.

1. *Ratificatio non trahitur in præiudicium tertij.*
2. *Ratificatio quando locum non habeat.*
3. *Fictio tranſlatiua quando habeat locum.*

QVod ſi vero ante reditum mariti vxor deceſſerit, in ſui quidem præiudicium eius teſtamentum maritus confirmare poterit, *iuxta ea quæ not. Panorm. Felin. & Barb. ad cap. edoceri de reſcript. Caſt. ad l ſi cùm dotem. §, eo autem tempore ff. ſolut. matrim. Roman. conſil. 54. Viſis circa id col. 2. argument. l. ſi impubes. ff. de Carbo. edic.* In præiudicium autem hæredum venientiũ ab inteſtato ea confirmatio nullius momenti eſſet. Quia confirmatio nunquã trahitur
1. in præiudicium * tertij, vt nec ratihabitio, nec fictio. Et ſicut ratihabitio ſeu confirmatio nunquam ſe extendunt ad iniuſta, *Baldo teſte conſil. 83. Præmittendum, n. 2. lib. 5.* ita & nunquam facultas confirmandi, ratumve habendi à lege conceditur cum alterius læſione, cui ius quæſitum eſt, *cap. apoſtolica. de præben. lib. 6. glo. ordina. in cap. ratihabitionem. de regul. in 6. Doct. ad l ſi aliena res ff. de pign act. & ad l. 2. C. de prec. imp. offer. Bar. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem. ff. de adulte. & in l. indebitum. §. 1. ff. rem rat. hab Bal ad l. vltim. C. ad Macedon. & conſ. 16. Viſis teſtamento, num. 3. lib. 4. Roman. conſil. 218. Præſens caſus. verſ. Quod autem. & ſeq. Cornel. conſil. 9 num. 3. lib. 3. Ruin. conſil. 41. numer. 20. & conſil. 132. lib. 1. Natta conſ. 504. num. 20. & alij apud Cacheran. deciſ. Pedemont. 119. num. 26. & deciſ. 166. num. 10. & 11.* ne cui ius ſuum ſine ſuo facto auferatur, *l. id quod noſtrum de regul. iur.* & quia, *vt ait Cicero in Topicis*, repugnat rectè accipere, & inuitum reddere. Et hoc nimirum eſt quod dicitur, ratihabitionem locum † non habere, quando res non eſt inte-
2. gra, & in eo ſtatu, in quo erat cum ab initio actus gereretur. *d. §. ſi quis vxorem, vbi Din. & Bartol. Salic. in d. l. vlt Alex. latè conſ. 78. viſo & diligenter ponderato. num. 23. lib. 5. & latiùs Cachera d. deciſ. 116. num. 24. poſt Tiraq. de retract. ad verb. Dedans l. an. §. 1. gloſſ. 10. numer. 65.* Præterea ſi maritus poſſet confirmare hoc teſtamentum, videretur rei veritate inſpecta, valere ex tempore confirmationis & ratihabitionis, quo tempore impoſſibile eſt, vt incipiat valere teſtamentum cum iam teſtatrix defuncta ſit. Et ideo quoniam lex ſuper impoſſibili non fingit, ſequitur non ſubſiſtere confirmationem, ſeu ratihabitionem: nam & vxoris voluntas iam eſt extincta, ob idque dici non poteſt in eà perſeueraſſe, *l. 4. ff. locat.* & quoties actus ſeu teſtamentum ex defectu conſenſus vel auctoritatis iudicis non valuit, videtur fuiſſe in pendenti. Siue ergo ſequuto conſenſu actus iſte primus confirmetur vt ex nunc valeat, ſiue vt ex tunc, vtrumque fit per quandam fictionem, quæ dicitur tranſlatiua, quia vnum tempus transfert ad aliud, *vt not. Bartol. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* In omni autẽ fictione * requiritur habilitas extremorum, ſcilicet extremi à quo, & extremi ad quod, ita vt actus peræquè geri poſſit tempore rationis, 3.
atque ab initio geri potuit. *l. qui balneum. §. Titia prædium ff. qui pot. in pign. l. bonorum & ibi Bart. ff. rem rat. hab. Doct. ad d. cap. rationem. Bald. d. conſ. 16. num. 3.* Tum item vt fictio locum habet, neceſſe eſt concurrere æquitatem, *l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maior. Card. ad clem. quocirca de elect.* Sed hoc caſu & teſtamentum ab vxore fieri non poteſt, quæ in humanis eſſe deſiit, & ſumma, vt iam oſtendimus, ex huiuſmodi confirmatione reſultaret iniquitas, læſioque hæredum ab inteſtato ſuccedentium.

CAPVT VIII.

Si maritus ante præſtitum conſenſum vxori, quæ iam teſtata eſt, moriatur, an hoc teſtamentum non mutatum ſubſiſtat.

SVMMARIA.

1. *Voluntatis mutatio quando præſumatur.*
2. *Teſtamentum ab initio nullum quando non reconualeſcat.*

AD *l. 1. col. 7. verſ. Sextò incidenter quæro. C.* de ſacroſanct. eccleſ. deciſum reliquit Bald. quòd ſi ad pias cauſas filiusfam. teſtatus ſit, patris conſenſu non interpoſito, qui requiritur, *cap. licet. & ibi Doct. de ſepult.* ſi pater moriatur, non conualeſcet iſtud teſtamentum, niſi denuò filiusfam. voluntatem ſuam declarauerit. per l. 1. ff. de leg. Cato. & conuenientiùs per l. 1. ff. de leg. 3. vbi Vlpian. [Si filiusfam. vel ſeruus fideicommiſſum reliquerit, non valet. Si tamen manumiſſi

miſſi deceſſiſſe proponantur: conſtanter dicemus fideicommiſſum relictum videri, quaſi nunc datum, cùm mors eis contigerit: videlicet ſi durauerit voluntas poſt manumiſſionem.] Hoc idem in propoſita facti ſpecie indubitatè adſeruauerim, ſi conſtet vxorem in eadem voluntate perſtitiſſe. Vt tunc ſcilicet eius diſpoſitio, quamuis non adhibito conſenſu mariti, effectum ſortiatur. Aliud erit, ſi nulla declaratione appareat de conſtantia iſtius voluntatis. Non enim præſumi voluntatem durare, in hiſce terminis ait Bart. *ad d.* §. 1. *n.* 6. Et ſanè veriſimile eſt, vxorem non eo animo teſtamentum illud condidiſſe, quod nulliter & inutiliter contra ſtatuti formam teſtari vellet, quam potius ſequi voluiſſe præſumitur, *l. hæredes mei* §. *at cùm ita. ff. ad Trebell.* ſed quod aliquo tempore opportuno viuentis adhuc mariti conſenſum po-
1. ſtulare decreuerat. Proinde † ſi dicas regulariter mutationem voluntatis non præſumi, *l.* 3. *& l. eum. qui. ff. de probat. l. Lucius.* 1. *ff. de lega.* 2. *cap. maiores, de baptiſ.* reſpondeo, verum id eſſe rebus in eodem ſtatu permanentibus, in quo erant, *Dec. ad cap.* 1. *ce iud.* non autem quando ſuperuenit cauſa aliqua inconſiderata, & de qua veriſimiliter non fuit cogitatum, vt hîc mors mariti, *cap. ne quis ibi gloſſ.* 22. *qu.* 12. *Bald. Salic. & alij ad l. vlt. C. de non nume. pec. latè Alciat. regul.* 2. *præſump. cap.* 16. *num.* 3. 6. *&* 7. Atqui, rurſum inquies, cùm actus aliquis venit ad eum caſum à quo incipere poterat, conualeſcit, *l. ſi rem. ff. de verb. obligat. l. minorem. ff. de ritu nupt. l. interuenit. ff. de lega. præſtan. & ſimilib.* Hoc ita rebus integris & im-
2. mutatis, & quando non ſolum * ceſſauit cauſa impediens, ſed etiam ſuperuenit cauſa confirmans, tunc enim quod ab initio non valuit, tractu temporis firmatur, *vt diſtinguit Din. in cap. non firmatur. num.* 9. *de reg. iur. in* 6. aut dic, ſecundùm Bart. *in d* §. 1. *num.* 2. quod cùm teſtamentum non valuit ratione defectus, ſolennitas, quæ reſpicit fauorem publicum, cuiuſmodi hic eſt conſenſus mariti, non conualeſcit etiam impedimento ceſſante.

CAP. IX.

Maritus an validè conſentiat vxori in rem eius teſtanti.

SVMMARIA.

1. *Maritus conſenſum à ſtatuto requiſitum vxori adhibere non poteſt ad ipſius commodum teſtanti.*
2. *Statutum ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, in fauorem vxoris introductum eſt.*
3. *Conſtitutio Caroli V. ne minores curatoribus ſuis legent.*
4. *Vxor quomodo marito relinquere poßit, cuius conſenſum ad teſtandum habere debet.*

IN hoc articulo præcognoſcendum videtur, quid in ſimilibus actibus, vbi auctoritas aut conſenſus requiritur, conſtitutum ſit. Eius autem rei ſumma & in iure noſtro, & apud ſcribentes paſſim eſt varietas, ita vt difficile futurum non ſit, in multas pignias t actationem iſtam diffundere. Verùm tu ad And. Tiraq. diligentiſſimum obſeruatorem redi, *in tract. de leg. connub gloſſ.* 6. *ad verb. De ſon mary quæſt.* 12.

Enimuerò diuerſitas bonorum vxoris conſideranda eſt. Nam ſi vxor de iis bonis diſponere velit, quorum vſusfructus, vel portio hæreditatis ad maritum ſuperſtitem aut iure ſcripto, aut moribus loci peruenire debet, haud dubiè eo inuito voluntas mulieris nihil efficit, *l. id quod noſtrum. de reg. iur.* At ſi conſentiat teſtanti: ſicuti iuri pro ſe introducto renunciare poteſt, *l. pen. C. de pac.* ita & illi, in cuius vtilitatem conſenſit, tenebitur. *qua de re ſup. li.* 1. *& inf. li.* 4. *ca.* 10. de huiuſmodi verò conſenſu hîc non loquimur, vbi nulla diſputatio eſt, an vxor marito conſentienti rem illius propriam legare poſſit. Cæterum ſi de aliis bonis vxoris proponatur quæſtio, in quibus nihil iuris ea * mortua marito competit, & de quibus, ceſſante ſtatuto, illa liberam eſſet 1.
habitura diſpoſitionem: tametſi videam conſuetudine multarum prouinciarum receptum eſſe, vt maritus ad propriam vtilitatem conſentire poſſit, tamen ad iuris ſcripti rationem quod attinet, contrarium dicendum opinor. Non enim ab ea ſententia recedo, quam & antè ſemper tenui, quod ſtatutum illud conſenſum * mariti exigens, in fauorem mulieris, 2.
& ad integrandam eius perſonam introductum eſt. *ita enim volunt Bart. Bald. Caſt. & alij ad l. tranſactionem. C. de tranſact. Auth. in cap.* 1. *q.* 12. *verſ. Hîc cadit quæſt. de conſtit. Fulgoſ. in l. ſi vnus.* §. *pactus ne peteret ff. de pact. Alex. in l.* 1. *ff. de auto. tut. latè Ioan. Franc. Ripa ad l.* 1. §. *fuit quæſitum, num.* 6. *ff. ad Trebell. & ingens numerus Doct. quos in d. li. de leg. connub. gloſſ.* 4. *ad verb. conſentement. verſ. Reſtat igitur. percenſet Tiraq.* ſcilicet ne vxor aut muliebri facilitate lapſa, aut hæredipetarum fraudibus & inſimulationibus perſuaſa, fictitiiſque cauſis impulſa, liberis, parentibus, aut propinquis hæreditatem eripiat, & ad alios malè meritos, odioſos, ingratos transferat. Quæ ratio cùm aduerſus ipſummet maritum vrgeri poſſit, qui fortè vel importunitate precum, vel dedignabundo geſtu, vel minis clam adhibitis vxoris animum perpelleret: non video ſanè quo pacto ſibi in rem propriam auctor eſſe poſſit, niſi viam monſtrari velis, per quam facilè in odium vxoris familiæque eius detorqueretur id, quod fauore eius proditum fuit, *contra l. quòd fauore. C. de legib.* Et ad eum 3.
modum * Carol. V. Imp. Princeps noſter ſalubri

lubri ſua lege cauit, ne liceat minoribus in curatores,ſeu adminiſtratores ſuos, eorumue liberos legati, vel mortis cauſa donationis titulo quidquam conferre.

4. Has autem ſuſpiciones ſi amoliri velit † maritus, conſilium eſt ex Bald. *ad d. l. poſt. princip. C. vnde vir. & vxor.* renunciet iuri conſentiendi, & tandem ad cautelam conſentiat. ſatis enim erit, ſi de facto ſeruetur forma ſtatuti, *l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig.* Sed hæc cautio ad tollendas præſumptiones iſtas malas non ſufficit, neque ſatis mihi tuta eſſe videtur, quandoquidem, vt iam dictum eſt, conſenſus viri in bonis, de quibus liberam teſtamenti factionem vxor habet, eius fauore non requiritur, ſed vxoris, adeoque ex eo capite non ſubſiſtit, quod vir ſtatuto in ſui fauorem introducto renunciare poteſt. Magis igitur placet Tiraquelli conſilium *d. quæſt.* 12. *verſic. Videant igitur.* Vbi ex ſententia Bald. *ad l. furioſi in fin. C. de nupt.* Alex. *locis ſup. citatis.* & Romani *in d. l.* 1. *C. vnde vir. & vxor.* tradit cauſam claram & expeditam fore, ſi loco conſenſus mariti, auctoritas & decretum iudicis interponatur: videlicet ſi vir in longinquas regiones abeat, vel conſenſum nulla iuſta ratione adducta deneget, *iuxta ea quæ cap.* 2. *&* 4. *tractata ſunt.* Quod tamen ita fieri velim, vt iudex vxorem diligenter prius examinet, numue magis importunitate, ſæuitia, aut minis mariti,quàm libera ſua voluntate adducta ita teſtari cupiat, cur propinquos poſtponat, & his ſimilia:eaque in re circumſpectum oculatumque iudicem eſſe conuenit.

CAPVT X.

De marito,qui in teſtamento vxoris ſuo conſenſu facto legatum ſibi adſcripſit.

SVMMARIA.

1. *Adſcribens ſibi legatum in teſtamento nuncupatiuo an pœna legis Corneliæ de falſ. teneatur.*
2. *Falſitas in teſtamento nuncupatiuo non facilè committitur.*
3. *Obliuio an præſumatur.*
4. *Doctorum Louanienſium conſilium contra Carolum Molinæum.*

QVod generaliter S. C. Liboniano, & edicto Diui Claudij cautum fuit, eum qui legatum ſibi adſcripſit, in pœnam falſi incidere, legatumque pro non ſcripto eſſe, *l.* 1. *& vlt. ff. de his quæ pro non ſcrip. haben. l. filius. §. ſequens qu. & l. Diuus ff. ad leg. Corn. de fal.* idem in ſpecie de marito ſibi adſcribente in teſtamento vxoris ſanxit Imp. Alex. *l. quæ in teſtamento. C. de iis qui ſibi adſcrib.* [Quæ in teſtamento vxoris maritus ſua manu legata ſibi adſcripſerit, pro non ſcriptis habentur:(& legis Corneliæ pœna, ſi venia impetrata non eſt, locum habet.]

Cæterum de vtilitate iſtius legati hic non quærimus, cum præcedenti cap. demonſtratum ſit, maritum ex teſtamento vxoris, quod ſuo conſenſu factum eſt, capere non poſſe. Illud tamen conſtat, ſi quis legatum ſibi adſcripſerit, pœna legis Corneliæ adfici, etiam ſi inutile legatum ſit, *l. ſi quis legatum ff. ad leg. Cornel. de fal. vt & lib.* 1. *cap.* 14. *latiùs dixi.* videamus an ſi in nuncupatiuo teſtamento maritus ſibi adſcripſerit, pœnam ſubeat? Qua in re magna Doct. eſt diſſenſio, neque ea vniuſmodi.

Sunt enim qui arbitrantur pœnam iſtam locum habere non † ſolum in teſtamento inſcriptis, ſed etiam in nuncupatiuo teſtamento, quod in publicam ſcripturam redactum eſt, 1. *Din. Cyn. Angel. Salic. in l.* 1. *&* 2. *C. de iis qui ſibi adſcrib. Bald. in l. dictantibus in fin. C. de teſtam. Anchar. in cap. pen. de falſ. Barba. conſil.* 58. *Capio primum. col.* 15. *& alij quos citat. Nicol. Bello. conſ.* 79. *num.* 3. Primum enim regulariter diſpoſitio loquens de teſtamento inſcriptis, extenditur ad nuncupatiuum, veluti ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. vlt. C. de bonor. poſſ. ſec. tab. gloſſ. ordina. in l. ult. ad verb. depoſition. C. de edic. Diui Adria. tol.* Deinde ad hanc extenſionem præcluditur via falſitati, qua nihil magis leges exoſum habent, quæque cauſam Diuo Claudio dedit, vt hoc capite de iis qui ſibi adſcribunt, legem Corneliam ampliaret. Tertiò memoria teſtium labilis eſt, & rerum geſtarum obliuioni obnoxia. Poſtremò ſi teſtes moriantur,innocentia mariti, ſeu eius qui teſtamentum ſcripſit, probari non poterit.

Verùm ad haſce rationes facilis eſt reſponſio. Nam ad primam quod attinet, extenſio hic admittenda non videtur, propterea quod in ambiguo, odia reſtringenda ſunt, & ea interpretatio accipi debet, per quam delicti præſumptio euitatur, & pœna auertitur, *l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur. cap. odia eod. tit.* adeoque benigna legis ratio ſuadet, vt in nuncupatiuo teſtamento, de quo expreſsè cautum non eſt, pœnalis iſta conſtitutio locum non habeat. Secunda porrò ratio etſi in ſpeciem vrgentior eſt, vim non facit: quia teſtamentum * nuncupatiuum fit palam & coram teſtibus, *l. hæredes. §. palam ff. de teſtam.* 2. & vires capit non ex ſcriptura, ſed ex fide teſtium, quo vident & audiunt illud legi in conſpectu teſtatricis, & facilè perſpicere poſſunt, an illa omnia ſcripta & recitata planè intelligat, & libera voluntate adprobet, nec ne: itaque de facili falcitas ibi committi non poteſt. Quod autem de obliuione teſtium dicitur, nimis frigidum & ieiunum 3. eſt.

eſt. Ratio enim neceſſario concludere debet, neque probat hoc adeſſe quod ab hoc contin-
3. git abeſſe, *l. neque natales. C. de probat. l. non hoc. C. vnde legit & vnde cog.* Atqui quorundam * teſtium tam viuax recenſque eſt memoria, vt ea quæ ante 60. vel 70. annos acta tranſactaque ſunt, firmiſſimè teneant, & fideliſſimè referant, vt in his apparet, qui ad probandum memoriam in contrarium non extare producuntur. Sed & ante decennij lapſum obliuio rerum geſtarum non facilè præſumitur, *l. peregrè, & ibi Doct. ff. de adquirend. poſſ. argument l. penult. in princip. ff. de alimen. legat. Bartol. in l. qui fundum. §. ſeruus meus. ff. pro emptor.* Vltima denique ratio minimum momenti adfert. Mortuis enim teſtibus, notario eiuſque inſtrumento creditur, qui eſt perſona publica, & cuius fides publica auctoritate adprobata eſt, *l. cum precibus. C. de probat. Cyn. ad l. 1. C. de procur. Alexand. conſil 134. lib. 2.*

Et ſanè ſecundum poſteriora hæc. *ad l. 1. num. 2. ff. ad Cornel. de fal.* decidit Bartol. ex Dino, ſi hæres totum teſtamentum ſcripſit manu ſua, & tradidit notario, iſque ſubſcripſerit, pœnæ legis Corneliæ locum non eſſe, quia teſtamentum probatur non per hæredis ſcripturam, ſed notarij: & videtur notarius ipſe totum ſcripſiſſe, cùm paria ſint vel totum ſcribere, vel ſubſcribere, *Bartol. in l. emptor. §. Lucius ff. de pact. & in d. l. Diuus. §. Senatus Alex. conſil. 147. num. 4. lib. 2. Decius & Iaſon. in Authen. ſi quis in al. documen. colu. 2. C. de eden. Quod & ſequuntur Bald. in d. l. dictantibus Spec. & Ioan. And. ad §. inſtrumentum. verſic. Quid ergo de inſtrum. edit. & Alexand allegans Tancredum, conſ. 50. Ponderatis verbis num. 2. & ſeq.*

In cuius confirmationem adduco acutiſſimum conſilium Doctorum Louanienſium, *quod eſt 32. inter conſ. Carol. Molinæi tom. 1.* vbi diſtinguunt, an notarius huiuſmodi ſcripturæ ſimpliciter & generaliter ſubſcribat tantùm, etiam teſtatore iubente, an verò præterea quoque ſcripturam illam teſtanti prælegat, & recitet, rogetque num ita teſtari velit, & ille ſe ita velle reſpondeat. Priore caſu in legem Corneliam committi non negant, cum & aliàs ſola omiſſio lectionis teſtamentum imperfectum reddere credatur, vt ſic nec codicillorum iure ſubſiſtere poſſit huiuſmodi ſcriptura, *teſte Ang. Aret. in tract. de teſtam. in gloſſ. ad verb. lectum & perfectum.* Poſteriore vero caſu locum pœnæ non eſſe adferunt: non quidem propter ſimplicem ſubſcriptionem notarij, cui haud dubiè maior attribui non poteſt, quam ſubſcriptioni teſtatoris, ſeptemque teſtium, additis eorum ſignis, *d. l. Diuus. §. planè Alex. d. conſ. 147. n. 6. li. 2.* ſed propter recitationem & interrogationem notarij, & reſponſionem adfirmatiuam teſtatoris, quæ efficiunt vt non ſcripta, ſed ab initio nuncupata ore teſtatoris videatur voluntas, *Iaſon in l. iubemus. per l. hac conſultiſſima C. qui teſta. fac. poſſ. Zaſ. conſ. 3. n. 37 lib. 1.* Etenim mariti ſcriptura hac nuncupatione velut innouata ſeu tranſformata, ex vi interpretatiua pro nulla hîc habetur, & probandi vim nullam obtinet, neque ſubſcriptio notarij ad eam ſcripturam refertur vt ad ſcripturam, ſed vt ad nuncupationem, exemplo teſtamenti quod à cæco per nuncupationem ex ſcripto prius recitato coram teſtibus confirmatur, *d. l. hac conſultiſſima in prin. d. l. diuus §. Senatus.* quaſi ſcilicet re ipſa & vna voce omnis voluntatis declaratio per notarium veluti teſtatricis organum de integro recitata ſit, eoque caſu omnis vis probationis eſt in ſuſceptione notarij, qua atteſtatur ſic recitatam ſcripturam, non in ipſo ſcripto, *Bal. in d. l. dictantibus in fin.* vt minimè mirum videri debeat, ſi dicamus ceſſare pœnam S. C. quæ in ſimplici nuncupatione, cuius vice hæc eſt teſtandi forma ex communi ſenſu, & per rerum naturam non poteſt intelligi locum habere. Hæc illi.

Porro Carol. Molinæus *d. tom. 1. conſil. 31. & 34.* conſtanter adfirmat opin. Doctorum Louanienſium veram non eſſe, ſed fraudem & fictionem in ſe continere. Si enim is qui ſibi adſcribit etiam teſtatore ſciente, & dictante, pœna falſi tenetur, *d. l. diuus. in princip.* quanto magis ſi ad alterius interrogationem dumtaxat teſtator reſpondeat, ſe ita velle? Tum verò ſi generalis ſubſcriptio ipſius teſtatoris nihil ageret, *d. l. diuus, §. planè.* notarij ſubſcriptio, ſi ſpecialis non eſt, quid virium habebit? Denique maritus conſummato iam delicto factus erat inhabilis, & alligatus pœnæ falſi, & ſic non potuit purgari per ſubſcriptionem notarij. At enim porrò audienda ſunt Molinæi verba *d. conſ. 34.* [Quod obiicitur, ſequentem notarij interrogationem, & teſtatoris reſponſionem nouum eſſe negotium de integro geſtum, & præcedentem mariti ſcripturam, quæ, vtpote priuata, fidem nullam faciebat, minimè conſiderandam, & ſubſcriptionem notarij non ad mariti ſcripturam referendam, ſed ad nouam nuncupationem: hoc, inquam, & fictionem & fraudem continet. Primò enim fingit id quod compoſitum & præſcriptum fuit à marito, fuiſſe à defuncta compoſitum & nuncupatum, quod euidenter falſum eſt: ipſa enim numquam nuncupauit, & multo minus compoſuit, & veritas facti habet nihil fuiſſe recitatum, niſi quod à ſolo marito clam vel ſeorſum in eam captionem vel ſuggeſtionem compoſitum erat. Si defuncta proprio motu, iudicio & ore eadem nuncupaſſet, quæ vir prius vt vates ſcripſiſſet, dici poſſet ceſſare fictionem, & per anticipatum ſeu præueniens delictum mariti veritatem poſtea ſecutam non fuiſſe impeditam. Sed cum veritas non ſit niſi quod in re eſt, quia, vt definit Beatus Auguſtin. *in lib. ſoliloq.* veritas eſt id quod eſt, & vt tradit Bald. *conſil. 352. Materia feudorum, lib. 1.* veritas eſt verum eſſe, & verũ dici, *Thom. Aquin.*

in q. de verita. qu. 1. & ex parte defunctæ nihil in re fuerit, ſed res contra ius compoſita à marito & ſuggeſta fuerit, mera fictio (ne dicam mendacium) eſt dicere illam nuncupaſſe, quod nec ab illius ore, nec ab illius iudicio profectum fuit, & nemo dixiſſe videri poteſt, quod prius mente non agitauit, *l. Labeo. ad fi. ff. de ſupel. lega.* quanto minus quando prius & compoſitum & ſcriptum ei obtrutum fuit à perſona ſub pœna falſi prohibita? Hæc ergo argutia non tam eſt fictio, quàm falſitas. De fraude nimium liquet: notarius enim ille non erat, neque eſſe poterat organum teſtatricis, à qua numquam rogatus nec adhibitus fuit, ſed à ſolo marito ſub pœna falſi prohibito rogatus & adhibitus, ergo in fraudem *l. pupillus. §. ſed & ſi per interpoſit. m. ff. de auto. tut.* & ſimulata æquitas duplex eſt iniquitas, *gl. in Clemen.* 1. *ad verb. Sanctitatis. de relig. domib. Ioan. Andr. ad cap. auaritiæ. in fi. de elect. in* 6. Præterea huiuſmodi interpoſitione notarij adhibita non ſolum fraus fieret ſenatuſconſulto & conſtitutionibus, ſed etiam materia falſitatis & ſuggeſtionum augeretur. Non eſt ergo ſimplex nuncupatio teſtatricis, cùm defuncta nihil vmquam nuncupauerit, ſed verè fuit nuncupatio mariti, vel recitatio ſcripturæ ipſius mariti per ipſius organum ab illo ſolo delectum facta: nã qui per alium à ſe ſolo delectum facit, non fictè, ſed verè ſolus facit. *cap. mulieres. in fin. de ſent. excom. Bald in l ſingularia, colum.* 2. *ff ſi cert. pet. Salic. ad l.* 1. *C de ſedit. Vincent. inter conſil. Alexand conſ.* 65 *lib.* 4. *Dec. conſ.* 604. *in fin. Iaſon in l. ſi is qui pro emptore, colum.* 6. *ff. de vſucap.* Atqui notarius ille nihil iuſſu defunctæ, ſed totum mandato mariti facit. Non ergo fuit, neque eſſe potuit organum defunctæ, ſed ſolius mariti, qui per illum à ſe adhibitum fecit, imò perfecit falſitatem illam, aut ſaltem nullitatem à iure meritò damnatam, & in recta praxi, & iudiciali ſede nullo modo recipiendam vel comprobandam.]

Te verò modeſtius agere, Molinæe, decebat, & in quos ſtylum tuum acueres, cogitare, viros vtique propter abſolutam iuris doctrinam, paremque in omni vita iuſtitiam æterna memoria digniſſimos. De cætero, tota iſta res ex circumſtantiis iudici æſtimanda erit, quas ego ſup. *lib.* 1. *cap* 17. ad plenum examinaui.

CAP. XI.

Maritus an poſſit eſſe notarius in teſtamento vxoris ſuo conſenſu facto.

SVMMARIA.

1. *Notarius poteſt inſtrumentum facere quo ipſe alteri obligatur, non quo alter ipſi.*
2. *Filius pro parentibus an inſtrumentum conficere poſſit.*

DE conſenſu vxori adhibito, deque vltima eius voluntate maritus notarius inſtrumentum facere poterit, ſi nihil inde commodi ad eum ſit rediturum. Eſt enim regulare, notarium poſſe inſtrumentum * ſcribere quo ipſe obligatur alteri, ſeu in quo aliquid contra ſe fatetur, *Bart. in l. impuberem. §. vltim. per illum text. ff. ad leg. Cornel. de falſ Bald. in Auth. contra, qui propriam. C. de non numera. pec. arg. l. de ætate. §.* 1. *ff. de interroga. act. l. non putauit. § ſi quis ſua manu. ff de bon poſ cont. tab. l. ſciendum ff. de verb. oblig & l. generaliter. in fin. C de non num. pec.* 1.
Aliud ſi in rẽ mariti vxor teſtata eſſet: quia notarius æquiparatur teſti. *l. Dominus. ff. de teſta.* & in ſuum commodum nemo poteſt eſſe teſtis, *l. omnibus. C. de teſtib.* item dicitur autor, & in rem propriam nemo autor eſſe poteſt, *l. quod dicimus. ff de auto. tut. & ita Bartol. in l. ſi conſul. numer.* 4. *ff. de adop. poſt. Din. ad l.* 1. *§.* 1. *ff.* 1. *ad leg. Corn. de fal & Pet. in l. Publ. in fin. ff. depo.* Quo & modo pater poteſt facere * inſtrumentum pro filio 2.
emancipato, & in reciprocum filius emancipatus pro parte, & etiam ſi emancipatus non ſit, pro matre, propterea quod nec patri nec matri quidquam adquiritur, *vt docet Bart. in l. ſi pater, ff. ad leg. Cor. de falſ.*

CAP. XII.

Statutum vetans vxorem filios habentem ſine conſenſu mariti teſtari, an extendatur ad eam, quæ non habet filios, ſed nepotes.

SVMMARIA.

1. *Filij appellatione nepos quando veniat.*
2. *Pronepos quando veniat vocabulo nepotis.*

SÆpe, vt ait Papyrius Fronto *lib.* 4. *reſp.* filij * appellatione & nepotes accipi multi- 1.
fariam placuit, *l. liberorum. §.* 1. *ff. de verb. ſign.* & iuſta interpretatione recipiendum eſt, vt appellatione filij nepos videatur comprehendi, *l. iuſta eod. titu.* Quæ interpretatio in diſpoſitione legis generaliter procedit, *l. Senatuſconſulto. ff. de ritu nup. l.* 2. *§ ſi mater ff. ad Tertul. l. filius. ff. de Macedon §. cum igitur Auth. de non elig. ſec. nub.* vt & in municipalibus ſtatutis *Alcia. ad d. l liberorum. num.* 9. maximè verò vbi in fauorem filiorum aliquid ſtatuitur, & vbi par ratio par quoque ius deſiderat. Nam quando in his quæ ex lata, & in his quæ ex propria ſignificatione ſub eodem vocabulo comprehenduntur, eadem per omnia eſt ratio, tunc diſpoſitio quæcumque etiam correctiora, dummodo non ſit pœnalis diſtricta, ad latam vocabuli ſignificationem extenditur, *vt ait Roman. conſil.* 129. *Licet magna, quem vide.* Ratio autem huius ſtatuti eſt, ne ſi mulier in te-

teſtamenti factione nullius conſenſum adhibere teneatur, tum lubrico ſexus, tum hæredipetarum ſuggeſtionibus inducta proprios fortè liberos ſuis facultatibus exuat: quæ ratio non minus in nepote, quàm in filio locum habet. Sed fauor familiæ conſeruandæ ſuadet ſtatutum iſtud etiam de nepote intelligi, *l. pronunciatio*, §. *vlt. ff. de verb ſig. l.* 1. §. *ſi cui. ff. de vent. inſpic.*

Illud non omiſerim, vbi appellatione filiorum † veniunt nepotes, ſimili modo pronepo-
2. tes exaudiri appellatione nepotum, *Bart. in d.l. liberorum. num.* 17. *Alexand, conſil.* 125. *attentis verbis,num.*12. *lib.* 5. Sed hæc infrà latius.

CAP. VIII.

Statutum requirens conſenſum mariti, an locum habeat, ſi vxor teſtetur inter liberos.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum inter liberos non requirit ordinariam ſolennitatem.*
2. *Æqualitas in teſtamento inter liberos ſeruari debet.*

CVM ſecundùm naturam lex ciuilis maternæ pietati liberorumque amori plurimum tribuat, *l. alimenta. C. de negot. geſt.* dicendum eſt, ſtatutum iſtud procedere, ſi vxor
1. inter liberos teſtari velit. Nam, vt in ſimili ait Bald. *conſil.* 407. *Præmittendum eſt, libr.* 2. ſtatutum emanauit propter mulierũ fragilitatem: iſta verò diſpoſitio non ex fragilitate, ſed ex pietate oritur, *l. liber captus. C. de capt. & poſtlim. reuer.* hoc eſt, ad iuris naturæ primordia, atque ad legum ſcriptarum terminos reuertitur, quæ vel inteſtatæ matris hæreditatem naturali ratione liberis deferunt, *l vltim. ff. de bon damnat l.* 2. *&* 3. *ff. de inoffic. teſtament. tot titul. ff. & C. de legit. hæred.* vel teſtandi inter liberos facultatem ei permittunt. Atque proinde rectè à legum auctoribus † conſtitutum
2. eſt ſolennitates iuris ciuilis in teſtamento inter liberos locum non habere, *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. l. vltim. C. fam erciſc.* ſed in eo primæuum illud ius gentium tantummodo ſpectari, ita vt duo teſtes vtriuſuis ſexus, etiam non rogati ſufficiant, *gloſſ. in Auth. quod ſine. C de teſtam. & in l. vlt. in fin. C. de codicill. Socin. reg.* 419. *Corn. conſil.* 261. & 278. *lib.* 1. *conſil.* 307 *li.* 3 *& conſil.* 259. *lib.* 4. *Iaſon latè in d §. ex imperfecto, num.* 6. *Guil. Bened. ad cap. Raynutius. ad verb. teſtamentum.* 1. *n.* 74. *de teſtam. Doct. & Didac. ad cap. relatum.* 1. *num.* 4. *&* 5. *per illum text. eod. tit.* Igitur & ſolennitates requiſitæ à ſtatuto, quod eſt pars iuris ciuilis *l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet.* in teſtamento inter liberos ceſſant. Et ita nuncupatum Pet. de Anchor. *conſ.* 178. *Viſis n.* 3. *& conſil.* 422. *Viſo puncto. n.* 3. ſcriptum reliquit, ſtatutum generaliter tradens formam de teſtamentis ordinandis, non extendi ad teſtamentum inter liberos.

Tamen ſi de damno mariti ageretur, eius conſenſus omninò neceſſarius foret. Idem, ſi nimiam * inæqualitatem vxor inter liberos 3. conſtituere vellet. *Roman. conſ.* 70. *colum.* 7. *verſ. Nam aduerſatur & conſ.* 385. *col.* 2. *verſic. Secundo principaliter. Dec. conſil* 105. *Et pro tenui, n.* 6 *Interp. in d. §. ex imperfecto. & dixi ſupra l. b.* 1. *cap.* 28. quod cùm faciat & naturæ & iuris ſcripti leges violat, *l. cum pater. ff. de lega.* 2. *l. vt liberis. C de colla.* ſi nulla euidens ratio appareat: & ideò ceſſante fauore, qui laxandæ ſolennitatis occaſionem dedit, rigor ſtatuti defendi, ſeruarique debet. Etenim id videntur ſtatuentes cauiſſe, ne mulier liberas illas teſtandi habenas arripiat, quas iuris ciuilis ratio ei admittit, vt ſcilicet non niſi legitimam portionem liberis relinquere cogatur: ſicut & in Comitatu Flandriæ pleriſque locis inæqualis inter liberos diſpoſitio planè reiecta eſt, & vetitia. Loquor de nimia inæqualitate: nam vni liberorum plus quam alteri conferri poteſt, *l ſi mater. C. de inoffic. donat. l* 1. *C. de inoffic. teſta.* & alioquin fruſtra remitteretur ordinaria ſolennitas in teſtamento inter liberos, ſi illi veluti ab inteſtato, inæquales portiones matri ſuccedere deberent.

CAP. XIV.

Mariti conſenſus ſtatuto requiſitus, an ſit neceſſarius vxori teſtanti ad piam cauſam.

SVMMARIA.

1. *Statutum contra libertatem relinquendi ad piam cauſam, an valeat.*
2. *Statuto laico cum quod iuſtam cauſam habet ligantur clerici.*
3. *Statutum, ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, an habeat locum in teſtamento ad piam cauſam.*

EAdem ratio, idemque fauor teſtamenti pietatis cauſa facti eſſe videtur. Et à pleriſque reſponſum eſt, ſtatuti iſtius ſolennitatem obſeruari non debere, ſi mulier teſtetur ad piam cauſam. *Bal. in l. generali verſ. Quæro primò. vbi Caſtr. n.* 2. *&* 3. *& Fulgoſ. C. de ſacroſ. eccleſ. Panorm. ad cap. relatum.* 1. *per illum text. nu.* 5. *verſ. Et ex his de teſtam. Alex. conſ.* 105. *Viſo numer.* 11. 12. *&* 13. *lib.* 4. *Corn. conſ.* 259. *colu.* 2. *lib.* 4. *Dec conſ.* 455. *Placet concluſio n.* 9. *Alciat. ad d. l. generali in & fi. & lib.* 1. *de verb. ſig. col.* 11. *verſ. Lex, Mulier. Nicol. Bello. dicens hanc opin.*

eſſe communem,conſ. 16. *n.* 1. *& alij citati à Tiraq. de leg.connub. gloſſ.* 6. *de verb. de ſon mary. quæſt.*17. Quia inquiunt, in relictis pro anima non ſpectatur ius ciuile, cuius pars ſunt ſtatuta,*l.omnes populi ff. de iuſt. & iur.* ſed tantum
1. ius Canonicum. Neque valet ſtatutum † impediens quoquo modo libertatem donandi ſeu relinquendi pro anima. *argument. cap. eccleſia S.Mariæ de conſtit ca. vl. de reb. eccleſ. non alien.cap.benè quidem.*96.*diſt.Ioan.And.de immu. eccleſ.lib.*6. quidem enim relinquitur eccleſiæ, ſeu pauperibus, cenſetur Deo relictum, *argument.l.ſeruo legato §. ſi teſtator. ff. de legat.* 1. & in his quæ ſpectant ad Deum vel ius diuinum,non poſſunt ſtatuta fieri in contrarium, *Bartol.in l.*1.*quæſtio.*5.*C. de ſacroſ.eccleſ. Bald. in l. conſulta.C. de teſtament. Anchar. ad cap. canonum ſtatuta colum.*20.*in* 3.*quæſt verſ.Dicit etiam. de conſtitu.& conſ.* 61. *Caſtr. in d. l.generali. & conſil.*432.*Cùm ſtatutum,numer.*3 *lib.*1. *Panorm. conſil.*22.*Circa duo num. libr.*2.*& in d. cap. relatum numer.*5.*& ibi latè in addit.Anton. Franciſc.*Statutum autem ſibi locum non vendicat in caſu, ad quem ſtatuentium poteſtas non porrigitur.*Ioan. Monach. ad c.* 2. *verſ Statuto de conſtit.Anto.But.conſil.*40.*Statuto ciuitatis.n.*1.*Dec.latè conſil.*504.*In caſu,nu.* 3. Vnde ſtatutum cauens teſtamenta per teſtes probari non poſſe, neque aliter vim habere, quam ſi in tabulari, vel, vt noſtri loquuntur, in archiuo ſeu memoriali publico recondita ſint, non procedit in teſtamento, quo eccleſia hæres inſtituta eſt. *Salic.ad Auth Caſſa.C. d. tit. Ioan. Calder.conſil vlt. tit.de conſtit. Anton Butr. in d. cap relatum, el* 1. *verſic. Ex his poteſt inferri. Ioan. de Ana conſil.* 57. *Viſis & conſideratis, num.*2.

Ex aduerſo vrget quod ſupr. *hoc lib. cap.* 1. *num.* 1. ex Ancha. & Cald. retulimus, ſtatuto † laicorum quod iuſtam rationem ha-
2. bet, veluti hoc noſtrum, poſſe conſtringi libertatem teſtandi etiam pro anima: quod ſequitur Dec.*d.conſ.*455.*in fin. allegans Card.conſil.*114 *& Feli.in d.cap. eccleſia. char.* 10. *verſic. Retenta igitur.* Nam &, vt dicit Romau. *conſil.* 166. *Viſo diligenter col.*2.*verſ. Tertiò*, poteſt ciuitas certam formam obſeruandam conſtituere in actu per ſibi ſubditum etiam cum eccleſia celebrando, vt apparet in feudis, *text. cap.*1 *§ donare,qual. olim.feud.al.pot.& cap.*1.*in princip.de prob.feud.alien. per Fed, de quo adfatim Tiraq. d.quæſt.*17.*verſicul. Sed contrarium & ſeq.* Præterea per generalem conſtitutionem iuris ciuilis vel Canonici diſponentis, quod in relictis ad piam cauſam non requiritur ſolennitas, non videtur derogatum ſtatutis ſpecialium locorum, niſi fuerit expreſſe dictum, *ca.*1.*de conſtitut.lib.*6.*Caſtr.numer.*3.*in d.l.generali.* Denique in hanc partem non mediocriter facit, quod vxor vel ad pias cauſas, vel ad vſum eccleſiæ teſtando, propter iudicij ſui imbecillitatem, non minus quam teſtando in rem aliorum, illicitis perſuaſionibus, inſtigationibus, vel extorſionibus permoueri poſſet,quibus vt occurratur ſtatutum illud inductum eſt.Enimuerò liberis potius quàm Deo relinquenda eſt parentum hæreditas, & qui contrarium vult, alterius conſilium exquirat, quàm Auguſtin.*cap. quicunque vult.*17.*quæſt.*4. *& not.in l.ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler.*

Harum opinionum, ſi mea cauſa † agere- 3.
tur, priorem ſequerer, tutioremque viam inſiſterem, *cap. conſuluiſti. de obſer. ieiun. quod & cap.*6. *de amortiz. bon ſatis oſtendi.* Cæterum, quantum ego in rerum controuerſarum diiudicatione verſatus colligere poſſum, poſteriorem opin. promptius iudices amplecterentur, ideo quod ſtatutum generaliter loquens, generaliter eſt intelligendum *l.* 1. *§.generaliter. ff. de legat. præſt in. Dec. ad propoſitum noſtrum, conſ.*301. *In cauſa.* nihilque ei addi, vel adimi poteſt,*vt latè not. Tiraq.ad l ſi vnquam in princip. C.de reuocan. donat.* & nihil contra libertatem eccleſiæ fieri videtur, *iuxta ea quæ tradunt Panor. in c.*1.*& Roch. Curt in ca. cum tanto.ſect.*5. *n.*23.*conſuet. & fusè dixi eo.c.*6.

CAP. XV.

Statutum requirens conſenſum mariti an locum habeat, ſi vxor teſtetur de eo quod debet.

SVMMARIA.

1. *Actum ex neceſſitate facienti magis fauetur, quàm ei qui vltrò facit.*
2. *Alienatio neceſſaria non continetur legibus vel ſtatutis de alienatione loquentibus.*
3. *Statutum vetat mulierem contrahere ſine conſenſu curatoris. an illa poſſit eo inſcio dare in dotem.*

ILLVD ſpeciali iure receptum eſt, vt in his, quæ cauſam neceſſariam habent, ſtatuti diſpoſitio ceſſet. Magis * enim fauetur, &
ſubuenitur ei, qui actum gerit ex neceſſitate 1.
ſiue directè, ſiue per indirectum, quam qui voluntariè & vltrò, *l. quod ſi. §. reſtitutio. vbi Bartol.ff.de minor.l.cum poſtulaſſem.§.*1.*ff d.dam. infec.l.ſi fideiuſſor.§ ſi neceſſaria, & ibi Socin. ff. qui ſatiſd.cog.latè Tiraq.de retract.§.*1. *gloſſ.* 10. *num.*25. Vnde ſicut lex loquens de alienatione, intelligitur de * alienatione voluntaria, 2.
*l.alienationes ff.fam.erciſ.l.*1.*ff.de fund.dota.l.ſed ſi pecunia.§.*1. *&* 2.*ff. de reb. eor.* & prohibitio alienationis non extenditur ad neceſſariam, *l. peto. §. prædium. ff. de legat.* 2.*l. pater filium. in princip.ff. de lega.*3. *& alij ibi adductis à gloſſ.* ita quoque ſtatutum loquens de alienatione, de ea accipi debet, quæ fit ſponte alienantis, nulla neceſſitate cogente.*Caſtr. conſ.* 183 *num.* 2. *& conſ.* 435. *Ad confirmationem, n.* 3. *lib.* 1.

Roman. conſil. 107. *Circa id & conſ.* 280. *Præſuppoſito,Angel. conſ.*243.*in princip Alex. conſil.* 215. *Ponderatis,numer.*6. *lib.* 6. *Dec. conſ.* 300. *Viſa, numer.*9.*Iaſou in l.ſi vnus.* § *pactus ne peteret. numer.* 29.*ff. de pact. Aymo Crauet conſil.* 6. *numer.*19.*& conſil.* 215. *num.* 3. 4. *&* 5. *Tiraq. plura in hanc rem cumulans,de leg.connub.gloſſ.*6. *ad verb de ſon mary.quæſt.* 22. *Hippol. Riminald. ad princip.tit de donat.in Inſtit numer.*608.Quibſts adſtipulantur deciſio Socini *in conſ.* 80. *Præſens conſultatio. lib.* 4. ab Aymone & Tiraq. laudata, quod ſi ſtatutum dictet, mulie-
3. rem * non poſſe contrahere ſine conſenſu curatoris, poterit tamen eo inſcio in dotem dare ſecundo marito, quæ primo dederat, quia huiuſmodi dotis conſtitutio venit ex diſpoſitione & interpretatione legis, *l. dotem. ff.de iur. dot.* poteſtque mulier ad eam compelli. *Bald. in l. vlt. C. de ſent. quæ cert. quant.* Id quod non exiguam tamen dubitationem recipit. Licet enim dotis conſtitutio neceſſaria ſit,ne indotata expellatur, aut odio habeatur, nihilominus tamen magnitudo & quantitas dotis voluntaria eſt, & ab arbitrio vxoris pendet, quæ & bona ſua paraphernalia, aliaque quædam ſibi reſeruare poteſt, *l. mulier bona. cum ſimili. ff. de iur. dot.* Tum quoque expreſſe voluit Dec. *d. conſ.* 301. ſtatutum generaliter loquens, etiam cauſam dotis comprehendere.

Vt redeam, concludendum eſt, mulierem etiam marito conſenſum non accommodante, de eo quod debet validè teſtari, niſi fortè illa in calculo,cum creditore ſubducto ampliorem ſummam ſe debere confeſſa eſſet, quàm verè debebat, aut aliud aliquod detrimentum ea ex cauſa viro naſceretur.

CAP. XVI.

Statutum, ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti,an locum habeat,ſi vxor rem aliquam illi leget,à quo eam antè dono accepit.

SVMMARIA.

1. *Donatio facta ei qui prius donauerat, cenſetur remuneratoria.*
2. *Donationis remuneratoriæ multa priuilegia.*
3. *Statutum requirens conſenſum mariti in teſtamento vxoris,procedit etiam ſi vxor relinquat ei,qui prius eandem rem donauerat.*

REm illi donatam à quo prius dono acceptа eſt, ſub legibus ſeu ſtatutis donationes vetantibus non comprehendi, rectè dixeris. Etenim res de facili reuertitur ad naturam ſuam, *l.ſi vnus,§. pactus ne peteret. ibi. ne in ſpecie.ff de pact.cap.ab exordio.* 25 *.diſtinct.* Tum verò quod ita donatur, * non gratuito, 1.
aut liberaliter, ſed remunerandi cauſa donari cenſetur, *l. & ſi lege.§. conſuluit & ibi Ang. in fin.ff.de petit.hæred.l. ſi verò non remunerandi §. inde Papinianus,vbi gl. Bart. & alij ff mandat.not. in l.ſi fundum per fideicommiſſum.in princ.ff. de lega.*1. apertè Iaſon *conſ.*149. *Circa primum num.* 4. *lib* 4. dicens, quod ſicut in donatione remuneratoria, ita quoque in donatione facta ei, qui prius donauerat, non requiritur inſinuatio, *l. Attilius Regulus. vbi Bart. & Imo. ff. de donat.* Et hæc videtur fuiſſe ſententia Caſtren. *conſil.*171.*In caſu præſenti. in princip.lib.* 2. dum ait ſtatutum quo mulier prohibetur alienare bona immobilia, locum non habere, ſi mulier ei donet à quo antè dono acceperat, licet dicat ſe hoc non adfirmare, ſed in dubio relinquere, vt & Iaſon *in l. cum filiofamil. n.* 168. *ff. de leg.* 1. dubitanter ea Caſtren. verba refert. Porrò autem donationis * remuneratoriæ 2.
talis tantusque eſt fauor, vt eius cauſa multa permittantur, quæ aliàs qui ſecundum iuris regulas non ſubſiſterent, *vt latiſſimè exequitur Tiraq. ad l.ſi vnquam ad verb.donatione largitus. ex n.* 11. *vſque ad n.* 59. *& item poſteà propiùs ad hunc caſum n.*156.157.*&* 158 *& ego monui l.*1. *cap.*8.*& infra pluribus commoſtrabo.lib.*4.*cap.* 2. Ex quibus reſoluendum videtur, ſtatutum iſtud, ne vxor ſine conſenſu mariti teſtari poſſit,ad eas res non pertinere,quas ab eo cui relinquit,dono acceperat: cùm præſertim is qui donum donatori reddit,damnum pati non videatur,*gloſſ Bart. Iaſon & alij in l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit ff de verb.oblig.*

At enim in propoſita facti ſpecie aliter pronunciandum eſt. Nam cùm per * contra- 3.
ctum matrimonium bona adquiſita vxori etiam titulo donationis, communicentur marito,*vt not.in cap.*2.*ext.de donat. inter vir. & vxor.* vtique vxor liberam de iis diſponendi facultatem ſine conſenſu mariti non habet, duntaxat pro dimidia parte: *arg. l. pro parte ff. pro ſocio.* Et licet nihil amittere videatur, qui prius donata reſtituit, hoc tamen ad præiudicium mariti trahendum non eſt: & euenire poteſt, vt is ipſe à quo res iſtiuſmodi donata fuit, remunerationis cauſa vxori donauerit, nullaque proinde ratione illa quæ ante actorum ſuorum meritorum occaſione hoc donum accepit,ad antidota teneatur. Sed & is qui donauit, & mulierem nuptam ſine conſenſu viri nihil donare poſſe vel ſciuit, vel ſcire potuit, quæ paria ſunt,*l quod te ff ſi cert.pet.*ad antidota recipienda ſe reſpexiſſe ineptè allegaret.

CAPVT XVII.

Conſenſus mariti an ſit neceſſarius vxori extra territorium ſtatuentium teſtanti.

SVMMARIA.

1. *Statutum fauorabile etiam extra territorium ſtatuentium valet.*
2. *Statuta eluſoria reddi, abſurdum.*
3. *Statutum, ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, precedit in vxore alibi teſtante, quantum ad bona in territorio ſtatuentium ſita.*

GRAVIS eſt hæc quæſtio, ſed quam ego in præſenti paucis abſoluam, quandoquidem infra *lib.4.cap.28. & 29.* cum aliis ſimilibus quæſtionibus, plenè exacteque tractabitur. Et Bart. quidem *in l. cunctos populos, qu. 6. num.32. C. de ſum. Trin.* dicit ſtatutum prohibitiuum, ne vxor poſſit legare marito, vires habere extra territorium ſtatuentium. Baldus verò *conſ.60. Quadam ſoror. num. 1. verſic. In contrarium. lib.5.* In hoc noſtro caſu expreſſe tenet, ſolennitatam requiſitam in contractu mulieris, obſeruari debere, etiam alio loco vbi tale ſtatutum non viget. Primò enim iſtud
1. † ſtatum, vt & ſæpè à nobis oſtenſum, inductum eſt ad ſupplendam imbecillitatem conſilij muliebris, ideoque tanquam fauorabile vim ſuam producit extra territorium, *arg. err. quæ not. Bartol. in l. filiusfam. §. Diui. verſic. Quæro an per ſtatutum. ff. de legat. 1. & in l. ſi quis pro eo. verſ. Decimò ff. de fideiuſſ* licet aliud ſit in ſtatutis pœnalibus, vel odioſis, *d.c. vt animarum dixi ſup. lib.1. cap.5. & latius dicam lib. 4. d. cap.28.* Deinde certum eſt, iſtud ſtatutum non diſponere reſpectu perſonæ in loco, ſed reſpectu perſonæ ſimpliciter: proinde vbicunque mulier ſubdita teſtetur, formam ſeruare debet, quæ reſpicit habilitatem & inhabilitatem perſonæ, *arg. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtit. mino. cum ſimil.* Item ex differentia locorũ aliquod induci diſcrimen, ſeu ſtatutorum iura variari abſurdum viſum eſt, *l. vlt. C. de temp. in integ. reſt.* Denique niſi ita accipias, ſequetur euidens * abſurdum, quod
2. ſemper teſtamentum ſine conſenſu mariti fiet extra territorium, & ſtatutum ludibrio erit, *contra l. mercatores C. de commer. & mercat. l. 2 C. de eunuch. l. ſi prætor. in princ. ff. de iudi. cap. abbat. de verbor. ſignifi. cap. commiſſa de elect. li. 6.*

Ego ſemper in ea opinione fui, quod teſtamentum iſtud ſine conſenſu * mariti fa-
3 ctum, quantum ad bona in territorio ſtatuentum ſita, corruet, in aliis verò validum & efficax erit, ſecundum ea quæ lib. 4. *d. locis* ſufficienter exponentur.

CAP. XVIII.

Conſenſus mariti an tempore peſtilentiæ vxori teſtanti ſit neceſſarius.

SVMMARIA.

1. *Solennitatis omiſſio neceſſaria non vitiat.*
2. *Peſtis tempore remittitur ſolennitas requiſita in teſtamento.*
3. *Statutum, ne mulier teſtetur ſine conſenſu propinquorum, non habet locum tempore peſtilentiæ.*
4. *Peſtilentia iuſtus eſt metus.*
5. *Conſenſus mariti abſentis an tempore peſtis vxori teſtanti neceſſarius ſit.*
6. *Caſus triſtis an præuiſus eſſe debeat. & n. 9.*
7. *Peſtis horrenda Louanij ann.* 1579.
8. *Peſtelentiæ tempore conſilium eſt, vt infectus vel ex feneſtra voluntatem ſuam vltimam teſtibus inferius ſtantibus declaret, vel in publicum ſe portari faciat.*
9. *Vxor miniſtrans peſte laborantibus an ſine mariti conſenſu, ſi ipſa luem contraxerit, teſtari poſſit.*
10. *Adfectatum impedimentum non excuſat.*

A SCRIBENTIBVS communiter receptum eſt, * teſtamentum ſine ſolennitate re- 1.
quiſita factum ſubſiſteee, ſi eo tempore quo factum eſt, ſolennitas adhiberi non poterat. *Bal. in l. in coniunctione. C. de nupt. & in Aut. hodie C. de iudic latiſſime Alb. Brun. in tract. de for. fol. 64. columm. 1. & Hippo. Marſil. in l. 1. §. præterea, ex num. 117. vſque ad numer.* 134. Nam impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium ff. de regul. iur. ca. nemo. eod. titul.* & neceſſitas legem non habet, *cap. quod non eſt licitum, vbi gloſſ. eod. titu.* Hinc eſt quod, *ut ſupr. cap. 4. poſt Roman. conſil. 36. oſtendi*, ſi maritus in perlonginqua regione abſit, ſine eius * con- 2.
ſenſu vxor teſtari poteſt. Hinc pleriqne voluerunt, numerum ſeptem teſtium, qui eſt de forma teſtamenti, *l. ſi vnus C. de teſtam.* remitti tempore peſtilentiæ. *Bart. in l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. mil. Bald. Salic. Iaſ. in l. vlt. C. de teſtam. Flor. de S. Pet. in l. milites. C. de teſt. mil. Chriſto. por. in §. planè. Inſt. eod. ti.. Barb in cap. cùm eſſes. col. 8. de teſt. Guido papæ q. 543. in fi. Hippo. Marſil. latè in d. l. 1. §. Diuus num. 13. & 14. Dec. conſ. 284. Viſo punct.* quod intellige, ſi magna ſit vis peſtilentiæ, tabeſque per totum locum diffuſa, vt poſt longam diſputationem diſtinguit Ioan. Franciſ. de Ripa *in tract. de peſt. c. de priuileg. vlt. volant. cau. peſt. n.* 11. 12. & 13. quem ſequitur Nicol. Boer. *deciſ.* 228. *Præſuppono num.* 11. Cui germanum eſt quod bellè reſpondit Pariſ. *conſ. 33. Etſi prima facie. lib.* 2. diſpoſitionem d. l. vnus, & l. non ſpeciali. C. de teſtam.

ſtam. locum non habere tempore peſtis ſæuientis, vt ſcilicet valeat teſtamentum ab eo qui peſte tenebatur, factum, etiam ſi teſtes contagionem metuentes in conſpectu teſtatoris non fuerint, ſed ipſum loquentem tantum audiuerint. Hinc ſi ſtatuto cauetur teſtamentum non poſſe confici niſi adhibito notario in matricula deſcripto, tamen ſi tempore peſtis adhibitus ſit alius non deſcriptus, valebit teſtamentum. *Angel. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacantia. lib* 10. *Iaſon & alij in l. vlt. C. de teſtam. Dec. d. conſ.* 284. *Guil. Benedic. in ca. Raynutius. ad verb. teſtamentum.* 1. *num.* 15. *de teſtam.*

Atque ſecundùm hæc proximè ad noſtram hypotheſin deciſum inuenio, quòd ſi ſtatu-
3. tum ſit * ne mulier poſſit teſtari ſine conſenſu duorum proximorum conſanguineorum, tamen non vitiabitur teſtamentum ſine eo conſenſu peſtis tempore conditum. *Angel. in* §. *prouinciarum. Authen. vt fac. nou. conſtit. Corn. conſi.* 52. *In hac & conſ.* 131. *In hoc lib.* 4. *Pariſ. d. conſ.* 33. *num.* 32. *Ripa d. loco, num.* 25. *Boer. d. loco, col. pen. Rolan. à Valle conſil.* 81. *Prima facie. num.* 28.

Habent ſcilicet iſtæ deciſiones hanc cauſam,
4. quòd tempore peſtilentiæ * pauci reperiuntur, qui velint eſſe teſtes, aut notariatus officio fungi. Eſt enim peſtis morbus acutiſſimus, & contagioſus, qui omnes alios ſuperat, *cap ſicut.* 1. *de ſimo.* nec iniuria vnuſquiſque diram lucem, quoad poteſt, euitat, *cap. ſi nulla,* 23. *quæſt.* 8. Qua de re ſubiiciam elegantem locum Eraſmi in epiſtola quadam ad Fauſtum Andrel. vbi ſic ait: [Quamquam huiuſmodi in rebus nihil formidare, equidem non ſtrenui hominis, ſed ſtipitis eſſe duco, vbi eo cum hoſte res eſt, qui propulſari, qui referiri, qui vinci contra pugnando poteſt: ibi qui fortis videri cupit, per me licebit. Lernæa illa hydra, extremus duriſſimuſque laborum Herculis ferro quidem domari non potuit, at Græco tamen igni confici potuit. Huic malo quid tandem facies, quod nec cerni queat, nec vinci? Quædam melius fugiuntur, quam ſuperantur. Vir fortis Æneas non congreſſus eſt cum Sirenibus, ſed longè à periculoſo littore proram deflexit. At nihil eſt, inquies, periculi. At ego interim citra periculum multos interire video. Vulpem imitor Horatianam: Quia me veſtigia terrent, pleraque te aduerſum ſpectantia, pauca retrorſum. In hac ego rerum facie non Aureliam modò, ſed Gades illas Herculeas, vel ad Orchadum extremarum extremam vſque non dubitarim auolare: non quòd meticuloſus ſim, animoque parum maſculo, verum ne iure metuam: non ne moriar, cui rei naſcimur omnes, ſed ne vitio meo moriar. Si Chriſtus ſuos monuit Apoſtolos, vt mutatis ſubinde vrbibus, perſequutorum gladios effugerent, ego tam capitalem hoſtem, cùm commodè queam, non declinabo?] E noſtris quoque Pariſ. *d. conſi.* 33. *num.* 12. dicit timorem peſtis eſſe multa conſideratione dignum, propter periculum contagionis, & ſucceſſiuæ mortis, *Bald. & Caſt. in lib.* 2. *C. de ſum. Trin.* Et ideò locus peſtifer non dicitur eſſe tutus, *Bart. in l. de ætate. ff. ad Trebel cum aliis ibi à Pariſ. adductis, & à Roland. à Valle, d. conſ.* 81. *num.* 30.

Nunquid igitur in propoſita quæſtione idem ſtatuendum erit? Et video in caſu diſtinctione opus eſſe. Aut enim maritus vxorem peſte ictam deſeruit, & ad locum ſalubriorem ſe contulit, aut in eodem loco manet, licet ad vxorem accedere non audeat: aut maritus ipſe peſte laborat, & vxor idem morbi metuens teſtari cupit, ſed mariti conſenſum poſtulare formidat.

Primo caſu ſi maritus metu † contagionis 5.
ciuitatem reliquerit, videtur neceſſarium non eſſe, vt vxor peſte infecta eius conſenſum adhibeat: non debere enim expectari conſenſum mariti abſentis, ſi periculum in mora ſit, ſup. *cap.* 4. pro conſtanti ponimus.

Ex aduerſo tamen vrget, quod vxor illum caſum præuidere debuit, cùm ſciret iuſtam fugæ cauſam eſſe contagionis metum. Tum verò tempore peſtis maximum eſt periculum, ne vxor importuna ſolicitatione eorum, qui ei miniſtrant, & ſine quibus eſſe non poteſt, contra animi ſui ſententiam teſtari cogatur, cùm pauci apud eos qui peſte laborant, reperiri ſoleant: vnde vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, *cap. vbi periculum. de elect lib.* 6.

Prior opinio plus æquitatis habet, vtpote quæ faueat teſtamentis, quorum conſeruatio publicam reſpicit vtilitatem, *l. vel negare ff. quemadm. teſt. apet.* ita vt in dubijs ea opinio tenenda ſit, quæ facit pro teſtam. *l. ſi pars. ff. de inoff. teſt. Ripa d. loco, num.* 3. *Rolan. à Val. d. loco, num.* 43. Neque obſtat quod dicitur, vxorem † debuiſſe præuidere huiuſmodi caſum. 6.
Non enim debuit cogitare quod aut maritus recederet à promiſſione in contractu matrimonij, & facie Eccleſiæ facta, de non deſerendo eam propter quamcunque infirmitatem corpori illius accidentem, aut quod caſus tam triſtis eueniret triſtem enim caſum hominum vel rerum nemo expectare, aut præ oculis habere cogitur, *l inter ſtipulantem.* §. *ſacr. ff. de ver. obl.* maximè vbi vel nulla peſtis, vel leuicula, & vix conſideratione digna eſt, *arg. l. Iulianus ff. qui & à quib manumitt.* Accedit quod fortè vxor antea liberos habuit, quorum fauore inteſtata mori mallebat, nunc verò tempore peſtilentiæ, his morte extinctis, alium ſibi hæredem ex pluribus cognatis deligit: ſiue etiam à propinquis deſtituta, fideles & adſiſtentes ſibi miniſtros, aliosve melius promeritos honorabili legato remunerari cupit. Non inficior tamen ſecurius fore, ſi vel

vel maritus per epiſtolam conſentiat, vel iudicis, ſi fieri poſſit, interponatur auctoritas, *iuxta ea quæ ſup. cap. 4. num. 3. & cap. 5. diximus.*

Secundo caſu ſi maritus ſit quidem in ciuitate, ſed ad vxorem peſte adfectam accedere non audeat, ſine eius conſenſu teſtamen-
7. tum non valebit. Nam, vt & ego in * horrendo illo peſtis incendio, quod Louanij ann. 1579. vltra 31. hominum millia abſumpſit, factitatum memini, poterit mulier de cœna-
8. culo, ſeu † feneſtra aliqua ſuperiore marito inferius ſtanti voluntatem ſuam exponere, eiuſque conſenſum adhibere, exemplo Aquiliæ vxoris Signoroli de Homodeis, quæ peſte infecta in viam publicam ſe deferri iuſſit, vt haberet teſtes audientes ſuam voluntatem, referentibus Fulgo. Caſtr. Franc. Aret. & Alex. *in d. l. vlt.* Barba. *conſ.* 58. *col.* 6. *& col. vlt. lib.* 1. Ripa *d. loc. num.* 7. Quomodo & Boer. *d. deciſ.* 228. *numer.* 10. narrat ſe vidiſſe teſtamentum ſic conditum tempore peſtis à quadam, quæ in via publica in præſentia mariti & ſeptem teſtium parùm ab eo longè exiſtentium ordinauit ſuam vltimam voluntatem. Et ad hoc inducit text. *l. eſt differentia ibi, per feneſtram. ff. quib. cau. pig tac. contrah.* vbi not. Bart. ad contractus qui fiunt cum ſacris virginibus ad cratem ferream, *tex. l. ſi quaſi ibi. per feneſtr. ff de pig. act.*

Tertio caſu, ſi vxor per epiſtolam vel nuncium conſenſum mariti peſte infecti explòrare potuit, non excuſatur. Sin autem non poſſit eius conſenſum exquirere, excuſari debet, *arg. l. ſi longius ff. de iud. cum ſimil.* adhibito tamen iudicis conſenſu, ſi eius copia eſt, *iuxta not. in cap. vltim. de appellat. & Alexand. in d. l de ætate.*

Sed incidit dubitatio de vxore, quæ operas ſuas vel locat, * vel vltro gratis præbet
9. peſte laborantibus. Et Ripa quidem *d. loco, num.* 14. exiſtimat, eos qui remanent in ciuitate peſtilenti ad tuendam Remp. & ad ſubueniendum infirmis, habere priuilegium teſtandi coram duobus teſtibus, *allegans Alexan. & Iaſ. in d. l. vltim.* quia iſti non minus pro Repub. militant in bello Dei, quàm milites armatæ militiæ in bello hominum, quos conſtat dum ſunt in acie, habere priuilegium teſtandi quomodo velint, & poſſint, *l. vlt. ff. de milit. teſt. l. milites C. eod. tit. & d. l.* 1. *C. de bon. poſſ. ex teſt. milit.* idque ob continuum vitæ periculum, in quo pro ſalute Reipub. verſantur.

Contrarium dici poſſe videtur. Nam quamuis merces laboris eximij contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non debeat, *vt in ſimili an I. C. Paul. in l. ſi pater. in fin. ff. de donat. & not. Barba. conſ.* 54. *lib.* 2. inſpicieudum tamen uxori erat id, quod veriſimiliter ei impendebat, ſcilicet ut ipſa eadem lue tangeretur: ideoque debuerat prius teſtamentum ſuum interpoſito mariti conſenſu facere, quàm ſe ad miniſterium tam periculoſum dederet. Quando enim ſtatus præſens tendit ad futurum caſum, & eſt eius conditionis, vt ex eo poſſimus probabiliter vereri futura, tunc eſt proſpiciendum quod euenire poteſt, *Bar. num.* 7. *& Zaſ. num.* 18. *ad d. l inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de verb. oblig. perd. l. Iulianus, & l. qui bona §. cum inter ædes ff. de damn. infect. & l. hæres meus. §. vltim. ff. de condit. & demonſt.* Alioquin certè videtur vxor adfectaſſe impedimentum adhibendi conſenſum mariti: adfectatum * autem impedimentum numquam ex- 10.
cuſat, *lib.* 2. *§. ſimili modo. ff. ſi quis caut.* etiam ſi alrer excuſaret, ceſſante adfectatione, *Iaſon vbi, poſt Bart. in l. ſi ſeruus. §. ſi quis ante ff. de lega.* 1. *§. ſi ſeruus ff. de quæſt.*

CAPVT XIX.

Teſtamentum vxoris tempore peſtis ſine conſenſu mariti factum an rumpatur, ſi illa poſteà ſanitati reſtituta conſenſum eius non adhibuerit.

SVMMARIA

1. *Teſtamentum ſine conſenſu mariti factum non rumpitur teſtatrice ſuperuiuente.*
2. *Teſtamentum ruri factum cum quinque teſtibus non rumpitur, ſi teſtator fiat ciuis.*
3. *Militis teſtamentum vt iure militari valeat, quæ requirantur.*
4. *Peregrini teſtamentum cum minori numero teſtium factum non rumpitur eo reuerſo.*
5. *Tempus conditi teſtamenti inſpicitur quantum ad ſolemnitatem.*
6. *Cauſa neceſſaria ceſſante ceſſat effectus in actibus futuris, non in præteritis.*

INfra *lib.* 4. *cap.* 25. planum faciemus, ſtatutum nouum, ne vir vxori leget, ad teſtamentum anteà factum non porrigi, etiam ſi teſtator poſt publicationem ſtatuti deceſſerit. Ex quo & hoc caſu dicendum eſt, teſtamentum * illud, quod vxor peſte infecta, abſen- 1.
te metu contagionis marito, ſine eius conſenſu contra formam ſtatuti condidit, viribus ſubſiſtere, neç irritum fieri, licet illa reſtituta ſanitati, & ſuperuiuens conſenſum mariti, cùm poſſet, non adhibuerit. *Et ita expreſſim Corn. d. conſ.* 53. *lib.* 4. *Ioan. Franc. Ripa in tract. de peſte cap. de priuileg. vltim. volunt. cau. peſt. à num.* 28. *vſque ad num.* 42. *& Boer. d. deciſ.* 228. *num.* 11.

Angel. tamen ex aduerſo, *in Auth. vt cum de appell. cognoſ. in princip.* autor eſt, teſtamentum cum minori numero teſtium tempore peſtilentiæ factum rumpi, ſi teſtator ceſſante peſte non adhibuerit requiſitas ſolemnitates: eamque

eamque deciſionem commendat Felin. *in cap. vltim. col. 3. verſ. Sed & intellectum. de conſtit.* quaſi inſpecto tempore mortis illud teſtimonium videatur factum extincta iam peſte, & eo tempore quo plures teſtes adhiberi poterant. Sic & teſtamentum militis iure militari factum, poſt annum à miſſione rumpi certum eſt, §. *ſed hactenus, Inſtit. de milita. teſtam.* Simili modo ſcribit Caſtr. *ad l. nutritoribus, numer. 4. C. commun. de ſucceſ.* quod teſtamentum peregrini cum minori teſtium numero factum euaneſcit, ſi is poſtea domi moriatur. pro quorum opin. facit, quod ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium, *l. Titia Seio.* §. *vſuras. ff. de leg. 2. l. athletæ.* §. 1. *l. geometræ. l. idem Vlpia. ff. de excuſ. tut. Tiraq. in tract. Ceſſan. cau. par. 1. num. 203. & ſeq.* & neceſſitate ceſſante ceſſat quod eius cauſa ſtatutum eſt, *cap. quod pro neceſſitate, 1. quæſt. cap. 2. vbi Card. Flor. Ancha. & Anto. de cuſto. euchar. Bart. in l. 1. §. ſnunciatio. num. 28. verſ. Quandoque fit. ff. de oper. nou. nuncia. Tiraq. d. loco, num. 179.* item ceſſante periculo, ceſſat quod eius cauſa eſt permiſſum, *l. 1. C. de nau. fœn. Tiraq. d. loco, num. 198.*

Harum obiectionum ſua cuique ex Ripa *d. loco*, reſponſio aptari poteſt. Primùm enim Angeli deciſio non eſt vera, per textum clarum *in l. iubemus. in fin. C. de teſtam. de quo plura lib. 4. d. cap. 25.* Contrarium quoque non obſcurè pronunciat Bald. *in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi vult quod teſtamentum fa-
2. ctum ruri cum quinque * teſtibus non rumpitur, quamuis teſtator efficiatur ciuis, & incola ciuitatis, *ſequuntur Iaſon, & alij in l. vlt. C. de teſtam.* Sicut ergo non rumpitur teſtamentum ruſtici propter copiam teſtium ſuperuenientem, ita non rumpitur teſtamentum factum tempore peſtis, licet ſuperueniat ſanitas, & ceſſet periculum. Neque adeò obſtat d. §. ſed hactenus, vt etiam partes noſtras adiuuet. Non enim probat eorum opin. qui exiſtimant teſtamentum factum in caſtris, irritum fieri ſi teſtator moriatur poſteà domi, ſed in contrarium inducitur per locum à ſpeciali. Ait enim teſtamentum militis militia miſſi valere vſque ad annum poſt miſſionem, ergo eius qui miſſus non eſt, perpetuò valebit. Ad hoc enim vt teſtamentum *
3. militis iure militari factum valeat, duo ſunt neceſſaria, ſcilicet vt fiat in caſtris, & vt fiat à milite. Illud requiritur per modum cauſæ principantis, ſiue per modum cauſæ fiendi: hoc requiritur per modum cauſæ permanentis, ſiue per modum cauſæ eſſendi. ideò ſufficit quòd primum principans interuenerit à principio, ſecundum autem debet permanere: quia ceſſante cauſa requiſita per modum principantis non ceſſat diſpoſitio. *Iſtam doctrinam tradunt Bald. in d. l. ſi quis hæredem, Card. & Imol. in C. l. 2. de reſcript. & Ripa d. loco, & d. l. centurio, num. 8. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.*

Ex quibus ſtatim quoque confici neceſſe eſt, * 4.
reiectaneam eſſe Caſtrenſis deciſionem de eo qui peregrè condito teſtamento, domi mortuus eſt: valebit enim eius teſtamentum. Et ipſe Caſtr. ſibi contrarius *ad d. l. iubemus, col. vlt.* cenſet, teſtamentum tempore peſtis cum minori teſtium numero factum non rumpi, etiam ſi teſtator periculum euadat, & ſolennitates debitas non adhibeat. Neque me mouet quod inſpecto tempore mortis, teſtamentum dicitur factum periculo iam ſublato: quia quantum ad
ſolennitates* adhibendas inſpicitur tempus con- 5.
diti teſtamenti, *l. 1. C. de teſtam. mil.* Minùs mouet
quod ceſſante* cauſa priuilegij, neceſſitatis, & 6.
periculi, debent ceſſare priuilegium, & ea quæ neceſſitatis, atque periculi cauſa introducta ſunt. Hoc enim pertinet ad actus futuros, non autem perfectos, cuiuſmodi eſt teſtamenum ratione formæ tempore peſtis adhibitæ. *cap. quod quidam, 1. qu. l. ſcripto. ff. vnde lib. vbi dicitur, quod effectus iam conſummatus non ceſſat cauſa ceſſante.*

CAP. XX

Si ſtatutum exquirat conſenſum mariti in teſtamento vxoris, an etiam in reuocatione teſtamenti erit neceſſarius?

SVMMARIA.

1. *Solennitas requiſita in contractu, requiritur & in diſtractu.*
2. *Conſenſus mariti ſi requiratur in teſtamento vxoris, non cenſetur requiri in eius reuocatione.*
2. *Argumentum à contractu ad diſtractum quando procedat.*
4. *Reuocatio teſtamenti an eamdem ſolennitatem requirat, quam teſtamentum.*

SI ex forma ſtatuti requiratur * ſolennitas 1.
aliqua in contractu, eadem requiritur & in diſtractu. *Authen. è contrà C. de repud. l. ſi ad reſoluendum. C de præd. minor. cap. de illis. 1. de ſponſal.* Sic cuius conſenſus requiritur in contrahendo, eiuſdem quoque requiritur in diſtrahendo, *vt ait Bart. in d. Auth. è contrà, in 2. not.* Qua ratione receptione eſt, conſenſum duorum propinquorum requiſitum in contractu mulieris, etiam requiri in diſtractu, liberatione, & remiſſione. *Bald. col. 6. verſ. Sed quid ſi ſtatutum. Mart. Laud. & Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Bald. Nouel. in rub. ff. de verb. oblig. colum. pen. latiſſimè Tiraq. de leg. connub. gloſſ. 3. ad verb. contracter. verſic. Contra tamen.* Si ergo hoc in contractu & diſtractu verum eſt, & rectè à contractibus ad vltimas voluntates ducitur argumentatio, *l. vltim.*

vlt m. vbi Salic. C. de lega & Inſtit. de lege Fu. Ca. tol. vtique dicendum videtur, idem quoque in reuocatione teſtamenti, quod in ipſa teſtatione, obtinere: cùm præſertim ratio eadem ſit, ſcilicet quod nihil tam naturale eſt, quàm vnumquodque eodem modo ſolui, quo ligatum fuit, *l. nihil ff. de reg. iur.*

In hac ſpecie diuerſum dicendum eſt. Etenim nihil magis homini † debetur, quàm libera teſtandi facultas, *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* adeò vt nemo ſibi vltro eam præripere poſſit, *l. ſi quis in princip. ff. de legat. 3. l. pactum quod dotal. C. de pact.* Quemadmodum igitur lex mutandæ voluntatis arbitrium cuilibet relinquit illibatum, ita quoque ſtatutum relinquere debet, quod à lege lumen & interpretationem accipit, *l. 2. C. de noxal. act.* Alioquin quod mulierum fauore conſtitutum eſt, in earum odium detorqueretur, *contra l. quod fauore, C. de legib.*

2\.

Neque moueor his, quæ contra adducta ſunt. Non enim à contractu † ad diſtractum valet argumentum, niſi quando eadem vtriuſque eſt ratio. *l. 1. C. ſi diuerſ. tranſact. Roman. conſ. 280. Alex. in l. centeſi. nu. 46. ff. de verb. oblig. Nicol. Euerar. in eo loco.* veluti in contractu & diſtractu minoris. Nam cùm minor tam liberando debitorem circumueniri poſſit, quàm contrahendo cum creditore, ſeu alio, æquum & bonum eſt, vtroque caſu tutoris auctoritatem intercedere debere. Et rurſus cùm vis contractus à voluntate duorum pendeat, & inde obligatio naſcatur, nihil æquabilius eſt, quam vt in diſſolutione eiuſdem voluntas itidem vtriuſque ſpectetur, *l. ſicut C. de act. & oblig.* Eoque modo omnia oppoſita accipienda ſunt. Sed in propoſito aliter ſe res habet, vbi ex teſtamento vxoris ante mortem ipſius nemini ius vel actio quæritur, cùm ſola morte confirmetur, *l. Seia. ff de dot. prælega.* & proinde faciliùs reuocatur. Igitur vbi diſpar eſt ratio, non debet ſumi argumentum à contractu ad teſtamentum. *Alciat. ad l. Verba, contraxerunt. ff. de verb. ſign. Euerar. in loco à cont. ad vlt. volunt.* Denique licet reuocatio * teſtamenti requirat eandem ſolemnitatem, quam ipſum teſtamentum, videlicet vt tot teſtes adhibeantur in reuocatione, quot adhiberi debent in confectione, *teſte Aymon Crauet. conſ. 23. num. 14. lib. 1.* ea tamen res aliam rationem habet, ne in reuocatione contra defuncti voluntatem falſitas committatur, quæ ne committeretur, in confectione ſolemnitatem illam adhiberi leges voluerunt. *Sed & ea Aymonis ſententia extra controuerſiam non eſt.*

3\.

4\.

CAP. XXI.

Vtrùm maritus conſenſum vxori præbitum reuocare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Reuocatio conſenſus quadrifariam impeditur.*
2. *Obligatio inter virum & vxorem conſiſtit.*
3. *Conſentiens alteri legant i rem ſuam, reuocare conſenſum non poteſt.*
4. *Mutatio conſenſus ſemel accommodati non permittitur.*
5. *Conſenſum vxori teſtanti præbitum maritus reuocare non poteſt.*

TRACTANT interpretes, Bal. Angel. Caſt. Alex. & alij *ad l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore ff. ſolu. matrim.* voluntatis mutationem, ſeu conſenſus * reuocationem quadrifariam impediri: ſcilicet ſi vel is qui conſenſit, alteri obligatus eſt, vel ſi alteri ius eſt quæſitum, uel ſi res non eſt integra, vel ſi voluntas traxit ſecum executionem. In noſtro autem caſu hæc ferè concurrunt. Primùm enim etſi vxor ſit in manu & poteſtate mariti, tamen * inter hos obligatio conſiſtit: quia poſſunt inter ſe contrahere, *l. penult. in princip. & l. vlt. ff. de in rem. ver. l. ſi ſponſus § generaliter. & §. circa venditionem. vbi Bald Salic. & alij, l. idemq; §. ſi vxor l. cum hic ſtatus. §. ſi inter virum ff. de don. inter virum & vxor. l. Aurelia. §. vlt. ff. de libera. lega Tiraq. latè de leg. connub. gloſſ. 6. ad verb. De ſon mary. qu. 12.* Sicut igitur vir & vxor rectè inter ſe contrahunt, ita etiam ex conſenſu præſtito validè obligari poſſunt: videturque huiuſmodi conſenſus contractus cuiuſdam ſpeciem habere incidentis in vltima voluntate, quod fieri poteſt, *gloſſ. & Doct. in l. hæredes palam in fin. ff. de teſtam. Cyn. & alij in l. cum antiquitas. C. eod. tit.* Secundò per conſenſum à marito præſtitum ius iam quæſitum eſt vxori ita teſtandi, quod ei inuitæ auferri non poteſt, *l. vlt. ff. de pact.* Ita enim ſi quiſpiam leget rem * alterius conſentientis, non poteſt is qui conſentit, impedire actum per pœnitentiam, *Bald. & Fulgo. ad l. ſenium C. qui teſtam fac. Alexand. conſil. 246 Placet, numer. 2. lib. 6. Iaſon in l. ſi fundum per fideicommiſſ. colum. vlt. num. 45. ff. de legat. 1. & Phanuc. de lucr. dot. gloſſ. 13. num. 5. & 6. quem vide.* quin alteri ius quæſitum eſt, vel donatum: Alioquin conſenſus nihil operaretur, eſſetque ſuperuacaneus, quod minimè dicendum eſt, *l. ſtipulatus ſis. ff. de vſur. Bald. in rub. ff. de empt. & vendi. in 9. qu latiſſ. mè Tiraq. in lib. cui titulum fecit, Nihil fruſtra.* Cæteri item modi, quibus impeditur reuocatio conſenſus, huc ſpectant: quia etiamſi conſenſus iſte non inferret facultatem teſtandi, ſed tantum mandatum, tamen poſtquam teſtator fecit præparatoia extrinſeca rei ſibi mandatæ condendo teſtamentum, res deſiit eſſe integra, *vt pulchrè declarat Henr. Boich. in c. ex parte Decani de reſcript.* Super hæc ab initio liberum eſt contrahere, vel non contrahere, conſentire, vel

4. vel non conſentire: ſed poſtquam * contractum eſt, vel poſtquam conſenſus eſt præſtitus, non habet locum pœnitentia, fitque ex poſt facto neceſſitatis, quod fuit voluntatis, *l. ſicut ab initio. C. de act. & oblig. l. in commodato. § ſicut ff. commoda. l. cum quidam C. de adminiſtr. tut. l. apud Aufidium ff. de opt. leg. gloſſ. in cap. cum non ignores. de præben. Oldrad. conſil.* 243. *Salicet. in l. nec fratris. C. de donat.* quia quod ſemel placuit, poſtea diſplicere non poteſt, *cap. quod ſemel, de regul. iur.* & nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius detrimentum. *cap. mutare, eod. tit.* illuſioque & variatio vitanda eſt, *cap. cum illuſio, de renunc.*

Sic ergo cum Boerio *deciſ.* 244. *num.* 5. vbi in noſtris hiſce terminis loquitur, ſentio. Quod ſi quis * plura cupit, videat elaboratum conſ.
5. excellentis. I.C. quondam Præſidis noſtri, Nicol. Euerar. *quoſt eſt* 12. *hoc capite, Caſus, ſuper quo. à num.* 1. *vſque ad n.* 20.

C A P. XXII.

Conſenſus mariti an ex diuturnitate temporis interceſſiſſe præſumatur.

S V M M A R I A.

1. *Conſenſus mariti in teſtamento vxoris ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumitur.*
2. *Conſenſus multis caſibus ex diuturnitate temporis præſumitur: etiam vbi magnum verſatur præiudicium, & num.* 3.

NON raro imperitus tabellio conſenſum mariti adhibitum fuiſſe non ſcribit, & huic quæſtioni cauſam præbet, an conſenſus ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumatur? Fuerunt enim non pauci, qui non præſumi interpoſitionem conſenſus exiſtimarent. *ve teſtatur Iaſon ad l.* 1. *num.* 13. *vbi idem tenet Bald. C. qui admit. & Chaſſa. ad conſuet. Burgund. des droictz. & ap. à gens mar. rub. le mary.* §. 7. *ad verb. Se ce n' eſt n.* 15.

In contraria tamen ſententia ſunt plures,
1. quod ſcilicet ex diuturnitate temporis * conſenſus præſumitur interueniſſe, quamuis notarius nullam eius fecerit mentionem, *iuxta l. ſi filius, vbi hoc not. Bart. & Bald. ſibi contrarius, cum alijs. C. de petit. hæred. & in l. qui in aliena. vbi idem Bald. hoc tradit de conſenſu propinquorum requiſito in obligatione vxoris ff. de adquir. hæred. Alexand. conſil.* 79. *Circa primum, num.* 4. *lib.* 1. *Aymo Crauet. conſ.* 204. *Vniuerſitas Cherij, num.* 9. Et eo modo, vt pauca quædam è multis
2. * ſimilibus in hanc rem adferam, ſi filius contra formam ſtatuti ſine conſenſu patris alienauit, & alienatio eſt diu facta, ſciente, & patiente patre, præſumitur interueniſſe illius conſenſus. *Bald. in d. l. ſi filius.* Sic in teſtamento Cardinalis præſumitur auctoritas Papæ propter antiquitatem temporis interueniſſe. *Aret. conſ.* 36. *Caſus talis eſt Felin. in cap. ſicut. col. antepen. verſ. præterea dubito de re iud. Dec. conſ.* 409. *col.* 2. *Iaſon in d. l. qui in aliena volum. penul. verſic. Ego etiam teneo.* Sic ſi quis diu tenuit rem vt feudalem, vel emphyteuticam, præſumitur conceſſio ſolenniter in perpetuum præceſſiſſe, *gloſſ. mag. in l. vlt. C. de iniur. not. in l. cum de in rem verſo ff. de vſur. Angel. in d. l. qui in alien. & in l. omnes C. de præſcript.* 30. *ann.* Quinimò ſi Panorm. *ad cap. peruenit. de empt. & vendi.* Iaſoni *conſ.* 106. *col.* 3. *lib.* 4. & Aymo. *d. loco. num.* 10. credere volumus, etiam ſi verſetur * magnum præiudicium, 3.
præſumitur conſenſus ex temporis diuturnitate, cuius initij memoria non exſtat in contrarium. Hinc ſi conceſſa immunitas dicatur alicui, præſumitur illa ex longo tempore conceſſa cum ſolenni ciuium conſenſu. *Roman. conſ.* 152. *in* 3. *dub.* Item capella diu ædificata eius conſenſu, *vt ait Cardin. ad cap. illud de præſumpt. alijq; ſequuntur ibi.* Et rurſum ſi Epiſcopus conceſſit exemptionem ex diuturno tempore, præſumitur Papæ conſenſus & confirmatio præceſſiſſe *Dec. conſ.* 152. *colum. vltim. Ioan. Franc. Ripa lib.* 2. *de reſcript. cap.* 7. *colum.* 5. *ad fin.* Sed hæc vera eſſe exiſtimo in tempore 30. ann. aut vlterius ſupra hominum memoriam, non autem in tempore decem ann. quod etiam ſubinde appellatur antiquum; præterquam ſi alia aliqua adminicula, veluti ex poſſeſſione, contractu, aut ſimilibus accedant, vt & Aymonem latè diſputantem, multaſque reſtrictiones ſuo more tradentem voluiſſe video, *in tract. de antiq. temp. part.* 3. *cap.* 1.

C A P. XXIII.

An vxor aduerſus teſtamentum cum conſenſu mariti factum reſtitutionem in integrum petere poſſit, ſi in eo lapſa, læſaque ſit.

S V M M A R I A.

1. *Vxor aduerſus teſtamentum cum conſenſu mariti factum non reſtituitur in integrum.*
2. *Actio de dolo competit hæredibus vxoris, quæ ex inſtigatione mariti teſtata eſt.*

CVM reſtitutionis in integrum beneficium ſubſidiarium tantummodò ſit, vt quod non niſi deficiente beneficio legis ordinario detur, *l. in cauſa cognitione.* 2. *ff. de minor.* 25. an magis eſt, vxorem, ſi aduerſus † teſtamentum, quod mariti inſtimulatione & perſua- 1.
ſione

ſione factum conqueritur, reſtitui petat, audiendam non eſſe, vtpotè quæ liberam mutandi quandoque teſtamenti facultatem habeat, *l. ſi quis in principio ff. de lega. 3. l. poſthumus. §. 1. ff. de iniuſto teſtam & ſup. cap. 20. docui.* Hoc modo de minore perperam & inconſultè teſtato Angel. Raph. Imol. & Ripa reſpondêre, *ad l. 1. §. fuit quæſitum ff. ad Treb.* Quod ſi læſio interceſ-
2. ſiſſe proponatur, neque † teſtamentum ab ignara reuocatum fuerit, legitime hæredes vxoris eam inſtimulationem mariti probantes, de dolo actionem habent, *l. 3. & 4. vbi Angel. ff. de inoff. teſtam. Bald. Alex. & alij ad l. ſi frater. C. de tranſact. Iaſon in d. § fuit quæſitum in 2. lect. num. 43. Alciat. ad l. verba. contraxerunt. n. 1. ff. de verb. ſig. de quibus quæ lib. 1. cap. 34. copiosè dixi, hic non repetam.*

CAP. XXIV.

Statutum requirens conſenſum mariti an locum habeat in teſtamento vxoris coram Principe, aut iudice ſuperiore facto

SVMMARIA.

1. *Principe præſente factum teſtamentum non indiget ſolennitate ſtatuti requirentis conſenſum mariti.*
2. *Principis præſentia ſiniſtram ſuſpicionem excludit.*
3. *Teſtamentum in conſpectu Principis conditum reuocari poteſt.*

SI præſentia & conſenſus mariti aduerſus calumnias fraudeſque in teſtamento vxoris ſufficit, magis ſanè multò ad hæc tollenda
1. Principis † præſentia ſufficere debet, in cuius auguſto conſpectu maiore reuerentia omnia geri præſumuntur, vt veriſimile non ſit, eò furoris progreſſurum aliquem, vt coram eo tanta nobilium turba ſtipato, ipſaque potentia metuendo, iſtiuſmodi minis doliſve vti audeat, cùm præſertim crimina in oculis Principis deſignata grauius puniantur. *Bald. ad l. falſis. C. de furt.* ideoque cauſa ſtatuti ceſſante, ſtatutum merito ceſſat. Et hæc *in l. omnium. C. de teſtam.* manifeſtè deciſa eſſe videntur, dum Imp. teſtamentum in ſua
2. ſuorumque * procerum præſentia factum ſolennitati iuris non ſubiacere ſtatuit. *fac. l. adoptio. ff de adoptio. l. 2. ff. de verb. eor. Auth. vt non fiant pig. fa. & ibi gl. l. ſancimus. §. exceptis cum Auth. inibi poſita C. de don.* Nam & ea quæ coram iudice fiunt, ad excludendã præſumptionem * metus & doli valent. *n. l. omnium l. tranſ-*
3. *actionem. C. de tranſact. & l. vltim. ff. quod met. cauſ.* Quomodo & Spec. *tit. de inſtrum edit. §. reſtat. verſic. ſed cum literis.* tradidit, inſtrumentum publicum factum coram populo, vel in generali conſilio, aut parlamento, etiam ſi notarius & teſtes adhibiti non ſint, ſubſiſtere. Sic item Alex. *conſ. 50. lib. 4.* ſcriptum reliquit, quòd ſi conſiliarij Principis prohibentur emere res ſubditorum, nihilominùs illas emere poſſunt præſente & ſciente Principe, cuius præſentia omnem reuellit ſiniſtram ſuſpecionem, quodque interueniente conſenſu ſuperioris poteſt inſtantia prorogari ſæpiùs. Tu hac de re vide Didac. quoque *in epit. 4. decreta. de teſt. in rub. part. 2. n. 2.* quo loco docet teſtamentum Principe præſente conditum aut lectum alijs formulis non indigere: quæ deciſio vtique ad illuſtrium feminarum tabulas potiſſimùm pertinere videtur.

Exiſtimo tamen, ſi vxor falſis allegationibus Principem circumnenit, proponantque propinqui cauſam legitimam, quamobrem veriſimiliter Princeps hanc teſtationem non permiſiſſet, poſſe illos aut ſigillo Principis, inſtrumento conſenſus imprimendo ſe opponere, aut ſubreptionem, furorem, aut alias inhabilitates mulieris obijcere, *iuxta nota per Felin. ad cap. in noſt. num. 14 ext. de reſcript.* Porrò cùm iudex ad extraordinariam hanc teſtandi rationem tranſire vxorem cernit, neſcio an non meritò aliud ſuſpicari poſſit.

Cæterùm huiuſmodi teſtamentum in conſpectu * Principis aut iudicis factum pro arbitratu teſtatricis quandocùnque reuocari 4.
nihil impedit, id quod aduerſus alios multos, refutatis eorum argumentis, *d. loco* oſtendit Didacus.

CAP. XXV.

Princeps an inuito marito poſſit tollere ſtatutum, ne vxor abſque conſenſu mariti teſtetur.

SVMMARIA.

1. *Princeps dominium rei meæ mihi auferre non poteſt.*
2. *Boni publici cauſa primùm diſtincta bonorum proprietas.*
3. *Σεισαχθεία Solonis.*
4. *Princeps legibus & ſtatutis ſolutus eſt.*
5. *Princeps ſemper præſumitur iuſta cauſa moueri.*
6. *Princeps quando poſſit derogare ſtatuto, ne vxor ſine conſenſu mariti teſtetur.*
7. *Princeps pater populi eſſe debet.*
8. *Princeps vtens plenitudine poteſtatis honeſti rationem habere debet.*
9. *Princeps non præſumitur vti voluiſſe plenitudine poteſtatis.*
10. *Princeps non præſumitur derogaſſe ſtatuto, de quo certioratus non fuit.*
11. *Statuto de lucro dotis non derogat Princeps.*

12. *Princeps compenſare debet damnum alteri propter bonum commune illatum*
13. *Princeps ex contractu tenetur.*

TAMETSI de Principis poteſtate dubitare ſacrilegium eſſe dicatur, *l.2.C. de crim. ſacrileg.* hoc tamen caſu ea.ſe offerunt argumenta,quæ diſquiſitionem omninò deſiderant.
1. Nam ex hac parte vrget, quod dominium * rei meæ ſiue directum, ſine vtile non poteſt mihi Princeps auferre, per reſcriptum, aut alio modo *l.omnes.vbi gloſſ.C.ſi con ius vel vt public.*
2. niſi communis ſalus,cuius gratia primum † diſtincta eſt bonorum proprietas,damno interim mihi reſarto, hoc exigat, *l item ſi verberatuL. ff.de rei vendicat.Bart.& alij al l.vlt.* §. *vlt. ff. de pigno.act.Bald. ad l.2.per illũ text.C.quib.ex cauſ. ſer. pro præm.liberta.accip.* vel delictum meum hoc mereatur *toto tit.ff de bon.damnat.* vel quid aliud ex his interueniant, *quæ notarunt gloſſ. & Bart. ad d. l. vlt.* Siquidem non poteſt Princeps bona iuſto titulo poſſeſſa in alterius ius transferre, niſi ſubſit generalis ratio æquitatis, vt olim in * σεισαχθεία, ϗ χρεῶν ἀποκοπῆ à
3. Solone in Athenienſium Rempub. inducta, cuius hæc erat ratio, ne quæ natura voluit omnium hominum vſibus pariter inſeruire, à paucis tanta copia accumularentur, vt reliquos neceſſe eſſet inopia premi.Quin à noſtris traditum eſt, Principem ſi ius tertij ſuſtulerit, præſumi non iuſta cauſa, ſed circumuentione inductum ſuſtuliſſe. *Dec.conſ.286.Bellon. conſ. 28.n.6.& 7.Zaſ.in l.2.§ nouiſſimè. in fin.ff. de iuſt.& iur.*

Ex aduerſa parte conſtat, Principem ſicut
4. † legibus ſcriptis ſolutus eſt *l.Princeps. ff. de legib.l. apud eum.ff. de manumiſſ.* ita quoq; ſtatutis non eſſe adſtrictum, quæ vice legum funguntur, ſed vel aliquid ex his derogare, vel tota abrogare poſſe, *cap. 1. de conſtitut.libr. 6. Bald. conſil. 147.lib.2.& conſil.430.lib 4.Panormitan. ad cap.conſtitutus.d.tit.Roland. à Vall conſil. 67. num.30.lib.3.Aymo Cranot de antiq.tempo. part. 1.num.39.* ita vt rectè *ad prælud feud.col.9.* idem Bald. reſponderit, neminem Principi dicere poſſe,cur ita facis? id quod tot clauſulæ non obſtantiarum (ſic loquuntur) diplomatibus, reſcriptis, & priuilegiis Principum, atque Pontificum appoſitæ euidenter oſtendunt.
5. Etenim ſemper præſumitur * Princeps iuſta cauſa moueri, etiam ſi de ea non appareat. *Clem.1.de probat.cap.cùm à nobis vbi Doct. extr. de teſtib gloſſ.ad l.relegati in fin ff.de pœn.* quamuis ius alteri quæſitum tollat, *vt ait Curt. Sen. conſ.9.Memoriæ recolendæ.* Quæ cum ſit præſumptio iuris, vtique is qui vult dicere Principem iniuria derogaſſe, probare debet, *l. licet.Imper ff.de legat. 1.* Imò tam vehemens eſt illa præſumptio, vt probatio in contrarium non admittatur, *ſi credimus Cyno ad l. reſcripta. C de precib.Imp.offer.& ad l.vlt.C ſi cont.ius vel vtil. D. Anto. & Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.Curt.d.loco.& Hippo Marſil.ſing.6.*

Cenſeo ego in hac quæſtione varias inſpectiones eſſe. Primum ſi loquimur de ordinaria * principis poteſtate, non eſt ei licitum 6.
in detrimentum mariti ſtatuto derogare. Sicut enim ſub iuſto Principe viuere ſumma libertas eſt, *Angel. ad l. 1. ff. de ſeruitut. vrban. præd.* ita quoque actus Principis debet eſſe ab omni iniuſtitia alienus, §. *illud. Auth. de dignit. Bald.conſil.24.l 2.Aymo Crauet.conſil.136.n.44.* & debet Princeps ſuos ſubditos * fauore proſequi, tanquam filios & nepotes,vt audiat pa- 7.
ter populi, *l.ſi quis filium.ubi Iaſon. C.de inoffic. teſtamen.* quemadmodum apud D. Chryſoſtomum legitur Regum curam paternam eſſe debere, & ſolicitam cum beneuolentia & amicitia, videlicet quaſi non alterius ſit imperium habere,quam prouidi & amantis, *l. 1. C. de vetera. lib. 12. Angel. conſ. 110.* Atquin non ſolum benignus non erit in ſubditos, ſed etiam iniquus, ſi præter vehementem cauſam ius ex contractu matrimonij marito in bonis vxoris quærendum tollat. Illud quoque reſponſum inuenio, Principem quæ ſunt iuris ciuilis non poſſe abrogare, quando habent in ſe naturalem æquitatem, *Barba.conſ.1.l.1* .quia plus valere debet naturalis ratio, quàm Princeps, qui eſt animal rationale. Nec dicatur, quod Princips poteſt tollere ius quærendum, *Aymo conſ.135.num. 7.* quod facilius reuocatur, quam quæſitum. *latè Goz. ad conſ. 9.* Nam reſpondeo vel in contractu matrimonij lucrum ſtipulatum,promiſſumque fuiſſe, licet executio poſt mortem differatur, vel ſi facta promiſſio non eſt, certè ſtatutum ipſum in contractum influere.

Deinde conſidero, quod ſi Princeps huic ſtatuto deroget in præiudicium mariti ex plenitudine ſuæ poteſtatis, tunc ſufficit pro ratione voluntas, & qui diſputat de poteſtate ipſius, ponit ſedem ſuam ab Aquilone, vt poſſit fieri ſimilis Principi, qui eſt omnia, & ſuper omnia, & poteſt mutare quadrata rotundis, *vt dicunt Doct. ad cap. cum veniſſent, de conſt. Bal.conſ.359.lib.1.& ad prælu. feudo. Aymo conſ. 241. num. 3.* Qua tamen poteſtatis * 8.
amplitudine ſi vtatur, curare debet vt nota ſit cauſa, ob quam ita faciat, vt ratio honeſtatis habeatur, vtque tunc maximè ſeruetur continentia, cum quicquid libuerit, licuerit, *l.digna vxor.C.de legib.Aymo conſ.178. & 266.num.9.* In dubio autem non præſumitur Princeps amplitudine * ſuæ poteſtatis 9.
vti voluiſſe, niſi id euidentibus argumentis appareat. *Caſtr. ad l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.C. de teſtam.& conſ.414. lib. 1. Dec. ad cap.quoniam Abbas de offic. deleg. Roland. à Val. conſ.3.lib.3.Aymo conſ.75.*

Tertiò ſciendum eſt,Principem non cenſeri derogaſſe * huic ſtatuto ex plenitudine ſuæ 10.
poteſtatis, ſi de eo certioratus non fuerit, vt ſciret vxorem ſine conſenſu mariti aliter teſtari

non poſſe. Licet enim Princeps omnia iura in ſcrinio ſui pectoris habere præſumitur, *l. omnium. C. de teſtam.* non tamen præſumitur ſcire conſuetudines & ſtatuta ſingulorum locorum. *cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. *vbi Doct. & ad l.* 2. *B. quæ ſit long. conſuet.* præterquam ſi ea omnibus paſſim cognita ſint, vt ignorari à Principe nequeant, *teſte Baldo ibi*, aut corpori iuris inſerta ſint, veluti conſuetudines feudorum. *Iaſon ad l præſcriptione, num.* 11. *C ſi contra ius vel vtil. pub.* Itaque non poteſt dici ei derogaſſe quod ignorauit. *Iaſon & alij ad d. l. omnium. Roland. a Val. conſ.* 79. *lib.* 3. Qua ratione ſi ſtatu-
11. tum cantum ſit, ne vxor teſtetur de lucro * dotis ſine conſenſu mariti, ipſa verò facultatem teſtandi ſimpliciter à Principe obtinuerit, nequaquam in præiudicium mariti ſine eius conſenſu teſtari poterit, *Franc. Cremen. ſing.* 154. *Boer. deci* 24. *quos allegat, & ſequitur Phanuc. de luc. dot. gloſſ.* 13. *num.* 1. vbi hoc ait procedere ſiue alias mulier eſſet habilis ad teſtandum, ſiue non, quia ſi non erat habilis per hoc priuilegium teſtandi videtur habilitatem adſequuta, *l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.* ſi autem erat habilis, vt aliquid gratia contineat, ſolennitates iuris conſentur ei remiſſæ, vt tamen ius tertij non lædatur, *gloſſ. communiter adprobata, & Doct. ad d. l ſi quando. Rebuff. in pract. benef. cap. differ. inter priuileg. reſcrip. & manda. num.* 17. quoniam conceſſiones & gratiæ ſemper intelliguntur ſaluo iure tertij, *l.* 2. *§. meritò ff. ne quid in loc. pub. l nec auus. C. de emancip. lib. cap. ad aures. vbi gloſſ. de reſcri.* Hæc Phanucius, qui licet tacitus prætereat an de ſtatuti diſpoſitione ſuper lucro dotis certioratus ſit Princeps, nec ne intelligitur tamen ex eo, quod generaliter facultatem teſtandi conceſſit, ſpecialis iſtius diſpoſitionis eum conſcium non fuiſſe.

Omittendum verò non eſt, etiam ſi Princeps certioratus ſtatuto derogauerit, marito
12. tamen † damnum acceptum alio modo compenſare debere, *d. l. item ſi verberatum. l. Lucius. ff. de euict.* Quia licet Princeps quid faciat propter publicam vtilitatem, tamen ſi inde damnum priuato infertur, illud reſarcit, & compenſat *Socin. con.* 275. *Aymo conſ.* 85. *num.* 7.

Denique ſi princeps, vt ſtatutum iſtud in-
13. troduceret, à ſubditis * præmium accepit, & ſic cum ijſdem ſuper illius admiſſione & confirmatione pactus eſt, non poteſt ei in præiudicium mariti inuiti derogare, aut abrogare, etiam ex plenitudine poteſtatis, dummodò magna inde læſio exiſteret. *Doct. ad cap.* 1. *de probat. & ad d. cap. quæ in Eccleſiarum Bart. ad d. l. digna vox. Ioan. Anto. Rubeus conſil.* 138. *num.* 4. *latè Rebuf. in pract. beneſic. tit. de non tol. ius quæſit. Gomeſ. & Mendoſ. eod. tit. ad reg. Cancel. poſt. Felin. ad cap. nouit. ext. de iudic. & Iaſon ad l. pecuniam. ff. de condict. ob cau. da.* quibus locis tradunt Principem teneri ex ſuo contractu, quia contractus & pacta ſunt iuris gentium, *l. ex hoc ff. de iuſt. & iu.* quod eſt immutabile. *Inſtit. de iure gent. natura & ciui. §. ſed naturalia.*

CAPVT XXVI.

Auguſta & Regina an hoc ſtatuto teneantur.

SVMMARIA

1. *Inferior ſuperiori legem imponere non poteſt.*
2. *Statutum de lucro dotis, non habet locum in dote quam Princeps filiæ, vel ſorori conſtituit.*
3. *Liberalitas Principum conſtringi non debet.*
4. *Donatio valet inter Imperatorem & Auguſtam, regem & reginam.*

SI hoc ſtatutum omnes feminas in genere comprehendat, vtique in ſuo genere æquũ erit, ſin & ad Auguſtam protrahatur, iniquum eſſe incipiet. Auguſta enim omnia priuilegia habet, quæ marito competunt, veluti humani diuinique iuris ſocia, *l.* 1. *ff de ritu. nupt.* iuxta veterem illam in matrimonijs contrahendis formulam, [Vbi tu Caius, & ego Caia.] Porrò Princeps huic ſtatuto non adſtringitur, ſi verum eſt, inferiorem † ſuperiori legem imponere 1.
non poſſe, *l. nam & magiſtratus. ff. de arbit c. cum inferior, extr. de maio & obed.* & ſtatuta ſubditorum iuriſdictionem ſuperioris coarctare, *arg. l.* 3. *ff. de alie. iud. mut cau. fac. l.* 2. *C. de ſportu. l.* 2. *C. de conſt. pecu. & not. per Bar. in Aut. ſed nouo iure. C de ſer. fugit. Card. ad c. vlt. de conſuet. Roth. Curt. de conſu. in* 9. *qu. princip. Tiraquel. de retract.* §. 1. *gloſſ.* 13. *in fin.* Quocirca ſtatutum * de lucro dotis non habet locum in dote, 2.
quam princeps filiæ, vel ſorori conſtituit, *adfirmante Rolan. à Valle, de luc. dot. quæſt.* 83. *&* 84. *quem ſequitur Phanunc. de luc. dot. gloſſ.* 1. *in fin.* Cùm tamen Imperatrix ſeu Regina habeat dignitatem propter virum, *l. femina ff. de ſenat.* magis videtur, vt in eius præiudicium ſine eius conſenſu teſtari non poſſit, vt in alio caſu non abſimili *ad l. vltim. C. de dona. fac. inter vir. & vxo.* ponderant Bart. Sed ſi nullum Imperatori aut regi detrimentum inferatur, æquius eſt, vt defectus conſenſus illius, ſi modo furoris, poli, metus, aliaque vitia abſint, non rumpat teſtamentum, maximè autem ſi in fauorem mariti Auguſti teſtata eſt, quia recta ratio, & reuerentia quam ſubditi vtrique eorum debent, nullo modo patitur vt liberalitas * illorum, quam aduerſus alios conuenit 3.
eſſe vberiorem, à poteſtate & ſtatuto ſubditorum pendeat; aut in perſona tanti coniugis conſtringatur. Nam & aliàs in ſimili videmus, quod tametſi donatio regulariter inter virum & vxorem non valet, valet tamen donatio inter * Auguſtam & Imperatorẽ *d. l. vlt. C. de dona. fac. inter vir & vxo Iaſon ad l. frater. ff. de condic. indeb.* 4.

indeb. quod & ad Regem & Reginam trahunt. *Panorm. & Felin. ad c. licet ex ſuſcepto. ext. de fo. compet. Alex. ad l. quamquam C. de teſta. Cotta in ſuis memorab. ad verb. Donatio facta Regi.* ſicut & valet donatio facta è Rege filio exiſtenti in ſua poteſtate. *Oldrad. conſ.* 278. *Bald. ad c.* 1. *§. ſacramenta. de pa. iureiur. fir.*

CAP. XXVII.

An valeant ſtatúta, ne abſque liberorum aut propinquorum conſenſu vxor teſtari poſſit.

SVMMARIA

1. *Statuta, ne abſque conſenſu filiorum aut propinquorum vxor teſtari poßit, nullis locis vigent.*

DE ſtatuto, quo abſque conſenſu mariti teſtari prohibetur vxor hactenus. Nunc, omiſſis ijs, quæ vtrique tractationi communia ſunt, quædam maximè neceſſaria, & peculiaria de aliorum conſenſu in teſtamento vxoris requiſito ſuperaddamus. Et quemadmodum in teſtamento vxoris conſenſus mariti exigitur ad ſupplendam aduerſus quoſcunque frauduloſos ſuggeſtores & hæredipetas, imbecillitatem conſilij * mu-
1. liebris, ita ad excludendas præ cæteris importunitates & inſtimulationes maritorum, ſtatuta multis locis vigent, ne abſque filiorum, aut propinquorum conſenſu vxor teſtari poſſit. Cuiuſmodi ſtatuta iuſtane & æqua ſint, ex 1. huius lib. capite ſatis intelliget ſtudioſus lector. Ac plus quidem certè aliquanto rationis hæc quàm illa ſtatuta habere videntur.

CAP. XXVIII.

Statutum iſtud an intelligatur de mulieribus conſanguineis.

SVMMARIA.

1. *Multa olim extiterunt, extantque hodie illuſtres & prudentes fœminæ.*
2. *Lex aut ſtatutum non ad ea quæ rara ſunt, ſed communiter accidunt, referri debet.*
3. *Maſculinum genus quando contineat fœmininum.*
4. *Auctoritas & conſilium propriè ſunt virorum.*

NEGARI ſanè non poteſt, quin multæ olim extiterunt, extentque adhuc hodie illuſtres * & prudentes fœminæ, quarum
1. ſagacitate & conſilio non mariti tantum ſuo bono vſi ſunt, verum etiam ciuitates & Reſpublicæ ſubleuatæ, auctæ atque conſeruatæ memorantur, §. *cognito Auth. vt iud. ſine quoque ſuffra.* & non expertes eas eſſe maturitatis, iudicij & ſapientiæ, legum noſtrarum teſtimonio conſtat, *l ſi quis decedens. § Papinianus. ff. de adminiſt. tut. l. cum propter ff. de iudic. cap. viduas.* 27. *q.* 1. *cap. ſi aliquid.* 21. *quæſt.* 4. *§. tria.* 4. *quæſt.* 7. Hoc etiam grauiſſima Salomonis comprobat auctoritas, *Proverb.* 14. vbi ait, mulierem ſapientem ædificare domum ſuam. Eſtque illud iam peruulgatum, Ioan. And. multa ab vxore Milamia didiciſſe, *vt ille refert in cap. qui prior, col. pend. de reg. iur. lib.* 8. Qua de re ſi explere animum legendo vis, à Ioan. Neuiza. *lib.* 4. *ſyl. nupt. cap. non obſtat, num.* 29. *& ſeq.* & à Tiraq. *in* 11. *lege connub.* plurima exempla repetito.

Tamen quando vt plurimum mulieres variæ mutabileſque ſunt, *cap. forus, ext. de verb. ſign.* & leuiora infirmioraque conſilia ſuggerunt, *l fœminæ. vbi latè Deci. & alij ff. de reg. iur. Neuiza. d. loco, lib.* 1. *num.* 8. *& ſeq.* lex aut * ſta- 2:
tutum non ad ea quæ rara ſunt, ſed communiter accidunt, referri debet, *l. nam ad ea. ff. de legib.* Ideò æquum non eſt, vt hoc ſtatuto mulieres contineantur, ne quæ in propriis rebus plerumque iudicio labuntur, & contra propria commoda laborant, liberius circa aliena verſando committant, & dum cœcæ proximiores mulieres cœcæ teſtatrici præeunt, ſimul omnes in foueam cadant. Ita in caſu noſtræ quæſtionis *ad l ſi auis id quod, num.* 8. *&* 11. *ff. de iuriſd. omn. iud.* reſpondit Iaſon poſt Bart. *ad l. vlt. C. qui admit.* & Bald. *conſil.* 201. *lib.* 1. *& conſ.* 8. *lib.* 4. Licet enim, inquit, plerumque maſculinum * genus contineat
fœmininum. *l* 1. *de verb. ſign.* hoc tamen intelligitur quando ratio ſtatuti eſt indifferens 3:
tam ad maſculos quam ad fœminas, non item quando ratio eſſet differens & diuerſa, vt hic, *l. ſed ſi hoc. § liberos. ff. de in ius vocan.* quia auctoritas, † & conſilium propriè ſunt virorum,
non mulierum, *d. l. an quis decedens*, & propterea ſi ſtatutum reddat mulierem inhabilem in facto ſuo proprio, non debet in facto alterius maiorem ei poteſtatem tribuere, *l. vlt. C. de legit tut.* 4.

CAP. XXIX.

Pupilli & minores vtrum hoc ſtatuto comprehendantur.

SVMMARIA.

1. *Pupillorum & minorum quantum ad hoc ſtatutum attinet, idem eſt iudicium.*
2. *Inhabilis conſenſus pro nullo eſt.*
3. *In pupillis & minoribus conſenſus inhabilis eſt.*
4. *Minores viginti quinque annorum decuriones facti honoraria quidem recipiunt, ſuffragia tamen non habent.*

5. *Bartoli ſententia refutatur.*
6. *Verus intellectus l. nec non §. ſi quid eis. ff. ex quibus cauſis mai. & l. ab ea patre ff. de probat.*
7. *Baldi ſententia refutatur.*
8. *Verus intellectus l. in coniunctione. C. de nuptijs.*
9. *Auctoritas tutoris & curatoris non pertinet ad ea, quæ non ſunt in patrimonio pupilli & minoris.*
10. *Statuta quo modo capiant interpretationem à iure communi.*

1. PAR iudicium de pupillis eſt * & de minoribus. Nam cum ideò propinquorum conſenſum ſtatutum exquirat, vt eorum conſilio ſuppleatur mulieris defectus, neque eſſe intelli-
2. gitur, qui † inhabilis eſt, *l. quoties. ff. qui ſatisdat. cog.* vtique ſtatutum hoc non niſi de propinquis habilibus atque ad ſuggerendum conſiliũ idoneis accipi poterit. *arg. l. vlt ad fin. ff. qui pet. tut. l. vt gradatim. §. & ſi lege ff. de muner. & honor. & quæ not. Bartol. ad l. ſi tertius. ff. de aq. pluu. arceu.* vt ſic verba cum effectu accipiantur, *l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iur.* Pupilli autem &
3. * minores multis captionibus ipſi ſubiecti ſunt, & ob infirmitatem iudicij parum aut nihil intelligunt, *l. 1. ff. de minor. l. ſi minor ff. de ſer export. l. vltim. ff de manu. vind. l. vltim. ff. de iur. & fac. igno.* Sed nec ſtatuentes de conſenſu aut conſilio iſtorum cogitaſſe videntur, qui ipſi ab alijs reguntur, & ab alieno arbitrio dependent, pleno autem conſenſu deliberatoque conſilio non pollent, *arg. l. cum filio ff. de leg* 5. cum indignum ſit, eum qui ſtabilem mentem nondum adeptus ſit, ſapientum hominum iura tractare. *l. vlt. C. de teſt. milit.* Non enim ad ſupplendum aliorum defectum vocati cenſentur, qui in ſeipſis deficiunt, *l. filium habens. ff. ad S.C. Macedon.* Eaque
4. eſt ratio, cur minores * 25. ann. teſte Papiniano, *in l. ſpurij §. 1. ff. de decur.* decuriones facti, honoraria quidem recipiant, ſuffragia tamen non habeant. Nam ſi à dicendo teſtimonio repellantur, *l. 3. §. lege Iulian. ff. de teſtib.* quantò minus ad conſenſum & conſilium præſtandum ideonei haberi debent? Quod & Bald. *ad l. de pupillis. ff. ſol. mat.* & Angel. *conſ.* 333. ſenſiſſe videntur, & meo animo plurimam veritatem habet.

Scio Bart. *conſ.* 94. *ſtatuto cauetur, lib.* contra-
5. rium * reſoluiſſe, ſed ſalua ipſius reuerentia, non ſat firmis rationibus, quarum ſuoque duntaxat quæſtui ſæpè ſtudentium, præſtare, non eſt de genere prohibitorum, ſed permiſſorum, &
6. proinde minori non denegatur, *l. nec * non. §. ſi quid eis. ff. ex quib. cau. maio. l. ab ea parte. ff. de proba.* altera, quod minor poteſt eſſe doli capax & intelligens, ideoque contrahere & omnia extra iudicium facere. Nam ad priorem quod attinet, verum quidem eſt, conſenſum & conſilium præſtare alicui regulariter non prohiberi, ſed pupillo & minori cum alieno diſpendio permiſſum non eſſe, dico, cum alieno, inquam, diſpendio, propterea quod pupillus, & minor, dum parum aut nihil ſolidioris iudicij habent, vxori fortaſſe ſuadebunt, & in hoc conſentient, quod hæredibus legitimis damnoſum erit, in quos illa ſi meliora conſilia habuiſſet, non erat futura iniqua, *id quod ratio d. l. vlt. C. de teſt. mil. ſatis conuincit.* Simili modo doli quidem capax eſſe poteſt minor, & intellectu potiri, vt delinquat, vt ex delicto teneatur, vt matrimoniũ contrahat, vt ſe obliget, vtque adſtringatur, ſed omnia iſta non niſi ſuo periculo poteſt & incommodo. Rurſum ſi perperam & inconſultè nomine ſuo abſque curatore contrahat, beneficio reſtitutionis iuuatur, ſin curatorem non habet, ipſo iure tutus eſt, *l. ſi curatorum C. de in integ. reſti.* In hac autem facti ſpecie iſta omnia ceſſant, vbi in detrimentum aliorum conſilium, aut conſenſum accommodat, quibus aduerſus talem defectum non ſuccurreretur, nec reſtitutio competeret.

Minus moueor ea ratione, quam ad l. in * coniunctione. C. de nupt. opponit Bal. nimi- 7.
rum * ſtatutum generaliter de propinquis lo- 8.
quens, nullum ætatis diſcrimen faciens generaliter & indefinitè accipi debere, *l. 1. §. generaliter ff. de lega. præſtan l. ſi pater in fin ff. de manumiſ. vind.* Conſtat enim generalitatem multifariam reſtringi & ad limites rationis æquitatiſque reduci, ne quid abſurdi inſequatur, *vt in loco de generalit. abundè oſtendit Nicol. Euer.* Quid autem abſurdius eſt, quam eos qui ſibi conſulere non ſufficiunt, etiam ſi aliquod iudicium habere poſſit, in perniciem aliorum ad conſulendum adhiberi? quid magis à ratione alienum quam ad omne genus hominum indiſcriminatim legem deflectere? Si dicas pupillum tutoris, minorem curatoris auctoritate id facere poſſe, *arg. l diem proferre. §. coram. ff. de arbit.* audies
à me auctoritatem * eorum ad ea non pertine- 9.
re, quæ non ſunt in patrimonio adminiſtratione que eorum, veluti conſenſum conſiliumve alteri præſtare, & proinde illic auctoritas tutoris aut curatoris nihil agit *Bal. & Iaſ. ad l. de pupillo ff. ſolut matr. arg l. vlt. ff. de curat. furio. & l. ſeruus furioſi ff de manumiſ.* Addo quod ſtatuta
† omnia accipiunt lumen & interpretationem 10.
à iure communi, *vt not. ad l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & l. 2. ff. de noxal. act.* quod ius non niſi ad perſonas minus idoneas nuſquam extendi poteſt, *l. vlt. ff. qui pet. tut. gloſſ. in §. noſtra ad verb. quibuſcunque verbis: Inſtit. de lega. Angel. & Iaſon num. 26. in §. in perſonam. Inſtit. de act. vbi aiunt quod ius ſemper recepit reſtrictionem de habilitate, vt poſt eos not. deciſ. Pedemon. 119. num. 7. Quare nihil hæſitandum erat Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 6. quæſt. 5. quin in hanc opinionem concederet.*

CAP.

CAP. XXX

An ſtatutum conſenſum liberorum, aut propinquorum requirens, trahatur ad illegitimos, legitimatos, adoptiuos.

SVMMARIA.

1. *Conſanguineorum & familiæ appellatio magis naturæ quam iuris eſſe videtur.*
2. *Illegitimorum conſenſus ad hoc ſtatutum non pertinet.*
3. *Legitimatorum conſenſus quatenus ad hoc ſtatutum pertineat.*
4. *Legitimatus dicitur imago legitimorum.*
5. *Adoptiuorum conſenſus quantenus ad hoc ſtatutum pertineat.*

1. CVM conſanguineorum * appellatio, ſicut & familiæ, magis naturæ quàm iuris eſſe videatur, *iuxta ea quæ not. Bartol & alij ad l. pronunciatio § familiæ. ff. de verb. ſigni.* exiſtimare poſſiṣ etiam illegitimos, quos baſtardos vulgo appellant, ad conſenſum iſtum præſtandum idoneos eſſe, cum quibus nobis & cognatio & & conſanguinitas eſt, *l. & nihil. ff. de ritu nupt. & l. adoptiuus. §. ſeruiles eo. tit.* Quocirca ſi ſtatutum velit cauſas conſanguineorum compromitti, Fulgo. reſpondit *conſ.* 109. hos quoque qui ex incæſtis nuptijs nati ſunt, ſtatuto contineri.
2. Sed enim quoniam illegitimi † propria ſignificatione non ſunt propinqui, neque in familia ſeu agnatione eſſe dicantur, *vt d. loco tradit. Bart. & Bald conſ.* 188. *lib.* 5. *Caſtr. conſ.* 178. *lib.* 1. niſi quantum ad ea, quæ ſunt iuris naturæ, non autem ad ea, quæ ſunt iuris ciuilis, cuiuſmodi ſunt ſtatuta, *teſte Alber. 2. part ſtatut. quæſt.* 142. diuerſum dicendum eſſe arbitror. Hocque modo ſi teſtator res ſuas ab hærede alienari prohibuit ſine conſenſu conſanguineorum, nulla ratione eam prohibitionem ad illegitimè natos trahi poſſe cenſet Angel. *d. conſ.* 191. *Super puncto.* Vt omittam nunc tacitus, quam multa legitimis & naturalibus liberis concedantur, quæ naturalibus liberis tantum conceſſa non ſunt.

De ijs qui per diploma ſiue reſcriptum
3. Principis legitimi † facti ſunt, maior eſt dubitatio. Etſi enim filius naturalis legitimatus non videatur verè legitimus, *arg. l. vlt. C. de his qui ven. ata impet. Iaſon. in l ſi is qui pro emptore, num.* 283. *ff. de vſuca.* & legitimatus † dicitur
4. imago legitimorum, *idem in l. cùm acutiſſimi numer.* 5. *C. de fideicom. & not. plenè ad l. Gallus §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.* tamen plerique crediderunt legitimatum ſtatuto contineri, ideo quod legitimatus dicitur verè legitimus, & non fictè, ſecundùm communem ſententiam. *Bartol. ad d. l. ſi is qui pro emptore. Bald. ad l. cum acutiſſimi. Caſtr. ad l. vltim. & latè Tiraquel. ad l. ſi vnquam ad verb ſuſceperit liberos, n.* 63. & 64. nec non æquè per illos cognatio & familia conſeruatur, quaſi nihil à legitimis diſtent. *§. ſit igitur licentia §. quomodo & §. ſi quis ergo filios. Auth. quib. mod. natura. eff. ſui.* Proinde arbitror alijs conſanguineis legitimis non extantibus, conſenſum legitimatorum ſufficere, cum iura ciuilia per legitimationem accipiant, ſed legitimis aliis conſanguineis extantibus, quibus ius conſentiendi quæſitum fuit, eos præferri non poſſe. *Quo de plura legere erit in deciſ. Pedemon.* 119. & 121. *& apud Tiraq. de retract. §. 1. gl.* 8.

Adoptiuos † quoque appellatione liberorum in nulla diſpoſitione exaudiri, notat Alex- 5.
and. *ad l. adoptiuum ff. de in ius vocan.* Ego idem quod de legitimatis cenſeo, neque facilior, aut minus intricata diſputatio à Tiraquell. *ad d. verb. ſuſceperit liberos numer.* 7. de his inſtituitur.

CAP. XXXI.

Si ſtatutum requirat conſenſum propinquorum in teſtamento vxoris, an eorum conſenſus ſit neceſſarius, qui gradu proximi ſunt, an verò aliorum vlteriorum ſufficiat.

SVMMARIA.

1. *Ad hoc ſtatutum ſufficit, ſi aliqui ex propinquis conſentiant, etiamſi proximi non ſint.*
2. *Statuto ſimpliciter cauenti ne mulier ſine conſenſu agnatorum contrahat, ſatisfit, etiamſi remotiores accerſiuerit.*
3. *Statutum prohibens rem aliquam alienari ſine conſenſu vicini, intelligitur etiam de vicino remotiori.*
4. *Statutum admittens propinquos ad retractum, non modo ad proximos agnatos, verum etiam ad quoſcunque propinquos pertinet, niſi expreſſis verbis proximos alijs præferat.*
5. *Vbi plures vocantur ad ſucceſſionem inter quos eſt ordo coniunctionis, videntur gradatim & ordine ſucceſſiuo vocati eſſe, vt ſcilicet proximiores primò admittantur.*
6. *Statutum præſens cum iure ſucceſſionis nihil habet commune.*
7. *Proximi ad quos peruentura eſt ſucceſſio, alijs diligentiores fore expectantur.*
8. *Proximi interdum impediunt ea quæ honeſta ſunt.*
9. *Omnibus vtriuque paribus, proximi præferendi ſunt remotioribus.*

PVGNANTES hac de re ſunt Doctorum ſententiæ. Ego ijs accedendũ arbitror, qui volunt

volunt ſufficere, ſi aliqui ex propinquis conſentiant, etiamſi proximi non ſint. Hi ſunt Bartol. Bald. & Alexand. *ad l. transactionem. C. de tranſact.* Bartol. *in l. ſi tertio. in princip. ff. de acu. plu. arcen.* Alexand. *ad l. 1. § eodem autem teſte ff. ad S.C Syllan.* Iaſon. *ad l. non ſolum ff. de noui oper. nunciat.* Iacob. & Salic. *ad l 1. C. vnde. vir & vxor.* dicentes conſuetudine generali hoc obſeruari. Angel. *conſil.* 157. *Doct. Catharina & conſil.* 167. *Item ſtatuimus.* Alcia. *ad d. l. tranſactionem. num.* 9. vbi ait, quod ſi ſtatutum
2. * ſimpliciter caueat non niſi cum conſenſu agnatorum mulierem contrahere poſſe, ſufficiet ſi alios, quam proximores agnatos, accerſiuerit. Licet enim, inquit Alciat. æquius eſſet proximiores adhibere, tamen quia ſtatutum generaliter loquitur, receptius eſt, qualeſcunque ſufficere: agnati enim ſunt, etſi remotiores ſint. Et ſanè ſi de proximis tantum intellexiſſent ſtatuentes, non erat ijs difficile hoc exprimere. *arg. l. vlt. C. de cad. tol.* Proinde cum de propinquis generaliter locuti ſunt, verbis eorum inhærendum eſt, neque enim aliquid ſupra eorum cogitationem adijci debet. Sic in ſimili ſtatutum pro-
3. hibens * rem aliquam alienari ſine conſenſu vicini, intelligitur etiam de vicino remotiore. *Ancha. conſ.* 160. *Præſupponitur in themate. Corn. conſ.* 29. *lib.* 1. *per d. l. non ſolū in princ. & ibi Doct. ff. de no. oper. nunc.* Rurſum ſi ſtatu-
4. tum admittat * propinquos ad retractum, non tantum admittere cenſetur proximos agnatos, verum etiam propinquos quoſcunque, niſi expreſſis verbis proximos alijs præferat. *Tiraq. de retract. §. 1. gl. 9. 22. & ſeq.* vbi etiam iuris communis deciſionibus hoc conſentaneum eſſe adſerit, vt patet ex l. viduæ. C. de nupt. vbi fruſtra Imp. de diſſenſione proximorum & non proximorum ſuper matrimonio viduæ diſputaret, ſi remotiores quoque non admitterentur.

Neque turbat * obiectio, quod vbi plures 5.
vocantur ad ſucceſſionem inter quos eſt ordo coniunctionis, videntur gradatim, & ordine ſucceſſiuo vocati eſſe, vt ſcilicet proximiores primo admittantur, *l. cum ita. §. in fideicommiſſo, vbi Bart. Imol. ff. de lega.* 2 *& Doct. ff. de iuſt. & iur. & in cap. ſignificante. ext. de appell.* Siquidem id ea cauſa obtinuit, quòd teſtator in dubio videtur in ambiguo voluntatem ſuam diſpoſitioni legis ſcriptæ accommodare voluiſſe, *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.* quæ eſt, vt proximiores in ſuccedendo præferantur, remotioribus excluſis. *toto tit. de legit. hæred. & Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* In ſtatuto * nihil tale occurrit, neque illud 6.
iuri communi conforme eſt, ſed ab eo exorbitat & deflectit.

Sed inſtas, veriſimile eſt proximiores * ad 7.
quos perueniet ſucceſſio, fore alijs diligentiores, *ex ſententia Imol. ad l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad S.C. Trebel. & Alex. conſ.* 189. *num.* 1. *lib.* 7. Reſpondeo, aliquando eos qui gradu * 8.
proximo ad ſucceſſionem vocantur, etiam quæ honeſta ſunt impedire, *vt ait Imp. in d. l. vidua.* Nam ſi hæreditatem vxoris abſque liberis decedentis expectant, quæ alia coniectura capi poteſt, quàm quod à legando delinimentis & inſtigationibus auertent, ſua tantummodo commoda ſequentes? quæ ratio in agnatis remotioribus nihil lucri ex illius morte percepturis, omninò ceſſat. Illud porrò conſiderandum eſſe *ad d. §. fuit quæſitum.* admonet Iaſon, ſtatutum iſtiuſmodi de his propinquis accipiendum eſſe, qui ſuſpecti non ſunt.

Quod ſi pares * ſint fide & probitate proxi- 9.
mi cum vlterioribus, hos illis poſthabendos eſſe, æquius tutiuſque arbitror. *Iaſon ad l. vltim. n.* 27. *C. de verb. ſign.*

Finis Libri Tertij.

PETRI

PETRI PECKII ZIRICÆI, I. C. REGII CONSILIARII DE TESTAMENTIS CONIVGVM, LIBER QVARTVS.

CAP. I.

An valeat ſtatutum vel conſuetudo, ne coniunx coniugi quid leget.

SVMMARIA.

1. *Teſtamento amicorum præteriri turpe & probroſum.*
2. *Vxor rei familiaris conſeruatrix.*
3. *Statutum valet, ne maritus vxori legare poßit.*
4. *Lex paucitatem aliquando ſpectat.*
5. *Bona in familia conſeruari intereſt publicè.*

Expedimus ea quæ ſuper conſenſu mariti circa teſtamentum vxoris ſtatuuntur: deſcendamus nunc ad alia ſtatuta, quibus cauetur, vt maritus aut non vltra certam ſummam certumve modum vxori legare poſſit, & ex diuerſo quibus cogitur aliquid vxori relinquere, & cætera, quæ his adhærent. Primùm an valida ſint ſtatuta, ne maritus vxori leget, ſubdubitatio eſt. Iniquum enim & à natura abhorrens videtur, hoc negare vxori, quod tribuitur extraneo, cùm arctiſſimum ſit inter coniuges vinculum & amor omnium maximus: ideoque, quemadmodum inquit Cicero *pro Quintio*, æquum ſit vt ad quam ſummus mœror morte venit, ad eandem ſummus honor quoque perueniat, *facit l. 2. C. de infir. pœn. cœliba.* Sed & iniurioſum ac turpe vt veteribus
1. fuiſſet vxorem à marito * præteriri, qui paſſim honori ducunt ex amicorum & coniunctorum teſtamentis accipere, *vt l. 3. §. 1. ff. de lega. præſtan. ibi, nec enim quærimus cui adquiratur, ſed cui honor. habitus ſit, & l. ſed & ſi ſuſcepit. §. ſed & ſi proponas. ibi, quem honorem habitum voluit ff. de iudic.* quod Cicero quoque *pro Cæcinna*, ſatis exprimit: [Vſumfructum omnium ſuorum bonorum Coponiæ legauit, vt frueretur vnà cum filio. Magnus honor viri iucundus mulieri fuiſſet, ſi diuturnum eſſe licuiſſet.] Itaque D. Octauius Aug. *teſte Sueto. in eius vita cap. 66.* amicorum ſuprema iudicia moroſiſſimè penſitauit: neque dolore diſſimulato, ſi parcius, aut circa honorem verborum: neque gaudio, ſi gratè pieque quis ſe perſecutus fuiſſet. Iam verò cuius non ingratitudinis maritus arguetur, ſi nihil leget vxori? quæ * ipſa non 2.
raro eſt omnis proſperitatis eius rerumque adquirendarum cauſa & occaſio, quæque parſimonia, frugalitate, & induſtria ſua rem familiarem firmat, cadentem erigit, & ſæpè labefactatam reſtituit.

Sed contrarium reſpondent, valereque † 3.
ſtatuta huiuſmodi verius adſerunt Alex. *conſil. 128. lib. 7. Bald. ad l. 1. col. 6. & ibi Bart. C. de ſumi. Trinit. idem Bald. ad l. 2. verſ. ſed quod ſi ſtatutum dicat. C. vt in poſſeſſ. leg. Alber. in 2. par. ſtatut. q. 112. Statuto cauetur. Anchar. in repet. cap. canonum ſtatuta. de conſtit. verſ. Quid ergo vtrùm ſtatutum Barbat. conſ. 12. lib. 1. Pariſ. conſ. 16. lib. 3. Salic. ad d. l. 1. Deci. conſ. 196. Roman. conſ. 19. Guil. Bened. ad cap. Raynutius. ad verb. Et vxorem nomine Adaleſiam. num. 215. pag. 139. de teſtam.* & Chaſſa. *ad conſuet. Burg. Des Droicts & appar. à gens mariez. rub. le mary. §. 7. ad verb. per teſtam. in princ.* Rationem tanquam ſanctam & æquitate fundatam extollit practi. Papien. *in for. libel. quo agit vxo. ad dot. in verb. dedit & legauit. verſic. ſed quia.* quod vxores ægrotantibus maritis ſæpè moleſtæ ſunt, & importunitate quadam legata extorquent, nolentes autem legare negligunt, & derelinquunt. Sed hæc ratio non mihi videtur eſſe firma: quia ſi de aliqua importunitate quantumlibet modica conſtet, legatum ipſa lege concidit, ſi hæres excipiat: vt præmonſtraui abunde *lib. 1.* maiorque pars coniugum melior eſt, quàm vt de iis contra pactiones ſacramentales & connubiales tale quid præſumatur: niſi dicas legem ſubinde † paucitatem ſpectare, & time- 4.
re ab omnibus, quod in paucis eſt experta, vt & S. C. Macedonianum propter paucos Macedones fœneratores in vniuerſum dat exceptionem aduerſus eos, qui filiofam. mutuum dederunt, etiam ſi ſint minimè ſuſpecti. Verùm Pariſ. *d. conſil. 16* aliam aſſignat rationem

tionem, quæ iuſta & idonea videatur, cur hac in parte ſtatuentes iuri ciuili derogare po-
5. tuerint, ſcilicet vt bona * in familia conſeruentur, quæ maritus alioquin ſæpè mauult vxori quàm liberis propriis relinquere, *l. lex quæ. D. de adminiſt. tut. Bart. ad l. pater ff de condit. & demonſt.* bona autem familiarum & earum dignitatem conſeruari etiam lex teſtatur publicè intereſſe *l. 1. §. ſi cui. verſicul. publicè enim. ff. de vent. inſpic. §. cæterùm. Inſtit. de legit ag ſucceſ. Bald. ad l. maximum. C. de liber. & poſthum.* Sic autem & in grauioribus terminis valet ſtatutum vetans matrem liberis ſecundi matrimonij vltra certam partem legare. *Doct. ad rub ff. ſolut. matrimon. Decius conſil.* 361. cùm iuſta ratione factum ſit, ſcilicet vt ſecundæ nuptiæ reſtringantur. Neque mouet quod contra proponitur, vxorum arctiſſimam condepoſcere: nam ſatis videtur, quod lex eo nomine, vt huius operis cap. 1. dicebamus, ipſam conſtituit ſociam bonorum mariti, & ſic nullus extet propinquus, cognatus, vel agnatus, ad eius hæreditatem excluſo fiſco admittit.

CAPVT II.

Statutum vetans coniugem coniugi relinquere, an locum habeat in legato remuneratorio.

SVMMARIA.

1. *Remunerationis gratia multa admittuntur, quæ alioquin eſſent illicita.*
2. *Legatum remuneratorium eſt magis debiti reſtitutio, quam largitio.*
3. *Vxor quomodo obſtringatur marito ad obſequia.*
4. *Statutorum verbis inhærendum eſt.*
5. *Statuta prohibentia coniugem coniugi legare, quando locum habeant in legato remuneratorio.*
6. *Statutum quando ad limites iuris communis reducendum.*
7. *Principis ſcientia difficulter probatur.*

NIcol. Euerardi noſtri olim Senatus Præſes *conſil.* 192. *Caſus talis eſt in oppido Antuerpienſi, num.* 4. cenſet tale ſtatutum non habere locum in legato remuneratorio: & ponit exemplum de muliere laborante morbo caduco, cui maritus die & nocte ſedulò adſtitit, quamuis ſi eius morbi ab initio conſcius fuiſſet, numquam illam ducturus erat: aitque proinde vxorem potuiſſe modico legato mariti laborem & miniſteria compenſare; *allegans nota. per Cyn. Caſtr. & alios ad l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtam.*

Ac videtur iſta deciſio confirmari ex eo, quòd omnia ſtatuta accipiunt interpretationem à iure communi, *cap. cum dilectus. & ibi Doct. de conſuet. l. 2. C. de noxa. actio.* Iure autem communi receptum eſt, vt licet maritus † non poſſit donare vxori, neque vxor marito, 1.
l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. ſicut hîc ex ſtatuto non poſſunt ſibi mutuò legare: tamen admittatur donatio propter benemerita, & compenſationis gratia, *vt ait Caſtr conſ.* 172. *In caſu præſenti. in prin. lib* 2. *per l. ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus in fin. ff. manda. & nota in l. fundum per fide commiſſum ff. de lega.* 1. Et quamuis pater filium ſuum ſpurium inſtituere non poſſit, *l. vlt & ibi Doct. C. de nat. liber.* remunerationis tamen cauſa poteſt, *Bald. conſ* 66. *Si dicta inſtitutio, lib.* 1. Idemque eſt in clerico & concubina eius, inter quos temetſi donatio ſeu legatum prohibeatur, *l. affectionis. ff. de dona. l. vnica C. de concub.* remunerationis tamen cauſa excipitur. *Anchar. conſil.* 247. *Dubium facit.* Idem rurſus in Prælato Eccleſiæ, cui non niſi ob remunerationem lex permittit bona Eccleſiæ donare vel alienare, *l. iubemus nulli. §. ſcientes ibi. Ad vic ſſitudinem beneficij collocati & ibi Doct. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Minori quoque cui alioqui ſine decreto iudicis bona ſua alienare non licet, *tot. tit. ff. de reb. cor.* propter meram remunerationem alienatio permittitur, *Roma. in l ſi ante nuptias. ff. ſolut. matrim. Alciat. ad l. creditores. ff. de verbor. ſignific.* Aliaque quædam ſimilia in gratiam remunerationis admiſſa videre eſt apud Tiraq. *ad l. ſi vnquam. ad verb. donatione largitus. C. de reuocan. donat.* Enimuero huiuſmodi legatum * vel donatio potius ſunt quædam naturalis 2.
reſtitutio, vel debiti ſolutio, ac titulus oneroſus, quam ſimplex, mera & propria largitio, *l. Attilius Regulus. in verb. Defendi non meram donationem eſſe ff. de donat. l. ſed & ſi lege §. conſuluit. in fi. genus quoddam permutationis. ff. de petit. hæred.* Imò huiuſmodi donationes & legata habent vim venditionis, inquit *I. Faber ad l.* 1. *col. vlt. verſ. quod ſi duo C. de inof. don. & ſequitur Guido Papius conſil.* 214. *circa materiam. & Tiraq. de retract. §.* 25. *gloſſ.* 2. *num.* 3 *verſ. quæro igitur.* Super hæc, vt proximè præcedenti capite dicebam, ratio quoque ſtatuti eſt, vt extorſiones legatorum præcidantur, quæ proculdubiò ceſſat in vxore maximis officiis legatum demerente: planeque veriſimile eſt ſtatuentes de hoc caſu non cogitaſſe: *vt nota. ad l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure.* qui ſi interrogati fuiſſent, an vellent huiuſmodi legata excludere, humanitatem & æquitatem ſecuti dixiſſent quòd non. Etenim ſi famulo & ancillæ mercede adſtrictis, & qui, vt inquit Terent. conari manibus & pedibus, noctesque & dies pro dominis tenentur, compenſationem aliquam extraordinariam non inuidemus: cur idem non vxori * quoque permittimus diui- 3.
næ atque humanæ domus ſociæ? quæ etſi marito

marito obſequelam debeat, à vilibus tamen &
abiectis,ac immoderatis remouetur. Vxor enim
non eſt ſeruitij nomen,ſed ſocietatis & amoris.
Neque dicas frequentes eſſe vxorum, extorſio-
nes,& ambitiones legatorum, quibus ſtatutum
occurrere voluit: nam certè nihilo infrequen-
tiores ſunt famulorum & ancillarum, qui dum
patribusfamil. vxores non habentibus do-
minantur ac imperant, clancularia importu-
nitate,& quæ ita probari non poſſit, legata ex-
tundunt.

In contrarium vrget, quod ſtatutum iſtud
ſimpliciter vetat coniugem coniugi legare: ver-
4. bis autem * ſtatuti debemus inhærere: neque
aliam vllam interpretationem adfingere: *Bald.
ad cap. ſignificante. verſ. ſed quid ſi ſtatutum. de
appel.& in l.ita nobis.C. de adult.* & quod ſtatu-
tum non determinat, nec nos determinare de-
bemus, quia ſeruandum eſt ſicut iacet, *ait idem
Bald.ad l.cum ancillis.C.de inceſt.nupt.* & tamen
diſponit quantum loquitur. *Anchar. conſil. 69.
Corneus conſ. 90.lib.3.Socin.conſ.108.lib.1.Dec.
conſ.334.* & maximè ſtatuta quæ corrigunt ius
commune, vt eſt iſtud, non accipiunt ſupple-
mentum, aut interpretationem ab ipſo iure cõ-
muni. *Idem Bald. ad cap. cùm non liceat. de præ-
ſcript.arg.l.qui cum vno. §. qui poſt ff. de re milit.
Alex.conſil.227.& 249.lib.6. Ioan Franc. Balb.
de præſcript. quæſt. vltim. 4. part.* Nam quoties
ſtatutum aliquid addit vel detrahit iuri com-
muni, efficit ius municipale, nec recipit ſubau-
ditum intellectum à iure communi, neque lex
quę corrigitur, nouam legem interpretatur, *l. vlt.
C.de incid.viduit.tol.l.1.§. hunc igitur. C. de Iu-
ſtin.Cod.conf l.1.§.repetita ratione.C de emendat.
Cod.Iuſtin.Caſtr.ad l. vlt. § in computatione col.
vlti.& ib Roma. C.de iure deliber. tametſi cum A-
lex.ibi alij diſſentiant. Soc.ad l.cum filiofam. ff. de
verb. oblig.* Addo quod in dubio ſtatuta ita ac-
cipi debent, vt iuri communi aliquid addant,
potius quam vt idem contineant. *Euerar. à rat.
legis ſtricta,num.16.*

Hac in re,ſi ſtatutũ ſimpliciter vetet maritum
vxori quidam legare,nec amplius aliquid addat,
æquior mihi eorum videtur eſſe ſententia, qui
exiſtimant legatum remuneratorium nõ exclu-
5. di, ſi modo * & benemerita probentur, & eo-
rum modum ſeu magnitudinem legatum non
excedat, partim quia hoc caſu maritus vxori
non tanquam vxori, in quo ſtat ratio prohibi-
tionis ſtatuti, ſed veluti cuilibet alteri perſo-
næ benè de ſe meritæ legare videtur: partim
etiam quod non ſatis explorata eſt eorum ſen-
tentia qui aiunt, ſtatutum correctorium iuris
communis, vel aliquid ei addens, ſecundum
ius commune interpretandum non eſſe. Nam
& Bald. ipſe & Roma. *ad d. §. in computatione.*
& is Roman. *ad l.ſi quis priore.ff.ad S.C. Trebell.*
Decius *conſ.445. In caſu ad me tranſmiſiſſe.* alii-
que plures contrarium adſeruerunt. In dubio
autem ea opinio ſectanda eſt, quæ fauet teſta-
mentis, *l. in teſtamentis. & ibi Doct.ff.de reg. iur.*
& quidem potiſſimum quando alioqui pecca-
retur in ius naturæ, vel aliquis indignè damnũ
pateretur, tunc quippe ſtatutum † ad limites 6.
iuris communis facilius eſt reducendum, *d. §.
in computatione & ibi Doc.Alex.ad l.1.§.nuncia-
ciatio ff. de noui.oper.nuncia.Panorm. ad ca. 1. de
clandeſt.deſponſ. latè Iaſ. ad l. properandum §.ſin
autem alterutra C. de iudic.* In propoſita autem
facti ſpecie niſi hoc legatum admittatur, & na-
turali obligationi, quæ tendit ad remuneratio-
nem, vis fiet, & iniuria damnum patietur vxor,
quæ ex ſola illa naturali obligatione actionem
non habet, *l.1.§. debitum. l qui autem. §.fi. ff de
conſtit.pecu.l.iuriſgentium.§.quinimò.ff. de pact.l.
cum quis.C.de iur.& fac.ignoran.l 1. & ibi Doct.
ff.de condict. indeb. & nota ad l. fi. C. ad leg Fal-
cid.* Si autem non tantum ſimpliciter ſtatuta ve-
tent maritum legare vxori, ſed à Principe con-
firmata ſint, cum clauſula in fine confirmatio-
nis ne iis aliquid adiiciatur, aut detrahatur, ali-
uſue caſus in illis non comprehenſus allegetur,
vt vidi ſubinde factum eſſe: arbitror neque hoc
legatum poſſe defendi, quandoquidem clauſula
iſta derogatoria omnibus aliis viam obſtruat,
*iuxta not.Doct.ad cap.1.de conſtit.in 6. & quæ ibi
plenè dixi,& Panorm.ad cap.fi.numer. 22. de con-
ſuet.poſt.Bart.ad l.ſi.mihi & tibi.§.vlt.ff. de leg.1.*
Princeps enim non alia ratione talem clauſulam
adiicit, quàm vt ſubditos ſuos variis litibus
eximat; quibus inuoluerentur ſi pro arbitrio
pragmaticorum omnia libenter confundenti-
um, vna eſt, quod auctoritatem & conſen-
ſum, indifferenter diſputare liceat, an hîc vel ille
caſus ſub verbis ſtatuti comprehendatur, necne,
& in vtro maior ratio ſit vel non ſit. Et hæc
tamen ita, niſi ſciente aut conniuente Principe
clauſulæ illius vſus receptus deinde non foret,
vt not.Iaſon ad l.de quibus.ff.de legib. cum ſtatu-
ta & leges tantum habeant de effectu, quantum
de vſu. & tacita ſit in illis conditio, ſi à ſubdi-
tis recipiantur, *vt dicit Hoſtien. quem alij ſequun-
tur ad cap. 1. de treuga & pa. de quo latius vide
Petr. à Duen. regu.* 144. Attamen hæc opinio
vix obtinere poſſet. Nam cum Principis * ſci- 7.
entia difficulter probetur, vtpote quem tot co-
gitationes & tanta negotia vndequaque cir-
cumſtent, & ipſe expreſsè vetuerit nouos caſus
in controuerſiam duci: videtur quoque ſub-
ditis omnem occaſionem ſuſtuliſſe, per quam ad
nouas & inexplicabiles lites redirent, quibus
ante ſtatuta concepta, & ſuo decreto ſtabilita
diſtorquebantur.

C A P.

CAP. III.

Vtrùm valeat ſtatutum, quòd vir vxori aliquid teſtamento relinquere cogatur, & quomodo intelligi debeat.

SVMMARIA.

1. *Statutum valet quod vir vxori relinquere cogatur.*
2. *Vxor ſuccedit marito in quartam partem bonorum.*
3. *Dos quando cenſeatur parua.*

PEr contrarium quoque valere exiſtimo
1. ſtatuta, quibus coniunx coniugi * aliquid relinquere cogitur: quia quod fieri poteſt per legem ciuilem, poteſt etiam fieri per ſtatutum legis vicem ſupplens, *ſecundùm Iaſon & alios ad l. de quibus. ff. de legib.* Atqui ex legis diſ-
2. poſitione vxor marito in quartam † partem bonorum ſuccedit, ſi liberi non ſint vltra tres, alias in virilem portionem: & legatum ei factum non tollit dictam ſucceſſionem, ſed computatur in partem, *Auth. prætereà C. vnde vir & vxor.* Neque poteſt maritus hanc quartam partem vxori debitam prohibere, *gloſſ. in §. ſi verè expreſſim ad verb. hæredem in Authen. de hæred. & falcid. cuius opinionem communem eſſe teſtatur Alexand. ad d. Auth. prætereà & Doct. ad l. ſi cùm dotem §. ſi pater ff. ſolut. matrimon.* quia debitum eſt neceſſarium. *vt ait Ioan. Dilect. de arte teſtan. rub. de legat. cap. 20. num. 2.* Hinc oritur illa quæſtio, ſi maritus per ſtatu-
3. tum cogatur vxori paruam dotem * habenti relinquere quartam partem bonorum, quanta debeat eſſe iſta dos. Corne. *conſil. 249. Viſo ſupraſcripto puncto. lib. 3. & conſ. 324. l. 4.* ſcribit eſſe neceſſarium vt dos ſit minima, adeò quòd vxor laboraret extrema paupertate, ſi vltra eam nihil haberet, *per text. Authen. de exhib. reis §. quoniam verò. ibi, nihil habere volentes.* & vt Barbat. ait, *conſil. 74. Scripſit. lib. 4.* eundemque ſecutus D. Ioan. Dilect. *tit. 6 cap. cap. 20. num. 1.* intelligitur parua dos, quando non ſufficeret ad alimenta vxoris. Debeturque hæc quarta pars etiam ſi coniugi poſt adquiſitionem eius ſuperuenirent diuitiæ: quia poſt effectum conſummatum ceſſante cauſa non ceſſat effectus, *l. vltim. ff. vnde lib. Dec. conſ. 24. pro virili.* Ego exiſtimo iudicis religioni relinquendum eſſe, vt diſpiciat, quæ ſit dos parua vel magna, *ſecundùm Doct. ad Auth. quod locum. C. de collat. Hippo. ad l. quæſtionis, num. 29. ff. de quæſtio.* ſicut & eius arbitrio æſtimandum relinquitur, quod ſit arduum negotium. *Imo in cap. vlt. de donat.* & quis dicatur pauper, *Bald. ad l. ſi conſtant. ff. ſolut. matrimon.* vel miſerabilis perſona, *teſte Ioan. Andr. ad cap. ſignificantibus de offic. deleg.*

CAP. IV.

Si ſtatutum habet, quòd vxor, non extantibus liberis, debet marito relinquere certam partem ſuorum bonorum, an illa poſſit bona inter viuos alienare.

SVMMARIA.

1. *Alienare in vita an poſſit quis id, quod alicui teſtamento relinquere cogitur.*
2. *Statutum quod vxor debet marito relinquere certam partem bonorum, quomodo impediat illam alienare inter viuos.*

BOnoniæ ſtatutum eſſe refert Alexan. *conſil. 15. lib. 1.* quod mulier, non extantibus liberis, tenetur relinquere tertiam partem dotis, aliorumque ſuorum bonorum fratri, ſiue agnato ſuo: & in ea reſidet opinione, vt adferat non licere mulieri neque teſtamento, neque contractu inter viuos * in fraudem dicti ſtatu- 1.
ti dotem, bonaue ſua alienare, etiam ſi aliquid minus illis legaſſet, eoque contentos eſſe iuſſiſſet. Mouet autem Alexandrum principaliter l. vlt. ff. ſi quid in fraud. patro. vbi ſi arrogator alienauerit bona ſua in fraudem quartæ, quam de bonis ſuis iure tenetur relinquere arrogato, poteſt arrogatus alienationem illam reſcindere & reuocare, ſiue titulus alienationis lucratiuus fuerit, ſiue oneroſus, cùm indiſtinctè lex illa loquatur. Lucrum autem quod debetur ex ea legis diſpoſitione arrogato, æquiparatur lucro alicui delato exſcito & voluntate ſtatuti. *Bald. & Bart. ad l ſi arrogator. ff. de adoptio.* Contra quoque patronus, cui libertus tertiam partem bonorum relinquere cogitur, in caſum alienationis tale remedium habet, *l. 1. & l. 2. & ibi Cyn. eod. tit.* Præterea & hanc rationem Alex. aduocat, quod alioqui eſſet aperta via fraudandi & eludendi dictum ſtatutum, & ſemper mulier poſſet inter viuos donare bona ſua cui vellet, fratre ſeu agnato excluſis: itaque non debet capi ea interpretatio, quæ ſubiiciat occaſionem malitiæ, *l. in fundo. ff de rei vendica. l. quoties nihil. ff de reg. iur.* Par igitur atque eadem noſtræ hypotheſeos ratio erit.

At enim Iaſon *ad l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege, num. 40. ff. de verb. obligat.* ſecundum oppoſitam ſententiam ſe reſpondiſſe ait, & allegat conſil. 101. Pet. Anchar. decidentis quod ſtatutum, quo iubetur quis deſcendentibus ſuis duas partes bonorum ſuorum relinquere

re, intelligitur, vt teſtamento quidem exteris nihil relinquere poſſit, ex quo duæ illæ partes diminuantur, non tamen vt inter viuos ei alienare vel obligare non liceat, cùm id expreſsè ſtatuto non contineatur. Sic & in conſimili caſu videmus quod pater legitimam filiis ſuis relinquere tenetur ex iure, verùm idcircò non minus bona ſua inter viuos alienare & obligare poteſt, niſi re & conſilio inofficioſa & fraudulenta ſit donatio, *l. Papinianus §. quarta autem ff. de inoffic. t. ſta. l. 1. C. de in offic. donat.*

Equidem exiſtimo Anchara. & Iaſonem hoc pariter ſentire, vt non impediatur alienatio & obligatio bona fide titulo oneroſo facta, ſed tantum ſi qua titulo lucratiuo, & maioris *
2. partis bonorum, ac fraudulentè fieret. Atque huiuſmodi quidem ſtatuta in Zelandia & Flädria ſunt frequentiſſima, ex quorum verbis facilè apparet, ſubditos de bonis ſuis vltra certam partem teſtari non poſſe, non tamen impediri, quo minus titulo oneroſo, ea alienent, modo fraudis omnis, & malæ fidei coniectio abſit, quæ ex vicinitate mortis aliiſque, *de quib. Doct. ad l poſt contractum. ff. de dona.* colligitur. Proinde & in hoc articulo non aliter reſoluendum ducimus.

Neque verò Alex. ipſe ab hac ſententia diſcedit, ſed loquitur in caſu quo grauatus alienabat maiorem & meliorem partem ſuorum bonorum, *vt patet num. 5. col. 3.* ex quo fraudis coniectura certior erat, *l. omnes §. Lucius. & ibi Angel. ff. de his quæ in fraud. cred. l ſumma cum ratione 21 ff. de pecul. in prin. Bald. in l ſi vnquam. C. de reuoc don. & in l. 1. 2 quæſt. C. ſi quid in fraud. patro.* Deinde agit non de caſu alienationis titulo oneroſo factæ, ſed titulo donationis, qui eſt lucratiuus, vt apertè conſtat ex hoc verſ. num. 1. [Præſuppono & ſecundò quod d. B. per dictam donationem de qua in themate fit mentio.] & item ex eodem verbo donationis, ſæpè per totum conſ. repetitc, ac rurſus ex his. [Et quatenus iſta alienatio facta eſt ex cauſa lucratiua.] Vnde Molinæus ibi dicit eum malè reprehendi à Iaſone, *in d. §. ea lege. colum. 9. num. 38.* quaſi reſponderit omnem alienationem reuocari poſſe, ſiue fiat titulo oneroſo, ſiue lucratiuo. Neque enim hoc dicit, ſed quod res dubia ſit, ſi alienatio habeat titulum oneroſum *per l. non vſque adeò, ff. ſi quis à paren. fu. manu. & ea quæ notant Petr. & Cyn. in l. 1. C. de inoffic. donat. & l. 1. C. ſi quid in fraud. patron.* Ad d. verò l. vlt. dicit ex quorumdam opinione hoc eſſe multum ſpeciale in filio arrogato, vt talem alienationem factam ex cauſa oneroſa reuocare poſſit, *verſ. Sed vbi. & ſeq.* Atqui titulus eiuſdem l. vlt. immo lex ipſa fraudulentam alienationem arguunt.

CAPVT V.

Si ſtatutum vetat ne maritus vxori leget, an vice verſa vxori prohibuiſſe videatur ne marito leget.

SVMMARIA.

1. *Statutum in vno ex correlatiuis habet locum etiam in altero, & num. 4.*
2. *Statutum vetans maritum vxori legare non accipitur vice verſa*
3. *Caſus omiſſus in ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris.*
4. *Viri non præſumuntur legata eblandiri aut extorquere vxoribus.*
5. *Statutum omne iuri communi derogans, eſt odioſum.*
6. *Statutum an cenſeatur fauorabile odioſum ex primaria voluntate ſtatuentium.*

QVOTIES ſtatutum prohibet ne maritus vxori quidquam, aut ſaltem non vltra certam partem bonorum legare poſſit, vt dictum eſt, an & in reciprocum prohibuiſſe cenſeatur, ne vxor marito relinquat. Et quidem Curtius Senior *conſil. 21. ſtatuto Parmenſi*, latè hoc adfirmat: idemque tenet Iaſon *ad l. vlt. C. de indic. viduit. tollen.* & ita ſe conſuluiſſe ait, atque eum ſequitur Bartolom. Romuleus *ad rub. ff. de adqu. r. poſſ.* Primò enim maritus & vxor ſunt correlatiua, & ſtatutum in vno * ex correlatiuis, quantumcumque correctorium iuris communis, habet locum etiam in altero correlatiuorum. *Bald. in Authen. quas actiones, 2. colum. C de ſacros eccleſ Anchar. in cap. canonum ſtatuta, verſic. vlteriùs quæro. de conſtit.* & conſequenter ſtatutum loquens de marito habet locum in vxore, *vt dicit Bart. ad l. 1. ff. quod met. cau. per illum text & in l. 1. §. hac actio. ff. ne vis fiat ei. Bald. in rub. C. de reb. cred. & in l. ſi ab eo. C. de legit. hæred. & in l. nemo martyres. ad fin. C. de ſacroſ. eccleſ. multùm ampliè Felin. in proœm. Decretal. Curt. Sen. Iaſon. d. locis, & Præſes Euerar. in loco à correlati.* Deinde facit pro hac parte, quòd ratio ſtatuti videatur eadem vtrobique, ergò eadem eſſe debet iuris diſpoſitio, *l adigere. ff de iure patro. gloſſ. ſingul. quam ad hoc notant. Bald. & Caſtr. in l. quamuis. C. de fideicom.* & veriſimile eſt quod ſtatuentes ſi ſuper eo interrogati fuiſſent, idem reſpondiſſent: ob idque non aliud debet eſſe in caſu non expreſſo, quàm in caſu expreſſo, *l. tale pactum. ff. de pact.* Tertiò aptè adiici poteſt, quod quando lex vel ſtatutum loquitur in vno caſu ratione frequentioris vſus, non intelligitur idcirco excludere alios caſus conſimiles, licet infrequentiores, *l. vnica in verb. ſponſam. C. de rap. virg l. 1. & ibi gloſ. 1. C. de* 1.

bu

his qui ad eccleſ.confug. gloſſ.notab.quam extollit Imola in Clemen. 1.*ad verb.Præſidentes.de reſcript. Felin.in cap.nonne.*5.*limit.col.*2.*de præſumpt.* Dictum autem ſtatutum videtur tantum ratione frequentioris vſus de marito expreſſiſſe: quia crebrius contingit maritum relinquere vxori, quàm vxorem marito, quæ ſæpè nihil vltra dotem habet, de quo diſponat. Quartò hinc ſtat doctrina Bartol. *in l. cunctos populos.* 6. *qu. princip.C.de ſum. Trinit.* vbi dicit perſpicuè in terminis noſtris, quod ſtatutum prohibens maritum legare vxori, continet fauorabilem diſpoſitionem: vnde ſequitur quod extendi poſſit.*idem Bart.in l.ſi conſtante* 8.*quæſt.*1. *par.principa.ff. ſolut. matrim. & in l.* 2. *C.de infant.expoſ.ſequuntur Salic.ad d.l. cunctos populos,* 8 *col.Iaſon d.loco.& Roman conſil.* 38.*In quæſtione propoſita.* Denique momentum adfert notabilis deciſio Bald.*in Authen. hoc locum ad fin.C. ſi mulier. ſecun. nup.* quòd licet conſuetudo generaliter ſit ſtricti iuris, & non extendatur, *vt not gloſſ & Bart in l.*3.*ff.de iti.actu priua* §.*ſi quis hoc interdictum,* tamen illa, per quam licet marito relinquere vxori vſumfructum omnium bonorum, ſeu facere eam dominam & maſſariam eorundem, ita tamen vt filiis exiſtentibus tantum habeat alimenta, capit etiam locum in vxore. Idem igitur in ſtatuto dicendum videtur, quia conſuetudo & ſtatutum pari paſſu procedunt. *Doct. in l. de quibus. ff.de legib.*

2. Contrariam tamen * ſententiam amplectuntur Socin. *conſil.* 74. *Difficultatem quæ in puncto lib.*3. Crotus *latè in rub.ff.de adquir poſſ.* & Alciat.*lib.*2.*verb ſignific. pag.*50. *in fin ſecundum impreſſionem Iſingri. ibi.Ecce lex prohibet marito.* in qua ego quoque ſum. Nam imprimis vulgare eſt, quod caſus * omiſſus in ſta-
3. tuto habetur pro omiſſo, & relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l ſi extraneus. ff. de condict.ob cauſ.l.ſi cùm dotem ff. ſolut.matrim. l. commodiſſimè.ff. de liber. & poſthum. cum ſimilib.* etiam vbi maior vrget ratio, ſi ea non ſit expreſſa in ſtatuto; *l.cùm mulier.& ibi Cuma.ff.ſolut.matrimon.Bald.in Authen.quas actiones per l. his ſolis in verb.Tacitè cautum putamus.C. de bon. quæ liber.* quia debemus inhærere verbis ſtatutorum, nec aliter ea interpretari, quàm loquantur, *vt ſuprà c.* 2. *num.*4. *ex Baldo & aliis probauimus: quibus tamen adde eundem Bald.in l. ſi furioſi.per illum text. C.de nupt.in l.maximum. C.de liber. præter.in cap.vlt.extr.de eo qui mitt.in poſſ conſ.*94. *Viſo ſtatuto & conſ.*433.*Circa quæſtionem. lib.*5.*&,ſi lubet, vide multa in hanc rem cumulata à Tiraquel.in l.ſi vnquam ad verb.Libertis, C.de reuoca. donat.* Altera ratio eſt, quòd ſtatutum videtur hoc duntaxat cauiſſe, ne viri muliebribus blanditiis inducti malè hæredibus ſuis conſulerent, vt notat Socin. *d. loco*, allegans l. 4. ff. de inoffic. teſtam. vbi lex ſuſpicatur maritum actibus & delinimentis vxoriis impelli ad teſtandum etiam contra liberos. Quam rationem leges non conſiderant in teſtamentis vxorum quibus † mariti 4.
non ſolent legata eblandiri aut moleſti eſſe, vt docet experientia rerum magiſtra,*cap.quam ſit de elect.in* 6. *Bald.ad l. cunctos populos. C. de ſum.Trin.* Et quamuis fieri contingat, vt viri hac in re mulieres imitentur, tamen hoc quia rarius eſt, inſpectionem non habet, *l. nam ad ea ff. de legib.* Quemadmodum eadem ratione crebrius traditum eſſe ſcribit Alciat. ſi lex ſororem à fratris hæreditate excludat, non cenſeri ex aduerſo fratrem prohibitum, quo minus ipſe ſororis hæreditatem adipiſcatur: quamuis enim ius ſuccedendi reciprocum eſſe debeat: tamen veriſimilius eſt voluiſſe legislatorem maſculis tantum conſulere, *ſecundum Doct. in l. lege* 12.*tab.C. de legit. hæred.* Nec mutant argumenta illinc producta. Quod enim ſtatutum quantumcunque correctorium iuris, loquens de vno ex correlatiuis, habet etiam locum in altero, ita obtinet, ſi ratio ſit expreſſa in ſtatuto, quæ vtrique ſimiliter poſſit accommodari, vel ſi ſaltem conſtet nullam eſſe diuerſitatem. *Soc. d. conſ.* 74. *amplè Chaſſan.in conſuet. Burg.in concluſio & adproba. n.*9.*in.* 1. *& in* 7. *concluſ.* Atqui hic loquimur in dubio de coniecturata mente ſtatuentium ne mariti delenifico ſermone & aſſiduis ſuggeſtionibus ſeducti, proximiores ſuos ſpolient hæreditate: quæ ratio proculdubiò, vt iam oſtendi, ceſſat in caſu conuerſo. Et ſic ſecundum quoque argumentum eliditur. Nec magis obſtat, quod dictum in vno ratione maioris frequentationis, non videatur denegatum in alio. Hoc namque pro certo & conſtanti non receperim, neque quicquam aut gloſſa aut Imo adferunt cur faciam. Præterea iſti intelligunt, ſi conſtet ratione tantum frequentioris vſus expreſſum fuiſſe: de quo hic nihil apparet, & ita in dubiis vtemur ſtricta interpretatione, iuxta ea quæ notaui *n.* 3. Quartum argumentum in ſpeciem virile eſt, niſi Socin. ſtatutum hoc non fauorabilem cauſam, ſed odioſam continere diceret, & Bartolum non loqui in cauſu noſtro. Illudidò ſic, quia omnis receſſus à iure † commu- 5.
ni eſt odioſus, *l. cùm quidam. ff. de liber.& poſthum.cap.dilectus donſuet.cap.* 1. *&* 2. *de fil. preſbyt.Panorm.in cap quia.*3.*notab de priuileg in cap. olim.ſuper gl.*1.*ext.de verb. ſign & conſ.*1 *col.*2. *verſ.Item præiudicatur.lib.*1. *& veluti certum axioma ſequitur Corneus conſ.*89.*col* 3.*verſ. Inſuper l.*3.*& conſ.*281.*verſ.Nec obſtant adducta lib.*4. In cuius confirmationem & hoc adduco, quod ſtatutum * cenſetur eſſe odioſum aut fauorabile ex primaria voluntate ſtatuentium, vt 6.
ſcilicet ſi potiſſimè factum ſit in odium vnius, licet conſequenter vergat in fauorem alterius, cenſeatur odioſum, & vice verſa. *Bart.Cald.Caſtr.& alij in l. qui exceptionem ff de condit.indeb. & idem Bald.in d.l.cunctos populos, col.*12.*verſ.Sed hic quæro de effectu.Cuma.conſ.*2.

Aretin.

Aretin. conſ. 2. *Caſtr. conſ.* 92. *lib.* 1. *Roma. conſ.* 32. *Ludo. Gozad.. conſ.* 5. *An in quaſtione. col.* 2. *late Tiraq. de retract. De retract. lignagier.* §. 30. *gloſſ.* 1. *num.* 5. *verſi. Ex hoc inferunt.* Vnde cum veriſimile ſit mentem ſtatuentium hic fuiſſe, quod nollent legata valere in odium vxorum propter rationes ſupra ſcriptas, debet ſtatutum cenſeri odioſum, licet ex conſequenti reſpiciat fauorem proximorum amicorum mariti. Hoc amplius ſunt qui putent, ſi in aliqua diſpoſitione peræque concurrant odium & fauor, cenſeri ſimpliciter odioſam, *Bald. in l.* 1. *colum.* 1. *verſic. Item nota quòd priuilegium. ff. de conſtit. princ. Ioan. And. in cap. vlt. ſuper gloſſ.* 5. *in verb ſimilibus. & ibi Anchar. Dominic. & Phili. Franc. de verb. ſign. lib. 6. Nico. Mil. in ſuo reperto. in verb. Lex dicitur fauorabilis, & in verb. Priuilegium ſi vno.* Et ideò Tiraq *in præfa. d. lib. de vtro retract. numer.* 66. *verſ. Sed quantum.* ſcribit, ſi conſuetudo in materia retractus ſit contra ius, nihil dubitandum eſſe, quin ſimpliciter veniat ſtrictè interpretanda, etiam ſi facta fuerit principaliter in fauorem conſanguineorum: cùm voluntas ſtatuentium facere non poſſit, vt quod ſuaptè natura odioſum eſt, id cenſendum ſit fauorabile, quodque fauorabile, odioſum, quæ ſunt qualitates immotæ, & tenaciſſimè adhærentes. Igitur ſi etiam primariò ſtatutum noſtrum haberet cauſam fauorabilem, propinquis ſcilicet mariti, tamèn quia non minùs continet odium vxoris, cenſeretur odioſum, &, vt non cenſeretur odioſum, tamen quia eſt ſtricti iuris, extendi non poſſet ad cauſam inexpreſſam. Iam ex prædictis hoc quoque intelligimus, non rectè à Curtio & Iaſone tradi, quòd ratio ſtatuti ſit, ne coniuges ſe mutuo amore ſpolient. Nec enim admodum quærendum eſt de ſpoliatione eius qui moritur, & qui iam rerum ſuarum egere deſinit: ſicut & donatio inter virum & vxorem ob dictam rationem prohibita, morte confirmatur, quaſi cauſa prohibitionis tunc ceſſante, *cap. cùm ceſſante. de appel.* Vltimo denique argumento exigua omnino vis eſt, vt à me poſteà peculiari tractatione oſtendetur.

CAP. VI.

Statutũ an valeat quòd coniunx coniugi legare non poſſit, ſacra vnctione ſumpta.

SVMMARIA.

1. *Statutum valet ne coniunx poſt extremam Vnctionem teſtari poſſit.*
2. *Extrema vnctio non debet impedire quo minus poſteà teſtamentum fiat.*

IN pleriſque locis eam opinionem induit vulgus, quod poſt ſacram vnctionem nemo teſtari poſſit. finge id ſtatuto cauſam dediſſe: an validum erit? Qui adfirmabit, his vtetur rationibus, quod Sacramentum iſtud tunc ferè adminiſtratur, cum ægrotantium ſenſus deficiunt: quod eo ſumpto pium ſit curis temporariis non incumbere: quodque ſtatutum hoc nihil in ſe continet bonis moribus contrarium. In noſtra autem ſpecie ratio eſt multo firmior: Nam ſi ſtatuto fieri poteſt ne omninò coniunx * coniugi quid leget, vt dictum eſt, quantò magis ne poſt certum tempus leget, fieri poterit? *cap. cui licet. de reg. iur. in 6.* Quod ſanè argumentum, vt mihi videtur, ineuitabile: 1.
ita non dubito valere ſtatutum, in ſolis coniugibus teſtandi facultatem adimat, idque propter blanditias, ſuggeſtiones, & infeſtationes vxorum, quæ tunc temporis maximè poſſent viros ad teſtandum perpellere. Aliud cenſeam de * ſtatuto generali, ne quis poſt ſacram vnctionem teſtetur. 2.
Nihil enim, *vt diſputaui latius lib.* 3. *cap.* 1. magis hominibus debetur quàm libera teſtandi poteſtas, *l.* 1. *c. de ſacroſ. eccleſ.* adeò quidem vt nemo teſtamento ſuo cauere poſſit, de liceat ſibi ab eo recedere, *l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de legat.* 3. Rurſum vult lex homini ſanæ mentis vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum teſtamenti factionem eſſe, *l. ex facto in princip. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.* Vnde iniquũ foret ante illud tempus eam adimere, aut per ſacram Vnctionem excludere, qua ſumpta multi vtique reualeſcunt. Neque verò protinus alienatæ mentis eſt, quo ſacro Oleo inaugitur; neque, ſi ſit, in ea alienatione perſeuerat. Nam ſæpè pij & religioſi homines ſacramentum iſtud non in vltimam horam differunt, ſed ſaniori conſilio, dum ratione & ſenſibus potiuntur, tempeſtiuè ſibi adminiſtrari petunt, etiam ad ſanitatem corporis, *iuxta Iacob. Apoſtol.* recuperandam: & ex altera parte in repentinis morbis pleriſque non eſt occaſio ad teſtandum, qui tamen poſt extremam vnctionem ſuſceptam recto ſenſu deinde teſtamenta conficiunt.

CAP. VII.

Coniunx legare prohibitus an poſſit cauere, ne hæredes bona ſine conſenſu coniugis ſuperſtitis alienent.

SVMMARIA.

1. *Maritus prohibitus legare, cauere poteſt ne hæredes ſine conſenſu vxoris bona alienent.*

HVIVS quæſtiunculæ deciſionem Alexandro acceptam ferimus. Ait enim *conſ.* 57. *Proſpectis teſtamento. numer.* 3. *lib.* 2. quod

quamuis maritus reſiſtenie ſtatuto vxori legare
1. non poſſit, non * tamen per hoc intelligitur prohibitus diſponere in teſtamento, ne hæredes futuri poſſint alienare vel locare bona hæreditaria ſine vxoris conſenſu. Nam cum iſte caſus ſit in ſtatuto omiſſus, nihil dubium eſt, quin remaneat diſpoſitioni iuris communis, *l. ſi extraneus. ff. de condict. ob cau. & ſufficienter dixi cap. 2. numer. 4. & cap. 5. num. 3. huius lib.* maximè cum diuerſus ſit à ſuperiori, itaque ex iis illatio nulla fieri poſſit, *l. eum actum. ff. de calum.* Sed & ratio ſtatuti iſto caſu ceſſat, nec vllum æſtimabile commodum vxori obuenit, quæ ſi nolit hæredibus conſentire ſine iuſta cauſa, iudicis officium interponetur, *l. ſi cum dotem §. eo autem tempore. in fin. & ibi Bart. & alij ff. ſolut. matrim. Bald. in l. 1. l. viduæ, & l. in coniunctione. C. de nupt.* Vt autem nulla ſit ſuſpicio fraudis, alienatio vel locatio non per ſolam vxorem, ſed ſimul cum hærede, ad quem omnis vtilitas redit, expedienda eſt.

CAP. VIII.

An per iſtud ſtatutum maritus impediatur, quo minus vxori committat diſtributionē certarum pecuniarum pro anima ſua.

SVMMARIA.

1. *Statutum ne vir vxori leget, an impediat, quo minus vir ei committat pecuniam diſtribuendam pro anima ſua.*
2. *Incapax certæ partis quando ſolidum capere poßit.*
3. *Vxor cui commiſſa eſt diſtributio, ſuſpecta non habetur, ſi alij ſint adiuncti.*

ANtiquus quidam Doct. nomine Guido de Suza auctor fuit, ſtante hoc noſtro ſtatuto, maritum non poſſe quidquam fidei vxoris committere, etiam ad diſtribuendum pro anima, *vt refert Ioan. And. in addit. ad Speculum in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua parte, col. 31. verſ. Scias quod inter relicta, & eſt addi. ſuper parte, legatur hoc initio. Ad iſtum finem*, quia iſtud præſumeretur factum in fraudem ſtatuti, *contra l. nondubium l. fraus. & l. contra legem. C. de legib.*

Circa quam deciſionem intereſſe puto ve-
1. tetne ſtatutum * quidquam prorſus vxori legari, an verò non vltra certam ſummam ſeu quantitatem: hoc eſt, vtrum planè incapax ſit vxor, an verò pro parte tantum. Si enim in nihilum ſit capax, conſiderandum an fideicommiſſo grauari poſſit, vt pecunias diſtribuat. De hoc videtur ſentire Bal. *in l. hac edictali. 2. colu. 3. qu. verſ. Nunc ſuccedit. C. de ſecun. nup.* dum ait inſpiciendum eſſe commodum capientis, non reſtituere debentis, *per l. cum dotem ff. ad leg. Falcid. & l. Sulpitius. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Idque apertius exprimens Imol. dicit quod vbicunque lex vel ſtatutum prohibet quem inſtitui, illud intelligitur quando inſtitutio proprium iſtius commodum ſpectaret, non ſi commodum alienum, vt contingit ſi inſtituatur, & grauetur purè alteri reſtituere. Cui accedit, quod fauor animæ, qui hic verſatur, omnibus ſit præferendus, *l. ſancimus. C. de ſacroſant. Eccleſ. & aliis ſimil.* Sed verius eſt vxorem penitus incapacem grauari non poſſe, *iuxta gloſſ. in l. eam quam. C. de fideicom. & in l. codicillis, in verſic. Petere poſſe ff. de legat. 1. rurſum gloſſ. in d. §. hi qui ſolidum. Bald. in l. eam quam colum. 5. verſic. Quærit gloſſ.* cum inſtitutio ſit pro non ſcripta, *l. quidam referunt in princip. ff. de iure codicil. Bald. in l. ſi quis in ſolidum, & ibi Imol. ff. de hæred. inſtitut.* Sin autem vxor in certa parte inſtituta ſit, quam ex ſtatuto capere poterat, & in alio loco teſtamenti maritus ei reliquerit certam quantitatem pro exoneratione conſcientiæ ſuæ: dicendum eſt diſpoſitionem valere, vt in propoſito determinat Roderic. Suares *de captato. voluntate, à num. 22. vſque ad finem.* per d. l. cogi. vbi qui non poteſt per * ſe ſolidum capere, 2.
capit tamen vt alij reſtituat. & l. cum ei ff. de lega. 2. vbi Modeſtina. inquit. [Cum ei qui partem capiebat, legatum eſſet, vt alij reſtitueret, placuit ſolidum capere poſſe.] *& item per l. Papinianus, § meminiſſe ff. de inoffic teſtam. l. nonnumquam §. 2. ff. de vſucap. l. 1. §. ſed & ſi. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib. & l. cum dotem ff. ad leg. Falcid. cum aliis concord. ab Accurſ. addactis.* Sicq; accipiendum arbitror quod ſupra ex Bald. & Imol. citabam, reſpici debere non commodum grauati, ſed accipientis, vt ſcilicet locum habet quando grauatus tantum vltra certam quantitatem incapax eſt. Quomodo etiam Bart. *ad l. vlt. ff. de his quib. indign.* & Angel. & Imol. *in l. 2. C. de hæred. inſtituen.* & Alex. *in d. §. hi qui ſolidum.* obſeruant, ſi ſpurius inſtituatur, & grauetur vt alteri reſtituat, valere inſtitutionem, nimirum iure Canonico, quo ſpurius non eſt incapax quantum ad alimenta, *cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. Roderic. verſic. Sed in propoſito noſtræ quæſtionis.*

Intellige tamen hoc, ſi vxori † & aliis ſi- 3.
mul commiſſa eſt diſtributio, & ita omnis ſuſpicio fraudis eluatur, *l. vlt. C. de fideicom. cap. prudentiam. de offic. deleg. & c. 2. de ſtatu monach Ioan. And. d. loco. Alber. de Roſar. in 2. par. ſtatut. quæſt. 110. ſtatuto cauetur quod nullus. & quæ. ſeq. Alex. d. loco, & conſil. 57. Proſpectus teſtamento. num. 7 lib. 2. Iaſon ad d. l. non dubium. colu. 11. ad l. captatorias. D. de teſtam. & l. 2. C. de fideicom. Socin ad l. qui hæredi. ff. de rub. dub. Pet. Gerar. ſingul. 93. Nota perpetuò. etſi repugnet. Suares*

de

d. loco. ſic enim dicimus & in teſte, quod ſi ſolus per ſe eſſet reiectaneus & inhabilis ad teſtificandum, tamquam ſuſpéctus, tamen ſi vna cum aliis fide dignis producatur, ſuſpicio aduerſus eum remittitur, *vt per Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur.*

Aut intellige ſi vxor cauerit de diſtribuenda pecunia, & poſtmodum fidem faciat legitimam & ſufficientem de diſtributa, *nota ad l. nulli. & l. id quod pauperibus. C. de epiſco & cleric. Bart. in l. Diuus. in fin. ff. ad leg. Falcid. Alex. d. conſil. 57. verſ. omitto. & Suares verſi. vlt.* Ceſſante enim fraudis ſuſpicione, & veritate detecta, cauſa in tuto eſt. Et hunc in modum ſupra *lib.* 1. *cap.* 20. declaraui vxorem, ſtante hoc ſtatuto, vel cum aliis, vel fide huiuſmodi præſtita, executricem dari poſſe.

CAP. IX.

Maritus ſi ſtatuto prohibetur vxori legare, an poſſit ei relinquere facultatē vendendi res ſuas pro ſolutione communium debitorum.

SVMMARIA.

1. *Maritus, non obſtante ſtatuto ne vxori leget, poteſt legare alienationem rerum ſuarum pro communibus debitis.*
2. *Alienatio neceſſaria prohiberi nequit.*

FAcultatem vendendi bona ſua maritus vxori legauit pro ſolutione communium debitorum, conſtante matrimonio contractorum. Illud ſine dubio dici poteſt, ſtatutum

1. * ne vir vxori leget, locum non habere, ſi modo maritus ſeu hæres eius ad dimidium eorumdem debitorum conueniri potuerint. Nam cum idem iſtud dimidium auctoritate iudicis vendi poſſet creditoribus poſtulantibus, *iuxta l. à Diuo Pio. ff. de re iudic.* nulla ratio eſt, quamobrem ex mandato mariti pro debitis iſtis ab vxore vendi prohibeatur, quæ eo caſu non tam eſt legataria ad ſuum commodum, quam executrix teſtamenti ad vtilitatem creditorum, & exonerationem domus mortuariæ atque hæredis, ſicut in ſimili proximo cap. *num.* 1. referebam. Et confirmatur hæc ſententia ex eo, quod neque ſub prohibitione legis, neque ſub

2. † prohibitione hominis de alienatione rerum loquentis alienatio neceſſaria continetur, *Auth. res quæ C. com. de lega. & fideicom. l. 2. C. de pat. qui fil.* Vnde teſtator prohibere non poteſt, quin bona ſua vendantur, vt creditoribus ſatisfiat, *text. eleg. in l. filiusfam. §. Diui. verſ. ſed hoc neque creditorem. & ibi Iaſon in 2. lect. num. 14. ff. de lega. 1. l. alienationes. ff. famil. erciſ. l. Senatus. ff. de legat. 1. in verb. vt non alienaret, ſed vt ſolueret l. vlt. §. & ſi præfatam. C. de iure delib. l. pacto ſucceſſorum. C. de pact. dixi latè ſup. lib.* 3. *cap.* 15. Itaque mens ſtatuentium hîc fuiſſe non præſumitur, vt in huiuſmodi legatum alienationis ſtatuto comprehenderent: quia ſtatutum generale capit lumen atque interpretationem à iure communi. *Doct. ad l. 2, C. de noxal. act. Panorm. ad cap. cum dilectus. de conſuetud. Nicol. Euerard. conſ.* 38. *numer.* 8. Sed ſi ita legatum intelligitur, vt pro ſolutione totius debiti communis bona mariti diſtrahere poſſit vxor, dico legatum non ſubſiſtere, ſed pro vxoris debito contra ſtatutum res legatas eſſe.

CAP. X.

Statutum ne vxori relinquat maritus, an locum habeat, conſentientibus mariti hæredibus.

SVMMARIA.

1. *Conſentientibus hæredibus poteſt quis vxori legare, etſi ſtatutum generaliter legata prohibeat.*
2. *Renunciare ſtatuto poſſumus in noſtrum fauorem inducto.*

LICET ſtatuto ſit prohibitum * coniugibus aliquid inuicem donare inter viuos, 1.
aut in vltima voluntate: tamen aliud eſt, ſi omnes liberi, vel proximiores ſucceſſuri ab inteſtato, quorum fauore ſtatutum eſt inductum, expreſsè conſentiant, *l. vlt. & ibi Bart. Bald. & alij omnes, C. de pac. Imol. Alexand. & Roma. ad l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. Albert. Brun. in tract. ſtatu. excluſ fem. à ſucceſ art. 6. quæſt.* 13. *& hos citans Nicol. Boer. conſ.* 46. *num.* 6. Qui enim ita conſentiunt, iuri ſuo renunciant, & ideò contrauenire non poſſunt, *l. poſt mortem. ff. de adopt.* Nam generale eſt, vt cuique liceat renunciare * ſtatuto in ſuum fa- 2.
uorem prodito, *l. ſi finita. & ibi Bart. & Bald. ff. de damn. infec. l. 2. C. ſi quid in frau. patro. l. penult. C. de pact. latè Alber. in l ſi quis in conſcribendo colum. 2. verſic. Dubitari etiam conuenit. C. de epiſcop. & cler. & in 1. part. ſtatu. quæſt.* 18. *Item quæro an beneficio ſtatutorum.* præſertim cum ita reditur ad ius commune, vt in noſtra hypotheſi. *Bartol. in l. omnes populi. colum. 2. verſic. Iuxta prædicta quæro. ff. de iuſtit. & iure Tiraq. de iure primogen. qu.* 24. *num.* 4. *&* 5. Quemadmodum videmus quod extra familiam alienare prohibitus, poteſt cum conſenſu eorum, qui ſunt de familia, alienare. *Bartol. & alij ad l. qui Romæ §. cohæred. ff. de verb. oblig. ad l. peto Luci. Titi. § fratre. ff de legat. 2. l. filiusfă. §. Diui de legat. 1. & ad l. quoties. C. de fideicom.* Rurſum Caſtr. bellè annotat, *conſ.* 198 *n.* 3. *lib.* 1. ſtatutum ne mulier habens liberos, poſſit

alienare

alienare vltra dimidiam partem bonorum, ſic reſtringi oportere, niſi liberi ad conſentiendum habiles ei conſentiant. Hæc tamen intellige, modo teſtamentum legitimè fiat: quia ſicut conſenſus adhibitus actui inualido non præiudicat, *cap. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per Fred. Roland. à Valle conſil. 2. numer.* 142. ita etiam conſenſus adhibitus teſtamento non ritè facto.

CAP. XI.

Statutum vetans legare vxori, an habeat locum in ſponſa per verba de pręſenti nondum cognita, aut domum traducta.

SVMMARIA.

1. *Sponſalia de præſenti pro nuptiis accipiuntur iure communi.*
2. *Matrimonium ſine traductione ad domum eſſe poteſt.*
3. *Iura loquentia in nuptiis habent locum & in ſponſalibus.*
4. *Statutum de vxore intelligitur etiam de ſponſa.*
5. *Statuta contra liberam teſtandi facultatem ſunt odioſa & ſtrictè accipienda. & num. 7.*
6. *Satutorum verba accipiuntur iuxta communem vſum loquendi, & num. 8.*
7. *Statutum, ne vir vxori leget, habet locum in ſponſa.*
8. *Sponſa per verba de præſenti propriè dicitur vxor.*

IN libr. 1. capit. 5. nonnulla ſuper hac diſputatione me adducere memini: tamen quia & hic locus diutius inſiſtendi occaſionem præbet, & res digna eſt preſſa cognitione, non inuitus facio, vt vberiorem & illuſtriorem explicationem inſtituam. Quoniam verò verba ſtatutorum referenda ſunt ad ius commune, *plenè Doct. ad l. vlt §. in computatione. C. de iure deliber.* imprimis videamus an eo iure ſponſa † per verba de præſenti vxoris appellatione exaudiri poſſit. Et
1. quidem hoc adfirmare liquet ex l. cum fuerit. ff. de condit. & demonſtrat, l. nuptias. de reg. iur. & l. ſponſalia. ff. de ſponſa. vrb. dicitur, quod nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit: itemque ex l. quod pupillæ, ff. quan. dies lega. ced. l. denique. & l. ſeq. ff. de ritu nupt. l. ſancimus. C. de nupt. & cap. 2. iuncto cap. matrimonium, 27. qu. 2. quibus in locis patet vxoris & mariti nomen ſola deſponſatione induci. Sicut enim cingendus de proximo habetur pro cincto, *l. pen. ff. de milit. teſtam.* & ſicut res deſtinata ad locum habetur perinde atque ſi in eo loco eſſet, *l. fundi. & l. granaria ff. de act. empt.* ita quoque vxor quæ poſt ſponſalia de præſenti ad concubitum deſtinata eſt, habetur pro cognita. *Fel. ad cap. 1. de reſcript. & conſil. 39. numer. 2. Hippo. Marſil. conſil. 94. Dec. conſil.* 577. *latè Tiraq. in leg. connub. ſtatim poſt leg. 14. verſicul. Facit præterea. vbi hoc quam plurimis exemplis & teſtimoniis comprobat, vſque ad verſicul. Et hanc partem.* Addit Tiraq. potius inſpiciendum eſſe quod euenire poteſt, quam quod præſens eſt, *l. ſi idem §. vlt m. & ibi Caſtr. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & aliis ſimilib.* ſed ſponſa proximè eſt vxor futura, ergo pro vxore habenda. Nihil * quoque impedit ſine aliqua ad domum traductione eſſe matrimonium, *l.* 2.
hac conditio. verſi. Nondum nubilis in domum veri ducta. & ibi Doct. ff. de condit. & demonſtra. Boer. conſil. 6. num. Quippe matrimonium componitur ex ſubſtantia & forma: ſubſtantia autem capitur pro conſenſu, & forma pro verbis, vel alio ſigno æquipollenti, *Dec. conſil.* 163. *Boer. conſil.* 40. *nume.* 43. ergo etiam ſine traductione rectè coniuges appellantur. Adde quod matrimonium poteſt contrahi propter ſeipſum, quia eſt ſacramentum, nullo intuitu traductionis, aut copulæ carnalis, *Bald. Salic. & Angel. in d. l. ſancimus Pariſ. conſil.* 29. *num.* 2. *& num.* 69. *lib* 2. Quæ cum ita ſint, variis iuris locis idem circa ſponſalia, quod * circa nuptias conſtitutum reperitur. Vt ecce, 3.
cum nuptiæ prohibentur, & ſponſalia quoque ipſo iure nullius ſunt momenti, vtpotè viam ad matrimonium facientia, *l. oratio. ff. de ſponſa.* Et ſicut beneficium per nuptias contractas vacat, ita & per ſponſalia de præſenti. *cap. 1. & ibi Panorm. de cler. coniug. Rota deciſ. 25. in nou. eo tit.* Si quis cum ſecunda vxore nuptias contrahat, & copula ſequatur, eique alia prius per verba de præſenti tantum deſponſata ſit, non traducta aut cognita: ſecunda dimittenda eſt, & prima illi vxor remanet, *cap. ſicut ex literis extr. de ſponſal. Socin. Nep. conſil. 30. num. 7. lib. 2. qui & in ſponſa. de futura hoc recipit.* Donatio item inter virum & vxorem prohibita, etiam in deſponſata per verba de præſenti non valet, *l. Scia. & l. cum his ſtatus. §. penult. ff. de donat. inter vir. & vxor. latè Pet. Duenas. reg.* 221. *Donatio inter virum. amplia.* 1. Diuus Seuerus & Anton. reſcripſerunt adulterium etiam in ſponſam vindicandum, *l. ſi vxor. in princip. ff. ad leg. Iul. de adul. & ſtup.* Contra ait Paul. fieri poſſe vt aliqua virgo & dotem & de dote habeat actionem, *l ideoque. ff. de ritu. nup.* Ita & diſpoſitio. *L. 1. C. vnde vir & vxor,* de ſucceſſione coniugum, etiam in ſponſa per verba de præſenti licet non traducta aut cognita locum habet. *Bald. Alexand. Rimin. Dec. alij ibi.* Lex denique Iulia, quæ dotale prædium alienari vetat, interpretanda eſt, vt de ſponſo idem ſit iuris quod de marito, *l. lex Iulia ff. de fun. dotal. quam l. allegant. & ſequuntur Impp. in l. non ſine. C. de bon.* quæ

4. *quæ liber.* Sed & in * ſtatutis, ut propius accedamus, ſimiliter reſponſum inuenio, vt ſi de vxore loquantur, locum habeant etiam in ſponſa. Sic enim ſtatutum vt debita inter coniuges ſint communia, ad deſponſatam extenditur. *Card.conſil.*40. *Statuto Trigeſci. & Fel.in ca. tertio loco, extr. de præſu. multa in hanc rem congerens.* Eademque ratione crebrius receptum eſt, ſtatutum diſponens quod maritus certam partem dotis vxore prius decedente lucretur, locum habere, etiam ſi matrimonium conſummatum non fuit. *Bald. Nouel. in tractat.de dote, part.6.priuileg.*37. *in fin Caſtr.in d. l.*1.*in l.de diuiſione.num.*16.*& in l.ſi marito.*§.1. *ff. ſolut. matrimon. cum multis aliis à Phanucio de Phanu.in tract.de lucro dot ad verb.Nuptam num.* 57.*& ſeq.recitatis, quibus adde Panorm.in d.cap. tertio loco.* Et hanc ſententiam tanquam communi aſſenſu receptam, verioremque in iudiciis & reſponſis ſequendam eſſe tradit ibid. Phanuc. niſi ſtatutum diſertim de viro copulata, aut potius compreſſa loqueretur. *Bald. ad d.l. non ſine.*

5. Ex altera parte rationes adferamus. Statutum * iſtud, ne vir vxori leget, videtur eſſe non ſolum à iure exorbitans, ſed etiam odioſum, quia tollit liberam facultatem teſtandi. *Inſtit. de lege Fuſ.Cani.in fi.Bal.in l.*1.*col.*11.*verſic. viſo de eſſentia ſtatuti, C. de ſum. Trinit. Ioan Andr.in addit. ad Specul. tit de empt.& vendit.*§. *nunc videndum verſ. ſed pœne ſtatutum eſt in aliquo loco. Iaſon conſil.*194. *Superuacuè. numer.*2. *verſ.* 2. *Socin. in d.l.cum fuerit.* Igitur ſtrictè & in potiori ſignificato accipi debet, *l. quod verò contra.ff.de legibus & Senatus conſul. l. quæritur. ff. de ſtatu homin. l.* 1. *ff. ſi ager vectiga. l.* 2. *C.de noxal. act. cap.ſi quem. de ſentent. excommun. capit cum dilectus. extr. de conſuet. capit. quæ à iure. & cap. odia. de reg. iur. lib.* 6. Matrimonium autem etiam de præſenti ſine concubitu non dicitur matrimonium quo ad proprium & plenum ſignificatum, *cap. ex publico. & ibi gloſſ. iuncto cap. ex parte. de conuerſ. coniug. cap. debitum. de bigam. cap ſi quis.* 27. *quæſt.*2. *cap.vltim.* 28. *quæ.* 1. *fac. l. ea quæ ff. ad municipa. Hoſtien. in ſum. de ſponſ. & matrimon. numer.* 32. *Corn. conſil.* 248. *colum.* 3. *libr.* 2. Chaſſa. *ad conſuetud. Burgund. rub.* 4. §. 6. *numer.* 26. dicens matrimonium ante copulam eſſe habitu, ſed non actu. quo pertinet quod, vt Vlpianus ait *in l.* 1. §. *hinc. ff. de inſtit. & iur.* maris & fœminæ coniugatio matrimonium appellatur: & quod vxor propriè dici non poſſit, niſi quæ traducta eſt: cum ex Seruio, Donato, & aliis ſciamus vxorem mariti poſtes adipe vngere & oblinire ſolere, atque inde nomen ducere, quaſi vxorem. Et hinc Diuæ Virginis matrimonium dicitur non fuiſſe perfectum quo ad ſignificationem, *vt dixi capit.*5.*numer.* 6. *libr.*1. *huius operis* Præterea verba ſtatutorum *

6. accipienda ſunt iuxta communem vſum loquendi, *l. cum de lanionis.*§. *aſinam. ff. de fun. inſtruct. l. ſciendum. ff. de ædilit. edict. l. liberorum.*§. *quod tamen Caßius & ibi gloſſ. ff. de legat.* 3. *capit. quanquam* 2. *quæſtio.* 7. *in cap. cum initiat.* §.*iuxta hæc.* 27. *quæſt.* 2. *Mattheſil. in nota.* 96. *in fin. Bartol in l.* 1. *in princip. ff. de ſuis & legit. in l. Labeo, column.* 2. *de ſuppellect. legat. in l non dubium. columna.* 3. *C. de legibus. & in l. frugem. ff. de verb. ſignific. Abb. in cap.* 2. *eod. tit. & in cap. ſanè.de for.compet. in fin. Cardin. min. Clemen. ne in agro.*§. *præfatæ.quæſt.*5. *de ſtat. monach. Felin. in proœm decret. in princ. colum.* 3. *Fulgoſ. conſ.* 119. *Proponitur quod Fredericus, colum.vlt. Cuma. conſil.* 146 *Simon Helias. colum.*4.*Alexand. conſil.* 140. *libr.* 5. *Socin. conſil.*235. *colum.*2. *colum.* 2. *& conſ.* 102. *colum.* 3.*lib.* 3. *Socin. Nep. conſ.* 10.*num.* 9. *lib.* 2. At ex vſu vulgaris ſermonis vxor & maritus non aliter intelliguntur quam conſummato matrimonio: anteà ſponſus & ſponſa appellantur, *vt oſtendit Dec. conſ.* 540. *Quæritur in effectu, n.* 7. *verſ. Et ad hoc facit.* Accedit huc quod in rebus odioſis, quale eſt iſtud ſtatutum, cingendus non habetur pro cincto. *Doct. ad d. l. quæ contra ff. de legib.* Atque his quidem argumentis *ad cap.* 1. *verſic. Quæro de conſtit.* ait Anchar. ſtatutum à ſucceſſione parentum filiam nuptam excludens, in ea quæ per verba de præſenti tantum ducta eſt nec cognita locum non habere: *vt id ſequitur Panor, conſ.*1. *conſ.* 7. *Quatuor ſunt in fin. & conſ.* 79.*lib.* 1. *ac in d. cap. tertio loco.* Rurſum idem Anchar. *conſ.* 19. pœnam filiæ aduerſus voluntatem parentum nubenti impoſitam, tradit non procedere in ea quæ nupſit, necdum verò nuptias conſummauit. Sed & Dec. *c.d.conſil.* 540.in hac ipſa ſpecie reſpondit, ſtatutum ne vir vxori leget, non porrigi ad eam, quæ non fuit cognita, vel ad domum mariti traducta.

Ego ſanè ad noſtram quæſtionem quod attinet, exiſtimarem † priori ſententiæ 7.
potius acquieſcendum eſſe, & ſtatutum noſtrum in ea, quæ per verba de preſenti deſponſata eſt, etiam ante concubitum ſeu traductionem vim ſuam obtinere. Quid enim ſi maritus necdum ad conſummationem matrimonij ſit ſatis firmus, vel ipſo die nuptiarum in morbum incidat, mulier verò multis obſequiis & blanditiis amore ſuo ardentem, nouum maritum, ad legandum excitet, atque inflammet? Certè noui mariti, præcipuè ſenes & valetudinarij quid quantumque vxoribus indulgeant, Ioan. de Neuiza. *in ſyl. nuptia.* teſtis eſt perquam locuples. Quid item ſi maritus valido quidem ſanoque ſit corpore, ſed vel ad repentinum hoſtis incurſum, vel ad aliam aliquam ſubditariam occaſionem, vxore nondum cognita aut traducta in longinquas religiones mittatur? Huiuſmodi caſus in aulis Principum inter proceres viros etiam ipſo die nuptiarum ali-

 quando

quando ſeſe obtulerunt. Et cum in his & ſimilibus noui mariti ob imminentia pericula plerumque, ſiue ante abitionem, ſiue in ipſo itinere, ſiue ante prælij aleam teſtentur de bonis ſuis in loco ſtatuti: haud dubiè nouis nuptis vt plurimum pellacibus & ſpe futuræ conſuetudinis accedentibus vix quidquam eſt, quod negare auſint, aut velint. Nunc ob id genus blanditias & delinimenta palam eſt ſtatuentes legata prohibuiſſe, ſimul & familiis maritorum proſpexiſſe, ne bona ad mulieres transferrentur: quæ rationes tam in non cognita, quam in cognita locum habent. Facile tamen admiſerim legatum ei, quæ contracto matrimonio, ante copulam religioni ſe tradit, ſtatuto non comprehendi: quia & dictæ rationes ceſſare videntur, & tale legatum veriſimiliter exigui momenti eſt, adeoque perrarum; dum noui mariti ad ſui contemptum religionem iſtam referunt. Quod autem ex aduerſo proponitur, verba ſtatuti noſtri ſtrictè & in potiori ſignificato accipienda eſſe patet non admodum huc
8. pertinere. Etenim † in ambiguis eo modo verba ſtatutorum accipiuntur. *Doct. ad d.l.quod vero contra Rom.conſ.*484. *in princip. conſ.* 489. *& plenè in l.ſi vero §.de viro .ff ſolut. matrim.* At cum ſtatutum vetat ne maritus leget vxori, nulla eſt in his verbis ambiguitas, obſcuritas nulla, dubium nullum. Maritus enim & vxor propriè exaudiuntur, qui per verba de præſenti, & accedente benedictione in facie Eccleſiæ contraxerunt, quantumuis concubitu non ſubſecuto: cumque promiſſio nuptiarum futurarum iam impleta ſit, non rectè deinceps dicuntur ſponſus & ſponſa. *Bald.ad l.ſolet .§. quæ virum. ff.de his qui not. infa. Caſtr. ad l. ſi ante. ff. ſolut. matrimon. Panorm. & Præpoſ. ad rubr. de ſponſal. & Felin. conſil.* 24. *faciunt quæ ſup. congeſſimus hoc cap. multaque alia in eius rei confirmationem adferri poſſent ex Roland. à Valle in tract.de lucro dot. quæſt.* 106. *à numer.* 4. *vſque ad num.* 18. Alioqui neque inter Diuam virginem & Ioſeph fuiſſet matrimonium, ſed malè dixiſſet Angelus Domini, Ioſeph fili Dauid noli dubitare accipere Mariam coniugem tuam: neque inter Adamum & Euam ante congreſſum carnalem, quod falſum eſt. *Doct. ad cap. ſicut §. his autem.* 22. *qu.* 2. Nihil etiam me commouet quod verba ſtatutorum ex communi vſu loquendi interpretationem ſuſcipiunt. Nam, vt rectè Phanuc. *d.loco, num.* 62. ait, vſus iſte loquendi varius & incertus eſt, cum vulgus ſubinde ſponſam de futuro vxorem, ſubinde etiam ductam & coniugem toto anno ſequenti ſponſam nominet, tametſi reuera & omni reſpectu vxor ſit, *Corn.conſ.*116.*li.*3.*Alex.conſ.* 135. *num.*7. *lib.* 4. Quin dici poterit, verba ſtatutorum non ſemper ita crudè accipienda eſſe ſicut idiotæ, & rudis populus accipiunt, ſed ſicut iuriſperiti iis vti ſolent, præcipuè quando æquitas ſubeſt, & idiotæ non ſatis ſolida ratione nituntur. *Bituricen. tit. ad. iuriſdict.* §. 26. *in fin.*

CAP. XII.

Statutum ne coniunx coniugi leget, an contineat legatum coniugis poſt factam tori ſeparationem.

SVMMARIA.

1. *Separatione tori facta manent coniuges qui prius erant.*
2. *Statutum ne coniunx coniugi leget, non habet locum in ſeparatis.*
3. *Separata à viro mulier liberè ſuo ſua bona alienat.*
4. *Indignis relinqui poteſt.*

MODESTAE, bonęque indolis mulier ideò tori ſeparationem petiit, quod ſæuitiam mariti non ferret eundem egentem miſerata, & vſque ad ſupremum ſpiritum pietatem ſuam demonſtrans legato honorauit, quo vitam ſine pudore ſuſtinere poſſet. De huiuſmodi legato nobis hic ſermo inſtituitur. Separatione autem * facta coniuges manere 1.
eos, qui prius erant, nihil dubium: nam & donec certum eſt alterum eorum viuere, alteri ad aliud matrimonium migrare non licet, *l. vxoris ff.de diuort.* & priuilegium mariti tenet, ne in plus quam facere poſſit conueniatur *l. nec maritus. C. ſolut. matrimon.* Igitur videntur & hi, inter quos ſeparatio interceſſit, ſtatuto de coniugibus loquente comprehendi. Alioquin aperta erit feneſtra fraudibus, vt qui conſtante matrimonio ſibi inuicem legare non poſſunt, ſepararatione facta legent, & fructum ſuæ caliditatis obtineant, *l ſi filia emancipata ff. de diuort. & repud. l. dubium non eſt, C. de repud.* Quòd ſi non ſponte vtriuſque, ſed alterius culpa fiat ſeparatio, vt in hac ſpecie, indignum certè erit eius conditionem meliorem fieri, quam ſi ſeparatio non interueniſſet.

Tamen verior eſt contraria opinio. * Pri- 2.
mum quia ſeparatione matrimonij facta dos, cæteraq; bona vxoris ad eam redeunt, ſi non eius culpa ſeparatio extiterit, *cap.*1. *& c. vlt. de donat. inter vir. & vxor.* & per conſequens cum omni ſua cauſa redeunt, penituſque libera. Etenim ſicut perſona vxoris per ſeparationem poteſtate atque adminiſtratione mariti ſoluitur, vinculo tantum matrimonij permanente: * ita quoque & eadem illius bona, 3.
arg. à contra. ſen. cap. per tuas. eod. tit. adeò vt liberè ea obligare, alienare, diuendere poſſit, niſi ſtatuto impediatur, id quod nuper in hoc Magno Senatu decretum fuit

fuit. Deinde, *vt dixi c.* 1. *huius lib. & cap. proximo ſuperior.* ratio ſtatuti eſt, ne nimiis blanditiis, vel clancularijs minis potius quam ſua ſponte coniunx ad legandum adducatur, & bona ſua extra familiam transferendum: quæ ratio in his quorum conſuetudo ſeparatione tori & habitationis abrupta eſt, euidenter ceſſat, & proinde ſtatutum quoque ceſſare debet, *c. cum ceſſante ext. de appel.* Licet igitur ſtatutum de coniugibus loquatur, & hic coniuges eſſe non deſinant: ratio tamen ſtatuti verbis ipſis præualere debet, cum ea ſit mens & anima ſtatuti ſicut & legis, non autem cortex nudus, & ſuperficies verborum, *l. 3. ff. de adimen. lega. gl. ad l. non dubium. C. de legib. & Iaſon ad Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Tum item vt in honorem tranſacti matrimonij hoc priuilegium marito remanet, ne in quid amplius, quam facere poteſt, condemnetur, *l. ſunt qui ff. de re iudic. l. maritus. ff. ſolut. matrimon.* ſic nihil impedire debet vxorem, ſi ſeparatione facta, omnibus iniuriis obliuioni datis aliquid ei legare
4. velit. Licet * enim ipſe indignus ſit à tali vxore legatum expectare, qui ſperandi occaſionem præbuit, ipſa tamen muliebris animi impotentiam ſuperans non indigna eſt ei relinquere. Nam & impius filius indignus eſt, qui ex teſtamento patris quidquam habeat, *vt in Authen. de appellat. cognoſ.* ſi tamen pater ei relinquere velit, vtique relictum ſubſiſtet. Cui adfine eſt quod olim ille omni re Magnus Alexander, cum talenta 50. Perillo daret, Perilluſque dixiſſet 10. tantum ſe mereri: tibi quidem, inquit, ſatis eſt decem accipere, mihi tamen non eſt ſatis decem dare. Denique cum ſeparatio thori cauſæ cognitionem deſideret, eaque in re iudicis interponatur officium, facilè fraudis & colluſionis ſuſpicio ceſſat, niſi aliunde probetur, *l. ei qui. ff. de prob. l. dolum.*
5. *C. de dolo ma.* At ſi religionis ergo bona gratia ſeparati ſint coniuges, magis eſt vt ſtatutum iſtud locum habeat, quia dilectio mutua per hoc non imminuitur, neque publica & honeſta inter eos familiaritas illicita eſt, adeoque occaſio dictarum blanditiarum manet. In ſimili ita videmus, cum quæritur an ſeparatione facta maritus lucrum dotis ſtatutarium petere poſſit, diſtingui, bonane vtriuſque coniugis gratia ſeparatio facta ſit, an verò altero inuito, & ob alterius culpam. *Socin. Caſtr. Alex. Iaſ. & Dec. ad l. 1. C. vnde vir & vxor. & refert Phanuc. de lucro dot. ad verb. Matrimonio, num. 26. & 30.*

CAP. XIII.

Statutum ne quis decumbens lecto teſtetur, an comprehendat vxorem puerperam.

SVMMARIA.

1. *Falſitas circa teſtamenta notatur.*
2. *Statutum, ne quis decumbens lecto teſtetur, non pertinet ad vxorem puerperam.*

NVper in Senatu noſtro ſtatutum vetus allegatum eſt, ne cui per infirmitatem decumbenti teſtamentum facere liceat. Excepit pars aduerſa ſtatutum non valere, aut ſaltem in vxore puerpera locum habere non poſſe. Sed actoribus quidem ſtatuti ratio patrocinatur, ne qui lecto adfixi ſunt, importunitati ſeu dolo hæredipetarum facilè ſuccumbant, quomodo videmus teſtamentum ex eo ſolo corruere, quod teſtes adhibiti extra conſpectum manſerint teſtatoris, *l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam.* quia licet neque paries medius, neque cortinæ ſeu peripetaſmata interpoſita vitient contractum, modo vox contrahentium teſtibus probè nota ſit: in teſtamentis tamen maior † falſitas committi poteſt, 1.
vt ſi qui in demortuorum locum ſe ſubmittant, eorum vocem ſimulent, & ita eos teſtari mentiantur: quo de crimine nonnullos aliquando arreſtatos & vinctos fuiſſe in memoria habeo. Sicque Vlpia. *l. 1. §. 1. ſi omnes. verſic. In quo. ff. de ventre inſpic.* ſi mulier mortuo marito prægnantem ſe eſſe dicat, in quo conclaui paritura erit, ibi ne plures aditu ſint, quam vnus, reſcripto Diuorum fratrum caueri ait: ante oſtium eius conclauis liberos tres, & tres liberas cum binis comitibus cuſtodire, introeuntes excutere, tria lumina nec minus ibi eſſe: aliaque multa eò pertinentia, vt fraudibus viduæ occurratur, quæ ad excludendum proximiores mariti hæredes ſe prægnantem fingeret, & alienum partum recenter editum ſubijceret. Neque quia hoc ſtatutum videtur eſſe durius, ideò ſeruari non debet, *l. proſpexit. ff. qui & à quib. manumit.* Nam & alijs locis conſuetudo eſt, non poſſe quemquam niſi ſub dio teſtari: alijs tempore condendi teſtamenti oſtium domus & cubiculi apertum eſſe debere, vt ſcilicet de maiore libertate teſtantium hoc modo appareat: tum quoque potuit & debuit mulier, quando vterum ſe geſtare ſciebat, huiuſmodi caſum prouidere, & ante partum teſtari.

Magis eſt, ſi quo modo ſtatutum valere poſſit, non tamen impediri vxorem puerperam teſtamentum facere. Sicut enim ea præ-

ſumitur eſſe mens Principis, quæ eſt legis & rationis naturalis, *Cyn. & alij ad l. reſcripta. C. de precib. Imp. offer.* ita ſtatuentium cogitatio hic veriſimiliter fuit, vt * nollent puerpe-
2. ram lecto decumbentem comprehendere: quod & ratio honeſtatis, & periculum ex feſtinata monitione mulieri imminens ſuadent. Et cum tot priuilegia iuraque ſingularia pro mulieribus inuenta ſint propter diſcrimen partus, *l. aſsiduis. verſic. Quis enim earum non miſereatur. C. qui potior. in pign.* vides quam inhumanum foret ita eas conſtringere, vt in ipſo puerperio teſtari non poſſint. Itaque ergo Senatus noſter hoc ſtatutum accipiendum eſſe cenſuit, in cauſa quadam appellationis à ſententia Senatus Namurcen. qui eodem modo interpretatus fuerat. Neque offendit, quod ad fraudes tollendas ſtatutum pertinet. Nam ſi teſtes & Notarius in conſpectu puerperæ teſtantis ſuo officio fungi debent, *d. l. ſi non ſpeciali.* facile profecto ijs erit, illa ipſa ſit puerpera, an alia in eius locum ſubdita internoſcere. Sed & præſentia obſtetricis, aliarumque muliercularum ſtudioſè puerperam obſeruantium & curantium falſitatis præſumptionem non æquè admittit. Vt interim pleraque verecundiæ cauſa ſubticeam, ob quæ non ita facilè in puerperæ demortuæ locum alia aliqua ſupponi poſſit. Poſtremò cum ratione non eſt, ſi dicatur, mulierem ante patrum teſtari debuiſſe. Quippe ſæpenumero nec opinans parit mulier: ſæpeque cauſam teſtandi ante puerperium eandem non habuit, vel quòd facultatibus tunc ſubitò aucta ſit, vel quod maritus atque legatarij aut inſtituti iſto tempore melius quàm ante de ea merentur: & ſi quæ ſunt præterea iſtius monetæ.

CAP. XIV.

Statutum vetans minorem 25. annis teſtari an contineat nuptam minorem.

SVMMARIA.

1. *Statutorum verba ad ius commune reducenda.*
2. *Vxor minor continetur ſtatuto ne minori 25. annis teſtari liceat.*

1. CIRCA hanc quæſtionem primò occurrit trita illa regula, quod verba † ſtatutorum ita accipienda ſunt, vt quàm minimè abrogent iuri communi, ſed potiùs vt illuc reducantur, *gloſſ. in cap. ſtatutum. ad verb. Dinumerandum de elect. lib. 6. Doct. ad l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff. de pac. Alex. ad l. vlt. §. in computatione. C. de iure delib.* ideoque caſus omiſſus in ſtatuto venit decidendus ſecundum ius commune, *l. ſi extraneus. ff. de condict. ob cau. l. ſi cùm dotem. ſolut. matrimon. cum. ſimul.* Deinde ſtatutum tollens liberam facultatem teſtandi minùs fauoris habet, & ita ſtrictè eſt intelligendum, etiam ſi eadem vel maior ratio ſubeſſet. *Iaſon ad Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. amplè probaui. cap. 11. huius lib. 4.*

Non dubitabis tamen adſentiri Pau. Pariſio *conſ 16. Videtur prima facie num. 20. lib. 3.* vbi ait etiam viro iunctam hoc ſtatuto contineri, propterea quod ſtatutum hoc & alia ſimilia principaliter in fauorem conſeruandæ familiæ prodita eſſe cenſeantur;. quamuis aliquo etiam modo odium vxorum reſpiciant: & ita vere non odioſa ſunt, ſed fauorabilia. *docui cap. 1. num. 5. & cap. 5 num. 6. huius lib.* Quod ſi, vt idem inquit, dicamus ſtatuentes non ſolum habuiſſe rationem familiæ, ſed etiam ne inconſulta ætas fraudibus aliorum capiatur, multò magis ſtatutum procedet in noſtro caſu: cum adulta vxor facilius poſſit à marito perduci, decipi, fraudari, quàm alia innupta à conſanguineis & amicis. In correctorijs autem à maiore ratione expreſſa ſeu coniectanea rectè fit extenſio, *gloſſ. in l. cum prætor ff. de iud. Bald. ad l. quod verò. §. ſed pone ff. de legib. Alex. conſil. 31. lib. 6. Dec. conſil. 333.*

Sed excipe, * ſi iuxta aliud ſtatutum eiuſdem loci vxor habeatur pro maiore 25. annis. Etſi enim iure communi vir & vxor maneant minores vſque ad annum 25. ætatis, *de quo copioſè Tiraq. in legibus connub. gloſſ. 6. quæſt. 5. in fin. lib. & de retract. §. 19. gloſſ. 1. numero 10.* tamen vnum ſtatutum debet declarari per aliud, ne eorum inter ſe pugna aut correctio inducatur. *Bart. ad l. omnes populi. 3. qu. princ. ff. de iuſti. & iur. Socin. conſ. 51. & 147. lib. 1.* 2.

CAP. XV.

An ſtatutum ne vxor habens doerium conuentionale, poſſit quidquam prætereà petere ex bonis mariti, impediat quò minus maritus ei leget.

SVMMARIA.

1. *Statutum ne vxor præter doërium conuentum quidquam ex bonis mariti habeat, non eam impedit ex mariti teſtamento capere.*
2. *Statutum in alicuius fauorem inductum, in eiuſdem odium verti non debet.*

STATVTVM iſtud nuper propoſitum fuiſſe in celebri lite recordamur, aduerſus viduam

viduam quandam illuſtrem, ex teſtamento mariti ſui legatum petentem. Quoniam enim generaliter vxorem à quocunque alio lucro in bonis mariti remouet, generaliter videtur eſſe accipiendum, vt omnes illos modos indiſcriminatim complectatur; per quos vlterioris emolumenti petitio induci poſſet, *l.* 1. §. *generaliter. ff. vt lega. no. caue. l. vlt. C. de dot. promiſ.* Hocque illud eſt quod Bartol. Imo. & alij dicunt, *ad l.* 4. §. *prætor. ff. de damn. infec.* verba ſtatutorum generaliter interpretari debere, prout iacent, *de quo ſuprà cap.* 2. *num.* 4.

1. Verùm * huius ſtatuti verba ſic accipio, non vt legantis mariti beneficia excludant, ſed vt ſignificent vxorem ex bonis eius vltra doerium conuentum iure municipali nihil petere poſſe, ſi quidem inteſtatus deceſſerit, aut aliter de rebus ſuis non diſpoſuerit. Iuri enim ſuo pro ſe hæredibusque ſuis potuit renunciare, *l. pen. C. de pact. & demonſtraui cap.* 10. *num.* 2. vt ſic prouiſio hominis ſibi proſpicere volentis elidat prouiſionem legis ſeu ſtatuti, *d. l. vlt.* Alioqui & ſtatutum iſtud cum expreſſe non corrigat ius commune, quo permittitur viro circa fraudem legitimæ liberis debitæ, quantumuis
2. vxori relinquere, videretur * extra rationem ſuam ferri, & quod in fauorem mariti introductum eſt, in eiuſdem odium conuerti, *l. quod fauore. C. de legib.* Nam vt fauorabile eſt marito non nimium exhauſtam hæreditatem ad ſuos tranſmittere: ita graue & odioſum eſt, vxori optimè meritæ, & à qua par maiuſve legatum eodem teſtamento exſpectare poterat, relinquere prohiberi. Hæc extra dubium ponit, quod in gemina ſpecie filia, quæ dote contenta renunciauit ſucceſſioni parentum, non poteſt quidem ex bonis eorum aliquid petere, teſtamento tamen relicta accipit. *Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Bald. in l. pactum dotale quæſt.* 6. *C de collat. & conſ.* 37. *lib.* 2. *Roma. in d l. ſtipulatio hoc modo. Matth. de Afflict. in cap. ſi quis inueſtierit, num.* 24. *de feud dato in vic. leg. commiſſo. & Nicol. Euerard conſ.* 112. *Reuerende pater, quorum opinio his quæ iuniores tradiderunt in d. l. pactum dotale, & d. l ſtipulatio hoc modo probatur eſſe communis.* Non enim aliud quidquam ea renunciatio in ſe continet, quam remiſſionem eius iuris quod in bonis parentum filia habitura fuerat, *vt ait Didac. ad cap. quamuis, in init.* 3. *part. num.* 8. *&* 9. *de pact. in* 6. *Cætera ad huius rei intellectum ſpectantia habes lib.* 1. *cap.* 32. Nec tamen interim ſilentio prætereundum eſt quod idem Nicol. Euerard. *conſ.* 133. *viſis & benè ponderatis.* appoſitè decidit nullo iure prohiberi vxorem, quo minus & dotem ſuam, & dimidium bonorum conſtante matrimonio acquiſitorum, & legatum ſibi à marito relictum conſequatur.

CAPVT XVI.

Argumentum à contrario ſenſu an procedat in ſtatuto quòd coniunx coniugi certam ſummam legare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Argumentum à contrario ſenſu habet locum in ſtatutis etiam circa caſum à iure exorbitantem.*
2. *Argumentum à contrario ſenſu venit ex mente ſtatuti.*
3. *Statutum ſpeciale abrogat generali.*

ADMODVM miror Nicol. Euerard. *conſ.* 192. *Caſus talis eſt, num.* 3. vbi ex facto reſpondet ſtatutum quo permittitur coniugibus marcam argenti inuicem legare, ſic accipiendum eſſe, vt non impediat, quo minus plus aliquid legare poſſint: quia, inquit, argumentum à contrario ſenſu non habet locum in ſtatutis. Sed audi eum alibi ſe explicantem *in loco leg. à contra. ſen.* quod in ſtatuto diſponente circa caſum aliquem determinatum à iure communi non procedit argumentum à contrario ſenſu, *l.* 2. *C. de cond. infer. cap. cùm virum. de regular. cap. à nobis* 2. *de ſent. excom. gloſſ. in Auth. quas actiones. de ſacroſ. Eccleſ. in cap.* 1. *de ætat. & qualit. lib.* 6. *in c. ſignificaſti. de foro compet. & in Cle.* 1. *de ſentent. excom. Iaſ. But. & Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Doct. plenè in l. qui teſtamento domini.* §. *mulier. ff. de teſtam. Ioan. Andr. in mag. addit. ad Spec. in tit. de act. ſeu pet.* §. *vltim. Roma. conſ.* 11. *& conſil.* 392. Quæ ratio non ſatis valida firmaque eſt, vt ipſe Euerard. poſtea fatetur. Verius enim dicitur * argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis locum habere, 1.
etiam vt ius commune corrigant. Cyn. *in l. conuenticula, C. de epiſcop. & cler.* vbi ſtatutum Florentinum, quòd filia ſuccedat, ſi non extet maſculus, ſic interpretatur, vt maſculo extante filia non ſuccedat: *idq; illic ſequitur Bald. ad l. maximum vitium. col. pen. verſ. Vlterius quæritur. C. de libr. præt. Caſtr. conſ.* 175. *Caſus præſens, n.* 3. *&* 5. *part.* 1. *Panorm. ad cap. apoſtolica, num.* 8. *ext. de his quæ fiunt à præla. Ioan. de Ana. conſil.* 24. *num.* 6. *Pariſ. conſ.* 56. *n.* 32. *lib.* 1. quia argumentum iſtud vt habet locum in legibus, & ita & in ſtatutis, quæ ſunt pars iuris ciuilis. *Anchar. conſil.* 213. Roman. *conſil.* 399. *Vt præſens conſultatio. in princip.* qui & à comparatione reſcriptorum, conuentionum, teſtamentorum, & ſententiarum, in quibus dictum argumentum ſumitur, latè id confirmat. At ſicut hoc † argumentum venit ex tacita mente legis, *Anchar. de loco.* 2.

Barbat.

Barbat. ad cap. nullius. de for. competen. Alciat. ad cap. quod ſedem, num. 4. & ſeq. de offic. ordina. itidem & ex tacita mente ſtatuti. proinde id quod tacite agitur, quo ad effectum debet haberi pro expreſſo, *l. cum quid ff. ſi cert. pet. cap. parte de ſponſal.* Hæc autem tum maximè obtinent, quando ſtatutum alioqui nihil operaretur, eiuſque verba eſſent inutilia & ocioſa, vt hic, *Bart. & Imol ad l. 4. §. prætor ff. de dam. infec. tenent omnes in l. 11. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. Felin. in cap. omnes. col. 4. verſ. ſed fortè in iſto caſu & in c. cum acceſſiſſent, col. 4. verſic. Hanc declarationem ext. de conſtit. Iaſon in l. properandum §. ſin autem alterutra. C. de iudic. Socin. conſil. 81. Si in cauſa col. 3. verſ. Et licet hoc argumentum. lib. 4. Corſet. ſing. 5. Chaſſa. conſ. 13. num. 7. cum alijs concor.* Quid enim opus erat noſtro ſtatuto, ſi nihilominus coniunx coniugi quantumlibet relinquere poſſit? Etenim quòd marcam argenti legare poteſt etiam ceſſante hoc ſtatuto eſt indubitatum. Addam vulgatum iuris axioma, quod incluſio vnius eſt aliorum omnium excluſio. *l. cum præter. ff. de iudic. l. maritus. C. de procurat. c. nonne de præſumpt.* Excipio tamẽ ſi præcederet aliud generale ſtatutum, vetans coniugem coniugi aliquid relinquere, deinde verò ſequeretur hoc ſpeciale quod poſſit legare vnam marcam argenti. Tunc * enim ſpeciale hoc
3. ſtatutum generali abrogaret, & ad illius reſtrictionem conditum cenſeretur, *c. generi. & ibi latè commentatus ſum. de reg. iur. in 6. Pariſ. d. num. 5. & alij.*

CAPVT XVII.

Si vxor ex ſtatuto prohibeatur legare niſi ad piam cauſam, an marito legare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Vxor marito pauperi legare poteſt, etſi ſtatuto prohibeatur legare niſi pro anima.*
2. *Hæres defuncti conſcientiam exonerare tenetur.*

SI ſtatuto cauetur ne vxor legare poſſit, niſi pro anima, aut ad piam cauſam, cuiuſmodi ſtatutum valere Calder. *conſ. 20. tit. de conſtit.* & Dec. *conſ. 361. num. 1.* adſeruerunt, an marito vtiliter legaſſe cenſebitur, quoties ad piam cauſam, ſeu pro exoneratione conſcientiæ ſuæ ſe illi legare ſcripſit? Dubitationem mouet quod ſi hæc via relinquendi admittatur, nihil facilius erit quam ſtatuti vim ſub vmbra iſtiuſmodi piæ cauſæ elidere, *contra l. fraus. ff. de legib. cap. pen. de reg. iur. in 6.*
1. Attamen † dicendum arbitror, ſi maritus pauper ſit & inops, vxor verò opulenta, legatum ſubſiſtere. Nam hæres, ſi hæres eſſe velit, & voluntatem defunctæ impugnare, fraudem & dolum eius allegare, mendacium emiſſæ confeſſionis obijcere non debet, *l. cum à matre. C. de rei vendicat.* ſed in dubio conſcientiam illius liberare, voluntatemque exequi tenetur, *cap. vlt. de ſepult. cap. in litteris. de rapt. Alex. conſil. 4. lib. 2. & conſ. 99. lib. 4.* alioqui iniuriam ei facere dicitur, & omni ſucceſſione excidit, *vt latè conſ. 91. lib. 2. declarat Pariſ.* Deinde licet Accurſi. *ad l. illud in verb. Aliam cauſ. m C. de ſacroſanct. Eccleſ.* dicat donatum ad piam cauſam, etiamſi in donatione expreſſum ſit quod ad piam cauſam detur, ea tamen ſententia locum non habet, quando de donatarij indigentia conſtat. Itaque in ſimili eleganter *conſ. 125. Viſo themate præmiſſo. lib. 4.* tradit Alex. quòd ſi ſtatutum prohibeat minorem viginti quinque annis legare, niſi pro anima, iſque dicat ſe legare matri ſuæ pro anima; vel ex pietate, debetur matri legatum, paupertate eiuſdem probata. *Bald. ad l. C. colum. 2. verſic. Secundo quæro. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ioan. Andr. in addit. Ad iſtum. ad Specul. de inſtrum. edit. §. nunc. verò aliqua.* Sin autem maritus ſit diues, nulla ratione cenſeo legatum valere, vtpote in fraudem ſtatuti relictum. Et item ſi dixerit vxor ſe illi pro exoneratione conſcientiæ ſuæ legare, fieri quidem poteſt id verum eſſe, quia fortè dolo malo aliqua ei ſurripuit, vel rebus eius damnum ſecreto intulit: tamen cum hic prætextus ad circumueniendum ſtatutum eſtet accommodatiſſimus, non aliter legatum maritus conſequetur, quàm ſi probabilibus indicijs eius rei fidem apud iudices fecerit. Non enim hæres prohibetur venire contra factum à lege vel ſtatuto improbatum, aut quod tendit ad ſe fraudandum beneficio legis ſeu ſtatuti, *l. 2. & ibi Bar. Bald. & Caſtr. C. ſi in fraud. patro. vbertim Tiraq. de retract. §. 1. gloſſ. 9 num 57. verſ. Quid verò ſi quis dicat. Sed enim lib. 1. cap. 21. & 22. permulta quæ huc transferri poterunt, diſcuſſi.*

CAP. XVIII.

Statum ne quas res coniunx coniugi leget, an intelligatur de proprietate tantum, an etiam de vſufructu.

SVMMARIA.

1. *Alienare prohibitus, vſumfructum conſtituere non poteſt.*
2. *Statutum ne quas res coniunx coniugi leget, pertinet etiam ad vſumfructum.*
2. *Statuta exorbitantia non ſemper ſtrictè accipienda.*

Super

SVper hoc dubio magnis ingenijs nuper decertatum fuit vtrinque acerrimè. Nam quòd de ſolo proprietatis legato intelligeretur ſtatutum, ad vſumfructum verò excludendum non pertineret, erant qui adſererent: & auctores habebant Catellia. Cottam *in memor. Emphyteuta non poteſt alienare.* Tiraquel. *de retract.*§.1 *gl.7.num.* 38. & Molin. *ad conſ. Alex.* 52. *lib.* 1. decidentes ius omne quod ſimul cum perſona finem accipit, qualis eſt vſusfructus, *l. defuncta. ff. de vſufruct.* §. *vlt. Inſtit. eod. tit.* huiuſmodi ſtatuto non contineri. Quemadmodum ſi in certam perſonam res alienari non poſſit, eidem tamen rectè vſusfructus datur, atque conſtituitur, vtputà emphyteutæ & vaſallo. *Bald. ad l.* 1. *ff. quib. mod. vſusfruct. amit.* At huius ſententiæ non improbabilis eſt ratio quod dictum ſtatutum veluti exorbitans & odioſum reſtringi debet, *vt latè ibi explicui cap.* 11. *n.* 5. Deinde ceſſante cauſa ſtatutum quoque ceſſare intelligitur. *Pariſ. conſ.* 98. *Circa præſentem. lib.* 1. *& Tiraq. in lib. ceſſan. cau. par.* 1. *num.* 135. Atqui iam ſæpè dictum ſtatuti huius cauſam non aliam eſſe, quàm ne bona extra familiam alienentur ſed ad agnotos tranſeant: quod fit etiam ſi ad quoddam tempus penes vxorem ſuperſtitem vſusfructus conſiſtat. Idem videmus in monaſterijs & perſonis religioſis, vt cùm propietatis incapaces ſint, vſumfructum tamen habere poſſint, qui finito tempore ad laicos ſui natura reuertitur, & cum proprietate conſolidatur.

1. Pars contra proponebant eum, qui rem aliquam alienare non poteſt, ne * quidem fructus eius nondum perceptos alienare, multò minùs vſumfructum conſtituere poſſe. *text. clarus l. vlt. C. de reb. alien. non alien. in. c. non liceat.* 12. *q.* 2. *Bartol. ad l. codicillis.* §. *inſtituto. ff. de legat.* 2. *Fulgo conſil.* 93. *Alex. conſ.* 18. *lib.* 5. id quod etiam de bonis minorum ſeu Eccleſiarum per vſumfructum ſine decreto non alienandis liquet, *l.* 3. §. *nec vſusfructus. ff. de reb. eor. Imol. ad Clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Eſt enim vſusfructus pars fundi, *l.* 4. *ff de vſufruct. Pariſ. conſ.* 82. *n.* 8. *lib.* 3. cenſeturque vſufructuarius quaſi dominus ipſius rei, *l. ſi vſusfructus ibi, quaſi domino ff. de aqua pluu. arcen. l. in venditione. ff. de bon. auct. iud. poſſiden. & facit l. qui vſumfruct. ff. de verb. oblig.*

2. His ego calculum meum audacter adijcio, non quidem * propterea quod vſusfructus reſpicit aliquo modo proprietatem, cùm multis ll. pateat vſufructuarium domini appellatione non venire. *l.* 1. §. *qui ſeruum. ff. ad S.C. Syllan. l. falſus creditor. in fin. ff. de furt. & alijs concor. à Molin. ad conſuet. Pariſien. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 4. *&* 5. quod ſtatutum cauens ne qua res legari poſſit, videtur etiam vſumfructum continere: quia rei appellatio generalis eſt, *l. rei appellatio. l. nominis & rei. ff. de verb. ſignific.* & veriſimiliter ſtatuentes ſub rei vocabulo omnia complecti voluerunt. Enimuero ad ſpeciem noſtræ quæſtionis Socin. *conſ.* 93. *lib.* 1. *dub.* 3. determinat, ſi quis per ſtatutum non poſſit vltra quartam partem rerum ſuarum relinquere extraneo, non poſſe quoque eundem de fructibus diſponere vltra quartam partem. Neque * vim facit quod opponitur ſtatutum iſtud exorbitare à iure communi, ideoque ſtrictè eſt accipiendum: quia hoc aliter habet vbicunque repugnat natura verborum, vt certè hic ſtatuti clauſula. [Ne quas res vxori maritus relinquat, vel vxor marito.] Cuius ſermonis gemina ſignificatio alia etiam argumenta ex aduerſo prolata facilè diluit, quibus in dubio locus eſſe poſſet, in re manifeſtaria & euidenti non poteſt. Minus etiam commouet quod monaſterijs quibuſdam proprietatis bonorum immobilium incapacibus vſumfructum habere liceat. Nam iure communi eadem vſusfructus, quæ proprietatis capacia ſunt, *Auth. ingreſ. ſi & l. ſi qua C. de ſacroſ. Eccleſ.* eademque proprietatis, quæ vſusfructus incapacia *Clem. exiui de paradiſo. de verb. ſignific.* Quod verò conſtitutiones Principum ijs ad tempus aliquod fructuum perceptionem concedere intelligantur, nihil mirum: quando expreſsè non niſi proprietatis adquiſitionem auertunt. 3.

CAP. XIX.

An coniunx, cui permiſſum eſt ſolum vſumfructum dimidiæ partis bonorum relinquere coniugi, poſſit relinquere alimenta.

SVMMARIA.

1. *Exceptio à ſtatuto aduerſante iure communi latè accipitur.*
2. *Alimenta accipere poteſt, qui alioqui legati incapax eſt.*

RA. Cumanus *conſil.* 30. *Statuto cauetur. colum.* 2. & eum ſecutus Hippol. Riminal. *ad princ. Inſt. quib. aliena. non lic. num.* 85. adſeueranter tradunt exceptionem iſtam [præter vſumfructum partis dimidiæ bonorum] etiam legatum alimentorum comprehendere. Quamuis * enim ſtatutum in eo quo 1. vxorem inhabilem facit, non ſit extendendum, vtpotè deflectens à iure communi: tamen in exceptione latiſſimè interpretandum eſt, qua conſeruat poteſtatem vnicuique à lege tributam *gloſſ. ad l. vlt. ff. quod quiſ. iur. Bart. ad l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Alex. conſ.* 145. *num.* 3. *lib.* 7. *& ad d. l. vlt. Dec. ad. l.* 1. *ff. de reg. iur.* Qua & ratione ſtatutum puniens homicidium, excepto eo quod caſu fortuito commiſſum eſt ſine fraude, cenſetur ſimiliter excepiſſe

cepiſſe homicidium caſu fortuito commiſſum, præcedente culpa *Cuma. conſ.* 134. *Curt. Iun. conſ.* 7. *&* 102. *Aymo conſil.* 135. Inſuper conſtat ſtatuta accipere interpretationem à iure communi, & ad eius normam reduci, *l.*
2. *2.C.de noxal.act. & ſimil. alibi allega.* Iure † autem communi vbi quis eſt incapax relicti, non cenſetur prohibitus accipere alimenta, *l. u cui.l.ſeruos.ff. de alim. & cibar. legat. l. ſi in metallum ff. de his quib. vt indig. cap. cùm tibi. ext.de teſtam.vbi Doct.& ad l. captatorias. C. de milit. teſtam.* quia cauſæ piæ æquiparantur. *Euerard. in loco ab alimen.ad piam cau.* Vnde id alias receptum eſt, in ſtatutis ſub generali prohibitione alimenta non contineri. *Bartol. in l.Mela.ff.de alimen.& cibar. Card. conſ. 66. in fin. Dec. ad l. princip. in fin. ff. ſi cert. pet. & l. iura ſanguinis ff.de reg.iur. Aym.Crauet conſ.* 189. *Quando fæmina,num.1.*

Iſtam tamen deciſionem ſcias reſtringi oportere, ſi vſusfructus partis dimidiæ bonorum ad vxoris alimenta ſufficiat. Nam ſicut eo caſu vxor legataria nullo modo alimenta petere poſſet. *Guido Papius quæſt.* 541. *num.* 3. ita quoque apparet eadem illi à marito inutiliter legari. Vtrobique enim ceſſat fauor pietatis, qui legatum alimentorum ſuſtinet: & ſi diuerſum dicas, manifeſtè fraus fiet ſtatuto, cuius ratio eſt, vt liberis & familiæ proſpiciatur.

CAP. XX.

De ſtatuto quòd vxor ſolùm legare poſſit dotem ſuam.

SVMMARIA.

1. *Statutum ne vxor vltra dotem leget, non excludit ei à patre donata poſt contractas nuptias.*
2. *Dotis pars eamdem naturam quam dos habet.*

1. EST vbi ſtatuto obtinet † vxorem non niſi de dote ſua teſtari poſſe. Quid ſi ei pater contractis nuptijs mobilia bona aliqua donet, quæ tempore dotis conſtitutæ, aut pro dote non promiſit, an de his teſtari poterit? Mouent quæſtionem quæ ſuprà ſæpè repetita ſunt, fauor teſtamenti, ſtatutorum arcta interpretatio, ſeu ad ius commune reductio, & huiuſmodi alia.

Sed tu ſequere Ioan. de Anania *conſ.* 36. *Circa primum.* & Lud. Bologninum *ibi*, qui talia bona à ſtatuti prohibitione non eximunt, recta ratione. Nam licet ſtatutum caueat vxorem de dote tantum teſtari: tamen aduerbium illud reſtrictiuum [tantum] non alio porrigitur, quàm ad ea quæ à dote ſunt extranea. *Clem. exiui de paradiſo. verſ. Cum autem natura de verb.ſignific.* Dicta autem mobilia bona poſt contractas nuptias filiæ donata non ſunt à dote extranea, ſed ei quaſi inhærentia. Etenim * aut ſunt appendicia do- 2.
tis, & eandem cum dote habent naturam, *l. ſi quis hæres inſtitutus ff. de adqui. hære.* aut ſunt pars dotis, & eodem quo dos iure cenſentur, *l. fundi partem. ff. de contrahen. empt.* aut ſunt augmentum & ſupplementum dotis, & ideò iudicandum eſt de ijs, vt de dote ipſa, *l. inter ſocerum §.cum inter.ff.de pact. dotal. Pariſ. conſ.* 126.*num.*11.*lib.*1.*Panor.conſ.*46. *Ioan.Campeg. in tract.de dote, par. vlt. quæſt.* 19. Neque verò nouum eſt conſtante matrimonio dotem filiæ augeri, *l. etiam C. de iure dot. l. ſi conſtante. & l. vlt.C.de don.ante nupt.* ſed & dos verè dicitur totum illud quod quacunque ratione, quocunque tempore ad ſuſtinenda matrimonij onera datur, *l. dotis fructus.l.plerunque.§.ſi ſerui. ff.de iure dot.l.pro oneribus. C. eod. tit.* Igitur hic locum habebit quod in ijs quæ à iure parificantur, legitima fit extenſio, *c. poſtquam.§.1. & vlt.de elect.lib.6.* maximè ſi dos fuerit exigua, & pater ex officio ſuo videatur eam ſuppleuiſſe, vt occaſionem querelarum genero atque filiæ tolleret. *Pariſ.d.loco num.26.*

Ad hoc caput refer quod Iaſon *ad l. maritus.C.vnde vir & vxor.num.* 9. Bald. & Caſtr. poſt longam diſputationem concludit, ſtatutum prohibens vxorem non niſi de quarta parte dotis ſuæ diſponere, pertinere etiam ad viduam factam, etſi dos deſijſſe videatur, quoniam in fauorem liberorum proditum eſt.

CAP. XXI.

An ſtatutum vt liberi ſuccedant in dotem maternam, impediat matrem teſtari commodo mariti de eadem dote.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſo ſubijci ex ſtatuto an ex teſtamento paria ſunt.*
2. *Statutum vt liberi ſuccedant in dotem an impediat matrem de ea teſtari.*
3. *Mortis tempus inſpicitur in fideicommiſſis.*

PAVL. Caſtr. *ad l. ſi cum dotem, ſub princ. ff. ſolut.matrimon.& conſ.*82.*lib.*1. Ra.Cuma. *conſ.*48.Dec.*conſ.*386.*col. vlt.* Iaſon *conſ.* 127. *lib.*1. magnæ auctoritatis I. C. non temerè de hac quæſtione ambigunt. Nam * primum 1.
videtur dicta dos ex forma ſtatuti ſubiacere fideicommiſſo poſt mortem matris, adeóque ei eſt ſimilis quod ſubiacet reſtitutioni ex vltima voluntate, quæ legi æquiparatur, *§.diſponat. Auth. de nupt.* Deinde verba ſtatutorum, ſicut & verba legum, contractuum, & quarumcunque aliarum diſpoſitionum, eo ſenſu

ſenſu accipienda ſunt, vt aliquid operentur. *Bald. in rub. C. de contrah. empt. & dixi cap. 16 num. 2.* At ſi neges teſtamenti factionem in dote mulieri eſſe ſublatam, inutile otioſumque erit ſtatutum, quandoquidem iuris non controuerſi eſt, nullo condito teſtamento dotem ad liberos fuiſſe peruenturam. Tum verò quoniam titulus legati lucratiuus eſt, & ad interuertendum fideicommiſſum, vimque ipſam ſtatuti pertinet, etiam tempus ante mortem ſpectari debebit, *argum l Titius rogatus, ff. ad Trebell. & l. arrogator. §. ſed an impuberi ff. de adopt. latè Roland. à Valle conſ. 72. lib. 1.*

Is tamen Caſtr. alijque Doct. ſupradicti eo
2. recidunt, vt teneant † ſtatuto non obſtante poſſe mulierem vſque ad legitimam liberorum de ſua dote teſtari: & intelligunt ſtatutum vt filij dotem habeant iure hæreditario ſi inſtituantur, vel ab inteſtato ſi mater teſtamentum non fecit. Poſtquàm enim iure communi filij ſuccederent in dotem maternam, veriſimile eſt ſtatuentes ad ius conſeruandum reſpexiſſe, non autem ex aduerſo leges in matris teſtamento ſcriptas violari voluiſſe: maximè cùm dos ſit proprium patrimonium vxoris. *l. Pomponius ff. fam. erciſc.* & ideò impediri non debeat quò minùs libere de ea teſtetur. *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sed & verbum [ſuccedant] intelligitur ſecundum conditionem & qualitatem perſonæ, *l. plenum ff. de vſu & habit.* naturalis autem qualitas liberorum eſt, vt ab inteſtato ſuccedant, non ex teſtamento *l. vlt. ff. de bon. damna.* Ob idque videmus ſtatutum remouens fœminas extantibus maſculis procedere in cauſa inteſtati, non ſi aliud teſtamento ſit diſpoſitum. *Bald. ad l. pactum, C. de collat.* Denique in iis quæ poſt mortem ad alium peruentura ſunt, tempus * mortis inſpicimus. Vt ecce, quarta
2. iure naturæ filio debita poſt mortem patris, non præſtatur niſi de bonis in domo mortuaria repertis, *l. cùm quæritur. C. de inoffic. teſtam.* Igitur quod iam identidem probaui, ſtatutum vicem legis ſubiens fortius lege eſſe non debet. Et ſecundùm hanc opinionem Florentiæ iudicatum fuiſſe, ſeque ita reſpondiſſe vna cum Doctoribus Bononienſibus, Paduanis, Senenſibus, & Peruſinis refer. Caſtr. *in d. l. cùm dotem.*

De quo minus dubitem, ſi maritus dotem vxoris pro ſuo arbitrio alienare potuiſſet, tunc enim ad prohibendam iſtam alienationem ſtatutum in fauorem vxoris & liberorum editum videretur, non autem ad præripiendam vxori ſuam diſpoſitionem.

Aliud erit ſi ſtatuto exprimatur non quod liberi ſuccedunt in dote, ſed quod eam habent, & lucrantur, ſicut ibi ſtaturum dicit mortua vxore dotem viri lucro eſſe, vxor eo inuito de eo teſtari non poteſt. Idque vel ex eo quoque colligitur, quod lex ſcripta non dicit liberos parentibus ſuccedere in legitimam, ſed naturale ius depoſcere vt eam habeant, & ſint in eadem veluti creditores parentum.

Atque hæc quidem ad iuris veritatem quod attinet, probabiliora ſunt, licet in praxi diuerſum mihi obſeruari videatur, neque iudices in præiudicium liberorum huiuſmodi teſtamenta reciperent.

CAPVT XXII.

Statutum ne coniunx coniugi legare poſſit, ſed bona ſua non extantibus liberis ad fratres tranſmittat, an locum habeat ſi non fratres extent, ſed ſorores.

SVMMARIA.

1. *Statutum excludens feminas eſt odioſum.*
2. *Maſculinum continet femininum.*
3. *Familiarum conſeruatio fauorabilis.*
4. *Statutum, vt bona coniugis tranſeant ad fratres, non extenditur ad ſorores.*

QVanquam ſtatutum iſtud de fratribus tantum loquatur, ijs tamen non extantibus ad ſorores coniugis bona deuenire adfirmat Hippol. Marſil. *ſing. 34. Capias vnum de pane lucrando.* allegans Bald. *conſ. 416. lib. 3. & conſ. 322. lib. 4.* cum Alexand. *conſ. 203. & 432. lib. 7.* nullam præterea aut legem, aut rationem. Videtur autem eius deciſio hinc ſuſtineri, quod ſtatutum * excludens feminas à ſucceſſione eſt odioſum, *Ioan. de Ana. conſil. 27. Iaſon an l. qui exceptionem ff. de condict. indeb. Rub. conſil. 16.* & maximè ſi non extantibus maſculis eas excludat, *Chaſſa. conſil. 8. num. 34.* Sicque in oppoſitum fauorabilis eſt extenſio à fratribus ad ſorores, per quam ad ius commune reditur. Eò magis * quod ſicut 2. maſculinum prolatum à lege continet fæmininum, *l. 1. ff. de verb. ſignific. l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn. iudic.* ita quoque prolatum à ſtatuto. *Bartol. ad l. iura. ff. de legib. Bald. & Imol. ad l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimon.* 1.

Dicendum eſt ſtatutum introductum videri † ad conſeruandas amplificandasque familias, quarum maſculi columina ſunt, fæminæ extinctio. *l. pronunciatio. §. fin. ff. de verb. ſignific.* cuiuſmodi ſtatutum non eſt odioſum, ſed æquum & fauorabile. *Alexand. conſil. 141. lib. 7,* quoniam meritiſſimò homines ad familiam tuendam incitari ſolent. *Mar. Socin. Nep. conſil. 9. num. 7. conſil. 102. & conſil. 179. n. 55. lib. 2.* deficientibus * igitur fratribus, per quos in familia bona conſeruari poſſent, & quorum ſplendor per facultates augetur, nihil eſt, quamobrem vxori liberè de bonis ſuis teſtari non liceat, cauſa prohibitionis ceſſante. Quod ſi mens ſtatuentium fuiſſet appellatione fratrum etiam ſorores cenſere, quid erat facilius, quàm vel cum fratribus expreſſim 3. 4.

 eas

eas admittere, vel deficientibus fratribus vocare, earumque fauore contrariam teſtamenti factionem excludere? *arg.l.vnica. C. de caduc. tol. & alijs ſimilib.* Si contendas fauorabilius eſſe vt ad ſorores quàm ad maritum bona tranſeant maſculis non extantibus: non inficiabor quidem bene facturam coniugem ſi ad ſorores quoque fortunas ſuas tranſmittat, ſed reſpondebo fauorem vltimæ voluntatis liberique arbitrij longè præcurrere, *l.1.C.de ſacroſanct.Eccl.* ne alioqui vxor promerita coniugis compenſare, aut neceſſitati illius quam fortè prouidet impendentem, ſuccurrere non queat. Fragile verò argumentum eſt ſub maſculino genere à lege vel ſtatutis prolato fœminas quoque contineri: quia id non aliter obtinet, quàm ſi vtrique ſexui peræque conueniat ſtatuti ratio, *Bart.ad l.1.C. qui admit. Iaſon ad d. l.ſi quis id quod in 1. limi. Alicia.ad d.l.1.de verb.ſignific.* vt ſi ſtatuto cauetur ne quis nocturno tempore abſque lumine ambulet, ne quis certo panno vtatur, ne quis ad certum locum accedat. Hæc & eius notæ alia tam feminis quàm viris adplicari poſſunt, quod non eſſe in hypotheſi noſtra commonſtrauimus.

CAP. XXIII.

Statutum ne maritus habens adſcendentes aut deſcendentes, relinquat vxori vltra centum, an locum habeat ſi reliquerit vltra, ſed poſtmodo dicti hæredes ante illum moriantur.

SVMMARIA.

1. *Legatum inualidum ratione legantis & legatarij quando conualeſcat.*
2. *Extitiſſe non videtur, quod non durat.*
3. *Statutum ne vir habens liberos leget vxori, ceſſat liberis ante eum morientibus.*

DICIT Alex. *conſ.29. viſo themate, num.4. & 5. lib.4.* legatum hoc quantumcunque ab initio inualidum, propter mortem adſcendentium vel deſcendentium conualeſcere, *l.1. & 2.ff.de reg. Catonia.* quia quoties legatum* ſubſiſtere non poteſt mixta ratione legantis & legatarij, ſi poſtea incapacitas deſinit, vt in hac ſpecie firmatur. *Bart. in d. l.1. Bald. ad l.2.C.de legat. Caſt. ad l.cætera in princip.ff. de legat. 1.* Simile videmus in muliere ſecundò nubente, quæ proprietate rerum à priore marito ſibi relictarum excidit quidem propter liberos ex eo genitos, liberis tamen morientibus eandem recuperat. *Authen. de nupt.& §.1.Authen.de non elig. ſecun.nuben.* & librè de ea diſponit, *l.femina.§.illud.C.de ſecund. nupt.* Ita cùm maritus relinquit vxorem dominam & vſufructuariam, non videtur ei neque proprietatem neque vſumfructum reliquiſſe, ſed alimenta tantum, *gloſ. & alij ad Auth. quod locum.eod. tit.* tamen ſi poſtea moriantur liberi, relictum alimentorum conuertitur in proprietatem vel certè in vſumfructum, perinde ac ſi ab initio liberi non extitiſſent, *Bar.ad l. Tit. §. vlt ff.de lega.2. Archid ad ca.ſi pater. de teſtam. lib.6.* Itaque licet natiuitate poſthumi rumpatur teſtamentum, tamen ſi is poſthumus viuo patre decedat, reconualeſcit, *l. poſthumus. ff. de iniuſto rup.fac.teſtam.§.1. Inſtit. de exhæred. lib.* Neque* enim eſſe aut extitiſſe videtur id quod non durat, *l. pretia.§.vlt.ff.de leg Facid.l.ſi conſentiente. C.de donat. ante nupt.cap. de iudi.* maximè in teſtamentis, quæ ex ſuperueniente æquitate facilius confirmantur, quàm alij quicunque actus, *l.poſthumus preteritus. ff. de inoffic. teſtament.* Præter* hæc ſtatuentes veriſimiliter excitati fuerunt fauore liberorum, neque iis non extantibus ita ſtatuiſſent: ideoque ceſſante iam illorum fauore poſt mortem, legatum vxori relictum ex coniectura ta ſtatuentium mente ſuſtineri debet. 2. 3.

Dixeris è diuerſo fideicommiſſum ita factum grauatus viuos liberos non habeat, deficere procreatis, ſed ante patrem morientibus illis, *l. hæredibus ff. ad Trebel.* Sicque conditio, ſi abſque liberis deceſſerit, relictis liberis deficit etiam ſi momento tantum patri ſuo ſuperſtites extiterint, *l. ex facto. ff. eod. tit.* Pari modo ſi ſtatutum maſculis extantibus excludat feminas à ſucceſſione, ſufficit maſculo extitiſſe. *Bart.ad l.ſi quis poſthumus.ff. de liq & poſthum, & ad l. vlt ff. S.C.Tertul.Aret.ad d.l.ſi quis poſthumus.*

Planè cenſeam legatum conualeſcere, ſi liberi ante patrem rebus humanis eximantur. At ſi poſt mortem patris decedant, cum iam bona ipſis ſint adfecta, ad & eos deuoluta, contrarium dicere oportet, ne alioqui aut ijſdem adultis teſtandi ſeu alienandi facultas adimatur, aut certè hæredibus eorum ab inteſtato ſuccedentibus ius quæſitum tollatur. Et ita ad d. conſ. Alex.tenuit. Molin. dicens Alexandrum peſſimè reſpondiſſe, quatenus intelligit hoc eſſe verum etiam ſi adſcendentes vel deſcendentes poſt mortem mariti decedant, viva vxore legataria.

CAP. XXIV.

Vtrùm hæres teneatur in foro animę pręſtare ea, quæ vir vxori vltra modum ſtatuti legauit: & an vxor huiuſmodi legatum retinere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Opinio ſequenda eſt quæ fauet animæ.*

2. *Hæres*

2. *Hæres legatum excedens modum ſtatuti negare an poſſit in conſcientia, & vxor idem retinere.*

3. *Statuta etiam in foro conſcientiæ ſeruari debent.*

HAc de re quoniam & lib. de amortizat. bonor. *cap.* 10. non indiligenter ſcripſi, & multa in vtramque partem excutiunt Alciat. *in cap. nouit. num.* 29. *vſque ad fin. de iudic.* & Didac. Couuar. *ad cap poſſeſſor. in relect. part.* 2. §. 5. *de reg. iur.* nunc quod ſentio breui percurram. Et quidem in dubiis ea † ſectanda eſt opinio,
1. quæ animæ fauet, *l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. l. ſancimus ad fin. C. de ſacroſanct. Eccleſiis c. conſi. de obſer. ieiun. gloſſ. in cap.* 1. *de ſcrut. & in cap. iuuenis de ſponſal. Innoc. in c. cum ad audientiam. de homicid. Socin. conſ.* 15. *lib.* 1. *Hippo. ad l.* 1. *num.* 67. *de ſicar.* Ideoque ſi hæres ſcru-
2. pulum aliquem animo iniectum * ſentiat, conſultius ipſi erit legatum validum an inualidum præſtare, neque contra intrinſecum pectoris ſui teſtimonium niti, *cap per tuas, de ſimon. cap. illud de cler excommun. miniſt.* Alioqui dicere poterit ſe conſcientiam læſam non habere, crederéque maritum importunitate vxoris ad legandum perductum fuiſſe *Alciat d. loco. num.* 44. quo caſu ſtabitur iuramento eius, quia habet legis præſumptionem pro ſe, *Corn. conſ.* 137 *lib.* 2. caueat tamen ne ita iurans ædificet ad gehennam, *cap. omnes* 27. *quæſt.* 1. ipſa verò vxor, *vt ad conſuet Burg. Des droicts & cap. appar. à gens mar. rub. Le mary.* §. 7. *in verb. des prochains. num.* 3. *Chaſſan ſecutus Boerium, adſerit,* huiuſmodi legatum neſcientibus aut reclamantibus hæredibus, retinere non poteſt. Nam ſtatuta * & conſuetu-
3. dines ſeruari debent etiam in foro conſcientiæ, *gloſſ. & Doct. in cap. quæ in Eccleſiarum ibi. Iure poli. de conſtit. Bald. ad l ſi poſt diuiſionem C de iur. & fac. ignor. & ad l. quidam §. de illo. C. de neceſſ. hæred. inſtit. Feder de Senis conſ.* 21. *Numquid hæres extraneus Barb. in cap. Raynaldus, de teſtam. Caſtr. in d. § de illo Abb. in proœm. de conſtit. Ioan. Andr. in cap.* 2. *de verb ſignific. in* 6. *Roma. in Auth. ſimiliter C. ad l. Falc. Iaſon in d. l. ſi poſt diuiſionem. Benedict. Capra. & Alciat. num.* 35. *ad d. cap. nouit.* quia teſte Pau. *ad Rom.* 13. *& ibi pulchre Thom.* omnis poteſtas humana à Deo eſt, & qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit, *cap. qui reſiſtit.* 11. *quæſt.* 3. Nihilominus ſi mariti hæreditas adeo eſſet opulenta, vt exceſſus quantitatis præfixæ à ſtatuto parum præiudicaret liberis, vxor quoad conſcientiam videretur tuta, vt in in hac ſpecie *ad cap.* 1. *col.* 14. *verſic. Extra prædictos tres caſus.* determinat Felin. ſeque ita reſpondiſſe refert, *& eum ſequitur Roder Suares ad l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. in declar. l. Reg limit.* 1. *Limitabis tamen egregiè.* Ratio, quoniam tunc ceſſat cauſa ſtatuti, ſcilicet ne bonis ad externos tranſmiſſis, familia mariti paupertate deprimatur.

CAP. XXV.

Statutum nouum ne vir leget vxori, an trahatur ad teſtamentum antea factum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum conditum ſecundum leges antiquas, nouo ſtatuto non rumpitur.*
2. *Lex noua tantum pertinet ad actus futuros.*
3. *Statutum ne vir vxori leget, non trahitur ad teſtamentum anteà factum.*
4. *Statutum inducens nouam formam teſtandi refertur ad tempus verbi, teſtationis.*
5. *L. iubemus in fi. C. de teſtam. intellectus.*
6. *Lex diſponens aliquid ratione frequentioris vſus, habet locum etiamſi illud aliter contingat.*

DIſtinguendum eſt, an teſtator poſt ſtatutum conditum ſubita morte abreptus ſit, an verò multo poſt tempore vixerit. Priore caſu dubium non eſt, quin teſtamentum ante ſtatuti publicationem factum ſubſiſtat, cùm teſtator mutandi facultatem non habuerit. Ad poſteriorem caſum quod attinet, ſi nempè teſtator mutare potuit teſtamentum, nec mutauit, dubium eſt non leue. Ad cuius reſolutionem adprime facere videntur verba Imp. Iuſtiniani, *in* §. *prouinciarum. in Aut. vt no. fac. conſtit.* vbi ait. ⌊Vnde præteritum omne iuſtam habeat veniam, valeantque defunctorum voluntates & diſpoſitiones, vel ſi nuper factæ ſunt, ſicut eas illi fecerunt, vel ſi ſecundum prius tenentem legiſlationem literis propriis non ſcripſerunt hæredum appellationes, aut teſtibus eas non fecerunt manifeſtas, aut tres vncias & non amplius reliquerunt filiis. Non enim infringi (ſicut prædiximus) defunctorum volumus diſpoſitiones, ſed ratas eſſe per omnia declaramus: vt ſi vel proximè ſcripta ſint teſtamenta poſt poſitionem legis, nondum verò contigerit conſtitutiones factas innotuiſſe: & ſuperuenientibus fortè teſtatoribus non ſunt mutata: maneant etiam ſic inſtitutiones, quæ ab initio ſecundum tunc certas extantes factæ ſunt leges, propriam virtutem habentes, & non accuſandæ eoque tempore quo ſuperuixerunt, illi eas non mutauerunt. Non enim omnia ſunt in nobis, nec ſemper quibuſdam tempus fit teſtandi repentè. Plerumque enim incidunt hominibus mortes teſtandi eis poteſtatem auferentes. Quamobrem ab initio factum rectè, eo quod non fuerit mutatum, non arbitramur poſtea mutari, aut aliquo modo infringi: ſed immutilatam manere, quæ nunc placuit teſtatoribus, ſententiam, valideque ſeruari. Erit namque abſurdum, vt

vt quod factum eſt rectè, ex eo quod tunc non erat factum poſtea mutetur.] Ecce vult Imp.
1. non ſolum præterita omnia † teſtamenta, ſed ea quoque quæ proximè poſt poſitionem legis nouæ ſecundum formam veterem facta ſunt, valida firmaque eſſe. Ex quo regulā conſtituunt Doct. teſtamentum conditum ſecundum leges antiquas, & ante legem nouam, vel etiam poſt legem nouam, ante tamen quam lex publicata vel inſinuata ſit, valere, & eſſe obſeruandum. *Bart. ibi, numer.* 2. *Bal. in l. ſi quis hæredem. circa med. C. de inſtit. & ſubſtit Caſtr. col.* 6. *& Iaſon n.* 8. *in l. iubemus. C. de teſta. Aret. conſ. omnium vlt. col.* 3. *num.* 5. Quibus applaudit text. *d. l. iubemus, in fin.* ibi, [Quid enim antiquitas peccauit, quæ præſentis legis inſcia, priſtinam ſequuta eſt obſeruationem?] ſecundò hanc partem liquidò confirmat, quod vbicumque lex noua tradit ius alicuius formæ, ſolum †
2. comprehendit actus futuros, non autem præteritos: quia natura legis vel ſtatuti eſt, futuris dare formam negotiis, non præteritis, *l. leges & conſtitutiones. C. de legib. l.* 1. *in fin. C. de cura. furio. l.* 1. *in fin. C. de caduc. tollen. cap. vlt. de conſtit. & gloſſ. ordina. in ca. licet canon. verſ. De cætero. de elect. in* 6. adeo vt ſi ſtatutum vtatur verbo ſubiunctiui modi, ita vt poſſit intelligi de tempore præterito & futuro, interpretamur ſolum de futuro. *Innoc. & Cardin. in cap. ſignificauerunt. de teſtib. Bald. in d. l. leges, col.* 3. *Panorm. in cap. vlt. num.* 3. *col.* 2. *de conſtit.* quod idem eſt in omni verbo reſpiciente vtrumque tempus præteritum & futurum: ſemper enim in ſtatutis futurum tantum accipimus. *Imo. in d. cap. vlt.* 9. *Fulgo conſ.* 136. *col.* 2. *Sapia ad Panorm. d. loco.* Tertiò fidem facit, quod factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari, *cap. factum legitimè. & ibi latè dixi. de reg. iur. in* 6.

Contrarium decidit Angel. *in d. Auth. vt fac. conſtit.* teſtamentum ſcilicet ante publica-
3. tionem noui ſtatuti * factum, nullum eſſe, ſi teſtator poſt ſtatutum ſuperuixit, potuitque ad ſtatuti formam teſtamentum reuocare, neque fecit: quia inſpecto tempore mortis illud teſtamentum dicitur factum poſt ſtatutum, vt & ait Felin. multum Angeli deciſionem commendans *ad ca. vlt col.* 3. *verſic. Sed ad intellectum. de conſtit.* Eadem ſententia eſt Iaſonis *in l. iubemus num.* 8. *C. de teſtam.* per rationem, inquit, quam adſignat iſte text. quare iſta lex non habeat locum in teſtamentis anteà factis: [Quid enim antiquitas peccauit, quæ præſentis legis inſcia priſtinam ſequuta eſt obſeruationem?] quæ ratio videtur innuere à contrario, quod ille qui ſciuit & ſuperuixit poſt legem nouam, non excuſatur. Sed tu fortius ſume argumentum à contrario ſenſu ex d. §. prouinciarum. ibi, [nec ſemper quibuſdam tempus ſit teſtandi repente, plerumque enim incidunt hominibus mortes, teſtandi eius poteſtatem auferentes.] quaſi dicat Imp. aliud fore, ſi teſtator repentina morte ſublatus non ſit, ſed poteſtatem teſtandi habuerit. His & calculum adiicit Maria Socin. *elaborato conſ.* 21. *Circa propoſitam qu. lib.* 2. vbi per 8. deciſiones, ex variis auctoribus ſtudioſè collectat, & demum per noſtram hanc Angeli deciſionem, docet regulam formari, quod lex noua etiam nouum ius inducens, procedit etiam reſpectu præteritorum actuum, ſi reſpicit ipſorum actuum executionem, ſeu perfectionem quandam ab eorum principio ſeparatam, & talis executio, à noua lege conſiderata, contingit ex poſt, *vt colligitur ex not. per Doct. in l. omnes populi in* 5. *qu. princip ff de inſti. & in. Bart. in l. leges C. de legib. & in cap. vltim. de conſtit. & ibi in ſpecie Felin. in* 5. *fal. col.* 10. & ſignanter tradit Geminia. *in cap. ex antiquis. colum.* 3. *verſic. Secundus caſus. eſt.* 54. *d ſtinct.* Ex qua, inquit, conſideratione tolluntur plurima, quæ in contrarium adduci poſſent: nam in ijs noua lex aut reſpicit principium actus, aut illud quod reſpicit, dicitur ab ipſo actu quodam modo inſeparabile.

In priorem partem inducit non ſolùm æquitas & benigna interpretatio legibus amica, cum rationibus ſupra adductis, ſed & grauiſſima excellentium interpretum auctoritas, nimirum Caſtrenſis *in d. l. iubemus colum. vltim.* Cornei. *conſil.* 53. *In hac, colum. vltim. lib.* 4. quem ita referunt Pariſ. *conſil.* 33. *Etſi prima facie. num.* 32. *lib.* 1. & Roland. à Val. *conſil.* 81. *num.* 28. *lib.* 1. & nouiſſimè præclari I. C. Io. Franciſci de Ripa *in tract. de peſte, cap. de priuileg. vlt volunt. cau. peſt. à num.* 29. *vſque ad num.* 42. quem ſequitur Boer. *deciſ.* 228. *col. pen.*

Vt autem reijciamus obiectiones aliorum contra ſentientium, primò non mouet quod aiunt Angel. & Felin. illud teſtamentum inſpecto tempore mortis videri factum poſt ſtatutum. Licet enim teſtamentum non adſumat vires, niſi à tempore mortis teſtatoris, forma tamen teſtandi per ſe ſtat, validaque eſt, niſi mutatio voluntatis ſubſequatur, aliudue impedimentum ſuperueniat. Tum verò vulgatum iuris axioma eſt, quod qualitas adiecta verbo accipi debet ſecundum tempus verbi, *l. in delictis. §. ſi damnum extraneus. ff. de noxal. act.* & proinde cum ſtatutum * inducit nouam 4.
formam teſtandi, vel prohibendo, vel permittendo, vtiq; ea referenda eſt ad tempus verbi teſtationis, in ſtatuto expreſſi, hoc eſt, vt intelligatur de teſtamento tempore ſtatuti condito, & non de alio; niſi nominatim quoque & difertis verbis, præcedentia teſtamenta aliter facta nulla eſſe ſtatuat, *vt not. Doct. de nouis legib. loquentes ad d. l. leges.* Adde quod quantum ad ſolennitates adhibendas ſpectatur tempus conditi teſtamenti, *l.* 1. *C. de teſtam. milit.* Quod autem Iaſon argumentum à * 5.
contrario ſenſu ſumit *ex d. l. iubemus.* eam conſiderationem Ripa *d. loco. numer.* 38. *&* 39. dicit

dicit non eſſe viro dignam. Nam arguendo hoc modo, lex illa non haberet dubium. Si enim eam intelligas caſu quo teſtator moriatur ante habitam notitiam nouæ legis, vt intelligit Iaſ. neceſſe eſt fateri illam legem fruſtra fuiſſe editam, quia noua lex ante notitiam vel præſumptam, & ante duos menſes à die publicationis, neminem ligat, *cap. cognoſcentes. de conſtit.* deinde non benè colligit Iaſon à contrario ex d. verbis. [Quid enim peccauit, &c.] habent enim relationem ad tempus præteritum, & ſic voluit legislator ſatis eſſe, quod teſtator fuit inſcius nouæ legis, tempore quo priſtinam formam ſeruauit, ita communiter intelligitur ille text. Similiter licet text. d. §. prouinciarum, dicat teſtatores plerumque poſt legem nouam repente decedere, tamen inde à contrario inferri non poteſt, quod ſi repentè non decedat,
6. eadem noua lege tenebitur, quia lex * diſponens aliquid ratione frequentioris vſus, & quia plerumque contingit, habet locum etiam ſi illud aliter contingat. *l. meminerunt. vbi glo. & Bart. C. vndi vi.* Atque ita tex. d. §. prouinciarum, contra Angel. retorquet Corn. *d. conſil.* 53. Addere autem pro ſolutione potes & ea, quæ Franc. Aret. *conſ. omnium vlt.* in hanc ſententiam penſitat, dicens eam apertè firmari in d. Auth. non cauillando literam. Sic autem ferè ait, *col.* 3. *num.* 5. Et quod iſte ſit ſenſus, attende ad rationem, quæ ſequitur in text. [nec ſemper quibuſdam tempus, &c.] quæ ratio facit, vt quamuis prima facie non appareat, aliquem fuiſſe impeditum, aut tempore deſtitutum, quo minus teſtamentum mutare poſſet, quia tamen contingit aliquem impediri poſſe, iſtud ſolum poſſibile excuſat à culpa. Quod declaro nunc melius. Nam poteſt eſſe quod teſtator teſtamentum non mutauit, quia ſperabat ſe diutius victurum, & in illa diuturna vita habere facultatem largam mutandi teſtamenti. Poteſt etiam eſſe, & hoc contingit frequentius, quod teſtator ſperans morte repentina non præoccupari, intendebat differre ordinationem teſtamenti vſque ad finem vitæ, quòd à pleriſque fieri vſu intelligimus. Poſtremo regula illa quam *d. conſ.* 2. format Socin. in teſtamentis recipi non debet. Teſtamentum enim perfectum non comprehenditur ſub noua lege, etiam ſi eius effectus expectetur in tempus futurum, vt claret in d. l. iubemus, vbi noua forma data teſtamentis non extenditur ad teſtamenta iam condita, licet pendeant vſque ad mortem teſtatoris. *Panorm. num.* 11. *col.* 7. *But. Imol. & Felin. col.* 2. *verſ. Amplia quarto. ad ca. vlt. de conſtit. Ang. in Auth. vt eum de appell. cognoſ. in princip. verſ. Aduerte pro declaratione.* Sed & ſtatutum de quo agit Maria. Socin. vtitur verbo præteriti temporis, & rationem exprimit, magiſque præterita donata reſpicit, quam futura, & ipſe fatetur *in fin. Authen.* vbi & de alijs dubitanter hoc ſentit, his verbis: [Ex quibus inferri poſſet, idem dici poſſe, etiam quod ſtatutum iſtud non loqueretur expreſsè per verba præteriti temporis, &c.]

CAP. XXVI.

Quod antiquato ſtatuto vxori legatum eſt, an ei debeatur, ſi tempore contractus matrimonij ſtatutum extiterit.

SVMMARIA.

1. *Statutum ne vir vxori leget, ſi poſt contractum matrimonij abrogetur, coniuges liberat.*
2. *Hæredi coniugis ex pacto nuptiali non quæritur ius irreuocabile.*

Ex contrario ſubit quærere, an ſi ſtatutum * iſtud tempore contractus nuptialis extiterit, poſtea verò eo ſublato vir vxori leget, validum erit legatum. Videturque in contractu nuptiali tacita quaſi conuentio infuiſſe hæc, vt ad viri hæredes bona peruenirent, ideoque ius inde quæſitum abolitione ſtatuti ijs auferri non poſſe. Nam ſicut lex noua aut conceſſio qualiſcunque Principis ad fraudem iniuriamve tertij non trahitur. *l.* 2. §. *quis à Principe. ff. ne quid in loc. pub.* ita quoque nec ſtatutum trahi debet. 1.

Sed aduerſanter contrarium reſpondeo. Neque enim hæredibus ius vullum irreuocabile quęſitum fuerat, ſed duntaxat in ſpe, ſi ſtatutum duraret, & maritus aliter non caueret. Quinimò ſi * maritus in contractu nuptiali reſtitutionem bonorum ſuorum illis ſpecialiter eſſet ſtipulatus, nullum ex huiuſmodi pactione ius metirentur, niſi ad mortem vſque ea voluntas marito conſtitiſſet, *l. Seia. ff. de prælega.* Cum enim extrema hominum iudicia vſque ad mortem ſint liberrima, *l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccl. l. quod per manus. ff. de iure codicil.* & ſimul, quid peccauit maritus, aut cui iniuriã fecit, dum libertate ureque ſuo uſus eſt? Sic & in ſimili *conſ.* 118. reſpondit Bart patrem inueſtitum de re emphyteutica pro ſe, ſuis filijs & filiabus, ſi deinde ſtatuto edito filiæ excludantur à ſucceſſione, poſſe filias excludere, cum tempore ſtatuti nihil iuris habebant. Sed hæc ita locum habent, niſi bonis mariti alio modo adfectis, ius irreuocabile hæredibus adquiſitum proponeretur. *Bald. conſ.* 93. *&* 377. *lib.* 1. *Aretin. conſil.* 91. *Rolan. à Valle de lucro dot. q.* 93. *num.* 7. 2.

CAP. XXVII.

Si ſtatutum prohibet vxori legari vltra certam partem bonorum, cuius temporis ſtatus bonorum ſpectandus ſit.

SVMMARIA.

1. *Æſtimatio legati refertur ad tempus teſtamenti.*
2. *Legatum ſolui debet moneta currente tempore teſtamenti.*
3. *Tempus mortis ſpectatur in legato mariti.*
4. *Legitima computatur ex tempore mortis patris.*
5. *Dotis æſtimatio pertinet ad tempus mortis vxoris.*
6. *Tempus mortis in vniuerſalibus plerumque ſpectatur.*

VLtra tertiam bonorum partem coniuges inter ſe legare ſtatutum vetat. maritus eam partem legauit, teſtamento ſuo multis poſt annis ſuperuixit, & abundè hæreditatem auctam reliquit, vtrius temporis, teſtamenti an mortis, ſtatus bonorum ſpectabitur? Alicui videri poſſet, & ſtatutum ipſum & teſtatorem ad legati tempus reſpexiſſe: Hunc quidem quod tempore teſtamenti rerum ſuarum rationem ac modum præſcribit, & de eis veluti moriturus diſponit, adeoque quantam illam partem vxori conſtitui velit, deſignat; illud verò quoniam de legati vel validitate vel inualiditate loquitur. Quam ſententiam non parum fulcit, quod in legati † æſtimatione,
1. tempus ſolùm teſtamenti ſpectatur, nulla eorum quæ poſtea acceſſerunt, habita ratione. *l. ſi ita ſcripſiſſet & l. vltim. § 1. ff. de legat. 2. l. vxorem §. teſtamento 1. & l. nomen. ff. de legat. 3. l. ſi ita. ff. de auro & argent. legat quas ad hoc citant. Fulgoſ. conſil. 100. col. 2. Pariſ. conſil 16. num. 82. & 83. lib. 2. & faciunt quæ not. Alex. conſil. 171. lib. ſecund. & Marian. Socin. Nep. conſ. 99. lib. 3.*
2. Vnde legatum * ſolui debet moneta vſuali & currente tempore teſtamenti ſcripti, non alio. *Panormit. ad cap. olim cauſa de cenſib. Oldrad. conſ. 13. Quidā condens. idem Socin. Nep. conſ. 101. n. 3. lib. 3.* Eodemque tempore niſi res legatæ exiſtant, nihil agitur. *l. non ſolum §. ſciendum. & ibi Roman ff. de nou. oper. nunc a. Bald. ad l. vltim. C. de appell.* Idem in contractibus quoque dici ſolet, vt tempus ſtipulationis ſpectetur, non aliud *l. ſtipulatus fuerim. cum §. ſtipulamur. l. ſi à colono. ff. de verb. oblig.*

Tamen, ni fallor, in propoſita facti ſpecie contra ſtat veritas. Nam quoties ſtatutum ve-
3. tat ne † maritus vxori leget vltra certam partem bonorum, qualitatem & conditionem illius conſiderat, quoad bonorum ſuorum dominus erit, hoc eſt, ad extremum vſque vitæ ſpiritum, vt ſcilicet ſtatutum ad omnia futura trahatur, *l. leges. C. de legib. & docui ſup.* Deinde cum ſtatutum legi æquiparetur, *l. de quibus. ff. de legib l. 1. C. quæ ſint long. conſuet.* aptè huc aduocari poteſt, quod in computanda † æſtiman-
4. daque legitima, tempus mortis patris inſpicitur. Nam ante illud tempus in incerto eſt quot liberos pater ſit relicturus, pro quorum numero tamen legitima conſtitui debet. *Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſta.* tum verò ab ipſa legitima omne æs alienum, funeris impenſæ aliaque talia deducenda ſunt, *l. 1. §. vlt. ff. ad Trebel. l. ſancimus §. in computatione C. d. tit.* de quibus ante mortem patris certa definitio eſſe nequit. Quocirca rectè conſtitutum eſt, in vita patris legitimam filio non deberi, *l. 1. §. ſi impubere. 21. ff de collat. bonor. l. 2. §. interdum ff. de vulga. & pupil. ſubſtitut.* ne patri libera rerum ſuarum diſpoſitio inter viuos adimatur, *contra l. in re. C. manda.* Sic eſt & in dote, ſi ſtatutum defert marito lucrum dotis vxore † 5.
prius defuncta, vtique quanta illa ſit tempore mortis, ſpectamus, nam & antea oneribus matrimonij ſeruit, *l. oneribus. C. de iu. dot.* & ſi maritus prior moreretur, libera dos vxori competeret, & denique alias diminuta dote citra culpam mariti, viderentur parentes ad ſupplementum eius teneri. Sic item reſponſum reperio ab Alex. *conſ. 14. num. 6. lib. 1.* in ſtatuto ne liceat, donare vltra quartam partem bonorum, inſpici tempus mortis donatoris, & quantitatem tunc relictam, *gl. Bald. & Cyn. ad l. C. d. tit. per text. §. 92. ad conſuet. Pariſ. ſe diſputare ibi notat Molin.* Poſtremo non omiſerim, plerumque in vniuerſalibus negotijs magis tempus * mortis ſpe- 9.
ctari, quàm in particularibus, de quibus leges ex aduerſo allegatæ loquuntur. *text. & gl. in l penult. ff. de fun. inſtruct. quam refert. & adprobat Alb. Brun. in tract. de mon part. 9. Nono prædicta concluſio. vnde plura repetere potes.* Video quoque in dictis legibus oppoſitis teſtatores ad tempus præſens ſermonem retuliſſe: id quod verba legum & ſtatutorum in huiuſmodi prohibitione non faciunt, neque facere præſumuntur, niſi quatenus apertè hoc exprimant, quia certum aliquem rerum finem reſpicere ſolent.

CAPVT XXVIII.

Statutum ne coniunx coniugi leget, an extendatur ad res alibi ſitas.

SVMMARIA.

1. *Actus qui trahantur ad bona vbicunque ſita.*
2. *Statutum vt agnatus excludat matrem, an territorium egrediatur.*
3. *Statutum ligat ſubditos extra territorium.*
4. *Conſuetudo de iure primogenituræ an pertineat ad bona alibi ſita.*
5. *Statuti natura eſt extra territorium non porrigi.*
6. *Statutum ne vir vxori leget an egrediatur municipium.*
7. *Statutum ſiue in rem, ſiue in perſonam non pertinet ad bona alterius loci.*

8. Sen-

8. *Sententiæ effectus an extra territorium extendatur.*

9. *Solemnitas teſtanti ſpectatur, quæ eſt in loco teſtamenti.*

NObilis eſt conſulatio propoſita, quæque Principes iuris magiſtros Bartolum & Baldum ſententiis inter ſe commiſerit. Nam ille quidem *ad l. cunctos populos. n.* 32. *C. de ſum. Trinit.* hanc regulam tradit, quod quamdo ſtatutum eſt prohibitiuum in perſonam, & continet prohibitionem fauorabilem, tunc extendit effectum ſuum vbicunque ſint bona: veluti ſtatutum ne vir vxori leget, quod, inquit, factum eſt, ne mutuo amore ſe adinuicem ſpolient vel decipiant. Quam Bart. deciſionem *conſ. 9. In propoſita quæſtione.* vtroque pollice laudat Roma. eo quod dictum ſtatutum non diſponit principaliter aut directè de bonis in alio territorio ſitis, ſed de perſona ſibi ſubiecta: ſicut tutor datus ſimpliciter à iudice illius loci, in quo degit pupillus, cenſetur datus etiam ad bona extra cognitionem ſuam poſita, *l. propter litem. §. licet. ff. de execut. tut. l. 2. C. eod.* cum tutor principaliter detur perſonæ, *l. quia perſonæ. ff. de teſt. tut.* in cuius conſequentiam veniunt bona alterius loci, *l. ſi fide commiſſum. §. tractatus. ff. de iudic.* ſicut & interdictio * bonorum prodigo
1. facta, ad bona vbicumque locorum ſita trahitur, *l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. iuncta. l. Iulianus ff. de cura furio. Bartol. d. loco,* & rurſus decretum iudicis præſtantis auctoritatem pupillo bona ſua diſtrahendi, locum habet in bonis vbique exiſtentibus, *l. magis puto. §. illud quæritur. ff. de reb. cor.* denique ſententiæ effectus extenditur ad bona alterius territorij *cap. Roman. §. contrahentes. extr. de for. compe. libr. 6. & ſimul.* Et iſtæ ſunt præcipuæ rationes Roma. quibus tacitè adſentit. Tiraq. *in ll. ſuis connub. gl. 6. qu. 27. verſ. Contrarium tamen.* nihil præterea allegans. Poteris verò tu & alia in hanc partem adducere. Primò enim in ſimili *conſ. 4. n. 3.* reſpondet Ioan. de Ana. ſtatutum certi loci, vt * agnatus excludat matrem, pertine-
2. re ad omnia bona indiſtinctè, maximè ſi ibidem eſt maior pars hæreditatis, quia hæres debet hæreditatem petere vbi hæreditas eſt, *l. 1. C. vbi de hæred. aga.* eſſe autem ibi dicitur, vbi maior eſt pars, *d. l. ſi fideicommiſſum.* Sed, inquit, certum eſt quod iudex illius loci debet ſeruare ſtatuta & conſuetudines illius, *l. 3. in fin. ff. de teſtib. l. obſeruar. §. etiam. ff. de offic. proconſ.* ergo clarè patet quod ſeruabitur ſtatutum dicti loci, & non aliud. Ad hoc ſtatutum *
3. prohibere poteſt, ne quid ciues faciant extra territorium, *l. vltim. ff. de decret. ab ord. facien. Panorm. in cap. poſtulaſti. de for. compet.* & ſtatutũ puniens ſubditum egredientem terminos aſſignatos, licet ſit extra territorium, valet. *l. mercatores C. de cõm. & mercato. l. 2. C. de eunuch. qua de re multis conſil. 45. nu. 4. 11. & 12. Euer.* Eodem videtur inclinare Ferrar. Pract. *in for. libel. quo agit. ex teſtament. ad verb. Vallitum in fin.* dum ait primogenitum cui ex * conſue- 4.
tudine loci deferuntur omnia bona, ſuccedere in bona extra territorium ſita: *in quod amplè inquirit Tiraq. de iure primogen. quæſt. 46. & 47.* Ad extremum ſi in cauſa inteſtati tantum inſpicitur conſuetudo cuiuſque loci, non in cauſa teſtamenti, *vt latè demonſtrat. Euerard. conſil. 183. & conſil. 206.* quod in loco ſtatuti teſtamentum factum ſit, & hic conſiderandum videtur.

Contra eſt manifeſtum Baldi reſponſum *conſil. 137. Factum proponitur eſſe tale lib. 1. & item conſ. 131. Circa prædicta videndum lib. 2. in l. ſi arrogator penult. colum ff. de adopt. & in l. 2. colum. penult. C. quæ long. conſuet.* Etenim natura * ſtatuti eſt, vt non extendatur ad bona in alio territorio ſita, vbi contraria ſtat iuris 5.
diſpoſitio, *l. pupillo. ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. Titium § tutor ff. de adminiſt. tut. l. conſtitutio. ff. ad municip. l. 1 & 2. C. d. tit. l. certa forma. C. de cenſ. libr. decimo. & l. diuinorum. C. de decur. eod. lib. Ioan. Andr. ad ſpecul. tit. de inſtrum. edi. §. compendioſè verſic. Quid ſi de conſuetudine. Innocen. & alij ad cap. vlt. de offic. Archid. Aretin. conſil. 113. numer. 3. & alij multi allegati à Tiraq. d. quæſt. 16. numer ſecun.* Deinde ſtatutum quo quis excluditur à iure communi, ſemper eſt odioſum, niſi exprimat perſonam quæ fauorem meretur. *Bald. d. conſil 317.* ideoque nullatenus trahitur extra territorium. *Bartol. & omnes in d. l. cunctos populos. Carol. Molinæus conſ. 31. num. 25. to. 1.* Præterea ſtatuere nemo poteſt ea de re, cuius cognitionem non habet, *l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iudic. cap. à nobis 1. de ſent. exco. cap. vt animarũ. §. ſtatuto. de conſtitut. lib. 6. Bald. in d l. 2. & in l. nulli. C. de ſent. & interloc. omn. iudic. Bart. in l. edicimus. C. de muri. leg. lib. 1. Euerar. conſi. 136. num. 14* quia condere ſtatutum iuriſdictionis eſt, *gloſſ in l. 1 ff d. tit & in §. iuſiurandum in verb. Iuriſdictione. Auth. de defen. ciui. plenè Doct. in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. Bald. in l. ſi quis iniquum §. 1. ff. quod quiſque iur. & complures alios referens Tiraq. de iure primog. qu. 16. num. 2. & ſeq.* Bona autem dicuntur eſſe in eius iuriſdictione, in cuius territorio ſunt, *l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. d. cap. poſtulaſti.* Euidens igitur, licet ſtatuenti ſubſit maritus, tamen ad bona eius alibi ſita ſtatuentium pertinere non poſſe, quippe in quibus deficit ſtatuentis iuriſdictio, cauſa efficiens & extenſiua ipſius ſtatuti. *Dd. in cap. per venerabilem. ext. qui fil. ſint legit. fac. quæ not. Lap. alleg. 91. Caſus eſt talis num. 7. & 8. & Alex. conſil. 128. nu. 2. verſic. pro Soc. lib. 1.* Hinc eleganter *in loco à. no. offic.* voluit Euerar. ius illud quod coniunx ſuperſtes habet ex conſuetudine Zelandica in dimidium omnium bonorum communiter poſſeſſorum extra territorium Zelandiæ non trahi, etiam ſi in teſtamento coniunx dixerit ſe velle vt coniugi ſuperſtiti liceat apprehendere auctoritate propria dimidium bono-

rum,

rum, & addita ſit clauſula [vbicunque locorum bona reperientur] Nam generalitas illorum verborum, vbicunque locorum, relata ad locum, reſtringi debet ſecundum ſubiectam materiam, tanquam generalitas relata ad bona. *Doct. ad d. cap. vt animarum & Anchar. conſil.* 193. Porrò huius argumenti ſimilia multa cum longa nomenclatione auctorum produci poſſent: ſed quoniam prænotatas eas rationes inconfutabiles exiſtimo, operæ parcam eundi per ſingula, contentus remiſiſſe ad Anchar. *in d. cap. canonum ſtatuta.* Alex. & alios iam antè recitatos.

Placet ergo Baldi ſententia, quam & vſu, legum interprete ac rerum magiſtro, *l. minimè. ff. de legib.* video eſſe receptam, & multis Magni Senatus arreſtis confirmatam. Non obſtat imprimis quod ſtatutum iſtud in hoc editum dicitur, ne vir & vxor amore mutuo ſe ſpolient: quia in id tempus confertur legatum, quo & matrimonium non eſt, & legans damnum ſuſcipere non poteſt. Ac profus fauorabile non cenſeri, quod aufert liberam teſtamenti factionem, docet nos Bald. *ad d. l. cunctos populos verſic. Viſo de eſſentia. fac §.* 1 *Inſtit. de leg. Faſc Cani. toll. Pariſ. conſ.* 16. *lib.* 3. *& expoſui paulò antè num.* 5. Quin, ſi verum monet Pariſ. *conſ.* 68. *n.* 9. *lib.* 2. receptæ eſt adſertionis, ne in fauorabili quidem actu ſtatutum †
6. extra municipium porrigi. Romani item diſtinctionem auſcultare non oportet, cùm in contrarium ſit communis concluſio, quòd ſiue ſtatutum loquatur in rem ſiue * in per-
7. ſonam habeat locum in bonis poſitis in territorio ſtatuentium, & non in alijs. *Anchar. d. loco, ibi, Quæro iuxta prædicta Alex. conſil.* 16. *Viſo titulo quæſtionis, nu.* 1. *lib.* 1. *Lud. Goz. ad. conſ.* 49. *n.* 6. *dicens ita tenuiſſe Iac. de Rauen. Din. Guil. de Cu. Cyn. Iac. de Aret. & omnes antiquos in d. l cunctos populos. Molin. conſ. ſuo* 31. *n.* 25. *lib.* 1. *& ad d. conſ.* 16. *Alex. vbi multos teſtes laudat. & ad conſ.* 41. *lib.* 5. *cum Phanuc. itidem multos citante de luc. dot. gloſſ.* 9 *ad verb. Medietatem n.* 45. Quod verò datio tutoris ad bona vbique gentium ſita reſpicit, fit ex communi omnium lege ita mandante, quæ cum ſit efficacior & firmior iure ſpeciali, facilius etiam protenditur. *l. eius militis §. militia miſſus. ff. de militar teſta. Iaſon ad d. l. cunctos populos in* 2. *lect. n.* 91. *Alcia. ad eand. l in fi. Tiraq. d. q.* 46. *num.* 30. Itaque & interdictio bonorum, decretum alienationis iure communi vbique ligant: in propoſito autem caſu de ſtatuto & iure municipali agimus. Tunc item, ſi quis fortè Alex. ſolutionem *d. conſ.* 128. amplectitur, dicti actus maxime ſunt minori & prodigo fauorabiles, ſtatutum autem iſtud odioſum, vt oſtendi. Illud verò quod Roma. aduocat, extra territorium effectus * ſententiæ trahi, etiam perpetuum non
8. eſt. Nam qui per ſententiam poſtulare prohibitus fuit, in alia prouincia ad poſtulandum admittitur *l. ex ea ff. de poſtul.* neque ſententia confiſcationis ſiue publicationis bonorum extra territorium vim ſuam profert. *Bald. Ang. & Imo. ad l ex facto proponebantur. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. d. conſ.* 68. *Hippo. & alij ad d. l. vlt. ff. de iuriſ. omn. iud. Boer. ad conſuet. Bituric. de iuriſd. omn. iudic.* §. 10. *gloſſ.* 1. *ibi Secus ſi ſint diſtinctæ iuriſdictiones.* Excommunicationis ſententia & ſimiles ad animam pertinent, eamque vti loco incircumſcriptam vbique ſequuntur aliqui nullam ſæpè effectum habituræ. *Doct. ad d cap. vt animarum.* ſicut dicimus actionem ex contractu pro rebus vbique ſitis eſſe, *l. vlt. C. de præſcript. long. tem.* quoniam & actio loco non circumſcribitu, *l. Caius. ff de leg.* 2. Sed, vt ad reliqua contraria veniamus, non iuſtè item colligit Ioan. de Ana. locus vbi maior pars hæreditatis ſita eſt, ſpectari debet, ergo ſtatutum loci in aliis territoriis procedit. Quid enim ſi in loco ſtatuti deceſſerit teſtator & alio loco exiſtat maior pars hæreditatis, vbi ius commune obtinet. Quòd enim contendas, mortis, & aditæ hæreditatis locum inſpici oportet: id hactenus conſenſero, vt illius quidem loci ſtatutum in condendo, aperiendo, approbando teſtamento ſeruetur, *l.* 2. *C. quemad. teſtam. aper.* & vt ibidem hæres conueniendus ſit, *l. hæres abſens. ff. de iudic. d. l.* 1. *C. vbi de hæred. aga.* non etiam vt dictum ſtatutum in bonis vbicumque ſitis locum habeat. Proinde Ananiæ opin. veluti communi repugnantem, & ex detecto iam errore Bart. depromptam, cenſeo tueri non poſſe. Statutum quoque ciues extra territorium delinquentes punire poteſt, ſi hoc exprimat, non quidem ex poteſtate ſtatuentium, ſed ex tacito conſenſu ciuium, qui ſtatuentium iuriſdictionem quodam modo prorogarunt, ſtatutumque ipſum longo vſu adprobarunt: id quod belle ad præſentem quæſtionem *conſ.* 45. *lib.* 5. reſpondet Alex. Neque Pet. Ferrar. opin. turbat, cui & Batt. *ad d. l. cunctos populos.* & Anchar. *ad d. cap. canonum ſtatuta.* refragantur, & ipſe Pet. rationem aliquam idoneam non adſcribit. Nam quod lex municipalis perſonarum primogeniti ad omnia bona vocat, & ideò tenere debet in bonis cuiuſcunq; territorij; planè vt ex ſupradictis patet, inconſequens: niſi & illas deciſiones eadem illatione falſas dicamus, vbicumque agitur de iure deſcendente ex re, ſeruari ſtatutum loci vbi res ſita eſt. *Cyn. Bald. & alij ad d. l. cunctos populos.* in diuiſione bonorum ſpectari conſuetudinem loci vbi ſunt bona, *Euerar. d. conſ.* 206. *num.* 1. *& quotquot ſunt conſimiles.* Facilè denique illi obex diluitur,
quod in ſucceſſione ab inteſtato ſolemus * 9.
conſuetudinem ſpectare cuiuſque loci, non in ſucceſſione ex teſtamento. Hoc quippe non aliò pertinet, quàm vt ſolennitas teſtandi conſideretur illa quæ viget in loco teſtamenti. *Petr. de Bellaper. Iaco. de Rauen. & alij ad d. l. cunctos populos.* Nam ſicut pluribus teſtamentis factis quem decedere lex vetat: ita abſur-

dum

dum foret plurium locorum conſuetudines in vno teſtamento exquirere, & actum per ſe indiuiduum huic, & illi, & illi loco diuerſimodis impartiri: præterquam ſi nominatim ſtatutum præcipiat in ſingulis locis ſingula teſtamenta fieri, vt aliquando præcipit vnum teſtamentum inſinuari & approbari in ſingulis locis vbi teſtator bona habuit. Cæterum alia nonnulla ab hac tractatione non aliena legere eſt apud Didac. Couuar. *ad cap. alma mater. part.* 1. §. 10. *num.* 3.

CAP. XXIX.

Statutum ne maritus leget vxori, an contineat maritum alibi teſtantem.

SVMMARIA.

1. *Statutum epiſcopi vt ſubditi extra diœceſim delinquentes puniantur, valet.*
2. *Statutum ſimpliciter vetans maritum vxori relinquere, continet maritum alibi teſtantem*
3. *Fraus de loco ad locum quando committitur.*

PRoximo ſuperiore cap. *num.* 3. *&* 8. relatum eſt, ciuem extra territorium aliquid contra ſtatutum facientem puniri pœna eiuſdem ſtatuti, ſi expreſſe hoc cautum fuerit, non perinde ob poteſtatem ſtatuentis, quàm ob tacitum conſenſum & approbationem ſubditorum: quemadmodum ſubſiſtit ſtatutum † epiſcopi expreſsè determinans quòd ſubditi extra diœceſim delinquentes puniantur, *Bart. & Bald. in d. l. cunctos populos. Gemi. & Phil. p. Franc. ad d. cap. vt animarum. Alexand. conſ.* 41. *lib.* 5. *Panorm. ad cap.* 1. *de rapt.* Ex quo ſtatim efficitur teneri maritum etiam alibi legantem, ſi ſtatutum diſertis verbis caueat nec domi, nec foris, nec intra, nec extra territorium coniugem coniugi legare poſſe. De ſtatuto ſimpliciter loquente maior eſt hæſitatio, exiſtimantibus pleriſque claſſicis interpretibus ſubditum extra territorium id quod iure communi licet facientem, pœna ſtatuti ſimpliciter idipſum prohibentis, nouumque delictum conſtituentis non comprehendi, *d. l. mercatores. C de mercat & l.* 2. *C. de eunuch. d. cap. vt animarum. Card. & alij ibi, & ad cap. à nobis. de ſenten. excomm Anchar. ad cap poſtulaſti. de foro compe. oppoſ.* 5. *latè Alexand. conſ.* 111. *Ponderatis verb. num.* 1. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 159. *lib.* 4. *& multos ad teſtimonium citans Henr. de Bottis in tract. de ſynodo par.* 3. *art.* 2. *num.* 21. *verſ. Contrarium.*

Cæterùm Bartol. *ad l.* 1. *C. de ſacroſ. eccleſ.* contrà reſoluit, ſtatutum iſtud ne vir * vxor leget, virum quocumque loco teſtantem contineri, non tantum ſi id expreſſim caueat, verùm etiam ſi ſimpliciter loquatur, nulla teſtamenti alibi conditi facta mentione. Quæ certè ſententia propiùs multò ad veritatem accedere videtur, ſi coniectura exurgat, maritum eo animo ad alium locum feceſſiſſe, vt illic teſtando ſtatutum domicilij ſui fraudaret: quo caſu fraus * de loco ad locum commiſſa eſſe dicetur, *de qua Doct. ad l. fraus. ff. de legib. & ad cap fraudem. de reg. iur.* veluti & fraudem ſtruit is, qui cùm ancillam proſtituere non poteſt, in caupona ipſam collocat, *l. vltim. C ſi mancip. ita vænier.* & olim is qui proprij parochi probitatem metuens, ad ruſticum aliquem paſtorem accedit, & coram eo matrimonium aut inæquale, aut illicitum contrahit. Immò ſi talis coniectura & præſumptio fraudandi ſtatuti non apparet, adhuc cenſeo ſubditum alibi teſtantem eodem ſtatuto ligari, non adeò quia ſtatutum ligat ſubditum extra territorium, tam de quo variæ ſunt Doctorum ſententiæ, ſed quia ſtatuta ſunt localia, & proinde qualitercumque ſubditus, vel domi, vel foris teſtetur, res de quibus teſtatur, ab ipſo ſtatuto regulantur. ita vt alibi legando maritus vxori ex rebus in territorio ſtatuentium ſitis nihil iuris tribuat, vti præcedenti cap. amplius dictum fuit

CAP. XXX

Statutum ne maritus leget vxori, an contineat maritum forenſem.

SVMMARIA.

1. *Forenſis intelligitur ſe ſubieciſſe ſtatuto loci in quo actum celebrat.*
2. *Forenſis quando ligetur ſtatuto ne vir relinquat vxori.*

QVAESTIO iſta vel de illo proponitur qui in loco domicilij vxoris bona habet, & inibi teſtando ei legat, vel qui ibidem ei legat de bonis alibi ſitis. Ad priorem caſum quod attinet, cùm forenſis * præſumatur inueſtigaſſe ſtatutum illius loci, in quo actum aliquem celebrare intendit, *teſte Barbat. conſ.* 51. *&* 56. *lib.* 2. eiuſdem quoque formam ſequutus eſſe intelligitur, *l. hæredes mei. §. at cùm ita. & ibi Doct. ff. ad S. C. Trebell. & ad l. quæro. ff. locat.* Rurſum vt in contractibus & quaſi contractibus ſequimur conſuetudinem loci, *l. ſi fundus. ff. de euict. l. hæres abſens. ff. de iudic.* ita ſimiliter & in teſtamentis, quia à contractib. ad teſtamenta bonam eſſe argumentationem Euerard. *in loc. ſuis legal.* luculenter oſtendit. Vnde Fulgoſ. *ad d. l.* 1. *C. de ſacroſ. eccleſ.* reſpondit, maritum forenſem ligari hoc ſtatuto quoad bona intra territorium ſtatuentium ſita,

2. ſita, quaſi ſtatuta ipſi iam adfecta.* De quo minus ambigendum fuerit ſi conſtet forenſem multo tempore loci cum vxore habitaſſe, aut numquam ſe velle inde emigrare decreuiſſe, vxorive promiſiſſe. *Corn. conſ.* 3. *l b.* 3. *Felin. ad cap. 1. de ſponſ. Cagnol. ad l. exigere. ff de iud. Panu. de lucro dot gloſſ.* 9. *ad verb. Medietatem n.* 31. *&* 32. non quòd maritus ex perſona vxoris & caſu domicilium ſortitur, ſed quod ex electione & manſione propria illud ſibi conſtituit, & conſtituendo ſe ſtatutis illius tacitò alligat: qua in ſpecie falſa vtique erit opinio Bald. Salic. Iaſon. *ad d. l.* 1. Ioan. Cald *conſ.* 17. *&* 34. *tit. de teſt.* Socin. *conſ.* 288. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 54. *lib.* 3. & Impert *in ſuo enchirid. ad verb. Inſtitutio hæredis.* exiſtimantium, ſtatutum non poſſe inhabilem facere forenſem, ne leget vxori etiam de bonis ſibi ſubditis. Poſteriore autem caſu videndum an certo aliquo loco domicilium fixerit maritus. Nam ſi nunc apud vxorem, nunc in loco originis ſuæ manſit: temporaria iſta habitatio ſeu mora non ſpectabitur. *Alex. conſ.* 129. *lib.* 7. ideoque cùm neque teſtator, neque res legata ſtatuto ſubiaceant, omnibus modis ius commune obtinebit: & ſic locum habere poterunt ea, quæ *conſ.* 67. Chaſſan. & *ad l. vltim. ff. de iuriſd omn. iudi.* notat Hippo. Quin etiam ſi maritus in loco domicilij vxoris & ſtatuti certas ſedes habuit, ibique teſtatus eſt, idem cenſeam, propterea quod veriſimiliter ſuo cum animo reputauit, ſtatuta, vt reuerà ſunt, eſſe localia, neque prohibitionem ſuam ad res alibi, vbi ius commune ſeruatur, ſitas exercere poſſe, *iuxta nota. in d § at. cùm ita.*

CAP. XXXI.

Statutum ne quis forenſi leget, an contineat maritum forenſen, ducentem vxorem in loco ſtatuti, ne ex teſtamento vxoris ante nuptias contractas conditio legatum capere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Ratione ſtatuti ceſſante ſtatutum ipſum ceſſat.*
2. *Initium in teſtamentis ſpectatur.*
3. *Tempus quod conſideretur circa conditionem teſtatoris.*
4. *Hæres quibus temporibus capax eſſe debeat.*
5. *Tempore mortis legatarium capacem eſſe ſufficit.*
6. *Statutum ne quis forenſi leget, non continet eum qui tempore mortis teſtatoris ciuis eſt, etſi tempore teſtamenti fuerit peregrinus.*
7. *Qualitas adiecta verbo quomodo accipiatur ſecundùm tempus verbi.*
8. *Regula Catoniana quando locum non habeat.*
9. *Tempus contractus initi cur ſpectetur.*

AB Alex. *conſ.* 29. *num.* 6. *libr.* 4. & Caſtr. *ad l. cætera. in princ. ff. de legat.* 1. in non diſſimili ſpecie deciſum reperio, ſi ſtatutum dictet non valere legatum forenſi relictum, & legatarius fuerat forenſis tempore teſtamenti conditi, poſteà autem effectus eſt ciuis, legatum conualeſcere: quia ratione ſtatuti ceſſante, ſtatutum * ipſum ceſſare debet, *vt ait Pariſi. conſ.* 1. 98. *Circa præſentem conſultationem. n.* 30. *lib.* 1. *& Tiraq. in lib. ceſſante cau. num.* 235. ſicut & prohibitionis cauſa ceſſante ceſſat ipſa prohibitio. *l. 1. & ibi Bald. C. ſi rect. prouinc. cap. etſi Chriſtus extr. de iniur.* adeò quidem vt ex ceſſatione cauſæ videatur aduerſus prohibitionem legis aut ſtatuti diſpenſatum eſſe, *teſte Bald. conſ.* 54. *lib. 1. & Tiraq. n.* 215. *d. loco.* Similiter ſtante ſtatuto quod forenſis non poteſt adquirere immobilia in illo loco, ſi emptor tempore emptionis ciuis non erat, nihil ei nocet, modo tempore traditionis ciuis eſſe probetur. *Caſtr. conſ.* 288. *Videtur quòd dicta ſententia. lib.* 2. immo ſufficit qualitatem iſtam ciuitatis ſuperuenire tempore traditionis, *auctore eodem Caſtr. conſ.* 234. *In cauſa appellationis. d. libr.* 2. Compari modo Cyn. *ad l. ſi rem meam in fin. ff. de obligation.* poſt Petr. de Bellapert. dicit, ſi quis aduerſus ſtatuti formam procuratorem non impetrata licentia conſtituit, deinde autem licentiam obtineat, conſtitutionem ſubſiſtere & conualidari. Ab eadem ratione & datio curatoris, quæ ab initio non valuit ob defectum iuramenti curatoris ex ſtatuto requiſiti, accedente poſtea iuramento roboratur. *Corn. conſ.* 69. *libr.* 1. Et ſic paria ſunt aliquid ab initio eſſe tale, vel poſt interuallum tale fieri, *l. nihil. refert. ff de condition. ſine cau. dixi latiùs numer.* 5. *cap.* 5. *lib.* 1. & ſufficit qualitatem requiſitam adeſſe eo tempore, quo actus in effectum deducitur. Proinde & in hac hypotheſi dubitandum non videtur, legati capacem eſſe maritum, qui tempore quo dies legati cedit, & tempore mortis teſtatricis ciuis eſt: vtpote ceſſante iam ratione ſtatuti, ne ad exteros bona intra territorium ſita transferantur. *id quod in addit. ad d. conſi.* 29. *Alexand circa fin. etiam Molin. voluiſſe video.* Adde conſiderandum eſſe non tempus teſtamenti, ſed illud quo teſtamentum conſummationem recipiet, id eſt, mortis vxoris. *arg. l. tutoribus. vbi latè Bart. ff de teſtament. tut in quo loco diſpoſitio etiam per verba præſentis temporis concepta ex veriſimili mente teſtatoris refertur ad tempus ſuæ perfectionis, arg. quoque l ſi filium. ff. de lib. & poſthum. vbi in iure dicendi teſtamentum nullum tempus mortis ſpectatur:* ſicut in ſimili multis legibus & rationibus tum Alber. *quæſt* 136. 1. *par. ſtatut.* 269. tum Fred. de Senis, & Roma. *conſil.* 296.

296. *Circa declarationem* decidunt, eam incapacitatem non officere hæredi, in qua fuit tempore mortis ſuorum parentum, modo tempore aditæ hæreditatis capax efficiatur.

Porrò autem contrariam partem non mediocriter iuuat id quod *conſil.* 599. *Circa propoſitam quæſtionem.* reſpondit Roman. dicens, ſi ſtatutum forenſes bona aliqua adquirere vetet, nullo modo ex eo conualeſcere adquiſitionem, quod forenſis adquiſitor poſteà ex interuallo eius loci ciuis factus eſt. Et confir-
2. mari hæc deciſio videtur apertis legibus, quæ diſponunt tempus * teſtamenti conditi inſpici, nihil autem prodeſſe, aut obeſſe id quod poſteà accedit, *l. ſi eo tempore ff. de his quæ pro non ſcript. haben. l.* 1. §. *ſi quis autem teſtamentum fecerit. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. l.* 1. *ff. de teſtam. l.* 3. §. *quæri autem. ff de iure fiſ.* Quomodo inſtitutio hæredis quæ ex perſona teſtantis tempore teſtamenti vel propter furorem, vel propter impuberem ætatem, quæue ex perſona hæredis ſcripti nullitatis vitio ſubiacebat, ceſſante impedimento non redintegratur. *l. quæ ab initio ff. de reg. iur. l. ſi filius. l. eius. ff. de teſta. l.* 1. §. 1. *de legat.* 3. *l.* 1. *de reg. Caton. l. ſicut. C. de fal.* vt neque legatum quod ab initio corruit, vel ex perſona legatarij, ſi is fortè inſtituti hæredis ſeruus eſt, vel ex qualitate rei legatæ, ceu cùm marmora & columnæ ædibus iunctæ legantur, *l. cætera* §. 1. *de lega.* 1. *l. ſeruos. C. de lega.* §. *an ſeruo, Inſtit. de lega.* Quocirca & plerique exiſtimant eos, qui tempore teſtamenti concepti non fuerunt, ex ſuperueniente natiuitate ad fideicommiſſum non admitti. *Anchar. & Imo. ad cap. indicante. de teſtam. per l. peto.* §. *fratre. ff. de lega.* 2. *Alex. conſ.* 184. *lib.* 2. *& idem Roman. conſ.* 438. *In cauſa conſultationis.* Omnia enim quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatim euentum capiunt, ſi ab initio quidem ſine vitio cœperunt, *l. omnia. ff de reg. iur.* quaſi ſcilicet initia ſint baſes rerum quocumque tempore gerendarum, *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de orig. iur. l.* 1. *C. ad S.C. Macedon.* Adieceris & illud, quod qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi, *l. in delictis.* §. *ſi damnum extraneus. & l. quod ait Prætor in fin. ff. de noxa. actio. l. titius. ff. de milita. teſtam.* ideoque ſtatutum vetans ne quis forenſi leget, qualitatem forenſis tempore teſtamenti tantum reſpicit, non etiam eam, quæ tempore mortis mutata fuit.

Ego huius controuerſiæ cauſam, variamque & ambiguam definitionem incuriæ, ſiue error eſt, interpretum deputo, qui, vt alibi quoque commonſtrabimus, cuiuſque legis rationem negligentes nullo diſcrimine, nullaque proportione ab vno tempore ad aliud argumenta detorquent. Sanè eo oculi ferendi ſunt; vt videamus aliam in teſtatore eiuſque hærede, aliam in legatario rationem eſſe. Nam ſi agitur de conditione, vel (vt aiunt
3. noſtri) habilitate teſtatoris, tempus * teſtamenti ſcripti conſideratur. Si enim tunc aut nullum aut non legitimum animi iudicium habuit, quî dici poterit mentis illius interceſſiſſe teſtatio, ſine qua teſtamentum non eſt, §. 1. *Inſtit. de teſtam.* quidue autem refert ſi poſtea aut furere, aut impubes eſſe deſierit, niſi noua accedat vltimæ voluntatis declaratio? *l. qui ex liberis ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. & aliis numeroſè allatis à Tiraq. ad l. ſi vnquam. ad verb. ſuſceperit liberos, num.* 179. Contra ſi tempore teſtamenti erat recti ſenſus mentiſque integræ, quid ei furor deinde inſequutus oberit? Nihil equidem magis, quàm ſi abſque eius culpa vitium aliquod ſuperueniat, *l.* 1. §. *ex gi. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. d.* §. *ſi quis autem teſtamentum fecerit, & l. qui in poteſtate l. vlt. ff. de teſtam.* Immò & tempore mortis teſtamenti factio adeſſe debet, §. *in extraneis. Inſtit. de hæred. quali. & differ.* vt ſi teſtator ſua culpa teſtabilis eſſe deſierit, teſtamentum in pænam ſceleris commiſſi euaneſcat, *l.* 2. *C. qui teſtam. facere poſſ. Gloſſ. in d. l.* 1. §. *ſed ſi quis vtroque tempore. ff. de bonor. poſſ. ſecun. tab. quam vide.* Hæres * verò ſcriptus & tem- 4.
pore teſtamenti facti, & mortis tempore, atque aditæ hæreditatis debet eſſe idoneus, vt & tempore exiſtentis conditionis, *l. ſi alienum.* §. *in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* maximè hæres extraneus: cum ſui hæredis conditio tempore teſtamenti & mortis teſtatoris potiſſimum ſpectetur, §. *ſui. Inſtit. de hæred. qual. & differ.* non autem aditæ hæreditatis, ſiquidem in ſuo hærede tempus aditionis & mortis idem eſt. *Bart. ad d.* §. *in extraneis. per text. l ſi poſt mortem. ff. de legat.* 1. Quare autem tria illa tempora alias exquirantur, iam dicam. Et primò verùm eſt teſtatorem non poſſe facere quo minus leges in ſuo teſtamento locum habeant, *l. nemo poteſt. ff de legat.* 1. vnde eo tempore quo teſtatur, non poteſt hæredem facere quem lex ab hæreditate repellit. Mortis porro tempore habilis eſſe debet hæres, etiam fauore teſtantis, ne eius hæreditas vel ad fiſcum, ob crimen hæredis ſcripti, vel ad alium, quem hæredem habere noluit, transferatur. Aditionis tempus ſimiliter idoneam qualitatem requirit, ſcilicet vt ſit hæres talis, qui adire & aditionem intelligere poſſit. Nam minores, furioſos & dementes, deque ſtatu ſuo dubios id facere leges prohibent, niſi iis, quæ ius deſiderat obſeruatis, *l. mutum* §. 1. *l. impuberibus. l. ei qui. l. neceſſariis. de acquir. hæred. l. potuit. l. ſi infanti. C. de iure deliber.* Tum item tempore aditionis debet cum hærede eſſe teſtamenti factio, ſiue purè, ſiue ſub conditione inſtitutus ſit, proptereà quòd ius hæredis eo tempore maximè ſpectandum eſt, quo adquirit hæreditatem, *d.* §. *in extraneis. l. non oportet. ff. de legat.* 1.

At in legatariis aliud receptum eſſe his verbis *ad d. l. non oportet. per illum text.* oſtendit Bart. Quæro quo tempore † quis debet eſſe 5.
capax

capax vt legatum poſſit conſequi ? gloſſ. dicit tribus temporibus, quod eſt verum in hæreditatibus : in legatis verò quando eſt inhabilitas in perſona legatarij quam teſtator tollere non poteſt, ſufficit quod reperitur capax tempore mortis, *l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iure fiſc. & ff. de donat. cau. mort. l. in mortis.* & ita dicit Dynus, & benè. Rurſum *ad d §. quando num.* 1. ſcribit in hunc modum. [Doctores determinant & benè, ſufficere legatarium eſſe capacem tempore mortis : *ita not. Gloſſ. ſupr. de legat. 3. l. fin. deportati & in l. mortis ſup. de donat. cau. mort & ſup. de hæred. inſtit. l. ſi alienum. & §. de reg. Catonia.* in eo quod ibi dicitur, quod quando legatum deficit ex perſona eius cui relinquitur, non habet locum regula Catoniana] Hactenus Bart. qui & gloſſ. *ad l. eum qui poſt ff. de condit. & demonſtrat.* reprobat. aliud ſentientem : eaque in re Ioan. Fabri *ad §. in extraneis. Inſtit. de hæred. qualita. & differ.* ſubſcribentem habet, dum ait in puris legatis capacitatem legatarij tempore mortis teſtatoris inſpici, in conditionalibus autem tempus quo exiſtet conditio, quandocumque ex perſona legatarij legatum deficeret. Sic & Lagus *in ſua method. tit. de leg.* Non impedit, inquit, quominus peti poſſit legatum, ſi quis tempore conditi teſtamenti ius non habuerit aliquid ex eo petendi, modò cùm moritur teſtator, talis quis fuerit, vt teſtari aut ei legari potuerit. In hoc enim legata donationi cauſa mortis æquiparantur, *d. l. in mortis. ff. de donat. cauſ. mor.* Sed & differentiæ rationem inter teſtatorem hæredem, atque legatarium *ad §. 1. n. 7. Inſtit. d. tit. de hæred. qual. & differ.* addit Portius, quòd cùm legata habeant dependentiam ab inſtitutione hæredis à qua formantur, tempora habilia non requirunt, ſed tempus mortis quo legata pura cedunt, ipſumque teſtamentum in effectum deducitur, aut exiſtentis conditionis, quo conditionalia dumtaxat, *d. l. eum qui. l. Ariſto. ff. de leg.* 1. ſed teſtamentum * & hæredis inſtitutio ab alio actu
6. non dependent, aut formantur. Igitur ſicut inhabilitas hæredis legatario non obeſt, *l. mortuo boue. §. Labeo. ff. de leg. 2. Iaſon ad l nullum, num. 10. ff. de verb. oblig.* ita quoque ſatis erit, ſi tempore mortis vxoris in ciuitatem receptus ſit maritus, eaque ciuitatis ratio legatum confirmans poſtea ſuperueniat, *iuxta not. à Dyno ad cap. non firmatur de reg. iur.*

Enimuerò (vt contraria nunc de hinc diſſoluam) cùm ſtatutum vetat legare coniugi, ſatisqualitas* adiuncta verbo legandi ad tem-
7. pus legati refertur, ſi eam qualitatem quæ tunc in teſtatore coniuge exiſtit, intuearis : quia intelligitur quòd legare coniugi non poteſt teſtamenti tempore : ſed quod qualitas legatarij eo tempore ſpectanda eſt, nequaquam conſequitur. Prætereaque quod dicitur qualitatem adiectam verbo intelligi ſecundum tempus verbi, eum ſenſum habet, vt perpendatur tempus à quo diſpoſitio ſumit effectum, *referente Euerar. conſi.* 5. *num.* 6. atqui licet inſtitutio hæredis, legata, & ſimilia tempore teſtamenti vires adquirant, tamen tempore mortis teſtatoris habent effectum, cùm nempè hæreditas vacare cœpit, *d. l. ſi alienum. & not. Hottaman ad d §. in extraneis.* Ad Romani autem deciſionem *d. conſil.* 509. quod attinet, eam Philip. Dec. *ad d. l. quod ab initio. num.* 2. And. Barbatiæ *conſ.* 70. *lib.* 3. diſplicuiſſe memorat. Et ſanè argumenta eius ſuper regula Catoniana potiſſimum fundantur, quæ velint legatum futurum inutile ſi eo tempore quo relinquitur, teſtator fuiſſet mortuus, ſublato impedimento tempore mortis teſtatoris, nihilominus inutile permanere, *l. 1. ff. de reg. Caton.* Ad quod reſpondebimus, regulam* Ca- 8.
tonianam non habere locum, quoties iſtud impedimentum non prouenit ex lege antiqua, ſed ex lege noua, aut ſtatuto nouo, vt *ad d. l.* docet Caſtr. *num. 6. verſ. Quartò requiritur.* addens expreſſis verbis ideò ſe exiſtimare, quod ſi ſtatutum prohibet forenſem adquirere bona ſita in territorio ſtatuentium, & legatarius tempore teſtamenti erat forenſis, ſed tempore mortis in ciuitatem cooptatus eſt, habebit legatum, dicta regula nequidquam obſtante : idque vlterius duabus rationibus probat, quod & hic nullum eſt impedimentum niſi ex perſona legatarij, & id huiuſmodi vt à teſtatore vel maximè volente tolli non poſſit, ita enim nihil eſt quod ei imputetur : alias ſi tollere potuit, neque ſuſtulit, eius culpa notanda eſt. Scio ego contractus * tempus conſiderari, vt vel valeat, vel annul-
letur, *l. continuus. §. eum quis. l. inter ſtipulantem,* 9.
§. ſacram rem. & l. ſi filiusfam. ff. de verb. oblig. l. vltim. ff. de ſtipula. ſer. ſed non me quoque latet fauorabilia his eſſe legata, & vltimas voluntates : *vt ad eundem §. ſacram notat Zaſius,* tum verò contrahentes res ſuas ita plerumque componere, ne ab incerto euentu pendeant, *l. ſicut. C. de act. oblig.* Scio confeſſionem nulliter à Principe factam propter defectum ætatis non conualeſcere ætate ſufficiente, *cap. ſi eo tempore, de reſcript. lib.* 6. neque dubito alios caſus eſſe in quibus habilitas ſuperueniens non dat robur his quæ ab initio fuerunt nulla : ſed ſuas illi peculiares habent rationes, quas ſingulatim perſequi, & in vniuerſum huius articuli explicationem ſuſcipere, labyrinthus foret inexplicabilis, *vt lib. Ceſſan. cau. limit. 19. num. 3. rectè monet Tyraq. ſoletq. ea res ad l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ad l. cum viro ff. de vſucap. ad d. l. nullum ita fusè explicari. vt nihil magis.*

CAP.

CAP. XXXII.

Si ſtatutum prohibet coniugi forenſi relinquere, an in æſtimationem rei legatæ capiet.

SVMMARIA.

1. *Æſtimatio rei legatæ an coniugi forenſi ex ſtatuti forma adquirere prohibito debeatur.*
2. *Legatarius æſtimationem legati cuius præter ſuum delictum incapax eſt conſequitur.*

IN hoc articulo verba ſtatuti admodum expendenda eſſe cenſeo. Si enim ſimpliciter vetet ſtatutum ciuem * forenſi relinquere, dubitare non oportet, quin ex iis bonis quæ ſtatuentibus ſubiecta ſunt, nihil legatario debeatur, iuxta ea quæ largè ſuperius executi ſumus. Si verò ita caueat ſtatutum, ne bona immobilia forenſibus vel coniugibus, vel non coniugibus legentur, neue iis adquirantur, æſtimationem deberi crediderim. Tametſi enim Bart. in ea verſetur opinione, *ad l. apud Iulian.* §. *conſtat. ff. de leg.* 1. quod legatum rei immobilis relictum forenſi prohibito adquirere ex forma ſtatuti nullo modo valet, etiam quoad æſtimationem: contrarium tamen ibidem Iacob. Floria. Bald. Caſtr. Alex. Ang. & Iaſon *num*, 34. Alber. *par.* 2. *ſtatut. quæſt.* 2. Imol. & Anchar. *ad cap. filius. de teſtam.* & ipſe quoque Bart. varians *ad l. filiusfam. miles* § *ſi quid alicui, per illum text. ff. de legat.* 1. communi calculo receptum eſſe oſtendunt. quia ſtatutum non reſiſtit æſtimationi ſeu pretio rei immobilis, ſed ſolummodo cauet ne res ipſa immobilis forenſi adquiratur, volens ſcilicet in rebus ſoli ciues peregrinis anteferri: deinde quia æſtimatio debetur * legatario, quotieſcumque prohibetur adquirere non ob ſuum delictum, ſed ex alia probabili aliqua cauſa, vt hic: id quod in Eccleſiis, monaſteriis, aliis corporibus, & perſonis ſimilibus apparet, *ca. recolentes. & ibi Doct. de ſtatu monach. gl. in ca* 1. *de exceſ. præla. lib.* 6. & hinc ſi legatæ ſint veſtes quarum vſus ex forma ſtatuti interdicitur præſtabitnr earum æſtimatio, quam citra crimen legatarius accipere poteſt, *Bald. ad l. cùm te. C. de donat. probaturq́ manifeſtiſſimis verbis d.* §. *ſi quid alicui. & rurſum* § *ſi ſeruo alieno l. fideicommiſſa. ff. de lega.* 3 *Et hanc ſententiam Roman. Zaſius, & alij ad l. multum. & ad l. inter.* §. *ſacram. ff. de verb. obligat. amplexi ſunt.* At vbi clauſula decreti irritantis ſtatuto adiecta eſt, an quoque id obtineat? luculenter in tracta. de amortizat. peculiari cap. enucleaui: ad quem locum te remitto.

CAP. XXXIII.

Si ſtatutum vetet legare forenſi, & coniunx tempore contracti matrimonij teſtamentique conditi ciuis fuerit, ſed poſtea forenſis eſſe incipiat, an legatum capiet.

SVMMARIA.

1. *Qualitatem requiſitam ſemel exiſtere an & quando ſufficiat.*
2. *Legatario tempore mortis teſtatoris incapaci legatum non debetur.*
3. *Media tempora non nocent.*

PER diuerſum tractari poteſt, an præſtandū ſit legatum marito, qui tempore conditi ab vxore teſtamenti ciuis & capax fuit, tempore verò mortis vxoris aliò ſe tranſtulit, & iuri ciuitatis renunciauit. Et quod ſufficiat ſemel * eū 1.
tempore teſtamenti facti capacem fuiſſe, ſimilibus quibuſdam probari videtur. quippe & is quem à tutela numerus liberorū excuſauit, manet excuſatus etiam ſi poſteà numerus ille decreuerit, *Ioan. And. ad cap. decet. de reg. iur. in* 6. *Mart. Lauden. in tra. de fiſco, concluſ.* 188. *per text. l. ſciendum.* §. *vlt. ff. qui ſatiſd. cogan.* & excuſatio ob morbum durat etiam poſt morbum, *l. ſi cum dotem.* §. *ſi maritus. vbi Bartol. ff ſolut. matrimon.* & vxor facta diues non amittit quartam partem hæreditatis mariti ſibi delatam ob paupertatē, *Deci. ad Auth. prætereà. C. vnde vir & vxor. monuimus ſuprà cap.* 3. itemque commiſſio data alicui in dignitate conſtituto valet, quantumuis poſtea idem dignitati ſuæ renunciet, *l. generaliter, & ibi Bald & alij. C de epiſcop. & cler. Ioan. And. ad cap ſtatutum. de reſcri. in* 6. nec non denique agnatum fuiſſe tempore delatæ hæreditatis ſufficit eum, qui poſtea agnatus eſſe deſiit, *l. vlt. ff. de ſucceſſ. edict. l. vlt. ff. vnde li.* Quibus adſtipulatur quod ceſſante cauſa non tā facile ceſſat effectus, quando agitur de lucro captando, vt in legatis, *l. proſpexit ff. qui & à quib. in tract. Ceſſan. cauſ. limitatio.* 5.

Sed melius eſt dicere, niſi legatarius * ſit 2.
capax tempore mortis vxoris, & ſtatuti verbis & ſtatuentium mente legatum non præſtandum, vt ex ſecundo ante hoc cap. ſufficienter elucet. Tamen ſi maritus ad domicilium vxoris ea adhuc viua rediit, & iura ciuitatis recuperauit, atque tempore mortis vxoris ciuis fuit, nihil illi oberit medij temporis peregrinitas, *l.* 6 *ff. de hæred. inſtit.* §. 2. vbi Vlpian. [Solemus dicere media tempora non nocere: vt puta ciuis Romanus ſcriptus hæres viuo teſtatore factus eſt peregrinus, mox ad ciuitatem Romanam peruenit, media tempora

non nocent] quomodo & Paulus. [Eum, qui poſt apertum teſtamentum deportatus, & reſtitutus eſt, fideicommiſſum petere poſſe, cuius conditio poſtea extitit quàm ciuitatem Romanam recipiat.] *l.eum qui poſt.*104. *ff. de condit.& demonſt.facit text.l.*1.§. *ſed & ſi quis vtroque.ff.de bono poſſ.ſecun tab.l.Ariſt.ff.de manumiſſ.teſtament. & l. poſtliminium ff. de capt. & poſtli. reuerſ.* Neque negotium faceſſunt quæ pro aduerſa opinione ſunt allegata. Nam quod ſufficit cauſam & qualitatem requiſitam ſemel exiſtere * licet poſtea deficiat, ita
3. intelligendum eſt, ſi eo tempore exiſtat quo à lege requiritur, ſicut in oppoſitis exemplis: de quorum tamen veritate plerique dubitant, *vt ex Tiraqu. d. loco. l.mit.* 4. *patet* Nos autem loquimur eo caſu, cùm tempore mortis teſtatricis, id eſt, tempore à ſtatuto requiſito maritus peregrinus eſt. Aliter reſponderi poteſt ſufficere qualitatem requiſitam ſemel adfuiſſe, quando actus fuit conſummatus, inſpecto initio quo vim ſuam habere incipit, *l.incola.ff. ad municip.* non etiam quando actus adhuc pendet ab euentu futuro, vt in teſtamentis, *l.Titia Seio.* §. *vſuras ff. de lega.* 2. *Bald.conſ.* 117.*lib.*1. vel, vt alij dicunt, id quod perfectum eſt, ex deſinentia qualitatis ſuperueniente non tolli, licet tollatur quod adhuc eſt in cauſa fiendi. *Bald ad cap.etſi Chriſtus de iureiur.& Ioan.Monachi in procem.Decretal.* Et quoniam legatum* non habet effectum niſi à tem-
4. pore mortis teſtatoris, *l. à Titio. ff. de fur.* non venit in conſiderationem quod vltimo loco opponitur, ſcilicet vbi de lucro captando agitur, ceſſante cauſa effectum non tolli. Non enim ab initio ius vllum irreuocabile legatario quæſitum fuit, *l.*4 *ff.de adimen.l. cum morte extr. de celeb.miſ.*

CAP. XXXIV.

Statutum vetans legata forenſi, an contineat vxorem in loco ſtatuti nuptam & habitantem, ſed alibi natam.

SVMMARIA.

1. *Vxor forum & domicilium viri ſequitur.*
2. *Origo vxoris transfunditur in originem viri.*
3. *Vxor alibi nata, alibi nupta vtriuſque loci beneficijs vtitur.*
4. *Statutum ne quis forenſi leget, non continet vxorem in loco ſtatuti habitantem, etſi alibi natam.*

APertæ ſunt leges, quæ dicunt mulierem
1. * non ſolum ſequi forum viri, ſed & domicilium ſuum mutare, efficique ciuem illius loci in quo maritus agit, *l. exigere dotem. ff.de iudic.l. ea quæ.*3. *& l.vltim.* §. *item. reſcripſerunt. ff ad muncip.l.cum.quædam puella.ff.de iuriſdict.omn.iud.l.vlt.C.de incol lib.*10.*& l.*1.*C.de mul in quo lo. munera ſex. eod. lib. idque probant gloſſ.Bartol. Ang & Ioan.Plateanus in l.ciues.C. d.tit.de incol.Corn.conſil.*55. *lib.* 1. *Fuloſ. conſil.* 93. *& alij.* quia vxor marito extero nupta eo animo proculdubio domicilium illius ſequitur, vt (ſi Deus ita faxit) inibi moriatur, ſemperque cum eo perſeueret, cuius amore parentes & patriam deſeruit. Hoc amplius crebriore calculo receptum eſt, vxorem *
non tantum eius ciuitatis eſſe cenſeri, cuius 2.
eſt vir, verùm etiam originis eiuſdem, *gloſſ. & Bartol. in l. origini. C. de municip. & origina. lib.decimo.Homod. conſil.*166. *Panorm. conſ.*110. *in fin.libero ſecund.*Bald.*conſil.*351.411.*&* 456. *lib.*1.*& conſ.*310. *libr.* 3. dicens matrimonium transfundere originem vxoris in originem viri, eo quod per matrimonium vxor vnitur viro, *cap.debitum ext.de biga.* vnitorum autem eadem eſt conditio & natura, *cap.* 1. *& ibi not. ext.ne ſede vacan. & multos cumulans Tiraq. in princip.leg connub.* §. *Quinetiam eiuſdem eſt originis, & poſt eum Phanuc.de lucro dot.ad verb.Medietatem, num.*6. Proinde Curtius Iun. proximè ad hanc ſpeciem cenſuit vxores aduenas, iunctas ciuibus non dici forenſes, ideoque ſub ſtatuto de ciuibus loquente contineri. Quod extenditur etiam ſi maritus ex priuilegio ciuitatem nactus ſit, non autem ciuis natus. *Carol.Ruin.conſ.*58.*nu.*9.*& conſ.*59.*n.* 7. *& libr.* 3. etiam ſi mulier dicat ſe ſtatutum domicilij viri ignoraſſe *Curt.d.loco, & Phanuc. latè num.* 7. & etiam ſi mortuo viro transferret domicilium ſuum aliò, cum ſufficiat eam tempore vitæ mariti ſubiectam fuiſſe ſtatuto, ibique maritum teſtatum eſſe in re communi, *iuxta ea quæ not Felin.in cap.* 1. *colum penult.de ſponſal. & Roland. à Valle de lucro dot. q.* 21. Nec obſtat quod Bart. *in d.* §. *item reſcripſerunt*, videtur tenere contrarium, & eum ſequuti Bald.*conſil.*139.*lib.*5.& Corn.*conſil.* 177. *libr.quarto*, ſibi contrarij, Caſtr. *in l. rei iudicat.* §.*ſocero ff. ſolut. matrimon.* Alex. *conſil* 20. *in fin.libero ſecundo.*& alij allegati à Tiraq. *d. loco.* §. *Contrarium tamen.* dum aiunt quod mulier nupta, quo ad compendium, non deſinit eſſe ciuis eius loci ex quo orianda eſt. Nihil enim impedit eadem * mulierem alibi in
veritate, alibi in fictione originariam eſſe, & v- 3.
triuſque loci tam patriæ ſuæ quàm domicilij mariti beneficiis gaudere. Nam ſi vxor alibi nupta ſit, & in loco originis ſuæ ſoli forenſes tenentur ſoluere gabellas pro bonis ibi ſitis, ipſa non tenebitur, *Bartol.& Bald.in d.* §. *item reſcripſerunt.* & rurſus ſi forenſis in loco originis vxoris non poſſit bona immobilia adquirere, prohibitio ad vxorem alibi nuptam non pertinet. *Iulius Ferret. in tract. de gabel. & publica n.* 587.588.*& ſeq.*

Ratum igitur eſto, ſi ſtatutum † vetet fo- 4.
renſi legare, non contineri vxorem, quæ in loco

loco ſtatuti & domicilio mariti habitat, etſi aliunde originem duxerit. Quod ſi verò ſtatutum coniugem coniugi legare prohibeat, ſanè nec vxor alibi nata legatum capiet: quia tempore mortis mariti ciuem eam fuiſſe ſufficit.

CAP. XXXV.

Statutum ne vir vxori leget, an contineat nobiles curiã Principis ſequentes, ſi in loco ſtatuti teſtentur & moriantur.

SVMMARIA.

1. *Nobiles curiam ſequentes nec ciues nec incolæ ſunt eius ciuitatis vbi curia moratur.*
2. *Domicilium conſtituiſſe vqi quis dicatur.*
3. *Curiam ſequentes non ligantur ſtatuto ciuitatis curialis.*
4. *Magnus Senatus Belgicus non tenetur ſtatutis Namurcenſium, etſi ibi ad quoddam tempus conſiſtat.*
5. *Dignitas Senatoria non mutat domicilium.*
6. *Famuli gaudent priuilegijs dominorum.*

Elegans hæc eſt quæſtio. Sunt enim Principes multi alijque nobiles, qui Imperatorem, Regem, aut primarium ſuum Principem quocunque tendat, ſequuntur, aut in comitatu eius, hoc eſt, loco vbi vitam ducit, perſeuerant, vnde olim comitatenſes vocabantur: & plerique eorum etiam ibi habitationem familiamque propriam habent. Et ſanè hos ſtatuto ciuitatis in qua teſtati & mortui ſunt, minimè adſtringi, atque proinde ſi coniugibus contra formam ſtatuti aliquid legauerint, legatum valere cenſeo. Etenim ciues eius ciuitatis non ſunt, in qua
1. curia * moratur, cùm inde nec originem duxerint, nec ibi manumiſſi, allecti, aut adoptati ſint, *l. ciues C. de incol. lib.* 10. Deinde eiuſdem ciuitatis incolæ dici non poſſunt: quia incola eſt qui in alienam regionem domicilium contulit, *d. l. ciues & l. pupillus.* §. *incola. ff. de verb. ſignific.* Quod autem dicti aulici proprium & verum domicilium, ad hanc rem quod attinet, illic non habeant, probari poteſt rationibus ſubiectis. Primò conſtat
2. illud † domicilium vnicuique eſſe, vbi larem, rerumque ſuarum ſummam conſtituit, eo animo vt quoad viuet, inde non recedat, *l. in lege. in princip. ff. de verb. ſignific. l. aſſumptio. l. domicilium. & l. eius.* 2. *ff. ad municip. d. l. ciues.* id quod de iis qui curiam ſequuntur dici non poteſt, tum quia curia voluitur ad inſtar rotæ, *Rebuff. ad ord. Reg. tom.* 3. *tract. de domicil. elect. in præfat. numer.* 6. & 8. tum quia etſi nobiles ibi habitent, non tamen ceſſat iuris præſumptio quod aliquando ad patriam redire volunt. *l. veluti. & ibi Doct. ff. de iuſtit. & iur. l. prædia. ff. de fundo inſtruct. Bartol. ad l. is poteſt. ff. de adquir. hæred. Aret. conſ.* 135. *Socin. conſil. lib.* 6. *Carol. Ruin conſil.* 61. *lib.* 5. Secundo ſola habitatio propria vel conductio domus alienæ non conſtituit nouum domicilium, ſi aliud nihil acceſſerit, *d. l. prædia* §. 1. *l. quæſitam. & ibi Bart ff. de leg.* 3. *Iacob. de Butr. ad l. hæres abſens.* §. 1. *ff. de iudic Aret. conſil.* 10. *num.* 3. *& addit ad eundem.* Tertiò potius dicendum eſt eos habere commune domicilium, ſicut & exteri illi, qui vel Romæ agunt, *l. Rom. ff. ad municip.* vel in alia aliqua Imperiali ſeu Regia ciuitate. *Socin. ad cap. vlt. de for. compe. & Io. Gallius areſto.* 145. Quarto non eſt abſurdum quem viuere moribus ſuæ patriæ in loco alieno. *Pariſ. conſil.* 53. *numer.* 92. *lib.* 3. *Ioan. Bapt. Bouius in tract. de ſtatut. verbis præſcript. gloſſ.* 19. *numer.* 165. Quinto pro hac deciſione in iiſdem terminis allegari poteſt opinio Bartol. *in l. lex. Cornelia.* § *ſi tamen. ff de iniur. & in l.* 3. *de incol. lib.* 10. *Ang. ibi, & conſil* 27. *Socin. ad d. cap vlt Fel. ad cap. dilectus.* 2. *n.* 12. *verſ. Et idem poſſet exemplificari in quocunque. de reſcript. Pariſ. d. conſ.* 53. *n.* 91. *Ioan Bapt. Bouij d. loco,* & aliorum adſerentium, quod conuerſatio etiam continua non facit quem ciuem, maximè eum qui habitat in aliquo loco vt curiam ſequatur, ſi habeat animum recedendi, quodque etiam ſi 30. annis illic eſſet, domicilium conſtituiſſe non cenſetur.

Cùm igitur nec ciues nec * incolæ ſint, 3.
ideoque poteſtati ſtatuentium non ſubiecti, *l. vlt. ff de iuris d. omn iud.* ſtatutum ad eos pertinere non poteſt. Si quidem verba ſtatuti referuntur ad ſubditos tantum, & mentem cauſamque finalem ſtatuentium deſignant, *l. vlt. & ibi Doct. ff. de hæred inſtit.* & ob id ſtatutum prohibens certum genus perſonarum teſtari, legare, ſeu diſponere, ad cæteros non porrigitur. *Alex. conſ.* 15. *&* 44. *lib.* 6. *Iaſon ad l. omnes populi. n.* 42. *ff. de iuſt. & iur.*

Quo fit, vt cum Regia Catholica Maieſtas Magnum ſuuum Senatum * Belgicum poſt 4.
occupatam ab hoſtibus Mechliniam, Namurcum tranſtulerit, & nos Senatores reſtituta Mechlinia hinc migraturi ſimus, certè ſtatutis oppidi Namurcenſis non ſubijciamur: id quod ad maiorem cautelam Regia Maieſtas ſuo diplomate declarauit. Alij autem * Senatores qui curiam non ſequuntur, 5.
ſed certas fixaſque ſuas ſedes in prouinciis habent, per adeptionem illius dignitatis, & habitationem continuam domicilium ibi adquirant. *Doct. ad d. cap. vlt. Rebuff. d. loco n.* 15. nihilominus & vbi oriundi ſunt domicilium habere intelliguntur: quia dignitas domicilij adiectionem potius dediſſe, quam permutaſſe videtur, *tex. l. pen. ff. de Sen. & l. Senatores. C. de incol. li.* 10.

Quod autem de iis, qui curiam ſequuntur, dico, etiam de eorum domeſticis & † famulis 6.
dicendum reor: dependent enim ab eorum alimen-

alimentis, *l. cum hi* §. *ſed & perſonarum ibi, an ſequioris ff. de tranſact. Oldr ad conſil.* 211. *Ad propoſitum*, & priuilegia conceſſa alicui indubiè ad domeſticos eius extenduntur. *Bart. ad l ſi penes. C. de agric. & cenſit. & largè dixi ad c. priuilegia. de regul iur. in* 6.

CAP. XXXV.

Mercatores & ſcholaſtici an iſti ſtatuto adſtringantur.

SVMMARIA.

1. *Domicilium an quis conſtituerit, iudex æſtimat.*
2. *Domicilij conſtitutio quibus cercumſtantijs probetur.*
3. *Mercatoris proteſtatio quod domicilium habere non vult, ante* 10. *annos efficax eſt.*
4. *Scholaſticus vtitur ſtatuto ciuium quo ad fauores.*
5. *Scholaſticus etiam ſi mille annis in ciuitate maneret, non cenſeretur domicilium fixiſſe, ſi conſtet de contraria voluntate.*
6. *Scholaſticus etiam domicilium habens ſtatuto ciuitatis non tenetur quo ad mobilia.*
7. *Mobilia perſonam ſequuntur.*

AD mercatores quod attinet, videndum & ex variis coniecturis æſtimandũ eſt, an in loco ſtatuti domicilium * fixum con-
1. ſtituerint: id quod ad arbitrium iudicis plerique omnes referunt. *Caſtr. in l.* 2. *num.* 2. *vbi Senato. vel clariſ. Socin. in cap. ſanè col penult. & latè in cap. vlt. quaſt princ. de for. compet. Barbat. & Aret. in cap. quod clericis. eod. tit. Panormit. in cap. vlt. de paroch. in fin. Felin ad cap. dilectis* 2 *numer.* 12. *verſ. Sed aduerte. extr. de reſcript. Dec. conſil.* 284. *numer.* 11. *Pariſ. conſil.* 12 *num* 17 *lib.* 3. Si quis enim venditis aut aſportatis quæ in patria habebat bonis, in vrbem aliam cum familia migrauit, ibi domicilium * fixiſſe cenſe-
2. tur, *d l.* 2. *in fin. C. vbi Senato. Arg. d. cap. vlt. vbi Hoſtien. & Panorm. de paroch. Bartol. in l. prædia* §. *affini. ff. de fun. inſtruct. in l. aſſumptio.* §. *iuris prudentibus & in l. domicilium ff. ad municip. allegans Innocen. in c. ex tranſmiſſa de renunc. Felin. d. loco verſic. Secundus caſus. But. in d. ca. vlt. de for. compet.* Item ſi in alia regione bona emit, & ibi moratur, *gloſſ. in l* 2. *C de incol. lib.* 10. *Pariſ. d. conſi.* 12. *n.* 19. vel ſi priuilegium ciuitatis ibi impetrauit, *Dec. d. conſil.* 184. *n.* 11. *arg. l. pro hærede* §. *pen. in fi. ff de adqui hæred.* & potiſſimum ſi vxorem ibi duxit, *d. conſil.* 284. *numer.* 9. & 11. & cum ea longo tempore ibi habitauit: nam qui decennio aut diutius in aliena patria conſiſtit, creditur perſeueraturus, neque alio iturus eſſe *d. l.* 2. *C. de incol. Cyn. ad d. l.* 2. *C. vbi Senat. gloſſ. & Bart. ad l. lex Cornelia.* §. *ſi tamen ff. de iniur. Angel. conſi.* 26, *Felin d. loco, verſi. ſecunda declaratio.* Quin ſi de voluntate appareat, vel vno momento domicilium conſtitutum intelligitur. *Domin. à S. Geminia. in cap. cum nullus. numer.* 11. *de tempo. ordin. in* 6, etiam ſi quis pergulam, aut armarium tantum in aliquo loco haberet. *Ioan. Andr. in addit. ad Specul.* §. 1. *de compet. iud adit. Marian. Soci. conſi.* 7. *num.* 8. *lib.* 2. Ea autem voluntas ex coniecturis probatur, *cap.* 2. *de renuncia. & l. dolum. C. de do.*

Quod autem in genere de mercatoribus dico, peræque de mercatore curiam Principis ſequente. *d. conſ.* 12. *num.* 16. *& ſeq.* reſpondit Pariſ. quantumuis poſt elapſum decennium aliquoties declaraſſet ſe habere animum redeundi in patriam; & nulla officia illius ciuitatis obiuiſſet.

Porrò ſi mercator † aliquis ante elapſum 3.
decennium declaraſſet coram diuerſis ſe illic ciuem eſſe aut domicilium conſtituere nolle, vel ſi omne lucrum in patriam miſiſſet, ibidemque poſſeſſiones ex eo comparaſſet, aliud dicendum foret. Regula enim quæ eſt quod ex lapſu decennij domicilium conſtitutum intelligitur, procedit in caſu dubio, non etiam in caſu claro, quando per declarationes & proteſtationes contrarias illud probari poteſt, *Bart. in d.* § *ſi tamen. Panorm. in d. cap. vl. Pariſ. d. conſi.* 22. *numer.* 23. *Alciat. ad l pupullus.* §. *incola ff. de verb. ſign.* illæ enim ius uniuſcuiuſque conſeruant, *l.* 1. §. *vlt. ff. ad S. C. Syllan. l. vxori ſuæ. ff. de lega.* 3.

De ſcholaſticis † dici poteſt quod ſtatuto 4.
iſto vtpote odioſo non teneantur: quia iure & priuilegio ciuium in compendio vti poſſunt, ad detrimentum verò ſuum ſtatutis ciuium non ſubiacent. *Guido de Suza. in l. quod fauore C. de legib. Barto. in l non tantum el.* 1. § *ſi emancipatus ff. de bon. poſſ. contra tabul. in l. Alexandrinis C. de decur. lib.* 10. *Bal. in l. ea lege col.* 6. *C. de condi. ob cau. Doct. ad l. ſi Rufinus. C. de teſta. mil.. & in Auth. habita. C. ne filius pro pat. Ripa. numer.* 7. *& Iacob. de Nig. col.* 12. *in l.* 1. *ff. de legat.* 1 *& Alexand. alios citans conſi.* 32. *nu.* 3. 4. & 5. *lib.* 5. Sed ſi decennio in aliqua ciuitate ſcholaſticus manſerit, domicilium fixiſſe creditur. text. *d. l.* 2. *C. de incol.* [Nec ipſi qui ſtudiorum cauſa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, niſi 10. annis tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint:] quod intellige ſi illic vxores duxerint, poſſeſſioneſque nouas emerint, profeſſores facti ſint, ſiue alio aliquo prædictorum modo animum illic perſeuerandi demonſtrauerint. Nam quamdiu liquet quod non deſtinant ibi ſtatuere domicilium, ſed reditum in patriam meditantur, ad eos ſtatutum non pertinet, etiam ſi vltra decennium inibi habitaſſent. gloſſ. & Doct. *ad l. eius* 27. *per illum text. ad municip. per l. quæſitum. & l. vltim. ff de legat.* 3. *l. nihil. ff. de cap. l. ex facto. ff. de hæredita. inſtitut. Rain. Petr. & Caſtrenſ. in d. l.* 2. *C. de iuriſd. omn. iudic.* dum aiunt quod non cenſetur fuiſſe

fuiſſe in loco, qui non habet animum remanendi. Bartol. *ad d. §. ſi tamen num.* 1. Bald. *in d. Auth. habita.* Ioan. & Andr. Aretin *in d. cap. quod clericis.* Panorm. *conſil* 62. *num.* 10. *lib.* 2. dicentes ſcholarem non fieri incolam loci, etiam ſi mille annis in ſtudio ſteterit, ea intentione vt in patriam remigraret.

Equidem hac in re ita ſtatuo, vt licet ſcho-
6. laſticus * ſummam rerum ſuarum in locum vniuerſitatis tranſtulerit, & animo perpetuo manendi ibi domicilium ſuum elegerit, tamen ad bona immobilia dumtaxat, quæ ibi tempore mortis eius reperientur, ſtatutum vetans coniugem côniugi legare, pertineat. Nam cum ſe-
7. cundum iuris diſpoſitionem bona † mobilia ſequantur conditionem & qualitatem perſonæ, *Bald. in l. mercatores. C. de commer. Ioan. Imber. in enchirid. ad verb. Bonorum differentia.* vtique ſicut perſonæ ſcholaſticorum etiam fixum & perpetuum domicilium in loco ſtudii habentium non ſunt ſubiectæ ſtatutis ciuium in ſuum odium, ſed proprios ſuos iudices habent, *d. Auth. habita. C. ne filius propa.* negari non poteſt quin pari modo poteſtas ſtatuentum in his deficiat, *l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud.* & per conſequens præſumpta voluntas ſeu conſenſus ſcholaſticorum, qui alio transferendo domicilium, quantum ad bona mobilia ſe ad ius commune, & priuilegia ſua referre voluiſſe intelliguntur. *l. hæredes mei. §. eum ita. ff. ad S.C. Treb. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de loca.* Aliud quippe eſt in mercatoribus, qui niſi ſingulari beneficio ſibi conceſſo à ciuitate in qua negociantur, muniti ſint, ratione incolatus eiuſdem ciuitatis iuriſdictioni ſubiacent. *Doct. ad d. l. vlt. C. de iuriſd. omn iud. Caſtr. in l. 2. C. eod tit. in fin.* Neque huc pertinet quod plerique aiunt, mobilium vilem & abiectam eſſe poſſeſſionem, *l. ſi rem mobilem & ibi gloſſ. ff. de acqnir. poſſ.* adeoque immobilia tamquam digniora ad ſe res mobiles trahere, *iuxta not. à Tiraq. de retract. §. gloſſ. 7. num.* 82. Quia hoc verum eſſe poteſt quando ſimul permixta ſunt, & eodem iure cenſentur, *vt cap. quod in dubijs. ext. de conſecrat. Eccleſ. cap.* 1. *eod tit. lib.* 6. ſed in propoſito caſu nulla horum inter ſe eſt mixtura, neque eodem iure veniunt: quandoquidem in bona mobilia magiſtratus loci vbi ſita ſunt, poteſtatem habet, ſed in immobilia non habet, quia nec in perſonam: & proinde bona mobilia clericorum condemnatorum non cedunt fiſco domini temporalis, ſed epiſcopo. *Oldrad. conſil.* 17. *Boer. ad conſuet. Bitur. tit. de iuriſd. §.* 2. *Chaſſ. de confiſcat. §.* 1. *Imber. d. loco.*

CAP. XXXVI.

An locus originis, an verò domicilij mariti teſtantis ſpectetur.

SVMMARIA.

1. *Satuta cuiuſque loci vbi bona ſita ſunt, ſpectantur.*
2. *Domicilij & habitationis locus quando inſpiciatur.*
3. *Originis locus quando inſpiciatur.*
4. *Habitatio & origo quando non ſpectantur.*

EX prædictis abundè ſatis apparet, vter locus, * domicilijne, an originis mariti te- 1.
ſtantis ſpectari debeat. Nam ſi conſuetudines ſunt locales, vti oſtendimus, rectè *ad l. ſi arrogator. ff. de adopt.* reſpondit Bald. ſcribens ſeparationem bonorum faciendam eſſe, vt ſcilicet bona exiſtentia in territorio domicilij regulentur ſecundum conſuetudinem eiuſdem, bona autem alibi ſita ſecundum mores illius loci: quia quemadmodum ratione rerum quis ſortitur forum in locis vbi ſitæ ſunt, *cap. vltim. de for. compet.* ita & eorundem locorum ſtatutis adſtringitur: cum forum ſortiri, & ſtatutis ligari in pleriſque omnibus parificentur. *Innoc. D. Anto. & Dec. ad rub. de conſuet. Ioan. Faber. in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Non me latet domicilium originis tacite per habitationem in alio loco, nec etiam expreſsè mutari poſſe, *l.* 1. *ff. de decur. l. aſſumptio. in princip. ff. ad muncip. l. origin. C. eod. tit. lib.* 10. *l. ciues vbi gloſſ. & Doct. C. de incol. eod. lib.* nam & ideo mulier nupta extrà locũ originis non deſinit eſſe ciuis ciuitatis ex qua oriunda eſt, *Bartol. ad l. vltim. ff. ad municip.* non item ignoro vbi in vnam perſonam concurrunt originis & domicilij loca, locum originis veluti naturalem & non accidentalem, potentiorem eſſe, *l. qui habet. ff. de tut.* & proinde conſuetudinem illius tantum ſpectari. *Alb. ad d. l. cunctos populos. per l. nulli. C. de epiſ. & cler. id quod amplè conſ.* 39. *confirmat. Rom.* ſcio hoc pleroſque ſentire, quod locus mortis non inſpicitur, niſi quando locus originis eſt incertus, *d. l. nulli. ibi, Quod ſi teſtator.* verumtamen iſta omnia & ſimilia huc propriè non pertinent, vbi agmine de teſtamento facto in loco ſtatuti prohibentis vxori relinquere, quamuis in loco originis ſit ius commune, & vxori relinquere liceat.

Ac pro iſtius planiore explicatione meminiſſe debemus, ſicut propriè aliud eſt ciuem eſſe, aliud, incolam & habitatorem, quia ciues origo facit, manumiſſio, allectio, vel adoptio: incolas verò domicilium, *d. l. ciues.* ita quoque aliquando inſpici locum domicilij, aliquando locum originis, aliquando neutrum. Locus * domicilij & habitationis 2.
cuiuslibet inſpicitur in citationibus faciendis: quia cum citatio debeat primum fieri ad perſonam rei, vtique in loco habitationis ſuæ ante omnia eſt quærendus, vt citetur, *l.* 4. *§. prætor. ait ibi, domum in qua degit. ff. de dam. infec. l.* 1. *§. domum. & ibi Bartol. ff. de iud. l. cum. quadam*

dam puella.ff. de iuris. omn. iud. etiam ſi maritus haberet domicilium extra locum originis. *Alex. conſ.* 100. *li* 3. *Iaon ad d l.cunctos. in 2.elect.num.* 25. *Dec.conſ.* 283. *Pariſ.conſi.* 34. *lib.* 3. *Ruin.conſ.* 58. *n.* 3. *& 59.Roland. à Val. de lucro dot. q.* 22. Æquali modo locus habitationis vbi factum eſt teſtamentum, & adita eſt hæreditas, conſideratur in hoc, vt hæres in eodem loco forum ſortiatur, & ibi conueniri poſſit, *l. hæres abſens. ff.de iud.* vtq; inibi de hæreditate agatur, *tot. tit. C.vbi de hæred.ag.* ac vt hæres eius qui reliquit bona in diuerſis locis, habeat bona exiſtentia in territorio & loco habitationis, ſi ſolennitas in condendo teſtamento illic requiſita adfuerit, *l. ſi non ſpeciali. C de teſta. argu. l.* 2. *C. quemad. teſta. aper. amplè Socin. conſ.* 79 *lib.* 4. *ſcitè & appoſitè ad noſtram quæſtionem Boer. qu.* 13. *n.* 25. *quem omnino vide*: eum interim cætera bona ſita in loco vbi eſt alia ſolennitas teſtandi, in dicto teſtamento non obſeruata, capiat hæres ab inteſtato: quia teſtator alterius loci ſtatutum pro ſuo arbitrio lædere non potuit. *Pet.de Bellaper.& Iacob.Rauen.ad d.l.cunctos* Nicol. Euerard. *conſ.* 175. *Præſuppoſita verſ. Pro quo faciunt notata.* licet poſtea videatur probare quod locus teſtamenti conditi, & ſolennitas eius ſeruata in ſucceſſione teſtati prorigitur ad bona vbicumque ſita.

Aliquando ſpectatur locus † originis, vt
3. cùm agitur de honoribus ſuſcipiendis aut repetendis: is enim qui habet domicilium in vno loco, & originem in alio, potius locum originis ſequi debet *l. libertus.§ præſcriptio.l. & qui originem ff.de hono.& muner.* Item & filius ratione ciuitatis, non illius domicilij, in quo pater degit, conditionem ſortitur, ſed illius ex qua pater naturalem originem ducit. *d. l. aſſumptio. §.filius.* tum quia de ſolo iure ciuitatis conſtituendo agitur, tum quia obligatio ad munera obeunda fuit prius contracta in loco originis, qui ideò merito præfertur, *l.in operis.ff. loca* Sic & cùm alterius loci ciuis alio in loco fortè moritur, & in redemptionem captiuorum non deſignatis eorum nominibus certam pecuniæ ſummam legauit, epiſcopo loci originis exactio eius ſummæ competit, *d. l.nulli.* quia in dubio præſumendum eſt, teſtatorem hominem exterum, in loco conditi teſtamenti domicilium perpetuum non conſtituentem captiuos loci originis ſuæ exteris ſibi incognitis præpoſuiſſe.

Fit, vt nec locus domicilij & habitationis, nec etiam * locus originis conſideretur, vt cum agitur de ſucceſſione ab inteſtato:
4. quia cuiuſque loci conſuetudo in quo res ſitę ſunt, obſeruatur ex præſumpta defuncti voluntate, *Euerard.d.loco, & Tiraq. de iure primig. quæ.* 46. *num.* 10. ſiue agitur de ſtatuto loci in quo contractus celebratur eſt, *l.* 1. *ff. de vſur. l. ſi fundus. C. de euict.* ſiue etiam de actione reali aut hypothecaria inſtituenda, *l. vlt. C. de long. temp.præſcript.*

Et ex iſtis magis magiſque patet malè facere Doctores, dum ea quæ peculiari ratione ad locum originis pertinent, cuicunque diſpoſitioni applicare, & è diuerſo quæ ſingulatim domicilium & habitationem inſpici ſuadent, ad generalem excluſionem loci originis producere conantur: quibus ſanè potius expendendæ erant rationes ſingularum legum & conſtitutionum volentium aut locum domicilij, aut originis, aut conditi teſtamenti, aut rei ſitæ ſpectari.

Ergo hic ſtatutum loci domicilij in quo factum eſt teſtamentum, inſpicimus, ideò quod maritus animo perpetuo illic manendi eiuſdem ſtatuti prohibitioni ſe ſubieciſſe videatur: alioqui ciuitate multis forenſibus, iiſce maritis aucta facile ſtatutum eluderetur. Quod ſi in loco originis habitet & teſtetur maritus, nulla eſt ratio quamobrem legare vxori non poſſit, vbi ſtatutum hoc non prohibet, dummodo alterius loci vbi res ſitæ ſunt, ſtatuta non repugnent.

CAP. XXXVII.

Maritus ſi legauit vxori in loco vbi hoc ei licuit, & poſtea aliò domicilium tranſtulit, vbi ſtatutum eſt, coniugem coniugi legare non poſſe, vter locus ſpectandus ſit.

SVMMARIA.

1. *Domicilij tranſlatio non infringit teſtamentum anteà factum.*
2. *Teſtamentum non irritatur per novam conſtitutionem, aliam formam teſtandi inducentem.*

STatuto oppidi Mechlinienſis cauetur, vt vir & vxor conſtante matrimonio communes liberos habentes non poſſint inuicem teſtamento relinquere, ſine conſenſu eorundem liberorum in ea ætate qua conſentire poſſent, conſtitutorum. Accidit ciuem Middelburgenſem Middelburgi habitantem ibidem condidiſſe teſtamentum, in quo vxori ſuæ reliquit certos hortos, & omnem ſuam ſuppellectilem, veſtes, cimelia, aurum, argentum, factum, infectum, & ſignatum: paulo poſt cum vxore & familia domicilium tranſtulit, Mechliniam, ibique facto codicillo prædictum legatum confirmauit. Quæritur an vxor legatũ conſequi debeat? Nam cum maritus tranſtulerit domicilium ſuũ Mechliniã, vbi vxori legare nõ potuit, videtur dicendum teſtamentum ruptum eſſe, quaſi ſuperueniente cauſa ob quam initium vtile habere nõ potuiſſet, *l.ſi in metallum.ff.de his quæ pro non ſcript.haben.l.pluribus.l.exiſtimo ff.de verb.obl.* maximè quia in teſtamento ſolet inſpici

tempus

tempus mortis teſtatoris, *l.* 1. §.*exigit.l.qui ex liberis ff.de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. dixi ſup. cap.* 31.*num.*3.& paria ſunt forum ſortiri, ac ſtatutis ſubijci.*Alex.conſil.* 14 *lib.*1. *quod & cap. ſuper monui.*

1. Contrarium † probandum eſt, Nam initio nullum eſt dubium de hortis legatis, alijſque bonis Middelburgi exiſtentibus: quia ſtatutum Mechlinienſe ad bona extra ſuum territorium ſita non producitur. *Doct.in cap.* 1. *de conſtit. Anchar conſil.* 161. *Alexand. conſil.* 41. *lib.*5. Aret. *conſil.* 53. *In cauſa magiſtri Blaſii num.*2. qui ponderat, quod huiuſmodi ſtatutum perſonam omnino non inhabilitat, ſed tantum inducit quandam ſolennitatem: & deduxi copioſè ſup. *hoc lib. cap.* 28. Neque etiam dubitare oportet de rebus mobilibus Mechliniæ exiſtentibus, ideo quod hoc teſtamentum factum fuit ab initio legitime in ea ciuitate, in qua teſtator ſecundùm ius commune potuit vxori non tantum ita legare, ſed etiam ſalua liberorum legitima illam hæredem facere, *l.Lucius.*§. *quæ marito. & l. teſtator. ff. de leg.* 2. tum etiam quod vtile initium in teſtamentis ſpectatur & alijs, *l non omne.*§ *vlt. ff. de regul. iur.* quod factum legitimè non retractatur etiamſi caſus eueniat à quo incipere non poſſet, *l. in ambiguis* §. *nonum.ff eo. tit. cap. factum ea. tit. in* 6. quodque ſtatutum oppidi Mechlinienſis non loquitur de teſtamento alibi facto ab eo qui nondum Mechliniæ ciuis erat, aut pro ciue habetur, & quod ſic caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l. ſi cum dotem.ſolut.matrimon. & alijs ſæpe allegatis.* Aliud eſt in arrogatis, deportatis, & in ſeruitutem redactis, quorum teſtamentum prius legitimè factum euaneſcit, cum in ea cauſa ſint quæ ſtatum perſonæ diminuit, teſtamentumque habere impedit.*l.ſi quis filio.*§.*irriti m.ff. de iniuſto teſta.l.eius quis ff.de teſtam.* Sed qui teſtamentum habere poſſunt, etiam ſi teſtamenti factionem non habeant, vt prodigi & furioſi, cæci, ſurdi, & muti, eo iure non vtuntur, immò teſtamentum eorum antea legitimè factum firmum manet, etſi nunc caſus eueniat quo teſtari prohibentur. *l. qui in poteſtate, & l.ſeq.& l.u cui ff.de teſtament. d.l.* 1. §. *ſi quis autem.ff.de bonor.poſſ.ſecund. tabul. l. diſcretis. l. hac conſultiſſ.ma.C.qui teſtam. face. poſ.* Inſuper & hæc probantur argumento deſumpto à tempore ad locum, *de quo Euerard. in eo loco.*

2. Nam * ſi teſtamentum conditum ſecundum ſolennitatem, quæ requiritur tempore confacti teſtamenti, non vitietur per nouam conſtitutionem poſtea promulgatam, quæ inducit aliam formam teſtandi, *vt eſt text. in Authen. vt facta noua conſtit. ſub. fin.* etiam ſi teſtator breui tempore poſt illam nouam conſtitutionem moriatur. *ſecundum Bartol. ibi*, tametſi Ang. ibi putet aliud eſſe ſi diu poſtea ſuperuiuat, cuius ſententia non videtur eſſe vera per ea quæ notat Aret. *conſ.* 165. *num.*5.& Ioan.Crotus *conſ.*66. *num.* 11. 18.& 21. ſequitur quod nec alterius domicilij aut loci ſuperuenientia id poteſt. Eoque pertinet quod conſulendo reſpondit Nicol. Euerard. *conſ.*70. quod noua conſtitutio Philippi Ducis Burgundiæ inhabilitans baſtardos ſeu naturales ad faciendum teſtamentum, niſi prius impetrata Principis licentia, non infringat teſtamenta baſtardorum ante conſtitutionem huiuſmodi facta, etiam ſi poſt illam publicatam ſuperuixerint. Huiuſmodi enim noua lex, vt & hoc de quo quæritur ſtatutum, reſpicit teſtandi formam magis, quàm præciſam perſonæ inhabilitationem. *Chaſſan. ad conſuet.Burg.tit.des droictz & appar.à gens mar.* §.1.*ad verb.Ne auſſi par teſtam.num.*5. vt maiore ſcilicet ſolennitate fiat teſtamentum, non vt omnino teſtamenti factionem inter ſe non habeant coniuges.

CAP. XXXVIII.

Coniux ſi coniugi legare non poſſit, an trahatur prohibitio ad hæredis inſtitutionem.

SVMMARIA.

1. *Statutum prohibens legatum, cenſetur prohibere inſtitutionem.*
2. Lego *verbum inſtitutionem continet.*
3. *Extenſio fit in ſtatutis eadem, vel maiore ratione.*
4. *Inſtitutio communiter magis lucroſa eſt quam legatum.*

DEcidit Petr. Philippus Corneus *conſil.* 185. *Aliquando diu lib.* 1. ſi ſtatutum diſponat ne maritus vxori leget, inſtitutionem hæredis, maximè vniuerſalis, non prohiberi: idque ſequuntur Fulgoſ. *conſ.* 215. *In primo.* & Ioan. Delict. *de arte teſtan tit.* 6. *de lega. caut.* 44. Atque horum ſententiæ fauet ſæpius iam repetita regula, quod ſtatutum iuri communi contrarium ſtrictiſſimè accipitur, *l. præcipimus.C.de appell.l. ſancimus. de teſtam.* Tum verò legatum eſt quædam donatio, paritque titulum lucratiuum, *l. legatum donatio eſt ff.de legat.*2.*l.ex facto.*§.*ſi quis ita cauerit ff. ad Trebellian.* & ita non mirum eſt ſi ſtatuentes vetuerint legare vxori, ad exemplum donationis iuri communi inter virum & vxorem prohibitæ. Inſtitutio autem hæredis vniuerſalis cùm præbeat titulum oneroſum, adeoque fauorabilior ſit, *l. ſi te ſolum. ff.de hæred.inſtit.l.quod traditum. ff. de condit. & demonſt.* ex veriſimili mente ſtatuentium prohibita non videtur. Quam ſuam voluntatem ſatis expreſſerunt ſtatuentes, ſi verbo, [legare] vel

vſi ſunt. Aliud enim eſt legare, aliud inſtituere, vt ſatis communis loquendi vſus adprobat, cui ſtare debemus. *Bart. ad l. centurio. num. 19. ff. de vulg. & pupil. & docui vberiùs ſuprà cap. 11. num. 6. huius lib.* Super & hæc non eadem ratio eſt prohibendi vniuerſalem inſtitutionem, & legatum, quia multa ſub vniuerſitate transferuntur, quæ per ſe ſpecialiter transferri non poſſunt, *cap. cum Bertoldus de ſenten. & re iudica. cap. ex literis. de iure patron. Fulgoſ. d. loco.*

Ego Alciato *ad l. legis, num. 4. ff. de verb. ſignific.* citra cunctationem accedo, vbi contrariam ſententiam in hæc verba tradit: [Sed
1. & ſi * conſtitutum ſit, ne maritus habens filios aliquid vxori legare poſſit, crediderim inſtitutionem quoque vetari: eadem enim eſt ratio, & verba inferre hoc poſſunt, *l. filium §. ſed ſi portio. ff. de legatis. præſtand.* tametſi aliter Corneus reſponderit.] Sic Alciatus. Et cùm *in d. l. verbis leg.* apertè reſpondeat Pomponius * legati verbo etiam hæredis inſtitu-
2. tionem contineri, idque adfirmet Iuſtinia. *in §. diſponat. Authen. de nupt. cum alijs congeſtis tam ad rub. quàm ad l. 1. ff. de leg. 1.* quid eſt quæſo quod in ipſa meridie caligamus? Vt interim non omittam Paul. Pariſ. *conſ. 54. Circa præſentem. num. 7. lib. 2.* pro certo & conſtanti poſuiſſe, verba ſtatuti de legato loquentis in hæredis inſtitutione verificari. Neque verò exiſtimo eum duntaxat, qui ſani indicij ſit facilè dicturum, ſtatuentes eo quod minus eſt prohibito, id quod longè amplius eſt concedere voluiſſe, *contra cap. cui licet. & quæ latè ibi ſcripſi, de regul. iur. in 6.* Nam ſi ad conſeruationem bonorum in familia reſpexerint, non dubium eſt multò magis per hæredis inſtitutionem quam particulare relictum familiam plerumque fraudari: Sin eo oculos iecerint, vt mulierum facilitati & imbecillitati conſuleretur, nec hoc quoque obſcurum eſt in inſtitutione hæredis maius importunitatis & extorſionis periculum eſſe, quàm in legatis, in quibus de minore emolumento agitur. Nec moueor quod in exorbitantibus à iure communi non eſt * licita extenſio. Hoc
3. enim ita verum eſt, niſi eadem vel maior ratio aliud ſuadeat, præſertim quando vnica tantùm eſt ratio, qua ſtatuentes, ſeu legem ferentes mouentur, tametſi ea in ſtatuto, vel lege expreſſa non ſit. *vt not. in addit. ad Bartol. ad verb. Auth. quas actiones verſ. Fortius dicitur in l. ſi conſtante in 9. 4. prima part. num. 38. ff. ſolut. matrimon. Decius ad c. cùm dilecta. vbi videtur eſſe bonus text. in 5. not. extr. de confir. vti. vel inutil. Tiraq. alios adducens ad l. ſi vnquàm ad verb. Libertis. num. 36. & 37.* Eo enim caſu eadem vel maior ratio decidit omnes ſpecies, quæ ſub diſpoſitione contineri poſſunt, non quidem per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpeciem, aut per proprium intellectum, ſeu progreſſionem veluti de termino ad terminum: perinde quaſi non ſit ſimilitudo quædam, ſed eadem lex, vel idem ſtatutum. *Bald. in l. data opera. col. 6. C. qui accuſ. non poſſ.* & quod de vno dicitur, videtur dici exempli gratia, non autem ad reſtrictionem. *idem in l. de quibus. colum 12. ff de legib. qui & ad l. omnes populi. col. 7. ff. de iuſtit. & iure nominatim in ſtatutis id obtinere dixit.* Et quamuis Iaſon & alij *ad Authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. per illam text.* teneant in exorbitantibus, & correctorijs iuris communis regulariter non admitti extenſionem de caſu expreſſo ad caſum omiſſum, idem tamen Iaſon *ibi limit. 5. num. 24. & limit. 6. num. 26.* excipit, quando alioqui vitium emergeret, vel lex redderetur eluſoria, quorum vtrumque fieret in caſu ſubiecto, ſi is qui legare non poteſt prohibente ſtatuto, coniugem hæredem inſtitueret. Quid autem huc ſpectat quod titulus legati differat à titulo inſtitutionis, quodque titulus inſtitutionis eſt plenior, honorabilior, & fauorabilior, ac legati? Nam & verbum [legandi] & verbum [fideicommittendi] ipſo ſono, & titulorum diuerſitate in Codice Iuſtinia. diſtinguuntur: tamen vt Guidoni Papæ *ad. d. l. num. 36.* credimus, ſtatutum loquens de legato continet etiam fideicommiſſum. Quodque honorabilior eſt titulus inſtitutionis quàm legati, non huc refertur, ſed illo vt filius vel filia tali honorabili titulo ad hæreditatem vocari debeat, *§. aliud quoque. Authen. vt cùm de appell. cog. cap. ſi pater. & ibi Doct. de teſtam. lib. 6.* Minùs verò efficit quod titulus inſtitutionis tamquam onus adiunctum habens fauorabilior eſt. Non enim hoc conſiderarunt ſtatuentes, ſed illud tantùm vt in familia bona permanerent, aut ne facilè coniux coniugem importunitate nimia legare compellat: quæ ratio hæredis inſtitutione non ſecus militat, quàm in legato, vt diximus. Quibus illud adſtipulatur, quod communiter plus lucri † 4.
eſt in hæreditate tota quàm damni, maiuſque compendium, quàm in legato, quia cùm hodie nullus ſit neceſſarius hæres, liberum eſt vnicuique damnoſam hæreditatem repudiare, *vt tot. tit. ff. & C. de adquir. & repud. hæred.* Eſto quoque verbum [lego] ſecundum communem vſum loquendi inſtitutionem non includere: tamen verior eſt eorum ſententia, qui aiunt verba accipi debere ex intellectu Iuriſperitorum, non ex captu idiotarum. *Bald. ad cap. 1. col. 11. de ſucceſ. feu. Alex. conſ. 85. lib. 4.* & alioquin ſufficit quod veriſimiliter ſtatuentes idem de hæredis inſtitutione ſtatuiſſent, quod de legato, ſi ſuper hoc quæſtionem moueri poſſe cogitaſſent, iuſtumq; eſt magis mentem eorum veriſimilem inſpicere, quàm verborũ aucupia ſequi *l. vlt. C. quæ res pig. oblig. poſſ.* Per quę cadit & argumẽtatio illa poſtſtrema, quod multa per vniuerſitatem tranſeunt, quæ per ſe ſola tranſmitti non poſſunt.

C A P.

CAP. XXXIX.

Prohibitio ſtatuti ne coniunx coniugi inſtitutionis legative iure relinquere poſſit, an includat ſubſtitutionem.

SVMMARIA

1. *Obliquè conceditur quod directò impetrari non poteſt.*
2. *Subſtitutio continetur ſtatuto inſtitutionem vetante.*
3. *Fraus per interpoſitam perſonam.*
4. *Statuta pœnalia quo ad pœnam non extenduntur.*
5. *Subſtitutio quando permittatur, niſi inſtitutio corruit.*

QVoniam verò ſubſtitutio nihil aliud eſt quàm ſecunda quædam hæredis inſtitutio, *teſte Accurſo ad rub. ff. de vulg. & pupilla. ſubſtit.* ſic appellata quod ſubtus, hoc eſt, in ima cera hæres ſcriberetur: ordine quæritur an coniunx coniugem inſtituere prohibitus, poſſit eundem inſtituto ſubſtituere? Et prima quidem facie reſtringendum videtur hoc ſtatutum, ne limites ſuos egrediatur, neue coniugem ſubſtitui vetet. Etenim multa per alios conſequimur, quæ per nos ipſos non conſequeremur, *l. Ariſto. Neratio. ff. quæ res pig. oblig. & alij concord. ibi in gloſſ.* & ſæpè per ob-
1. liquum conceditur † quod directè impetrari nôn poſſet, *l. quoties C. de iudi.* Vt ecce: Is qui prohibitus eſt ſuccedere patri, non prohibetur fratri ſuccedere ex diſpoſitione patris, *l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulga. & pup.* Item Bart. *ad l. 3. ff. de lega. præſtan.* voluit, eum qui cum filio vel ſeruo banniti contrahit, quamuis adquiratur bannito, non incidere in pœnam à ſtatuto impoſitam cum bannito contrahenti. Vtique in noſtra hypotheſi Ra. Cuma. *ad d. l. ſi is qui ex bonis.* adſeuerat vxorem filio ſubſtitutam à marito tam in bona eius propria quam in ea quæ à marito prouenerunt, ſuccedere, non obſtante ſtatuto ne maritus quidquam relinquat vxori: videlicet quaſi vxor ſubſtituta videatur accipere non tam ex bonis mariti, quam propter bona mariti, *vt l. eo tempore in fin. ff. de pecul.*

2. Contraria ✶ ſententia communis eſt, & ei adhærent plerique omnes *ad d. l. ſi is qui ex bonis.* etiam Alber. etſi *2. par. ſtat. qu.* 112. videatur, diſſentire. Nam qui ſuo nomine ſubmouetur, is per alios conſequi non poteſt *l. quæritur, & ibi gloſſ. ff. de bon. libert. latè Tiraq. de vtroq. retract. §. 1. gloſſ. 9. num.* 59. *verſ. At huius rei difficultas.* Fieret enim fraus ✶ de per-
3. ſona ad perſonam contra mentem ſtatuentium vel voluntatem legis, *l. fraus, l. contra ff. de legib. l. 1. §. ſiue itaque C. de natural. lib. cap. vlt. & ibi Dyn. de regul. iur. in 6.* Quomodo Alber. *d. loco.* dolum præſumi ait, ſtante ſtatuto quod aſcendens æqualiter omnes deſcendentes tractare debet, ſi pater omnes filios æqualiter inſtituerit, ſed ſecundæ vxori quadrantem bonorum reliquerit, & indirectò conditionem prioris thori liberorum deteriorem fecerit. Et ideò in ſimili Bart. *ad §. Titia. l. cùm quis decens. ff. de legat. 3.* & Bald. *ad l. ſi ſponſus in princip. ff. de donat. inter virū & vxor.* aiunt, ſi maritus amico vxoris aliquid donauerit, vt eius miniſterio ad vxorem res donata perueniret, donationem eſſe nullam, *per d. l. 3. §. non tamen Doct. ad l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ. ſequiturq́; Boer. ad conſuet. Bitur. des couſtu. concer. mariag §. 1. colum. 1. verſic. Et ibi per obliquum.* Sic non ſatis tuta eſt vulgaris cautio, vt pater qui ſpurium inſtituere non poteſt, inſtituat amicum hæredem, quem certò credit hæreditatem filio reſtituturum. Nam ſi tacitam fidem accommodaſſe præſumatur in fraudem legis, cogetur in iudicio de eo ſeſe excuſare, *l. Marcellus ff. rer. amot. l. intelligitur §. tacitam. & in gloſſ. ff de iure fiſ. Bart. ad l. vlt. ff. de his quibus vt indig. & conſ.* 194. *Cacus de Spoleto.* Multaſque ſimiles cautelas rectè explodit Ioan. Dilect. *de arte teſtam. tit. 1. caut.* 14. ex quibus ſatis liquet, id quod vna via prohibetur per aliam concedi non poſſe, *cap. cùm quid de reg. iur. in 6.* Neque obſtat quod ex aduerſo proponitur, multa nos per alios conſequi poſſe, quæ per nos ipſos non poſſumus. In hac enim ſpecie ipſe coniunx ſubſtitutus à coniuge ipſo teſtante adquirit, non per alios, neque indirecte, aut per obliquum, ſed expreſſis & directis verbis ſubſtitutionis. Et quamuis d. l. ſi is, qui ex bonis ſtrenuè pro aduerſa parte vrgere videatur, tamen benè re guſtata iſtam partem confirmat. Ait enim Terentius I. C. ſi is, qui ex bonis teſtatoris ſolidum capere non poterat, ſubſtitutus ſit ab eo impuberi filio eius: vtique ex bonis quæ teſtatoris fuerant, amplius quam lex permittit capere eum non poſſe, ne fraus legi fiat: ſed pupillo prætereà quid adquiſitum eſſet, aut exheredato eſſet ſubſtitutus, non impediri illum capere, quaſi non à teſtatore, ſed à pupillo capiat. Proinde etiam ſi valeret ſubſtitutio in noſtro caſu, inutilis tamen eſſet quoad bona à marito procedentia, *appoſite Iaſon in d. l. ſi is, qui ex bonis num. 6.* Neque mirum eſt, quod de eo, qui cum famulo banniti cotnrahit, reſpondit Bart. Statuta † ſi quidem pœnalia quoad pœnam non extenduntur, etiam ſi quò ad reliqua exten- 4.
derentur. *Bart. ibi, & dixi ad cap. odia reſtringi. de regul. iur. in 6.* ac propter id perpetuò menti tenendum eſſe inquit Caſtr. *ad d. l. ſi is, qui ex bonis*, licet prohibitus alicui relinquere ſub

ſub pœna cenſeatur prohibitus per perſonam interpoſitam ei relinquere : tamen eum qui relinquit per interpoſitam perſonam, ſtatuti pœnam non incurrere, quæ ſolum obtinet in caſu expreſsè prohibito.

5. Non dubium eſt quin † hæres à marito ſcriptus poſſet ipſam vxorem inſtituere, ſicut hæres à patre ſpurij inſtitutus ipſum ſpurium inſtituere non prohibetur, quem pater inſtituere non non poterat. *Bart. & alij ad d. l. ſi is qui ex bonis.* Atqui videndum diligenter eſt, num quæ ſubſint coniectiones fraudis, veluti ſi vel inſtitutus patiatur vxorem mox à morte mariti poſſidere, vel ſi clam omnia geſta ſint: *de quibus Doct. ad d. l. ſi is, qui ex bonis. Bart. Alciat & alij ad l. poſt contractum ff. de donat.* poſſet quoque ſubſtitui vxor à marito, ſi inſtitutus ſit is, cui neceſſario vxor ſuccedere debet ab inteſtato, *ſecundum Iaſ. in d. l. ſi is, qui ex bonis.* quod ego verum exiſtimo, etſi alij ſentiant aliter: quia nihil hoc caſu facit maritus contra formam ſtatuti, quod legata, inſtitutiones, & ſubſtitutiones coniugum tollit, ſed ſucceſſiones ab inteſtato minimè attingit.

CAP. XLI.

Coniunx prohibitus teſtari poſſitne codicillos ſcribere.

SVMMARIA.

1. *Codicillos ſcribere non poteſt teſtari prohibitus.*
2. *Statutum etiam correctorium iuris communis extenditur.*

COdicillos ſcribere poſſe eum, qui teſtandi ius non habet, quidam adſeruerunt, neque ij vulgares, ſed ſummæ notæ ſcriptores, *Bald. in l. vlt. C. de teſtam. & in l. ſi arrogator. col. pen. de adopt. Ra. Cuma. in l. 2. ff. de lega. 1. et. Anchar. in cap. canonum ſtatuta. verſ. ſtatutum prohibet minor. de conſtit. & Angel. conſil.* 8. Allegant toties iam refricatam rationem, quod ſtatutum teſtamenti factionem auferens, eſt contra ius commune, & proinde extendi non debet, cum eo quod teſtamentum & codicilli ſunt ſaltem nomine & effectu diuerſa, *l. ſi idem. C. de codicil.* ideoque ſtatutum de altero loquens non trahitur ad vtrumque, *l. naturaliter. §. nihil. de adquiren. poſſeſſ.*

1. Sed nihil quidquam eſt * quod minus credam, ſequutus Bart. *ad d. l. 2. verſ. Quæro ſtatutum.* Roma. *in l. ſi quis in grauì. §. ſi autem. ff. ad S. C. Syllan.* Roland. *in flo. vlt. volunt. rub.* 65. *in addit. num.* 6. Iaſon. Guido. Papæ. & Zaſium *in d. l. 2.* breuiter, communem opinionem contrariam. Martianus I. C. ſic ait, [Codicillos ſcribere is demum poteſt, qui teſtamentum facere poteſt] *l. diuus Verus. §. 1. ff. de codicil. idemq; dicitur in l. ſi quis com. & l. conficiuntur eo. tit. alijs multis.* hinc pœnam mereatur æquè is, qui apperuit codicillos atque is, qui aperuit teſtamentum, *d. §. ſi autem.* Quod cur in hac ſpecie minùs obtinere debeat, perſpicio, cùm in vtroque ratio ſtatuti eadem & pariformis ſit. Et hoc illud eſt quod dicitur, quando ſtatutum * etiam correctorium iuris communis alioqui ocioſum, fruſtraneum, & eluſorium eſſet, tunc fieri extenſionem eadem ratione ſuadente, vt demonſtratum ſufficienter eſt, *cap. ante hoc altero. num.* 3. *& fac. inſuper gloſſ. in Clemen.* 1. *in ver. ſepelitur. in fin. de ſepul. & in cap. quemcumque. de vſur. in* 6. *Ioan. Ana. in rubr. de apoſt. col.* 2. *Felin. in cap. tranſlato in* 3. *not. de conſtit.* Addi poteſt, legem pœnalem priuatum certarum perſonarum odium continentem, ſicut diximus *cap. 5. huius lib.* ſtatutum iſtud continere, extendi ab eadem ratione, *l. filium habeo. ff. ad S. C. Macedon.* Sed alio modo ex Bartol. reſpondere eſt; teſtamenti prohibitionem hoc caſu codicillos continere non per extenſionem ſtatuti, ſed quia lex antiqua propter paritatem ſic intelligit ſtatutum, *gloſſ. & Doct. in l. quòd verò l. non eſt nouum & l. pen. ff. de leg b. Bartol. in l. 1. ff. de numer. Guido Papa d. loco, num.* 5. *Alciat. lib. 2. de verb. ſignific. col.* 15. *verſ. huius autem extenſionis.* Denique l. ſi idem. C. de codicil. aliò pertinet, *vt in gloſſ. ibi.* 2.

CAPVT XLII.

Maritus prohibitus relinquere vxori, an mortis cauſa ei donare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Donare mortis cauſa non poteſt, legare prohibitus.*
2. *Donatio cauſa mortis quando contineatur ſub prohibitione legati.*
3. *Donatio cauſa mortis æquiparatur legato.*
4. *Statutum ſi vetet coniugem coniugi relinquere, ne quidem donatio inter viuos morte coniugis donatio confirmatur.*

QVID de mortis cauſa donatione? Et Decius putat *conſil.* 196. ſtatutum de legato loquens ad eam extendi non poſſe. Cuius opinionem iuuat, quod Bald. *in l hac conſultiſſima. col. 3. C. qui teſtam fac. poſſ. & conſ.* 298. *Quæritur vtrùm vſurarius. lib.* 2. ſcribit, eum qui ſine certa ſolemnitate teſtari non poteſt, poſſe ſolemnitate eiuſmodi omiſſa donare cauſa mortis, ideò quod donatio cauſa mortis non eſt propriè vltima voluntas, ſed partim

partim etiam contractibus accedit. *Doct. in l. vltim. C. de donat. cau. mort.* & diſpoſitio ſtricti iuris loquens in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto. *not. in l. 2. in princip. ff. de verb. oblig. Doct. Anton. in proœm. Decreta. Alex. conſil. 76. num. 12. lib. 5.* Idque in cœco, vſurario, & aliis qui non niſi certa forma teſtari poſſunt, reſponſum eſt, vt ſcilicet poſſint ea forma non obſeruata mortis cauſa donare, *Aloyſ. de Peruſ. inter conſil. Bald. 380. lib. 4. & Marc. Angebel. conſ. ſeq. eod. lib. Ripa in l. 2. ff. de leg. 1. & Probus in cap. quamquàm. numer. 15. de vſur. in 6. Roman. in l. tam is. ff. de donat. cau. mort.* Similiter filiusfam. poteſt mortis cauſa donare accedente patris conſenſu, licet teſtari non poſſit, *d. l. tam. is.* §. 1. Vt hîc interim omittamus generalia illa iam perſæpè inculcata, quòd ſtatutum hoc ſit ſtricti iuris, & quod odioſum, & ſimilia.

Sed ego in Alciati partes tranſeo, qui *in lib. 2. de verb. ſignif. col. 25. verſic. Lex ait: Maritus.* contrarium obtentum eſſe ait: & adſentientem habet Chaſſa. *ad conſuet. Burgund. rub. des droictz & appert. à gens mar:* §. 7. *ad verb. par teſtam. numer.* 20. Nam imprimis qui legare non poteſt, nec donare * cauſa mortis
1. poteſt, *l. Marcellus ff. de mor. cau. donat. & alius permultis quas retuli lib. 1. cap. 7.* præſertim cùm ille defectus procedit ex vitio naturali, veluti ex imbecillitate iudicij, *l. 1. §. 1. ff. de tu. tel. & ratio. diſtrah.* vel cùm etiam inter viuos donare non liceret, *gloſſ. in l. qui id quod §. mutus. ff. de donat. Alex. & Iaſon in l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſ. Didac. ad rub. de teſtament. numer. 11. in fin.* Atqui hic videtur ſtatutum reſpexiſſe vel defectum naturalem, hoc eſt, imbecillitatem conſilij muliebris, vel certè quod inter coniuges donatio inter viuos non ſubſiſtit. *ff. & C. de donatio. inter vir. & vxor.* Vnde ſi & donatio inter eos regulariter non valet iure communi, & legatum quoque per ſtatutum tollitur, cauſa mortis donatio quomodo excluſa non cenſebitur? Adde quod ſtatutum hoc loquitur prohibitiuè, ne coniunx coniugi aliquid leget: ideoque quemcumque modum diſponendi in vtilitatem coniugis tollere videtur, ſicut ſtatutum per verba prohibitiua ne quis poſſit donare, comprehendit etiam donationem cauſa mortis, vt ait Bald. *ad cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Freder. in princip. col. 4. verſic. Quæro ſi vaſallo. & ſequitur ibi Doct. Card cum Aret. ad l. qui in poteſtate ff. de teſtam.* & probatur l. ſi quis argentum. C. de donat. quæ tametſi exorbitans etiam in donatione cauſa mortis locum habet. *Bart. Bald. & alij ad l. cum pater. §. Manio. ff. de lega. 2. latè Tiraq. ad l. ſi vmquam. ad verb. donatione largitus. num. 200. C. de reuocan. donat.* Tertiò donatio cauſa mortis aliquando participat de natura vltimæ voluntatis, & tunc æquiparatur vltimæ voluntati, *Bald. Angel. & Imola ad d. l. 2. ff. de legat. 1. Tiraq. de iure primogen. quæſt. 23. num. 10.* Nihil autem dubito quin hoc caſu plus participet de natura vltimæ voluntatis, cum non niſi morte coniugis effectum ſortiatur: & præſertim cum communis ſententia ſit, donationem cauſa mortis magis accedere legato quàm contractui, atque regulariter vltimæ voluntati æquiparari, *text. l. illud. ff. de donat. cauſ. mort. Iaſon multis exemplis id commonſtrans in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſ. Pariſ. conſil. 46. lib. 4. Rum. in d. l. 2. Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 3. ad verb. contract. §. Prætereà donatio: num. 62.* Poſtremò * ſi ita donare liceat cauſa mortis, 2.
quid erit facilius quàm fraudem ponere ſtatuto & tantumdem aut plus inter teſtandum relinquere cauſa mortis, etſi improbè fortaſſis extorta, quàm legato relinqui potuiſſet? Videmus enim vix vlla ſcribi teſtamenta, quæ non clauſulam iſtam, [Si non valet iure teſtamenti, valeat vt donatio cauſa mortis,] adiectam habeant, idque vel ex mente teſtatorum, vel ex formulis mixtorum tabellionum, *vt ait Euerardus conſi. 21.* Itaque rariſſimè ſtatuto locus eſſet, tandemque in deridiculum abiret, quod magna cura & prouidentia fuit conſtitutum. Scio quid reſpondeat Dec. huic obiectioni, videlicet nullam videri eſſe fraudem cum ſtatutum loquitur de vltima voluntate, & nullam facit mentionem donationis: ſed & vice verſa ſuperiùs docui, vbi eadem eſt ratio, ibi debere eſſe idem ius, etiam in exorbitantibus, *l. libertus. §. Senatuſconſulto ff. de ritu nupt. d. l. ſi quis argentum Bart. in l. ſi conſtante. 9. quæſt. 1. par. ff. ſolut. matrim. & multis à me adductis cap. 38. huius lib. in quo loco & alia nonnulla huc omninò pertinentia legi poterunt.* Hinc etiam facilè diluuntur, quæ de cæco, vſurario, proſcripto, filiofamil. & aliis allata ſunt. Nam præterquàm quod de eorum veritate plerique addubitent, illud, vt dixi, conſtat, quando in legato & donatione cauſa mortis eadem viget ratio prohibitionis, idem quoque in vtroque ius eſſe. Idemque valet ad refutationem eius, quod dicitur ſub ſimplici non contineri mixtum. Eadem enim ratio efficit, vt in quacumque materia ſub ſimplici mixtum contineatur, non quidem ex verbis, ſed ex mente diſpoſitionis, *l. interdum. §. quod ait. ff. de his qui not. infam. l. ſi ita facta ſit. vbi Iacob. Rauen. Bald & Imol. ff. de iniuſt. teſtam. Tiraq. de legib. connub. d. gloſſ. 3. §. Ad hæc ſi donatio. num. 6.*

Quibus ita ſe * habentibus videbimus eſſe 3.
debilem rationem Decij, quòd ſi acceſſerit ſtipulatio tabellionis, iam certum eſt naſci actionem ex ſtipulatu: ſiquidem & hæc omnia poſſunt eſſe fraudulenta, ſicut fraudulenta cenſetur reſignatio beneficij 20. diebus ante mortem reſignantis facta, *iuxta regul. Cancella. Apoſtol. de infir. reſig. infra 20. dies.*

Hoc ampliùs liberè dixerim contra Alexand. *conſil. 26. lib. 7.* etiam ſi omnes clamarent me

me operam perdere, in caſu huius ſtatuti ne-
4. que donationem inter viuos morte* coniugis donantis confirmari. Ratio enim quare donatio morte confirmatur, eſt, quod poſſet maritus vxori legare, ſeu teſtamento relinquere, quod cenſetur feciſſe non reuocando, ergo vbi relinquere ei non poteſt, ibi morte talis donatio non debet dici confirmata: idq́ iam *& Molinæo ad d. conſil. 26. Alex. in fin. &* §. 156. *in conſuet. Pariſ. placuiſſe comperi.*

CAP. XLIII.

Si ſtatutum vetet coniugem coniugi legare, & alius quidam rem vxoris ea conſentiente marito legauerit, an valeat legatum.

SVMMARIA.

1. *Conſentire leganti poteſt is, qui ipſe legare non poteſt, ſi fraus abſit.*
2. *Mulier natura auariſſima.*
3. *Mulier non præſumitur gratis conſentire alteri, vt de rebus ſuis ſe viua diſponat.*
3. *Fraudis præſumptio quando accipiatur.*

MAnifeſti iuris eſt rem alienam legari poſſe, *l. cum res. C. de legat.* §. *non ſolum. Inſtit. eod. tit.* ſiue id volente domino fiat, ſiue eo inuito. Priore enim caſu dominium conſentiens transferre cogitur, poſteriore verò æſtimationem rei hæres præſtat. Finge ſtatutum eſſe ne vir vxori leget, & alium quempiam rem vxoris, ſciente & conſentiente illa, marito legaſſe: num valebit legatum? Quærendum videtur an quis poſſit alij conſentire in eo, quod ipſe per ſe facere non poteſt. Qui articulus latè tractatur à Decio. *ad l. aliud. ff. de reg. iur.* Fabiano à monte S. Sabi. *de empt. & vend. q.* 26. Tiraq. *de leg. connub. gloſſ.* 3. *q.* 12. *& ad l. ſi vnquam ad verb Donatione largitus. num.* 278. *& ſeq. C. de reuocand. donat.* & ea quidem copia, vt pauca addi poſſe videantur. Ego igitur (vt iugulum huius quæſtionis ſtatim petam) conſiderandam cenſeo conſuetudinem, quæ eſt ferè generalis vbique, quòd vxor * ſine conſen-
1. ſu mariti neque donare, neque contrahere poteſt. Nam ſi vxor cum conſenſu mariti permiſit alicui amico ſeu conſanguineo ſuo, aut etiam extraneo, vt rem ſuam alteri cuicumque leget, & id quidem bona fide, nec in fraudem ſtatuti, validum erit legatum, ſi ille rem vxoris marito legauerit. Quamuis enim ſola præſentia & taciturnitas non noceat ei, cuius res ab altero legatur. *gloſſ. in l. ſi fideiuſſor.* §. 1. *ff. de pig. & ad l. Caius. ff. de pignora. act. Bald. ad cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* tamen expreſſus conſenſus id efficit, vt poſtea contradicere non liceat, *Bald. ad l. cum proponas fil. os. C. de pact. Iaſon & alij ad l. ſi fundum. ff. de legat.* 1. Quid enim: ſi vxor æſtimationem ſuæ rei à teſtante accepit? Quid ſi obligata fuit? Quid ſi maioribus beneficijs cumulata? Quid ſi teſtator poſterioris thori liberis ſibi fortè ſanguine coniunctis ea via ſuccurrere ſtuduit? Locum habebit deciſio Doctorum adſerentium, quod qui alienare prohibetur, alienanti conſentire poteſt, niſi fraus interueniat, *l.* 2. *& l ſi pater.* §. *vlt ff. de manumiſ. vind Dec. conſ.* 124. *num.* 3. *ad d. l. aliud. Chaſſ. conſu. Burg. tit. des droictz & appart. à gensmar.* §. 7. *ad verb. Ou aultres contracts. Io. Imber. in ſuo Enchirid. ad verb. Conſentire alienationi.* At de his aliquo modo apparere debet, vt coniectio fraudis ceſſet, & potiſſimum inter perſonas coniunctas, quarum fraus & ſimulatio facilius præſumitur, *vt in Authen. quibuſcumque, & ibi Bald. & in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. ac in* §. *optimè. Auth. de nupt.* Nam ſi fraudis coniectio alicunde emineant, alio iure vtimur: velut ſi conſtet mulierem conſanguineo aut extraneo illi teſtatori obligatum non fuiſſe, nihilque compenſationis nomine ab eo accepiſſe.
Sunt enim mulieres * ſuapte nutura tenaces & 2.
auaræ, immò auariſſimæ, *vt ait Accurſ. ad l. ne in feminis ad verb. Ex contrario. ff. de negot. geſt. in l. ſed ſi ego. ff. ad Velleia. in l.* 1. *C. eod. tit. & in l. qua dotis ff. ſolut. mat. & Bart. conſ.* 127. & ad donandum tardiſſimè ac rariſſimè accedunt, *l. ſi ſtipulata. ff. de donat. inter vir & vxor.* Proinde
licet vxor † aliquando marito leget res ſuas qui- 3.
bus poſt mortem ſuam non indigebit, tamen difficillimè conſentire intelligitur, vt alteri res ſuas leget, adeoq́ue ipſa earum dominium mortis illius viuens amittat: niſi colluſione præcedente actum ſit vt marito res relinquatur, ipſaq́ue cum eo in poſſeſſionem illarum redeat. Atque ita per interpoſitam perſonam fraus fieret ſtatuto, vt ſæpè ſolet, *l fraus. ff. de legib. dixi largè in cap. contra legem. de reg iur. in* 6. *& ſup. cap.* 39. *num.* 3. *huius lib.* Quod ſi ergo iſti coniuges poſtea iterum reperiantur in poſſeſſione bonorum legatorum, aut fortè in continua fructuum perceptione manſerint, maxima erit præſumptio fraudis.

Neque nego, in dubio fraudis * præſump- 4.
tionem non accipi, *l. merito ff. pro ſocio:* ſed in hoc caſu qui naturæ mulierum repugnat, & vbi fortior alia coniectio accedit, diuerſum dicendum eſt, *arg. l. Diuus. ff. de reſtit. in integ.* maximè cùm etiam alias donatio non facilè præſumatur, aut quod quis ſuum iactare velit. *l. cum de indebito. ff. de probat. dixi ſup. lib.* 2.

CAP.

CAP. XLIV.

Statutum ne coniunx coniugi leget, an extendatur ad legatum rei modicæ & vilis.

SVMMARIA.

1. *Rei modicæ adquiſitio vel alienatio non conſideratur.*
2. *Statuti verbis nihil addi vel demi poteſt.*
3. *Modicum regulariter conſideratur.*

OPizon & Ferdinand. Loaza. *in l. filiusfam. §. Diui. ff. de lega.* 1. ſcriptum reliquerunt, ſtatutum prohibens rem immobilem alienari in extraneum non habere locum in re aliqua vili: quos refert & ſequitur Tiraq. *de iudic. in reb. exig. feren. verb. Nonageſimo quarto. per text. l. Senatus. §. Marcellus. ff. de legat.* 1. quod & Imo. *ibi.* & Baldo *ad l. 1. ff. nau caupo. ſtabula ad l. cum ſeruus. §. vlt. ff de lega.* 1. *& l. hi quorum ff. de pignor.* Romano. *ſing.* 334. *Hodiè.* & Tiraq. *d. loco. verſic. Duodecimo.* complacitum eſt, dum aiunt forenſes ſtatuto prohibitos adquirere, poſſe tamen adquirere rem exiguam, & Iaſon *ad l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog.* exiſtimat huiuſmodi forenſem poſſe adquirere vel vnam domunculam, vel vnam campanam. Accedit adhęc, quod prælatus res eccleſiæ alienare prohibitus, non prohibetur
1. eas* alienare, quæ ſunt aut nullius, aut parui momenti, *cap. terrulas.* 12. *q.* 2. *& ibi. Dominic. Doct. ad cap.* 1. *de his quæ ſi à prælat. Panorm. ad cap vlt. de eccleſ. ædific. Iaſon ad d. l. ſciendum. & Anto. Corſ. in tract. de minimis. ca.* 1. *n.* 7. & licet per Auth. ex cauſa. C. de liber. præter. non conſeruentur legata facta in teſtamento in quo poſthumus eſt ignoranter præteritus, *ſecundum opin. Bartol. & Alber. ibi.* Hoc tamen non procedit in legatis paruis. *Bald. & Caſtr. ad d. Auth. ex cauſa. Alex. conſ.* 5. *lib* 6 *Aret. conſ.* 92. *Viſo legato.*

Aduerſa ex parte vrget, quod vbi ſtatutum non loquitur, ceſſat illius diſpoſitio, *l. furioſi, & ibi Bald. C. de nupt. Bald. ad l. teſtamentum. C. de teſt.* eiuſque verbis tenaciter inhærendum eſt, *idem in cap.* 1. *de feud. aliena.* ſic vt non liceat *
2. illis addere aut detrahere. *Anchar. conſ.* 69. *Corn. conſ.* 90. *lib.* 3. *Socin. conſ.* 108. *lib.* 1. *Dec. conſ* 333. quia ſi aliud voluiſſent ſtatuentes, aliud in ſtatuto ſcriptum eſſet. *Bald. in cap. vlt. de eo qui mit. in poſſeſſ & conſ.* 433. *lib.* 5. *& diximus alibi perſæpè.*

Ego etſi exiſtimem inciuiliter facturum hæredem, ſi in re modica & vili coniugi legata contraueniat voluntati defuncti, iuxta illud, Non omne quod licet honeſtum eſt, *l. non omne. ff. de reg. iur.* à poſteriore tamen opin. in rigore iuris arbitror non eſſe recedendum. Etenim re-
3. gulariter modicum * conſideratur, niſi contrarium expreſſum ſit, *Card in proœm. Cle.* maximè quando diſpoſitio habet quòd aliquid legare aut facere non licet, vel quando proportionaliter eadem eſt ratio. *Panor. & Dec. ad cap. de appellationibus ext. de appel.* Quòd eò indubitatius erit, ſi ſtatutum huiuſmodi auctoritate Principis ſit confirmatum, adiecta clauſula (vt aliquando factum memini) ne quidquam illi aut addatur, aut detrahatur: quibus verbis Princeps pragmaticorum cautelis & nequitiis occurrere voluiſſe videtur, qui vel ad producenda, vel reſtringenda ſtatuta nihil non tenebrarum offundunt. Idem, ſi ſtatutum dictet coniugem coniugi aliquid legare non poſſe: quia verbum hoc [aliquid] trahit prohibitionem etiam ad minima. *Dec. d. loco.*

Neque vlla lege ea quæ de ſtatuto prohibente forenſes adquirere adferunt interpretes, probari video. Nam quod *I.C. in §. Marcellus.* reſpondit, maritum diætam quam in hortis vxoris fecit, legare & detrahere poſſe, non obſtante regula generali, quæ ædificia proſterni vetat; quid ad hanc regulam pertinet? neque enim ex demolitione talis diætæ vrbis deformitas, quam regula ſpectat, ſequitur. *l.* 2. *& l. ſi quis poſt. C. de ædific. priuat.* & cùm diæta ſiue domuncula à marito in fundo dotali, cuius quodammodò dominus videbatur, *l. doce. C. de rei vendi.* bona fide ædificata ſit, facilius ei illius abradendæ & legandæ facultas permittitur, quatenus ſibi proſit, & vxori non noceat, *l. pro voluntarijs. ff de impenſ. in res dota. fact.* Neque vrgentius eſt quòd res modicas prælatus ſine ſolennitate iuris alienare non prohibetur. Alienatio enim eo modo facta etiam vtilis eccleſiæ eſſe poteſt, ſi fortè adhibitio ſolennitatis iuris maiore ſumptu conſtaret, quam eſſe lucrum iſtud quod ex alienatione ad eccleſiam proueniret. Tum verò quòd res modicas donare poſſit huiuſmodi adminiſtrator, aperto iure permittitur, ne generalis eius poteſtas & auctoritas nimium coanguſtetur, qui dando pomum vt plurimum accipit pullum & chalibæis aurea mutat. In ſtatuto autem de quo agimus nihil omnino excipitur, nihil nominatim de rei modicæ, vel vilis legato annotatur, videnturque proinde ſtatuentes omnem occaſionem diſputationis tollere voluiſſe, quæ res vilis vel modica, quæ maior vel pretioſa dici debeat: quod tamen alioquin ad arbitrium iudicis referendum foret. *Caſtr. & Iaſ. ad Auth. ex cauſa. C. de lib. præt.* latè Tiraq. ad l. vnquam. *ad verb. Omnia vel partem aliquam. nu.* 27. *de reuocan. donat.* quam legem *idem num.* 23. docet in donatione rei minimæ locum non habere, ideo quod veriſimiliter donator à tantillæ rei donatione propter cogitationem prolis naſcituræ non abſtinuiſſet. Idq; ſanè ipſum reſponderi poteſt, ad d. Auth. ex cauſa: nam quod per eam non legata magna conſeruantur, ſed ſolùm parua, hanc rationem habet: quod veriſimiliter tam modica legata relicturus erat teſtato, etiam ſi de natiuitate

poſthumi ſui cogitaſſet, *idem d. loco, ad verb. Donationem largitus, n. 2. 9.* Et ſi vrges peræquè dici poſſe, ſtatuentes de rei tam puſillæ legato ſtatutum ſuum non intellexiſſe: reſpondeo ſtatutum hoc expreſsè repugnare, eumque qui contrauenit odioſum reddere, ſi vel coniugem coniugi aliquid legare vetet, vel diminutionẽ & additionem omnem clauſula addita ſubmoueat, vt dixi: maximè cum pro multiplicatione diuerſorum connubiorum legata omnia modica tandem in aceruum aliquem maiorem poſſent excreſcere: quæ ratio in ijs caſibus, in quibus minimum non conſideratur, ceſſat

CAPVT XLIV.

Statutum ne coniunx coniugi leget an contineat rem, quæ fuit aliquando maiorum coniugis legatarij, licet nunc ſit in bonis coniugis legantis.

SVMMARIA.

1. *Res quæ maiorum coniugis legatarij fuerunt, continentur ſtatuto ne coniunx coniugi leget.*
2. *Prohibitio ad alienantem, an ad adquirentem referatur, intereſt.*
3. *Auitæ poſſeſſiones continentur ſtatuto ne forenſis bona immobilia adquirat.*

Lib 5. *reſponſ.* ſcribit Modeſtin. [Qui officij cauſa in prouincia agit vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non poteſt, præterquam ſi paterna eius à fiſco diſtrahantur.] *l. qui officij. 62. ff de contrahen. emptio.* Martianus quoque 3. *Inſtit.* [Milites prohibentur prædia comparare in ijs prouincijs, in quibus militant: præterquam ſi paterna eorum fiſcus diſtrahat: nam hanc ſpeciem Seuerus & Anton. remiſerunt.] *l. milites. ff de re milit.* Quibus reſponſis permoti pleriq; generaliter tradiderunt, quod prohibitus emere & adquirere, tamen poteſt emere & adquirere ea quæ maiorum ſuorum olim fuerunt. *Iaſo. ad l. principalibus. verſic. Quinto limita. ff. ſi cert. pet. Fabian. de de monte S. Sab. in tract. de empt. 30. quæ. 1. part. princip. facit quod notant gl. & Platean. in l. 1. C. quib. ad conduc. præd. fiſc. acced. non lic. lib. 11. & refert Tiraq. de retract. §. 1. gloſſ. 9. n. 162. & 163.* Et cum maxima ſemper habita eſt ratio familiarum dignitatumque earum, vt res in ijs conſeruentur, aut ad eas reuertantur, *l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut. & pulcherrimè oſtendunt Tiraq. d. loco in præfat. n. 45. & ſeq. & poſt eum Fernandus Adduenſis lib. 2. explicat. cap. 16.* non videtur eſſe iniquum ſi hanc reſtrictionem accipiat ſtatutum, niſi vxor rem quæ maiorum mariti fuit, ei legauerit, vel contra.

At ſi hæc opinio teneat, † non ſolum occa-
1. ſio præſtabitur importunis diuexationibus, imo & clanculatijs minis legata ſibi inuicem extroquentium, ſed & ampliſſima feneſtra fraudibus aperietur, dum ſimulatis commentitiſque titulis res maiorum mariti quæ fuerunt, ab vxore adquirentur, vt ſic marito legari poſſint. Sed & fieri poteſt vt maior pars bonorum vxoris in rebus iſtis conſiſtat. Adde quod fauor familiæ viri qui ſpectandus videtur ſi vxor iſtiuſmodi res ei leget, odioſus eſſe incipiet, ſi vice verſa maritus cum diminutione familiæ ſuæ res aliquas, quæ maiorum vxoris fuerunt, ei relinquat, quæ & ipſa in alienam familiam morte mariti iterum tranſibit. Adde quod in caſu noſtro non tam* prohibetur coniunx adquirere legatum, quam prohibetur coniunx illi lega- 2.
re, inter quæ multum diſtare Iaſ. *ad l. filiusfam. §. Diui in 2. lect. col. 20. ff. de legat. 1.* Carol. Ruin. *conſ.* 144. *col.* 1. *lib.* 3: & Angel. *conſ.* 228. oſtendunt, licet Tiraq. *d. §. 1. gl. 9. n. 159.* diſſentiat. Neque moueor ex aduerſo propoſitis. Nam qui officij vel militiæ cauſa propria ſua prædia à fiſco diſtracta emit, non tam ea adquirit, quàm retinet, & à fiſco occupata redimit. multa autem retinere poſſumus, quæ adquirere non poſſumus, *gl. in verb. Id ex cauſa. C. de eden. Bal. conſ. 291. col. 3. & 4. lib. 2. Barb. & Fel. in cap. quia. q. 5. de iud. Tiraq. d. loco, n. 167.* Præterea quod rector prouinciæ emere non poteſt, ne per interpoſitam quidem perſonam, ea eſt ratio, ne poteſtate ſua terribilis, venditiones iſtiuſmodi magis metu extundat, quàm libera vendentium voluntate, *l. 1. C. ſi rector prouinc. not. in l. 1. C. de contract. iudic. & ad l. non liceat. ff de contrah. emptio.* Quæ conſideratio indubiè ceſſat, ſi à fiſco res auitas comparet, ideò quod fiſco iniuriam inferre, fraudemq; facere difficilius eſt, quàm priuato cuilibet ſubdito. Imò *in d l. qui officij.* plerique codices verba illa [præterquam ſi paterna eius à fiſco diſtrahantur] minimè agnoſcunt. Milites quoque non alia ratione vetantur in ea prouincia prædia comparare, in qua bellica opera peragunt, quàm ne ſtudio culturæ militia ſua auocentur, *l. milites agrum. ff. de re milita.* At ſi res eorum aut maiorum à fiſco diſtrahantur, eaſque illi comparent, non ideò culturæ earum vacare poſſunt, niſi diplomate Principis impetrato. Vel ſanè militibus facilius hoc permittendum fuit in rebus exiguis, cum plerumque amplas poſſeſſiones non habeant auitas, aut pecunia abundent.

Vbi verò ſpecialis aliqua huiuſmodi ratio non concurreret, aliud cenſeam, & proinde ſi 3.
ſtatutum vetet extraneum ſeu forenſem * adquirere bona immobilia in certo loco, nec ea quidem quæ maiorum ſuorum olim fuerunt, & aliorum ciuium eſſe cœperunt, eum adquirere poſſe: licet eorum diſtractionem à fiſco faciendam oblato pretio impedire atque redimere queat: quod fauorabile eſt, cum nulla lege, ſine qua loqui turpe eſt, id cautum reperiatur.

PETRI PECKII ZIRICÆI, I. C. REGII CONSILIARII, DE TESTAMENTIS CONIVGVM LIBER QVINTVS.

CAP. I.

Maritus inſtituit vxorem hæredem ſub conditione [ſi filia ſibi naſceretur] an nullâ filiâ natâ vxor ad hæreditatem admittatur.

SVMMARIA.

1. *Vxor quam maritus ita inſtituit, ſi filia ſibi naſcatur, non nata filia hæres non eſt.*
2. *Inſtitutio in vnum caſum facta quando alium caſum ſimilem includat.*

SVperioribus libris de poteſtate teſtandi vel ſimpliciter à lege, vel reſtrictiuè à ſtatuto coniugibus conceſſa ſatis abundè diximus. Nunc porrò reliquum eſt, de forma modoque relinquendi, de inſtitutionibus, ſubſtitutionibus, fideicommiſſis, deque rebus relictis, quid & quantum his contineatur, ordine explicare. Et quoniam inter hæc prima præcipuaque eſt ratio inſtitutionis, inde vltimus incipiat labor.

Maritus vxorem ita hæredem inſtituit, ſi filia ſibi naſceretur: nec filius nec filia nati ſunt: vtrùm vxor ad hæreditatem admittatur, hæredeſque ab inteſtato excludat? Et pleroſque id adfirmaturos eſſe hinc putarim, quod ſi teſtator noluit vxorem filiæ præferre, multo magis videtur eandem extraneis aliis præferre voluiſſe, erga quos nulla tanta affectio eſt, *l. cum auus. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* & deinde quod inſtitutio in vnum caſum facta alium quoque caſum illi non abſimilem continet, *l. fideicommiſſa §. ſi cui. ff. de legat. 3. l. ſi mater. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit l. mulier. ff. ad* Trebell.

Sed contrarium decidit Fulgoſ. *conſil.* 49. *Ex facto proponitur.* qui & Corn. *conſil.* 149. *lib.* 3, & Mari. Socin. *conſil.* 42. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 1. ſubſcribentes habet. Primò enim caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthum.* Tum verò non eadem eſt cauſa ſi filia naſcatur, & ſi non

1\. naſcatur. Nam cùm vxorem* inſtituit maritus ſi filia naſcatur, probabiliter cogitare potuit, id totum quod relinqueret vxori, ad filiam ſuam peruenturum, propter honorem bene tranſacti matrimonij, & fidem communis prolis, *l. vnum ex familia. §. vlt. ff. de legat.* 3. Nam & iure ſcripto vxor ſi tranſiret ad ſecundas nuptias, transferret bonorum proprietatem ad liberos communes, *l. femina l. generaliter. C. de ſec. nupt.* At verò nullis natis liberis veriſimile eſt voluiſſe teſtatorem, non vt vxor fratri aut agnatis præferreretur, ſed vt, cùm ſpes nulla eſſet ea bona ad filiam & deſcendentes peruentura, per agnatos familia ſua conſeruaretur, eiuſque honor diuitijs augeretur, *l quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. §. hoc quoque. Inſtit. per quas perſon. nob. adquir.* Etenim in ambiguis ea interpretatio ſumitur, quæ & benignitati, & frequenti vſui magis conuenit, *l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. iur.* Benignius autem atque vſitatius eſt, fratrem fratris, aut agnatum agnati hæreditatem obtinere tuendæ familiæ cauſa, quàm vxorem, quæ fortè per ſecundas nuptias bona ad extraneos, & ſubinde etiam mariti inimicos tranſmiſſura eſt

Non † me mouent l. fideicommiſſa. §. ſi cui. ff. de leg. 3. & l. mulier. §. 1. ff. ad Trebel. 2.
idem thema continentes. Tunc enim ſolum de conditione expreſſa ad non expreſſam, ſeu de caſu expreſſo ad caſum omiſſum fit extenſio, cum ex veriſimilibus coniecturis mentem teſtatoris talem fuiſſe deprehendi poteſt: id quod dilucide Vlpian. *in d. l. mulier.* oſtendit his verbis, [intellecta matris voluntate.] Hoc enim in omnibus vltimis voluntatibus commune eſt, vt verba cedant intentioni, & propoſito, *l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtr.* & quod iudex, quoad fieri poteſt, etiam ad non expreſſa mentem teſtatoris producit, *vt not Iaſon ad l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum.* Idem eſt & in Aphricani reſponſo *in d. l ſi mater.* Nam cum ſit veriſimile matrem filium ſuum in bonis ſuis cuicunque alteri præferre voluiſſe, *d. l. cum auus.* vtique ſubſtitutio filio facta in caſum quo ipſe hæres non eſſet, ad eum etiam caſum extenditur, quo nepos natus non ſit.

Planè, euidentiſſimis probationibus apparuerit, aliam mariti mentem fuiſſe, extenſione facta diuerſum iudex æſtimabit.

CAPVT II.

Maritus inſtituit vxorem hæredem cum filio, ſi naſceretur; vel cum filia, ſi naſceretur: & filius & filia nati ſunt: an vxor excludatur.

SVMMARIA.

1. *Vxor inſtituta hæres cum filio ſi naſceretur, vel cum filia ſi naſceretur, vtroque nato quid conſequatur.*
2. *Prouiſio in vnum caſum facta quando extendatur ad alium.*

QVæſtionem iſtam *in l ſi ita. ff. de lib. & poſthum.* his verbis proponit & reſoluit Iulia.
1. [Si ita ſcriptum ſit, Si mihi filius † natus fuerit, ex aſſe hæres eſto: ſi verò mihi filia nata fuerit, ex triente hæres eſto: ex reliqua parte vxor hæres eſto: & ſi filius & filia nati eſſent: dicendum eſt aſſem diſtribuendum in ſeptem partes, vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. Ita enim ſecundùm voluntatem teſtantis filius altero tanto amplius habebit, quàm vxor: item vxor altero tanto amplius habebit, quàm filia. Licet enim ſubtili iuris regulæ conueniat, ruptum fieri teſtamentum, attamen cum & vtroque nato, teſtator voluerit vxorem aliquid habere, ideò ad huiuſmodi ſententiam, humanitate ſuggerente, decurſum eſt. quod etiam Iubentio Celſo apertiſſimè placuit.] Nam etſi † caſus omiſſus re-
2. linquatur diſpoſitioni iuris communis, *l. commodiſſimè. ff. eod. tit.* in iſta tamen hypotheſi prouiſio facta in caſibus ſeparatis, porrigitur ad eoſdem coniunctos, ex præſumpta voluntate defuncti, qui proculdubio vxorem aliquid habere voluit, neque ob natiuitatem duorum illam in vniuerſum excludere, *vt in text. ibi, cum & vtroque nato teſtator voluerit vxorem aliquid habere.* Atque id, *vt diximus cap. præced.* generale eſt, quotieſcumque conſtare poteſt de veriſimili mente teſtatoris, quod voluit alium caſum omiſſum comprehendi, vt voluntas verbis præferatur. *l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtr. l. tale pactum. §. vltim. ff. de pact. Bartol. & Iaſon ad l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum.* & quidem potiſſimum in caſu fauorabili, *l. ſi ita ff. de iniuſto. rup. teſtam.* Sed & in omnibus rebus potior eſt æquitatis ſcriptæ, quàm ſtricti iuris ratio, vt hic *l. placuit. C. de iudic. & l. 2. §. item Varus. ff. de aq. plu. arcen.*

CAP. III.

Si maritus inſtituit ventrem vxoris hæredem, qui vocati cenſeantur.

SVMMARIA.

1 *Poſthumis inſtitutis qui veniant.*
2. *Poſthumorum tria genera.*
3. *Ventrem inſtituere quid ſit in iure.*
4. *Ventre inſtituto, veniunt omnes poſt naſcituri, & num. 5. 6.*
7. *Partus exſectus ex matris vtero an ſit verè poſthumus.*
8. *Inſtitutio ventris ita facta,* Si vxor prægnans eſt, *vel ita,* Si prægnans eſſet.

CVM maritus poſthumum * hæredem ſcribit, inquit Vlpian. *in l. placet ff. de lib. & poſthum.* non is ſolus poſthumus videtur, quia ex ea, quam habet vxorem, ei natus eſt, vel qui tunc in vtero eſt, verum is quoque qui ex quacunque vxore naſcetur. Scilicet tria eſſe * poſthumorum genera, quæ non minus eleganter, quàm doctè tradidit Anto. ille Goueanus *ad l. Gallus. in princip. ff. eo. tit.* Principio enim, inquit, poſthumus dicitur filius qui natus non eſt, *d. l. placet.* Et ita ſumitur in omnibus legibus eius tituli, præterquam in l. Gallus. in qua de poſthumorum nepotum inſtitutione agitur. Interdum verò poſthumi appellatio etiam ad nepotes, & eos, qui deinceps per ſexum maſculinum deſcendunt, pertinet, *l. poſthum ff. de iniuſt. rupt. ir. fac. teſtam.* omnes denique eos, qui agnaſcendo teſtamentũ rumpunt. Tertiò poſthumi dicuntur quicunque tempore teſtamenti nati non ſunt, ſiue ex nobis, liberiſve noſtris, agnatis, cognatis, ſiue prorſus extraneis, & alienis naſcituri. *Ita ſumitur in l. poſthumus. de inoffic. teſtam. in §. poſthumo alieno. Inſtit. de lega. & alijs locis compluribus.* A veteribus porrò poſt mortem patris natus, poſthumus dicebatur, quaſi poſt humatum patrem natus. Eam enim apud Romanos antiquiſſimam fuiſſe ſepeliendi conſuetudinem, teſtantur Varro *in lib. de lingua Lati.* & Cicero *2. de legib.* 1. 2.

Cæterum quæſtionis eſt, an ſi ventrem vxoris maritus hæredem ſcripſerit, quod perſæpè fieri videmus, eodem iure vtamur? Et Oldrad. Laud. *conſ. 212. Quidam in ſuo teſtamento.* reſpondit inſtituto ventre vxoris quæ prægnans erat tempore teſtamenti, non ſolum videri inſtitutum illum, qui erat tunc in vtero, ſed quemcunque alium, qui poſtea ex illa vxore quandocunque naſcetur, ita vt nemo eorum poſſit dicere ſe præteritum, aut rumpere teſtamentum. Eam ſententiã ſequuti ſunt Ioand. *in addit ad Spec. in rub. de teſtam. col. pen. verſ. occurrit alia quæſt.* Bald. *conſ. 122. verba teſta-*

*teſtamenti colum.*1*.verſi.Dt hab reſponſio & conſ.* 128.*Ad intelligentiam.n.* 2. *verſ. Contrarium eſt verum lib.*1.Ang. *conſ.*51. *Simon notarius.* Alexand.*in d.l. placet col.* 1. *verſ. Et per iſtum text. & conſil*.171.*Viſo proceſſu. num.* 4. *lib.* 2. & Iaſon *in d.l placet. num.* 11.*verſ. Quid tenendum.* Pro qua vrget imprimis text. d. l. placet. vbi ſi maritus ſcripſit poſthumum hæredem vxore prægnante, in verb.vel qui tunc in vtero eſt. ſcripti cenſentur poſtea naſcituri omnes. Inſtituere autem poſthumum vxore prægnante, reipſa aliud non eſt, quàm ventrem * vxoris inſtituere. Ventrem enim
3. Iuriſconſulti noſtri plerumque per metonymiam accipiunt pro fœtu, qui in ventre continetur. Vnde rub. præt. Si mul. vent. no. in poſſeſ.miſ. ſit.Sic dicimus, Inſtituit ventrem, exhæredauit, in poſſeſſionem miſit, & ſimilia: quo modo loquendi etiam Cicero vtitu.*Alciat.parerg. lib. 6.cap.* 7. Siue igitur teſtator dicat, [Poſthumum meum inſtituo.] ſiue, [Ventrem vxoris meæ inſtituo,] perinde eſt. Præterea facit, quod ſi teſtator de aliis cogitaſſet, veriſimiliter omnes inſtituiſſet, cum par erga omnes liberos eius præſumatur affectio. Hinc *l. qui filiabus ff. de legat.* 1. ita ait idem Vlpian. [Si quis ita legauerit, Si qua filia mihi genitur (*ita in Pandec. Flor. non gignitur*) ei hæres meus centum dato: pluribus natis, videtur ſingulis tantundem legaſſe.] *facit l.ſi quis ita dixerit.*§.1.*ff.de teſtam.tutel.l.Clemens patronus.ff.de hæred. inſti.* per quas ll. dicit Oldrad, quod in omnibus actibus fauorabilibus omnes poſthumi comprehenduntur. Eſt & text. *l. cum inter veteres. C. de fideicom. liber.* qui maiorem in modum huc conducit, vbi Iuſtinian. poſtquam ſanxiit ei qui in vtero eſt, libertatem relinqui poſſe, hæc ſubdit: [Sin autem plures creati,vel creatæ ſint: ſive vnius fecit mentionem, ſiue pluraliter nuncupauit; nihilominus omnes ad libertatem à primis veniant cunabulis cum in ambiguis ſenſibus melius ſit, & maxime in libertate, fauore eius, humaniorem amplecti ſententiam.] Et ita Freder. de Sen.*quæſt.*42. apertis reſoluit; ſi teſtator inſtituit ſibi poſthumum hæredem, qui ex vxore prægnante naſcetur, ſi duo nati ſint, vtrumque videri inſtitutum, tum quia in incerto eſt, vt eorum cenſendus ſit præteritus, & veriſimiliter teſtator vtrumque inſtituiſſet, ſi de vtroque cogitaſſet, tum quia materia eſt fauorabilis.

Contrarium tamen tenet Raph. Cuma. Caſtr. & Aret. *in d.l.placet.& in l.ſeq.*ideo ſcilicet quod ſi teſtator dixit, [Inſtituo ventrem vxoris meæ] ſolum continetur is qui eſt in vtero: quia, inquiunt, appellatur venter, quando mulier eſt prægnans. Et his adſtipulari videtur deciſio gloſſ.*in d. l. ideo*, quæ intelligit illam legem procedere quando teſtator inſtituit poſthumum ſimpliciter, non facta relatione ad certum & determinatum, ſed in caſu iſto, quando teſtator dixit, [Inſtituo ventrem vxoris meæ] videtur ſe reſtringere ad illum, qui erat tunc in vtero, perinde ac ſi dixiſſet, Inſtituo poſthumum illum, quem habeo in vtero vxoris meæ. Denique, ait Caſtr. aliud eſſet ſi maritus ignoraſſet vxorem prægnantem, quia tunc non habuit reſpectum magis ad vnum, quàm ad alium: quod hic non eſt, cum is qui ventrem vxoris inſtituit proculdubio prægnantem ſciat.

Audenter priori ſententiæ acceſſerim, propter fauorem teſtamentorum, & odium præteritionis, quæ gl. Bartol. & alij *in d l. placet.* plurimum hic conſideranda exiſtimant. Neque moueor illa obiectione, qua dicitur nomine * ventris non venire niſi ventrem 4.
prægnantem: quia vt ante monui, inſtituere ventrem, & inſtituere poſthumum æquiparantur.*text.l.*3.*§. nominatim autem. ff. de iniuſt. rup. teſta.& in addit. ad Bart .ad d. placet.* Sicut ergo ſi teſtator dixerit [Inſtituo poſthumum] includitur quidquid filiorum natum fuerit quandocumque, ita etiam ſi dixerit [ventrem vxoris meæ hæredem inſtituto] Nec obſtat gloſſ. *d. l. ideo.* neque enim aliter vera eſt illius ſententia, quam in duabus ſpeciebus quas ponit, videlicet ſi teſtator dixerit [Poſthumum quem habeo in vtero vxoris] vel [Ex tali femina naſciturum] de quibus inf. Vltima quoque obiectio minimum momenti habet: veriſimile eſt enim, vt iam ante oſtendi, maritum, ſi de aliis cogitaſſet, de omnibus peræq; diſpoſiturum fuiſſe, & ideo ſeruanda eſt coniecturata eius voluntas, quam noſtri inueſtigandam aiunt, quaſi venator leporem. alioqui ſi gemini aut plures eodem partu naſcantur, vnum tantum inſtitutum diceres, & contra iſtud dictum Caſtr. vide & Iaſonem *in d.l placet n.*15.

Amplia hanc † deciſionem, vt locum habeat 5.
etiam in liberis ex alia vxore poſtea ſuſceptis, *vt in d. l. placet. in fin. qui ex quacunque vxore naſcetur & clarè in l. ſeq.& in l.filius à patre.§. ſi ex certa.eod.tit.quam ad hoc à contra. ſenſu inducit Iaſon d.loco. numer.* 8. quia militat etiam iſto caſu fauor teſtamenti conſeruandi. Niſi tamen teſtator dixerit [inſtituto ventrem vxoris meæ Seiæ] tunc enim ad liberos ex alia natos inſtitutio non pertinet.*d.§.ſi ex certa. Iaſon num.*21.

Amplia deinde *ſecundum Iaſo.n.*15.de eo, qui concubinam * habens inſtituit poſthumum, ſeu ventrem vxoris.

Amplia poſtremò, vt locum habeat non ſolum in eo, qui editus eſt viua matre, ſed etiam in eo, qui exſecto † matris vtero extractus eſt. Quamuis enim gl.& Angel *in l. poſthu-* 7.
mus.ff. de inoff. teſtam. negent eum propriè dici poſthumus, qui ita natus eſt, vt & Guil. Bened. ſtatuto loquente de poſthumo eum contineri non putat. *ad o. Raynu. ad verb.Et ſoboles quam*

 geſtabat

geſtabat in vtero num. 8. *ext. de teſtam.* contrarium tamen & manifeſtis legibus deciſum exſtat, *vt l. quod dicitur. ff. de li. & poſthum. leg.* 1. §. *filio ff. ad Tertul. leg.* 1. *ſed & matris. ff. ad Orphic.* & diſertis verbis adfirmat Bal. *d. conſ.* 122. *libr.* 1. Nam inquit, cum teſtator dicit [ventrem] perfecta eſt oratio, & quidquid adiungitur, quædam demonſtratio eſt, quæ non poteſt vitiare, licet per alium modum, quam per modum demonſtratum rei demonſtratæ veram notitiam habeamus: quod poſtea à me excutietur. Addit Bald. quod quando fit mentio de partu reſpectu viri generantis, veriſſimum eſt dicere, quod ex ſemine patris partus productus eſt: vnde ſiue vxor decedat in puerperio, ſiue poſt partum; ille eodem modo deſcendit à patre, tam naturaliter, quam reſpectu affectionis paternæ, *vt. ff. de inoffi teſtam. l. poſthumus. & d. l. quod dicitur. & de negot. geſt. l. cum pater.* hæc Bald. Te verò, ſi plura hac de re vis, non inſatiatum dimittet Tyraq. *ad l. ſi vnquam. ad verb. Suſceperit liberos. n.* 119. 120. *&* 121. *C. de reuocan. donat.*

Limita tamen, ſi teſtator dixerit. [Inſti-
8. tuo ventrem vxoris * meæ, quæ nunc prægnans eſt] non enim porrigetur inſtitutio ad alios poſthumos naſcituros ex alia imprægnatione *l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthum. Bart. num.* 1. *& Iaſon num.* 1. *ad d. l. placet.* Idem, ſi teſtator dixerit, [inſtituo ventrem vxoris, ſi prægnans eſt.] *Ang. d. conſ.* 42. *col.* 2. neque enim teſtator neceſſe habebat dicere, [Si prægnans eſt] ſi de omni ventre ſenſiſſet, cum ſolum ex ventre pleno poſthumus naſci poſſit, & non ex vacuo: vnde dicta verba, [ſi prægnans eſt] nihil operarentur, niſi ad præſentem ventrem fieret relatio, *vt ait Iaſon num.* 12. Verba autem in vanum accipi non debent *l. ſi quando in princip ff. de lega.* 1. *cap. ſi Papa. de priuileg. in* 6. item dicta verba [Si prægnans eſt] conditionaliter prolata, debent impleri in forma ſpecifica. *l. qui hæred. & l. Mauius. in princip. ff. de condit. & demonſt.* ergo ad primum partum referri debent, per cuius ortum eſt impleta conditio, *l. boues.* §. *hoc ſermone. ff. de verb. ſignif.* Aliud fore exiſtimat Bald. *d. conſ.* 128. *n.* 2. ſi teſtator dixerit [Si prægnans eſſet] de quo vide pulchrè Caſtren. *conſ.* 400. *Caſus iſte frequentur. num.* 3. *lib.* 2. *ſecundum Papien. edit. & Iaſon d. loco. num.* 14.

CAP. IV.

Vxor quam maritus reliquit dominam omnium bonorũ ſuorum nullo alio hærede ſcripto, an cenſeatur eſſe hæres.

SVMMARIA.

1. *Dominus & hæres, olim eiuſdem ſignificationis erant.*
2. *Dominij definitio.*
3. *Verbi,* Relinqui, *adiecti vniuerſitati, vel verbi,* Domina, *quæ vis.*
4. *Vſus populi naturalem rei ſignificationem immutat.*
5. *Vxor quomodo dicatur domina.*
6. *Dominium imaginarium.*
7. *Domini vocabulum intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ.*
8. *Vxor quam maritus liberos non habens reliquit dominam omnium ſuorum bonorum, cenſetur hæres inſtituta.*

APud Italos frequentiſſimè vſu venit, vt teſtator vxorem dominam relinquat omnium ſuorum bonorum, aut dominam & maſſariam, dominam & vſuariam, dominam & & vſufructuariam, dominam & maioriſſam, & dominam & adminiſtratricem, moderatricem ſeu gubernatricem, aut eorum aliqua coniunctim, aut ſimul omnia in teſtamento exprimat. Eaque clauſula pleriſque interpretum alio atq; alio modo in diſputationem ducitur, non citra varietatem opinionum, rerumque inter ſe confuſionem. Quæſtio igitur eſt, an illa verba [Relinquo vxorem dominam meorum bonorum] nemine alio hærede ſcripto, inſtitutionem inducant? Martianus I. C. ita ait: His verbis, Titius hæreditatis meæ dominus eſto, rectè inſtitutio fit. quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, Titius mihi hæres eſto. Nam antiquitus hæc verba [dominus, † hæres] 1.
ſignificatione eadem erant, *teſte Feſto*, & pro hærede gerere, quaſi pro domino gerere. §. *item extraneus. Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Cum igitur teſtator vxorem dominam bonorum ſuorem reliquit, aut ita teſtamento cauit, vxor mea bonorum meorum domina eſto, videtur proculdubio rerum ſuarum proprietatem & dominium ad vxorem ſuam, veluti hæredem vniuerſalem venire voluiſſe, idque ex vi iſtius verbi [domina] quod in potiore ſignificato, proprioque ſenſu accipiendum eſt, vt ad directum dominium, liberamque diſponeudi facultatem referatur, *l. cum lege. de teſtam.* Dominium * 2.
enim propriè pro directo accipitur. *l.* 1. *ff. ſi ager. vectig. vt conſ. vlt. lib.* 2. *ait Socin.* neque aliud eſt, quàm ius perfectè diſponendi de re ſua pro animi ſui arbitrio, vel vendicandi rem ſuam, quatenus legis aut teſtatoris prohibitio non obſtat, *l. in re C. manda. Bart. ad l. ſi quis vi.* § *differentia. ff. de adqui. poſſ. & Barto. Rom. ad eandem rub. de adquir. poſſ. num.* 4. Quæ cauſa eſt, cur Bart. *in l. Titia, cum.* § *Sitia. n.* 3. *ff. de leg. & conſ.* 92. *lib.* 1. *n.* 2. poſt Dyn. tradidit, ſi maritus uxorem reliquerit dominam

& vſufructuariam, iuris eſſe, vt vxor electionem habeat dominij aut vſusfructus, perinde ac ſi vtrumque relictum ſit, quod & Rom. allegans ſequitur *conſ.*516. *in princ.* videnturque proinde ſenſiſſe, quod ſi vxor domina relicta ſit tantum, dominium omnium bonorum ipſo iure habituram Addo quod prædicta verba ad vſumfructum trahi non poſſunt, quia non poteſt vxor habere vſumfructum, vel aliam ſeruitutis ſpeciem ea in re, cuius habet dominium, quæ ſimul conſiſtere nequeunt, *l. vti frui. ff ſi vſufruct. per l. in re communi. ff. de ſeruit vrb. præd.* & cum vnum contrarium ponitur, vt hic in verbo [domina] alterum videtur excluſum *l. vltim. ff. de codicil. l.* 1. *ff. de furt.* Porrò in in noſtra ſpecie, qua dicimus maritum nullo hærede inſtituto ita ſcripſiſſe [Relinquo vxorem meam dominam omnium meorum bonorum) multo aſſeuerantius hæc probanda ſunt.
3. Primò, quia verbum † [Relinquo] vniuerſitati rerum adiunctum ſui natura inducit inſtitutionem, *§. planè verſicul. Cæterum. Inſtit. de milit. teſtam. gloſſ Imol. & alij in d his verbis Bartol. Iaſon & alij in l. centurio ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Doctor. in § ſi vero nulla. Auth. de hæred. & Falcid. & in cap Raynutius. ext. de teſtam. Pariſ. conſil.* 3. *num.* 11 *libr.* 3. Deinde quia idem verbum [Relinquo] licet ſit commune, tamen propter verbum [domina] efficitur directum, ſi in eadem ratione ea verba proferantur. *Imol. in d. cap. Raynutius. car. antepult. verſicul. conſil.* 50. *numer.* 3. *libr.* 7. Poſtremò quia inſtitutio hæredis eſt caput & fundamentum teſtamenti, ideoque cum nullus alius hæres inſtitutus reperiatur, capienda eſt interpretatio, vt teſtamentum confirmetur, non vt corruat, *l. quoties. ff. de reb. dub.* & per conſequens vt verba prædicta ad inſtitutionem trahantur, eò magis ne alioqui maritus partim teſtatus, partim inteſtatus decedere voluiſſe videatur, quòd leges non permittunt, *l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Et huius opin. præcipuus aſſertor fuit Benedict. de Plumbino, in l. qui duos.* §. 1. *ff. de manu. teſtam. vt refert & ſequitur. Alex. conſ.* 50. *n.* 1 *dicens & Iac. Butrig. & alios maximæ auctoritatis viros nominatim in vxore ad Auth. hoc locum. C. de ſecund nupt. ita reſpondiſſe.*

In aduerſam partem adduci poſſet, quod vt ait Quintilianus *lib.* 1. *cap.* 5. auctoritatem ſermonis conſuetudo ſuperat, & vt contra Bart. & alios *lib.* 2. *de verb. ſignific. col.* 10. multis exem-
4. plis docet Alciat. naturalis* rei ſignificatio populi auctoritate imminui poteſt. Atqui ex communi vſu loquendi, verbum [domina] relatum ad vxorem, non denotat dominium vel directum vel vtile ſed ſolum prærogatiuam & præeminentiam quandam in domo, ob quam mari-
5. ti vxores † ſuas dominas vocant. *Bart. conſ* 56. *n.* 3. *lib.* 1. *& Roman. conſ.* 113. iſque loquendi vſus à peritorum conſuetudine profluxiſſe videtur, quando & poetæ latini, & I. C. interdum vxores dominas appellant, *l.* 1. *ff. rer. amot. l. Titia §. qui Marco. ff. de annu. leg. l. vlt. § vxori. ff. de aur & argen. legat. & alijs ſimilib.* & Græci vxorem δέσποιναν dicunt, *vt ex Epicteto cap.* 55. *enchirid. & alijs Græcis ſcriptoribus affatim commonſtrat Tiraquell. in* 4. *lege connub. §. Itaque qui vxorem. & ſeq.* Et proinde cum maritus vxorem ſuam dominam relinquit, de ſolita tantum prærogatina, quam viuo ipſo in domo habebat, ſenſiſſe videtur, neque aliter verbum illud intellexiſſe, quam communiter eo vti ſolet Quod genus dominij Alciat. *lib.* 2. *parerg c.* 15. εἰκονικὸν, & imaginarium * vocat, etſi Coraſ. *in* 6.
l. pro parte. numera ſexto. ff. de ſeruitut. id alio referat. Sed & alias traditum eſt, hoc vocabulum [dominus] † intelligi debere ſecun-
dum qualitatem perſonæ, *vt l. ſed & ſi poſſeſſori.* 7.
§. 1. *ff. de iureiur. ſecundum in l. proprietatis in princip. C. de probat. Cæpol. de ſeruit. vrb. præd. cap.* 4. *num.* 3 & ratione ſubiectæ materiæ dici de eo, qui habet præeminentiam ſeu maioritatem aliquam alia ratione, quam ratione dominij rei, *vt ait Alexand. conſil.* 129. *numer.* 3 *libr.* 2. *& Molin. ad conſuet. Pariſ* §. 1. *gl* 1. *quæſt.* 1. quemadmodum & Alciat. tradit. *d. libr.* 2. *de verb. ſignifi.* interdum ob qualitatem perſonæ recedi à proprietate verborum.

Cæterùm in his regionibus, vbi non ita receptum eſt vxores * à viris dominas ap- 8.
pellari, maximè in teſtamentis, quamuis dicis cauſa in menſis & epulis propter præeminentiam, quam illis domi relinquunt, nobiles id aliquando faciant, aut interim quomodo olim amantes eas quas deperibant, dominas ſuas vocare ſolent, planè ſi mihi caſus iſte proneretur reſoluendus, priorem opinionem tanquam iure veriorem amplecterer: quandoquidem veteres dicentes per iſtiuſmodi verba tantum relicta videri alimenta, cum prærogatiua, dominatu & honore in domo, loquuntur de marito habente liberos, non de eo qui non habet. *ita communiter Doct. accipiunt deciſionem Bartol. ad l. Titia. §. vltim. num* 4 *& teſtatur ipſe Bartol. conſil.* 56. *n.* 3. *conſil.* 170. *& apertius conſil.* 243. *numer.* 10 *in verb. Vbi non extant filij, conſuetudo ceſſat. lib.* 1. Et hoc eſt quod Practicus Papienſ. ſeu Frerar. *in forma libell. quo vxor agit ad vſumfruct. ad verb. donec. vitam.* ait, quod relicta conſuetudine iuris diſpoſitio eſt in contrarium *de quo, & Summiſta Roſellanus ad verb. Viſus & vſusfructus pleraque obſeruat. & (vt vnum pro multis aduocem) Bernar. Fandri. in addit ad Bart conſil.* 9. *lib.* 1. *ad verb. Vigore conſuetudinis.*

CAP. V.

Quid conſequatur vxor relicta domina & vſufructuaria, &c. alio hærede inſtituto.

SVMMARIA.

1. *Verba ita accipienda ſunt vt aliquid operentur.*
2. *Generi per ſpeciem derogatur.*
3. *Inſtitutio & hæreditas in iure abſtracto à proprietate & vſufructu etiam abſque vllo corpore conſiſtit.*
4. *Regula, quod vna determinatio reſpiciens plures determinationes, debeat æqualiter determinari, quas limitationes recipiat & numer.5.*

ET hæc quidem quæ diximus, locum habent, ſi nullus hæres alius à marito ſcriptus inſtitutuſve fuit. At verò ſi alios hæredes inſtituit, & plenum vſumfructum vt *conſil.* 459. *Quidam inſtitutus.lib.* 1. ait Bald. & præeminentiam illam, quam viuo marito in domo & rebus eius habere ſolet, vxor aſſequitur. *Deciſ.Capel.Tho.*462.*Roma. conſ.* 118. *Bartol.conſ* 56.*lib.*1.*& conſ.*92.*lib.*2. *& ad l. Titia. ff. de legat* 2. *Angel.ad l.*1. *ff. rer. amot latè Paulus de monte Sico.in repet.§.fin ad l. Titia. Socin. Nep.conſ.*94.*num.*4.*lib.* 1 *Bart.conſ.* 9. *ſuper eo. & conſ.*56.*Anch.conſ.* 237. Quis enim arbitrabitur teſtatorem voluiſſe vt inane nomen hæredi relinqueret, vxorem verò ſuam, & vſumfructum totum & prouentum omnem & proprietatem habere vellet? Et cùm verba † omnia ita capienda ſunt vt aliquid ope-
1. rentur *l.quoties. ff. de reb. dub. Bald. ad Rub. C. de contrah emp.* quis in eam cogitationem deferri poterit, vt inſtitutionem de alio hærede factam, ex ipſius teſtatoris voluntate inutilem eſſe credat? legi tamen Falcidiæ fauore hæredis locum facimus, *l. omnium. ff. de vſufruct.l. vxori & ibi gloſſ. & Doct. ff. de vſufruct. lega.* Et ſi fortè alicuius rei particularis legato alius quiſpiam honoratus eſt, & vxor & legatarius in ipſo vſufructu æquis portionibus concurrunt, *l.Sempronio. l. fin. & ibi. Bart. ff.d tit.Bald.conſ.* 459. de qua re aliquo modo dubitari poteſt, ideò quod generi † per ſpe-
2. ciem derogatur. *cap. generi de reg iur. lib.* 6. Et vt rectè *d.conſ.*218.*Quod vxor.lib.*1. *num.*2. reſpondet Caſtr. l. ſi alij, & ſi quæ ſunt ſimiles, quibus ea ſententia confirmari videtur, in alio caſu loquuntur, videlicet quando teſtator vni legauit fundum, & alteri eiuſdem fundi vſumfructum. Ideò enim tunc in vſufructu concurrunt, quia fundi appellatio ex proprietate & vſufructu conſiſtit, alteroque deficiente, non fundus, ſed vel nuda proprietas, vel nudus vſufructus diceretur, *l.qui vſumfructum. ff. de verb oblig.* Vnde relinquendo fundum veriſimiliter voluit teſtator ſimiliter habere etiam vſumfructum, & non nudam proprietatem. Sed cùm vnum inſtituit hæredem vniuerſalem, & alteri legat vſumfructum bonorum, non apparet quod voluerit inſtitutum vna cum legatario eo viuente, in vſufructu concurrere. inſtitutio
* enim & hæreditas in iure abſtracta à pro- 3.
prietate & vſufructu etiam abſque vllo corpore conſiſtit, *l. hæreditas. ff. de petit. hæredit.* & proinde benignius eſt dicere, quod vſusfructus pertinebit ad vxorem, proprietas verò ad hæredem. *de quo & Chaſſ. quoque ad conſuetnd.Burgund.tit.des droictz. appart. à gens mar.§.6.ad verb.pour en iouyr ſa vie durant.nonnulla obſeruat.* Et hanc deciſionem ſecutus Roland. à Valle *conſ.* 74. *lib.* 2. omnibus argumentis in contrariam partem tendentibus reſpondet, & potiſſimum quidem ad id quod
dicitur, quòd * vna determinatio reſpiciens 4.
plures determinationes debeat æqualiter determinari, *l. nam hoc iure ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. in teſtam.C. de teſtam.* & proinde ſicut non habet vxor niſi alimenta in parte filij, ita quoque non aliud habere debet in parte extranei inſtituti, ſi fortè is cum filio inſtitutus fuit. Non enim eadem eſt ratio in filio, cuius fauore legatum ad alimenta reſtringitur, &
in extraneo. Ruin.*conſ.*2.*lib.*2.& multas * hic 5.
concurrere oſtendit limitationes, in quibus prædicta regula locum non habet. Ad hunc te remitto.

CAP. VI.

Si vxor relicta domina, vſufructuaria, & ex marito habet liberos, quid conſequetur.

SVMMARIA.

1. *Italica loquendi conſuetudo ſeu pop. propriam verborum ſignificationem vincit.*
2. *Conſuetudo Louanienſis in ſtatuto ciuitatis deferente vxori vſumfructum bonorum mariti.*
3. *Liberi à patre legitima portione ſua ne per vſumfructum quidem grauari poſſunt.*
4. *Vxor in liberorum legitima vſumfructum non habet.*
5. *Liberorum legitima præ ære alieno reputatur.*
6. *Vſufructuario coniugi onus alendorum dotandorumq; liberorum incumbit.*
7. *Generalis prouiſio non contrahitur ad ſpecificata.*
8. *Teſtator in dubio duplicato onere hæredem non grauaſſe præſumitur.*

QVAE præcedente cap. diximus, quando extraneus aliquis hæres inſtitutus eſt, locum

locum habent. At ſi liberos reliquerit, vel communes ſibi & vxori, vel quos ex priore vxore ſuſtulit, (vt contra alios quidem hoc caſu *conſ* 31. *lib.* 3. ſentit Bellon.) diuerſum communi calculo comprobatum eſt, quòd illa nimirum, præter alimenta & præeminentiam quandam, de qua proximè locuti ſumus, nihil habeat, alimenta quidem, vt viuat, præeminentiã verò talem, ne à proprijs liberis contemnatur, peioreque loco vidua, quàm olim nupta habeatur. Non quidem iure ſcripto confirmatum id vſquam memini, ſed conſuetudi-
1. ne & more loquendi † Italico, qui (*vt lib.* 2. *col.* 10. *de verb. ſignific. ait Alciat.*) propriam verborum ſignificationem vincit, *l. liberorum.* §. *quod tamen Caßius ff. de leg.* 3. *Bart. ad l. Titia ff. de lega.* 2. *Socin. conſil.* 54. *lib.* 1. *Doct. ad Auth. quod locum. C. de ſecund. nup. Bart. conſ.* 9. *&* 56. *Anch. conſ.* 237. *Roma. conſ.* 118. *Dec. conſ.* 526. *&* 537. *Hieron. Grat. conſ.* 24. *numer.* 5. *Corn. conſ.* 73. *lib.* 3. *Iaſon conſ.* 44. *Hippol. Ruin ad princ. tit. de donat. in Inſtit. numer.* 559. *Aret. conſ.* 40. *Zaſius conſ.* 118. *numer.* 4. *lib.* 2. Et ea quidem interpretatio fit fauore liberorum, quibus natura veluti lex quædam tacita hæreditatem parentum adiicit, *l. fin. ff. de bon dam. Ioan. Beßia. ad conſuetud. Auer. tit. de tutel. art.* 11. vt ſic verba illa non importent plenum vſumfructum, ſed alimentationem quandam conſuetam. *Spec. in tit. qui fil. ſint legit.* §. 1. *verſ.*
2. *Quid ſi vir.* niſi conſuetudo * loci ſit in contrarium, vt eſt Louanij, vbi ſi per ſtatuta ciuitatis deferatur vxori vſusfructus bonorum mariti, liberis extantibus vel non extantibus, habet quidem illa plenum vſumfructum, onere tamen alendi liberos grauatum. Proinde numquam eorum ratio mihi placuit, qui ideo cenſet vxori tantum alimenta deberi, quod nomen hæredis apud liberos alioqui foret inutile contra præſumptam mentem ma-
3. riti & teſtatoris. Conſtat enim * legitima portione ſua ne per vſumfructum quidem liberos à patre grauari poſſe, *l. quoniam. l. ſcimus. l. quoniam. C. de inoffi. teſtam.* & vxorem
4. * vſumfructum in ea non habere, cum pro
5. ære alieno * reputetur. *Bello. conſil.* 9. *Bart. d. conſil.* 56. *Anchar. conſ.* 126. *Dec. conſ.* 418. Similiter etiam conſtat, abſurdi nihil accidere, vt & proprietas tota vnius ſit, & vſusfructus penes alium exiſtat, *l.* 2. *C. de vſufruct.*
6. maximè cùm vſufructuario * coniugi, onus alendorum dotandorumque liberorum incumbat, quod Louanij, & in alijs Brabantiæ locis videmus. Reſtringo autem hanc deciſionem; niſi maritus, vel in hac ipſa, vel in alia aliqua diſpoſitione certa alimenta ſpecialiter vxori reliquerit: nam ſi ei ſpeciali expreſſione habitationem, ſupellectilem, vinum, frumentum, pecuniam, aut quid aliud ſimile reliquit, vtique per deſignationem iſtam particularem à generali illa conſuetudine Bulgari receſſiſſe, parciuſque quàm ex ea habitura erat, ei proſpexiſſe videtur. *Aymo Crauet. conſ.* 32. *numer.* 1. *cum ſeq.* tum quod generalis * prouiſio non trahitur ad ſpecifi- 7.
cata, *l. doli clauſula. ff. de verb. oblig.* tum quod vtrumque legatum & generale ex conſuetudine Bulgari, & iſtud ſpecificum conſiſtit in eodem genere alimentorum. *id quod ad l. quæſitum.* §. *ſi, ff. de fun inſtruct. obſeruat Bartol.* & tantò quidem magis, quod teſtator * in dubio 8.
duplicatio onere hæredem non grauaſſe præſumatur, *l. ſi ſeruos ff. de lega.* 1. Et in ſimili à contrario decidit Caſtren. *conſil.* 218. quod ſi teſtator in vna parte teſtamenti legauit alimenta, deinde in alia parte reliquit eam dominam, vſufructuariam, &c. ceſſat conſuetudo Bulgari, quæ ex tacita & præſumta tantum mariti voluntate obtinet, quia expreſsè apparet de contraria mente teſtatoris. Accedit quod ſi eadem res bis legetur eidem (vt hic factum eſſe videtur) ſemel tantum peti poteſt, *l. planè.* §. 1. *ff. de lega.* 1, *& ibi Doct.* aut ſaltem non niſi id, quod ex generali conſuetudine amplius venit, legato illi ſpeciali adijciendum foret, quod quidam cenſent, ego autem non puto eſſe verum & Bartol. *conſil.* 216. *addebamus, atque conſil.* 6. *ſuper eo.* & Ioan. de Ana. *conſ.* 37. *ſententiæ refragari videtur.*

CAP. VII.

Si maritus relinquat vxorem dominam, vſufructuariam, &c. & filios adoptiuos, filias prius dotatas, parentes, fratres aut amicos hæredes ſuos inſtituat, quid conſequetur vxor?

SVMMARIA.

1. *Filius adoptiuus non verus ac proprius, ſed velut imaginarius tantum eſt.*
2. *In nulla diſpoſitione adoptiuus filius appellatione filij continetur.*
3. *Subrogatum ſequitur naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
4. *Conſuetudo extenditur ad alium ſimilem caſum eandem rationem habentem.*

ADoptiui filij teſtatoris, vxorem dominam, vſufructuariam, &c. relinquentis, vtrum pari modo legatum vxoris ad alimenta conſtringant, non ſatis expeditum eſſe cenſeo; vxori enim plus ioris aduerſus iſtos, quàm aduerſus naturales & legitimos liberos competere naturalis æquitas exigit, proptereà quòd filius † adoptiuus non eſt verus 1.
ac proprius filius, ſed veluti imaginarius tantùm

tantum, *l. filio quem in princ. in verb. ne imagine natura. ff d. liber. & poſthumis.* quem text. ad hoc expendit Alexan. *ad l. adoptiuum ff. de in ius vocan.* ex eo ibi itidem notat Socin. multiſque alijs ad confirmationem illius adductis probat in nulla diſpoſitione * adoptiuum filium, appellatione filij contineri, ſicut & Bal. quoque *conſ.* 24. *ſtatuto ciuitatis. lib.* 1. affirmat ſtatum loquens de filijs nunquam intelligi de adoptiuis, ideoque ſtatuta augentia legitimam filiorum, non comprehendunt filium adoptiuum *gloſſ. in* §. 1. *in verb. quale in Auth. de hæred. & Falc. & in* §. 1. *in verb. Hic obſeruan. Authen. de trien. & ſemiſ.* Et non tantum in ſtatutis non continentur adoptiui, ſed neque in conceſſione feudi, in qua liberorum fit mentio. *cap. adoptiuus. & ibi Doct. tit. de feud. fuer. controue. inter do. & agna. vaſal.* neque in conceſſione emphyteuſis, *teſte Spec. in tit. de locat. & conduc.* §. *nunc aliqua verſ.* 68. *Dec. ad l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſt.* neque in quocunque priuilegio. *prout hæc & alia multa ad l. ſi vnquam ad verb. ſuſcepens liberos C. de reuocan. donat. refert Tiraq.* quod ſi verum eſt, vtique conſuetudo, ex qua deriuatum eſt, quod extantibus liberis naturalibus legitimis vxor non habet niſi alimenta, ad adoptiuos trahi non debet, cùm à iure communi exorbitet, & ſtrictè interpretari debeat, *cap. quæ à iure de regul. iur. in* 6. Magis autem id ex eo ſtabiliri poteſt, quòd licet *in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom.* ſtatutum ſit, omnem inſtitutionem factam de extraneo intelligi, niſi teſtator ipſe liberos reliquerit, non tamen intelligitur de liberis adoptiuis, *vt not. Cyn. Alb. Angel. Corn. & alij ad l. generaliter.* §. *cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Naturalis quoque æquitas huc accedit, ideò quod maior eſt ratio, cur propter liberos proprios, legitimos & naturales quam adoptiuos aliquid permittatur.

2.

In contrarium tamen facere videbitur, quod * ſubrogatum ſequitur naturam eius in cuius locum ſubrogatur: *l. eum qui iniuriarum. ff ſi quis eum.* Atqui extranei adoptati licet liberi non ſint, in liberorum tamen locum aſſumuntur atque ſufficiuntur, *vt lib.* 7. *cap.* 19. *notat. Gellius.* Tum verò quod filij adoptiui dicuntur etiam filij, eorumque priuilegijs vtuntur, *l. cùm adoptiuum. C. de decurio. lib.* 10. atque proinde hæreditatem etiam non aditam tranſmittunt ad ſuos. *gloſſ. ad l. ſeruus alienus ff. de hæred. inſtit.* & aſcendentes, atque vxores defuncti à ſucceſſione adoptantis excludunt. *Angel. ad* §. *ſed ea omnia. Inſtit. de hæred. quæ ad inteſt. Matthæſil. in tract. de ſucceſ. ad inteſta. Guil. Bened. ad cap. Raynutius. in verb. & vxor. num.* 748. *ext. de teſt.* querelam inofficioſi teſtamenti habent. §. *cùm autem Inſtit. de hæred. lib. l ſi arrog. ff. de adopt.* & ſi præteriti ſint, contra teſtamentum venire poſſunt, *l.* 1. *l. non putauit. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.*

3.

Quid dicimus igitur? Licet ſane res iſta ex prædictorum contrariorum argumentorum repugnantia dubia ſit, & difficilis, poſterior tamen hæc ſententia videtur eſſe probabilior, videlicet, quod extantibus liberis adoptiuis vxor relicta domina & vſufructuaria alimenta tantum conſequatur Nam cùm maritus teſtator liberis carens paterno affectu in filium ſuum aliquem adoptauerit atque adſumpſerit, omnibuſque agnatis & cognatis hoc modo prætulerit, vtiq; præſumptio amoris, qui vero patri eſt erga liberos, & cauſam dedit prædictæ conſuetudini, in filium talem adoptiuum videtur eſſe tranſlata, quo ſic honeſtius ſplendidiusque viuat, alatur.

Quod autem pro priore parte allegatur, alias rationes, & inſpectiones habet. Nam cùm pater filium ſuum fideicommiſſo grauat, lex benigna interpretatione iudicat, quod nepotem aut neptem ex filio natam excludere, ijſque non ingratis, non malè viuentibus excluſis, ad hæreditatem ſuam alios vocare noluit, temetſi in ipſa ſubſtitutione dictum non fuerit, cùm ipſa experientia rerum magiſtra doceat, pleroſque auos & auias maiorem in his affectionem oſtendere, quàm filijs proprijs. Cæterum pater qui ita filio ſuo ſubſtituit alium, adoptatum à filio ſuo filium fortè non noſcens: quo pacto eadem animi propenſione in iſtum adoptiuum, qua in nepotem ex corpore ſuo filijque ſui naturalis & legitimi procreatum eſſe, dici poſſit, non video. Sic & in conceſſione feudi & emphyteuſis, atque in priuilegijs, filium adoptiuum appellatione liberorum non contineri, hac ratione fieri credo, quod veriſimile non ſit, Regem ſiue Principem, qui hæc conceſſit, de filio adoptiuo vnquam cogitaſſe, & tam latè contra ſe vel alios ea concedere voluiſſe. Et quod de augmento legitimæ proponitur, & Iaſon *conſ.* 141. *lib.* 4. & Barba. *ad d. cap Raynutius* & Cyn. & Alberic. *ad d l. ſi arrogator. & ad l C de adopt.* & alij plerique late improbarunt, nec ego vllo modo cum Caſtr. *ibi*, verum eſſe exiſtimo.

Ad parentes & aſcendentes venio. Et cum prædicta conſuetudo Bulgari (de qua hactenùs dictum fuit) à iure communi exorbitet, vt diximus, & in extraneo intellectu (vt alij dicunt) proceſſit, vtique ad perſonas liberorum coarctari atque reſtringi potius, quàm ad perſonas parentum ſuperſtitum, de quibus non loquitur, ampliari debere videtur: ſicut hoc quoque vulgare eſt, quod exempta conſuetudine neque ad alios caſus neque ad alia trahenda ſunt, etiam ſi par ratio introducendi eam, in alijs apparere poſſet, *l. ſi verò.* §. *de viro. ff. ſolut. matrim. l. quod verò ff. de legib. Doct. ad l.* 1. *C. ſi mulier ſecund. nupt.* Accedit quod minus

minus ſuccurri debet parentibus viuentibus, quàm liberis ſuperſtitibus quia, naturalis ratio veluti lex quædam hæreditatem parentum prolibus adijcit, vt ait I. C. *in l. cùm ratio ff. de bon. damnat.* parentes verò turbato ordine naturæ illis ſuccedunt, *l. nam etſi. ff. de inoffic. teſtam.* eoque reſpexiſſe videtur Salic. *ad Authent. præterea. q. 9. & vnde vir & vxor.* exiſtimans magis ſuccurrendum eſſe in bonis mariti vxori, liberis exiſtentibus in vita, quàm parentibus illius, his ſublatis.

Ex contrario partem adfirmatiuam *conſil. 237. Quæ in primo dubio.* aſtruit Anchar. rationibus infraſcriptis. Primò, quia ſicut fauore liberorum ſuperſtitum ea conſuetudo recepta eſt, ita quoque & fauore parentum, ex veriſimili mente teſtatoris extendi debet, quibus pari ratione ſubueniendum eſt, *l. nam etſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam.* Parentes enim chariſſimos habere debemus, inquit Cic. *in orat. ad Senatum.* quod ab his vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita ſit. Et cùm ſint cauſa eſſendi liberis, non tantùm rectè conſtitutum eſt, quod ali debent *l ſi quis à liberis ff. de lib. agnoſcen. l. 1. & 2. C. de alend. lib.* Sed non improbabili ratione quidam ſuſtinent, liberos his potiùs quàm ſibi ipſis ſubuenire teneri, *vt notat Quintil. Mandoſ. in tract. de ingratit. c. 31.* aut parentibus & liberis alicuius egentibus ſalutem parentum neceſſitati liberorum præferre debere. Secundò, quia legiſlator in ſubuerſionibus ſenilem ætatem atque corporis debilitatem maximè inſpiciendam eſſe voluit, *cap. non ſatis. cap. eſt & alia. 86. diſtinct.* Atqui nullo modo veriſimile eſt, quod teſtator parentibus ſenibus & debilibus proprietatem nudam relinquere voluerit, qua nunquàm fortè cum fructu aliquo vti poterint, & in toto vſufructu vxorem iuuenem viuacemque illis præferri. Tertiò quia † conſuetudo extenditur ad alium ſimilem caſum
4. eandem rationem habentem, *vt notat. ad l. de quibus. ff. de legib.* vt ſic, quod mutatur in vno, cenſeatur quoque mutatum in alio, *l. Marcellus. ff. ad Trebell.* ſicut & noua legis prouiſione legitima filiorum etiam ad legitimam parentum protrahitur. *Doct. in Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* Quæ rationes Anchar. probabiles ſunt, maximè ſi parentes ſint ſenes, debiles & pauperes, quibus filius naturali ratione ipſoque iure proſpicere tenebatur, vxor autem opulenta ac diues, quam, parentibus neceſſitate, paupertate vel fame pereuntibus, opum affluentia frui teſtatorem voluiſſe, veriſimile non eſt.

CAP. VIII.

Quid vxor relicta domina & vſufructuaria extantibus liberis conſequatur, ſi alimenta ſibi ſufficiant, reliqua verò bona liberis non ſufficiant.

SVMMARIA.

1. *Eoſuque pater alendis liberis intendere tenetur, donec ad conquirenda ſibi alimenta idonei ſint.*
2. *Vxor de iure communi ab hæredibus mariti non niſi intra annum luctus alenda eſt.*
3. *Vxor in donatione propter nuptias vſumfructum habere ſolet.*
4. *Liberi matrem ſuam alere tenentur, modo ipſi non egeant.*
5. *Parentibus ex neceßitate famis liberos diſtrahere permittitur.*

SERIÒ obſeruandum eſt id quod vno ore omnes hi quos ſuperiùs recenſuimus, tradiderunt, conſuetudinem Bulgari fauore liberorum, non etiam vxoris introductam atque receptam eſſe. Quod ſi verum eſt, videtur vtique maritus tacitè conſuetudinem illam ſecutus, liberos proprios vxori propriæ prætuliſſe, neque aliter illi alimenta conceſſiſſe, quàm ſi reſiduum bonorum alendis liberis ſufficeret. Eouſque enim pater * alendis liberis inten- 1.
dere tenetur, donec ad conquirenda ſibi alimenta idonei ſint, *l. ſi quis. §. ſed ſi filius ff. de lib. agnoſcen.* eoque magis quòd de iure communi † vxor ab hæredibus mariti non niſi intra
annum luctus alenda ſit, *l. 1. §. exactio. C. de rei* 2.
vxor. act. & nec tunc quidem, ſi aliunde habeat, vnde ſe alat. *gloſſ. & Doct. ad l. diuortio. ff. ſolut. matrimon per text. in l. penult. ff. vt in poſſeſſ. legat.* poſt annum verò luctus elapſum hæredes ad hoc non tenentur. Et licet maritus teneatur alere vxorem etiam ſi nullam dotem habeat, *l. quod ſi nulla. ff. de religioſ. & ſump. funer.* hæredes tamen mariti ad hoc obligati non ſunt. *Iaſon ad d. l. diuortio. num. 26.* Porrò ne maritus inutiliter vel fruſtra eam dominam & vſufructuariam reliquiſſe videatur, arbitror iudicis partes in eo conſiſtere, vt & liberorum & vxoris neceſſitatibus prudenter conſulat. Nam cum de alimentis iſtiuſmodi agitur, magis eſt (*inquit Vlpian. in d. l. ſi quis. §. 1.*) vt vtrobique iudex ſe interponat, quorundam neceſſitatibus facilius ſuccurſurus, quorundam autem ægritudini. & cùm ex æquitate hæc res deſcendat, charitateque ſanguinis, ſingulorum deſideria perpendere iudicem oportet, maximè cùm vxor * in dona-
tione 3.

tione proter nuptias vſumfructum habere ſoleat, *vt notat Bello. conſ.* 17. *num.* 2. & liberi * matrem ſuam proculdubio alere tene-
4. antur, ſi modo ipſi non egeant. *l.* 1. 2. *&* 3. *C. de alend. lib. d. l. ſi. quis.* & parentibus * ex
5. neceſſitate famis eos diſtrahere permittatur. *l.* 1. *C. de patrib. qui fil. diſtraxer.* ſicut & è contrario mater melioris fortunæ liberis, ſi indigent, ſubuenire tenetur.

Et licet extranei hæredes ad alendam vxorem poſt annum luctus non compellantur, liberi tamen proprij ex his, quibus carere poſſunt, matri ſuccurrere debent.

CAP. IX.

Vxor ſi extantibus liberis tantum alimenta conſequantur quando inſtituta eſt domina & vſufructuaria, an illis mortuis aſſequatur proprietatem.

SVMMARIA.

1. *Dictio*, Donec, *quem vſum habeat in legato.*
2. *Limitationis cauſa ceſſante, ipſa quoque limitatio ceſſat.*
3. *Vxor amittit proprietatem rerum à marito ſibi relictorum ſi nupſerit viuente filio ex illo marito.*
4. *Mulier quæ iterum nupſit, & ſucceßit vni ex liberis prioris maermonij, tenetur cæteris ex eodem matrimonio illa bona relinquere. At ſi moriantur, ea pleno iure obtinebit*

TAmetſi verò, vt proximè dictum eſt, vxor inſtituta domina & vſufructuaria, extantibus liberis non conſequatur niſi alimenta, nihilominus ſi poſteà rebus humanis liberi illi eximantur, huiuſmodi relictum conuertitur in proprietatem, aut quod verius eſt, in vſum fructum, ac ſi ab initio nulli liberi extitiſſent. *Bartol. ad l ſi in annos ff. vſufruct. quem ad. amit. & ad l. Titia.* §. *vlt* 2. *de legat.* 2. *Anchar. ad cap. ſi pater. de teſtam. lib.* 6. *in* 4. *notab. Capo. in tract. de ſeruitut. lib.* 1. *Cap.* 4. *col.* 3. *verſ item quod ſi maritus, Doct. ad Auth. quod locnm. C. ſi muli. ſecun. nupt.* Cæterum Alex. *conſil.* 29. *Viſo themate lib.* 4. hoc non aliter verum eſſe voluit, quàm ſi huc clauſula à teſtatore adiecta fuerit [donec domina vxor vidua ſeu caſta vixerit] tunc enim pro-
1. pter dictionem * illam [donec] apparet legatum eſſe annuum. *l. legatum. ff. de annu. legat.* & ſic pro primo anno eſt purum, pro ſecundo verò conditionale, id eſt, ſi vxor vixerit benè caſtè in viduitate, & plura ſunt legata, vnum pro quolibet anno, *l. ſi in ſingulos. ff. de ann. legat. l. ſenatus.* §. 1. *ff. de donat. cau. mor.* adeoque mortuis liberis, quoad ſequentes annos debetur legatum. *l. ſi fundum.* §. *ſi pater. ff. de lega.* 1. & ad vſumfructum trahitur, *iuxta l. ſi Titio. ff. de vſufruct. legat.* Porrò autem hanc Alex. limitationem & reſtrictionem in additione reijcit Carol. Molinæ. dicens indiſtinctè vſumfructum plenum deficientibus liberis deberi, ſiue clauſula illa adiecta fuerit, ſiue nõ, quia deficientibus liberis, qui erant cauſa * limitationis huius relicti, ipſa 2.
quoque limitatio ceſſare debet, ſcilicet vt vxor iam non tantum alimenta, ſed plenum vſumfructum aſſequatur, *arg. l. Titia Seio ff. vſuras. ff. de lega.* 2. Quæ ſententia pluribus confirmari poteſt Nam & * vxor amittit proprietatem rerum à 3.
marito ſibi relictarum, ſi nupſerit viuente filio ex illo marito, *in caſu d.* §. *quoniam infirmas. in Auth. de nupt.* tamen ſi is filius poſtea moriatur ſine filijs, eadem bona recuperat. §. 1. *in Authen. de non eligen. Bald. conſ.* 153. *Quidam teſtator. col.* 1. *lib.* 5. Rurſum mulier * quæ iterum nupſerit, 4.
& ſucceſſit vni ex liberis prioris matrimonij, tenetur cæteris liberis ex eodem matrimonio illa bona relinquere. At ſi moriantur, ea pleno iure obtinebit, poteritque de eis pro animi ſui arbtrio diſponere, *l. fœminæ* §. *ibi Bald. C. de ſecun. nupt. Anchar. conſ.* 288. *Præmittam caſus indubitatos col.* 1. *Stepha. Bertran. conſ.* 291. *Chriſti*, *&c. num.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 192. *lib.* 3. Et cum hæc magis veritati atque rationi conſentanea ſint, ſequor libentiſſimè communem hanc opinionem, à qua nemo facile recedere debet. Fateor tamen eam multis modis oppugnari poſſe ex his quæ Tiraq. *ad l. ſi vnquam ad verb. ſuſceperit liberos. num.* 159. *cum ſequentibus pluribus* tradidit: ſed qui omnia ritè expendantur vt oportet, ea omnia peculiarem ſuam rationem habent. Nos breuitati ſtudemus, & quæ neceſſaria non ſunt ad propoſitæ materiæ explicationem, omittimus.

CAP. X.

Quid conſequatur vxor, ſi non liberis, ſed pauperibus Chriſti inſtitutis, relicta ſit domina & vſufructuaria.

SVMMARIA.

1. *Pauperes Chriſti in cauſa teſtamen. inter extraneos reputantur.*
2. *Cauſa liberorum in pleriſque cauſis piæ cauſæ præfertur.*
3. *Fiſcus niſi nominatim aliud cautum ſit, iure priuati vtitur.*

PAVPERVM Chriſti magnus meritò fauor eſt, veluti in quibus Chriſtus † ipſe 1.
repræſen-

repræſentatur, *Matth. cap.* 25. in hac tamen materia rectè mihi *conſil.* 170. *Petrus Maroli. lib.*1. Bart. dixiſſe videtur, quod inter extraneos reputandi ac recenſendi ſunt niſi proprietas tantæ æſtimationis fuerit, vt ad faciendam debitam ſatisfactionem pauperibus inſtitûtis ſufficiat, *per l. omnium ff. de vſufruct. & l. vxori meæ. ff. de vſufruct. legat.* Nam cum conſuetudo fundata ſit in fauore liberorum duntaxat, vtique ſatis eſt vxori liberos non extare, & quidem maximè ex præſumpta voluntate teſtatoris, qui vxori vſumfructum bonorum ſuorum ſimpliciter legauit, cuius legati ſignificatio plenior erit, ſi ad leges ſcriptas referatur, *l ſi Mitio. ff. de vſufruct. lega.* & quod de liberis dicitur, de alijs negatum fuiſſe cenſetur. *cap. nonne de præſumpt. & ibi Doct.* eoque magis
2. quod cauſa * liberorum in pleriſque cauſis piæ cauſæ præfertur, vt non immeritò dixerit D. Auguſtinus, quod qui Eccleſiam hæredem inſtituere, & proprios liberos excludere cogitat, alium quam ſe quærat conſulentem. *& not. Doct. ad Auth. ſi quæ mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Quod ſi pia cauſa & pauperes Chriſti inter extraneos habeantur, multò verius eſt quod Roland. à Val. *conſ.* 73. *num.* 11. *lib.* 2. *ex Carolo. Ruin. conſ.* 26. *num.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 17. *lib.* 2. reſpondit, mulierem & vxorem hoc priuilegio perceptionis totius vſusfructus gaudere, quando bona teſtatoris filio relicta ad fiſcum † tran-
3. ſirent, is enim niſi nominatim aliud cautum ſit, iure priuati vtitur, *l non puto. & ibi Dec. ff. de iur. fiſc.*

CAP. XI.

Si filio inſtituto mortuo, extraneus ei ſubſtitutus ad bona perueniat, quid vxor relicta domina & vſufructuaria cõſequatur.

SVMMARIA.

1. *Quod vxor ſola alimenta conſequatur, liberorum fauore introductum eſt, qui hæredes inſtituti ſunt.*
2. *Clauſula (Donec) quid operetur in cauſa legati, & n.* 3.

SI extraneus ſubſtitutus non ex pupillari, ſed vulgari ſubſtitutione ſucceſſit, aut ſi filij inſtituti paterna hæreditate abſtinuerunt, ita vt hæreditas ad extraneum per vulgarem ſubſtitutionem perueniat, vxor plenum vſumfructum conſequetur, cùm legatum iſtiuſmodi exordium & vires per perſonam ipſius ſubſtituti acceperit. *arg. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad l. Falcid & l. cùm patronus. ff. de legat.* 2 *& not. ad l. etiam ff. de vulga. & pup. ſubſtit. & ad l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſ. teſtam. Alex. conſil.* 42. *Viſo proceſſu lib.* 2. Et quod † vxor ſola
1. alimenta conſequatur, fauore liberorum hæredum inſtitutorum introductum eſt, atque per conſequens, ſi actualiter hæredes non extiterint, aut hæredes eſſe deſierint, locum non habet. At ſi ex pupillari ſubſtitutione extraneus ſucceſſit, conſuetudo Bulgari locum habebit, ideò quod in perſona filij inſtituti legatum principium atque originem habuit, & proinde eius legati conditio poſteà non mutatur, *argum. d. §. qui filios*, niſi fortè in ipſo legato eſſet adiecta * clauſula [donec caſtè vixerit, aut vidualem vitam duxerit] quo caſu legatum pro primo anno eſſet purum, & pro ſequentibus conditionale, atque proinde etiam ſi extraneus ſuccederet ex pupillari ſubſtitutione, tamen pro annis ſequentibus ſumeret initium in perſona illius. *Bartol. ad l Titia. §. Titia ff. de legat.* 2. *Prac. Papien in for. libel. quo vxor agit. ad dot. ad verb. Donec vitam duxerit. colum fin. verſ. Deinde quæritur. quod & Bald. quoque ad Auth. quod locum in fin. C. ſi mulier ſecund. nupt. ſenſiſſe videtur.* Sic & Guil. Benedic. *ad cap. Raynutius. ad verb. cætera bona. num* 21. [Vxor, inquit, non habebit niſi ſola alimenta, vbi filij teſtatoris hæredes inſtituti ſuperuixerunt patri, hæreditatemque eius adierunt, quia tunc vxor teſtatoris defuncti, omnium bonorũ vſufructuaria, non habebit niſi ſola alimenta, ſicuti ſi filij teſtatoris hæredes inſtituti eſſent pupilli, qui mortuo patre hæredes illius facti in pupillari ætate deceſſerunt. ita quod ad pupillariter ſubſtitutum extraneum hæreditas illius perueniret.] Eo enim caſu ſola etiam alimenta vxor conſequetur, *latè Alex. ad l. & ſi contra. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.* In eandem ſententiam *conſ.* 94. *lib.* 1. accedent Maria. Socin. Nep. reſpondet, nihil referre quod filia inſtituta mortua ſubſtitutus ſuccedit; ſufficit enim quod filia fuit hæres, & quod alimenta in eius perſona robur habere cœperunt. neque curatur quod filia deinde deceſſit, & ad ſubſtitutum bona deuoluantur. & legatum quod iam incepit habere vnam formam, debet recipere aliam formam ex admiſſione ſubſtituti. *Salic. in d. Authen. quod. locum.* Et ſic intelligi poſſet id quod Bart. *conſ.* 56. *Bart. fecit teſtamentum. num.* 3. *lib.* 1. ait, quòd ſi mater ſit relicta domina & maſſaria (quod idem eſt) ſtante pupillari ſubſtitutione, & hæreditate ad extraneos tranſlata, ipſa plenum vſumfructum conſequetur, fauore ſcilicet liberorum, ob quem ſola alimenta habebat, ſublato: idemque *conſ.* 171. *Nicolaus ſer. Amati lib.* 1. *num.* 3. loquens de poſthumo hærede à patre inſtituto, & extraneo ei ſubſtituto, vxoreque relicta domina & vſufructuaria, donec vitam duxerit vidualem, vt dictum eſt, reſpondet, quòd ſi poſthumus natus ſit, & adita patris hæreditate deceſſerit; ſubſtitutus verò hæreditatem adierit, licet prima facie videatur legatum iſtud iudicari ex perſona filij,

filij, ex cuius perſona cœpit deberi, & per conſequens vxorem ſola alimenta conſequi etiam ſi ad extraneum ſubſtitutum bona perueniant, *l. qui fundum. §. quod ſi pater. ff. de lega.* 2. tamen verius eſt quod ex perſona ſubſtituti pro ſequentibus annis habebit totum vſumfructum, propter clauſulam illam *
3. adiectam [donec vitam duxerit vidualem] quæ facit legatum cenſeri annuum, *l. legatum. ff. de annu. legat.* & proinde cùm pro ſequentibus annis incipiat deberi ex perſona ſubſtituti extranei, vtique ex eius perſona iudicari debet, vt integer vſusfructus vxori permittatur, *d. l. vxori.*

C A P. XII.

Vtrùm conſuetudine prædicta ligetur vxor Principis.

S V M M A R I A.

1. *Teſtator in dubio præſumitur ſuam voluntatem accommodaſſe legi, vel ſtatuto, vel conſuetudini loci, quibus à lege receſſum eſt.*
2. *Per filios principum honos familiæ conſeruatur.*
3. *Per eoſdem principi ſeruitia exhibentur.*

ROLAN à Valle *conſil. 74. Quia de pluribus num. 3. lib. 2.* ſimpliciter reſpondet, quod ſi Princeps inſtituat filios ſuos hæredes, vxorem verò dominam & vſufructuariam relinquat, non niſi alimenta, ad inſtar aliarum mulierum illam conſequuturam, *allegans Bal. item tenentem conſil. 429. lib. 4. (quod tamen in meo libro non inuenio) & Picum in repetitione l. Titia. §. Titia cum nuberet. num 78. ff. de lega.* 2. Quam deciſionem cenſeo eſſe veriſſimam, maximè ſi Princeps in eo loco, vbi bona ſita ſunt, teſtatus fuerit, eamque conſuetudinem cognouerit, quo caſu ſecundum eandem teſtatus fuiſſe videtur. Teſtator * enim in dubio præſumitur ſuam volutatem
1. accommodaſſe legi, vel ſtatuto vel conſuetudini loci, quibus à lege receſſum eſt, *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad S.C. Treb. & ibi Doct.* Imò tanto magis in principibus † eorumque liberis locum
2. habere debet, quod per eorum filios honos familiæ conſeruetur, *Auth. de defenſor. ciuita. l. ſi creditores. ff. de priuileg. l. 1. ff. de vent. inſpicien. Iaſon. ad l. qui filiabus, num. 21. ff. de lega.* 1. quodque per eoſdem † ſeruitia Principi ex-
3. hibeantur. Quæ quidem omnia abſque opibus & diuitijs conſeruari & præſtari non poſſunt, atque adeò ſæpè propter inopiam pereunt familiæ, *l. 3. ff. de teſtib. l. 1. ff. de cuſtod. reo. l. pietas C. de ſuſpect. tut.* quæ alioqui per opes creſcerent & florerent, *vt ait Ang. conſil. 221. Circumſcriptio.* Sed quoniam *lib. 3. & 4.* latius hæc excuſſimus, & Phanuc. *in tract. de luc. dot. ad verb. ſicut.* plenius examinat, vtrum princeps ſtatuto de lucro dotis teneatur, ampliorem eius rei diſpoſitionem minimè hic inſtituam.

C A P. XIII.

Si maritus relinquat vxorē ſuam dominam & adminiſtratricem, & velit quod omnes ſubditi ei obediant, an per ea verba videatur eamdē reliquiſſe tutricem liberorum ſuorum.

S V M M A R I A.

1. *In mandanda filiorum tutela oportet verba teſtatoris eſſe certa & minimè dubia.*
2. *Verbum [adminiſtrationis] quid in propoſito operetur.*
3. *In propoſito aliud de veteri, aliud de nouo Iure obtinet.*
4 *Dominium eiuſdem rei in ſolidum apud filium & apud matrem eſſe non poteſt.*

QVæſtionem iſtam *lib. 5. conſ. 294. Dicta particula* mouet Bald. & decidit in negantem partem, per text. in l. qui aliena. §. quanquam ff. de negot. geſt. [Quamquam mater filij negotia ſecundum patris volutatem (inquit Papinia.) pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris periculo ſuo litium cauſa conſtituendi non habebit: quia nec ipſa filij nomine rectè agit, aut res bonorum eius alienat, vel debitorem impuberis accipiendo pecuniam liberat] hæc ille. Accurſius verò *ad verb. voluntatem.* hoc etiam tunc verum eſſe intelligit, quando maritus in teſtamento ſuo relinquit filium ſuum ſub cuſtodia ſuæ matris, quod magis ad tutulam reſpicit, quando tutor perſonæ pupilli potiſſimum dari ſolet, *vt Inſt. de curat. in princ.* Bald. quoque *ibi* idem eſſe ait, ſi dixerit teſtator [filium meum relinquo matri.] Et Caſtr. ſimiliter reſpondet oportere verba * ita eſſe 1.
concepta, vt citra dubitationem intelligamus teſtatorem vxorem ſuam tutricem reliquiſſe: verba verò obſcura, & quæ citra qualitatem tutelæ aliò trahi poſſunt, ſicut hic eſt verbum * [adminiſtrationis] ad eam rem 2.
minimè ſufficiunt, *iuxta nota. eleganter per Iaſ. conſil. 65. lib. 1.* Sed hoc * vetere inre erat re- 3.
ceptum, quando ſcilicet necdum Iuſtinian. matri & auiæ tutelam liberorum detulerat, quam ſuo iure hodie habent. *C. quam. mul. offic. tut. fungi pot.* id quod & Bart. ibidem obſeruauit. Multò minus igitur dominam eam reliquit, ſed tantum alimentariam & adminſtratricem, vti hactenus eſt oſtenſum, aut (vt idem Bald. ait) filius quidem dominium, ipſa vero dominatum, quem viuo marito habebat, obtineant do-

4. dominium * enim apud filium & apud eam in ſolidum eſſe non poteſt, *l. Sempronio. ff. de vſufruct.l eg.* Ex quo fit, quod ipſa honorem debet filio, tanquam principi, filius verò ei reuerentiam tanquam matri. Et eum ei adminiſtratio atque iuriſdictio in ſubditos à marito relicta eſſe videatur, non obſequentes ſubditos punire atque cohibere poſſet. Quid igitur, ſi hodie, quando noua conſtitutione mater ad tutelam filii admittitur, verba iſtiuſmodi teſtator maritus proferat? Exiſtimo ſanè vxorem, non quidem vi illorum verborum, ſed vi diſpoſitionis iuris communis ad filij ſui tutelam venturam, ſi velit. Nam ſi dicas maritum ſeſe iuris diſpoſitioni veriſimiliter conformare voluiſſe, *iuxta l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad S.C. Trebellia. & ibi not. Doct.* Reſpondeo verũ eſſe quod ea in parte diſpoſitioni iuris ſeſe conformauit vt ſi velit vxor, non ſi nolit, actrix ſibi ſit non tam ex teſtamento ſuo, quàm ab inteſtato & ex conſtitutione legis ſcriptæ, cui ſe conformat. In ea verò parte, qua ceſſante iure ſcripto tutrix filij electa eſt, neque ex verbis, quæ ſuperius retulimus, neque aliunde colligi poſſe arbitror, quæ res tamen magnum momentum & diſcrimen habet, ad euitandam præſtandæ cautionis neceſſitatem, vt quæ legitimum tutorem conſtringit, teſtamentarium verò minimè.

CAP. XIV.

Maritus ſi leget vxori vſumfructum ita vt illa non poſſit bona alienare aut vendere, vtrùm proprietatem ei legaſſe videatur.

SVMMARIA.

1. *Priuatio habitum præſupponit.*
2. *Illa aſſumenda eſt interpretatio, vt verba aliquid operentur.*
3. *Qui legat rem, videtur legare proprietatem.*

BAr. & Bald. *ad l. Proculus ff. de vſufruct.* in ea verſantur opinione, quod in caſu propoſitæ quæſtionis proprietatem bonorum ſuorum maritus legaſſe videatur, *quod & Rayn. Cuma. conſil* 120. *Ser. Petrus & And. Barb. conſ.* 164. *lib.* 2. *& Curt. Iunior conſil* 4. *Vt veritas. & Franciſ. Cremen. ſingulari ſua* 28. *Maritus legauit. & Nicol. Bello conſi.* 6. *num.* 3. *&* 12. *probarunt.* Nam cum teſtator legat vxori vſumfructum bonorum ſuorum, deinde verò aufert eidem poteſtatem ea bona alienandi, certè per ademptionem iſtam alienandi præſupponit, quod, niſi expreſſe alienatione ei interdixiſſet, dominium rerum apud vxorem futurum erat,
1. priuatio * enim habitum præſupponit. *l. decem ff. de verb. oblig.* atque ea aſſumenda eſt * inter- 2.
pretatio, vt verba illa aliquid operentur, *cap. ſi Papa. de priuileg. lib* 6. Nam etiam ſi non fuiſſent adiecta iſta verba, æquè vxor vſufructuaria nihil ex his alienare potuiſſet. Addo quod cum dicta verba, quæ ſubijciuntur legato vſusfructus, repugnent naturæ vſusfructus, vtique mens teſtatoris videtur eſſe, quod proprietatem illi legare voluit, *teſte Soci. conſil.* 131. *Signor. conſil.* 177. Sic & in fideicommiſſis & reſtitutionibus, tacita teſtatoris prohibitio non eſt, ne bona reſtitutioni obnoxia alienentur, ſed hoc tamen ipſum demonſtrat hæredem inſtitutum, proprietarium eſſe ac dominum, & proinde iure eius reſoluto reuocatione opus eſſe. *l. & res. ff. famil. eriſcun.* Et licet Ludo. Roma. *ad l donationis §. ſpecies. ff. de donat.* ab hac Baldi & aliorum ſententia diſcedat, quaſi voluntas mariti poſſit verificari in vſufructu, *l. arboribus. ff. de vſufruct.* eandem tamen *conſil.* 206. ſecutus eſt & pro illa conſuluit. Aliud dicendum foret, ſi maritus reliquiſſet vxori vſumfructum bonorum ſuorum & vetuiſſet eam, non aliquid ex iiſdem bonis, ſed eundem vſumfructum alienare, illa enim prohibitio veluti iuri communi conformis tacitè legato vſusfructus ineſt & proprietatem rerum alterius eſſe deſignat, *vt conſtat ex inſtit. de vſufruct. circa fin.* Qua de re Bart. & addit. eius *ad d. l. donationis.* latius vide, qui etiam *ad l. ſpecies auri. ff. de auro & argen. per illum text.* oſtendit quod † qui legat rem, videtur legare proprietatem, & adiectio vt ha- 3.
beat vſumfructum legatarius non facit videri ſolum legatum eſſe, & quod ſi maritus relinquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariam, per hoc quod dicit vſufructuariam, non impeditur illa dominium habere.

CAP. XV.

Maritus vxorem ſuam inſtituit, eiuſque fidei commiſit, vt pauperibus Chriſti bona ſua reſtitueret, vtrum inter ſpurios mariti ea diſtribuere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Lex non rebus ſed verbis impoſita abſurdè dicitur.*
2. *Is qui inter pauperos nominatur, tametſi ex manu executoris vel grauati accipiat, ab ipſo tamen defuncto verè accepiſſe videtur.*

INter vulgatas iuris regulas, vna eſt hæc. Cum quid vna via directè prohibetur, alia via & per indirectum, permitti non debet, omniaque illa prohibita eſſe cenſentur, per quæ ad illud, quod vetitum eſt, perueniri poſſet. *cap. cum quid. de reg. iur. in* 6. *& ibi latè dixi l. oratio ff. de ſponſal.* Alioqui enim commodiſſime

fraus legi fieret, vel de perſona ad perſonam, vel de re ad rem, vel de loco ad locum, vel de tempore ad tempus, *iuxta l. fraus. d. tit. de reg. iur. & l. fraus. ff. de legib.* ipſaque lex * non
1. rebus, ſed verbis impoſita eſſe videretur, *contra iura vulgaria.* Quæ ratio eſt, quod ſicut ab vberiore legato ſpurij repelluntur, ita neque per imaginariam emptionem, neque alia quauis de cauſa ad hoc peruenire permittantur. *Dec. conſ.* 311. *Bart. conſil.* 104. *Bald ad l. id quod pauperibus. num.* 42. *C de epiſc. & cleric.* Ex quo inferri poſſe videtur, quod quemadmodum pater ipſe filio ſuo ſpurio, vltra iuſta alimenta quicquam relinquere prohibetur, *cap. cum haberet ext. de eo qui duxit in matrimon.* ita quoque vxori eius amplius permitti non debet, quàm vt ad neceſſitatem duntaxat alimentorum, ſpuriis eius aliquid donare queat. Nam ſi pater ipſe non hoc ipſum poſſit per ſe, quomodo per aliam mediam perſonam hoc ei concedetur? *l.* 1. §. *ſiue itaque. C. de natur. lib.* Addo quod (*vt conſil.* 162. *lib.* 5.
2. *ait Bal.*) is qui * inter pauperes nominatur, tametſi ex manu executoris vel grauati accipiat, ab ipſo tamen defuncto verè accepiſſe videtur, *l. vnum ex familia.* §. *ſi de Falcidia. ff. de legat.* 2. *& not. in l. verum.* §. *cum quodam. ff. de reb. dub* & propter legis prohibitionem facilius fraus, colorque quæſitus præſumitur. *l. qui teſtamentum. ff. de probat.* Et quamuis de æquitate canonica, ſpurius poſſit habere alimenta, *d. cap. cum haberet.* à quibus lex ciuilis eum excludit, *Auth. liceat. C. de natur. lib.* eadem tamen, morte eius extinguntur. Accedit, quod vxor præſumptam defuncti mariti voluntatem ſequi debet, quæ cum cenſeatur fuiſſe conformis iuri, *l. hæredes mei.* §. *cum ita. ff. ad S. C. Treb.* ab omni illo quod alimentorum modum excedit planè eos excluſiſſe videtur. Et quamuis, ſi ex alio marito proprium haberet filium, verè egenum & pauperem, eo in loco, vbi teſtator domicilium habet, & mortuus eſt, natum, incolam, vel ciuem, etiam eundem intra numerum pauperum habere poſſit, *vt tenet Gab. Paleot de not. cap.* 44. de ſpurijs tamen teſtatoris, aliunde alimenta à patre aſſecutis, nuſquam hoc ei permittitur. Et licet teſtator ipſe, executionem teſtamenti ſui, adeoque diſtributionem bonorum ſuorum, in pauperes Chriſti faciendam, filio ſuo ſpurio committere poſſit, *vt vnus ex alijs d. qu.* 44. *obſeruat idem Paleo.* ea res tamē dolo & fraude caret, ob rationes executionis ſuæ, quas epiſcopo exhibere tenetur.

E contrariò verò ſicut dolus & fraus, non niſi ex perſpicuis indicijs præſumuntur. *l. doſum. C de dolo*, vt nec tacitum fideicommiſſum de reſtituendo non capaci, niſi probetur, *l. Lucius.* § *in teſtamento. ff. de leg.* 1. *l. non intelligitur. ff. de iure fiſci*, ita quoque non videtur vxor prohibita ſpurium teſtatoris inter pauperes Chriſti referre, eidemque eleemoſynam conferre, ſi modo verè pauper ſit, & egeat. *Bald. conſ.* 91. *videtur quod electio. lib.* 1. *& conſ.* 141. *libr.* 2. *Bart. ad d. l. Lucius Paleot. d loco.* Quid enim ſi prædium ſuper quo alimenta ei à patre relicta ſunt, caſmate perierit? quid ſi calamitas belli incultum iacere cogit? quid ſi ab hoſtibus captus fuerit, quid ſi domus, ex qua alimenta capere ſolet, exuſta ſit? Addo quod licet ex operis ſuis communiter ſpurius viuere poſſit, valetudo tamen aduerſa, vel captiuitas, vel ſenium, ſæpe impedimento ſunt, ne operetur & lucretur, *vt ait Aymo conſ.* 199. *num.* 1. *& num.* 7. *& de agricol. ad cap. quod ſuper. de voto. reſpondit Panorm.* Accedit, quod licet ſibi ſoli alimenta ſufficerent, nulla tamen ratione fortè, & ei & numeroſæ proli atque vxori, ſatis eſſe poterunt. Imò cogi poſſe vxorem à ſpurio tali verè paupere exiſtimo, ſi exteris alijſue pauperibus eum poſtponat. Nam ſi pauper poſſet implorare officium iudicis contra diuitem, vt ſibi ſuccurrat in maxima neceſſitate, *vt tradit Panorm. ad cap.* 1. *de cler. ægrot. & ad cap. ſi quis ext de fur. & ad cap. cum cauſam, de elect.* certè aduerſus eam, in cuius manu eſt diſtributio bonorum paternorum, maiore ratione ſpurio hoc permittendum eſt, cum & diui Pauli teſtimonio, in erogandis eleemoſynis, delectus aliquis habendus ſit, vt & domeſticorum & amicorum ratio potiſſimum habeatur, *cap. non ſatis.* 86. *diſt.* §. 82. *diſtin. vt etiam notant Doct. ad l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cleric.* Et ſi executor ad diſtribuendum inter pauperes, poſſit ſuos proprios conſanguineos, verè pauperes, eligere, *Panorm. ad cap.* 1. *de cohabit. cleric. & mulier. Sylueſter in ſua ſumma ad verb. Eleemoſyna, num.* 3. *verſ. Tertio quæritur.* quanto magis caro, ſanguis, & proprius filius defuncti, pauper & egenus, reliquis omnibus præferri poteſt.

CAP. XVI.

Si maritus reliquit vniuerſaliter vxori ſuæ cū filiabus ſuis vſūfructum, an videatur etiam relictis filiabus, & an illis accreſcat matre mortua.

SVMMARIA.

1. *Dictio* cum *cuius ſit naturæ.*
2. *Vſusfructus an veniat appellatione bonorum.*
3. *Præſumitur nemo ſe in continenti corrigere.*
4. *Contrarietatis præſumptio euitanda eſt.*
5. *Verba quando aliquid operari debent vel non.*

EXpediti iuris eſt, quod vbicumque in aliqua diſpoſitione inuenitur dictio iſta, † [cum] perſonæ per eam coniunctæ, ſimul 1.
videntur

videntur eſſe vocatæ per teſtatorem, *l. Titia textores.* § *nihil differt.* & *ibi Iaſon num.* 3. *ff. de lega.* 1. & æquè principaliter eaſdem perſonas coniungit, *l ſi ancilla.* & *ibi idem Iaſon num.* 1. & *alij eod. tit.* eandemque diſpoſitionem amplificat, nullo verò modo reſtringit, atque coarctat, *l ſi cui ſervo eo. tit.* Videtur igitur, non vxori tantum, ſed & filiabus ſuis teſtator vſumfrnctũ reliquiſſe, ſimul & communiter, toto tempore vitæ eorum, & iuri accreſcendi locum feciſſe. Porrò autem hæc ita vera ſunt, niſi veriſimilis teſtatoris voluntas aliud ſuadeat. Etenim ius accreſcendi, & ius coniunctionis, ex tacita voluntate teſtatoris prouenit, atque ex ea dependet, *l. ſi Titio & Mæuio.* §. *Iulianus ff. de lega.* 2. cuius rei exemplum, *conſ.* 79. *ſuper vſufructu vniuerſali. lib.* 3. oſtendens Iaſon ait, quod ſi maritus in eodem teſtamento filiabus ſuis dotes, ornamenta, alimenta prius reliquit congrua, voluitque ne ex bonis ſuis amplius quicquam peterent, vſusfructus ad ſolam vxorem, filiabus, excluſis, videtur pertinere, tum quod bono-
2. rum appellatione, * vſusfructus (qui eſt pars rei & dominij, *l.* 4. *ff. de vſufruct.* continetur. *l in venditione ff de reb. auth. iudic poßiden.* tum etiã,
3. quod cum nemo * præſumatur incontinenti ſeipſum corrigere, *l. nec ad ea. ff. de legat* 1 *S cin. Nep. conſ.* 165 *lib* .3. *Pariſ. conſil.* 25. *l. b.* 2. ſequens clauſula, per quam vxorem cum filiabus ad vſumfructum vocat teſtator, ſolius vxoris commodo ſubſeruire debet. Alioquin enim contrariaretur prior illa pars teſtamenti, qua nihil plus ex bonis teſtatoris petere iuſſæ ſunt, poſteriori illi, qua vſumfructum legat atque relinquit. Quæ interpretatio proculdubio aſſu-
4. menda eſt, vt † contrarietas euitetur. §. *quibus in* 1. *conſtit.* C. Quod ſi dicas, verba omnia & ſingula, etiam minima teſtamenti, ita examinanda
5. & accipienda eſſe, vt aliquid † operentur, & vt nullum ſit ſine effectu aliquo operandi, *vt notat Baldus ad rub. de contrah. empt.* & *vendit.* reſponderi poteſt, hunc eorum effectum ſufficere, quod tamdiu vxor eumdem vſumfructum illis communicabit (ſicut & omnia alia bona ſua liberis ſuis penes ſe habitantibus, & in ætate iuuenili ſeu virginali exiſtentibus communicare ſolet) donec cum ea manſerint, & ad iuſtum aliquod matrimonium peruenerint. Quod ſi ita eſt, conſequetur quoque ex eo, quod mortua vxore, idem vſusfructus, cum excluſione filiarum in totum extinguitur, & remoto omni iure accreſcendi, cum proprietate conſolidatur. Accedit, quod iſta verba [domina vſufructuaria, &c.] important quandam præeminentiam in domo teſtatoris, qualem habuit vxor ante mortem teſtatoris, teſte Bart. *ad l. Titia cum teſtamento.* §. *fi. ff. de leg.* 2. & *d. conſ.* 9. Atqui indecorum & abſurdum foret, eandem & matri & filiabus præeminentiam eodem tempore competere, adeoque criſtas filiarum ea via aduerſus parentem exigere. In contrarium tamen multum vrget, quod *in l. ſi mulieri ff. de vſufruct. accreſ.* his verbis ſcripſit Vlpian. (Si mulieri cum liberis ſuis vſusfructus legetur, amiſſis liberis, ea vſumfructum habet, ſed & matre mortua, liberi eius nihilominus vſumfructum habent iure accreſcendi.) Porrò ad hanc legem reſponderi poſſe videtur, non in alio eam caſu loqui, quàm in præſumptiones & coniecturæ ceſſent, & de alia teſtatoris intentione appareat, *id quod ex* §. *ex contrario* & §. *nam* & *Iulianus. in ead. l. ſatis apparet* & *d. conſ.* 79. *col. fi. oſtendit Iaſon verſic. incip. Poſtremo prædictæ determ. nationi non habet obſtare text. in l ſi mulieri.* Neque etiam plus me mouet ſi dicas, quod cum teſtator legat pluribus coniunctim, omnes illi iudicantur pro vna perſona, *l. planè ff. de lega.* 1 *l. vnica.* §. *ſi vero quidam C. de caduc. toll.* & videtur teſtator in hac re legata magis coniunctos illos legatarios dilexiſſe quàm hæredem, *teſte Iaſone ad l. huiuſmodi.* §. *ſi Titio. num.* 8. *ff. de lega.* 1. Hic enim multa firmiora accurrunt indicia, quæ præſumptionem illam tollunt, eidemque præualent.

CAP. XVII.

Si maritus velit vxorem ſuam regimen & adminiſtrationem omnimodam domus ſuæ & bonorum ſuorum habere, eorumque fructus ſine rationibus & computibus reddendis percipiendi facultatem penes eam eſſe, quid iuris vxor conſequetur.

SVMMARIA.

1. *Liberationis & cautionis remißio à teſtatore vxori relicta, quid operetur.*
2. *An valeat diſpoſitio in pœnam illius facta, qui patitur ſe decipi.*
3. *Maritus ſi liberat vxorem à neceßitate reſtituendi rem aliquam, an rem ipſam legaſſe videatur.*

IAſon *conſil.* 65. *lib.* 1. *col. fi.* exiſtimat, neque proprietatem, neque vſumfructum per hæc verba vxori relinqui, ſed ſolam gubernationem & adminiſtrationẽ, vt non amplius inferant aut operentur, quam ſi dixiſſet [relinquo vxorem meam maſſariam in domo mea] vel [relinquo vxorem dominã maſſariã & vſufructuariã omnium bonorũ meorum] maximè ſi liberi communes ſuperſint, quibus diſpoſitionibus ſola alimenta ei relicta fuiſſe cenſentur, *Bald. ad l. fin. C. de indic. vid. tol.* & *ſuperiùs abundantiùs dictum eſt.* Et verba illa, nudam gubernationem & adminiſtrationem ſonantia, ad proprieta-

tem ſeu vſumfructum commodè transferri nõ poſſunt. Et tanto quidem minus, quod alioqui, ſi illa in bonis teſtatoris mariti, viuis filijs vel proprietatem vel vſumfructum pro arbitrio ſuo habere poſſet, vanum atque inane in ijſdem liberis, foret honorabile nomen hæredis. Neque refert, quod teſtator voluerit eam fructus, prouentus & emolumenta quæcumque percipere, & à reddendis rationibus atque computibus liberam eſſe, neque ad reſtitutionem ullam compelli poſſe, tum quod cùm vxor liberorum ſuorum debitrix futura ſit, non eſt in manu te-
1. ſtatoris eo modo illam † liberare, vt nec cautionem illi remittere, *l. ſcire oportet. C. vt in poſſeſſ. lega. ſicut & inferius quoque latius diximus.* tum quòd ea mariti diſpoſitio, in pœnam eius,
2. qui ſe fraudari * & decipi non pateretur, facta videri poſſet, quam leges improbant, *l. vnica. §. fin. C de his quæ pœ. no.* tum quod per verba talia, ſcrupuloſa duntaxat inquiſitio, & communis ratio, forma & modus reddendarum rationum, remiſſa eſſe videtur, *gloſſ. ad l. quidam decedens. ff. de adminiſtrat. tut. Id quod ad l cum neceſſitatem. C. de fideicommiſſ. pluribus rationibus reſpondit Salic.*

Sanè, de hac reſolutione non immeritò dubites, videntur enim ſingulæ clauſulæ huius diſpoſitionis aliquid operari poſſe. Prima quidem, vt vxor habeat regimen & adminiſtrationem domus ſuæ, & bonorum ſuorum, ſicut plerunque maritis defunctis, liberis ſuperſtitibus, ad earum propriam & liberorum ſuorum vtilitatem, ſimul viuentes, victitantes & conuerſantes eorum viduæ, habere ſolent. Secunda autem clauſula, & percipiendorum prouentuum & fructuum mentionem faciens, & rationum reddendarum neceſſitatem laxans, iuxta ſententiam Iaſonis & Salic. ad remiſſionem ſcrupuloſæ inquiſitionis tantum referri poſſet. In Italia tamen alijſque locis vbi conſuetudo Bulgari viget, Iaſonis ſententiam puto eſſe veram. Nam ſi vxor amplius non habet extantibus liberis, quando relicta eſt domina & proprietaria, ſimplicibus verbis, quanto magis obtinere debet, ſi prædictæ clauſulæ adiectæ, ſint minori roboris & effectus? Sed ſi teſtator reſtitutionis fructuũ perceptorum neceſſitatem vxori relaxat, certè aliquid amplius exiſtimo in legato eſſe, & dominam eorum vxorem ſuam feciſſe. Is enim propriè dominus eſt, qui pro animi ſui arbitrio de re ſua conſtituere poteſt. *l. in re. C. mandat.* Quid enim aliud verba illa beneuolentiæ & charitatis vxoriæ plena, vltra conſuetum modum operarentur? Quid aliud eſt libertatem non reſtituendi illi relinquere, quam de ijs * pro animi ſui arbitrio diſponere ſi ve-
3. lit? At ſi illa hac libertate vſa non ſit, vtrum hæres ab ea inſtitutus eadem vti poſſit, *lib. 1.* ſuperius declarauimus.

CAP. XVIII.

Maritus cautè teſtari debet, ne pro vſufructu proprietatem relinquat vxori, contra ſuam intentionem.

SVMMARIA.

1. *Hæres qui ſemel eſt, non poteſt deſinere eſſe hæres.*
2. *Hæres ad tempus inſtitui non poteſt.*
3. *Vxor inſtituta, ita ne reddat rationem, an ſit vſufructuaria tantum.*
4. *Maritus ſi inſtituat vxorem in vita, & ſimiliter nepotes in vita, an ſit vxor vſufructuaria, an proprietaria.*

Ex his omnibus liquidò apparet, diligenter maritum præcauere debere, ne ſimplicitate ſua capiatur, & qui vxorem tantum fructuariam eſſe velit, proprietatem ſuorum bonorum relinquat. Nam ſi vxor in certa portione hæres ſit ſcripta, quandiu vixerit, vitio temporis ſublato, hæres, non nuda fructuaria erit, perinde ac ſi tempus non eſſet adiectum, & ſi ſimpliciter ab initio hæres fuiſſet ſcripta, *l. hæreditas. ff. de hæred. inſtit.* Ratio eſt, quia qui ſemel eſt hæres * alicuius, 1.
iure ciuili deſinere hæres eſſe nequit, *l. ei qui. eo tit.* * neq; poteſt vnus ad tempus hæres 2.
inſtitui, atque ex tempore, deinde alius, *§. hæres. Inſtit. de hæred. inſtit.* quod nec in vlla ordinaria ſubſtitutione contingit, *l. poſt aditam. C. de inſtit. & ſubſtit.* adeoque diei adiectio vitioſa eſt, etiam aduerſus expreſſam teſtatoris voluntatem, *Bartol. ad d. l. hæreditas.* Et ſic facilè fieri poſſet, quod maritus relinquendo vxori bona ſua, eamque quamdiu vixerit, inſtituendo, habere duntaxat eam voluerit vſumfructum, quam tamen alij interpretantur plene hæredem eſſe ſcriptam, quodque dumtaxat temporis vitium eſſet tollendum. Et ideo Ioan. Dilect. *in lib. de ar. teſt. tit. 4. caut. 5.* conſulit marito, vt vel expreſſe loquatur de vſufructu, vel expreſſe vxorem fideicommiſſo grauet, vel eam non hæredem ſcribat, ſed ei per viam legati fundum vel portionem hæreditatis leget, dum vixerit. *l. fin. C. de leg.* Rurſum in eandem perplexitatem incidere poſſet maritus, ſi vxor in vſufructu ab eo inſtituta ſit, alius verò poſt mortem eius ſimpliciter inſtituatur. Orietur enim quæſtio, an inſtitutio trahetur ad fideicommiſſum, vt diximus, hoc eſt, vtrum ille alius cenſeatur hæres inſtitutus, non conditionaliter, ſed pure, ita vt maritus videatur ſolam dilationem ei appoſuiſſe à perceptione vſusfructus, quouſque vxor ſua viueret, *ſicut &*

Bald.

Bald. ad l. id quod pauperibus quæſtio 14. *C. de epiſc.& cler. & Guido Papæ ſing.* 887. *incip. In l. idem eſt & Ang. ad l. miles ita ff. de teſtam. milit. & Carol. Molin. in addit. ad* 162. *conſil. Alexand. lib.* 2. *& Pariſ. conſi.* 97. *in princip. l.* 2. *& Rom. conſil.* 7. *& iterum Alexand. conſil.* 58. *lib.* 3. *& Corn. ad l. extraneum. C de hæred inſtit. & Aret. cum Caſtr. ad l. filius. ff de lib. & poſthum. & conſ-* 278. *D. Vig. ad* §. *hæres num.* 6. *inſtit. de teſtam. milit. meliore iudicio reſponderunt.* vel an vxor ipſa videatur hæres eſſe inſtituta, & poſtmodum grauata de reſtituendo, *quemadmodum Anchar. Imo. & plerique alij ad cap. fin. de pig. (quorum ſententia minus recepta probataque eſt) cenſuerunt.* quod tamen ad ius tranſmittendi plurimum pertinet. Rurſum ſi vxorem ſuam in vita ſua, & donec vixerit, vniuerſalem dominam & vſufructuariam inſtituat, nonne iuſta ratio eſt diſputandi, an verbum hoc [dominam] de directo & vniuerſali domino accipiendum ſit, *iuxta l. his verbis. ff. de hæred. inſtit.* & hoc verbum [inſtituit] de hæredis veri inſtitutione, *l. verbum loco C. de fideicom.* ne intelligendo verba de formali vſufructu, legatum cadat, *l.* 1. §. *excepto. C. de cad. tol.* Et iterum ſi maritus vxorem † inſtituat
3. hæredem vniuerſalem in vita ſua, ita vt non teneatur reddere rationem ad miniſtrationis ſuæ. Hîc enim continget dubitari, an ſit nuda vſufructuaria, an verò proprietaria, vel an poſſet de proprietate diſponere. Nam quod ſit tantum vſufructuaria, videri poſſet ex eo, quod reddere rationem, & eſſe proprietariam, repugnant. E contrario, quod ſit proprietaria, videtur prima facie, quia vſus eſt teſtator maritus, verbo inſtitutionis, quod eſt directum & ciuile, ad hæreditatem & proprietatem pertinens. Et ſic in vtramque partem diſputat D. Ioan. Anton. Rubeus *conſil.* 193. *Circa dubium. num.* 6. *&* 7. Et quamuis videatur ſubindicare ſe eſſe propenſiorem in eam partem, quod non ſit nuda fructuaria, tamen apertè ait, ſe hoc dicere non audere. Et iterum, ſi vxor hæres inſtituatur, vel ipſi aliquid legetur ad vitam dumtaxat, præter dictas difficultates etiam & hæc naſcitur, vtrum cenſeatur fructuaria vel proprietaria. *vt not. Guido Papæ ſing.* 442. *incipien. ſi vxor hæres. gloſſ. & Doct. ad l. ſi mulier ff. de donat. inter vir. & vxor. & nos fauente Deo la-*
4. *tius inferius dicemus.* Pari modo diſputatur, an ſi maritus dicat [inſtituo vxorem * meam dominam, & Titium hæredem] vel [inſtituo vxorem meam in vita ſua, & etiam nepotes in vita ſua] reſoluatur inſtitutio vxoris in vſumfructum, quod Dec. *conſil.* 278. exiſtimat, ideoque vt omnes has diſputationes & controuerſias euitent teſtatores debent expreſſe ſuam mentem declarare, ne in dubium trahi poſſit eorum intentio, in perniciem atque ruinam coniugis & hæredis, dum, quiſque ſuam opinionem pertinaciter defendendo, magnam hæreditatis partem conſumunt.

CAP. XIX.

Vxor inſtituta hæres & grauata reſtituere alteri, an poſſit dotem eiuſque fructus deducere?

SVMMARIA.

1. *Actio dotis an aditione hæreditatis ſit confuſa.*
2. *Creditor ſuccedens debitori, videtur ſtatim ſibi ſoluiſſe.*
3. *Confundi actiones aditione hæreditatis, quo pacto dicantur.*
4. *Quod ex re noſtra naſcitur, noſtrum an ſit.*

IN hac quæſtione dicendum videtur, aditione * hæreditatis facta per vxorem, totum ius exigendæ & repetendæ dotis amiſſum 1.
eſſe, *iuxta l. debitori. C. de pac. l. Stichum.* §. *aditio. ff. de ſolut.* Nemo enim contra ſeipſum agere, nemo à ſeipſo exigere, *l. legatum.* §. 1. *ff. de legat.* 1. nemo ſibi obligari poteſt, *l. ſi quis pro eo.* §. *item ſi filius. ff. de fideiuſ.* debet enim inter debitorem & creditorem eſſe perſonarum diſtinctio, *l.* 2. *ff. de ſtipulat. ſeruo.* Et quamuis ſucceſſio penes vxorem menſura non ſit, eadem tamen confuſio omnem illius actionem extinxiſſe videtur, *Imo. ad l. omnibus. Alexand. ad l. deducta. ff. ad Trebellia.* Accedit, quod compenſandi animo hæres inſtituta eſſe videtur, *l. ſi compenſandi. C. de hær d. inſtit. l. huiuſmodi.* §. *cum præter. ff. de lega.* 1. etiam ſi portio hæreditaria, dotem ipſam non æquaret. Porrò autem quod compenſatum eſt à teſtatore, exigi non poteſt.

Contrarium tamen dictat veritas, licet enim quo ad effectum agendi, ipſa aditione inducatur confuſio, neque † creditor contra ſeipſum agere poſſit, *d. l. legatum. l. Vranius ff.* 2.
de fideiuſ. tamen quando agitur de retentione facienda contra fideicommiſſarium vniuerſalem vel legatarios, eiuſque effectu, hæres * poterit ea confuſione non obſtante, retinere, 3.
quidquid ſibi ab hæreditate, quam adiuit, debebatur, *l. irritum. l. imponenda & ibi Doct. C. ad l. falc. Caſtr. ad l. ab omnib.* §. *fin. ff. de lega.* 1. *quæ hunc caſum decidere videtur cum l. Lucius. ff. ad S. C. Trebell. & idem Caſtr. ad l. debitor. eod. tit. afferens grauiſſimos aliquot I.C. in eo articulo imprudenter eſſe lapſos.* Nam cum fideicommiſſum vires hæreditarias excedere non debeat, æs alienum (cuiuſmodi eſt dos) ſaltem contra fideicommiſſarium ſemper deduci poteſt, *l. cohæredi.* §. *cum filia. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & hæreditas matri dicetur tanto minor, quanta eſt dos, ſatiſque erit ita reſtituere hæreditatem mariti, ſicut

erat, onere ſcilicet reddendæ dotis grauatam, quæ ſoluto matrimonio reſtituenda erat, *l. 2. in princip. ff. ſolut. matrimonio.* Et cum vxor eam aliundè quam ex teſtamento mariti habere debuerit, non dubium eſt, in fideicommiſſariam reſtitutionem eam non venire. *d. l. debitori ff. ad S. C. Trebell.* Quæ ſententia ex hoc maiorem rationem habet ex eo, quia bona mariti pro dote obligata eſſe conſtat, *l. 1. §. vt plenum. C. de rei vxor. act.* Hypotheca autem aditione hæreditatis per hæredem fideicommiſſo grauatum facta, non tollitur, *vt not. Alexand. in d. l. ſi ita tamen Alcia. in d. l. debitori. & Benedic. Capra conſil. 63. numer. 2.* & hoc propter naturam pignoris & hypothecæ, quæ eſt, vt non tollatur niſi creditori ſit ſolutum vel ſatisfactum, *l. ſi rem alienam. §. omnis. ff. de pignor. act. Pariſ. conſil. 23. lib. 2. Rom. conſil. 276.* Idemque Bald. *ad l. ita ff. ad Trebell.* Aret. *conſil.* 147. & Alexand. *ad d. l. debitori. numer.* 23. hodie procedere exiſtimant, etiam ſi talis hæres inuentarium non feciſſet. Et ſi fortè filius vxoris, alio fideicommiſſario dato, dotem maternam per errorem reddidiſſet, repetere eum poſſe arbitrantur, *l. penul. ff. ad Trebellian. Pariſ. conſil. 69. lib. 2.* Nec quicquam mouet in contrarium, quod de compenſatione proponitur, nam cum communi calculo recepta ſit hæc ſententia, quod ea quæ relinquuntur à debitore voluntario creditori, non cenſeantur eſſe relicta animo compenſandi cum debito, ſed ex vera & mera liberalitate, ſiue fiant titulo legati, ſiue titulo inſtitutionis, *l. ſi ab eo C. de nego. geſt. d. l ſi compenſandi. ſicut in huius quæſtionis terminis eleganter expliciant Caſtr conſil. 248. Alex. ad l. cum hæres. ff. ad Trebellian. Cuma. conſil. 22. latè Rolan. à Valle conſil. 65. numer. 10. cum ſeq. lib. 2.* conſequens eſt, nullam hic vxori compenſationem metuendam eſſe, cùm nihil ſit clarius & expeditius, quàm quod maritus ſit debitor ex contractu ſuæ vxoris in dote, & ex cauſa à principio voluntaria, cùm neque vxorem ducere, neque dotis reſtitutionem permittere coactus fuerit, *Bart. ad l. huiuſmodi §. cùm pater. & not. Aymo Crauet. conſ. 149. n. 2. Alex. conſ 7. lib. 6. Carol. Ruin. conſ. 92. lib. 5. Bellon conſ 31.*

De fructibus verò dotium detrahendis aut in dotem computandis, maior fuit difficultas. Licet enim ſint qui exiſtimant, eos cum ipſa dote eſſe compenſandos, *per text. in l. quod de bonis. § quod auus ff. de Falcid.* vti * fru-
4. ctus percepti iudicio teſtatoris compenſantur cum vero debito. *& ibi*, & per Caſtr. *& in l. mulier. §. cùm propo neretur. ff. ad Trebel. Rip. in l. in fideicommiſſaria numer. 9. & 35. eo tit.* Socin. Nep. *conſil.* 57. *lib.* 3. dicentem, eam eſſe communem opinionem, à qua in iudicando recedendum non eſt; contraria tamen ſententia receptior eſt vt ait Rolan. *d. loco num.* 24. & Bart. *ad l. cùm pater. §. fin. ff. ad Trebell.* Carol. Ruin. *conſ.* 112. *lib.* 2. & Pariſ. *conſil.* 25. *&* 115. *lib.* 2. dicens falſum eſſe, quòd communis opinio ſit contraria, & quod leges quæ in contrarium allegantur, loquuntur non de dote & fructibus eius. ſed de quarta Trebellianica atque Falcidia, quæ etiam non computatur in verum debitum niſi ſit dictum.

CAP. XX.

Maritus ſi vxorem inſtituat, & facultatem diſponendi de bonis eius eidem concedat, an etiam vxor de proprijs bonis diſponere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Caſus omiſſus à teſtatore habetur pro omiſſo.*
2. *Verba teſtatoris intelliguntur ſine præiudicio tertij.*

QVORVNDAM locorum moribus receptum eſt, ſuperſtitem coniugem de proprietate bonorum ſuorum in præiudicium communium liberorum diſponere non poſſe, ſed eandem morte alterius coniugis ad eaſdem proles deuolui. Finge maritum vxorem ſuam inſtituiſſe, & liberam diſponendi licentiam ei dediſſe de bonis in hæreditate mariti exiſtentibus, in quæſtionem vertitur, an etiam vxori, vt de bonis proprijs ad illam pertinentibus & ad liberos deuoluendis licentiam dediſſe cenſeatur.

Et licet videri poſſit, quod ſic, tum quia fauorabilis eſt interpretatio per quam reditur ad ius commune, tum etiam, quia iuxta vulgatam iuris regulam, cui licet quod plus eſt, etiam id quod minus eſt, licere debet, *cap. cui licet de regul. iur. in 6.* etiam in ſtatutis, & iuris communis diſpoſitionibus correctorijs. *vti latiùs ad l. cap. cui oſtendimus.* Plus autem eſſe videtur de alienis, quam de proprijs bonis diſponere.

Pro negatiua tamen parte reſpondendum eſſe cenſeo, ideo quod ſi Principis verba in præiudicium alicuius alterius ſtrictè accipienda ſunt, *l. 2. ne quid in loco public. vt not. Iaſon ad l. fin. ff. de conſtitut. princip.* quanto magis verba priuatorum hominum in detrimentum liberorum propriorum, quibus lex ipſa, veluti naturalis quædam ratio, *vt ait text. in l. fin. ff de bono damnat.* hæreditatem defert, ſtrictè accipere oportet. Accedit, quod cum maritus ea de re nihil expreſſe conſtituerit, vtiq; verba illius amplificari non debent, quia illud habetur † pro omiſſo, quod non omit- 1.
titur à teſtatore in ſcriptura & prolatione verborum. *Bald. ad l. cùm proponebatur. ff. de leg at. 2.* & non eſt credendum, teſtatorem

quicquam

quicquam velle, niſi id quod expreſſit, nam ſi aliud volebat, nulla erat difficultas ſcribere, *l.1.§.ſi autem deficientes.C.de caduc. toll. & latè not. Tiraq. ad l. ſi vnquam. ad verb libertis numer.* 28. *C. de reuoc. donat. quem vide.* Et tanto quidem firmius hoc adſerendum eſt, quod tametſi maritus ita conſentiendo, facultatem teſtandi à ſtatuto vxori ademptam, videatnr eam reſtituere iure communi, quo iure teſtandi licentia ei permittitur, quod eſt fauorabile, tamen quia fauorabilior eſt cauſa liberorum, ne veræ naturæ debita ſucceſſione exuantur, & ne forte ad odioſum atque inſidiatorem bonorum maternorum vitricum, facultates maternæ transferantur, illam præualere rationi & æquitati conſentaneum eſt.

2. Et quamuis generaliter* loquendo, plus eſt de rebus alienis, quarum diſpoſitio ad ſe non pertinet, teſtari quam de proprijs, in quibus quilibet eſt dominus & magiſter, *l. in re. C. mand.* tamen in propoſita facti ſpecie alia conſideratio aſſumenda eſt, vbi de bonis mariti ipſo marito volente & conſentiente vxor teſtatur, de bonis vero ſuis proprijs, inuitis liberis, in quibus ius illis quæſitum eſt, teſtari contendit, quod vtique cùm ſit odioſum reſtringi, non amplificari debet, *cap. odia. de reg. iur. in 6.* ne tandem vtriuſque parentis hæreditate, non ſua culpa, ſed ſola parentum ſeueritate, imprudentia vel inoffiſioſitate illi excludantur.

CAP. XXI.

Coniunx ſi coniugem inſtituat & liberos ei ſubſtituat, an valeat teſtamentum.

SVMMARIA.

1. *Præteritio liberorum vitiat teſtamentum patris.*
2. *Clauſulæ codicillaris vis & effectus.*

SINE hæredis inſtitutione, inquit Modeſtinus, nihil in teſtamento ſcriptum valet, *l. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & nec quemuis hæredem ſcriptum eſſe ſufficit, ſed niſi liberos*
1. proprios vel inſtituat, vel nominatim exhæredet, & ſilentio eos præterierit teſtator, tabulæ eius corruent, *§.1.Inſtit.de exhæred.liber. §. cæterum in Authen. vt cùm de appellat. cognoſ.* Quid igitur ſi coniugem inſtituat, liberos verò ei ſubſtituat? an hic nihil honoris matri deferatur? an prælatis liberis, propria vxor excludetur? Audiamus Lucium Paulum in hæc verba pronunciantem, *in l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* [Lucius Titius, inquit, cùm haberet filios in poteſtate, vxorem hæredem ſcripſit, & ei ſubſtituit filios. Quæſitum eſt, an inſtitutio vxoris nullius momenti ſit eo quòd ab eo gradu filii non eſſent exhæredati? Reſpondi, eum gradum, à quo filij præteriti ſunt, nullius eſſe momenti. Et ideò cum iidem ſubſtituti præponantur, ex teſtamento eos hæredes extitiſſe videri, ſcilicet quia non in totum teſtamentum infirmat filius, ſed tantum eum gradum, qui ab initio non valuit, ſicut reſponſum eſt, ſi à primo ſit filius præteritus.] Inſtitutionem hæredis vocat primum gradum, per teſtatorem ad ſucceſſionem vocati; ſubſtitutionem autem, ſecundum gradum, aut vlteriorem, veluti poſt inſtitutum hæredem vocati & ſubſtituit, *l. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* oſtenditque, quod licet filius ſit inſtitutus in ſecundo gradu, tamen in primo gradu præteriri non poterat, *l ſi poſthumus. ff. de lib. & poſthum.* & ideò rumpitur quidem prior gradus, ſed ex ſecundo gradu vulgaris ſubſtitutionis, defertur ei ſucceſſio, ac proinde illi ſufficit hæreditatem patris ex ſubſtitutione habere, quam ex inſtitutione, primoque gradu non habet: per quod Alex. *ad d. §. Lucius.* omnia iura de inſtitutione filij loquentia, reſtringi atque limitari dicit. Sic & idem Alex. *ad l. inter cætera eo. titu.* & Dec. *ad l. 1 ff. ſi cert. pet. & ad l. cùm proponas. C. de pac.* & Aymo. Crauet. *conſ.* 255. *incip. Quia Petrus. nu.* 2. & Bald. *ad l. ſi filius. per illum text. ff. de hæred. inſtit.* vno ore aſſerunt, ſubſtitutum impugnantem teſtamentum reſpectu inſtitutionis, poſſe ex eo ſe fundare reſpectu ſubſtitutionis. Verba legis hæc ſunt: [Si filius ſubſtituatur ei, à quo præteritus eſt: non vt inteſtati patris, ſed ex teſtamento habebit hæreditatem: quoniam & quolibet alio ſubſtituto, ſi fuiſſet ab eo exhæredatus, inde teſtamentum inciperet, vbi filius eſſet exhæredatus] Sed ſi maritus vxori ſuæ rectè conſultum velit, rectè fecerit, ſi * clauſulam codicillarem teſtamento
ſuo inferat. Crebriore enim ſententia in ſimili 2.
receptum eſt, quod ſi pater in teſtamento ſuo præterit filium, inſtituto extraneo, inſtitutio quidem vitiatur, *Auth. ex cauſa C. de lib. præterit.* ſed ſi appoſuit prædictam clauſulam codicillarem, filius ab inteſtato patri ſuccedet, virtute tamen eiuſdem clauſulæ tenebitur per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hæredi inſtituto, retenta ſibi quarta Trebellianica, & (vt quidam cenſent) etiam legitima, iuxta cap. Raynutius. ext. de teſtamen. *vt vnus ex multis ad d. Auth. ex cauſa numer.* 22. *oſtendit Iaſon, Bartol. & alij ad l. generaliter. §. ex teſtamento ff. de fideicommiſſ. liber. Alex. conſ.* 142. *lib.* 2. *Bal. conſil.* 391. *in fin. lib.* 3. Nam ſi hoc in extraneo hærede inſtituto verum eſt, multo magis in matre locum habere debet, à qua filius eadem bona, quæ reſtituit, iterum probabiliter poſt illius mortem expectare poteſt.

CAP.

CAP. XXII.

Si vxor inſtituatur hæres, & hæreditatem reſtituere rogetur, an ſubintelligatur conditio (ſi abſque liberis communibus decedat.)

SVMMARIA.

1. *In ſubſtitutione facta filio, intelligitur conditio [ſi abſque liberis deceſſerit.]*
2. *Iniquum eſt plus concedi nepotibus, quam eorum parentibus.*

SI filius poſt mortem ſuam, hæreditatem, quam à patre accepit, reſtituere rogatus ſit, non dubium eſt, quin ita voluntas eius interpretanda ſit, niſi* cum liberis deceſſerit, ne pro-
1. prium ſanguinē fraudare, & hæreditatem ſuam, nepotibus ſuis proprijs excluſis, ad alios transferre voluiſſe videatnr, *l cum auus. ff. de condi & demonſtra. l. cum acutiſſimi C. de fideicom l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit.* Et quamuis (vt ſæpius ante diximus) vxoris amor magnus eſſe ſoleat, prædictaſque leges in alio quam in filio hærede inſtituto locum non habere plerique interpretes exiſtiment, Bald. tamen *conſil* 391. *Factum tale eſt, quidam nomine Cola. nu.* 3. *lib.* 3. in ea verſatur opinione, quod tacita illa conditio, in propoſita facti ſpecie ineſt ſi ſine communibus liberis deceſſerit. Et licet ea opinio æqua eſſe videatur, vt non facilè ab ea recedendum eſſe putem, ne plus iuris tribuatur * nepotibus
2. filio inſtituto, quam filijs ipſis, vxore inſtituta, in rigore tamen iuris vereor ne non ſubſiſtat. Nam ſi appareat, liberos eſſe præteritos, & eos eo nomine nullitatem teſtamenti allegare, nihil ſanè conſequetur vxor, ſi clauſula codicillaris, vt antè dictum eſt, ei adiecta non fuerit. Si verò præteriti non ſint, ſed minus, quam legitima etiam titulo inſtitutionis particulari, honorati, multa millia iſtiuſmodi teſtamentorum concident, in quibus mariti liberis communibus exiſtentibus, vxores hæredes ſcribunt, aut liberam de bonis ſuis diſpoſitionem eis tribuunt.

CAP. XXIII.

Vaſallus vxori vſumfructum in re feudali ſine conſenſu Principis relinquere non poteſt.

SVMMARIA.

1. *Vſumfructum conſtituere eſt alienare.*
2. *Vaſallus vtile dominium alienare non poteſt.*
3. *Vaſallus quo pacto ſeruitutem conſtituat.*
4. *Hæres an poſſit allegare nullitatem actus à defuncto facti.*

HÆc autem quæ de vſufructu diximus, in quo inſtitui coniunx à coniuge poteſt, ad bona feudalia extendi non poſſunt: quia vaſallus ſine conſenſu domini, non poteſt in re feudali alteri vſumfructum conſtituere, *gloſſ. in cap.* 1. §. *prætereà, de cap. Conradi. Aluarot. ad cap Imperialem* §. *habita. de prohib feud. alien. per Frederic. Iaſon conſ.* 89. *incip. Aggredior itaque. lib.* 1. quia conſtituere † vſumfructum, eſt alienare, *l. fin. C. de reb. alien. non alienan. l. ſed ſi pecunia.* §. *vſusfructus. ff. de reb. cor.* & eſt vſusfructus pars domin.j. *l.* 4. *ff. de vſufruct.* Vnde ſicut vaſallus * non poteſt 1.
alienare vtile dominium ſine conſenſu domini, 2.
ita etiam non poterit alienare vſumfructum, qui eſt pars dominij, præcipuè cùm *in d. cap. Imperialem* prohibeantur alienationes & tranſlationes rerum feudalium, etiā quoad poſſeſſionem. Vſufructuarium autem poſſidere lex ait, *l.* 3. §. *vnde vi ff. de vi & vi armat. l. naturaliter.* 12. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Simile eſt in re ſubiecta reſtitutioni, quia res ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſariæ, nullo titulo alienari poſſunt, taliter quod ſemper euenīente caſu reſtitutionis, vendicari poſſunt, *l. fin.* §. *ſed quia. C. com. de legat.* ſequiturque hanc ſententiam Ioan. Blanch. de Marſil. *in ſum. ſua tit. quib. mod. feud. amit. verſ. numquid poſſet vſumfruct.* Nam cùm ipſe, (inquit) non ſit niſi veluti fructuarius, quo pacto poſſet alteri conſtituere vſumfructum? Hæc tamen ſententia, quæ communis eſt, dubia viſa fuit Curtio *in tract. de feud. n* 9. *par. ex quib. cauſ. feud. amit.* 15. *q. n.* 106. eo quod ſaltem vel in ſuum præiudicium ſuique hæredis, licet non in præiudicium domini, hoc ipſi licere deberet, cùm in ſuum præiudicium ſine conſenſu domini, iuxta communem opinionem, ſeruitutum * prædialem poſſit rei feudali imponere, *cap.* 1. §. 3.
quid ergo, de inueſtit. de re alien. fact. Cæterùm cùm alia ſit ipſius ſeruitutis prædialis ratio, quæ ſeruitium vaſalli non impedit, communi opinioni adhærebimus. *quam multis rationibus & argumentis firmant. Auguſtinus Beroius qu.* 96. *Roma. ſingul.* 640. *& Bellonius conſ.* 9. æquumq; eſt, ne fructus ſic in vniuerſum obligentur, ſine quibus commodè ea quæ ad Principis ſeruitium ſunt, neceſſaria habere, ſibique parare non poteſt, *vt ait Franciſcus Sonſbechius in tract. feud. par.* 12. *num.* 101. Sed an † vaſalli hæres iſtam nullitatem conſtituti vſusfructus 4.
allegare poſſit, aliaque plura huc pertinentia latè diſputat Tiraq. *de retract.* §. 1. *l.* 9. *numer.* 48. *cum ſeq. Et Auguſtinus Beroius. d. loco. Latiſſime autem Paulus Pariſ. conſil.* 99. *lib.* 2. *& Boer. qu.* 199. *n.* 3. *Socin. Nepos conſ.* 75. *l.* 3. *Rol. à Vall. conſ.* 65. *lib.* 3. *& conſ.* 42. *&* 74. *lib.* 2. *Aufre. deciſio. Cap. Tholo.* 184. *Iaſ. conſ.* 89. *li.* 1. *quos vide*

cap.

CAPVT XXIV.

De vſufructu à marito vxori, vel ab vxore marito relicta, varia.

SVMMARIA.

1. *De diuerſis formulis legandi vſumfructum.*
2. *Vxor vſufructuaria an poßit propria authoritate occupare bona hæreditaria.*
3. *Vxor vſufructuaria tenetur ad confeßionem inuentarij.*
4. *Vxor vſufructuaria quomodo caueat.*
5. *Vſufructuarius quid poßit aut non poßit.*
6. *Vxor vſufructuaria an teneatur ſoluere as alienum.*
7. *Vſufructuarij hæres an ſumptus fructuum gratia factos repetat, ſi vſufructuarius ante perceptos fructus moriatur.*

QVONIAM verò multa hactenus de vſufructu diximus, eſtque vtilis admodum ac frequens eius materia, & de quo coniunx coniugi etiam aduerſus leges municipales, eum ſuperſtiti adimentes, proſpicere poteſt, *vt ait Boerius q.198.in fine*, plura de eo nunc dicere inſtitui, & in hunc vnum locum conijcere cogitaui cætera omnia, quæ de vſufructu à coniuge coniugi relicto principaliter dici poſſent. In primis itaq; diligenter conſiderandus eſt modus legandi. Subinde enim maritus vxori legat vſumfructum pro ſua indigentia tantùm, quo caſu ſolum habet vſum in bonis mariti, non etiam plenum vſumfructum, quia conſtat quòd teſtator habuit duntaxat reſpectum ad neceſſitates vxoris, cum alioqui, vt eſt veriſimile, ſimpliciter & ſine limitatione eũ reliquiſſet. *Carſt. conſil.371.incip.Viſo puncto lib.2.Aymo Crauetta conſil.25.n.27. lib.1.* quemadmodum etiam fit ſecundum eos, quando maritus relinquit vxori vſumfructum alicuius rei, & deinde eiuſdem rei cuſtodiam alteri committit. Aliquando verò relinquit vxori vſumfructum omnium bonorum, & alteri res aliquas particulares. Quod cùm fit, habet legatarius ille particularis rem illam liberam, neque conſequitur vxor in ea vſumfructum, *vt communi ſententia receptum eſſe aſſerunt Bald.& Salic. ad l. quoties, in fin. C. famil.erciſun. Ang.in §.1.Inſtit.de vſufruct.Iaſon*
1. *ad l. cum quæſtio. C. de legat.* Nam quamuis quando vxori eſt legatus fundus, alteri vſusfructus, & ſic vtruque legatum eſt ſpeciale, vxor habet dimidiam partem vſusfructus in illa re, vel econtra, *l. ſi alij ff. de vſufruct. leg.* eo quod tunc communicatur vſusfructus, ne legatum vſusfructus ſit omninò inutile: alio tamen iure vtimur, quando legatus eſt vſusfructus omniũ bonorum & generaliter, *vt ait Socin. Nepos conſil. 115. numer. 4. cum ſeq. lib. 1.* quia hic ſemper generali diſpoſitioni per ſpecialem derogatur, *l. in toto iure. ff. de regul. iur* Nonnunquam maritus legat vxori vſumfructum omnium bonorum & alimenta, victum & veſtitum. Vxor petit integrum vſumfructum, & præterea tantò plus ab hærede, quod inde alimenta percipere poſſet. Bald. *conſ. 209. incip.Titius in teſtamento & conſil.211.incip.Teſtator ita dixit. lib. 3.* reſpondet, vxoris petitionem eſſe iuſtam, tum quia natura copulatiuæ dictionis [Et] eſt vt amplier, tum quia in teſtamentis fieri debet latiſſima interpretatio, *l.in teſtam. ff. de reg. iur.* tum denique quia verba teſtatoris mariti clara ſunt, à quibus recedere non oportet, *l. non aliter ff.de lega.3.* ne aliter dicamus vxorem legatariam à ſeipſa grauatam eſſe, cùm tamen legata oneri hæredis cedant *l 1. C. ad Trebell.* variaque & diuerſæ naturæ hæc legata ſunt, cùm vſusfructus rei immutatione extinguatur, non alimenta: & ius accreſcendi in ſimplici vſufructu, non etiam in alimentis, locum habet, *l. dominus. ff. de vſufruct.* rurſumque pro vſufructu cautio præſtatur, pro alimentis non præſtatur, adeo quod diuerſa hæc legata vſusfructus & alimentorum, non confundi, ſed ſeparatim præſtari & exolui debent, *l. Sempronio.ff.de vſufruct.leg.* Alijs hæc Baldi ſententia durior viſa eſt, propterea quod teſtator non præſumitur tam grauiter ſuum hæredem & hoc duplici onere grauare voluiſſe, præſumptioque pluritatis ſumi non debet, *vt latè notat Præſes in loco à præſum. eius, fac. l. bonorum C. de bonor.poſſeſſ.cap.cùm Ioannes de fide inſtrument.* & quia alimenta relicta ex bonis, ex fructibus bonorum præſtari debent. *l.Imp. ff. ad Trebellian.* ita quod videatur teſtator voluiſſe vxorem habere alimenta, victum ac veſtitum ex vſufructu, non ex venditione proprietatis, aut ex boni hæredis, qui adhuc viuente vſufructuaria nihil percipiet, & continens, id eſt vſufructus amplectetur ſuum contentum, ſcilicet alimenta & reliqua, vt ſic ſpecies non ampliet ſuum genus, poſt quod poſita reperitur, *l. legatorum. §. qui plures. ff. de legat. 2. l. fin.§. cui dulcia. ff. de vino & tritic.legat.* naturaque copulæ hæc eſt, non vt ſemper ampliet, verum etiam vt ſubinde declaret & reſtringat diſpoſitionem, *ſecundum Felin. in cap.2.de reſcrip.* Aliquando etiam relinquit maritus vxori fructum primi anni: quod cùm facit, naſcitur diſputatio inter interpretes iuris, ſi eo anno nihil naſcatur, an ſupplebitur ex ſequentibus annis. Suppletionem enim iſtam negare videntur, *l cum certus.ff.de vino & oleo legat. cap.ſi propter de reſcript.l.nec emptio. ff. de contrah. empt.* & econtra fieri eam permittunt, *vt apparet in l.ex eo vino & tritic.legat l.Lucius. ff. de alimen.legat.l.firmio. in princip. ff. quando dies legat.ced.* quem articulum, quia latius *ad l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obl.* expandit Zaſius, apertiuſque hoc declarat *lib.1.reſpon. ſing.cap.1.numer.55.* remiſſione ſola contentus, non explicabo.

† Sic

2. † Sic autem conſtituo & legato vel relicto vſufructu, illa quæſtio initio ſeſe offert, vtrùm vxor vſufructuaria omnium bonorum poſſit propria authoritate occupare poſſeſſionem bonorum mariti, an verò eam de manu hæredum vel iudicis accipere debeat? Nam & hic rurſum variæ ſunt interpretum ſententiæ, exiſtimantibus nonnullis, quòd quando teſtator legauit vſumfructum omnium bonorum vxori, & poſt eius mortem alium hæredem inſtituit, poſſit vxor propria authoritate illum vſumfructum capere, tanquam poſſeſſione bonorum vacante. *Caſtr. conſil.* 391. *inc p. Viſis dubijs Ripa. ad l.* 1. *num.* 18. *ff. quor. legat Roman. conſil.* 71. *Alex. conſ.* 58. *lib.* 3. *Salic. ad l. extraneum C. de hæred. inſtituen.* Quæ ſententia *vt cap.* 2. *ſuperiùs dixi* dubia eſt, obſcuramque etiam eſſe fatetur Hippol. Riminald. *ad rubr. de donat. Inſtit num.* 565. Alij verò, poſſe hoc vxorem propria authoritate, reſponderunt, ſi relicta ſit domina & vſufructuaria liberis inſtitutis. Tunc enim, vt oſtendimus paulò antè, reſoluitur legatum in alimenta, *Bart. conſil.* 9. *& conſil.* 56. *Anchar. conſil.* 237. *Roman. conſil.* 117. *Decius conſ.* 526. *& conſil.* 537. *Gratia conſil.* 24. *num.* 15. *& conſil.* 90. *lib.* 1. Tale autem legatum alimentorum vxor propria authoritate capere poteſt, *Bart. & alij ad Auth. quod locum C. ſi ſecundo nupſ. Ang ad l.* 1. *ff. rer. amot. Alex. ad l. nemo num.* 15. *& Iaſon num.* 37. *Crotus num.* 26. *Decius conſ.* 418. *num.* 3. *Gozadi. conſ.* 95. *n.* 11. *Pariſ. conſ.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. *Socinus Nepos conſ.* 86. *n.* 86. *lib.* 1. *Rubeus conſ.* 43. *Riminald. conſ.* 116. *nu.* 30. *& conſil.* 188. *num.* 3. *per text. l. fundi Trebatiani, in fin. iuncta gloſſ. ff. de vſufruct. legat.* Bald. verò in ſua praxi (modò ſit eius quæ nomine ipſius circumfertur) *Rub. de ultim. volun. cap.* 8. *num.* 4. *verſ. maritus.* diſputat in vtramque partem hanc quæſtionem, tandem vero ait, vſufructuariam omnium bonorum vxorem, propria authoritate vti hic poſſe, non etiam conſenſum hæredum requirendum eſſe, *per l. vxori mea l. vſufructu. l. arbores. l. item ſi. ff. de vſufruct. legat.* Cæterùm quod ex manu hæredis accipere debeat vſufructuaria poſſeſſionem, latè explicat Pariſius *conſil.* 37. *lib.* 3. etiam ſi potuiſſet aliquo modo primaque facie videri inſtituta. *quod & ante eum conſil.* 95. *numer.* 1. *voluit Gozadinus. Salic. ad l.* 1. *C. de vſufruct. Socin. conſil.* 131. *lib.* 1. *Decius d. conſ.* 518. niſi quando reſoluitur in alimenta nuda, *vt eſt dictum.* Et videtur eſſe hæc communis opinio, quæ tamen limitatur vt locum non habeat: Primò quando coniunx dat coniugi licentiam apprehendendi bona propria authoritate. *Alex. ad l. quoties. ff. de hæred. inſtituen. Cumanus conſ.* 61. *Zabarel. conſ.* 51. *Iaſon ad l iuſtè poſſid. ff. de acquir. poſſeſ. Ioan. Dilect. in tract. de rate teſtan. Rub. de leg. cap.* 12. Hanc autem poteſtatem cenſetur vxori maritus dare, ſi eam faciat teſtamenti ſui executricem, vel ſi hæredes prohibuit, ne vxorem vllo modo in rebus, in quibus vſumfructum ipſi relinquit, moleſtarent. *Socin. Nepos d. conſil.* 86. *num.* 10. *l Titia. & ibi Bart. ff. de leg.* 2. *Alex. & alij. ad d. non dubium. C. de legat. Angel. ad hæc ſi res verſic. Nota diligenter. ff. de rei vendica.* Idem eſt ſi res ipſas viuus ipſe teſtator ipſi tradidit, vel vt quidam volunt, ſi vſusfructus relictus fuit cum clauſula [omni meliore modo, &c.] *Curtius Iunior in l. fin. num* 40. *C. de edic. diui Adrian. Fulgoſ. conſil.* 99. *Decius conſil.* 14. qua de re admodum dubito. Tu latè de his vide *d. loco.* Riminaldum *n.* 553. *cum ſequentibus*, & à communi ſententia ne recedat.

Tum verò vſufructuaria † vxor tenetur, ad confectionem inuentarij bonorum. Nam ſi illud conuenit fieri, quando eſt relictus vſusfructus vnius prædij vel rei, *l.* 1. §. *rectè autem* 4. *ff. de vſufruct. quem caueat.* vt ſcilicet eius qualitas deſcribatur: ſanè multo fortius deſcriptio bonorum fieri debet, quando vſusfructus omnium bonorum eſt relictus: & licet in vna re forte hoc non ſit neceſſarium, ſed vtile tantum. *vt gloſſ. cui aduerſatur Albericus. ibi exiſtimauit*: tamen in vſufructuario omnium bonorum hoc eſt neceſſarium: quia alioqui intelligi non poſſet, in quibus rebus fuiſſet vſusfructus, & quæ eo finito reſtitui deberent, aut qualiter in his verſata eſſet ipſa vxor vſufructuaria. *Socinus Nepos conſil.* 115. *num.* 17. *lib.* 1. *Caſtr. conſil.* 221. *lib.* 2. *Ripa. ad vulgatum.* §. *Titia cum nuberet quæſt.* 51. *Paulus Pariſius conſil.* 96. *lib.* 2. *& conſil.* 92. *lib.* 3. *& Corneus conſil* 302. *lib.* 1. etiam ſi maritus ipſe hanc confectionem inuentarij vxori fructuariæ remiſiſſet, & etiam expreſſe ei, ne faceret, prohibuiſſet: *Abbas conſil.* 4. *Boereus deciſ.* 63. *nu.* 12. *& alij iam dictis locis & propter rationem proximè à me relatam.* Et plures voluit Reyn. *conſil.* 202. *vol.* 2. hoc etiam procedere, ſi teſtator ex licentia ſibi conceſſa à Principe, talem remiſiſſet confectionem inuentarij, tamen ex caſu talis vſufructuaria non tenetur conficere inuentarium ſecundum ſolennitatem l. fin. §. ſi autem. C. de iure delib. ſed ſufficit facere aliquam deſcriptionem, quæ inuentarium appellatur, *vt ait Caſtr. d. conſil.* 221. *colum* 1. *& ad l. cùm tale* §. *Titius. ff. de condit. & demonſtr. Corneus conſil.* 403. *lib.* 1. *Paulus Pariſ. conſil* 95. *lib.* 2. *& conſil.* 61. *lib.* 3. *dicens hanc eſſe communem opinionem quam & à Decio quoque d. conſil.* 418. *& Aymo. conſil.* 187. *probatam eſſe video.*

4. Hæc autem deſcriptio, quam inuentarium appellamus, non debet fieri per ſe ſeu ſeorſum, ſed in inſtrumento cautionis, ſeu ſatiſdationis, quam ipſa * vſufructuaria præſtare debet, *Steph. Bertran. conſil.* 57. *nu.* 6. *verſic. ad ſextum lib.* 1. *Rolandus à valle conſil.* 92. *num.* 21. ſaltem eo tempore, cùm traditur vſusfructus. *Bald. conſil.* 408. *col.* 3. *in fin lib.* 1. quamuis dictum inuentarium ſit antecedens neceſſarium ad

cautionem

cautionem præſtandam: quia vt ait Socin. Nepos *d. loco*, niſi de rebus fieret deſcriptio, nihil de eis & cautione pro his præſtanda, conſtare poſſet, eſſetque fortè impoſſibile hæredi, probare intentionem ſuam tempore inſtitutionis adveniente, teſtibus mortuis aut inſtrumentis deperditis. Interim verò dum cautio iſta præſtatur, res ipſas à ſe inuicem diſtinguere atque ſeparare conuenit. Nam reſpectu eorum quæ vſu non conſumuntur, cavet de vtendo & fruendo boni viri arbitrio, ſalua rerum ſubſtantia, *l. 1. in princip.* §. *habet. ff. vſufruct. quemadmodum cau.* & de reſtituendis ipſis rebus vſufructu finito, *l. 4. C. de vſufruct. Alex. Decius. Pariſ. dic. locis.* Si verò ſunt res mobiles, quæ vſu conſumuntur, prout ſunt oleum, vinum, frumentum, veſtes & ſimilia, æſtimari debent, præſtabiturque cautio de reddenda æſtimatione bonorum, finito vſufructu, facta tamen æſtimatione antequam præſtatur cautio, & habito reſpectu ad æſtimationem ſecundum tempus, quo res ipſi vxori vſufructuariæ traduntur. §. *conſtituitur &* §. *ſequen. Inſtit. de vſufruct. l. ſi cui. cum l. ſeq. ff. de vſufruct. ear. rer. Decius conſil. 607. Socin. Nepos conſ. 96. lib. 1. & pulchrè Pariſ. d. conſ. 96. lib. 2.* Quæ cautio ſimiliter per teſtatorem remitti non poteſt, *l. 1. C. de vſufruct. & ibi Bartol. & Bald. Aymo conſ. 187. Socin. conſ. 131. lib. 1. Panorm. d. conſ. 4. Iaſon. conſ. 40. lib. 1.* licet Bald. *in Auth. cui relictum. C. de iudic. viduit. toll* putet d. l. 1. eſſe correctam: *quem ſequitur Barbat. conſ. 64. incip. clementiſſim. lib. 1. quem allegat Decius conſil. 607.* Nos communi ſententiæ adhæremus, & non facilè correctionem legum inducendam eſſe ſcimus, Imol. & Raynut. *conſil. 202. quod eſt amplius.* reſpondit, quod ſicuti maritus non poteſt de iure communi hanc cautionem remittere, ita quoque hoc non poteſt ex licentia ſibi à principe conceſſa: quia talis licentia, per quam quis inuitatur ad delinquendum, non valet, ſicut videmus quod nec valet ſtatutum, per quod datur alicui materia delinquendi, *Doct. ad. l. 3. C. de teſtament.* adeò vt ſi teſtator prohibet vxorem ſuam vſufructuariam moleſtari ab hæredibus ſub pœna priuationis, non videtur ei hæc cautio remiſſa, *Decius conſil. 565. Bald. ad d. l. 1. verſic. Sed pone quod verba &c.* quia per illa verba non videntur excluſa ea quæ veniunt de natura actus, *l. quæro* §. *inter locatorem. ff. locat. Roman. conſil. 211. Curtius ſenior conſil. 59. Aymo d. conſil. 187. Barbat. conſil. 59. lib. 1.* & quando teſtator præcipit aliquid quod de iure non tenet, licet apponat pœnam, ſi præceptum non ſeruetur, tamen pœna non committitur, *Bald. ad l. 1. verſic. Septimò quæritur C. de his quæ pœn.* Sed in caſu noſtro præceptum non tenet, & eſt impoſſibile de iure: & ideò pœna appoſſita neque ſubſiſtit, neque committitur. *Socin. d. conſil. 181. & Socin. Nepos d conſ. 115. lib. 1. numer. 30.* Pari modo etiam ſi teſtator dediſſet vxori licentiam alienandi quędã ex dictis bonis, exiſtimat Alex. *d. conſ 58. col. 4.* cautionẽ nihilominus eſſe præſtandã, quia cenſetur intellexiſſe teſtator maritus ſuum teſtamentũ non de effuſa & liberrima poteſtate alienandi, ſed de moderata & ex iuſta cauſa bonaque fide facta, & ideo in dubio hæredi proſpectum eſſe debet, ne detur vxori occaſio graſſandi in rebus hæreditariis.

Hinc exiſtimant noſtri, quod vſufructuaria vxor fructus ſuos non faciet, quos ante præſtitã cautionem percepit. Quod ita verum eſſe putant, ſi tempore traditionis vel acquiſitæ poſſeſſionis petita ſit, *Bald. conſ. 21. lib. 2. Bartol. ad l. vſufruct. col. fin. verſ. item quæro. & ibi Bald. verſic. conclude ergo tres caſus. C. de vſufruct. latè Alex. conſ 120. lib. 6 Corne conſ. 173. lib. 3. Socin. conſ. 131. lib. 1.* quia vbi debet cautio præſtari, intelligitur ſi petita fuerit. *l. 2. §. quod ait Prætor. quor. legat. vbi dicit text. quod. offerre ſatiſdationẽ non debet. ſed ſufficit petenti moram non facere. Latiusq; hæc firmat & pluribus conſequitur Decius eleganti conſi. 607. num. 2. 3. & 4.* maximè ſi hæres ſciat & patiatur. *Socin. Nepos conſil. 72. lib. 2.* Quinimo *& d. conſi. 118. n. 20.* reſpondet, quod ſi vſufructuarius agat pro vſufructu, non præſtita cautione tamen, hæres vel proprietarius non abſoluitur, ſed debet condemnari, ſub conditione tamen, ſi vſufructuarius præſtiterit cautionem, *ſecundum Caſtr. ad d. l. 1.* & interim hæres poteſt dicere ſe velle retinere dicta bona, donec cautio præſtatur. Vnde Socinus *d. conſil. 131.* dicit quod iſta cautio dupliciter peti poterit. Primò, iudicis officio, *l. ſi cuius. & ibi Bald. ff. de vſufruct.* Secundò, iure repulſionis & exexceptionis, *gloſ. in l. ſi homo ſi de vſucap. & in l. ex diuerſo. ff. de rei vendic. Bald. d. loco. & Roland. d. conſ. 92. num. 3.* Quid igitur ſi præſtare cautionem non poſſit, an vſufructu priuabitur, & aduerſus coniugis voluntatẽ excludetur? Rurſum hic pugnat Doc. ſententiæ, exiſtimantibus nonnullis quod ſi cautio præſtari non poſſit, non eſſe ſtandum iuratoriæ cautioni vxoris, etiam non ſuſpectæ, & in dignitate conſtitutæ, ſed ſequeſtranda eſſe bona apud virum aliquẽ idoneum, qui ipſos fructus porrigat, *Bartol. & alij ad d. l. vſufructu C. ne vſufruct. Rayn. conſi. 51. n. 8. lib. 2.* Alij verò cenſent iuratoriæ cautioni ſtandum eſſe, *Auth. generaliter C. de epiſcop. & cler. l. cum non facilè ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid. l. 1. §. ſin autem. C. de aſſert. toll.* niſi ſubſit timor dilapidationis, quo caſu apud ſequeſtrum bona deponenda eſſe exiſtimant, *l. poſtquam. §. Imperator ff. vt leg. no Abbas & alij ad cap. fin. de pignor.* Priorem ſententiã confirmat Rom. *ad l. 2. num. 37. ff. ſolut. matrim.* quia vbi tractatur de cautione neceſſaria, numquam ſufficit iuratoria, etiam ſi ſit euidens impotentia cauendi, *gloſſ. in l. 4. C. de vſufruct.* quemadmodum & tutor qui ſatiſdare non poteſt, ab adminiſtratione repellitur, & propter iuratoriam cautionem non admittitur, *l. 2. C.* de tut. & curat.

Ego cum Bellono *conſ.* 54. *num.* 7. exſtimo iudicis arbitrio hanc cauſam committi, vt is attenta qualitate perſonarum conſtituat quod æquum eſt, *quod & Guido Papæ quæſt.* 249. *voluiſſe videtur.* Patri tamen in bonis filij neceſſitas iſta remiſſa eſt ſaltem in aduentitijs. *l. cum. C. de bon quæ l. b.*

5. Porrò autem poſita legitimè cautione,* iure fruendi plenè gaudet. Nam & ius præſentandi conſequitur. *Rebuff. in tract. nominat. qu.* 17. *num* 22. *Paul. Pic. s ad l. Titia §. Vitia. qu.* 29. *ff. de leg.* 2. Laudemium rerum omnium cenſualium habet, *Oldrad. conſil* 25. actionem interdictoria à vaſallis iure poſtulat *Cap. t. deciſ. Neapol.* 184 *incip. In cauſa magnifici Michaelis, numer.* 4. actione furti agit *l. creditoris.* §. 1. *ff. de furt.* cautionem damni infecti debet, *l. vſufructu legato. ff. de vſufruct.* collationem beneficiorum & officiorum vacantium habet, vt latè per Guiliel. Bene. *ad cap. Raynutius part.* 2 *in qu. de Theſauraria numer.* 6. *De teſtament. & latiùs ad verbum, Cætera bona, num.* 32. *in par.* ubi etiam latè diſputat, an conſequatur bona confiſcata ob delictum, lucra renouationum feudorum, & quæ ex protocollis natariorum proueniunt. In ſumma I. C. ait, quod vſufructu legato, omnes fructus rei ad fructuarium pertinent, *l. vſufructu legato ff. de vſufruct.* & durante tempore vſusfructus hæres ſeruitutem prædio in ipſius præiudicium conſtituere non poteſt. *Steph. Bertran. conſil.* 544. *lib.* 1. *per l ſed & fin § ſed nec. ff eo. Capoll. de ſeruit. tit. de ſeruit pecor. paſcen. colum* 22. *verſi. alia eſt quæſtio.* Econtra verò, neq; arbores grandes & fructiferas excidere, neque villam diruere, neque domum per cœnacula diuidere, neque lapidicinas inſtituere, neque formam rei immutare poteſt, *l. æquiſſimum. §. fructuarius. l ſed p grandes. ff. de vſufruct.* ne alias vſufructu priuetur. *Caſtr. in Auth. qui rem, column.* 1. *C. de ſacroſ eccleſ. Bello. conſ.* 54. *num.* 11. Sic nec proprietatem alienare poteſt, niſi debita aut legata totum fere patrimonium defuncti abſorbent. *idem Bello. conſil* 7. *numer.* 2. *pract. Pap in ord. libell. quo vxor agit ad dot. in verbo, Legauit Bertran. conſil.* 16. *Gozad. conſil.* 93.

6. Quoniam verò ſecundum naturam eſt,* eum ferre incommoda, qui ſentit emolumentum: in diſputationem etiam venit, vtrum vſufructuarius omnium bonorum, ad exolutionem æris alieni obligetur. Et quidem Bellonus *d. conſil.* 7. *numer.* 1. dicit, hanc eſſe firmam concluſionem, quod vſufructuarius omnium bonorum non tenetur ad æs alienum, neq; ad legata de ſolo vſufructu: ſed æs alienum eſſe deducendum de rebus hæreditarijs omnibus, *dicens hoc deciſum eſſe in l. vſufructu bonorum. ff. ad l. Falcid. Alexand. ad l. fin. §. ſin. autem. C. de bon. quæ lib. Caſtren. conſil.* 289. *Barbat. latè conſil.* 63. *Socin. conſil.* 131. *Dec. conſil.* 186. *& conſil.* 590. *Gozadi. d. conſil.* 94. Certum eſt, Bartol. & alios varijs diſtinctionibus eſſe vſos ad conciliandas opiniones Doctorum, quæ ſuper hoc articulo ſunt variæ atque pugnantes. Sed vt ait Guliel. Benedict. *ad d. verb. cætera bona, numer.* 44. *verſic. concludens,* communis & verior ſententia eſt contra Bartol. & crebriore calculo recipitur, quod æs alienum ſoluetur tam de proprietate, quàm de vſufructu, hoc modo, quia hæres ſeu proprietarius antequam bona tradat vſufructuario, detrahet æs alienum, ſoluendo de pecunia hæreditaria, ſi ibi aliqua reperiatur: Si verò in bonis illis non ſit pecunia, vendet bona mobilia, & iis deficientibus, immobilia vſque ad æris alieni exolutionem, reſiduum verò penes fructuarium manebit. Quæ ſententia probatur primò per text. *in d. § ſin autem.* vbi dicitur, quod pater non tenetur de ſolis fructibus ſoluere debita, ſed debent ſolui de rebus & corporibus hæreditariis, dicto tamen ordine ſeruato. Secundò per text. *in d. l. vſufruct. ff. ad l. Falcid.* qui dicit æs alienum ex omnibus rebus ſoluendum eſſe. Tertiò per l. fin. ff. de uſufruct. leg. dum dicit, [Etiam æs alienum ex bonis deducetur,] cuius l. fin. intellectum pluribus uerbis eodem loco explicat idem Guliel. Benedict. quem vide, licet non ignorem varias eſſe conſuetudines in contrarium, multúmque referre, vtrum vſusfructus vnius rei particularis, vel certè partis hæreditatis legatus ſit, vel omnium bonorum, vt ſic ad debita teneatur legatarius, vel non teneatur, de quo exactè Pract. Papien. *d. loco.* & Bartol. *ad d l. fin.* Guido Papæ. *deciſ.* 541. Socin. Nepos *conſi.* 109. *lib.* 1. Ioan. Dilect. *in lib. de arte teſtan. tit* 6 *caut.* 42. qui tandem monet teſtatorem, vt tollendæ dubitationis cauſa declaret teſtamento, per quem debita ſolui velit, ne res in diſputationem trahatur, & lis ex lite naſcatur. Tu hos omnes, ſi libet, vide.

Illud ſinè notandum eſt, quod ſi fructuarius vel fructuaria fecit impenſas gratia percipiendorum fructuum, & antequam perciperet, morte vſusfructus extinguitur, poteſt ipſe aut hæres eius repetere huiuſmodi impenſas, *Bald. ad l. ſi pater in fin. C. de vſufruct. per multa quæ ibi allegat & ſequitur Tiraq de retract. conuent.* §. 5. *gloſſ.* 4. *num.* 7. licet Salic. *in d. l. ſi pater,* teneat contrarium.

CAPVT XXV.

De alimentis à coniuge coniugi legatis.

SVMMARIA.

1. *Alimentorum appellatione quid contineatur.*
2. *An veſtitus pretioſus vxori dandus ſit?*
3. *Transigere ſuper alimentis an poſſit vxor?*
4. *An vxor cogatur percipere alimenta in domo hæredis?*

5. *Vxor*

5. *Vxor an cogatur operari hæredibus mariti.*
6. *Diuerſa eſt ratio legandi alimenta, quæ debet bene conſiderari.*
7. *Vxor pro alimentis legatis quod remedium habeat.*

1. ALimentis legatis, cibaria & veſtitus, & monilia, & habitatio debetur, quia ſine his cum honore ali corpus non poteſt, *l. legatis l. enim. ff. de alimen. leg.* quomodo & medicinam & pharmaca ægrotanti vxori præſtanda eſſe, extra controuerſiam eſt, *l. cætera l. verbo victus. ff. de verb. ſignific.* Inprimis autem conſiderandum erit, quo pacto maritus vxorem alere ſolet, & qua ratione ſecundùm morem patriæ in ſtatu viduali ali debet. Nam & pro more ipſius, ac regionis, & pro qualitate vxoris, & pro amplitudine facultatem defuncti, alimenta præſtabuntur. *l. cum alimenta. ff. de alimen. leg. Aymo conſil.* 199. 189. *Alciat. conſil.* 241. *Bartol ad l. penu. t eo tit.* eorumq; taxatio & moderatio facienda eſt ſecundùm quantitatem bonorum, de quibus maritus teſtari potuit, latè Pariſ *conſ.* 98. *n.* 28. *l. b.* 2. adiicens quod ſi relinquantur alimenta & dos, debebuntur alimenta iuxta quantitatem dotis, non etiam iuxta omnes facultates teſtantis, *l. cum vnus.* § *alimentis. ff. de aliment. leg. Roma. ſing.* 646. *aliàs* 538. *incip. Dicit text.* Quod ſi fructus ad alimenta non ſufficiant, vtique iniquum foret hæredem ad vendendam proprietatem compelli, ſi non euidens ſit voluntas defuncti in contrarium. *Aymo conſ.* 25. *ad d. l. cum alimenta. latè Imola & Ang. ad l. Neſennius. ff. de re iud.* minoribuſque & paucioribus eget vidua, quam aliàs, conſtante matrimonio egeret. Quapropter Bald. *ad. l.* 1. *C.*
2. *de leg.* quærit: Maritus mandat vxorem ſuam honorificè tractari, ſicuti ipſe eam tractauit: Vxor vult incedere tam ſumptuosè veſtita, quemadmodum in vita mariti facere ſolet, dicens quod maritus ſuus ita illam alebat & tractabat. Filij dicunt quod volunt eam veſtire & alere ſecundum bonam & communem conſuetudinem viduarum, & quod pater non videtur per illa verba mandaſſe præſtari ea, quæ ipſe viuens illi, vt ornatior & magis compta eſſet, præſtabat, *l. Seio. ff. de annu. leg. in fin.* cuiuſmodi ſunt veſtimenta præcioſa, quæ vxoribus vt ornatiores ſint, præſtari aſſolent, quæque viduarum conditioni non conueniunt, *arg. l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* eodemque loco idem Baldus pro prolibus reſolut. Nam in ſimili, (inquit) lecto à marito vxori legato, non poteſt illa ſericum lectum petere, quia viduarum qualitati & conditioni non conuenit, *vt not. per Doct. ad l. vxori.* §. *fin. ff. de aur. & arg. leg. & Dynum ad l. liberorum.* §. *fin. ff. de leg.* 3. & verba debent intelligi ſecundum ſtatum & conditionem perſonę, *l. ſi quid. ff. de vſufruct.* Sed cum omnia ſecundum qualitatem perſonarum metiri debeant, exiſtimo hanc Baldi deciſionem, qua ait, lectum ſericum viduæ non deberi, non eſſe abſolutè veram: quia pleræque ſunt viduæ, quarum conditio eiuſmodi ſupellectilem requirit. Quod ſi verò legatis alimentis, cognitaque perſonarum qualitate & conditione, contentio oriatur inter hæredes mariti & vxorem, quæ fortè pecuniam pro alimentis habere contendit, cum hæredes ipſa alimenta in ſpecie præſtari malint, Albericus *ad l. cum hi* §. *in anno ff. de tranſact.* exiſtimat, vxorem legatariam non eſſe audiendam, *per l nulli C. de erog. militar. anno.* licet alij arbitrentur opus eſſe diſtinctione, vt ſi diuiti vxori alimenta relinquantur, ſoluatur pecunia: ſi pauperi, non ſoluatur: *de quo latius Guido Papæ ſing.* 83. *incip. Aliquis legauit mihi, &c. qui ſententiæ Alberici ſupradictæ accedere videtur.* cum videamus, quod ſuper futuris † alimentis accepta aliqua pecunia, mater cum ſuis prolibus ſine decreto Iudicis tranſigere non poſſit. *Iaſ.* 3.
ad l. cum de alimen. C. de tranſact. & ad l. cum hi de tranſact. ne illa modica pecunia contenta, miſeram vitam ſuam maritique ſui dedecore poſteà viuat, & annos ſuos in calamitate abſumat, fortè etiam prolibus ipſius ad egeſtatem peruenientibus, qui eam alere non poſſint, cum ſint multæ ſortes atque conditiones humanæ, ob quas liberi è ſummo gradu in congerem aliquam ærumnarum coniici poſſint, *l fin. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Cæterum vtrum hæc tranſactio vinculo iuriſiurandi confirmari poſſit, res eſt longæ plena diſputationis. Alij enim fieri hoc poſſe negant. *Vital. de Camb. in tract. clau. cap. an iuri alimentor. poſſit renunc. cum ſeq. Bart. ad d. l. cum hi, Bald. ad l. pactum dot. l. tit. vlt qu. C. de collat. Raph. ad l. qui fidem. ff. de tranſact.* Alij verò contrariam ſententiam ſectantur, *Alcia. & Iaſon ad d. l. de alimentis Bartol. ſibi contrarius ad. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Alexand. conſi.* 153. *lib.* 2. Atque Alciatus *num r.* 285. Imola *ad cap. cum contingat. de iureiur.* renunciationem quidem iuratam valere aiunt, ſed ex cauſa iuranti ſuccurrendum, eamdemque in integrum reſtituendam & abſoluendam eſſe cenſent. Et ideò ſi vltrò & ſponte, ſaltem abſque iuramento, accepta pecunia regulariter tranſigere non poſſit, certè æquum eſt, hæredem non compelli vt pecunia alimenta redimat, cùm, quod eſt amplius, hæres non cogatur vxori præſtare alimenta vbicumque illa vult, ſed in ſua hæredis domo, ſi id mauult, *Bald. in ſua praxi tit. de ſucceſ. ab inteſtat. quæſt. vltim. verſic. tertiò quæro.* quia ex quo hæres tenetur alimenta præſtare, poteſt ea præſtare cum minori ſuo detrimento aut incommodo, *argum. l. ſi ita ſtipulatus fuero decem. ff. de verbor obligat. ſi ita relictum.* §. *vltim. ff. de leg.* 2. *l. ſi cui. ff. de ſeruitut. Alciat. conſil.* 552. *incip. legati*: quia licet legatum videatur reſpicere fauorem vxoris, tamen reſpicit mixtim extra. Porrò autem in contrariam 4.

 ſententiam

ſententiam abit Bartolus *ad l. Libertis. §. final. per illum text. ff. de aliment. leg.* dum ait, quod ſi teſtator reliquit vxori alimenta, non adiecto quod maneret apud hæredem, vel in domo mortuaria, poteſt habitare vbi vult, & tenebitur hæres iuxta qualitates ſuperius expreſſas, alimenta ipſi ſubminiſtrare: quam ſententiam tanquam communem ſequitur Iaſon *ad l. diuortio, in princip. num.* 23 *ff. ſolut. matrimon.* dicens eam procedere, ſiue alimenta debeantur ex diſpoſitione hominis aut teſtatoris, ſiue ex diſpoſitione legis. *per text. in l. cum hi. §. vltim. quem text. multum ibi ad hoc notant Angel. & Raphael ff. de tranſact. & idē Bald. ſibi contrarius. ad l. in annalibus. C. de lega. Caſtr. ad l. 1. C. de leg. Ioan. de Anania, conſi.* 54 *incip. Viſis iis.* Et ſuodit Raphael Cumanus, quod ſemper vidit practicari & communiter obſeruari, quod licet mulier poſſit honeſtè viuere cum hæredibus mariti, poſſit tamen ſeparatim petere alimenta, & ſeorſum habitare: quia *vt ait Bart. conſ.* 5. *incip. Super declaratione prædictorum. lib.* 2. eſt abſurdum dicere, quod vxor cogeretur habitare inuita apud hæredem, propterea quod contineret & induceret ſpeciem ſeruitutis, quæ per iſtum modum imponi non poteſt, *l. tanto. §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Neque mouet, inquit Ioan. de Anania *d. loco*, quod fauorabilius ſit hæredi, præſtare alimenta in domo ipſius: quia is fauor tunc tantum conſideratur, quando expreſsè teſtator mandauit alimenta vxori in domo hæredis aut mortuaria præſtari. Quo caſu etiam tunc, ſi non poteſt commodè habitare in domo hæredis propter ipſius malam & corruptam vitam, moroſitatem, truculentiam, hæreſim, aut ob aliam aliquam iuſtam cauſam, vtique cognoſcente iudice, alibi volenti vxori viduæ alimenta præſtabuntur, *Latè Bal. Iaſon & alij. ad d. l. C. de leg. Caſtr. conſi.* 387. *incip. Quod vxor quondam. & ad d. l. diuortio, Boerius deciſ.* 195. *incip. Vltimo determinata. n.* 7. *Angel. conſi.* 142. Quod ita intelligit Alciat. *d. conſi.* 552. *num.* 3. ſi hæredem malæ ſuæ vitæ admonuit, & vt deſiſteret interpellauit, ſaltem ex vrbanitate. Sed volenti vxori ex cauſa recedere ab hærede, non raró illi graue eſt, legitimas illas cauſas probare & demonſtrare. *Decius conſi.* 150. *Alexand. conſi.* 100. *lib.* 1. Vnde ſi maritus velit vxorem hac difficultate eximere, poteſt diſponere quòd iuramento eiuſdem ſuæ vxoris ſuper eo ſtari debet. *Alex. conſi.* 54. *incip. Circa id, lib.* 2. *Ioan. Dilect. de art. teſtan. tit.* 6. *caut.* 56. *incip. Alimenta.* Nam quod Practic. Ferrar. *in for. lib. quo vxor agit ad dot. ad verb. ac etiam alimentis col.* 2. ait credendum eſſe ſolo verbo vxoris, exiſtimo non eſſe verum, *l. omnib. C. de teſtib.* Sed illud placet, quod adiicit, quod ſi neceſſaria eſt extrinſeca aliqua ſuper hac re probatio, erit deſumenda ex parte vxoris, dicentis ſe cum illis habitare non poſſe, cum hæc conditio negatiuè concepta, ſit cauſa intentionis ipſius, & affirmatiuā in ſe contineat. *Anchar. conſ.* 259. *Iaſon ad l. illa, de verbor. oblig.* Habent autem mariti ſæpè bonas rationes quibus mouentur, vt vxores ſeparatim habitare ab hæredibus nolint, ne amor qui nunc inter has & illos fortè conſtat, paulatim extinguatur, & affectio materna, quæ cohabitatione plurimum augetur, decreſcat. Nihilominus tamen hæc conditio [ſi vxor cum filiis morata fuerit] intelligitur impleta, ſi facta diuiſione mater cum vno filiorum habitauerit, & per eam non ſtat, quo minus cum aliis vna habitet, quod fortè eſſet ei impoſſibile, ſi omnes liberi ſeparatim habitent. *Raphael Cuma. conſ.* 38. *incip. maritus per l.* 1. *C. de condit. inſtit. & in l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſt.* & cum hoc eueniat facto eorum, cum quibus conditio eſt implenda, meritò conditio habetur pro impleta, quemadmodum fit ſi hæredes aut filij cū ea habitare non velint. *Decius conſ.* 625. *Socin. Nepos conſi.* 134. *& conſ.* 110. *lib.* 2. *& Socin. conſil.* 21. *lib.* 3. Sic ſi omnes liberi aut hæredes mortui ſunt, fauore alimentorum durat legatum, aliàs non duraturum, *l. qui concubinam. §. vxori ff. de legat.* 3. *Bald. conſ.* 140. *incip. Caſus talis eſt, lib.* 5. *l.* 1. *C. de legat.* vbi legatum alimentorum relictum, ſi cum Claudio morati eſſent, etiam poſt mortem Claudij præſtari debet. Ad cuius l. interpretationem Accur. Bart. & alij, aſſerunt hoc ſpeciali fauore alimētorum eſſe receptum, quæ in dubio fauore legatarij cenſentur eſſe relicta, *l. annua, in princip. l. Caio. §. Imperator. de leg.* 3. Et ideò ſi legatum hoc factum præſumatur fauore vxoris, videtur quod extingui non debet per mortem eorum, apud quos illa habitare debuiſſet, *d. l.* 1. *& d. §. Imperator*, maximè cum legatum alimentorū ſua natura ſit perpetuum ad vitam eius, qui ea percipere debet. *Iaſon ad d. l.* 1. *in fine. num.* 9. *Abbas conſi.* 78. *incip. Punctus quæſtionis lib.* 2. & quando conditio mixta, quæ pendet ex facto implere debentis & à caſu mortis alterius, ſemel ab initio fuit impleta, licet poſteà conditio deficiat per mortem, legatum non videtur eſſe extinctum, vt expreſsè videtur decidere I. C. *in d. l. annua.* vbi legauit teſtator centum annua quibuſdam, ſi cum matre morarentur, & dicitur ibi, quod mortua matre legatum nihilominus debetur, quia à principio conditio fuit ſemel impleta, licet poſteà defecerit, *& ita illum text. Fulgoſ. intelligit ad l.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & facilius debet legatum conſeruari, ex quo conditio fuit impleta, quàm ſi debet impleri, *arg. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Contrarium tamen reſpondiſſe videntur Romanus *conſ.* 185. *incip. Pro deciſione ver. Quoad ſecundum.* Decius *conſil.* 526. *conſil.* 536. *conſil.* 620 & Socin. Nepos *d. conſil.* 110. *lib.* 1. propterea, quod ſicut in conditione caſuali quocumque modo conditio deficit, extinguitur legatum, *l.* 1. *§. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc.*

caduc. tollen. ita & in conditione mixta quæ pendet ex facto implere debentis & alterius, vel à caſu: quia ſi conditio impediatur per caſum mortis, deſiit legatum. *gloſſ. in d. l. in teſtamento, & ibi Bart. Caſtren. conſil. 7. incip. circa primum, colum. 2. in antiq. & conſil. 31. lib. 2.* Secundò videtur probari hæc opinio in l. illis libertis in fi. ff. de condit. & demonſt. vbi ſi teſtator relinquit alimenta his qui cũ filio ſuo morati eſſent, mortuo filio, ceſſat legatum alimẽtorum. Quomodo Anchar. *conſ.* 237. *incip. Quia in primo* reſpondet, quod legatum alimentorum factorum in fauorem eius, cum quo quis debet morari, per mortem eius extinguitur, *l. Seio. ff. de annuis legat. Signor. conſil.* 179. *incip. In themate propoſito.* Tertiò, quia iſtud legatum videtur eſſe annuum, *vt ait idem Decius conſi.* 621. *incip. alias conſului.* & ideo non eſt perpetuum, ſed illis annis debetur, quibus vxor apud liberos habitauit.

Porrò autem omnibus rectè perpenſis, videtur mihi quod ex allegationibus dictorum Doctorum hæ coucluſiones conſtitui poſſunt, ex quibus omnis illa contentio componatur atque reconcilietur. Prima eſt, quod ſi ſimpliciter vxori legata fuerint alimenta, non adiecta conditione, ſi cum prolibus habitauerit, aut donec cum illis habitauerit, tunc legatum alimentorum non extinguitur, niſi morte vxoris de quo nulla eſt dubitatio: quia aliàs ſemper, legatum alimentorum, *vt ait gloſſ. & Doct. ad l. 2. C. de lega. l. cum hi. §. modus ff. de tranſact.* non ſolum ab hæredibus primis, ſed ab omnibus hæredibus in infinitum vxori præſtari debet, *d. l. cum vnus. Boerius q.* 101. *num.* 1.

Secunda concluſio eſt, quod legatum alimentorum factum vxori, ſi aut donec habitauerit cum prolibus, vel hæredibus teſtatoris, morte hæredum aut prolium non extinguitur, *d. l.* 1. *C. de legat. & d. §. Imperator.* quod eſt ſpeciale fauore alimentorum: ſed aliud eſt in aliis legatis, in quibus non agitur de alimentis & eorum fauore, de quibus Roman. Decius, & alij ſuperius à me adducti, loquuntur, adeò quod dictus Decius *d. conſ.* 526. *num.* 7. *verſ. Secundo reſpondetur.* dicat, quod d. l. 1. non habet locum in legato vſusfructus, etiam ſi in alimenta reſoluatur. Quia licet interdum reſoluatur legatum vſusfructus in legatum alimentorum, tamen non dicitur hoc legatum ſimplicitur legatum alimentorum, ſed ſecundum quid. Verba autem debent intelligi ſimplicitur, & non ſecundum quid, *l. hoc legatum, & ibi Bart. ff. de leg.* 2.

Tertia concluſio eſt, quod ſiue ſit legatum alimentorum, ſiue aliud legatum relictum vxori, ſub hac clauſula, [Si aut donec cum prolibus habitauerit.] inſpiciendum eſt, cuius fauore clauſula illa adiecta ſit. Nam ſi adijcitur gratia illius, apud quem vxor habitare debet, non dubium eſt, quin morte illius legatum extinguitur, tanquam cauſa ceſſante. Neque audienda eſt vxor, ſi per eam non ſtetiſſe dicat, cum ipſo iure legatum deficiat ex præſumpta mente teſtatoris. *Socin. Nepos d. conſil.* 120. *numer.* 9. *lib.* 1. Sin autem gratia vxoris appoſita ſit, non extinguetur, *d. l. illis libertis. Anchar. d. conſil.* 237. Cuius autem gratia adiecta ſit, prudens & diſcretus Iudex ex varijs rerum atque cauſarum circumſtantijs facile diiudicabit. Teſtator fortaſſis nouit naturam vxoris ſuæ, quæ vel ſine ſcandalo apud alios, vel ſola commodè habitare non poſſet: Fieri etiam poteſt, quod ſeniculam & decrepitam apud liberos confoueri malit. Interdum quoque conſiderat proles eſſe infantes, fauore quarum hanc neceſſitatem & hoc vinculum inijcit matri, ut apud eas habitare cogatur ſi iſto alimentorum legato vti fruiq; velit, *vt pulchrè hæc omnia apud d. Decium iam alleg. conſ.* 526. *numer.* 7. *& alijs conſ. ſuperius à me recitatis, videre licet.* Cum enim ceſſet cauſa finalis, propter quam alimenta ſunt relicta. ceſſante cauſa legati, ceſſare debet effectus, *l. qui tutelam. ff. de teſtam. tut. l. etiam ſi partis. ff. de leg.* 1. *Tiraq. in lib. ceſſante cauſa, part.* 1. *num.* 121. *in verb. legati cauſa ceſſante.* Quæ omnia dilucidè quoque & eleganter voluit Caſtr. *ad d. l.* 1. *C. de legat.* Aut enim (inquit) teſtator habet reſpectum, quod legatarius vel legataria habitet cum hærede, vt negotia ipſius gerat, & ſic principaliter conſiderauit vtilitatem hæredis, ſecundariò vtilitatem legatarij, quia in recompenſationem laboris reliquit ſibi alimenta: & tunc mortuo hærede, finitur legatum, quia finitur labor, *vt d. l Seio.* Sed ſi hoc apparet, præſumitur habuiſſe reſpectum principaliter ad legatarium vel legatariam, & ſecundariò ad hæredem, quod facilius erit hæredi præſtare alimenta in domo ſua, quàm extra domum: eoque caſu, morte hæredis legatum non finitur, licet finiatur onus habitandi ex parte vxoris.

Quando verò mater apud liberos, & vidua apud hæredes mariti ſui habitare, alimentaq; percipere debet, dubitatem fuiſſe video, vtrum ijſdem ſuis liberis, maritive hæridibus operari aut obſequium aliquod domeſticum præſtare teneatur? Cæterum communi calculo hanc ſententiam probatam eſſe video, quod licet quando ex diſpoſitione legis debentur alimenta vxori, ſicut fit, dum adhuc vxor eſt in matrimonio cum ſuo marito, vel exiſtit intra annum luctus, quo ab hæredibus de iure communi ali debet: tenetur operari viro ſuo, & hæredibus ipſius ciuili modo, & ſecundum ſuam qualitatem, dignitatem & naturam: tamen ſi alimenta debentur ex diſpoſitione hominis, vel ex teſtamento mariti, tunc non tenetur operari, hæredibus, *Iaſon, Angel. Alberi. Salic. ad l.* 1. *C. de leg. Bartol. ad d. l. Caio. §.* 1. *Bald. ad l. ſi donaturus. §.* 1. *ff. de condic. ob cau. Corſet. ſing. incip. vbi* 5

alimenta ſub verb. vxor. licet Aymo Crauetta *d. conſil.* 25. *num.* 23. *lib.* 1. aliud voluiſſe videatur. Nihilomninus vt Bald. & Caſtr. *ad eand l.* 1. aiunt, ne videatur vxor eſſe in domo hæredum tanquam corpus mortuum, debet aliquid agere, vt puta parare menſam, aptare lectos, componere domum & ſimilia, ſi modo ea conditioni & ſtatui eius conueniant. Ea verò quæ ad quæſtum faciunt, in ſuam vtilitatem procurare, ſibique ex opera manuali ſeu artificiali lucrari poteſt, *quod & Alexand. conſil.* 100. *lib.* 1. *& Bald. conſil.* 416. *verſ. tamen communis. colum.* 2. *lib.* 4. *cum alijs multis voluiſſe video.* Porrò autem exiſtimat Bal. *conſil.* 62. *lib.* 3. *quem refert & ſequitur Auguſtinus Beroius quæſt.* 101. *num.* 2. quod ſemper in dubio, quando relicta ſunt alimenta in domo hæredum, debent intelligi eſſe relicta in domo, in qua teſtator familiariter degebat, quando habebat domum propriam, vel ſi plures habebat, & in vna tantum morabatur.

Quid autem ſi vxor cui alimenta legata ſunt, religionem, quæ aliquid in commune habere poteſt, ingrediatur? Diſputari poteſt vtrum legatum illud videatur eſſe extinctum? Et illud quidem videri poſſet, propterea quod cenſetur quodammodo mortua, quæ religionem ingreditur, *l. Deo nobis de epiſcop. & cleric.* & ſi pactum lucrandæ dotis conceptum in caſum mortis purificetur per ingreſſum religionis, *vt ibi deciditur*: conſequens eſſe videtur, quod idem operatur ingreſſus religionis, quod mors naturalis. *Bald. ibi, & videtur probari in l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxor. Hoſtien. ad cap. cum conſtat, de pignor.* In contrariam tamen partem vrget Socinus *conſ.* 10. *lib.* 1. quia (inquit) facilius debet diſſolui legatum vſusfructus per ingreſſum religionis, quam legatum alimentorum. *Iaſ. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* Et ideò ſi legatum vſusfructus non extinguatur morte legatarij, *vt communiter concludunt interpretes ibi.* multo minus legatum alimentorum videri poteſt eſſe extinctum. *Henric. Boic. Imola & alij ad cap. ſi de pignoribus Bald. in Authen. excipitur. verſic. quærit gloſſ. numquid ſi pater. C. de bon. quæ lib. & in l. fin. C. de vſufruct.*

6. Illud ſanè plurimum refert quo pacto vxori alimenta relinquantur. Multi enim hac in re grauiter errant & coniugibus ſuis non ſatis conſulunt. Ecce legatum alimentorum multiplicabile non eſt, *l. dominus. §.* 1. *ff. de vſufruct. l. liberis. ff. de alimen. leg.* Modicæ igitur vtilitatis eſt, ſi leget illi alimenta, cui fortè ab illo prius erant legata. Et ideò Ioan. Dilect. *in lib. de arte teſt. tit.* 9. *cap.* 23. ſuadet, quod ſi maritus vxori habenti alimenta velit commodum aliquod ſuo legato adferre, loco alimentorum quæ legare proponebat, leget vſumfructum alicuius fundi. Nam hoc modo conſequetur aliunde legata, & ex teſtamento iſto conſequetur vſumfructum cuius commoda poterit in alios vſu conuertere, *l. neceſſario. §. fin. ff. de coma. & peric. rei vendit.* Secundò inquit, caueat teſtator, qui legatario non proprietatem, ſed alimenta legare vult, ne vtatur his verbis: [lego fundum ad vſum vel ad alimenta] quia his verbis intelligitur legata proprietas, *l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat & ibi Bartol.* & Ioan. de Imol. qui monet eſſe obſeruandum, quod aliud eſt dicere [relinquo alimenta ex prædio] aliud eſt dicere [lego prædium pro alimentis, vel pro vſu, vel ad alimenta] Nam hoc legatum etiam proprietatem continet, *Bartol. ad l.* 4. *ff. de aliment. leg.* & tranſit ad hæredes, niſi teſtator declaret alijs verbis vel ſignis, quod vxorem nihil vltra alimenta percipere velit. *Alexand. conſil.* 222. *incipien. Viſis verbis in fin. lib.* 2. *Roman. conſil.* 503. *incipien. Viſis & diligenter Socin. conſil.* 102. *incip. Viſis colum.* 5. *lib.* 3. Tertiò, ſi teſtator primò legat alimenta in genere, deinde aliquas res pro alimentis in ſpecie, per tale legatum ſpeciale, receſſum videtur à legato generali, cum vtrumque legatum conſiſtat in eodem iure alimentorum, *iuxta ea quæ not. Bartol. ad l. quæſitum. §. fin. ff. de fund. inſtruct. Aymo conſil.* 35. *numer.* 1. *lib.* 1. & ſpecies generi derogat. *cap. Generi. de reg. iur. lib.* 6. Quartò, ſi maritus in teſtamento legauit vxori alimenta, deinde in codicillis reuocauit legatum alimentorum, & eorum loco reliquit vſumfructum, communi calculo receptũ eſt, extantibus liberis vxorem non nuda alimenta, ſed mediam partem vſusfructum non habituram, altera parte penes liberos manente. Videtur enim maritus qui expreſſam mentionem alimentorum duntaxat fecerat, hoc ſecundo legato vxori ſuæ vberius proſpicere voluiſſe, quia alioqui nulla fuiſſet opus teſtamenti immutatione, vel vnius & eiuſdem legati, nihil noui vel vtilitatis continentis, alteratione: quod ſi contingat liberos mori, iure accreſcendi reliqua portio illi accedet. *In qua ſententia eſſe video Caſtren. conſil* 218. *incip. Quod vxor lib.* 1. *Decius conſil.* 454. *conſ.* 476. *conſil.* 525. *& conſil.* 643. *& Gozadin conſil.* 47. *Aymo d loco numer.* 2. *Corneus conſil.* 5. *& conſil.* 7. *lib.* 1. *Socin. conſil.* 1. *lib.* 4. *Alexand. conſil.* 56. *lib.* 3. licet vir doctus Carolus Molinæus, *ibi in addi.* à communi hac ſententia recedere videatur. Quintò, ſi teſtator ſpecialiter prouidit vxori de alimentis, deinde relinquit eam tutricem, dominam & gubernatricem bonorum, ex veriſimili mente teſtatoris deſumendum & ſtatuendum eſt, quid quantumque vlterius relictum eſſe videatur, & quid vel quantum ſit in poſteriore legato, quod ante non fuit: *qua de re Aymo d. loco & toto conſ.* 32. *agit. quem vide.*

Quoniam verò magna ſæpè eſt ſæuitia atque impietas hæredis qui denegat alimenta vxori contra iuſſionem teſtatoris in teſtamento per eum ratificatam, vt numquam 7.

velit

velit ſoluere niſi iure coactus, & per pœnas & mulctas, debet Prætor ſeu Iudex cogere iſtum impium hæredem ad ſubminiſtrandas impenſas litis, & maximè pecuniam pro extrahendo teſtamento mariti defuncti teſtatoris, quia alimenta iſta non recipiunt dilationem, *vt pulchrè hæc decidit Alcia. reſponſo, ſeu conſ.* 449. *incip. Magna eſt Guido Papæ quæſt.* 591.

CAPVT XXVI.

De legato domus & habitationis

SVMMARIA

1. *Domo legata, ſi teſtator nullam habeat, quid debeatur.*
2. *Legatum eſt donatio.*
3. *Quid ſit iuris ſi in diuerſis locis teſtator ædes habuit.*
4. *Legatum domus, vt vxor habitet in ea toto tempore vitæ ſuæ, quo pacto intelligatur.*
5. *Legata domo, & ſi maritus vetat vxorem in ea non moleſtari, quid relictum videatur.*
6. *Domo legata, quæ accedant.*

SI maritus vxori, vel vxor marito domum, aut eius habitationem, abſque ſpecifica aliqua alia demonſtratione legauit, ſi vnam tantum habebat, de illa in dubio ſenſiſſe videtur: quia præſumitur magis de ſua domo, quam de aliena intellexiſſe, *argum. l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. Zaſius lib.* 1. *ſing. reſpon. cap.* 1. *num.* 46. & ideò vt ait Bald. *ad l. annalibus. C. de legat. in fin.* ſi teſtator legat vxori habitationem domus, & teſtator habeat domos proprias, non cogitur hæres ad penſionem, vel vt alia penſione & mercede aliam domum ipſi conducat. † Si verò nullam
1. domum habuit, prima facie videtur nihil deberi. Ait enim Vlpianus, quod ſi domus alicui ſimpliciter ſit legata ab eo qui nullas ædes reliquit, magis deriſorium eſſe quam vtile legatum, *l. ſi domus quæ eſt* 71. *ff. de legat.* 1. Sed contra Zaſius *d. loco, num.* 42. *& ſeq.* latè tenet ac docet, quod legatum generis, ſiue à natura, ſiue facto, ſeu deſtinatione hominis limites acceperit, rectè valet, etiam ſi teſtator eius generis nullas habeat ſpecies, §. *ſed generaliter. Inſtit de legat. l. ſi ſeruus.* §. *cui homo. ff. de legat.* 1. *l. Titio.* §. 1. *ff. de aur. & argent. leg.* eoque caſu, inquit, tenebitur legatarius mediocrem eligere, nec timor eſt, ne domuncula præſtetur: quia domus legata fuit, non domuncula. Nec obſtat l. ſi domus, ſecundùm eum, quia teſtator ibi de domo certa ſenſit, quamuis non expreſſerit de qua, vnde quia in genere nihil legauit ſed de certa domo ſenſerat, licet domum ſimpliciter legaſſet, vt ex his verbis legis [Cum de certa domo teſtator ſenſerit] conſtat, legatum non valet, quaſi cogitatio ipſius fuerit inanis, qui de re certa quam non habuit, cogitauit, & de aliena cogitare non præſumitur. At ſi in genere legat domum, non poteſt deriſorium dici legatum, etiam ſi teſtator nullas ædes habeat: quia ſufficit de aliqua domo in genere ſenſiſſe, *argum. l. ſub prætextu & ibi gloſſ. C. de tranſact.* Et hæc eſt veritas, inquit, licet Bartol. & quidam alij text. d. l. ſi domus violando corrumpant: ſed text. clarus corruptionem non patitur. Poteſt etiam certa res legari quo ad teſtatoris voluntatem, quæ tamen certitudo non appareat, & poteſt res in genere legari, vbi teſtator mentem & voluntatem ad nihil certum applicuit. Accedit vulgatum illud, quo dicitur falſam demonſtrationem cæteris paribus non nocere. Hoc enim ideò eſt, quod ſæpenumero teſtatores ægri, mortis cogitatione turbati, in huiuſmodi qualitatibus & locutionibus labuntur. Et in hanc Zaſij ſententiam, Claud. Cantiunculam cum aliis exactæ eruditionis interpretibus acceſſiſſe video, *ad* §. *ſed & tale legatum. &* §. *ſeu ſi generaliter Inſtit. de leg.* Quæ cum ita ſint, nihil hoc loco referre attinet eas limitationes, quas Iaſon videns communem ſententiam facile conuelli poſſe, *ad d. l. ſi domus. num.* 13. *cum ſeq.* adfert. Quod ſi verò maritus plures domos habuit, videntur in dubio illam domum vel illius domus habitationem ipſi reliquiſſe, in qua ſolitus erat cum ea habitare, veluti ſi haberet in diuerſis ciuitatibus vnam domum, videtur reliquiſſe eam, quæ eſt in ciuitate, in qua cum ipſa habitabat, *Bald. conſil.* 72 *lib.* 3. *Beroius quæſt.* 101. *num.* 2. *&* 5. *Guil. Benedic. ad cap. Raynutius. ad verb. domum, num.* 35. Iaſon vero *ad d. l. ſi domus.* videns etiam hac in re pugnantes eſſe opiniones, reſpondet *num.* 6. hoc ita ſibi verum eſſe videri, ſi modo conditio & qualitas vxoris hoc requirat. Quid enim, inquit, ſi domus in qua habitat teſtator, ſit multum ampla & ſplendida, vxor verò vidua erat cum vna ancilla manſura? Certè hoc caſu hæres poteſt dare habitationem in alia domo teſtatoris, quæ magis congrueret conditioni vxoris, † quia legatum eſt donatio 2.
quædam *l. legatum. ff. de legat.* 1. & donationes debent intelligi ſecundum qualitatem ſeu conditionem eius cui donatur. *Abbas & Innoc. ad cap. paſtoralis, de donat.* & verba teſtatoris debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ ad quam referuntur, *l. plenum.* §. *equitij. ff de vſu & habit, cap. ſi de beneficio de præben. lib.* 6. neque eſt veriſimile, teſtatorem voluiſſe relinquere vxori viduæ cum vna ancilla manſuræ, habitationem tam amplæ domus. Immò quod eſt amplius, putat Iaſon * etiam eo caſu quo in diuerſis ciuitatibus domos ha- 3.
bet teſtator, eſſe in arbitrio hæredis dare habitationem aut domum quam velit, dummodo talis ſit, in qua honeſtè, commodè, quietè poſſet habitare: quia teſtator in dubio intelligitur minus grauare hæredem quam poſſit, *l. vnum ex familia.* §. *ſi rem. ff. de legat.* 2. Hæc tamē

Iaſonis opinio quæ communi aduerſatur, me non mouet, qui ducor argum. l. quæ conditio. §. fi. ff. de condit. & demonſtrat. vbi ſi teſtator voluit aliquid fieri in foro, intelligitur de eo in quo teſtator domicilium habuit. Et maxima ſequeretur abſurditas, ſi vxor quæ toto tempore hic Louanij habitauit, & adhuc habitare cupit, per hæredem in aliam aliquam ciuitatem remotam, vel non æquè gratam ita relegari atque reijci poſſet. Quod ſi verò expreſſè teſtator dixit, Lego domum in qua habito, vxori: & propter peſtem in aliam ſuburbanem domum habitandi cauſa ſe recepit, vtique de ea domo ſenſiſſe non videtur, *Guil. Benedic. d. loco. numer.* 37. *verſic. ſed pone per l.* 1. *§ habitare. ff. de his qui deie. vel effund.* & quia verbum [habito] eſt verbum frequentatiuum, ideoque de rara & momentanea habitatione non eſt intelligendum. *Bald. ad l.* 1. *ff. de ſtatu homin.* quia quæ cauſaliter fiunt, non ſunt habenda in conſideratione, *l. quæſitum. §. fin. ff. de legat.* 3. Diligenter quoque obſeruandum eſt, quod ſi teſtator legat vxori ſuæ domum, ita tamen quod poſſit in ea habitare toto tempore vitæ ſuæ, hæc verba reſtringunt & limitant legatum domus ad
4. ſolam habitationem, *Abbas in dictionario, in verbo ita tamen. quem refert D. Antonius Capicius deciſ. noua Neapol.* 108. *incip. In cauſa magnifici. num.* 7. ſicut & interdum ex verbis teſtatoris eiuſmodi legatum domus ampliatur. Quia
5. * ſi maritus legat domum, & prohibet vxorem ſuam in ea domo moleſtari, exiſtimat Deci. *conſil.* 476. ita ampliari & extendi hoc legatum his verbis, quod authoritate propria talem domum accipere poteſt, *quod & Angel. ad l. hac ſi res, verſicul. nota diligenter. ff. de rei vendic. voluiſſe ait.*

Porrò autem quid legato domus contineatur, alibi latè dixi, & alijs atque alijs locis explicatur. Et quidem hortus cohærens do-
6. mui, legato continetur, *l. prædijs* 91. *§. fin. ff de legat.* 3. vbi autem hortus non eſt annexus domui, neque propter eum paratus alio iure vtimur, *l. olympio. ff. de ſeruit. vrb. præd.* Cauſa autem domus cenſetur hortus paratus ex multis, *ſecundùm Guiel. Benedic. d. loco, in verbo Et hortum. num.* 7. Primò ſi fuit ſimul cum domo emptus vno eodemque pretio, vel ſi emptus fuit, vt domum amœniorem redderet aut ſalubriorem: aut ſi fuit ad vſum & ſeruitium domus per maritum deputatus, ita quod de domo habeatur aditus ad hortum, vel econtra, *d. l. prædijs §. penultim. & final ff. de leg. Bartol. ad l. ſi mercedem §. ſi fundum. ff. de actio empt.* Et hac occaſione pulchrè diſputat in ſimili Paulus Pariſ. *conſil.* 80. *num.* 1. *lib.* 2. *incip. Viſis codicillis.* vtrum appellatione Cameræ contineatur muſæum Cameræ adhærens, & an legatum factum de rebus quæ continentur in Camera, extendatur ad ea quæ in dicto muſæo reperiuntur. Videbatur quòd ſic, quia in ſimili, legatis ædibus venit apotheca, ad quam dabatur aditus per ipſas ædes, ſi eadem contignatione & fundatione iungitur, *Alex. conſ.* 224. *lib.* 2. *multis hoc legibus & authoritatibus probans.* Contrarium tamen decidit, quia diuerſus eſt vſus Cameræ & bibliothecæ, ſeu armarij & muſæi, & diuerſa eſt vtriuſque deſtinatio. Quomodo & penus & granarium domui annexum, non etiam vſu ſeparatum, & alijs locari ſolitum, hoc legato continetur, *gl. & Bart. ad l. vxori. ff. de leg.* 3. *l. granaria. ff. de act. empt. facit l. fin. ff. de ſeruit. vrb. præd.* Ædibus autem legatis, omne id ædificium cedit, quod ſupra ſolum ædium erit, *l. ſi cui ff de legat.* 3. & ſi domus fuerit legata, licet particulatim ita refecta ſit, vt nihil ex priſtina materia ſuperſit, tamen dicemus legatum deberi, niſi tamen dicemus legatum deberi, niſi teſtator mutauerit voluntatem, *l. ſi ita legatum §. fin. l. ſi area. l. ſeruum filij, ff. de leg.* 1.

CAP. XXVII.

De legato domus & eorum quæ in ea ſunt, coniugi relicto.

SVMMARIA.

1. *Merces & venalia, an legata domo & ijs quæ in ea ſunt, debeantur.*
2. *Nomina debitorum & inſtrumenta an domo legata, cum ijs quæ in ea ſunt, veniant.*
3. *Domus ſi legatur vxori, ſicut teſtator eam nunc poßidet, quid contineatur, remißiuè.*

DOmo vxori cum omnibus his quæ in ea ſunt, legata, nihil penitus exceptum eſſe videtur, quia verbo [rei] vſus eſt teſtator, quod eſt generaliſſimum, *l. rei appellatio. l. rei appellatione ff. de verb. ſignific. l.* 1. *ff ſi cert. peta.* ſicut & verbum [bona] *l. bonorum eod. tit. l. nam quod §. fin ff. ad Trebella.* Quæ verba adiuncta verbo vniuerſali [omnibus] videntur non recipere aliquam reſtrictionem, *l. Iulianus. ff. de legat.* 3. *cap. ſolitæ, de maior. & obed.* & cùm verba ſint vniuerſalia & clara, videtur ab ijſdem non eſſe recedendum, *l. non aliter. l. ille aut ille §. cùm verbis. ff. de legat.* 3. Talis enim videtur mens teſtatoris, qualem verba ſignificant, *l. Labeo. ff. de ſuppellect. leg. cap. ſecundò requiris. de appel.* maximè cum legata ſint fauorabilia & plena in eis fieri debeat interpretatio, *l. in teſtamentis ff. de regul. iur.* vt non ſolum præſentia, verum etiam futura contineantur, *l. nam quod § fi. ff ad Trebell.* & qui omnia dicit nil excludit, *cap. ſolitæ. de maior. & obedien.* verbaque generaliter prolata, generaliter accipi debent, *l. de precio ff. de public.* Cæterum * neque merces neque venalia legato 1.
eiuſmodi contineri, Scæuola reſpondit, *l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. leg.* vt nec alia multa. Nam neq; bona ſtabilia vt vocant, deſcripta in inſtrumentis & ſcripturis exiſtentibus in domo

2. domo, neque † nomina debitorum, quæ loco non concluduntur, *l. fideicommiſſum. ff. de iudic.* niſi etiam eſſent legata iura & ſcripturæ, debentur. *Benedict. Capra conſil.* 159. *& conſil.* 45. *Corneus conſil.* 49. *incip. In præſenti conſultatione. col.* 2. *verſic. tamen his non obſtantibus & conſ.* 173. *lib.* 3. *conſ.* 236. *lib.* 4. potiſſimũ quando tales ſcripturæ & talia nomina debitorum, & inſtrumenta ibi non erant à teſtatore poſita, vt perpetuò ibi eſſent, ſed beneplacitum duntaxat, *l. ex facto.* §. *rerum ff. de hæred. inſt. l. huiuſmodi* §. *legatum. ff de leg.* 1. *l. ſi ſaltum. l. ſi chorus. l. ſi fundus* §. 1. *l. ſi ita ff de legat.* 3. *l. cùm de lanionis* §. *Sabinis. ff. de fundo inſtruct.* quoniam voluntas mariti teſtatoris principaliter debet attendi, *l. in conditionib. ff. de condit. & demonſt.* & de voluntate ipſius teſtatoris videtur eſſe, quod memoriale, rationes, ſcripturæ & inſtrumenta, ſint apud hæredem cuius ea habere intereſt, vt notitiam habebat de bonis ſibi relictis, & vt teſtatoris opinionem, famam, & factum ex his defendere poſſit, *Corneus d. conſ.* 49. *lib.* 3. *& conſ.* 236. *li* 4 *l. vxorem* §. *legauerat. ff. de leg.* 2. *l. quæſitum.* §. *Papinianus ff. de fundo inſtruct.* præcipuè cùm teſtator præſumatur hoc velle quod lex diſponit, *l. ff. ff. de teſt. mil. l. quæro. ff. locati.* Lex autem conſtituit, ordinat & diſponit, quod ſcripturæ & inſtrumenta debent manere apud hæredem, *l. ſi quæ ff. fam. erciſc.* & per conſequens legatario minimè debentur, ſed legatis his quæ in domo ſunt, hoc ſolum debetur, quod ad vſum domus deſtinatum eſt, *l. quæſitum.* §. *fin. ff. de legat.* 3. *Socin conſil* 35. *incip. Circa prædictam. lib.* 1. *Bart. ad l. fin. ff. de pecul. leg.* prout etiam non continentur ea quæ fuerunt quæſita vel ibi poſita poſt teſtamentum, *Bald. conſil.* 185. *lib.* 3. *Caſtrenſ. conſil.* 138. *Capra d. conſil.* 45. *Corneus conſ.* 14. *lib.* 1. quia verba præſentis temporis referuntur ad tempus teſtamenti, *l ſi ita ff. de aur. & argen. legat.* quamuis maritus verbo generali vſus ſit. *l. final.* §. 1. *ff. de legat.* 2. Tum etiam nec pecuniæ hoc legato comprehenduntur, *d. l. quæſitum.* §. 1. *& l. ſi mihi Mæuio.* §. *fin. ff. de legat.* 2. *Doct. ad l. certi condictio. ff. ſi cert. petat.* niſi alias manifeſtè oſtendatur, quod fuerit voluntas teſtatoris etiam has relinquere, etiam ſi verbis generalibus & vniuerſalibus teſtator ſit vſus, *d.* §. *fin.* quia pecunia perraro retinetur, niſi vt expendatur, & ſic non cenſetur eſſe in loco, *d. l. ſi chorus.* §. 1. *ff. de legat.* 3. & verba vniuerſalia ex mente teſtatoris & ex interpretatione legis recipiunt reſtrictionem, potiſſimùm ſi ſit magna quantitas pecuniarum, neque dictum ſit à teſtatore aliquid, ex quo intelligamus, quod eam ad vxorem pertinere voluit. *latè Paul. Pariſ. conſ.* 80. *Viſis codicillis. lib.* 2. Et idem dicendum eſt, inquit Corneus *d. conſ.* 49. *in fin.* in omnibus alijs rebus, quæ non ſunt poſitæ in dicta domo, vt ibi perpetuò ſint, puta animalia & ſimilia, quæ illic ſunt, vt colantur fundi, vel diſtrahantur, præterquam ſi alia bona quam eiuſmodi, aut merces & venalia non reperiantur, *Iaſon, Bart. Bald. Caſtrenſ. in l.* 1. *C. de verbor. ſignific.* ne alioqui legatum ſit inutile *Guiliel. Benedic. ad cap. Raynutius ad verb. cætera bona. n.* 15. *de teſtament.* & alias teſtator in dubio videtur minus grauare hæredem voluiſſe, quam fieri poteſt, *l. Iulianum.* §. *Seio. ff. de leg.* 1. *l. qui concubinam.* §. *ff.... de leg.* 3. Quò etiam pertinet quod Nicolaus Bellonus *conſ.* 6. *num.* 15. *ex Decio conſil.* 92. *& Oldrad. conſil.* 8. reſpondet, quod legatum eiuſmodi quantumcunque amplum, ampliſque & effuſiſſimis verbis conceptum, reſtringitur ex omni ſua parte ad ea, quæ domi exiſtunt duntaxat, & non niſi caſualiter illic eſſe conſtat. *Decius conſil.* 472. vnde & legatum pecuniæ, quæ eſt in domo, non egreditur foras, & ad eam quæ domi non eſt, non extenditur, *Boerius quæſt.* 106. Ex quo elegans quoque quæſtio fuit nata inter interpretes iuris, An ſi maritus æger reliquit vxori omnia quæ in domo ſunt, ea contineantur, quæ ipſe ex prædio ruſtico adferri præcipit? quod ſanè videri poterat ex *l. penult.* §. *fin. ff. de aur. & argent. leg. & cum de lanionis.* Sed verius eſt non deberi: quia ad tempus tantum & caſualiter in domo reperiuntur, niſi eo animo maritus eas res, vt vxori acquirerentur, adferri præcepit, *l. Iulianus.* §. *fin. ff. de leg.* 3. *qua de re pluribus conſ.* 198. *incip. Dubia profect. lib.* 1. *agit Socinus Nepos.* Sed & Guilil. Benedictum *d. loco.* in eadem ſententia cũ omnibus iſtis interpretibus fuiſſe video, dum ait, quod ſub iſtiuſmodi legato, neque venalia, neque nummi, ſeu pecuniæ, ibi repoſitæ vt mutuò dentur, vel aliàs de præſenti erogentur, veniant, *d. l. ſi chorus:* ſecus, ſi vt ibi perpetuo ſint, vel ſi maritus teſtatur dixiſſet, [lego omnes res meas,] non adiectis his verbis, [quæ domi ſunt,] quia venalia non cenſentur in domo, ſed extra domum, propter deſtinationem. Quin etiam, inquit, ſi maritus ſeu dixit, [lego quæ domi ſunt quoquo modo,] vel ſi in domo alia non habet, veniunt etiam ſub legato venalia, ne legatum ſit inutile, *argum. l. fundus, qui locatus. ff. fund. inſtruct.* dum tamen ſint ipſius teſtatoris. *l. vxor patrui. C. de legat.* Præterea hoc verum eſt, quod legata domo, vel legatis his quæ domi ſunt, non veniunt merces venales, vbi ſunt aliæ res, niſi legatum eſſet factum filio teſtatoris. Quo caſu, ſi alij hæredes non nimis grauarentur, fortè quod ampliſſimum in alijs rebus ſit patrimonium, tunc in legato tali res venales domi exiſtentes, includuntur, *l. quæſitum* §. *ſed & ipſe. ff. de fun. inſtruct. Roman. ſingul.* 649. Omnium verò elegantiſſimè hæc tradidit Couarru. *lib. variar. reſolut.* 2. *cap.* 5. *incip. vxori cùm quidã ita legaſſet.* qui ponit concluſiones ſubſequentes: Primò, quod legatum omnium rerum teſtatoris, ſeu vſusfructus omnium bonorum, etiam res venales

nales comprehendit. Hæc enim vniuerſalis locutio ad omnem teſtantis ſubſtantiam refertur, in qua non dubium eſt, quin etiam contineantur venalia, *l. quoties. §. vltim. ff. de vſufruct.* Secundò, quod legatum argenti, vini, frumenti, etiam adiecta dictione vniuerſali, non comprehendit venalia, *l. ſeruus. §. vlt. ff. de leg.* 3. Tertiò, obligatio bonorum omnium generalis, non appoſita certi loci reſtrictione, ad venalia extenditur, eaque comprehendit, *l. cum tabernam. ff. de pigno. Anton. Neguzan. in tract. de pig.* 2. *par.* 2. *memb. n.* 14. Quartò quod teſtatore legante omnes res quas domi habet, non cenſentur legatæ res venales quas is domi habet, *d. §. vxori d. l. pediculis. d. l. ex facto. Abbas in cap. noſtra, de ſepul. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol.* 106. *Neguz. de loco*, idque ſiue legatum verbis generalibus, ſiue vniuerſalibus conceptum fuerit. Vtroque enim caſu, vbi legatum reſtringitur ad certum locum, venalia non continentur. Cæterum, inquit, hæc quarta concluſio vera eſt, niſi teſtatoris voluntas expreſſa vel tacita aliud ſuaſerit, *Ro. ſingul.* 432. *per text. in d. l pediculis. § cùm quæreretur.* vel niſi alias res præter venales in domo non habuit, ne vana ſit teſtantis vltima voluntas. *Iaſon. Bald. & alij ad d. l.* 1. *C. de verb. ſignific. Gomeſius ad §. item Seruiana, n.* 10. *Inſtit. de action.* aut ſi dixit [lego ea quæ domi quomodocumque habeo] *Alciat n.* 38. *& alij in c. quod ſedem de offic. ord. Molina. ad conſuetud. Pariſ. §.* 1. *q.* 5. *num.* 48. *Paul. Pariſ. d. conſ.* 8. *& conſ.* 9. Addit præterea Didacus, quod apparet, inſpecta mente teſtantis, in legato rerum certo loco exiſtentium, res venales contineri, quando res illæ venales erant fructus collecti ex fundis & agris ipſius teſtatoris, nec eas teſtator negotiationis cauſa venales habuit: ſed quia neceſſariò erant vendendæ, venales dicebantur. Has enim res etſi venales ſint, non videtur teſtator à legato rerum quas domi habet, excludere, *Decius d. conſ.* 472. *Panorm. conſ.* 6. *lib.* 1. Tum verò ſi teſtator his verbis ita legaret [Vxori meæ lego omnia quæ domi habeo, excepta lana venali:] proculdubio hoc legato venirent res domi exiſtentes, etiam ſi venales omninò forent. *Decius num.* 31. *Cagn. num.* 39 *ad l.* 1. *ff. de reg. iur. quod latiſſimè & elegantiſſimè probat atque confirmat d. loco n.* 4. *Didacus, quem omninò vide.* Adde etiam quod pulchrè *conſ.* 61. *incip. Tota difficultas*, notat Rubeus, quod ſi quis legat domum cum omni iure ſuo & omni ſuppellectili, non venit argentum potorium & eſcarium, niſi teſtator hoc ſenſerit, vel niſi dixerit quod legat domum & vniuerſa ad eam eiuſque vſum pertinentia. Legata autem domo cum bonis mobilibus, domus eſt principale legatum, reliqua tantum acceſſionis vice cenſentur. *Beroius qu.* 30. Quod ſi maritus † legat domum vxori ſuæ ſicut eam nunc poſſidet, quid legato iſtiuſmodi relictum videatur, explicat Iaſon *num.* 2. *cum alijs ad l fin ff. de conſtit. Princip.*

CAP. XXVIII.

De frumento coniugi legato.

SVMMARIA.

1. *Frumento legato quid contineatur.*
2. *Frumento & pecunia ſimul legatis, an eodem tempore ſolui debeant.*
3. *Frumenti aliquot modijs ad menſuram Louanienſem legatis an Louanij ſolutio fieri debeat.*

EX his etiam magna ex parte intelligi poteſt, quid de legato frumenti dicendum ſit: Videlicet † quod frumento aut tritico legato, id quod teſtator venale habebat, vxori non debetur, etiam ſi omne frumentum quod erat in domo, legaſſet: quia generalitas illa reſtringitur ex illa adiectione, quod in domo eſſet, *l. ea tamen adiectio: ff. de legat*, 3. & venalia non cenſentur domi eſſe, *l. generali. § vxori. ff. de vſufruct. leg.* præterquam ſi dixerit [lego frumentum quod quoquomodo domi eſt.] *Alex. conſ.* 118 *lib.* 5. vel ſi aliud frumentum quàm venale domi non haberet, vel niſi aliud ex prædijs ſuis percepiſſet, in quo negociari non dicitur, etiam ſi illud vendat, *vt ſuperiore capite diximus ex Didaco lib.* 2. *var. lect. cap.* 5. *Decio conſil.* 472. *Abbate conſil.* 6. *lib.* 1. *Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit.* 6. *cap.* 19. *incip. Tritico.* Legato autem ſic frumento, omne illud debetur, quod tempore mortis teſtatoris inuentum fuit, quodque à ſolo ſeparatum atque reconditum fuit, *l. Lucius. ff. de fun. inſtruct. Boerius. qu. delph.* 30. Auguſt. Beroius *qu.* 29. *incip. an ſub illis verbis & qu.* 30. *incip. illud etiam quæſitum eſt, vbi plura de hoc legato frumenti tradit.* dicens inter cætera, illud ſub legato mobilium caſibus ſuperius expreſſis contineri; præterquam ſi fundo adhuc cohæreat, & nondum collectum ſit frumentum: quia fructus pendentes, pars fundi eſſe exiſtimantur *l. fructus. ff. de rei vendic.* Nam licet Caſtrenſ. *conſ.* 132. *lib.* 1. putet contrarium, propter deſtinationem patrisfamil. qui illos de proximo colligere putabat, aliud tamen reſpondit Alciatus *reſponſo* 660. *incipien. Hæc verba*, quia deſtinatio tali caſu non habetur pro re ipſa, *l. fundi. § item. l. ſequen. ff. de act empt.* cùm non augeat hæreditatem, & non veniant in fideicommiſſum, *l. ita tamen. §.* 1. *& ibi. Doct. ff. ad Treb.* & ex vſu loquendi tales fructus inter mobilia computemus. *Oldrad. conſ.* 209. Sed nec appellatione huius panis continetur. *Bart. ad l. quæſitum. § illud. ff. de legat.* 3. quia in aliam ſpeciem ac formam tranſit, adeoque reſtringitur, ſicut econtra legatum iſtud amplè ſubinde

ſubinde quando ſeſe offert occaſio, accipi debet. Legato enim frumento quod in vrbe eſt,
2. etiam illud quod in portu eſt, debetur. *l. ſi quis ita. ff. de aur. & arg. leg. Roman. ſingul.* 546. *aliàs* 552. *incip. lego Titio omne granum.* Et ſi maritus vxori decem menſuras frumenti, & decem libras omni anno reliquit, amplè legatum iſtud accipitur, vt vno eodemque tempore omnia iſta ſimul ſolui debeant, propter coniunctionem. *Bart. ad l. ſi legatarius §. fin. ff. de leg.* 3. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Curtius Iunior conſ.* 5. *n.* 2. *lib.* 1. Sed quo tempore? Collectis fructibus, vel ſecundum morem regionis. *Bartol & Curt. d. loco per l. Firmio §. pater. ff. quan. dies leg. ced. & l. nec ſemel. §. ſi in habitatione eod. tit. Roman. ſing.* 384. *incip. Redditus relictus. & in l. qui hoc anno n.* 7. *ff. de verb. oblig. & ibi* Zaſius *n.* 10. *&* 11. quia, inquit, ſi ratione adiuncti diſponitur de uno ſicut de alio, vt determinatio æqualiter determinet, ne diuerſo iure cenſeantur ea, quæ per copulam vniuntur, *l. cùm ſolutum C. de ſen. & interloc. l. rerum mixtura. ff. de vſur. cap.* conſequens eſt, quod quæ ſimul coniuncta & determinata fuerunt, ſimul præſtentur. Et quia legatum frumenti primum fuit, non ſoluetur legatum pecuniæ, ſicut ſolueretur ſi per ſe ſolutum ſtaret, ſed eo tempore, quo petuntur fructus, *quod & Iaſon ibi verſic. in quarto membro. & rurſum in ſimili ad l. iuri operam daturo, n.* 4. *&* 5. *ff. de inſtit. & iur. & Roman. conſ.* 231. *incipien. Præmiſſorum. & Felin. cum Ripa ad cap.* 2. *de reſcript. & cap.* 1. *de iud. & Socin. Nepos conſ.* 160. *incip. Circa præſentem, lib.* 2. *& Præſes Euerhardi in loco à natura copulæ, voluiſſe videntur.* Alias autem reſpondet Modeſtinus, quod ſi maritus vxori quid annuum reliquerit, & illa nondum finito anno deceſſerit, integrum legatum hæredibus deberi *l.* 5. *ff. de annuis legat.* Nam & initio anni cedit dies huius legati, quamuis in ſtipulationibus diuerſum ius ſit, *l.* 1. *C. quandies leg. ced.* Qua de re accuratius diſputat Duarenus *ad l. fructus. §. ex contrario. ff. ſolut matrim.* Et quamuis in alijs plerìſque caſibus, creditori ante tempus ſolutionis ſatisfieri poſſit, *l. quod diem. ff. de ſolut. l. eum qui calendis. §. fi. ff. de verbor. oblig.* vxor tamen cui à marito certa menſura frumenti ſingulis annis legata eſt, illud ante tempus recipere non cogitur, maximè ſi curſu temporis deterius fieri poſſet. *Decius ad l. cùm tempus, num.* 7. *verſic. Et ex his infertur ff. de regul. iur. Ang. ad l. Titius. ff. quæ res pign. ob poſſ. Bald. ad l. plures. C. de fid. inſtrum.*

Porro autem idem Baldus, qui nihil ignoraſſe dicitur, *d. conſ. mihi* 421. *incip. Factum tale eſt nobilis Anton. & c. lib.* 1. diſputat de hoc caſu: Maritus ordinauit ſuum teſtamentum & voluit vxori ſuæ 25. ſaccos frumenti ad menſuram Aſtenſem ſingulis annis præſtari, per eum qui in tali prædio habitaret: Quæritur, vtrum frumentum in loco vbi prædium illud ſitum eſt, ſolui debeat, an vero ibi vbi vxor habitat, & ſecundum menſuram cuius loci ſoluendum eſt? Idem eſſet, ſi quis Louanij habitans, legaret vxori ſuæ quinquaginta modios frumenti menſura Louanienſi ſoluendos ab eo qui prædium ſuum ruſticum alibi ſitum poſſideret. Et primò videtur, inquit, quod ſolutio debet fieri in loco habitationis vxoris, ad quem etiam menſura relata eſt, fauore alimentorum, ne interim in itinere periculum ſuboriatur, *l. ſed & ſi ſuſceperit §. ſi libertis. ff. de tranſact.* & etiam propter eandem illam menſuræ deſignationem, *l. Titia Seia ff. de lega.* 2. *l.* 1. *& ibi Cynus in verb. vel quia legauit ad menſuram Pariſienſem. C. vbi fid. pet opor.* maximè ſi vxor ſit nobilis: quia ratione nobilitatis augetur vtilitas legati, vt debeat ei deferri ad domum, *d. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed & ſi proponas.* Contrariam tamen partem tanquam veriorem amplectitur: Primò, quia lex ait, in loco domicilij ſolutionem eſſe faciendam, *l quid legatur.* 38. *ff. de iudic.* [Quod legatur, (inquit Licinius Ruffinus) ſi quidem per perſonalem actionem exigitur, ibi dari debet vbi eſt, &c.] Secundò, quia quoties debitor eſt diuerſi fori, creditor debet accedere ad domicilium eius, non econuerſò, *l. item illa. ff. de conſtit. pecu. & ibi hoc not. Doct.* Tertiò quia grauauit hæredem reſpectu loci, ergo de illo loco videtur intellexiſſe, *l. fideicommiſſum. §. quid tamen. ff. de iudic.* maximè ſi hoc valdè graue & onéroſum foret hæredi, *l. vnum ex familia ff. de lega.* 3. & fortè filio, cuius fauore mitior interpretatio facienda eſt. Neque obſtat, inquit, demonſtratio menſuræ ad certum locum: quia ad illam menſuram ſeu modum poteſt menſurari ſine aliqua difficultate in loco vbi frumentum natum eſt. Sed ſi vxor propter potentiam hæredis, ſolutionem in dicto loco acquirere commodè non poſſet, exiſtimat quod hæres eiuſmodi cogeretur ſumptibus & periculo vxoris officio Iudicis ex æquitate dictum frumentum ad locum habitationis eiuſdem vxoris deferre, quia dolus ſuus nemini patrocinari debet *l. prætor §. fin. ff. de edend. l.* 1 *ff. de dolo.* Quæ Baldi reſolutio cum ſententia Accurſij *ad d. l. quod legatur.* ab omnibus probata & recepta, conuenire videtur, dum ait, legatum ibi ſoluendum eſſe, vbi teſtator voluit, vel ibi vbi veriſimile eſt ipſum ſolui voluiſſe, ſubijcitque elegantem & eruditam aliam diſtinctionem, ad quam ſemper recurrere ſolemus, quæ cùm omnibus obuia ſit, hoc loco non videtur eſſe repetenda. Quod ſi vero frumentum quod ex ſuburbano natum eſſet, legatum ſit, tunc ſi minus natum quam legatum eſſet, non amplius ſoluendum foret, quam quod natum fuit, quia taxationis vicem obtinent ea verba [quod natum erit,] *l. cùm certus ff. de vino & trit. leg.* Si verò natum tantum eſſet, & ſine culpa hæredis conſumeretur, exiſtimat Zaſius *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 53. *ſingul. reſpond.*

reſpond. adhuc hæredem liberari, quaſi hæc taxatio, quod natum eſſet, rem debitam ab incertitudine generis exemiſſet. Sic & ſi à Pontifice conceſſum ſit Epiſcopo, propter debita ipſius perſoluenda, vt fructus primi anni beneficiorum ſuæ diœceſis intra quinquennium venturum percipiat, ſi fructus primi illius anni aut nulli fuerunt, aut chaſmate perierunt, conſumpta eſt omnino gratia, nec poterit Epiſcopus alterius anni fructus percipere, *cap ſi propter.& ibi Archid.Ioan. And. Dominic.& Philip. Franc de reſc.lib.6.Tyraquel.ad Boues.§.hoc ſermone in reg. numer.* 64.*ff. de verb. ſignific.* Tu tamen vide text. qui videtur eſſe contrarius *in l. liberto.*§.1.*ff de vino,trit.&c.& in l legatum.*§.1.*& l.liberto.*§ 1.*ff.de annu. legat.& l.Lucius.ff de alime. leg. & d. l. Firmio.* Sed ad hanc antinomiam tollendam, Accurſius vbiq;ſufficit, *vt idem. Tyraq.ait.*

Non abſimilis autem eſt quæſtio, quid dicendum eſt, ſi maritus vxori legauit omne frumentum in horreo conditum, illudque conſumpſit, & aliud eius loco poſteà repoſuit, quod tempore mortis ipſius reperitur? Caſtrenſis ſanè *ad l.filiæ ſuæ.§.Titiæ.ff.de condit. & demonſtra.* exiſtimat, hoc frumentum vxori deberi, quia inquit, frumentum in ſuo genere recipit functionem; & ideo ſurrogatum cenſetur idem cum eo quod conſumptum eſt, *arg.l.* 2. *circa princip.ff.ſi cert.* Sed Socin. *in d.§.Titia num.*5. reprehendens Caſtrenſ. dicit hanc illius rationem eſſe falſam: quia ex quo genus frumenti eſt reſtrictum ad frumentum certi & determinati loci, & ſic ad certum frumentum, cenſetur potius legata ſpecies frumenti, & non genus, adeoque non recipit functionem aut permutationem, *l. ſed & ſi certos.ff.de leg.* 1. Et ideò ſecundum eum melior videtur eſſe ratio Angeli, dicentis, quod ſurrogando in eodem loco, videtur ſurrogaſſe in locum illius conſumpti. Tu vide ea quæ *cap.proximo.* de veſtibus legatis reſolutiuè dicam.

CAP. XXIX.

De veſtibus & ornamentis vxori à marito legatis.

SVMMARIA.

1. *Veſtibus legatis an veſtis ſciſſa & nondum parata, ſed apud ſartorem exiſtens debeatur.*
2. *Panno legato,an debeatur veſtes.*
3. *Veſtes poſt teſtamentum factæ, an debeantur legatariæ veſtrum.*
4. *Veſtes lugubres vxori legatæ, an poſt annum luctus peti poßint.*
5. *Veſtes ſi æſtimatæ ſunt à teſtatore certo pretio, an ſi plus vel minus valeant hoc pertineat ad hæredem.*
6. *Veſtes hyemales & æſtiuales ſi legantur, quales & quando debeantur.*
7. *Ornamentis legatis, quæ comprehendantur legato.*

DOmitius Vlpianus veſtimentum eſſe ait, quod detextum eſt, etſi delectum non eſt, id eſt, ſi ſit conſummatum: quod in tela eſt, nondum pertextum vel detextum, contextum appellatur, *l. veſtimentum ff. de aur. & argen leg.* Ex quo inter interpretes Iuris quæſtiò nata eſt, vtrum vxor cui legata ſunt veſtimenta in domo exiſtentia à marito, debeat habere veſtem ſciſſam nondum ſutam, neque completam, penes ſartorem adhuc exiſtentem? Et eò quidem communis opinio propendet, quod vxori debetur, ſecundùm quam in Senatu Tholoſano iudicatum fuiſſe teſtatur Aufreſius *deciſione.*387 *incip. Item fuit quæſitum,ſi de conſuetudine,per l.& ſi non ſunt.§.quid ergo & §.fin.& d l veſtimentū ff.de aur.& argen. leg & ibi Bartol.* Deſtinatio enim patris famil. attenditur, quæ erat, quod eiuſmodi veſtes domum reuerterentur, *vt ait Zaſius, ad l. cæteral.§.ſed ſi ſeparauit.num.*17.*ff. de legat.*1. *Bald. ad l.ex facto.§. rerum.ff.de hæred. inſtit.* Quemadmodum ſi legatur frumentum, quod in ciuitate eſt, ea frumenta quæ ruri ſunt, non continentur regulariter *l. nam quod* 4.*§. ſi ita legetur* 4.*ff de penu. leg.* Verùm ſi teſtator frumentum ad præſens, vel cauſa cuſtodiæ ruri reliquerit, deſtinarit tamen ad frumentum vrbicum, connumerabitur legato, *l.ſi ea.ff.de leg.* 3. Econtra verò ſi maritus legat vxori ſuæ omnem pannum qui in domo erat, exiſtimant noſtri veſtes ſeu veſtimenta non contineri, ſed ſolam rudem materiam panni, quæ non eſt in ſpeciem veſtis tranſlata, deberi. Nam & legato marmore, non debetur ſpecies ex marmore confecta, *l.illud quæſitum.§. illud fortaſſe.ff. de leg.* 3. & lana legata, ea quæ tincta eſt, non continetur, *l.ſi cui lana.ff.eo titul.* lignisque legatis, ea quæ ad comburendum parata non ſunt, minimè debentur, *l.ligni.illo tit.* Tum verò pro regula traditum eſt, quod ex legato generis, non debetur niſi rudis materia, non ea quæ in ſpeciem aliquam eſt tranſlata, *d.§.illud.* ſi non aliud ſenſiſſe teſtatorē euidenter conſtet, *l.pediculis.§.Labeo.ff de aur.& argen.leg.* idque ad præſentem quæſtionem Baldus reſpondit *in ſua praxi ſi modò eius ſit, ſub Rubr. de vlt.voluntat.qū.7.in fin.* & Ioan. Berberius *in ſuo viatorio iuris titul.de legat.verſic. Quæro. teſtator legauit vxori ſuæ pannos. &c* qui tamen putant, quod alio iure vtendum foret, ſi teſtator admodum largè per verba & ſigna vniuerſalia eſſet locutus, *per l.heres meus.§.2.ff. de legat.3.& d l.pediculis. §. Labeo.* vel ſi ex panno fieret veſtimentum antequam dies legati cedat, *l. lana legata.ff.eod.tit.de leg.*3.

Huc etiam pertinet quæſtio, † an ſi teſtator reliquit arcam vxori ſuæ cum veſtibus in ea exiſtentibus, & poſt conditum teſtamen- 1.
tum

tum aliquæ veſtes ſint additæ, illæ legato contineantur? Et primò videtur quòd ſic, quia iſta verba, [quæ ibi ſunt vel in ea exiſtentibus] videntur referri ad tempus mortis eius, & ideò ſi additæ ſunt res aliquæ, antequam moriatur teſtator, videntur legato contineri, quia tempore mortis ibi inueniuntur: quod tempus vtique reſpiciendum eſt, *l. fin. ff de liber. leg.* quia ab eo incipit effectum ſuum ſortiri & procedere teſtamentum, l. 1. §. *cum igitur. C. de caduc. tol.* eiuſque obitu confirmatur, *l. 3. ff. de aliment. legat. cap. cùm Marthæ, de celebrat. Miſſar.* ſicut & econtra ea quæ adempta ſunt, legatum minuiſſe videntur. Alijs autem viſum fuit, propterea quod verba teſtatoris deſignant tempus præſens facti teſtamenti, non tempus futurum mortis teſtatoris, & regulariter tempus præſens ad futurum non extenditur, *l. vxori. §. 1. ff. de leg.* 3. ſicut præteritum non comprehendit futurum, *l. ſi à colono. ff. de verb. oblig.* Baldus autem *in d. praxi tit de vlt volunt. q. 1. incip. Circa teſtamentum igitur.* diſtinguit hoc pacto: Aut teſtator auxit legato. Primo caſu cedunt legato, *l. filiæ §. 1. ff. de condit & demonſt.* Secundo, inquit, an cedant in relictis conditionalibus, inſpicimus terminum conditionis exiſtentis, nõ facti teſtamenti, *l. mea res ff. de condit & demonſtrat.* Bartolus verò *ad l ſi ita ff. de aur, & argent. l. num. 8.* paulò aliter. [Pone, inquit, quod vir legat vxori omnes veſtes ſuas, & illæ veſtes ſunt corruptę, & aliæ factæ dé nouo, vtrum extendatur legatum ad futuras. Dico non niſi teſtator addidiſſet aliam veſtem, & prima ſupereſſet, illa noua addita non cenſeretur eſſe legata. Sed ſi prima eſſet conſumpta, & alia addita loco primę, vt ſi habeat pannos quotidianos qui ſunt conſumpti, & alios fecit loco primorũ: tunc talis veſtis de nouo facta legato cedit.] Hæc ille. *quem ſequitur addit. ad d deciſ. Capell Tholoſ.* cũ tamen Bartol *ad l. quædam, numer. 2. ff. de tritic. vino & oleo leg.* reſpondit ſimpliciter, quod ſi teſtator legat vxori frumentum, intelligitur de eo quod inuenitur tempore mortis: cùm frumentum ſit renouabile, quia conſumitur, & corruptionem recipit, *l. quæſitum ff. de fundo inſtruct.* Idem autẽ de veſtibus dici poſſe conſtat. De ademptione ſola nihil eſt hæſitandum, quia legatum alienatione & conſumptione voluntaria cenſetur ademptũ atque reuocatum eſſe, *l rem legatam, & ibi Doct. ff de ad men legat. in l fideicommiſſa. § ſi rem ff. de legat.* 3. niſi contrarium declarauerit teſtator, & ad æſtimationem rei alienæ hæredẽ adſtrinxerit, idque coram teſtibus, codicillis, ſimplicis declarationis inſtrumento, vel aliter, *l. cùm ſeruus ff. de adimen leg Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit.* 10. *cap.* 7. Sed in his quæ additæ aut ſurrogatæ ſunt, tota difficultas verſatur vt ait Alber. qui tandẽ reſoluendo etiam exiſtimat *ad d. l. ſi ita,* quod ſi voluntas teſtatoris apparere poteſt, ſi ruari debet, *l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtrat.* Si verò eſt dubia, & legatum eſt vniuerſale, ſpectatur tẽpus mortis, quo omnia retuliſſe videtur teſtator: & ſi eſt ſingulare legatum, videndũm eſt quibus verbis locutus eſt, an ſcilicet verbis deſignantibus tempus futurum, vel pręſens: quia in verbis pręſentis temporis veniunt ea quæ ſunt tempore teſtamenti conditi: in verbis futuri temporis ea quæ ſunt tempore mortis teſtatoris. Vnde, inquit, ſi non per ſigna vniuerſalia, ſed ſimpliciter per verba præſentis temporis maritus leget vxori veſtes, deinde emit ei alias veſtes, debebuntur ſolum illæ, quas habebat tẽpore teſtamenti: ſecus, ſi verbis futuri temporis vſus ſit, per text. *in d. l. ſi ita.* cuius verba ſunt hæc: Si ita legatum eſſet, veſtẽ meam, argentũ meum, dãnas eſto dare: id legatũ videtur, quod teſtamenti tempore fuiſſet: quia præſens tẽpus ſemper intelligitur, ſi aliud comprehenſum non eſſet: nam cũ dicit veſtẽ meã, argentũ meũ: hac demonſtratione (meũ) præſens, nõ futurũ, tempus oſtendit.] Per eandem l. Benedict. Capra *conſ.* 45 *incip. Cùm viſo. &c.* ſimpliciter cũ iã dictis Doct. reſpondet, quod in tali legato nihil venit, niſi quod fuit tempore conditi teſtamenti, etiam ſi legando teſtator appoſuiſſet nomen generale, & dixiſſet [lego omnes veſtes quæ ſunt in domo, aut omnes res quæ ſunt in tali villa:] quia adhuc non traheretur legatum ad futura. *l. ſi §. 1. ff. de legat.* 2. Neque moueat quod cùm tractatur de modico præiudicio, legato veniunt etiam futura, *l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſſ.* quia hoc verum eſſe poſſet, ſi concurreret tacita voluntas teſtatoris, quæ hic deficere videtur. *In quam ſententiam & Corneum quoq; conſ.* 14. *incip Circa primum. li* 1. *nu.* 17. *acceſſiſſe video per l ſcribit. §. idem ſcribit. ff. d. aur. & argen leg. & d. l ſi ita & l. cùm ſtipulamur. ff. de verb. oblig.* Et hac in parte teſtamentum non æquiparatur legi. Quamuis enim natura legis ſit, præſentia & futura reſpicere *l. leges. C. de legib.* voluntas tamen teſtatoris ad præſentia potius, quàm ad futura, quæ ſaltem in ſpecie ſunt ſibi incognita, refertur. *l. ſi cogiatis, & ibi Bart. ff. de reb. dub.* Eodem modo Ioan. Dilect. *in lib. de arte teſtan. tit.* 6. *cap.* 143. reſpondet, quod ſi teſtator leget equos ſuos, non debetur fœtus editus poſt teſtamentum, *l ſi ita. ff. de leg.* 3. & ideò conſulit teſtatori, vt vtatur nomine collectiuo, legando armenta equorum, vel gregem pecudum, & ſic pertinebit ad legatarium futurum incrementum, etiã viuo teſtatore natũ, *l grege legato, vbi Bald. Bart & Alexand. ff. de lega.* 1 *Bald. conſ.* 485 *incip. Qui legat. lib* 4. Sed & ſi teſtator, inquit, vtatur verbo generali, vel oratione indefinita, tamen vt comprehendantur in legato quæſita poſt teſtamentum, remedium eſt, quod teſtator non dicat mea vel ſua, ſeu quæ mea vel tua erunt, *l. nuper & l. nomen. §. filio ff. de leg.* 3. *& ibi Doct.* Ex quibus omnibus vides hanc ſententiam admodum difficilem atque obſcuram eſſe, dum quidam ſimpliciter negant nouas veſtes aut alias res poſtea accedentes, legato contineri, *d. l. ſi ita.* quidam exiſtimant referre, in

verbis vniuerſalibus & generalibus atq; infinitè conceptis, locutus ſit maritus teſtator:alij vero conſiderant,an veſtes priores planè conſumptæ aut detritæ fuerint: ita vt nihil ſit conſultius teſtatori, quam verba clare etiam in futurum tempus concipere, vt omnes iſtas difficultates euitet, & ne vxorem, cui bene proſpectum eſſe cupit, in ærumnas litium conijciat, hæredesque ſuos cum ipſa multis contentionibus implicet. Animaduerto enim non eſſe ſimpliciter verum,quod tempus teſtamenti conditi inſpicitur. Nam vt Iauolenus ait, cùm fundus nominatim legatus ſit,ſi quid poſt teſtamentum factum adiectum ſit,id quoque legato cedit:etiam ſi illa verba adiecta non ſint [qui meus erit] *l.cũ fundus ff.de legat.*2.Sic & Sabinus ait,Si areę legatę,poſt teſtamentum factum,ędificium eſt impoſitum, vtrunque debebitur, & ſolum ſuperficies,*l.ſi area,ad tit.*Rurſum Pomponius:Si teſtator, inquit, adiecisset aliquid fundo legato, augmentum legatario accederet, *l. ſi ex toto. ff. de leg.* 1. Apertius autem *in l. ſi grege, eod.tit.* ait, quod ſi grege legato,aliqua pecora viuo teſtatore mortua eſſent, in eorumque loco aliqua eſſent ſubſtituta,eundẽ gregem videri:*quod & in l.quod in rerum eo.tit.probatur.* Et ideò Zaſius *num.6. cum Iaſone ad l. ſerui §. Labeo cum ſeq.illo tit.*hanc difficultatem animaduertens, fatetur per d.l. ſi ita, quod ſi teſtator legat veſtem, & poſtea alia veſtimenta comparauerit,debentur tantum ea, quæ erat ſuo tempore facti teſtamenti, niſi dixiſſet,[lego veſtimenta quæ erunt cum moriar.]Et eſt ratio ſecundum eum,quia d.l.ſi ita,loquitur de acceſſione corporũ ſeparatorum.Veſtes enim priores à poſterioribus ſunt ſeparatæ,adeoque verum eſt, quod tempus teſtamenti inſpicitur,cum voluntas teſtatoris ſe reflectat ad eas veſtes quæ tunc erant: quapropterlicet poſtea faciat alias, illæ non debentur,quia deficit teſtatoris voluntas. Cæterum alijs rebus in multis tempus mortis inpicimus, vt in legibus ſeu reſponſis Conſultorum nunc per me allegatis, videlicet, quod in vniuerſalibus, vel in toto vniuerſali, quod recipit augmentum aut diminutionem, ſicut eſt grex, peculium, dos, quæ dicuntur vniuerſalia, cum augeantur & diminuantur, *l. peculium.ff.de lega.*2.augmentum adueniens poſt teſtamentum, auget legatum, & vt voluit Iaſon *ad l.grege. num.*2.*ff.de lega.*1. in omni vniuerſali legato ſemper inſpicitur tempus mortis, non tempus conditi teſtamenti. Et ſicut ſi teſtator ex cauſa voluntaria minuat legatum, hoc minuitur legatario, *l.fin.eo.tit.*ita etiam & augmentum includitur,vt ſit eadem ratio augmenti quoad augmentum, quæ eſt diminutionis ad diminutionem. Tum etiam totum vniuerſale dicitur, quia ex mutis corporibus conſtat: vnde ſiue recedant ſiue augeantur corpora ad genus ſumpta, faciant totum vniuerſale, non ad indiuiduum. Idem eſt, ſi vna pars redempta accedit alteri parti legat: quia acceſſio partis redemptæ facit vnam rem, eiuſdem iuris, homogeniam & compactam, ſicut de alluuione dicimus, *vt idem Zaſius ad d.l.ſi ex toto,num.* 5. *& d l. Labeo. num.6.*Sic & quando augmentum iungitur cum eodem corpore, vt eſt in auro, vel in ædificio impoſito fundo, augmentum cedit legatario propter præſumptam mentem teſtatoris, *d.l.quod in rerum. §. ſi quid poſt.* quod in legato veſtium, factis nouis veſtibus dici non poteſt, quia augmentum in his ſit circa res plane ſeparatas,*vt ait Iaſon ad d. §.cum fundus,num. 9.d.l ſerui electione ff de legat.* 1. Deinde vero augmentum obueniens rei legatæ in acceſſione, etiam ad legatarium defertur: quia quod ius eſt in principali, cenſetur quoque eſſe in eius augmento,*l.etiam. C.de iure doti.de quo latè Iaſon ad l.quod in rerum.§. ſi quis poſt agit.* Vnde concludendum puto quod veſtes poſt teſtamentum factæ non debentur, ſi maritus uſus ſit verbis præſens tempus ſignificantibus, præterquam ſi effuſiſſimè verbis conceptis locutus ſit, aut alia mens ipſius colligi poſſit,quam in dubio ſequemur. Voluntatis autem defuncti quæſtio in æſtimatione Iudicis eſt,*l.voluntatis C de fideicom.* Quales autem coniecturæ ad hanc rem ſufficiant, vide Marianum Socin. Nepotem *conſ.* 98. *incip. dubia profectò, lib.*1. Rom.*ſingul.*503. *&* 519.

Pari modo hoc legatum veſtium, vxori factum ex præſumpta mariti teſtatoris mente reſtringitur.Quia ſi ſtatuto cautum ſit,ne vxores talium virorum holoſericis veſtibus vtantur, certè maritus legans ei omnes veſtes,non intelligitur de iſtis ſenſiſſe.*Bald. ad d.l. cum te, circa finem,verſ. pone ſtatutum. C. de dona. prop. nup.* Cuius ſententia ex eo confirmari poſſe videtur, quod teſtator præſumitur accommodare voluntatem ſuam ſecundum leges & ſtatuta,*l.hæredes.§.cùm ita.& ibi Doct.ff. ad Trebel.l. quæro. §.inter locatorem ff.locat.latè Alci.reg.*3.*præſum. cap.* 23. & omnis delicti præſumptio euitanda eſt.*l.meritò.ff.pro ſocio.*Præſumeretur autem teſtator delinquere voluiſſe,ſi legando has veſtes, occaſionem daret vxori veniendi & faciendi aduerſus ſtatuta.

Non eſt multum abſimile, quod Stephanus 4.
Bertran.*conſ.*81 *lib.*1.decidit, vxorem cui veſtes lugubres à marito legatæ ſunt, eas poſt annum luctus petere non poſſe: quia hoc legatum ex tacita mente mariti reſtrictum eſſe videtur ad annum luctus, quo illis veſtibus vti deberet: & cum cauſa legati fuit, vt maritum ſuum lugeret ceſſante iam cauſa illa, ceſſare debet effectus legati. *l. qui tutelam: ff. de teſtam. tut. & l.etiam ſi patris* & quia per ipſam ſtetit quo minus iuſto tempore iſtas veſtes ſit aſſecuta: *vt l.*2. *C. de his quæ ſub modo.* quæque ad certum tempus ſunt reſtricta, ea poſt tempus illud cenſentur eſſe prohibita, *l. poſt mortem. ff. de adopt.* videturque huic legato ineſſe conditio præſtanda [ſi petat, aut ſi volet.] *l. ſi ita legatum. ff.de leg.*1.quæ quidem conditio

non trahitur, *l.* §. *ſerui. ff. ad S. C. Syllanian. Bald. conſ.* 207. *incipien. Bartholomeus. lib.* 3.

Huc etiam aliquo modo pertinere vide-
5. tur ea quæſtio: * Maritus vxori ſuæ legat veſtes, quas æſtimat centum, valent autem 200. an hæres poſſit diminuere legatum; vel ſi minus valent, an cogatur ſupplere ad 100. Communiore autem calculo receptum eſt, quod nihil detrahi vel addi debet. *Bartol. Raph. Iaſon. Dyn & alij ad l ſi fundum ſub conditione.* § *ſi libertus ff. de legat.* 1. *Guil. Benedic. ad cap. Raynucius. ad verb. & hortum, num.* 15. *De teſtam. argum. l. cum pater.* §. *pater qui filio. ff. de leg.* 2. Quomodo & Olrad, *conſil.* 196. reſpondet, quando quis conceſſerit aliquam poſſeſſionem ſub nominibus, deſignantibus ſpeciem vel corpus determinatum, quod poſtea menſuratur, puta quia dicit [concedo tibi tale prædium, ſic & ſic ſituatum, reſtrictum & limitatum, quod eſt 20. iugerum.] poſtea repetitur quod infra dictos limites ſunt 25. iugera, vtique 5. illa iugera veniunt in conceſſionem & cedunt lucro eius cui conceſſio facta eſt. Nam conſignatio confinium, rem diſignat, & quicquid eſt intra eos, includit, *l. à de ſacra.* §. 1. *ff. de contrah. emp.* Præterea verba illa [Quæ valent centum] ſunt enunciatiua, non etiam reſtrictiua, quæ potius cauſa demonſtrationis prolata eſſe cenſentur, & falſa demonſtratio actum non vitiat, niſi in pleriſque caſibus exceptis, *l.* 1. *& alijs. C. ſi ex fal. cau.* & cenſetur maritus etiam reliquum donaſſe in actu, qui natura ſua liberalitatem continet, *de quo plura apud Iaſonem. Bald. Raph. & alios, ad l. fideiuſſor.* §. *meminiſſe ff. de lega.* 1. *Alber. ad l. comprehenſum. ff. de contrah. emp.*

Porrò autem legatis veſtibus, maximè ad verba legati reſpiciendum eſt, *l. non aliter. ff. de*
6. *legat.* 3. Hinc * enim maxima dubitatio ſæpiſſimè exoritur, & pares magna controuerſiæ iuris inde pendet. Vt ecce, Maritus legat vxori annuè veſtimenta æſtiualia & hyemalia: Quæritur, quid intelligatur eſſe legatum; Ob curum enim legatum eſt. Cæterum Bart. Ioan. de Plat. Rebuff. & alij *ad l.* 1. *C. de mil. veſte lib.* 12. reſpondent, quod vxor ſingulis annis à Calen. Septemb. vſq; ad Calen. April. hyemalibus, & deinde æſtiualibus veſtibus veſtiri debet, *quod & in ſimili Aufrer. deciſ cap. Thol.* 537. *voluiſſe videtur.* Rurſum verò maritus mandat hæredi, quod veſtiat vxorem. Hæres dicit ſe non poſſe compelli, niſi vt ſemel veſtiat. vxor contendit ſiugnlis annis veſtes ſibi dandas eſſe. Videtur vtique hæredis intentio eſſe fundata: quia ſermo ſimpliciter prolatus, intelligitur duntaxat de primo, *l. Boues.* §. *hoc ſermone. ff. de verbor. ſignific.* & verba dubia in vltima voluntate interpretanda ſunt ſecundum voluntatem hæredis, vt videtur, *l. qui concubinam* §. 1. *ff. de legat.* 3. propterea quòd teſtator cenſetur tam parum grauaſſe hæredem quam fieri poteſt. *l apud Iulianum.* §. *Seio. ff. de leg.* 1. Contrarium tamen determinat Bald. *ad l.* 1. *colum.* 2. *C. de fideicom.* Cotta *in memorab. in verbo, legatum quod vxor.* Roman. *ſingul.* 295. *incip. legauit vidua.* Alexand. & Iaſon *ad l. diuortio* §. *quod in anno. ff ſolut. matrimon.* Felin. *ad cap.* 2. *de treug. & pac.* Alciat. *ad d.* §. *hoc ſermone*, decidentes quod quolibet anno debet veſtiri de nouo, ſi modo mos regionis & teſtatoris hoc expoſtulat, alias verò eſt reſtituenda prioribus veſtibus honeſto modo detritis. Quia regula quæ habet, quod omnis actus prima vice conſumitur, non habet locum, quando ſimplex ſermo profertur in materia, quæ ex conſuetudine regionis requirit iterationem, vt mirum non ſit, quod vxor ſæpius veſtienda ſit, ſi concurrat qualitas perſonæ, deinde mos regionis, poſtremò teſtatoris conſuetudo, *vt pulchrè ponderat Tyraq. ad d. l. hoc ſermone, in* 2. *limit. numer.* 3. Sic & ſuperius diximus, ſi maritus mandat vxorem honorificè tractari; præſtabit hæres veſtimenta ſtatui ipſius vxoris viduali & iuxta conſuetudinem defuncti conuenientia: *Bald ad l.* 1. *C. de legat.* Et ſi maritus legat vxori ſuæ lectum, non debetur vxori ſtragula optima, qua teſtator vtebatur diebus ſolennibus; ſed quæ ſtatui viduali ipſius conueniat, *l. penultim. ff. de aliment. & cib. leg.* niſi dignitas eius aut conſuetudo mariti aliud expoſtulet, aut niſi ex veriſimili mente teſtatoris mariti aliud colligi poſſit. Bart. *ad l. Quintus. ff. de auro & argen. per l. fin eod. tit. l. ſtratum. ff. de verb. ſignif.* dicens *in d. l. fin.* quod eo caſu ſi teſtator legat vxori ueſtes, continentur etiam feſtiuæ, & ſi legat lectum, continetur & feſtiuus, quia in primis conditio perſonarum ſpectari debet, *l. pediculis.* §. *quidam & l. Plautius. & l. vxori ff. de aur. & arg. leg. l. vlt.* §. 1. *ff. de ſeruit. verb. præ. l. vxori.* §. *fin. ff. de legat.* 3. *l. vxorem. ff. de liberat. leg. l. verbo victus. l. inſtructum. ff. de ſignific. Alb. ad l. liberorum. ff. de leg.* 3. Adde quod ſi maritus uxori generaliter relinquat omnes pannos lanæ, lini, & canabis ad vſum ſuæ perſonæ, non continentur panni ad vſum ſuæ perſonæ ſpecialiter non deputati, *Bened. Capra conſil.* 128. *incipit. Circa primum.* Bartolus vero *conſil.* 216. *incip. Adelandus* reſpondet, quod in legato à marito vxori facto de pannis, ornamentis lecti, & omnibus alijs pannis exiſtentibus in Camera ſua, continentur omnia ornamenta vxoris, lecti, & omnes panni ad lectum pertinentes, & denique omnes alij panni in Camera exiſtentes. Diſpoſitio enim indefinita & vniuerſalis, generaliter & vniuerſaliter omnia quibus addiicitur, comprehendit, & qui omnia dicit, nihil excipit, *d. l. pediculis.* §. *Labeo.*

Svd nunc pauca quædam preſſius de ornamentis dicamus. Ornamenta autem muliebria ſunt, inquit Vlpianus, quibus mulier ornatur, veluti armillæ, viriolæ, annuli præſignatorij, & omnia quæ ad alam

rem nullam parantur, niſi corporis orandi cauſa: quo ex numero etiam hæc ſunt, aurium gemmæ, lapilli, qui aliam nullam in ſe vtilitatem habent. *l. argumento. ff. de aur. & argent. leg.* Sed & ſi legauit vxor omnia veſtimenta ſua, & habet faſciam ſericam margaritis conſutam, qua caput colligari poſſet, exiſtimat Alciat. *l. br. 6. parerg. cap.* 25. quod huiuſmodi vitta potius ornamenti, quàm veſtimenti nomine cenſebitur. Ea autem quæ venalia ſunt, rudeſque lapilli & gemmæ ornamenti appellatione non veniunt, *l. librorum. §. fin. ff. de legato 2. l. pediculis. & d. l. argumento. ff. de aur. & argent. legat.* Cæterum quando de his ornamentis diſputamus, imprimis incidit hæc quæſtio: Maritus legauit vxori veſtes quas ſibi fecit, dubitatur, an ornamenta veſtium aurea & argentea, & ſimilia alia legato contineantur. Videtur quod non, quia acceſſoria ſunt magis precioſa, quàm res ipſæ principales, & per conſequens non cedunt principali, *l. 2. & ibi gloſſ. ff. de pecul. legat.* Sed contrarium tenuit Roman. *ſing.* 628. *incip. Lego mulieri ſeu vxori.* & Corſetus *in verbo legatum, incip. Lego vxori meas veſtes.* quia acceſſorium etiam precioſius cedit principali ſuo, *l. & ſi non ſint alias incipit, cum aurum. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg. & per ea quæ not. in l. cum aurum, eo tit.* additque idem Rom. ſe ita reſpondiſſe, & pro reſponſo tres florenos habuiſſe. Et vt idem Corſetus ait, magis dignum, accedens ei quod eſt minus dignum, ratione acceſſionis videtur minus dignum, & deſinit eſſe magis dignum, *d. cap. per literas, & inſtit de rer. diuiſ. §. ſi tamen alienam purpuram. vbi dic tur, quod ſi quis alienam purpuram intexuit veſtimento ſuo, licet purpura ſit precioſior veſtimento, ratione tamen acceſſionis cedit veſtamento.* Et idcircò, inquit, illa regula, qua nituntur, procedit, quando minus dignum & magis dignum veniunt æquè principaliter: vt ſi in vniuerſitate Scholarium ſint tot clerici, quot laici, vniuerſitas cenſetur eccleſiaſtica, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, &c. *vt not. in cap. ex literis, de conſtitut.*

Nihilominus limitat hoc non habere locum, quando in ciuitate ſunt ſtatuta prohibitiua, quæ vetant ne mulieres ornameuta eiuſmodi gerant, de quo paulò ſuperius diximus, & oſtendimus veriſimiliter eo caſu deficere voluntatem defuncti. *Franciſc. Cremen. ſing.* 65. *incip. Statuto huius ciuitatis, &c. Boer. ad conſuet. Bituricen. tit. des couſtumes concernants mariages. §* 4. *colum.* 4. *verſic. item etiam & in addit. ad eum. Et cum in hac ſententia ſit etiam Bart. ad l. cum aurum. ff. de aur. & argen. leg. quem refert & ſequitur Angelus de Clauaſio in ſua ſumma, ad verbum legatum numer.* 39. *verſic. vtrum legatis veſtibus, &c. & ego quoque in eamdem opinionem per d. l. & ſi non ſint, lubens accedo.* & hoc veriſimile eſt maritum legantem ueſtes, cogitaſſe etiam de omnibus quæ veſtibus cohærent, & ſine quibus vxor communiter iiſdem verbis vti non ſolet. Econtra verò, legatis ornamentis, veſtes precioſas & ornamenta precioſa non contineri reſpondit Bart. *ad l. quamuis. ff. ad aur. & arg. leg.* niſi ad modum vniuerſaliter locutus ſit teſtator, vel aliunde illud colligi poſſit, *Socin. conſil.* 10. *incip. quamuis ſupradictæ quæſtiones, lib.* 1. *& Chaſſan. conſuet. Burgund. rub. femme mariee. §. 6. in verb. Sur la moytie. num.* 8. Et quoniam hac de re ſæpe oritur quæſtio, conſulit Ioan. Dilect. *in lib. de arte teſtan. tit 6. cap.* 50. quod ſi vxori leget annulos & indumentum omne eius cauſa factum & paratum, ſi intendat ſolum annulos relinquere quos vxoris cauſa parauit, ſit cautus, vt non dicat ſimpliciter factum ſeu paratum, ſed adiiciat & factos & paratos: nam adiectiuum poſitum poſt plura ſubſtantiua, ad illa tantum refertur, ad quæ referri poteſt, ſalua ratione recti ſermonis, *l. Plautius ff. de auro & argen. leg.* Maximè autem cauendum eſt, ne legatum reddatur inutile. Nam ſi leget perlas & indumenta quæcumque hactenus gratia vxoris facta, perlæ debentur, licet non ſint paratæ gratia vxoris, maximè ſi nullas perlas habebat teſtator gratia vxoris paratas? quia aliàs legatum, quoad perlas, eſſet inutile. *Corneus conſ.* 218. *incip. Videtur, lib.* 4. *Socin. Nepos conſ.* 98. *num.* 21. *lib.* 1.

CAPVT XX.

De legato rerum mobilium.

SVMMARIA.

1. *Mobilium & mouentium appellatio, an ſit eadem.*
2. *Mola an dicatur res mobilis.*
3. *Piſces in ſtagno exiſtentes, an reputentur inter mobilia.*
4. *Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, an computetur inter mobilia.*
5. *Mobilium appellatione vtrum nomina & actiones veniant.*
6. *Reditus an computetur inter mobilia.*
7. *Maritus ſi leget vxori res mobiles quas ei donauerat, quid comprehendatur.*

Celſus I. C. *lib. Digeſt.* Mouentium, inquit, item mobilium appellatione idem ſignificamus, *l. mouentium ff. de verbor. ſignific.* Nam quamuis ſermone proprio mobilia ſunt, quæ ſuppellectilis, quæque inſtrumenti penuſve nomine continentur: vt lectus, veſtis, menſa, & ſimilia, & mouentia ſunt animalia viuentiaque, alterum pro altero vſurpari ſolet, *l. à Diuo Pio. §. 2. ff. de re iudic. Ioan. Trochaus & Alciatus ad d. l. mouentium. Decius conſ.* 381. *incip. Viſis his Pau. Pariſ. conſil.* 67. *num.* 2. *conſ.* 78. *num.* 41. *& conſ.* 97. *num.* 10. *lib.* 2. qui omnes multis exẽplis & quidẽ egregiis,

gijs. demonſtrant, res ſe mouentes, appellatione mobilium contineri. Contigit tamē de qui-
2. bus pauca dicemus. Mola † ſi ædificio immobili accedat, immobilis eſt, ad inſtar tegularum domus, quandiu illi applicatæ non ſunt, quia vna contignatio eſt, *l. eum qui ædes ff. de vſucap.* & ædificij pars eſt mola, vt columna eſt: ſi autem mobilia ædificio annexa eſt, & mobilis eſt, vt ſi naui ſuperimpoſita eſt, cùm & ipſa nauis mobilis ſit, *l. ſi nauem. illo tit. Iaſon conſ.* 270. *lib.* 3. Tyraq. *in* §. 1. *tit. de retract. in gloſſ. ou aultres. num.* 91. tenens, etiam naues molendinarias tanquam mobiles, poſt annum tantùm deberi. *de quo latè Ioan. Papo in commen. ad conſuetud. Borbon.* §. 182. Piſces verò in piſcina vel lacu & ſtagno exiſtentes, an inter mobilia computentur, quæſtio eſt. Et quidam ſunt, qui ita diſtinguunt, quòd ſi piſces ſunt in piſcina, cenſentur res mobiles, *argumen l. limes.* §. 1. *ff. de act. empt.* ſi autem ſunt in ſtagno, cenſentur res immobiles, *argum. in l. longè ff. de diuerſis temp. præſcript.* Alij verò aiunt reſpiciendum eſſe, an cauſa cuſtodiæ in piſcina ponantur, & tunc ſint res mobiles, an verò in lacu aut ſtagno & piſcina ad multiplicationem & incrementum ſint iniecti, & computentur inter immobilia, ſicut fructus à ſolo nondum ſeparatos referunt inter res immobiles, *vt per Caſtr. conſ.* 237 *Ioan. Dilect. de arte teſt. tit.* 6. *c.* 53. *num.* 3. *Alciat. conſ. ſeu reſp.* 600. *incip. Hæc verba, & Ioan. Papo. d.* §. 284. Porrò Chaſſan. *tit des droictz à gens mariees, Rub. femme mariee.* §. 2. *toutes meubles, num* 23. ex aliis reſpondet, piſces ſemper eſſe res mobiles vbicumque ſint, quaſi de ea re aliquis dubitaſſet vmquam. Sed quæſtionem eſſe in eo, an computentur inter mobilia. Et hoc caſu, ſi concedantur cum fundo (id eſt, cum piſcina vel lacu) iudicatur de illis ſicut de aliis mobilibus fundo cohærentibus. *de quibus Ioan. Papo d. loco.* §. 287. *per cap.* 1. *quæ ſunt Regal. l. cum fundus. ff de fund. inſtruct. & inſtrumen. leg. & l. fin. ff de verb. ſignific.* Si vero ſine fundo concedantur, veluti ſi legantur certi piſces in lacu, proculdubio computantur inter res mobiles, *l.* 3. §. *Nerua filius. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quod ſi conceditur ius piſcandi ad certum tempus aut in perpetuum, priore caſu erit res mobilis piſcis, poſteriore caſu inter res immobiles computabitur. Sed hæc Chaſſanæi diſtinctio ad nos propriè non pertinet, qui hoc ſolum quærimus, vtrum legato mobilium piſces contineantur in piſcinis vel lacu exiſtentes, & in illo articulo ſufficit præcedens diſtinctio, an ad incrementum viuariis impoſiti ſint, nec ne. Quod latiùs explicans Claud. Malleuillæus, *qui nuper in Regias aquarum & ſiluarum conſtitutiones commentationem edidit. art.* 92. quod quamuis olim variè diſputatum atque diſceptatum fuerit inter interpretes iuris, vtrum piſces computentur inter res mobiles, quod ſignificare videtur Vlpianus *in l. fines.* §. *vltim. & l. non magis. ff. de act. emp.* communi tamen calculo receptum eſt, quod tunc inter mobiles cenſentur, quando cuſtodiæ cauſa in piſcina, quam viuarium appellitant, reponuntur. Verum piſces, qui reponuntur in ſtagnis vt multiplicentur & creſcant, ait partem eſſe fundi, non ſecus quam fructus pendentes. Ergo, inquit, cum ex piſcibus certus reditus conſtat, apparet partem eſſe fundi, non aliter atque reliqui ſunt fructus. Sed quamuis piſces ſic ſtagno incluſi, quia diutius ſeruari poſſunt, immobilium naturam ſequantur: tamen cum primum ſtagni oſtia ſeu retinacula reſerata & aperta ſunt: tum piſces res mobiles cenſentur ſecundum eum: qui effuſa ſtagni aqua, ſeruando ſeruari non poſſunt argum. *l. ſi. ex lapidicinis ff. de iur. dot.* Nam vt pulchrè poſt Guid. *deciſ.* 19. ait Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ.* §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 18. ponuntur in fundo, vt ſint fructus ſeu reditus ipſius fundi non habentis aliumfructum, & efficiuntur pars fundi, cum ſit ad perpetuam eius vtilitatem: perpetuā, inquam, non quoad ſingula corpora piſcium aut aliarum rerum, quæ tempore ſuo expiſcantur vel colliguntur vice fructuum, ſed quoad ſpecem rei immiſſæ, quæ per ſubrogationem corporum eiuſdem ſpeciei continuatur & perpetuatur, nec aliter poſſet res conſeruari, *l. eum debere ff. de ſeruit. vrb. præd.* Et licet ſpatio temporis ſingula corpora mutentur, tamen mediante ſubrogatione ſemper dicitur eadem res, quamuis ſi velimus propriè loqui, piſces hoc caſu dici aut fingi non poſſent ſecundum eum pars fundi, ſed inſtrumentum fundi, *l. quæſitum* §. *ea verò. ff. de fundo inſtruct.* Vnde apparet cauſam finalem cuiuſque rei reſpiciendam eſſe ad dignoſcendam cuiuſque rei naturam. Nam & in ſimili nemo dubitat, quando machinæ bellicæ & arma caſtri ſint res mobiles, *l. Lucius Titius* §. *collegio fabrorum, ibi, item machinæ ff. de legat.* 3. & tamen quia eo delata ſunt, vt perpetuo remaneant, caſtro & ædificio dicuntur acceſſiſſe. Ideò dicit Bald. *ad cap.* 1. *ſi quis in manſo. n.* 4. *ne controuer. inueſtit.* quod conceſſo caſtro, videntur conceſſæ munitiones, quæ ſunt ad tuitionem caſtri & arma quæ patrisfamilias deſtinatione perpetuo ſunt ibi poſita, vt baliſtæ & alia, *per l. fundi.* §. *Labeo. ff. de act. empt. Tiraquell. de retra. gloſſ.* 7. *num.* 90. *& Ioan. Papo. d. artic.* 286. ſicut & prælum & dolia & vaſa vinaria ſeu cuppæ, quæ prælo coniuncta ſunt, *d. l. Lucius Titius.* Sed latius de his Tiraq. *d. loco* diſputat. Sunt enim qui adeo vera eſſe exiſtimant hæc, quæ de machinis bellicis, baliſtis & ſimilibus dicuntur, vt inter immobilia computari putent quantumuis aliò ſubinde transferantur, ſed eo animo vt redeant. Bald. *conſ.* 478. *Catellia. Cotta in memorab. incip. Caſtro mihi conceſſo.* & plura eodem pertinentia idem Bald. cumulat *ad l. vltim. ff. de conſtit. Princip.* Sic *& ad l.* 1. *colum.* 6. *verſicul. tertio*

no. C.de ſer. fugit. dicit ſeruum aſcriptitium eſſe portionem fundi & inter immobilia computari. *per l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. ſi quis inquilinos. ff. de leg.* 1. quod in animalibus inter inſtrumenta fundi computatis, non eſt dicendum, cum ſint & reputentur inter res mobiles, *l.* 1. *&* 2. *C. de verb. ſignific. de quo idem Tiraq. d. loco, nu.* 118. Sed & illud quæſitum fuit, vtrùm appellatione mobilium pecuniæ contineantur, quæ apud teſtatorem maritum ſunt? Et Iaſon quidem *conſil.* 65. *num.* 5. *lib.* 1. reſpondit quòd non, *l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega.* 3. Sed contrà Decius *conſil.* 472. *lib.* 4. Nam licèt in legato auri & argenti pecuniæ non includantur, quia non facilè quis argenti vel auri numero nummos comparat, *d. l. Quintus. l. cùm aurum. ff. de aur. & arg lega.* & quia pecunia non eſt aurum & argentum niſi ſecundùm quid, & verba intelligi debent ſimpliciter, non ſecundùm quid, *l hoc legatum ff. de leg.* 3. Aliud eſt tamen in legato mobilium: quia pecuniæ moueri poſſunt de loco ad locum, & pecunia non ſolum mobilis eſt, *Bald. ad l. ea demùm. C. de collat.* verùm etiam eiuſmodi, quæ ſeruando ſeruari non poteſt, *Bar. Roma. & alij ad l. ſi ex legati. ff. de verb. oblig. & l. ſi charus ff. de lega.* 2. per Iaſ. allegata probant contrarium: quia ibi dicitur, quod ſi lego mobilia quæ mea erunt, non venit pecunia repoſita, vt mutuo daretur, ſed aliæ, ſic quòd Decius *d. loco.* contra eundem Iaſ. Corneum. *conſil.* 49. *lib.* 4. valdè vrget, & ſequitur Ægid. Thoma. *in lib. de muner. tit. de collet. cap incip. Expoſuimus, num.* 3.

Maior autem diſputatio in eo eſt, Vtrùm pecunia deſtinata ad emptionem prædiorũ, veniat
3. ſub legato mobilium à coniuge coniugi facto: Quam quidem quæſtionem omnium latiſſimè *d. loco. num.* 110. excuſſit Tiraq. ex alijs, quæ ego hic repetenda non eſſe duxi. Multis æqua ſemper viſa fuit ſententia Boerij, *qu.* 209. *incip. Redditio*, dicentis & ex doctrina 25. Interpretum iuris tradentis, pecuniam iſtam inter res mobiles computandam eſſe, tametſi numero 24. quos allegat, diſſentiant: aduerſus quos bis in Senatu pronunciatum fuiſſe ait, quemadmodum & Iaſon cum alijs *ad l. cætera. §. ſed ſi paruerit. ff de leg.* 1. hanc eſſe communem ſententiam aſſerit, quamuis Zaſius *ibi. num.* 18. exiſtimet, has opiniones hoc pacto conciliari poſſe. Aut iſta pecunia eſt redacta ex bonis immobilibus, & deſtinata ad alia immobilia, tunc verum eſt, quod cenſetur immobilis, *l. fundi. in fin. l. granaria. ff. de act. empt.* Aut non eſt redacta ex immobilibus, ſed vltò deſtinata pro emendis bonis immobilibus, & iterum diſtingue: quia aut fuit ſimpliciter deſtinata in emptionem bonorum immobilium, vt ſi dixerit paterfamil. his decem emam bona immobilia: tunc cenſebitur inter res mobiles: quia eſt ſimplex deſtinatio remota à facto. Aut iſta pecunia non ſolum erat deſtinata, ſed & ſepoſita, in arcam recluſa, vt immobilia bona compararentur, & tunc talis pecunia eſt immobilibus rebus connumeranda, *l. à diuo Pio. §. fin. ff. de re iudic.* Et quod hæc aſſertio vera ſit, inquit, ratio viua facit: quia cùm paterfamilias pecuniam in ciſtam recludit: vt ibi ſit tamquam ſpecies, iſta deſtinatio facit ex quantitate corpus, *l. ſi certos. ff. de verb. obligat.* & ſic quantitatem pecuniæ mutat. Sed ne hæc quoque Zaſij ſententia omnibus placet. Nam qui volunt pecuniam huiuſmodi inter res mobiles eſſe, dicunt deſtinationem ſolam non attendi, *d. l. cætera, Iaſon & Bald. ad l ſi nondum. C. de fur.* & pecuniam ex propria ſignificatione inter mobilia computari, *§. & quia parum. in Auth. de nupt.* & quod pecunia pupillorum ad prædiorum comparationem deſtinata, iure immobilium cenſeatur: ad fauorem ſingularem pupillorum, ſolemnitatemque abalienationis pertinere aduerſus communes regulas putant *ad l.* 4. *§. quid ergo. ff. de contr. iudic. tut.* quia deſtinatio alioqui non habetur pro facto, *l cùm in fundo. §. ſi fundus communis. ff. de iur. dot. & d. l. ſi nondum, vbi res deſtinata vt efficiatur ſacra, non habetur pro ſacra, & ita tenent Bald. Ange. Iaſon reſpondens ad argumenta contraria, in d. §. ſed ſi paruerit.* Alij verò dicunt quod id quod paratur & deſtinatur ad rem, habetur pro re ipſa, *d. l. etſi non ſint, d. l. granaria. d. l. liberorum. §. ſed ne cœpi.* ſicut dicitur de re dotali, quod præparatum ad dotem, habetur pro re dotali, *lex Iulia. ff. de fund dot.* & legatis his quæ prioris vxoris cauſa parata erant, licet nondum ei fuerint aſſignata, tamen debentur, *l. ſi quid earum. §. inter emptum. ff. de legat.* 3. & in l. item legato. §. item intereſt eod. tit. Probatur, quod videtur iam facta aſſignatio, quam veriſimile fuit aliquem facturum ſi ſuperuixiſſet, expreſſiuſque in l. quæſitum. §. 1. l. ſi chorus. §. his verbis. l. ſi mihi Mæuia, eod. tit. deciditur, quod pecunia quæ fœnerandi cauſa, vel cuiuſuis præſentis erogationis gratia collata ſit, non habetur inter mobilia, ſed potius inter immobilia, *quam ſententiam amplectuntur Alb. lib.* 3. *ſtatuto Abbas & Barb. ad c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. Roman. ad d. l. ſi ex legati, & conſiliis diuerſis, Chaſſaneus d. loco num.* 16. *verſic quid autem de pecunia. Ioan. Gallus in deciſ. Pariſienſi. quæſt.* 67. *Decius conſ.* 381. *Corneus conſil.* 49. *lib.* 3. *deciſ. Tholoſ.* 388. & Seneca nihil ait magis præſtandum eſſe, quam, ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed quo itur. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora ſemper pluribus placeant. Itaque exiſtimo communem opinionem eſſe veram, quod pecunia deſtinata ad comparationem rerum immobilium, reputatur inter res mobiles, niſi deſtinatio illa teſtatoris vlterius ſit progreſſa ad actum aliquem exteriorem, aut niſi

teſtator

teſtator poſt teſtamentum aut ante oſtenderit illam fuiſſe enixam ſuam voluntatem, quod ipſo moriente vel viuente, bona immobilia ex ea compararentur, aut denique niſi veriſimile ſit illam fuiſſe eius cogitationem, vt ſi fortè ex rei immobilis diſtractione venit, in cuius locum aliam rem immobilem emere tenebatur. Et iſtud probo ſic: Simplex deſtinatio nihil operatur, vt eſt text. *in d. §. ſed ſi ſeparauit. l. 1. C. ad Syllan l. ligni §. ſi lignum ff. de legat. 3. d. l. ſi nondum*, vbi Baldus rectè ait, determinationem non eſſe deſumendam ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt. Sic & legatis libris, hi qui iam cœpti ſunt ſcribi, non debentur: & ſi argentum factum legaretur, & cœptum eſſet fieri ſpecies, moriente teſtatore id argenti non debebitur, licet cœptum ſit, *d. l. etſi non ſint. §. quid ergo. ff de aur. & arg. leg. l. librorum. §. ſed iam cœpti. ff. de leg.* 3. Sed ſi in ſolis finibus deſtinationis non conſtitiſſet teſtator, verùm diſtinationem illam nunc ad actum aliquem producere cæpiſſet, ac fortè rem immobilem emiſſet, & precium nondum ſoluiſſet, aut de emptione ipſa ſeriò iam tractaſſet: tunc videtur illa deſtinatio effectũ ſuũ operari, vt ita verum ſit quod dicitur, deſtinatio conſideranda eſt, ſi res deſtinata eſſet proxima perfectioni, ita vt modicum diſtaret, *Iaſon d. loco, num* 19. *verſic. Quartò in quantum Bart. & Zaſius, n.* 27. *l. penult. & ibi gloſſ. cum Bald. ff. de teſt. milit.* Sic cum teſtator ex officio ſuo cogebatur rem immobilem aliam comparare, dici non poteſt, quòd voluerit iſtam pecuniam, quæ ſic ex diſtractione rei immobilis erat conflata, vel alias ad comparationem rei immobilis neceſſariò deſtinata, inter res mobiles computari, & inter legata mobilium cenſeri. Fateor tamen ingenuè, me plurimum dubitare quæ opinio verior ſit, de qua tot illuſtria ingenia magna animi contentione diſputant.

Non minor eſt quæſtio, An mobilibus le-
5. gatis nomina & actiones comprehendantur? Videtur quod non, quia non veniunt appellatione mobilium aut immobilium, ſed ſunt ſpecies ab his diſtinctæ & ſeparatæ, *vt l. quod Tuberonis § in peculio. ff. de pecul. & l. à diuo Pio. §. in venditione ff. de re iud. & vtrobique Doct. & in l. mouentium ff de verb. ſign. Bar. in l. poteſt. ff. de author. tut. & in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact.* vbi etiam Fulgoſius dicit ita ſe aliàs conſuluiſſe, quod filius in bonis omnibus mobilibus & immobilibus inſtitutus, non dicitur in illis inſtitutus: quia ſub illis verbis nomina debitorum comprehenduntur, & hec ſimiliter dicit mente tenendum, *Card. conſ.* 72. *Socin. conſ.* 71. *Viſo teſtamen. Corneus conſ.* 104. *l.* 2. *& conſ.* 173. *l.* 3. vbi inter cætera dicit Bartholum ſæpiùs ita conſuluiſſe quod in diſpoſitione teſtatoris facta de bonis mobilibus & immobilibus non comprehenduntur iura ſeu nomina debitorum, maximè in ſtatutis, quæ à iure communi diſcrepant, *Lapus q.* 92. *incip. Imprimis videndum*, quòd & ad nomina quoq; producit, etiam genus continentia. *In qua ſententia & Decius quoq; conſ.* 414. *lib.* 3. *& Bald. conſil.* 89. *incip. Andreas. lib.* 5. *fu. t.* Contrarium tamen viſum fuit multis; quia actiones competentes ad res immobiles, computantur inter mobilia, & actiones competentes ad res mobiles, cenſentur inter mobilia, *ſecundum gloſſ. in d. l.* 1. *C. ſi adu. tranſ. & in §. hæc ergo. in verb. numeranda. in Authen. de non alienandis. Fredericus Senenſis conſil.* 12. *Fratres Prædicatores, Bartol. & Angel. in l. ſi ſit legatum. §. vltim. cum ſequen. in fin. ff. de legat.* 1. *Bald. in l.* 2. *C de ſacroſanct. Eccleſ. Alexand. conſ.* 16. *lib.* 1. Quemadmodum videmus, quod actiones quæ competunt ad res immobiles, vſucapiuntur triennio; aliæ quæ competunt ad res immobiles, 10. vel 20. annis. §. 1. *verſicul. & ideo, inſtitut. de vſucap. & tradit Bal. in l. non eſt, ante fin. C. quib. non obſt. longi temporis præſcriptio.* Et ius Canonicum, quod requirit 40. annos ad vſucapiendum rem immobilem Eccleſiæ, idem requirit ad vſucapionem actionis, quæ pro ea competit, *cap. ad aures, de præſcript.* Item actiones competentes minoribus ad rem immobilem, ſine decreto alienari non poſſunt: ad rem mobilem competentes, poſſunt *gloſſ. & Doct. in d. l.* 1. *C. ſi aduer. tranſact. & Bartol. conſ.* 70. *incip. illuſtriſſime domine.* Et ſecundum hanc opinionem, refert Imbertus *in Enchiridio iuris. ad verbum, Bonorum differentia.* Senatum Pariſienſem pronunciaſſe. His tamen non obſtantibus, ad iuris communis diſpoſitionem quod attinet, prior opinio frequentiore calculo probatur, videlicet, quòd nomina non debeantur. *Bartol. conſil.* 51. *incip. Bonauen. ad fin. & conſ.* 234. *incip. Lana Materelli. & Oldrad. conſ.* 215 *incip factum eſt latè. Dominus Rex Franciæ. Panorm in cap. relatum. in* 1. *nota de teſtam. Caſtr. conſil.* 236. *incip. Dico dictum Ser. Franciſcum. l.* 1. *Benedictus Cap. conſ.* 66. *in c. punctus quidam, Bertrandus conſil.* 78. *incip. punctus. Bernardus colum.* 3. *Alex. conſ.* 9. *viſis verbis teſtam. colum. vltim. lib.* 1. *Guido deciſ.* 499. *incip. teſtator quidam. Aufrerius deciſ. Tholoſ.* 315. *vbi dicit ita in ſenatu fuiſſe iudicatum. Latè Corneus conſ.* 104. *lib.* 2. Et ad ſuperiores rationes reſpondent; quod actio reſpectu ſui nec mobilis ſit nec immobilis eſſentialiter, ſed iudicatur & accipitur tanquam tertia quædam ſpecies ab his ſeparata, niſi neceſſitas aliud requirat. Nam ſi neceſſitas legis vel ſtatuti vrget, vt alteri illorum accedat; fortè quia conſtat de omnibus bonis fuiſſe actum, quia ſtatutum dicit, quod in omnibus bonis agnati & cognati ſint hæredes, ita vt agnatis deferantur immobilia, ſed cognatis mobilia, vel ſi aliter ex natura rei requiratur, nomina & actiones accedere ad vnam partem, ſcilicet mobilem vel immobilem, veluti cum quæritur, an iura vel actiones competentes minoribus vel Ec-

cleſiæ, alienari poſſint ſine decreto; tunc de ijs iudicamus vt de re ad quam competunt, ſecundum iura in contrarium allegata, *Iacob. Areti. Bart. Alciat. in dicta l. mouentium ff. de verbor. ſignific. Ang. & Roman. in l. ſi conſtante. §. vltim. ff. ſolut. matrimon. Imol & Panormit. in cap. nulli de rebus Eccl. non alienandis. Cardin. conſil. 66. & conſil. 72. Caſtren. in d. l. quam Tuberonis. Alexand. conſ.* 264. *lib.* 6. *Corneus conſ.* 129. *incip. licet clarum. in fin. lib.* 4. *Socinus conſil* 101. *incip. Viſo teſtamento Antonij, colum. vltim lib.* 1. *& conſi.* 109. *lib.* 4. Hæc tamen omnia ita intelligi & accipi debere exiſtimant, niſi aliter ex communi vſu loquendi actiones ſeu res mobiles aut immobiles contineantur. Is enim communis vſus in ea re, vt ſemper alias magis ſequendus eſt, quam propria verborum ſignificatio. *Oldradus d. conſil* 319. *& Ioan. And. in addit. de ſpecul. tit. de fruct. bus & intereſſe verſic. ſed quid ſi debeo. Felin. in in procemio. decretal. colū* 3. *circa medium quo loco multa ſimilia adducit & accumulat.* Secundò, actiones ſæpè inter mobilia & immobilia computantur, prout fauor vel odium id ſuadet, atque odium à fauore ſemper vincitur. *Imbert. in Enchirid. d. loco verſic. cenſent enim, &c. col.* 6. Tertiò, hoc axioma procedit, niſi diſpoſitio generaliter loquatur de quibuſcunque mobilibus & immobilibus. Nam illa dictio [quibuſcunque] propter effuſiſſimam generalitatem etiam ad caſus improprios trahitur. *Alciat. in d. l. mouentium.* Nā in ſimili (vt inquit) videmus, quòd clauſula [quicunque hæres] etiam extraneum hæredem improprium comprehendit. *Roman. in l. id tempus.* §. 1. *ff. de vſucap.* Et cùm de quibuſ-
3· cunque contractibus loquimur, etiam de quibuſuis intelligimus. *Hippol. Marſil. qui multa talia congerit in l. vnius. §. cogniturum. col.* 4. *verſic. modo redeundo cum multis ſequentibus ff. de quæſtio.* Qua in re tamen Corneus *conſil.* 49. *incip. præſenti conſulta. lib.* 3. contrarium reſpondit per multa iura quæ illic allegat, ſequiturque Iaſon *conſil.* 5. *col.* 4. *lib.* 3. & Decius *conſ.* 3. ſed tu de illius limitationis veritate Andream Tyraquellum *de vtroque retractu, in verbo, Ou aultaes choſes, nu.* 20 *cum multis ſequentibus*, ſuo more multa allegantem, ſi libet, vide, cum Guiliel. Benedic. *ad cap. Raynutius, ad verb. Cætera bona, nu.* 8. *de teſtam* qui dicit, quòd ſi teſtator maritus diceret, [relinquo omnia bona mea mobilia & immobilia remota rerum enumeratione & ſpecificatione, & iura & actiones continerentur, *l.* 1. *§. ſed ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* qua cum deciſione l. Caius. ff. legat. 2. pugnare videtur. Plus dico, inquit, quòd licet appellatione bonorum ſitorum hic Caturci, vel alibi, non veniunt iura & actiones, propter verbum illud (ſita) quod ſignificat bona poſita in loco, & locum occupantia: Iura autem & actiones non ſunt in loco, cùm inter res incorporales cenſeantur, *Bart. ad l. poteſt. ff. de author. tut. Aretin. conſil.* 54. Tamen ſi teſtator dixiſſet, (cætera bona reliquo hic aut vbique ſita aut poſita) tunc appellatione ſitorum & poſitorum venirent nomina & actiones, nec non annui reditus; qui quando ſunt perpetui, inter bona immobilia computantur. Idem ſi ad longum tempus debeantur. Sed ſi non ſunt perpetui, aut ad modicum tempus debeantur, tunc inter bona mobilia computantur, *de quo per Baldum ad cap. cùm Martinus, de conſtitut.* Hæc ille. Alex. tamen *conſ.* 31. *n.* 7 *lib.* 1. dicit, quod ſi quis dixit (dono tibi quicquid habeo Peruſij) nomina & actiones non continentur. cæterum ad reditus quod attinet, an inter mobilia vel immobilia computentur, etiam controuerſum eſt, varieque ea in re iudicatum & pronunciatim eſſe, *d. loco* refert Imbertus & Tyraq. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 7. 8. *&* 9. ad quos recurras. Illud tantùm addo, quòd mobilium legato non continentur res, quas teſtator venales habuit, *l. generali. §. vxori ff. de vſufruct. leg. Ioan Dilectus d. loco, cap.* 0. vt nec ea vtenſilia quæ teſtator cum alio communia habuit. *Bald. ad l.* 1. *C. de nud. iur. quærit. tol. Guil. Bened. ad d. verb. cætera bona. num.* 18. *verſic ſed pone.* Ego dubito an hoc verum ſit, *per l. ſerui electione.* §. 1. *ff. de leg.* 1. *vbi vide.* Quod ſi maritus eas res mobiles vxori legauit, quas ei donauerat, intelligitur legaſſe eas, quæ nondum erant vxoris, & quarum donatio nō valuit, ne legatum reddatur inutile, *Socin. Nepos conſ* 98. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 1. Omni tamen caſu, vxor cui mobilia relicta ſunt, feneſtras vitreas, & alias res ſimiles auferre non poteſt. Et hæc ſufficiant de teſtamentis viri & vxoris. Deo gloria, laus & imperium in ſecula ſeculorum.

FINIS.

INDEX

INDEX CAPITVM

Quæ in hoc Tractatu de Teſtamentis coniugum continentur.

CAP. I *Vtrum coniunx coniugi, ſiue inſtitutionis, ſiue legati iure relinquere poßit.* fol. 485
II. *Futuro & incerto coniugi relinquere an liceat.* ibid.
III. *Quod priori vxori relictum eſt, an in dubio trahatur ad poſteriorem,* 486
IV. *An coniuges conſequantur id quod illiciti matrimonij cauſa inuicem reliquerunt.* 487
V. *An qui poſt ſponſalia tantum contracta impetrarunt conſenſum ex conſtitutione Caroli V. Imp. inuicem relinquere prohibeantur.* ibid.
VI. *Teſtamenta coniugum quomodo legitime impediantur: & an coniunx ſuperſtes habeat vſumfructum ſtatutarium in dote fideicommiſſo grauata.* 489
VII. *De donatione cauſa mortis inter virum & vxorem.* 491
VIII. *Pactum an valeat inter virum & vxorem, vt ſuperſtes alteri ſuccedat.* 492
IX. *An liceat coniugi coniugem blando ſermone ad relinquendum prouocare.* 494
X. *Qua ratione ſuccurratur vxori cuius hæreditatem importunè ambit maritus: & an priore teſtamento clam facto derogare poßit omnibus poſt ſequuturis.* 496
XI. *Vxor an perſtitiſſe cenſeatur in teſtamento metu facto, quod diu deinde viuens, & occaſionem nacta non mutauit.* 497
XII. *Secreta mutatio teſtamenti à coniuge facta an noceat ei, qui emit à coniuge inſtituto.* 498
XIII. *De coniuge, qui coniugē teſtari impedit.* 499
XIV. *De pœna eorum, qui teſtamenti à coniuge facti tabulas ſupprimunt.* 499
XV. *In legatis coniugum an expreſſa verba neceſſaria ſint: an vero ſufficiat tacita coniectio voluntatis.* 501
XVI. *Error in nomine coniugis an vitiet inſtitutionem ſeu legatum.* 502
XVII. *Teſtatorem rogari an coniugi relinquat, & reſpondere quod ſic, vtrum ſatis ſit.* 502
XVIII. *De marito, qui dixit ſe poſtero die coram notario ſolemniter teſtamentum ſuum declarare velle, & interim obiit.* 504
XIX. *In eadem charta teſtamenta coniugum, non repetitis ſolemnibus, an fieri poßint.* 505
XX. *Executio teſtamēti an vxori cōmitti poßit.* 506
XXI. *Vtrum credendum ſit vxori dicenti maritum quæ fieri vellet, ſecretò ſibi commiſiſſe, & an fidē mandati impleti facere teneatur.* 507
XXII. *Coniunx coniugi an poßit committere examinationem rerum malè partarum.* 509
XXIII. *An coniunx pollicitus exequi teſtamentum coniugis, teneatur vltra vires hæreditarias.* 509
XXIV. *De conditionibus ſub quibus mariti vxoribus relinquunt.* 510
XXV. *De variis modis, quibus coniunx libertatem teſtandi de bonis ſuis ſuperſtiti coniugi relictam ampliat, vel reſtringit.* 515
XXVI. *De marito ſubſtituente vxori ſuos hæredes, vel alios.* 516
XXVII. *Vtrum coniuges ſibi inuicem poſſunt dare facultatem alteri de alterius bonis teſtandi pro arbitrio.* 517
XXVIII. *Coniunx, cui arbitrium teſtandi à coniuge relictum eſt, an poßit inæqualiter inter liberos diſponere, eoſdemve penitus excludere.* 520
XXIX. *An coniunx, cui data eſt poteſtas alienandi bona coniugis defuncti inter viuos, poßit de iis diſponere in vltima voluntate.* 521
XXX. *Facultas teſtandi à marito vxori, vel ab vxore marito data an tranſeat ad hæredes.* 523
XXXI. *De coniuge ad ſecundum matrimonium tranſeunte, & de bonis in cōtractu antenuptiali liberæ ſuæ diſpoſitioni relictis non teſtante.* 524
XXXII. *An vxor eligere poßit vel ius municipale, vel teſtamentum mariti, vel contractum antenuptialem.* 527
XXXIII. *De his, quorum in electione iuris municipalis, aut doerij inſpectio eſt.* 529
XXXIV. *Vxor ſi in eligendo teſtamento capta eſt, hæreditatemq́ non confecto inuentario adijt, vtrum in integrum reſtitui poßit.* 530
XXXV. *De vxore ſub beneficio inuentarij hæreditatem mariti amplexa, quam alius volens gerere ſe pro hærede ſimplici, conatur excludere.* 532
XXXVI. *An vxor hæreditatem mariti abſq́ inuentario adiens poßit exigere aut retinere doerium ſuum ante alios creditores.* 532
XXXVII. *De vxore ſubſtituta, & inſidijs mariti hæredem petente.* 534
XXXVIII. *An ſuccurratur vxori, quæ legatum ſibi factum diu ignorauit.* 534
XXXIX. *Anne vxor lucrum conſequi poßit ex teſtamento mariti ſui, quem inteſtabilem & prodigum eſſe iactitavit.* 535
XL. *An vxor conueniri poßit ad res mariti, quas eo poſtulante eorum teſtibus confeſſa eſt ſe habere, ſine alia probatione.* 536
XLI. *Renuntiatio ab vxore facta omnium quæ teſtamento mariti ſibi relicta ſunt, an includat iura dotalia.* 537
XLII. *De vxore legata ſuæ hæredi putatiuo mariti remittente.* 538
XLIII. *Vtrum alter ex coniugibus ſimul teſtatus ſuam diſpoſitionem reuocare poßit.* 549
XLIV. *Si alter coniugum reuocat inſtitutionem, vtrum etiam altera cenſebitur eſſe reuocata.* 542
XLV. *An ſi mulier teſtata fuerit, & poſt conditum teſtamentum nubat, non liberos producat, ideò reuocaſſe teſtamentum cenſeatur.* 543

XLVI. *De teſtamento coniugis, quod in domo eius ruptum inuenitur.* 546
XLVII. *Quibus modis coniunx priuetur commodo teſtamenti coniugis.* 546
XLVIII. *Vxor cui maritus aliquid legauit, an illud perdat, ſi ante aditam hæreditatem occupauerit.* 548

Libri Secundi.

I. *Maritus an poſſit in præiudicium vxoris de acquiſitis teſtari.* 549
II. *An vxor partem petere poſſit ex bonis iniuſtè acquiſitis, de quibus ipſa inuita maritus teſtatus eſt.* 550
III. *Maritus an teſtari poſſit de bonis acquiſitis in præiudiciũ vxoris, quã ſciens pauperẽ duxit.* 551
IV. *Poſſitne maritus de acquiſitis teſtari in præiudicium vxoris, quæ doloſe dotem, quam non habebat, promiſit.* 552
V. *De vxore, quæ adoleſcentem pellexit.* ibid.
VI. *An vxori dimidiam partem acquiſitorum petenti obijci poſſit, quod res mariti ſtante matrimonio amouit, aut decoxit.* 553
VII. *Maritus qui de acquiſitis teſtari non poteſt, an poſſit ea infirmus donare inter viuos.* 554
VIII. *Donatio & alienatio acquiſitorum facta per maritum vxore multum infirma an præſumatur fraudulenta.* 555
IX. *De vxore in bonis acquiſitis maritum fraudante, & de iis teſtante.* 556
X. *De iis, quæ maritus ſtante matrimonio emit, & in quibus proles prioris ſui thori inhæredari facit.* 557
XI. *An vxor aduerſus teſtamentũ mariti ſit retinẽda in poſſeſſione dimidiæ partis acquiſitorũ.* 558
XII. *Quibus caſibus maritus etiam de parte ſua bonorum acquiſitorum teſtari non poteſt.* 559
XIII. *Si coniunx teſtetur de bonis ex parte ſua prouenientibus, an etiam acquiſita complexus cenſeatur.* 560
XIV. *Maritus an poſſit teſtari de veſtibus ſeu ornamentis vxoris.* 561
XV. *Num vxor de veſtibus & ornamentis à ſe in matrimonium illatis libere teſtetur.* 562
XVI. *Vtrùm maritus poſſit teſtamento vxorem priuare legitima tutela ſuæ prolis.* ibid.
XVII. *Adminiſtrator bonorum maternorum an alius ab vxore dari poſſit liberis, quam dedit pater.* 563
XVIII. *Quid & quantum coniunx poſteriori coniugi relinquere poſſit* 564

Libri Tertij.

Cap. I. *An valeat ſtatutum ne vxor ſine conſenſu mariti teſtetur.* 568
II. *Maritus an cogatur vxori teſtanti conſentire.* 569
III. *Vtrum maritus præſens & non contradicens vxori teſtanti conſentire videatur.* 570
IV. *Vxor ſine conſenſu mariti teſtari prohibita an eo abſente teſtari poſſit.* 571
V. *Maritus abſens an per procuratorem, nuncium aut epiſtolã conſentire poſſit vxori teſtanti.* 572
VI. *An maritus peregrè domum reuerſus poſſit ratum habere teſtamentum vxoris ſine ſuo conſenſu factum.* 573
VII. *Teſtamentum vxoris ſine conſenſu mariti factũ, an ea mortua à marito ratificari poſſit.* 574
VIII. *Si maritus ante præſtitum conſenſum vxori, quæ iam teſtata eſt, moriatur, an hoc teſtamentum non mutatum ſubſiſtat.* ibid.
IX. *Maritus an validè conſentiat vxori in rem eius teſtanti.* 575
X. *De marito, qui in teſtamento vxoris ſuo conſenſu facto legatum ſibi adſcripſit.* 576
XI. *Maritus an poſſit eſſe notarius in teſtamento vxoris ſuo conſenſu facto.* 578
XII. *Statutum vetans vxorem filios habentem ſine conſenſu mariti teſtari, an extendatur ad eam, quæ non habet filios, ſed nepotes.* ibid.
XIII. *Statutum requirens conſenſum mariti, an locum habeat, ſi vxor teſtetur inter liberos.* 579
XIV. *Mariti conſenſus ſtatuto requiſitus, an ſit neceſſarius vxori teſtamenti ad piam cauſam.* ibid.
XV. *Statutum requirens conſenſum mariti an locum habeat, ſi vxor teſtetur de eo quod debet.* 580
XVI. *Statutum ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, an locum habeat, ſi vxor rem aliquam illi leget, à quo eam anteà dono accepit.* 581
XVII. *Conſenſus mariti an ſit neceſſarius vxori extra territorium ſtatuentium teſtanti.* 582
XVIII. *Conſenſus mariti an tempore peſtilentiæ vxori teſtanti ſit neceſſarius* ibid.
XIX. *Teſtamentum vxoris tempore peſtis ſine conſenſu mariti factum, an rumpatur, ſi illa poſtea ſanitati reſtituta conſenſum eius non adhibuerit.* 584
XX. *Si ſtatutum exquirat conſenſum mariti in teſtamento vxoris, an etiam in reuocatione teſtamenti erit neceſſarius.* 585
XXI. *Vtrum maritus conſenſum vxori præbitum reuocare poſſit.* 586
XXII. *Conſenſus mariti an ex diuturnitate temporis interceſſiſſe præſumatur.* 587
XXIII. *An aduerſus teſtamentum conſenſu mariti factum reſtitutionem in integrum petere poſſit, ſi in eo lapſa læſaque ſit.* ibid.
XXIV. *Statutum requirens conſenſum mariti an locum habeat in teſtamento vxoris coram Principe, aut iudice ſuperiore facto.* 588
XXV. *Princeps an inuito marito poſſit tollere ſtatutum, ne vxor abſque conſenſu mariti teſtetur.* ibid.
XXVI. *Auguſta & Regina an hoc ſtatuto teneantur.* 590
XXVII. *An valeant ſtatuta ne abſque liberorum aut propinquorũ conſenſu vxor teſtari poſſit.* 591
XXVIII. *Statutum iſtud an intelligatur de mulieribus conſanguineis.* ibid.
XXIX. *Pupilli & minores vtrum hoc ſtatuto comprehendantur.* ibid.
XXX. *An ſtatutum conſenſum liberorum, aut propinquorum requirens trahatur ad illegitimos, legitimos, adoptiuos.* 593
XXXI. *Si ſtatutum requirat conſenſum propinquorum*

rum in teſtamento vxoris, an eorum conſenſus ſit neceſſarius, qui gradu proximi ſunt, an verò aliorum vlteriorum ſufficiat. ibid.

Libri Quarti.

Cap. I. *An valeat ſtatutum vel conſuetudo ne coniunx coniugi quid leget.* 595

II. *Statutum vetans coniugem coniugi relinquere, an locum habeat in legato remuneratorio.* 596

III. *Vtrum valeat ſtatutum, quod vir vxori aliquid teſtamento relinquere cogatur, & quomodo intelligi debeat.* 598

IV. *Si ſtatutum habet, quod vxor non extantibus liberis debet marito relinquere certam partem ſuorum bonorum, an illa poſſit bona inter viuos alienare.* ibid.

V. *Si ſtatutum vetat ne maritus vxori leget, an vice verſa vxori prohibuiſſe videatur ne marito leget.* 599

VI. *Statutum an valeat quòd coniunx coniugi legare non poſſit ſacra vnctione ſumpta.* 601

VII. *Coniunx legare prohibitus an poſſit cauere, ne hæredes, bona ſine conſenſu coniugis ſuperſtitis alienent.* ibid.

VIII. *An per iſtud ſtatutum maritus impediatur, quo minus vxori committat diſtributionem certarum pecuniarum pro anima ſua.* 602

IX. *Maritus ſi ſtatuto prohibetur vxori legare, an poſſit ei relinquere facultatem vendendi res ſuas pro ſolutione communium debitorum.* 603

X. *Statutum ne vxori relinquat maritus, an locum habeat conſentibus mariti hæredibus.* ibib.

XI. *Statutum vetans legare vxori an habeat locum in ſponſa per verba de præſenti nondum cognita, aut domum traducta.* 604

XII. *Statutum ne coniunx coniugi leget, an contineat legatum coniugis poſt factam thori ſeparationem.* 606

XIII. *Statutum nequis decumbens lecto teſtetur an comprehendat vxorem puerperam.* 607

XIV. *Statutum vetans minorem 25. annis teſtari, an contineat nuptam minorem.* 608

XV. *An ſtatutum, ne vxor habens dotium conuentionale poſſit quidquam præterea petere ex bonis mariti, impediat quo minus maritus ei leget.* ibid.

XVI. *Argumentum à contrario ſenſu an procedat in ſtatuto quod coniunx coniugi certam ſummam legare poſſit.* 609

XVII. *Si vxor ex ſtatuto prohibeatur legare niſi ad piam cauſam, an marito legare poſſit.* 610

XVIII. *Statutum ne quas res coniunx coniugi leget, an intelligatur de proprietate tantum, an etiam de vſufructu.* ibid.

XIX. *An coniunx cui permiſſum eſt ſolum vſufructum dimidiæ partis bonorum relinquere coniugi, poſſit relinquere alimenta.* 611

XX. *De ſtatuto quod vxor ſolum poſſit legare dotem ſuam.* 612

XXI. *An ſtatutum ut liberi ſuccedant in dotem maternam impediat matrem teſtari commodo mariti de eadem dote.* ibid.

XXII. *Statutum ne coniunx coniugi legare poſſit, ſed bona ſua non extantibus liberis ad fratres tranſmittat, an locum habeat ſi non fratres extent, ſed ſorores.* 613

XXIII. *Statutum ne maritus habens aſcendentes aut deſcendentes relinquat vxori vltra centum; an locum habet ſi reliquerit vltra, ſed poſtmodo dicti hæredes ante illum moriantur.* 614

XXIV. *Vtrum hæres teneatur in foro animæ præſtare ea, quæ vir vxori vltra modum ſtatuti legauit: & vxor huiuſmodi legatum retinere poſſit.* ibid.

XXV. *Statutum nouum ne vir leget vxori, an trahatur ad teſtamentum anteà factum.* 615

XXVI. *Quod antiquato ſtatuto vxori legatum eſt, an ei debeatur, ſi tempore contracti matrimonij ſtatutum extiterit.* 617

XXVII. *Si ſtatutum prohibet vxori legari vltra certam partem bonorum, cuius temporis ſtatus bonorum ſpectandus ſit.* ibid.

XXVIII. *Statutum ne coniunx coniugi leget, an extendatur ad res alibi ſitas.* 618

XXIX. *Statutum ne maritus leget vxori, an contineat maritum alibi teſtantem.* 621

XXX. *Statutum ne maritus leget vxori, an contineat maritum forenſem.* ibid.

XXXI. *Statutum ne quis forenſi leget, an contineat maritum forenſem, ducentem vxorem in loco ſtatuti, ne ex teſtamento vxoris ante nuptias contractas condito legatum capere poſſit.* 622

XXXII. *Si ſtatutũ prohibet coniugi forenſi relinquere, an is æſtimationem rei legatæ capiet.* 625

XXXIII. *Si ſtatutum vetet legare forenſi, & coniunx tempore contracti matrimonij teſtamentique conditi ciuis fuerit, ſed poſtea forenſis eſſe incipiat, an legatum capiet.* ibid.

XXXIV. *Statutum vetans legare forenſi an contineat vxorem in loco ſtatuti nuptam & habitantem, ſed alibi natam.* 626

XXXV. *Statutum ne vir vxori leget an contineat nobiles curiam Principis ſequentes ſi in loco ſtatuti teſtentur, & moriantur.* 627

XXXVI. *Mercatores & ſcholaſtici an iſti ſtatuto adſtringantur.* 628.

XXXVII. *An locus originis an vero domicilij mariti teſtantis ſpectetur.* 629

XXXVIII. *Maritus ſi legauit vxori in loco vbi hoc ei licuit, & poſtea aliò domicilium tranſtulit, vbi ſtatutum eſt coniugem coniugi legare non poſſe, vter locus ſpectandus ſit.* 630

XXXIX. *Coniunx ſi coniugi legare non poſſit, an trahatur prohibitio ad hæredis inſtitutionem.* 631.

XL. *Prohibitio ſtatuti ne coniunx coniugi inſtitutionis legatiue iure relinquere poſſit, an includat ſubſtitutionem.* 633

XLI. *Coniunx prohibitus teſtari, poſſitne codicillos ſcribere.* 634

XLII. *Maritus prohibitus relinquere vxori, an mortis cauſa ei donare poſſit.* 634

XLIII. *Si ſtatutum vetet coniugem coniugi legare, & alius quidam rem vxoris ea conſentiente marito legauerit, an valeat legatum.* 636

XLIV. *Sta-*

XLIV. *Statutum ne coniunx coniugi leget, an extendatur ad legatum rei modicæ & vilis.* 637

XLV. *Statutum ne coniunx coniugi leget, an contineat rem, quæ fuit aliquando maiorum coniugis legatarij, licet non ſit in bonis coniugis legantis.* 638

Libri Quinti.

Cap. I. *Maritus inſtituit vxorem hæredem ſub conditione ſi filia ſibi naſceretur: an nulla filia nata vxor ad hæreditatem admittatur.* 639

II. *Maritus inſtituit vxorem hæredem cum filio, ſi naſceretur, vel cum filia, ſi naſceretur, & filius & filia nati ſunt: an vxor excludatur.* 640

III. *Si maritus inſtituit ventrem vxoris hæredem, qui vocati cenſeantur.* ibid.

IV. *Vxor quam maritus reliquit dominam bonorum ſuorum, nullo alio hærede ſcripto, an cenſeatur eſſe hæres.* 642

V. *Quid autem conſequetur vxor relicta domina & vſufructuaria, &c. alio hærede inſtituto.* 644

VI. *Si vxor relicta domina & vſufructuaria ex marito habeat liberos, quid conſequetur.* ibid.

VII. *Si maritus relinquit vxorem dominam & vſufructuariam, & filios adoptiuos, filias prius dotatas, parentes, fratres aut amicos hæredes ſuos inſtituat, quid conſequetur vxor.* 645

VIII. *Quid vxor relicta domina & vſufructuaria extantibus liberis conſequetur, ſi alimenta ſibi ſufficiant, reliqua verò bona liberis non ſufficiant.* 647

IX. *Vxor ſi extantibus liberis tantum alimenta conſequatur quando inſtituta eſt domina & vſufructuaria, an illis mortuis aſſequatur proprietatem.* 648

X. *Quid conſequetur vxor ſi non liberis, ſed pauperibus Chriſti inſtitutis relicta ſit domina & vſufructuaria.* ibid.

XI. *Si filio inſtituto mortuo, extraneus ei ſubſtitutus ad bona perueniat, quid vxor relicta domina & vſufructuaria conſequetur.* 649

XII. *Vtrum conſuetudine prædicta ligetur vxor Principis.* 650

XIII. *Si maritus in ſuo teſtamento relinquat vxorem ſuam dominam & adminiſtratricem, & velit quod omnes ſubditi ei obediant, an per ea verba videatur eandem reliquiſſe tutricem liberorum ſuorum.* ibid.

XIV. *Maritus ſi leget vxori vſumfructum ita vt illa non poſſit bona alienare aut vendere, vtrum proprietatem ei legaſſe videatur.* 651

XV. *Maritus vxorem ſuam hæredem inſtituit, eiuſque fidei commiſit, vt pauperibus Chriſti bona ſua reſtitueret, vtrum inter ſpurios mariti ea diſtribuere poſſit.* ibid.

XVI. *Si maritus reliquit vniuerſaliter uxori ſuæ cum filiabus ſuis vſumfructum, an videatur etiam filiabus eſſe relictus, & an mortua matre illis accreſcat.* 652

XVII. *Si maritus velit vxorem ſuam, regimen & adminiſtrationem omnimodam domus ſuæ & bonorum ſuorum habere, omneſque fructus ſine rationibus & computibus reddendis, percipiendi facultatem, penes eam eſſe, quid iuris vxor conſequetur.* 653

XVIII. *Maritus cautè teſtari debet, ne pro vſufructu vxori proprietatem legaſſe videatur.* 654

XIX. *Vxor inſtituta hæres, & grauata reſtituere alteri an poſſit dotem, eiuſq; fructus deducere* 655

XX. *Maritus ſi vxorem reſtituat, & facultatem diſponendi de bonis ſuis eidem tribuat, an etiam vxor de propriis bonis diſponere queat.* 656

XXI. *Coniunx ſi coniugem inſtituat, & liberos ei ſubſtituat, an valeat teſtamentum.* 657

XXII. *Si vxor inſtituatur hæres, & hæreditatem reſtituere cogatur, an ſubintelligatur hæc conditio, ſi abſq; communibus liberis decedat.* 658

XXIII. *Vaſallus vxori vſumfructum in re feudali ſine conſenſu Principis, relinquere nō poteſt.* ibid.

XXIV. *De vſufructu à marito vxori, vel ab vxore marito relicto, varia.* 659

XXV. *De alimentis à coniuge coniugi legatis.* 662

XXVI. *De legato domus & habitationis.* 667

XXVII. *De legato domus & eorum quæ in ea ſunt, coniugi relicto.* 668

XXVIII. *De frumento coniugi legato.* 670

XXIX. *De veſtibus & ornamentis vxori a marito legatis.* 672

XXX. *De legato rerum mobilium.* 676

FINIS.

PETRI

PETRI PECKII I. C.

PARAPHRASIS VTILISSIMA IN VNIVERSAM

LEGATORVM

MATERIAM,

In qua cuiuſque rei legatum ex fuſiſſimis Pandectarum libris, ad propriam ſuam & ſingularem claſſem redactum eſt.

CLARISSIMO ORNATISSIMOQVE DOMINO

D. ANTONIO IIEMANNO,

Kennemariæ Batauorum in oppido Harlemenſi Officiali, Canonico, Vicedecano Eccleſiæ collegiatæ ad Sanctum Liuinum Ziriceæ, Rectori Eccleſiæ Vueſſanienſis digniſſimo, &c. Auunculo ſuo ſemper obſeruando,

P. PECKIVS ZIRICÆVS SVVS NEPOS S.P.D.

OPTIMA ratione à Maioribus inſtitutum eſt, ampliſſime Auuncule, vt cuiuſcunque argumenti Opera ederentur, ea eximij alicuius viri nomine exirent in publicum, tum quòd qui diuulgantur libri, ob maximã detrectatorum inſectationem patrono defenſoreque vt plurimùm egeant; tum etiam id quod à docto aliquo probatum eſſet, imperitorum cenſura eximeretur. Vnde cùm hanc noſtram Paraphraſim in materiam legatorum editurus ſim, te potiſſimum delegi, clariſſime & humaniſſime Auuncule, cuius nomini eam dicarem, vt meæ erga te obſeruantiæ teſtimonium aliquod publicè ferrem, vtque in primo partu egregium mihi patronum aduocarem, qui partes meas commodè tueri aduerſus obtrectatores poſſet. Quod ſi qua enim vnquam in iure edita ſunt, quibus conſilio, patrocinio, iudicio opus eſſet, hæc noſtra præſertim huiuſmodi videntur eo tempore edita, quo ſæculum noſtrum naſutis cenſoribus refertiſſimum eſt. Nec enim me latet, eum, qui primò in lucem prodire cœpit, quaſi aliquid innouare velit, ambitionis aut temeritatis nota non carere, ſoletque plerumque id genus hominibus hoc contingere, quod coruo albo accidiſſe in fabula traditum eſt, vt à conge-

generibus auibus tamquam diſſimilis vellicaretur, aliis autem nihilominùs ſuſpectus eſſet. Sed certè non adeò mihi curæ eſt, quid hi de noſtris ſtudiis ſentiant: inuidorum enim turbam (ſi qui ſint qui in meos illos labores canino rictu latrare pergunt) tanti facio quanti Therſiten Achilles; abundeque mihi ſatisfecero, ſi conſilij mei rationem noſtræ claſſis hominibus probare poſſim. Tuo enim, Auuncule præſtantiſſime, tuique ſimilium (id eſt optimorum virorum) tutamine defenſus, bilioſas iſtas oſorum aſpergines tum faciliùs deprecabor, quòd video nihil vel maximè integrum relinqui, quin inuidorum fœdiſſimo latratu violetur. Sed hæc quandoquidem ita ſunt, ſuſtinenda ſunt. Quantus enim labor eſſet Medicis, inuidiam ipſam ferro exſcindere, vel potionibus vel pharmacis expellere, vtpote morborum omnium quibus capiuntur homines multò maximum, nullus eſt qui neſciat. Quod cùm & ipſe animo meo diu verſarem, nullum in locum mihi viſus ſum quantulaſcumque noſtras lucubrationes poſſe tutiùs reponere, quàm ſi ſinui tuo commendarentur. Animi enim tui clariſſima inſtituta mirum eſt, quantum me impulerint, vt à virtutis tuæ contemplatione oculos deflectere numquam poſſim. Apud Kennemaros Batauos hactenus duobus eccleſiaſtica iuriſdictio commiſſa fuit; at tu ſolus vndique ingruentia negotia ſic explicas, tanta celeritate perficis, vt quoſuis facilè tibi ſubditos in tui admirationem poſſis pertrahere. Meritò igitur te potiſſimum delegi, in cuius clientelam lucubrationes haſce noſtras traderem, cuius iudicio dictata hæc qualiacumque ſubiicerem, vt ſi qua in re lapſus eſſem, te correctorem; vbi rectè ſenſiſſem, te defenſorem experirer. Quæ ergo tua eſt humanitas, noli prouinciam hanc tuæ fidei creditam aſpernari, editionemque iſtam, quæ ab ipſo authore proficiſcitur, defendas, atque patrocinio tuearis, excipiaſque ſerena fronte primos hos nepotis tui labores, minimam quidem immenſorum beneficiorum remunerationem, ſed promptiſſimi erga te animi grauiſſimum teſtimonium; olim fata forſan multò maiora præſtabunt. Tuus idem ac noſter Theodoricus Peelmannius Iureconſultus præſtantiſſimus, & Practicorum Iureconſultiſs. cuius ingenuas animi dotes abundè ſatis noſti, ampliſs. te ſaluere iubet. Tu interim bene vale, Auuncule Clariſſime, & valetudinem tuam ſtudiosè cura, quam vt nobis diu inconcuſſam conſeruet, Chriſtum ter Optimum Maximum piis precationibus rogamus. Louanij Ducatus Brabantiæ calendas Nouembris Anno 1552.

D. PE-

D. PETRI PECKII ZIRICÆI, V. I. LICENTIATI

In vniuerſam legatorum materiam vtiliſſima Paraphraſis.

CAP I.

1. A definitione vniuſcuiuſque rei incipiendum eſſe
2. Legatum quid ſit.
3. Legatorum & fideicommiſſorum eadem natura eſt.

Paraphraſim vſitatiſſimæ legatorum materiæ conſcripturus ab ipſius legati definitione incipiendum eſſe operæpretium exiſtimaui, idque ex Marci Tullij Ciceronis ſententia, † *in princip.* 1. *Offic.* Omnem
1. dicentis, quæ à ratione ſuſcipitur, inſtitutionẽ à definitione proficiſci debere, vt commodiùs id de quo agitur, intelligi poſſit. Deinde per partes progrediendo, qui legare, quibuſque legari, quas res legare, & quibus modis poſſit, diſſeremus. Legatum igitur, donatio quædam
2. teſtamento relicta, *l. legatum. ff. de legat.* 1. vel delibatio hœreditatis eſſe, qua teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid legatum velit, *l. legatum ff. de legat.* 2. rectè definitur: cuius quidem natura ita eſt cum fideicommiſſis conciliata, vt nulla inter ea differentia reperiatur, *l. 1. ff. de leg.* 1. ſed quod legatis deeſt, hoc repleatur, ex natura fideicommiſſorum; & ſi quid amplius eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. *Inſtit. eo. §. ſed non vſque.* Vnde indifferenter his vſi ſunt Iureconſulti, vt omnia quæ legatis inſunt, ea fideicommiſſis inhærere intelligantur: & econtrariò, quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur eſſe legatum. *l. omne verbum §. & omnia C. communia de legat. & fideicommiſſ.*

CAPVT II.

1. Legare nemo poteſt, niſi is qui teſtamentum condere valet.
2. Qui illi ſint.

Porrò ſciendum eſt, eos demum fideicommiſſum relinquere poſſe, qui teſtandi ius
1. habent, *l. 2. ff. de leg.* 1. ſi verò, an liceat ſibi teſtari, quis dubitat, eadem ratio *l. 1. ff. de leg.* 3. *in princip.* eſt Quare neque Impuberi, *l. qua ætate. ff. de teſtam.* quia nullum animi eius iudi-
2. cium eſt: † neque furioſo niſi eo tempore quo furor eius intermiſſus *l. furioſum. C qui teſt. fac. poſ.* eſt: neque prodigo cui bonis interdictum eſt: *l. is cui. ff. de teſtam.* neque ſurdis mutiſve, *l. qui in poteſtate. §. fi. & l. ſequenti. eod. tit.* niſi à Principe id impetraſſent, (at ſi ſcribere valeant impetratione opus non *l. diſcretis. C. qui teſt. fac. poſſunt.* eſt) legare conceditur. Hæretici *c. cum ſecundum de hæretic. li. 6.* quoque neque vſurarij: *c. quamquam. de vſur. eod. tit.* manifeſti, ij ve quibus igni & aqua interdictum eſt, *l. eius. ff. de teſtamen.* neque obſides, *l. obſides. d. tit.* neque cæteri quibus teſtamentum condendi poteſtas conceſſa non eſt, legare poſſunt.

CAP. III.

SVMMARIA.

1. Quibus legari poßit, & quibus non.
2. Mulieres facilè decipiuntur.
3. Anguſtia tempo is legato non obſtat.
4. Si quid ad ornamentum honoremve ciuitatis relictum ſit, quid intelligendum ſit.
5. In indiuiduis hæredes conueniuntur in ſolidum.
6. Filius patri rectè legat.

Legari ſanè illis ſolum poteſt cum quibus teſtamenti factio *§. legari. Inſtit. eodem.* eſt. † Hæretico *c. ſi quis, de hæret.* igitur, aut pagano, 1.
neque apoſtatis neque *l. 1. C. de hæred. inſtitut.* deportatis, neque ob carmen famoſum damnatis, *l. is cui §. fi. ff. de teſtament.* neque excommunicatis, niſi excommunicatio legatum ſequatur, *l. ſed etſi. § ſolemus ff. de hæred. inſtit.* neque receptatoribus hæreticorum, *c. excommunicamus,* 1. *§. credentes, de hæret.* neque iis qui crimini leſæ maieſtatis obnoxij *c. ſi quis tamen de pœnit. dict.* 1. ſunt, neque Simoniacis neque ſpurijs ex damnato *auth. quibus mo. natur. effic. ſui.* coitu natis, neque Cardinalium perſecutoribus, *c. felicis. de pœn. lib. 6.* neque inceſtuoſis, *c. ſi quis.* 17. *q.* 1. neque illis quibus in communi, aut ad proprium vſum quid habere non licet, rectè legatur. Sic quoque ſi tutor pupillam ſuam contra Senatuſc. vxorem duxerit, illa quidem ex teſtamento eius capere poteſt, ipſe autem non poteſt, & meritò; delinquunt enim hi qui prohibitas nuptias contrahunt, & meritò puniendi ſunt, quod, inquit Marcellus, imputari non poteſt mulieribus, quæ à tutore deceptæ 2.
ſunt. *l. fin. ff. de leg.* 1. Seruo ſanè hæreditario rectè legatur, licet hæreditas adita non ſit, quia hæreditas perſonæ defuncti, qui eam reliquit,

vice fungitur. *l. legatum eſt,§.ſeruo dic.tit.* Regula tamen Iuris ciuilis eſt, quæ efficit, quod tunc ſeruis tantùm legare poſſumus, quando domini quoque eorum legatorum capaces ſunt. *l.ſi mihi.§.regula.dic tit.* Vxori etiam maritum vel econtrariò legare poſſe nulli dubium eſt, neque refert duorum menſium ſpatio coniun-
3. cti matrimonio fuerint, vel minori. Anguſtiam enim temporis nihil legato nocere Iureconſ. declararunt, *l.non tantùm.C.de legat.& d.l ſi mihi.§.1.* Sed etſi quis ad opus publicum faciendum legauerit, puto legatum valere, *l.cætera §.ſi quis.ff. de legat.1.* Sic quoque ſi parti ciuitatis aliquid relictum ſit, quod ad ornatum vel compendium honoremue Reipublicæ pertinet, ſine
4. dubiò debebitur. *l.ſi quis à filio. §.fi. d. tit.* Ad ornamentum autem id legatum cenſetur oppidi, vt ſi ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium, legatum ſit. Ad honorem, puta, quod ad munus edendum, venationes, vel ludos ſcænicos, ludos circenſes, relictum fuerit, vel quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium vel epulum relictum fuerit, hoc amplius quod in alimenta ætatis infirmæ, puta ſenioribus vel pueris, puelliſque relictum fuerit, ad honorem ciuitatis pertinere reſpondetur, *l.ciuitatibus in princip.iam d.tit.* Vicis quoque legata perinde licere capere, atque ciuitatibus Imp.noſtri reſcripto ſignificatur: *l.ſi hæres.§.fi. d. tit.* nihil autem refert ad quid legatum ſit, ſiue in diſtributionem relinquatur, ſiue in opus, ſiue in alimenta, ſiue in eruditionem puerorum, ſiue in quid aliud: omne enim valet, *l.ſi quid d.tit.* Sed hoc adde, ſi in opere ciuitatis faciendo aliquid relictum ſit, vnumquemque hæredem inſolidum teneri, quemadmodum diuus Marcus & Lutius Se-
5. uerus Proculæ reſcripſerunt: tempus tamen cohæredi præſtiterunt intra quod mittat ad opus faciendum, poſt quod ſolam Proculam in iudicio conuentam voluerunt facere, imputaturam cohæredi ſumptum pro parte eius, quemadmodum in omnibus iis dici ſolet, quæ diuiſionem non recipiunt, *l.fideicommiſſa §. penul.ff. de legat. 3.* Quæſitum eſt autem, ſi filiusfamilias qui filium habebat, hæres inſtitutus eſt, cùm eſſet vterque in poteſtate aliena, an ab eo filio eius legari poſſet? Reſpondit Iulianus, cùm poſſit à filio patri legari, conſequens eſſe, vt vel fratri ipſius, vel filio, vel etiam ſeruo patris ſui, *l quæſitum in prin.ff.de leg.1.* legetur *l. A*
6. *filio.d.tit.* A filio autem patri legari poſſe, Pauli Iureconſ. reſponſo notiſſimum eſt, nec intereſt an die cedente legari, in patris poteſtate ſit, igitur etſi iuſſu patris adita ſit hæreditas, imputabitur ei in falcidia.

Poſthumo etiam alieno legari poteſt, quemadmodum & hæres rectè inſtituitur, *l.penul. d. tit.* Sola enim voluntas ſeruatur in fideicõmiſſis. Hoc amplius, qui filiabus legauit, ſi mentionem aliqua parte teſtamenti poſthumæ fecit, videtur in filiorum legato & de poſthuma ſenſiſſe. *l.qui filiabus dicto titulo.*

CAP. IV.

De vſufructu legato.

SVMMARIA.

1. *Quæ ſit differentia inter legatum vſufr.omnium bonorum & partis.*
2. *In quibus rebus legatum vſusfructus conſiſtat.*
3. *Omnes fructus ad legatarium vſusfructus pertinent.*
4. *Quid vſusfructuarius poßit facere.*
5. *Quid non poßit facere.*
6. *Modica refectio ad vſufructuarium pertinet.*
7. *Legatarius vſusfruct. cauere debet ſe boni viri arbitratu vſurum.*
8. *Qui releuentur ab onere ſatiſdandi.*
9. *Quibus modis legetur vſusfructus.*
10. *Quibus modis amittatur vel finiatur.*

HIs ita oſtenſis, Iureconſ. *l. omnium. ff. de vſufructu.* ordinem obſeruando atque ab vſufructu incipiendo, ad ſingularum rerum legata deſcendemus. Omnium igitur bonorum 1.
vſumfructũ legari poſſe, niſi excedat dodrantis æſtimationem, Celſus & Iulianus libro decimo ſcribit, & eſt verius, *l.omnium ff.de vſufruct.* Sed & partis quoque poteſt, ſi tamen non ſit ſpecialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. *d. etiam d. tit.* Attamen hactenus inter vtrumque intereſſe putamus: *l. quoties.§. vniuerſorum. d. tit.* quòd ſi ædes incenſæ fuerint, vſusfructus ſpecialiter ædium legatus peti non poteſt. Bonorum autem vſufructu legato, areæ vſusfructus peti poterit, quoniam qui bonorum ſuorum vſumfructum legat, non ſolùm eorum quæ in ſpecie ſunt, ſed etiam ſubſtantiæ omnis vſumfructum legare videtur: in ſubſtantia autem bonorum etiam area eſt, quemadmodum mobilia omnia & immobilia. *l. vxori. ff. de vſufr. legato.* Porrò ſi bonorum vſusfructus legetur, etiam æs alienum ex bonis deducetur, & quod in actionibus erit, computabitur. At ſi certarum rerum vſusfructus legatur, non idem obſeruabitur. *l. fi. d. tit.* Conſtituitur itaque Iure legati vſusfructus, non tantùm in fundo & ædibus, 2.
verùm in ſeruis, iumentis, ceteriſque, *l.1. ff. de vſufr.* rebus, imò & nominibus, *l.poſtquam ff.de vſufr.ear.rer.* quoque. Et quamuis in iis, quę vſu conteri non ſolent, propriùs quidem vſusfructus conſtituatur, vtilitatis tamen cauſa Senatus cenſuit, earum quoque rerum, quæ vſu conſumuntur, vſumfructum dici poſſe. *§.conſtituitur Inſtit.de vſufr.* Itineris verò, actus, viæ, aque ductus vſus nec vſusfructus rectè legatur, cum ſeruitus ſeruitutis eſſe non poſſit, ſed incerti actio erit cum hærede, vel legatario quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi facultatem præſtet, *l.1.ff.de vſufr.legat.* Sanè vſufructu legato, om- 3.
nes

nes fructus rei ad vſufructuarium pertinent, *l. vſufructu legato. ff. de vſufr.* vnde quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde fructus percipi poteſt, eſt ipſius, *l. arbores. d. tit.* quicquid denique ad hominis vſum inductum eſt, in fructu eſt, neque maturitas naturalis hic ſpectanda eſt, ſed id tempus quo magis colono, dominove eum fructum tollere expedit. *l. penult. ff. de vſufr. legat.* Itaque quum olea immatura plus redditus habeat, quàm ſi matura legetur, non poteſt videri, ſi immatura legata eſt, in fructu non eſſe: quicquid certè redditus eſt quicquid commodi ex re percipi poteſt, ad fructuarium pertinet, *d. l. vſufructu.* quæque obuentiones ſunt ex ædificijs, ex areis & cæteris quæcunquè ædium ſunt, vnde etiam mitti cum in poſſeſſionem vicinarum ædium cauſa damni infecti placuit, & iure dominij poſſeſſurum eas ædes, ſi perſeueret non caueri, nec quicquam amittere finito uſufructu.
4. Adde quod & ſyluam cæduam cædere, pedamenta & ramos ex arbore ſumere, *l. Item & ſequenti. ff. de vſufructu.* arboribus euulſis, vel vi ventorum deiectis, ad villæ vſum ferre, *l. arboribus. d. tit. & l. æquiſsimum.* calcem coquere, arenam fodere, rem, in qua vſumfructum habet, alij locare, vel vendere, vel fruendam, vel precario concedere, proinde venas lapidicinarum vel huiuſmodi metallorum, auri & argenti, & ſulfuris, & æris & ferri, & cæterorum fodinas inquirere, lumina immittere, ſed & colores & picturas & marmora poterit, & ſigilla, & ſi quid ad domus ornatum pertinet. *d. l. æquiſsimum.* Pendentes quoque fructus die vſusfructus legati, vſufructuarium ſuos facere nemo negat, *l. ſi pendentes d tit.* ſed & venari in ſaltibus & montibus poſſeſſionis legatæ probè dicitur, nec aprum aut ceruum quem ceperit, domini capit, ſed fructus aut iure gentium aut iure ciuili ſuos *l. vſufructuarium d tit.* facit. Caſam quoque in area legata ipſum ædificare poſſe, cuſtodiæ cauſa earum rerum, quæ in area ſunt, certiſſimum eſt. *l. penul.* Interim tamen ſciendum eſt, quod ipſa, cuius eſt vſusfructus relictus, vſufructuarius boni viri arbitratu frui debet, *l. Item.* nam & Celſus ait, cogi eum poſſe rectè colere: fructuarius enim cauſam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt. *d. l. æquiſſ. §. fructuarius.*
5. Vnde neque arbores fructiferas excidere, neque villam diruere, neque domum per cænacula diuidere, neque lapidicinas, ſi agri partem per hoc occupaturus eſſet, inſtituere, neque dietas transformare, aut coniungere ſeparareve, vel viridaria ad alium modum conuertere, neque nouum riuum parietibus imponere, neque ædificium inchoatum conſummare, neque grandes arbores cædere *l. ſed ſi grandes.* conceſſum eſt, ſed nec lumina altius tollere, neque in domo balneas *dicto loco æquiſsimum.* facere, vt ſcilicet publicè lauet, vel merces vendere poterit, ſed ſi dominus ſolitus ſit tabernis ſuis ad merces ſuas vel balneas vti vel ad negotiandum, vtique permittitur fructuario locare eas etiam ad alias merces, *d. l. ſi pendentes.* Porrò quoniam ſecundum naturam 6.
eſt, eum incommoda ferre debere, quem commoda ſequuntur, *l. ſecundum naturam ff. de re Iu.* non inutiliter conſtitutum eſt, modicam quoque refectionem boni viri arbitrio ab vſufructuario præſtandam, *d. l. vſufruct. & l. hactenus d. tit.* eſſe. Inſuper & in locum demortuarum arborum alias, *l. ſed etſi quid & l. agri.* ponere, collectas impoſitas, aliaſque, *l. quæro. ff. de vſuf. legat.* præſtationes expenſas pro fructibus recolligendis pro rata portionis ſuæ ſoluere *l. Generali §. Lucius, d. tit.* debet. Impendia quoque cibariorum & valetudinis ſerui, in quo vſumfructum habet, reſpicere, natura æquiſſimum eſt, *l. ſicut. ff. de vſufru.* & ſartatecta ſuis ſumptibus præſtare debet, explorati iuris eſt. *l. eum C. d. tit. l. apud Iulia. §. hæres. ff. de legat.* 1. Quod autem de collectis dictum eſt, tunc ſolùm locum habet, quando plus valet quàm fructus: nam ſi tanta eſſet, quod perceptioni fructuum æquiualeret, ſolùm dominus teneretur. Vt poſt Accur, *in l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de leg.* 3. optimè Barth. *in l. penul. §. idem teſtator. d. tit.* determinaſſe videtur, quem nec immeritò Dynus ibi ſequutus eſt.

Quarumcumque autem rerum vſusfructus legatus fuerit, id in omnibus vtiliſſimè conſtitutum eſt, non aliter hæredem rē legatam cogendum præſtare, neque actionem vſufructuario dandum, niſi ſatis dederit ſe boni viri arbitratu vſurum fruiturum. *l. ſi vſusfructus. ff. de vſufr.* 7.
Sed Etſi plures ſint, quibus vſusfructus relictus eſt, ſingulos ſatisdare oportet, non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturos, ſed ea ſe facturos, quæ in re ſua facerent. Rectè igitur facient & hæres & legatarius, ſi in teſtatum redegerint, vt inde poſſit apparere, an & quatenus rem legatam peiorem legatarius fecerit, *l. his. ff. vſufr. quemadmodum caueat.* quam ſanè cautionem nec teſtatorem quidem ipſum remittere poſſe, veriſſimum eſt, *l. 1. C. de vſufr.* quoniam nemo facere poteſt, ne leges in teſtamento ſuo locum habeant. *l. nemo. ff. de legat.* 1. Planè ſi ex die proprietas alicui & vſusfructus legatus fuerit purè, Pompon. ait, *l. ſi vſusfructus mihi. §. planè. ff. vſufr. quem cau.* remittendam eſſe hanc cautionem fructuario, quia certum eſt, ad eum pro- 8.
prietatem vel eius hæredem peruenturam: vel ſi ad fiſcum peruenerit, ceſſabit iſta ſtipulatio, quia nec ſolet fiſcus ſatiſdare. *l. 2. §. ſi ad fiſcum. ff. vt leg. no. cau.* Paterna quoque reuerentia excuſare poteſt, & à cautionibus & alijs omnibus quæ à fructuarijs extraneis à legibus exiguntur. *l. cum non ſolùm. §. hoc procul d. C. de bo. quæ. lib.* Sed & eum qui manifeſtè facultatibus idoneus eſt, neque quicquam ſiniſtræ ſuſpicionis contra eum militat, ad cautionis præſtationem compellendum eſſe, ſatis inhumanum foret, *l. de creationibus. C. de Epiſt. audi. legitimis. ff. de legit. tut.* quod & Caſtrenſis *in l. diuortio. §. ſi interdum*

dum.ff.ſolut.matrim. & Iaſon ſequuti ſunt, *in l. 1.ff.qui ſatiſda.coganturS*upereſt, vt quibus modis
9. vſusfructus legetur, diſpiciamus. Legari igitur poteſt vel ſub conditione vel in annos ſingulos, vel ex die, vel in diem, vel alternis annis, nonnumquam ad tempus, vel etiam purè legari poteſt. Sub conditione autem vſufructu legato, eaque pro parte repleri poſſit, cum per ſe vſusfructus diuiduus quoque ſit, *l.3. ff.de vſufr.* pro ea parte extingui vſumfructum placuit, *l.cui.ff.vſufr.legat.* Certum eſt autem ante conditionis euentum peti non poſſe, imò quod amplius eſt, ſi quis ita legauerit illum fundum (quem vxori in quinquennium à die mortis ſuæ legauerat) peracto quinquennio, cùm eius eſſe vſusfructus defierit, tunc eum fundum illis & illis libertis dari volo, & ſi conditio extiterit, ſicque vſusfructus finitus fuerit, ipſa tamen adiecta dies, tempuſve determinatum expectandum eſt. *l. vxori ff.d tit.* Item ſi ex die vſusfructus legetur vel in diem, dies eius nondum cedit, niſi dies venerit. *l. vnic. §. dies. ff. quando dies vſufr. leg. cedit.* At ſi purè, ab adita hæreditate petetur. *l.2. ff. quando dies leg. cedit.* Alternis *d.l. vnic.* verò annis vel in ſingulos annos relicto, *l.habitationis.ff.vſufr.legat.* ab initio anni deberi conſtat, nec aliud in legato ad tempus obſeruandum erit. *l.ambiguitatem.C. de vſufr.* Hoc quoque prætereundum non eſt, vſumfructum à proprietate ſeparationem recipere, idque pluribus modis accidere poteſt: vt ecce, ſi quis vſumfructum alicui legauerit, nam hæres nudam proprietatem (ſi ſcilicet alteri proprietas legata non ſit) legatarius verum vſumfructum habebit. *inſtit. eodem. §. vſusfructus.* Et econtra, alteri proprietatem & fundum, alteri deducto vſufructu, alteri vſumfructum legare poteſt. Hoc tamem diſcriminis poſitum eſt, vt mortuo vſufructuario, ad proprietatem redeat vſusfructus, vſufructuario verò ſuperſtite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius vtendi, fruendi non tollitur. *l.ſi. patri. C. de vſufr.* Idemque dicendum nemo ambigit, ſi Titio vſusfructus, & Meuio proprietas legata ſit, & viuo teſtatore decedat Titius, nihil apud hæredem relinquetur Titij, & id Neratius quoque ſcripſit, *l.ſi Titio.ff eodem tit.* Multùm autẽ refert, quibus verbis teſtator legando vtatur: nam ſi alij fundum, alij vſumfructum eiuſdem fundi teſtator legauerit, ſi eo propoſito fecit, vt alius vſumfructum haberet, alius nudam proprietatem, errore labitur: nam detracto vſufructu, proprietatem eum legare oportet eo modo: Titio fundum detracto vſufructu lego. Seio eiuſdem fundi vſumfructum hæres dato, quod niſi fecerit, vſusfructus inter eos communicabitur, quia interdum plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt. *l.ſi alij ff. de vſufr.* Interdum quoque vni proprietas, ac duobus vſusfructus ſeparatim legatur, quo quidem caſu, continuis annis nuda proprietas eſt: quòd ſi ex duobus illis inquit Papinianus alter decedat, per vices temporum plena proprietas erit, neque enim accreſcere alteri quicquam poteſt, quoniam propria quiſque tempora, non concurrente altero, fructus integros habuit. *l. 2. ff. quibus mod. vſufr. amittatur.* Aliud ſanè dicendum erit, ſi duobus coniunctim relictis fuerit, quod his verbis Vlpian. pulchrè atteſtatus eſt. Quoties vſusfructus legatus eſt, ita inter fructuarios eſt ius accreſcendi, ſi coniunctim ſit vſusfructus relictus, cæterum ſi ſeparatim vnicuique partis rei vſusfructus ſit relictus, ſine dubio ius accreſcendi ceſſat, *l. 1. ff. de vſufructu accreſcendo.* Rationem diuerſitatis aſſignauit Bal. *in d.l.1.* quòd ius accreſcendi à coniunctione cauſetur, atque in coniunctione fundatum eſt, vnde ſequitur ibi ius accreſcendi non ſubſiſtere, vbi nulla coniunctio eſt. Idem eſt, ſi duobus coniunctim, & alteri ſeparatim vſusfructus eſſet relictus, *d l.1.§. idem.* quamuis hoc non perpetuò verum ſit: interdum enim etſi non ſint coniuncti, tamen vſusfructus legatus alteri accreſcit, vt puta ſi mihi fundi vſusfructus totius, & tibi ſimiliter fuerit relictus; nam vt Celſus 23. ff. & Iulianus lib. 35. ſcribit, concurſu partes habemus. Poſtremò ne in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente vſufructu, placuit certis modis extingui vſumfructũ, & ad proprietatem reuerti. Finitur, *Inſtit. eod. §.fi.* itaque vſusfructus duabus capitis diminutionibus, maxima & media & morte quoque vſufructuarij, cùm ius fruendi morte extinguatur, ſicut ſi quid aliud quod perſonæ cohæret. *l.3.§.fi.ff. quibus mod. vſufr. amit.* Rei quoque mutatione interire vſumfructum, Vlpian. ſcribit, veluti vſusfructus ædium mihi legatus eſt, ædes corruere, vel exuſtæ ſunt, ſine dubio & areæ quoque & cæmentorum vſumfructum extingui conſtat, quod & Iulianus approbat. Sic & ſi cui balnei vſusfructus relictus ſit, & teſtator habitationem ex ea fecerit, vel ſi tabernæ, & dietam fecerit, dicendum eſt vſumfructũ extinctum eſſe, *l.ſi.cui.d tit.* vel ſi ager flumine inundatus ſit, idem dicendum Pompo. exiſtimat. *l. ſi. ager d.tit.* Non vtendo etiam per modum & tempus amittitur vſusfructus, idque vel certæ partis vel pro indiuiſo. *l. placet. d. tit.* Adde, quòd ſi vſusfructuarius proprietario cedat, extirpari vſumfructum, & cum proprietate ſolidatum cenſeri, ita vt iam dictis caſibus nudæ olim proprietatis dominus, incipiat plenam in re habere poteſtatem. *Inſtit.§.fi.in fi.* Et hæc de vſufructu legato dixiſſe ſufficiat.

(The right-margin number 10 stands beside the line "eſſent proprietates, ſemper abſcedente vſufru-".) 10.

CAP. V.

De vſu & habitatione legata.

SVMMARIA.

1. *Differentia inter legatum vſus & habitationis.*
2. *Ex coniecturis nonnumquam voluntas teſtatoris præſumitur.*

3.Vſu-

3. *Vſu domus legato, qui vnà habitare poſſunt.*
4. *Hoſpitem inhoneſtum recipere non licet.*
5. *Abſente filio vſus legatario, pater domum inhabitare poteſt.*
6. *Differentia inter vſum & vſumfructum legatum.*
7. *Qualiter vti vſuarius debeat.*
8 *Vſus pro parte legari non poteſt.*

SI habitatio legetur, an perinde ſit atque ſi vſus, quæritur, *l. ſi habitatio. ff. de vſu & habitat.* & effectu quidem idem penè eſt legatum vſus & habitationis, cui & Papinianus conſentit lib. 19. quæſtionum. In hoc tamen diuerſi-
1. tatem Imper. poſuit, *l. cum antiquas. C. de vſufr.* quòd is, cui habitatio relicta eſt, alteri locare poſſit: Quid enim diſtat, ſi ipſe legatarius maneat, ſiue alij cedat vt mercedem accipiat. *l, cæterum l. ſed neque. ff de vſu & habitat.* In vſu verò legato aliud determinatum eſt, is enim, cui vſus domus legatus eſt, locare non poteſt, *l. cæterum l. ſed neque ff. de vſu & habitat.* quod tamē ita verum eſt, ſi teſtatorem id voluiſſe verſimiliter non conſtet. Nam equitij vſu aurigæ qui locare gratiſve concedere animalia ſolet legato, teſtatorque ſciens legatarium huiuſmodi conditionis atque inſtituti eſſe, legauerit, videtur etiam de hoc vſu ſenſiſſe, *l. planum. §. equitij d. tit.* quod & fuſius Accurſius cæterique
2. Doctores explicuere. *in d. l. cum antiquas.* Sed cum vxore maritus, cui vſus domus relictus eſt, aut econuerſo (nam quarumlibet rerum vſu legato, dicendum eſt vxorem cum viro, promiſcuo vſu eas res habere poſſe) *l. cæterarum. ff. de vſu & habitat.* habitare poteſt, *l. 2. d. ti.* & non ſolus ipſe, ſed cum familia quoque ſua & libertis, & cum his, quos loco ſeruorum in operis habet, *l. cæterum d. tit* licet liberi ſint ſeu ſerui alieni, & cum parentibus, item ſocer cum
3. nuru habitare poterit, & id Ariſto apud Sabinum notauit, hoſpitem quoque & clientes recipere vſuarium poſſe Paul. lib. 8. ff. ſcripſit, quam ſententiam & Tubero approbat, *d. l. 2. in fi.* quamuis tamen non aliter hoc permittatur, quàm ſi is ſit, qui honeſtè cum ea perſona, cui vſus relictus eſt, habitaturus ſit. *l. non aliter.*
4. Quid ergo ſi viduæ legatus ſit, an nuptijs poſt conſtitutum vſum contractis, mulier cum marito habitare poſſit? & eſt verum quod Pompon. lib. 5. & Papinian. lib. 19. quæſtionum probat, poſſe eam cum marito habitare. *l. cætera in fi.* Amplius & abſente filio ſeruove cui
5. vſus relictus erat, pater dominuſve habitare poterit, *l. filiofam l. plenum.* hæc tamen quamuis conceſſa ſint, videmus longè minùs iuris eſſe in vſu legato, quàm ſi vſusfructus legatus ſit, & longè lateque diſtare nemo ambigit: *l. ſi habitatio. §. fin. & inſt. eodem. §. 1.* ſed quid in ea cauſa ſit, videndum eſt: nam eum qui domus *l. Sempronio §. codicillis. ff. de vſufr. legat.* fundive
6. vſum habet, deambulandi & geſtandi quoque ius habere Sabinus Caſſius ait, & lignis ad vſū quotidianum & horto & pomis & oleribus & floribus & aqua cæteriſque neceſſarijs vſurum, *l. patronus. §. codicillis ff. de leg. 3.* nō vſq; ad compendium, ſed ad vſum ſcilicet, non ad abuſum, hoc eſt, vt vltra quā quotidiano vſui deſeruiāt, fructus capere non poſſit, *d. §. 1. inſtit. eodem.* ſed ſi plus ſit vſus quàm oportet, officio iudicis, 7.
qui iudicat, quēmadmodum vtatur, id continetur, ne aliter, quàm debet, vtatur. *l. penul. ff. de vſu & habitat.* Sanè ea quotidiano vſui deſtinantur, quæ cum hoſpitibus & conuiuis conſumere ſolitus ſit *l. plenum d. tit.* & his non ſolùm in villa vti cogitur, ſed & melius eſt accipere in oppidum deferenda, neque enim graue onus eſt horum, ſi abundent in fundo. *d. l. plenum. §. Et ex his.* Adde, quod neque donare, neque gratis concedere alicui poſſit. *d. §. 1.* Vſufructuarius autem hæc omnia poteſt, omneſque fructus ſuos facit: *l. vſufructu legato. ff. vſuf.* vnde fructus quidem ſine vſu eſſe non poteſt, vſus verò ſine fructu poteſt ſubſiſtere, *l. per ſeruum. §. fi. ff. de vſu & habitat.* vnde ſi fructus deducto vſu legatus ſit, inutile eſſe legatum Pompon. lib. 5. ad Sabinum ſcribit. Id tamen admonendi ſumus, quod Diuus Adrianus conſtituit, nempè cum quibuſdam vſus ſyluæ legatus eſſet, vſumfructum quoque legatum videri, quia niſi liceret legatarijs cædere ſyluam & vendere, quemadmodum vſufructuarijs licet, nihil habituri eſſent ex eo legato. *l. penul. d. tit.* Vſus quoque pars legari non poteſt, nam 8.
frui quidem pro parte poſſumus, vti autem non poſſumus. *l. vſus d. tit.*

CAPVT VI.

De ſeruitute legata.

SVMMARIA.

1. *Seruitus tam ruſtica quàm vrbana legari poteſt.*
2. *Seruitus pro parte conſtitui non poteſt.*
3. *Vſus ſeruitutum temporibus ſecernitur.*
4. *Ciuiliter ſeruitute vti oportet.*
5. *Malitijs hominum indulgendum non eſt.*
6. *Diſcordantibus de via eligēda arbiter præſtatur.*
7. *Nulli, niſi habenti prædium, prædij ſeruitus conſtitui poteſt.*

SEruitus tam ruſtica quàm vrbana legari poteſt, vnde poteſt quis hæredem ſuum damnare, *l. poteſt. ff. cōmunia prædio. & § fi. inſtit. de ſeruit.* ne altius ædes ſuas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat, vel vt patiatur eum tignum in parietem immittere, vel ſtillicidium aduerſus eum habere, vel vt patiatur vicinum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere. Id tamen in ſingulis obſeruandum eſt, vt in ſolidum ſeruitus conſtituatur, pro parte enim legari non poteſt, & ſi id factum eſt, legatum non valet, *l. pro parte. ff. de ſeruit. l. ſi. ff. de ſeruit. leg.* Vnde ſi à pluribus hæredibus inſtitu- 2.

 tis

tis via legata ſit, ſingulis hæredes in ſolidū conueniuntur quia & vno ex hæredibus adeunte, vendicari poteſt. *d.l.fi.& l.via ff.de ſeruitut.* Planè ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit, pro diuiſo poteſt alterutri ſeruitutem imponere, quia non eſt pars fundi, ſed fundus. Quod & in ædibus poteſt dici, ſi dominus pariete medio inædificato vnamque domum in duas diuiſerit, vt plærique faciunt: nam & hic pro duabus domibus accipi debet. *l ſi quis duas §.ſi quis partem.ff. communia prædiorum.* Adde, quod & quamuis hoc verum ſit, pro parte ſeruitutem legari non poſſe, vſus tamen ſeruitutum temporibus ſecerni poteſt, fortè vt quis poſt horam tertiam vſque ad horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur, *l.*
3. *via.ff.de ſeruitut.* hæc tamen dierum & horarum interualla non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent legatæ conſtitutæque ſeruitutis. *l.ſeruitutes d.tit.* Si cui ſimplici vſu via per fundum concedatur, legeturve, in infinito videlicet per quamlibet eius partem ire, agere licebit, ciuili tamen modo: nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur, non enim per villam ipſam
4. nec per medias vineas agere, ire ſinendus eſt, cùm id æquè commodè per alteram partem poſſit, & minore fundi ſeruientis detrimento: malitijs enim hominum indulgendum non eſt, *l.in fundo ff.de rei vendicat.* verùm conſiſtit, vt
5. quamprimùm viam direxiſſet, ea demum via ire, agere deberet, nec amplius mutandæ eius poteſtatem haberet. *l.ſi cui.ff.de ſeruit.* At ſi in-
6. ter vtrumque tam hæredem quàm legatarium ea de nō bene conueniat, arbiter dandus eſt, qui viā determinare debet. *l certo generi.§ ſi totus ff. de ſerruſt. præ.* Neque hoc prætereundum eſt, neminem ſeruitutem acquirere poſſe vel vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui prædium habet. *l.1 in fi.ff.communia præ.* Vnde vt valeat lega-
7. tum viæ, requiritur vt legatarius tempore mortis teſtatoris reperiatur dominus prædij dominantis totum, verè vel fictè. *l.ſi fundum.ff. de ſeruitut. legata.* Vtrum autem magis rei, quàm quàm perſonæ contemplationes ſeruitus legata ſit, ex rei ipſiuſque legatarij qualitate definiendum erit. *l pater.d tit.* Sed & illud verum eſt, ſi per fundum meum viam tibi legauero, & adita mea hæreditate per conſtitutum tempus ad amittendam ſeruitutem ignoraueris eam tibi legatam eſſe, amittes viam non vtendo. Quod ſi intra id tempus, antequam ſcires tibi legatam ſeruitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, ſi reliquo tempore ea vſus fuerit, quia ſi tua eſſe cæperat, vt iam nec ius repudiandi legatum tibi poſſit contingere, cum ad te fundus non pertineat. *l ſi partem.§.ſi per fundum.ff.de ſeruitut. ruſt. præd.* Poſtremò ſi duæ domus legatę ſint, mediuſque inter vtramque paries diſtinguat, vtrique domui is paries communis eſt, quod & Iabolenus aſſeruit. *l.ſi is. qui.ff.de ſeruitut. legata.*

CAP. VII.

De dote Prælegata.

SVMMARIA.

1. *Plenius eſt legatum, quàm de dote actio.*
2. *Pacta in mulieris præiudicium, legato tali tolluntur.*
3. *Dos quo pacto legetur, intereſt.*
4. *Certa quantitate non expreſſa, probatio numeratæ pecuniæ neceſſaria eſt.*
5. *Aliud ſi quantitas expreſſa ſit.*
6. *Arbitrio boni viri quo pacto conſtituatur.*
7. *Si legatum factum pro dote detur in dotem, quid iuris.*

MAritus ſi vxori dotem legauerit, valet legatum, quia plenius eſt legatum, quàm 1.
de dote actio. *Inſtit.de lega.. §. ſed ſi vxori. l. 1. hoc tit.ff.* præcipuè in commodo repræſentationis, quamuis cæteris legatis generaliter dies præſtituta ſit, cùm dos alicui annua, bima, trima die reſtituenda foret. Adde, quòd & ſi qua 2.
ſint in mulieris præiudicium pacta conſtituta, beneficio legati tollantur. *d. l. 1.* Refert ta- 3.
men largiter, an dotem reddi maritus vxori, an quæ ei inſtrumento dotali ſunt conſcripta, legati ſeu precarijs verbis ſtatuit: quippe ſuperiori quidem caſu, datum probanti repeti tantùm. Poſteriore verò (nihil nocente falſa de- 4.
monſtratione) ſignificatum inſtrumento poſtulari poſſint, *l ſi. C. ſi falſa cauſa adiect.* quaſi aliquod aliud legatum, non eo iure, quo dos defungitur, *l ſi non deſignata in fi. d. tit.* ſed ſi non deſignata certa quantitate maritus dotem legauerit, ſed quodcunque dotis nomine ad eum perueniſſet, perueturumve eſſet, & id mulier ex teſtamento petat, neceſſaria probatio eſt numeratæ pecuniæ, *d.l.ſi non, in princip.* Rurſum ſi 5.
viri boni arbitratu dotem quis filiæ ſuæ legaſſet. *l.ſi filiæ ff.de le. 3.* Labeo quęſiuit, quantādo- 6.
tē boni viri arbitratu conſtitui oportet, & ait; nō difficile ex dignitate, & facultatibus, ex numero liberorū teſtamentum facientis æſtimare, hoc tamen obſeruandū eſt in ſingulis, ſi ea, quæ alicui viuus teſtator teſtamento reliquit, poſtea in dotem dederit, actionem legatorum ceſſare, *l.filia C. de legat.* niſi manifeſtè docuiſſet eam teſtantis voluntatem fuiſſe vt onerare hære- 7.
dem duplici præſtatione dotis vellet. *l.penult.ff. de dot.præleg.in fi.l.ſi Titio §.1.ff.de legat.2.* Cui planè non eſt abſimile, quod quodam loco Vlpian. tradidit. *l.cum pater ff.de Iur. dot.* Cùm pater (inquit) dotem pro filia promittit, atque moriens filiæ dotem legauerit, valet legatum: dos enim ex promiſſione marito debetur, & legatum filiæ, & ſi quidem hoc animo eſſe teſtatorem filia oſtenderit, vt duplicaret ei legatum, habebit vtrunque, dotem quam maritus

con-

conſecutus fuerit, & legatum ex cauſa legati: quòd ſi alterutrum voluit habere, ſi mulier legatum petat, oppoſita doli exceptione, non aliàs cogetur ei hæres legatum ſoluere, quàm ſi cauerit hæredem indemnem hoc nomine futurum, aduerſus maritum ex promiſſione agentem, ſed ſi maritus agat, nihil de indemnitate eum cauere oportebit: verùm mulier poſt eum agens exceptione repelletur, quia dos ſemel præſtita eſt. Hactenus ille: cætera, quæ huc adduci poſſent, ab ipſo tit. extranea non ſunt & à ſe dependent.

CAP. VIII.

De Vino, Oleo & Tritico legato.

SVMMARIA.

1. *Quid vino legato veniat.*
2. *Vino legato, an vaſa legata cenſeantur.*
3. *Cupæ dolia continentur.*
4. *Si certus numerus amphorarum legatus ſit, neque tot amphoræ ſint, quid Iuris?*
5. *Si 100. vinum amphorarum relictum ſit, nec vllum vnum teſtator reliquerit, quid?*
6. *Vetus vinum & nouum quo pacto cognoſcimus.*
7. *Legatario in mora exiſtente, hæres vinum non poteſt effundere.*
8. *Triticum quid ſit.*
9. *Frumentum quid ſit.*
10. *Ea quæ in rerum natura non ſunt, legari non poſſunt.*
11. *Si teſtator certa quantitate vinum & triticum, & oleum legauerit, quid præſtandum ſit.*

1. SI quis vinum legauerit, omne continet, quod ex vinea natum vinum permanſit, *l. ſi quis vinum hoc tit.* cænomelli quoque & paſſum continebitur, quæcunque verò non ex vinea fiunt, vini appellatione non circumcluduntur, ſi modo vini numero à teſtatore non ſint habita, alioquin Sabinus ſcribit omnia vini appellatione contineri, quæ vini numero paterfam. habuit. Vnde ſi paterfam. acetum vi-
2. ni numero habuerit, vini appellatione perſtringetur. *l. 1. d tit.* Vino autem legato, vaſa quoq; legata videntur, etiam ſi non ſit legatum cum vaſis: credibile eſt enim eam teſtantis mentem fuiſſe, vt voluerit acceſſionem vini eſſe amphoras, ſed nec vtres, nec culeos deberi certum eſt,
3. nec etiam cupas, ſeu dolia, maximè ſi per magnitudinem difficulter moueri queant, *l. ſi cui § ſi vnum.* ſed ea demum vaſa ſequuntur vini legatum, quæ ita diffuſa ſunt, vt non ad perpetuum vſum vaſa reſeruarentur, veluti amphoræ, & cadi. *l. vino.* Ea autem eſt inter hæc differentiæ ratio, quod vinum in amphoras & cados hac mente diffundimus, vt in his ſit, donec vſus cauſa probaretur, & ſcilicet cum his amphoris & cadis id vendimus: in dolia aurem aliam mentem conijcimus, ſcilicit vt ex his poſtea vel in amphoras & cados diffundamus, vel ſine ipſis dolijs veneant, vt Proculus tradit 4.
l. vinum. d. tit. Porrò ſi quis ita legauerit, ex illo dolio amphoras decem lego, & ſi non ſint decē, ſed pauciores inueniri poſſunt, non extinguitur legatum, ſed hoc tantummodò accipitur, quod inuenitur, *l. ſi quis ſeruum. §. ſi quis ita. ff. de leg.* 2. Cui conſonat quod Caliſtratus Iuriſc. tradidit, *in l. cum certus hoc tit.* & quodam loco Iulia. *l. ſi quis teſta. ff. de leg.* 1. ſi is qui ſolum 30. (ponamus amphoras vini) reliquerat. Titio 30. legauit. Seio 20. Meuio 20. Maſſurus Sabinus probat Titium quindecim, Seium 10. Meuium 5. conſecuturos, ita tamen, vt ex his pro rata portionis, falcidiæ ſatisfiat. Si cui vinum 100. 5.
amphorarum legatum ſit, cum nullum vinum reliquiſſet, vinum hæredem empturum, & præſtaturum placuit, non acetum, quod vini numero fuit. *l. 2. hoc tit.* Alia ſanè cauſa fuiſſet, ſi in patrimonio ſuo teſtator habuiſſet *l. 1.* Vetus vi- 6.
num aut nouum ſi legatum fuerit, ex teſtatoris conſuetudine & vſu quid præſtandum erit, apparet, *l. ex vſu & ſequenti. d. tit.* ſed ſi apparere non poſſit, precedentis anni vinum, ſub veteris vini vocabulo continebitur. Porrò ſi in mora 7.
fuerit legatarius, quo minùs vinum, quod in dolijs eſt, legatum tollat, non eſt hæredi effundendi copia, at exceptione repellendus eſt legatarius, ſi damnum per moram eius hæredi illa- 8.
tum non refundat, *l. ſi hæres d. tit.* & hæc de vino dicta ſint. Sermo faciendus de tritico eſt. Tritici ergo appellatione Accurſ. Bart. Zaſius Alciatuſque cæterique Doctores *in l. triticum. ff. de ver. obligat. l. frugem ff. de verb. ſignif.* id omne contineri tradiderunt, quod terra ſeritur, areave conteritur, & licet frumenti appellatio amplior ſit, tamen de tritico intelligimus, (fru- 9.
mentum autem id eſt, quod ariſta in ſe tenet) *ibi § frumentum.* atque hoc communis vſus loquendi obſeruat: omnes denique opes frumentariæ continentur tritici vocabulo, quod apud veteres nobile fuit. Iam ſi quis ita legaſſet, Lucio Titio tritici modios 100. qui ſinguli pondo 100. ponderant, hæres dato, Offilius nihil legatum eſſe putabat, quod etiam Labeo probat, quoniam huiuſmodi triticum in rerum natura 10.
non eſſet *l. quidam hoc ti.* quemadmodum enim ea, quæ in rerum natura non ſunt, aut eſſe non poſſunt, ſtipulatione non confirmantur, ita quoque neque legari poſſunt. *§. 1. inſtit. de inutil. ſtip.* Sed ſi ſub certa quantitate legaſſet, valebit: vt puta certum pondus olei, aliuſve rei legatum eſt, ſed liberum erit hæredi, cuius velit generis oleum legatario ſoluere. *l. cum certum hoc ti.* At ſi ſine quantitate certa oleum, vinum, triticum vxori ſuæ teſtator præſtari voluiſſet, omne id, 11.
quantum teſtator reliquiſſet, Offilius Caſſilius, Tubero, legatum putant, idq; verum eſt. *d. l. quidam.*

CAP.

CAP. IX.

De fundo inſtructo & inſtrumento legato.

SVMMARIA.

1. *Quid fundi appellatione veniat.*
2. *Fundus multis modis legatur.*
3. *Quid fundi inſtructi appellatione veniat.*
4. *Fundo ſicut eſt, vel vti erit, legato, quid intelligendum ſit.*
5. *Quæ doloſè in fundum ad cumulandum legatum congeſta ſunt, in fundo eſſe non cenſentur.*
6. *Fundo, vti optimus maximus eſt, legato, quid veniat.*
7. *Quid fundus ſimpliciter legatus contineat.*
8. *Fundus pro parte rectè legatur.*
9. *Pars fundi fundus eſt.*
10. *Si res legata non demonſtratur, legatũ corruit.*
11. *In dubio, quod minus eſt, ſequimur.*
12. *Seruitutes aditione hæreditatis confundi.*

1. FVndi appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur, *l. fundi. l. quæſtio. ff. de verbo. ſignificat.* Refert autem fundus quo pacto legetur: nonnunquam enim fundus vti inſtructus eſt, legari ſolet: nonnunquam ſimpliciter:
2. interdum cum iis quæ ibi ſunt, vel erunt: aliquando etiam vti optimus maximus eſt, ſed de his ſingulis dicemus. Fundo itaque, ſicut inſtructus eſt, legato, ſiue per fideicommiſſum
3. relicto, villicum, hominesſque & omnia quæ velut ipſe paterfam. cum ibi ageret, vel vt fundus eſſet inſtructus, non temporis cauſa in eo habuit, relicta eſſe iuris authoritate definitum eſt *l. 2. C. de verb. ſignif. l. prædiis ff. de legat* 1. Ea etiam quæ tam fructuum colligendorum quàm ſeruandorum gratia parata ſunt, veluti homines qui agros colunt, & qui eos exercent, præpoſitiuè ſunt his, quorum numero ſunt villici & monitores. Item pecora ſtercorandi, vel paſcendi cauſa ibi conſtituta, vaſa, quæ vtilia culturæ ſunt, ligones, aratrum, ſarculi, falces putatoriæ, bidentes, torcularia, corbes, falceſque meſſoriæ, falces fœnariæ, cali vindemiatorij, exceptorijque in quibus vuæ comportantur, & alia quæ copioſè Vlpian. enumerat, *in l. inſtrumenta. hoc. tit.* & omnia denique ea, quæ ibi vt fructus de his capiantur, fundusſque inſtructior ſit, conſtituta ſunt, quod Caſſius apud Vitellium notat, & ſic non ſolum fundi inſtrumentum, ſed proprium inſtrumentum ſuum reliquiſſe videtur. Ampliùs, etſi quæ res ibi vſus gratia fuerint, vt ſupellex, menſæ vitria vaſa, aurum, & argentum, item vina & mancipia, quæ non ſolum ad cultum cuſtodiamue villæ, ſed quæ vt ipſi patrifamilias in miniſterio ibi eſſent, legato cedunt. Sed illæ ſolæ imagines, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt, legatæ videntur. Eos autem fructus qui, vt venirent, ibi repoſiti eſſent, vel in alium vſum, quam fundi, conuerterentur, ſed etſi qua eo congeſſerat, non vſus ſui, ſed cuſtodiæ gratia, legato non contineri Celſus lib. 21. ff. ſcribit. *l. quæſitum hoc tit.* Et ea quoque in domo, vti inſtructa eſt, legata, locum habent, quę dicta ſunt. Nec nocebit legato, ſi fundum, vti eſt inſtructus, legauerit, & adiecerit cum illis, aut 4.
illis rebus fundo inſeruientibus, illud enim ex abundantia magis adiectum eſt Papinian. reſpondit. *d. l. §. fi.* Illud autem notatu dignum erit, nempè in legato fundi, vt inſtructus eſt, id obſeruandum eſſe, vt is legatario præſtetur, taliſque, qualis cum rebus humanis teſtator eximeretur, eſſet, *l. Lucius. hoc tit l. ſi fundus l ſi poſt ff. quando dies lega. cadit.* Hoc pacto verò legatum, *vt eſt, aut ſicut erit* non multum ab hoc 5.
legato diſſonat, nam & in illo legato, quæ fundi cauſa conſtituta ſunt, ad legatarium pertinent, *l. prædia §. fi. d. tit. l. qui habebat. §. fin. de legat.* 3. vel quæ in eo ſolita ſunt eſſe, quæ ibi maiore parte anni morarentur. At ſi qua conſilio in fundo congeſta contractarunt, quo legatum cumularetur, ea non videntur legata eſſe, *l. cum de lanionis. §. Sabinus. hoc tit.* Ea quoque quæ caſualiter abeſſe contigerit, legato con- 6.
ſtringuntur, *l. quæſitum. §. fi. ff. de leg.* 3. ſed quod caſu ibi ſit, vel ad tempus, legatum eſſe non creditur, & ideò pecuniæ, quæ fœnerandi cauſa ibi fuerunt, non ſunt legatæ, *l. ſi fundus. l. ſi ita ff. de legat.* 3. Sed ſi quis ita legaſſet, Fundum illum cum omnibus quæ in illo fundo erant, lego, mancipia quoque continentur, *l. omnia. §. fin. de legat.* 2. Porrò fundo legato, *Vti optimus maximuſque eſt*, retia, capraria, & cætera venationis inſtrumenta, continebuntur, quæ etiam ad inſtrumenta pertinent, ſi quæſtus fundi ex maxima parte in venatione conſiſtit, *l fundo. ff. hoc tit.* Alia ſanè eſt cauſa, ſi ſimpliciter fundus legatus fuerit: tunc enim nihil eorum, quæ 7.
moueri poſſunt, eius appellatione, exceptis paucis, continetur: *l. cum fundus eodem.* fundi enim nihil aliud eſt, niſi quod intra ſe tenet, eaque tam affixa, vt partes ædificiorum in fundo poſitorum, eſſe cenſeantur, *l. fundi. ff. de actionibus empti.* Sterquilinium tamen & ſtramentũ ad legatarium pertinet. *d. l. cum fundum in fin. & d. l. fundi.* Pro parte quoque legari fundum 8.
poſſe Vlpian. tradidit. Vnde ſi quis hoc pacto legaſſet, Sempronio fundum do, lego, vt eum pro parte habeat, legatum ſubſiſtet, partemque habebit: videtur enim fundi appellatione, non totum fundum, ſed partem appellaſſe: nam & pars fundi, fundus rectè dicitur, *l. planè §. fi. ff. de leg.* 1. Sed hæc quæ dicta ſunt, vt vigorem 9.
habeant, ne in dubium, quis fundus legatus ſit, vocetur, requiritur: fundo enim non demonſtrato, legatum nullum eſt, *l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotium.* quod & Accurſ. quodam loco notauit, *in l ſi ſic. ff. de leg.* 3. At ſi quis cum du- 10.
os

os fundos eiuſdem nominis haberet, fundum Cornelianum legaſſet, atque quiſnam præſtandus eſſet, inter hæredem & legatarium latè diuque diſceptatum eſſe, reſponſum eſt minorem legatum cenſeri, ſi maiorem non poterit
11. docere legatarius. *l. idem Iulianus §. Seio. ff. de leg. 1.* Porrò ſi emptus quidem fuerit, ſed nondum traditus teſtatori, is qui legatus eſt fundus, hæredem legatario cogendum eſſe ex empto actionem præſtare Iulian. ſcribit. *d. l. in princip.* Talis autem ſemper præſtandus eſt (vti mox diximus) fundus, qualis relictus eſt: vnde licet ſeruitutes, quæ hæredi à teſtatore vel teſtatori ab hærede debebantur, aditione hæreditatis confuſas eſſe dici ſolet, attamen in priſtinum ſtatutum redigendæ ſunt. *l. ſeruo legato. §. ſi fundus ff. de leg. 1.* Reſtat vt quid inſtrmenti appellatione contineatur paucis perſtringamus: & minùs ſane, ſi cum inſtrumento fundus legetur, quàm ſi eo modo, *Vti inſtructus eſt*, Sabinus libris ſuis ad Vitellium ſcribit, fatendum eſſe: quam ſententiam quotidie inualeſcere cernimus, cùm in legato fundi, vt inſtructus eſt, omnia inſtrumenta contineantur, non autem ſi alio modo, atq; id eſt quod Vlp. dixit, *l. quæſitum. §. ſed ſi fundum. hoc tit.* dum horum inter ſe differentiam conſtituere conatur. In villæ inſtrumento legato, ſupellectilem non contineri verius eſt. *l. villæ hoc. tit.* Inſtrumentum enim nihil aliud eſſe conſtat, quàm apparatum rerum diutiùs manſurarum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio, *d. l. quæſitum in princip. l. inſtrumenta d. tit.* hoc eſt, ea quæ fructus quærendi, colligendi, conſeruandi, gratia parata ſunt, propriè inſtrumenti appellatione, fundi præcipuè, complectuntur. *d. l. quæſitum.* Sed quia variarum artium varia inſtrumenta dicuntur, inſtrumento legato, quo, qualive, ad vnumquodque opificium vti ſolent artifices, id taleque præſtandum eſſe certum eſt. Vnde venatoribus canes, venabula: Lanionibus, *l. cum de lanionis. d. ti.* menſas, pondera, ferramenta, trutinas, cultros, dolabras: Medicis collyria & emplaſtra: Pictoribus, *l. prioris.* colores, penicillos, & cauterias, & conchas cedere dicimus, idemque in cæteris rebus dicendum eſt, quæ omnia Iureconſ. fuſiſſimè explicarunt. *tot. hoc tit. ff.* Ad domus inſtrumentum id eſſe Pegaſus ait, quod tempeſtatis arcendæ, aut incendij neceſſitatiſque cauſa paratum eſt: quod voluptatis autem, minimè ſpectare exiſtimabat. *d. l. quæſitum §. domus.* Cætera ſtudioſus Lector per ſe inquiret.

CAP. X.

De fructibus & hortis legatis

QVi hortos publicos à Republ. conductos habebat, eorum hortorum fructus vſque ad luſtrum quo conducti eſſent, Aufidio legauit, & hæredem eam conductionem eorũ hortorum ei damnauerat dare, ſinereque eum vti & frui, reſponſum fuit hæredem teneri ſinere frui, hoc amplius hæredem quoque hortorum eorum mercedem Reipub. præſtaturũ. *l. qui concubinam § qui hortos. ff. de legat. 3.* Fundi ſanè fructibus legatis, non ea tantùm quæ ex fundo percipiuntur, intelliguntur legata eſſe, ſed & ea quoque quæ propter fundum percipi poſſunt. *l. item ſi fundi. § aucupiorum ff. vſufr.* Vnde ſi ex eo frumenti, tritici, hordei, nihil produceretur, aucupijs tamen, venationibus, alijſve rebus exercendis, is fundus conducere poſſet, & ſic legatum cenſeri nemo ambigere poteſt, vt rectè quodam loco Bart. explicuit, *in l. cum in plures in princip. ff. locati.* & idem alio loco, *in l. fundus quem ff. de annu. legat.* fundum pro hoc obligatum eſſe tradidit. Omnibus autem fructibus fundi legatis, rectiùs accipiendum eſt, vt coloni portio deducatur. *l. fundi Trebatiam. ff. de vſufru. legat.*

CAP. XI.

De ædibus legatis & area.

SVMMARIA.

1. *Quid ædium appellatione veniat.*
2. *Ea quæ ad tempus tantùm in ædibus ſunt, legata non cenſentur.*
3. *Ex aditu, quid ad ædes pertineat, cognoſci.*
4. *Quid iuris ſit, ſi domus ſimpliciter legata fuerit.*
5. *Quæ ædibus affixa ſunt, non poſſunt legari.*
6. *Vtrum domo refecta, antea legata, domus adhuc legata cenſenda ſit.*
7. *Quid iuris, ſi in area legata, domus ædificetur.*
8. *Domo, & omnibus, quæ in ea ſunt, legatis merces non comprehendentur.*

ÆDibus legatis, ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium, vel propter 1.
ædes habentur, vt putealia, id eſt, id quo puteus operitur *l. Iulianus. §. fin & l. ſequen. ff. de action. empt.* Vnde non refert, affixa ne ædificijs ſint vel non ſint, cùm & ea, quæ ex ædificijs detracta ſunt, vt reponantur, ædificij ſint, quamuis diuerſum conſtituerunt Iureconſ. in ijs rebus quæ nondum ædificijs impoſitæ ſunt, cum tamen ad hoc paratæ eſſent: ſed hæc ita accipienda ſunt, vt in ædificijs perpetui vſus gratia, non ad tempus ſolùm exiſtant. *l. fundi l granaria. ff d. tit.* Ædibus igitur legatis alicui, 2.
omne id ædificium cedet, quod ſupra ſolum earum ædium erit. *l ſi cui. ff. de leg. 3.* Paulus hoc tunc demum falſum eſſe ait, cùm dominus ædium binarum aliquod conclave, quod ſupra concamerationem alterarum ædium eſſet, in vſum alterarum conuertit, atque ita his vſus fuerit, namque eo modo alteris ædibus id accedit, alteris decedit, ſic conſpicimus ex aditu, quid ad ędes pertineat, cognoſcẽdũ eſſe, *Bar. ibi.*

Quare

3. Quare balneas legatæ domus portionem eſſe conſtat, ſi per domum quoque intrinſecus adirentur, *l. prædiis* §. *balneas. d. tit. l. quod concl. ue. ff. de dam. infect.* Similiter qui domum poſſidebat, ſi hortum vicinis ædibus comparauerit, ac poſtea domum legauit, ſi hortum domus cauſa comparauit, vt ameniorem domum ac ſalubriorem poſſideret, aditumque in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum fuit, domus legato continebitur. Appellatione domus, inſulam quoque iunctam domui videri legatam reſcriptum eſt, ſi vno prætio fuiſſet comparata cum domo, & vtriuſque penſiones ſimiliter acceptolatas, rationibus oſtenderetur.
4. *d. l. &* §. *in fi.* Sanè ſi domus alicui legata ſit ſimpliciter, neque adiectum ſit quæ domus, cum de certa domo teſtator ſenſerit, non tamen apparet de qua, cogetur hæres, quam domum vellet, ex his quas teſtator habebat, legatario dare: quod ſi nullas ædes reliquerit, magis deriſorium eſt quàm vtile legatum. *l. ſi domus ff. de leg. 1. in prin.* Sed ſi ſuperficies legata ſit ei, cuius in ſolo fuerit, licet is dominus ſoli ſit, valet legatum: namque conſequetur, vt hac ſeruitutē liberatus, ſuperficiem lucri faciat. *l. ſi tibi homo.* §. *fi. d. tit.* Ædes autem deſtruendæ. *l. filiusfam. miles* §. *ædes. d. tit.* vel ea quæ ædibus iniuncta ſunt, *l. cætera eod. tit.* neque legari, neque per fideicōmiſſum relinqui poſſunt. Idem & in tegulis, & in tignis, & in oſtiis ſenatus cenſuit: idem in bibliothecis, parietibus inhærentibus. Vnde colū-
5. nis ædium, vel lignis, per fideicommiſſum relictis, ea tantummodò ampliſſimus ordo præſtari voluit, nulla æſtimationis facta mentione, quæ ſine domus iniuria auferri poſſunt *l. nutu.* §. *columnis. ff. de leg. 3.* Hoc tamen non perpetuò verum eſt, nam ſi ſub conditione legetur, poterit valere legatum, ſi exiſtentis conditionis tempore, ædibus iniuncta non ſit, ſecundum eos qui & emi rem meam ſub conditione, & promitti mihi ſtipulanti, & legari poſſe aiunt, quia ad conditionalia legata regula Catoniana non pertinet *d. l. cætera.* Sic & ſi quis illicitè ædificaſſet, id eſt, hoc quod dirui conſtitutiones iubent, putat Vlpia. ex eo fideicommiſſum relinqui poſſe: cū enim dirui neceſſe ſit, nulla dubitatio eſt, quin ſenatuſconſultum impedimento non ſit, *l. fideicommiſ.* §. *fi. quis ff. de leg. 3.* Sed & ſi cancelli ſint, vel vela, aut omentaria, aut ſi qui ſint canthari per quos aquæ ſaliunt, legari poſſunt, *d. l. cætera.* § *item hoc.* pluraque alia, quæ dicto Africani re-
6. ſponſo perpulchrè explicantur. Illud quoque ſcitu dignum eſt, quòd ſi domus fuerit legata, licet particulatim ita refecta ſit, vt nihil ex priſtina materia ſuperſit, tamen dicemus vtile manere legatum, *l. ſi ita legatum* § *fi. ff de leg. 1.* At ſi ea domo deſtructa, aliam eodem loco teſtator ædificauerit, dicemus interire legatum, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe fuerit approbatum.
7. Porrò areæ legatæ ſi ædificium nouum imponatur, poſt teſtamentum factum vtrumque debebitur, & ſolum & ſuperficies, *l. ſi area d. tit.* niſi teſtator mutauerit voluntatem, *l. ſeruum filij.* § *ſi area d. tit.* vt & hæc pulchrè. Barth. exponit, & poſt eum quoque cum Ioan. de Imo. Paulus de Caſtro. *ibi & in d. l. ſi area & in l. ſi chorus* § *area de leg. 3.* ad quos te breuitatis gratia remitto. Hoc tamen addendum eſt, quòd domo, & omnibus quæ in ea ſunt, legata, merces, & venalia non comprehendantur, vt Scæuola Iuriſcon. tradidit. *l. generali.* § *vxori. ff. de vſufructu legat.* 8.

CAP. XII.

De naue legata.

SVMMARIA.

1. *Naue legata, diſſoluta, quid debeatur.*
2. *Quid intelligatur, ſi nauis cum inſtrumento legetur,*
S. *Scapha nauis, non eſt inſtrumentum nauis.*

NAue legata, diſſoluta, neque materia, neque nauis debetur, *l. lana legata ff. de leg. 3.* ſed ſi nauem legauero, & ſpecialiter eam aſcripſero, eamque per partes totam refecero, carina eadem manente, nihilominùs rectè à legatario vendicabitur. *l. quod in rer.* § *fi. ff. de leg. 1.* 1.
Cui conſonat id quod Vlpianus quodam loco tradidit *l. quis tamen.* § *ſi nauis. ff. quibus modis vſusfruct. am t.* Et nauis, inquit, ſi hac mente diſſoluta ſit in alium vſum tabulæ transferantur, licet mutato conſilio perficiatur, tamen & perempta prior nauis dicitur. Sed ſi reficiendæ nauis cauſa omnes tabulæ refixæ ſunt, nondum interijſſe nauis videtur, & compoſitis rurſum tabulis, eadem nauis eſſe incipit. *l inter ſtipulantem.* §. *& nauis. ff. de verb. oblig.* Porro cui nauis cum inſtrumento legata eſſet, exiſtimabat Labeo ſcapham quoque nauis deberi, at Paulus contra putauit. Etenim ſcapha nauis non eſt inſtrumentum nauis, nam mediocritate & non genere ab ea differt: inſtrumentum autem cuiuſque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe, atque ea quæque ſit, quod Pomponio lib. 7. Epiſtolarum placuit. *l. fi. ff. de fundo inſtru. & inſtru. legato.* 2.

CAPVT XIII.

De penu legata.

SVMMARIA.

1. *Quæ ſit differentia inter penum eſculentam & poculentam.*
2. *Penu eſculentam legatum quæ ſequantur.*
3. *Legata penu, venalia non comprehendi.*

PEnus vtrum poculenta legetur, ſiue eſculenta, hactenus intereſſe putamus: vt ſi poculenta

culenta penus legata fuerit,ea tantummodò legata cenſentur,quæ vini loco paterfam. habuit, vaſa quoque penuaria, quin contineantur,nulla
1. dubitatio eſt. Ariſto autem ſcribit dolia non contineri & ſi quæ ſint alia, quæ cellæ penuariæ inſtruendæ gratia habentur non continebuntur,*l. qui penum hoc tit.* ſed ea ſola continentur, ſine quibus penus haberi non rectè poteſt, Medicamenta ſanè (quamuis id quod bibitur ſub penu eſſe dici conſueuit) Paulus Iurecconſ. non contineri voluit, cùm ea demum penoris eſſe dicat, quæ alendi cauſa bibuntur, quo in numero antidotum non eſt.*l. non omne eod.* Eſculenta verò penu legata, ea relicta cenſentur, quæ vſui patrisfam. deſtinata dicun-
2. tur,neque ipſius ſolius, ſed amicorum,& clientum & vniuerſorum quos circa ſe habet.*d l.qui penum.§ ſed quod diximus.* Ea igitur ſine quibus penus conſiſtit, minimè contineri verum eſt. *d.*
3. *l. in ſi.* Poſtremò id adnotatum oportuit, ſub penoris legato, venalia non comprehendi, ſed ſi promiſcuo vſu teſtator vſus fuerit, tunc quantum ad annuum vſum,ei familiæque eius, cæterorumque qui circa eum ſunt, ſufficeret, legato cedet, quod plerumque ſecundum Sabinum in mercatorum perſonis euenire conſueuit. *l. nam quod.§ item ſi quis. hoc tit.*

CAP. XIV.

De ſupellectilli legata.

SVMMARIA.

1. *Supellex quid ſit.*
2. *Tapetis legatis quid Iuris.*
3. *Domo legata, ſupellex non continetur.*
4. *Vtrum rei legatæ mutatio legatum perimat.*
5. *Differentia inter legatam ruſticam penum & vrbanam.*

1. SVpellex eſt domeſticum patrisfam. inſtrumentum, *l. 1 hoc tit.* quod ad communem ipſius vſum paratum eſt.*l. ſupellectilis.* quòd nomen ſui generis ſeparatum non haberet, vnde ſupellex neque argento, aurove facto,vel veſti adnumeratur, *d. l. in ſi. & l.qui veſtem.* neque ijs quoque,quæ ad aliquod artificij genus pertinent. *d.l ſupellectilis.*vel in vſu eius communi non eſſent, quales ſunt pugillares, codices, vaſa ænea ſalientis aquæ poſita.*l vaſa eod.* Item ſi quid aliud magis deliciarum, quam vſus cauſa paratum eſſet, ſupellectili non adnumeratur, vt Labeo & Trebatius exiſtimarunt, & bene: ſed menſæ, trabes, zephora, & delphica ſubſellia, ſcamna, lecti, candelabra, vitrea eſcaria & potaria, etiam pretioſiſſima,in ſupellectili ſunt. *l.3.l. 9.* Capſæ verò & armaria meritò à ſupellectilis definitione ſecluduntur,ſi nempe ad arma, veſtes, libroſque recipiendos parata eſſent, quia nec quidem ipſæ res, quibus attributæ ſunt, ſupellectilis inſtrumento cederent. Sanè 2.
inter tapeta diſtinguendum eſt, ſi enim talia ſint, quibus ſubſellia & cathedraria inſterni ſolent, ſupellectilis vocabulo conſtringuntur, ſi verò talia ſint quibus vehicula, aliud conſtitutum eſt.*l de tapetis.* Porrò quemadmodum nec 3.
domo legata,ſupellex legata eſſe cẽſetur.*l ſi.hoc tit.* ita neque ſupellectili legata, habitatio legata dici poteſt: non enim ſibi mutuo accidunt, vt in alijs rebus dicitur, in quibus ſupellectili legata, eiuſdem accidentia legata dicuntur, vt lecto legato fulcra: armarijs & vinculis, clauſtra & claues cedunt,*l librorum §. ſi. ff. de legat. 1.* neque refert, pretioſius acceſſorium ſit nec ne, principali,*l. hæres §.ſi d.tit.* quamuis aliud in vaſis legatis eſſe Iabolenus docuerit: hiſce enim ea vaſa, in quibus conduntur, niſi ſint vilioris materiæ, cedere non creduntur, *d.l.§. præcedenti.*quod & Proculus approbauit. Adde, quòd nec rei legatæ mutatio, legatum perimere poſſit, vnde ſi pocula quis legaſſet, & maſſa facta eſſet, ſcribit Iul. in omnibus lega- 4.
tum ſubſiſtere *l.ſenatus.§ ſi pocula.ff.de legat.1.* niſi teſtatorem mutaſſe voluntatem conſtet. Amplius,qui ita legaſſet,pocula oleagina paria duo do,lego,cùm quatuor pocula oleagina paria habebat. reſponſum eſt vnum par legatum eſſe, quia non ita eſſent bina paria,neq; ita poculorum paria duo,*l.ſi fidei.§. qui quatuor. ff. de legat.3.*neque etiam audiendus eſt hæres, ſi æſtimationem legatæ ſupellectilis poculive præſtare velit, ſibique illum reſeruare: nam Prætorem eum repellere debere tradidit Vlp. *l. ſi domus.§.cùm alicui.ff.de legat.1.* Denique id obſeruandum eſt multum intereſſe, ruſtica ſupellex an vrbana legata fuerit, quemamodum di- 5.
xit Iabolenus: *l. quemadmodum. hoc tit.* alia enim in ruſtica ſupellectili, alia in urbana inueniuntur: ſed in his ſanè plurimum teſtatoris vſus attendendus eſt.*l.ſeruis vrbanis.ff.de leg.3.*

CAP. XV.

De Alimentis legatis.

SVMMARIA.

1. *Differentia inter legatum alimentorum,& legatum cibariorum.*
2. *Quandiu alimenta præſtanda ſint,ex verbis colligi.*
3. *Legatum incertum fauore alimentorum valet.*
4. *Sic etiam abſque certa quantitate.*
5. *Quid iuris,ſi fructus ad alimenta præſtanda non ſufficiant.*
6. *Hæres non tenetur legatarium ad diſciplinam perducere.*
7. *Multùm refert, quo pacto verba proferantur.*
8. *Quando alimenta præſtanda ſint.*
9. *Legatarius tranſigere ſuper alimentis nequit.*
10. *Vbi præſtanda ſint.*

11. *A quibus.*
12. *Quibus alimenta præſtanda ſint.*
13. *Iuſta abſentia excuſat.*
14. *Alimenta cum vita finiuntur.*

1. ALiud longeque diuerſum eſſe, alimentorum legatū, quam cibariorum palam eſt. Alimentis etenim legatis, cibaria, & veſtitus, & habitatio debebitur, quia ſine his ali corpus nō poteſt, *l. legatis l ſi. hoc tit.* & etiam aqua legata cenſetur, ſi in ea regione fuerint alimenta legata, in qua aqua venundari ſolet. *l.* 1. Diarijs verò, vel cibarijs relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calcearium deberi conſtat, quoniam de cibo tantùm teſtator ſenſit. *l. Diarijs.* Alimentis ergo legatis, multùm, quo pacto legentur, referre arbitramur: quod ſi enim ſimpliciter alimenta legata ſint, neque conſtat quamdiu teſtator voluerit legatarium alimenta habere, per totum tempus vitę legatarij debebuntur. At ſi vſque ad tempus, tempus quidē ſpectandum erit, vnde ſi puero vel puellę vſque ad pubertatem relinquantur, huic ad 14. illud ad 18. annum præſtari debent *l. Mela.* Et ſi enim generaliter pubertas ſic definiri non ſoleat, vt varijs in locis Iureconſ. oſtendunt, *Inſtit. quibus mod tut. f. n.* §. 2. hoc tamen tempus pietatis intuitu obſeruandum eſſe, non eſt inciuile. Tanti enim fauoris alimentorum legatum exiſtere, etiam in alijs conſpicimus, vt incertum relictum valeat: quare ſi quis ita legaſſet, Stichus liber eſto, & eum hæres artificium doceat, vnde ſe tueri poſſit, peto, quamuis genus adiectum non eſt, Prætor tamen aut arbiter, ex voluntate defuncti, & ætate, & conditione, & natura, ingenioque Stichi, ſtatuet quod potiſſimum artificium hæres docere eum ſuis ſumptibus deberet. *l. Stichus. ff. de le.* 3. Simile eſt, ſi alimenta relicta ſint abſque certa quantitate: tunc enim ante omnia perſpiciendum eſt, quid defunctus præſtare ſolitus ſit, deinde, quid cæteris eiuſdem ordinis reliquerit, quod ſi neutrum appareat, dicit Valent. ex facultatibus defuncti & charitate eius, cui fideicommiſſum datum erit, modum eſſe ſtatuendum. *l. cum alimenta hoc tit. l. ius. ff. vbi pupil. educ debeat.*

2.

3.

4.

5. At ſi fructus rerum hæreditariarum ad alimenta præſtanda non ſufficiant, cenſuit Bart. *in d. l. cum alimenta.* hæredem ad proprietatem vendendam cogi nōn poſſe, quod Ang. quoq; & Imol. in ſpecie latiùs ſunt proſecuti. *in l. Neſennius. in fin. ff. de re iudic.* In hoc quoque, alimentis legatis, hæres damnandus non eſt, vt ad diſciplinam legatarium perducat ſuis ſumptibus, niſi teſtator id expreſſerit, ſenſeritve: *l. leg. & ſeq. hoc ti.* Medicinā tamen pharmacaq; ægrotanti præſtanda eſſe receptum eſt: cùm enim victum præſtat hæres, eaque quibus curandi corporis noſtri gratia vtimur, ſub victus appellatione contineantur, *l. cætera l. verbo victus. ff. de verbor. ſignifi.* qualia hæc eſſe nemo dubitat, certum eſt & hæc præſtari debere. Quæſtio

6.

fuit inter Iureconſ. diſceptata, quonam pacto videlicet hæc verba à teſtatore prolata interpretanda forent, *Titio fundum ad alimenta vel pro alimentis do, lego,* ſed verius fuit, ipſum fundi, prædijq; legati dominium ad legatarium tranſire, ita vt ad hæredem ſuum tranſmittat moriens, ſi modò poſt diem cedentem è viuis ſublatus ſit, alioquin ad cæteros fideicommiſſarios, ſi qui coniuncti ſint, pertinet. *l. libertis.* 1. *hoc ti. l vnic. C. de cadu. toll.* Alia ſanè cauſa huiuſcemodi legati erit. Titio ex tali meo prædio alimenta lego, aut tale prædium pro alimentis obligo, quia non ad legatarium, ſed ad hæredem tranſit proprietas. *l.* 2. *in fi. l. Lucius hoc tit.* Cuius quidem differentiæ rationem non improbabiliter Bart. *in d. l. libertis.* narrat quòd priore caſu verba diſpoſitiua legati, ad ipſum prædium principaliter referantur, quod ex verbis (lego) & (fundum) aut (prædium) non difficile eſt colligere: conſecutiuè autem ad alimenta referuntur: quare nec mirum eſſe debebat, proprietatem legatario cedere. Poſteriore verò caſu, econtra fieri cernimus: nam verbum (*Lego*) primariè alimenta, ſecundariè autem fundum reſpicit. Supereſt vt obiter adnotemus, quando, qualiter, & quibus, vel etiam à quibus legatum iſtud præſtandum ſit. 7.

Quapropter ſi in annos ſingulos, aliudve determinatum temporis curriculum, alimenta præſtari teſtator voluit, id omnibus modis obſeruandum eſſe, nemo ambigit. *l. annua l.* 1. *& ſequenti. ff. de annuis legat.* At ſi nulla temporis mentione facta, alimenta legaſſet, eaque nunquam intermorituris collegijs, pauperibuſve, annuatim ſoluenda ſunt, *l. ſi ad declinandam.* §. *vbi autem in fi. C. de Epiſ. & cler.* ſed ſi talibus quorum vita, alterationibus, mutationibuſque obnoxia eſt, vel ijs, quæ perpetuò conſiſtere nequeunt, legaſſet, ſingulis menſibus præſtanda eſſe Paul. Iureconſ. tradidit. Hoc tamen tunc demum verum eſt, ſi hæredem nimium non grauet eorum præſtatio: vnde veſtes, & alia quæ commodam diuiſionem per menſes non recipiunt, tunc demum præſtanda crediderim, quando neceſſitas poſtulare videtur, quod & Accurſ. me docuit. *in l. Firmio. ff. quando dies legat. cedit.* Sic autem præſtare alimenta oportebit, vt neque legatario, neque hæredi, eorum præſtatio nimium damnoſa ſit: vnde ſi talis ſit res, quæ tanto tempore quanto legata ſolui conſueſcent, in ſua bonitate conſeruari non poſſet, quales carnes, & eæ, æſtiuis præcipuè diebus eſſe ſolent, in pecunia ſoluetur, *arg. l. Mela in ſi.* idque Prætor pro vtilitate alimentarij arbitrabitur. *l. cum hi.* §. *ſi cui in fi. ff. de tranſact.* Si verò talis, quæ conſeruari poſſit ſit legata, in ſpecie ſoluendam eſſe creditum eſt, ita vt ne tranſigere quidem ſuper huiuſmodi permutatione abſque Prætore poterit alimentarius, *d. l. cum hi.* quòd an perpetuò verū ſit, Vlp. fuſiſſimè declarat, *ibi per totam legem.* Porrò eo loco præſtantur, vbi iuſſit, aut voluiſſe teſtator 8. 9.

tor putatur: quod ſi hoc quidem obſcurum ſit, eo loco vbi hæres domicilium habet, aut maior hæreditatis pars ſita ſit, tribuenda alimenta eſſe communis opinio ſeruat. *vt notat in l. 1. ff. de annuis legat. & glo. in d. l. cum hi. §. in cauſa.* At quid ſi non diuerſa, ſed eadem domicilia habeant, voluit Bart. *in d. l.* 1. ſiquidem pecunia ſit quæ præſtari debeat, ipſum hæredem eamdem ad legatarij domum deferre debere: *arg. l. item. illa. ff. de conſtit. pecu.* quòd ſi verò alia res fuerit, quæ ſine ſumptu tradi ab hærede non poſſit, ſecus dicendum eſt, ſed legatarium ſuis expenſis
11. adferre debere. Iam à quibus legatum iſtud præſtandum ſit, diſpiciamus: certè ab ipſius teſtantis hæredibus, nec ab ipſis ſolis, ſed ſi è viuis ſublati ſint, ab eorum quoque hæredibus danda eſſe, Iureconſ. Scæuola optimè declarat, *l. alimenta. hoc tit* & alio loco non inconcinnè Papinia. *l. cum vnus in princ. eod.* Verum ſi plures ſint, ſiue hæredis hæredes, ſiue onerati, tunc Iudex implorato eius officio, vnum ex pluribus eliget, aut ipſos inter ſe eligere compellet, per quem alimenta præſtentur, cuique cæteri hæredes pecuniam dabunt, vt ex eius vſuris alimenta dentur. Debebit autem is qui accipiet, cauere, iis qui dabunt, ſe redditurum. l. 3. vel etiam ſi malit iudex, facto pro rata diſtributione, vnumquemque ex hæredibus ad tempora dare
12. compellet. Illis autem præſtanda eſſe ſolis alimenta, quos teſtatorem habere voluit, nullus in dubium trahit. At ſi conditio adiecta ſit, non aliter conſequetur legatarius, quàm conditio extitiſſet, tamen ſi non eius culpa conditio defeciſſet, diuerſum ius eſt. Quare ſi quis ita legaſſet, filio ſuo hærede inſtituto per fideicommiſſum, Pamphilo ſeruo meo libertatem do, eidemque cibariorum nomine aureos quinos lego, & veſtiarij nomine, in ſingulos annos quinquagenos, ſub ea conditione, ſi cum filio meo moraretur, iſque filius mortuus ſit, ſi conditioni paruiſſet Pamphilus, etiam poſt mortem filij, alimenta eum habiturum palam eſt. *l. Stichus. §. fi. hoc tit.*
13. Ampliùs, ſi cui legata alimenta fuerint, eumque legitima ex cauſa abfuiſſe contigerit, nihilominùs legatum conſequetur. *l. teſtamento.* Idemque dicendum eſt, ſi quis in metallum damnatus beneficio Principis reſtitutus fuerit. *l. is cui.* Poſtremò hoc adde, quòd ſi pecuniam annuam pater alimentis filij deſtinaſſet, non dubiè perſona deficiente, cauſa præſtandi videbitur extincta: *d. l. Firmio in fi.* conſtat enim alimenta cum
14. vita finiri, quare ad hæredem legatarij non tranſmittuntur. *d. l. cum hi. §. modus in fine. ff. de tranſact.*

CAP. XVI.

De auro & argento legato.

SVMMARIA.

1. *Quid auro argentoq; legato contineatur.*
2. *Aurum factum quid ſit.*
3. *Aurum infectum quid.*
4. *Argentum factum quid.*
5. *Argentum infectum quid.*
6. *Aurum fractum ſub auro facto non continetur.*
7. *Pecunia ſignata hoc legato non venit.*
8. *Eſcarium quid comprehendat.*
9. *Potorium argentum quid.*
10. *Vaſis generaliter legatis, quid veniat.*
11. *Argentum quod eſt in credito, non cenſetur ſuũ.*

CVm aurum vel argentum generaliter legatum eſt, quod auri, argentique relictum ſit, legato continetur, ſiue factum, ſiue infectum ſit: *l. cum aurum hoc tit.* ſed ſi aurum argentumve infectum vel factum legetur, diſtinguendum eſt, quidque argenti facti, vel infecti appellatione veniat, diſpiciendum erit. Si igitur aurum factum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſiue id ſua, alterius vſionis cauſa paratum eſſet, *l. Quintus Mutius. § ſi factum hoc tit.* veluti vaſa aurea, aurum muliebre, gemmæ quoque annulis incluſæ, cymbia argentea cruſtis aureis alligata, margaritæ, quæ ita ornamentis muliebribus connexæ ſunt, vt in his aſpectus auri potentior ſit, cæteraque quæ teſtator auri numero habuit, auro facto annumerantur, *l. pediculis. §. auro.* Infecti verò auri appellatione id aurum venit, quo vti non poſſumus ad rem, ad quam comparatam eſt, ſine refectione, quodque paterfam. infecti numero habebat. *d. l. Quintus.* Argentum autem factum legatum, rectè quis ita diffinierit, quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis ſit. *l. Quintus. §. fi.* Infecti verò argenti appellatione, rudem materiam, id eſt, non factam contineri, Pompon. ait. *l. & ſi non §. infecti. eod.* Sed illud commune habent, cùm aurum vel argentum factum legatur, ſi fractum vel colliſum ſit, non continetur. Seruius enim ita exiſtimat, aurum & argentum factum id videri, quo commodè vti non poſſumus. Argentum autem aut aurum fractum vel colliſum non incidere in eam definitionem, ſed infecto contineri. *d. l. Quintus. §. argento. verſ. cum aurum.* Rogabit forſitan non immeritò aliquis, cur argento ſimpliciter legato, etiam factum argentum, vti mox diximus, comprehendatur, cùm ſi marmor legatum eſſet, nihil præter rudem materiam demonſtratum videri poſſet? Certè hæc ratio traditur, quippe ea

quæ talis naturæ ſunt, vt ſæpiùs poſſunt in ſua ſi redigi initia,ea materiæ potentia iuncta , nunquam vires eius effugiunt,*l.quæſitum eſt.* §. *illud ff. de legat.* 3. & ſic Paulus Iureconſ. reſpondit. Pecuniam autem ſignatam, placet auri argenti-
7. ve legato non contineri, *d. l. Quintus & l. cum aurum hoc tit.* Sed ſi aurum vel argentum ſignatum legatum eſſet, tunc Philippei, Carolini, itemque numiſmata & ſimilia continebuntur. *l. Quintus.* §. *ſi autem.* Aliam quoque & aliam cauſam eſſe, vtrum potorium aut eſcarium argentum legetur,palam eſt, ſed quid diſcriminis, quidque ad vnumquodque pertinet, conſpicite. Si cui eſcarium argenteum legatum ſit,id ſo-
8. lum debebitur, quod ad epulandum in miniſterio teſtator habuit,id eſt,ad eſum & potum: ea tamen quæ ad coquendum conducunt,legata non cenſentur, ſed magis coquinatorij inſtrumenti ſunt.*l. etſi non.* §. *ſi cui.* Argento au-
9. tem potorio legato, non id dumtaxat in quo bibi poſſit, ſed quod ad præparationem bibendi comparatum eſt,veluti columnarium, & vrceoli continentur. *l. in argento.* Porrò argento potorio vel eſcario legato, in his quæ dubium eſt,cuius generis ſint,conſuetudinem patrisfam. ſpectandum eſſe, in his quæ certum eſt eius generis non eſſe,non eſt inutile. *l. pediculis.* §. *argento.* Sed ſi vaſa ſimpliciter legata ſint, omne
10. genus vaſorum continebitur,quæ tam ad edendum, bibendum, ſuſtentandum, quàm ad recipiendum,reponendumque parata ſunt.*l. etſi non* §.*ſed ſi.* Deinde ſi quis ſuum aurum legaſſet, id
11. continetur, quod vendicare teſtator potuit: at ſi vendicare nequeat, vtputa ſi argentum in credito eſt, ſine dubio ſuum eſſe non cenſetur. *d. l. Quintus.* §. *argento. &* §. *cui.* Nec hoc præteribo, quum certum auri vel argenti pondus legatum eſt, ſi non ſpecies deſignata ſit, non materia, ſed pretium præſentis temporis dari debet, atque ſic dando æſtimationem, pecuniamque numeratam hæres ipſo iure liberabitur.*l. cum certum l.* 1.§.*cui.*

CAP. XVII.

De mundo legato.

SVMMARIA.

1. *Quid ſit mundus muliebris.*
2. *Quæ vnguenta mundi legato contineantur.*

1. SEquitur vt mundi legatum aggrediamur, quem ſic Vlpian. definit. Mundus muliebris eſt, quo mulier mundior ſit: continetur autem eo, ſpecula, matulæ, vnguenta, vaſa vnguentaria, (exceptis illis vnguentis, quibus
2. valetudinis cauſa vngimur) & alia, quibus mulier ſe mundam,non tamen ornatam efficit. *l.argumento* §.*mundus. l.pediculis.*§.*Titio.ff.de auro & argen.legat.* Hæc tamē ita accipienda ſunt, vtendi cauſa à viro vxori tradita fuiſſent, vt Offilius & Labeo reſponderunt. Aliter enim interpretantibus, ſummam fore captionem, ſi vaſcularius, aut faber argentarius, vxori ita legaſſet.

CAPVT XVIII.

De ornamentis legatis.

SVMMARIVM.

1. *Quid ornamentorum appellatione veniat.*

ORnamentis muliebribus legatis, ea, quibus ornatur mulier, exceptis muliebribus veſtebus, *l. ornamentorum. ff. de aur.& arg. leg.* iiſque rebus, quæ negotiandi cauſa venales proponi ſolerent,continentur*l pediculis.* §. *Item quæritur.* Vnde inaures, viriolæ, annuli, (Præter ſignatorios,*l.ſignatorios.ff.de verb. ſignif.*) & omnia, quæ ad aliam rem nullam, quàm corporis ornandi cauſa parantur,ornamenti appellatione comprehenduntur. Sed ſi rudes ſint lapilli, aut gemmæ, ſub ornamentis non comprehenduntur. Si teſtatrix ita legaſſet: Seiæ amicæ meæ ornamenta dari volo, & eodem teſtamento ſcripſiſſet, funerari me arbitrio viri mei volo,& inferri mihi quæcumque ſepulturę meæ cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis,& viriolas ex ſmaragdis: ſed neque hæres, neque maritus, cùm humi corpus darent, ea ornamenta, quæ corpori iuſſu erant adiicere, dederunt: quæſitum eſt, vtrum ad eam, cui ornamenta vniuerſa reliquerat, pertineant,an ad hæredes? Et reſponſum eſt, non ad hæredes, ſed ad legatariam pertinere.*l. ſi.*§. *ſi. ff. de aur. & arg. leg.* 1.

CAP. XIX.

De annulis & gemmis legatis.

SVMMARIA

1. *Annulus vnde dictus.*
2. *Vſus annulorum vnde promanarit.*
3. *Annulis legatis, dactilothecæ non cedunt.*

ANnulum à circuitu vocitatum nemo ambigit, cùm digitum noſtrum ambiat, 1.
ac voluatur circum ipſum. Eſt enim ditiorum hominum mos,dum otioſi ſedent,annulos voluere, eoſque ſæpe extrahere, & exponere, variiſque modis inuertere ſolent. Vnde autem vſus annulornm defluxerit, Plinius docet, Hoc inquit in Taquiniis maximè miror,quorum è Græcia fuit origo, vnde & hic annulorum vſus promanauit, &c. Quare patet Grecos,& vt plurimi arbitrantur, primum Lace- 2.
dæmo-

dæmonios annulorum vſum inueniſſe. Cæterum iſta magis à Polydoro Virgilio, cæteriſq; qui de rerum inuentoribus ſcripſerunt, quàm à Iuriſconſulto petenda ſunt. Similiter & de gemmis, cæteriſque rebus dicendum eſt. Si ergo gemma ex annulo legata ſit, vel ſimili materiæ iuncta, rectè ſeparatur, ſeparataqu͡e præſtanda eſt. *l. ſi gemma. ff. de aur. & argen. legat.* Sic & ſi quis cùm inaures, in quibus duæ margaritæ, Elenchi, & Smaragdi duo, legaſſet, & poſtea Elenchos ijſdem detraxiſſet, nihilominùs quoque detractis Elenchis, inaures deberentur, ſi maneant inaures, quamuis margaritæ his detractæ ſunt. *l. pediculis. §. fi. d. tit.* Sed hoc
3. tamen ſcire oportet, quòd annulis legatis, dactilothecæ non cedant, niſi teſtatorem contrarium ſenſiſſe conſtet, *l. argento. ff. de legat.* 3. quo quidem caſu, dactilothecis legatis, & ſi quos annulos habebat, vtrumque debebitur. *l. librorum. §. ſed etſi d tit.* His leuiter declaratis, tempus poſtulat, vt ad alia nos transferamus.

CAPVT XX.

De veſtimētis & veſtibus legatis

SVMMARIA.

1. *Veſtimentum quid ſit.*
2. *Quæ legatum veſtimenti ſequantur.*
3. *Nihil intereſt veſtis an veſtimentum legetur.*
4. *Quid iuris, ſi vir muliebri veſte, vel econtra vtatur.*
5. *Quo pacto hæres veſtes legatas præſtare debeat.*
6. *Quæ equis inſterni ſolent, ſub veſtimento non comprehendi*

VEſtimentum id eſſe Vlpianus definiuit,
1. quod prætextum eſt, etſi deſertum non eſt, id eſt, ſi ſit conſummatum: quod in tela eſt nondum prætextum, contextum appellatur. *l. veſtimentum. ff. de auro & argen. leg.* Veſtimentorum autem ſunt omnia lanea, lineaque, vel ſerica, vel bombicina, quæ induendi, præcin-
2. gendi, amiciendi, inſternendi, injciendi, accubandive cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſionis vice cedunt. *l. veſtis d. tit.* Secundum autem uniuſcuiuſque vſum, veſtis à veſte, vel veſtimentum à veſtimento (veſtis enim an ve-
3. ſtimentum legetur nihil intereſt *d. l. veſtis in prin.*) diſtinguitur, vnde quæ mulieribus inſeruiunt, muliebria: quæ pueris, puerilia: quæ viris, virilia: quæ familiæ familiaria dicuntur. Communia, quibus communiter promiſcueq; vir cum vxore vtitur, appellantur: ſi itaque vir muliebri veſte nonnunquam vtatur, quemadmodum Quintus Mutius dicit ſe Senatorē quemdam Romanum nouiſſe, & ego quoque
4. mea ætate, mulierem virili veſte vtentem conſpexi: in his, vſus magis quàm vtrum virilis an muliebris veſtis ſit, introſpiciendus erit. *l. inter hoc tit.* Porrò ſi alij veſtimenta, alij veſtis muliebris ſeparatim legata fuerit, detractis muliebribus, & ei aſſignatis cui ſpecialiter legata ſunt, alteri reliquum debebitur. *l.* 1. Sed & eas veſtes ſemper hæres legatario præſtare debebit, quæ in hæreditate inuentæ fuerint, cauereque de cæteris, vt ſi inuentæ fuerint, ſe eas præſtaturum. Sed hoc propemodùm effugerat, id 5.
ſcilicet, quod in principio dictum eſt, videlicet quidquid inſternendi, injciendique cauſa paratum ſit, ſub veſtimenti appellatione compleсt: in ſtragulis, & bubolonicis, quæ equis 6.
inſterni ſolent, locum ſibi non vendicare, ſecundum id, quod Vlpian. clariſſimè tradidit, *l. argumento. §. Tapeta. d. tit.*

CAPVT XXI.

De lana & lino legato.

SVMMARIA.

1. *Quid appellatione lanæ veniat.*
2. *Quæ non contineantur.*
3. *Bart. veritatis fons.*
4. *Aliud lanæ, aliud lini legato continetur.*

LAnæ appellationem eatenus extendi placet, quo ad telam perueniſſet: & ſciendum 1.
eſt ſuccidiam quoque contineri, & lotam. At omnem lanam quæ tincta non eſt, ea quoque quæ neta eſſet, lanatæ pelles, lanæ legato cedere manifeſtum eſt. Neque refert, leporina, vel anſerina, vel caprina lana legata ſit, vel etiam lignea, qualem in vallibus canellas producere docet Accur. *l. fi. cui lana. ff. de legat.* 3. Quem- 2.
admodum nec refert facta vel infecta ſit. Lanæ autem appellatione, nec tomentum, nec lana ex qua quis quaſi veſtimentum fecerit, vel valetudinis vel delitiarum, vel etiam fomentationis gratia continetur. *d. l. ſi cui. §. lana.* At ſi teſtatorem mutaſſe voluntatem ſuam probetur, cum lanam legaſſet, atque ex ea veſtimentum feciſſet, Iulianus lib. 22. digeſtorum. ſcribit, in omnibus legatum ſubſiſtere, *l. ſeruum filij §. ſi pocula. ff. de legat.* 3. quod reſponſum ſuperioribus contrarium, ita conciliandum erat, ſi Barth. *in d. l. ſeruum.* veritatis fonti cre- 3.
damus. Poſtremò linum, lana legata non contineri Vlpian. cenſet: lino autem legato, tam factum quàm infectū continetur, quodq; netū, quodq; in tela eſt, quod nondū eſt detextū: ergo aliud in lino, quā lana legata. Et quidē ſi tinctū linū ſit, lino legato cōtinebitur. *d. l. ſi cui. §. linū.* 4.

CAPVT XXII.

De vnguentis legatis.

VNguentis legatis, non tantùm ea legata videntur (inquit Pomponius) quibus

 vn-

vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis, (quæ mundi appellatione non contineri diximus) *l argumento. in fi. ff. de auro & argen. legat.* qualia ſunt commagina, glaucina, crina, roſa, mura, colum, nardum, purum, hoc quidem etiam quo vt elegantiores eſſent & mundiores fœminæ, vnguenti legato cedit. *l in argento* §. *vnguentis d. tit.*

CAP. XXIII.

De ſtatuis & imaginibus legatis.

SVMMARIA.

1. *Statua quid ab imagine differat.*
2. *Qui primum ſtatuas poſuerunt.*
3. *Quid ſtatuæ appellatio contineat.*

1. STatuam ab imagine differre, notauit noſter Accur. *in Rub. C. de ſtatu. & imag.* quòd in ſtatua nihil ſit, quod hominis effigiem non deſignet: in imagine verò ſit, cùm ſit ſimplex pictura, hoc eſt, quòd ſtatua propriè ſit, quæ non modò ſuperficiem, ſed & ſolidum corpus atq; perfectum reddit. Imago verò quæ ſuperficiem tantùm refert eius rei, cuius imago eſt. Primùm autem omnium Athenienſes Armodio & A-
2. riſtogitoni tyrannicidis, publicè ſtatuas poſuerunt, poſtmodum verò plures id imitati ſunt. Eadem igitur ſignificatione Iureconſ. quoque ſtatuam intelligunt, quod ex Pomponij reſponſo liquidum eſt *l ſi ſtatuam ff. de aur.*
3. *& argen. legat.* vbi ita dixit, Si ſtatuam legauero & poſtea ex alia ſtatua brachium ei adiecero, omninò ſtatua à legatario vendicari poteſt, vnde notat per ſtatuam ſolidum corpus intelligi, cùm ſuperficiebus addi vel adimi eo pacto brachium non poſſit. Porrò ſi imaginem legatam hæres deraſit, & tabulam ſoluit, poteſt dici actionem ex teſtamento durare, quia imaginis legatum, non tabulæ fuit. *l. ſi imaginem d. tit.* Si duæ ſtatuæ marmoreæ cuidam, item omne marmor erat legatum, nullam ſtatuam marmoream præter duas, Caſſelius putabat deberi, & verius eſt: quia duas ſtatuas legando, poteſt videri non putaſſe in marmore, ſed ſtatuas legare. *l. hæres* §. *duæ ff. de legat.* 3.

CAPVT XXIV.

De legato, quo legatur quid, quod eius cauſa emptũ paratumve eſt.

SVMMARIA.

1. *Quæ in tali legato quod eius &c. veniant.*
2. *Quo pacto hoc intelligendum ſit.*
3. *Non idem eſſe, comparatum quid eſſe, vel emptum eſſe.*
4. *Diuerſum eſt etiam, vtrum eius cauſa empta ſit, vel eius cauſa comparata.*
5. *Parui refert cui legetur hoc pacto.*
6. *Sic nec, ſi legati forma mutata ſit, multum intereſt.*

QVandoquidem in his, quæ ſuperius dicta ſunt, id ſæpenumerò accidere ſolet, vt hoc pacto legarentur: veſtem, annulum, &c. lego, quę vxoris, alteriuſve cauſa parata ſunt, non inutiliter me facturum arbitror, ſi huius quoque particulæ expoſitionem addiderim. Si igitur 1.
hoc pacto legatum fuerit: vxori meæ, quod eius cauſa comparatum eſt, do, lego, tam veſtem, quàm argentum, aurum, ornamanta, cæteraque quæ vxoris gratia comparantur, continet. *l. hoc legatum. ff. de legat.* 3. Ea autem vxoris gratia 2.
empta, comparataque cenſentur, quæ magis illius, quàm communis vſus cauſa parata ſunt, deſtinataque. *l. Quintus. ff. de aur. & argen. leg. l. hæres meus.* §. *ſi vxori. ff. de legat.* 3. neq; refert, ante ductam vxorem id paterfam. paraſſet, vel poſt, an etiam ex his rebus, quibus ipſe vti ſolet, vxori aliquid aſſignauiſſet, dum id mulieris vſibus propriè attributum eſſet. *d. l. hoc legatum in fi.* Neque ſimiliter quicquam referre Vlp. ait 3.
quòd maritus eas res, quas vxoris cauſa emerat in prouinciis, eique legaſſet, nondum aduexiſſet, modò aſſignaturus fuiſſet. *l. cum vxori. ff. de legat.* 3. Sanè id obiter ſciendum eſt, multùm diſcrepare, comparatum eſſe, & emptum eſſe. Intereſt enim eo vſque, quòd empto paratum inſit, in parato autem, emptum continuò non continetur: veluti ſi quis quæ prioris vxoris cauſa emiſſet, poſteriori vxori tradidiſſet, & eas res poſterioris vxoris cauſa parauiſſe, & non emiſſe dicetur. *l. ſi quid.* §. *emptum. d. tit.* Item ad- 4.
huc intereſt, ipſius cauſa parata ſint ei legata, an ipſius cauſa empta: paratis enim omnia continentur, quæ ipſius vſibus fuerunt deſignata, empta verò ea ſola ſunt, quæ propter eam empta fecit maritus: vnde non continebuntur emptis ſolis legatis, quæ alia ratione paterfam. acquiſita ei deſtinauit. Vtroque autem legato continebuntur, & quæ maritus emi mandauerat, vel quæ emerat, nondum tamen aſſignauerat, aſſignaturus ſi vixiſſet. *l. item legato. d. tit.* Sed ſi ſic legatum ſit, quæque eius cauſa parata ſunt, plenius legatum eſt: intelligitur enim, ſi quid præter ea quæ dicta ſunt, eius cauſa paratum eſt: *l. etiam. d. tit.* Res ſanè æſtimatæ in dotem traditæ, legato empti, parative (ſi ad vſum traditæ non fuerint) nemo contineri dicet. *l. quæſitum* §. *cum vir. d. tit. de legat.* 3. Parui autem refert, vxori, aut concubinæ le- 5.
gatum ſit, filiæ quoque, filioque, ſeruo ſeruæq; hoc pacto rectè legatur, & continebuntur quæ ipſi ſunt attributa, vel deſtinata: *l. item legato in* 6.
fi. eod. neque curo, vtrum mutata legati forma fuerit, modò teſtatorem quoque mutaſſe voluntatem non conſtet. *ibid.*

CAP.

CAPVT XXV.

De liberatione legata.

SVMMARIA.

1. *Quibus liberatio legari poſſit.*
2. *Partis quoque liberatio poteſt fieri.*
3. *Exceptione perpetua munito inutiliter legatur.*
4. *Variis modis legari ſolet.*
5. *De liberatione legata reddendarum rationum.*
6. *Leges neminem ad delinquendum inuitant.*
7. *Cum parente ciuilius mitiuſque quam cum extraneo agitur.*
8. *Quid iuris, ſed ad certum tempus legata ſit.*
9. *De eo cui gratuita habitatio relicta eſt.*
10. *Chyrographi traditio liberationem inducit.*
11. *De liberatione pluribus relicta aut vni ſoli.*
12. *Si ei liberatio relinquatur, qui pluribus actionibus teſtatori obſtrictus eſt, quid iuris.*

1. OMnibus tam noſtris, quàm hæredis *l. cum hæres ff. hoc tit.* noſtri debitoribus, *l.* 1. depoſitarijs, commodatarijs, vel ei cui pignori dedero, vel ei quem ex furtiua cauſa mihi dare oportet, *l. non ſolùm* § *ſi.* vel etiam ex conducto, *l. ſi ei.* aliave cauſa eorum quæ debent, liberatio
2. rectè legatur. Non ſolum autem quod debetur, remitti poteſt, verum etiam pars eius, vel pars obligationis, vt eſt apud Iulian. tractatum, *l. non ſolum.* 1. Sed ita demum vtile erit, ſi non fuerit à debitore exactum, dum viuat teſtator, ſi Modeſt. Neratioque credamus. *d. l.*
3. *non ſolùm.* § *liberatio l. ſi id quod mihi & l. ſi ſit.* §.
4. *ſi mihi cir. med. ff. de leg.* 1. Nullius quoque momenti eſt huiuſmodi legatum, ſi ei, qui exceptione perpetua ſe tueri poſſet, relicta liberatio fuerit, ſi modò exceptionem talem, qua antea munitus fuiſſet. creditori non remiſerit. *l. ſi creditor hoc tit.* Varijs ſanè modis liberatio legari ſolet: nonnumquam enim rationum reddendarum: nonnunquam damnando hæredem, ne à debitore creditum exigat, alijſque modis, de quibus ſummatim ex ordine diſſeremus. Si igitur ſeruo (quod etiam de alijs intellige) ab
5. onere reddendarum rationum liberatio relicta ſit, Martianus Iureconſ. docet, *in l ſi ſeruus vetitus. ff. de leg.* 1. non hoc conſecuturum legatarium, ne id quod apud eum eſt, reddat, & lucriſaciat, vel pecuniam pupillarem Tutor ſibi reſeruet, *l. Aurelius.* §. *Mauia l. ſi.* §. *Titia hoc tit:* ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat, hoc eſt, vt negligentiæ ratio non habeatur, ſed tantùm frau-
6. dum. Neque enim. ll. in tantùm morientium diſpoſitionibus attribuunt, vt ad delinquendum quempiam ex ijs inuitari velint *l. conuenire. ff. de pact. dotal.* neque hoc etiam ſenſiſſe teſtatorem verius eſt, *l. non ſolùm* 2. §. *ſi hæres ff. hoc tit.* ſed chartas, in quibus rationes conſcriptæ ſunt, vendicare hæres non immeritò poterit, *l. ſi.* §. *inter cætera eod.* eaſque tenebitur, ſicut & alias actiones tradere, cedereque legatarius, *l procurator.* quamuis mitius cum teſtantis parente agatur: præſumptio enim propter naturalem affectum, facit omnia patri videri conceſſa, 7.
niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab hæredibus probaretur. *l. Aurelius.* § *Titius.* Porrò ſi ita quis lege &, hæredem meum damno, ne à Sempronio debitore capiat, petatve debitum, fideiuſſori quoque eius proderit legatum, quamuis econtrario aliter obſeruetur. *l.* 2. *& l. ſi quis reum.* Sed non fideiuſſori ſolùm, verumetiam ipſius hæredibus liberationem parit, niſi hoc pacto legatum fuiſſet: hæres meus à ſolo Sempronio ne petito. *l. non ſolùm* §. *tale l. Aurelio in princ.* Sic, ſi ad tempus tantùm, & non ſimpliciter legatum ſit, vtputa ſic: hæres ad certum tempus à debitoribus non petat, liberare quidem intra id tempus non cogitur, ſed ſi deceſſerit debitor, ab hærede eius intra id tempus peti non poterit. *d. l Aurelius.* § *centum* neque uſuras 8.
quidē earum pecuniarum, quas debebat legatarius, præſtare cogendus eſt, ſed ſimpliciter conſequetur, ne ante tempus à teſtatore præfixum ea ſumma ab eo exigatur. *ibi.* Si cui habitatio 9.
gratuita legata ſit, penſionis quoque quam pro ea ſolitus erat exſoluere, liberationem relictam eſſe rectè Caſſius arbitratur, *l. Caſſius.* omniaque ea, ad quæ perſonalibus actionibus compelli conductor potuiſſet, abſque dubio remiſſa cenſentur. *l. ſi cui.* Ampliùs ſi chyrographum debitori ſuo quis decedens dederit, exceptionē 10.
ei competere Vlpian. exiſtimat, quaſi per fideicommiſſum huiuſmodi datione valitura: *l.* 2. neque quicquam referre, ſiue per ſe, ſiue per alium, chyrographum tradiderit, verius eſt. Hactenus de ea liberatione, qua quis ſolus gauiſus eſt, dictum eſt. Proinde non inutile erit, vt ſi 11.
pluribus debentibus, vtrique, vel altero tantùm liberatio legatur, quid iuris ſit, inueſtigare. Et ſi quidem, ſi mihi cum ſolus ſum debitor, relicta liberatio eſt, ſi à me petatur debitum, exceptione munitus ſum: ſi non petatur, poſſum agere, vt per acceptilationem liberer? Si cum alio ſum debitor, puta rei fuimus duo promittendi, & mihi ſoli teſtator conſultum voluit, agendo conſequar non vt accepto liberer, ne etiam correus meus contra teſtantis voluntatem liberetur, ſed pacto liberabor. Sed quid ſi ſocij fuimus? an per acceptilatationem debeam liberari, videamus, alioquin dum correo meo petitur, ego inquietor, & ita Iulian. ſcribit: ſi quidem ſocij non ſumus, pacto me debere liberari, ſi ſocij, per acceptilationem, & hactenus quæ recitata ſunt: ex Vlp. deſumpta fuere. *l.* 3. §. *nunc.* Sed quid obſecro dicendum arbitraris, ſi ei liberatio relicta generaliter fuerit, qui pluribus actionibus teſtatori obſtrictus exiſtebat, num ab omnibus liberabitur? num à patre tantum? & certè dicendum erit, ab omnibus liberatum cenſeri, *l ſi quis reum.* §. *fin.* niſi alia mens teſtatoris fuiſſe approbetur. *l.* 1. *in fin.* 12.

CAP. XXVI.

De debitore creditori ſuo legante.

SVMMARIA.

1. *Quando valeat hoc pacto legatum.*
2. *Per legatum, honoraria actio in ciuilem transmutatur.*
3. *Legatum ſine vtilitate, nullum eſt.*
4. *Legatum debiti ſub conditione, vel in diem, benè purè relinquitur à debente.*
5. *Semper pro legato ſtandum eſt.*
6. *Quantitatis expreſſio neceſſaria eſt.*

1. SI creditori meo tutus exceptione aduerſus eum, id quod ei debeo, legem, vtile legatum eſt, quia remiſſa ei exceptio videtur, ſicut
2. Ariſto ait. Id quoque quod honoraria actione debetur, ſi legetur mihi, legatum ſubſiſtet, quia ciuilis mihi datur actio pro honoraria, *l. ſi creditori de legat.* 1. ſicque in cæteris, quoties debitor creditori legat ſuo: ita vtile eſt legatum, ſi creditoris interſit ex teſtamento potius agere, quàm ex priſtina obligatione: *arg. à cont. ſenſu. l. ſi debitor. ff. de liber. legat.* ſi enim idem ſub eadem conditione legetur, quod emolumentum legati futurum eſt? *l. Mæuius in fi. princi. ff. de*
3. *legat.* Attamen ſi in diem, vel ſub conditione debitum ei purè legauerit, vtile eſt legatum propter repræſentationem: nec refert, viuo te-
4. ſtatore conditio, dieſve venerit, an non, quia ſemel conſtitit legatum, ſicut Papinianus ſenſit. *Inſtit. de legat. §. ſi quis in fi.* Deinde hoc obiter annotandum eſt, quòd ſi centum aureos, quos quis ſe debere dixit, alicui legauerit, & debitor non fuerit, placuit vtile eſſe legatum: certa enim numerorum quantitas, ſimilis eſt Sticho legato cum demonſtratione falſa, idque & Diuus Pius reſcripſit. *l. legaui in fi. ff. de liber. legat.* Sed ſi debitor certam quantitatem aliudve legauerit, animo compenſandi id feciſſe non præſumitur,
5. ſemper enim pro legato ſtandum eſt. Vnde creditorem, cui res pignoris iure obligata, à debitore legata eſſet, non prohiberi pecuniam debitam petere, ſi voluntas teſtatoris compenſare volentis euidenter non oſtendatur, Paulus Iureconſultus reſpondit: *l. creditorem. ff. de legat.* 2. neque etiam debito ab hæredibus oblato, pignus reſtituere legatarius cogendus eſt. *l. creditor. C. de legat.* Poſtremò adde, quòd & ita de-
6. bitorem creditori ſuo legare poſſe Neratius ſcripſerit, ne indebitum ab eo repetatur, *l. creditori. ff. de legat.* 3. Quantitatis autem expreſſio, in legato neceſſaria eſt, quòd ſi expreſſa non ſit, euaneſcit legatum. *l. ſi ſic. §. 1. de legat.* 1.

CAP. XXVII.

De actione vel nomine legato.

SVMMARIA.

1. *Qui legat chyrographum, cenſetur debitum legare*
2. *Quid ſub nomine legato veniat.*
3. *Qualis actio ceſſionario naſcatur.*

EVm qui chyrographum legat, debitum legare, non ſolum tabulis, argumento eſt & e- 1.
ditio: nam ſi chyrographa væneant, nomen ſiue corpus væniſſe videtur: ſed etſi nomen legetur, benignè id accipiendum eſt, quòd debetur, vt actiones aduerſus debitorem cedantur 2.
l. ſeruum filij. §. eum. ff. de legat. 1. *l. qui chyrographum. ff. de legat.* 3. quia ſanè ſola ceſſione hæres à legatario abſoluendus eſt, etiam ſi is, aduerſus quem actio dirigitur, ſoluendo non foret, *l. legatum de legat.* 1. *l. Lucius. §. ciuibus. ff. de legat.* 2. ſed & vſuras æquè ac principale debitum, legatario debet relinquere. *l. nomen in princip. ff. de legat.* 3. Porrò qualis ſit actio, quæ legatario, pro conſequendo legato ab ipſis debitoribus, competat, pulchrè docet Imp. dum ait: Ex legato 3.
nominis actionibus ab his qui ſucceſſerunt non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non poteſt, vtilibus autem ſuo nomine experietur. *l. ex legato. C. de legat.* Qui Caium & Lucium eiuſdem pecuniæ reos habebat, ſi ita legauerit: quod mihi Caius debet, hæres meus Sempronio dato: quod mihi Lucius debet, id hæres meus Mæuio damnas eſto dare: eam conditionem hæredis ſui conſtituit, vt hæres is neceſſe habeat, alteri actiones ſuas, alteri æſtimationem præſtare. Si tamen viuus teſtator acceptum Caio fecit, neceſſe eſt vt & Mæuij & Sempronij legatum inutilè ſit. *l. non quocumque. §. qui Caium. ff. de legat.* 1.

CAP. XXVIII.

De pecunia & nummis legatis.

SVMMARIA.

1. *Conſuetudo religionis & patrisfa. maximè attenditur.*
2. *In dubiis, quod minimum eſt, ſequimur.*
3. *Falſa demonſtratio legato non obeſt.*
4. *Nec obeſt legato imperfecta oratio, modò animus colligi poſſit.*
5. *Modicum tempus hæredi ad ſoluendum eſt concedendum.*
6. *Quid veniat ſi ita legetur, quæ ibi mobilia erunt, lego.*

NVmerus nummorum ſi legatus ſit (certus ſcilicet, nam alioquin legatum non 1.
ſub-

ſubſiſteret *l. ſi ſic.* §. 1. *ff. de legat.* 1. neque apparet quales ſint legati: ante omnia ipſius patrisfam. conſuetudo, deinde regionis in quæ verſatus eſt, exquirenda erit, ſed & mens patrisfam. & legatarij dignitas, & charitas, & neceſſitudo, item earum, quæ præcedunt vel quæ ſequuntur ſummarum, ſcripta ſpectanda ſunt. *l. ſi ſeruus plurium.* §. *fi. d. tit.* At ſi neque ex conſuetudine patrisfam, neque ex regione vnde fuerit, neque ex contextu teſtamenti poſſit, quidnam ſenſerit teſtator, apparere, nummis ſic indiſtinctè legatis: Vlp. receptum eſſe ait, vt exiguiores legati videantur, *l. nummis. ff. de legat.* 3. quemadmodum dicere ſolemus: quod ſi in duabus ſcripturis eiuſdem teſtamenti
2. principalibus, diuerſæ quantitates legatæ apparerent, minor deberetur. *l. Sempronius. ff. de lega.* 2. Sed ſi certos nummos, veluti quos in arca habebat, legaſſet, non pecunia numerata, ſed ipſa corpora nummorum continētur, quod & idem eſt in alijs rebus, ita vt permutationem non recipiant. *l. ſi certos. ff. de legat.* 1. Certè ſi pecunia legata in bonis legantis non ſit, hæres pecuniam legatam dare compellitur, ſiue de ſuo, ſiue ex venditione rerum hæerditariarum,
3. ſiue vnde voluerit. *l ſi pecunia. ff. de legat.* 2. Falſa quoque demonſtratio, modò quantitas expreſſa fuerit, legato obeſſe non poteſt, *l. cum*
4. *quidam d. tit.* quemadmodum nec imperfecta oratio, modò teſtatoris animus colligi poſſit. Vndè ſi ita in teſtamento ſcriptum eſſet: hæres meus aureos centum Licinio damnas eſto, neque aſſcripſiſſet dare, deberi ei legatum conſtat. *l. ſi in teſtamento. ff. de legat.* 1. Conſequenter, ſi pluribus hæredibus inſtitutis ita ſcriptum eſſet: hæres meus damnas eſto dare aureos quinque, non quilibet hæres, ſed omnes videbuntur damnati, vt vnà quinque dent. Sed ſi vni à diuerſis hæredibus quantitas relinquatur, ab vtroque debebitur tota, niſi alter oſtenderit id adimendi cauſa ab altero, ſic legatum eſſe. *l ſi*
5. *ita ff. de legat.* 2. Attamen hoc obſeruandum eſt, quòd in pecunia legata confitenti hæredi modicum tempus ad ſolutionem dandum eſt, nec vrgendū ad ſuſcipiendum iudicium, quod quidem tempus ex bono & æquo Prætorem
6. obſeruare oportebat. *l. ſi domus.* §. *in pecunia. ff. de leg.* 1. Sed & illud admonendi ſumus, quod Celſus tradidit his verbis: *Quæ ibi mobilia erunt, do, lego.* nummos ibi repoſitos, vt mutui darentur, non eſſe legatos, at eos, quos præſidij cauſa repoſitos habet, vt quibusdam bellis ciuilibus factitaſſet, eos legato cōtineri. *l. ſi chor.* §. 1. *ff. de le.* 3

CAPVT XXIX.

De Grege legato & animalibus.

SVMMARIA.

1. *Grex pro parte ſperni vel acceptari nequit.*
2. *Grege legato, augmentatio ſiue diminutio ad legatarium ſpectat.*
3. *Boue legato mortuo, nihil debetur.*
4. *Agnis legatis, qui præſtandi ſint.*
5. *Oues quamdiu agnorum loco habeantur.*
6. *Quid pecorum legati veniat.*
7. *Quid iumentorum.*
8. *Maſculinum concipit fæmininum.*
9. *Quid auium legato veniat.*

Grege legato, non poteſt quædam res ſperni, quædam vendicari, *l. grege. ff. de legat.* 2. quia non plura, ſed vnum legatum eſt. 1.
Quoties enim nominatim plures res in legato exprimuntur, plura legata ſunt, *quoties. d. tit.* quod hic non eſt. Acceptato autem legato grege, ea quæ poſtea accedunt, *l. grege. ff. de legat.* 1. vtputa oues, quæ poſt teſtamentum adijciuntur, legato cedere Iulianus putat. *inſtit. de legat.* §. *ſi grex.* Ampliùs, ſi mutatus grex tempore mortis teſtatoris fuiſſet, vtputa diminutus vel renouatus, id quod ſupereſt peti poterit. *l. ſi grege. ff. de legat.* 1. Sed ſi bos legatus mortuus fuerit, neque caro, neque corium debebitur, *l. mortuo. ff. de legat.* 2. Agnis autem legatis, qui minores anniculis ſunt, præſtabuntur. *l. cum quæritur. ff. de legat.* 3. Verùm agni, ouium appellatione non comprehenduntur. Oues ſanè quamdiu agnorum loco ſunt, ex vſu cuiuſque loci ſumendum eſt: nam in quibuſdam locis, ouium numero eſſe videtur, cùm ad tonſuram venerint. *l. legatis.* §. *ouium. d. tit.* Pecoribus autem legatis, Caſſius ſcribit quadrupedes contineri, quæ gregatim paſcuntur. Sic ſues, pecorum appellatione complectuntur, quia gregatim paſcuntur. *l. leg.* §. *pecor. &* §. *iumen.* Iumentis legatis, boues non continentur, nec è contra. Equis legatis, & equæ continentur: notum eſt enim maſculinum femininum concipere, *l. pronuntiatio de verb. ſignif.* quemadmodum & alio exemplo Iureconſ. demonſtrat. Si quis ita (inquit *l. qui duos. ff. de legat.* 3.) legaſſet: mulos duos, qui mei erunt cum moriar, hæres dato: Idem mulos nullos, ſed duas mulas reliquerit, Reſpondit Seruius deberi legatum, quia mulorum appellatione, etiam mulæ continentur. Auibus legatis, anſeres, & phaſiani, & gallinæ, cæteræque aues, & auiaria quoque debebuntur, phaſianarij autem, & paſtores anſerum non continebuntur, niſi id teſtator expreſſiſſet. *l. auibus. d. tit.*

The right-margin numbers 2.–9. stand beside the lines beginning: "renouatus" (2.), "rir, neque caro" (3.), "nores anniculis" (4.), "diu agnorum" (5.), "tem legatis, Caſſius" (6.), "Equis legatis" (7.), "nuntiatio" (8.), "cæteræque aues" (9.).

CAP. XXX.

De ligno legato.

SVMMARIA.

1. *Quid ligno legato cedat.*
2. *Vſus teſtatoris & regionis inſpiciendus.*
3. *In Ægypto, arundine pro ligno vtuntur.*

Ligni appellatione, quidquid comburendi cauſa comparatum eſt, in legatis accipis mu-

mus, ſiue ad balnei calefactionem, ſiue dietarum hypocauſtarum, ſiue ad calcem, ſiue ad aliam rem coquendam, ſolebat vti. Id tamen ſciendum eſt, arbores non conciſas, aut è terra deputatas, aut ad aliam materiam paratas, ligni appellatione non venire, ſed ea tantùm, quæ iam è terra amputata, atque ſaltem ad concidendum, & comburendum deſtinata erant, in quo, vt in alijs, maximè vſus teſtato-
2. ris introſpici ſolet, & regionis vbi agitur. In Ægypto enim, vbi arundine pro ligno vtun-
3. tur, arundines, & papyrum comburunt, certum eſt appellatione ligni contineri. *l ligni. ff. de legat.* 3.

CAPVT XXXI.

De mutatione, alternationeve circa rem legatam contingente.

SVMMARIA.

1. *Augmentatio & etiam diminutio ad legatarium pertinet.*
2. *Mutatio nihil legató obeſt.*
3. *Si rem legatam alienauit, quid iuris.*
4. *Si partem alienauit.*
5. *Officium artificio mutatur, non econuerſo.*
6. *Si hæres rem legatam alienet.*
7. *Legatarius conſentiens alienationi, quid conſequetur.*

1. SIue augmentum, ſiue decrementum rei legatæ acceſſerit, omne id ad legatarium pertinebit *l. cū fundos. ff. de legat.* 2. *l. quod in rerum. § ſi quis, de leg.* 1. Neque refert, multùm parumve mutata ſit, quemadmodum in grege legato ſupra oſtendimus: is enim quamuis ad vnam ouem peruenerit, nihilominùs debebitur le-
2. gatario. *l. ſi grege d. tit.* Sic quoque, ſi pocula quis legauit, & maſſa facta eſt, vel econtra. Item ſi lana legetur, & veſtimentum ex ea fiat, ſcribit Iulian. legatum in omnibus ſubſiſtere, &
3. deberi quod extat, niſi teſtatorem mutaſſe voluntatem probetur. *l. ſeruum filij. §. 2. de legat.* 1. Sed ſi rem eam, quam legauerat teſtator, alienauerit, ſi non adimendi animo id fecerit, nihilominùs legatum debebitur, idemque Diui
4. Verus & Antonius reſcripſerunt. *inſtit. de leg. §. ſi rem ſuam.* At ſi ex toto fundo legato, teſtator partem alienauerit, reliquam dumtaxat partem deberi placet, quia etiam ſi adieciſſet aliquid ei fundo, augementum legatario accederet, *l. ſi ex toto. ff. de legat.* 1. Quod ſi huiuſmodi ſuam rem pignori dederit, alienaſſe adimendi animo non cenſetur, & ideò legatarius cum hærede eius agere poterit, vt pignora à creditore luantur. *d. §. ſi rem.* Porrò textoribus omnibus, qui ſui eſſent cùm moreretur legatis, quæſitum eſt, an & is, quem poſtea ex his oſtiarium feciſſet, legato contineretur? reſpondit-que Vlpian. contineri: non enim ad aliud artificium, ſed ad alium vſum transductus eſt. *l. textoribus ff. de leg.* 3. Sed ſi ex officio quis ad artificium, vtputa, ex oſtiario ad textoris ar- 5.
tem tranſierit, quidam rectà putant, officiarijs legatis legatum extingui, quia officium artificio mutatur, non autem econtrariò, *l. legatis ſeruis. §. 1. d. tit.* vt ſuperiùs exemplum docuit. Sed quòd augmentatio quoque ad legatarium ſpectat, optimè Africanus oſtendit. Si inquit areæ legatæ domus imponatur, debebitur legatario, niſi teſtator mutauerit voluntatem: *d. l. ſeruum filij § ſi area.* licet enim domus impoſita ſit, area eadem eſt. *l. qui res. §. aream. ff. ſolut.* Aliud dixit Caius Iureconſ. ſi domus legata eſſet, eaque deſtructa foret, aliamque eodem loco teſtator ædificaſſet, tunc enim lega- 6.
tum interire dicemus. Poſtremò quia hæres nonnunquam rem legatam ipſe alienat, quid iuris ſit, videamus. Cùm ſeruum ſuum (aliud, ſi alienum) *§. ſi res inſt. eod.* inquit Martinianus hæres damnatus dare, eum manumiſerit, tenebitur ad eius æſtimationem, nec intereſt ſi ſciuerit, vel ignorauerit legatum: ſed etſi donauerit ſeruum hæres, & eum is, cui donatus eſt, manumiſerit, tenetur hæres, quamuis ignorauerit à ſe eum legatum eſſe. *l. ſi quis inquilinos. §. 1. ff. de legat.* 1. At ſi legatarius alienatione huiuſmodi rei ſibi legatæ conſenſerit, placet non rem ipſam, ſed precium rei conſecuturum, 7.
tamen ſi rem reſtituere hæres malit, Marcellus audiendum hæredem exiſtimat. *l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de legat.* 1.

CAPVT XXXII.

De futurorum, eorumque quorum ſpes habetur, legatis.

SVMMARIA.

1. *Futura rectè legantur.*
2. *Id quoque quod apud hoſtes eſt.*

EA res quæ in rerum natura non eſt, modò futura eſt, rectè legatur: veluti fructus qui 1.
in illo fundo erunt: quod ex ancilla natum erit: *§. & res inſtit. de leg.* atque ea quæ in inſula, vel in mari naſci poſſunt: *l. etiam ff. de legat.* 3. ſi alluuione ager auctus eſſet, *l. ſæpè legatum. d. tit. l. quod in rerum. ff. de leg.* 1. & ſimilia. Id quoque quod apud hoſtes eſt, legari poſſe Octauianus ſcripſit, & poſtliminium conſiſtere: *l. id d. ti.* 2
ſic etiam ſi duobus res coniunctim legata ſit (quamuis alter in rerum natura non fuerit) alteri deberi ſolam partem, conſtat. *l. ſi duobus d. tit.*

CAP.

CAP. XXXIII.

De re aliena legata.

SVMMARIA.

1. *Tam hæredis vel teſtatoris, quàm aliena res rectè legatur.*
2. *Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium non tranſit.*
3. *Quo pacto hæres legatam rem luere poßit.*
4. *Res, cuius commercium haberi nequit, legari non poteſt.*
5. *Duæ cauſæ lucratiuæ circa eundem hominem non concurrunt.*
6. *Vide fallentiam ad regulam generalem.*

NOn ſolùm res teſtatoris, aut hæredis, ſed
1. & aliena, modò teſtator alienam eſſe ſciuerit, non ſi ignorauerit (forſitan enim ſi alienam ſciuiſſet, non legaſſet) legari poteſt, §. *non ſolùm inſtit. de leg.* atque tam ex legato, quàm fideicommiſſo, ab eo qui legatum vel fideicommiſſum meruerit, peti poteſt. *l. cùm rem. C. de lega.* Sed quo pacto, obſecro, ab eo peti poteſt, qui ipſius rei, vt dominium transferat, poteſta-
2. tem non habet? idque quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium tranſire non poteſt? *l. id quod noſtrum ff. de reg. iuris.* Sanè conabitur hæ-
3. res, vt redimere ab ipſo domino talem rem poſſit, ſed ſi redimere non poſſit, quod dominus non venderet, vel immodico pretio vendat, iuſtam æſtimationem inferat, Gaius Iureconſ. ait. *l. non dubium in fin. ff. de legat.* 3. Sed & huius rei æſtimationem, iudicem facere oportere certum eſt, quanti res ſit, vt pretio iuſto ſoluto, hæres liberetur. *l. qui concubinam. §. fin. ff. de lega.* 3. Verum ſi Saluſtianos hortos, qui ſunt Auguſti: vel fundum Albanum, qui principalibus vſibus deſeruit: vel campum Martium legauerit, furioſi eſt talia legata teſtamento aſcribere: item forum Romanum, vel ædem ſacram, legari non poſſe, conſtat, adeò, vt nec æſtimatio eorum debeatur. *l. idem Iulianus. ff. de leg.* 1.
4. Aliud certè dicendum eſt, ſi res aliena, cuius commercium legatarius non habet, ei, cui ius poſſidendi non eſt, per fideicommiſſum relinquatur: tunc enim Africanus æſtimationem deberi ait. *l. ſed ſi d. tit.* Adde, quòd ſi re aliena legata, eam viuo teſtatore ex cauſa emptionis acquiſierit legatarius, ex teſtamento actione pretium conſequi poteſt: ſed ſi ex titulo lucratiuo, ſimili cauſa agere non poteſt: §. *ſi res alien. inſtitut. eod.* nam traditum eſt, duas lu-
5. cratiuas cauſas in eumdem hominem concurrere non poſſe. *l. omnes. ff. de actio. & obligat.* Poſtremò, hoc proponendum ſubterfugerat,
6. id ſcilicet legatum, ſi rem alienam, quam ſuam eſſe putabat, teſtator legaſſet, non valere: locum non habere, ſi proximæ perſonæ, vel vxori, vel alij tali perſonæ datum ſit, cui legaturus eſſet, etiam ſi ſciuiſſet alienam rem fuiſſe.

CAPVT XXXIV.

Si cui res propria legata ſit.

SVMMARIA.

1. *Propria res nulli legari poteſt.*
2. *Reſtrictio ad regulam.*
3. *Regula Catoniana quando locum habeat.*
4. *De eo qui rem ſibi legatam ignorans emit.*
5. *De eo qui rem emit, & eandem venditori legauit.*

PRoprias tuas res legari tibi, vel fideicommitti non potuiſſe certum eſt, *l. proprias. C.* 1.
de legatis. quia quod proprium eſt alicuius, ampliùs eius fieri non poteſt: *l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iud.* ſed ſi ſub conditione legetur, poterit legatum valere, ſi exiſtentis 2.
conditionis tempore mea non ſit, ſecundum eos, qui & emi rem meam ſub conditione, & promitti ſtipulanti mihi & legari poſſe, aiunt: purum enim legatum, Catoniana regula impedit: conditionale, non: quia, vt inquit Africa- 3.
nus ad conditionalia legata, Catoniana regula non pertinet. *l. cætera. §. 1. ff. de leg.* 1. Quòd ſi quis rem legatam, ignorans ſibi legatam, ab hærede emit, poſtea cognito ſibi legato, ex teſtamento egerit, & rem acceperit, actione ex 4.
vendito abſolui debet: quia hoc iudicium bonę fidei eſt, & doli mali exceptionem in ſe continet: quod ſi pretio ſoluto, ex teſtamento agere inſtituerit, rem conſequi debet, & actione ex empto pretium reçuperabit, quemadmodũ recuperaret, ſi homo euictus fuiſſet: quod ſi iudicio exempto actum fuerit, & tunc competit legatam ſibi rem eſſe, & agat ex teſtamento, non aliter hæredem, inquit Iulianus, abſolui oportebit, quàm ſi pretium reſtituerit, & rem actoris fecerit. *l. huiuſmodi. §. qui ſuum. ff. de legat.* 1. *l. planè. §. quod ſi rem d. tit.* Proinde ſi huiuſmodi rem, quam ſibi legatam ignorabat, alteri ipſe legaſſet, legatum à ſe factum optimè viribus ſubſiſtere poterit. *l. ſeruum filij. §. 1. d. tit.* Cui non eſt abſimile, quod *in l ſi tibi homo d. tit.* quodam loco Iureconſ. tradidit: quòd ſi tibi homo quem pignori dederas, legatus ab alio fuerit, actionem ex teſtamento habebis aduerſus hæredem, vt pignus luatur. Pignoris enim luitionem potiùs legaſſe quàm dominium eius, voluiſſe teſtatorem veriſimilius eſt. Denique, 5.
ſi Titius rem à me emiſſet, & eamdem rem mihi legaſſet antequam ei traderem, mox ei tradidero, & pretium recepero, videtur is quidem prima facie rem mihi meam legaſſe, & ideò legatum non ſubſiſtere, ſed ex empto actione liberatus, vtique per legatum rem vendicare

dicare potero, quam tradidi: ſed ſi nondum ſolutum erat mihi pretium, Iulian. ſcripſit ex vendito quidem me acturum, vt pretium conſequar: ex teſtamento verò, vt rem quam vendidi & tradidi, accipiam. At ſi pretium mihi quidem ſolutum erat, rem autem nondum tradideram, ex empto me agentem, liberationem conſequi. *l. apud Marcellum. §. ſi Titius. ff. de leg. 1.*

CAPVT XXXV.

De legato rei communis.

SVMMARIA.

1. *Quid iuris ſi res communis legetur.*
2. *Communicatio bonorum, rectè legatur.*

CVm fundus communis legatus ſit, non adiecta portione, ſed meum nominaue-
1. rit teſtator, aut qui meus erit cùm moriar, portionem, partemque deberi conſtat, quod & Trebatius & Caſſius contra Labeonem tenuerunt, & eſt verius, *l. ſerui electionem. §. 1. & 2. ff. de leg. 1.* videtur enim id ius tantum modò legaſſe, quod tunc temporis in fundo habebat, *in l ſi domus §. fi. d. tit.* At ſi Cornelianum fundum legaſſet, putat Accur. contrarium dicendum eſſe, quia ſciens alienum legauit. De bo-
2. nis autem communibus communicandis, fideicommiſſum valere nemo ambigit. *l. teſtator. §. Lucius. ff. de legat. 3.*

CAPVT XXXVI.

De optione vel electione legata.

SVMMARIA.

1. *Ante aditam hæreditatem optari non poteſt.*
2. *Optans, maior & ſui iuris eſſe debet.*
3. *Filiusfam. ſine iuſſu patris optare nequit.*
4. *Eligenti, actio ad exhibendum competit.*
5. *Electio generaliter legatarij eſt, & quo pacto optabit.*
6. *Quando hæredis ſit electio.*
7. *Niſi ſemel optari poteſt.*
8. *Prætor ad eligendum moroſum compellit.*

OPtione, electioneue alicuius rei legata, iſta imprimis obſeruanda ſunt, quòd optio-
1. ne legata, non poſſit ante aditam hæreditatem optari, & ſi optaretur, nihil agitur, vt Labeo tradidit, *l. optione. ff d. tit.* Is quoque, cui optio-
2. nis legatum relictum eſt, maiorem ac ſui iuris eſſe debere, rectè conſtitutum eſt, ad hoc, vt per ſe eligere poſſit: ſi enim minor in optionis legato captus foret, dum elegit deteriorem, & precioſiorem dederit, Pompo. putauit ſubueniri debere, *l. etſi ſine in princ. ff. de minor. 25. an.* & ſubueniendum erit: neque enim ſcire, neque diſcernere talis ætas poteſt, *l. pupillus. ff de acqu. r. hæred.* vnde non malè Iulianus dixit, nec à filiofam. ſine patris iuſſu, optari poſſe *l. Iulianus ff. de legat. 1.* Item ſi optare velim ſeruum vel 3.
aliquam rem, cuius electio mihi relicta eſt, ad exhibendum me agere poſſe conſtat, vt exhibitis, poſſim vendicare, *l. 2. §. item ſi optare. ff. ad exhib,* mihique is, apud quem depoſitæ res ſunt, 4.
facultatem eligendi præſtet. *l. ſi tibi. §. fi. h. tit.* Quare cyphi, alteriuſve rei electione data, ſi nō omnibus cyphis exhibitis legatarius elegiſſet, integram ei optionem manere, placet, niſi ex his dumtaxat eligere voluiſſet, cùm ſciret & alios eſſe: *l. cyphi d. tit.* nec ſolùm ſi fraude hæredis, ſed etiam ſi alia qualibet cauſa id euenerit. *l. nec ſolùm.* Id quoque obiter annotandum eſt ex Vlpian. ſententia: quòd data optione, ſeruum alienum vel hominem liberum quis optauerit, ipſa optio conſummatur. *l. 1. § data.* Neque hoc
prætereundem erit: ſi generaliter ſeruus vel res alia legetur, electio legatarij eſt, *Inſt. de legat. §. ſi generaliter.* ipſeq; optabit quem velit, id eſt, ne optimus vel peſſimus accipiatur, quę ſententia, Imperatoris noſtri & Diui Seueri reſponſo iuuatur. *d. l. 2. & l. ſi ſeruus. §. cum homo. ff. de* 5.
legat. Sed ſi de certo fundo ſenſit teſtator, neque appareat de quo cogitauit, electio hæredis erit quem velit dare: aut ſi appareat, ipſe fundus vendicabitur. Sed & ſi lancem legauerit, neque appareat quam, æquè electio eſt hæredis, quam velit dare, *l legato generaliter ff. de legat. 1.* quod & in ſeruis, & alijs quoque rebus obtinet *l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures eod. tit.* Semel 6.
autem optione facta, iterum eligi non poteſt, quod tam ad legatarium quàm hæredem porrigitur: vnde ſi hæres, (cùm eius eſſet) ſemel dixerit, quem dare velit, mutare ſententiam nō poterit, *l. ſtatu liberum. §. fi. ff. de leg. 2.* & ita Iuliano placuit, quia omne ius legati prima teſtatione, qua ſumere ſe dixiſſet, conſumitur, quoniam res continuò eius fit, ſimul ac dixerit, eam ſe ſumere: *l. apud Aufidium hoc. tit.* legatarij verò ſi ſit electio, iſque in mora eligendi optandique fuerit, Prætor cogere eum debet vt 7.
eligat, *l. ſi optio. § fin. d. tit.* ipſumque interpellare, niſi intra certum tempus ab ipſo præfinitum elegerit, electionem legatorum ei non competituram: *l. mancipiorum l ſi tibi d. tit.* neque equidem competet, ſi non elegerit, & ſi res integra non ſit. Adde quod Gaius Iureconſoltus ſcripſit, Si quis (inquit) hoc pacto legauerit, illi, ſi volet, Stichum do, non aliter ad hæredem tranſit, quàm ſi legatarius voluerit, quamuis alias, quod ſine adiectione, ſi volet, legatum ſit, ad hæredem legatarij tranſmittitur: aliud enim eſt iuris, ſi quid tacitè continetur, aliud ſi verbis exprimatur, *l. ſi ita §. illi. ff. de le. 1.* Poſtremò ſi ex quatuor viriolis, duæ quas elegiſſem, mihi legatæ ſint, ſiue duæ ſint relictæ ſiue ab initio ſolæ duæ fuerint, valet legatum, *d. l. ſi tibi.* 8.

CAP.

CAP. XXXVII.

De legatis alternatiuis.

SVMMARIA.

1. *In legatis alternatiuis, ad quem electio ſpectat.*
2. *Eligens, vno debet eſſe contentus.*
3. *In alternatiuis totum, non pars præſtanda eſt.*
4. *Bonum eſt argumentum à contractibus ad vltimas voluntates affirmatiuè.*
5. *Quando hæredi poteſtas eligendi relicta eſt, omnia pro eo interpretamur.*
6. *Legatum vnum, diminutionem non recipit.*

1. IN alternatiuis legatis, in dubio ad legatarium electio pertinet, vnde ſi Titio fundum Seianum, vel vſumfructum fundi Seiani lego, poteſt legatarius vel fundum vendicare, vel vſumfructum, quod facere non poteſt is, cui tantùm fundus legatus eſt, *l. Lucio Titio. ff. de legat. 2. l. planè. § ſi ita l. ſi. ſic. § fi. ff. de leg.* 1. vno tamen contentus eſſe debet, nec poteſt (vt ante ſæpè dictum eſt) poſt electionem mutare ſententiam, vt iterum eligat. Sed ſi quid legetur ex rebus ab
2. alio alternatiuè debitis, id quod præſtabitur, accipiet, euentuſque ſolutionis declarabit, *l. ſi Titius ff. de legat.* 3. Amplius, ſi ſic primò alter-
3. natiuè legauerit teſtator: Titio Stichum, aut Pamphilum, vtrum malit, do, lego, deinde Pamphilum teſtator Titio donauerit, extinguitur quidem electio, ſed tamen Stichus in obligatione manet, *l. huiuſm. §. ſi Titio de leg.* 1. Porrò ſi quis duobus hæredibus inſtitutis, ita legaſſet: Stichum, aut decem hæres dato, non poteſt alter hæredum. 5. alter partem Stichi dare, ſed neceſſe eſt, vtrumque aut Stichum totum, aut decem ſoluere. *l. ſi quis de leg.* 2. At ſi poteſtas alternatiuè dandi hæredi data ſit, vtputa Titio aut Seio hæres dato, alteri dando, ab vtroque liberari eum conſtat: ſi autem neutri dederit, vterque perinde petere poterit, ac ſi ipſi ſoli legatum foret: nam vt ſtipulando duo rei conſtitui poſſunt, ita & ex teſtamento poteſt id fieri.
4. *l. ſi Titio d. tit.* Videtis itaque hic, quod vbi verba accipiendi ad legatarium diriguntur, vt Titio Gaium aut Sempronium lego, electio legatario concedatur: vbi verò dandi verba ad hæredem, electio eius præponenda eſt. Illud quoque admonendum eſt, ſi ita ſit ſcriptum. 10 aut 15. hæres meus Sempronio dato, pro eo eſt, ac ſi ſola decem legata eſſent: aut ſi ita ſcriptum ſit, poſt annum aut poſt biennium quam ego deceſſero, hæres meus dato, pro eo eſt, ac ſi poſt biennium eſſet legatum, quia inquit Pompo. hæredis eſſet poteſtas in eligendo.
6. *l. ſi ita relictum. § ſi de leg.* 2. Si in vna parte, alternatiuè legatum eſt vnum, in altera parte plura, illud quod vnum eſt, diminutionem non recipit. *l. ſi ex toto. § fin. de legat.* 2.

CAPVT XXXVIII.

Si eadem res ſæpiùs legata ſit.

SVMMARIA.

1. *Quid iuris, ſi eadem res ſæpiùs legata ſit.*
2. *Si duorum teſtamentis, quid.*
3. *Si hæres ſub eadem conditione eamdem rem mihi leget, ſub qua mihi teſtator eandem, quid.*

SI eadem res ſæpiùs legetur in eodem teſtamento, ampliùs quàm ſemel peti non poteſt, ſufficitque, vel rem conſequi, vel rei æſti- 1.
mationem. Sed ſi duorum teſtamentis eadem 2.
res mihi legata eſt, bis petere potero, vt ex altero teſtamento rem conſequar, ex altero æſtimationem. *l. planè. § ſi eadem. ff de leg.* 1. Idem quoque, ſi Stichus aut Pamphilus legatus ſit, alternatiuè, duorum teſtamentis, dicendum Iulianus exiſtimat: ſi enim Stichum ex teſtamento conſecutus ſum, Pamphilum ex altero petere poſſum, quia etſi vno teſtamento Stichus, aut Pāphilus legatus fuiſſet, & Stichus ex cauſa lucratiua meus factus fuiſſet, nihilominùs Pamphilum petere poſſum. *l. non quæcumque. §. fi. d. tit.* Hæc autem non tunc tantùm locum habent, quando ſimpliciter duorum teſtamentis eadem res legatur, ſed ſi cùm duos hæredes ſcripſiſſet teſtator, vtrumque in ſolidum, ad certam eamdem rem præſtandam eos damnaſſet, perinde dicendum eſt, atque ſi duorum teſtamentis eadem res legata cenſeretur, *l. quid ergo. § ſi quis ff. de leg.* 1. vt & Marcell apud Iulian. adiecit. Deníque, ſi mihi Sempronium teſtator hæredem dare damnauerit, iſque hæres mihi ſub 3.
eadem conditione eundem legauerit: exiſtente conditione, capiam legatum ex priore teſtamento. *l. ſi mihi de leg.* 1.

CAPVT XXXIX.

De periculo rei legatæ.

SVMMARIA.

1. *Debitor non liberatur, niſi res perfectè facta ſit creditoris.*
2. *In generali legato periculum ad hæredem ſpectat.*
3. *Hæres de culpa leuiſſima tenetur.*
4. *Vbi præſtandum legatum ſit.*
5. *De mora hæredis.*
6. *Cohæres ex facto cohæredis non tenetur.*

HÆres, ſi tibi, ſeruo generaliter relicto, Stichum tradiderit, iſque à te euictus fuiſſet, poſſe te ex teſtamento agere Labeo ſcri- 1.
bit, quia non videtur hæres dediſſe, quod ita dederat, vt habere non poſſit: ſed hoc ampli-

ùs, debere te ait, priuſquam iudicium accipiatur, denunciare hæredi. Nam ſi aliter feceris, agenti ex teſtamento, opponetur tibi doli mali exceptio. *l. qui concubinam.* §. *ſi hæres. l. ſi ab ſub-*
2. *ſtituto.* §. *fi. de legat.* 3. Vnde videmus in generali legato, periculum ad hæredem ſpectare debere: ſed ſi per legatarium ſtetiſſet, quominùs Stichũ, quem tradere hæres paratus erat, acciperet, mortuo Sticho, exceptio doli mali proderit hæredi, *l. huiuſmodi legato.* §. *ſi cui de leg.* 1. Sic econtrario: ſi certum corpus hæres dare damnatus ſit, nec fecerit quominùs ibi, vbi eſſet, traderet, ſi id poſtea ſine dolo & culpa, (etiam leuiſſima) *l. cũ*
3. *res legata.* §. *penul. d. tit.* hæredis perierit, deterior fit legatarij conditio. *l. non ampliùs.* §. 1. *d. tit.* Nec hoc inutiliter additum eſt, *Ibi, vbi eſſet*: nam ſi ſeruus legatus viuo teſtatore fuiſſe dicatur, & impenſa & periculo eius, cui data eſt, reddi dedet: quoniam rem legatam eo loco præſtare hæres debet, in quo à teſtatore ſit relicta, ſecundũ id, quod Africanus tradidit, *l. ſi ſeruus legatus in princ. d. tit.* niſi alibi teſtator voluerit: nam ſi alibi voluerit, ibi præſtanda eſt, vbi voluerit, vel vbi veriſimile eſt eum voluiſſe. *l. cum res d. tit.*
4. Si igitur res legata ſine facto hæredis perierit, deteriorve facta ſit, legatario decedit §. *ſi res le-*
5. *gata inſtit. l. ſi alienum. de leg.* 1. At ſi ſeruus legatus ſit, & moram hæres fecerit, periculo eius & viuit & deterior fit, vt ſi debilem fortè tradat, nihilominùs teneatur. *d. l. ſi ſeruus.* §. *ſi ſeruus.* 2. Sed ſi culpa hæredis non appareat, debebit æſtimationem eius præſtare: quod ſi nulla eius culpa interuenerit, cauere hæres debet de reſtitutione ſerui, non æſtimationem eius præſtare. Cauebit autem ſic, vt ſi fuerit apprehenſus, aut ipſe aut æſtimatio præſtetur, quod & in ſeruo ab hoſtibus capto conſtat. *l. cum res.* §. *itaque d. tit.* Sic quoque, ſi fundus legatus poſt moram hæredis caſmate perierit, æſtimationem hæredẽ præſtaturum, veriſſimum eſt: nec refert, perituruſne fuiſſet eo pacto apud actorem, vel non, vt Accur. docuit. *in d. l. cum res.* §. *fin.* Hoc tamen
6. non eſt prætereundum: ſi unus ex hæredibus ſeruum legatum occidiſſet, omninò Pompon. non placet cohæredem teneri, cuius culpa factũ non ſit ne res in rerum natura ſit. *l. ſi hæredes.* §. *fin d. tit.* Quiſquis autem hæredum ſit, ſi ob facinus, hoc eſt, merentem hominem legatum occiderit, ſine dubio dicendum erit eum ex teſtamento non teneri. *l. quod ergo.* §. *ſi hæres d. tit.* Quod ſi autem ſeruus hæredis quicquam circa rem legatam attentaſſe dicatur, ait Atticilinus in factum dandam actionem, vt vel noxæ ſeruũ dederet dominus, vel ex peculio prætium præſtaret. *d. l. ſi hæredis in prin.* Poſtremò ſi alteri Stichum hæres dederit, quem duobus dare damnatus fuerat, & antequam interpellaretur ab altero, Stichus mortuus eſt, hæres non tenetur, quia nihil per eum factum fuiſſe intelligitur. *l. Titiæ textores.* §. *fin. dicto titulo.*

CAP. XL.

De ſumptibus in re legata præſtandis.

SVMMARIA.

1. *Seruus legatus fugitiuus, cuius ſumptibus recuperetur.*
2. *Hæres vectigal & tributum rei legatæ præſtat.*
3. *De ſumptibus neceſſarijs in re legata factis.*

CVm ſeruus legatus in fuga eſſet, vel è longinquo abſens exigatur, operam hæres præſtare debet, vt eum requirat, & præſtet, & ita Iulian. *l. cum ſeruus. ff. de leg.* 1. ſcribit, & ſumptũ in hanc rem facere hæres debet: ſed hoc tamen tunc tantùm verum eſt, quando tempore teſtamenti fugitiuus fuiſſet, ne African. reſponſo, quod alias emiſerat, *in l. ſeruus d. tit.* repugnemus, ſecundum Accur. Bartholique ſententiam. *ibi & in d. l. cum ſeruus.* Legati quoque prædij vectigal præteritum, vel tributum, vel ſalarium, vel cloacarum, vel pro aquæ forma ſoluere cogendus eſt. *l. idem Iul.* §. *hæres d. tit.* Domos autem mortuarias, nulla hæredis culpa exuſtas, eiuſque nummis exſtructas, ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem hæredis reſtituendas, boni viri arbitratu, ſumptuum rationibus deductis, & ædificiorum quantitatibus extantibus, æſtimandas eſſe, Papinian. reſpondit. *l. domos d. tit.* Ita vt ſi hæres, nulla ratione facta, domum tradidiſſet, incerti conditio ei competeret, quaſi plus debito ſoluerit. *l. quod ſi.* Sumptus ſanè in reficienda domo neceſſarios, à legatario factos, petenti ei legatum, cuius poſtea conditio extiterit, non eſſe reputandos exiſtimat. *l. ſumptus d. tit.* 3.

CAP. XLI.

De legato in alterius arbitrium conferendo.

SVMMARIA.

1. *Legatum in aliena voluntate poſitum, quomodo valeat.*
2. *Legatum in hæredis arbitrium non confertur.*
3. *Aliud eſt iuris ſi quid tacitè contineatur, aliud ſi verbis exprimatur.*
4. *Aliquando in hæredis arbitrium poſſe conferri legatum.*

LEgatum in aliena voluntate, inque alterius arbitrium poſitum, veluti conditio, 1. rectè conſiſtit. *l. 1. ff. de legat.* 2. In hæredis autem voluntate non ponitur: *l. ſenatus.* §. 1. *de leg.* 2. 1. vtputa, ſi adſcenderit capitolium, Sempronio

nio do, lego: aut ſi voluerit illud aut illud facere: conditionale enim huiuſmodi legatum eſt, & non aliter ad hæredes tranſit, quàm ſi legatarius voluerit, quamuis aliàs, quod ſine adiuctione, ſi volet, legatum fuerit, ad hæredem legatarij tranſmittitur, vti ſuperius à no-
3. bis declaratum eſt. Aliud enim eſt iuris, ſi quid tacitè contineatur, aliud ſi verbis exprimatur.
4. *l.ſi ita legatum.§.illi d. tit.* Illud ſanè quòd diximus, in hæredis arbitrium conferri legatum non poſſe, tunc verum non eſt, ſi hoc pacto fideicommiſſum relinquatur. Si hæres æſtimauerit, ſi comparauerit, ſi iuſtum putauerit, tunc enim & legatum & fideicommiſſum debebitur, quoniam quaſi viro bono potiùs ei commiſſum eſt, non in meram voluntatem hæredis collatum. *l. ſi ſic legatum d tit.* Adde, quòd ſi Titiæ relictum legatum ſit, ſi arbitratu Seij nupſiſſet, & viuo teſtatore Seius deceſſiſſet, & ea nupſiſſet, legatum ei deberi conſtat. *l. Turpia §.1. dicto titulo.*

CAPVT XLII.

De errore in legatis.

SVMMARIA.

1. *De nomine non curatur, modo de corpore conſtet.*
2. *Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt.*
3. *De re quando conſtare dicitur.*
4. *Quando dicatur in corpore erratum.*
5. *Error quantitatis non obeſt.*
6. *Si in ſubſtantia erratum ſit, quid iuris.*
7. *Error quomodo probetur.*

ERror nominum, cognominum, pronominum, neque regionis, *l patronus.§.libertis ff. de legat.* 3. in ſcriptura factus (ſi modò de poſſeſſionibus aut mancipijs legatis cæteriſque corporibus non ambigitur, ius legati minui non patitur. *l.ſi Fortidianum.C.de legat.l ſi nomine. C.de teſtament.* Quare ſi ſic legatum ſit, *Lego* fundum Cornelianum, qui apud Ticinum vel Rhenum ſitus eſt, & in quo eſt oliuetum, vel in quo eſt terra accliuis, arbores fructiferæ. &c. etſi non Cornelianus ſed Sempronianus is fundus dictus ſit, adhuc debebitur. Pulchra igitur eſt Accurſij ſententia & puriore calculo notanda: Demonſtrationes confinium, adiectæque rei qualitatem, quàm proprij nominis magis attendendam: idemque eſt, ſi Titio legaſſet teſtator, cùm is non Titius, ſed Seius nuncuparetur. Nomina enim ſignificandorum
2. hominum gratia (inquit Imp. *Inſtit.de legat.§. ſi quis in nomine.*) reperta ſunt: qui, ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt. Sed ſi in corpore erratum fuerit, diuerſum eſſe Vlpian. cenſuit. *l.4.ff.de legat.1.* Vnde ſi quis, eùm vellet veſtem legare, ſupellectilem aſſecripſit, dum purat, veſtem appellatione ſuppellectilis contineri. Pompo. ſcripſit veſtem non deberi: quemadmodum ſi quis putet auri appellatione, electrum vel auricalchum contineri: vel quod eſt ſtultius, veſtis appellatione etiam argentum contineri. Rerum enim vocabula immutabilia ſunt, hominum verò mutabilia.
De re ſanè conſtare tunc dicimus, cùm teſtator 3.
rem ipſam, alioquin teſtamento expreſſit ſufficienter: quicquid enim rei demonſtratæ adiectum ſit, id pro ſuperuacaneo habendum, communi iure conſultorum calculo deciſſum eſt, *l.1.in fi.ff.de dot. præleg.* vt, *Lego* fundum Cornelianum coniunctum fundis ſuburbanis: ſi de fundo Corneliano conſtet, ſed alij ſint confines quàm ſuburbani, nihilominùs legatum debebitur, cùm eatenus in huiuſmodi diſpoſitionibus, id per quod actum valeat, veniat attendendum. *l quibus diebus. §.qui dotalem ff.de condit. & demonſtr.* Cæterùm, in corpore errare
quem certum eſt, ſi pro Sticho, quem legare 4.
voluit, Pamphilum legat, aut pro equo mulum.
In quantitate quoque errorem, legatum infrin- 5.
gere non poſſe creditum eſt. Nam qui quartam partem bonorum legare voluit, ſi dimidiam ſcripſit, Proculus ait, defendi poſſe quartam legatam, quia ineſſet dimidiæ: Sed & ſi plus legatum voluit, & minus ſcripſit, valebit legatum. *l.eum qui quartam.ff. de legat.* 1. Sic licet conditiones adiectæ diſpoſitionibus, in forma ſpecifica ad indiuiduum implendæ ſint. *l. Mæuio.ff. de condit. & demonſt.* Finge, ſeruo relinquitur libertas, ſi decem dederit: is ſeruus per errorem dat 20. an ſit liber? liberum eſſe Vlp.
decidit *l.3.ff.de ſtat. liber.* Porrò ſi non in cor- 6.
pore, ſed in ſubſtantia rei legatæ erratum ſit, vt ſi teſtator legauit aurum, & voluit argentum, quid iuris ſit rectè quæritur. & idem eſſe Vlpian. tradidit. *l.in venditionibus ad fin.de contrahen. empt.* Nam aurum & argentum vnum quidem corpus metalli ſunt, ſed ſubſtantiæ diuerſæ. Nemo enim, quin formali intrinſecaque ambo corpora diſtinguantur qualitate, rectè dubitat. Sed quo pacto obſecro errorem pro-
babo? certè per coniecturas, quod verius eſt. *l.* 7.
cùm proponebatur.ff.de legat.2.

CAP XLIII.

De incerto & dubio legato.

SVMMARIA.

1. *In dubijs, cauſa inſpicienda eſt.*
2. *In dubio, minimum accipimus.*
3. *Pars minor ineſt maiori.*
4. *Mens teſtatoris attendenda.*
5. *Ex duobus morientibus eodem tempore, vter prior mortuus cenſeatur.*
6. *Nomen legatarij ſi ſit aſſcriptum, quid iuris.*

7. Ra-

7. *Ratio quare incerta res legata valeat, & incertis perſonis legata non ſubſiſtat.*
8. *Fauor in legatis quid operetur.*

1. SI verba legati ambigua ſint, dubiave eſſe reperiantur, eius cauſa primariò introſpicienda erit. *l. vxorem in prin ff. de legat.* 3. Idque
2. Papinian. probat & verum eſt. At ſi neque de eo ſatis conſtat: in dubio quod minus eſt accipimus. Nam (inquit Paulus Iureconſ. *l. qui concubinam.* §. 1. *ff. eod. tit.*) cùm ita legatum eſſet, vt Titia vxor mea tantillam partem habeat quantulam vnus hæres: ſi non æquales partes eſſent hæredum, Quintus Mutius & Gallus putabant maximam partem legatam
3 eſſe: quia in maiore parte, minor quoque ineſſet: Seruius Offilius minimam: quia cum hæres dare damnnatus eſſet, in poteſtate eius eſſet, quam partem daret. Labeo hoc probat, idque verum eſt, idque ſpeciei legatum non generalitas priuilegium habet. *Zaſius ad l. legata generaliter de leg.* 1. Generale enim legatum, quid iuris habeat, ſequent. Cap. dicitur, Mentem
4. tamen teſtatoris ſummoperè attendendam eſſe Marcellus rectiſſimè putauit: nam (inquit) cùm in teſtamento ambiguè, aut etiam perperam ſcriptum eſt, benignè interpretari ſecundùm id quod credibile cogitatum eſt, credendum eſt: *l. cùm in teſtamento. ff. de reb. dub.* veluti cùm Stichum ſtipuler: & ſint plures Stichi: vel hominem Carthagini, & ſint plures Carthagines: ſemper in dubijs id agendum eſt, quod veriſimile eſt actum eſſe, vt quàm tutiſſimo loco res ſit bona fide contracta, niſi cùm apertè contra leges ſcriptum eſt. *l. vbi eod. tit.* Idem eſt in legatis. In ambiguo enim ſermon (inquit Paulus) non vtrumque dicimus, ſed id dumtaxat, quod volumus: itaque qui aliud dicit quàm vult, neque id dicit quod vxor ſignificat, quia non vult: neque id quod vult, quia id non loquitur. *l. 3. eod tit.* Porrò ſed nec à veriſimilitudine recedendum eſt: nam ſi à patre filioque qui diutius vixiſſet, domus legata ſit, & in bel-
5. lo pater cum filio perijſſet, ita vt quiſnam prior mortuus eſſe dubitaretur. D. Adrianus credidit patrem priùs mortuum, *l. qui duos* §. *cùm in bello eo. ti.* idq; ex veriſimili imbecillitate ducitur. Sic ſi cum marito femina moriatur, femina prior occubuiſſe ex naturali perſuaſione
6. exiſtimabitur. Cæterum cùm nomen fideicommiſſarij teſtamento aſſcriptum non ſit, nulli perſonæ, nec certæ, nec incertæ, datum fideicommiſſum videri, indubitatum eſt. *l. Paulus eod. tit.* Sed ſi indubitabili ſigno eum demonſtrauerit, quod penè nihil à numine diſtat, non tamen eo, quod contumeliæ cauſa ſolet addi, valet legatum. Item ſi ex pluribus ſeruis eiuſdem nominis vni, vel libertas relicta ſit pluribus, *l. quoties.* § *ſi quis namen. ff. de hæred. inſtit.* Item ſi legatum Sempronio amico fuerit, & duo ſint æque charitate coniuncti, in his omnibus (inquit Vlp. *l. ſi fuerit de reb. dub.*) legata & libertates impediuntur. At ſi hæres tamen dare velit, eligere poteſt cui velit dare, & contra alterum ab hoc rectè defendetur. *l. ſi quis ſeruum.* §. *inter. ff. de leg.* 1. Sed quę eſt quæ- 7.
ſo ratio, quòd incerta res legata ſuſtinetur æquitate, incertis verò perſonis legata corruat? cùm à rebus ad perſonas & ediuerſo ſumatur argumentum. Dicite ex ſententia D. Petri de bell. Pert. vt à Iaſone alegatur, *in l. ſi quid à filio eod. tit.* quia cùm res incerta quoad mentem teſtatoris eſt, vtputa, ex pluribus rebus eiuſdem nominis legata, tunc quácunque elegat hæres, iam dicitur ſaltem in genere ſatisfeciſſe voluntati teſtatoris: quia certum eſt, teſtatorem voluiſſe commodare legatario ex iſtis. At in perſonis legatariorum longè diuerſum eſt, quia ſi plures ſint Sempronij, tunc voluntas teſtatoris præcidit ſe ad vnum Sempronium: ita vt alter excludatur omninò: vt ſic hæres eligendo, nec in ſpecie, nec in genere, ſubſcriberet teſtatoris voluntati. *arg. l. cum prætor. ff de iudic.* Porrò ſi relictum fauorabile ſit, etſi incer- 8.
tum, valet: quemadmodum ſi quis Reipub. Ziriceenſium Cimbrorum, in tutelam viæ reficiendæ, quæ eſt ab vrbe eorum vſque ad aggerem maris, legaſſet: propemodùm quidem imperfecta eſt ſcriptura hæc, vt Iubentius Celſus putabat, quia ſumma ſcripta non eſt: poteſt tamen videri (inquit Marcellus) tanta ſumma legata, quanta ei rei ſufficeret, ſi modò non appareat aliam defuncti fuiſſe voluntatem, aut ex magnitudine pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum, quas teſtator reliquit: tunc enim officio iudicis ſecundùm æſtimationem patrimonij, & legati, quantitas definiri poteſt. *l. quidam in teſtamento. ff. de legat.* 2.

CAP. XLIV.

De legato Generali.

SVMMARIA.

1. *Quæ genera legari non poßint.*
2. *Genus ex vtentium conſuetudine limites accipit.*
3. *Genus an & quando omnes ſpecies ſub ſe comprehendat.*
4. *Nomen debitoris generali legato non venit.*
5. *In legato generis, quid præſtandum.*
6. *Reprobum ſoluens, non liberatur.*
7. *Hæredis cauſa fauorabilis.*
8. *De electione in generali legato remißiuè.*

GEnera, quæ in ſui generalitate extenta nimis, effuſaque reperiantur, *l. cum poſt.* §. 1.
gener. ff. de iure dot. legari non poſſunt: nam & ſpecies in eo genere contentæ, & ipſe generales & indeterminatæ ſunt. Animali igitur legato, nihil deberi dicendum eſt: quamuis enim genus generaliſſimum non ſit: eſt tomen effuſa incertitudine indeterminatum, ſcilicet, quod in ſe contineat heterogeneas ſpecies,

cies, id eſt, diuerſæ naturæ, ſuper quibus non caderet certa electio, nec, quæ teſtatoris voluntas fuerit, vlla ſpecie declarari queat, vt ſi lego animal dixerit, in ceruo, boue, leone, aſino, verificationem reciperet, vt meritò & impertinens & euanida conſtitueretur electio. Porrò, ſi in genere generaliſſimo relictum ſit, minùs valet. At ſi tale quidem fuerit genus, quod vel natura, vel patrisfam. facto, certos fines habeat, legari poteſt: nam vel natura, vel factum, hoc genus ad aliquam ſaltem certitudinem contrahit, vt ſunt, homo, equus, aſinus, lanx, fundus, bos, & ſi quæ ſint ſimilia. Hæc enim licet in genere incerta dici poſſint, ex ſpeciebus tamen ſuis homogeneis, id eſt, vniformibus, certificantur.
3. Quod ſi ex mutua functione genus nitatur, idem eſt, ſicut ſunt vinum, oleum, frumentum: ea enim genera licet ſint incerta prorſus, vtentium tamen conſuetudine limites accipiunt, nempe pondere, menſura, numero. *l. nummis ff. de legat.* 3. In quo tamen rem diſtinctione temperabis: quia, aut ſimpliciter legantur, vt lego frumentum, & non valet legatum, propter nimiam incertitudinem, *l. triticum. ff. de verb. oblig.* Aut legantur ſub ſuis limitibus, pondere, numero, & menſura, vt Lego decem corbes frumenti, centum amphoras vini, & tunc valet legatum vt Zaſius author eſt. *ad l. legato generaliter. ff. de leg.* 1. Porrò, poſito ita legato, omnes ſpecies includi ſolere, (niſi clarè eas excepiſſe teſtatorem conſtet, eoque modo, vt quas excipere voluerit, ambiguitatem non recipiat) Pomponius Iureconſ. tradidit: *l. Titiæ textores. ff. de leg.* 1. Nomina ſanè debitorum generali legato non con-
4. tineri Paulus reſpondet. *l. Gaius Seius. ff de leg.* 3. Sed quid in hoc generali legato præſtandum
5. erit? Sanè in generis legato hoc perpetuum eſt, vt mediocre præſtetur, nec optimum, nec è regione peſſimum accipimus, quod non in animalibus ſolùm vt parum argutè Accurſ. ſenſiſſe videtur, ſed in omnibus omninò rebus, quæ in genere legari poſſunt. *l. ſi quis argentum.* §. 1. *C. de donat.* Hoc tamen tunc verum non eſſe Ang. *in d. l. Titiæ & in d. l. legato.* docuit, cùm volente hærede, vel optimus vel p ſſimus eligeretur. Nam in legato generis, nec optimus nec peſſimus præſumitur legatus, quod illic hæres nimium grauetur, hic noceretur legatario. Ergo in tali legato ex indubitata præſumptaque teſtantis voluntate, mediocrem rem deberi conſonum eſt: optimam verò peſſimamque ſolui ſi contingerit, voluntati non ſubſcribitur teſtatoris, ſed aliud pro alio ſolui dicendum eſt. Porrò, ſi in genere legato duæ tantùm ſpecies contineantur, tunc, quia inter duo nullum mediocre conſtitutum eſt (medium enim duo extrema requirit) eo caſu melior dabitur, non optimus, quia in duobus nec comparatiuus nec ſuperlatiuus verificari poſſit. At ſi generale legatum ex quantitate, vel mutua functione conſiſtat, non mediocre, ſed minimum deberi Vlp. *in d. l. nummis.* poſt Iabolenum putauit: *in l. ſi fideiuſſor. ff mandati.* ea enim genera, quæ in mutua functione conſiſtunt, non ex intrinſecæ bonitatis gradu intentioneve, ſed ex functionis vſu præſtantur. *l.* 2. §. *mutui. ff ſi cert. pet.* Quibus conſequens eſſe puto: 6.
quod ſi hæres frumentum, vinum, vel oleum corruptum, nummos reprobos ſoluere vellet, non audiretur, quòd in eis fungendi facultas deſiderata ſit. *l.* 3. *ff. de vino legato.* Quòd ſi verò in ſpeciei legato ambiguitatem obſcuritatemque incidere contigerit, dumque inter varia, quid præſtandum, quidve ademptum ſit, diſceptatur, minimum quoque ſpectandum dicimus: *l. ſi ita ſcriptum ff. de leg.* 1. cùm quantò 7.
minùs fieri poteſt, hæredem grauari, legibus conſentaneum eſt. *l. apud Iulianum* §. *ſcio eo tit.*
Poſtemò, ſi de electione agere libeat, hæredis 8.
ne an legatarij potiùs electio ſit, puto alio loco à nobis dictum eſſe. *de elect. vel opt. legata.*

CAP. XLV.

De legato inutili & nullo.

SVMMARIA.

1. *Turpia legata an & quo pacto valeant.*
2. *Captatoriæ ſcripturæ non valent.*
3. *Sic nec legata contra bonos mores.*
4. *Legatum debet aliquam vtilitatem continere.*
5. *Debitum, non debitum legari non poteſt.*
6. *Quantitatis expreßio requiritur.*
7. *Ædibus iniuncta, & ea quorum commercium haberi non poſſet, non rectè legantur.*
8. *Silex Leydanus.*
9. *Incapaci non legatur.*
10. *Legata inutilia, per repetitionē confirmantur.*
11. *Legatum, quo pacto deficiat.*

TVrpia legata, quæ denotandi magis lega- 1.
tarij gratia ſcribuntur, odio ſcribentis pro non ſcriptis habentur, *l. turpia de leg.* 1. ſi ſcilicet in ſpecie turpitudo nominata fuerit. At ſi in genere quis ſic leget: Filio meo impijſſimo, malè de me merito, do, lego, legatum valebit: huiuſmodi enim Inſtitutiones receptæ ſunt *l. his verbis ff. de hæred. inſtit.* Captatoriæ ſcripturæ ſimili modo neque in hæreditatibus neque 2.
in legatis valent. *l. captatoriæ. ff. de legat.* 1. Ea quoque legata, quæ contra bonos mores ſunt, 3.
nullius momenti eſſe, qui dubitat? *l. ſi quis inquilinos d. tit.* Similiter, ſi nullam in ſe vtilitatem 4.
legatum contineat, viribus ſubſiſtere non debet: quemadmodùm ſi vniuerſæ facultates, quas quis reliquit, debito fiſcali aut priuato abſu- 5.
mantur, nihil ex his, quæ teſtamento eius adſcripta ſunt, valere poteſt: *l. ſi vniuerſa. C. de legat.* vel ſi ſic legatum ſit: Sempronio quod Titus mihi debet, do, lego, neque Titius debeat: ſciendum eſt nullius roboris legatum eſ-

6. ſe: eſſe enim debitor debet. Idem erit, ſi quanti-
tas expreſſa non ſit: *l. ſi ſic legatum.* §. 1. *de leg.* 1.
vel ſi hæredi à ſemetipſo legatum fuerit: *l. legatum eſt.* §. 1. *d. tit.* vel ſi rem legatam conſequi le-
7. gatarius non poſſit: vtputa, ſi ea, quæ ædibus
iniuncta ſint, legentur: certum eſt ea auelli non
poſſe: *l. cætera* §. 1. *d. tit.* vel ſi eius commercium
non exiſtat: veluti ſi quis fundum Martium
leget: *l. Idem Iulianus.* certum eſt enim huiuſ-
modi legata vigorem non habere, furioſique
eſt potius talia teſtamento aſcribere, eorum-
8. que, qui ex Leydano ſilice originem trahere
narrantur, quod Prouerbium apud Batauos ce-
9. lebre eſt. Hoc amplius: ſi incapaci, vtputa de-
portato, eiuſve ſeruo *l. ſi deportati de leg.* 3. le-
gauerit, etiam ſi ſe id, quod legatum eſt, illis
debere dicat, nihil legatum cenſetur, neque
quicquam talis confeſſio, quaſi in fraudem legis
facta, operari poterit. *l. cum quis decedens.* §. *penult. d. tit.* Perinde etiam erit, ſi quis, quos non
poterat manumittere, legauerit vt manumitte-
rentur: nam, inquit Modeſtinus, nec legatum,
nec libertas valebit: *l. ſi quis de legat.* 2. vel ſi
ei, qui in poteſtate hoſtium eſt, legatum fuerit,
iſque apud hoſtes deceſſerit, nullius virtutis la-
gatum eſt, quamuis poſtliminio confirmari po-
tuit, *l. ſi ſeruo meo.* §. *ſi. de leg.* 1. manebitque a-
apud hæredem, quod Imp. Maieſt. tamquam
antiquæ beneuolentiæ conſentaneum, & natu-
rali ratione ſubnixum, intactum atque illiba-
tum præcepit cuſtodiri, in omne æuum valitu-
rum *l. vnica. C. de caduc. toll.* §. *in primo.* Id etiam
obiter dicendum eſt, quòd ex legato reuocato,
cuive renunciatum eſt, peti ampliùs non poſſit.
10. *l. vxorem & filium.* §. *de teſtamento de leg.* 3. Po-
ſtremò, ſi quis inquilinos, ſine prædiis quibus
adhærent, legaſſet, inutile eſt legatum: ſed an æ-
ſtimatio debebitur, ex voluntate defuncti ſta-
tuendum eſſe Diuus Marcus & Diuus Commodus reſcripſerunt. *d. l. ſi quis inquilinos de leg.*
1. Legata tamen, propter verborum ſolemni-
tatem omiſſam, vel uerba inepta tantùm (non
autem aliis modis) data, per repetitionem con-
firmari poſſe, verius eſt. *l. legata dicto titulo.* Hoc
quoque præterire non poſſum, quòd præmori-
ente legatario ante teſtatorem: aut ſeruo pœ-
næ effecto: aut teſtamentum improbè impu-
gnante: *l. Papinianus.* §. *meminiſſe. ff. de inoffic. teſtament.* aut conditione ſub qua legatum eſt,
11. deficiente: vel repudiante legatario: aut inimi-
citiis ortis inter legantem & legatarium, iiſque
nondum compoſitis, viribus legata deſtituan-
tur. *Inſtitut. eodem.* §. *ſi eadem. l.* 3. *de adimen. legat.*

CAP. XLVII.

Quibus modis legata relinquantur.

SVMMARIA.

1. *Quibus modis legata relinquantur.*
2. *Dies certus legato appoſitus, quid operetur.*
3. *Debitor ante tempus ſoluere poteſt.*
4. *Dies incertus appoſitus, quid.*
5. *Si conditio apponatur, quid iuris*
6. *Conditio quæ prohibetur impleri, pro impleta eſt.*
7. *Ante conditionis euentum, non admittitur petitio.*
8. *Quid ſi modus appenſus ſit.*
9. *Legatarius cauet de modo adimplendo.*
10. *Quid ſi demonſtratio appoſita ſit.*
11. *Cauſa adiecta legato, quid operetur.*

SVpereſt, vt, quemadmodùm in fronte o- 1.
peris promiſeramus, quibuſnam modis
relinqui legata ſoleant, diſpiciamus. Legatis
igitur, quæ relinquuntur, aut dies certus, aut
incertus, *l. dies incert. ff. de condit. & demonſtr.*
vel conditio aſcribitur, aut ſi nihil horum fa-
ctum ſit, præſentia ſunt, niſi ipſa conditio in-
ſit. *l.* 1. *d. tit.* nonunquam etiam ſub modo &
demonſtratione, *l.* 1. *C. de his quæ ſub modo.* vel
etiam cauſa: ſed de his ſingulis ſummariè dice-
mus, vt & ſtudioſis quoque nonnihil relinqua-
mus diſcutiendum. Cum ego in legatis dies
certus appoſitus eſt, quamis dies nondum ve- 2.
nerit, ſolui tamen poſſunt, quia deberi certum
eſt. *d. l.* 1. *ff. de condit. & demonſtr.* quamuis ante
diem peti non poſſit. *l. ſi dies. ff quando dies leg. ced.* 3.
Sanè, tale legatum, à die mortis teſtatoris
cedit, quo ad hoc, vt moriens legatarius ad hæ-
redem ſuum poſſit tranſmittere, *l. vnic. C. de
cad. toll.* ſi modò aliud impedimentum non fue-
rit. *vt in l. ſi ea quæſtio. C. de his quib. vt indig l. ſi
hæres ff. quando dies leg. ced.* Si verò dies in- 4.
certus appoſitus ſit, in hoc à certo differt, quòd
certa die legatum, vel ſtatim dari poteſt vti di-
ximus, at qui legauit, cùm id factum fuerit,
niſi id factum fuerit, præſtare non debet: *l. ſtipulatio iſta.* §. *inter certam. ff. de verb. oblig.* huiuſ-
modi enim legato, conditio quædam ineſſe
cenſetur, *d. l. dies incertus.* & ſic (niſi temporis
conditio extiterit) neque res pertinere, neque
dies legatis cedere poteſt. *d. l. ſi dies.* Si autem
ſub conditione legatum ſit, & ea de iure & na- 5.
tura impoſſibilis fuerit, legatum petere legata-
rius non impeditur, quia pro non ſcripta ha-
bebitur. *l. ſi poſt l. obtinuit ff de condit. & demonſt.*
Si verò poſſibilis ſit, ante eius euentum non 6.
tranſit dominium, neque petitio quidem ad-
mittetur, *l. Vnic.* §. *ſi autem ſub conditione. C. de* 7.
cad. tollen. niſi aduerſarij culpa interceſſiſſe ap-
probetur, *l. Iure ciuili. ff. de condit. & demonſtra.*
quo

8. quo quidem caſu, pro impleta conditio habenda eſt. Deinde, ſi ſub modo legatum ſit, & ſi quidem is impoſſibilis ſit, idem, quod in cõditione adiecta, ſeruabitur: at ſi poſſibilis ſit, tunc ſi modus, cauſa finalis legati fuerit, cau-
9. tione de eo implendo præſtita, legatarius ad eius petitionem admittendus eſt. *l.2. C. de his quæ ſub mo.* Si autem impulſiua, tunc etiam ſine cautione non eſt repellendus. *l. Titio centum in*
10. *princip. ff. de condit. & demonſt.* Si ſub demonſtratione legatum factum fuerit, tunc ſiue vera ſit demonſtratio, ſiue falſa, ſi de corpore rei legatæ, vel de certa quantitate conſtet, legatum ſubſiſtere poteſt: *l. demonſtratio falſa d. tit. l.2 C. de falſ. cau. adiect.* quemadmodùm, ſi in perſona legatarij demonſtranda aliquid erratum ſit, modò, cui velit legatum relinquere teſtator,
11. appareat. Poſtremò, ſi cauſa legato adiecta fuerit, & conditionaliter cauſa poſita fuerit, falſa cauſa vitiabit: at ſi caſualiter, non vitiat, niſi teſtator aliàs relicturus non fuiſſet. *Doct. in l.1. C. ti.* Hæc ita ſummariè pertranſire ſufficiebat.

CAPVT XLVIII.

De præſtandis legatis.

SVMMARIA.

1. *Pura legata, à die adita hæreditatis, præſtanda ſunt.*
2. *Conditionalia non præſtantur ante conditionis euentum.*
3. *Anguſtia temporis legato non obeſt.*
4. *Res debita, debet plenariè eſſe effecta legatarij priuſquam hæres liberetur.*
5. *In indiuiduis, tenetur vnuſquiſque hæredum in ſolidum.*
6. *Aliud in diuiduis.*
7. *Quid hæres moroſus teneatur præſtare.*
8. *Legatarius cauere debet, de implenda voluntate defuncti.*
9. *Hæres tenetur cauere de præſtando.*
10. *Teſtator non poteſt cautionem vſufructuario remittere.*

1. OMnia quæ in teſtamentis ſine die vel conditione aſſcribuntur, à die aditæ hæreditatis præſtentur, *l. omnia. ff. de leg. 3.* quamuis modicum quidem temporis ad ſoluendum indulgeri ſoleat. *l. qui decem. l. ratum. ff. de ſolut.*
2. Aliud ſanè erit, ſi dies aut conditio adiecta ſit. His enim venientibus cedentibuſq́; , tunc primùm deberi accipiunt. Ande malè Alphenus arbitratus eſt, centum præſenti die deberi, ſi quis hoc pacto legaſſet: Titio centum aureos hæres præſenti die dato, deinde protulit diem legatorum, quia diem proprium habuerunt: *l. Titio centum de leg. 2.* ſi igitur eo pacto hæres iuſſus ſit facere, vt Titius centum habeat, cogendus eſt hæres centum dare, quia nemo facere poteſt, vt ego habeam centum, niſi mihi dederit. *l. ſi hæres de leg. 1.* Hoc ampliùs: ſi quis ſeruos, quos Gadibus habebat, ex teſtamento quod Romæ moriens fecerat, triduo quo 3.
mortuus fuerit, hæredem dare mihi damnauerit, ratum legatum eſſe, nemo ambigit, anguſtiaſque temporis nihil nocere. *l. ſi mihi & tibi d. tit.* Non prius tamen obligatio legati extinguitur, quàm ſi eo modo res facta fuerit legatarij, quo ab eo auelli non poſſit, *l. non quocun-* 4.
que in princ. d. tit. vel niſi abſque vitio traditio facta fuerit pura. *l. huiuſmodi. §. ædes d. tit.* At ſi eandem rem & legatarius & ſubſtituti legatarij peterent, & hæres ſoluere paratus ſit, ſi ambo defendere hæredem ſint parati, eligere debet hæres cui ſoluat, vt ab eo defendatur: & ſi neutrius manifeſta calumnia videatur, ei potius ſoluendum eſt, cui primùm legatum eſt. *l. ſi quis ſeruum. §. certum. de leg. 2.* Et tunc quidem cedente die, alij reſtituet legatarius, vel ſi ante decedat, hæres quoque eius id quod legatum eſt, præſtare debebit. *l. cum ita §.1. d. titu.*
Quod ſi autem indiuiduum legatum ſit, vnum- 5.
quemque hæredem in ſolidum teneri Diuus Marcus & Lucius Seuerus Proculæ reſcripſe- 6.
runt. *l. fideicommiſſa. §. penult. de leg. 3.* At ſi diuiduum, legatorum petitio aduerſus hæredes pro partibus hæreditarijs competet, nec pro his qui ſoluendo non ſunt, onerari cohæredes oportet. *l. legatorum de leg. 2.* Porrò, ſi res aliena legata fuerit, quid iuris ſit, ſuperiùs dictum eſt, *in cap. 4.* Si verò in mora tradendi præſtan-
dique hæres fuerit, non tantùm fructus perce- 7.
ptos vel percipiendos, ſed & omne damnum, quo affectus eſt fidei commiſſarius, præſtare cogitur: *l. is qui de legat. 3.* quemadmodum ſi poſt moram res interierit, æſtimatio eius præſtabitur. Item partus ancillarum, & ſi ſeruus fuerit legatus, & hæreditas vel legatum vel quid per eum acquiſitum ſit, hæres præſtare cogendus eſt. *l. apud Iul. §.1. de leg. 1.* Illud certè neminem arbitror latere: ſi legatum cuipiam relictum ſit, vti quid faciat, etiam ſi non intereſt hæredis id fieri, denegandam ei actionem, ſi non cauerit hæredi futurum, quod defunctus
voluit. *l. ſi tibi legatum. de legat. 3.* Econtrariò 8.
quoque ſi petat legatarius, hæredem ſimiliter legatorum nomine latiſdare oportere Prætor putauit, hæredem (inquam) cuiuſcunque dignitatis, uel quarumcunque facultatum fuerit, *l. 1. ff. vt fideicom. no. cau.* nec ſine ratione hoc Prætori viſum eſt, ſicut hæres incumbit poſſeſſioni bonorum, itaque legatarios quoque catere non debere bonis defuncti, ſed aut ſatiſdabitur eis, aut ſi non ſatiſdatur, in poſſeſſionem bonorum venire Prætor voluit: ſatiſdabunt autem, ſiue purè fideicommiſſum relictum ſit, ſiue ſub conditione, ſiue ex certa die, vel ſi res aliquæ, ſiue ius vel hæreditas relicta
ſit, *l. hac ſtipulatio d. tit.* Satiſdabunt, inquam, 9.
quòd rem legatam ſuo tempore præſtabunt, dolumque malum abfuturum: *d. l. 1. in princ.*

neque

neque cui quam mirum eſſe debet, quòd pro puris legatis cauendum eſſe Iureconſulti ſtatuerint: nam inquit Paulus, nonnullas moras exceptio iudicij habet. *l. etiam.* Si tamen ſemel ſatiſdationem remiſerit legatarius, ampliùs petere
10. non poterit *l. qui filium.* Idem erit, ſi teſtator eo onere exonerasse hæredem probetur, *l. licet.* quãuis vſufructuario cautionem præſtandam, remittere non potuiſſet: *l.* 1. *C. de vſufru.* formam enim (inquit) Cattoſaccus *in l. ſcire. C. vt in poſſeſſ. leg.* à iure traditam, teſtator non poteſt relaxare, eaq; ratio, quàm aliæ, meliùs concludit, ſed illud huius inſtituti non eſt.

CAPVT XLVIII.

De tranſmittendis legatis.

SVMMARIA.

1. *Relictum ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem.*
2. *Aliud ſi vt propriæ priuatæq; perſonæ legatum fuerit.*
3. *Idem ius, quod defunctus habuit, cum re ad legatarium tranſit.*
4. *Legata perſonalia, ad hæredem non tranſeunt.*

QVod principi relictum eſt, aliud ſi Auguſtæ, qui antequam dies legati cedit, ab
1. hominibus reiectus & ereptus eſt, ex conſtitutione Diui Antonij, ſucceſſori eius debetur. *l. quod principi & l ſequenti. ff. de leg.* 2. Simile eſt,
2. ſi Epiſcopo legatum relictum eſt, intuitu eccleſiæ: id enim ad ſucceſſorem tranſit: ſecus, ſi propriæ perſonæ, & non epiſcopalis dignitatis intuitu legatum probetur: tunc enim ad hæredes ab inteſtato venientes tranſmittitur. *cap. requiſiſti extra de teſtament.* Sciendum autem eſt,
3. dominium rei legatæ, quod apud defunctũ eſſe ſolebat, ad legatarium tranſire, quamuis id penes ſe eſſe, ſibique competere hæres ignorabat, poſſeſſioque apud eum non conſtitiſſet. *l. ſi fundum ff. de leg.* 1. Porrò ſi in teſtamento ſic ſcriptum eſſet: Lutio Titio, ſi in hæredi meo tabulas, quibus ei pecuniam promiſeram, dederit, centum dato: Titius deinde, antequam tabulas hæredi redderet, deceſſerit, quæſitum eſt, an hæredi eius legatum debeatur. Caſſius reſpondit, ſi tabulæ fuiſſent, non deberi: quia non redditis his, dies legati ceſſit: ſi autem teſtamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, vera ratione dici poteſt legatum Titio deberi, quia conditio pro non ſcripta habeatur. *l. ad omnibus.* §. 1. *de leg.* 1. Adde quod ſi cui militia, vel teſſera frumentaria legata fuerit, æſtimationem ad hæredem tranſmittere. *l. mortuo d. tit.* Poſtremò,
4. perſonalium ſeruitutum legata, ad hæredem non tranſeunt, niſi & hæredis quoque nomen legato adiectum fuerit. *l. Idem Iul.* §. *ſi quis d. tit.*

CAP. LIX.

De repudiando legato.

SVMMARIA.

1. *Legatum repudiatum non cenſetur legatum.*
2. *Pro parte acceptari, & pro parte non poteſt legatum repudiari.*
3. *Aliud ſi plura relicta ſint.*
4. *Aliud niſi vnum ſit oneroſum, aliud non.*
5. *Quando plura iura concurrunt, vnum repudiare poſſumus.*

SI legatum nobis relictum, conſtituerimus ad nos nolle permittere, pro eo erit, quaſi 1.
nec legatum quidem ſit. Idem quoque erit, ſi partem repudiare velimus: legatarius enim pro 2.
parte acquirere, pro parte repudiare legatum non poteſt, *l. legatarius l. ſi ubi homo.* §. *cum ſeruus. de leg.* 1. *l. neminem de leg* 2. ſi nempe in ſolidum legatum fuerit: ſed duobus legatis relictis, vnum quidem repudiare, alterum verò 3.
amplecti poſſem. Sed ſi unum ex legatis onus habet, & hoc repellatur, non idem erit dicen- 4.
dum. Pone enim (inquit) Paulus Iureconſ. eum, cui decem & Stichus legatus eſt, rogatum ſeruum manumittere: ſi Falcidia locũ habet, ex decem vtriuſque legati quarta deducetur: igitur repudiato ſeruo, non euitabitur onus deductionis, ſed & legatarius ex pecunia, duas quartas relinquet. *l. ſed duobus. ff. d. leg.* 2. *& l. ſi cui res ibi.* Quod autem dictum eſt, legatarium pro parte repudiare legatum, & pro parte amplecti non poſſe, ad hæredes eius non extenditur, illi enim poſſunt, vt alter eorum partem ſuam acquirat, alter repudiet: *d. l. legatarius.* legatum ſanè ſeruo delatum dominus iure repudiat *l. legatum de legat.* 1. at ſi deinde prolatis codicillis apparuerit mihi idipſum legatum eſſe, nihilominùs idipſum vendicare poſſum: *l. ſi ſeruo d. tit. l. ſi mihi purè. ff. de legat.* 2. quando enim plura iura concurrunt, vno repudiato, 5.
aliud repudiatum eſſe, verum non eſt.

CAPVT L.

Vtrum relictum ad certũ vſum, ad alium conuerti poſſit.

SVMMARIA.

1. *Legatario non implente voluntatem defuncti, legatum rectè hæres vendicat.*
2. *Ius neceſſe interpretatur verba teſtatoris.*
3. *Quod contra ll. fit, nullas vires habet.*

VEtus quæſtio fuit, atque vtilis ſanè, quæque indies obuia eſt. Vtrum legatum ad

1. ad certum vſum,ad alium vſum transferri, immutarique poſſit? Pro cuius quæſtionis diſſolutoine triplici diſtinctione opus eſt. Aut enim
2. de iure & de facto legatum impleri poteſt, & certè is,cui relictum eſt,pro conſcientia ſua votum adimpleat teſtatoris: *l. nulli. C. de Ep ſ. & cler.* quòd ſi verò id efficere non voluerit,legatum ab hæredibus rectè vendicabitur. *c. delectus de donation.* niſi ſummi Pontificis authoritas vires addiderit. Aut de iure ſolùm, ſed de facto adimpleri non poteſt: quo quidem caſu, quandoquidem ius commune teſtatoris verba interpretatur, vt res magis valeat quam pereat, *c. Abbat. ext. de verb. ſignif.* etiam ſi id teſtator expreſsè prohibuiſſet, authoritate ſuperioris in alium vſum conuerteretur. *c. nos quidem de teſtament.* Tertiò,ſi de facto quidem,ſed de iure
3. non poſſit perfici, atque ad effectum perduci, legatum eſt inutile:quod enim contra ll.fit, viribus ſubſiſtere non poteſt:*l. contra iuris. ff. de pact.*verùm ſi quidem non in honeſtatis gratia legare prohibeat, tunc legatum etiam à iure prohibitum, ad alium vſum conuerti poteſt. Cuius exemplum Modeſtinus quodam loco præſtitit:*in legatum. ff. de vſufruct. legat.* neque tamen improbat, hæredis conſenſum requirendum eſſe:at ſi ij non conſentiant, Reuerendiſſimum eius loci Antiſtitem, authoritatem ſuam interponere poſſe plerique exiſtimarunt: neque improbabile eſt, vt memoria teſtatoris alio,& licito genere,celebretur.

CAPVT FINALE.

De adimendis & transferendis legatis.

SVMMARIA.

1. *Contraria contrarijs ſoluuntur.*
2. *Hominis voluntas eſt ambulatoria ad mortem vſque.*
3. *Præſumpta reuocatio aliquando ſufficit.*
4. *Si viuus teſtator legatam rem alienauit, extinguitur legatum.*
5. *Pro parte,legatum poteſt adimi.*
6. *Legatum quo pacto & quibus modis transferatur.*

1. OMnis res per quaſcunque cauſas naſcitur,per eaſdem diſſolui poteſt,*c. omnis de reg. iur. in antiq.* quòd hic uſuuenire cenſpicimus: quemadmodum enim ſola ipſius teſtatoris voluntate legata conſtituuntur, ſic quoque vſque ad extremum vitæ ſpiritum, contraria voluntate eiuſdem tolluntur. Nullus enim ignorat, voluntatem hominis vſque mortem, ambulatoriam eſſe:*l. quod ſi iterum ff. de adimen. leg c. cum Martha ext. de celeb miſſar.* fundo itaque legato,ita adimi poteſt:fundum illum non do,nō lego ſimilibuſq; verbis quibus ſaltē pœnitentia probari poſſit *l. planè & l. pluribus de le. 1. inſtit. eo. § vnic.* Nonnunquàm tamen expreſ- 3.
ſio requiſita non eſt, ſed præſumpta quædam legati reuocatio ſufficit: vtputa ſi grauiſſimæ capitaleſq; inimicitiæ inter legantem legatariumq; interueniſſent, neque in priſtinam amicitiā rediſſe, teſtatoremq; prioris offenſæ pœnituiſſe conſtiterit: *l. 3 §. ſi. & d. l quod ſi iterum.* ſiue etiam quòd teſtatorem capitali de crimine accuſauerit: vel ſi eum, quem in principio teſtamenti legatum habere voluit, in calce poſtmodùm in eadem ſcriptura ingratum nuncupauit: his caſibus, Paulus teſtatorem voluntatem commutaſſe arbitratur: quare nec actionem legatarium ex teſtamento habere poſſe. *l. liber. l. diui C. de his quib. vt indig.* Si quoque 4.
rem legatam teſtator viuus alteri donauerit, omninò extinguitur legatum, etiam ſi inutilis donatio fuerit:*l. legatum ſub conditione. § pater hoc tit.*neque ſanè vlla actio legatario ad rem conſequendam competet, niſi eandem rem redemptam, quæ primò alienata legatum extinxit,rurſum ad legatarium peruenire, teſtatorem voluiſſe doceatur,*l. cùm ſeruus.* Pro parte etiam 5.
legatum adimi poteſt: vt ſi quis decem legauerit, & eidem codicillis quinque ſe dare velle ſcripſerit: ſola enim quinque debentur: *l. 3. §. cum Titio.* Sanè quod alij ſub conditione legatū erat, ſi alij purè relictum ſit, niſi mentem mutaſſe teſtatorem conſtet à primo legato non plenè receſſum cenſetur, ſed ita demùm ſi conditio ſequentis extiterit. *l. quod ſi alij.* Id autem notare,quòd nulli adimi legatum poſſit, quàm cui legatum eſt: vnde ſi filio aut ſeruo alieno legatum eſt,domino aut patri adimi nō poteſt. *l. legatum.*Sicut adimi legatum,ſic quoq; ab alio 6.
ad alium transferri poteſt: *l. ſicut* veluti ſi quis ita dixerit: hominem Stichum quem Titio legaui,Seio do,lego:ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit:quæ res in perſona Titij tacitam ademptionem continet, & Seio dari videtur. Iſtud autem quadrupliciter contingere poſſe Iureconſ. Paulus docet. *Inſt. eo.* Primò quando ex vnius legatarij perſona ad aliam transfertur. Secundò ex perſona hæredis, eoque qui dare iuſſus eſt, vt aliis det: deinde ſi de re ad rem tranſlatio fiat. Poſtremò verò, ſi quod purè datum eſt, ſub conditione alium habere teſtator voluerit,*l. tranſlatio h ti.* tranſlatio tamen de vno in eundem facta,ab onere aliena eſt,*l. ſi tibi* Legatum ſub conditione datum,ſub eadem conditione transferri cenſetur, ſi non conditio priori perſonæ cohæreat. *l. legatum.*

FINIS.

IN-

INDEX
CAPITVM

Quæ in hac Paraphraſi De Legatis continentur.

PRIMVM
De definitione legati. fol. 687
II. *Qui legare poſſunt.* eod.
III. *Quibus legari poteſt.* eod.
IV. *De vſufructu legato.* 688
V. *De vſu & habitatione legata.* 690
VI. *De ſeruitute legata.* 691
VII. *De dote legata.* 692
VIII. *De vino, tritico & oleo legato.* 693
IX. *De fundo inſtructo & inſtrumento legato.* 693
X. *De fructibus & hortis legatis.* 894
XI. *De Ædibus & area legata.* eod.
XII. *De naue legata.* 696
XIII. *De penu legata.* eod.
XIV. *De ſupellectili legata.* 697
XV. *De alimentis legatis.* eod.
XVI. *De auro & argento legato.* 699
XVII. *De mundo legato.* 700
XVIII. *De ornamentis legatis.* eod.
XIX. *De annulis & gemmis legatis.* eod.
XX. *De veſtimentis legatis.* 701
XXI. *De lana & lino legato.* eod.
XXII. *De vnguentis legatis.* eod.
XXIII. *De ſtatuis & imaginibus legatis.* 702
XXIV. *De legato quod alicuius gratia emptum eſt.* eod.
XXV. *De liberatione legata.* 703
XXVI. *De debitore creditori legante.* 704
XXVII. *De actione legata.* eod.
XXVIII. *De pecunia & nummis legatis.* eod.
XXIX. *De grege legato.* 705
XXX. *De ligno legato.* eod.
XXXI. *De mutatione rei legatæ.* 706
XXXII. *De futurorum legatis.* eod.
XXXIII. *De re aliena legata.* 707
XXXIV. *Si cui res propria legata ſit.* eod.
XXXV. *De rei communis legato.* 708
XXXVI. *De optione legata.* eod.
XXXVII. *De alternatiuis legatis.* 709
XXXVIII. *Si eadem res ſæpius legetur.* eod.
XXXIX. *De periculo rei legatæ.* eod.
XL. *De ſumptibus in re legata præſtandis.* 710
XLI. *Vtrum legatum in alterius arbitrium conferri poſſit.* eod.
XLII. *De errore in legatis.* 711.
XLIII. *De incerto & dubio legato.* eod.
XLIV. *De generali legato.* 712.
XLV. *De legato inutili & nullo.* 713.
XLVI. *Quibus modis legata fiant.* 714.
XLVII. *De præſtandis legatis.* 715.
XLVIII. *De tranſmittendis legatis.* 716.
XLIX. *De repudiando legato.* eod.
L. *De relicto ad certum vſum.* eod.
LI. *De adimendis & transferendis legatis.* 717.

AVTHOR LECTORIS.

PRæmiſi ad te, Humaniſſime lector, has paucas paginas, quibus ſincerum erga ſtudioſos animum declararem, quæque tuum de meo labore iudicium elicerent. Et ſi ſanè immatura quidem hæc nonnullis ſibi paulò ſapientioribus videri poſſint, de oliuis certè etiam immaturis fructum percipi, Iureconſulti tradiderunt, quod mihi ſufficerit. Habebis, in quo totam Legatorum materiam, in Pandectarum Codicibus fuſiſſimè ſparſam, nihilque minùs in tribus Legatorum titulis inordinatè obſeruatam, vno conſpectu tamquam in tabella conſpicere poſſis & intueri. Quare ſi noſtram hanc commentationem quam plurimis placuiſſe ſenſero, ingrediar animoſiùs ad reliqua, & quantum nobis à ſeriis occupationibus tribuetur otij, in eo potiſſimùm, vt communibus ſtudiis conſulam, conſumam: interim tu hæc noſtra ſtudia, Lector optime, æqui bonique vt conſulas rogo, ſeueramque de iis trutinam remitte, & vale.

PETRI

PETRI PECKII I. C.

TRACTATVS DE

IVRE SISTENDI,

ET MANVVM INIECTIONE, QVAM VVLGO ARRESTATIONEM VOCANT.

CLARISSIMO VIRO

D. IOANNI RICHARDOTO,

I. V. Doctori, Regiæ Catholicæ Maieſtatis in priuato Senatu Conſiliario, ſuo Domino,

P. PECKIVS ZIRICÆVS I. C. S. P.

ANte annos tredecim Vir Clariſſime, tractatum de Iure Siſtendi ſiue de Arreſtis, vti noſti, edidi. Sed cùm ex varijs indicijs animaduerterem, & ex fideli multorum relatione intelligerem, eum viris magnis, bonis & doctis, plurimùm placuiſſe, & tam ab ijs qui pro tribunali Ius populo dicunt, quàm ijs qui litigantum patrocinia recipiunt, gratum ac vtilem fuiſſe: ſedulò ac ſeriò iterum animum adieci meum, vt quatenus profeſſio publica, læſaque valetudo permitteret, ea quæ ex vſu forenſi ſuccedentibus annis deeſſe illi cognoueram, bono publico, quò nos labores noſtros omnes referre conuenit, paulatim ſupplerem, & ea quæ fortè paulò obſcuriùs priùs dicta fuerunt, clarius explicarem. Eundem igitur tractatum multis deciſionibus locupletatum, plurimiſque in locis auctum, pro mutua priuataque noſtra amicitia ad te mitto: quem vt & benignè foueas, & aduerſus ingratorum inuidorumque hominum calumnias patrocinio tuo defendas, oro. Louanij, anno à nato Redemptore noſtro 1577. Idibus Septembris.

D. PE-

D. PETRI PECKII

ZIRICÆI I. C. CELEBERRIMI,

De Iure Siſtendi, & Manuum Iniectione, quam vulgus Arreſtationem vocat.

CAPVT I.

Arreſtũ quid ſit, & vnde dicatur.

SVMMARIA.

1. *Sententiæ ſupremarum Curiarum cur arreſta dicta ſint.*
2. *A ſententijs ſupremæ Curiæ non appellatur.*
3. *Clauſa hæc, Quia tale eſt noſtrum placitum, quid ſignificat.*
4. *Arreſtum, arreſtatio, arreſtare quid ſit.*
5. *Arreſtare & prehendere quomodo differant.*
6. *Arreſtarum duo genera.*

Varia eſt arreſti appellatio,
1. Supremorum † enim Tribunalium ſententiæ vulgò Arreſta appellantur, fortè à Græco verbo ἄῤῥαςον, quod ſignificat incorruptum, inuiolatumque, quod in illis ſupremis Curijs ſententiæ incorruptæ,
2. & iuſtiſſimæ exeant, aut certè exire deberent, quæ inuiolatæ manent, nullaque † prouocatione, ſeu appellatione infringi aut ſuſpendi poſſunt, *l. 1. ff. à quib. appell. non lic.* Credit enim Princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide ac grauitate, ad huius officij magnitudinem aſſumuntur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. *l. 1. C. de offi. præfect. Prætor.* Ideoque Arreſtum eiuſmodi prætextu iniquitatis damnari non poteſt. *l. ſi quis.* vbi id notant Cynus & Salicetus, *C. de precibus Imperator. offer.* Budæus verò *ad l. fin. ff. de Sena.* & Budæum ſecutus Franciſcus Conanus *lib. 1. Comment. Iuris Ciuil. c. vltim. num.* 9. Ioannes Imbertus *Inſtitut. Forenſ. lib. 2. c. 16. ad verbum adimitur.* ἄρεςον Græcè, Latinè Placitum & decretum dici exiſtimat, ſicut & Regijs diplomatibus, poſt declaratas breuiter rationes, quibus adductus eſt Princeps vt quid iubeat, vetet, aut permittat, poſtrema hæc tamquam omnium rationum clauſula ſubijcitur,
3. *& quia tale eſt noſtrum placitum.* Quibus † verbis voluntatem pro iuſto imperio & ratione habẽdam eſſe non cenſet Princeps; ſed vult intelligi rem illam ſe, de ſuorum Procerum conſilio, ſtatuiſſe. Quamobrem placere Principi putauit Vlpianus, quod ratione & conſilio ab eo factum eſſet; Nam Ciuilibus legibus, & vt ait Dion, ſcripto iure ſolutus eſt: cæterum Naturali lege tam eſt aſtrictus, quàm quiuis noſtrũ, aut etiam multò magis. Prior explicatio magis placet multis. Nam vt Rebuffus *in conſtitu. Reg. tomo. 2. titulo. vt contract. teſt. ſentent. & alij omnes ac gallic. concip. verb. gloſſ. 2.* ait, Placitum non magis conuenit Parlamentis, ſupremiſque Curiis, quàm inferioribus, quia etiam ſententiæ inferiorum iudicum Arreſta, iſt eſt, placita, dici poſſent, niſi per Antonomaſiam dicas, Sed ita, inquit, de omnibus rebus dici poſſet, quod Citatio, Litiſconteſtatio, & omnia quæ Parlamentis & Curijs conueniunt per Antonomaſiam, de Parlamentis intelligerentur. Et iterum hoc probat tomo tertio, *in trac. de arreſt. & opponentibus contra ea, in princip.*

† Alio modo arreſtum, prout nec Græca, nec 4.
Latina, ſed merè Gallica vox eſt, ſignificat impedimentum, ſiue interdictum, ne res, aut perſona, loco aut ſtatu ſuo moueatur.

Eſtque Arreſtatio, iniectio manuum, cùm alicui à magiſtratu interdicitur, ne excedat ex eo loco, in quo inuentus eſt, niſi rebus cum eo compoſitis, qui de illo apud Iudicem quæſtus eſt. *c. clerici. de immunit. eccleſ. libro ſexto. Pyrrhus ad conſuetud. Aurelia. Rub. de exec. inſtrument. c. 9. Lagus in ſua Method. c. de execut. rei iudic.* Vel etiam cùm res alicuius quacumque ex cauſa pro ſecuritate noſtra, authoritate publica detinetur, ita vt nobis inuitis ex loco illo, negotio nondum ſopito auferri non poſſit. Qua ratione ſunt qui Arreſtare, idem eſſe dixerunt, quod gradum ſiſtere: quia poſtquam arreſtum factum eſt, ibi ſiſtendum eſt. *idem Pyrrhus dicto loco, titulo de execution. ex locat. c. 7. verſic. Habes caſum. & Ioannes de Athon. ad conſtitution. Angliæ titulo de decimis, in c. erroris. ad verbum Arreſtari.* dicit Arreſtationem eſſe citationem quæ fit verbo & facto. Porrò autem Cardinalis *ad*
Clem. prim. de hæretic. eſtimat † arreſtationem 5.
abſque manuum iniectione fieri: Prehenſionem verò ſine manuum iniectione fieri non poſſe, quod verum eſſe aſſerit Molinæus *ad conſuet. Pariſienſ. tit. ſecundo gloſſ. 1. ad verbum, arreſter, num. tertio. verſiculo, & dicendum.* quia ſicut plus

pluseſt, rem aliquam prehendere, quàm impedire;ita plus eſt perſonam capere, quàm impedire vel interdicere, ſeu, vt vulgò dicunt, arreſtare. Plerunque tamen promiſcuè accipiuntur, vt ait Imola *ad dictum clem. num. vndecimo.* Et hac de re loquens Quintilianus Mandoſius *in tract. de monitorijs, quaſt.* 8. Arreſti formula in Curia Romana, inquit, in monitorio eſt hæc. Et interim donec ſoluat, vel donec reſpondeat poſitionibus vel articulis vel præparatoriis, puta an ſit hæres, pro quota parte, &c. vel donec quid aliud ſuper quo monetur, faciat, arreſtetur; ne à Curia abſque ipſius Iudicis monentis expreſſa licentia diſcedat ſub pœna & cenſuris. Rota *deciſ.* 394.*incipien.ſi ſuſpenſio.in no.*& Ioannes Milis *in ſuo repertorio, ad verbum arreſtare.* Eodem etiam loco *numero* 11. *& ſequent.* latiùs explicat Molinæus, quid arreſtum cum ſequeſtratione & miſſione in poſſeſſionem bonorum, commune habeat, & quatenus ab vtraque diſtinguatur; quod & Paulum Pariſium quoque *conſilio* 107.*num.*72. *lib.* 3. feciſſe video; quæ omnia nos hoc vno loco referre non exiſtimamus eſſe neceſſarium. De hoc autem arreſto dicere inſtituimus.

Illud quoque obſeruatione dignū eſt, quod
6. *in dicto c.in tractat, de monitor.*ſcribit Mandoſius, quod † arreſtorum duo ſunt genera, quorum alterum eſt hominis, alterum legis. De arreſto hominis, hoc eſt Iudicis hic loquimur. De arreſto autem legis eſt textus *in l. vnica.C. vt omnes iudic. tam ciuil.* vbi cauetur, quod omnes Iudices tam ciuiles, quàm militares debeant per quinquaginta dies poſt depoſitam adminiſtrationem remanere in locis vbi adminiſtrauerunt, nec inde interim recedere. & vtrumque arreſtum comparat atque æquiparat Oldradus *conſilio* 65. *incip. hic agitur.*

CAP. II.

Quo iure arreſtum introductum ſit,& qua ratione ſuſtineatur.

SVMMARIA.

1. *Debitor fugitiuus propria authoritate capi poteſt.*
2. *Animal in agro alieno repertum an retineri queat.*
3. *Debitoris non ſoluentis, quod olim ſupplicium fuit.*
4. *Incipere ab executione non licet.*
5. *Arreſtatio quatenus iure ſit permiſſa.*
6. *Arreſti introducendi quæ fuerit ratio.*
7. *Arreſti vſus an ſit fauorabilis.*

ILlud inprimis quæri poteſt quo iure iſtiuſmodi Arreſtum ſuſtineatur; ſunt qui exiſtimant *ex l. final. C. vbi in rem act. exerc. deb. probari,* quod ſi quis equum, vel aliam rem debitoris ſui forenſis hic inuenerit, ſiſtere, arreſtare eam poſſit. verba legis hæc ſunt:

Actor Rei forum, ſiue in rem ſiue in perſonam ſit actio, ſequatur. Sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur, conſtitutæ ſunt, iubenus in rem actionem aduerſus poſſidentem moueri. In cuius legis explicatione diſputant interpretes, an forenſis cum equo alieno per hanc ciuitatem tranſiens, conueniri poſſit. Quæ quæſtio propriè huc non pertinet, quia de ſola vindicatione non quærimus, in qua propter præſentem poſſeſſionem, aliquid amplius domino rei tribuendum eſſe, videri poſſet: ipſeque Accurſius ibi, res mobiles, non niſi ſuſpicione aduerſus debentem militante, detineri poſſe reſpondit: ad quam ſuſpicionis exiſtentiam, vſum arreſtorum non reſtringi conſtat. Sic cùm æquitas poſtulat, lex concedit † debitorem fugitiuum, vel de fuga ſuſpectum capi & detineri: 1.
leg. ait Prætor.§.ſi debitorem ff. quæ in fraud.creditor. Permittit etiam, ſi periculum ſit, damnum datum non recuperari, & ſi dominus ignoretur, animal † à quæ damnum acceptum eſt retineri, & non aliter. *Nam alioqui, quamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehenderit,* inquit 2.
Pomponius, *ſic illud expellere debet, quemodo ſi ſuū deprehendiſſet quia ſi quid ex ea re damni acceperit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo deprehendit, non iure id includit, nec agere illud aliter debet, quàm ſupra diximus, quaſi ſuum: ſed vel abigere debet ſine damno, vel admonere dominum ſuū vt recipiat. l. quamuis ff ad l. Aquil. l. qui ſeruandarum. final ff de præſcript verbis.* Bartolus, Baldus, Paulus Caſtrenſis *in l. hoc ampliùs.§ his autem. ff. de damno infecto.* Speculator in titulo *de act. verſiculo, ſed pone inuenio pecudem.* Idem Baldus *ad l.* 2. *C. de ſeru. fugitu.* Panormitanus *ad c ſi læſerit de iniu.* Angelus *ad l. ratis. ff. de incend. rui. naufrg.* Et conſuetudinem, ſi quæ huic contraria ſit à ſcripto iure diſcrepare teſtatur Petrus Rat. *ad conſuetud. picta. titulo de la diſtin. de iuriſdictions, articulo* 57.*&* Pyrrhus *ad conſuet Aurelian. titulo de excut. ex locat. c.* 9.*&* Domin. Henniugus Goden. *conſilio* 34. *numero* 36. Arreſtum verò, quo hodie nihil vſitatius eſt, tam arctis finibus non concluditur, latiuſque patet, & ad neceſſitatem aliquam ſemper non reſtringitur, eiuſque vſus etiam ex ſola vtilitate agentis conſiſtit. Qua ratione permoti alij, aſſerunt leges nuſquā huius cohibitionis mentionem facere, cuius exemplum olim *in ll. duodecim tabularum* extitiſſe videtur: Quia † vt *lib* 3.
20.*cap.* 1. teſtatur Gellius, confeſſis, conuictiſq; debitoribus, decem dies ad quærendam pecuniam dati fuerunt, intra quos ſi non feciſſent ſolutionem contracti æris alieni, facta eſt manuum iniectio, & neruo, ac compedibus vincti ſunt. Quam legis duodecim tabularum duritiem Ius noſtrum non patitur, ſed econtra prohibet, ne homines priuati, debitores ſuos, tanquam iumenta, ergaſtulis includant, præterquam quod admittit, debitorem qui de-

 coxit,

coxit, & obæratus eſt, (modò de fuga ſuſpicio ſit) prehendi, & cuſtodia detineri poſſe, *l.* 1. *& alijs.ll.C.qui bo.ced poſ.* Conſtat ſanè omnium actionum inſtituendarum principium, ab ea parte edicti proficiſci, qua Prætor edicit de Ius vocando. §. *fin inſtitu. de pœn.tem.litig.* & notiſſimam iuris regulam eſſe, reos omnes domum reuocandi ius habere, ſi non ibi contraxerint vbi conueniuntur. *l.2.ff.de iudic.* Ideoque † cre-
4. ditorem ab executione, cuius ſpecies eſt arreſtatio, teſte Molinæo *ad conſuet.Pariſ.part.2.tit.2. glo.1.num.* 2. inuerſo iuris ordine incipere non poſſe *l.1.C.de execut. rei iudic. l. ſi nulla ff. de re iudi.* Oportet enim debitorem primò conuinci, ſic deinde ad ſolutionem pulſari *l.vnic.C.de ſeq. pecu* ne commoditate poſſeſſionis, & veluti fruitione libertatis ſuæ, quæ maxima eſt, priuetur: adeò vt Iudex à præcepto incipiens, partique aduerſæ deliberationis tempora denegans, nulliter agit, nulloque iure mandatum ſuum defendere poteſt. *l.prolatam.C. de ſent. & interloc. Bal. ad l. nec quicquam.§.vbi col.2.ff. de offi. proconſ l.hæres in fi.ff.de iudic.* latè Rebuffus *ad ord. reg.tomo* 1. *in tract.de lit.obli. art.6.gloſſ.1.& 2. ad verb. Mauront, commence par execution.* quia executio fit officio Iudicis mercenario, quod ſententiæ deſeruit, neque prius naſcitur, quam ſententia tranſeat in rem iudicatam, licet actio iudicati ex quaſi contractu in ipſa ſententia oriatur, *Bald.ad d.l.1.* Sunt quidam caſus, in quibus rerum neceſſitas efficit, vt ab executione incipiatur, & etiam ante iudicatum æquitatis intuitu, permittatur manuum iniectio ſeu detentio, Felin. *ad c.2.de offi.iud.deleg. in fi. Alberi. & alij ad d l.1.* In quod reſpicias, fatendum erit
5. † arreſtationem iuri communi eſſe conformem, ſeu potius ex eo naſci & prodire. Id quod tenet, & ſequitur Benedictus Curtius *in lib. de arreſt.amor.c.8. inc par vertu. verſic. poteſt enim qui,&c.* Quatenus verò vlterius, & ad quacumque pene perſonam, ſeu cauſam ſe porrigit, ſcriptis legibus aduerſatur, Zaſius *num.* 9. *Iaſon in* 12. *limit.l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud.&* facit ad hoc elegans conſilium Romani 224 *inc.* Iſta raptura. *verſi inci. vltimo ponderandum.* Veluti ſi ciuem Mechlinienſem præpotentem & diuitem, qui in ſuo tam propinquo foro facilè conueniri poſſet, hîc Louanij arreſtari curem: nulla hic neceſſitas ſubeſt, nullum fugæ periculum, ſola conueniendi in meo foro vtilitas & commoditas ſpectatur, aduerſus communes iuris regulas, quibus cautum eſt, actorem Rei forum ſequi debere. *l.2.C.de iuriſd.om. iudi.c. cum ſit. de for. comp.* Et ita in terminis de arreſto diſtinguit Quintilianus Mandoſius *in tract. de monitor. quæſt.* 8. quam non videram in priore editione, ſed ſolum nunc in hac poſteriore, & ſic etiam intelligendum eſſe exiſtimo, quod loco mox citato voluit Molinæus, dum ait, quod regulariter prohibita eſt arreſtatio, niſi quatenus iure, conſuetudine, aut priuilegio apparet eſſe permiſſa. *l.negantes. C. de act: & obligat.* Vnde fit quod dubitem vtrum Abbas *conſilio* 42. *libro ſecundo*, & Abbatem ſecutus Caſtrenſis *conſilio* 56. bene dixerit, nullius momenti ſtatutum eſſe, quo nulla verbali citatione præcedente, captura permittitur; qua de re plura apud Boërium *ad conſuetud. Bituricenſ. titulo* 1. §. 13. 6.
videre licet. Ratio † autem huius conſuetudinis eſt generalis, ad vitandum ſumptus & expenſas quæ fieri poſſent, ad proſequendum debitorem, alibi commorantem: nempe quod aliquando plus in perſecutionem ſolutionis debiti expenderetur, quam valeret, contra *leg. mediterraneæ. C.de annon.& tribut.libro* 10. & difficultas longinquum adeundi iudicem de ſumma modica, quam præſtaret perdere, quàm proſequi, actionem ſubuertit arg. *l. nam is ff. de dol. gloſſ.ad l.hæres abſens §. at ſi quis.in verb.debebit. ff. de iudic.* meliuſque eſt in tempore occurrere, quam poſt receſſum, rem perſequi. *l.1. C.quand. lic.vnicuiq.ſine iudic.* Rebuffus *ad conſtit.reg. tomo* 1. *tracta.de liter.obl.artic.6.glo.3.num.*41. Ex quibus omnibus facile intelligi poteſt, an † vſus 7.
arreſtorum tamquam fauorabilis extendendus, an potius veluti odioſus reſtringendus, & coarctandus ſit: quod non modicam in ſe vtilitatem habet. Auguſtinus Boërius *q.57.inci.Statuto.num.*3. Huiuſmodi ſtatuta (inquit) contra ius commune, & exorbitantia dicuntur, vt colligitur ex iis quæ voluit Angel. Ioan. de Imol. & Alex: *ad d.l.cum dotem col.3.§. eo tempore. ff. ſolut. matrim.* ergo reſtringenda ſunt, vt minus derogent iuri communi, quàm poſſunt. *c. quæ contra. de reg.iur.* & ita ſunt intelligenda, vt in cæteris cum iure communi concordent, & propriè ac verè in caſu in quo loquuntur, dumtaxat locum habeant, non autem ad alium, ſub illorum verbis non comprehenſum, trahantur. Antho. *in c. cum dilectus.de conſuet. ad dudum de priuileg.* quia hoc commune & vulgare eſt, quod ſi ſtatutum eſt contra ius commune, certè eſt ſtrictè interpretandum *l.quod vero ff. de legibus.* & quidquid eſt contra ius commune, ſimul etiam ſtricti iuris eſt. teſte Bar. *ad l. Cæſar, verſi. ſecundò quæro, ff. de publi.* ſimulque etiam odioſum. Panor. *in c.quia.in 3.not. de priuileg. & ad ſe olim.de verb. ſignifi. conſil.* 1. *libr.* 1. Corneus *conſil.89.lib.3.& conſil.27.libro* 4. In quibus locis hoc veluti axioma aſcribunt, omnis receſſus à iure communi eſt odioſus *l.cum quidam. ff. de libr. & poſthu.* & odioſa omnia ſunt ſtricti iuris. Bald. *ad l.non poſſunt.in 2.lectur.ff. de legibus,* qua de re pulchrè Tiraquellus *de vtroque retract.in præfati. numer.* 62. cum multis ſequentibus.

CAPVT

CAPVT III.

Qui res vel bona alterius ſiſtere, ſeu arreſtare poſſit.

SVMMARIA

1. *Creditor excommunicatus an arreſtare poßit.*
2. *Hoſpites an arreſtare viatorē pro expenſis queunt*
3. *Legatarij an & quando hæredē arreſtare poßint*
4. *Procurator creditoris quo arreſtum impetret.*
5. *Generalis commißio de arreſtando quoſcumque ad petitionem partis non valet.*
6. *Ceßionarius vtrum arreſti iure vtatur.*
7. *Portator literarum cū clauſula eius qui hanc feret, an rectè arreſtum aduerſus debitorē petat.*
8. *Conſors litis quo caſu licitè arreſtari faciat.*
9. *Quid de ſocio dicendum ſit.*
10. *Coniuncta perſona an hoc iure vtatur.*
11. *Hæres creditoris an rectè arreſtum petat.*
12. *Scholaris creditor vtrum rectè ſiſtat debitorem.*
13. *Suburbani homines iure ciuium gaudent.*

HIs ita præmiſſis, quis vel res, vel perſonam alterius arreſtare vel detinere poſſit, diſpiciendum eſt. Et principio quidem de creditore, cui quid quacunq; ex cauſa legitima debetur, non dubium eſt. Ipſius enim cauſa & ratione vſus arreſtorum potiſſimum introductus eſt: adeò vt etiam † excommunicatus,
1. quantumuis Canonibus & legibus exoſus, à fruitione eorum non repellatur. Franciſ. Ripa *ad c.* 1. *num.* 89. *de Iud. Panor. ad c. cum inter. de excep.* Si quidem regula generalis eſt, quod excommunicatus agens aduerſus debitorem ſuum, à limine iudiciorum repelli poſſit. *c. intelleximus. de iud.* etiam ſi per procuratorem ſuum, actionem ſuam intendere velit. *c. cum inter.* & ibi Felin. *& alij de except.* quia procuratoris perſonā ex perſona conſtituentis metimur. *cle. penult. de procur.* quo modo neque accuſare. 1. *quæſt.* 1, neque ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequi. *gl. ad c. omnibus.* 4 *quæſt. vlt.* Fred. *conſil.* 116. Anchar. *ad c.* 1. *de reſcrip. in* 9. neque ſpoliatus reſtitutionem petere poteſt, *c. ex inſinuatione de procur. c.* 1. 23. *diſt.* eſtq; infamis. *ca. infames* 6. *quæſt.* 1. *Rom. ſing.* 675. & vir nō bonus eſſe præſumitur. Anto. de Butrio *ad c. cum dilectis de purg. cano.* Socin *conſ.* 45. *incip. Viſa appellatione. colum.* 2. *verſic. quis autem dubitat, lib.* 1. Et tamen regula, vt omnes fere ſolent, reſtringitur: vt deficiat quando debitor excommunicati de fuga ſuſpectus eſt. Abbas *ad c.* 2. *de except.* Lex enim actionis exercitium ipſi aufert ad tempus quia ſine ſcandolo inter Chriſti fideles verſari non poteſt: actionem tamen ipſi non adimit, præterquam quod præſcriptionis rigorem aduerſus eum currere ſinit, ſi abſolutionis beneficium impetrare potuit, & tanto tempore neglexit. Bald. *à c.* 1. *in fin. de præſcript. gloſſ. ad ca. quia diuerſitatem ad verbum ſuſpenſionis, de conceſ. præb.* quia qui poteſt facere vt poſſit, iam poſſe videtur. *l. qui poteſt ff de reg. iur.* Eaque ratione Felyn, *ad d. c.* 2. *n.* 16. non aliter creditori excommunicato debitoris fugitiui prehenſionem & arreſtationem concedit, quàm ſi periculum ſit in mora; ita vt interim à iudice, vel à ſuperiore abſolutionem impetrare poſſit. Cui non refragatur *d. c. quia diuerſitatem*, vbi non currit tempus præſcriptionis impeditæ, licèt impedimentū culpa eius euenerit: Ita enim illud accipi & intelligi debet, ſi in petenda abſolutione negligens non fuit. Bald. *in tractat. præſcript.* 4 *part.* 4. *patris principalis. quæſt.* 3. *n.* 6. *colum. verſic. Sed puto quod iſta deciſio.* Ex quibus ſatis colligi poſſe exiſtimo, non indiſtinctè conceſſam eſſe facultatem excommunicato, vt ſuum debitorem extraneum ſiſtere & arreſtare poſſet; ſed ſuſpectum de fuga, vagabundum, & nullo certo loco domicilium fouentē duntaxat; non etiam illum, qui facultatibus idoneus eſt, & in ſuo foro, atque domicilio facilè conueniri poteſt: Hoc enim aliquali præiudicio facilius inducetur ad veri æterniq; luminis agnitionem. Et cùm prehenſionis, arreſtationiſque eiuſmodi vſus, quatenus de fuga ſuſpecti debitoris limites excedit, iuri communi aduerſetur, quod ſuperiore capite diximus, ſtrictè accipi atque interpretari, non etiam ampliari, & ad homines legibus odibiles prorogari debet. *c. odia. reg. iur. in* 6.

Hinc etiam intelligimus, † hoſpites, & caupones cùm creditores ſint, pro conſumptis ius 2.
detentionis ac arreſtationis habere Cum enim publicè interſit caupones eſſe, apud quos extranei & aduenæ recipiantur. *l. nauta ff. de naut. caup. ſtab.* publica vtilitas exigit, vt iis citiſſimè ſoluatur, ne tædio affecti ab inſtituto deſiſtant quod ad rem ſubiectam not. Pyrrhus *ad conſuet. Aurel titu. execut ex locato cap.* 7. & ſequi videtur Ioan. Papōn. *ad conſuet. Burbon. tit. de renuoys* §. 12. nā inquit, cùm his quos admiſerunt caupones, neceſſaria miniſtrare teneantur. *l. debet. ff. naut. caut. caup. ſtab.* & cuſtodiam omnium quæ in cauponam illata ſunt, tacitè ſuſpiciant, factumque etiam aliorum præſtent. *l.* §. *fin. l.* 2. *&* 3. *eod. tit.* adeo vt diuertenti bonæ famæ homini iurato credatur, aſſerenti ſe quippiam perdidiſſe, ſi præſumptione non deſeritur, *vt not.* Bartol. *ad l.* 1. §. 1. *ff furt aduerſ. naut. & Cyn. ad l. certi. C. locat.* vtique æquum fuit, eos etiam hac ratione ſubleuari; vt damnum facilius effugiant, ſicut & ſuper rebus per hoſpites cōſumptis eorum iuramento idcirco creditur. *& in titu. des executions.* §. 134. 135. multa alia priuilegia cauponum adducit, per quæ propter eandem cauſam reliquis creditoribus præferuntur, quem vide. & latè explicat Ioannes Beſſianus *ad conſuet. Auer. titu. des ſeruiens. c.* 3. *art.* 2. *incip.* pleraque poſſent ſcribi.

Sed quid dicemus † de Legatarijs, quibus 3.
Legatum teſtamento relictum eſt? ſanè ſi ſolum

lum creditoribus permittetetur licentia arreſtandi ſuum debitorem, legatarij hæredem,ſaltem ante aditam hæreditatem, arreſtare non poſſent,vt ait Ludo. Rom.*conſ.* 224. *incip. Iſta ca*~~*pura*, quia legatarij propriè creditorum appellatione non continentur,*l.fin.*§. *licentia. C. de iure delib.* vbi tex.ponit inter creditores & legatarios dictionem denotatiuam diuerſitatis:& id quod ex legato debetur, non dicitur propriè creditum, vt decidit Bart. *ad l.* 1. *ff. ſi cert.petat.& tex.in l.ſi is cui.*§.*Fauius ff. de ſolut.* Conſuetudo autem quæ eſt contra ius, debet ſtrictè accipi & propriè.*l.quæ à iure ff. de legib.* Deinde verò non eſt legatarius ius petendi legatum ante aditam hæreditatem *l. eam quam.C. de fideicom.*& à die hæreditatis aditæ, nō autem à die mortis intelligitur dominium legati verè in legatarium tranſire.*l.ſi tibi homo* §.*cum ſeruis ff.de leg.*1.*à Titio.ff.de furt.* Sed quoniam in hac patria arreſti, creditoris appellatio accipitur latiſſimè,& non tantum creditoribus, ſed aliis quorum intereſt, datur licentia arreſtandi, ego puto etiam legatarios habere poteſtatem arreſtandi hæredem, ſi modò adierit hæreditatem,& non ante,niſi dum adhuc deliberet, ſit fortè in poſſeſſione rerum legatarum, & periculum ſit ne illas prodigat vel euertat. Etenim omnibus modis voluerunt legiſlatores legata eſſe ſalua, ne fraudentur voluntates defunctorū.*l.*1.*& toto tit.vt in poſſeſſ.leg.C.& ff.*Deinde verò And.Barb.*ad rubr.tit.de teſtam.*recitat.21. caſus, in quibus legata,etiam non adita hæreditate, peti poſſunt.& adhuc vnum alium addit Ioan. Bernard. Diaz à Luco *in ſuis reg. regula* 411.in quibus caſibus non eſt dubitandum, quin arreſtatio fieri poſſit.

Secundò,& is † arreſti ac prehenſionis iure
4. vtitur,qui creditoris procurator eſt, Ripa *ad c.* 1.*num.*88.*de iudic.*Iaſon *ad* §.*Inſtit.de act.* Hippol. *ad l.*1.*num* 102.*ff.ad l.*Corne.*de ſicar.gloſſ. vnica & ſingul.ad l.iuncto textu C.vbi quis de curial.facit ad hoc l.refectionis.verſic.ego.*& ibi Caſt. *ff.commu. præd.* vbi dicitur quod illud, quod poſſum facere per me, poſſum etiam facere per miniſtros meos ad hoc neceſſarios, cuiuſmodi ſunt procuratores,*l.*1.*ff.de procurat.* & conceſſo vno, omnia videntur eſſe conceſſa, per quæ peruenitur ad illud.*l.* 2 *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Rom *ſingu.*175.*incip.Conceſſo* Rebuff.expreſsè hoc de arreſto affirmat, *ad ordi. reg. tomo* 1. *art.6.glo.* 3. *n.* 59. *verſi. & non ſolum.* Quid enim ſi Titio mandatum dedero, vt meo nomine aduerſus Sempronium debitorem agat? vtique & hæc mea videtur fuiſſe cogitatio, vt inuentū alibi arreſtari faciat,& cōtra arreſtatum actionem intendat. Et in ſimili eleganter decidit Rodericus Zuarez *ad l.poſt rem.cap.inc.Quia ſupra viſum eſt.ff de re iudi.*quod procurator ſimpliciter conſtitutus ad agendum, poteſt petere executionem inſtrumenti habentis paratā executionem. *& nu.*32.quod vbicunque debitor per inſtrumentum habens executionem paratā cogitur ad ſoluendum, procurator etiam ſi non habeat mandatum ad recipiendam ſolutionē,poteſt petere, vt res extrahatur de poteſtate debitoris ſuſpecti,& deponatur apud idoneas perſonas,ſi mandanti m domino ipſius ſit vtile *l.ſi reus paratus ff.de procur.* Sed quod ſpeciale mandatum requiratur, videri poſſet ex eo, quod notet idem Rebuff.*ad concordata inter Leonem X. & Francis. regem Galliæ, in titu. de elect.derogat.ad verbum ſpeciale mandatum verſic. incip.* Trigeſimus octauus, vbi inter 48. caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, recenſet etiam hunc, quòd procurator non debet aliquem capere, ſine ſpeciali mandato domini,allegans *l.non ſolùm.*§.*fin. ff. de proc.* Socin.*conſil.*129.*incip.Cum id preſenti colum.* 3. *in princ.lib.*1. cum ad relaxationem eius, qui detentus eſt poſtulandā,ſpeciale mandatū requiratur.Bart.*conſi.*84.*incip.In cauſa Statij.lib.*4.Fauorabilior autem eſt relaxatio quàm apprehenſio,& detentio.*l. Arrianus.ff. de act. & ob ig.l. abſentem.ff.de pœn.*tum verò quando agitur de graui præiudicio afficiente perſonam, requiritur mandatum ſpeciatim, & nominatim eſſe datum ad illum actum *d l.non ſolum.*§.*fin.ff. de procur.* atqui graue præiudicium ex arreſto eſt, & ſpeciem quandam ſeruitutis continet. *argu. l.*1.*&* 2.*ff.de lib. hom. exhib.* & expreſsè Rom. *conſi.*60.*incip.Mandatum.*ait, ad capiendum alicuius debitoris perſonam, mandatum ſpeciale requiri: quia certum eſt, quod ſine ſpeciali mandato non poteſt procurator admitti ad faciendum ea, per quæ dominus in pœnam incidere poſſet *l.*1.§ *ſi procuratur ff.ſi quis ius dicent. non obtem.l.ſi procurator ff. quod quiſque iur.*Sed per capturam vel arreſtationem iniuſtam, poſſet dominus in pœnam incidere. Igitur ſine ſpeciali mandato hoc procurator non poteſt, ne quando iniuſtè detentus contra creditorem agat, vel ad pœnam ex forma ſtatuti, vel ad id quod intereſt,ex iure communi, neget ſe de capiendo & arreſtando mandaſſe. Adde quod Vlpianus non omnes actiones per procuratorem inſtitui poſſe reſpondit: & ſpeciale mandatum requiri ait, vt liberi qui in poteſtate abſentis eſſe dicuntur,ducantur.*l.Pomponius in princ.ff.de procu.* qua ratione & Felynum quoque *ad c.*1. *nu.* 11. *verſic. primum itaque. de iudic.* Bartolum ſecutum eſſe video. Contra tamen Alex. *conſil.*133.*incip.Circa executionem inſtrumenti lib.6.* reſpondit, ſpeciale mandatum non requiri: quia regulæ, qua traditur, tantum operari generale mandatum, quo ad genus;quantum ſpeciale,quo ad ſpeciem.*l.*1.§.1.*ff.quod iuſſu.*certis tantum caſibus derogatur, inter quos iſte non reperitur; adeoque incluſio expreſſioque aliquorum, excluſionem aliorum operatur *c.nonne de præſumpt.* Sic & Ange. *ad l.generali.C.de decur. lib.* 10. ait procuratorem conſtitutum, ad petendam pecuniam à debitore, poſſe eundum debitorem fugientem capere, ſicut creditor ipſe potuiſſet Sed & Ioannes Baptiſt. Caccialupi

cialupi *in tract. de debitor. ſuſpect. 2. queſt. principal.* hanc eandem ſententiam ſecutus, ait, quod cum talis procurator habet mandatum ad cauſas, lites, ſeu ad agendum mandato conſequenti, videtur mandatum eſſe, & omne neceſſarium antecedens *l. ad rem mobilem. l. ad legatum ff. de procur. l. quamuis. C. de fideiuſſ.* & procurator omnia facere poteſt, quæ nõ inueniuntur prohibita. *l. 2. §. vſus ff. de procur.* Neque mouet quod in aduerſantis opinionis confirmationem allegant nonnulli, procuratorem ad lites ſeu cauſas, & ad agendum executionem ſententiæ poſtulare nõ poſſe. Bar. & alij *ad l. ex hoc iure ff. de ſolut.* quia hic nulla petitur executio ſententiæ iam latæ, vel iudicij finiti, ſed futurum iudicium per arreſtum præparatur, vnde poteſtas procuratoris non eſt finita. *Caſtrenſ. ad d. l. hoc iure.* Ioan Baptiſt. *d. loco n. 3.* Sic & quod Bartol. de exemptione, & relaxatione incarcerati ſcriptum reliquit, pleriſque diſplicet: etenim *d. l. Pomponius. & l. 3. §. 1. ff. de lib. hom. exhib.* quibus nititur ſuam ſententiam Bartolus confirmare, alio, & diuerſo caſu intelliguntur: ſcilicet, quando ille, qui petebat detentum eximi, non cõparebat tanquam procurator detenti, ſed tanquam procurator alterius, cuius detentum eximi intererat. Alexand. *d. conſi. num. 11. verſicu. non obſtat. Roman. quoque conſi.* 241. *in c. Spectabiles domini. verſi. primum quod aduerſarij. col. fi.* falſiſſimam eſſe ait Bartol. opinionem, ex eo quod coniuncta perſona ad agendum nõ admittitur pro coniuncta perſona in his caſibus, qui ſpeciale mandatũ requirunt. *l. 2. ff. vt legat. no. cau. gl. ad l. exigendi C. de procur.* Ideoque cum conſtet coniunctam perſonam admitti ad petendam incarcerati relaxationem, abſque mandato. *l. 3. §. quod ſi mulier. ff. de lib. hom. exhib.* ſequitur ſpeciale mandatum minimè eſſe neceſſarium. Nec vim facit (inquit) *d l Pomponius*, quia loquitur in petitione exemptionis eius perſonæ, que eſt ſub poteſtate paterna: nos autem loquimur in exemptione eius, qui eſt ſui iuris: & de vno ad alium non procedit argumentũ. *d. l. 1. §. in hoc ff. de lib. hom. exhib.* Quę ſolutio & ſi non ſit ſatis exacta, & perẽptoria, diligẽtius tamen inſpecta, facilè ſatisfacit doctis. Porrò autem exiſtimo vtramq; opinionẽ iuſta diſtinctione iuuari poſſe, ſcilicet, vt liceat procuratori ad agendum cõſtituto debitorem areſtare, & detinere, niſi illius ſit dignitatis, ſplendoris & eminentiæ, vt veroſimile ſit, creditorẽ ipſum eiuſmodi debitorẽ arreſtare noluiſſe, *arg. d. l. nõ ſolũ. §. fin.* Procuratoris enim poteſtas ad rationẽ, & conſuetudinem agendi creditoris, à quo conſtituitur, formari, regulari, extendi & ampliari ſolet. *l. 1. & alia plures. ff. mand.* Nam & ſatelles, ſeu ſeruiens, qui generalem habet ex more poteſtatem citandi, ſeu detinendi perſonas debitorũ, citra ſpeciale mandatum, officium ſuũ non extẽdit ad egregias perſonas, quia non eſt veriſimile hoc permittere voluiſſe eos, qui eum conſtituerunt ad actus eiuſmodi exercendos Felyn. *in d. c. 1. col. 5.* qua de re latius inferius dicetur. Et rurſum Rebuffus *ad ord. reg. tom. 2. tit. de reſti. glo. 13 n. 9.* dicit, quod * non valent 5. cõmiſſiones generales de ſiſtendo, ſeu arreſtando omnes & quoſcũque ad requiſitionem partis: quia in illis requiritur cauſæ cognitio & iudicis præceptum; & alioqui poſſet arreſtari ille, qui non poteſt, vt docet Iacob. de Beluiſ. *prac. ſua in rub. de inquiſi. n. 30. & Iaſon ad. §. quadrupl. Inſtit. de actio.*

Sed vt omnis ambiguitas ceſſet, ratihabitio ſufficiet, etiam in his qui requirunt ſpeciale mandatũ. *l. quod ſi de ſpeciali. §. 1. ff. de minor.* Bal. *ad l. ſi maritus. C. mand.* Ang *ad l. licet ff. de iudi &* ideo ſi prehenſio ſine mandato ſpeciali facta eſt, exiſtimat Alex. *d. conſ. 133. n. 8. verſi. poſſet etiam,* ſufficere, ſi creditor id quod factum eſt à procuratore, ratũ habendo confirmet. & Rebuff. *in d. verſi. 38.* Qua de re admodũ dubito, propterea quod id quod nullum eſt, comfirmari non poſſet, quia caret fundamento; Ad hoc tamen reſponderi poſſet, quod licet id quod nullum eſt, ſolo tractu temporis confirmari non poſſit *c. auditis de elect.* tamen bene confirmatur nouo conſenſu, tacito vel expreſſo. Ioan. And. *ad c. non firmatur. de reg. iur. in 6.* Rota *deciſ. 31. in no.* Ioa. de Imol. *ad c. cum vos. de his fiunt à prala.* & probatur *in l. 1. C. ſi maior fact. rat. hab.* Sed tu vide ea quæ dixi latè *ad c. non firmatur. d. tit. de reg iur.* & Sebaſt. Vantium de nullitate. *tit. quib. mod. ſent. null. def. poſſ. num. 101. & 105.* Vbi poſt magnam diſputationem decidit, quod ſuperueniens ratihabito confirmat actum retro nullum, nomine ratum habentis factum, etiam in eius fauorem. Vnde autẽ colligi poſſit iſta rati habitio, facilè poterimus cognoſcere ex his quæ ſcribit Tiraquel. *in lib. de conſt. parte 3. limita.* 10. *n. 12. cũ ſeq.* & ex illis quæ ſcripſi *ad c. ratihabitionem d. tit. de reg. iur.* vbi ea quæ ad huius loci explicationem adferri poſſent dixi fuſiſſimè. Et econtra non eſt hoc loco ommittenda deciſio Rotæ 80. *incip. nota quod procurator in antiqu.* quod procurator datus ad impetrandum & contradicendũ, vel ad impediendum, ſi litteræ ſuæ arreſtentur, per auditorem Palatii poteſt impedire, quod cauſa non deuoluatur, & poteſt admitti vſque ad deuolutionẽ cauſæ, quia ſua intereſt quod cauſa non deuoluatur, ſed quod literas poſſet impetrare, & ad partes mittere, alias non addmitteretur, *vt not. per Archid. ad cap. ſtatutum. de reſc. in glo. ſuper verb. appelletur lib. 6.*

Tertiò, * qui ius ſibi à creditore ceſſum habet, arreſtare poteſt, *Roma conſi. 132. incip. Quia* 6. *ceſſionarius. Rebuff. ad ord. rem. tom. 1. art. 6. gloſſ. 3. n. 42. verſic. & quia melius eſt Bald. ad l. per diuerſas. quaſt. 10. mand.* Nam cum in eum tranſlatæ ſint actiones, repræſentat iuris interpretatione, primum creditorem. *l. 2. C. de donat.* diciturque in qualibet diſpoſitione creditor, *l. ab Anaſtaſio, in verb. alium creditorẽ. C mand.* & in libello ſe creditorem appellare poteſt.

Bald. ad l. 1. quæſt. vlt. C. de act. & obli. niſi diuerſa aut legiſlatoris, aut ſtatuentium mens argueretur: vt quia eius rei facta eſſet ceſſio, quæ iure credi non poſſet. *l. mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot.* Econtrà verò, reus propriè ceſſionarij debitor appellatur, quia ab eo inuito extorqueri pecunia poteſt. *l. debitor. ff. de verb. ſignific.* & ſine exceptionis ope actio aduerſus eum competit. *l. poſtquam. C. de hæred. vend. l. emptori ff illo titu.* & generale eſt, quod in fauorem ceſſionarij executio fieri poteſt, dummodo (vt quidam aiunt) fiat ex perſona cedentis; quod ceſſionarius dicere tenetur, licet fiat ad ipſius vtilitatem. *l. ſeruo §. ſi. ff. ad Trebel. Ang. & Imol ad l. ille à quo §. vtrum eo. titu.* & maximè quando adpoſita eſſet illa clauſula, in inſtrumento ceſſionis, quod cedens ponit ceſſionarium in locum ſuum. *Barto. in l. prouinciali. ff. de no. oper. nunc.* Vnde cum ceſſionarius dicatur creditor, fiet & permittetur ei ſicut creditori executio & arreſtatio. *Bald. ad l. 1. in fi. C. de act. & oblig. & ad l. per diuerſas: quæſt. 10. C. mand.* vt lites breuiores exiſtant, & ſumptus litium vitetur. Verum Rebuffus. *d. loco. & art. glo. 2. num. 18. in fin.* aſſerit, in foro non obſeruari iſtud: ſed ſufficere quod ceſſionarius petat executionem nomine ſuo proprio, cum vtiles actiones habeat, neque ſeruiens vel apparitor iſta curat. Quod ſi opponatur coram Iudice, executionem ſeu arreſtationem nomine ceſſionarij eſſe factam, probabit ceſſionem præceſſiſſe, & ita ſeruari ait. Quamuis verò lex, vel ſtatutum permittat petente creditore debitorem in carcerem duci, non ducet tamen ceſſionarius, niſi ceſſione demonſtrata, & niſi denunciauerit debitori ceſſionem ſibi eſſe factam: cùm propter ignorantiam nihil poſſit imputari ei, qui non ſoluit. *Alcia. ad l. 1. num. 74. ff. ſi cert. pet. & ad l. quoties n. 69. ff. de no. ope. nunc.* dicens ſe vidiſſe ſæpiſſimè à carceribus dimitti obæratos viros ob id, ceu non legitimè detentos, & probat *Bald. d quæſt. 10. Hyppol. ſing. 26. Boerius qu. 10. Innoc. ad c. quia de iud.* quod & Imbert. *lib. 1. Inſtit. forenſ. cap. 4.* probat his verbis. *Verùm nec ceſſionarius, ex forma ſtatuti aut inſtrumenti, poteſt prehendendum curare debitorem, niſi eo prius vocato, de ceſſione fidem faciat, atque (vt forenſi vocabulo vtar) in creditoris locum ſurrogetur. Itaque cum debitoris pignora curaſſet per apparitorem auferenda, is cui nominis ius ceſſum fuerat, atque id ex authenticis vtriuſque, videlicet ceſſionis & nominis inſtrumentis; debitor aut prouocaſſet ad ſupremam Curiam, ac eam dumtaxat queſtus eſſet iniuriam, ſe pignoratori non fuiſſe obligatum, appellatio in oppoſitionis vicem eſt commutata:* hæc ille. Vſu tamen in pleriſque locis receptum eſſe aſſerit idem Rebuffus non oſtenſa aliqua ceſſione eiuſmodi quid fieri poſſe, niſi peteretur: quemadmodum & in ceſſionario denunciante debitori ne ſoluat creditori, non eſt ei neceſſe inſtrumentum ceſſionis oſtendere, ac nec cauſam quidem huius denunciationis exprimere, niſi petatur; quod pluribus & diuerſis auctoritatibus, legibus ac reſponſis confirmat *Tiraquel. in lib. de vtroque retract. §. 1. gloſ. 10. num. 105. verſi. ſed conſequenter.* ſufficitque in progreſſu cauſæ hæc producere. Quidam verò, quod ceſſionarius in initio teneatur fidem ceſſionis facere, ita verum eſſe intelligunt, ſi nomine cedentis agat, ſecus ſi ſuo, & vtili actione, quia tunc ſufficit id fieri poſt litem conteſtatam. *Specula. in titul. de ceſſ. §. & in tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicamus. verſ. ſed quid ecce. Aufrer. deciſ. Capel. Tholoſ. quæſt. 294. Dec. conſil. 302. Rota deciſ. 34 in no. Doctor. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.* Nos de ea re latius ſub eo capite dicemus, quo quæ neceſſaria ſunt ad arreſtum impetrandum explicabimus: egregiamque operam in huius articuli explicatione poſuit. D. *Rodericus ad l. poſt rem, in 7. extenſione. ff de re iudic. fol 571.*

Quartò, huc etiam pertinere exiſtimo † portatorem ſeu latorem literarum. Solet enim Titio creditori vel portatori literarum debitor promittere, & ideo iuxta ſuam obligationem tenetur. *l. iuriſgentium. §. ait prat. ff. de pac. Rebuf. d. loco tomo 1. art. 1. glo. 9. num. 33. verſ. poterit tamen executionem.* Ita tamen vt portator ille reddat litteras obligatorias, & cautionẽ indemnitatis præſtet. *l. diſſoluta, & ibi Bald. C. de condict. ob cauſ. quod idem Rebuffus artic. 2. glo. 1. nu. 75. verſic, præterea ſi quis.* per Senatum iudicatum fuiſſe ait. Nihilominus tamen loco prius citato. *num. 34.* reſpondit non requiri, quod is qui defert literas, ſeu inſtrumentum, probet ſibi à creditore illud eſſe traditum: quia poſtquam illud habet, præſumitur ſibi ab eo, vel eius volũtate traditum eſſe. *Ioannes Gallus, in quæſtione per arreſta. quæſt 4. Boer deciſ 154. incip. Aliud ortum. per l. Labeo. & l. ſequent. ff. de pact.* alioquin enim præſumeretur ſubtractio & delictũ contra *l. merito ff. pro ſocio.* Quod ſi tamen conſtare poſſet de non iuſto illius titulo, qui illas literas defert, exceptio iuſta non denegaretur debitori, etiam ſi alter cauere vellet, quia nemo ex improbitate ſua actionem conſequi poteſt. *l. itaque fullo. ff. de furt.* Et quamuis clauſula portatoris literarum ad ſolutionem faciat, & vigore illius ius exercendæ actionis, etiam abſque ceſſione, in latorem literarum tranſeat; tamen quemadmodum de iure communi in ceſſione nominis requiritur titulus, ſeu iuſta cauſa ad tranſlationem dominij ſufficiens. *l. final. C mand.* ita etiam literæ, vel nomina huiuſmodi per traditionem virtute clauſulæ prædictæ non acquiruntur accipienti ſine iuſta cauſa, vt per *Bald. in l. 2. C. ne lit. pend. & ad d. l. per diuerſas. C mand.* Et non ſolùm de iure, ſed etiã de conſuetudine latori literarum obiici poteſt hoc vitium, quod ipſi creditori obiici potuiſſet. *argum. l. ſi quis in rem. & ibi gloſ. ff. de procur.* Et ideo quod vulgo dicitur, non inſpici quis in literis iſtiuſmodi creditor deſignatus eſt, ſed quis eas adferat, ciuili modo accipiendum eſt, ſi de malo & iniuſto illius titulo non appareat;

appareat; nam veritate detecta, & vitio tituli latoris literarum patefacto, omnia iura dictant, & recta ratio ſuadet, verò creditori non præiudicari, eundemque ſi cum iſto literarum latore concurrat, præferri. Conſuetudines enim rediguntur ad limites rectæ rationis, *l. quod non ratione. ff. de legib. l. 2. C. de noxal. act.*

8. Quintò, arreſtum * poſtulare poteſt conſors litis, qui pro conſorte agere & excipere poteſt, *l. 2. C. de conſor. lit. Bellò. conſilio 26. numero 5.* quia negocium eſt commune. Sed hoc reſtringitur vt verum ſit, dummodo aliàs habilis ſit ad agendum; quia conſortium non poteſt duos ſupplere defectus, videlicet, defectum mandati, & defectum perſonæ, cum duo ſpecialia concurre non poſſint. *l. 1. C. de dot. promiſ. Dd ad cle. religioſus, de procur.* Franciſ. verò Ripa, *ad c. cum omnes, de conſt. n. 59. verſic. ex præmiſſ.* latius hæc ſuo more expendens, variaque & multa hinc inde diſputans, limitans & diſtinguens, tandem nouem eſſe neceſſaria ait, vt conſors litis pro conſorte agere poſſit; quod & ego ad arreſtum antecedens trahendum reor. Primò, quod cauſa ſit ciuilis: Secundò, quod lis ſimul ſit ab omnibus conteſtata; quid enim ſi lite conteſtata ſuſpectus fiat de fuga debitor? Tertiò, quod conſortes non prohibuerint: Quartò, quod conſortes ſint abſentes. Quintò, quod cauſa non exigat ſpeciale mandatum: Sextò, quod conſors ſit perſona habilis ad agẽdum: Septimò, quod negocium ſit commune: Octauò, quod ſit eadẽ cauſa, & idem ius agendi: Nonò, quod conſors caueat de rato. Sed an omnia iſta indiſtinctè neceſſaria ſint, & quæ cuiuſque rei propria cauſa ſit, latè cum eo explicat *d. loc. Felynus.* Nos, ne commentatio hæc noſtra in immenſum excreſcat, ſola ratione erimus contenti, vt qui illius articuli tractationem ex profeſſo non aſſumimus.

Sexto, eadem † eſt ratio in ſocio: quia ſocij
9. inter ſe dicuntur aliquod habere tacitum mandatum, ad ea quæ ſunt vtilia ſocietati. *Bald. & alij ad l. nemo ff. pro ſocio.* cuiuſmodi & arreſtum eſſe, ſuperius eſt oſtenſum: quemadmodum & miſſionem in poſſeſſionem rei communis, pro debito ſocij reuocare. *l. ſi is cui §. ſi ex duobus, & ibi Bart. ff. vt in poſſeſſ. legato.* & ex facto ſocij agere. *Bald. ad l. cum te C. ſi cert. pet.* & pro ſocio conueniri. *l. iuſtiſſimè, ff. de ædil. edict.* poſſunt & ſi diuerſis in locis negocientur, inuicem præpoſiti eſſe videntur. *l. ſi hac. §. penult. verſic. ſi libera. ff. de in ius voc. l. traditio. in fin. de acquir. rer. dom.* quemadmodum cum in eodem quidem loco, ſed diuerſo negotij genere; vel eodem negocio, ſed alternis vicibus, & alter altero abſente, mercantur. Satis enim eſt ſocios eſſe, & communi ex vtilitate agere. *l. ſi tamen. & ibi Bart. ff. de exerc. act. Caſtren. Alciat. Bart. Iaſon. Roman. Zaſ. & alij ad l. eius qui in prouincia, circa finem illius legis. ff ſi certum pet.* quamuis extra illos caſus, communiter in viriles portiones ſolum obligentur, neque inuicem præpoſiti cenſeantur. *l. final. ſi plures. ff. naut. caup. ſtabul. Alexand. conſil. vlt. libro 7.*

Septimò, † vt coniuncta perſona, pro coniun- 10.
cta perſona etiam ſine mandato agere. *l. non ſolum: ff ſolut. matri. l. manifeſtiſſimi. §. fin. C. de furt.* curatorem bonis abſentis poſtulare *l. 3. C. de capt. & poſtl. reuer.* procuratorẽ conſtituere. *l. exigendi,* & ibi latè *Iaſ. C. de procur.* reſcriptum in pleriſq; caſibus impetrare. *Felyn. ad c. nonnul. §. ſunt* & *alij. colum. 16. de reſcript.* tutorẽ petere *l. quod dicis. & ibi Bart. C. qui dar. tut.* & denique appellationem interponere poteſt. *Dd. ad c. auditis. de elect.* Ita quoque & arreſtare coniunctæ perſonæ debitorem non prohibetur, vt facultate ſibi à lege conceſſa vtatur, & agat, dummodo caueat, eum pro quo id facit, ratum habiturum, *l. ſed & hæ. ff. de procurat Roman. ſingular. 613 incip. Tu audiſti, &c.* quia cum quid conceditur, vt hic conceditur facultas agendi, omnia cenſentur eſſe conceſſa, per quæ ad id quod conceſſum eſt, perueniri poteſt. *d. l. ad rem d. l. ad legatum.* & exactè Præſes Euerardi in loco à conceſſione conſequentis. *colum. 1.* Cauere autem de rato debet, quia eius factum coniuncto non præiudicat, *l. 3. §. 1. ff. iudica. ſol.* non enim cogitur, ſed poteſt habere ratum, niſi omnino vtiliter nomine illius actum oſtendatur, vt notat Romanus & alij *ad d. l. non ſolum.* Et quemadmodũ Ioan. Beſſianus mulierem ad ſimilia faciendum admittere videtur, ſi coniuncta perſona eſt, ad conſuetu. *Aduern. titu. 1. art. 9.* Ita quoque ſunt qui filiofamilias ſine mandato patris, hanc arreſtandi licentiam nomine patris, & proprio, permittunt: quorum ſententiam multis rationibus, & argumentis confirmat, *Andreas Barbat. conſilio 86. incip. Illud referam lib. 3.* & quidem potiſſimum ſi agitur de cauſa, aut in foro mercatorum, in quibus, & inter quos, omiſſis iuris ſubtilitatibus & apicibus, ex æquo & bona omnia ſtatuuntur. Sed quibus caſibus agere non poteſt coniuncta perſona, iisquoq; neque arreſtare eam poſſe exiſtimo; eiuſmodi ſunt. Primò ſi ſanguine quidem coniunctus eſt, ſed ex damnato coitu natus; quia ne filius quidem ex nefario congreſſu genitus, pro parte, ſine mandato patris, agere poteſt. *Iaſon in d. l exigendi. num. 8.* Ego de hac reſtrictione vehementer dubito, propterea quod eum qui magna amicitia iunctus eſt, agẽdi poteſtatem pro amico habere, grauiſſimis argumentis tradidit *Iaſon d. loc. n. 4.* Maior autem eſt amicitia patris & filii quantumuis naturalis ob nexum ſanguinis, quàm extranei. Verum quidem eſt, quod quo ad dignitates familiæ adipiſcendas, quæ ad inſtar ſucceſſionum deferuntur, non cenſentur eſſe in domo, familia, vel cognatione, *Innoc. ad d. c. nonnulli.* latè *Guill. Benedict. ad c. Raynutius, circa mediũ de teſtã.* ſed quod in his, quæ ſanguinis coniunctioni tribuuntur, & nullo eius lucro ſunt, excludantur, admodum durum eſt: niſi dicas patrem

naturalem ex nefario illo congreſſu, eo commodo dignum non eſſe. Felynus quoque conſuetudinis patriæ rationem habendam eſſe oſtendit, multaque accumulat ex quibus ea finitio reſtringi poſſet. *ad d.c.nonnulli.verſic.præd. obſtant.* Secundò, non habet locum, quando coniuncta perſona habet tutores, vel curatores, vel etiam procuratores ad illum actum directè, aut indirectè conſtitutos. *Iaſon ad d. l. exigendi. Bald. ad l. ſenatuſconſulto. C. qui accuſatum* quia mandatum expreſſum facit ceſſare tacitum. *d.l.3.l.fin. C. de pact. conuent.* tum quia qui veniunt ex iure ſpeciali, numquam admittuntur, donec illi qui veniunt de iure communi, ſint in mora conſtituti *l. ſepulchri violati. ff. de ſepul. violat.* tum quia coniunctus procuratorem dimittendo, cenſetur aliis ne agant prohibuiſſe, niſi procuratore illo exiſtente negligente. *l. cum prætor.* & ibi doct. *ff. de iudic.* Exiſtimant etiam omnes, non admitti coniunctum in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum. *l. patri. l. illud. ff. de minor.* Sed ſolus Decius reclamat, propterea quod ad impetrandum reſcriptum ſpeciale mandatum requiratur, & tamen coniunctus admittitur ad impetrandum illud pro coniuncto, *d.c. nonnulli.* agiturque de modico præiudicio, quia coniunctus coniuncto non præiudicat, niſi ratificet. Sed reiectis illis rationibus, *ad d.c. cum omnes.* Francíſc. Ripa *num.* 59. *verſic. Sed iſtis non obſtantibus*, communem opinionem ſequendam docet, quia lex non tantum reſpicit præiudicium coniuncti, pro quo agitur, quàm conſiderat præiudicium eius, contra quem agitur. *c. fin de procur. lib. 6.* neque mouet. *d. c. nonnulli*, quia vt *Felynus colum.* 14. *num.* 52. Abbas & alij ibi annotant, ſpeciali iure recipitur, quod coniuncta perſona, quæ in caſibus ſpeciale mandatum exigentibus nihil poteſt, admittatur ad impetrationem reſcripti, propter modicum præiudicium quod in ea re verſatur, niſi tamen peteret tamquam procurator, quia allegando mandatum, fecit ſe alienum à legis prouiſione. *l. maritus C. de procu.* Adde quod coniunctus pro coniuncto præſente non agat. *Imol. ad d c. cum omnes num.* 40. Aliique caſus inueniuntur plurimi, quibus poteſtas à lege coniunctæ perſonæ tributa deficit, quos partim *Alex. & Iaſ. ad d. l. exigendi.* Partim Felyn. & alij *ad c. coram de offic. deleg.* Partim etiam Petrus à Duennas *reg.* 122. tradiderunt. Tu de his latius vide Guido Papæ *conſil.* 68. *incip. circa proceſſum. num.* 2. *lib.* 1. *Panor. ad c. accedens de præbend.* Barbat. *ad cap. ex parte Decani numera* 135. *de reſcript.* Caſtrenſ. *ad d. l.* 1. *verſic. ex prima parte not.* Socin. *conſil.* 110. *& conſil.* 231. *libr.* 2. latè Didacum *lib.* 1. *variar. reſolut. c. 6.* in quibus locis amplè tractatur, quomodo pater pro filio, filius pro patre, coniuncta perſona pro coniuncta perſona agere, & in iudicio eſſe poteſt, & quidem potiſſimum in his quæ requirunt ſpeciale mandatum. Sed quoniam hic articulus dependet ex eo, quem latè ſuperius diſcuſſimus, vtrùm ad faciendum arreſtum debeat procurator habere ſpeciale mandatum, nec ne, remitto te ad ea quæ ibi diximus.

Porrò autem quamuis coniuncta perſona perſonam debitoris detinere & arreſtare poſſit, ſolutionem tamen ab eo recipere non poteſt, ſoluens enim non liberatur, *d. l. non ſolum. l. 2. ff. vt in poſſeſſ. leg. l. qui hominem. §. gener. ff. de ſolut. l. qui aliena. §. quamquam. ff. de nego. geſt.* Alex. *conſi.4. lib.* 2. quia non magis debet operari tacitum mandatum ex diſpoſitione legis proueniens, quale eſt penes coniunctam perſonam, quàm mandatum expreſſum: Sed habenti mandatum expreſſum ad agendum, non poteſt ſolutio fieri. *l. ſed tantum ff de pact. l. hoc iure. ff. de ſolut.* ergo nec habenti tacitum. Verior ratio eſt, quod ſi coniuncta perſona poſſet recipere ſolutionem, ſæpe conſumeret pecuniam, & coniunctæ perſonæ creditoris præiudicaret, quæ ratio ceſſat in agendo: quia cùm agit, cogit tantum debitorem ad deponendam pecuniam debitam, apud Iudicem. Bald. *ad leg. ſin autem ff. de negot. geſt.* Iaſon verò limitat hanc concluſionem ad dictam *l. non ſolum*, vt locum habeat, præterquam ſi coniuncta perſona ſit, aliàs legitimus adminiſtrator, vel ſi ſoluatur coniunctæ perſonæ ex contractu cum ea celebrato. De quo latius ibi *Roman. num. 7. colum. 2. verſi. tamen dicta communis opinio.*

Octauò, † & hæres quoque creditoris hoc iure vtitur, qui etiam debitorem ſuſpectum capere poteſt, quantumuis intra tempora conficiendi inuentarii exiſtat: & ſi ex inſtrumento agendum ſit, non poſſet illi obiici, quod in illo inſtrumento non eſt nominatus: quia nominato creditore, cenſetur nominatus & eius hæres. *Bald. ad l. 1. C quor. leg. Bartol. ad l. poſtulante. ff. ad Trebel.* Ioan. Crotus *ad l. nemo. col.* 4. *& ſequent. ff. de leg.* 1. & expreſsè in hac arreſti materia Rebuffus *ad ordin. reg. tomo* 1. *artic. 6. glo.* 3. *num.* 14. *verſic. tertiò amplia. & ver. ſeq.* Ang. *ad l.* 1. §. 1. *ff. ſi cui plus quàm per Falc. Ripa ad d. cap.* 1. *num.* 88. *de Iudic.* Iaſon *ad l vinum. ff ſi cert. petat Decius conſ.* 262. *Socin. conſ.* 141. *libr.* 2. *Cotta in memorabil. ad verb. hæres cenſetur. Ioannes Imbertus Inſtit. Forenſ. lib.* 1. *cap.* 1. dicens quod creditoris hærede poſtulante, executio inſtrumenti ſit aduerſus obligatum, & ſequitur in terminis præmiſſis *Rodericus Zuares. ad l. poſt rem. ff de re iudica. capit. incip. extenſio prima. n.* 10. *Bald. in l. vnic. §. videamus. C. de rei vx. act. Ioann Andr. in titulo de ceſſ. act. in addi. ad Specul.* Nam ſi id concedatur legatario, vt ait *Rodericus d. loco, numero* 11. *& Bald. ad l. ex legato, C. de lega.* multo magis hæredi hoc concedendum eſt, qui defunctum repræſentat. Et in ea quoque ſententia eſt Boërius *quæſt.* 10. *incip. ceſſionarius in fin.* dicens tamen quod poſtea oportet quod doceat ſe hæredem eſſe, cum alioqui nullum ius haberet ad debitum. Sed *Rebuffus d. libro, artic.* 3. *gloſſ.* 2. *n.* 14. exiſtimat hoc 11.

hoc tunc tantùm verum, & neceſſarium eſſe, quando aduerſarius excipit, non aliàs. Ego Boerium ſequi malim, quia titulum ſuum nominare, & demonſtrare debet qui agit, ſecundùm Rodericum loco proximè citato, hoc in ſpecie propoſita decidentem & allegantem. *Bal. ad d. l. per diuerſas. C. mand. & Ang. ad d. l. creditores. C. de pig.* Sed quod diximus hoc habere locum, etiam ſi hæres intra tempora conficiendi inuentarij exiſtat, intelligit *Iaſon in d. l. vinum num.* 13. quando debitor eſt ſuſpectus de fuga, quia aliàs regula eſt, quod hæres exiſtens intra tempora conficiendi inuentarij, neque debitores hæreditarios conuenire, neque à creditoribus hæreditarijs conueniri poteſt. *l. fin. §. donec. C. de iur. delib.* quod tamen falſum eſſe reſpondit *Caſt. ibi in fi. d. §. donec.* quia hoc inductum eſt in fauorem hæredis, vt conueniri interim non poſſit. Sed quia hæres poſt mortem defuncti continuò ipſo iure hæres eſt, præcipuè attenta conſuetudine generali legem explicante, ideò interim non prohibetur dum conficit inuentarium, debitores conuenire hæreditarios, *Tiraq. latè in trac. Le mort ſaiſit le vif. 2. part. declar.* 11. *n.* 14. *verſ. quod autem poſtea. Boerius q.* 53. *incip. Inſuper in audientia. circa mediũ. Ang. & Imol. ad d. l.* 1. *ff. ſi cui plus. Bart. ad l. vltim. C. de fruct. & liter. expenſ. & ad d. §. donec.*

Nonò, quòd ſi verſemur in patria iuris ſcripti, & in eo loco in quo arreſtorum non niſi aduerſus ſuſpectos, nullus eſt vſus, niſi fortè ex priuilegio ſpeciali certo alicui loco à Prin-
12. cipe conceſſo, exiſtimo etiam † ſtudioſos ſcholaſticos hoc priuilegio gaudere: quoniam ſcholares gaudent priuilegijs ciuium illius ciuitatis in qua agunt, *Ioan. de Platea & alij ad l. ciues. C. de incol. libro* 10. Econtra verò, ſi quæ ſunt grauamina ciuibus impoſita, illa ad ſcholares non extenduntur. Qua de re plurima cumulat Rebuffus *in tractat. de priuilegio ſcholar. cap.* 125. *cum cap. ſeq.*

13. Eodem † modo gaudebunt hoc priuilegio homines ſuburbani, *Rebuf. d. art. 6 gloſſ.* 3. *num.* 42. *verſi. idem dicerem.* quia ſuburbani in fauorabilibus appellatione ciuium veniunt. *l. ædificia. ff. de verb. ſignif.* quòd latius *Alciatus, Cepol. & alij, tum ibi, tum ad l. 2. tum ad l. Alph enus. ff. d. tit.* explicant.

CAP. IV.

Qui aut quorum bona legitimè arreſtentur.

SVMMARIA.

1. *Debitor manifeſtè inops, vtrum arreſtari poſſit.*
2. *Cedere bonis qui non poſſint.*
3. *Debitor qui bonis cedere non vult, aut non poteſt, ad hoc damnari, vel ſe obligare poteſt, vt creditori ex operis ſuis ſatisfaciat.*
4. *Arreſtari an poſſit aduena quem quis ſtatim receſſurum ſciuit.*
5. *Citatio ante arreſtationem non requiritur.*
6. *Debitor in diem, vel ſub conditione an ſiſti poſſit.*
7. *Debitor etiam facti arreſtari poteſt.*
8. *Diffamans a diffamato arreſtari an queat.*
9. *Fideiuſſor an arreſtari poſſit.*
10. *Hæres debitoris an rectè arreſtetur.*
11. *Pecunia debitori debita vtrùm arreſtari queat.*
12. *Factores & Inſtitores mercatorũ arreſtari poſsũt*
13. *Procurator, qui alieno nomine contraxit, rectè ſiſtitur.*
14. *Clericus debitor, an & à quo arreſtetur.*
15. *Teſtimonij dicendi cauſa arreſtare licet, etiam executores.*
16. *Reus ab actore, itẽ actor à reo arreſtari poſſunt, vt reſpondeant poſitionibus & articulis.*
17. *Ciuis an pro debito ciuitatis arreſtetur.*
18. *Res quæ pro parte eſt debitoris an tota arreſtari poſſit.*
19. *Creditor an rectè petat debitorem arreſtari in cuius bona miſſus fuit.*
20. *Apparitor cui mandatũ arreſtandi datum eſt, an poſſit arreſtare, ſi iudex mandans moriatur.*
21. *Defructuatores bonorum obligatorum rectè arreſtantur.*
22. *Vectigalia non ſoluentes detineri poſſunt.*
23. *Contumax quoque rectè ſiſtitur.*
24. *Animalia pro damno dato licitè detinentur.*
25. *Res propriæ an arreſtari poſſint.*
26. *Fructus in fundo meo ab alio poſſeſſo iacentes, vel exiſtentes arreſtare poſſum.*

PRoxima huic quæſtio eſt, quis, & cuius res arreſtari poſſunt. Et regulariter quidẽ conſtat debitorem cuiuſq; quacunq; legitima ex cauſa ſiſti & detineri poſſe, teſte Mauſuerio, in ſua praxi, *ti. de exec. & ſubhaſt. cir. init.* ſicut ex legis diſpoſitione, cum periculum fugæ ſubeſt, capi & apprehendi poteſt, *l. ait prætor. §. ſi debitorem ff. quæ in fraud. credito. l. generali. C. decur. lib.* 10. adeò † vt plerique exiſtiment nihil referre, etiam ſi conſtet debitorem illum propter 1.
manifeſtam inopiam ſoluere non poſſe, cùm & ex operis ſuis, & mercede diurna, deductis tamen prius alimentis, tantum corradere poſſet, vnde creditori fiat ſatis, *Rom. n.* 8. *& Ang. cum alijs ad l pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acq. hæred.* non multò aliter, quàm is qui ab alio redemptus eſt, donec pretium redemptionis ſoluerit, detinetur. *l. ſenatus §. ſi. ff. de leg.* 1. *l qui teſtamento. §. poteſtatis. ff de teſta.* Quid igitur, ſi nec ex eo vlla vtilitas ſperari poſſit? Quid ſi nihil penitus artis ſciat? Ang. *cit. lo.* & Angelum *ibi n.* 7. ſecutus Rom. in ſimili reſpondent, quod creditor non poteſt petere ſe immitti in ius, vel rem debitoris, ſi ea immiſſio nullũ ipſi lucrum adferret. Atqui mores noſtri acerbiores ſunt, etiamq; hi aut carceri mancipãtur, aut bonis cedũt. Cedere † verò non poſſunt, ſi nequitia, profuſione, culpave ſua in paupertatem inciderint, doloue malo, cum ſe ſoluendo non eſſe 2.
ſci-

ſcirent, contraxerint. *l. ſunt. ff. de re iudic. doct. ad l. 2. & vltim C. qui bo. ced. poſſ.* Sunt etiam interdum, qui in carcere manere, quàm aut creditori ſeruire, aut boſſis cedere mallent. Sed ad ſeruitium præſtandum quod attinet, audiendos non eſſe reſpondit Rodericus *de d. l. 2. foro ll. 3. i. inc. Quæro tertio.* exiſtimatque præcedenti capite, ſtatutum valere, quo cautum eſt, debitorem operari debere creditori, donec debitum fuerit ſatisfactum, cùm ſecundùm *l. 12. tab.* etiam dilaniandus creditoribus datus fuerit. Videtur itaque aduerſus Bartol. & Romanum ſentire, ex iuris communis diſpoſitione illud non licere: quia ob æs alienum ſeruire liberos creditoribus, iura compelli non patiuntur, reſpondit Imperat. *in l. ob æs: C. de actio & obliga.* tum quia hoc valde extraneum & diuerſum eſt ab obligatione contracta, vt ibi ait Baldus, tum quia hæc ſeruitus eſt contraria libertati, cui debitum pecuniarium æquari non poteſt. *l. planè. 2. de leg. 2.* Sed hoc intelligunt alij, ſi vellet creditor debitorem vel in perpetuam ſeruitutem trahere, vel ad ſordidiſſima quæque obeunda vrgere *Salyc. & Fulg. ibi.* tum verò conſtitutio illa de liberis debitoris loquitur: de debitore verò qui promiſſum facere non poteſt, & cedere bonis nō vult, non loquitur: aliaſque qui ſoluendo non ſunt, carceri de iure mancipari poſſunt *l. 2. §. tutores. ff. de ſuſpect. tutor.* Quapropter in ea opinione verſor, vt exiſtimem, debitorem ſi aliud nō habet, & bonis cedere non velit, aut nō poſſit, in hoc damnari poſſe, vt deductis alimentis, ex operis ſuis ſatisfaciat, aut creditori liberaliter, moreque aliorum inſeruiat: inxta ea quæ notat *Bald. ad d. l. ob æs, in verſicu. extra gloſſã.* & alijs ad *d. § tutores. & ad l. nemo de exact. trib. C. lib. 10.* Certum † eſt enim, quod poſſet quis alicui creditori ſe obligare ad operas ſuas tandiu quouſque per precium operarum pecunia debita ſolueretur: quia iſta non eſt ſpecies ſeruitutis, ſed quidam modus ſoluendi debitum, adhibita moderatione & miſeratione, *Bal. ad l. 1. colum penult. verſic tu concorda. C. qui bo. ced. poſ.* leges autem & ſtatuta potiſſimum conſiderant ne creditores caedito ſuo fraudentur, vt ait *Pariſ. conſi. 99. incip. Iſte Ioann. num. 2. libr. 3.* Vnde non malè dixiſſe videtur D. Præſes *Nicol. Euerardi. in loco à ſeruo ad monachum. col. 3.* quod etiam ſeruus poteſt arreſtari, & pro debito detineri.

4. Quid autem † ſi quis cum eo contraxerit, quem ſtatim receſſurũ eſſe ſcivit, cuiuſmodi eſſe ſolent aduenæ & peregrini? hunc non poſſe arreſtare videtur; nam licèt *Bald. ad rubric. 1. de his quæ in fraud. cred.* contrarium decidens ait, quod licèt creditor ſciat illud receſſurum illico, non tamen credere debuit eum receſſurum antequam ſatisfaceret. Communis tamen ſententia eſt, quod is, qui cum forenſi, vel aduena contrahit, ſciens eum ſtatim receſſurum, conuenire eum ibi non poteſt, *l. hæres. abſens. §. proinde ff. de iud.* ſemperque præſumitur forenſis ſtatim receſſurus: & qui ſic cum eo contrahit, fidem illius ſecutus videtur, ſuſpectuſque (vt ibi dicunt interpretes) dici non poteſt, & ad cautionem de iudicio ſiſti præſtandam minimè compellitur. *Bart. ibi glo. ad l. 2. §. ſed & ſi dubitetur. eod. titul.* & ſequitur Lanfranc. *ad c. quoniam contra. ad verb. recuſationes. num.* 15. his verbis. *Et ideo ſi quis contraxerit cum forenſi, & dicat, Domine Iudex, habeo debitorem hic quem vellem detineri: non poterit, quia hoc imputet ſibi quod contraxit cum forenſi.* Hactenus ille, & poſſet dicere Iudex, Tu vidiſti quod habebat pileum in capite, & calcaria in pedibus, debebas eſſe cautus, & exigere ſolutionem, aut eam ilico ſtipulari. Sed hoc ita accipiendum exiſtimat poſt Bart. Bal. Coſtalium, & alios Rodericus *d. loc. cap. incip. Sed attende. num.* 57. niſi aliqua eſſent expedienda tempore contractus, vt traditio rei emptæ. Quid enim ſi ab eo equum emi, & illius equi traditionem habere velim, id quod in ſua poteſtate eſt? Finge etiam me equum peregrino vendidiſſe; nam niſi exemplo pecuniam ſoluat, poſſum cum eo lege agere; ne detur illi fugæ occaſio, cum re mea, quia fidem illius hoc caſu non videor eſſe ſecutus, & ſi non dat, videtur delinquere & me decipere *l. 3. ff. de pignor. act.* & ſic etiam qualicumque modo, ratione delicti conueniri & arreſtari poſſe videtur: Nam & in ſimili, qui in nundinis mercantur, eius contractus ratione, nundinis non obſtantibus arreſtari vel conueniri ibi non poſſent, *l. vnic. C. de nud & ibi Dd.* Et ſic intelligi poſſit id quod dicit his verbis Iaſon ad. *l. ſi ab arbitro. in 4. limitatione ff qui ſatis. cogant.* Quando, inquit, quis contrahit cum aduena, & ſic cum eo quem ſciuit veriſimiliter eſſe receſſurum, licet nulla cauſa ſuperueniat poſt debitum contractum, tamen eum volentem recedere abſque ſatisfactione, poteſt facere perſonaliter capi. Et quod Bartol. Lanfranc. & alij dicunt eum capi non poſſe, intelligendum eſt, quando veriſimile eſt quod fidem eius ſecutus eſt; aut ſaltem quando non apparet quod fidem eius exceptis prædictis caſibus, ſecutus non eſt. De quo *Barbat. ad c. ſi. num. 85. de for. comp.* Ego autem puto, niſi appareat fidem de precio eſſe habitam, aduenam arreſtari poſſe ſe ſoluat aut caueat, ſi ſolutio ibi fieri debebat. Angel. *ad d. l. hæres abſens. §. 1. num. 8. iuxta dictum Bal. Iaſon.* & qui eos ſequitur Romani *ad l. 1. ff. ſol. mat.* At in his quæ non cum ipſo contractu, ſed poſtea ex interuallo facienda ſunt, aliorum ſententia locum habere poſſet, quod & Coſtalius ad eundem § 1. notat.

Ex quibus † etiam non difficulter intelligi poteſt, nulla hic citatione præuia opus eſſe, 5. ſed ab ipſa arreſtatione incipiendum eſſe, alioqui enim fugam facilè adornaret debitor Caſtrenſ. *conſil. vlti. libro 1. verſic. Secundus articulus. Felin. in c. cum non ab homine de iudi.*

Bald.

Bald. ad l.cum fratrem.C. de his quib. vt indig. & vbi periculum eſt in mora, ibi partis citatio nõ requiritur,*Alexand.& Iaſon ad l.fideiuſſor.* §. *ſatiſdatum ff.qui ſatiſda.cog.Iaſon.ad* §.1.*n.*89.*Inſtit.de act.*

Quinimò,quod amplius eſt, etiam pendente lite arreſtari poſſet in eiuſmodi caſu. Quia licèt pendente lite nihil ſit innouandum *l.* 1. *ff. nihil ne app.pend* tamen ſi periculũ fugæ immineat,vel aliàs æquum iudici viſum fuerit, vrgebitur arreſtatus, vt caueat de iudicato ſoluendo,quia litis conteſtatio damnum creditori adferre non debet. *l.non ſolet ff.de reg. iur.* & remedium extraiudiciale non impeditur per litis pendentiam ex noua cauſa,teſte *Ripa,ad c.*1. *num.*88.*de iud.Deci.conſilio* 562.*num.*8.*Iaſon ad l vinum num.*3.*ff.ſi cert.pet.& ad l.* 2. *ff de iuriſd. om.iud.Alex. conſ.* 105. *lib.* 3. *Angel. ad l. neminem C.de exact. tribut.* & ſequitur *Iaſon in d.l.ſi ab arbitro num.*6. *verſi. Quid ſi lite pendente,* his verbis:Quid ſi lite pendente contra debitorem,incipiat debitor eſſe non ſoluendo;an pendente lite poterit tanquam contra ſuſpectũ impetrari captura perſonæ à iudice? videtur quod non, quia lite pendente nihil eſt innouandum. *l* 1. *&* 2. *vt lite pendent.* facit quod notanter dicit *Bald. ad l.* 2.*C de ſeruit. & aqua,* quod pendente iudicio ſuper re quam peto,non debeo propria auctoritate ingredi poſſeſſionem talis rei,quia via quam elegi,hæc mihi pateat.*l.ſi mulier.*§ *fin.ff.quod met cauſ.*Contrariũ eſt verum ,quia licita eſt captura perſonæ ante iudiciũ,ergo etiam eo pendente;quia litis conteſtatio non debet creditori damnum adferre,neque debet eſſe deterior conditio creditoris, qui litem conteſtatus eſt *l. non ſolet. ff. de reg.iur.* hactenus Iaſon: & plura ad iſtius confirmationem adducit *Pariſ.conſi.*99.*num.*3. *lib.* 3.

6. Et hæc † non ſolum in debito puro, verùm etiam in debito in diem, locum habent: quia licèt ante diem agens non ſolum exceptione repellatur,*l.cedere diem ff.de verb.ſign l.vnic.C.vt act.ab hæred.l.quod in diem.ff.de compeſ. Bart. ad l.ita ſtipulatus.ff.de verb. oblig. l.* 1. §. *fin. ff. quando dies vſusfr.leg.ced.* verum etiam à iudice ex officio repelli poſſit. *glo. ad l. vbi pactum C de tranſact.Bartol ad l lecta.ff. ſi cert. peta.* nihilominus tamen, debitor in diem, ſi periculum eſt de fuga, & non aliter ſiſti arreſtarique poteſt,teſte Bart.Bald.Romã.& alijs*ad l.ſi debitori ff.de Iud In omnibus enim bonæ fidei iudicijs* (inquit Papinian.) *cum nondum dies præſtandæ pecuniæ venit.ſi agat aliquis ad interponendã cautionem.ex iuſta cauſa condemnatio fit.l.in omnibus eo.tit.*& eſt elegans textus,& ibi gloſſa *ad l quæſitum.ff de pignor.vbi ita loquiturVlpianus.Quæſitum eſt,ſi nondũ dies penſionis veniat, an & medio tempore perſequi pignora permittendum ſit?& puto dandam pignoris perſecutionẽ,quia intereſt mea.& ita Celſus ſcribit.*Quod & in ſtricti iuris actionibus,vel iudicijs locum habet,*l.*2.*&*3.*de condict. cau.dal. l.ſi creditores ff de priuileg.credito.* etiam vt quis chirographum ſuum agnoſcat, vt cenſuit Sedatus Pariſienſis teſte Coſtalio *ad d. l. in omnibus*:quia interea aut mori poſſet, aut fugere;ſed interim ſuſtinetur executio ,donec dies aduenerit.*l.in lege Aquil.ff.ad leg.Aquil.* Sic ſi commodato dedi alicui rem meam, poſſum repetere,non ſtatim,ſed aliquo tempore tranſacto,quod ex iudicis arbitrio decernetur, quia ex quo dedi commodato , tempus aliquod tranſire debet, ne alioqui inutile eſſet commodatum.*l.* 3. *C. commod.* Si tamen commodato dedi alicui, de quo ſuſpicio eſt ne fugiat,etiam ante tempus repetere poſſum. Bald. & Dd. *ibi.* Sic ſi eſt pactum factum inter creditorem & debitorem , vt liceat creditori ingredi propria auctoritate poſſeſſionem rei hypothecatæ, non poterit creditor pacti illius vtilitate vti, niſi præcedente mora ſuper obligatione principali,*l.debitores,*& ibi *Bart.C.de pign. l.ſoluitur.*§.1 *ff. quib.mod. pig. vel hypoth. ſol.* ſed hoc verum eſt,niſi ſubſit iuſta cauſa ,quia fortè dubitat probabiliter debitorem deceſſurum: eo enim caſu,etiam ante moram,ingredi poteſt teſte *Bart ad d.l.*3.*verſi.item quæro quando. C. de pignor.*quia ius executiuum ex pacto competens poteſt ex cauſa exerceri ante tempus *d l. quæſitum.* Et hanc ſententiam,quòd debitor in diem ſuſpectus, conueniri poteſt vt caueat de ſoluendo die adueniente,latè confirmat *Paulus Pariſ.d. conſ.*99.*incip.Iſte Ioannes.lib.*3.*per d.l.in omnibus,* & quia mora pericum creditori poſſet adducere, ſi fortè debitor poſtea aufugeret, & inanem faceret creditoris actionem. *Anchar. conſ.*192.*Dec.conſ.*75.

Quibus rationibus motus vir eruditus Rodericus SuarezHiſpanus,*ad l.poſt rem iudicatam ff.de re iudic in declar.l.regni,in* 7.*limit.*oſtendit creditorem tempore priorem,ſed in diem præferri alijs creditoribus poſterioribus, quorum dies iam ceſſerat,quando eſt periculum in mora. Quæ deciſio Rodrici cum ſit elegans, foroque ſeruiens, ſubijciam eius verba: *Quidam mercator diues* (inquit)*rupit & fugit,vt multoties faciunt eiuſmodi,quando vident ſe diuites eſſe, & dimiſit iſte mercator aliqua bona, non tamen tanta vt ſufficeret omnibus.Statim fuga arrepta,venerunt multi mercatores,& inter omnes erat vnus, qui habebat obligationẽ cum hypotheca bonorum,quæ erat prior tempore omnibus alijs aliorum obligationibus: attamen dictæ obligationis ſolutio erat in diem,quæ dies adhuc non venerat:petebant omnes executionẽ obligationum ſuarum:iſte cuius obligatio erat prior tempore,petebat etiam executionem, & dicebat ſe præferendũ ex regula,qui prior eſt tẽpore, potior eſt in iure.Opponebatur verò ei,quod nõerat audiendus, quia nihil poterat,ex quo dies deſtinata ſolutioni nondum venerat:& etiam quidam iudex dimiſit eũ ex hac cauſa deſperatum,qui venit ad me pro remedio,& alij duabus vicibus habui de facto,& conſului in fauorem iſtius mercatoris, illum eſſe alijs præferendum,dato quod dies ſolutionis nondũ venerat,*

rat, ex eo, quia debitor fugerat, & motus fui per textum ſingularem in d. l. quæſitum. vbi eſt caſus, iuncta gloſſ. quod etiam ſi dies penſionis, & ſic ſolutionis nondum veniſſet, tamen iuſta ex cauſa poteſt creditor perſequi pignora, & agere hypothecaria pro debito, vt quia receſſurus putabatur. Hinc eſt quod Bart. ad l. 1. *C. de condict. ex leg. commendat illum textum, dicens eſſe ad hoc ſingularem, quod omnis debitor fugitiuus poteſt capi & detineri ante diem.* Hactenus Rodericus.

Et idem decidit Bald *in l. vbi. C. de iure dot.* Matth. de Afflict *deciſ.* 180. *incip. procurator.* & Benuenutus *in tract. de decoctorib. parte* 3. *in fin.* Et quamuis pro debito in diem vel ſub conditione nulla adiudicatio fieri poſſit, vt ait *Bald. in conſi* 135. *incip. in cauſa. lib.* 2. *per l. Fulcinius,* §. *ſi in diem, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Poteſt tamen benè peti, vt caueatur ex cauſa, ſecundùm prædictos Doct.

Quod autem de debito in diem diximus, idem & in debito ſub conditione locum habet, *argum. l. omne æs. ff. pro ſocio.* vbi ante conditionis euentum, ſi imminet periculum ſuſpicionis, poteſt creditor petere, ſibi caueri per fideiuſſoris dationem, quod & ibi contra debitores ſuſpectos, & pro eorũ creditoribus annotat Bald. qua in re, & dictum Rodericum iam dicto loco, *num.* 4. *in fin. verſi. accedat text.* & latius *in* 5. *limitatione dicto loc & Iaſonem ad l. vinum. num.* 3. *ff. ſi certum pet. & Franciſcum à Ripa ad c.* 1. *numer* 88. *de iudic.* ſequaces habet; & ante hos quidem Angel. & alij plerique ex vetuſtioribus, *ad d. l. quæſitum*, priores tradiderunt. Nam quod Albericus contrarium exiſtimat, ex eo quod *d. l. quæſitum.* de debitore in diem loquitur, non de debitore ſub conditione, & quod quando debitum eſt in diem, eſt nata actio & obligatio, ſecus quando eſt ſub conditione, *d. l. cedere diem,* nihil mouet: eadem enim eſt ratio, eadem eſt æquitas, eadem ergo debet eſſe iuris diſpoſitio, *l. adigere ff. de iure patrona.* Alioqui enim creditor ſub conditione debito ſuo facilè fruſtrari poſſet, adeo vt his Alberici rationibus, quæ in fronte aliquid habent, in receſſu verò nihil, nimis facilè motum fuiſſe Iaſonem arbitror, *ad l. pecuniam, numer.* 9. *ff. ſi cert. pet.* ideoque etiam alibi de veritate huius ampliationis, quàm ante animoſè tutatus erat, cœpit dubitare. Porrò autem vniuerſa hæc curationis interponendæ ratio, per quam arreſtum euitari poſſet, ex diſcretione & arbitrio eius qui iuriſdictioni præeſt, dependet, *d. l. in omnibus*, quod & apud Tiraquel. *in tract. de vtroque retract.* §. 1. *glo.* 18. *num.* 44. *cum ſeq.* multis videre licet.

Et hæc quidem de debitore, tam quantitatis quàm facti; memini † enim quemdã fuiſſe arre-
7. ſtatũ Louanij à ſuo domino, cui promiſerat ſe ſeruiturum Antuerpiæ, in arte conficiendorum vitreorum, ad aliquot annos, eoque inſcio aufugerat, vt aut factum promiſſum præſtaret, aut ad id quod intererat, damnaretur.

Idem † dici poſſe puto de eo qui alium diffamat, aut illum iactitat ſuum eſſe debitorem. 8.
Nam vt ait *Bartholomeus Biarerus ad l. diffamari, cap.* 1. *num.* 21. *C de ingen, manumiſ.* diffamatus vbicumque locorum diffamatorem ſuum deprehenderit, protinus contra eum apud eius loci iudicem experiri, ac eius iudicis officium inuocare poteſt.

Eadem † etiam eſt ratio fideiuſſoris: quia 9.
omnis fideiuſſor, fugitiuus & ſuſpectus, ante diem eadem illa ratione ſiſti, capi, & detineri poteſt, teſte Ioan. Conſtan. *ad conſtit. reg. art.* 66. *incip. Et quan. à celles. col. fi. verſi. nota præterea.* Bald. tamen quem allegat *ad d. l.* 1. *C. de cond. leg.* de debitore, non etiam de fideiuſſore loquitur. Quinimò vt Bald. voluit *ad c. cum contingat, col* 5. *de dolo*, quando reus & fideiuſſor obligarunt perſonam ſuam, & renunciatio facta eſt, reo capto ſeu detento, detineri etiam poteſt fideiuſſor, & non captura ſeu prehenſio, ſed ſolutio rei liberat fideiuſſorem, ſicut pendente lite contra reum, non impeditur executio contra fideiuſſorem. *Bald. ad l. fin. C. de fideiuſſ.* Quod quo pacto intelligendum & reſtringendum ſit latiùs *tomo* 1. *art.* 11. *gloſ.* 3. *num.* 25. *cum ſeq.* explicat Rebuff. & hunc ſecutus Petrus à Duennas *ad reg. iur.* 276. *incip. executio poteſt fieri.* Quo in loco quatuor limitationes, & reſtrictiones recenſet, ad illam regulam pertinentes. Quid igitur de eo conſtituemus, qui tamquam principalis alterius obligationi ſubſcripſit? Vnus ex multis Zaſius reſpondet *ad l. ſi ita* § *Chryſogonus, ff. de verbor. oblig. numero* 3. eodem modo hunc conueniri poſſe, atque ſi principaliter ſcripſiſſet, *l. fideiuſſor.* §. 1 *ff. de pignor.*

Idem quoque † iuris eſt in hærede debito- 10.
ris, quia ad id ad quod poteſt compelli defunctus, poteſt compelli & eius hæres, *l. poſtulant, ff. ad S. C. Trebellian.* Crotus *in repet. l. nemo, ff. de leg.* 1. Rebuff. *de loc. num.* 74. Iaſ. *ad l. diuortio,* §. *interdum, num.* 6. *ff. ſolu. matr.* & ex perſona hæredis, qualitas, ſeu natura debiti non alteratur. *l.* 2. §. *ex his. ff. de verb. oblig.* Ideoque etiam inſtrumentum executorium, non ſolũ contra principalem, verum etiam aduerſus hæredes illius, executioni mandari poteſt, licèt verbis legis, vel ſtatuti id non exprimatur. Et ſi ex forma ſtatuti debitor poſſit carcerari pro debito, hæres etiam illius carceri mancipari poteſt, teſte *Bart. & Ang. ibi.* quia licèt loquatur ſtatutum de debitore, tamen hæres debitoris et iam debitor dicitur, cùm ille propriè debitor ſit, à quo inuito debitum exigi poteſt, *l. debito, ff. de verb. ſign.* cuiuſmodi hæredem eſſe conſtat. In qua ſententia reperio etiam fuiſſe Bal, *ad l. per diuerſas, C. mand. Caſtr. ad l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cogant.* Roma. *ad l alia* §. *eleganter, ff. ſol. matr.* Imol. & Angel. *ad l.* 1. *ff. de his quæ in teſt. del.* quia ex quo debitor eſt obligatus in inſtrumento, obligatio ſuorum hæredum etiam virtualitar continentur, licet

hoc

hoc in inſtrumento non exprimatur, *arg. l.* 1. *C.ſi cert.pet.l.ſi pactum.ff. de proba.* Et exceptio quæ quotidie verſatur in foro, de eo quod aduerſarius non eſt nominatus in inſtrumento, hic ceſſat: & nominato Titio, videtur in eodem inſtrumento eius hæres nominatus. Ang. *ad l.creditores.C.de pign.* Alexand. *ad l. in ratione.1.ff.ad leg.Falcid.* Vnde & Caſtr. *ad d.l.poſtulante.* reſpondit, quod etiam ſi ſtatutum dicat, inſtrumentum eſſe mandandum executioni, contra debitorem in ipſo inſtrumento comprehenſum, vel deſcriptum, mandabitur nihilominùs executioni contra hæredem eius, quamuis aliàs ſtatuta de perſona ad perſonam non extendantur, *l. ſi verò §.ne viro.ff.ſolut matr.* quia talis diſpoſitio ſtatuti intelligitur repellere illam perſonam, quæ non eſt, & non reputatur eadem perſona, ſecùs ſi reputatur eadem. *vt in authen. de iureiur. à mor. præſt.* Quo caſu verè nulla extenſio, ſeu potius incluſio & interpretatio fieri dicitur, *l.non erit.§.de eo.ff. de iureiur.* neque enim hæres noua perſona eſt, ſed vna & eadem cum defuncto *l.hæredem.ff. de reg.iur.* & quæ eidem defuncto cum ſua cauſa & vitijs ſuccedit, *l.vitia.C.de acquiſ poſſ.* adeundoque hæreditatem, & ſic cum debitoribus hæreditarijs quaſi contrahendo debitor conſtituitur, §. *hæres.Inſtit.de oblig.quæ ex quaſi contract.* Chaſſan. *ad conſ et. Burg.tit des cenſes.§.6.glo.vlt.l.quod ipſius.ff.de reg.iur.* adeò vt priuilegium hæredis ſuccedentis ſæpè non extinguat, aut impediat ius executionis. Bart. & Iaſon, *ad auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.* Salic. *ad l.* 3. *quæſt.* 5. *&* 7. *C. de pign.* Dec. *conſ.* 539. Gomeſ. *ad §.fuerat.Inſt t.de act.* Rebuft. *d.tomo.* 1. *de liter. oblig.art.* 3. *gloſ.* 3. *numero* 9. 10. *& ſeq.* Multa quoque de his *lib.*1.*cap.*1. *Inſtit. forenſ.* ſcripſit Ioan. Imbert. executiens illam quæſtionem, an hæres defuncti debitoris, in vim inſtrumenti habentis executionem paratam, poſſit prehendi & in carcerem mittit. Et quamuis diſtinguat hoc pacto, quod ſi ex ſtatuto debitor poſſit prehendi, ſtatutum æquè hæredem ac debitorem obligat, ſi verò conſenſum & promiſſionem conſideremus, non quia hæres à defuncto bona accipit, non perſonam, tamen poſtea addit conſtitutionibus in Gallia editis, etiam aduerſus hæredem, & in bonis illius propriis executionem dari. Sed hæc latiùs explicare opus non eſt, cùm ad faciendum arreſtum nobis ſufficiat, hæredem debitorem eſſe, aut pro debitore reputari, *d. §. hæres.* non obſtantibus etiam illis quæ ſcribit Ioan. Papon. *ad conſuetu.Bourbon.tit.des executions.* §. 106. Ex quo nata eſt quæſtio, vtrum clericus hæres laici coram iudice eccleſiaſtico conueniri poſſit: qua de re latiſſimè diſputat Didac.Couar. *lib. pract.quæſt. cap.*8.*&* Roder. Suarez *d.loco num.*4. quem ſi libet, vide.

Quinimò etiamſi hæres minor ſit 25. annis, nihilominùs (vt exiſtimo) arreſtari bona eius poſſunt: ſed an ipſemet arreſtari poſſit, inferiùs dicemus. Ratio autem quæ me mouet, hæc eſt, quod executio poteſt mortuo teſtatore fieri in hæredem, & ſi iſte hæres fuit minor, poteſt nihilominùs fieri executio in bonis quæ à defuncto ad eum peruenerunt, *l.pupillus, iuncta gloſ.in §. ſed & ſi creditor.ff.de auctor.tut.l.* 1. *C. quand.decret. non eſt opus.* Et cum minor curatorem non habens, ipſo iure ex contractibus ſuis obligetur, *l.ſi curatorem.C. de in integ.reſti.* & niſi ſoluat, aut bonis cedat, in carcerem conijciatur, *l. cum & filij. C.qui bo ced. poſſ.* & quæ ibi notant Dd. nihil dubito, quin etiam arreſtari & detineri poſſit, iuuante creditorem cõmuni iuris regula, quod cui licet quod plus eſt, vtique ei id quod minus eſt, licere debet, *c. cui licet.de reg iur. in* 6. Et quod amplius eſt, arbitratur Iaſon *conſi.*88. *incip. In præſenti, volu.* 3. nec Fiſcum quidem, & eum qui à Fiſco cauſam habet ſucceſſionis, immunem eſſe. Sed cum de executione effusè & generaliter loquatur, dubito an in materia arreſti eo iure vtatur Fiſcus, de quo etiam paulò inferiùs latius dicemus.

Porrò autem ſucceſſorem debitoris ſiſti, vel arreſtari poſſe, non eſt indiſtinctè & ſemper verum. Sunt enim plerique caſus, quibus id non licet. Principio enim locum non habet infra tempus conficiendi inuentarij de bonis defuncti: quia intra illa tempora à creditoribus vel legatariis conueniri non poteſt, etiamſi aduerſus defunctum ſententia lata fuerit, *l. fin.§. donec. & §. & ſi præfatam. C. de iur. delib.* Baldus *ad l.ait Prætor.§.ſi quis. ff. de procu.* Iaſon *ad §. fuerat. numero* 61. *Inſt.t.de act.* Boer. *deciſio.* 10. *numero* 3. Chaſſan. *ad conſuet.Burg.rubr.des ſucceſsions, rubr.*7. §. 14. *numero* 9. Baldus *ad l.per diuerſas, quæſt.* 10. *C mand.* Corneus *conſil.* 221. *lib.*4. Præſes in loco à ratione legis ſcrip. *col.* 4. Rebuffus *ad ord. Reg.tomo* 1. *art.* 9. *gloſſ.* 2. *num.*8. etiam ſi hæreditas ſit locupletiſſima, & notoriè ſit ſoluendo. Bald. *ad d. §. donec. & §. cum igitur.* Idque propter occupationem quam habet in inuentario conficiendo, teſte Roderi. *d.loco.num.*5.*in fin* latiùs verò Auguſti. Berous *quæſt.* 57. *incip. ſtatuto.* reſpondet, ſtatutum de arreſtando & capiendo debitorem contra hæredem ſub beneficio legis & inuentarij, locum non habere, ſed via ordinaria contra eundem procedendum eſſe, vt per Imol. *ad l.* 4. *§.ſi prætor, ff.de dam.infect.* Et ſi contra hæredem tale quid tentatum eſſet, proceſſus, ſententia, & omnia acta eſſent ipſo iure nulla, vt idem Berous ait. Sed hoc non procedit in hærede conuento vt reſtituat vſuras, quando defunctus iuſſit eas reſtitui, vel cauit ſecundum formam text. *in c. quamuis. de vſu.lib.* 6. nam tunc propter periculum animæ, quæ rebus omnibus longè præferenda eſt, reſtitutio non habet differri, *vt in l. ſancimus. C. de ſacroſ eccleſ. c. cùm infirmitas de pœnit, & remiſſ.* & hanc limitationem ponunt Dd. *in d.§. donec.* præcipuè Iacob de S.Georg. *num.*2. Philip. Corn. *num.* 1.

Suarez *in d.l.poſt rem iudicatam in* 1. *extenſione. n.6.folio* 132.*colum.*1.*ff. de re iudic.* & ideò datur dilatio,quia omnibus remanet ius ſuum ſaluum:quod in iſto caſu non eſſet, cum animæ detrimentum iam illatum, non per hoc poſtea tollatur,*arg l.tutor qui repe:torium, in prin. ibi.* vel ſi id quod dilationem modicam expectare non poſſet.*ff. de adminiſt. tut.* & pium defuncti propoſitum ſine vlla cunctatione adimpleri conueniat,*l.nulli.C.de epiſ.& cler.*

Secundò non procedit,quoties hæres inquietaret alios ex cauſa hæreditatis,nam tunc poteſt reconueniri ab eo, quem ipſe prior conuenit, *arg.text in l.2. in §. ſed ſi agant. ff. de iud.& in auth.conſequenter.C.de ſent.*niſi illos conueniat hæres neceſſitate compulſus,puta;quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiebant,quos fecit capi, vel domus vicini minabatur ruinam ſuper domum hæreditariam,vnde petat cautionem damni infecti,vt *in d.l.2.§ ſed ſi agant.* ita expreſsè tenet Angel. *in eodem §.ſed ſi agant.n.* 3.& idem Angel. vbi dicit ſe ita vidiſſe de facto practicari,& iudicari,*in l.1.§.hoc ſtipulatio. verſic.*3.*fallit.ff.ſi tui plus quam per l.Falcid.* quē ſequitur ibi Ioan de Imola *n.*10.Philip.Corn. *in d.§.donec,n.*2.& Rodericus loco mox citato, *num.*8.

Tertiò locum non habet, quoties petitur aliquid ab hærede pro impenſa funeris; tunc enim non opponit de inuentario. Ita expreſſè tenet Angel.*in d.l.*1. §. *hac ſtipulatio.n.*16.quē ſequitur Philip.Corn.*in d §. donec n.*2.quod & ibi Iacob de S.Georg.*n.*1.probat.

Quartò fallit, quando conuenitur hæres pro legatis pijs, non ferentibus dilationem, vt ſunt alimenta pauperum,qui interim fame perirent,vt expreſsè tenet Ang. *in d.§.hac ſtipulatio n.*16.*verſ.*ſecundò fallit,quod dictum ſequitur ibi Ioan.de Imol. *n.* 10. vbi dicit ſe ita vidiſſe practicari. Eandem opinionem tenet Philip. Corn *in d.§.donec.n.*2 Iacob de S.Georg.*n.*1. Bart.& Chaſſan.*in conſuet.Burgun.in tit.des ſucceſſions.*§.14.*colum.*1.*n.*9. *fol.* 281. In his enim in quibus ius ſuum cuique ſaluum & integrum eſſe, ac manere poteſt, non in his quæ moram non admittunt,conceſſa eſt dilatio, *l. tutor, ff. de auct.* Roderic. *d. loco in* 1. *extenſione.*

Poſtremo reſtringitur, quoties conuenitur hæres rei vendicatione, quia tunc conuenitur vt quilibet poſſeſſor,non vt hæres,vt *in d. l. de eo §. penult ff.ad exhiben.* Ita expreſsè tenet Odofr. Guil. de Cuneo, Bald. Salicet. Paul. de Caſtr.& Philip.Corne.*n.*1. Iacobus de S. Georg.*n.*1.Angel.*in.d.§.hac ſtipulatio n.*16. & ibi Ioan. de Imola *n.*18. Rodericus Suarez in loco ſupra allegato *num.* 7. Iaſon *conſil.* 88.*lib.*3. Socin. *reg.*135.*fallent.*

Secundò, arreſtari vel conueniri ſucceſſor non poteſt, quando eſt ſucceſſor ex conuentione.Nam quamuis regulariter hæreditas pacto dari non poſſit,*ſtipulatio hoc modo.ff.de ver.oblig.* excipiuntur tamen caſus nonnulli, vel fauore militum,*l.lites,C. de pact.* vel in gratiam matrimonij contrahendi Zaſ. & alij *ad d.l.ſtipulatio.* & his ijſdem caſibus,hæres eiuſmodi in debitū hæreditarium non ſuccedit : quandoquidem non iure hæreditario, ſed ex pacto & conuentione ſuccedit.Manſ *in ſua prax.rubr. de execu. §.item quaro. colum.* 2. Ego verò hic ſubſiſto & de ea reſtrictione admodum dubito : quia pactio huiuſmodi, licet ex conuentione naſcatur, facit tamen ſæpè eum, qui ſic pactus eſt, hæredem eſſe. Quid enim ſi de maxima parte bonorum inita ſit, nulluſque alius hæres inſtituatur minima parte bonorum legatis exhauſta? Rurſum verò aperta eſſet via fraudibus, ſi hac ratione onus æris alieni liceret euitare. Memini mulierem quandam inter viuos facta donatione, ſibique rerum omnium poſſeſſione ſeruata, ita cum nepote ſuo conueniſſe, vt omnia eius bona mobilia haberet poſt eius mortem,nullique creditorum obnoxius foret, cum tamen in eo loco, vbi id factum fuit, apprehenſor bonorum mobilium ad exolutionem æris alieni teneatur. Conſultus cum alijs quibuſdam, reſpondi ob præſumptam fraudis coniectionem, nepotem illum ſtipulatorem, ab æris alieni præſtatione immunem non eſſe:quia alioqui facilè deciperentur creditores, nisi haberent hypothecam. Interim veriſſimum eſſe puto, quod ſi inter maritum & vxorem conuenerit in contractu antenuptiali, quod vxor habebit præmoriente marito mediam, vel aliquam partem bonorum, abſque vllo onere æris alieni:eo caſu ipſa quidem creditoribus obnoxia erit: ſed cogentur hæredes mariti aduerſus eoſdem creditores eandem vxorem indemnem conſeruare, atque defendere:in qua opinione etiam videtur fuiſſe Chaſſan *ad conſuetud. Burg. Rubri. des droictz & app. des gens maries.* §.10. Eodem modo accipiendum puto, quod dicitur,in eum qui hæreditati renunciauit executionem non dari, vt ſcilicet procedat,ſi nunquam aliàs hæreditatem adijt : nam ſi adijt & vendidit, certè vt à creditoribus conueniri, ita etiam ſiſti poterit,iure ſuo aduerſus emptorem hæreditatis ſaluo, *l. ratio C. de hared. vel act.vend.*

Singularis quoque ſucceſſor, & qui hæres non eſt, non ex promiſſione ſeu debito defuncti, qua minimè ligatur,ſed tantùm vt rei mobilis alienæ poſſeſſor, arreſtari poteſt, *l.* 1. §. *ſi hares ff ad SC.Trebell.l.fin.C de hared. actio.* Et in his,in quibus ſingularis ſucceſſor, cuiuſmodi eſt legatarius rei alicuius, paratam executionem habet,ſicut defunctus ipſe haberet,prout ſemper habere videtur. Bald.*ad l. ex legato. C.de legat.*Roderic.*d. loco in* 1. *extenſione num.* 12.*in fi.*in ijs etiam caſibus è conuerſo ſiſti poteſt.*Dd.ad l.ſi debitori.C ſi aduer.cred. praſcript. glo.ad l.ea lege.C. de condict. ob cauſ.* Iaſon *ad l. quadam.§. nihil intereſt.numero* 7.*ff. de eden. & in l.ait prator num.* 10. *ff. de iuriur. & ad l.ſi vnus.*

nus. §. *ante omnia num.* 5. *ff. pact.* & *ad d. l.* 1. §. *ſi hæres num.* 4. & ideò poſſeſſor bonorum hæreditatis, via executiua conueniri non poteſt Bart. *ad l. controuerſia numero* 7 *ff. de tranſact.*

Quod de hærede debitoris diximus, idem in debito debitoris noſtri locum habet. Quia licet debitor debitoris, quem creditor ex contractu vel quaſi contractu obligatum non habet, detineri & arreſtari non poſſit, vt notat Roman. *conſ.* 224. *incip. Iſta captura.* ſed executio ſententiæ contra debitorem latæ, ſubinde aduerſus eum mandatur executioni, *l.* 2. *C. quand. fiſc. vel priuat.* Id quod latè & eleganter explicat Rod. Suarez. *ad l. poſtrem. cap. incip.*
11. *Secundò quæro. ff. de re iudic.* poteſt † tamen creditor, id quod ſuo debitori ab alio debetur arreſtare, vſque ad quantitatem debiti concurrentem. Rebuffus *ad conſtitut. reg. tomo* 1. *tract. de liter. oblig. artic.* 12. *glo. vnic. num.* 22. etiamſi de debito non conſtet illicò per literas, ſed poſtea intra breue tempus, de quo mox dicemus, conſtare poſſit. Pyrrhus *ad conſuetud. Aurelian. ti. de execu. ex locat. cap.* 9. *arg. d. l.* 2. *C. quand. fiſc. vel priuat. l. hæres in fi. ff. ad Trebel.* & debitorem debitoris, authoritate iudicis, ad certum aliquem diem citare, vt veniat ſi velit, & audiat rationes arreſti proponi, beneque ac iuſtè factum eſſe declarari: Tum verò. *vt d. art.* 6. *glo.* 3. *num.* 64. tradidit Rebuffus vbi in iudicium venit, interrogatur an & quantum debeat, vel an res debitoris eiuſmodi, & quas res detineat, quod & ſub iuramento dicere cogitur: ſi ſe aut debere, aut detinere confitetur, præceptum ei fiet, ne cuiquam ſine iudicis aut creditoris voluntate tradat, neve debitori ſoluat, quod deinde principali debitori ſignificatur, dieſque ei dicitur: quo die ſi compareat, & iuſtam cauſam non alleget, cur arreſtum ſuſtineri non debeat: Iudex ea pecunia ſic arreſtata creditori ſoluendum eſſe decernet, ſeu aliàs rem illam diſtrahi, & diſtractæ rei pretium, dicto creditori numerari præcipiet. Propiùs verò ad noſtros mores accedens Manſuerius *in ſua dicta prax. tit. de execu. col.* 7. *verſic. item ſi creditor*, aſſerit: quòd poſtquam creditor pecuniam debitori ſuo debitam arreſtauerit, ſufficit vt præceptum fiat debitori debitoris ſub pœna, ne debitori ſoluat, vel res eius dimittat. Et hic quidem ſi rurſum debitori ſuo hoc ſignificauerit, ipſe à creditore ſuo ad ſoluendum, arreſto prius amoto, compelli non poteſt, quamuis à creditore creditoris ſui arreſtante vrgeri poſſit ad pecuniam illam debitam apud iudicem deponendam: ne alioqui eadem difficultate ab eo conſequatur pecuniam arreſtatam, qua debitum ab ipſo debitore aſſequi non potuit. Gaudent enim, & ſæpè etiã procurant debitores, vt quo facilius moram ſoluendi trahant, pecunia quam debent, apud ipſos arreſtetur. Cùm verò eam pecuniam petente creditore depoſuit, vel non petente, creditori ſuo non ſoluit, etiam ſi ad certum diem ſub pœna & addito iuramento ſoluere promiſiſſet, non tenetur, quia iuſſus iudicis & à mora, & à pœna, & à periculo excuſat, *l. non videtur.* §. *qui iuſ. ff. de reg. iur. l. fi. ff. de leg. commiſ.* Rebuffus *d. loco.* Lucas de Penna *ad l. vnic. C. vt nullus ex vicar. lib.* 11. Practicus Ferrar. *in for. ſequeſt. ſeu ſaxam. colum. penult.* Bartol. & Dyn. *ad l. creditor. ff. de ſolut.* Anchar. *conſ.* 64. Dec. *conſ.* 24. Iaſon *conſ.* 26. *lib.* 3 *deciſ. Neap.* 150. Barbat. *conſ.* 29. *lib.* 3. Cuman *conſ.* 185. Caſtrenſ. *conſ.* 285. *lib.* 1. Præterquam ſi debitor debitoris (quod vt dixi, ſæpè fit) ex malitia & improbitate ſua, impedimentum iſtud arreſti ſollicitauerit. Felyn. *ad c. fin. de teſt.* & *ad c. fin. de for. compet. argu. l.* & *qui data. ff. ex quib. cau. maior.* Barb. *conſil.* 56. *lib.* 1. Hieron. Cag. *ad d.* §. *qui iuſſu.* vel ſi tam notoriè videatur arreſtum eſſe iniquè aut perperàm factum, vt nullo iure defendi, aut ſubſiſtere queat, teſte Decio *ad d.* §. *qui iuſſu.* & latiùs Iaſon *d. conſ.* 26. *lib.* 3. Arreſtata verò hæc pecunia cùm fuerit, dies dici debitori principali debet, vt compareat, & ſe ſi velit, rationibus arreſto proponendis opponat. Et quamuis ſint qui exiſtiment, cogere hunc poſſe ſuum debitorem, vt ſoluat, interpoſita cautione indemnitatis aduerſus creditorem arreſtantem, *argum. l. penult. C. depoſ. l. is à quo. ff. de rei vend.* Iaſon *ad l. non ſolùm.* §. *more num.* 18. *ff. de op. no. nunciat.* Contrarium tamen d. loco tenuit Rebuff. qui in ea re Paulum Pariſ. *conſ.* 107. *lib.* 3. ſequacem habere videtur, præcipuè, cùm in facultate arbitrioq; eius poſitum atque collocatum ſit, iuſta ſatiſdatione omnem facti arreſti vim diſſoluere. Quid igitur, ſi debitor debitoris ſe verum debitorem eſſe negauerit? Sanè non poteſt creditor plus iuris aduerſus debitorem ſui debitoris habere, quàm haberet ipſe primus debitor, idemque debitoris ſui creditor. Ideoque in in primis probare debitum oportebit, *l. ſi debitum. C. quando fiſc. vel priuat. glo. ap l.* 2. *eod titu.* Roder. *d. l. poſt rem cap inc.* Secundò quæro. *fol.* 675. Doct. *ad l. Diuo Pio.* §. *ſic quoque. ff. de re iudic.* Quòd ſi verò res debitoris occultauerit, & ſe eas habere negauerit, iuſtis remedijs huiuſmodi impudentia coercebitur, legitimaſque mendacij ſui pœnas feret. De quibus inferiùs dicetur.

Dico † præterea etiam Factores & Inſtitores mercatorum arreſtari poſſe: quia certum 12.
eſt, quod ex contractibus à ſe etiam nomine dominorum ſuorum initis, conueniri poſſunt, *l.* 1. *in verb.* ipſum tamen inſtitorem vel dominum eius conuenire poterit, *ff. de inſtit. act.* & *l.* 1 §. *eſt autem. ff. de exercit. act.* De qua re eleganter loquens Alciat. *ad l. ſi inſtitorem. ff ſi certum peta. ita ait.* Sed an ex re in qua præpoſitus eſt inſtitor, ipſe quoq; teneatur? & durante officio traditum eſt, debere eum ſolutionem procurare, & ideò tamquam inſtitorem teneri, *l. ſed & ſi quis.* § *penult. ff de inſtitut. act.* Vnde finito

nito officio conueniri non poterit,*l.fin. eo. tit.* Idque ſiue inſtitorio nomine expreſsè contraxerit, ſiue ſimpliciter;ex ea tamen cauſa,in qua appareat non eius contemplatione contractum eſſe,*l.poſt mortem.ff. admin. tutor.* Tu ea de re vide latè Doct. *ad d.§. eſt autem.* Imo † eodem
13. loco idem eſſe dicit de procuratore alterius, & eo,qui alieno nomine contraxit. Nam ſicut à Domino arreſtari & conueniri poteſt, vt actiones quas acquiſiuit cedat ei,*l.poſſeſſio quoque. §. fi.ff.de acquir. poſſeſſ. l. ſeruum Titij. ff. mandat.* Ita quoque ſubinde ab eo cum quo contraxit, rectè conuenitur, & per conſequens iuſtè arreſtatur, veluti cum ſe ſuo nomine obligauit, *l.procurator qui pro euict. ff. de procurat.* cùm illius ſolius fidem ſecutus eſt contrahens, aut ſi dominus ei ſatisfecit: nam cum pecunia ad eum iam peruenit; æquum eſt creditoribus eum ſoluere,& directas actiones aduerſus eum intendi poſſe,ſecundùm notat. *in l. 1. C. de act. & oblig.*& vide Socin. *conſil.* 18. *lib.* 1. & Caſtrenſ. Coſtalium, & alios *ad l. Plautius. ff. de procur.& ad d §.eſt autem.*

Quid autem dicendum ſit de tutore aut curatore,proximo capite declarabimus.

Clericos†quoque debitores arreſtari poſſe
14. exiſtimo: nam in his quæ pertinent ad proceſſum, etiam in foro eccleſiaſtico ſeruatur conſuetudo laicorum, *c. cùm veniſſet in verb. vellent procedere, de eo qui mit. in poſſ.* Et cùm eiuſmodi ſtatutum vel conſuetudo nihil turpitudinis habeat,pertineatque ad abbreuiandas lites bono publico, etiam à clericis ſeruari conuenit,*c. conſtitutus de in integr.reſt glo.in l.ex ea. ff. de poſtul.* Raphaël Cuman.*conſ.* 41. *&* 83. & Philip.Franc.*ad c ſeculares nu.*3.*de for.competen. lib.*6. vbi dicit, quòd licet conſuetudo non porrigatur extra territorium, cùm ſit localis, *cap.*1.*de conſtit eo.lib.* porrigitur tamen bene ad aliud forum in eodem territorio, & ſic (inquit) conſuetudo laicorum probat contra clericos in omni foro, dummodò detur competentia iudicis. Ideoque Bart. *ad l. cunctos populos,colum.*8.*verſic.hoc præmiſſo,C de Summa Trin.* reſpondet, quòd cùm ex ſtatuto ciuitatis, inſtrumentum meretur paratam executionem, poterit laicus in foro eccleſiaſtico, eiuſmodi inſtrumenti executionem aduerſus clericum poſtulare: quod & Rodericus quoque voluit *d. loco in* 8.*ampliat.* quantumuis *ad d. l. cunctos.* diſſentiat Baldus.Sane in clerico de fuga ſuſpecto, dubium non eſt, quin ex mandato Iudicis eccleſiaſtici detineri poſſit, teſte Franci.Ripa, *lib.* 1. *de leg. reſponſ.* 13. *ad c.* 1. *de iud.* cùm etiam quod amplius eſt,à laico ſi fugitiuus iam ſit, rectè capiatur. Panorm. & alij *in c.cum non ab homine,eod.tit.* Bart.*ad l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt.* Hippol.*ſingul.* 43. *incip. debitor* Iaſon *in §.*1.*de act. & in materia arreſti.* Rebuffus *d. articul.*6.*glo.*3.*circa fin.verſ.Quinto amplia.* Rodericus *d. loco in tit.de los emplagamientos. num.* 48. *&* 48. nullaque fori præſcripto in huiuſmodi neceſſitate opponi ſeu allegari poteſt Iaſon *ad l.*2.*num.*15.16.*&* 17.*ff. de iuriſdict.ſomn. iudic. & ad l.ſi arbitro,num.*9.*ff. qui ſatiſda. cog.* Idẽ in prouiſionalibus executionibus & namptizationibus dici ſolet, quia vt laicis, ita etiam clericis, ad prouiſionem, ſeu (vt vocant) namptizationem condemnatur, teſte Rebuffo *d.tomo* 1.*in proœmio glo.*1.*n.*69.præcipuè quòd huiuſmodi prouiſio,non tam deciſionem cauſæ, quàm ordinem procedendi ſapiat: qua de re eiam Imbert.*Inſtit. forenſ. lib.* 1. *cap.* 24. *& lib.*3.*cap.*7. quædam annotauit, & etiam Ioan. Beſſian. *ad conſuet. Auer. tit. articul.* 8. dicens, quòd ſecundùm ſtilum Curiæ Parlamenti, ſi clericus eſt obligatus per literam manu ſua ſignatam, & ſigillo ſuo ſigillatam, poteſt conueniri coram Iudice ſæculari, tenebitur cognoſcere, vel negare, & ad vlteriora in cauſa procedere, quamuis actio ſit merè perſonalis, & ſi condemnetur, executio fiet in bona temporalia eiuſdem. Quam tamen conſuetudinem & multas aliàs ſimiles, non poſſe iure ſatis defendi puto, vt quæ libertati eccleſiaſticæ plurimum aduerſantur, & proinde non valent apud iuſtos & Catholicos Iudices qui timorem Domini habent, *authen.caſſa & irrita, C. de ſumma Trinita.*licet valeant apud eos, apud quos quicquid libet licet, & qui Eccleſiam oderunt, eamque principibus ſecularibus libenter in omnibus ſubijcerent, confuſionem paſſuri in magno illo die, cùm ad iudicandum eos veniet, cuius ſponſam nunc contempſerndt, & iniuria affecerunt. Et quamuis ſtatuta & conſuetudines laicorum debeant etiam in Curia Epiſcoporum obſeruari, intelligitur tamen quod ſeruantur non à Iudice laico contra clericos, ſed ab Epiſcopo contra clericos, & ſi libertati eccleſiaſticæ non repugnent, ſed iuſtitiæ & æquitatis rationem habeant, vt notat Boer.*ad conſuet.Bituri.tit.des Iuges & leurs iuriſdict.ff.* 11. *in prin.* ſicut & contra clericos tunc à Iudice ſeculari ſeruari poſſunt, quando clerici tanquam actores in iudicio ſeculari cõtra laicum procedunt, iuxta notata per Rebuffum *in tomo* 1.*in præfat.num.*62. *cum ſeq.* & Guil.Bened. *ad c.Raynunius, ad verb.& vxorem deciſ.*2.*num.*125. *cum ſeq. de teſtam.* His rectè adijcias,quod Ioan.Fabri *ad ff iu quoque numero* 3.*verſicul.quid ſi ſit clericus inſtit. de act.* reſpondet, quod ſi clericus ſe obligauit ad arreſtum pro debito ciuili,valet obligatio, arreſtumque tenet:Ita tamen vt in Curia eccleſiaſtica, non in ſeculari detineatur: detentus verò, neque carceri mancipetur, neque vinculis alligetur. Quam Fabri opinionem & Guido quoque *qu.* 81. ſecutus videtur, quod & Boërius *quæſt.* 349.*n.*11.*col.antepen.* probat. Et licet Rebuffus *ad ord.reg.tomo* 1.*titulo de liter.oblig. art.* 2. *glo.*1.*numero* 11.dicat, quòd hodie ſi clericus fuerit in perſonam odligatus, poteſt à Iudice ſeculari comprehendi, & ad carceres epiſcopi duci,& ibi detineri, non video tamen id vlla

lege

lege aut ratione probari poſſe, niſi Iudicis eccleſiaſtici copia haberi non poſſit: Nam tunc, vt ſuperiùs dixi, ſi eſt euidens periculum fugæ, Iudex alioqui incompetens poteſt perſonam ſibi non ſubiectam detinere, vt eum ſuo iudici deinde tradat, §. *audient. in authent. de defenſ. ciuitat.* Innoc. *in c. vt famæ, de ſentent. excom.* Concludo igitur in hoc articulo, poſſe clericos detineri & arreſtari, ſed authoritate Iudicis eccleſiaſtici duntaxat niſi copia illius haberi non poſſit, & periculum ſit in mora. Idem dico de bonis eorum mobilibus, quia ſicut in illis à Iudice ſeculari executio ſententiæ fieri non poſſit, ſed bene à Iudice eccleſiaſtico, ideò quòd ſequuntur perſonam, & ſic priuilegio perſonæ vti debent, *c. eccleſiarũ ſeruos, 12. quæſt. 2. gloſſ. in c. fin. de vita & honeſt. cler.* Rebuffus *in terminis d. art. 2. gloſſ. 1. numero* 106. etiam ſi non haberent clerici niſi illa bona mobilia, vt ipſe ait: ita quoque non puto in his fieri poſſe arreſtationem. Excipit tamen idem Rebuffus aliquot caſus ibi, *num.* 119. in quibus putat, bona mobilia clericorum à Iudice laico pro executione capi poſſe: vt ſi non clericaliter, ſed more mercatorum in iis bonis verſantur: ſi fructus ſint in fundo pendentes, &c. quem vide. Et in terminis noſtris, quod Iudex ſecularis bona mobilia clerici arreſtare non poteſt, tenet & conſuluit Iuſtinus Goblerus *conſi. inci. Cùm ſatis conſtet.*

15. Sed & † teſtes, vt teſtimonium dicant, Tabelliones, vt inſtrumenta exhibeant, apparitores, Nuncij, & Executores, vt executionis teſtationem præbeant, ſiſti atque arreſtari poſſunt, Imbert. *lib. 1. Inſtit foren. ſ cap.* 1. Rebuffus *ad ordi. reg. tom. 3. titu. de citatio. articu. 2. gloſſ. 4. n.* 19. *& tradunt Doct. ad tit de teſt. cog.* Bald. & alij *ad l. quibus diebus, in prin. ff. de cond. & demonſt.* Quomodo & Domini de Rota *deciſ.* 90. *incip. Iudex in no.* decidunt, quod iudex appellationis à grauamine poteſt literas arreſtare, & teſtes abſuturos recipere, propter periculum, *&c. quoniam, extra vt lit non conteſt.* & valebunt eiuſmodi atteſtationes ſic receptæ coram iudice, à quo & appellatum, ſi pronuncietur per eum benè proceſſum eſſe, & malè per partem appellatum, & extat deciſio 572. *incip. Primò, in antiq.* etiam de literarum arreſtatione quam vide.

16. Poteſt † etiam litigans qui receſſurus eſt arreſtari, vt reſpondeat libello, ſi perſonalis ſua reſponſio deſideretur, vt decidit Iacob. de Beluiſ. *in repetitio c. Romana. §. contrahentes, in ſeptima & vltima oppoſitione, de for. compet libro* 6. & Baldus *ad l. 1. C de liter. conteſt. per cap. ſi. & ibi gloſſ. & Doct. de for. compet.* id quod tamen limitant Domini de Rota *deciſ.* 31. *incip. Voluerunt. in no. hoc pacto.* quòd reus de Curia receſſurus non poteſt arreſtari, nec compelli ad reſpondendum interrogationibus principale negotium tangentibus, niſi poſitiuè dentur per modum articulorum. & in ſcriptis. Et ideò *deciſ.* 394. *incip. Si ſuſpenſo, etiam in no.* dicit, quòd litigans in poſſeſſorio, de Curia receſſurus, arreſtari poteſt, donec reſpondeat articulis ſuper petitorio per reum datis, cuius reſponſio tunc poſſeſſorio non præiudicat, maximè interueniente proteſtatione: & idem econtra, quod quando intentatur poſſeſſorium, poteſt actor per reum arreſtari, vt de Curia non recedat, niſi reſpondeat articulis per ipſum reum productis, ne probationum copia pereat, tenet, Milis *in ſuo repertorio, ad verb. poſſeſſorium,* & D. Ant. *ad cap. paſtoralis. de cauſ. poſſ.*

Adde quod † ciuis pro debito ciuitatis detineri, ſiſti & arreſtari poteſt, quando ciuitas ſe & ſuos, ſuaque & ſuorum bona (ſicut fieri ſolet) ſolemniter obligauit, neque ſolùm pro rata & portione ſua arreſtari poterit, ſed pro debito vniuerſo Iaſ. Franciſ. à Ripa & alij *ad l. 4. in initio. ff. de re iud & ad l. ſi is qui bona, n. 7. ff. de pign & hypoth. Doct. ad l. ſicut, ff. quod cuiuſque vni. nom.* nam quod plærique exiſtimant, vnumquemque cenſeri pro ſua parte obligatum, niſi aliud ſit expreſſum: reſpectu ciuium inter ſe, non reſpectu creditoris verum eſt: Scire enim creditor nunquam poſſet, quota cuiuſque ſit portio: neque etiam illud in contrahendo actum ſeu cogitatum fuiſſe dici poteſt, planeque vſus arreſti ſic tolleretur, & particularis hæc præſtatio plurima ſecum incommoda ferret, *l. planè. ff. famil ercifcon.* Porrò autem, quod ita arreſtatus vel detentus præſtitit, damnique quod accepit æſtimationem ac refuſionem, à communitate, vel ciuitate recuperare poteſt, vt teſtatur Laurentius Syluanus *conſi.* 35. *numero* 8. *libro* 1. *Bar. & alij ad l. nam Seruius. ff. de negot. geſt. & ad l. 2. §. fi. ff. de verb. obligat.* Panorm. *conſ.* 21. *incip. In quæſtione, libro* 2. *& conſ.* 60. *lib.* 1. non me latet quod D. Henningus Goden. *conſil.* 34. *num.* 33. fusè admodum ſuſtinet ciues alicuius ciuitatis, pro debito eiuſdem capi, detineri, vel incarcerari à creditoribus ciuitatis non poſſe, ſed opinionis illius in hoc articulo, iuſta defenſio eſſe non poteſt, tum quod moribus noſtris contrarium ſeruetur: tum quòd non videatur loqui, quando res & bona ſingulorum nominatim creditoribus obligata & ſuppoſita fuerunt. Porrò autem quemadmodum res iſta vtilis eſt & quotidiana, maiorem deſiderat explicationem. In eo enim conueniunt plerique, quòd ſi villa aut communitas alicuius loci non habeat burſam communem, poteſt talis communitas imponere collectam, & ſoluere illis, quibus tenetur, ſecundùm Docto. *ad l. 1 ff. quod cuiuſque vniuer. no.* & Specul. *de execut. ſenten. §. ſequitur, verſicul quid ſi vniuerſitas* Et executores deputati ad talem collectam ſeu talliam (ita enim loquuntur interpretes) poſſunt capi & conueniri, lapſo termino eis dato ad exigendum & ſoluendum, *vt l. 1. ff. de munerib. & hon.* Id quòd ſequitur Guido Pap. *quæſtione* 87. *incip. ſi villa.* limitans hoc tamen ſic, quòd licet diſputari poſſet, an villa, ciuitas vel communitas

hoc poſſet ſine authoritate ſui ſuperioris, de quo per Bart. *in l. 1. num. 24. C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. tamen ſepoſita iuris diſputatione, de conſuetudine & de facto, ciuitates, villæ, aut communitates, non poſſunt indicere collectam, ſiue pro eorum neceſſitatibus, ſiue pro publica collecta, ſine authoritate Curiæ, Parlamenti, aut ſuperioris, & ſi contrarium faciunt (inquit) inquæſtantur, & arbitrio iudicantis puniuntur, & dicit ſe ſemper vidiſſe ita obſeruari in praxi. Rectè dicit de conſuetudine aut facto, quia iuris deciſio in eo articulo eſt anceps & varia, vt licet videre *ex deciſ. Capell. Toloſ. quæſt.* 347. Bellon. *conſ.* 28. *num.* 11. Aymo *de antiq. tempo. parte* 4. *cap. incip. Circa præmiſſa.* Capitio. *deciſ. Neapo. noua.* 148. & latiſſimè ex Ægid. Thomate. *in lib. de collectis. cap. incip. Retenta proxima diſcuſſione: vbi dicit hoc onus imponi poſſe, vt exoluantur debita, pro vtilitate & neceſſitate publica contracta, & in cap. præcedenti, n.* 33. *dicit ſufficere ſi hoc poſtea notificetur Principi & ab eo impoſitio aut onus hoc confirmetur, ſi fortè illius conſenſus antea haberi non potuit: Sicut hic Louanij haberi non potuit, cum Princeps Auriacus valido exercitu Louanium obſideret, & ciues ad ſedecim millia florenorum pro compoſitione & redemptione cogeret. Anno Domini* 1572. *menſe Septembri.* Sed hanc quæſtionem ita hoc loco delibaſſe ſatis eſt. Illud verò propiùs huc ſpectat: An is qui deſijt eſſe ciuis, & alio domicilium ſuum tranſtulit, pro debito ſuo tempore contracto arreſtari & conueniri poſſit, vel econtra, an is qui tempore contractus non fuit ciuis, ſed poſtea incipit eſſe ciuis, poſſit conueniri & arreſtari pro debito ante ſua tempora contracto? In tractatu meo de reparandis eccleſijs, *cap.* 10. aliquid de hac re dixi. Sed ibi locutus ſum non propriè de iſtiuſmodi debito, per ciuitatem, aut communitatem contracto, ſed de collecta vel gabella ſubditis impoſita. Ad propoſitam tamen quæſtionem exiſtimo eſſe reſpondendum cum D. Hennengo Goden, *conſil* 34. *incip. Conſules duodecim, numero* 32. *verſic. incip circa hanc compoſitionem,* quòd ſi ciuis, qui fuit ciuis tempore debiti contracti à ciuitate recedat, poteſt non obſtante receſſu, pro debito ſuo tempore legitimè contracto arreſtari, aut detineri. Sufficit enim quòd cauſa, propter quam debitum contractum fuit, habuit originem illo tempore, quo ille erat ciuis, & quod tunc contractum fuit. Bart. *ad l. incola. ff. ad municip. Speculat. in titul. de cenſ. §. nunc dicendum verſicul. ſed quid erit. Econtra (inquit ille) ſi quis tempore debiti contracti, ciuis non erat, detineri non poteſt, niſi tunc illic habuerit bona, ex quibus debitum ſoluendum quoque fuerat, quia de illis indifferenter tenetur tam veniens quàm recedens, argum. l.* 2. *& authent. ibi poſita. C. de cenſ. vel reliq.* Id quòd plurimum obſeruandum & notandum eſt, ſi in praxi obtineri poſſet: Vſus enim Arreſtorum latè nunc paſſim extenditur, videmuſque paſſim etiam eos arreſtari pro debito ciuitatum, qui tempore contracti debiti in iiſdem non habitauerunt: quod an cõſenſu populi receptum ſit, an potius ignoratione iuris ab arreſtatis nũ propoſiti fiat, dubito. Et pro hoc vſu facit conſil. Caſt. conſ. 455. *incip. Viſis. libro* 1. *vbi dicit, quod iuris eſt de ipſa communitate, idẽ eſſe debet de hominibus, qui poſtea dictæ cõmunitati adijciuntur, quodque communitas eſt quædam vniuerſitas iuris quæ recipit augmentũ & diminutionẽ, & ideò pacta cum ea facta extenduntur ad illos, qui de ipſa poſtea efficiuntur, cùm ſemper eadem eſſe dicatur: videnturq́; ea cõditione eſſe recepti, vt pari iure vtantur: & puto quod ita in dubio pro hoc vſu iudicaretur.* Pro priore tamen opinione facit id quod notat Baldus *conſil.* 47. *incipien. ad euidentiam libro* 3. *n.* 4. quòd ſyndicus ſiue adminiſtrator ciuitatis non poteſt obligare eos, qui tempore contractus non ſunt de ipſa vniuerſitate, *vt C. de decurio. l. prouidendum, libro* 10. *& hoc eſt verum, inquit quod nõ poteſt eos obligare tanquã ſingulares perſonas, quia cùm inſpiciatur tempus contractus, l. ſi filius. ff. de verbor. obligat. & tempore contractus, iſti nõ erant de vniuerſitate, obligari non potuerunt tanquam particulares perſonæ. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.*

Quid igitur ſi poſteaquàm ciuitas aliqua, ſe pro debito aliquo obligauit ſola, poſtea Status patriæ, aut tota prouincia ſe obligat pro eodem debito? Reſpondeo nihilominùs adhuc poſſe pro illo debito ciues illius ciuitatis conueniri, niſi nouatio intercedat, quia & ipſa quoque in prouincia eſt. Et in ſimili decidit Baldus *ad l. ſi tibi homo. §. ſi teſtamento. ff. de legat.* 1. quod ſi pro aliquo debito eccleſiæ ſoluendo Papa imponit collectam vni communitati, deinde verò generaliter toti Prouinciæ, eſt in poteſtate creditoris, vtrum ſpeciali, an generali impoſitione vtatur, quia neutra derogat alteri, *argument. dicto § ſi teſtamento.* vbi grauamen generale non liberat grauatum ſingulare, niſi ſolutione legati ſecuta, & ſequitur ibi Iaſon. *num.* 14. & alij cum eo.

Sed * de eo dubitari poſſet, quid agendum 18.
ſit, ſi debitor & is qui arreſtatur in re, quæ arreſtari debet, portionem aliquam indiuiſibilem dumtaxat habuerit? nihil referre aſſerit Rebuffus, *d. articul.* 6. *gloſſ.* 3. *num.* 33. nihilque impedire exiſtimat, quo minùs ratione partis tota arreſtetur: ita tamen vt arbitror, quòd iſtiuſmodi debitor ſuo ſocio de damno ipſius in altera parte accepto teneatur. In ſimili enim receptum eſt, animal alterius publicari, & fiſco adſcribi ſubinde poſſe, ſed ſuccurritur eo caſu domino animalis, vt contra eum, cuius culpa commiſſum incidit, pro damno accepto experiatur. Roman. & alij *ad l. dotem. §. dominus. ff. d. publ. & vectig. & ad l. final. ff. de pign. act. Præſumitur tamen, inquit Rebuffus, res apud debitorem inuenta eſſe eius, argum. l. final. C. de rei vend. & c. eccleſia. de cauſ. poſſeſſ. quo modo aduerſus generum quendam iudicatũ fuiſſe ait qui arreſto ſe oppoſuit, & equum apud ſocerũ repertum ſuum eſſe di-*

dixit, nec aliter probauit. Ideoq; debitor rem eiuſmodi alterius eſſe incontinenti probare debet, ſi arreſtum euitare velit. Alber. *ad l. 2. C. ne vxor pro mari.* quemadmodũ vxor, ſi eo tempore quo aduerſus maritum ſententia mandatur executioni, ſe opponat, & res quas apprehendit executor, ſuas eſſe contendat, hoc probare debet, quia mariti eſſe præſumuntur, teſte Bald. & Petro de Bellapertic. *ad eandem l. 2.*

19. Imò quòd ampliùs eſt, *ſi creditor petijt ſe mitti in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris, & miſſus fuit, nihilominùs tamen debitor ſiſti & arreſtari poteſt. Dec. *conſ* 460. *n.* 9. nam & Bart *ad l. conſentaneum col. fi. ver. 2. quæro, C. quõ. & quando iud.* & Bart. ſecutus Bald. *ad l. ignorare, C. de reſti. mil. & ad l. 1. §. fi. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.* reſponderunt, quod creditor immiſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris ſui, curare nihilominùs poteſt eundem debitorem apprehendi, quia ſcilicet hæc remedia cumulatiuè competunt ad eundem effectum, & per electionem vnius alterum non tollitur. Et hoc idem ſequitur Ioan. Papon. *ad conſuetudi. Bourbon. titulo des executions.* §. 104. His verbis *Melius eſt ſtatutũ quam iuris communis diſpoſitio, quo etiam ſi debitor ſimpliciter nexus ſit, vtroque remedio creditor libere vti poteſt & ita arreſto ſæpius ſancitum eſt:* nã poſt acceptũ pignus creditori vt ſatisfiat, Iudex aditus prouidere debet, verba ſunt text. *in l. qui legati C. vt in poſſ. leg.* Baldus *ibidem, & in authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. Impe. off. & in l. final. verſicul. ſed ſi cum. ff. ſi cert. peta.* & Iaſon *conſilio 9. numero 1. libro 1.* reſoluunt, quòd etiam ſi creditor pignoribus captis debitorem teneat, nihilominùs eum prehendi, & perſonaliter detineri curare poteſt, & econtra, *cap. final. de eo qui mit. in poſſeſſ. rei ſeruand. cauſ. libro 6.* & expreſsè Bartol. *in l. conſentaneum, in vltim. colum. C. quomodo & quando iud.* Hactenus ille. Et idem rurſus ibidem §. 130. his verbis. Excipio autem perſonales executiones, quia is cuius pignora capta ſunt & diſtrahuntur, prehendi & detineri poteſt, & econtra, vt tenet Iaſon *conſil. 9. in tertio themat. libro 1.* & videtur ſequi Marian. Socin. nepos, *conſilio 17. libro 2.* Neque mouet quod dicitur, eum qui viam iuris elegit, amplius ad viam facti redire non poſſe, *l ſi mulier. in fin ff. quod met. cauſ.* Salicetus *ad l. 2. in 10 quæſtion. C. de ſeruitut. & ad l. 1. in prin. C. de execut. rei iudicat.* tum quia via arreſti eſt vera via iuris: tum quia regulæ illi nullus eſt locus, quando plura remedia ordinata ſunt ad eundem effectum, in fauorem actoris teſte Decio *d. loco num. 12.* Quo modo Boërius *quæſt. 306.* reſpondet, eum creditorem qui pignus accepit, poſſe nihilominùs perſonali actione debitorem vrgere; neque audiendum eſſe debitorem, ſi dicat, Tu habes pignus & es ſecurus, quod & Corneum *conſil. 108. lib. 4.* voluiſſe ait. Et ſi quis in poſſeſſionem legari ſeu fideicommiſſi ſeruandi cauſa miſſus eſt, contra hæredem adhuc agere poteſt, *l. qui legati. C. vt in poſſeſſ. legat.* Rurſum qui ad petitionem creditoris excommunicatus eſt, nihilominùs ad ſoluendum vrgetur, non multò aliter, quàm his qui hoſtagia (vt noſtri dicunt) ſeruare promiſit. Guido Pap *con. 99. incip.* Ioannes Borelli. *libro 2.* Bartol. *ad l. 1. ff. de leg. commiſſ.* Sed pauló apertiùs idem Guido *conſ. 117. incip. Ex actis. verſicul. vlterius non obſt. & conſ. 114. numero 4. libro 2.* ait, quòd ſi quis eſt incarceratus, ad inſtantiam ſui creditoris, poteſt nihilominùs creditor bona illius perſequi, & econuerſò, ſi primò conuolauit ad bona debitoris, poteſt poſtea pro reſiduo adhuc facere capi perſonam debitoris. Angelus *ad l. 4. §. ff. ex conuentione.* & ibi Zaſius *numero 8. ff. de re iudica.* tum quia carcer qui ad cuſtodiam deputatus, & conſtitutus eſt, *l. 1. C. de cuſtod. reorum. l. aut facta. §. ſolut. ff. de pœnis.* neque debitum ſoluit, neque perimit aut extinguit obligationem: tum quia illa remedia ad vnum effectum tendunt, tum quia æquum eſt, illi vlterius incurrere, cui vnum remedium non ſufficit. Corneus *dicto conſ. 108. libro 4.* Rebuffus *dicto tomo 1. articul. 11. gloſſ. 3. numero 12.* Quæ omnia dubium non habent, vt videtur, ſi perſona & bona debitoris ſimul erant obligata, quòd fieri curant cauti creditores, vt *dicto loco. numero 8.* ait Rebuffus non ignorantes quod abundans cautela non nocet, *l. penult. C. de euict.* Et quidem præcipuè hoc tempore, quo fides atque charitas friget, & aduerſarius noſter diabolus, mille artifex nouas atque inuſitatas decipiendi formas quotidie ſuggerit debitoribus ad fraudandum propenſioribus. Alioqui verò difficilè eſſet in vſum forenſem quæ dicta ſunt adferre, & rem ac perſonam debitoris ſiſtere vel arreſtare, quod multarum prouinciarum mores non admittunt.

Illud *etiam notari poteſt, ſi Iudex qui arreſtare debitorem præcepit apparitori, ante factum arreſtum, vel moriatur, vel officio defungatur, poterit nihilominùs apparitor arreſtum facere, & præceptum ſibi factum exequi, quia præceptum Iudicis illis modis non extinguitur, licet aliud in commiſſione obſeruetur. Hippol. *ad l. fi. n. 28. & 185. ff. de iuriſdict. omn iud.* Roder. *ad declar l. 2. ti. de los emplazamientos. lib. 2. fori n. 28 per text. in authen. vt nulli iud §. ſi vero col. 9. & l. fundi venditor. ff. de acqu. hæred.* Et licet alias præceptum Iudicis regulariter nõ duret vltra tempus ſuæ iuriſdictionis *l ſi de pœn. l. cum qui. §. magiſtr. ff. de iuriſdic. omn. iud. l. 1. C. de poſtu. c præſenti de of. leg. n. 6.* hoc tamẽ verum eſſe intelligunt noſtri, niſi ſit factũ cum cauſæ cognitione. Ideoq; Ang. *ad l. ſi per epiſtolam, ff. de acqu. hære.* ait quod iuſſus Iudicis factus cauſa cognita, vt eius ſententiam exequatur apparitor, non perit eius morte, ea deniq; ratione ibidẽ, quod hic dicimus, affirmat. 20.

Dico *etiam præterea defructuatores bonorum obligatorum rectè pro debito, & redditu 21.

decurſo conueniri & arreſtari poſſe: Quia vbi bona ſunt obligata pro certa annua præſtatione, actio perſonalis competit contra poſſeſſorem pro tempore quo poſſedit & defructuauit. Caſtr. *ad l. imperatores. in pri. ff. de publ.* Hoſtien. Ioan. And & Pano. *ad c. parochianos, de decim.* & idem Panor. *in c. paſtoralis, & ad c. cum homines, in fi. eo titulo.* Frederic. de Senis *conſ.* 18. & oritur hic actio ex quaſi contractu, ſecundùm prædictos Doctores *ad d. cap. parochianos.* quia ſicut hæres obligatur creditoribus ex quaſi cõtractu, per aditionem hæreditatis, licet aliter cũ illis nõ contraxerit, *l.* 3 & 4. *ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.* Ita etiam obligatur ille ex quaſi contractu, qui defructuauit rem alteri obligatam, vel qui fructus obligatos percipit, licet ſit ſingularis ſucceſſor. Et qui fructus percipit, debet ſoluere onus reale, *l. neque ſtipendium, ff. de impenſ. in rebus dotal fact.* & hæc eſt pulchra deciſio D. Præſidis Euerardi *conſilio* 147. *incip. Præclariſſime Domine Decane*, vbi dicit: quod defructuator bonorum, ſuper quibus eſt conſtituta penſio eccleſiaſtica, poteſt pro decurſa penſione conueniri, & non obſtat, inquit, ſi dicatur, quòd hoc ſit verum, ſi conueniatur hypothecaria, ſecus ſi actione perſonali: quia dicit idem eſſe etiam ſi conueniatur actione perſonali, vt eſt deciſio Delphina. 576. quam deciſionem vidi, & Guido Papa in eadem decidit, quod poſſeſſor poteſt conueniri pro alimentis, decimis aut anniuerſarijs decurſis, & ſequitur Hieron. Gygas *in tract. de penſ. quæſt.* 39. Alciat. *conſ.* 22. & 40. & dixi latiùs *in lib. de reparand. eccleſ.* Et in contrarium non mouet, ſecundùm eundem D. Præſidem, quòd actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem, aut poſſeſſorem, *l.* 1. §. *ſi hæres, ff. ad S. C. Trebell. l. fin. ff. de contrah. empt.* quia hoc eſt verum, quando actio eſt merè perſonalis, non reſpectiua ad rem, exempli gratia: Tu es mihi obligatus ex mutuo, vel ex cauſa emptionis, in decem, & vendis bona tua Titio: certum eſt quod ego non habeo actionem contra Titium emptorem & poſſeſſorem eiuſmodi bonorum, licet ea defructuet, ſed quando actio non eſt merè perſonalis, ſed reſpectiua ad rem, tum benè ſequitur poſſeſſorem & fundum, vt ait Iaſon *ad l.* 1. *C. de iure emphy.* ſicut etiam videmus, quod actio perſonalis in rem ſcripta, datur contra eundem, *l. metum.* § *fina. ff quod met. cauſ.* & quod vbicunque res eſt affecta, actio perſonalis datur contra poſſeſſorem Bald. *ad l.* 2. *quæſt.* 13. *C. de reſcind. vend* Alex. *in d.* § *ſi hæres.* Et eo ceſſante, inquit, officium iudicis datur contra eundem, maximè quando principalis non eſt ſoluendo, & defructuator ſciuit rẽ eſſe affectam, *l. in cauſa. ff de minor.* Et ſecundùm hanc ſententiam, quæ eſt, quòd defructuator bonorum pro redditu obligatorum poteſt conueniri, & per cõſequens in patria arreſti arreſtari, tenet generalis cõſuetudo patriæ Leodienſis, vt audio, & aliorum locorum. Et licet ab alijs hac de re dubitatũ fuiſſe memini, non video tamen ob quam rationem ab opinione eiuſdem D. Præſidis, & aliorum ſuperiùs citatorum interpretum recedere debeam: pro qua opinione ſe conſuluiſſe, & in iudicio obtinuiſſe aſſerit idem Gygas *d. quæſt.* 39. *in fi.* vbi multas aliàs ſimiles deciſiones adducit, de charitatiuo ſubſidio, alioq; onere præterito & non ſoluto à poſſeſſore & defructuatore exigendo, quæ ad illius articuli confirmationem plurimum facere videntur.

Subijcimus etiam his nautas, † aurigas, & reliquos qui vectigalia non ſoluunt, & contra quos multò magis quàm contra alios, via executiua, & detentio permittitur, vt ait Caſtrenſ. 455. 1. Baldus *conſilio* 238. *lib.* 1. 22.

Omnis præterea cõtumax † arreſtari poteſt, & ſicut prouideretur contra contumaciam perpignorum captionem, *l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. Inſtit. de ſatiſd. tut.* §. *ſi vero reus.* Ita etiã per arreſtationem perſonæ, vt ait Rebu. *ad ord. reg. to.* 3. *tra. de contu. art.* 13. *gloſ vni. n.* 8. & allegat Florianum *ad l. ſi is cum quo, ff. commun. diuid.* 23.

Animalia quoq; † in alieno prædio reperta arreſtari & detineri poſſunt pro damno dato, *vt c.* 2. latiùs diximus, & latiùs de ea reſcribit Bart. & Moderni poſt eum, *ad l. hoc amplius.* §. *de his autem, ff. de damno infect. & in c. ſi læſerit ext. de iniur.* & an ſtari debeat iuramento domini agri ſeu prædij, ſuper damno dato, fusè tradit Ioan. Beſſianus *ad conſuet. Auern. titulo des paſturages, artic.* 13. & 21. & *Franciſ. Mignon. ad conſuet. Andega. ti. de la punition des crims. art.* 183. vbi cõciliat pugnantes Bart. & aliorũ ſententias 24.

Nihil * etiam dubito, quin & res propriæ ſiſti & arreſtari quoque poſſint: quia licet arreſtum naturam pignoris prætorij, aut iudicialis habere videatur, vt ſupra dictum eſt, pignus autem rei propriæ non poſſit, *l. neque pignus, ff. de reg. iur. l. ſi rem alienam, ff. de pign. act.* Arreſtatio tamen rei propriæ eſſe non prohibetur: quæ non ideò fit, vt ex ea dominus aliquid conſequatur, vel vt aliquod ius nouum ſibi in ea acquiratur, ſed ne res illa ſua, quæ furto ei fortè ſublata, aut vi erepta eſt, aliò transferatur, vt vendicari poſtea non poſſit. Quid enim ſi exterus aliquis, qui rem meam à fure aut à non domino emptam habet, hac tranſeat? quid ſi fur apud tertium aliquem eam depoſuit? Quid ſi eam in naui vel curru inuenio, *argument. l. cum ex eo, ff. ad leg. Iul peculat.* Et hoc in terminis decidit Rebuffus *ad ord. reg. tomo* 1. *articul.* 6. *gloſſ.* 3. *num.* 562. his verbis: Iam hoc arreſto vtimur, contra forenſem, rem meam habentem, & hac tranſeuntem, vt etiam rem meam ſiſtere & arreſtare poſſim. Et hæc fuit prima opinio poſita *in l. fi. C. vbi in rem actio.* Vbi poſſum conuenire deferentem rẽ meam, vbi repertus fuerit, tũ qui ratione rei ſuæ poteſt conueniri quis vbi res eſt. *d l. fin.* quæ loquitur generaliter, ergo de quacunque re mobili, vel ſe mouente intel- 25.

telligi debet, tum quia actio rei vendicationis procedit ex poſſeſſione, *l. non alias*, §. 1. *ff. de iud. c.* ergo habebit locum conrta hunc forenſem poſſidentem: & hanc opinionem ſequitur *gloſſ in l. ſed etſi ſuſceperit.* §. *vltim. ff. de iudic.* & *gloſſ. in c. fin. de foro compet.* & Compoſt. *in c. dilect.* 2. *de reſcript.* Hoſtienſ. & Socin. *in capit. ſanè, de foro compet.* Et iſta opinio communiter in iudicijs ſeruatur, teſte Alberic. *in d. l. fin.* & eſt magis communis ſecundùm Ioannem de Platea *l. cum neque. C. de incol. libro* 10. & in hoc regno ſeruatur, teſte Pyrrho *ad conſuetudi. Aurel. in eodem titul. capit.* 19. ſequitur Angel. & Iaſon *in l. ſi fideiuſſor*, §. *final ff. qui ſatiſd. cog.* Ioan. Lupi *in repet. c. per veſtras* §. 18. *fol.* 55. *col.* 4. *de dona. inter vir. & vxor.* & ſecundùm iſtam opinionem fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boërius *in deciſionibus ſuis, quæſtione* 218. *incip. ſi quis tranſiens.* Hactenus ille: Ex quibus verbis intelligimus, quod huiuſmodi arreſtatio, ſecundum eum, eo caſu non pertinet ad ius aliquod pignoris, ſed potius ad præparandam vendicationem, & recuperandam poſſeſſionem. Quomodo & Decius, & Manſuerius, & Cagnolus, & alij *ad d l. neque pignus*, docent, quod licet dominium rei acquirere dominus non poſſit, tunc cum iam illud intus habeat, nihil tamen eidem regulæ obſtat, ſi ad poſſeſſionem aſſequendam aut recuperandam alium titulum adijciat. De quo vide eleganter loquentem Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 2. *gloſſ.* 1. & *vnica*, *num* 42. vbi latè docet, quòd licet quis non poſſit habere pignus in re propria, aut eam emere, hoc tamen eſt verum reſpectu iuris ipſius rei, ſed non reſpectu iuris reuocandi eam, vel alterius.

Quibus ita conſtitutis nihil hæſitandum eſt,
16. † quin fructus in fundo meo quem alius poſſidet, iacentes & extantes arreſtare poſſim, ne aliò transferantur, vnde eos repetere non poſſem. Sed illud maioris ponderis & momenti eſt, an id mihi permittendum ſit, antequam fundum illum vendicem, & in iudicio vendicationis dominus illius declaratus ſim: videtur enim quæſtio dominij eſſe præiudicialis, & proinde præmittenda, *l. ſi de hæredit. l. ſi ſtatus l. ſi res, C. de ord. cognit.* Quia ſi is qui arreſtat fructus, in probatione dominij defecerit, arreſtum ab eo factum inane eſt. Sed hoc me nihil planè commouet, quo minùs exiſtimẽ contrariam ſententiã eſſe veriorem. Etenim licet in iudicio arreſti quo is qui arreſtari fecit fructus, non obtinebit, niſi in eo ſe probet dominum fundi & fructuum eſſe, aut ſe ad poſſeſſionem eorum reſtituendum eſſe ſi de poſſeſſione agatur, niſi probet veterem ſuam poſſeſſionem: arreſtatio tamen fructuum veluti ad iudicium illud præparatoriè benè permittitur, periculo arreſtantis, ſicut & in omni arreſto, cauſa arreſti facti poſtea verificanda eſt, eaque ceſſante ceſſat illius effectus, & condemnatur arreſtari procurans in expenſas, damna, & intereſſe, ſicut inferiùs latiùs dicetur. Et in materia iudicij quo agitur ad exhibendum, exhibitio quidem petitur, & ad rem exhibendam reus condemnatur, quod iudicium eſt præparatorium, *l.* 1. *l ſi res tuas*, *C. ad exhibendum.* Sed non ſtatim ibi vrgebitur actor ad probationem dominij, vel iuris ſui: cum ſolùm præparatoriam actionem intendat, & ſatis fuerit eum poſtea hoc probare in vendicationis proceſſu, ſatiſque eſt, cauſam, allegare quare exhiberi voluerit rem ab aduerſario poſſeſſam, & eam quidem probabilem, *l.* 3. *ff. dicto titulo* Oldendorpius *in ſuis claſſ claſſ* 3. *act.* 1. *de act ad exhibendum in forma libelli, artic.* 2. *incip veſtis illa, &c.* ſicut etiam ſuperius diximus, & inferius adhuc dicemus, quod iudex probabilitatem cauſæ arreſti etiam ponderat.

CAP. V.

Qui, & quorum bona ſeu res arreſtari non poſſunt.

SVMMARIA.

1. *Scholares & eorum bona arreſtari non poſſunt.*
2. *Quis probabit bona ſcholaris eſſe vel non eſſe.*
3. *Parentes ſcholarium an arreſtari poßint.*
4. *Scholaris vnius academiæ, an ſcholarem alterius academiæ arreſtare queat.*
5. *Quid de Bedellis miniſtris, & ſeruitoribus ſcholarium dicendum.*
6. *Milites an rectè arreſtentur.*
7. *Commeatum ferentes ad caſtra non ſiſtuntur.*
8. *Fructus beneficiorum an arreſtentur.*
9. *Quid ſeruetur in legatis Principum.*
10. *De Conſiliarijs & Aduocato Regio.*
11. *Arreſtari non poteſt, qui euocatus venit ad Curiam Principis.*
12. *Arreſtari an poßint, qui cauſa religionis ad locũ aliquem veniunt, ſeu per eum tranſeunt.*
13. *De Aduocatis & Medicis.*
14. *De muliere debitrice.*
15. *Obligare ſe ad carceres ſeu arreſtũ an quis poſſit.*
16. *De ceßione bonorum.*
17. *Literas dilatorias ſolutionis habentes, non arreſtantur.*
18. *De his qui exceptionem competentiæ habent.*
19. *De rebus alienis.*
20. *An pro debito minimo concedatur arreſtum.*
21. *Res immobilis non arreſtatur.*
22. *Boues, equi & aratra, an arreſtentur.*
22. *Cadauer hominis mortui, an arreſtari poßit.*
24. *Debitor qui tempore contractus non fuit ſoluendo, an poßit arreſtari.*
25. *Creditor in dubio præſumitur ignoraſſe debitoris, cum quo contraxit, conditionem.*

QVamuis verò regulariter, res aut perſona, legitima ex cauſa debitoris, ſiſti ſeu arre-

reſtari poſſit, recipit tamen ea regula exceptiones ſubſequentes.

1. Et principio quidem * Scholares, eorumq; bona arreſtari non poſſunt, adeò vt is qui auſu temerario contrarium facere tentauerit, non ſolùm infamiæ notam contrahat, verum etiam ad quadrupli præſtationem teneatur, *authe. habit. C. ne fil pro parte. Quis enim,* inquit ibi Frederic. Impera. *eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ facti exules, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitā ſuā multis periculis exponunt, & à viliſſimis hominibus ſæpè [quod grauiter ferendum eſt] corporales iniurias, ſine cauſa perferunt.*

Et quamuis Imbert *lib. 1. cap. 27. Inſtit. forenſ.* & Ioan. Papon. *in lib. de Arreſtis Galliæ, lib. 3. titul.* 14. §. 4. dicant in ſummo Prætorio Galliarum iudicatum fuiſſe, quod priuilegium fori, & alia ſimilia non tuentur ſcholarem, niſi ſex menſibus ante in Vniuerſitate ſtuduerit: Nos tamen in hac Academia, aut regione, illo iure non vtimur, ſed inhæremus generali legis diſpoſitioni. *in d. authen. habita. & deciſ. Bartol. in tract. de repræſal. quæſt. 7. num. 7.* dicentis in ſimili, quod contra ſcholarem non poſſunt concedi repræſaliæ, ſiue iam applicuerit ad ſtudij locum, ſiue peregrinetur cauſa ſtudij, id quod eſt conforme priuilegijs noſtræ Vniuerſitatis Louanienſis, ſecundum quæ adoleſcens ab ea hora, qua primùm ſuum pedem mouet à domo patris vt huc veniat ſtudiorum cauſa, eſt ſub protectione eiuſdem Vniuerſitatis, & ideò arreſtari aut detineri non poteſt. Et iſtud quidem in hac noſtra arreſti materia aſſerit Rebuffus *d. tomo 1. ad ordin. reg. articul. 3. gloſſ. 3. num. 68. & in tract. de priuileg. ſchol. cap.* 83. & Ioan. de Platea *ad l. colonos. C. de agricol. lib.* 10. quòd etiam tunc locum habet, quando antequam ſcholares fierent, contraxerunt, vel ſcholares cùm ſunt, in patriam proficiſcentes, ibidemque, aut alibi ſe obligauerunt, ſi modò non ob crimen aliquod atrox admiſſum, vel ignominioſè dimiſſi, vel ab Vniuerſitate proſcripti fuerint, teſte Rebuffo *d. lib. de priuileg. cap.* 122. Nam quamuis ob tenellam & floreſcentem ætatem, in qua plærunque exiſtunt ſcholares, mitius puniantur, tum quod adoleſcentia ſit velùti ſuapte natura proprium & peculiare vitiorum irritamentum: tum quod nondum ſit huic ætati plenum rationis iudicium atque conſilium: tum quod ſpes eſt eos emendatiores futuros, vitiaque vnà cum adoleſcentia depoſituros, *l. auxil. §. in delictis,* & ibi Doct. *l. ſi ex cauſa, §. nunc. ff. de mino. l. 1. §. impubes ff. ad S. C. Sullanian.* omninò tamen impunitum delictum manere non poteſt. *l. impunitas, C. de pœn. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. delict.* latè Tyraquellus *de pœn. temper. cauſa.* 7. ſed nec in loco quidem ſtudij, ob non ſolutam domus penſionem, ſeu aliam cauſam, arreſtari poſſe ait, *cap.* 10. nullo ſcilicet tacito pignoris ſeu hypothecæ iure, hoc caſu à lege aduerſus eos cōceſſo, Iaſon & Angelus, *ad §. item Seruiana. Inſtit in act.* quo modo dicto loco idem Rebuffus ſe ad laqueum damnatos vidiſſe ait nonnullos, ob eā cauſam, quod recedentium ſcholarium libros detinuerant, & exuſſerant Tholoſæ, anno 1525. Sunt etiam qui exiſtimant id adeò eſſe verum, vt arreſtari vel detineri non poſſint, quantumuis iuraſſent ex academia non decedere, niſi prius ſoluto ære alieno, ſi modò iuſſu parentum reuocentur. Alexand. & Roman. *ad l. final. ff qui ſatiſda. cogan.* quia in omni iuramento intelligitur excepta authoritas ſuperioris, *cap. veniens de iureiur.* Rebuffus *in tract. concord. rubr. de collat. §. 1. ad verb. onus. verſicul. & hanc reſidentiam.* Quod tamē *d. tract. de priuileg. cap.* 71. ita intelligit, niſi eiuſmodi euocationem parentum malitioſè & ſtudioſè procuraſſent & affectaſſent, miſſis literis precatorijs, vt auocarentur, quod & Fridericum à Senis *conſ.* 191. & Bueuenutum, Stracham, *in li. de mercatura, ſub tra. de nauig. c. 1. n.* 22. ſecutos eſſe video. Quid igitur, credetne ſtatim contrahens extraneus, qui non in loco ſtudij † cum ſcholare contrahit, ſcholarem eſſe, & ſic ipſum dimittet? rurſum, credetne Publicanus nautis & nuncijs, res ſcholarium ſe portare aſſerentibus? Sanè Cardin. *ad Clem. 2. de exceſſ. prælat.* reſpondet, clericum vel ſcholarem tantiſper detineri poſſe, donec ſe ſcholarem eſſe docuerit. 2.
Id quod etiam non difficile erit colligere ex qualitate rerum, quas ſecum defert, & ſimilibus, vel ex conſuetudine eundi & redeundi ad ſtudium, vel ex alijs multis, quæ diligens iudex qui ſuper hoc cognoſcet, poterit inuenire; vt ait Bart. *in tract. de repræſal. quæſt n. 10. verſicul.* ſed qualiter probabitur quod ſit ſcholaris? Qua in re & alios quoque *ad c. ſi iudex. de ſentent. excommun. idem.* Cardin. ſecum conſentientes habet. Ad nuncios verò vel nautas, & aurigas, quod attinet, exiſtimant noſtri, nuncios vel nautas & aurigas, ſi literas teſtimoniales ſcholaritatis adoleſcentis ſtudioſi habent, compellendos vlterius ad aperturam rerum non eſſe, ſed in omnem euentum, iuramento eorum ſtandum eſſe, *glo. ad Clem. fin. de cenſ.* Alexand. Iaſon & alij *ad l. cætera. §. ſed ſi quis. ff. de leg. 1.* Rebuffus *priuileg.* 137. Imò Bonifacius *in d. c. fina. num.* 35. & 47. in ſimili, niſi probabilis fraudis præſumptio ſubſit iuramento clerici, (de eo enim loquitur, non de ſcholari) ſtandum eſſe putat, quem vide. Hæc tamen omnia quæ dicta ſunt, videlicet quod ſcholares & eorum bona, quando recedunt, arreſtari non poſſunt, intelligunt nonnulli, ſi aliàs de fuga non ſint ſuſpecti, & periculum ſit, ne creditor vmquam aliàs ſuum conſequatur. Nā alioqui daretur eis poteſtas contra omnem æquitatem, ſub hac ſpecie alios fraudandi, *l. ſi legationis, ff. de iud.* quod & vſus fori recipit. Sic, ſi ſe laicos eſſe mentiti ſunt, vel dolo malo contraxerint, promittentes alibi paratā ſolutionem, graue erit illis per hoc priuilegium, cum iniuria aliorum ſubuenire, *l. ſunt qui* cum legi-

gib.ſeqq.ff. de re iudicat. & ideò Bartholomæus Blarerus in repetit. l. diffamari. quæſtione 2. numero. 92. C. de ingenu. manum.ſ. Si, inquit, ſcholaris receſſurus ex Academia, metuit ne in abitu malitioſè conueniatur, eaque ratione ſupellex & bona ſua tanquam obligata ſequeſtrentur: ne ſuſcepta protectio impediri, & ipſe grauioribus expenſis in maius detrimentum ſuum detineri queat, ac ſe vltra debita præſtita redimere cogatur, & ad omne periculũ euitandum futuraſque lites redimendas, poteſt Iudicis officium implorare, aut publicum edictum, cum certi termini aſſignatione, intra quem creditores, ſi qui ſint, volentes petere, compareant, ſub pœna ſecluſionis: ſicut & præfecti militum, & Gubernatores Rerumpublicarum(ſi boni & iuſti ſint) ſubinde facere ſolent, ſecundùm eundem. Addit præterea eodem loco Blarerus, quoò ſi iſtiuſmodi ſcholaris eſſet obligatus alicui mercatori in centum, pro qua ſumma duos dedit fideiuſſores, deinde voleds recedere, tradidit pecuniam vni ex illis fideiuſſoribus, vel poſt receſſum ſuum ad vnum eorum miſit, ſi creditor contra alium fideiuſſorem poſtea agat, ille rectè excipiet, vt primò agat contra illum qui pecuniam recepit, agument. eius quod notat Gloſ. & Caſtr. *ad l. vnde quæritur. ff. commodat.*

3. Quod verò de † ſcholaribus ſuperiùs dictum eſt, etiam in parentibus eorum, eos viſitantibus, locum habet, vt ſcilicet in loco ſtudij arreſtari non poſſint, *glo. ad l. 2. §. legatis, ad verb. ob. aliam cauſam. ff. de iudic.* Expedit enim parentibus proprios liberos, quos plus quàm ſe diligunt, *l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.* viſitare, eorũque vitam & mores perquirere, & vt ibi *num.* 7. ait Angelus, delectantur parentes in viſitatione filiorum, qui ſunt baculi ſenectutis eorum, Tobiæ cap. 10. & in authent de nupt. in Princip. Quod tamen Rebuff. *d. tract de priuile. cap.* 77. intelligendum putat, niſi in loco ſtudij contraxerint, aut ibi ſoluere promiſerint, vel longo tempore illic in fraudem creditorum moram traxerint, aliave quacunque ex cauſa ibi domicilium ſortiti ſint. Quæ & in nuncijs, & famulis ſcholarium, ſine quibus eſſe non poſſint, locum habent, *cap. licet de priuileg.* Rebuffes *d. loco priuileg.* 66. Non me latet tamen quam ſtudioſè nonnulli aduerſus hanc æquabilem iuris diſpoſitionem, abuſum contrarium inuehere conentur, ſed malè. Sed quid † ſi ſcholaris
4. Louanienſis bona ſcholaris Duacenſis arreſtare uelit? Exiſtimo eam quæſtionem eleganter in ſimili ab Imberto *dicto capite* 27. *libro* 1 *forenſ. Inſtitut.* his verbis eſſe deciſam. Sed ambigua eſt quæſtio, an ſi ſcholaſticus vnius academiæ, alterius ſcholaſticum apud ſuæ academiæ Iudicem conueniat, reus autem ad ſuæ academiæ Iudicem remitti poſtulet, rurſus actor reſiſtat, vtri morem gerendum habeat Iudex? Et ſanè reo annuendũ crediderim: priuilegiatus enim non vtitur aduerſus priuilegiatum ſuo priuilegio, *l. verum. §. vlt. ff. de minor.* Deinde fauor duplex rei partibus ineſt, quia reus eſt; fauorabiliores enim rei ſunt quam actores; tum rei forum actor ſequi debet, *l. vlt. C. vbi in rem actio.* Atque hanc ſententiam Curia ſumma Pariſienſis comprobauit.

Quæcumque † verò de ſcholaribus diximus, 5.
ea etiam in Bedellis, miniſtris & ſeruitoribus eorum intelligenda eſſe ex Socin. *in d. c. ſi. prædictis Doctoribus in d. §. legatis, ex Felin, in c. 2. de foro comp.* & ex his quæ latè dixi *ad c. priuilegiũ perſonale. de reg. iur. li. 6.* abundè cognoſci poteſt, & not. Bart. *in tra. de repræſ. quæſt. 7. num. 7.*

Proximi verò his ſunt † milites: hos enim 6.
eorumque arma, animalia aut ſtipendia, quando ad bellum properant, ſiſtere & arreſtare non licet, *glo. ad l. nepos Proculo. & ibi Doct. ff. de verb. ſignif. l. ſtipendia, C. de execut. rei iud.* Reb. *d. ar. 6. glo. 3. num. 68.* Iaſon *ad §. Item Seruiana. Inſtit. de action.* Doct. *ad l. commodis. ff. de re iud.* quia hi fauorem merentur, quod armis ſuis ſanguine rutilantibus, Rempublicam defendunt. *l. 1. ff. de milit. teſtament.* & quantum ad forum attinet, priuilegium habent, ne alibi, quàm apud magiſtrum militum conueniantur, *l. magiſteria. C. de iuriſdict. om. iudic. ſcilicet.* ne à militia diſtrahantur. Quam ob cauſam adminiſtratio rerum alienarum militibus interdicitur, *l. milites. l. vltim. C. loc.* Quòd ſi verò ignominioſè dimiſſi ſunt, adeoque pœnis potiùs quàm beneficiis afficiendi ſunt, hoc priuilegio non gaudẽt, *vt l. milites. C. de quæſt.* Quid agitur ſi equos, boues, aut animalia, ruſticorum auferant, vt ſæpè fit, ſiſtine poterunt? Sanè qui non tam militant, quàm latrocinantur, nullo priuilegio digni ſunt, *d. l. milites.* reatuſque omnem honorẽ excludit, *l. 1. C. vbi Senator vel clariſ.* ideoque ne detur eis contra omnem æquitatem poteſtas ſub hac ſpecie res alienas auferendi, videtur quod ibi vbi ſunt, coram magiſtro militum conuenientur, vel ſi is non adeſt, coram ordinario iudice loci res vendicabitur, *arg. l. ſi legationis. ff. de iud.* quia vendicatio eſt ex præſenti poſſeſſione, vel ſaltem eo nomine ibi cauebitur, Bald. *ad l. fi. C de iuriſd. om. iud.* Doct. *ad l. vnic. C. in quib. cau. mil. for. præſc. non vtuntur.*

Eadem eſt ratio † eorum, qui ad exercitum
commeatum vel pecuniam adferunt, nuſquam 7.
enim arreſtari aut detineri poſſunt, *l. ſemper, ff. de iure immunitat. l. 1. C. de nauicul.* Qua de re Caroli Quinti Imperatoris Auguſti, olim Principis noſtri potentiſſimi & clementiſſimi extat conſtitutio, *anno* 1544. die 19. menſis Maij, & *anno* 1554. die 5. menſis Auguſti, Bruxellæ edita.

Exiſtimãt plerique † pro condemnatione clerici, fructus præbendæ, ſeu beneficij eccleſiaſti- 8.
ci, in executionem capi non poſſe, ſi alia bona clericus ille non habet. Barthol. & Alexand. & alij *ad d. l. commodis, & d. l. à D. Pio, § in vend. ff. de re iud. & ad c. peruenit de fideiu.* quod & ad arreſtũ nõ malè trahas, vt ſcilicet arreſtari non poſſit

poſſit, ſi aliud vnde viuat, non habeat; ne contra dignitatem ordinis mendicare, vel nudus incedere cogatur, *cap.* 1. *de reſt. ſpol. in* 6. *cap.* Odoardus *de ſolut.* ſed alio modo conuenienti Iudicis eccleſiaſtici cognitio aduerſus eum procedet. Rebuffus *dicto tomo* 1. *articul.* 2. *gloſſ.* 1. *numero* 109.

9. Legati † quoque Principum ius reuocandi domum habent, etiam ſi in loco legationis, ante legationem contraxerint, *l.* 2. §. *legatus, ff. de iud. c. vlt de fo. comp.* ne impediatur legatio, *l. de to. illo ti. de iud.* & ne ab officio ceptæ legationis amoueantur, *l. non alias, in fi eo tit.* ob quod neq; proprijs negotijs, neq; alienis debent ſe interponere, *l. Paul.* §. 1 *l. legatus. ff. de leg.* legatos autẽ hic intelligimus (inquit D. Mudæus *ad d.* §. *legatis.*) non ſolũ à Principe miſſos, ſed ad Principem quoq; miſſos à patria ſua, *l. legatus creatus, ff. de leg.* ſed & ab vna prouincia in aliam, vel ab vno municipio ad aliud miſſos. Ex delicto tamen ſuo, ſuorumque tunc admiſſo, tenentur iudicium ferre, *dicta lege non alias*, §. *legati.* quòd ſi alios ibi conuenire velint, eodem iure aduerſus eoſdem vti debent. Doct. *ad l. actor*, §. *fin. ff. de iureiuran. & ad d. l legatis.* & in actionibus tempore perituris aliquid ſingularitatis conſtitui ſolet, *l.* 2. §. *ſed vtrum eodem titulo.* Qua de re in libro variarum lectionum, ſub tractatu iuris ſingularis, *c. de priuil. reuocandi domum*, agit Oldendorpius

10. Parem cauſam † habere videntur Conſiliarij, & Aduocati Principis, quos propter præiudicium publicum, nuſquam ſiſti, aut arreſtari conuenit, ſicut nec alibi conueniri poſſunt, *l. iubemus l. petitionum*, *C. de aduoc. diuerſ. iud.* Reb. in commen. concord. rub. de elect. derog. ad verbum, Regium Aduocatum. Guido Papæ *quæſt.* 323. *circa med.* & plura de priuilegijs iſtorum cumulat Boer. *in tract. de authorit. Parlamenti, vel magni Conſilij*

Idémque eſt de rebus ad illos deferendis. Ideoque idem Rebuffus ad concordata inter Pontificem & Regem Galliæ, in procemio, *ad verbum, ſummas. verſicul.* 34. dicit, quod Publicani vel alij non debent ſiſtere, aut arreſtare bona, quæ deferuntur cauſa victus, ad Conſiliarios, & quod in Curia ita decretũ fuit an. 1374.

11. Sed & † Manſuerius nobilis Galliæ practicus in ſua praxi *tit. de execut. colum.* 8. *verſic. item pro debito.* reſpondet, quod pro debito non priuilegiato, is qui ad Curiam Principis venit, arreſtari non poſſit, quoniam in Saluo conductu Principis eſſe videtur, maximè quidem, ſi non vltrò, vt literas reſtitutionis, aut quid aliud petat. Socin. *in d. cap. final. de foro compt.* Sed ſi à Principe ob publicam cauſam euocatus & coactus venit: quod in ſimili de inſtrumento executiuo loquens, ſentire videtur Suarez *ad l. poſt rem. capite incip. circa iudicem*, *numero* 21. *ff. de re iudicat.* his verbis. Fallit hoc & ſecundo, ſi aliquis reperiatur in hac Curia Regis, vel in Cancellaria, quia cum ſit communis patria, ibi poteſt conueniri, & exequi contra eum inſtrumentum, niſi veniret ad Curiam neceſſitatus, ſeu coactus.

Ex quo & illud quoque conſequitur, quòd Deputati Statuum patriæ & ciuitatum, quando ad Curiam vocati veniunt, pro debito ciuitatum arreſtari non debent, quia & legatorum locum tenent, & coacti veniunt. Quo modo & *glo. in d. c. fin. de for. comp. ad verbum Compelli.* ait, quod qui dicendi teſtimonij, vel iudicij cauſa vocati veniunt, ius reuocandi domum habent: & ſequitur Fulgoſ. *ad d.* §. *legatis. num.* 2. his verbis: Nota ſecundò, quod vocati cauſa teſtimonij dicendi ad aliquem locum, vel per locum aliquem tranſeuntes occaſione teſtimonij dicendi cauſa, in alio loco non poſſunt capi: quòd eſt verum ſecundùm Bart. quando quis eſt vocatus extra iuriſdictionem, & forum, & curiam ſuam. Nam vt ibi ait Caſtren. non videtur illic eſſe, poſtquam ibi eſt ex cauſa neceſſaria, durante illa cauſa; & ſequitur ibi Curt. *n.* 2. *per c. fi. extr. de dilat.* & proinde ſicut ſi verè ibi non eſſent, conueniri non poſſunt, ita conueniri aut detineri non poſſunt, quando finguntur ibi non eſſe, quia idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero *l. qui ad certum, ff. locat.*

Idem † eſſe dicit gloſſ. Romanus, Curtius 12. & alij *in d.* §. *legatis.* ſi non erat neceſſaria, ſed probabilis cauſa: vt cauſa Religionis, ſi venerat illuc pro aliqua indulgentia, quia peregrini viſitantes ſanctum Iacobum, vel Sanctum Antonium, vel Limina Apoſtolorum, non poſſunt capi, conueniri, aut detineri, ſecundùm eos & Fulgo. *ibi num.* 3. *per text in authent. omnes peregrini, C. communia de ſucceſ.* vbi Imperator vult, quòd liberè hoſpitentur, & hoc ponderat ibi Bald. & latè Socin. *in d. c. fi.* Angelus tamen, Caſtrenſis, & Curtius aſſerunt, hæc de conſuetudine non obſeruari, & quod ideò nullus ſub hoc prætextu debet confidere: & ego etiam puto quod de conſuetudine generali huius patriæ non ſeruatur, quod illi qui iudicij dicendi, vel teſtimonij ferendi, vel vxoris ducendæ, vel nuptias contrahendi cauſa veniunt, arreſtari non poſſent, quia quotidie obſeruatur contrarium, licet exiſtiment eos arreſtari non debere, quos conſtat religionis cauſa peregrinari, fauore religionis, ne conſuetudo laicorum religioni præiudicet, & magnus eſt fauor, qui pro religione facit, *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun.* & vt ait Bartolus *in dict. authent. omnes.* nullus debet eis inferre moleſtias, & ideò (inquit) in ſignum peregrinationis portant ſcarſellam, & burdonam, vel vt ait in tractatu *repræſal. quæſt.* 7. *numero* 14. portant calculum & perulam, ſicut legati oliuam portabant, *l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ.*

Aduocatos quoque † Doctores non ſcholares, & in Vniuerſitate nõ degentes, ac medicos, 13. plerique opinantur ſiſti non poſſe, *l. medicos. C. de*

C.de profeſſ. & med. Doctor. ad l. 1. *C. qui bon. ced. & ad l.miles,ff. de re iudic.* quòd tamen Iaſon, Caſtrenſis, & Abbas, & alij de facto non ſeruari conqueruntur. Lex hos capi & carcerari pro debito non poſſe ait; vt nec mulieres, nec pupillos,qua de re latiſſimè agit Rodericus ad declarationem *l.* 2. *Foro ll. lib.* 3. *cap. vlt.* Doct. *ad l neque impuberes,ff de in ius vocan.authent. ſed hodie,C. de offi diuerſ. iud.* Iaſon *ad l. plerique ff.de in ius vocan. authen.hodie nouo iure, C.de cuſtod.reor.*arreſtari tamen & ſiſti poſſe nō niſi ſub generalibus verbis vetat. Exiſtimo tamen ex mente Legiſlatoris, ſub titu. de profeſſ. & med. & ſub tit. de aduocat. diuerſ. iudic. id ſatis colligi poſſe,multumque in eo verſari iudicis religionem, vt neceſſitatem ponderet,& facti circumſtantias colligat. Nuper enim medicum arreſtatum, ſententia Senatus Brabantici abſolutum & dimiſſum fuiſſe intelligo, propter periculum quod ægris ex longa abſentia illius,qui in parua ciuitate vnicus erat, imminebat.

Et ſicut ſtipendia militum arreſtari non poſſunt,quod ſuperiùs diximus, ita quoque neque ſtipendia honoraria, vel ſalaria Doctorum, quia ſtipendia iſtorũæquiparantur. Et ideò neſcio quid velit Barbat. *ad c.olim, n.* 40.*de reſcri.* dum ait,ſtipendia Profeſſorum ſequeſtrari poſſe, quando conſtat de debito per publicum inſtrumentum;niſi id intelligat,quando talis Profeſſor habet alia bona ſufficientia præter ſtipendia ex quibus poſſet viuere.

14. De mulieribus quoque quod† dixi,non omninò expeditum eſt;Sunt enim qui pro debito eas capi,& carceri mancipari poſſe putant,Barbatius *ad c.2.de pignor.* Gomeſ. *ad c.* 2. *numero* 22.*de iudic.lib.* 6. Præpoſitus *ad c. ex parte, de appellat.*Hippol.in practica criminal. §. *attingam, numero* 64. Baldus *ad l.* 1. *verſiculo quæro.* cum in ciuitatibus,*C.qui bon.ced.* cum & mulieri ad euitandum carceris ſqualorem, ceſſione ſuccurratur, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſunt.* Mihi nouo iure videtur priuilegium ſexui traditum eſſe, ne pro ciuili debito carceri mancipetur,*d authen.hodie.C. de cuſtod. reorum.* cuius verba ſunt hæc:*Hodie nouo iure nullam mulierē pro pecunia fiſcali ſeu priuata cauſa,in carcerem mitti, aut includi,aut cuſtodiri concedimus. Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quem alium legitimè reſpondeat.*Quibus verbis vſus arreſtationis non eſt interdictus: vnde & arreſtari eas poſſe, vt ſic reſpondeant, & iuri ibi ſiſtant, puto, quòd & vſus probat. Tum verò quòd dicitur, mulierem pro debito capi, & carcerari non poſſe, etiam ſi ipſa velit, vt ait Philippus Franc.*in c.mulieres in princ. de iudic. libro* 6. in honeſta muliere locum habet, non in meretrice, ſeu turpiter viuente: has enim vitæ vilitas dignas legum obſeruatione non credidit, *l. quæ adulterium, C. de adulterio.* ſequiturque Baldus *ad dict. l. conſentaneum, colum.* 7. Roman. *ad l. ſi verò.* §. *de viro, ff.ſolut. matrimon.l.ſi vxor.* §. 1. *ff. de adulterio.* Quinimò vbicumque mulier eſſet obligata pro tutela quam adminiſtrauit, & in aſſumptione officij renuntiauit Senatuſconſult. Velleiano, omniq́ue auxilio, capi & in carcerem mitti poteſt. Bartolus *in authen. vt matri. & auiæ.C. quan. mulier. off. tut.* Alexander *ad dict.l.plærique.* Et quamuis Andreas Siculus, nouarum opinionum, pro ingenij ſui dexteritate ſtudioſiſſimus, contrarium opinetur, *ad dictum caput* 2. Rodericus tamen, eius dictis non eſſe fidendum loco mox citato, *numero* 9.*in fine*, admonet. Certè Baldus *ad l. etiam,colum.*4.*verſicul. ſed nunquid. Abbatiſſa C. de executio.rei iudic.*ait, Abbatiſſam per Epiſcopum pro debito monaſterij detineri ſeu capi non poſſe: Profeſſa enim bona, quibus cedere poteſt,non habet,& propter bona, non quidem recta via, ſed in ſubſidium, ad carcerem deuenitur,*l.* 3 §. *tutores. ff. de ſuſp. tutor.* Latiùs verò & exactiùs hac de re agit Couar. *libro variarum reſolutionum* 2. *cap.* 1. *numero* 3. ſicut & Boërius *quæſtione* 345. *colum. penult.* ait, de ſtilo & conſuetudine Curiarum Franciæ, pro emenda, ſeu pœna pecuniaria, mulierem carceres non euitare ob ſuam paupertatem. Et quemadmodum mulier mercatrix obligatur, & obligat maritum ſuum in rebus mercantiæ vel negotiationis, atque earum occaſione, vt not. Faber. *ad* §. 1.*Inſtit.quod cum eo.* Ita quoq; pro his, in iudicio agendo & defendendo eſſe poteſt, ſecundùm Ioan. Beſſianum *ad conſuetu. Auer.tit.des adiournemens.articul.* 9. *incip. Sicut iure communi.*& per conſequens cenſeo eam pro iiſdem cauſis rectè arreſtari poſſe. Et etiam ſi ex aliquo caſu mulier arreſtari non poſſet, res tamen eius arreſtari poſſent, argum. eius quod notat Bart.*in tractatu de repræſal. quæſt. octaua.* vbi dicit,quòd quædam ſunt perſonæ, contra quas non poſſunt concedi repræſaliæ, ſolùm ratione perſonæ, vt quia mulier, infans, vel furioſus,aut ſimilis, tunc ſine dubio contra res eorum poterunt exerceri,*l.ſatis.ff.de in ius voca.* modò non capiantur res eorum taliter, vt per hoc viderentur teneri perſonæ:non enim poſſet mulier ſpoliari veſtimentis, vel alijs rebus ſuis, ſine quibus honeſtè viuere non poſſet,*l. in eadē.* §. *final.ff. ex quibus cauſ. maior.* Quædam ſunt perſonæ, contra quas non poſſunt concedi repræſaliæ, ex certa cauſa, vt contra ſcholares,vel Ambaſſiatores, & ſimiles, & tunc contra res eorum quas portant, vel habent neceſſarias ad illam cauſam, non debent exerceri repræſaliæ. Hactenus ille.

Huc * etiam pertinere puto eam diſputationem, vtrum quis ſe ad carcerem ſeu arreſtum obligare poſſit?Quidam enim exiſtimant, non 15.
valere hoc pactum, quaſi libertati repugnet. Salicetus & alij *ad d.l.* 1.*C.qui bon. cede. poſſ. & ad l.alia.ff. ſolut matrim.* alij contra, quod per legem fieri poteſt, poſſe etiam per pactum fieri arbitrantur, *l. non eſt impoſſibile. ff. de pactis.*

 ſed

ſed per legem propter debitum poteſt quis capi, & in carcerem deduci, *d.§.tutores.l. 3.ff. de ſuſp.tut.* ergo per pactum licere debet. Zaſius *libro 2.ſing.intel.cap.* 8. Henning. Goden *conſ.* 103.*numer.* 56.*d. l.* nam & Seruius *ff. de negot. geſt.* Bald. *ad d. l.* 1. nam carcerari aliquem pro debito per magiſtratum, non eſt actus illicitus, à iure enim permittitur, vt not. Doct. *ad eandem l.* 1. & eſt apert. text *in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib.* 10. Cùm igitur talis actus illicitus non ſit, in pactum venire poteſt. Cui aſſertioni plurium nationum conſuetudo, vt Zaſius ait, ſubſcribit, vbi per magiſtratū debitores ex pacto capiuntur; poteſtque debitor renunciare exceptioni ex eo competenti, quòd ordine iuris executio fieri deberet: *l.* 3. *C. de pignor.* præterquam ſi carcer horridus vel ruinoſus eſſet, ex quo vitæ periculum immineret: additq; permiſſam eſſe conſuetudine hanc pactionem, ne debitor recedat à certo loco, debito prius creditori non ſoluto, licet, an id iure fieri poſſet ſpeciemque quandam ſeruitutis contineat, à pleriſq; probabilibus argumentis in vtramq; partem diſputetur, ad c. ex reſcripto de iureiu. & pro parte affirmante eſt. *c. expoſita de arbitr.*

16. Et quàmuis † ex his quæ dicta ſunt ſatis intelligi poſſit, ceſſionem bonorum, quæ petitionem, actionisque exercitium differt, arreſtum quoque impedire: plurima tamen exiſtunt, ex quibus ea ceſſio oppugnari, atque reijci poteſt: ſi enim creditores renuncient iuri carcerandi debitorem, ceſſio non admittitur. Ratio enim ſqualoris carceris, qua locum fecit flebili ceſſioni, *dict. l.* 1. ceſſat, ideoque eo caſu, prout ſingulis diebus lucrabitur debitor ille, creditoribus ſoluere tenetur. Baldus *ibi colum.* 3. à quo Baldo, etſi diſſentiat ibi Salicetus, pluribus tamen, & quidem illuſtribus ingenijs probatur, quia fraudibus iſtiuſmodi nebulonum obuiam eundum eſt, *l. in fundo. ff. de rei vend.* ne in eorum facultate ſit, creditoribus, quibus ſoluere aliqua ratione poſſunt, præiudicare: & ne ignaui ac deſides alantur alieno labore, cùm quemlibet deceat in ſudore vultus ſui comedere panem ſuum. Quam opinionem tamquam animæ illorum magis conuenientem Reipublicæ vtilem & piam, *ad dict. l.* 1. commendat Cynus, & Cynum ſecutus Rodericus *ad dict. l.* 2. *titulo de los Gouiernos c.* 1. *num.* 13. Sic & is qui ea ſpe debita contraxit, vt bonis cedendo liberaretur, ceſſionis illius beneficio non gaudet, *l. ſi. §. ſi. de his quæ in fraud. cred.* Angel. *ad l. is qui bonis. ff. qui bon. ceſſ. poſſ.* Felin. *ad c. final. de teſtibus.* vt nec ille quoque, qui tempore contractus ſciuit ſe ſoluendo non eſſe, *l penult. in fine ff. de iure doti.* aut qui ex delicto, vel quaſi delicto, vel fiſci debitor exiſtit, *l.* 2. *C. de exact. trib. l. generaliter. ff. de pœ.* Eodem loco ſunt, qui inuentarium bonorum hæreditariorum non conficiunt, *§. ſancimus. in authent. de hæred. & falc.* Baldus *ad d. l.* 1. *verſicul. quæro an hæres*, qui dilationem quinquennalem habuerunt. *gloſſ. & Angel. ad l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* qui à principio negauerunt debitum. Iaſon *ad §. eam quoque, nu.* 11. *Inſtit. de act.* quive alias inter eas perſonas numerantur, quas ad longū *regula* 46. *fallent. ſuorum* recenſet Socin, & quæ conſtitutione Principis noſtri Caroli V. Imper. adijciuntur, quemadmodum & Boërius quoque reſpondet *quæſt.* 215. *nu.* 6. decoctores, quos Banca-fallitos vocat, beneficio ceſſionis, & immunitate debita nō gaudere, ſicut nec quinquennali, aut annali dilatione à Principe conceſſi gaudent, teſte eodem Boërio, *quæſtio.* 349. *num.* 10. Bald. *conſilio* 10. *incip. In quæſtione l.* 3. cùm interim fugere poſſent hi, quod adferret parti præiudiciū non modicum, in quo Princeps non intendit parti præiudicare. Iaſon latè *ad l. quoties. C. de precib. Imper. offerend.*

Adijcimus * etiam prædictis eos qui literas dilatorias ſolutionis vel annales, vel quinquennales, vel alias ſimiles, à Principe impetrauerunt: Hi enim durante tempore illo, pro debito arreſtari non poſſunt arg. *d. l. quoties.* & notat in terminis Ioan. Papon. *lib.* 20. *de arreſt. Gall. tit.* 9. *de reſpites & quinquennales.* dicens, in Senatu iudicatum fuiſſe, quod hoc verum eſt, etiam ſi dictæ literæ nondum fuerint interinatæ, ſi modò citatio interuenit: & hoc propter reuerentiam Principis. Sed hoc inquit, nō impedit, quominùs proceſſus procedat contra impetrantē ſimiles literas, ſi modò ſolutio non vrgeatur: & notat etiam alia quædam ſimilia, *in titu. præced. des lettres d'eſtat.* & latiſſimè de his ſcribit Vitalis de Cambanis *in ſuo tract. clauſular. cap. incip. nihil nouari ſecuritate pendente, & cap. ſeq. incip. nihil nouari dilatione pendedte*, qui cùm omnia reſecet, tradat, & expendat, quæ huc pertinent, nolo illius verba tranſcribere. 17.

Huc * etiam trahere videntur nonnulli eos, qui niſi in quantum facere poſſunt, conueniuntur, quandoquidem capi non poſſunt. Nam ſi filius qui ſe hæreditati paternæ immiſcuit, non eſt ſoluendo, mater pro dote in carcerem illum immittere non poteſt. Baldus *ad l. liber. C. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Aret. *ad l. maritum. ff ſolut. matrimon.* Roderic. *dicto loco num.* 3. Sed ego, quæ de carcere dicuntur, ad ſimplex arreſtum trahi poſſe, non puto: Nam & multi conueniri poſſunt, qui in carcerem mitti non poſſunt, *d. authent. hodie.* tum verò, an & quantum facere poſſint, hic diſcuti poteſt, arreſtumque iuſta ex cauſa fiet, ſaltem vt debitum hic agnoſcant. Quid enim ſi coram certo iudice recognitio fieri debeat? & quidem in ſimili, niſi apertè conſtet, debitorem nulla habere bona, creditores citati ad videndam ceſſionem fieri etiam lite pendente aliquando iure poſtulant executionem, vt teſtatur Aufrerius *deciſ. Capel. Tholoſ.* 29. 18.

De rebus alienis non arreſtandis vel ſiſtendis, nullum eſt dubium. Vnde bona vxoris pro debito mariti arreſtari non poſſunt. Reb. *d. art.* 6. 19.

gloſſ.

gloſſ.3 n.51. niſi in ſe debitum illud tranſtuliſſet, *vt in titul. C. ne vxor pro mari. Ne fil pro patr.* Sed an bona præſumantur eſſe mariti, etiam ſi vxor claues habeat, partim ſuperiùs dixi, partim etiam *conſ.54.lib.1.* explicat Bertrandus.

20. Indecorum † quoq; eſſe videtur, quod quis pro minimo debito arreſtari poſſet: quia pro debito minimo aliquis ſuſpectus dici non potoſt. Rom. *ſing.96 incip. Dic mihi quod non poteſt.* Bald. *ad auth. Sed tā neceſſe C. de dona ante nupt.* & ſtatutum de debito loquens, ad debitū minimum ſe non extendit, neq; ex eo cogitur debitor pro debito minimo cauere. Ripa *ad c.1.n.87. de iud.* Boërius *conſilio 42. numero 10.* latiſſimè verò omnium Tiraq. *in tract. de iud. in rebus exiguis ferendo.* quamuis enim Doct. qui hac de re verba faciunt, loquantur de captura & carceratione, non de ſimplici arreſtatione, quæ minùs præiudicialis & ignominioſa eſt. Carſtr. *ad l.4.§ condemnatu. ff. de re iudic.* & pleriſque in caſibus arreſtatio permiſſa eſt, in quibus captura non eſt permiſſa. Ioan. de Neuizan. *conſil. 52. num. 29.* puto tamen in arreſtatione quoque idem obtinere, vt ſcilicet ijs caſibus non concedatur, quibus ob vilitatem rei actio non tribuitur: de qua re tractari ſolet *ad §. gallinarum. inſtitu. de rerum diuiſ. ad l ſi oleum ff. de dolo.* Zaſius *lib.2. ſing. reſpon. cap.26.* in cuius rei cognitione arbitrium eius, qui iuriſdictioni præeſt, plurimum verſabitur, iuxta ea ea quæ notat Hippol. *ad l. quæſtion s. ff. de quæſt. o.* & hanc deciſionem quod arreſtare pro debito minimo non licet, apud Ripam *reſponſ. 13. num. 31. ſub tit. de leg. & long conſuet.* Item *apud Dec. conſil. 75.* videre poſſumus.

21. Arreſtari † ſeu ſiſti ſimiliter non poterit rerū noſtrarum immobilium poſſeſſor: ſed coram iudice, vbi res ſita eſt, competenti iure conueniri debet, *l.2. C. vbi in rem act.* Rebuff. *tomo 1. art. 3. gloſſ. 2. & art. 8. gloſſ. 2.* Qui verò res noſtras mobiles habet, non eſt in eadem conditione: quia & hunc & eas detinere & ſiſtere poſſumus: quamuis interdum quibuſdam in locis, rerum immobilium poſſeſſores tamquam earumdem defructuatores arreſtari videamus: Regula autem eſt, non niſi pro debito perſonali actione obligatum debitorem, detineri, prehendique poſſe. *d.l. nemo. gloſſ. ad d. §. tutores* Bald. *in margarit. in verb. carceratus. quæſt.10. & in verb. Finis, quæſt.43.* Iaſon *ad §. 1. num.50. Inſtitut. de act.* Socin. *in tract. de citat. articul.20. quæſt. 24.* Alexand. *conſilio 159. lib.2.*

22 Item * arreſtari non debent boues aratorij, equi ruſticorum, ligones, aratræ, aut alia animalia, vel inſtrumenta ad culturam neceſſaria *arg. l. executores. C. quæ res pig. oblig. poſſ cum Authen. ſeq.* Bartach. *in tract. de gabel. 2. part. 8. par. q. 5.* idq; non ſolùm pro debito priuato, imò ne pro tributis quidē, & Regijs denarijs, teſte Rebu. *ad conſt. reg. to. 1. art. 2 gloſſ. 1. n. 101.* ne abductis ſquallere cōtingat arua aratris. Et quamuis leges ea de re loquētes de pignoribus & executionib. loquantur: paritas tamen rationis efficit, vt & de arreſtis, quæ executionis formam continēt, intelligantur, etiamſi ruſtici nihil aliud poſſiderent. Petr. & Alber. *ad d. l. executores.* Rebu. *d. lo. n. 105.* licet contrarium & malè ſentiant. Hippol. ſibi contrarius *ad rubr. ff de fideiuſſor. q. 27. n. 202.* Ripa *in tract. de peſte, fol. 75. & ſeq.* Gomeſ. *ad §. item Seruiana. Inſtitut. de act.* Petrus à Duenn. *regula 275. num. 2.* Qui omnes tamen, non tam quid ex iure fieri conueniat, quàm quid vſu obſeruatum eſt conſiderant: qui vſus vtique peſſimus, & Reipublicæ, quæ plurimum ex agricultura pendet, pernicioſus, etiam noſtras ciuitates occupauit, contra textum *in c. ſi. de treug. & pac. vbi tex. ait.* Ruſtici euntes & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Qua de re multa extant apud Matthæum de Afflict. *ad conſtit. Neapol. inc p. ab officialib. col. fin.*

Quoniam * verò hominem mortuum ſepeliri debere, natura, humanitas, verecundia, & ſalubritas Reipublicæ docet, quod etſi facilis ſit iactura ſepulchri, tamen qui ſuperſtites ſunt, tam barbari eſſe non debent, nullam vt habeant humanitatis rationem. Meritò cautum reperitur, ne mortui corpus debitoris, ſiſti ſeu arreſtari poſſit, ſub pœna amiſſionis debiti, & aliis Diuali conſtitutione comprehenſis, *l. cum ſit. C. de ſepulchr. viol.* Boërius *deciſ.287.* Ripa *tractatu de peſte. cap de præſeruat. remed. numero 101.* Didacus Couar. *libro 2. variarum reſolut. cap. 1. numero 10.* & cùm non minùs expediat Reipublicæ mortuos humari, quàm viuos conſeruari, vt ait Baldus *ad l final. C. de negot. geſt.* & latè Guil. Bened. *ad C. Raynutius ad verb. mortuo itaque, numer. 56. de teſtam.* Cadauera ſine obſtaculo, in memoriam humanæ conditionis ſunt ſepelienda, *l. quidam in ſuo ff de condit. inſtit.* Interdictaque eſt omnis appellatio, ne cadauer ſepeliatur, *l. fin. ff. de appel. recip. c. ex parte 1. de ſepul. Specul. ad ti. de appell §. in quibus.* etiam ſi contra defunctum, & pro debito extaret inſtrumentum guarentigiatum. Felyn. *ad c. ſicut Iudæi. verſic. item nota de iudic.* Petrus à Duenn. *reg.397. verſic. & quia interdicta eſt,* Licet malè contrà ſentiat Angel. *in authent. vt defuncti ſeu funera §.1.* quem rectè reprehendit Roderic. *in 5. extenſione, l poſt rem. ff. de re iudic. fol 570.* docens, quod nullius inſtrumenti vigore poteſt fieri executio in corpus mortui pro debito, aut illius ſepultura impediri, *per d. authent. defuncto & l. fina. C. de ſepul. viol. in verb.* debitumque exigendo ſepulturam illius impediunt. Et *d. l. fin.* generaliter loquens extendit ſe ad omnem actum, factum pro debito conſequendo, cuiuſmodi proculdubio eſt arreſtatio: & iſtud in ſpecie videtur decidere Panorm. *in cap ex parte. n.3. de ſepul.* reprobata conſuetudine Anglorum contraria, de qua habetur *in c. qua fronte de appellat.* Nam ſi affines, fideiuſſores & hæredes defuncti, inrta

intra nouem dies à tempore mortis debitoris, pro debito moleſtari non poſſunt. *authent. ſed neque, C. de ſepulch. viol.* certè nec corpus mortui detineri poteſt: quia aliàs, quòd vna via denegatur, alia concederetur, ſcilicet detinendo corpus defuncti, propter debitum defuncti, quod ab hæredibus, vel fideiuſſoribus eiuſdem ſoluendum eſſet: Qua de re & Caroli V. Imp. cauiſſe memini, & inter leges Hiſpanicas extat ſimilis lex, videlicet 13. *titul. de las des poutas partida* 8. *& idem ſequitur. glo. in c. in ti. de ſimo ad verb ſepultura* in prouinciali Angliæ, ſiue Guil. Lyndeuuo de his verbis. Sed quero nunquid propter debitum defuncti poſſit ſeu debeat deferri ſcpultura? Dicit Tancredus quod ſic in Anglia, & ſic hoc ol m erat ſtatutum. *ext. de appel c. qua fronte.* Sed vt dicit Ioan. Andr. hoc tamquam iniquitatem continens, fuit ſublatum de text. mors namque omnia ſoluit. *authent. de nupt. §. deinceps.* Nam licet in vita poſſit debitor pro debito carcerari quandoque *vt extra de ſolut. c.* Odoardus, cadauer tamen à tali vinculo eſt ſolutum, per rationem prædictam vt not. *extr. de ſepult. c. ex parte* 1. *ad ſ n. per Pet. de Anchar.* Hactenus ille: Et ad hoc facit. *gl. in d. c. qua fronte ad ver. decedat.* quod non eſt indulgendũ malitiæ creditoris, qui ex tali actu à corpore ſolutionem conſequi non poteſt. Quid igitur dicemus de multis Paſtoribus ruſticanis, qui crdauer in quolibet pago, per quem à loco mortis, ad ſepelitionis locum defertur, pro iure quod prætendunt, curant arreſtari? multoq; his audaciores ſunt cuſtodes, & quia vix inter atriarios ſeu focarios numerari poſſent. Certum eſt, quod locus deſtinatus tantùm inſpicitur, non is ad quem caſualiter peruenitur, *l. quæſitum. §. fi. ff. de leg.* 3. Ideoque is qui natus eſt in aliqua ciuitate, per quam mater tranſibat caſu, ciuis illius ciuitatis dici non poteſt, *l.* 1. *C. de capt.* Doct. *ad l. huiuſmodi. §. leg. ff. de leg.* 1. & gabella (vt noſtri loquuntur) de his ſolui non debet, quæ caſu fortuito ad eum locum, vbi ſoluitur, perueniunt, *l. interdum, §. ſi propter ff. de pub. & vectig.* Felyn *ad c. Rodulphus. col.* 8. *de reſc.* Socin nepos *conſil.* 49. *lib.* 1. *& conſil.* 1. *lib.* 2. Guid. *ſing.* 11.43. Bald. *conſ.* 51. *lib.* 2. *& conſ.* 61. *lib.* 1. Alex. *conſ* 66. *li.* 4. Boërius *deciſ.* 13. *num.* 51. Ripa *in tract. de peſte, in* 8. *priuileg.* Bart. *in tract. repraſal. quæſt.* 7. *princ. verſ. ad decimũ.* Ratioq; funeralium quæ ſolùm domicilium, laboresque Paſtorum propriorum, & adminiſtrationem ſacramentorum reſpicit, de quo Doct. *ad c.* 1. *& alia de ſepult.* hic ceſſat, nullusq; noſtrum ignorat, cadauera per aërem deferri non poſſe ad locum ſepelitionis, facileq; hoc pacto libera ſepulturæ electio, quæ nulla ratione conſtringi poteſt, *c. de vxore de ſepult.* impediretur ob nimios ſumptus, quos hæreditas defuncti ferre non poſſet. Exiſtimo verò, hunc errorem & abuſum ex pietate ortũ eſſe: ſicut ſemper humanarum rerum hæc viciſſitudo fuit à conditо mundo, quod optima quæque per abuſum corrumperentur paulatim ad prauitatem. Videntur enim olim homines religione atq; pietate ducti, in ſingulis eccleſijs pagorum, per quos cadauera deferebantur ad locum ſepelitionis, mortuos depoſuiſſe, donec Paſtores illic cum clero, preces ſuas ad Dominum effudiſſent pro defunctis. Sed cùm hæc pia conſuetudo, tantùm fuerit voluntaria, ad neceſſitatem vel ius trahi non potuit, eaque quæ ſunt meræ facultatis, non præſcribuntur.

Hæc tamen limitantur & reſtringuntur vno caſu, que ponit Robert. Maranta *in tractat de ordine iudiciario, part.* 4. *diſtinct.* 11. *num.* 33. *vigeſimoquinto poteſt.* his verbis. Poteſt Iudex eccleſiaſticus ſequeſtrare corpus mortuum alicuius vſurarij, & facere quod non ſepeliatur, donec illius hæres caueat de vſuris reſtituendis: ita tenet Angel. *in authent. vt defunct. ſeu funera. in princ.* Et quamuis ſint nonnulli huius temporis Doctores etiam celebres & inter primos, qui (vt ex illorum familiari colloquio deprehendi) exiſtimant conſuetudinem patriæ eiuſmodi eſſe, ut etiam cadauera debitorum arreſtari poſſint ne ſepeliantur, eandemq; difficilè conuelli poſſe: Dubito tamen, vtrum conſuetudo eiuſmodi ſit vel non ſit, quod ex facto non ex iure prodit, & etiamſi probata foret, defendi & ſuſtineri eam poſſe nullo modo arbitror ex cauſis præmiſſis.

Poſtremò autem debitorem ſiſti non poſſe exiſtimant noſtri, qui tempore contractus non 24. fuit ſoluendo. Ideoq; vt *ad l. qui arbitro. ff. qui ſatiſd. cog.* ait, Bart. malè faciunt aduocati, qui debitorem tanquam ſuſpectum de fuga detineri conſulunt, nulla iudici prius fide facta de eo, quòd debitor ille tempore contractus erat ſoluendo, poſteaq; primum in peius mutauerit conditionem. Qua Bart. ſententia Angel. gloriatur ſe mille capturas irritas feciſſe, *in §. ſupeteſt. Inſtit de act. quod ibi. num.* 84. retulit Iaſ. quaſi ſcilicet ſibi imputare debeat, quòd cum tali contraxit, cuius conditionem ſcire debuiſſet, *l. qui cum alio ff. de reg. iur.* Bald. *ad l. ſi is à quo §. ſi ſemel ff. vt in poſſ. leg. l. creditores. ff. de priuil. cred.* vide *infr. cap.* 16. *numero* 4. Sic & idem Bart. *ad l. fin. C. de ſponſ.* ait, quòd ſi ex ſtatuto, à debitore ſuſpecto cautio exigi poſſit, intelligi de eo debitore, aduerſus quem, poſt tempus contractus ſuſpicio illa primum haberi cæpit: quia non poteſt de paupertate conqueri, qui pauperem, vt diuitem acceptauit, *d. l. ſi ab arbitro. §. qui ex cauſa, l. qui bona §. de illo. ff. de damn. infect.* Ideoque cautum eſſe oportere Aduocatum admonet Ang. & Angel. *ad l. ſi pro ea. C. de mand.* ſecutus Bald. vt cauſam ſuſpicionis poſt contractum debitum eueniſſe alleget. Sed hæc ego ita intelligo, niſi creditor tempore contractus, conditionem debitoris probabiliter ignoraſſe potuiſſet, vtpote ſi campſor (vt aiunt) erat, publicè idoneus reputatus, ſed latenter & occultè inops. Ang *ad d. l. ſi creditores,*

res per l liberto.§.largius.ff.de ann.leg.l.creditor. *C.de pig.act.*Alexand.*ad l.* 2. *ff. ſolut. mat.* quo modo *d.l.qui cum alio.* accipi & intelligi ſolet. teſte Hiero.Cag.*ibi, n.* 15. quia quando ignorantia eſt probabilis,&iuſta, excuſatur contrahens,etiam ſi aliter non inueſtigauit veritatem. Alex.*conſil.* 60. *libr.* 5..Caſtrenſ. *conſil.* 34. ſic etiam ſi probari poſſet,quòd debitor dolo creditorem ad contrahendum tamquam cum diuite induxiſſet: doloſus ille debitor amitteret priuilegiũ allegandi ſe diuitem tunc non fuiſſe, cùm contaheret: Caſtrenſ. *ad l. etiam ff. ſolut. matr.* Alex.*ad d l.*2.Iaſon *ad d.l ſi ab arbitro.* & Roder.vtramque hanc limitationem ſequens, loco mox citato,*n.*48.*cum ſeq.*aſſerens præterea
25. præſumi * in dubio creditorem debituris conditionem ignoraſſe,& contrariũ probari oportere,teſte Bald.*ad l.fi.C.de ſponſ.& ad l. ſi legib. C.de epiſ. audien.* Quòd ſi tempore contractus incepit dilapidare bona ſua, non tamẽ tantum, quin adhuc diues eſſet, ad debitum diſſoluendum,etiam ſi poſtea amplius deficere, minuſq; ſoluendo fieri incipiat, detineri poteſt. Baldus *ad d.l.ſi pro ea in princip.*& Iaſon *ad d.§.ſupereſt. num.*87.

CAP. VI.

Quo in loco arreſtatio fieri, vel non fieri poſſit.

SVMMARIA

1. *Debitor an in loco ſacro arreſtari poſſit.*
2. *Debitor an in monaſterijs, hoſpitalibus, domibus Canonicorum intra ambitum Eccleſiæ exiſtentibus,& in Palatio Epiſcopi arreſtari poſſit.*
3. *Debitor in ſua vel aliena domo exiſtens, an rectè arreſtetur, & quæ ſit ratio,&* 8.
4. *An in molendino, apotheca, taberna ,ſeu naui. &* 5.
6. *Exiſtens in porticu,oſtio, vel ſcalis, extra domum,an poſſit arreſtari.*
7. *Debitor an in portu eius ciuitatis,in qua arreſtare non poſſet eadem immunitate gaudeat.*
9. *Ad publicum officium aſſumendus an tam ex ſua quam ex aliena domo extrahi queat.*
10. *Scholaris,vel alius debitor,vtrum in ſcholis publicis alicuius Academiæ ritè arreſtetur.*

NVnc verò videndum eſt quo in loco arreſtatio eiuſmodi fieri poſſit. Sanè * inprimis debitor quantumcumque ſuſpectus de fuga,capi in templo non poteſt.Oldrad. *conſi.* 54.Panor.*ad c.inter alia de immunit.eccleſ.*Hippol.*ad l.vnic numero* 111.*C.de rapt.vir.* Aufrer. *deciſ.Capel Tholoſ* 422.Boer.*deciſ.* 215. *numero* 6. Ripa *ad cap.* 1. *numero* 88. *de iudic.* Didac. Couar.*lib.*2 *variar.reſol. c.* 20. *numero* 14. Roderic.*ad l.*2.*tit.de los gouiernos.lib.*3.*fori.q.*4. *n.*
1. *inf.cap.*12.*num.*6. à qua opinione, ſine ratione recedit Iaſon *ad l.vinum numer.*3.*ff ſi cert. pet.* confutanturque eius argumenta rectè à Gomeſio, *ad §. ſupereſt. Inſtit. de act.* Ideoque nec arreſtari illic debitorem poſſe arbitror; quia hæc immunitas à Deo Opt.Max. data & inuenta eſt,quæ nullis Principum conſtitutionibus, nullis ciuitatum ſtatutis, nullis legiſlationibus conuelli, aut eleuari poteſt, *c. eccleſia S Mariæ de conſtit.*Aufrer.*d.deciſ.*422. Ioan. de Turrecremata *ad c. ſacrilegium* 17.*quæſt.*4. Iniuria quippe fit Deo,& Sanctis,quando in Eccleſia Dei & Sanctorum quid huiuſmodi perpetratur,*c.frater c. miror ibidem.* Nam quamuis iuxta communem ſententiam interpretum iuris,verbalis citatio in templo fieri poſſit. Bart. *ad l.præſque.* Alex. & alij *ad l.*2.*ff. de in ius voc.* idem etiam Bart. *ad l.præſenti. C. de his qui ad eccleſ.confu.*In reali tamen citatione, ac detentione, cuiuſmodi eſt arreſtatio, hoc minimè permittitur. Panor. *ad d. c. inter alia.* Robert. Maranta *in tract de ord.iudiciar.part. 6. c. incip. Propoſuimus.*129.etiam ſi eccleſia illa nondum eſſet conſecrata,*c.Eccleſiæ de immunit.Eccleſ.*Portius *ad §.ſacræ. Inſtit. de rer. diuiſ.* Rebuffus *ad ord.reg.tomo* 2.*titul. de immunitat.Eccleſiæ artic.* 1 *gloſſ.*1.*numer.*10. Quòd verò practicus Papienſis *in ſua praxi in form. inquiſit.glo* 1.*verſ.ex his,* hanc immunitatem multum denigret, cum ſuo more faciat, conſiderandum non eſt, quia nullo bono iure nititur.Imò quòd amplius eſt, exiſtimant plerique ex eo hanc immunitatem etiam extendi, vt ſi non ex propoſito ſed velocitate fugæ eò peruenerit debitor, ab inſequentibus militibus detineri non poſſit, Bald.*ad l.plerique.* nullaque eſſe poteſt principij & loci ex quo fugit ratio, quando principij & fines, hoc eſt, loci ad quem fugit, diuerſa cauſa exiſtit, Alexand. *ad l. plerique.* Bald. *ad l.ſi quis non dicam rapere.C. de Epiſc. & cler. col.* 5. Sed quoniam plerique putant debitorem immunitate Eccleſiæ non gaudere, vide quod *inf cap.*12.*num.6.*reſolutiuè ſum dicturus, & ſupra *cap.6.in princ.*dixi Pro quibus facit illud quod notat D.Præſes Nicolaus Euerardi *in loco à ſeruo ad monachum,*his verbis.Imò plus voluit ſingulariter Albericus *in d.rubr C.de ijs qui ad eccleſ confug.*quòd in locis, in quibus poteſt quis pro debito capi vel arreſtari ex ſtatuto vel conſuetudine, debitores confugientes ad Eccleſiam, etiam ſi ſint liberi homines, ex quo ſunt conditionati, vt ſerui, non debent gaudere immunitate Eccleſiæ, ſed poſſunt inde extrahi, quod tene menti: Hactenus ille. Et in ſimili notat Rodericus Suarez *in dicta declaration.l* 2.*for.ll.lib.*3.*tit.de los gouiernos, c. inci. Quinto quæritur.*vbi dicit multos tenere, quod ſi ſtatutum habet,quòd debitor poſſit compelli ad ſeruiendum pro debito, tunc Eccleſiæ immunitas ei non prodeſt: quia non videtur conceſſa eſſe immunitas,cum præiudicio iſtius, qui eſt quaſi Dominus, *argument. eius quod de*

ſeruo dicitur in d.c.inter alia. & quia iuſtum eſt ne alter priuetur ſuo iure, quod competit ſibi contra illius perſonam. Sed dicit tamen, quod hoc dictum non vidit obtentum in practica, ſed bene contrarium illius.

2. Eadem † eſt ratio monaſteriorum, Alexand. *conſil.* 145.*incip.Viſo themate, lib.* 7. eodemque iure gaudent hoſpitalia. Archid. *ad c. diffiniunt* 14.*q.*4. Bald. *ad l ſi quis ad declinandum,* 16. *col. C.de epiſc.& cler.* Roder. *d.loco,cap.incip.Quintò quæritur.* & ſi Barbatio credimus *conſil.* 33. *col.*2.*lib.* 4. etiam domus Canonicorum intra ambitum eccleſiæ exiſtentes, immunes ſunt. & idem Didacus *d. lib.*2.*& d.cap.*20. *num.* 5. putat ſimiliter palatium Epiſcopi hanc habere immunitatem, *c. conſtituimus,* 17. *quæſt.* 4. & hoc in praxi receptum eſſe ait. Quantò minùs ſiſti poſſet debitor, qui corpori Sacerdotis, per plateam Sacroſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, deferentis adhæret, à quo ne ob nefandum quidẽ crimen abſtrahi poſſet. Arch. *d.loco Card. ad Clem.* 1. §. *Inſtitutione.de reliq.& vener. ſanct.* Oldrad. *conſil.* 54. Nam ſi Adonias filius Dauidis timens Salomonem Regem, fugienſque in tabernaculum Domini, & tenens cornu tantùm altaris fuit immunis, vt eſt, 3. *Regum,cap.*1. & ſi veteres, eos qui ad Imperatorum ſtatuas confugerunt, immunitate donauerunt, *vt tit.C. de his qui ad ſtat. confug.* quantò magis immunitas concedenda eſt illi, qui ad Paſtorem, deferentem tam precioſum theſaurum, cibum Angelorum, Dominum cœli & terræ, Iudicem & vindicem omnium, liberatoremq; noſtrum confugit, cùm certè non ſit minus tribuendum Paſtori, in cuius manu eſſe dignatur Dominus, quàm ſecularium, & ſubinde etiam impiorum Principium ſtatuis, aut eiuſmodi altari, in quo olim Deus colebatur, & ad quod Adonias confugiens, ſaluatus fuit. Id quod Catholicis ſcribo, non ijs qui primam fidem irritam fecerunt, ab Eccleſia Catholica defecerunt, & hanc deferendi ad ægrotos ſacroſancti Corporis conſuetudinem rident, à ſanctiſſimis patribus, & vbique ab antiquis temporibus teſtatam. Et quamuis Didacus *d. c.*20.*lib.*2.*variar.reſol.numero* 6.*de hac deciſ.* dubitet, ideò quod immunitas iſtiuſmodi nullibi Euchariſtiæ extra ipſas Eccleſias data reperitur, ratio tamen quæ prædictos Doctores permouit, videtur mihi eſſe veriſſima, & efficaciſſima, quam etiam ſequuntur, & amplectuntur Ludoui. Gomeſ. *ad* § *pœnales,num* 50. *Inſti.de act.* Roman.*ſingul.*335. Cotta *in dict ratione identitatis.* Abb. *in c. ſanè de celeb.miſſ.*

3. Parem * ferè immunitatem habet domus cuiuſque; nam vt in domo propria aut aliena, contradicente domino capi debitor non poteſt, *l.nemo ex domo.ff.de reg.iur.* & ſi captus fuerit, ſtatim relaxari debet. Roman. & Iaſon *ad d.l.plerique,* ita & vſus & identitas rationis probat, ſiſti & atreſtari eũ ibi non poſſe. Lex enim illa, quæ immunitatem ædibus concedit, & domum tutiſſimum cuiuſque refugium appellauit, quia fauorabilis eſt, facilè ampliari & extendi poteſt. Romanus *d. loco.* Ideòque & in minimo viliſſimoque tuguriolo, & in ſtabulo iuncto domui, & in horto ad quem ex domo aditus eſt, & in molendino, quantumuis debitum magnum ſit, locum habet. Bald. *ad auth. ei qui.C.de bon.autho. iu d.c poſſid.& ad l.* 1. §. 1 *.ff.naut. caup. ſtab.l hoc iure.*§.*ſtabula.ff. quib. modis pignor, tac. contrab. l. fin.* & ibi Bald. *ff. de ſeruitut. vrban. præd.* & Iaſon *latè ad d.l plerique.* Ripa *ad l. quo minùs, numero* 25.*ff de flu. min.* vbi ita dicit. Et hac ratione infertur, quod molendinum dicitur prædium ruſticum, & non vrbanum, quia in reditu eſt, *d. l.vrbana.* & firmat Bald. *in d. l. certi iuris.* & probatur *in l.cùm de lanionis* § *inde conſultis. ff.de fund.inſtr. leg.* Quod credo † verum, niſi quantum ad molendinarium ibi habitantem: & ideò ipſe non 4. poterit capi pro ciuili debito, in molendino: quia quantum ad eum, molendinum dicitur etiam inuentum ad habitandum, hactenus ille. Maior poſſet eſſe difficultas de apothecis aut tabernis, & hoc latè diſcutit Caſtrenſ. *conſi.* 221. *incip. Viſo puncto.libro* 1. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum ſit, quod quis non poteſt capi in aliqua domo, non habet locum in illis qui capiuntur in apothecis, vel tabernis: quia appellatione domus continentur ſolùm illa, quæ ſunt apta, & deputata ad habitandum principaliter vel ſecundariò, non autem illa, quæ deputata ſunt ad alium vſum: vt taberna, apotheca, ſeu meritorium, aut ſtationes, vel theatrum ac balneum, *l. lex Cornelia.*§. *domum.circa fin. ff. de iniur.* Vnde de iure communi, licet de domo propria quis inuitus pro debito extrahi non poſſit, *d. l. plerique.* tamen de theatro, vel balneo proprio vel conducto, etiam ſi non præſtet aditum, nec in conſpectu appareat, poteſt re ipſa citari vel extrahi, gloſſ. & Bart. *in l. ſed etiam ff. de in ius voc.* Eodemque modo de ſtatione, apotheca, ſeu taberna, maximè ſi ad ipſos pateret acceſſus, ſine aliqua fractura, *l. ſatis d. tit.* quia talia non ad refugium, ſiue ad tutelam ſunt inuenta, vel deputata, ſed ad quæſtum faciendum. Et licet ſimilitudinem habeant cum domo in hoc, quia conſtant plerumque ex fundamento, tecto & parietibus, non tamen poſſunt dici domus: & ſtatutum aut conſuetudo non debet extendi ad ea, quæ non ſunt domus, licet participent cum domo participatione illa, qua quælibet ſpecies participat cum ſuo genere. Sed poſtea limitando prædicta, hoc pacto idem Caſtrenſ. loquitur, Prædicta puto clarè procedere, ſi dicta taberna penitus eſſet ſeparata ab habitatione domus, ita quod ſupra eam non erat habitatio, ſicut videmus in multis tabernis malè tegulatis, *l. eo iure.* §. *ſtabula, ff. in quibus cauſ.pign.vel hypoth. tac.contrah.* ſi verò dicta taberna erat ſubtus habitationem, tunc aut ad habitationem non erat acceſſus per tabernam, ſed aliunde ex publico, &

& tunc idem, quia cenſetur ſeparata: quod patet, quia vnus poteſt poſſidere partem ſuperiorem & alius inferiorem *l. ſi duo. §. item videamus ff. vti poſſidet.* Si autem ad habitationem non erat acceſſus, niſi per tabernam, tunc reputatur pars inferior & ſuperior vna & eadem, vt ibi not *& l. arbor. §. de veſtibulo. ff. commun. diuid.* & ſic maius videtur dubium, tamen ego idem puto, quia tunc pars inferior trahetur potius ad ſuperiorem, quàm econtra, cùm ſuperior non poſſit poſſideri per alium, quàm per eum qui poſſidet inferiorem, niſi in caſu qui habetur *in d §. planè.* & ſic quando pars inferior eſt deputata ad tabernam, pro taberna habebitur, licet pars ſuperior ſit deputata ad habitandum: quæ nonnihil ad ſe inferiorem, quæ eſt capacior, potiſſimum ſi ad perpetuam tabernam, &c. Hæc ille.

5. Quinimò* etiam ad naues, quæ prædio vrbano æquiparantur, teſte Baldo *ad l. certi iuris, colum 2. C. locat. argum l. 1. §. ſi quis de naut. ff. de vi & vi armat.* hoc omnes tradunt *ad d. l. plerique.* Alberic. *ad l. penultim. §. fin. per illum tex. ff. de his qui deie. vel effud.* quamuis abſque iuſta ratione, vt mihi quidem videtur, ſolus diſſentiat Romanus *ad l. 1. §. domini. ff. ad S. C. Syllan.* quem imperiti iudices ſæpe ſequuntur. Quod tamen ita intelligendum exiſtimo, niſi debitor tamquam viator in naui exiſtat: quia vt vſus, & experientia quotidiana docet, quando quis eſt in hoſpitio publico tanquam viator, niſi priuilegium aliquod ſingulare ciuitatis repugnet, ibi capi, & multò magis arreſtari poteſt, præterquam ſi ad annum, longumque aliquod tempus habitandi quodammodò cauſa, cubiculum ibi conduxiſſet, *l. 1. § habitare, l. penult. §. in factum, ff. naut. caup. ſtabul.* Iaſon *d. loco.* quo caſu non vt aduena arreſtari, ſed tanquam is qui quodammodò domicilium ibi habet, ordinario iudicio, quando nullus fugæ metus accedit, conueniri debet. Nihilominùs de arreſtatione eorum qui in naui ſunt, vide ea quæ inferiùs proximo capite ſubijciam.

6. Eum quoque † qui in porticu domus hæret, non eſſe immunem crediderunt noſtri; non quidem indiſtinctè, quod tamen ex verbis Bartol. Bald & Angel. *ad d. l. plerique.* videri poſſet: ſed ita demùm, ſi porticus ædibus non adhæreat. Zaſius *ad l. cætera, §. hoc ſenatus.* & ibi Iaſon. *num. 6. in verb. Quia eſt ſeparata ff. de legat. 1.* Caſtrenſ. *ad l. quod conclaue, ff. de damno infect.* quemadmodùm & de apotheca, & de alijs dici ſolet: quia cõnexorum eadem eſt ratio, ſeparatorum verò diuerſa. *c. ſuper eo, de parochijs* ſic & quando debitor eſt in oſtio extra clauſurã domus, prehendi poteſt, teſte Bart. *ad l. 1. §. ſi ab hoſtibus. ff. de cloac.* quia quod fit in oſtio intra clauſuram domus, hoc dicitur fieri in domo, nõ quod extra fit. Idem Bartholus *ad l. 1. §. de inſpiciendo. ff. de ventre inſpiciend. gloſſ. in l. final. §. final. ff. de ſeruitute vrban. prædio.* & probat Angelus *in dict. leg plerique cum ſequentibus in fine.* his verbis.

Quid autem † erit, ſi in limine oſtij ſtat? dicas idem ſi ſit, extra clauſuram, caſus eſt melior qui ſit de iure. *Inſtit. quibus modis patr. poteſt ſol. §. ſi ab hoſtibus.* Et hoc ſequitur Signorol. de Homodeis, *conſil. 16. incip. Statuto ciuitatis Papiæ.* dum ita loquitur. Et quæritur an repertus in limine portæ domus, poſſit capi, nec ne? & primò videtur quod non, *per l. cætera,* & quod ibi notatur per Doct *ff. de leg. 1.* In oppoſitũ videtur. quod iſte non prohibetur capi vigore ſupradictæ legis municipalis. Nam propriè in domo dicitur eſſe, quod comprehenditur intra parietes domus; quemadmodùm in ciuitate id quod comprehenditur intra parietes ciuitatis: caſus eſt *in l. cum ancillis. in fine. C. de inceſt. nupt.* & pro hoc optimè facit *l. Olimpio. §. 1. ff. de ſeruit. vrbanor. præd.* & ibi adducit ad hoc alia argumenta, quæ vide. Et memini anno 1570. menſe Auguſto, Louanij fuiſſe quæſtionem de eo in quem ſatellites volebant manum inijcere, & qui fugiens verſus domum, cecidit ante veſtibulum oſtij, & manſerat iacens inter domum & canalem, qui erat ante domum in platea publica, & ſub tectoriolo, quod ſolet ante ædes mercatorum propendere: exiſtimabat enim ille qui illic à ſatellitibus detinebatur, & inde ad carcerem deducebatur, ſe perinde atque ſi in domo fuiſſet, ibi tutum fuiſſe, maximè quòd parietes & muros domus capite ſuo attingebat. Sed errabat, & contra eum, iuxta prædictas deciſiones iudicatum fuit. Contra quod tamen facit doctrina Bald. *ad rubr. ff. ſolut. matrimon. verſicul & ideò ſi ſtatutum.* vbi dicit, quod is qui eſt in oſtio, partim eſt in domo, partim extra domum, vt not. *de pœnit. diſtinct. 2. cap. dum ſanctum.* & quod ſufficit tangere partem, *vt l. vulgaris. ff. de furt. & facit, ff. de cloac. l. 1. §. cloaca appellat.* Nam ſi hoc eſt verum, quòd ſufficit tangere partem, ergo ſufficiebat in prædicto caſu tangere capite oſtium, vel murum, ſiue parietem. Sed ad hæc reſponderi poteſt, quod *dict. leg. vulgaris.* non obſtat, quia in ea hoc tantùm dicitur, quod is qui ex aceruo frumenti accipit vnum modium frumenti, etiam ſi reliquum totum non accepit, fur eſt: quia ſufficit partem frumenti accepiſſe, & notant *ibi* Doctores quod tota res tangitur, quando pars eius tangitur, *capite vulgaris.* & ibi Ioannes de Turecrem. *de pœn. diſtin. 1.* Sed priuilegium quod conceditur debitori, & de quo hic agimus, non loquitur de debitore qui attingit domum, aut oſtium domus, ſed de eo qui eſt in domo. Illud autem quod eſt extra oſtium, aut clauſuram domus, non eſt in domo, & ideò idem Bald. *in l. cæteri §. item hoc prohibetur, ff. de legat. 1.* dicit non poſſe extrahi, qui eſt in oſtio domus; ſed non facit mentionem illius qui eſt extra oſtiũ domus, licet pede vel capite ſuo attingat illud. Quo modo accipiendum erit (ni fallor) quod Bald. *ad d. rub. ff. ſolut.*

ſolut. matr. voluit, videlicet eum qui aliquem in oſtio domus exiſtentem inuadit perinde teneri, atque ſi in domo ipſa eum inuaſiſſet. Eandem putant eſſe rationem eius qui in ſchalis parieti domus iucumbentibus, ſeu appoſitis extra domum eſt; quia & is extra domum eſſe videtur Bald. *ad l. ſi fiſtulam.* §. *ſcalas. ff. de ſerui. vrb. prædio.* à quibus tamen in explicatione *d. l plerique.* Romanus diſſentire videtur. Sed Baldi ſententia moribus noſtris magis videtur eſſe probata. Huc quoque pertinet illud, *quod conſi.* 21. *incip. Viſis ſcripturis, verſ. Non obſtat etiam.* notat D. Præſes Nicol. Euerar. quod ſi ciuitas habet priuilegium, ſicut habet ciuitas Middelburgenſis, quod mercatores forenſes illic declinantes cum ſuis nauibus, bonis, & rebus, plena gaudere debeant immunitate, ita quod conueniri & moleſtari non poterunt pro contractibus prius alibi celebratis, non poſſunt arreſtari in portu dictæ ciuitatis, extra eam, ſicut eſt Armudæ, quia cum talis portus ſit de diſtrictu & territorio ciuitatis, idem iuris eſt ſtatuendum de eo ſicut eſt de ipſo oppido: *iuxta not. per glo.* Ioan. Andr. & Doct. *in c. vbi periculum.* §. *porrò de elect. lib. 6. & ad l. Cæſar. ff. d publ. & vectigal.* vbi eſt caſus, quia portus inſulæ, ſunt pars inſulæ, vt ibi *& in l. inſulæ ff. de iudic.* maximè quando mercatores ad ciuitatem illam cum nauibus & rebus ſuis declinare non
8. poſſunt, niſi per talem portum.

Porrò autem † quod de immunitate ædium diximus, in debito fiſcali locum non habet. Bald. *in lect. antiq.* & Iaſon *num.* 28. *d. l. plerique* Nam cum fortunas omnes noſtras, corpus etiã & vitam Reipubl. cui nati ſumus, debeamus, bono autem publico pecunia fiſci ſit, quæ vna belli, pacis, ocij, negotij, rerum denique quocumque tempore gerendarum neruus eſt, non
9. iniquum videri debet, ſi debitor aduerſus fiſcum non iuuetur. Non eſt abſimile † quod poteſt quis capi, & ex propria vel aliena domo trahi ad officium publicum aſſumendum, ad quod officium deputatus vel aſſumptus fuit, *l. ex omnibus, C. de decurionib. libr.* 10. Ideoque *d. loco.* Roman. conſultum eſſe exiſtimat creditoribus, vt debitorem ad officium publicum aſſumi procurent, & ſic egredientem conueniant. Renunciari quoque poſſe huic priuilegio verius eſt, teſte Iaſon. *ad d. l. plerique numer.* 29. quòd (vt ipſe ait) feciſſe videtur is, qui omni iuris auxilio renunciauit, quomodo quotidie ex vſu receptum videmus, ruſticos omni immunitatis auxilio renunciare; verſantur quoque nonnulli in ea opinione, & præcipuè quidem iam *dict. locis* Baldus & Iaſon vt exiſtiment debitorem omninò fugitiuum dictis lo-
10. cis detineri poſſe.

Poſtremò, † quemadmodum Rebuffus *de priuileg. ſchol. cap.* 102. ait, in ſcholis publicis alicuius Academiæ, capi aliquem non poſſe, vt ſcandalum & tumultus vitentur; ita eadem ratione dici poteſt, quod in ſcholis publicis, debitor arreſtari non poteſt, quia ſcholæ in quibus Doctores profitentur, ſunt veluti domus propriæ ſtudioſorum.

CAP. VII.

Debitor an eo loco arreſtari poſſit, ad quem à creditore tranſigendi cauſa vocatus eſt.

SVMMARIA.

1. *Compromiſſo pendente nihil eſt innouandum.*
2. *Colloquio de tranſigendo vel componendo durante, nihil creditor aduerſus debitorem attentare debet.*
3. *Saluus conductus etiam tacitè dari poteſt.*
4. *Patres dum ſunt in tractatu pacis, omnis ratio procedendi ceſſat.*

Exiſtimo etiam debitorem in loco arreſtari non poſſe, ad quem à creditore vocatus eſt, vt ſuper cauſa debiti petiti & prætenſi tranſigat, vel amicabiliter componat, aut de tranſigendo, ſiue componendo loquatur cum eodem, etiam ſi non tranſigat, neque componat, quia ſicut † Compromiſſo pendente altera pars contra alteram partem nihil attentare 1.
debet, *Clem. quamdiu de appel* & regulariter in omni cauſa Compromiſſo pendente, nihil eſt innouandum. Barbat. *conſi.* 18. *incip. Clementiſſimum col.* 5. *vol.* 3. Rebuffus *ad ord. reg. tomo* 3. *tit. de appell. arti.* 16. *glo.* 1. *num.* 25. etiamſi compromiſſum illud poſtea corruat, aut ad effectum non perueniat, iuxta not. *in d. Clem. quamdiu.* Ita etiam non debet † creditor ali- 2.
quid attentare contra debitorem, pendente eiuſmodi colloquio ad componendum & tranſigendum deſtinato: Sicuti & cum Duces exercituum ſimul de pace componenda agunt, etiamſi expreſsè hinc inde ſaluus conductus aut ſecuritas non præſtetur, intelligitur tamen hoc tacitè eſſe actum, quia alioqui non veniſſent. Nam & tacitè * Saluum conductum dari poſſe 3.
notat Salicet. *ad l. nullus C. de iudic.* Alexand. *conſil.* 1. *lib.* 2. *& conſil.* 8. *lib.* 6. Hippol. *ſingul.* 77. & alij quos citat Petr. Prenius in tractatu de ſecurit. promiſſ. *quæſt.* 6. *in fine verſic. incip. Minimè autem.* Alioqui enim contingeret debitorem miſerè decipi, ſub hac confidentia, qui alioqui non veniſſet, quod eſſe non debet; Et in ſimili † in quotidiana praxi vſu receptum
eſſe videmus, quod quando partes ſunt in tra- 4.
ctatu pacis, omnis ratio procedendi & proceſſus litis ceſſat.

CAP-

CAP. VIII

De priuilegio Bullæ aureæ.

SVMMARIA.

1. *Brabantus an Brabantum arreſtare poßit, & vbi.*
2. *Statutum abſolutè prohibens comprehendit ſubditum in alieno exiſtentem territorio.*
3. *Statuendi poteſtas inter ſubditos non arctatur.*
4. *Excommunicatio ligat ſubditum in omni loco.*
5. *Interdictio bonorum facta prodigo, contractum eius irritat quocumque loco factum.*
6. *Bona mobilia ſequuntur perſonam.*
7. *Debitor fugitiuus non iuuatur vllo priuilegio.*

INcolis Ducatus Brabantiæ ſpeciali iure à Carolo Quarto Imperatore, aliiſque Principibus indultum eſt, vnum Brabantum non poſſe alterum Brabantum extra Brabantiam arreſtare.

1. Quæro igitur, † an Brabantus Brabantum arreſtare poſſit in Hiſpania, Italia, Anglia, Gallia, & aliis Prouinciis aut Regnis, quæ non ſubſunt Imperatori & Principibus qui priuilegium illud conceſſerunt? Et paucis videtur dicendũ
2. quod non: quia † ſicut ſtatutum prohibitorium abſolutè loquens, comprehendit ſubditum exiſtentem in alieno territorio, *vt not. in c. vt animarum de conſt. lib. 6.* Anch. *in c. canonum extra eo. ti.* Bart. *in l. cunctos popu. in 6. quæſt. C. de ſum. Trini.* Ita etiam & hoc priuilegium, quod vim ſtatuti habet.

3. Secundò, † quia poteſtas ſtatuendi inter ſubditos, territorio non arctatur, *l. fi. ff. de decret. ab ord. fac. l. ſi quis. C. de epiſc. & cler. c. tua de cleric. non reſid.* vnde ſi ſtatutum vetet vxorem donare viro, vxor etiam extra territorium exiſtens donare non poteſt. Salic. *in d. l. cunctos.* Hippol. *ad l. fi. r. 142. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* ergo etiam ſubditi extra territorium exiſtentes, debent & ſtatuta Principis ſui, & priuilegia per eum conceſſa, nec planè voluntaria, ſed fauore debitorũ indulta, & obſeruari mandata, diligenter obſeruare.

Tertiò, quia ſi lex Principis ſuos ſubditos liget vbicumque ſint, & quocumque eant, *l. 2. C. de commerc. & l. 2. C. de vectigal. c. fin. de conſtit.* ergo etiam & priuilegium illius, quod voluit habere vim legis & ſtatuti.

4. Quartò, † quia ſi ſententia vinculo excommunicationis ligat ſubditum quocumque loco ſit, quæ tamen fertur in inuitum, *l. ex ea. ff. de poſtul. c. quiſque, 4. quæſt. 5.* multò fortiùs ſanè ligat priuilegium communi conſenſu populi & ſubditorum impetratum, & in quod omnes ſemel conſenſerunt *l. quod maior, ff. ad municipal. l. de quibus. ff. de legib.*

5. Quintò, † quia in ſimili videmus quod interdicto bonorum facta prodigo ligat eum in quocumque loco & territorio contrahat, *l. relegatorum. §. interdicere, ff. de interd. & releg.* ergo etiam & hoc priuilegium prohibitiuum ligat ciuem vbicumque exiſtentem. Et his ipſis rationibus Ludouic. Rom. *conſ.* 39. *incip. in propoſita quæſtione,* tenet ſtatutum prohibitorium de teſtando aut ligando, ligare ſubditum teſtantem extra territorium. Idem cenſeo dicendum eſſe de rebus Brabantini, à Brabantino in alia prouincia exiſtentibus arreſtandis, id quod dicta bulla etiam exprimit. Quia quando ſtatutum aut lex non reſpicit principaliter res, ſed perſonas, vt hic, cùm dicitur, quod Brabantinus non poteſt Brabantinum, aut res eius alibi arreſtare, verba directè proferuntur & diriguntur in perſonam Brabantini arreſtantis, & tunc extenditur ad bona alibi ſita, *l. propter lites, §. licet, ff. de excuſ. tuto. l. 2. C. eod. tit.* Romanus *d. loco.* & per multas alias rationes & leges per eum ibi allegatas, & per Ioan. Crotum *conſil.* 5. *circa finem.* De quo * tantò minus dubitandũ 6.
eſſe puto, ideò quòd hic loquimur de bonis mobilibus debitoris, quæ ſola arreſtari poſſunt, ea enim perſonam ſequuntur, & eandem conditionem cum ea ſortiuntur; vnde ſicut perſona arreſtari non poteſt, ita nec bona mobilia eiuſdem. Et videmus in ſimili, quod quando bona alicuius confiſcantur, à iudice vnius territorij, bona immobilia alibi ſita, ad illum iudicem non pertinent, bona tamen immobilia ſunt illius, Bald. *in l. mercatores. C. de commerc.* Alexand. *conſ.* 92. *lib.* 4.

Excipio tamen * hic debitorem fugitiuum; 7.
etenim exiſtimo quod nõ obſtante dicta bulla aurea Brabantus poteſt Brabantum, & res eiuſdem, ſiue in locis ſubiectis Imperio, ſiue in aliis locis, arreſtare aut ſiſtere, & detinere, ſi eſt fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus: quia contra debitorem fugitiuum ceſſant priuilegia. Poteſt enim aduerſus communes regulas ab ipſo creditore comprehendi, *l. ait prætor, § ſi debitorem, ff. quæ in fraud. cred.* poteſt capi die feriato, etiam in honorem Dei & Sanctorum introducto, *glo. celebris in l. vlt. C. de fer.* Bald. *in c. fin. eod. tit.* Poteſt etiam Iudex incompetens illum comprehendere Anchar. *conſil.* 192. & Iaſon *in l. vinum num.* 5 *ff. ſi cert. pet.* putat illum ab eccleſia auferri poſſe, & D. Præſes in loco, *à loco ad tempus,* & Oldrad. *conſil.* 54. *deciſ. Capel. Tholoſ.* 422. Boër. *deciſ.* 215. quod tamen non puto eſſe verum, vt & Didac *lib. 2. variar. reſolut. cap. vltimum. n.* 14. & ideò in genere dicit Bald. *conſil.* 1. & Ioan. Baptiſt. Caccialupi de debitore ſuſpecto *quæſt.* 8. *in princ. num.* 2. quod talis debitor non gaudet beneficiis legalibus, & ſic prædictum priuilegium debet accipere interpretationem à iure communi.

CAP.

CAPVT IX.

Vtrũ reditus hypothecatus in vno loco, ſi decurſus eſt, poſſit à creditore eius, cui debetur, arreſtari in loco domicilij debitoris qui illum debet.

SVMMARIA.

1. *Locus promiſſionis in dubio cenſetur eſſe locus ſolutionis.*
2. *Creditor ad domum debitoris accedere debet pro habenda ſolutione, ſi non ſit eiuſdem cum eo fori.*
3. *Actionem hypothecariam & perſonalem ſimul haberi poſſe nihil prohibet.*

CONſultus fui ſuperioribus menſibus ſuper caſu infra ſcripto; Quidam Brabantus cuidam Leodienſi, in Prouincia Leodienſi, & corã Scabinis ibidem recognouit certum reditum annuum ſuper certis ſuis bonis in eadem Prouincia Leodienſi ſitis; Creditor eiuſdem Leodienſis, cui recognitio illa facta erat, ſub prædicto debitore Brabanto, in Brabantia habitante, & authoritate Iudicis Brabanti, decurſos reditus pro debito ſuo arreſtauit, ſeu arreſtare fecit: Quæſitum à me fuit, vtrum arreſtatio valeret, tamquam debito loco facta, & an non obſtante dicto arreſto poterat Leodienſis agere in patria Leodienſi actione hypothecaria, ſuper dictis bonis propter ſolutionem dicti reditus conſequendam? Et certè primo aſpectu videbatur, quod ea arreſtatio non poterat ſuſtineri, propterea quòd, ſicut dicta recognitio reditus erat facta in patria Leodienſi, ita quoque ſolutio ſimiliter ibi erat facienda: quia vbi aliud non conuenit, † locus promiſſionis cenſetur eſſe de-
1. ſtinatus ad ſolutionem faciendam. *l. ſi cum dies. §. arbiter ff. de arbitr.* & per conſequens neq; debitor dicti reditus poteſt cogi, ut ſoluat in Brabantia, non magis ab ipſo creditore ſui creditoris, quàm à ſuo creditore, in cuius locum ille ſuccedit, *l. 2. & alijs ll. C. quand. fiſc. vel priuat.* neq; etiam inuito ſuo creditore cui reditum recognouit, in Brabantia ſolutionem facere poteſt, de cuius diſſenſu certum eſt conſtare ex eo, quod ſe arreſto opponat. Secundò quia ipſa bona hypothecata pro dicto reditu ſunt affecta, & ideo poteſt Leodienſis ille non obſtante dicto arreſto, actionem hypothecariam inſtituere in loco vbi bona illa ſita ſunt, & perſonam eius qui reditum illum recognouit omittere.

In contrarium tamen videtur eſſe veritas. Primò quia quod ſemper locus promiſſionis, eſt locus ſolutionis, negat expreſsè Bartol. *ad l. quod ſi Epheſi. in fine principij. ff. de eo quod certo*
2. *loco.* Et regulariter † vbi creditor & debitor, ſunt diuerſi fori, creditor vt ſolutionem ſuam conſequatur, domum debitoris accedere, debet, glo. & Dd. *in l. itẽ illa. ff. de conſt. pec.* niſi aliud actũ eſſe probetur, aut colligatur: Adeò quòd nec emphyteuta quidem cogatur deferre canonem ad domum domini ſui, ſi nõ eſt de foro domini Bartol. *ibi.* Secundò, quia ſi creditor velit, poteſt à debitore illic vbi habitat ſolutionem poſtulare, in vim actionis perſonalis orientis ex obligatione etiam perſonali, quia debitor promiſit ſingulis annis reditũ eiuſmodi ſoluere: Nam licet bona ipſa dicto reditu ſunt affecta, pro maiori ſecuritate creditoris, promiſſio tamen ſoluendi reditum, facit principalem contractũ. Et certè in arbitrio creditoris eſſe videtur, vt vel hypothecaria actione ſuper bonis hypothecatis agat, vel vt actionem perſonalem contra promiſſorem reditus intendat, quia † hypothecariam habere actionem, & perſonalem habere meram, nihil pugnat Bald. *in l. edita, C. de eden. & in l. aduerſus. C. de act. & oblig.* ſatiſq; eſt in propoſito negotio, quod promiſſor, vel debitor reditus, ſaltem volenti ſuo creditori in Brabantia ſoluere poſſet, quodq; ea ſolutione facta arreſtans forſitan, omni ſpe conſequendi reditum ſuum, aut conuenienti illum in Brabantia, fruſtraretur: Et ſi creditor cui reditus debetur, durante arreſto, eoq; non obſtante agat contra promiſſorem reditus actione hypothecaria ſuper bonis obligatis in illo loco, in quo ſita ſunt, poteſt promiſſor, vel debitor excipere, reditum ceſſum ſub ſe arreſtatum, & ſub pœna à Iudice ſui domicilij ſibi eſſe prohibitum, ne ſoluat. Illa enim prohibitio & interdictio Iudicis eum excuſat. *l. fi. & ibi Bald. ff. de leg. commiſſ. glo. in c. ſignificaſti. de cenſib.* Ioan. Petr. de Ferrar. *in ſua praxi, in forma libelli, de ſequeſtratio. ad verbum audet.* 3.

CAP. X.

Quo tempore arreſtum fieri poſſit, vel non poſsit.

SVMMARIA.

1. *Debitor an in feriis arreſtari poßit.*
2. *Arreſtatio an poſt ſolis occaſum admittatur.*
3. *Nundinarum tempore arreſtare non licet.*
4. *Mercatores an in eo loco arreſtari queant, ſine quo ad nundinas venire non poſſent.*
5. *Nundinæ non omnes liberant ab arreſto.*
6. *Contrahens in nundinis poteſt ibi arreſtari.*
7. *Criminoſi priuilegio nundinarum non gaudent.*
8. *Debitor de fuga ſuſpectus an in nundinis arreſtari queat.*
9. *Reſcriptum Principis impedientis arreſtum, an indiſtinctè admittatur.*
10. *Hæres intra nouem dies poſt mortem defuncti arreſtari non debet.*

11. *Ar-*

11. *Arreſtatus an Iudicis incompetentiam obijcere poßit.*

PORrò autem,quia de loco ad tempus iuſta ducitur argumentatio *l. fin. ff. de condict. ticar.* ordo eſt,vt qui præcedentibus capitibus de loco in quo arreſtatio fieri poſſit diximus, nunc etiam de tempore,quo fieri debeat, pauca quædam diſpiciamus. Et prima quidem dubitatio eſſe poſſet de ferijs.Sanè de † debitore ſuſpecto vno ore affirmant omnes, capi &
1. detineri eum poſſe etiam in ferijs Diuinæ Maieſtati dedicatis.*glo.ad l.fin.C.de ferijs.* Alberic. & alij *ad d.l.ſi feriatis ff. illo titulo* Iaſon *ad l. 1. ff.eod.titul.& ad l. 2. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Bald. *ad.c.fin.de ferijs* adeò vt etiam in ſummis ſolemnitatibus ac ferijs id fieri, & fieri poſſe dicat Albericus, quia periculum eſt in mora. Obiecit quidem Eſaias *c.* 58. ijs qui die ſancto & ieiunijs ieiunabant, quod omnes debitores ſuos eo die repetebant, & exigebant debita importunè.Sed hoc eò non pertinet,quòd creditor debitorem fugitiuum ſolemni die ſiſtere non poſſet,quia vt Palladius *lib.rei ruſtic.* 1.*c.* 6. *ait*, Neceſſitas ferijs caret, & notat Propheta (ni fallor) duntaxat eos qui nulla miſericordia ducti, externiſq; & profanis rebus veluti affixi tempore ſancto debitores ſuos importunè exigebant: ſicut ſeruus ille nequam euangelicus, & qui ieiunium in ſolis externis obſeruationibus conſtituebant, nulla alioqui religione, pietate aut miſeratione ducti. Sed an aliud ſit in debitore extraneo non ſuſpecto, vel in ciue alio migrante die feſto, nullus eorum quos legi, dicit. Roderic. Suarez *in interpretatione l. poſt rem,ff.de re iudic.in 4. extenſ.* in ſimili latè diſputat, an ius executiuum vigore inſtrumenti poſſit exerceri tempore feriarum: tandemq; etiam concludit, quod ſi executio iſta cauſæ cognitionem requirat, aut periculum non ſit in mora,exequi non poſſe, etiamſi feriæ eiuſmodi ob neceſſitatem hominum duntaxat introductæ ſint. Eoq; modo accipiendum eſſe ait, quòd ex *c. ſignificarunt,de iudic.ad l.omes.C. de ferijs.*voluit Bart.quod quando inſtrumenta guarentigiæ, ſiue confeſſionata, vt vocat, habent executionem paratã,ſicut ſententiæ diffinitiuæ, capi poſſunt homines pro executione diebus feriarum ob neceſſitatẽ hominũ introductarum, non etiam his ferijs, quæ maieſtati diuinæ conſecratæ ſunt,quod & Bal. quoq; *ad l. in minorum.C.quib.cauſ.reſtit.& ad l. prouinciarũ.C.de fer.& ad authe.Sed omninò col.* 10. *C. ne vxor pro mari.* aſſeruit.Ex quo videri poſſet, quod ſi ex more ciuitatis, aut loci, cognitio aliqua ad arreſtum faciendum requireretur, & periculum fugæ non exiſteret, fortè quod diues aliquis debitor Mechliniæ habitans,hic Louanij reperietur arreſtatio concedi non deberet. Conſtat ſanè,citationem die feſto fieri non poſſe,etiam ſi in diem non feſtum citatio facta ſit.*l.ſi.C.de fer.*Panor. *ad c.conqueſtus. eod. titul.* Caſtrenſis *conſilio* 279.*libro* 1.multò igitur minùs realis citatio & detentio fieri poſſe videtur,præcipuè cùm ne in nundinis quidem,quæ cum ferijs,in honorem Dei introductis conferri nullo modo poſſunt, arreſtari non queant debitores.Sed in contrarium facit quod videmus executionem,in qua cauſæ cognitio non conſideratur, nec ſtrepitus Iudiciorum, poteſt fieri die feriato ob honorem Dei & Sanctorum Panorm.& Anton.de Butrio *in cap.fi. de iudic.* ſicut & eo die appellari. *l.* 1. *& ibi. gloſſ. C. de fer.* Libellus dari,*l. miles, ff. de adult.* adoptio, emancipatio,manumiſſio,teſtium examinatio, donationis inſinuatio, & interpellatio fieri poteſt.*l.actus.C.de adopt.*Ioan. An. *in addit. ad ſpecul.§.porrò.circa finem. titul. de inſtrum. edit.* Imò & pignoratio tali die fieri poteſt, ſecundùm Guid.Papæ *quæſt.* 215. vbi loquitur valdè accommodatè ad hunc caſum,dicens, quòd pignoratio in cauſam iudicati poteſt fieri die feriato ob honorem Sanctorum, & poteſt dicere executor ſententiæ debitori, pignero te pro tali debito, ad inſtantiam talis creditoris & de tuis talibus bonis.Sed tamen nominatim, ibi excipit dominicum diem.*per l.dies feſtos.C. de fer.* Rebu.verò *ad ord.reg.to.*1.*art.*6.*glo.*3.*n.* 60.ait,etiam die feriato in honorẽ Dei,hoc cõcedi,nam ſi,inquit, debitor capi poteſt die feriato, multò fortiùs eo die arreſtum fieri poterit;quia periculum eſt in mora, iuxta ea quæ not.Iaſon *ad l.de pupillo §.ſi quis riuos.ff de noo oper. nunc.* qui tamen loquitur in debitore ſuſpecto de fuga. Quomodo & Ioan. Beſſianus *ad conſuet.Aluer.art.*2.ait,quòd in ferijs introductis ob honorem Dei & Sanctorum, illud exerceri poteſt,quod vel neceſſitas ſuadet, vel pietas vrget,vel cauſæ cognitionem, & ſtrepitum iudiciorum non exigit. Intelligit itaque Rebu.arreſtum concedi die feriato, ſi periculum eſt in mora,ſcilicet quod debitor illic amplius non inuenietur,etiam ſi eſt diues, & alibi habitet,vel quod inops eſt,& periculum ſit, ne vnquam etiam alibi vtiliter conueniri, aut inueniri poſſet,quamuis ſecundùm leges ſcriptas & communes, debitor non ſuſpectus, eo tempore detineri non poſſet. Guid. *d. quæſtio.* 215.*l.dies l.omnes.de fer.* Alexan.*conſ.*159.*l.* 2. Et iſtud quidẽ mores noſtri hic quoq;recepiſſe videntur,qui etiam ſolam,facilitatẽ conueniẽdi debitorẽ,quantumuis diuitem, conſiderant, & in omnibus penè locis arreſtationem, nulla habita feriarum ratione permittunt, pro quibus facit id quòd Bald.*ait ad l.fin. C. de fer. in primo notabili.* quod ſi timetur de receſſu debitoris,poteſt detineri,& executio in illum fieri, etiam in die feriato ob honorem Dei, ſecundũ *glo.ibi.* quam dicit eſſe ſingularem; & quod propter talem ſuſpicionem tali die poteſt fieri ſequeſtratio.Et Caſtrenſis *ad l. 1. ff. de fer.* dicit,quod ſi quis eſt ſuſpectus, poteſt cogi die feriato ſatiſdare de ſiſtendo iuri, finitis ferijs. Sed vtinam zelus diuini numinis ita animos

mos creditorum inflammaret, vt eam immunitatem quam ciues ſecularibus nundinis concedere debent, vltrò diuino honori tribuerent, maximè, quando periculum non eſt euidens in mora.

2. Eadem* quoque ratione dici poſſet, debitorem extraneum, ſi periculum eſt ne abeat, etiam poſt occaſum ſolis, & quacunque noctis parte arreſtari poſſe; quod tamen vel iuris vel conſuetudinis ignoratione, difformiter apud multos, magno Reipubl. malo obſeruatur. Et hanc quæſtionem habui aliquando de facto, in cauſa Domicilli Ioannis Vander Tommen, contra Paulum Broeckelmans.

3. Illud † in confeſſo eſt, tempore nundinarum, vt mox dixi, res aut perſonas alicuius ſiſti vel arreſtari non poſſe. *l.1.c.de nund.* Dico tempore nundinarum, quod eſt notandum, ſecundùm Franciſ. Mignon *ad conſuetud. Andegauenſ. titulo des Seigneures, Barons. articul 47. n.4 verſicul. incip. Et debent.* vbi dicit, quod eſt diſtinguendum inter nundinas, & inter mercatum: quia mercata (ita loquitur) non ſunt tuta pro debitis & gabellis, ſicut ſunt nundinæ; Neque refert ſiue illæ nundinæ ſint ſeptimanariæ, ſiue menſtruæ, ſiue annales, ſiue luſtrales, ſiue ſeptennales, ſiue apparitionis, hoc eſt, quæ circa tempus Natiuitatis Domini, quo ſtella apparuit Magis, celebrantur: ſiue ſunt nundinæ Paſchatis, vel omnium Sanctorum, aut menſis Auguſti, quarum omnium *conſil. 61. num. 23. lib. 2. meminit* Marianus Socynus Nepos. Et ratio quidem eſt, vt merces quæ proculdubio ad huius vitæ conſeruationem neceſſariæ ſunt, liberius & maiore copia inuehantur & euehantur, qua de re plura extant apud Alexand. *ad l. ne quid. ff. de incend. rui. nau frag.* Bald. *ad l ſi quis non dicam rapere. C de epiſc. & cleric. & ad c. 1. quæ ſunt reg.* Signorolus de Homodeis *conſil.* 108. Ang. *conſi.* 363. Dec. *conſ.* 51. Iaſon. *conſ.* 147. Zaſius *conſi.* 14. *& conſi.* 15. *lib.* 1. Quod tamen ita accipi velim, niſi debitum ſit iuratum; quia ſicut conſtitutio tollens generalem aliam conſtitutionem, non refertur ad conſtitutionem iuratam. Panor. *ad c.1. de his quæ fiunt à maior. part. cap.* Rom. *ſingul.* 7. *& conſi.* 517. & ſicut ſaluusconductus conceſſus alicui, non extenditur ad debita iurata, quemadmodum ſecundùm diſpoſitionem Iuris, in Senatu Neapolitano concluſum & iudicatum fuiſſe *deciſi. ſua 5. incip. Dominus Rex.* recenſet Matth. de Afflict. ita etiam & ob eandem cauſam ſiſti atque arreſtari poſſe videtur: ideoque conſultum eſt creditoribus vt, promiſſionem ſolutionis, vinculo religionis & iuriſiurandi cõfirmari faciãt.

4. Quemadmodum † verò tempore nundinarum in loco vbi illæ exercentur, arreſtare aliquem non licet; ita etiam nec in illo loco, ſine quo mercatores ad nundinas venire non poſſunt. Vnde Nicolaus Euerardi *conſ.* 21. decidit, quod ſicut quis propter nundinas in oppido Middelburgenſi arreſtari non potuit, ita etiam in portu Armudano arreſtare non potuit, quia cùm dictus portus Armudanus ſit de diſtrictu & territorio dicti oppidi Middelburgenſis, idem iuris conſtituendum eſt de eo, quod de dicto oppido Middelburgenſi, *iuxta not. per glo.* Ioan. And. & Doct. *ad c. vbi periculum in §. porrò. de elect. lib. 6. & in l. Cæſar. ff. de publi. & veſtig.* Vbi de hoc eſt caſus, quia portus inſulæ, ſunt pars inſulæ. *vt ibi, & in l. inſulæ. ff. de iudic.* maximè cùm mercatores exteri ad oppidum Middelburgenſe declinare non poſſunt, niſi per dictum portum: Et quando alioqui diſpoſitio careret effectu, ſuburbia & alia ſimilia loca etiam continentur, *l. ſi ciuitas. de ſenten. excom. lib. 6.* & Panorm. *in cap. ſi. de præb.* Et nec Louanienſes quidem ferrent vlla ratione, quod aliquis ad nundinas Louanium veniens, in aliquo loco ſibi ſubdito; per quem venire oportet, arreſtaretur: quia alioqui vtilitas nundinarum per indirectum læderetur, & infringeretur. Et pro eo facit deciſio Iaſonis *in l. quo minus num.* 17. *ff. de flumi.* quod diſpoſitio quæ habet locum in exiſtente in termino, habet locum in exiſtente in via; & vbi aliquid prohibetur in termino, intelligitur et iam prohibitum in via, *l. abeſſe. & l. qui mittuntur. ff. ex quibus cauſ. maior.*

Sed † & hæ nundinæ quas populus Principem aliquem ſuperiorẽ agnoſcens, nullo Principis ſui priuilegio, nullave immemorialis temporis præſcriptione, & veluti conniuente ſcienteque Principe, ſibi vſurpat, priuilegium iſtud non habent, *d. l.* 1. *verſic. Veterum indulto, aut noſtra authoritate & ibi* Bald. & Salicet. *C. de nund.* Immemorialis enim temporis conſuetudo loco priuilegij eſt, ex certa ſcientia à Principe conceſſi, *c ſuper quibuſdam §. præterea de verbor. ſignific.* Specul. *ad titul. de cauſ poſſ. & proprietat. § quia verò verſic.* Quid de colligentibus. Ideoque qui immemorialis temporis iuſtam poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem habet, poteſt ſicut Princeps, priuilegium ſtudij generalis concedere. Bart. *ad 1. conſtitut. ff arg. l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quotid.* Alias verò ſicut ſolus Princeps ſaluum conductum dare poteſt, Bald. *ad l. reos num.* 43. *ff de accuſa. & ad c. Imperialis. num.* 4. *de pace Conſtant.* præterquam ſi etiam ciuitati, aut alicui alteri inferiori propria iuriſdictio competit, quibus tunc quoque idem permiſſum eſt, teſte Petro Premo *in tract. de ſecurit. promiſ. cap.* 2. ita nemo alius nundinas inſtituere poteſt. 5.

Solent † etiã ab hac immunitate excludi, qui in ipſis nundinis cõtraxerunt. Bald. Salic. Fulg. *ad d. l.* 1. Ioan. Papon. *ad conſ. Burbon. tit. des executions. §.* 133. & not. Petr. Rat. *ad conſu. Pictaui. art.* 63. *tit. de la diſtinctiõ des iuriſd.* his verbis: Ecquid autem de eo mercatore dicas, qui cùm ad nundinas profectus eſſet, ac multis ſe creditoribus obnoxium videret, quibus cum ſe haud ſatis poſſe facere ſecum cogitaret, cedere apud ſe decreuit; itaque ſarcinulam compoſuit, non- 6.

nonnullam ſecum pecuniam auferens. hic iam ambigit creditor, an ob ſuſpicionem illum ipſum per territorij illius iudicem ſiſtere, ac retinere poſſit? Et hoc caſu videndum eſt, an debitum ipſis in nundinis contractum fuerit; tum enim haud dubium eſt quin poſſit: aut quidem iam antea debebatur. qua contingente ſpecie, ſummaria fugæ inquiſitione opus eſt, quæ niſi ſit, conueniri non poteſt eo loco nec retineri. *C. de nund.* Hactenus ille. Et in ſimili: literæ moratoriæ ſeu dilatoriæ ſolutionis, in eo quod quis à mercatore extraneo emit, locum non habent, ne materia, occaſio & fomentum delinquendi tribuatur. Rebuff. *d. tomo 2. art. 1. gloſſ. 1. nu.* 35. Et cùm emptor recipit merces exteri mercatoris eo animo accepiſſe intelligitur, vt mercibus illic receptis, ilicò & ſtatim ſoluat precium, ipſaque naturæ & humanitatis ratio dictat, exteros nullo modo eſſe moleſtandos, *auth. omnes peregrini. C. Communia de ſucceſſo.* Vnde & eædem illæ merces, tanquam fide de precio non habita vindicari poſſunt, *l. Aurel. ff de liber. leg. §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ.* Hæc tamen opinio minimè placet ijs, qui exiſtimant eum qui cum forenſi quem mox abiturum nouit, contrahit, fidem illius ſecutum videri: Sed quoniam aperto iure prior ſententia, quam & vſus probat, ſtabilitur, *d. l. 1. C. de nund.* ridiculum eſt ea de re amplius dubitare, & cùm lex ipſa de facienda ſolutione ita diſponat, quilibet præſumitur ſecundùm legem contraxiſſe, *l. quæro §. inter locatorem. ff. locat.* ſi non aliud actum eſſe euidenter appareat. Et cum latiſſime de hac re ſuperius diſputatum ſit, iterum hic non repetam, eoque magis quod & Didac. *practic. quæſtio. cap.* 10. & Felynus atque Barbatius in *d. c. fin. de for. compet.* latiſſimè omnia quę eò pertinent diſcuſſerunt.

7. Exules † ſanè & proſcripti, ſeu qui crimen aliquod contraxerunt, immunitate iſta nundinarum non gaudent, etiamſi iniuſtè proſcripti eſſent; donec proſcriptio illa declaretur iniuſtè eſſe facta. *l. relegati ff de pœn. l. diui fratres. eod. titu.* Bal. *ad d. l. 1. verſic. ſed nunquid banniti.* Huiuſmodi enim homines exiſtimantur eſſe hoſtes ciuitatis. *l. amiſſione. §. qui deficiunt ff. de cap. minut. l. 1. & ibi* Doctor. *C. de hæred. inſtit & §. neque homicidis, in auth. de mand. Princip & ibi glo. ad verb. Neque cuſtodes. l. 2. C. de exhib. reis.* Ange. *in tract. malefic. ad verb. Qui domi nus Iudex. nu.* 58. Bart. *ad l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Ideoque in proclamatione & denuntiatione nundinarum, à ſecuritate atque immunitate earumdem, iſtiuſmodi perſonæ nominatim excipiuntur. Non enim talia admittentibus parcere conuenit, *d. §. neque.* qui non niſi cum ſummo dolore, & cruciatu multorum videri, vel in ciuitate verſari poſſunt, quique cum ſemel mali eſſe cœperint, metuendum foret, ne peſſimo exemplo, vel furandi, vel malignandi animo, ad nundinas accederent, pacemque publicam turbarent, & odioſas, noxiaſque redderent nundinas quas liberrimas & vtiles omnibus eſſe maximè conuenit, quorum ob id malitiæ occurrendum eſt, *l. in fundo ff. de rei vend. & in authent. de monach. §. ſi verò.*

Exiſtimat † tamen Rodericus *loco mox citato. num.* 27. quod tanta poſſet eſſe ſuſpicionis 8.
cauſa, vt ſaltem ad ſatiſdationem, illo in loco, vbi nundinæ celebrantur, debitor compelli poſſet, motus ex eo, quod Angel. *ad l. dies feſtos. C. ferns* ait, quod licet ex forma ſtatuti Peruſini, veniens ad nundinas, debeat eſſe ſecurus & liber, & eius bona detineri non poſſint, tamen ex maxima cauſa ſuſpicionis, capi poteſt, vt ſaltem caueat de iudicio ſiſti: quia ſi lex permitti t debitorem à creditore die feriarum ob ſuſpicionem detineri, vbi aliter hoc permiſſum non eſſet: eodem modo, inquit, & in nundinis quoque id fieri debet, *l. ſi ſerui C. de noxal.* quod ad reſtringendam & limitandam nundinarum patriæ, ciuitatis, ſeu regni libertatem perpetuo menti tenendum eſſe ſuadet. Quam ſententiam etiam Petr. Rauen. *loco illic citato.* paulo ante ſecutum eſſe dixi, & ex his quæ *conſil.* 99. *lib.* 3. *ſcribit* Pariſius, confirmari poteſt.

Quid * autem ſi quis à Principe literas impetret, ne tempore nundinarum ſiſti poſſet, an 9.
etiam in eo caſu licitè arreſtabitur? Mouet quidem, ſed non ſoluit hanc quæſtionem *ad d. l. 1. C. de nund. circa fin.* Bartholomeus à Salyceto. Conſtat quod cum princeps moratorias vel dilatorias literas ſolutionis alicui concedit, eo tempore pendente, neque perſona, neque res debitoris ſiſti vel detineri poteſt, Boërius *deciſ. Burdeg quæſt.* 296. *incip. Princeps colum.* 2. Rebuffus *ad ord. reg. tom. 2. tit. de dilat. art. 1. gloſſ. 1. num.* 92. Sed illud generale reſcriptum ad emptorem mercium extraneum ſe non extendit: & quod amplius eſt, etiam ſpeciale reſcriptum ſuper hac re impetratum, ſi dicto Rebuffo ibi credimus: quia ad iniuriam alterius pertinet, non ſubſiſtet, tamquam per importunitatem veriſimiliter impetratum. Sanè ſi omninò conſtaret de mente Principis, eaque penitus eſſet indubitata, exiſtimarem reſcripto eiuſmodi eſſe ſtandum, quia Princeps ex cauſa rei noſtræ dominium auferre poſſet *l. item ſi verberatum. ff. de rei vend.* Felynus & alij, *ad c. quæ in eccleſiarum de conſtitut.* modò tamen pro rebus emptis cautio interponeretur, aut aliàs venditor & creditor ab initio de illo priuilegio certior factus fuiſſet, iuxta ea quæ not. Iaſon & alij, *ad l. 2. & l. omnes. C. ſi contra ius vel vtil publ.* Nihilominus quod dicimus, quod ſi alicui conceſſa eſt à Principe dilatio, & immunitas, præſtari debere idoneam cautionem ſuper ſolutione futura, intelligi debet ſi à parte petatur. *l. peto. §. fina. in verb. Quod ſi cautio non fuerit deſiderata. ff. de leg. 1. & l. 3 § hoc autē. ff. de damn. infect.* Nam & in ſimili compenſatio fit ipſo iure, ſed ita tamen ſi petatur. *l. vlt. C. de compenſ §. in bonæ fidei. & ibi glo. & doct. Inſtit. de act. Falcidia reſecat ipſo iure. l. linea ff. ad l. Falci.*

ci. ſed ita demum ſi hæres perat, *l. patrem. ff. de his quæ in fraud.cred.* Teſtamentum ratione præteritionis eſt nullum, ſi præteritus ipſe dicat & petat, non aliàs, *l.filio.& Dd.ff.de iniuſt. rupt. & irrit. fac.teſta.* aliaque huc pertinentia, ſuo more multa *ad l.ſi vnquam. C de reuoc.donat.ad verb. reuertatur numero* 8. 9. *& ſeq.* cumulat Tiraquellus.

10. Deniq; † & illud adiicio, quod hæres propter debitum defuncti, intra nouem dies poſt mortem defuncti arreſtari non debet, quaſi id tempus illi ad lugendum indultum ſit: ſecundũ caſum ſingularem *in § meminiſſe & ibi* Bart. *in authen.ut cum de appel.cognoſ.* vbi dicitur quod nemini licitum eſt hæredibus & fideiuſſoribus defuncti vllam inquietudinem aut moleſtiam occaſione debiti defuncti inferre, & concordat elegans textus, *in l.fin.C. de ſepulch. violat.* ſicut nec executio inſtrumenti quantumcumque liquidi, infra illos dies contra hæredem fieri poteſt; imò ne ſententia quidẽ quæ tranſiit in rem iudicatã, vt notat Rodericus Zuarez, *ad l poſt rem iudicatam.in* 5. *ampliatione, & in noua limitatione. ff. de re iudic.* Quia eo ipſo quo lex vetat aliquem inquietari, cenſetur prohibere executionem. *l. fin.* §. *donec* & ibi Bart. *C.de iur.deliber.* & cũ lex præſumatur eſſe in viridi obſeruantia, niſi probetur contrarium, *l. Arriani. C.de hæretic.* non audiam noſtri temporis rabulas occlamantes illam legem non obſeruari, niſi mihi de contraria conſuetudine, legitimè & vt decet introducta, fidem fecerint, maximè cum in naturali æquitate & honeſtate fundata ſit.

Poſſumus † quoque & huc multa adferre de
11. eo quod diſputant plerique, an debitor de fuga ſuſpectus & captus, incompetentiam iudicis allegare, & remiſſionem ad ſuum iudicem poſtulare poſſit, de qua re Iaſon *ad d.*§.1.*num.*95. Bertran.*conſil.*182.*lib.*1.*& conſil.*304. *l.* 3. Latius idem Iaſ.ad *l.*2.*num* 15.*ff. de re iuriſd. omn. iud.* & alij ex profeſſo agunt. Sed quoniam mores noſtri quocumque loco Iudicem in hac re competentem faciunt, nolo in ea re per ſe clara, diutius inhærere. Dixi autem ſuperius, *cap.* 4.*num* 14. clericum ob periculum fugæ à laico detentum, cuſtodiæ eccleſiaſtici Iudicis tradendum eſſe.

CAPVT XI.

Cuius loci ſtatutum ad faciendũ arreſtum ſpectandum ſit, & quæ conſuetudo, ſi in diuerſis locis alia & alia ſit, ſpectetur.

SVMMARIA.

1. *Locus celebrati contractus, quando conſideretur.*
2. *In ſoluendis gabellis, quæ conſuetudo attendatur.*
3. *Forenſes ligantur ſtatutis loci, vbi conueniuntur in his quæ ad ordinationem iudiciorum pertinent.*

SEd cum de tempore & loco quo vel fieri vel non fieri arreſtatio poſſet diſputamus: incidit etiam hæc quæſtio, cuius loci ſtatutum, aut conſuetudo ſpectari debeat. ſi in loco celebrati contractus, iure arreſti, vel prehenſionis vtimur, & in loco deſtinatæ ſolutionis non vtimur? Quam quidem quæſtionem, non in ſpecie, aut, vt noſtri aiunt, in terminis, ſed in ſimili & propinquo admodum caſu deciſam inuenio. Interpretes enim *ad l. ſi fundus, ff. de euict ad l.quæro.ff.de ſolut* Et D. Præſes Nicol. Euerhardi *conſil.* 78. *incip. Ex literis. col.* 7. *verſic. aut quartmos*, aiunt, quod * ſi in loco celebrati contractus ſit ſtatutum, quod debitor poſſit capi & incarcerari, vel quod inſtrumenta notariorũ habeant executionẽ paratam: in loco verò deſtinatæ ſolutionis, non ſit ſimile ſtatutum, ſed ſeruetur ius commune, attendetur quoad hoc, mos, obſeruantia, ſtatutum, aut lex loci deſtinatæ ſolutionis; quippe quod in his quæ concernunt iudiciariam executionem inſpicitur locus deſtinatæ ſolutionis Bald. Angel. Alber.& alij.*ad l.hæres abſens ff.de iudi.* Dominic.Philip.Francus, Anchar.*ad cap. Romana. de foro compet. lib.* 16. & hoc latè & eleganter proſequitur Rodericus Zuarez, *ad l.poſt rem iudicatam, cap.incipien.circa Iudicem. ff.de re iudic.* Sicut & in his quæ reſpiciunt extinctionem actionis propter præſcriptionem ſtatutariam vigentem in vno loco & non in alio: vel quo ad exactionem pœnæ adiectæ quantitati, quando ſtatuta & iura municipalia laicorum ſunt diuerſa, *l.* 3. §. *fin. ff. de teſt. l. cum clericus. C. de epiſc.& cleric.* §. *fin. Inſtitut. de ſatiſd.* Bartol. & Angel. *ad l.*1.*ff de vſur.ad d. l. ſi fundus, & ad l. cunctos populos. C. de ſumma trinit.* Nam licet quo ad alia quæ concernunt ſolemnitatẽ actus, ſeu eius perfectionem, inſpiciatur conſuetudo loci celebrati contractus, *l. magis puto* §. *illud, ff. de rebus eorum* & Bald. *& d. l.* 1. *quæſtion.*5.*C.de contrahen.empt.* & ideo ſi ex ſtatuto loci requiratur certa ſolemnitas in ipſo cõtractu, vel ſi ad ſubſiſtentiam contractus requiratur ſolutio gabellæ, vel quid ſimile, tunc tale ſtatutum debet obſeruari, licèt in loco deſtinatæ ſolutionis non ſit ſimile ſtatutum. Iaſon *numero* 55.*in* 2.*lect.* Bartol.& alij *ad d. l. cunctos.* Tamen in his quæ ſuperueniunt; poſt abſolutum contractum, & eo iam perfecto tendunt ad eius executionem; eiuſmodi eſt arreſtatio, ibi locus deſtinatæ ſolutionis inſpicitur ſibique imputare poteſt, qui ita contraxit: quia in executione eiuſmodi, non conſideramus cauſam de præterito, ſed locum & tempus, vbi & quando fiet, teſte Bald. *ad authen. Quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Ioan. de Platea *ad l.miſſi.C.de extract.lib.*10. Iaſon *ad d. l. cunctos. in* 1. *lect. num.* 20. Bartol. *ad l. à diuo Pio.* §. *ſen-*

§. *ſententiam. ff. de re iud.* Doctor *ad cap.* 1. *de ſponſal.* Caſtrenſ. *ad l.* 2. *C quemad. teſta aper.* Et latiſſimè omnium quæ ad huius rei confirmationem adferri poſſent, dicto loco cumulauit D. Præſes; cuius argumentis, & per ſimilitudinem rei motus, exiſtimo, quod & in arreſtatione, ſi ſimilis caſus occurrat, locus deſtinatæ ſolutionis & iudicij ſpectari debeat. Et propterea ſi in loco contractus initi non procedatur per arreſtum: ſed iure communi & ordinario, tamen ſi is qui ex eo contractu promiſit ſoluere hic, reperiatur in hac noſtra Belgica, quæ eſt patria arreſti, poterit hic arreſtari & ad ſoluendum compelli: ſicut & in caſu contrario decidit Angel. *in d. l. ſi fundus.* quod ſi in loco contractus eſt ſtatutum, quod quis capiatur pro debito; & in loco iudicij eſt ſtatutum, quod non capiatur, debet inſpici locus vbi debitor conuenitur, & vbi ſit executio, & vide Bald. *ad l.* 2. *C. quemad. teſta. aper.* Huc etiam pertinet, quod * ſi contractus factus ſit in loco, vbi gabella non debetur, traditio autem in alio loco
2. vbi debetur, tunc inſpecto loco traditionis debetur, vt voluit Bald. *ad l. multum colum. vlt. verſi. pone ergo.* & ibi quoque Salicet. *in fin. C. ſi quis alter. vel ſibi.* Nam & alias contractum fuiſſe videtur, non in eo loco, quo negotium geſtum eſt, ſed quo pecunia ſoluenda vel tradenda eſt, iuxta ea quæ ſuperius dixi, ad hunc effectum. *l.* 3. *ff. de bon. auctor. iudic. poſſ l. contraxiſſe ff. de act. & c. Rom. de for. comp. lib* 6. Sed quid ſi quis contraxit in loco in quo illius loci homines non vtuntur arreſto, neque promiſit ſoluere in patria arreſti, ſed tamen illic reperitur, vtrum nihilominus arreſtari poſſit, exiſtimo quod ſic, ſi vel tempus ſolutionis elapſum, vel in mora periculum ſit, vt latè ſuperius dictum fuit: quia adhuc verum eſt dicere, quod ſtatutum & conſuetudo loci iudicij ſeruari debet in iſtiuſmodi. *l. in fin. ff. de teſtib. l. cum clericis. C. de Epiſc. & cler.* & in his quæ ad ordinationem iudiciorum pertinent * forenſes ligan-
3. tur ſtatutis loci vbi conueniuntur. Iaſon & alij *ad d. l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide cathol.*

CAPVT XII.

De renunciatione immunitatis & priuilegij, de nō arreſtando.

SVMMARIA.

1. *Renunciatio immunitatis nundinarum an valeat.*
2. *Nundinæ publicum fauorem continent.*
3. *Renunciatio feriarum an ſubſiſtat.*
4. *Argumentum bonum eſt à Lege ad pactum.*
5. *Princeps ſua lege immunitati eccleſiæ non præiudicat.*
6. *Debitor an in eccleſia capi poſſit.*
7. *An ad arreſtum quis ſe obligare poſſit.*

Illud autem quæri poteſt, anne debitor immunitati huic temporis aut loci renunciare poſſit? Sanè * ad tempus quod attinet, non 1.
dubium eſt, quin immunitati nundinarum renunciare poſſit: quia * licet fauorem publicum 2.
habeant nundinæ, ſcilicet, vt hinc inde merces in ditionem vel ciuitatem, quibus illa eget, inuehantur, principaliter tamen de priuatorum commodo agitur, & ſic regulæ communi ſtandum eſt, quæ habet: Quod quoties priuato fauore lex aliquid principaliter introducit, licèt ſecundario publicam cauſam annexam habeat, renunciari huic fauori poſſe. Doctor. *l. ad l. ius publicum ff. de pact.* Alciat *num.* 33. *& alij ad l. penult. C. de pact* Bart *ad l vniuer. num* 2. *C. de legat. libro* 10. modò tamen renunciatio iſta ſpecialis ſit & expreſſa, *l.* 1. *& ibi Roma. & alij, ff. ſi quis in ius voc.* Vnde grauiter peccare videntur nonnulli temporis noſtri pragmatici, qui generalem renunciationem ſufficere arbitrantur, ſicut omnia incocto & indigeſto ſtomacho accipere ſolent. Bonus autem Iudex, facilè animaduertet ex verbis fusè vel ſtrictè prolatis, quatenus renunciatio ſeſe extendat, & an ad nundinarum libertatem ſeſe porrigat. Quod ſi certo in loco, feriarum id honorem diuini numinis introductarum, is honor, & ea religio fuerit, vt in illis ipſis omnino ſiſtere debitorem non liceat; exiſtimauero * renunciationi 3.
locum non eſſe, iuxta vulgatam regulam, quod ferijs in honorem Dei conſtitutis, renunciare non licet *glo. ad ca ſi feriaris de fer. l. fin. C. illo tit.* Iaſon *ad l.* 1. *num.* 4. *ff. eo.* Sic etiam nemo conſentire poſſet (ni fallor) vt in loco ſacro capi poſſet. Iniuria quippe ſit Deo & Sanctis quādo in eccleſia Dei & Sanctorum talia aguntur. *c. frat. c. miror.* 16. *qu.* 4. & aliàs qui in loco ſuo immunitati monaſterij præiudicaret. Et licèt ius monaſterij pro futuro tempore non tolleret, eſſet tamen plena res mali exempli; neque poſſet debitor renunciare fauori ſuo mixto cum fauore alterius. Paul. Pariſius *conſ.* 73. *nu.* 41. *&* 42. *lib.* 1. & in venerabilib. iſtis locis: cum pace & quiete, vota conuenit celebrari. *l. denunciamus. C. de his qui ad eccleſ. confug.* adeo vt in præiudicium illius, principes ſeculares diſponere non poſſent. *c. quæ in eccleſiarum. c. eccleſia. de conſtitu.* Aufrer. *deciſ. Tholoſ. q.* 422.

Quod * verò lege aut ſtatuto fieri non po- 4.
teſt, pacto quoque fieri nequit. *l. fin. C. de reb. alien. non alie. l. fin. C. de fideiuſſ.* quia pactum, lex, & ſtatutum, æquiparantur. *c. ſacroſancta. c. Maſſana de elect.* & maior eſt poteſtas legis, quàm hominis qui legi ſubeſt, ait Præſes *ad locum, à pacto ad legem.* Cæterum hic paulò altius ſiſtendum eſt: Sunt qui exiſtimant, quod ſi tenerer reſtituere rem aliquam, & ad eccleſiam confugero, nihil mihi immunitas prodeſt. *l.* 1.

C.de his qui ad eccleſ. confug. ibi. Nec ante ſuſcipiantur, quàm debita vniuerſa reddiderunt. Et quamuis textus ille loquatur de ſeruis, idem tamen iuris eſſe in liberis hominibus, concludit Azo. *in ſumma ibi:* quia debitor tributorum, pro debito in eccleſia capi, & ab ea extrahi poteſt, *l. nemo C. de exact. tribut. lib.* 10. quippe quod fiſcalium ratio, & militibus, & priuatis, & ipſis quoque templis, & vniuerſæ denique Reipublicæ vtilis atque neceſſaria eſt. *Authen. de mandatis princ. § publicorum col.* 3. Oldrad. *conſi.* 54. *in c. Aufugiens.* Nam aliàs ſi cum ego rem meam tibi commodarem, vel mutuo centum mutarē, vel merces venderem, tu ad eccleſiam confugeres, & res meas conſumeres, daretur tibi occaſio delinquendi contra *l. conuenire ff. de pact. dotalib.* & immunitas eccleſiæ quæ ad vitæ & membrorum conſeruationem eſt conceſſa ius pecuniarum, vel burſale partis lædere non debet. *l.* 2. *C. de ius voc. c. de raptoribus.* 36. *quæſt.* 1. Ideoque prouiſio extrahendi conceſſa fuit à Senatu Burdegalenſi, cuidam mercatori, contra ſuum Inſtitorem teſte Boërio, *quæſt.* 215. *incip. incarceratus.* & Rebuff *ad ord. reg. tom.* 2. *titu. de immun. eccleſ. gloſ.* 2. *num.* 2.

5. Alij verò † contrà dicunt, quod Imperator non potuit per ſuum ius nouiſſimum præiudicare immunitati eccleſiæ, à lege conceſſæ, cum iſtud priuilegium ſit datum non ſubdito, iuxta ea quæ not. *in c. nouit. de iudic.* tum etiam canon generaliter loquitur *d. c. miror.* & immunitas iſta ex iure diuino profluxit, *cap.* 2. *lib.* 3. *Regum.*

6. Alij † verò opinantur, quod inſpecto iure communi, debitor non poteſt in eccleſia capi, nec inde extrahi. *l. præſenti, C. de his qui ad eccleſ. confug.* quia liber homo de iure non poteſt capi pro debito, niſi ſit ad hoc expreſſe obligatus, *l. ob æs. C. de act. & oblig. c. lator de pign.* Imò nec extra eccleſiam caperetur, ſi bonis cedere velit, *l.* 1. *C. qui bon. ced. poſ.* inſpecto tamen iure municipali, ſecundùm quod capitur quis pro debito, ab eccleſia extrahi poſſet, cum perſona per ius municipale ſit affecta, ne creditor defraudetur re ſua, vel ſibi debita. Ego verò exiſtimo opinionem hanc, quod renunciare non liceat, eſſe veriſſimam, & reliquas eſſe falſas. Nam præterquam quod aliàs ſemper in dubio fauendum eſt eccleſiæ, & eius immunitati. *d. l. præſenti.* nuſquam tamen cautum eſt, in hac ſpecie, eccleſiarum immunitatem non prodeſſe his, qui ad eas confugiunt: & ideò regulæ ſtandum eſſe reſpondent Abbas *in c inter alia. num.* 22. *de immu. eccle. per text. in d. l. præſenti.* Rodericus *ad l.* 2: *de los gouiernos quæſt.* 5. Didac. Couuar. *libr.* 2. *variar. reſol. c. vltim num.* 14. *verſi. ſed profecto.* vide latius ſuper *cap.* 6. *in princ.* etiam ſi debitor ſit obnoxius publicis tributis. Cyn. *ad d. l. præſenti.* quia nouellæ Cæſarum Conſtitutiones, tamquam iure Pontificio in hac re contrariæ non ſunt recipiendæ. Poſſet tamen fortaſſis, inquit Didac. hoc admitti in mercatoribus & campſoribus, qui maximo Reipublicæ diſpendio, ex pecuniis & rebus alienis, dum negociationem quæſtuariam exercent, operā vſuris & fœnoribus ſtrenuè dantes, lautè & opiparè viuentes, & decoctores tandem verſuram faciunt, & ad eccleſiā fugientes, creditores omnes miſerè fallunt: quod quidem grauiſſimum crimen eſt, & ob id hi famoſi latrones appellantur. Sed, inquit, an iuſtè fiat, aliorum iudicium eſto, quamuis id iure fieri poſſe exiſtimet Boërius *d. deciſ.* 215. *n.* 7. quo in loco plura de his mercatoribus tradidit. Addit præterea Couarruuias, in ſupremo Prætorio Hiſpaniarum Regis Principis noſtri, reſcriptum fuiſſe eccleſiaſticis Iudicibus, vt præſtita per Iudicem ſecularem cautione, de non puniendis criminaliter debitoribus, ipſos debitores quoſcumque ab eccleſiis abducerent, & eorum bona, ſi quæ in in eccleſiā attuliſſent, auferrent. Sanè mores noſtri oſtendunt, decoctores ad eccleſiam, & monaſteria confugientes, abſtrahi non poſſe. Ex quibus omnibus etiam exiſtimo, huic iuri debitorem renunciare non poſſe ad diuini numinis venerationem eſt introductum.

An vero* quis ad arreſtum ſe obligare poſſit? de quo diſputant Doct. *in l.* 2. *ff de liber. hō exhib l. Titio. § Titio ff. de condit. & demonſt. l.* 1. *C. qui bon. ced. poſ.* inutilis eſt quæſtio, nā cum ſtatutū & conſuetudo arreſtū permittat, cur etiam pactū hoc nō permittat, non video, quia ab vno ad alterū eſt iuſta argumentatio, vt eſt videre apud D. Præſid. *in loc à pact. ad ſtatut.* Sed de clerico, an poſſit ſe obligare ad ſeruandum arreſtum in cuſtodia iudicis laici, plus momenti habet, & de eo loquitur Guid. Pap. *quæſt.* 61. remiſſiuè ad Ioan. Fab. *in § cùm eo quoque, n* 3. *Inſtit. de actio.* ſed quoniam de hoc ſatis dictum eſt ſuperius. *ſub cap. de his quor. bon. legit. arreſt. n.* 14. de illo *cap.* 4. *de his qui & quor. bon. arreſt. non poſ. n.* 15. actum non agam. 7.

CAP. XIII

Renuntiatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris.

SVMMARIA

1. *Hæres eius qui perſonam ſuam obligauit, an capi poſſit.*
2. *Priuilegium perſonale, aut pactum, perſonam non egreditur.*
3. *Hæres compelli poteſt ad omne id, ad quod compelli poterat defunctus.*
4. *Inſtrumentum publicum meretur executionem contra hæredem.*
5. *Quilibet in contrahendo aut renunciando, præſumitur ſe cōformare legibus vel ſtatutis patriję*
6. *Renunciatio immunitatis quid tacitè in ſe contineat.*
7. *Hæres vtrùm arreſtari poſſit, antequam ipſi fides aliqua de debito facta ſit.*

8. *Here-*

8. *Hæredem debitoris ſui qui arreſtat, probare debet eum hæredem eſſe.*

PORRO autem cùm eadem ſit perſona hæredis & defuncti, iuris poteſtate & fictione; dubium eſſe poſſet, vtrum hæc fori & immunitatis renuciatio etiam ſtringat hæredem renunciantis, veluti ſi, vt ſæpe fit, debitor meus ruſticus, renunciet immunitati nundinarum, certum eſt enim, quod eo caſu die nundinarum ſiſti atque arreſtari poterit. Sed an eo mor-
1. tuo, hæres eius poſſit, quæſtionis eſt. Et † quidem prima facie negatiua pars probabilior videtur, quia quando debitor obligauit perſonã & bona ſua, ratione huius obligationis hæres capi non poteſt, licèt debitor potuiſſet. Bart.
2. *ad l. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cog.* tum † quia conuentio eſt merè perſonalis, quæ ad aliam perſonam non tranſit, ſicut etiam non tranſit priuilegium perſonale. *c. priuilegium de reg. iur libro 6.* tum quia hæres ad hoc non fuit obligatus, nec potuit defunctus hæredem qui neque deliquit, neque contraxit, ad arreſtum, & ſic per conſequens ad carcerem, niſi ſoluat, aut caueat obligare; ſed illa obligatio cenſetur extincta per mortem debitoris, quo ad hæredes, teſte Benedicto de Barzis *in tract. de guarant. quæſt. 9. primæ partis.* Et ait Rebuffus *d. tomo 1. art. 3. gloſ. 2. num.* 13. ex differentia, quando lex, vel ordinatio concedit ius capiendi debitorem, nunc etiam hæres detineri & capi poſſet, quia debitor eſt, & quia lex ſemper loquitur. *l. Arriani C. de hæreti.* Quod non eſt in tali contractu, qui merè eſt perſonalis, & lege non adiutus; & ideo ad hæredes non tranſit. Iaſon *ad d. l. ſi deceſſerit, colum. 3. ff. qui ſatiſda. cog. facit lex 3. & ſeq. ff. de cenſib.* & ideo, inquit, is qui conuenit, vt non facta ſolutione præſtita die, poſſit detineri & in carceres coniici, ſi non ſoluat tali die, capi poteſt, quia eſt in mora, & ſic in culpa. Sed hæres qui in ius alterius ſucceſſit, iuſtam habet ignorantiæ cauſam an debeatur. *l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* ideo non eſt in mora. & ſic nec in culpa: vnde detineri, aut in carceres detrudi non debet.

Econtrario verò videri poſſet, affirmatiuã partem eſſe veriorem, quia hæres cenſetur eſſe vna eademque perſona cum defuncto, *vt in authent. de iureiur. à mor. præſt. col* 4. *l. hæred. ff. de reg. iur.* ſuccedítque cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis, *l. vitia. C. de acq. poſſeſſ. l. Pomponius ff. illo tit.*
3. & ad id ad † quod poterat compelli defunctus, poteſt etiam compelli hæres eius, *l. poſtulante. ff ad S.C. Trebell.* licèt verbis legis non exprimatur. Ad cuius legis interpretationem reſpondet Bartolus, hæredẽ debitoris, vinculis mancipari poſſe, ſi ipſe debitor potuiſſet; quia hæres debitoris etiam debitor eſt, à quo inuito debitum exigi poteſt. *l. debitor. ff. de verborum*
4. *ſignifi.* & inſtrumentum † publicum, quod meretur executionem contra eius hæredem. Imola & Angel. *ad l. 1. ff de his quæ in teſta del.* quia ex quo debitor eſt obligatus inſtrumento, obligatio ipſius hæredis, virtualiter quoque continetur in inſtrumento, licèt hoc ibi non exprimatur. *argu l. 1. C. ſi cert. peta. & l. ſi pactum. ff. de prob. l. 1. ff. quor. leg.* vbi notat Bald. quod exceptio, Tu non es nominatus in inſtrumento, non nocet hæredi, quia nominato auctore, cenſetur etiam hæres eius eſſe nominatus. Alexand. *ad l. in ratione. § ſi filio. colum. 5. ff. ad l. Falcid.* aliaſque *in l. ex contractu ff. de re iud.* clarè dicitur ius executiuũ tranſire contra hæredem, qui non eſt noua perſona, ſed eadem cum defuncto, teſte Bart. *ibi.* Et quamuis ius exequendi nondum natum, non tranſit ad hæredem. *arg. §. ſeruus. Inſtitu de cap dimi.* tamen quando iam eſt in eſſe productum, tunc illud ius exequendi formatum, tranſit ad hæredem. *l. ſi ſuperatus* §. 1. *ff. de pignor, l. ſi mater.* §. 1. *& l. iudicata ff. de excep. rei iudic* Barto. *ad l. 3. quæſt. 4. C. de pignor.* Et quemadmodum ſtipulator cenſetur non ſolum ſibi, verum etiam hæredibus ſuis, etiam ſi eorum nulla facta ſit mentio, ſtipulari. *l. ſi pactum. ff. de probat.* ita econtrà, & promiſſor quoque de hæredibus ſuis intellexiſſe, eoſque obligaſſe videretur. *l. 2. ff. de verbor. obligat.* ex quo generale illud axioma profluit, quod omnia pacta actiuè & paſſiuè tranſeant in hæredes; etiam ſi de illis mentio nulla facta fuerit; adeo vt plerique exiſtiment, hæredem non excludi, etiam ſi in renunciatione vel promiſſione adiecta fuerit dictio taxatiua. Qua de re in vtramque partem, multa ſuo more accumulat Tiraquel. *in tract. de vtroque retractu, c. de retract. conuent.* §. 1. *gloſſ. 6. num. 3.* cum multis ſequentib. quæ omnia hoc vno loco referre non expedit. Ego hîc conſidero quod in ſimili, licet pactum non valeret, quod debitor omiſſa citatione, & cauſæ cognitione capi, & carcerari poſſet, vt exiſtimarunt Baldus *conſil. 181. libro 3.* Ripa *ad l. obligatione, numero 27. ff. de pignor. & hypoth.* Angel. & Alexand. & alii, *ad l. alia. §. eleganter ff ſolut. matr.* Panorm. & Felyn. *ad cap. de cætero. de re iudic.* valet tamen eiuſmodi conſuetudo. *l. miſſi opinatores. C. de exact. tribu. libr.* 10. quamuis enim quicquid poteſt fieri per actum, poſſit etiam fieri per conſuetudinem. *l. fin. & ibi id notant* Baldus, Bart. Salycet. & alii. *C. de fideiuſſ.* Infinita tamen ſunt quæ per Legem, Statutum, aut Conſuetudinem introduci & fieri poſſunt, pacto autem defendi non poſſunt. Caſtrenſis, Bart. & alij, *ad l. non impoßibile. ff. de pact.* præcipuè ſi ſtatutum, aut conſuetudo, nihil quod ſit turpe, aut quod bonis moribus vel naturæ aduerſetur contineat, vt latè explicat D. Præſes Nicolaus Euerhardi in loco à pacto ad legem, &c. Vnde non ſine ratione dicit Ripa loco mox citato, quod ſubmiſſi carceribus & arreſtis, paſſim arreſtentur abſque citatione, non quidẽ in vim alicuius pacti, ſed in vim cõſuetudinis pactum approbantis. Quæ tamen conſuetudo, cum in facto conſiſtat, niſi eſſet notoria, proba-

ri deberet.*c.1. de conſtit. lib. 6.* Et hæc quidem Ripæ ſententia, proximè ad deciſionem huius quæſtionis pertinere videtur: Nam † cum qui-
5. libet contrahendo & renunciando videatur ſe retuliſſe ad leges patrias, iiſdemque ſeſe conformare voluiſſe, *l. hæredes mei §. cum ita.* & ibi Doct. *ff. ad Trebell.* latè Alciat. *reg. 3. præſumpt. c.*
6. 32. certè debitor † qui huic priuilegio fori renunciat, voluiſſe videtur, quod conſuetudo vel lex patria, in hanc renunciationem more ſuo influeret & hæredem contineret, qui ſe iniuria affici, ſi arreſtetur die nundinarum, conqueri non poteſt, cùm ſciat vel ſcire debeat, eam eſſe conſuetudinem atque ſtatutorum conditionem & naturam, vt ſicut luna dominatur corporibus, iiſdemque qualitates ſuas immitit, ita etiam conſuetudo vel ſtatutum dirigit humanas actiones, & ſubintrat contractum, vt ſecundùm eius præſcripta ſeu obſeruationē contractū eſſe videatur, *l. in lege. ff. locat.* Chaſſ. *ad conſuet. Burg. des droicts à gens mariez.* Rubri. *femme mariée. §. 2. ad verb. ſelon la generale couſtume. num. 1. 2. 3. & ſeq.* Ceſſante vero conſuetudine, aut ſtatuto, quamuis animus hic multum fluctuet, non auſim à communi opinione recedere, quæ eſt in proximis terminis; quod ſi debitor in inſtrumento expreſsè conuenit, quod ſi ſtatuto die non ſoluerit, poſſit incarcerari; præſuppoſito quod tale pactum valeat; hæres debitoris quamuis non ſoluat, non tamē poterit in vim illius pacti incarcerari, quia hæc promiſſio, iuriſque renunciatio, cohæret perſonæ & ideo ad hæredem non tranſit. Ita decidunt Pavt *nu.* 1. Iaſon *nu.* 13. & alij *ad d. l. ſi deceſſerit*: tum etiam quia plus poteſt ſtatutum quàm pactum. Bart. *ad l. omnes ff. de Inſtit. & iur.* & quando verba pacti ſunt dubia, contra eum qui ex pacto ſe fundat, & apertius de hærede dicere potuiſſet, fit interpretatio, *l. veteribus. ff. de pact.* Et quamuis hoc quod dixi,* hæredem
7. contineri renunciatione, ſi modò aliàs ſtatutū iuuet ipſam renunciationem, eidemque adſiſtat, intelligunt quidam, vt tamen hæres prius citetur Bald. *ad l. per diuerſas C. mand.* Angel. & alij *ad l. intra. ff. de iudic.* doceaturque quod hæres eſt. Caſtrenſ. *ibid.* Ego tamen puto, quod arreſtum non impedietur, ne abeundi occaſio inſtruatur, & quod etiam de iure ſuffecerit, ſummariè iudicem informare, ampliorémque probationem offerre; quemadmodum & in huiuſmodi negociis & rebus lex ſummariè, & ſecundùm qualitatem negocij, procedendum eſſe monet, vt ſumptus litium, qui multos conſumunt, euitentur, & ſic non fiat diuerſus proceſſus, vt ait Rod. Zuarez *d. l. poſt rem. extenſione 1. num. 3. verſi. ego ſeruabam ff. de re iud.* & elegantius *in 5. limitatione eiuſdem l. num. 5. verſicul. conſilium eſt.* Quod in noſtra hac prouincia dubium non habet, vbi, vt inferius dicemus, moribus receptum eſt, creditorem ſuo periculo arreſtare eum poſſe, qui legitima exceptione munitus eſt, licèt in progreſſu cauſæ certum ſi

quod † debet tamquam fundamentum intentionis ſuæ, probare, arreſtatum hæredem eſſe, adeoque perſonam illius eſſe talem, contra quā executio eiuſmodi fieri poſſit. Inno. *in c. quia de iudic.* Bald. *ad l. ſi quis curialis. C. de epiſc. & cler.* Latè quoque *lib. 1. forenſ. Inſtit. c. 4.* tractat Imbertus, vtrum inſtrumentum, aduerſus hæredem, in vim pacti, executioni mandari poſſit; & tandem ait non poſſe, ſi pactum merè perſonale eſt; niſi tamen per ſtatutum probetur: veluti ſi caueatur ſtatuto, debitorem eiuſve hæredem prehendi, & in carcerem mitti poſſe, quod etiam nunc probaui. 8.

CAP. XIV

Quando arreſtatus videatur priuilegio fori tacitè renuntiaſſe.

SVMMARIA.

1. *Dicens ſe arreſtari nō poſſe, declinatoriè excipit. & ante litem conteſtatam hoc opponere debet.*
2. *Ius reuocandi domum, an & quando proponi debeat ante litem conteſtatam.*
3. *Tempus arreſti facti ſpectamus, ſicut & contractus & delicti, quoad conditionem perſonarū.*
4. *Laicus poſt delictum factus clericus, à quo Iudice veniat puniendus.*
5. *Exceptio declinatoria poſt litem conteſtatam ſuperueniens an oppoſita proſit.*

ET hæc quidem de expreſſa renunciatione immunitatis aut priuilegij: tacitè autem renudciaſſe videtur arreſtatus huic priuilegio, aut immunitati, ſi ante litem in materia arreſti conteſtatam, non excipiat, quod illic arreſtari non potuit; quia † hæc eſt exceptio declinatoria quæ ante litem conteſtatam opponi debet, & poſtea opponi non poteſt. *l. ita demum. C. de procur. c. inter. de except.* Is enim qui dicit ſe arreſtari non poſſe, aduerſus Iudicem arreſtantem excipit, & ſe coram eo, in vim dicti arreſti, conueniri non poſſe contendit, aut certè dicit, quòd licèt fortè iure communi propter contractum conueniri poſſet, tamen propter priuilegium ſuum non tenetur ibi litigare, aut reſpondere. Sic & Inno. Ioan. And. & alij *ad c. ſi. de foro comp.* & potiſſimum Socinus *ibi 7. q. in princ.* decidunt, quod † ius reuocandi domum, cui iſtud eſt ſimillimū, debet ante litem conteſtatam proponi; quod tamen limitat duobus modis: Primò, vt procedat quando ius reuocandi domum competebat ante litem conteſtatam, ſecùs ſi cœpit competere poſt litem conteſtatam: quia tunc poteſt proponi, etiam poſt litem conteſtatam, iuxta notat. per Iaſon *ad d. l. ita demum.* Secundò, vt procedat, quando omnia adhuc ſunt integra; ſed ſi is, cui competit ius reuocandi domum, ſuccubuit per aliquam interlocutoriam ſententiam ſuper aliquo articulo, 1. 2.

articulo, nec appellauit, tunc amittit hoc priuilegium, Specu. *in tit. de renunc.* §. 1. *verſi. quod ſi is.* Ex quibus duabus limitationibus, videretur etiam hic dici poſſe, quod ſi quis eſſet arreſtatus, antequam fieret clericus aut ſcholaris, aut aliàs talis qui arreſtari non poſſet, & poſtea fieret non arreſtabilis, non ualeret tamen arreſtatio, & poſſet adhuc excipi contra eandẽ, vel ſaltem ea reſolueretur; quod non puto eſſe verum, quia † debemus ſpectare tempus arreſti fa-
3. cti, ſicut ſpectamus tempus contractus, *l. Rutilia ff. de contrahen empt.* & tempus delicti, *l. 1. ff. de pœn.* & per arreſtum videtur arreſtatus fuiſſe præuentus à Iudice arreſtante. *l ſi quis poſteaquam. ff. de iudic.* vbi eſt clarus & apertus textus, cuius verba ſunt hæc. *Si quis poſtea quam in ius vocatus eſt, miles vel alterius fori eſſe cœperit, in ea cauſa ius reuocandi domum non habebit, quaſi præuentus.* & vbi cœptum eſt iudicium, ibi finiri debet. *l. vbi cæptum eod. tit. & glo.* ibi notat, quod ſufficit eum potuiſſe in ius vocari tempore citationis. *l. pen. ff. de iuriſd. om. iud l. incol. ff. ad municip.* quia per citationem tam realem quæ fit per arreſtum, quã per verbalem inducitur præuentio. Bald. *in l. officiales. C. de epiſc. & cler.* & factum legitimè non retractatur, etiam ſi poſtea caſus ſuperueniat, à quo incipere non poteſt *c. factum legitimè de reg. iur lib. 6.* Verum eſt quod Bart. *in tract. de iuriſd. num.* 8. decidit, quod † ſi
4. laicus is, qui delictum admiſit, quod admiſſum delictum clericus fiat, debet puniri per Iudicẽ eccleſiaſticum, & non per Iudicem laicum niſi in fraudem factus ſit clericus. Sed Bald. & alij *ad d. l. officiales* ſupplent, vel etiam niſi à Iudice ſeculari, per citationem fuerit præuentus, aut niſi fuerit degradatus. Illud tamen verum eſt, quod etiam in illis caſibus non poterit puniri delinquens, poſtea factus clericus, à ſeculari iudice, ea pœna, quam non poſſet ſuſtinere propter ordinem, & ſic non puniretur ab eo corporaliter, ſed hæc pœna commutabitur in aliam *l. hos accuſare. § vlt ff. de accuſ.* niſi eſſet ordine poſtea motus, quia tunc ab omni clericali priuilegio excidit *c. degradatio. de pœn. lib. 6.* & ita in ſuprema Curia Pariſienſi iudicatum fuiſſe anno 1371. refert Coſtalius *ad d. l. ſi poſteaquam.* Probatur etiam hæc noſtra deciſio apertè *in l. cum quadam puella ff. de iuriſdict. om. iud.* vbi dicitur quod licet puella, durante lite nubat & ſequatur domicilium & conditionem mariti, tamen hoc non ſubtrahit illam à iuriſdictione Iudicis, qui illud matrimonium præuenit, & coram quo illa nondum nupta litem conteſtata fuit; & quod priuilegium fori poſt præuentionẽ accedens, non proficit præuento, vt iudicantis imperium declinet. Quod igitur
5. dicitur * exceptionem declinatoriam, quæ poſt litem conteſtatam ſuperuenit, poſtea opponi poſſe, intelligo de ea exceptione, quæ verè quidem competebat ante litem conteſtatam reo, ſed non ſciuit illam ſibi competere, niſi poſt litem conteſtatam, veluti ſi ignorans tempore arreſti facti, iam erat legatus factus, aut ſi ignorauit hoc priuilegium ſibi & ſui generis hominibus competere, quia ignorans non conſentit, & iuriſdictio ſine conſenſu, aut per errorem, non prorogatur, vt eſt elegans textus *in l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iudi.* De quo errore cùm conſtat, facilè apparet, etiam ſecundæ limitationi Socini non eſſe locum propter eandem rationem.

CAP. XV.

An arreſtatus præſtando cautionem de iudicio ſiſti, priuilegio fori renuntiaſſe videtur.

SVMMARIA.

1. *Cautio de iudicio ſiſti quomodo intelligatur.*
2. *Cautio de iudicato ſoluendo, non prorogat iuriſdictionem Iudicis.*
3. *Satiſdans de parendo mandatis Iudicis, an renuntiet fori priuilegio.*
4. *Qui petit ſibi caueri de refundendis expenſis, aut ſoluit ſportulas, non videtur ob hoc in Iudicem conſentire.*

DIſputari etiam poſſet, an ſcholaris vel alius quiſquam per hoc priuilegio ſuo renunciaſſe, & forum Iudicis loci in quo arreſtatus eſt, approbaſſe & prorogaſſe videatur; quod cautionem præſtat de iudicio ſiſti ibidẽ. Et paucis dicendum eſt, quod non ſecundùm Bart. *in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iudi.* quia ea † cautio intelligitur, niſi iudex ex iuſta cauſa recuſetur. Nam *& in authen. offeratur. C. de litiſ conteſt.* poſt ſatiſdationem datur adhuc tempus 1.
ad deliberandum, an reus Iudicem adhuc recuſare velit; & ibi not. Zaſ. *numer.* 2. quod non ſolum poteſt reus mutare uoluntatem, aut litem conteſtatã, ſi promiſit iudicio ſtare, & ſi ſatisdedit teſtando in lite, vſque ad finem; verum etiam ſi copiam libelli petiit, & genus actionis ſibi exhiberi. Quod rationem habet; quia præſtando cautionem iſtã de iudicio ſiſti, intelligitur promiſiſſe non ſolùm reſpectu principalis debiti petiti, ſed etiam reſpectu exceptionis declinatoriæ, poſtea per eum proponendæ. Et * idẽ eſt, ſi caueat de iudicato ſoluendo, ſecundum Bart. *in l. vir bonus ff iudic. ſolu.* quia intelli- 2.
tur, quod promittit ſoluere iudicatũ, ſi inuentum fuit quod exceptiones declinatoriæ, & aliæ per eum proponendæ inuentæ fuerunt, de iure non eſſe receptibiles, & non aliter. Et Bal. *ad l. 2. C. de bon. auctor. iudi. poſſ.* dicit, quod * qui 3.
ſatiſdat de parendo mandatis Iudicis, non renunciat priuilegio fori, ſed ineſt cõditio, ſi de iure tenetur. Et ideò inquit Felynus, *in c. inter monaſterium numero 9. de ſentent. & re iudic.* cùm quidam rusticus ſubditus Capitanei Piſani, præſtitiſſet ſatiſdationem, de parendo manda-

tis Iudicis, reſpondi, quod adhuc poterat allegare incompetentiam, quamuis ſatiſdediſſet. Et confirmatur hoc *per l. ſi quis libellos. C. de appellat.* vbi ſi quis libellos appellatoris inferat coram Iudice appellationis, & deſiſtat antequam ſit acceptum iudicium, non cogitur perſeuerare in lite. Sed aliud eſt, ſi omnino conſtaret de voluntate arreſtati, quod vellet approbare Iudicem loci arreſti,& poſſet illum approbare; clericus enim non poteſt, *c. ſi diligenti. de for. comp.* Et quamuis Doctor. diſtinguunt *in d. l. ſi conuenerit*, inter ſatiſdationem neceſſariam & voluntariam, vt ex illa non inducatur approbatio iudicij, ex iſta verò ſic, vt per Alexand. latè *in l. quidam conſulebant, ff. de re iud.* Tamen longè ſatius & ſecurius eſt, vt arreſtatus præſtando illam cautionem proteſtetur, quod non intendit conſentire in Iudicem, niſi quatenus teneatur. Et prædictam reſolutionem etiam tenet Aufrerius *Deciſio Capell. Tholoſ. 180. incip. Item fuit quæſitũ, ſi aliquis fuit conuentus.* Vbi etiam addit, quod non videtur conſentire in Iudicem, ſi petat † ſibi caueri de re-
4. fundendis expenſis, aut ſi ſportulas ſoluat. Videmus enim has cautiones ab initio præſtari apud Iudicem ab eo, qui ius reuocandi domũ habet. *l. 2. ff. de iudic. c. fina. de for. compet.* & D. Anthon. *ad c. 1. de iudic.* nec tollitur exceptio declinatoria per illum actum, quem pars facit ante litem conteſtatam, idem D. Anthon. *in d. c. inter.* Sed eam diſtinctionem puto hîc non eſſe neceſſariam, ſi non apertè conſtet, aut colligatur, quod arreſtatus voluit in Iudicem illius loci conſentire; quia qui ſatiſdat de iudicio ſiſti ibidem, licèt vltro faciat, vt per eam ſatiſdationem ab arreſto relaxari poſſet, tamen quodammodo neceſſitate coactus facit, quod aliter relaxari & domum ad ſuos redire non poteſt, & ſi aliter poſſet euadere, vtique non præſtaret eam cautionem, & ſic eſt hic quædam cauſatiua neceſſitas in eo, licèt non coactiua, quod ſufficit ne aliquo modo videatur per hæc in Iudicem illum conſenſiſſe.

CAP. XVI.

Quæ ſint neceſſaria, vt debitor, vel quis alius arreſtari poſſit.

SVMMARIA.

1. *Extraneus tantum, aut ciuis ſuſpectus arreſtari poteſt.*
2. *Suſpectus debitor quando dicatur.*
3. *Arreſtatio non fit, niſi creditore poſtulante.*
4. *An ſit ante arreſtationem apud Iudicem facienda ſummaria aliqua probatio de debito.*
5. *Res aliena arreſtari non poteſt.*
6. *Res apud debitorem inuenta, eius eſſe præſumitur. &* 8.
7. *Vxor quo pacto ſuarum rerum arreſtatione ſe opponat.*
9. *Pendente alteratione ſuper proprietate rei, an arreſtatio rectè fiat.*
10. *Bona debitoris ſi apud tertium exiſtant, quid iuris.*
11. *Res pignori obligatæ an arreſtari poſſint.*

NOn dubium eſt, quin graui iniuria afficiatur, qui ex cauſa non legitima ſiſtitur ſeu arreſtatur, cuiuſve bona nullo iure detinentur, quod ſequenti capite latiùs dicemus. Et ideo antequam creditor ad arreſtum deueniat, curare debet Iudex, vt citra omnem iniuriam cauſa inſtituatur. Nam vt Plato ait, legum ſanctio huc reſpicit, vt feliciſſimi ciues ſint, ac maximè inter ſe amici; qui ſanè amici nunquã erunt, ſi mutuis iniurijs vexentur, etſi quàm minimè hæ ſint atque pauciſſimæ. Igitur qui bona vel perſonã alicuius ſiſtere vel arreſtari intendit, obſeruare debet principio, quod non niſi forenſis & † extraneus ſiſti vel arreſtari poteſt. Ciuis enim coram ſuo Iudice conueniri, 1.
iuxta conſuetum iudiciorum ordinem debet: & ſi de dilapidatione ſuſpectus eſſe incipiat, vt ſunt nonnulli, quorum largitio fundum non habet, & de quibus illud Claudiani dictum videri poteſt, *Præceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos Aurea dona vomens, &c.* tunc interdici ei poteſt, ne bona ſua alienet. Quæ tamen interdictio non temerè, ſed plenè cauſa cognita fieri debet, citato eo, cui interdictio facienda eſt, *vt l. in cauſa §. cauſa cognita. ff de minor. l. ſi deſerta. C. ſi propter pub. penſit.* Sicut etiam fieri ſolet, quãdo adoleſcenti perdito & luxurioſo, mulierique luxurioſè viuenti, bonis interdicitur, *l. ſi vero §. adoleſcens, ff mand. l. mulieri. ff. de curat furioſ.* Quod ſi verò hic ſuſpectus ciuis debitor iam abitum quoque paret, etiam bona illius ſiſti poſſunt, cùm ipſe eo caſu rectè detineatur. Bartol. & alij *ad l. de pollicitationibus in fin. ff. de pollicita.* Bald. *ad l. per diuerſ C. mandat. & ad l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſda. cog.* vbi latè Iaſ. Roman. *conſ. 241. inci. Spectabiles.* Alexand. *conſ. 101. lib. 2.* Suſpectus † autem dicitur, ſi officina eius præter conſuetum morem clauſa maneat. Bartol. Angel. & alij *ad l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog.* ſi 2.
iam exercet ludos iure prohibitos, ſi ſub grauibus vſuris pecuniam accipit; ſi bona ſua mobilia teneat loco ſecreto, vnde facilè auferri poſſent; ſi multis fideiuſſoribus ſe implicet; vel ſi quid aliud faciat, ex quo Iudex in credulitatem ſuſpicionis adduci poteſt. De qua re vt intelligo, latè Ioan. Bapt. de S. Seuerino, *in tractat. de ſuſpect. debit. quæſtion. 6. nu. 12. & alijs*, & (quem ego vidi) Paulus Pariſ. *eleganti conſilio 99. & conſilio 1. libro 2.*

Secundò * hoc priuilegium creditori non datur, niſi fuerit poſtulatum. *arg. l. 4. §. hoc indicium ff. de damn. infect.* quia ad priuatam partis 3.
vtilitatem Iudex non impartitur officiũ ſuum niſi fuerit imploratum. *d. §. hoc indicium*, ne ipſe qui inter vtramque perſonam litigatorum (vt ait Conſtantinus *in l. vbi C. de falſ.*) medius

dius eſſe debet, ſe quodammodo partem conſtituere videatur. Interpoſtulandum * verò, 4 aliqualem fidem facere oportet Iudici de debito, vel per oſtenſionem Inſtrumenti obligationis, vt cenſuit Barbatius *conſ.* 9. *colum* 10. *lib.* 3. vel per teſtes, ſi forte ſyngrapba ad manum non adſit, vel denique alia aliqua legitima & ſummaria probatione, per quam Iudex aliquo modo credere poteſt, verum eſſe quod aſſeritur. Rebuff. *ad conſtit. reg tomo* 1. *artic.* 6 *gloſſ.* 3. *numer.* 43. Sed an ſolùm iuramentum creditoris ſufficiat, dubitatum fuiſſe video: Ang. enim *ad l. nemo carcerem. C. de exact trib.* & Angelum imitatus Imola *ad l.* 2. *ff. ſolut matr.* illud exiſtimant ſufficere, propter periculum quod eſt in mora: quia vbicumque periculum eſt in mora, ad probationem ſufficit iuramentum, *gloſſ.* & Inno. *ad c. quoniam extra vt lite non conteſt iuxta l eorum. ff. de dam. inf. l. qui bon. §. ſi quis, eod. titu.* ne ſi aliæ probationes requirantur, quæ ſæpe admodum nobis ad manum non ſunt, debitor interim aufugiat. Roman. *ad d. l. ſi fideiuſſor. §. fin.* Salyc. *ad l. vnicam. C. de prohibit ſe queſt.* Ioannes Baptiſt. *d. loco quæſt.* 6. *numer.* 18. quam opinionem Caſtrenſ. quidem per totum mundum ſeruari ait; ſequiturque eam Paulus Pariſ. *conſilio* 107. *numer.* 45. *libro* 3. quia non fit plenum præiudicium debitori, qui ſola cautione arreſtum diſſoluere poteſt. Sed aliud viſum fuit Bald. *ad d l apertiſſimi nu.* 9. *C de iudic. & conſilio* 375. *numero* 3. & 4. *libro.* 1. Alexand. ſibi contrario, *in d. l.* 2. Iaſoni etiam ſibi aduerſanti, *in* §. 1. *inſt de act.* Alij verò multa ſimul requirunt, ſcilicet quod de debito aliquo modo conſtet, & quod præterea creditoris iuramentum accedat: quod iuramentum non quidem Seruienti ſeu Apparitori qui arreſtat, ſed apud Iudicem præſtetur, teſte Rebuffo *d. loco artic.* 6. *gloſſ. num.* 61. Sed vt eodem 5. loco ſubdit, *num.* 43. in multis locis, & iam ſi nihil Iudici oſtendatur, nihilq; iuretur ad ſolâ partis & creditoris aſſertionem conceditur arreſtum, *à la charge* (vt dicunt pragmatici) *es deſpens, dommages & intereſts, de la partie qui faict arreſter.* Quod & in hac patria obſeruari videmus; exiſtimat tamen illam conſuetudinem eſſe corruptelam, ſicut per Senatum eiuſmodi arreſtationem dicit ſe vidiſſe declarari nullam, quæ arreſtatio ad ſolam partis aſſertionem facta erat; quia pars quæ eam arreſtationem fieri deſiderat, nihil fortè habet, cum ſit inops. Et ideo poſt ignominioſam iſtam arreſtationem, non eſſet alteri parti, tam graui ignominia affectę ſatis conſultum. Arbitror autem ego conſuetudinem defendi poſſe, ſed non inconcoctè accipiendam eſſe; Iudex enim rationem perſonarum habere debet, & quid in huiuſmodi negotiis æquum ſit, prudenter diſcutiet, iuxta ea quæ not. Hippol. de Marſil. *ad l. quæſtionis. ff. de quæſt.* vbi admodum multos caſus refert, qui iudicis arbitrio committuntur, & relinquuntur; Quid enim ſi actor ſit vir prob. & inops, qui ſatiſdare pignoribus, aut fideiuſſoribus non poteſt, an idcircò iure ſuo excludetur, & impunita erit malitia rei? Abſit à iure iniquitas. Ideoque hoc totum, vt dixi, religioni Iudicis relinquendum eſſe cenſuit Bald. *ad ca. ſignificauit. circa medium de teſtib. per l. ſi creditores ff. de priuil. credit. l.* 3. *ff. de cond. cau. dat. l. in omnibus. ff. de iud.* Et quemadmodum Iudex poteſt eo caſu, in quo id iure ſcriptum non eſt, cum ſibi æquum videbitur, iubere cauere, idque ex arbitrio ſibi à lege dato *l. quod ſi Epheſ. ff. de eo quod certo loco.* Caſtrenſ. *ad l.* §. *ſtipulationũ* §. *de verb. oblig.* ita etiâ omittere, & remittere poteſt cautionem, ſi ex iuſt a cauſa ſibi videatur. Latè Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 1. *n.* 45. *cum ſeq.* Sanè cum debitor dicitur ſuſpectus de fuga, tunc Bald. *ad l apertiſſimi C. de iudic.* dicit ſuſpicionem per ſolum iuramentum non probari, niſi prius ſummariè probentur aliquæ cauſæ inducentes ſuſpicionem, puta, quod non poſſideat immobilia, vel quod aliquid ex his concurrat, ex quibus ſuperiùs diximus huiuſmodi ſuſpicionem generari. Et ideò Iudex cautus eſſe debet, ad interrogandum de cauſis ſuſpicionis, quæ ſi veriſimiles reperiantur, poterit procedere ad arreſtum vel capturam, vt ibi per eum, quem refert & ſequitur Vitalis *in tract. clauſular. in verb. Nihil nouari dilatione pendente.* Dec. *conſ.* 75. Caſtrenſ. *conſil.* 40. Anchar. *conſ.* 85. & ſuper iſta ſuſpicione recipi poſſunt teſtes, debitore non citato, ne fuga inſtruatur, vt ait Bald. *ad l conſentaneum. colum.* 5. *verſ. Quæro vnà cum Brutio. C. quomod. & quando iud.* Felin. *ad c. Rodulphus, de reſcript. colum. penul. in* 3. *fallent.*

Sunt etiam qui requirunt, quod ſaltem ſummariè conſtet, quod tempore contracti debiti, debitor erat idoneus, & ſoluendo, & quod ſibi aliqua calamitas inſignis euenit, aut aliter inops factus eſt. Si enim eius conditio non eſt mutata, imputet ſibi qui cum eo cõtraxit. Qua de re multa refert in ſuis memoralibus Catel. Cotta, *ap verbum, debitor.* Sed quia conſuetudo noſtra hoc non admittit, abundeque ſuperius *cap.* 5. *n pen.* ea de re dictum fuit, articuli illius tractationem, ne actum agam, hoc in loco pætermittam.

Illud verò indubitatum eſt, *quòd quemadmodũ res aliena pignori dari, aut hypothecæ 6. ſupponi non poteſt, quoniâ in rê alienâ debitor ius non habet. *l. aliena. l. rem alienã ff. de pignor. actio.* Ita etiâ res quæ non eſt debitoris, arreſtari & ſiſti non poteſt, quia creditor in eam ius non habet, vt nec debitor ipſe, & nemo alterius odio prægrauari debet, *c. nemo debet. de regul. iur. libr* 6. Et ſicut executio ſententiæ fieri non debet in rebus alterius, quàm ipſius condemnati, ſiue ſint res alterius quo ad proprietatem & poſſeſſionem, ſiue quo ad poſſeſſionem tantùm, ſiue quo ad proprietatem tantùm, vt *not. ff. de re iud. d. l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus;* & pulchrè Bal. *ad d. l. ob maritorũ, circa princ. C. ne vxor pro mari-to.*

to. Ita quoque neque arreſtatio, quæ (vt ſuperius diximus) ſpeciem aliquam executionis continet. Sed an ſi dominium rei debitori ſuperueniat, arreſtatio confirmabitur, alterius eſt loci, tractaturque *ad d.l. rem alienam.* & latè à Connano *lib.4.cap.13.num.6.* Sed nos ea de re latiùs ſuo loco proprio inferius dicemus.
6. Præſumitur tamen * quod res pertineat ad debitorem, quæ apud eum reperitur, *l. ſiue poſſidetis, C. de probat.* Doct. in *c. cùm eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & quidem præcipuè, quando non principaliter, ſed duntaxat incidenter de dominio quæritur. Innocen. *ad cap. illud, de præſumpt.* Imol. *ad ca. ex literis, de probat.* Bald. *ad l. 2. eod. tit.* Caſt. *conſ. 6. conſ. 94. conſ. 320. conſ. 177. & conſ. 30.* Quo pacto Rebuffus *d. loco. n. 52.* iudicatum fuiſſe teſtatur, aduerſus quendã generũ, qui ſe arreſto oppoſuerat, dicens eſſe ſuũ equum, qui apud ſocerum repertus fuit, nec aliter probauit. Sic eſt in bonis vxoris & mariti, quia res exiſtentes in domo, in qua indifferenter habitant maritus & vxor, potius præſumentur viri, quàm vxoris, propter præeminentiam. Vnde oportet quod vxor probet eas eſſe ſuas. *l. ſi ego §. dotis ff. de iur. dot.* vbi eſt text. not. in quo deciſum eſt, quod vxor id hodie poteſt probare, per ſcripturam priuatam mariti, ſi modo veritas aliqua ratione etiam aliter ex circumſtantijs, vel ex ipſarum rerum qualitate apparet, vt quia ſunt veſtes muliebres vel alia muliebria ornamenta, quæ vxores conſueuerunt habere, tanquam res paraphernales, vt ait Bald *ad d. l. ob maritorum, verſic. ſed nonne.* Nam ex quo ſunt ad vſum eius deputata, eaque poſſidet, præſumitur eſſe earum domina. *vt l penult. ff. de condit. inſtitut. l. 1. ff. famil. erciſc.* quod ego etiam tunc puto eſſe verum, in his rebus, quando mariti ſcriptura non concurrit.

7. Quod amplius eſt, ſi vxoris bona arreſtentur, poſſet vxor * etiam propria auctoritate inijcere manus in res ſuas detentas per maritum, ſcilicet ne occupentur per creditorem, licèt prima facie id eſſe videatur contra *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, & l. extat. ff. quod met. cauſ. & c. fin. eodem titul.* Sed verè nõ aduerſatur hoc factum legis diſpoſitioni; quia quamuis poſſeſſio fuerit in virum tranſlata, tamẽ propter communionem vitæ, ipſa dicitur poſſidere, & poſſeſſionem ſuam continuare, *l. aduerſar. C. de crimin. expilat hæredit.* quod & Chaſſanæus de bonis vxoris, à fiſco propter delictum mariti apprehenſis, reſpondit *ad conſuetud. Burg. tit. des confiſcations §. 4. n. 4. verſic. In publicatione.* Quinimò in grauiore caſu teſtatur Baldus *ad d. l. ob maritorum, in fin.* res dotales capi non poſſe, etiam pro debito vtriuſque ſimul, quando ſcilicet alienari non poſſunt: vnde ſi poſſent alienari, & vterque ſe ſuaque obligaſſet, alio iure vtendum foret. Salicet. verò *eodem illo loco, verſic. Quæro quid ſi domus, &c.*
8. diſputat * an res mariti eſſe præſumantur, quando ipſa domus non erat mariti, ſed vxoris in quam maritum induxit; Quod quidem dici poſſe videbatur, quaſi poſſeſſio domus in maritum tranſlata fuerit, & ſic etiam res in ea exiſtentes poſſidere dicatur, quamuis ècontrario veriſimile ſit, eam poſſeſſionem domus cui inſiſtit, ad maritum non tranſtuliſſe. Sed hanc quæſtionem aliis finiendam terminandamque reliquit. Sanè ex his quæ latè notat Alc. *reg. præſumpt. cap. 26.* mihi videtur, quod arbitrium iudicis plurimùm in his poteſt, qui perpendet, vtrùm maritus pauper fuerit, vxor verò diues, vel an ſupellectilem induxerit in domum vxoris, nec ne, & alia pleraque huiuſmodi, vt ſic præſumat bona illa, vel vxoris, vel mariti eſſe, aut fuiſſe. Quid igitur, an * pendente hac al- 9.
tercatione ſuper proprietate rei, arreſtatio fieri poterit? Baldus *dicto loco, verſic. Quæro numquid, &c.* aſſerit pendente proteſtatione, miſſionem bonorum poſſeſſionem fieri non poſſe, & factam non ſubſiſtere, quia iudex perperàm & inordinatè procedit, *§. ſuper hoc, in authen. vt nulli iud.* Sanè ex diſpoſitione *l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic,* ſatis apparet, quod iudex ſummariam cognitionem ſuper hac re adhibere debet, & ſi alię ſint res quę arreſtari poſſint, debet in his arreſti poteſtas exerceri, aliis dimiſſis, ne creditor diu cogatur ſuper eiuſmodi quæſtione litigare, teſte Raphaele, Iaſone, & Zaſio ibi.

Quoniam verò ſuperius diximus, etiã ſolius poſſeſſionis rationẽ eſſe habendam, ex communiore ſententia videtur, * quod ſi debitor diu
ante arreſtum tranſtulit bona hæc in tertium, 10.
tunc prius agi debet reuocatoria, vt reſtituat res. Sin autem alienauit, cum ſciret quod arreſtarentur, tunc iſta vitioſa poſſeſſio non prodeſt opponenti, nec vlla reuocatoria actione opus eſt, ſed recta via auocari poſſunt. Quæ omnia *ad d. l. ob maritorum,* notat eleganter Albericus contra vicinos, & amicos, dicentes eiuſmodi bona eſſe ſua, vt amicus, vel vicinus
executionem euadat. Quod * ſi res debitoris 11.
apud creditorem alium pignori obligata exiſtat, poterit nihilominus (ni fallor) arreſtari, & arreſtata poſt ſententiam vendi ac diſtrahi à nouo iſto creditore, ſi modo creditori priori, cui pignori data fuit, debitum exoluat, *d. l. à Diuo Pio, §. quod ſi res;* vbi dicitur, quod in cauſam iudicati, creditor cogitur exhibere pignus ſuum conuentionale, vt in eandem cauſam diſtrahatur; ſed ius pignoris durat creditori, in quancumque manum res perueniat, donec pecunia ei ſoluatur, quod latius ibi cum aliis explicat Zaſius.

CAP.

CAP. XVII.

Vtrùm arreſtum indebitè factum, ex alia iuſta cauſa confirmari poſſit.

SVMMARIA

1. *Tenuta minus ritè conceſſa, reuocari an debeat, & num.* 11.
2. *Spoliatus quando ante omnia ſit reſtituendus.*
3. *Confirmare minus eſt, quàm de nouo dare.*
4. *Debitum iuſtum ſi ſoluatur, prætextu ordinis non ſeruati, executionis non ritè factæ, vel quia per vim ab executore eſt exactum, vel per metum promiſſum non repetitur.*
5. *Facta multa tenent, quæ non facta prohibentur.*
6. *Captura an reſoluatur quæ nulla fuit, ſi modo aliter de veritate debiti conſtare poſſit, num.* 9. *&* 10.
7. *Cauſa non iuſtificata in propoſitione, non poteſt iuſtificari in probatione.*
8. *Creditor ſi plura bona exequendo vendat, quàm expoſcit debitum, an tota executio concidat.*
9. *Iudex qui de facto proceſſit de facto iterum reuocare poterit.*
12. *Ius conſtante iudicio, vel poſtea adueniens, non prodeſt actori.*
13. *Lex nihil fruſtrà facit.*

PRæcedenti quæſtioni proxima eſt hæc, an omnia omninò corruant, & ipſo iure nulla ſint, ſi arreſtum aliter atque oportet, factum ſit. Pone enim debitum ob quod arreſtabatur perſona, vel res debitoris, nullum fuiſſe; nihilominus tamen ipſum arreſtatum, alia ex cauſa, vel antiqua, vel de nouo ſuperueniente, eidem arreſtanti obligatum fuiſſe. Habet hæc quæſtio vtrinque ſuos aſſertores, neque adeò leuis viſa fuit veteribus, quin eam magna ingenij fatigatione, ne dicam magna contentione examinandam duxerint. Sunt enim non pauci ſummæ auctoritatis interpretes, qui exiſtimant arreſtum quod eſt nullum, ex alia cauſa iuſtificari poſſe, & licèt non loquantur propriè de arreſto, loquantur tamen de captura, quæ arreſto eſt proxima. Et quidem in primis Aymo Crauet. *conſi.* 46. *incip. De ſtilo ciuitatis Gratianopolis. verſi. ad iſtud. reſpondeo. num.* 7. dicit fuiſſe quoſdam incarceratos pro debito vnius floreni, quæ incarceratio fuit indebita, & contra ſtilum illius ciuitatis, petebantque propterea relaxationem. ſed creditor obijciebat, non debere eos relaxari, quoniam erant obligati adhuc in alio debito, iuxta tenorem aliarum literarum; & ſi carcerati non eſſent, deberent tunc de nouo incarcerari vigore illarum literarum, & reſpondet tandem Aymo, relaxandos non eſſe, motus ex verbis Angel. & Alex. *ad l. ſi finita. ff. de dam. infect.* dicentium, quod tenuta † minus ritè conceſſa, reuocari non debet, quando ſi conceſſa non eſſet, de nouo eſſet concedenda. 1

Quod dictum refert & ſequitur Iaſ. *ad l. à diuo Pio §. in venditione, ff. de re iudic. & in l. ſi pacto, numero* 5. *C. de pact.* Decius *ad c. cum ceſſante, de appellat. & conſ.* 191. *&* 449. in qua opinione etiam eſt Caſtrenſ. *conſilio pen. libro.* 1. his verbis: Poſtremò etiamſi non ritè facta fuiſſet dicta captura, ſi tamen conſtat de debito, quia confitetur, vel alio modo apparet, debet ſuſtineri, *l. fin. §. fin. ff. quod met. cauſ.* Pariſ. *conſ.* 99. *numero* 34. *libro* 3. Nam & in cauſa poſſeſſionis recuperandæ, licèt ſpoliatus † ſit ante omnia reſtituendus: tamen ſi de proprietate manifeſtè conſtat, exiſtimant omnes, quod eſt deneganda reſtitutio, 2

c. cum eccleſia, de cauſ. poſſ. & propriet. c. cum ſuper; de reſtit. ſpol. Ita & hic deneganda eſt reſtitutio in priſtinam libertatem, ſi de debito conſtat, ex quo poterat capi. Hæc ille. Sequitur etiam hanc ſententiam Soci. *conſ.* 113. *incip. Quoniam in cauſa capturæ circa fin. verſic. poſtremò libro* 3. Roma *ſing.* 256. Anch. in ſimili, *conſilio* 116. *incip. ſecundum ordinem, numero* 9. Abb. *conſ.* 29. *in fin.* Alexan. *conſ.* 81. *incip. inter Gaſparem, colum. fin. libro.* Angel. *in §. quadrupli colum.* 21. *Inſtit. de act.* Sebaſtianus Vantius, *in lib. de nullitat. tit. quib. mod. ſent. null. defen. poſſ. numero* 130. Barbatius *conſ.* 80. *libro* 3. Catel. Cotta *in ſuis memorab. ad verb. Creditor, faciens detineri debitorem.* Sic & Curt. Iun. *conſilio* 27. *incip. Noua & ingenioſa, numero* 5. *verſ. Accedunt ad confirmationem,* ait, quod iudex videns licentiam ingrediendi poſſeſſionem alicuius de nouo concedendam, non debet priorem licentiam, licet illegitimam, reuocare, ita vt ſuperueniente ſolemni auctoritate iudicis, tenuta quæ fuit nulla, poſſit æqua & benigna quadam metamorphoſi, in aliquam tranſmutari: ſicut quando appellatur à ſententia iniqua, appellatio deuoluit totum negotium ad iudicem appellationis, adeò quod iudex ex noua cauſa poteſt ſententiam confirmare, vt & idem poteſt quando coram eo diſputatur de nullitate tenutæ. Innoc. *in c. cum contingat. de off. de leg.* Barto. *ad l. ſi expreſſim. ff. de appel.* quia * ſi poteſt de nouo dare, multo magis poteſt etiam confirmare. 3

Eſt etiam in hac opinione Ludouic. de Gozadinis *conſ.* 21. *incip. videtur dicendum, verſic. Decimoſeptimò, numero* 31. dum ait, miſſionem in poſſeſſionem non legitimè factam, confirmandam eſſe à iudicibus, quando aliàs de non iure aduerſarij conſtat. Quo modo & Iaſon cum multis aliis *ad l. ſi pacto. C. de pact.* & Ioan. Neuizan. *conſilio* 77. reſpondent, quod † ſi debitor habet bona, contra quæ prius debebat fieri executio. 4

executio,& eo non obſtante carceretur,poſteaque ſoluit creditori, non poteſt poſtquam fuit relaxatus repetere ſolutum, prætextu ordinis non ſeruati, illegitimeque factæ executionis. Rurſumque Caſtrenſis *ad l. ſi cum nulla*, §. *fin. ff de re iud.* ait, quod quando præceſſit ſententia, & in eius executione fuit omiſſum aliquid, quod non erat omittendum, tunc non reſtituitur debitum exactum. Qua in re Fulgoſ. *conſ.*178.*incip.Iacob colum.*1. Iaffredum *concluſ.* 130.Matth. de afflict.*in conſtitut. circa violentiarum*, ſequaces habet, idemque repetit *conſilio* 19.*libro* 1.Cui accedit,quod *conſilio* 51.*lib.* 1.*incip.Sapientiæ*, conſuluit Barbat. quod exactum per vim ab executore, non reſcinditur, niſi quatenus eſt indebitũ; & quod illud quod promittitur per metum, ſi de ſe eſt licitum & iuſtum, valet. Hippol. *ad l. patre. colum.* 12. *verſic.item.etiam,ff.de quæſtion.*Baldus *conſ.*328. *li.* 1.quod repetitur, *conſ.* 40. *libro* 4. Præpoſitus *ad c.vt debitum,colum.*12. *verſic. non obſtat. de appel* Albericus quoque *ad l.ſi aute*, §.*fin.* & *ad l.ſi de vi, ff. de iudic.* aſſerit, quod ſi notoriè de debito conſtat, & iudex non ſeruato ordine iudicatio, per executorem cogat debitorem,vel ſoluere vel tradere,non poteſt contrauenire debitor, quia per talem ſolutionem vel traditionẽ extinctum eſt ius creditoris, quod iniquum eſſet retractare,quia inordinata executio nõ retractatur, & quod debitè fieri potuit, non reſcinditur propter indebitum modum; adeoque etiam propter auctoritatem iudicis multa † facta tenent, quæ aliàs fieri prohiben-
5. tur,*l.*1.§. *biduum ff. quand. appel. fit. l.* 1. *ff. ſi quis ius dic.non obt.*Bald.*in d.l.fin.* § *fin.* Sic & Socin.*in tract.de citat.* Si, inquit, quidam erat debitor meus in diem, & ego timens ne antequam dies ſolutionis veniret fugã caperet, feci pro calumnioſo debito eum capi, & in carcerẽ duci,hac cogitatione,vt dum de eo diſputatur, cedat dies veri debiti, propter quod eum arreſtare, & in carcere retinere poſſum,iure hoc facio: quoniam quæ ſunt nulla, non defectu materiæ ſed formæ,poſſunt habilitate materiæ poſtea ſuperueniente, ſcilicet vero debito, confirmari,& reconualeſcere,iuxta ea quæ notat Caſtren. *ad l.ſed eximendi* §.*item ſi is,ff. ne quis eum* & Vantius *in tract.de nul.proceſſ.in vlt. part. n.* 35. *libro* 2. ait, non eſſe † retractandum captu-
6. ram,ſi aliàs debiti veritate ex confeſſione capti conſtare poteſt: & Rebuffus *ad ord.reg.tomo* 1. *artic.6.gloſſ.*3.*n.*45. *Primò in fin.*& Ioan. Conſtant.*ad ordin.reg art.66.*

Contrariã verò partẽ ſuſtinet Bald.*conſ.* 208. *incip.Iſta captura.& conſ.*231 *incip.in cauſa carcerati,lib.*4. quia captura vel detentio iniurioſa confirmari nõ poteſt, ſed infirmandũ eſt,quod ſine ratione proceſſit,*d.l.ſi cum nulla,l.*1.§. *hac verba,ff.ne vis fiat,l. cum vnus.ff.de bon. auct iud. poßid.*& * cauſa legitimè non iuſtificata vel in-
7. tenta in propoſitione, & poteſt iuſtificari in probatione,*l.*1.§.*fin. ff. de iureiur.* & ideo, inquit, debitor relaxandus eſt, pronunciarique debet detentio iniquè & perperam eſſe facta, quia forma non eſt ſeruata, & omiſſio formæ reddit actum ipſo iure nullum, & in qualibet minima parte vitiat totum actum, etiamſi is reſpiciat piam cauſam,*l.cum hi, ff. de tranſactio. l.hac conſultiſſima, C. de teſtam.* Iaſon *conſ.* 126. *lib.*2.Hippol. *conſ.* 64. Et ſicut † cùm creditor 8.
plura bona ſub haſta diſtrahit, quam debitum eius poſtulat,tota venditio retractatur, vt volunt Afflict.*deciſ.*358.Bertrand.*conſ.* 279. *lib.* 3.Guido Papæ *conſ.* 43.*lib.* 3. *conſ.* 403. Calcaneus *conſ.* 123. Ita & iſtiuſmodi illicita detentatio,ſeu arreſtatio,quæ de † facto proceſſit, 9.
debet etiam de facto retractari, ſicut de indebita exactione,*conſ.*179.*libro* 6.dicit Alexand. quia initium cuiuſque rei eſt inſpiciendum *l.* 1. *ff. de origen. iuris. cum ſimilibus.* & quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit.*l.quod ab initio ff.de reg.iur.c.non firmatur.eo.tit.lib.6.*Quam ſententiam ſequitur Paulus Pariſ.ſibi contrarius *conſ.*101.*lib.*3. Dũ † ait capturam minimè iuſtificatam, aut nulliter fa- 10.
ctam, imprimis declarandam eſſe, ipſo iure nullam, & debitorem omninò eſſe relaxandum. Nec obſtat, inquit, quod poſteà ceſſit dies obligationis & ſolutionis, & conſequenter,quòd poterit iuſtè carcerari, & in carceribus commendari:quoniam iſta non impediunt relaxationem & reſtitutionem ad priſtinam libertatem, qua fuit ſpoliatus: Primitus enim declarandum erit, dictam capturam fuiſſe nullam, & minus iuſtè factam, & ante omnia debitorem relaxandum, priſtinæque libertati reſtituendum eſſe. Quo facto poſtmodum poteſt iuris ordine de nouo procedi, iuxta deciſionem Bart. *ad l quarundam.*§. *omnia ff. de acq rer.domit.* Sequitur Roman.*d. conſ.* 241. & in ea re conſentientem ſibi habet Decium *conſilio* 75.Bald.*conſilio* 229.*incip.De iure communi. libro*4.Paris de Puteo *libro de ſyndicatu in verbo, Captus*, qui vnanimi conſenſu reſpondent, quòd præpoſteratio ordinis vitiat capturam, etiamſi ſuperueniant probationes, & quod exactis probationibus, aut alia cauſa iuſtificari non poteſt, quando legitimus ordo non fuit ſeruatus, ſed debet pronunciari ipſo iure nulla, aut certè Iudex debet contrario imperio arreſtum relaxare, & debitorem dimittere: quia vis ſpoliatiua propriæ libertatis dicitur capto inferri, quando iuris ordo non ſeruatur, vt ait Cæppola *conſ.*19.*numero* 3. quia talia adferre poſt iniquam arreſtationem, eſt ædificare ſine fundamento, *d. l. ſi cum nulla* Decius *ad c.ex ratione de appellat.*Feli.*ad c.cùm dilecta.*§ *ordo ſcripturæ,ante fin.de reſcript.* Si enim fũdamentũ eſt malũ,debet deſtrui,quicquid eſt ſuperędificatũ,*c.cum Paulus,*1.*quæſt.*1.vt pulchrè in hoc eodem caſu reſpondet. Anchar.*conſ.* 292. *incip.Videtur.num.* 4. Nec obſtat, inquit, *l.fin.*§ *fin. ff. quod met. cau.* quæ loquitur in vi compulſiua,quę qualem qualem in ſe habet cõſenſum:

ſenſum: ſed aliud eſt in vi ablatiua libertatis, pro qua etiam prædo agit, c. cùm quis de reſt. ſpol. quia ſicut iniuſtè & violenter priuatus ſua poſſeſſione, debet ante omnia reſtitui, *cap. conquerente, de reſtitu. ſpol.* ita etiam priuatus propria libertate. Accedit iterum in eandem ſententiam Roma. *conſ.* 320 *incip. Hæc iſtorum quinque*, docens capturam indebitè factam, de facto irritandam. Nam, inquit, in ſimili, ſi ſine ordine iudiciario Iudex proceſſerit ad poſſeſſionem vnius alteri dandam, certè illam de facto auferre poterit, quia quemadmodum nimis facilis fuit in mittendo, ita facilis eſſe poteſt in reuocando, ſicut *in l.* 1. §. *nunciatio. ff. de no. ope. nunciа.* Latiùs oſtendit † tenutam (ita enim appel-
11. litat) de facto datam, de facto reuocari: & in eam ſententiam adducit text. *in l. fin.* §. *nullo tempore, ff. de lib. hom. exhib.* vbi deciſum eſt, nullo tempore liberum hominem non ritè carceratũ detineri, nullamque ſuper ea re temporis prolongationem vel dilationem eſſe concedendam. In qua opinione, etiam Alexan. *conſil.* 19. *lib.* 3. fuiſſe videtur, eandemque & Ioan. de Neuiz. *conſi.* 52. *n.* 43. probat.

Sanè in tanto opinionum fluctu atque diuerſitate, ſi quid meum iudicium hic poteſt, exiſtimo vtramque ſententiam probabiliter conciliari poſſe, ſcilicet, quòd ſi manifeſtè conſtet, arreſtationem non ritè eſſe factam, etiam ſi poſtea cauſa ſuperueniat, pronunciandum eſſe, nullam & inualidam, & aduerſus legem, aut conſuetudinem conceſſam, eundemque arreſtantem in expenſas, & id quod intereſt condemnandum, qui per nouam iſtiuſmodi cauſam, ius abſolutionis, ex iniqua arreſtatione, debitori acquiſitum auferre non potuit, ſibique acceptum ferre debet, qui ex cauſa illegitima arreſtum fieri procurauit. Nam ſicut Rex pugnaturus contra aduerſarium Regem, prius congregat exercitum, & ſic ſeſe prælio committit: ita quoque & creditor, futuruſque actor, non niſi præparatus ad iudicium accedere, & ſic debitorem arreſtare debet. Nec refert, optimæ exiſtimationis ſi creditor, reus verò perfidus & deploratus: quia quantumuis præſignis actor non probet, & cauſam ſuam non iuſtificet, reus abſoluitur. Alciatus *ad l. qui accuſare, num.* 25. *cum ſeq. C. de edend.* eaque in re non qualitas Rei, ſed ius actoris conſideratur, *l.* 1. *ff. ſi pars hæred. per l. fina. C. de rei vendic.* Adde etiam, quod ea quæ de nouo emergunt, nouo Indigent auxilio, *l. de ætate.* §. *ex cauſa. ff de interrog. act.*
12. & ius * iudicio conſtante, vel poſtea adueniẽns, non debet actori proficere, *c. vltim. vt lite pendent. not. in l. ſi rem* §. *vlt. ff. de pign. act.* cùm in iudicium non venerit, *l non poteſt videri, ff. de iudic. l. quæſitum. ff. de pecul.* & ideò meritò reus abſoluitur. Quo pacto enim Iudex ex alia cauſa iuſtificabit arreſtum, de qua ipſe creditor non cogitauit, aut quam ſuo tempore non expreſſit? Cæterum propter eiuſmodi debitum de nouo apparens, exiſtimo detinendum, & minimè relaxandum eſſe dictum debitorem, qui ſi eſſet relaxatus, denuò capi & arreſtari 13.
poſſet: Lex † autem nihil facit fruſtra. Quam conciliationem, vel mauis nouam tertiam hanc meam opinionem, abundè ex his ſtabiliri poſſe exiſtimo, quæ eleganter & fusè *ad d. l. non poteſt videri. ff. de iudic.* notat Caſtrenſis: quæque *conſilio* 46. refert Aymo Crauetta, aliaque quædam quæ ad huius rei confirmationem pertinent, *capit.* 47. & 49. inferiùs dicam.

CAP. XVIII.

Qua actione teneatur, qui perſonam, aut res alterius indebitè arreſtari fecit.

SVMMARIA.

1. *Iniuria magna afficitur is qui indebitè arreſtatur.*
2. *Iniuria eſt, fideiuſſorem idoneum reſpuere.*
3. *Mercatores ex fide promiſſorum dependent.*
4. *Mercator etiam lucrum ceſſans petit.*
5. *Creditor malè arreſtans an ius crediti amittat.*
6. *Debitor non ritè arreſtatus, an approbet arreſtum dando fideiuſſores.*
7. *Proteſtatio vbi non ſit neceſſaria.*

QVoniam verò iniquam arreſtationem retractando, Iudex non plenè ſatisfacit parti tam ignominioſe arreſtatæ: illud quoque quæri poteſt, qua ratione teneatur, qui vel perſonam, vel bona alicuius nullo iure detinuit vel arreſtauit? Et ſanè † quòd iniuriarum teneatur, *ex l. ſi creditores. in fin. ff. de priuileg. cred. & ex l. penult. C. qui bon. ced. poſſ.* reſponderunt 1.
Alexan. *conſi.* 19. *in fin. lib.* 3. Ioan. de Neuiz. *conſi.* 52. *num.* 29. Petr. de Bellapertic. Alber. & Salic. *ad l. ab executione. C. quor. appell. non recip.* Henning. Goden *conſi.* 38. *num.* 6. & probatur *in l.* 1. *& penult. C. qui bon. ced. poſſ.* Quo modo & ipſe Vlpia. ait, eum qui alicuius rẽ per iniuriam occupauerit, vel non debitorem, quaſi debitorem appellauerit, iniuriarum teneri, *l. itẽ apud Labeo.* §. *ſi quis bona, &* §. *ſeq. de iniur.* & quod amplius eſt, etiã † is qui duntaxat recuſat fideiuſſorem idoneum recipere, actione iniu- 2.
riarum tenetur, *l. ſi verò* §. 1. *ff. qui ſatiſda. cog.* Ratio autem hæc eſt, quod eiuſmodi detentio ſine iniuria fieri nequit, *c. ex parte, de verb. ſignifi.* Alciat. *ad l.* 1. *num.* 9. *C. de in integ. reſtit.* Iaſon *ad l.* 4. §. *condemnatum. num.* 31. *ff. de re iudic.* Curt. *in tractat. de ſequeſt. quæſtio.* 8. Et quidem præcipuè grauis eſt viro nobili, vel potenti alicui mercatori † qui ſæpè ex ſola fide, creditoque pendet, quod pulchrè *d. conſil. num.* 8. aſ- 3.
ſerit Neuizanus. Et grauibus perſonis metus infamiæ propemodũm maior eſt quàm metus mortis, *l. iſti quidem* §. *penul. ff. quod met cauſ.* non ſolũ quando metus infamiæ eſt de præſenti, ſed etiam in futurũ, *gl. in verb. ſeu mulier. d.* §. *pen.* &

 mi-

minor coërtio perſonæ, maior cenſetur omni pœna pecuniaria. Hoſti. *ad c. tui vt lit. non conteſt.* & Iuſtinus Goblerus *in ſuo quodam conſ.* In terminis loquens de arreſtatione iniuſtè facta. Tum verò non dubium eſt, quin ad damna & id quod intereſt, teneatur, vt not. Ioan. Conſtantinus *ad ord. reg. artic.* 77. *verſic. quid ſi iniuſtè appareat, per l. ſi oleum, ff. de dol.* & Alex. *d. loco.* Quinimò ſi is qui arreſtatus fuit, erat merca-
4. tor, * non ſolùm damni accepti, verumetiam lucri ceſſantis ratio habenda eſt, *l.* 3. §. *ſi l ſocium qui ff. pro ſoc.* Cardin. *ad Clem.* 1. *quæſt.* 8. *de vſur.* Roman *conſi.* 517. Alexand. *ad l. diuortio, & ad l. inſulam.* § *vſuris. ff ſolut. matrim.* Socin. *conſi.* 179. *li* 2. Dec. *conſi.* 16. latè Rebuff. *ad l. vnicam gl. vlt. n* 23. *C. de ſent. quæ pro eo quod*
5. *inter prof.* Neq; deſunt, * qui exiſtimant, iniurioſum, imperitum, ſeu imprudentem iſtiuſmodi creditorem, in pœnā huius temeritatis, quæ certè cohibenda & reſtringenda eſt, omne ius ſui crediti in vniuerſum amittere. Bald. *ad c. cauſā matrimonij, in fi. de offic. deleg. & conſ.* 115. *lib* 1. *antiqua impreſ incip. proponitur. & in noua impreßione* 212. Ial *ad l.* 2 *ff. de iuriſdict. omn. iud. col. antepen.* Dec. *conſ.* 75. *ver.* 1. Rochus de Curte *ad c at ſi cler. in* 3. *notab. de iudic.* Cotta *ad verb. Credi tor faciens det. neri debitorem, fac. c. ſeq. n.* 2. Quod tamen ego minùs durum & acerbum eſſe cenſeo, præcipuè cùm Iudicis authoritate, vel more ſolito, licet non ritè & pro vero debito arreſtum factum ſit, aliaſq; etiam non amittit creditor ius ſuum, niſi quando vel ſine Iudice, id quod ſuum, vel ſibi debitum eſt, repoſcit, vel ius ſibi dicit, *l extat. ff quod met. cauſ. l. creditores. ff. ad l. Iulia n. de vi.* ſatiſq; punitur hæc eius temeritas, modo ante dicto. Videat tamen & cautè animum adijciat debitor, ne maiore facilitate & imprudentia, hiſce auxilijs excidat. Socin. enim *conſil.* 113. *incip. Quoniam in cauſa lib.* 3. reſpondet, quod capturæ licet iniquæ conſentire cenſentur illi, qui vltrò præſtant fideiuſſores, de non recedendo. Nec obſtat, inquit, quòd dici poſſet, quod detentus videtur dare fideiuſſorem quodammodò compulſus, cùm aliàs non relaxaretur: quia præſu-
6. mitur pro iudice, quòd imò relaxaret eum, ſi aliqualiter de cauſa inſtrueretur. Nec eſt † veriſimile, quòd violentia ei inferretur, præcipuè in actu apud Iudicem facto, iuxta not. *ad l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ.* Quo modo & Bald. *ad l.* 2. *C. de ſer. fug.* ait, quòd captus iniuſtè, ſi non reclamet, valet contra eum ſententia & executio. Sanè vix eſt, vt in hanc ſententiā accedere poſſim: Nam qui ſatiſdat, certè vt euitet detenſionem ſatiſdat, non vt aduerſus iniurioſum arreſtantem non agat, cùm ſciat ius ſuum ſibi durare. Ideoq; actus ſatiſdationis animum & intentionem ſatiſdantis egredi non debet, *l. non omnis. ff. ſi certum peta.* & hæ proteſtationes magis ſunt vtiles, quàm neceſſariæ. *l.* 4. §. *ſi in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* Bart. *ad l.* 2. §. *quod diximus, ff. ſi quis caut.* Aretin. *conſilio* 162. Panorm. *in c. plerumq; de reſcript. & in c. ex tranſmiſſa.* vbi etiā Felin. *de præſcrip.* Caſtrenſis *conſi.* 21. *incip. In cauſa deſert. onis, part.* 2. ita vt ibi lex aliam coniecturam non remiſſi iuris habere poteſt, earum omiſſio ad extinctionē actionis debitori competentis, nullo modo ſufficiat. Quam ſententiam & humaniorem & veriorem eſſe aſſerit Iaſon *ad l. de pupillo.* §. *ſi quis ipſi, n.* 2. *verſic. iſta ſecunda opinio, col.* 3. *ff. de no. oper. nunciat.* Et cùm proteſtatio fiat duntaxat ad iuris noſtri conſeruationē, *l. fin. ff. quib. mod. pign vel hypoth. ſol.* certè licet fuerit prætermiſſa, dummodò poſtea de iniuſtitia rei geſtæ conſtet, non debet tollere ius partis, ſicut aliàs multis locis. Vbi 7.
* proteſtatio nulla interceſſit, ſola impedimenti probatio ſufficit, *l.* 2. *in prin. ff. ſi quis caut. l. ſcire oportet* §. *ſufficit in verb. ignoſcendum ei eſt, ff de excuſ. tut l. quibus diebus in princ.* & ibi Bart. *ad finem ff. de cond. & demonſt.* Semper tamen conſultiùs eſt proteſtatione vti, etiam ſi aliàs eo tempore quo interponitur ad euitandā iniuriam ſeu infamiam, apud improbum creditorem non prodeſſet. Declarat enim affectum & intentionem debitoris, tam iniquo facto reluctantem, abundanſque cautela non nocet, hoc præcipuè ſeculo, quo vel minima occaſione in abyſſum, & veluti labyrinthum litium incidimus, vnde facilè nos etiam in iuſta cauſa, extricare non poſſumus.

CAP. XIX.

Arreſtatio per quem fieri debeat.

SVMMARIA.

1. *Bona debitoris ſine ſolemni ritu in creditorem transferri non poſſunt.*
2. *Pœna arreſtantis propria authoritate debitorem non fugitiuum.*
3. *Apparitor vtrum abſque mandato Iudicis aliquem arreſtare poßit.*
4. *Iniuriarum actio nō ſemper reponit debitori famam, etiamſi ſecundùm ipſum iudicetur.*
5. *Conſuetudo in arreſtis attendenda.*
6. *Pricipes an ſine expreſſo Iudicis mandato per apparitorem arreſtari poßint.*
7. *Apparitor an apparitorem ſubdelegare queat.*

PErquem verò arreſtum fieri debeat, quæri poſſet: Nam * bona aduerſarij tui in te 1.
transferri citra ſolemnem ordinem, fruſtra deprecaris, inquit Gordianus *l. ſi pacto quo pœnam ff. C. de pac.* Sanè conſtat neminē in iudicio exhibendum eſſe niſi de cuius exhibitione Iudex pronunciauit, *l fin. C. de exhib. & tranſ. reis.* Et ſi * quis debitorem non fugitiuum propria au- 2.
thoritate arreſtauerit, vel detinuerit, vel res illius, debitum perdit, & pœnis corporalibus ſubijcitur, ſecundùm Matth. de Afflict. *ad conſtit.*

conſtit.reg.incip.Duram & diram.in 3.*notab. verſic.incip. Quid autem de illo.* vide *cap.praced.num.* 5. Ideoque exiſtimant Interpretes * Apparitorem,ſeu (vt vocant) Seruientem,abſque mandato & præceptione iudicis, niſi periculum ſit in mora, non magis debitorem alicuius detinere & arreſtare, quam vinculis mancipare, & in carcerem ducere poſſe. Baldus *ad d. l. fin. & ad l.ſi quando.* 12.*quaſt.c.de teſtib.argum.l.* 2. *C. ſi in cauſa iudic pign. cap. ſit.* Manſuerius *in ſua praxi tit.de execut.& ſubhaſt.verſic.item ſeruiens.* quòd & in Francia quoque moribus receptum eſſe aſſerit Rebuffus.*ad conſtit. reg. tom* 3. *titu. de citat.articul.*2.*gloſſ*.4. *numero.* 10. dum ait, quòd licet quis eo ipſo quod factus eſt Apparitor,poteſt ſtatim ſine alia commiſſione, ad ſolam partium requiſitionem aduerſarium citare: capere tamen, prehendere, vel arreſtare ſine Iudicis mandato non poteſt,quod res illa grauior ſit,& non niſi cum iactura aliqua rei familiaris, eiuſque qui arreſtatur ignominia & infamia fieri ſolet.Sunt tamen qui exiſtimant, creditorem ſimpliciter cum Apparitore publico, perſonam, aut res ſui debitoris ſiſtere & arreſtare poſſe: quaſi ſcilicet eiuſmodi Apparitor mandatum Iudicis ad eiuſmodi actus habere videatur.Pyrrhus *ad conſuet. Aurel. titul.de execut. & locat.*§.48. *in fine.* Sed hoc, niſi periculum ſit in mora, periniquum ac durum foret. Homines enim imperiti,& nonnumquam etiam improbi, nulla facta diſtinctione, ſæpè graues viros iniuria afficiunt,quæ * ſola iniuriarum actione,non ſemper ex integro eradicatur, inaniſque ſæpè ad id quod intereſt,eſt actio,quam excludit inopia eorum qui arreſtant.*argum c. olim. de reſt. ſpol.l.nam & ff.de dol.* Non me latet,quot & quibus in locis ea licentia Seruientibus tribuatur, ſed rectène an perperam, aliorum iudicium feret, *infra capite* 46.*in princ.* Sæpè occurrit memoriæ meæ,ſcelerati illius Medij,vnius ex paraſitis Alexandri, dictum. Is enim ſolet alios adhortari,ne metuerent quoduis crimen in quemuis intendere,aut iniuriam facere,adiecitque ſcelerato præcepto cauſam appoſitam, vt maximè, inquit, ſanet vulnus qui delatus eſt, manet tamen cicatrix. Non arbitror quemquã eſſe diabolum tam impium, qui rem magis nefariam poſſet ſuggerere. Idem & hic fieri poſſet, ſi homo grauis calumnioſe à paupere arreſtetur,ſine cauſæ cognitione.Nihilominùs cum Imberto *capite* 1.*Inſtitut forenſium*.conſuetudinem * cuiuſque loci ſpectandam eſſe arbitror, quæ in eiuſmodi negotiis omnia poteſt, teſte Ioan.Conſtantino *ad conſtitut.reg.art* 10 *colum.* 6 *verſicu.prateréa quaro.* & Iac. de Bellouiſ. *in ſua praxi, tit. de fuga reor.* Quo modo & Ioan. Beſſian. *ad conſuetudin. Aluernienſ. titul.* 1. §. 1. *capite* 1. dicit conſuetudinem eſſe apud Aluernienſes, quod ſatelles poteſt facere citationes quaſcumque,ſine alia Iudicis commiſſione:quia in iuriſdictionibus ſubalternis plerumque agitur de modicis cauſis, & inter plebeios, vnde

3.
4.
5.

tanta ſolemnitas non exigitur.Et quia ſemel eſt datum generale mandatum citandi iiſdem;licet vbi ceſſat iſta conſuetudo,aut verius, aut tutiùs eſt de commiſſione Iudicis conſtare debere, ſecundùm eum. Et certè iſta conſuetudo ad limites rationis & æquitatis trahenda eſt. Vnde Ioan.Gallus *in lib.arreſtorum & deciſionum Parlamenti.* ſcribit. Seruientem * vel Apparitorem authoritate propria, & ſine expreſſo conſenſu Iudicis, Parem Franciæ ſiſtere vel citare non poſſe. Quod ſi tamen vni Apparitori Iudex commiſit,videtur quod ille alteri † Apparitori conſocio ſuo ex cauſa hoc negotium committere & delegare poteſt,vt not.Math.de Afflict. *ad conſti.reg.qua inc.Citationis libera in* 8.*notab.*

6.
7.

CAP. XX.

Vtrum Iudex per extraneũ Apparitorem arreſtare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Iudex an poſſit per priuatum quemque hominem arreſtare debitorem.*
2. *Iudex an poſſit creditori licentiam arreſtandi ſuum debitorem tribuere.*
3. *Iudex an poſſit per executorem ſuperioris Curia arreſtare aliquem.*
4. *Salarium apparitorum arreſtantium aliquem, an omnibus aquale ſit.*

CÆterum, quia Apparitores & Seruientes certis territorij ſtationibus & locis deſignantur: video & hoc quoque diſputatum eſſe, an Iudex proprio Apparitore neglecto ſeu omiſſo, alteri mandatum arreſtandi & detinendi dare poſſit. In ſimili quæſtione Cardin. Alexandrinus,& Abbas *ad c.cùm ſit Romana de appell.* reſponderunt, poſſe † iudicem priuatum hominem, qui Apparitor non ſit,eligere, eidemque citandi, & in ius vocandi authoritatem dare, proprio etiam Apparitore neglecto. Et quod amplius eſt,Bald. *ad l. vt perfectius. C. de except.annal.colum.fina.* in ea opinione verſatur, vt exiſtimet, poſſe * Iudicem parti aduerſæ mandare, vt aduerſarium ſuum citet, quòd & Bartol. variis locis, & Specul.*in titul. de citat.*§.*ſequitur. colum.* 1. ſecutum eſſe animaduerto. Sic etiam Iudex poteſt dare licentiam parti,quòd capiat poſſeſſionem, conſtituendo eum executorem in propria cauſa, teſte Bartol. Alexand. & aliis *ad l. iuſtè, ff. de acquir. poſſeſſ.* & Iaſon *ad l iubere cauere. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* ita tamen vt per epiſtolam,vel aliàs, ſufficienter aduerſario qui citatur, de mandato & commiſſione Iudicis conſtare poſſit. Bald.*ad l.ſi vt proponis.C.quomo. & quand. Iudex & ad d. l. vt perfectius.* de cuius deciſionis veritate, cumulatiſſimè agit Rebu.*ad conſtit.reg.to.*3.*titul. de citat.in prafat num.*80.*cum multis ſeq.*& Ro-

1.
2.

 bert.

bert. Maranta *in tracta.ord.iud.ciar.parte 6. incip propoſui,num.*44. Tum verò Angel.*in tract. malefic.ad verb.Petro publico & iurato nuncio n. 4.verſi.Tertiò citatus.*reſpondet,quod licet nuncius ſit Curiæ deputatus,per quem citatio fieri poſſit, licere * tamen Iudici, proprio illo
3. nuncio neglecto,ſuperioris Curiæ nuncio vti, eidemque citandi, ſeu in ius vocandi poteſtatem dare, qua in re & Bartol. quoque *in extrauag.ad reprimendum, ad verb. per nuncium.* conſentientem habet. Simpliciter tamen Chaſſanæus *ad conſuet.Burgun.tit.de iuſtit.& iur.§. 6. num.*5.*verſi. Sed tamen.* exiſtimat Iudicem non poſſe mandata ſua mittere executioni per alium,quàm per nuncium publicum illius prouinciæ,vbi eſt Iudex. Sed quia Bartol. allegat, videtur hoc intelligere, vt cuilibet Iudici inferiori,nuncio publico totius prouinciæ,vti liceat. Sanè inciuile eſt, proprium negligere, & panem filiorum extraneis tribuere. Vnde animaduertere debet Iudex, quod non omne quod licet honeſtum eſt,*l.non omne,ff.de reg. iur.*& æquum eſt,ne creditores ex malitia mittant diabolicos executores,qui omnia debito-
4. rum * bona in expenſis executionis & arreſtationis conſumant; & ſi Iudex conſentiat, conuenit non plus eos recipere, quàm ſi creditor Apparitoris illius qui eo loco, in quo debitor eſt,opera vſus fuiſſet. Rebuffus *ad ord. reg. tomo 2.tit.de lit.requiſ.gloſſ* 4.

CAP. XXI.

Vtrum Apparitores magni Senatus vbique arreſtare poſſint.

SVMMARIA.

1. *Apparitores magni Conſilij iuſſa eiuſdem vbique exequuntur. & 4.*
2. *Apparitores magni Conſilij vtrum inferiorum magiſtratuum ſententias mandare queant executioni.& 5.*
3. *Appellari an poſſit ab executione Apparitoris ſupremæ Curiæ, ſententiam inferioris iudicis exequentis.& 6.*
7. *Iudex ſuperior an in territorio Iudicis inferioris ſibi ſubditi, de omnibus cauſis cognoſcere poſſit, de quibus poteſt ipſe inferior.*

Hinc etiam dubitatum fuiſſe video, vtrum aulici & magni Conſilij Apparitores, qui certum territorium non habent, paſſim & vbique munus ſuum in tota ditione exercere, ſiſtereque aut arreſtare debitorem, & eius bona poſſint? Ioannes Imbertus *Inſtitutio forenſ.libro 1. capite primo.* pauca quædam huc pertinentia annotaſſe videtur. Alibi, inquit, Apparitores certis territorij ſtationibus, quas nos Balliagia dicimus, deſignantur, in quibus omnia ad eorum munus pertinentia abſque Iudicis venia poſſunt gerere. Alibi verò nulla locorum lege vel conditione, vtique intra territorij proprij, id eſt Reſſortus, fines coercentur. Itaque Apparitor vni deſtinatus præfecturæ, quam Seneſchalliam, ſeu Balliagium vocamus, in alterius ditione ſuis partibus fungi non poteſt, data etiam à magiſtratu,qui illi ditioni præeſt, copia. Quod ſi quid aduerſus ea fiat, omninò irritum erit, ſi modò appellatio ab eo interponatur. Deinde * verò adijcit,magni Conſilij Apparitores, 1.
eius Conſilij decreta in omni Gallia exequi poſſe, quippe qui in hoc conſeſſu in regia agunt, vbiuis locorum in regno iudicant. Proinde eorum officiales,res ab ijs iudicatas, citra loci præfinitionem poſſunt executioni tradere. Porrò * magis ambigua eſt quæſtio, v- 2.
trum Conſilij Apparitiores alias quàm ipſius ſententias, mandare queant executioni. Nam cùm ex * his Apparitoribus quidam debitæ
pecuniæ ſolutionem indixiſſet, ab eo debitor 3.
appellauit ſupremam Pariſ. Curiam, apud quam appellans eam ſolam grauaminis cauſam adduxit, quòd Apparitor ille ius non habebat id faciendi: verum Curia rem interiore Conſilio pronunciauit agitandam. Hæc ille. Non eſt abſimile, quod de eadem re Petrus Rebuffus *tomo 3. ad conſtitutio. reg. titulo de citat. articulo 1. gloſſ. 1. numero* 4. ſcriptum reliquit, quod * Apparitores magni Conſilij 4.
poſſunt vbique Conſilij iuſta exequi. Sed * 5.
iuſſa inferiorum magiſtratuum exequi non poſſunt, ſi ad hæc præfecti à Conſilio non ſint. Vnde, inquit, interdum vidi appellari ab executione facta ab Apparitore magni Conſilij, eò * quòd ſententiam inferioris Iu- 6.
dicis executioni demandarat. Nam ſicut Iudex extra territorium habetur tamquam priuatus. *l.3.ff.de offic,præſid.* ſic & omnes Viatores, vbi præfecti non ſunt. Vnde in territorio in quo præfecti ſunt, virgam deferre poſſunt regulariter, extra verò non poſſunt, niſi dum iuſſa Conſilij exequuntur. Et quemadmodum ipſe Senatus Principis, ſuam cuique ciuitati & loco inferiori relinquit cognitionem & iudicationem, nullaque ratione, pauciſſimis dumtaxat caſibus exceptis, de cauſis apud inferiora tribunalia agitandis ſeſe intromitti, quando inferioris illius magiſtratus negligentia non accuſatur & detegitur. qua de re multa *ad titulum de ſupplend. neg.præl. in Decret.& ad leg.per minorem. ff.de re iudicat.* annotant Interpretes: Ita multò minùs inuito inferiore aliquo magiſtratu Apparitor Senatus ſeu Conſilij actus iſtiuſmodi arreſtationis & prehenſionis facere poteſt. Quid igitur eſt quod dici ſolet, Iudicem † ſuperiorem in aliquo territorio poſſe cognoſcere de omni- 7.
bus cauſis, de quibus cognoſcere poteſt inferior

rior in eodem territorio, teſte Innoc. *ad capus cùm ab eccleſiarum, de offic. ordin.* & not. Doct *ad l. 1. ff. de offic. præfect. vrb.* & rurſum quod Iudex maior facit ceſſare iuriſdictionem minoris, Bartolus *ad l final. ff de offic. proconſul.* Alexander *ad l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.* quodque pro regula tradunt noſtri, quòd Iudex inferior in eodem loco habet iuriſdictionẽ accumulatiuè, non priuatiuè, teſte Aret. *conſilio* 102. Angel. *ad dict. l. 1. § ſi quis, ff. de appel.* & Iudices ſpeciales in ciuitate, non præiudicant poteſtati loci, *l. nequicquam, ff. de offic proconſ.* Non ineleganter hunc nodum diſſoluit Anchoran. *ad caput volentes. ff. de offic. leg.* dum ait, Iudicem minorem maiori cedere in his quæ apicem ſeu culmen dignitatis, & venerationem ſpectant, non etiam in his quæ contentioſæ iuriſdictionis exiſtunt, *per § nulla, in authen. de defenſ. ciuitat. colum.* 3. Quo modo Epiſcopus in ſua ciuitate poterit exercere iuriſdictionem ſuam ſuperueniente legato, ſed eo præſente ſolemniter benedicere non poterit. Tum verò quando inferioris & ſuperioris iuriſdictiones ita conſtitutæ ſunt, vt altera per alterrm iuuetur, & vt ſpecialis iuriſdictio generali adiungatur, tunc magis cumulatio, quàm priuatio iuriſdictionum dici poteſt, *vt l. final. C. de iuriſdict. omn. iud.* Sed vbi iuriſdictiones iſtæ ſunt planè diuerſæ, vnus Iudex etiam maior, non intromittit ſe de iuriſdictione Iudicis inferioris, ne iudicia confundantur, *l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen.* Et his quidem ceſſantibus, ſi vel ſtatutum, vel conſuetudo, vel præſcriptio, vel priuilegium exiſtat in contrarium, vt eſt in his ditionibus, Iudex maior, & Senatus de iuriſdictione inferiorum locorum, ciuitatum, aut magiſtratuum, ſe non intromittit, vt notat latè Felinus *ad caput paſtoralis, de offic. ord.* Eodem igitur modo, & Apparitores ſeſe immiſcere rebus, ad alios inferiores pertinentibus non poſſunt. Ordine enim cuncta in Republica fieri comparatum eſt, ea ratione, quam natura quoque rebus oſtendit, vnde harmonia, ſeu concors rerum ſymmetria exurgit.

CAP. XXII.

De pœna Apparitoris extra territorium arreſtantis.

SVMMARIA.

1. *Apparitor quando carcerari poteſt.*
2. *Regij Viatores, an poſſint ab inferiori magiſtratu carcerari.*
3. *Cautela pro eo qui fecit arreſtum perperam.*
4. *Iudex inferior quando animaduertat in Apparitorem regium.*

Apparitor egrediens limites ſuæ poteſtatis, tenetur iniuriarum.

CVlpa eſt, vt ait Pomponius, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, *l. culpa ff. de reg. iur.* Apparitor igitur qui in loco, & intra limites ſuæ functionis non manet, ſed pro libidine ſua, quod ad ſe non pertinet, & in alio loco vbi hoc illi permiſſum non eſt, arreſtare audet, adeoque alienæ rei citra legis adminiculum ſeſe immiſcet, culpa carere non poteſt: turbato namque ordine facit, quod ſua minus intereſt: niſi fortè propter periculum fugæ debitoris, vt ait Paris de Puteo, *in tract. de ſyndic. ad verb. cler. cap.* 2. Sed qua ratione & quo modo hæc culpa, quæ pœnam vtique requirit, *l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* coercebitur, quibuſque tandem vinculis reprimetur audax hoc & temerarium facinus, quæri ſolet. Sanè Ludouicus Romanus, qui pro ætate ſua, in iure, & in foro diligenter conſiderauit, *ad l. nolle audire, num. 3. verſic. quinimò ne dum. ff. de acquir. hæred.* reſpondit, eiuſmodi * Apparitorem & nuncium vinculis mancipari, & in carcerem conii ci poſſe. Nam & Iuſtinianus, executorem qui clericum ad vetitum tribunal laici Iudicis euocauit, ab Epiſcopo loci in loca decanica detrudi poſſe conſtituit, *authent. cauſa quæ. C. de Epiſc. & cleri.* quod & Bald. *ibi, verſic. vltimo nota ſequitur eum glo. in §. 1. in authent. apud quos oport. cauſ. d. c. monach. colum.* 6. Porrò autem Petrus Rebuffus *ad ord. reg. tom. 2. titul. de literis requiſi. glo. 3. num. 32. verſi. non poterit.* ſcribit quod * non poteſt dominus loci detrudere in carcerem Viatorem Regium exequentem literas Regias, ſine literis requiſitoriis, vt fuit pronunciatum Burdegalæ, prout refert Boërius *quæſt.* 8. Sed arreſtare equum illius poterit, inquit, niſi Seruiens executioni à ſe perperam & ſine permiſſu Iudicis factæ renunciaret: quia tunc non debet equus eius teneri. Ideò † cautela eſt, quando Seruiens temerariè & perperam fecit executionem, vt illi renunciet, ſecundùm eundem Rebuff. Cæterum Ioan. Imbert. Rupelanus, *Inſtit. forenſ. c.* 1. ſecutus Fabrum *ad l. in officiales C. de offi. rect. prouinc.* per illum textum aſſerit, verum quidem eſſe, quod Iudex loci communiter manum in Apparitoris huiuſmodi equum iubet iniiciendam, quoad iudicio ſe ſiſtat: & ei nonnumquam diem dicit, vt per ſe reſpondeat: aliquando verò carcere detentum cauſam dicere cogit, quoties iniuſſu illius Iudicis aliquem iuriſdictioni eius mancipatum, Apparitor apprehenderit, vt pro iudicantis arbitrio eius temeritas mulctetur. Verùm Iudex alius quàm Regius, non poteſt in Apparitores Regios animaduertere: Ita vt quamuis Iudices inferiores ius perſequendi, aut ad ſummum prehendendi hos Apparitores haberent, *per d. l. in officiales*, oportet tamen eos ad Senatum, qui iuſtam pœnam infligere poſſet, tranſmittere, *l. 2. C. de offic. mag. mili.* Atqui Guid. Pap. nobilis

Margin: 1. (beside "reſpondit, eiuſmodi…"), 2. (beside "quod * non poteſt…"), 3. (beside "tela eſt, quando…")

Galliæ practicus non abſimilem quæſtionem
4. tractans *quæſt.*328.*inci.Seruiens.*reſpondit * Iudicē inferiorem poſſe punire Seruientem Curiç, dummodò hoc ſignificet Curiæ illius ſuperiori. Quæ ſententia Guidonis, non tam multum ab his quæ dicta ſunt ex Rebuffo & Imberto, diſcrepat quàm fortè aliquibus prima facie videtur: Nam ſi carceri mancipatus, aut aliter detentus ſit Apparitor, Iudex qui manus in eū iniecit, Senatui hoc quod factum eſt ſignificabit, & repentè remittet illic puniendum. Cæterum ſi Senatus non repetat, aut non reſpondeat vel aliter diſſimulet, correctio inferioris in eiuſmodi Apparitorem procedet, teſte Chaſſan. *ad conſue. Burg. des Iuſtices & droicts. Rubr. L'amende de ſimple recouſſe.* §.7, *ad verb. L'amende. n.*43.*ver. Quinta concluſ.* Tutiùs eſt ſanè hoc caſu eueniente, certū Senatus reſponſum expectare: Pluraq; de his, *d. loco apud Boerium vide.* Ad actionem iniuriarum quod attinet, nihil hæſitandum eſt, huiuſmodi enim * Apparitor per
1. illicitam arreſtationem, & Iudici, & parti læſæ iniuriam facit, *c. ex parte, de verborum ſignific.*

CAPVT XXIII.

Quid ſit pœna eius, qui ſe Apparitorē eſſe ſimulat, cùm non ſit.

SVMMARIVM.

1. *Nuncius falſus de falſo tenetur.*
2. *Comitem, Doctorem, ſeu magiſtratum ſe ſimulans cùm non ſit, falſi crimen contrahit.*
3. *Tabellionis officio fungens, qui nunquam Tabellio fuit, qua pœna puniatur.*
4. *Iuriſdictionem non habens, ſed habere ſimulans, quo modo puniatur.*
5. *Apparitores, vt plurimum maligni, infames, ac viles ſunt.*
6. *Apparitor ſimulans ſe mandatum arreſtandi habere, qua pœna teneatur.*

ANtiquitas nihil aliud exiſtimabat eſſe Deū, quàm prodeſſe mortalibus, ex quo prouerbium natum eſt: Homo homini Deus. Sed quoniam paulatim abundare cœpit iniquitas, & refrigeſcere charitas, vt eſt *apud Matthæum* 24 *cap.* Homo homini lupus factus eſt, milleque nocedendi artes adinuentæ ſunt, quibus fraude & dolo, alter in alterius fortunas irrumpat, & proximi honorem conuellat. Quo pertinet ſceleratum & deteſtandum hoc factum eorum, qui ſub authoritate publica, quo pecuniam ſubdolè emungant, & ab imperitis hominibus, neſcio quid extorqueant, ſimulant ſe Apparitores eſſe, cùm non ſint, authoritatemque & poteſtatem arreſtandi, accepto ob eam cauſam ſalario, ſibi vſurpant. Memini paucis hinc diebus, miſellum quendam & ſimplicem ruſticum eiuſmodi lupo prædam fuiſſe, ſimulanti ſcilicet ſe Regium Apparitorem eſſe, eoq; titulo innocentem illum hominem ad iniquiſſima quæque adigenti. Sed quæ ſit huius tam nefarij facti pœna videamus. Et Vlpianus quidem. *Qui nomine Prætoris,* inquit, *literas falſas reddidiſſe, dicti. nive falſum propoſuiſſe dicetur, ex hac cauſa actione pœnali, in factum tenetur, quamquam legis Corneliæ reus ſit. l. qui nomine, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Sicut generaliter nuncius † falſus de falſo tenetur, teſte Bart. *ibi.* & Alexand. 1.
ad l. Dinus de cuſtod. reor. Specul. *de execut. verſic. ſed quæritur.* Iaſon *ad* §. *quadrupli. Inſtit. de actio* Felin. *ad c. tertio loco de probat.* & nominatim Matthæ. de Afflict. loquens de eo qui ſimulat ſe eſſe Apparitorem Curiæ. *In conſtitutio. Regni, quæ incip. Duram & diram.* Et in ſimili, appellans † ſe Comitem, Doctorem, Magiſtratum, 2.
cùm non ſit, actumque aliquem facit his congruentem tantùm, non minùs falſi crimen cōtrahit, quàm ſi alienum ſigillum aut nomen, cum alieno incommodo ſibi vſurpaſſet, *l. ſi quis & ibi* Doct. *C. de aquæduct. libro* 11 *ad c.* 1. *de magiſt. ad c. tam literis. de teſtib. l. vnica. C. de mendic valid. lib.* 11. Chaſſan *ad conſuet. Burg. Des Iuſtices & droicts Rubr. Meſſrs, ad verb. de leurs rapports, num.* 6. & 7. Grauiùs ſanè Hippol. de Marſil *ad l. eiuſdem, colum.* 2. *num.* 6. *ad l. Cornel. de ſicar.* eum qui † nunquam Tabellio fuit, ſi
vt Tabellio inſtrumentum conficiat, morte 3.
plectendum reſpondit, iuxta ſententiam Bald. *ad l. eſſe data opera, C. qui accuſ. non poſſ.* Ex quo dubia redditur Angeli opinio, *ad l. ſi vacantia, C. de bon. vacant. libro* 10. exiſtimantis eum † qui iuriſdictionem non habet, ſed ſi-
mulat, pœnæ falſi obnoxium non eſſe. Ego 4.
cum Modeſtino reſpondeo, huiuſmodi ſimulatorem, pro admiſſi qualitate, *ſecundùm leg. Cornel. de falſ.* grauiſſimè eſſe puniendum. *l. eos* §. *final. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* licet hac in re opiniones Doctorum varient, & Senatus ipſe Tholoſanus quid conſtituendum eſſet, anxiè dubitauit, vt apud Aufrerium *deciſio.* 401. videre licet. Et in hac quidem ſententia etiam D. Damhouderium *in Enchirid. rerum criminal.*
cap. 123. *numero* 10. fuiſſe video. Sed vt † Ap- 5.
paritorum ipſorum malitia & infamis vita ſæpenumerò abundat in Republica, quo nomine multùm conqueritur Andreas de Iſernia, *in conſtitut. Neapolit. de aſſig. lit. citat. num.* 5. *in lectura peregrin.* Suntque ut plurimum viles perſonæ, vt ait Robert. Marant. *in tract. de ord. iudic. parte* 6. *num.* 43. *tit. de citat.* Ita quoque ad falſitatem non diſſimilem, non rarò declinant, & mandatum arreſtandi ſe habere iactitant, falsò & contra veritatem; vt hac mentita fide, à debitore mandatum veluti redimente, aliquid accipiant; Quod qui * faciunt, proculdubio crimen concuſſionis contrahunt, *l.* 1. *ff. de concuſſ.* & non ſolùm ad quadrupli reſtitutionem obligati ſunt, falſumque committunt, ſed & concuſſionis nomine etiam aliàs criminaliter puniuntur, *l. quod euitandæ. ff. de condict.*

ob

ob turpem cauſam. Iaſ. *ad d. §. quadrupli* Odofredus *ad l. iubemus, C. ad leg. Iul. repet.* Bart. *ad l.* 1. *C. de nauicul lib.* 11. *text. & glo. in l. ſi quis concuſſerit, C. de leg. Iul. de vi.* Vnde etiam in ſimili reſpondet Paris de Puteo *in tract. de ſyndi. cap.* 7. *de Syndic. iudic. num.* 7. quod officialis, qui, vt componat cum eo de cuius delicto nihil omninò conſtat, pœnam minatur; tenetur iniuriarum: Et quod Iudices qui ſimulant ſe habere mandatum capiendi, torquendi, moleſtandi, idque falſò, extra ordinem puniuntur, falſique admiſſi nomine tenentur.

CAP. XXIV.

De Apparitore metu, precibus, vel ſordibus corrupto, & arreſtum non faciente.

SVMMARIA.

1. *Luxuries & auaritia, homines plerumque ad ſcelera adigunt.*
2. *Metus omnis turpis eſt in Iudice.*
3. *Iudex negligens, aut iuſtitiam non adminiſtrans grauiter punitur.*
4. *Apparitoribus arreſtum commiſſum non facientibus, quo modo partibus conſulatur.*
5. *Apparitores improbi ab officio ſunt remouendi.*
6. *Remoueri quis poteſt ab officio ob ſolam negligentiam.*
7. *Iudex contra Apparitorem improbum ſummariè procedit.*
8. *Remotus ab officio, an amplius ad idem, vel aliud admitti poßit.*
9. *Seruientem ſeu Apparitorem delinquentē, an iudex remoueat, an verò is qui illum conſtituit.*

DVæ ſunt res, inquit Cicero, quæ maximè † homines ad maleficium impellunt,
1. luxuries & auaritia. Vnde cùm plerique apparitores aut poculis, aut nummis nimium addicti ſint, adeò vt in quibuſdam neque pecuniæ modus eſt, neque cupiditatum, quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius, atque inflammat; frequenter accidit, quòd cùm arreſtandi ſeu ſiſtendi mandatum receperunt, vel pecunia corrupti, vel amore familiaritatis & compotationis excæcati, diſſimulant, officiumque ſuum non faciunt, magno Reipublicæ malo, & graui creditorum periculo ac detrimento, de quibus his verbis ſcribit Carol. Molinæus, *ad* 2. *part. conſuetudi. Pariſ. tit.* 2. §. 5 2. *gl.* 1. *nu.* 184. Notæ enim ſunt expilationes Apparitorum præſidialium, præſertim hoc tempore quo non ſolùm officia multiplicantur, ſed non niſi ingenti pretio habentur, & iam ridiculæ ſint antiquæ ſanctæ conſtitutiones, de eorum ſalariis editæ; nec hoc ſolùm, ſed multò plus exigunt à pauperibus ruſticis, quibus breue temporis ſpacium, & vſurarias dilationes ſubinde vendunt, ne pignora transferant, aut ne vili diſtrahant. Hactenus ille. Alios verò metus & potentia debitoris, extra limites iuſtitiæ proprię functionis, in tranſuerſum agit, contra dictum *Eccleſiaſtici cap.* 7. de Iudice loquentis: *Noli fieri* * *Iudex, niſi valeas virtute perrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalū in agilitate tua.* Ideoque idem Molinæus *d. loco* iterum ſubjicit, Neceſſe eſſe ad rectam & debitam, & à Deo præceptam politiam, non ſolùm iudicandi officia, ſed quæcunque vel minima iuſtitiæ miniſteria, idoneis & fidis, gratis concedere, quemadmodum & beneficia omnia, & dignitates eccleſiaſticas. Sic enim fieret, vt nefario, & cauponario rerum ſacrarum & magiſtratuum quæſtu ſublato, totum regnum, & præcipuè Maieſtas ipſa Regis, non ſolùm corā omnibus hominibus, ſed etiam coram Deo & Angelis, & Sanctis eius, magnoperè floreret & proſperaret, & omnibus tam ſpiritualibus quā temporalibus opibus, & maxima pace lætaretur, &c. Defectus verò Iuſtitiæ, & licentia peccandi, facit eiuſmodi Apparitores verè eſſe, quod de eis ſcribunt veteres, quod ſunt vt plurimum viles, voraces, praui, auari, pertinaces, & proterui. Paris de Puteo *in tractatu de ſyndicatu in verb. familia.* 1. Baldus *ad l. ſi vt proponis, C. de execut. rei iudic.* Fredericus de Senis *conſilio* 119. Tyraquel. *de retract.* §. 8. *gloſſ.* 9. & probatur ſatis *in l.* 1. *C. de muner. lib.* 12. *& in l.* 1. *C. de priuileg. eorum qui in palat. mil. & in l. omnes, C. de Epiſcopo & cler.* Hos igitur & ſua quoque pœna iuſta manet. Nam † ſi iudex negligens 3.
vel corruptus, & parti requirenti iuſtitiam non adminiſtrans, tam grauiter coërceatur & puniatur, *l.* 1. *C. de deſert. l. fin. C. public. lætit. libro* 12. latè Paris de Puteo *in d. tract. de ſyndi ad verb. negligentia. capite* 1. *aliiſque locis multis.* quantò magis hoc genus hominum ignobile & vile, niſi Apparitores Regios excipias, qui honoratiores fortè aliquibus videntur, licet aliquando non ſint, puniri debet. Sanè * qualeſcunque ſint, quando arreſtum facere nolunt, 4.
aut ne faciant, latitant, & ſe ſubducunt, poteſt pars in eum caſum contra eos proteſtari, condemnabuntur eidem parti executionem ſeu arreſtum requirens ad expenſas, damna, & id quod intereſt, vt ait Rebuffus *ad ordin. reg. tomo* 1. *tractat. de ſente. execut. articu.* 8. *gloß.* 5. *& tomo* 3. *in citat. de citat. in præfat. num.* 80. Ita ut non multò alter ſeſe loco ipſius debitoris conſtituere videantur, quàm Iudex pro arreſtatione requiſitus, & negligens, vel iuſtitiam non admiuiſtrans, *l. fi.* & ibi Dd. *ff. de var. & extraordin. cognit.* pulchrè Caſtrenſis. *conſ. vlti. verſic. ſecunda cauſa eſt, libro* 1. *c. Dominus noſter quæſt.* 2. Sed & Diui Principes Gratianus, Valētinianus, & Theodoſius, huiuſmodi † executores qui officium ſuum facere ceſſauerunt, ab 5.
executione remouendos, aliosque in locum eorum ſupponendos eſſe reſcripſerunt, vt ſciant

Ttt 4

ant cauſas à ſe non eſſe deludendas, nec lucri gratia aliquod ei vitium imponendum, *l. 1. C. de ſportul.* Quomodo, quod amplius eſt, in mul-
6. tis alijs caſibus, ex * ſola negligentia, non dico malitia, & improbitate vel corruptione, eum qui publicam aliquam functionem ſuſtinet, ab officio remoueri, notat Bellouiſius *in ſua praxi ſub titul. de citat.* Ad quam * quidem remotio-
7. nem & arbitrariam coërtionem, ex ea enaſcentem, non ordinario & ſolemni ritu, ſeu ordine iudiciorum, ſed ſummariè, de plano, velo leuato, & ſine ſtrepitu procedendum eſſe teſtatur Bald. *ad d. l. fin.* Sed an † venia digni ſint,
8. vt poſtea elapſo aliquo temporis ſpatio, denuò ad ſuas functiones admitti poſſint, quæſitum fuiſſe ſcio. Sanè, ſi propter admiſſum illiuſmodi delictum, per ſententiam Iudicis remoti ſunt, quia Iudex ſemel ſuo officio eſt functus, reſtitui ab eo nō poſſunt *l. ſi quis decurio.* & ibi Bald. *ff. de falſ.* & in terminis decidit Chaſſanæus, *des iuſtices & droicts, Rubr. Meßirs & Sergeans,* §. 6. *num* 50. quemadmodùm & quilibet alius officialis propter negligentiam vel culpam in officio commiſſam, remotus, non admittitur ad aliud officium, & alios honores, *l. quicunq; C. de diuerſ. offic. libro 12.* etiam propterea ad omne damnum parti illatum, ad ſumptus omnes, & ad id quod intereſt, teneantur, præſtito aduerſus ipſos in litem iureiurando, vt notat Paris de Puteo, *in tractat. de ſyndic. ad verbum, negligentia, capite* 4. Quinimò quòd magis eſt, *cap.* 2. exiſtimat eiuſmodi Officialem abſolutorium reſcriptum impetrare non poſſe, neq; contineri hunc ſub generali indulto Principis ciuibus conceſſo, ſed ſimpliciter remoueri, etiā officio eius adhuc durante, *l. ſi aliquid C. de ſuſcept. l. iudices, C. de dignit.* Sed breuiùs de his Albericus *ad l. ſi quos, C. de offic. præfect. prat. orien verſic. ſed nunquid,* ait eos qui ab delictum ſuū remoti ſunt, ipſo iure ad idem vel aliud officium, aſſumi iterum non poſſe, *l. placet, in fin. C. de epiſ. & cler cap. dictum.* 81. *diſtin.* Cæterùm de gratia & ex ſpeciali diſpenſatione Principis, qui ſibi manum non claudit, poſſunt; quod & vſu quoque receptum videmus.

Elegans autem eſt quæſtio, † quis huiuſ-
9. modi Apparitorem remouebit, ipſene Iudex inferior, an potius Princeps, vel alius quiſpiam, qui ex priuilegio ſibi à Principe conceſſo, illum conſtituit? Et quidem Ioannes Fabri *ad l. final. C. de offic. præfect. vrb.* quem refert & ſequitur Ioannes Conſtant. *ad conſtitut. reg. articul.* 10. *incip. Que ſuyuant circa fi.* reſpondet, quod Seneſchali non poſſunt auferre officia Seruientibus, vel Officialibus, qui delinquunt in ſuis officiis, quæ non habent ab eis, ſed à Principe, *vt l. 1. C. de offic. præfect. Auguſtal.* quamuis ipſos in officio delinquentes punire poſſint, *l. ſi quis, §. ſi quos.* & ibi latè Bartolus *ff. de pœnis.* Sed & Paridē de Puteo, *in tract. de ſyndicat. ad verbum, poteſtas, numero* 2. in hac quoque ſententia fuiſſe reperio, dum ait, quod is officiale remouet, qui ipſum creauit: ſecus ſi fuerit creatus à Principe, vel ab alio ſuperiore. Qua de re plura ibi apud eundem Paridem videre licet.

Non me latet, quàm ſint ſæpè refractarij, in quos deponendi & remouendi poteſtatem non habet vir Clariſ. Præfectus vrbis, qui horū opera etiam in ſummo capitis ſui diſcrimine & vitæ periculo vti debet. Sed quiſquis remouendi poteſtatem habet vel non habet, vtiq; remoueri eos publicè atq; priuatim expedit. Nam ſi in officijs ſuis cum aliorum detrimento graſſentur, vel delinquant, periculum eſt illius qui hos conſtituit, & propter malā electionem, his non ſoluendo exiſtentibus, ex proprijs facultatibus damnum illatum refundere tenetur, teſte Ioan. Conſt. *d. loco* Paride de Puteo *etiam d. loco, c. 1. cum c. 2. n. 3.* & Ang. *ad l. ne diu. ff. de pœn.*

CAP. XXV.

Arreſtatus an credere Apparitori debeat.

SVMMARIA.

1. *Apparitori an & quando credatur literis ſui officij non oſtenſis, & num.* 4.
2. *Apparitor eſſe præſumitur qui pixidem defert.*
3. *Offendens Apparitorem non habentem ſignum, an eodem modo puniatur.*
5. *Pro nuncio præſumitur in his, quæ officium eius concernunt.*
6. *Mandatum an præſumatur.*
7. *Apparitori an ſit credendum, conſuetudo docet.*

VTrum verò is, qui arreſtatus eſt, credere debeat Apparitori, ſe Apparitorem eſſe, ſiſtendique poteſtatem habere, aſſerenti, dubium eſſe poſſet, Bart. *in tract. quom. in læſ. maieſt. crim. proced. in verb. per nuncium.* reſpondet, credendum * eſſe Apparitori, etiamſi nōn oſtendat literas ſui officij, in loco & iuriſdictione intra quam eſt Apparitor, *c. cùm dilecti, de dolo & contum.* præcipuè ſi aliquod ſignum habeat, cuiuſmodi alij Apparitores habere ſolent. 1.
Nam eo ipſo quod quis † defert tale ſignum, 2.
præſumitur quod ſit Apparitor. Boër. *quæſtio.* 170. *num.* 4. Innoc *ad c. quoniam contra, de probat.* Peruſ. *ad c. cū parati col. 6. n.* 10. *de appel.* Rebuf. *ad conſt. reg to.* 3. *ti. de cita. art.* 1. *gl.* 2. *n.* 3. *verſ. creditur.* Sicut econtra Salic. *ad l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ.* & Salicetū etiam ſecutus Chaſſa. *ad conſuet. Burg. rubr.* 1. §. 7. *n.* 25. *verſ. pro ſexta limitatione.* reſpondet, quod * ſi quis offendat nunciū vel Apparitorem non habentem ſignū 3.
in ea qualitate, hoc eſt tamquā offendens nuncium & perſonam publicam, non punitur: multumque ait ſignum eiuſmodi operari, vt illi qui ſe Apparitorem eſſe dicit, credatur vel nō credatur, *gl. ad l. magis puto. §. ne tamen, ad verbum,*

*bum,viatorem,ff.de reb.eorum.*quamuis aliàs Regijs & † prouinciarum executoribus, non niſi
4. oſtenſis literis, in grauioribus cauſis credatur, qua de re plera *d. loco.n.*27.Chaſſan. Sed hæc in citatione verbali dubium vix habent: Nam ſi Apparitor vel ſignum iſtiuſmodi habet, vt vel pluriès poteſtatem hanc ſciente debitore exercuit, fidem ei adhibere debet. Bald. *ad l. exemplum,in fi. C.de probat.* Abbas & Feli. *ad c.ſuper his de fide inſtrum.*quia facilis eſt hoc caſu recurſus ad ipſum Iudi.ē,à quo quæ ſit Apparitoris illius qualitas cognoſci poteſt,teſte Paul. Pariſ. *conſ.*17.*n.*11. *lib.*4. Cæterum de citatione reali,in qua ſi ius ſcriptum ſequaris, cauſæ cognitio (vt diximus) requiritur, & ad quam expreſſum mandatum Iudicis eſt neceſſarium, maior eſſe poſſet dubitatio,vtrum credatur apparitori, ſe apparitorem dicenti, & mandatum arreſtandi ſe habere alleganti. Sunt enim qui id negant;ſunt etiam qui affirmant,ex eo,quod niſi præſumeretur præcedens commiſſio, ſequeretur quod nuncius falſum ſcienter committeret,*l.qui nomine,ff.de falſ.*Rom.*ſing.*313. quæ quidem præſumptio minimè eſt accipienda,*l.
5. meritò,ff.pro ſoc.*& * pro nuncio præſumitur in his quæ officium eius concernunt, *l.* 2.*C.de execu.& exact.li* 12.*glo.& Dd.ad d. c. cum parati.* Vtramq; ſententiam ſuis argumentis ac rationibus validè vtrimq;ſuffultā *li præſump. reg.* 3 *c.* 14.refert Alciat.tandemq; etiam opinatur, in reali citatione quæ aliqualem cauſæ cognitionem deſiderat, neceſſarium eſſe, vt de ea in actis conſtet. Sed ſi iudex in vim illius realis citationis ad vlteriora procedat: tunc, inquit,
6. præſumi † poteſt mandatum præceſſiſſe, *l.ſi filius.ff.*vbi Bald.& Salic.*C.de pet.hæred.*Ego verò in ea ſententia verſor, vt exiſtimem ad leges ſcriptas quod attinet in citatione reali, quā prehenſionem ſeu arreſtationem, aut impedimentum rectiùs dixeris, comiſſionem, & commiſſionis illius demonſtrationem eſſe neceſſariam,vt quis arreſtari poſſit,niſi tamen periculum ſit in mora, quod ſuperioribus capitibus fuſiùs à nobis dictum fuit. Sed vbi conſuetudo diuerſa eſt,vt plerumq;hic vbique eſt, periculo arreſtari procurātis, neceſſum eſt eum qui arreſtatur & impeditur, nuncio etiam non oſtendenti mandatum parere, modò inſignia Apparitorum gerat, aut pro tali publicè habeatur, quia * conſuetudo in his ſequenda eſt.
7. Bald.*ad l.neminem,C.de exhib.re.* Iaſ.*in d.§ quadrupli.*& ibi Fab Idem Bald.*ad l.ſi quando, C.de teſtib.*12.*q.* Corn.*conſ.*2.*in fi. lib.*4. Qua tamen in re prudenter cauere ſolent magiſtratus, vt intra triduum actio aduerſus arreſtatum intendatur,poteritq; in eiuſmodi rebus eam moderationem Iudex adhibere, quam exiſtimabit propoſito negotio maximè conuenire, *arg l.qui pro tribunali,ff.de re iud.* Porrò autē eundē hunc articulum latè ſuo more explicat Tyraq. *de vtroq; retrac.*Latiùs verò & eleganter Hip *ad l.de vnoquoq;.n.*115.*cū ſeq.de re iud.*quos ſi libet vide

CAP. XXVI.

Apparitori referenti ſe aliquem arreſtaſſe, an ſit credendum.

SVMMARIVM.

1. *Apparitores an coram teſtibus arreſtare debeāt.*
2. *Apparitor an Apparitori teſtis eſſe poßit.*
3. *Iudici aut Arbitro ſoli non creditur.*
4. *Apparitori ſoli an credendum ſit, Iudicis arbitrio relinquitur.*
5. *Apparitoris falſam relationem facientis pœna.*
6. *Apparitoris falſitas quo pacto conuincatur, relatiuè.*

EAdem quoque ratione dubitari poteſt, vtrum ſoli Apparitori credendum ſit, qui ſe creditorem ipſum,vel res eius arreſtaſſe affirmat. Rebuffus *ad conſtitut. reg. tom.* 3. *art.* 1. *gloſſ.*2. & moribus & legibus Gallorum receptum eſſe teſtatur, ne * Apparitores executionem faciant, niſi duos teſtes adhibeant, qui te- 1.
ſtificari de illo actu poſſunt; quia cum ipſi regulariter viles ſint,*l prohibitum, l. defenſionis, C. de iure fiſc. libro* 10. falſaſque relationes facere, vt not. Doct. *ad c.quoniam contra,de probatio.* & pro modico vini dolio ſæpè deierare ſoleant, teſte Hoſtienſ.*in ſua ſumma Rubric.de contum.§. qualiter, verſic. contra.* Ideò duos debent adhibere teſtes. Nam in ore duorum aut trium ſtat omne verbum,*c.cum eſſes. c. relatum, de teſtam.* Et iſti * teſtes non poſſunt eſſe Apparitores, quia vt ille idem ait, vnus pro altero etiam falſum deponere poſſet; nā vt vetus habet ada- 2.
gium, muli mutuo ſe ſcabiunt. Non tamen requiritur ſubſcriptio teſtium, ſed ſufficit Apparitorem referre ſe arreſtaſſe talem in præſentia Ioannis & Petri teſtium. Idem Rebuffus *d. tomo* 3. *artic.* 2. *gloſſ.* 4. *num.* 16.*verſic. Quinimò requiritur.*Porrò ad leges ſcriptas quod attinet, ſunt etiam non inferioris loci Interpretes, qui exiſtimant nuncio ſeu Apparitori ſine teſtibus credendum non eſſe *per l.vlt C.de bon.vacant.lib.* 10.& quod vnius vox nec condemnat, nec iuſtificat,*c.admonere* 32.*quæſt.* 2. etiamſi (vt ait Conſtant. Imp.) præclaræ Curiæ fulgeat honore,*l.iuriſiuran.C.de teſt.*& ſi * ſoli Iudici, aut Arbitro non creditur,*l ne in arbitris.§.penul.C. de arbitr.& d.c.quoniā,* certè multò minùs Ap- 3.
paritori ſoli credi debet,cùm magis pro Iudice præſumatur,*l.*2.*C.de offi.ciuil.iudic.* pro Apparitore verò nequaquam,*l.ne diu,C de pæn.*quos & Sacil.*ad l.tres denunciationes C.quomod.& quand. iud.* & Philippus Francus *in c. cùm teneamus, colum. vltim. de appel.* viles & ribaldos vocant. In qua ſententia fuit etiam *gloſſ. ad dictum caput quoniam.* dum ait, ſoli nuncio publico & iurato credi in foro ciuili ſecundùm conſuetudinem. At de iure communi, inquit,

quit,videtur; non eſſe ei credendum, niſi aliter de veritate legitimè conſtet. Alij putant credendum huic eſſe, ſi non fuerit negatum, poſſeque debitorem iuramento euadere, ſi iuret ſe arreſtatum vel citatum non fuiſſe. Hoſtienſ. *ad d. c quoniam.* Ioannes Fabr. *ad l. ea quidem, C. de accuſat. gloſſ. in c. propoſuiſti, ad verbum, non probatur.* 82. *diſtinction.* Alij verò dicunt, non eſſe ei credendum in rebus magni præiudicij, Baldus *ad l. magis puto. §. illud ff. de rebus eorum. & ad d. c. cum parati.* Lucas de Penna *ad l. 1. C. de Curial. libra* 12. Conſtat autem ex his quæ ante diximus, arreſtationem maxi-
4. mi præiudicij eſſe. Alij hoc totum, an † Apparitori ſoli credendum ſit, Iudicis arbitrio & religioni relinquunt. Quid enim, inquiunt, ſi Apparitor ſit vitæ diffamatæ, & debitor integerrimus? Conſiderabit itaque Iudex qualitatem perſonarum, atque negotij, & huic vel illi magis credet, vel iuramento ab eo exacto, vel etiã non exacto. Hoſtien. *ad d. c. comparati.* & ibi etiam Panor. Archid. *ad c. propoſuiſti. & ad c. venerabilibus, de ſenten. excõmun. li.* 6. Itê Petr. Iacob. *titul. de act. de conſtit. pecun. colum. penul. verſi.* nec etiam deberet credi. Alij deniq; ſimpliciter aſſerunt, Apparitori eſſe credendum *per l. 1. §. cura carnis, verſi. quies.* & ibi Bald. *ff. de offic. præfect. vrb. & d. l. magis puto. § ne tamen.* & *l. ſi quis decurio, C. de falſ. & l. Apparitores, C. de exact. tribu. lib.* 10. quam opinionem Dec. Imol. & Philip. Franc. *in d. c. cum parati.* communem eſſe teſtantur. Nam & Seruienti & Apparitori creditur ſuper eo, quòd inuenerit tales ludentes, vel animalia damnum facientia. Bart. *ad l. ea quidem. C de accuſ.* maximè ſi ad inquiſitionem illius rei fuerit deputatus, vt ait Paris de Puteo latè *de ſyndic. ad verb. notorium cap. vltim. num.* 3. Tyraquel. quoque *de vtroque retract. §. 8. glo 9. in prin. n.* 11. *verſi. & hac quidem.* hanc opin. (quantum ad ius commune attinet) veriorem eſſe aſſerit: ſed id tamen cum moderationibus, quæ ſequuntur. Primò, vt is Apparitor ſit publicus & iuratus *glo. ad d. §. cura carnis.* Bald. *ad l. 2. C. de ſpor* non quod in quolibet actu iuramentum præſtare debeat, ſed ſatis eſt eum in principio iuraſſe ſe fideliter officium ſuum executurum, vt fieri ſolet & debet. Bald. *ad d. l. magis puto, §. illud, & ad d. l.* 2. Secundò, vt ei credatur, ſi iſtiuſmodi negotium ad officium eius pertineat, vel ex eo dependeat. Cyn. *ad d. l. ea quidem.* Bart. Bald. *ad d. §. cura carnis.* latè Chaſſanæus *ad conſuet. Burg. titu. de iuſtitia. §. 6. glo. par leurs ſermens.* Quid autem ſi arreſtatus vel pars * falſam eſſe Apparitoris
5. relationem probauerit, quomodo Apparitor punietur? certè Rebuff. *d. tomo* 3. *art.* 5. *glo.* 4. *verſi. quid ſi pars.* reſpondet, quod ſi pecunia corruptus hoc fecerit, pœna legis Corneliæ de falſis punietur, *l. 1. § ſed & ſi quis ob renunciandum vbi gloſſ. & Doct. ff. ad l. Cornel. de falſ.* quæ hodie in multis iudicijs, & in Francia eſt pœna mortis. Si verò non pecunia corruptus, ſed quadam incuria vel ſimplicitate falſum commiſerit; ad id quod intereſt, actione in factum, & ad mulctam tenebitur, *l. qui nemine ff. de falſ.* quam legis deciſionem eſſe ad hoc ſingularem dicit Roman. *ſingul.* 313. & Guedo Papæ *quæſt.* 44. *incip. teſtis in fin.* ſuoque officio priuari debet. Bald. *ad c. fin. de dolo & contu. argum. §. ſi. in authen. de arm.* quando ex ſimplicitate vulpina, qua vti ſolent, hoc fecit: ſecus ſi ex ſimplicitate columbina, quæ dolum & fraudem non nouit. Chaſſan. *ad conſuet. Burg. titul.* 1. *§. 6. ad verb. de leurs rapports per l. 2. C. de ſport.* Iaſon *ad §. quadrupli, de act.* mihi ad eam rem maximè accommodata videtur, *l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. lib.* 10. quæ vetat ne quis eorum qui ſemel de huiuſmodi crimine conuicti ſunt, idem officium rurſum gerat. Quo loco conſtitutionem, de notarijs, tributorum ſuſceptoribus, & alijs quibuſcunque in officio conſtitutis, intelligit Ioan. de Plat. antiquus & non indoctus Interpres; eoque etiam pertinet, quod *in l. iudices, C. de dignit. lib.* 12. conſtituit Imperat. dum ait, *Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorũ inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque & plebeios habeantur, nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos indignos iudicauerunt.* Rurſum *in l. 2. C. de palat. ſacrar. largit. lib.* 11. *Nullus*, inquit, *Theſaurariorum ſemel deprehenſus euerſor, quocunque pacto aut repetat militiam ſuam, aut aliam.* Multa autem huc pertinentia, eleganter tradidit Antonius Capic. *deciſ.* 9. *Neap.* 121. *inc. in cauſa officij.* quo loco exactè inquirit, & latè diſputat, an hæc officij priuatio ipſo iure fiat, an verò ſententiam requirat; qua * ratione falſitas Apparitoris conuincatur, & cui bona ip- 6.
ſius applicari debeant.

CAP. XXVII.

Quis ſalarium Apparitoris ſoluere ei debeat.

SVMMARIVM.

1. *Expenſas ſoluere debet, qui actum fieri deſiderat.*
2. *Inſtrumentum fieri mandans, Tabellioni ſoluere tenetur.*
3. *Boui trituranti os non eſt claudendum.*
4. *Apparitor plus accipiens quàm ſalarium, quo pacto puniatur.*
5. *Pœna extra caſum ſuum non ſunt extendenda.*
6. *Apparitori qui operam dedit vt arreſtaret, ſi ex pœnitentia creditoris deſiſtat, nihilominùs ſalarium debetur.*

MVltos paſſim reperias, qui lites libenter ſuſcipiunt, ſed ægrè aliquid in has expendunt. Quo modo & in hac quoq; materia arreſti, qui arreſtum ſollicitant, & operam Apparitoris exquirunt, non rarò eo facto, nodum in ſcyrpo quærunt, & ab ipſo debitore arreſtato ſalarium peti volunt. Sed iſtorum

rum hominum ſordes, vnus ex multis, *ad §. quadrupli. Inſtitut. de action.* confutat Faber, qui ea in re Iaſonem, Zaſium, & alios ſibi conſentientes habet, quod Executor ſeu Apparitor, non à debitore, quem vtique inuitum detinet vel arreſtat, ſed à creditore arreſtum poſtulante, ſalarium ſuum exigere debet. Nam vt ait
1. Vlpianus quo loco de exhibitione agit; ille † tenetur ad expenſas, cuius gratia celebratur actus, *l. ſed & ſi §. 1. ff. ad exhibend.* Expreſſiùs verò hæc, Accurſium ſecutus *ad l. cùm ſæpè C. de erog. milit. annon.* tradidit antiquus interpres Iacobus Rebuffus: Si quis, inquit, petit cuſtodiam militarem in ſui fauorem, aut defenſionem, ſumptus præſtare debet; Sin autem cuſtodia in eius odium, vel detrimentum poſtulatur, puta quia eſt arreſtatus, vel aliàs cuſtoditur, eo caſu non ipſe ſumptus præſtat, ſed is qui fecit illum detineri, quia gratia ipſius fit,
2. ideoque tenetur, non multò aliter* quam tenetur ſoluere tabellioni, is qui ad ſuam defenſionem, iuriſque proprij tuitionem, inſtrumentum fieri mandat. Quam ſententiam etiam Ioannem Conſtan. *ad ord. reg. artic.* 183. *verſic. & reprobat.* Ioan. Fabaum ſecutum eſſe video, quippe quod reus ipſe nunquam ſolueret, & interim Apparitoribus, qui ex hoc ſuo officio victum corradere debent, ſoluendum eſt, ne*
3. boui trituranti claudatur os, *capite cùm ſecundũ de præb.* & tandem non inueniantur, qui munus iſtiuſmodi ſubire velint. & hac quidem occaſione Chaſſanæus *ad conſuetudinem. Burg. titu.* 1. *Rubric. de l' amende, & de ſimple reſcouſſe* §. 7. *ad verb. l'amende, num* 44. diſputat, nunquid Apparitores poſſint ſibiipſis ſoluere, & pignora propria eorum authoritate, à reo capere pro eorum ſalario; quod quidem prima facie fieri poſſe videbatur, *per §. tripli. Inſtit. de action.* & per ea quæ not. Iacobus Bellouiſ. *ad §. illud in authen de exlib. & tranſ. reis, verſic. quæritur decimoſeptimò &c.* ſecutus tamen Iaſon *ad dictum §. quadrupli, in ſecundo notab.* eam conſuetudinem iuri communi, & æquitati naturali aduerſam eſſe ait; quam etiam Faber *ibi num.* 19. *verſi. & nota. quod, &c.* licet nonnihil fluctuans per abuſum irrepſiſſe reſpondet. Quod* ſi talis Serui-
4. ens excedat ſalarium ſibi taxatum (qua de re ex Nouellis conſtitutionibus multa colligi poſſunt *authen. vt litig. in extraord. & in authe. de ſanctiſſ. Epiſc. § ſportularũ. & in auth. de iudicibus, §. nullo quoq;.* & de his exceſſibus grauiter conqueritur Molinæus *ad ſecundam partem conſuetu Pariſ. tit.* 2 *gl.* 1. §. 52. *num.* 184.) etiam ad quadrupli reſtitutionem eum teneri, *d. loco numero* 6. aſſerit Iaſon. Sed cùm hodie partim noua conſtitutione Caroli V. Auguſt. partim ſtatutis particularibus locorum, ſalaria certa Apparitoribus præfixa & conſtituta ſint, an etiã hodie ſi plus exegerint & receperint, in quadruplum condemnabuntur? videtur quod ita damnari debent, cum eadem ſit ratio, & grande delictum eſt in publicis officijs exercere quæſtum ex arbitrio proprio; & vix quicquam minus ferendum eſt in Republica, quàm furtum huiuſmodi manifeſtum. Faber putat ſatis æquum eſſe, quod etiam hodie coërceatur temeritas iſtorum nunciorum pœna quadrupli, ſed putat de rigore durum eſſe, cùm † pœnæ extra caſum ſuum non ſint extendendæ, *l. interpretatione, ff. de pœn.* exiſtimatque propterea 5.
cum Ioanne de Platea extra ordinem iſtos coërcendos, atque puniendos eſſe. Cæterum Iaſon tenet contrarium, putans poſſe extendi pœnam quadrupli, etiam ad caſum ſtatuti, cùm non poſſit dari diuerſa ratio, vtpote quod idem ſit crimen nuncij excedentis legem, & excedentis ſtatutum. Zaſius verò *ibi numero* 5. putat hanc diſcordiam ita eſſe componendam, quod ſi pœna, excedenti nuncio eſt in ſtatuto expreſſa, tunc vera eſt aſſertio Fabri, quia ceſſabit pœna quadrupli, cùm generi per ſpeciem derogetur, *c. generis. de regula iuris, l. ſanctio legum. ff. de pœnis.* Si autem non eſt ſpecialis pœna oppoſita in ſtatuto, pœna quadrupli locum habet, quaſi dicat, quod caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſimè & ibi Doctores ff. de liber. & poſthu.* Sanè * ſi Apparitor operam dedit vt arreſtaret, & creditor pœnitentia ductus ab arreſto 6.
deſiſtat, nihilominùs ſalarium debetur. *arg l. ſed ædes. § fin. ff. loc.* & quod *ſing ſuo 66. incip. ſtante ſtatuto,* notat Roman.

CAP. XXVIII.

De eo qui arreſtum violat.

SVMMARIA.

1. *Debitor arreſtatus ſi in cuſtodiam ſequi nolit, quid iuris ſit.*
2. *Violaſſe arreſtum quis dicatur.*
3. *Arreſtatus recedens, non obſtante arreſto, quibus caſibus non puniatur. num. 5. & 6.*
4. *Iuramentum an per Principem laicum relaxari queat.*
7. *Iuramentum quod occaſionaliter tendit in damnum ſalutis corporis, non eſt ſeruandum.*
8. *Iuramentum debitoris de non recedendo ſine licentia creditoris, quid operetur.*
9. *Actus omnis an prima vice abſumatur.*
10. *Mulier ob libidinem vitandam fugiens, pœna fracti arreſti non tenetur.*
11. *Arreſtatus fugiens an ſine noua citatione condemnari poſſit, & num. 13.*
12. *Iuramento reuertentis ad carceres creditur, dicentis ſe ob iuſtam cauſam aufugiſſe.*

QVid autem † ſi debitor arreſtatus ſequi nolit, & iuſſus ire in arreſtum, refractarius ſit, atque ire recuſet? Iacobus Bellouiſius *in* 1.
ſua praxi iudiciar. ſub rub. de inquiſitione. in fi. verſ. Iuxta hoc quæritur. ait, quod punitur ac ſi iuſſet

ſet & arreſtum fregiſſet; quia, inquit, non licet Prætorem contemnere iuxta nota. *ff. de iuriſdict. omn. iud. l. ſi fam. lia, & ff. de his qui not. infam. l. debuit, & ff. de arbitr. l. litigatores & ff. de nou. oper. nunciat. l. ſtipulatio. §. opus autem nouum & ff. de interrog. act. l. de ætate §. qui tacuit, & ff ne quis eum l. ſi per alium circa princip.* ad quod etiã allegatur *l. relegati. §. penult. ff. de pœn. l. in ſeruorum, §. 1. & l. aut damnum, §. quis eo. t. t. & ff. de re milit. l. 3. §. in bello.*

Porrò autem qui arreſtum frangit pro arbitrio Iudicis acriter punitur, *l. 1. ff. de effract. & expil.* quæ lex licet loquatur in eo qui violat carcerẽ, tamen idem eſt & hic: quia Oldrad. *conſ. 65. incip. Hic agitur,* dicit, quod rumpens arreſtum æquiparatur rumpenti carcerem: & eum ſequitur Mandoſ. *in tractat. de monitor. q. 8. n. 6.* Violaſſe † autem ſiue fregiſſe arreſtum dicitur, qui ad ecclesiam, ne in arreſto detineatur, confugit, poſteaquam arreſtatus fuit, vt notat Guido Papæ *ſingulari ſuo primo.*

2\.

3\. Sed † ob non ſeruatum arreſtum moleſtari non debet, qui ex neceſſaria cauſa ad ſuperiorem acceſſit, ſecundùm eundem Guido. *in trac. de appell. queſt. vlt. n.* 108.

Idem quoq; eſt ſi Principis authoritate receſſit, eleganter enim reſpondit Guido *q. 194 incip. Princeps.* quod Princeps temporalis, ei qui iurauit tenere arreſtum in aliquo loco, poteſt dare licentiam recedendi ex cauſa, & inhibere ei, ne in arreſto maneat, atq; ſic contra iuratam promiſſionẽ diſpenſare. Dicens, quod ita vidit obſeruari & practicari *per l. fi. ff. ad municip. & l. fi. ff. de re milit.* & quia is qui non obedit Principi, morte dignus eſt, *c. 2. de maior. & obed.* multique caſus exiſtunt, in quibus Princeps laicus diſpenſare poteſt, vt not. Spec. *in ti. de diſpenſ §. ſiue quoq.* Et quia in iuramento authoritas ſuperioris ſemper intelligitur eſſe excepta, *c. venientes extr. de iureiu.* Sanè ego de hac deciſione

4\. vtcunq; dubito: Nam licet * verum ſit, quod Princeps ex cauſa poſſit laxare iuramentum ad hoc, vt is qui iurauit ſeruare arreſtũ, non puniatur, ſi nõ ſeruet, quia authoritas Principis ſemper intelligitur excepta, *d. c. venientes, & c. petitio. eo. ti.* Et quamuis Aufr. *deciſ. Capel Tholo* 402. dicat eum non eſſe periurum, qui iurauit ſoluere certa die, & non ſoluit, vetante domino temporali, ſi modò vetet ex iuſta cauſa: Tamen quoad animam attinet, exiſtimarem hoc iuramentum ab Epiſcopo cum cauſæ cognitione eſſe laxandum, aut cum eo diſpenſandum, ſicuti hodie de conſuetudine generali hoc Epiſcopis permitti teſtetur, idem Guido *quæſt. 140. circa fin.* In illis enim quę ad animam pertinent, Epiſcopi cura & diſpenſatio propria eſt. Et licet cauſa poſſit eſſe iuſta, tamen ne ex violatione iuramenti labes aliqua animæ aſpergatur, Epiſcopum abſoluere aut diſpenſare conuenit, & tutiùs eſt iuxta ea quæ latè notat Romanus *conſil.* 326. In præſenti conſultatione, & latiùs dicemus *cap. ſeq. n. 4.*

Sed & * is qui à loco, in quo arreſtatus erat, receſſit, & mox redijt, antequam de violato ar- 5.
reſto accuſatus fuit, non ita punietur. Etenim Ludoui. Carrerius *in ſua praxi criminali, in 3. indicio, n. 30.* decidit, quòd is, cui eſt aſſignatus locus pro carcere, ſub fideiuſſoribus: ſi deceſſit, & ſtatim redijt, non tenetur ad pœnam. Et videtur ea ſententia confirmari poſſe ex eo, quòd nõ videtur diuertiſſe aut receſſiſſe is, qui ſtatim redit. Verba Iulij Paul. ſunt hæc: Si in breui reuerſa eſt vxor, nec diuertiſſe videtur, *l. 3. ff. de diuort. l. pleriq; ff. de iur. doti.* Et hoc credo verũ, ſi vltrò redijt, & nullum præiudicium per hoc ſit factum creditori. Sed ſi iuraſſet ſeruare arreſtum, neq; recedere à loco, puto eum periurũ eſſe, licet ſtatim redierit, cùm ſua ſponte contrauenerit iuramento, & ſine cauſa: & ideò, tametſi non poſſit puniri tamquã violator arreſti, ſi non iuraſſet: poterit tamen puniri tamquam violator iuramenti, quia iurauit, & iuramento contrauenit, eoq; nomine punietur, vel à Iudice laico, vel etiam à Iudice eccleſiaſtico: quia iuramentum adijcit forum foro, & vtriq; Iudici punitionem periurij defert, ſaltem per modum præuentionis, *c. fi. & ibi* notant Doctores *de fo. competen. lib.* 6. vbi hoc latè quoque demonſtraui.

Tertiò idem * videri poſſet de eo, qui cùm 6.
eſſet arreſtatus, ſubitò metu peſtis receſſit: ſi fortè in loco quo erat, ſupra modum graſſabatur. Primò, quia in omni re ſubintelligitur clauſula, rebus in eodem ſtatu manentibus, *l. quæro. §. inter locatorem ff. loc.* & ideò ſuperueniens tam vehemens peſtis, debet eum excuſare, vt in ſimili notat Socinus *conſil.* 215. *libro* 4. Baucrius *in tractat de iuramento, verſic.* 72. Secundò * quia etiamſi iuraſſet, non rece- 7.
dere ab arreſto, tamen iuramentum quod occaſionaliter tendit in damnum ſalutis corporalis, non eſt ſeruandum. Ioan. Andr. Card in. D. Anton. Panor. Feli. *in c. ſi verò de iureiur.* & Ægid. de Bellamera *conſ. 16. in c. Factũ eſt tale.* Tertiò, quia peſtis eſt fugienda, *c. negotiatorem. 88. diſt.* & ſicut excuſat ne quis in loco infecto comparere teneatur, ſi eſt citatus, *c. quorundam 74. diſtin.* Corne. *conſ. 109. lib. 2. & conſ. 131. lib. 4.* Ita etiam debet excuſare, ne quis in eo loco cum periculo vitæ ſuæ manere teneatur: & qui abſentat ſe ex cauſa peſtis, habetur pro præſente. Rom. *conſ. 263. incip. Viſo puncto.* Quibus tamen non obſtantibus, videtur contrarium in hoc caſu eſſe verius: tametſi enim periculum vitæ imminebat ei ex peſte, non tamen ſine licentia à Iudice & creditore impetrata recedere debuit, *c. præſentium.* & ibi D. Cardin. *extr. de teſtib.* nam qui ſine licentia recedit, contumax reputatur, & pro delinquente habetur, *c. 1. & ibi* Dec. *de iudic. gl. in l contumacia. ff. de re iudic.* & ſicut magiſtratus aut Iudex ipſe manſit in eo loco, ita vani timoris allegatio eum non excuſaret, *l. vani. ff. de reg. iur.* quod etiam ponderare videtur Ioan. Neizanus

nus *conſ.* 51. *num.* 23. dum argumenta ſuperiùs in contrarium relata limitat, ſi Iudex aut aduerſarius eſt in loco, & licentia ab eo peti poſſet. Et ſanè ſi idem aduerſarius, vel creditor eſt inhumanus, aſper, durus, & intricabilis, Iudicis officio incumbet, vt malitiæ ipſius non nimium indulgeat, *l. in fundo ff de rei vendi.* ſed arreſtum in alium vicinum locum transferat, vel indemnitati creditoris arreſtantis alio modo
8. honeſto conſulat. Quod ſi † creditori iurauit debitor, ſe non receſſurum ſine illius permiſſione, antequàm ei ſatisfecerit, vel cum eo compoſuerit, & poſteà creditor ei permiſerit abire, intelligitur de prima vice. Ita vt ſi abierit & redierit, non poteſt ampliùs abire, niſi ille creditor iterum abeundi poteſtatem fecerit: quaſi
9. † ſcilicet illa promiſſio ſit conſumpta prima vice & abitione, vt not. Bartol. *ad l. adulter.* §. *vltim. in princ. ff. de adult.* Tiraq. *ad l. boues.* §. *hoc ſermone, numero* 90. *verſic. Quadrageſimonono. ff. de verb. ſing* Oldra. quem citat Alber. *ad l. vltim. col.* 2. *verſ.* prædicta etiam faciunt *C. de remiſſ. pign.* licèt contrarium velit Calderin. *in ſua diſputat. incip. Ex octo ſtudentibus*, & Felin. voluerit vtrumque concordare. *in cap.* 2. *verſ. fallit. tertiò. de treuga & pac.* meminitque illius Tiraq. *d. loco, in tertio limit. numero* 9. *cum ſeq.*
10. Illud tamen obſeruandum eſt, quod ſi † mulier eo caſu, quo licitè ob debitum capta fuit, è carcere aufugit, vel arreſtum fregit, metu libidinis Commentarienſis, antedicta pœna non tenetur, ſicut cum permiſſione cuſtodis ad templum iuit, & rediit. Bal. *ad l.* 1. *verſ. ſed pone. C. de ædil. actio.* Nam etſi hoc permitti non debeat, tamen non ex eo, quæ capta eſt, ſed Commentarienſis punietur. *Boer. quæſt.* 217. *in fin.* Aliud eſt in eo qui carcerem verè relinquere voluit: qui ſi in ipſo actu fugæ deprehenditur, tenetur, ac ſi exiuiſſet, teſte eodem Boërio *q.* 215. *num.* 12. & ſi fugit ruptis compedibus, inquit, etiam ſi oſtium fuiſſet apertum, punitur Iudicis arbitrio, & pro confeſſo habetur, adiicitque, *ibi. nu.* 22. arreſtatum † debitorem, licèt citari denuò
11. non debuerit ex iuris diſpoſitione; pro more tamen, per plateas ciuitatis, à qua aufugit, ad tres dies breues citari, viſaque contumacia & defectu attento, eundem, etiam ſi citatio ad notitiam eius non peruenerit, condemnari.
12. Quod † ſi verò reuertatur, credetur iuramento eius, dicentis ſe ob iuſtam cauſam fugiſſe. Cyn. *ad l. fin. C de requir. reis.* Corne. *conſ.* 58. *lib.* 2. Hippol. *ſing.* 115. niſi Iudici alius videatur. Quoniam verò, vt ſuperius diximus, ſolet in Romana Curia fieri arreſtum, ne quis loco diſcedat, ſub pœna excommunicationis, quærit Quintil. Mandoſ. *in tract. de monitor. qu.* 9. vtrùm arreſtatus illicentiatus recedens, poſſit illico excommunicari, abſque alia citatione? Et videtur quòd ſic, quia eo ipſo quod contrauenit, videtur eſſe excommunicatus, ergo alia citatio vel monitio requiri non debet, *c. reprehenſibilis, ibi,* niſi fortè talis ſit culpa, *& c. de appel. & ibi gloſ.* Ioan. Andr. & alij *& c. præterea,* 2. *de appel.* vbi ſententia excommunicationis ſub conditione ſuſpenditur, ſi ante conditionis euentum fuerit appellatum. Ergo ſi non appelletur, vt in caſu noſtro, non ſuſpenditur, & aliud dicendum eſt: & ſic ſtatim vel elapſo termino, vel impleta conditione, vel conſtito de contrauentione, eſt excommunicatus, vt per Lapum *alleg.* 75. Decium *conſi.* 145. Sed tamen his non obſtantibus, idem Mandoſius tenet contrariū, prout etiam in terminis tenet Rota *deciſ.* 822. *incipit. Sciendum eſt, quòd quando aliquis, in antiq.* & Socin. *conſi.* 20. quod eſt inter conſil. Curtij ſenioris poſitum, *num.* 17. *verſic ſed inſra facilli-mam.* Idem † etiam dicere poſſumus in iudicio 13.
ciuili, quod licèt quis violauit arreſtum, tamen non incidit illicò ſic in pœnam violati arreſti, quin debeat prius citari, & ad eam pœnam condemnari, vel ſaltem declarari, quod incidit in eandem: ideò quòd poſſet illi defenſio, & exceptio aliqua competere, iuxta ea quæ *d. conſi.* 20. inter conſi. Curtij latè deducuntur.

CAP. XXIX.

Quantam mulctam ſeu pœnam ſatelles violationi arreſti opponere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Arbitrariæ pœnæ aut mulctæ impoſitioni quando locus ſit.*
2. *Pœnæ & mulctæ ſunt commoda iuriſdictionum.*
3. *Mulctandi modum eſſe arbitrarium, quomodo ſit accipiendum.*
4. *Pœna violati arreſti etiam ab alterius territorij Iudice irrogari poteſt.*
5. *Iudex an pœnam & mulctam augere & minuere poßit, & 7.*
6. *Arreſti violati pœna cui veniat adiudicāda & 9.*
8. *Pœna etiam ex leuißima contumacia imponi poteſt.*

QVod proximo capite diximus, eum qui arreſtum violat, arbitrio Iudicis puniri poſſe, minorem difficultatem habet, ſi (vt plerumque fieri ſolet) ſatelles debitorē arreſtauerit, eundemque à loco, in quo arreſtatus eſt, ſub certa pœna aut mulcta non recedere iuſſerit. Arbitrariæ,* enim pœnæ aut mulctæ impoſitio, ſolet eſſe ſubſidiaria, vbi certa alia prius 1.
comminata aut declarata non fuit, *l.* 1. §. *expilatores.* & ibi Bart. *ff. de effract.* Alexand. *in l. ſi quis id. ff. de iuriſd. omn. iudi. l.* 1. *C. de crim. ſacrileg.* & Matth. de Afflict. *in Conſtitu. regn. incip. Diſputatur in* 2. *notab.* Sed quoniā plerique ſatellites ex magnitudine mulctarum dominorum ſuorum beneuolentiam captant, & quo plures & maiores fecerint, tantò gratiores ſe illis eſſe experiuntur, nimis benè intelligentes illud,

 quod

quod ait Bartolus, & alij *ad l.1.ff.ſolu.matrimo.*
2. quòd † pœnæ & mulctæ ſunt commoda iuriſdictionem, & Roman. *conſil.* 70. Ideo illud quoque extra propoſitum non eſt, ſi quæratur, an in poteſtate atque arbitrio ſatellitis ſit, quãtam velit pœnam, aut mulctã adponere, videlicet aut centum florenorum, aut centum coronatorum, aut centum realium, aut anglottorũ aureorũ, aut maiorem. Et ſanè quoniam non poteſt maior eſſe auctoritas ſatellitis, quàm Iudicis, cuius auctoritate fit arreſtatio, etiam ſi ex conſuetudine loci, non ſemper ſpeciale mandatum ad eam faciendã habere debeat, (vti ſuperiùs eſt oſtenſum) ob oculos ponenda eſt elegans illa conſtitutio Arcadij & Honorij Imperatorũ, quam de modo mulctarum ad Meſſalam Præfectum prætorio miſerunt, in hæc verba: *Eos qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorũ perſonas, quos culpa reddit obnoxios vltra duarum vnciarum auri ſummam condemnare non patimur. Proconſularem verò poteſtatem ſi mulctandi neceßitas imminebit, ſenarũ vnciarum auri ſumma cohibebit. In qua forma etiam Comes Orientis, atque præfectus Auguſtalis erit. Cæteri verò ſpectabiles Iudices, & qui vice noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperit, vltra tres auri vncias, ſibi intelligant licentiam denegatã, l. eos C. de mod. mulct.* Sub proconſulari autem poteſtate intelligit etiam Epiſcopos, ibi Accurſ. *ad verb. procõſularem.* Vnica verò auri quanta fuerit, vide Didac. *cap.* 3. *&* 4. *in lib. numiſmat veter.* Alciat. *lib.* 4. *cap.* 21. *diſpunct.* Budæum *de Aſſe.* & alios Et
3. ideo † quod nonnulli dicunt, modũ mulctandi eſſe arbitrarium, ita accipit Alcia. *in l. aliud eſt fraus, n.* 16. *ff. de verb. ſign.* dum legitimũ modũ iam deſignatũ, *in d. l. eos non excedat.* minorẽ autẽ imponere eos poſſe, non dubitat *in l. ſi qua pœna. nu.* 11 *eod. illo tit.* Sed hęc elegans mulctarũ conſideratio, iterũ ferẽ in deſuetudinẽ abiit, & ab incerto Iudicis arbitrio pendere cœpit, vt teſtantur Alexan. *conſi.* 35. *n.* 5. *li.* 2. Iaſon *ad l.* 1. *§. quod prætor in fi. ff. ne quis eum qui in ius voc.* Specu. *in tit. de ſent prolat. § ſpecies, verſi. ſed nunquid titulus.* Maranta *de ordi. iudic. parte* 4. *in* 5 *principali diſtin. nu.* 69. Ob † quam aut ſimilem pœnã
4. vel mulctam, etiam ab alterius territorij Iudice, ſi comprehendatur, puniri eum poſſe arbitror, iuxta not, per Matth. de Afflict. *ad conſti. incip. De pacterenorũ in* 5. *notab.* Sed quoniã pœna eſt commenſuranda delicto, *l. omn. peregr. C. commu. de ſucceſſ. l. reſcript. ff. de his quib. vt indig.* & quia Iudex, ſicut pœnam & mulctã etiam ordinariam in præcepto, ex cauſa augere poteſt. Hoſtienſ. *in § de mulcta in tit. de ſenten. & re iud.* Ita quoque eam aut remittere, aut moderari, atque minuere poteſt, *l. illicitas § ſi. ff de offic præſid.* Maranta *de ord. iud. part.* 6. *cap. incip. Expedita*
5. *ſecunda parte, num.* 32. Boni Iudicis † officio incumbet iuſto temperamento, ita ſe hac in re arbitrum conſtituere, vt neque nimium remiſſus, neque nimiũ ſeuerus fuiſſe videatur, perſonarum & circumſtantiarum, rei ratione habita atque expenſa, *l. reſpiciendum, l. aut facta ff. de pœnis* eandemque * in dubio fiſco adiudicabit, *l. iubemus* 2. *§. his quoque vbi gloſſ. C. de ſacr. eccl.* Bar. 6.
in l. 1. *C. de excuſa. muner. lib.* 11. Bal. *in c. quæ ſunt regal.* Quod ſi dicas, † remiſſionẽ mulctæ inferioribus iudicibus non permitti, ſed illu- 7.
ſtrioribus & maioribus tantùm, vt ait Rebuffus, *tomo* 3. *ad ord. regi. tract. de appel. art.* 118. *glo. vna & art.* 14. *n.* 20. reſpondeo eam ſententiam etiam ipſo Rebuffo teſte, *à glo.* & Doct. reprobari *in l. & in mulctis. C. de appel.* & ab Angel. *in tract maleſic. ad verb. qui Iudex verſi. incip quæro an contum. n.* 26. Cui deciſioni ſtandum eſt, niſi conſuetudo aut ſtatutum, aliud inducat: maximè cum cauſa minuendi ſubeſt, vt per Afflict. *ad conſtit. incip. Et quæ ad decus, in* 10. *notab.* aut cũ ex cauſa receſſit arreſtatus, quæ etſi ſufficiens non fuit, aliquo tamen modo probabilis fuit, veluti propter non ſatis iuſtum metum hoſtiũ, aut peſtis, aut belli, aut inſidiarum, & ſi quid his fit ſimile. Quamuis † enim mulcta poſſit im- 8.
poni, etiam ex leuiſſima offenſione, & contumacia, aut præuaricatione, vt ait Cur. *ad d. l.* 1. *§.* 1. *n.* 13 *ff. ſi quis ius dic. non obtem.* tamen indigeſtę voluntati ſatellitis indulgere, & talẽ mulctã ab homine arreſtato, quem ille fortaſſis odio proſequitur, exigere, quantam ipſe voluerit, res eſſet plena iniquitatis, & appellatione digna. Quo 9.
modo † & in ſimili dicimus, quod mulcta aut pœna, ſi parti ſit applicanda, debet regulari ſecundùm intereſſe & damnum partis aduerſæ, *l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* Ioan. Conſtant. *ad ord. reg art.* 121.

CAP. XXX.

Vtrùm aduerſus mulctã ſeu pœnam violati arreſti præſcribatur

SVMMARIA.

1. *Actiones pœnales & mulcta certi temporis ſpacio præſcribuntur.*
2. *Mulcta ob ſpretum Iudicis præceptum commiſſa, poſt annum non poteſt exigi.*
3. *Arreſtatus ob pœnam violati arreſti poſt annum conuenire non poteſt.*
4. *Pœnam violati arreſti poſt annum non poſſe peti, quo pacto intelligendum ſit.*
5. *Iuramenti violati perſecutio anno non concluditur.*

ADuerſus * actiones pœnales & mulctas, 1.
certi temporis præſcriptiones à lege inductas eſſe conſtat. Actioni enim iniuriarũ anno præſcribitur, *l. ſi nõ conuicij. C. de iniur.* Actiones prætoriæ vltra annum exerceri non poſſunt. *Inſtit. de perpet. & tempor. act. in prin.* Qui pecuniam accepiſſe dicitur, vt alij negotium faceret, intra annum tantùm quadrupli conueniri poteſt, *l.* 1. *ff. de calum.* Is qui vim fecit, intra

intra annum vtilem rectè conuenietur, *l. 2. C. vnde vi.* Adulterij accuſatio poſt quinquennium continuum non auditur, *l. quinquennium. ff. ad leg. Iul. de adulte.* Accuſatio peculatus quoque trium annorum eſt, *l. peculatus crimen. ff. ad leg. Iul. pecul.* Bona propter contumaciam ſeu delictum confiſcanda, intra quinquennium à fiſco vindicari oportet: & ſic de ſimilibus. Et vt Ioã. Imbertus *Inſti. forenſ. lib. 1. cap. 33.* quoque re-
2. ſpondet, mulcta * ob ſpretum Iudicis præceptum, vel mandatum, aut ob delictum aliquod commiſſu, poſt annum exigi non poteſt: allegans ad hoc Bart. *in l. vnica ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* qui tamen hoc non dicit. Vnde à ſimili dici poſſe arbitror, quod ſi quis violauit arreſtũ recedendo à loco, à quo ſub pœna recedere non debuit, aut non recedere promiſit, quod * poſt
3. annum ex hac pœna, quæ per ſatellitem fuit impoſita, aut comminata, conueniri aut puniri non poteſt. Quo modo & Guido Pap. *q. 359. incip. de præceptis.* dicit, quod præcepta pœnalia, quæ faciunt Iudices, de quid faciendo vel non faciendo, ligant quidem, ſed ſi talis non obediens, non mulctetur, aut conueniatur, intra annũ, elapſo anno mulctari, aut (vt ipſe loquitur) inquæſtari non poterit, *per d. l. vnicam. §. 2. facit l. non ſolùm §. fina. cum l. ſequen. ff. de alien. iudi. mut. cauſa facta.* Quod † intelligo eſſe verum,
4. quando is qui violauit arreſtum redit, & eſt cõuenibilis in loco arreſti, aut quando illic habet bona, ex quibus mulcta capi poſſit. Nam ſicut agere non valenti non currit præſcriptio, *l. ſicut C. de præſcript. 30. annor.* & à tempore præſcriptionis ſubducuntur ea tempora, quibus quis legitimè impeditus fuit, *l. 3. §. vlt. l. hi tamen. ff. de accuſat.* Ita quoque iniquum foret, Iudicem excidere ſua mulcta aut pœna per lapſum anni, ſi fortè is qui arreſtum violauit, aufugiat, vt cõprehendi non poſſit, nullaque bona habeat, ex quibus ea præſtari poſſet. Quo reſpexiſſe videtur Bart. *ad d. l. quinquennium* dum ait, quod prædictum quinquennium eſt vtile, quo ad initium. & Angel. *ibi*, quod quinquennium illud non valentibus accuſare. Idque adeò verum eſſe videtur, vt etiamſi contingat violatorem arreſti poſt annum mori, hæres eius in conſcientia non tenetur. Nam vt Bald. ait *ad d. §. 2. C. de vectig.* conſcientia non ligat, quos natura non ligat, & ideò inquit, ſicut res, quæ incidit in commiſſum infra quinquennium, peti non poteſt, ita quoque ſi delinquens moritur infra quinquennium, in foro animæ non tenetur. Et qua ratione poſt annum non datur, *l. in honorarijs ff. de obligat. & act. gloſſ. vltim. in d. l. vnica* niſi lite conteſtata cum defuncto. Nihilominus, † ſi & iuramentũ
5. quoque addiderit arreſtatus, & illud violauerit, alio iure vtendum eſſe cenſeo, quia violati iuramenti perſecutionem & pœnam anno concludi, non legi: & proinde Iudex vel laicus, vel eccleſiaſticus, diuturniorem querelam habet.

CAP. XXXI.

Arreſtanti Apparitori an reſiſtere liceat.

SVMMARIVM.

1. *Captura eſt admodum ignominioſa.*
2. *Nobilem aut potentem mercatorem arreſtare plus eſt quàm aliquem plebeium.*
3. *Arreſtatio etiam licita debet eſſe abſque iniuria.*
4. *Armis an reſiſtere poſſit is qui illegitimè ob debitum capitur. & 6.*
5. *Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt.*
7. *Arreſtatus iniquè, an poſſit impunè è carceribus effugere.*
8. *Iniuſte arreſtatum è carcere eximens, an teneatur Edicto, Ne quis eum. &c.*
9. *Arreſtatus perperàm, etiam poſt tempora appellationi præſtituta appellare poteſt ab arreſto.*
10. *Arreſtatus poteſt arreſtantem contra ſe teſtimonium ferentem, vt inimicum reprobare.*

SAne in modo & forma arreſtandi diſcretũ eſſe Apparitorem conuenit, vt etiam, quando arreſtatus arreſtum cautione diſſoluere non poteſt, ratione feratur, eamque ſequatur. Nam vt ſuperiùs diximus, arreſtatio † & captura 1.
cuique eſt admodum ignominioſa, adferens grauamen irreparabile, teſte Bald. *ad l. ſi cleric. C. de epiſco. audient.* & multò magis infamat nobilem, quàm plebeium, famoſum mercatorem, quàm alium. Neuizan. *conſil. 52. numero 8. verſi. prædictis tamen non obſtantibus*, præſertim 2.
cùm nos propenſores eſſe conueniat ad iuuandum mercatores peregrinos. Alexand. *conſil. 130. incip. ſuper eod. ante fin. lib. 7.* multumque in huiuſmodi negotiis defertur nobilitati ſeu integritati perſonæ. Odofred. *ad l. 1. C. de cuſtod. reor.* Alber. *ad l. 1. ff. eod.* Luc. de Penna *ad l. quoties. C. de dig. lib. 12.* Barb. *conſ. 62. li. 1.* Quo modo & ipſe quoq; I.C. Claudius Saturninus, *in l. aut facta ff. de pœn.* ait, in delictis atque iniuriis æſtimandis perſonarum rationem maximè eſſe habendam. Et * quamuis licita ſit arreſtatio, ta- 3.
men eſſe debet non iniurioſa. Petrus de Bellaperti. *in l. ab executione. C. quorũ appel. non recip:* Ang. *ad l. ſi ff quod met. cauſ.* vbi allegat pulchrũ text. *in l ſi benè ff. de vſur ibi. Contumelioſũ ſe non exhibeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignũ, & cum inſtantia humanum.* Ideoque Nizellus *in concord Bartol. 105.* ait, quod eſt periculoſum ponere iuriſdictionem in manus ignorantium, qui ad capturas procedunt, nõ inſpecta vel habita qualitate perſonarum, quod vtique in magnum dedecus arreſtati redundat. Neuizan. *d. loco. num. 25.* Et propterea, * ſi quis illegitimè & perperàm ob debitum capitur, poteſt etiam 4.
cũ armis reſiſtere, *l. prohibitum. C. de iur. fiſ. li. 10.* Afflict. *in conſtitut. Caſtellani in 3. quaſt.* Paris de

 ſyndic.

ſyndic. *in verb. captura*, Iaſon *ad l.* 1. §. *quod Prator ff ne quis eum qui.* & rurſum cũ Zaſio *ad* §. *quadrupli. Inſtitut. de act. l. omnes. C. de decur. lib.* 10. §. *fi. in auth. quom. oport. epiſ.* Thomas Gram. *voto* 3. *numero* 15. *& voto* 32. *num.* 24. Non multò
5. * aliter quàm Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt, non ſolùm per eum qui iniuriam patitur, ſed etiam per tertium, cuius nihil intereſt, vel vicinos, *gloſſ. ad c. ex literis in verb. denuncietis. de offi. deleg.* Spec. *in titul. de citat.* §. *ſed nunquid.* Felin. *ad d. c. ex literis.* Dec. *conſ.* 469. *numero* 3. Afflict. *conſtit. Neapol. lib.* 1. *rub.* 8. *n.* 78. Petr. à Duenn. *reg.* 190. *amplia.* 8. Iſtud tamen mihi ſemper periculoſum viſum fuit. Nam etiam ſi iniuſtè detentus poſſet reſiſtere cum armis, tamen ſe conijcere in eam diſputationem, an iniuſtitia fuerit notoria, nec ne, res periculo plena eſt, à quo omnes meritò abhorrere debent. Anch. *ad c. ea qua fiunt. de reg. iur. lib.* 6.
6. *col.* 3. Et quamuis * ſint qui exiſtimant iniuſtè captum, poſſe ſe defendere etiam occiſis ſatellitibus, iuxta ea quæ notat Hippol. *in pract. crimin.* §. *attingam. n.* 40. Lucas Panna *ad d. l. prohibitum.* Neuizan. *d. conſ. n.* 11. neque hoc tamen periculo caret, neque in ciuili cauſa arreſti locum habere exiſtimo: de qua re Boërius *q.* 170. latiùs agit.

Sunt prætereà in ea ſententia plerique ſummæ
7. auctoritatis viri, quod * is qui iniquè detinetur, cautum & impunè è carcere fugere poteſt: in quem iniuria coniectus fuit, *glo. in Clem. paſtoralis in verbo per violent.* & ibi Dd. *de ſent. & re iud.* Bart. *ad l relegat ff. de pœn.* Alexan. *conſ.* 144 *li.* 2. Socin. *ad l.* 1. *col.* 2. *n.* 13. *ff. ne quis eum* Iaſ. *ad l. admonendi in lectur. ord. col.* 18. *verſi. tertiò limita, & iterũ in repetit n.* 175. *ff. de iureiur.* quia hæc omnia magis ad iniuriæ damnique iniurioſi & iniuſti depulſionem, quàm ad fraudem, vim & iniuiiam pertinent. Neuizan. *conſ.* 61. *n.* 37. *verſi. confirmo quia, &c.* etiam ſi iuraſſet non aufugere, ſed ibi manere. Aret. *conſil.* 14. Hippol. *ad l.* 1. *n.* 104. Cornel. *de ſica. & ad l.* 1. *ff. de quæſt.* Quod ego non puto eſſe verum. Nam vt Panor. ait, *ad c. inter alia in fi. de immunit. eccle.* qui iniuſtè detinetur, & relaxatus iurauit ad ad carceres redire, non poteſt contrauenire iuramento: ſed debet prius abſolutionem impetrare, niſi periculum mortis immineret: etiam ſi iuramentum ex parte eius, cui præſtitum eſt, foret illicitum, *vt c.* 1. *c.* 2. *c. ſi vero &c. de debitoribus, de iureiur.* Nam & iuramentum per metũ præſtitum, abſolutionem requirit, *c. ad aures, & c ſeq. de his qua vi met. cauſ.* quia ſine periculo ſalutis æternæ & corporis ſeruari poteſt, *vt c. cũ contingat. de iureiur. gloſſ. ad c.* 1. *& ibi.* Dd. In dubio autem illi ſententiæ adhærendum eſt qua magis conſulitur animæ ſaluti, *c. conſilium. de obſeruat ieiu. c. iuuenis de ſponſal.*

Tum verò * vi eximens iſtiuſmodi debito-
8. rem ex carcere, non tenetur edicto, Ne quis eum, &c. Iaſon *ad l.* 1. § *Prator, numer.* 11. *& ibi* Doct. alij *ff. ne quis eum, & ad l. quoniam C. de appell.* latè Iaſon *conſ.* 20. *libr.* 3. Mihi verò magis Bartol. Angel. & Romani ſententia *d. loco,* placet, exiſtimantium, eum qui vi eripit arreſtatum, parti arreſtanti iniquam cauſam fouenti, ad damni refuſionem, & ad id, quod intereſt, non teneri. Nihil enim verè intereſt, cùm nihil debeatur, & damnum quod quis culpa ſua ſentit, ſentire non videtur, *l. non videtur. ff. de regul. iur.* Sed quantum ad Iudicem attinet, tenetur, ne Reſpublica quotidianis iſtiuſmodi violentijs, perturbationibus, atque diuexationibus diſtrahatur, & commoueatur, niſi tam notoriè eſſet iniqua hæc detentio, vt palàm, & vulgò nota ſit omnibus. Sanè etiam ſi ita eſſet, ſentiant alij quod velint, ego vix admitterem particularem iſtam & priuatam rationem carceres aperiendi & inuadendi, *d.* §. *quod Prator. & l. vlti.* §. *cum in eum, illo titulo, quia aliqualis cognitio requiritur.* Addunt nonnulli, * quòd vbi in his rebus locus eſſet appellationi præfixa, prouocare poteſt, quia grauamen 9.
iſtud habet tractum ſucceſſiuum: & qui in arreſto detinetur, adhuc quotidie, & de præſenti grauatur. Iaſon *ad d. l. eum qui* §. *in popularibus, ff. de iureiur.* Ang. *de malefic. ad verbum, Qui Iudex. numero* 13. *vide inf. cap.* 34. *numero* 2. Sic & exceptio habens tractum ſucceſſiuum, quantumuis dilatoria, quandocunque etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt. Archidiac. *ad c. hortamur,* 3. *quæſtio.* 9. & à grauamine, quod ſemper eſt in fieri, cùm ſemper ſit, ſemper prouocare & appellare licet, *c. ex parte, de appellat.* & ibi pulchrè Philip. Franc. *verſic. quintò & vltimò inſertur.*

Poſtremò adde, quod * iniuſtè arreſtatus poteſt in alia lite contra arreſtantem excipere, ſi 10.
in teſtem producatur, quòd ſit eius inimicus: quia detineri faciens aliquem in aliquo loco, aut in vinculis, cenſetur cum eo inimicitas contraxiſſe. Baldus *ad l. in ipſius.* 2. *not. C. fam. erciſ. & ad l. non ignorabit. C. ac exhib.* Felin. *ad c. cum oportet. de accuſat.* Hippol. *conſilio* 26. non multò aliter, quàm is qui aut bona alterius tollit, aut domo alium expulit, *c. idem quis. de reſt. ſpol.* Marc. Anto. *ad l. fin. numero* 97. *cum ſeq. ff. de quæſt.*

CAP. XXXII.

Arreſtanti reſiſtens, eundemque verberans quo pacto puniatur.

SVMMARIVM.

1. *Reſiſti Apparitori an licet.*
2. *Iniuria facta Apparitori, cenſetur Principi, & Iudici facta.*
3. *Reſiſtentis Apparitori violenter quæ ſit pœna.*
4. *Apparitori dicenti ſe percuſſum eſſe an credatur.*
5. *Apparitor an poſſit debitorem reſiſtentem occidere.*

6. *Cre-*

6. Creditori an liceat debitorem vim inferentem interimere.

1. QVemadmodum iniuſta arreſtatio neque culpa, neque pœna caret, ita &* is qui legitimè arreſtatur, reſiſtere non debet: Et ſicut iniuſtè ac perperam arreſtati vel detenti magna eſt excuſatio: ita legitimæ detentioni ſeſe opponentis, nulla iuſta defenſio eſſe poteſt. Ideoque ſi is qui arreſtatur, auſu temerario vel ver-
2. beribus excipiat, † vel iniuria aliqua afficiat Apparitorem aut Seruientem munus ſuum exequentem, utique hæc vis & iniuria Principi atque Iudici illata cenſebitur. Bart. *ad l. iniuria §. 1. ad litē apud Labeonem §. item ad l. lex Cornel ff. de iniur.* Paris de Puteo *in tract. de ſyndic. ad verb. familiaris. c. 3. nu. 11.* refertque Guido Pap. *deciſ. 557. incip. aliquis verberat, &c.** eos qui ſic
3. Apparitoribus reſiſtunt, & vim illis adferunt, in Gallia, aut capite, aut certè manus illius amputatione, qua facinus admiſſum fuit, puniri. Bart. verò *ad l. ſi quis. §. ſi quos. ff. de pœnis.* & hunc cæteri ſecuti interpretes *ad l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.* pœnā arbitrio Iudicis huic delicto ſtatuendā eſſe arbitrantur, etiam aduerſus eum qui ipſius illius Iudicis Apparitorem læſit, nulla ſcilicet familiaritatis, domeſticitatis, vel fauoris exceptione hac in re ſuffragante.

4. Porrò autem † an plena fides adhibenda ſit viatori, aſſerenti ſe percuſſum eſſe à debitore, & aliter non probanti, quæritur. Et quidem communi calculo probatam video negatiuam partem. Anto. Imol. Panorm. Philip. Franc. *ad c. cum parati. de appel.* Petr. Iaco. *in ſua praxi titu. de conſtit. pecu.* Caſtr. *conſilio. 161. incip. Viſis & ponderatis. lib. 2.* Card. *ad clem. 1. quæſt. 8. de dol. & contuma.* Ang. *ad §. quadrupli Inſti. de act.* Guido Pap. *ſing. 509.* Iaſ. *ad l. properandum §, & ſi quidem. col. 2. verſi add. C. de iudic.* Imol. *ad l. ſi finita. § ſi plures. ff. de damn. infect.* Stephan. Bartrandi *conſili. 249. incip. quoniam. colum. 1. libr. 1.* Matthæus de Afflict. *ad conſtitutio. regu. Scil incip. In ciuilibus, in 2. notabil.* Tiraquel. *de vtro que retract. §. 8. gloſſ. 9. numero 14.* Quia factum hoc non eſt inter ea quæ officio ipſius connexa ſunt, neque ad illud pertinet, ſed priuatum eſt tantum, vt aiunt Corneus *conſil. 76. lib. 3.* Alexan. *ad l. ſciendum ff. de verb. oblig.* Nicol. de Milis, *in ſuo dictionario, ad verbum, nuncius.* Noluerunt enim maiores noſtri hanc patere inimicitiis viam, vt quem quiſque odiſſet, eum teſtimonio proprio poſſet tollere. Ementiuntur enim ſæpè in eos quos oderunt. Cicer. pro Font. *l. omnibus. C de teſtib.* quamuis conſuetudinem huic iuris diſpoſitioni plurimum & vbique ferè detraxiſſe fateantur: quod & Guido *q. 628. incip non debet. & q. 557. incip. aliquis probat.* Et inter hos quoque ſunt qui exiſtimant, quod etiam ex iure communi, in arbitrio Iudicis poſitum atque collocatum eſt, cui potiùs credi debeat, apparitorine, an debitori. Ad cuius rei deciſionem, plurima ex circumſtantiis, rerumque ac perſonarum qualitatibus deſumi poſſunt: & non tam alienum ab officio eſt hoc factum, quàm vulgò exiſtimatur, quippe quod ratione officij fiat hæc iniuria, adeoque etiam ad principem atque Iudicem pertinet.

Quid * igitur ſi reſiſtentem & vim inferen- 5.
tem, vel etiam adiecta violentia paulatim fugientem Apparitor interimat? Amadæus Iuſtinus *in tracta. de Syndic, in præfat. num. 100. verſi. ſed pone miles.* Cyn. *ad l. fin. C. de requir. reis.* cum aliis multis reſpondent, factum Apparitoris eſſe impunitum: cauendum tamen monent, ne Iudices, vel Seruientes ad eiuſmodi facta facilè decurrant: quòd ea res non rarò ciuium animos commouerit: & ex ſtulta quadam atque imprudenti miſericordia, plebem parùm, aut nihil per ſe intelligentem, ad ſeditionem concitauerit. Quod * amplius eſt, ex- 6.
iſtimant omnes, licere etiam creditori debitorem inſequenti, eundem debitorem reſiſtentem, vim inferentem, aut telo ſe defendentem, ſi aliter eum aſſequi non poſſit, occidere. Hippol. *ad l 1. in princ. num. 101. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Salicet. *ad l. ſi vt allegat. C. illo titu.* quod & ad procuratorem quoque creditoris ibi extendit Baldus. Sed cùm Deus tanta grauitate nobis ob oculos poſuit hoc præceptum, *Non occides*, non facilè ad huiuſmodi ſubſidia deflectamus. Ideoque Ioan. Imbert. *Inſtitut. forenſ. lib. 2. cap. 1.* dicit, quod ſi quid violentius aduerſus reſiſtentem fecerit Apparitor, non tenebitur, *l. quemadmodum. §. vlt. ff. ad leg. Aquil.* & quod licet ſi Apparitori mandatum ſit, vt quem ducat in carcerem, is autem ſe defendat, poteſt Apparitor eum interficere. Ioan. Fabr. *ad l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ. confug.* hoc tamen intelligendum eſſe, ſi aliter eum Apparitor non poſſit prehendere ſine metu maioris vulneris, aut mortis: & quod ea de re tutius eſſet impetrare à Iudice poteſtatem.

CAP. XXXIII.

De his qui arreſtatos eximunt, aut in præiudicium creditorum occultant.

SVMMARIA.

1. *Debitorem arreſtatum eximens, debitum eius creditori arreſtanti ſoluere cogitur.*
2. *Conſulens debitori vt fugiat, an teneatur.*
3. *Occultans debitorem alienum quomodo obligetur.*
4. *Vxor non tenetur, ſi recipiat vel occultet maritum crimino ſum, vel eundem debitorem celet.*
5. *Occultator an & quando compelli poteſt, vt debitorem occultatum exhibeat.*

SEd quoniam * non ſolùm ipſi debitores, qui reſiſtunt Apparitori & iuſtitiæ, hoc

ſuo tamen temerario facto creditori ſuo præiudicant, verum etiam & hi qui eis ſubſidium, opem, conſilium, vel auxilium præbent, quo facilius elabantur, & ſine quib. diu latere non poſſent malo publico, *argumen. l. 1. ff. de recep. ſur.* pauca quædem, quatenus præſentis materiæ ratio poſtulat, etiam de his in medium afferenda mihi videntur.

1. Principio itaque, is qui carceri mancipatum, aut clauſum, arreſtatū vel detentum è manibus familiæ Prætoris, Apparitoris, ſeu etiā carcere & vinculis eximit, ſuccedaneū ſe facit debito eius, qui ſic elapſus eſt, eodemque modo creditori ad cuius poſtulationem detentus ſeu arreſtatus fuerat, omne æs alienum ſoluere cogitur, atque ſi fideiuſſorio nomine ſe pro eodem ante obligaſſet, *l. quoties, C. de exact. tribut. li.* 10. *Quoties* (inquit Conſtantinus) *quis & priuati debiter inuenitur, & fiſci, abreptus ab vno officio teneatur ad vniuerſi debiti ſolutionem. Qui cum abſtulerit, coerceatur, ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eundem auellendum, ſubtrahendumque crediderit.* Accurſius quidem ad legis illius explicationem videtur exiſtimare, quod fauore fiſci hic aliquid conſtitutū videatur; ſed cōmunis ſententia eſt hæc, quod ſicut textus ipſe de debitore priuati loquitur, ita etiā de eo intelligatur. Baldus *ad l. addictos, circa finem. C. de epiſcop. audien.* Ioan. Fabr. & alij *ad §. item aduerſus. Inſtit. de actio.* Bartol. Angel. Caſtrenſ. *ad l. ſed eximendi. §. 1. ff. ne quis eum qui.* Iaſ. *ad l. 1. §. is videtur, ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.* nihilque æquius eſſe aut dici poſſet, quam quod is in obligationem incidat, debitumque ſoluat, qui vt alter ab obligatione de facto eximeretur, & creditor debito ſpoliaretur, operam dedit, etiamſi poſtquam exemiſſet eum, in poteſtatem illius creditoris rurſum reduceret; Nam per talem reductionem, eximens non cenſetur liberatus obligatione, quam eximendo contraxit, cum ex hoc tam improbo facto, ſemel aduerſus ipſum ius, creditori quæſitum fuerit, coniunctaque ſit eius obligatio priori. Boer. *quæſt.* 217. *numero* 12. Angel. *ad d. l. quoties*, Salic. *ad l. in bonæ fidei, numero* 16. *verſi. tene tamen menti, C. de reb. cred.* Iaſ. *ad d. §. is videtur* Roman. *ad l. admonendi, ff. de iureiur.* à quibus omnibus tamen *ad §. pœnales, numero* 49. *Inſti. de act.* recedit Gomeſi. ea potiſſimum ratione, quod per præſentiam debitoris res reducitur ad priſtinum ſtatum, *l. quamuis, ff. de in ius vocan. l. hoc edicto, ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* Quę Gomeſij ratio non ſatis firma & generalis eſt, quippe quod ipſe debitor fortè nō tam ſit ſoluendo, quàm is qui eum exemit, adeoque intereſſe poteſt creditoris, etiam ipſum eximentem obligatum eſſe. Quod in ſpecie non multum abſimili reſpondet Caſtrenſ. *ad l. Stichum. §. ſi mandato, ff. de fideiuſſor.* Sed & Vlpianus, *In eum,* inquit, *qui vt exemit, in factum iudicium datur, quo non id continetur, quod in veritate eſt, ſed quanti ea res eſt ab actore æſtimata, de quo controuerſia eſt, l. ſi per alium, §. fin. ff. ne quis eum qui.* Quibus verbis, refutatis aliorum opinionibus exiſtimat inter alios Phanutius, *in tract. de in litem iurand. part. 1. c. 4. n. 5. verſ. reiecta itaque &c.* Iuramentum permitti atque deferri creditori, de eo quod putauerit ſua intereſſe, debitorem exemptum non fuiſſe. Quinimò, inquit, non videtur conueniens quod eximens poſſit excipere, quod exemptus nihil deberet creditori prætenſo, per regulam iuris, quod de iure tertij nemini excipere licet, *l. loci corpus, §. competit ff. ſi ſeruit. vend.* & latius Bald. *ad l. cum ſeruum, C. de ſer. fug.* Socin. *conſi.* 88. *lib.* 4. tanto minus eius rei diſquiſitio ad ipſum pertinebat, an creditor calumnioſe arreſtaret, vel non. Quid enim ſi arreſtatus, ex qua cauſa arreſtatus eſt, debitor non ſit; ex ſuperuenienti tamen cauſa iuſta & vera, & iuxta ea quæ ſuperius diximus, ſiſti, detineri, recommendari & arreſtari poſſit.

Eadem quoque videtur ratio eorum, * qui ſcientes prudenteſque faciunt fugere eum debitorem, quem alioqui creditor ſiſtere & arreſtare potuiſſet, vel quia hoc futurum ſignificant vt arreſtetur, vel vt fugiat, & creditorem fallat, equos ſuos commodato concedunt. Anchar. *conſilio* 340. *numero* 6. *incip. viſo themate.* Ioan. de Anan. *conſilio* 55. *incip. quia dubia numero* 4. Curt. *ad l. admonendi, numero.* 182. *ff. de iureiur.* Iaſ. *ad l. 1. §. quod prætor, ff. ne quis eum.* & omniū latiſſimè apertiſſimeque Hippol. de Marſi. *ſing.* 137. *incip. in iure clarum eſt, &c.* Benuenutus *in tractat. de decoct. c. incip. circa propoſitam, numer.* 23 & 25. & Boer. *quæſt.* 215. quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, *l. nihil intereſt, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Qua ratione & Vlpianus *ad l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. actionem in factum ad id quod intereſt, aduerſus eū concedit, cuius cauſa factum eſt, quo minus quis iudicio ſiſtat.* Et rurſum: *Si compeditum ſeruū meū, vt fugeret, ſolueris.* inquit, *an de dolo actio danda ſit? & ait Quintus Mutius apud eum notans, ſi non miſericordia ductus feciſti, furti teneris: ſi miſericordia, in factū actionem dari debere, l. & eleganter. §. item Labeo, ff. de dolo malo.* Ad cuius quidem reſponſi interpretationem notat Baldus; quod miſericordiæ motus excuſat à dolo, ſed nō impedit quo minus is qui fugæ auctor eſt, obligetur ac teneatur: quia hæc miſericordia in aliorū præiudicium tendens, non eſt regulata ſecundùm limites rationis: quippe quod dum per fugā vni conſulit quod ſoluere debuiſſet; alteri, qui iuſtum debitum amittit, maiore iniquitate & inæqualitate damnum infert. Qua de re nonnulla huc pertinentia ſcribit Cæpolla *conſi.* 14. quem vide. Ideoque quamuis multi ſint, qui exiſtimarent oppidò durum eſſe, quod quis ex ſola perſuaſione, conſilioque & auxilio fugæ, ad æris alieni exolutionem teneretur, ſi quis tamen in ipſam rationem quæ conſultos mouit, altius intueri velit, facilè intelliget, omnia hæc æquitati atque rationi naturali eſſe con-

conſentanea, & quidem potiſſimùm inter mercatores, quibus ſi malè ceciderit fortunæ alea, quid reliquum eſt, niſi vt bis fiant miſeri, & quod re ſperata fruſtrati ſunt, & quod tantum irriti laboris exhauſtum, non ſine dolore meminerunt? Quo etiam pertinent vulgatæ iuris regulæ de fraudulento conſilio, de perſuaſione fugæ, & reliquis multis ſimilibus huc pertinentibus, *c.nullus ex conſ.de regul. iur. lib.6.l.conſi ff.eod tit l.1.§.perſuadere, ff de ſeru. corrup.l.1.*& ibi Doctores, *C.de ſeruis fugit.* Et quamuis aliqua ratione excuſari poſſet, qui homini crimen capitale committenti conſulit, vt fugiat in locum ſacrum, qua de re diſputant interpretes, quod plerunque tandem Deus & Iudex reperit nocentes; tamen quia hic agitur de particulari damno creditoris, qui fortè nunquam debitum ſuum aſſequetur, iam elapſo debitore, æquum eſt, vt iſte auctor fugæ in periculum omne ſuccedat, ſi non debitor ipſe iã fugæ accinctus fuerat, iuxta notata per Doct. *ad d.l.conſilij.* Pulchrè Bald. *conſil.* 222. *incip. in quæſt.* D.Milani.*lib.*4.& pleraque eodem pertinentia ſcribit, *in conſi.*382.*libro* 5.

3. Eodem etiam loco eſſe exiſtimant eos, † qui debitorem iam iam ſiſtendum & arreſtandum occultant, vt tandem elabatur; Iaſon *ad.§.pœnales Inſtit.de act. numero* 103. Salic. *ad l.fin. C. de oper. libert.* quippe quod vbique eadem eſt ratio. *Et in ſimili, ſi quis ſeruum fiſcalem putauerit occultandum*, inquit Imperat. *non ſolum eum reſtituere, ſed etiam duodecim libras argenti pœnæ nomine fiſci iuribus dependere cõpellitur, l.penult. C. de ſeruis fugit.* Et quicunque ſeruum fugitiuum in domo vel agro, inſcio domino receperit, eum cum alio pari, vel 20. ſolidis reddit, *l. quicunque eodem titul.* Apertius verò *in l. final. C. de oper. l bert.* textus ait, *eum qui alienum libertum occultat, loco ipſius ad operarum præſtationem teneri.* Et alibi conſtituit Arcadius Imperator, eos qui aliorum perſonas cum detrimento aliorum occultant, ad quadruplum teneri, *l.*3. *C. de aſſeſſor.* Et licèt Baldus decidat *conſilio* 382. *numero* 7. *libro* 5. vbi tenet quod ſcienter occultans debitorem alienum, non facit ſe ſuccedaneum, vel conſortem debiti, vel periculi; tamen iis conſtitutionibus motus Zaſius, eandem quæſtionem, *ad d.§ pœnales numero* 33. pertractans, ait: Sed quæras, ſi aliquis occultat debitores meos, ne poſſim eos conuenire, id quod ſæpè contingit, an iſte receptator vel occultator teneatur edicto, *Ne quis eum, &c.* Baldus *ſed l. final. C. de oper. libert.* putat eum obligari ad totum debitum, qui debitorem occultat; quamuis tandem in eo ſubſiſtat, & nihil affirmet: Iaſon putat, quod mihi plus placet, quod eiuſmodi occultatores teneantur edicto, *Ne quis eum, &c.* quia ſatis dicuntur eximere, qui creditores fruſtrantur, morantur, vel eis facultatem agendi auferunt, *d l.ſed eximendi, 2.reſponſ.* Hæc ille. Iaſonis verò verba ſunt hæc: Fortè non eſſet ponere eos in cælum, tenere quod in quæſtione ſupra formata, contra illum competat actio in factum ex edicto, *Ne quis eum qui, &c.* propter generalitatem verbi, *Eximere*, ſecundùm quod declarat *text. in d.l.ſed eximendi, in princip. iuncto §. prætor ait*, vel quod ſaltem, quia non interuenit vis, ſed tantùm dolus, competat actio in factum ex edicto, *De eo per quem factum, &c.* & contra Baldum *in l.final.* quod imò teneatur ſoluere, tenet & fortè melius ibi Salic. Crederem etiam quod in iſto caſu prouideatur creditori, mediante *tit. ſi quis ius dicenti, &c.* hoc modo, quia Iudex præcipiet illi occultanti ne impediat executionem, & ſi contemneret præceptum, poſſet Iudex procedere ad mulctas, & alia remedia, quæ *ad l.1 tit. Si quis ius dicenti, &c.* notari ſolent. Hactenus Iaſon. Baldi ſententiam amplecti dicitur Innocentius *ad c.paſtoralis de offic. deleg.* & Ioan. Bapt. Caccialupi de S. Seuer. *in tract. de debit. ſuſpect. quæſt.* 10. Hippol. *ſing* 43. *incip. Debitor. in fin.* propterea quod omnia iura ſuperius adducta, loquuntur in caſu ſuo ſpeciali. Primò ſcilicet in debitore tributorum, *l.quoties.C.de exact.tribut.* Secundò quando quis debitorē vi eximit, *l. pen. ff. ne quis eum.* Tertiò, quando quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium, *l. final. ff. de eo per quem fac.* Cum igitur in his caſibus ſit ſpeciale & ſpecialiter prouiſum, ſequitur quod in contrarium eſt ius commune, *l. ius ſingulare, ff. de legib.* Tum verò nemo cogitur prodere ſecretum, *l.idem. §. ſi tibi iudicium ff. de cond. ob turp. cauſ.* adeoque cum ſemel occultare debitorem cœpit, fidemque ei dedit, quod eũ non iudicabit, turpe eſſet fidem fallere, *l.1 ff. de pact. quæ etiam hoſti ſeruanda eſt, c.noli.* 23.*qu.1.* putantque plerique *titu. ff. de receptorib.* in ciuilibus cauſis locum non habere, vt refert Benuenut. *d. loco, num.* 28. *verſic. extra quæro.* Cæterùm hæ rationes non ſunt ſatis firmæ, vt communem opin. conuellant: quia vbicumque ratio legis eſt amplior & generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio, *l. regula. §. fin. & ibi* Bart. & Baldus, *ff. de iur. & fact. pign. l.* 2.§. *ſi mater. ff. ad Tertul.* præcipuè quia intereſt publicè, ne iſti debitores & fraudatores ſic elabantur. In fauorem autem publicum etiam pœnalis diſpoſitio ex identitate rationis extẽditur: ſicut & in multis aliis caſibus huc pertinentibus, quos *ad locum à rat. leg. larga ſeu ampla.* notat Nicol. Euerardi. Et quamuis regulariter nemo ſecretum prodere cogatur, non tamen ideo in necem aliorum eiuſmodi debitorem occultare & executionem impedire poteſt; nam ſicut aliud eſt, non accuſare reum, & occultare reum: ita aliud eſt, non prodere debitorem, & occultare debitorem. Edictum verò de receptatoribus, non habere locum in cauſis ciuilibus, non eſt mirum, cum plerumque corporalem pœnam, aut certè aliam huic non admodũ diſſimilem inferat, ad quam nec ipſe quidẽ debitor eſt obligatus. In eo ſanè conue-

nit cum hac noſtra materia, quod ſicut vxor
4. recipiens † & occultans maritum criminoſum, non tenetur, teſte Angel. *in tract. malefic. ad verb. dicto maleficio. num.* 23. Spec. *de donat. inter vir. & vxor. §. fin.* ita quoque nec hoc caſu obligabitur, ſi occultet virum debitorē. Cæterùm an in reliquis amicis atque conſanguineis illud admittendum ſit, dubito. Nam vbi eſt metus mortis, naturalis ratio mouet, ac veluti vrget atque impellit, inuitoſque propemodū eo trahit, vt conſanguineorum ſaluti, id eſt, noſtro ſanguini conſulamus; quæ quidem ratio in hac cauſa non adeo militare videtur. Qua tamen in re animi pendeo, atque ſubſiſto: tu Tyraq.
5. *de temper. pœn. cauſa* 20. 21. *&* 22. vide. In eo * conueniunt omnes, quod ſi debitor alia bona habet, in quæ miſſio fieri poteſt, non compelli occultorem, vt debitorem exhibeat: verum ſi bona debitoris non ſufficerent, de dolo, vel iniuriarum actione agi poſſe: quam ſententiam etiam Boër. *deciſ.* 174. cū Benuenuto *d. loco probat*; lateq; & eleganter de ea *ſing. ſuo.* 17. *incip. diligenter nota.* diſputat Petrus Gerar. de Petra. Nam ſi ſimpliciter ad exhibendum debitorem tenetur, citra diſtinctionem & moderationem, fruſtra inducta eſſet iuris diſpoſitio, & multarū ciuitatum conſuetudo ſeu vſus, quod ob ciuile debitum, nemo ex domo ſua, vel aliena (vt latius ſuperius *cap.* 6. *n.* 3. dictum fuit) inuitus trahi poteſt, *l. plerique ff. de in ius vocan.* Porrò autem de his violenter & nobis inuitis apud nos latitant, nulla eſt dubitatio. Bald. *ad l in delictis. ff. de noxal.* quia propoſitum & animus maleficia diſtinguit *l.* 1. *ff. de ſicar.*

CAP. XXXIV.

Ab arreſtatione an appellare liceat.

SVMMARIA

1. *Appellare ab arreſtatione an liceat, & n um.* 3.
2. *Appellatio à decreto iudicis interpoſita, an & quando executionem ſuſpendat.*
4. *Appellare an poſſit debitor, ſi pecunia ſibi debita ſub manu ſui debitoris, per creditorē arreſtetur.*

SVnt nonnulli moribus mitiores, qui tametſi ſe iniuſtè arreſtari ſentiunt, appellare potius ab arreſtatione, quam Apparitori arreſtanti reſiſtere, aut vim inferre malunt. Sed an in ea appellatione andiendi ſint, & quatenus ea illis proſit, dubitari poſſet: mouetque eā quæſtionem Guido Papę *ſing. ſuo* 32. ſed non ſoluit, & licèt Speculatorē ad hoc alleget *in §.* 1. *in princ. de app.* is tamen nullā illius quæſtionis mentio-
1. nem facit. Appellari * tamen ab arreſto poſſe arbitror, per ea quæ notat Bald. *ad l. ſi clericis, C. de epiſcop. audien.* vbi dicit in ſimili quod à captura, quæ eſt realis citatio, appellari poteſt; cū ſit grauamen cohærēs perſonæ, quod per expectationē ſententiæ diffinitiuæ (maximè ſi nō res, ſed perſona arreſtata eſt) reparari nō poteſt, *arg. l.* 2. *C. de aboli.* Nō tamē, inquit, iudex appellantē ideo ſtatim dimittet, ſed expectabit donec per ſuperiorem ſibi mandetur: Quia * vbi ap- 2.
pellatur à Decreto Iudicis, quod reſpicit Decretū apprehenſionis vel arreſtationis, nō prohibetur aliquid innouari contra appellationē, donec ſuperior inhibeat. *c. non ſolum. de appel. in* 6. maximè vbi periculum eſt in mora, vel fugæ vt hic, vbi omnis vtilitas arreſti, ex relaxatione diſſolueretur: quia tum appellatio interim non ſuſpendit executionem. *l. fin. ff. de appel. recip.* Specul. *in tit. de appel. §. in quibus DD in c. qua fronte. de appel.* Quam ſententiam confirmauit quoque Ludouicus Carerius *in tract. de criminibus poſt prin. c. inci. Decimus quartus.* vbi dicit, quod licet citatio verbalis non admittat appellationem, citatio tamen realis benè admittit, allegans Bald. *d. loco*, cum eodem ſubijciens quod captus aut detentus poteſt appellare, etiamſi iam diu captus eſſet, quia quotidie ſuſtinet nouum grauamen dum detinetur, in ſucceſſiuo grauamine, ſicut eſt iſtud, ſemper & quandocumque appellare licet. *c. ex parte de appel.* & ibi Doct. & pulchrè Philip. Franc. *in d. c. ex parte, verſic. quintò & vltimò infertur.* Iaſon. *ad l. Prætor. §. fin. ff. de no. op. nunc.* & excipere. Archidia. *in c. hortamur.* 3. *quæſt.* 9. de quo & ſup. *cap.* 31. *n.* 9. & de eiuſmodi appellatione ab arreſto videtur loqui Dominus Præſes Nicolaus Euerhar. *conſ.* 21. *incip. Viſis ſcripturis.* Sed * hanc appellatio- 3.
nis rationem mores noſtri ignorare videntur quibus receptum eſt, vt arreſtatus coram Iudice cuius auctoritate arreſtatio eſt facta, proponat cauſas grauaminis per arreſtum ſibi illati, ſeu nullitatis eiuſdem, & ſi Iudex aliter contra eum pronuntiet, appellatur ad ſuperiorem illius, ſicut in aliis cauſis fieri ſolet.

Sic & Paul. Pariſ. *conſ.* 39. *incip. Non poſſunt, libro* 1. de ſimili arreſto loquens ait, quod * ſi 5.
creditor arreſtari facit pecuniam, quam quidam alius debitori ſuo debet, & prohibeat, quo minus debitori ſuo ſoluat, poteſt debitor appellare, ne priuetur ſua poſſeſſione, pendente appellatione *c. cum perſona. de priuil. li.* 6. *c.* 1. *extra vt lite penden.* Sed ne hoc quoque mores noſtri receperunt, ſecundum quos quotidie videmus fieri, quod pecunia debitoris ſub aliis arreſtatur, & cauſa arreſtationis coram Iudice arreſtante primo inſtituitur.

CAP. XXXV.

Quę ſit vis & quis effectus arreſti

SVMMARIA.

1. *Arreſtatio an & quando inducat litiſpendentiam & 4.*

2. *Iudi-*

2. *Iudicium coram vno Iudice ex neceſſitate intentatum, an ad alium Iudicem transferri poſtea queat.*
3. *Condictio L. Diffamari D. de ingen. manumiſ. intentata, an inducat litiſpendentiæ exceptionem.*
5. *Arreſtatio an producat pignus prætorium.*
6. *Arreſtatam rē detinens, eam præſcribere non poteſt.*
7. *Arreſto durante an res arreſtata alienari poſſit.*

CVm de vi & effectu arreſtationis quæritur, præter eos qui ex ſuperioribus capitibus apparere poſſunt, vnus effectus eſſe videtur, qui * inducit litiſpendentiam. Nam in ſimili decidit Nicolaus Anthonius *in addition. ad Octauianum Veſtrium lib. 4. c. 1. numer. 9.* per petitionem, vt quis carceribus mancipetur, ac per ipſam capturam ſequentem litiſpendentia inducitur; & ratio eſſe videtur, quod ſicut per citationem verbalem dicitur iudicium eſſe cœptum. §. *fin. Inſtit. de pœn. tem litig.* & rescdefinit eſſe integra: *l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. c. relatum. de offi. deleg.* Iaſired. *deciſ.* 60. etiamſi litis conteſtatio nondum interuenit. D. Anthon *in c. aduerſario. in 3. notab. de except.* Ita longè fortius per citationem realem, id eſt per capturam ſeu arreſtationem, quæ præualet; vt notant Doct. *ad l. v. t. ff. de leg.* 1. in contiarium tamen allegari

2. poſſet, quod † quando coram vno Iudice iudicium eſt inceptum ex neceſſitate, vt quia metuitur fuga Rei, aut actio tempore peritura eſt, aut quæ alia ſimilis neceſſitas vrget, poteſt etiam coram alio Iudice hoc iudicium agitari. Bald. & Angel. *ad l. cœptam arg. l. ſed etſi reſtituitur* §. *adium verſicul. ſed & ſi dies eod. titu. de iudic.* Qua ratione plerique neoterici reſpondent *ad l. quamuis, ff. de damno infect.* Quod ſi poteram te conuenire Peruſij & Aſſiſij, & incepi te conuenire coram Iudice Aſſiſij ex neceſſitate, quia timebatur de fuga tua, potero te poſtea conuenire coram Iudice Peruſino. Sed hæ poſteriores rationes non placent Ioanni Baptiſtæ Caccialupi. *in tract. debitor. ſuſpect. quæſt.* 15. vbi dicit, quod licet *in d. l. ſed etſi reſtituatur*, permittatur quod iudicium alibi finiatur, non tamen ibi expreſsè dicitur, quod non ſit inducta litiſpendentia. Addo quod Felynus *ad c. cum ſit generale, colum. 3. de foro compet.* in ſimili reſpondet, quod ſi diffamatus ab aliquo, plures

3. iudices habeat, & † condictionem competentem *ex l. diffamari. C. de ingen. ma.* coram vno Iudice intentauerit, veluti petendo perpetuum ſilentium imponi illi qui ſe illius creditorem eſſe iactitabat, is autem creditor coram alio Iudice eū in ius trahat, & coram illo prætenſum ſuum creditum petat, obſtat ei litiſpendentiæ exceptio, & coram eo Iudice, coram quo remedium *d. l. diffamari*, intentatū eſt, cauſa peragi debet, licet contrarium conſuluerit Socynus *conſ. 94. lib. 3.* Cuius opinio ex eo ſatis conuellitur, quod ex ea ſequeretur, quod quoties diffamatus plures haberet Iudices, condictionē *ex d. l. diffamati*, à lege conceſſam, aduerſarius facilè eluderet, & ad aliud tribunal cauſam traheret, Iudiciſque auctoritatē contemneret, *contra l. ſi prætor ff. de iudic.* Qua de re tamen magna diſtinctione vſus eſt Blarerius *ad d. l. diffamari. ca. 4. circa finem.* quem vide. Et hæc ſententia confirmatur latis *in d l. vbi cœptum.* & exemplum huius poteſt poni in eo, qui curauit aliquem hic arreſtari, & arreſtatus poſita cautione relaxatus ab arreſto vel per procuratores ſuos dum manet in arreſto, vocat eum in ius coram alio Iudice *ex d l. diffamari*, & arreſtans excipit, quod eum hic præuenerit per capturam vel arreſtationem, & quod, cum per hoc ſit hic inducta litiſpendentia, debet finiri. Aliud † eſ- 4.
ſet ſi arreſtatio non eſſet facta ad finem conſequendi debitum, ſed ad finem declarationis iuris ſui, aut liberationis; vt ecce ſcholaris huius Vniuerſitatis Louanienſis intellexit, quendam ciuem Mechlinienſem hominem laicum iactitare, quod ipſe ſcholaris eſt ei in magna ſumma obligatus. Et quia per hanc iactitationem bonum nomen ipſius denigratur, repertum hic Louanij, auctoritate Domini Conſeruatoris priuilegiorum eiuſdem Vniuerſitatis facit arreſtari ad finem, vt ſi quam arreſtatus actionem aduerſus eum habeat, illam coram magnifico Domino Rectore Vniuerſitatis, ſuo ſiquidem Iudice, intra certos dies, ſub pœna perpetui ſilentij proponat, iuxta diſpoſitionem *d. l. diffamari.* Sanè hoc caſu arreſtū non inducit litiſpendentiā reſpectu materiæ principalis coram D. Conſeruatore. Quinimò arreſtatus proponens ſuam actionem coram eodem magnifico Domino Rectore, facit quod arreſtari curans, petit: ſed ſolum inducitur litiſpendentia, reſpectu materiæ *d. l. diffamari.*

Secundus † effectus eſt, quod ex arreſto videtur induci pignus prætorium. Quia pignus 5.
prætorium nihil aliud eſt quam pignus quod à Prætore ſiue à Iudice datur, quodque Prætor aut Iudex nulla præcedente ſententia ex iuſta cauſa capi iubet. *l. 2. C. de prætor. pign. l: non eſt mirum. ff. de pign. actio.* & apprehenſionem rei requirit. *l. 3. §. ff. de reb. cor.* Quæ omnia etiam in arreſto, vel re arreſtata concurrunt. Ex quo ſequitur primò, quod ſi aliquo caſu res arreſtata furto eſſet amiſſa, vel aliquo alio modo ablata, daretur actio & perſecutio quaſi hypothecaria aduerſus poſſeſſorem illius. *l. vlt. C. de prætor. pign.* Secundò quod ſicut debitor reficiendo expenſas, & cauendo de iudicio ſiſti, recuperat miſſionem in poſſeſſionem, *auth. ei qui. C. de bon. auct. iud. poſſ. c. 1. de dolo & contum. l. 6.* Ita quoque & is cuius res arreſtata fuit, recuperat rē arreſtatam, ſicuti inferius dicetur. Eſt enim arreſtatio temporale, & prouiſionale tantum impedimentum: non quidem propter ſe, ſed propter aliud inuentum, videlicet, vt is cuius res arreſtata eſt, cogatur illic ad ſoluendum, non vt de illius rei dominio

aut proprietate diſputetur. Id quod etiam eſt in prædicta miſſione in poſſeſſionẽ, *l. is cui. ff. vt in poſſeſſ. leg.* Vnde Carolus Molinæus *ad ſecundã partem conſuetudinum Pariſienſiũ tit. 2. gloſſ. 1. ad verbum, arreſt, ou brandon.* multa recenſet in quibus arreſtum & miſſio in poſſeſſionem conueniunt, & in quibus differunt, quæ vide; & inter cætera notat, quod neque † miſſus in poſſeſſio-
6. nem, neque detinens arreſtum, præſcribere poteſt, cum & ſcientia rei alienæ, & titulus, & animus poſſidendi deficiat. Cyn. *ad l. 1. C. vbi in rem actio.* Panor. *n. 44. & alij ad c. quoniam frequenter. §. fin. extra vt lite non conteſt.*

Tertius * effectus eſt, quod res iſta arreſtata,
7. durante arreſto, in præiudicium arreſti obligari, vendi aut alienari non poteſt, non magis quàm ſi pignus primò obligatum vni poſtea alteri obligetur. *c. qui prior. de reg. iur. in 6. l. qui prior. ff. qui pot. in pign.* aut ſi res alteri obligatam cauſam iudicati, vel pignus iudiciale acceptum ſit *l. à d. uo Pio. § ſi ſuper rebus ff. de re iudic.* Sed quo minus ſine præiudicio illius, qui illam curauit arreſtari, obligari, vel alienari poſſit, nihil vetat, cum etiam res ſequeſtrata poſſit obligari & alienari, quia obligatio & alienatio reſpiciunt dominum rei, cui ſequeſtrum non præiudicat. *l. licet §. 1. ff. depoſ. l. intereſſe ff. de acqui poſſeſſ.* & quæſtio poſſeſſionis ad quam magis pertinet, non facit rem litigioſam. *gloſſ. in c. fin. 11. quæſt.* latè Marcus Anthonis Natta. *conſ. 2. li. 1.* ceſſatque hic ratio ob quam res in iudicium deducta alienari nõ poteſt, videlicet, ne aduerſarius fatigetur diuerſis iudicijs. *l. nulli. C. de iudic.*

CAPVT XXXVI.

In cauſa arreſti quis ſit actor, aut reus

SVMMARIA.

1. *Cauſa Rei fauorabilior multò eſt quàm actoris.*
2. *Actor qui eſſe dicatur. & 3.*
4. *Agens ſtimulatus & per alium prouocatus, dicitur ſuſtinere partes Rei.*

CVm de forma & modo procedendi in materia iſta arreſti agimus, illud in primis videndum eſt, quis hic actoris, aut rei perſonã ſuſtinet, quod alicuius momenti eſt, multa enim reo permittuntur, quæ actoribus non licent, multoque * fauorabilior eſt cauſa Rei,
1. quàm agentis. *l. fauorabiliores ff. de reg. iur. c cum iura. eod. tit. lib 6.* & fauorabiliores ſunt leges ad abſoluendũ quàm ad condemnandũ. *l. Arrianus ff. de act. & oblig.* Et quidem prima facie is qui arreſtatur aut detinentur, aut cuius bona arreſtantur aut detinentur, videtur eſſe actio; quia
2. † actor eſſe dicitur qui alium ad iudicium prouocat. *l. in tribus ff. de iud. l. libertus à patrono ff. de in ius voc.* ſicut facit is qui arreſtatur; prouocat enim arreſtantẽ prior ad iudicium, petens ab eo proponi cauſas arreſti facti, & ſuſtinens arreſtum veluti malè, perperàm, ſine cauſa & illicitè factum, caſſari, tolli, & amoueri, ipſumque arreſtantem in expenſas, damna & intereſſe condemnari. Id quod ſenſiſſe videtur Romanus *conſil. 217. incip. res iſta,* dicens † eum eſſe 3.
actorem, qui petit capturam declarari illicitam, & capi facientem facit ad hoc citari. & Bart. *in l. de pupillo. §. vlt. n. 3. ff. de no. op. nun.* dicit quod execommunicatus aut bannitus petens reuocari tenutam datam contra ſe, vel petens remiſſionem, dicitur agere. Sed in contrarium eſt veritas, quod non ſit cenſendus actor is qui arreſtatur, ſed ille qui arreſtat: quia vt ait Angel. *ad l. non cogendum. §. qui procuratori. ff. de procur,* agẽs * ſtimulatus, dicitur ſuſtinere partes Rei: Et Iuriſconſultus *in l. ſi pupillus. §. 1. ff. de priuile. cred.* non obſcurè indicat eũ qui petit tenutam 4.
reuocari, reũ potius eſſe, quàm actorem. De quo vide Deciũ *in c. intelleximus, n. 9. de iud.* Et cum certum ſit quod arreſtatus non niſi compulſus hanc actionẽ neceſſariã ſuſcipiat, ſequitur ipſum verè & legitimè, vt primitus prouocatum per arreſtum, Reum, minimè autem Actorem dici oportere. Et quamuis in illo ſolo articulo incidenti videatur agere dũ cauſas arreſti exigit, & arreſtum laxari poſtulat; quia tamen in principali articulo, ob quem arreſtum poſitum eſt, ſe defendit, Reus eſt, vt cui veluti nullum debitum exigenti, definitio actionis applicari non poteſt. §. 1. *Inſtit. de act.* Quod latiſſimè etiam confirmari & comprobari poteſt ex his quę diligenter ſcribit Bart. Blarerius *ad l. diffamari c. 4. n. 7. C. de inge. manu.* vbi per multa argumenta oſtendit, eum qui diffamatus eſt ab aliquo, & contra eum agit *ex d. l. diffamari.* ad hoc vt ei præfigatur terminus cauſas diffamationis proponendi, aut alioqui perpetuum ſilentium ſibi imponi, nõ eſſe actorem, ſed reum: qui caſus huic noſtro ſimillimus eſt.

CAP. XXXVII.

Statutum quo cauetur, quod in cauſa Arreſti de triduo in triduum procedi debet, quo pacto intelligatur.

SVMMARIA.

1. *Tempus elapſũ habet vim tacitæ renunciationis.*
2. *Statutum vt de triduo in triduum procedatur, an in fauorem Rei ſit introductum, eique renunciare poſſit. & 6.*
3. *Dilatio alicuius fauore ordinata poteſt ab eo ſperni.*
4. *Terminus alicui datus ab eo præueniri poteſt. & 8*
5. *Iudex an cogi poſſit à partibus vt vel ordinariè vel ſummariè procedat.*

7. Statu-

7. *Statutum vt in cauſa extranei creditoris ſummariè procedatur, pium eſt, & fauore creditoris introductum.*

9. *Dies termini an contineatur in termino.*

EX conſuetudine ſeu ſtatuto quorundã ciuitatum receptum eſt, quod in cauſa arreſti de triduo in triduum, adeoque extra ordinem procedi debet. Accidit autem nuper, quod is qui arreſtatus erat, ſeruiente triduo ad reſpondendum, aut duplicandum paratus non erat, arreſtans autem ſuſtinebat eum ſecludendum eſſe, & articulata ſua pro confeſſatis decernenda eſſe, propterea quod ſtatuto aut conſuetudini arreſtatus non ſatisfecerat, & ſic
1. tacitè renunciauerat; quia tempus habet vim tacitæ renunciationis, ſi quis illud labi ſinat, vt ait Tiraquellus *in lib. de retract. conuent.* §. 1. *gloſſa* 2. *ad verb. autel. temps, numero* 32. & Bald. *ad l.* 2. *C. de reſcin. vend.* & quod in poteſtate iudicis non eſt, tempora à ſtatuto præfinita, in præiudicium partis aduerſæ producere & prorogare §. *ſi verò ſolum, in fin. in auth. de nup.* maximè cum modus iſte procedendi de triduo in triduum, videatur eſſe traditus pro forma, quam relaxare non licet, *l.* 1. *C. de vſufru.* Arreſtatus nihilominus contradicebat, & ſuſtinebat, non teneri ſe de triduo in triduum procedere niſi vellet, ſed permittendum ſibi eſſe vt ordinariè, & ordinariis diebus iudiciorum ad inſtar aliarum cauſarum procedere poſſet. Conſultus à iudicibus, reſpondi pro arreſtato pronunciandum ac iudicandum eſſe, & ita iudicatum fuit à Scabinis oppidi Louanienſis. Et ratio quæ me tunc mouebat, & quæ me adhuc
2. mouet eſt, quod hoc * triduum in dubio præſumitur fuiſſe conſtitutum fauore arreſtati, *l. cùm tempus ff. de reg. iur.* videlicet, ne is diu ab vxore, à domo, à liberis, à negotiis ſuis in extero loco, ingenti ſuo incommodo atque tædio detineretur; non etiã fauore arreſtantis, cui ſatis eſſe debet quod in loco habitationis ſuæ propriæ, debitorem ſuum extraneum quietè & cõmodè detinere & conuenire poteſt, etiam ſi eum non priuet ordinaria ratione procedendi quam ipſe cogeretur obſeruare, ſi eundem ſuum debitorem in loco domicilij illius conueniſſet, & forum illius ſecutus fuiſſet: Plura enim ſpecialia ſimul concurrere aut peti non debent, *l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. lib.* 1. *C. de dot. promiſ.* Et proinde nihil vetat, quo minus debitor arreſtatus huic fauori pro ſe introducto renunciare poſſit, *l. pen. C. de pact.* nemo enim cogitur inuitus beneficio pro ſe introducto vti. *l. in inuitum. ff. de reg. iur.* & alioqui quod fauore arreſtati introductum eſt, in odium ipſius retorqueretur, *contra l. quod fauore. C. de legib.* Quo loco eleganter notat Baldus, *verſicul. incip. Tertiò exemplificatur.* quod * dilatio ordina-
3. ta fauore alicuius, poteſt ab eo ſperni, ſi expedit ſibi, non differre. Et quod ſi Princeps concedat alicui quod in cauſa ſua ſummariè procedatur, ſi proceſſit ordinariè, per hoc non poteſt impugnari iudiciũ, propter *d. l. quod fauore.* Et hoc iterum repetit *ad l. nulla verſic. pone mandatur. ff. de legibus.* & Rebuffus *ad concord. tit. de forma mand. apoſtol. ad verb. poſt menſem.* ait quod ſi ante menſem conferatur beneficium, poteſt mandatarius illud acceptare ſi velit, cum ille menſis introductus ſit fauore ipſius, cui poteſt renunciare. *c. ſi diligenti de foro compe.* Et in ſimili videmus, quod † quando tempus eſt ad- 4.
iectum fauore pupilli, poteſt pupillus aut eius curator, tempus illud præuenire, *l.* 3. §. *dua cauſæ. ff. de Carbo. edict. & l. diui fratres in prin. ff. de liber. cauſ.* Et debitor qui ſtipulatus eſt terminũ ſoluendi, poteſt illum præuenire & inuito creditore ante ſoluere, Bartol. & Iaſon *in l. ſtipulatio iſta* §. *incertã. ff. de verb. oblig. l. quod quis. ff. de actio. l. quod in diem. ff. de ſol. & hæredes mariti,* qui habent annum de iure ad reſtituendam dotem mobiliarem vxori, poſſunt ante annum reddere eandem. Bald. *in authen. ei qui. C. de bon. auth. iud. poſſid* Sed magis ad propoſitum vrget deciſio Romani *conſ.* 132. *incip. in præſuppoſito caſu.* Vbi dicit, quod quamuis Iudex in cauſa in qua ſummariè procedere debuit, ordinariè procedere incepit, poteſt * tamen pars illa, cuius fauore ordinatum fuit vt ſummariè proce- 5.
deretur, petere vt deinde ordinariè procedatur, niſi ſemel conſenſerit; quo caſu etiam hoc poteſt, modò Iudex conſentiat; & allegat *gloſſ. ſingularẽ ad clẽ. ſæpe, ad verb. partib. de verbor. ſignific.* quæ etiã hoc notabiliter dicit. Quia licet D. Cardinalis ibi, exiſtimet Iudicẽ etiam inuitum cogendum eſſe vt conſentiat, tamẽ videtur verior eſſe ſententia gloſſ. & Bonifacij atque Imolæ ibi, quod non tenetur, nè auctoritas iudicialis fiat ludibrio *contra l ſi prætor. ff. de iudic. & gloſſa in* §. *ſi quis autem non implens. in verb. admonitus. in auth. de hæred. & falcid.* & ne in poteſtate partium ſit Iudici præſcribere formam procedendi quam volunt, & in ea re ſæpius illo inuito, mutare rationem litis, procedendo nunc ordinariè, nunc extraordinariè, quod abſurdum foret. Neque obſtat quod Vlpianus ait: Si plures concordant qualiter ſententia proferatur, Iudex debet ſequi eorum voluntatem. *l. ſi conuenerit. ff. de re iud.* quia vt ait Caſtrenſ. *ibi in princ.* hoc intelligitur quando concordant, quod condemnandus abſoluatur, vel e conuerſo, quod abſoluendus condemnetur, vel quod condemnandus, in quantũ facere poteſt, condemnetur. In quibus caſibus non illuditur Iudici, neque maieſtati iudiciorum; neque intereſt Iudicis, condemnetur reus, an abſoluatur, & aut pro qua parte. Et cũ hæc variatio & mutatio bonis moribus aduerſetur, præallegatum Vlpiani reſponſum in eo locum non habet. Iuxta notata per Zaſium *ibi.* Qua reſponſione etiam aliis omnibus pro contraria parte allegatis facilè ſatis fieri poſſe videmus. Sed quando partes ſolum in vno aut altero actu nõ contradixerunt, tunc quia ſingulares actus iudi-

iudiciorum ſunt per ſe perfecti, ſicut habemus titulos ſingulares & ſeparatos de actibus iudiciorum, licèt in vno actu non contradixerunt, in aliis tamen contradicere poterunt, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio, *l. ſi maritus. C. de don. inter vir. & vxor.* & de vno ad alterum non
6. infertur. Sed ſi † tam arreſtans quam arreſtatus eſſet extraneus, plus vtique ſubeſſet dubitationis quia ſicut arreſtati intereſt, in loco extraneo nōn diu detineri, ita etiam arreſtantis intereſt, in loco non diu litigare.

Quibus tamen non obſtantibus adhuc puto idem eſſe, ideò quod in arbitrio arreſtantis fuit debitorē arreſtatum, vel in loco domicilij eius conuenire, vel alio loco illum arreſtare. Et proinde ſicut deberet ferre moleſtiam diutius in domicilio debitoris litigandi & ordinariè procedendi, ſi eum illic conueniſſet, & in ius vocaſſet; ita quoque durum & acerbū ei videri non debet, ſi in loco arreſti, ordinarium iudiciorū tramitem, poſtulante id arreſtato, ſequi cogatur: niſi fortè in loco arreſti facti,* ſtatutū
7. ſit, quod in cauſa alicuius extranei creditoris, ſummariè & extra ordinem procedi debeat, id quod pium & æquum eſt, & fauore creditoris introductum, à debitore ei tolli non debet *c. indultum, de reg. iur. in 6. l. id quod noſtrum ff. eo tit.* ſicut & in ſimili dicimus, quod ſi tempus eſt adiectum ſolutioni fauore creditoris, debitor ante illud tempus inuito creditore ſoluere non poteſt. Iaſ. *n.* 3. & alij *ad d.* §. *incertam l. ſtipulatio ff. de verborum ſignificat.*

Quod * ſi verò is qui debitorem arreſtauit,
8. triduum illud præuenire, cauſaſque arreſti poſiti, citius exhibere velit, exiſtimo ſanè id illū poſſe, ſi alioquin dies iuridica ſit, & arreſtati nō interſit. Nam & in ſimili decidit Bartol. Blarerius, *ad d. l diffamari C. de ingen. manu. c. 6. num.* 125. quod is cui Iudex præfixit terminum ad agendum, poteſt illum terminum prēuenire, & comparere, parte ad hoc vocata, & citata, neque præiudicium aliquod inde referente.

Nec dubito, quin & illud quoque hic quæri poſſit, vtrùm dies arreſti poſiti in hoc triduo computetur? Sed verius eſt, quod ſi ſimpliciter habeat ſtatutum, quod arreſtans debet intra triduum exhibere cauſas arreſti, tunc dies arreſti facti non computatur; quia* dies termini à quo,
9. vel ad quem, regulariter nō continetur, vt latiſſimè omnium tradit Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 11. *verſ. ſed vt his omiſ.* vbi ponit regulam iſtam, cum quindecim limitationib. Sed ſi dicat ſtatutum, cauſas arreſti eſſe exhibendas à tempore arreſti, vel facto arreſto, intra triduum, tunc dies arreſti computatur, iuxta notata per eundem in dictis limitationibus, ad quem remitto & not. Panor. *ad c. ſuper eo. 2. de appel.* & Quintil. Mandoſius *ad reg. cancell.* 19. *de infirmis. n. 6. quæſt.* 18. *& Ludouic. Gomeſ. ad eandem regulam, quæſt.* 37,

CAPVT XXXVIII.

De ſtatuto quo cauetur, quod arreſtans prima die iuridica debet exhibere cauſas arreſti.

SVMMARIA.

1. *Arreſtante non exhibente cauſas arreſti in termino, an arreſtatus ſit relaxandus. & 4.*
2. *Terminus à ſtatuto vel lege præſcriptus, in dubio cenſetur eſſe peremptorius.*
3. *Termini peremptorij lapſus inducit tacitam renunciationem iuris.*
5. *Contumacia nulli nocet, niſi aduerſarius eam in termino comparens accuſauerit.*
6. *Iudex an terminum ſtatuti vel legis prorogare queat.*

MVltarnm ciuitatum ſtatuta etiam diſponunt, quod arreſtans prima die iuridica quæ arreſtum factum ſequitur, cauſas arreſti in iudicio proponere & allegare debet. Quæro igitur* an ſi id non fecerit arreſtans, videatur 1.
arreſtatus ideo eſſe relaxatus, vel relaxandus? Prima quidem facie videtur dicendū quod ſic, propterea quod * terminus à lege vel à ſtatuto 2.
præfixus in dubio cenſetur eſſe peremptorius. *l. ſtatu liber.* § *Stichū.* & ibi Bart. & alij *ff. de leg.* 2 *& in l. ob commiſſa de adul.* idem Bart. *in l. mancipiorum. ff. de opt. leg. & in fin. ff. de feriis.* & *lap- 3.
ſus iſtiuſmodi termini inducit tacitam renunciationē iuris. Rom. *conſ.* 432. Bart. *in d l. mancipiorū* Bald. *ad l. ſi ea. C. de vſur. & in ſua praxi criminali, de appel. q.* 3. Quo modo & in ſimili videmus, quod termino peremptorio aſſignato elapſo, non poſſunt produci inſtrumenta. *glo. in l. ſi eo. C. de remiſ. pign.* Et quod ſi Iudex præfixerit terminum alicui ad accuſandū, & is cui is terminus præfixus eſt non accuſat, poſtea nōn auditur, etiam ſi ſit minor. Bart. *in d. l. mancipiorū*, quia permiſſū ad tempus, cenſetur poſt tempus eſſe prohibitū, iuxta iura vulgaria, id quod in arreſtante tantò procliuius recipiendum eſt, ideo quod antea de iure ſuo tempeſtiuè inquirere, & prius quam debitorem ſuum arreſtari faceret, de omnib. ſe informare, & veluti præparatus ad iudicium procedere debeat. *l qui accuſare, & l. 1.* & ibi Alcia. *C. de eden. l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit.*

Nihilominus *tamen non aliter hoc verum 4.
eſſe crediderim, quàm ſi eadem illa die iuridica arreſtatus cauſas eiuſmodi arreſti proponi, & allegari petierit, & in defectum allegationis earundem ſe ab arreſto relaxari poſtulauerit; id quod nominatim exprimunt ſtatuta Oppidi Louanienſis *tit. de arreſtamentis, c.* 8. & confirmatur per Barth. Blareriū *ad d. l. diff. mar. c. 8. de ingen. manu.* Vbi dicit, quod diffamans cui eſt ſtatutus terminus ad proponendā ſuam

ſuam actionem vel accuſationem, lapſu ipſius termini excluditur, ſi diffamatus ipſo termino ſeruiente petat declarari, illum iure ſuo exci- diſſe, & vlterius audiendum non eſſe, elegans ad hoc Bart.*ad l. Titia, ff. de accuſ.* Boër.*decis.* 255.cum alijs multis: id quod exemplo non
5. caret; nam & in ſimili videmus, quod contumacia alicuius nunquam ſibi nocet, niſiquando aduerſarius eius in termino comparuit, & eius contumaciam accuſauit, *l. properandum.* §. *& ſi quidem, in verb. abſentiam accuſante.* & ibi Fulgoſ. Caſtr. Iaſ. Bald. & Salic. *C. de Iud.* & quod teſtamentum ratione præteritionis ita demum eſt nullum, ſi præteritus ipſe dicat & petat, non aliàs. *l. filio præterito ff. de iniuſt. teſta.* & ibi Doct. Falcida reſecat ipſo iure legata. *l. linea margaritorum ff. ad leg. Falcid.* ſed ita ſi hæredes petat. *l. patrem. ff. de his quæ in frau. cred.* Compenſatio fit ipſo iure, ſed ita tamen ſi petatur. *l. vlt. C. de compenſ. glo. in l. ſcimus, C. de inoffi. teſta.* Et vbicumque aliquis priuatur ſuo feudo, aut feudum redit ad Dominum, intelligitur, ſi Dominus feudi petat. Bald. *in c. quæ in eccleſiarum de conſtit.* Sicut hæc & multa alia ſimilia congerit Tiraquel. *ad l. ſi vnquam ad verb. reuertatur, n.* 8 *cum ſeq. C. de reuoc. donat.*

Deinde verò arbitror quoq; & *iudicem ex
6. iuſta & legitima cauſa, terminum iſtum prorogare poſſe, veluti ſi arreſtans in morbum inciderit; ſi à Principe vocatus fuerit, nec procuratorẽ mittere poſſit; aut ſi Iudex ipſe abſuturus ſit; vel aliquis alius caſus inciderit; quia cũ non ſtat per arreſtantem, quo minùs cauſas arreſti propoſuerit, hoc ei imputari non debet, *c. imputari. c. cũ non ſtat de reg. iur. l.* 6. & not. Cynus & Bald. *in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſ. tutor.* de quo plura ad propoſitum notat idem Blarerius *d. capit.* 8. *numero* 76. *cum alijs ſeq. vſque ad finem cap.*

CAPVT XXXIX.

De inſinuatione arreſti ſuper bonis abſentis facti.

SVMMARIA.

1. *Sententia contra abſentem non citatum eſt ipſo iure nulla.*
2. *Inſinuatio per quem fieri debeat.*
3. *Inſinuatio an ſæpius ſit facienda.*
4. *Domicilia plura ſi habeat debitor, ad quod fieri inſinuatio debeat.*
5. *Inſinuatio procuratori facta an ſufficiat.*
6. *Inſinuatio quomodo fiet, ſi debitor ſit omninò exterus & abſit.*

1. CVm * ſententia aduerſus abſentem non citatum & non auditum lata, ipſo iure ſit nulla, *l. quæſitum. l. de vnoquoque, l. contra pupillum. ff. de re iudic. l.* 1. *ff. quæ ſent. ſin. appel. reſcin. c.* 1. *de cauſ. poſſ. & propr.* facilè intelligi poteſt, quod ſi bona abſentis, in aliquo loco arreſtata fuerint, non ſubſiſtere iudiciũ, niſi ei cuius illa ſunt, & qui in alio loco habitat, denunciatio ſiue inſinuatio facta ſit. Et proinde vſus iudiciorum vbiq; ferè inualuit, denunciationem * 2.
ſiue inſinuationem hanc fieri per apparitorem aliquem eius Curiæ: & ſæpe quidem per literas iudicum, quorum authoritate arreſtatio facta eſt, & coram quibus lis inſtituitur, eaq; interpellationem quandã ſuſcipiendæ defenſionis continet, ſicut & denuntiatione in caſu emptionis facienda fieri olim D. Mudæus præceptor & collega noſter obſeruandus ſcripſit *ad tit. de action. empt. & vend. in c. quando committitur ſtipulatio. n.* 61. Extra territoriũ enim citare illi Iudices non poſſunt *l. fi. ff. de iur. om. iud.* Eodemq; modo cum de diſtractione pignoris agitur, debitori eam denunciare oportet, vt ſi velit ſolutione eius quod debetur, illã auertat *l.* 1. *& alij c. ſeq. C. diſtract. pig.* Sed quemadmodũ citatio tribus vicibus fieri debet, *l. tres denunciationes. C. quomod. & quand. iud.* & quidem primum in perſonam rei, ſi ea reperiri poſſit, alioqui verò ad illius domum. *cap.* 1. *qui matri. accuſ poſſ.* Bart. & alij *ad l.* 4. §. *prætor. ff. de dam. infect. l. cum pater* §. *penul. ff. de leg.* 2. Card. *in clem. vnica. de for. comp.* Ita * quoque & de inſi- 3.
nuatione iſta dicendum eſſe videtur, quæ loco citationis ſurrogatur; quod licet de conſuetudine videatur ſolùm requiri, quod inſinuatio fiat domi, quaſi ex eo præſumatur quod venit ad notitiam eius, per relationem domeſticorũ, Bald. *ad l. meminerint. C. vend. vi* Fulg. *conſ.* 76. *in c. Factum* tamen de iure aliud eſſet, vt indicat Rebuf. *to.* 3. *ad ord. reg. de cita. art.* 2. *gloſſ.* 3. *ad verb. ou domicile, n.* 3. Et ſi * duo vel plura do- 4.
micilia habet, debet ei fieri denunciatio, atq; inſinuatio, quando perſona eius haberi non poteſt, ibi vbi tempore illius, cũ familia ſua degit *d. l* 4. *in verſi. ſed domũ in qua degit, l. in lege Cenſoria. ff. de verb. ſig. l.* 1. *C. de offic. diuerſ. iud.*

* Quod ſi autem extra prouinciam ſit, neque domicilium in hac patria habeat, tunc videndum eſt an hic habeat factorem, inſtitorem ſiue procuratorem generalem rerum ſuarum. Nam & * his eo caſu facta denunciatio 5.
ſufficit, *l ſi dictum* §. *ſi præſentem, & ibi gloſſ. ff. de euict. arg. l. ſi procuratori. ff. de verb. oblig.* ſicut & locum tenenti, & vicario generali abſentis facta ſufficit. vt notat Rebuffus *in tract. de nominat. quæſtio.* 14. *numero* 59. *cum ſeq.* ſi modo poſtea de ea qualitate conſtet, aut ſaltem quod pro tali is palam & publicè habitus fuit, ſecundùm eum *ibi num.* 71. *verſic. aduertendũ* & hæc quidem omnia antequam iudicium accipiatur, *l. qui concubinam.* §. *ſi hæres. ff de leg.* 3. Si aut * neminem horum habet, ſed ſit omninò 6.
exterus, veluti Hiſpanus, aut Luſitanus, aut Italus, in Hiſpania, Portugalia, aut Italia habitans, neſcitur autem vbi, & in quo loco, ita vt literæ magiſtratus ad eum dirigi non poſſint, ſed habeat hic amicos vel conſanguineos, ſanè illis inſinuatio cum aſſignatione competentis termini

mini fieri poſſet, vna cum publica proclamatione, ſicut videmus quod quando facienda eſt miſſio in poſſeſſionem contra aliquem qui non defenditur, debent requiri eius cõſanguinei, & amici etiam per proclama. *l item ait prætor l. ergo* & ibi Bart. & Bald. & alij, *ff. ex quib. cauſ. maior. l. hæc autem §. non defendi. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* non quidem ſingulariter nec in facie, ſed generale edictum fieri debet, quod ſi quis conſanguineorum aut amicorum velit eum defendere, compareat tali die, coram tribunali. Panor. *in c. cauſam de dolo.* Alberic. *in d. l. ergo.* quod tamen rarò in praxi ſeruari dicit Rebuff. *ad ord reg. to. 3. tit. de citat. art. 2. glo. 1. num. 7.* aut ſi non habet amicos, æquè per edictum citari poterit. *clem. 1. de iudic.* Caſtrenſis *ad l. ad peremptorium. ff. de iud.*

CAP. XL.

Inter plures creditores, vnius debitoris res ſeu bona arreſtantes qui præferendi ſunt.

SVMMARIA.

1. *Regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, locum habet etiam in pignoribus, & in quibus.* 3. *&* 4.
2. *Pignus prætorium quas ob cauſas contrahatur.*
5. *Ordo temporis non facit prælationem in pignore prætorio, ſed veritas debiti. &* 6.
7. *Inter plures arreſtantes an & quando omnium cauſa par ſit. &* 8.
9. *Intellectio l. in iudicati. ff. de re iudic.*
10. *Priuilegiatus præfertur nõ priuilegiato, non ſolùm in ſolutione conſequenda, ſed in eadem alijs facta repetenda.*

SVbinde accidit, quod vnius debitoris bona, aut diuerſis diebus, aut vno quidem die, ſed diuerſis horis arreſtantur. Accidit quoque nonnullos ex his creditoribus ad quorum inſtantiam arreſtata ſunt, alijs eſſe diligentiores, citiuſq; crediti ſui fidem facere, & ſententiam obtinere; ex quo magna plerunque inter eos naſcitur contentio, an omnes ſimul in rebus arreſtatis earumve precio pro rata concurrere, an verò alij alijs præferri debeant.

Et ſanè cùm etiam in pignoribus, ad quorum naturam reſpicit arreſtationis materia,
1 vulgata iuris regula locum habeat, quæ † eſt, quod qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, *cap. qui prior. de regul. iur. libro 6.* vt patet *ex l. 2. 3. & 10. C. qui pot. in pignor. hab.* quod is præualet, qui præuenit. *l. licet, eodem titul.* quod vigilantibus iura ſcripta ſunt. *l. pupillus. ff. quæ. in fraud. cred.* & quod inter concurrentes melior eſt occupantis conditio. *l. inter eos, ff de re iudic.* videri poſſet, quod qui in arreſto prior eſt, aut prior ad ſententiam peruenit, alijs anteferri debeat.

Sed aliter in propoſito negocio inſtituenda eſt conſideratio; diximus enim ſuperiùs, quod arreſtum proximè accedit ad naturam pignoris prætorij, quod * contrahi ſolet vel ob contumaciam non ſiſtentis iudicio, vel ob 2
debitum non ſolutum. *authen. & qui iurat. C. de bon. auth. iudic poſſ. l. eum qui ff. de priuileg. cred.* quodque nulla præcedente ſententia diffinitiua, de qua exequenda agatur, pendet ex officis Iudicis principaliter implorato ad cautionem, & aſſecurationem, aut ad præparandam litem, latitante vel ſuſpecto debitore. *l. ſi finita. §. ſi plures ff. de damno infect. cum ſimilibus.* Atqui hoc pignus prætorium à natura aliorum pignorum in eo recedit, quod * in pignore conuento eadem ſemper regula eſt, vt is 3
qui prærogatiuam temporis habet, iure quoq; potior ſit. *l. ſi & iure. ff. qui pot. in pig. hab. l. 4. C. ad Macedo.* & ratio eſt, quod cùm ſibi vigilauit, id quod ex hæc diligentia aſſecutus eſt, ſibi auferri non debet. *l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. d. l. pupillus.* Sic & pignus quod in cauſa iudicati capitur pro exequenda ſententia diffinitiua, qua debitor condemnatus eſt, ex authoritate iuris ciuilis conſiſtit, neque vni decretum aut permiſſum prodeſt cæteris creditoribus quorum non eſt par cauſa, vt quia fortè nondum condemnatum habeant debitorem, vel condemnato parcere voluerunt, vel nouatione ſententiæ dilationẽ aliquam ſoluendi indulgere maluerunt; Ideoque † in hoc pignoris genere 4
qui tempore prior eſt, potior eſt iure, prælationeque gaudet, ſi modò verè iudicatum ſit, ſi authoritate eius qui potuit iubere, decretum ſit, & ſi captum poſſeſſumque ſit. *l. 1 C. ſi in cauſ iudic. d. l. ſi & iure,* latè D. Mudæus *in tract. de pignor, c. quib. mod pign. vel hypot. ſol. n. 86. & 87.* Et ratio quare is qui primò eſt miſſus in pignus iudiciale, præferatur, eſt, quod miſſus in pignus iudiciale, dicitur eſſe verus poſſeſſor. Nam creditor poſſidet pignus, quo caſu alius non poteſt concurrere eodem iure quo prior. Duo enim ſimul non poſſunt poſſidere. Ita ait Zaſ. *ad l. cum vnus. n. 9. ff. de bon. auct. iud. poſſ.*

In prætorio † verò pignore, ordo temporis prælationem non facit, ſed parem con- 5
ſtituit creditorum non imparem cauſam habentium, conditionem. *Si plures*, inquit Vlpianus, *ſint qui poſtulent vt caueatur, omnes ſimul mitti in poſſeſſionem ſolent*, idque Labeo probat. *Et ſi prius quis in poſſeſſionẽ miſſus ſit, & alius mitti deſiderat, non ſpectabimus ordinem, ſed habebunt ambo poſſeſſionem. Quod ſi iam prior poſſidere iuſſus ſit, & alius damni infecti ſibi caueri deſideret, tũc enim niſi cauerit, mittetur in poſſeſſionẽ poſterior. l ſi finita § ſi plures. ff. de damno infect. &* ibi paulò *poſt ſubijcit, Cũ igitur plures in poſſeſſionẽ mittuntur, æqualiter omnes quaſi in totum miſſi, concurſu partes habebunt.* Sic & Iul. Paul. reſpondit, quod primũ decretum interpoſitum, ad petitionem vnius,

Vnius creditoris, omnibus alijs creditoribus quoq;prodeſt. *l. cum vnus ff. de bon. auth. iud. poſſ.* vbi cum vnus creditor eſſet miſſus in poſſeſſionem ex primo decaeto, poſt certos dies, venit alius creditor qui voluit etiam immitti. Deinde certis diebus poſt, alij quoq; creditores venerunt, & voluerunt gaudere iſta immiſſione. Primus opponebat ſe, dicens ſe eſſe priorem tempore, atq; ideò potiorem iure, uoluit pabulum totum commedere, inquit Zaſ. *ibi*: Alij verò creditores voluerunt pabulari eodem paſtu: Iuriſconſultus tamen reſpondit, quod vno creditore immiſſo, omnes alij etiam vtuntur iſta immiſſione, qui eam petunt; nec attenditur
6. † prioritas temporis, ſed ueritas debiti, quia hoc decretum permiſſum eſt in rem, magis reſpectu bonorum debitoris ſuſpecti aut latitantis, quàm reſpectu perſonæ impetrantis. Deinde verò in pignore iſto prætorio nulla eſt poſſeſſio, ſed cuſtodia, & detentio, & ſic non reſpicitur ordo, ſed omnes habent cuſtodiam, vt ait Zaſ. *d. lo. n.* 11. Neq; obſtat, ſi dicas quod Ang. ibi decidit, quod ſi debitor eſſet incarceratus propter debitum, alij creditores non poſſunt eum recommendare, vel declarare quod vellet vti eo iure quo primus, & quod etiam propter ſua debita eſſet incarcerandus, & quod primũ decretum, quo contrahitur pignus prætorium, non habet locum in libero homine. *l. ob aes. C. de act. & ob.* Qua de re & de ueritate illius poſtea *cap.* 49. latiùs dicemus, & huc non pertinet; non enim loquimur nunc de arreſtatione perſonæ debitoris, ſed de prælatione creditorum in rebus illius arreſtatis, & ex ſimilitudine
7. pignoris prætorij, dicimus* quod inter plures creditores arreſtantes omnium cauſa par eſt, & eadem, non reſpiciendo quis primo loco arreſtari fecit, quis poſteriore: pro qua ſententia etiam facit text. *in l. ſi is qui. § pior. ff. vt in poſſeſſ. leg.* vbi idem Vlpianus ſic ſcribit. *Qui prior miſſus eſt legatarius in poſſeſſionem, non præfertur ei qui poſtea mittitur. Inter legatarios enim nullum ordinem ſeruamus, ſed ſimul omnes aequaliter tuemur.*

8. Sed hæc* tamen aliquo temperamento egent. Primò enim intelligo, quòd nullus ex pluribus arreſtari facientibus alteri præfertur, quando de prælatione inter eos oritur quæſtio, & iam omnes ſententias pro ſe obtinuerunt. Solent enim prudentes Iudices in eiuſmodi caſu id efficere, vt quatenus fieri poſſet, ſimul expediantur omnium lites, & tunc nulla occurrit ratio ob quam alteri alter præferatur ex his, ex quibus nulli rem arreſtatam ſpeciali pignoris nexu ſibi obligatam habent, quiq; omnes in proſequenda lite inſtituta fuerunt æquè diligentes & vigilantes. At ſi vnus reliquis diligentior, aut minus intricatam litem habens in pari omnium cauſa id effecit; vt citiùs quam illi ſententiã pro ſe obtinuerit: Alij verò prolixa minuſq; expedita lite occupati longo deinde interuallo ſententias pro ſe impetrent; antequam verò impetrent, is qui obtinuit ſententiam, executionem illius ex rebus arreſtatis vrgeat, exiſtimo eum audiendum eſſe, nec ad expectationem aliarum ſententiarum vrgendum; Nam & in ſimili videmus, quod ſi ſeruvs meus erga plures delinquat, iam ego pluribus ſum debitor; ſed tamen ei qui prior ſententiam obtinuit, ſeruum dedam noxæ, aut ei ſatisfaciam, nõ poſteriori *l. ſi quis à multis. ff. de noxal. act.* Et ſi dedero filiofa. peculium vt negotietur, is verò æs alienum conflauit, multis creditoribus debere incepit, ego pater omnibus ſum debitor, ſecundùm vires peculij: hoc loco potior eſt is, qui primò ſententiam obtinuit, vt ſi à poſterioribus creditoribus conueniat, deduco id quod ſolui priori ex iudicato. *l. ſi verò ff. de pecu.* Item ſi plures concurrant prætendentes cauſam dominij contra poſſeſſorem, is occupare, & occupando alijs potior eſſe dicitur qui prior ſententiam obtinuit, & poſſeſſor debet ei rem poſſeſſam reſtituere, modò victor curet, quod eum defendat contra alios concurrentes. *l. is à quo. ff. de re iudic.* Quod tamen hic non eſt neceſſarium, hoc & Bald. *ad l. ſi, q.* 2. *C. depoſ.* decidit, quod ſi plures depoſuerunt pecuniam apud vnum mercatorem qui poſtea fugiat, certè ſi vnus illorum fuit diligens in exigendo, & obtinuit ſententiam, alij verò non, non debet id quod accepit per ſententiam, non etiam per vim aut gratificationem alijs communicare.

Secundò intelligo, quod omnes arreſtari procurantes & ſententias obtinentes concurrunt, ſi modò omnes inſtent pro conſequenda executione ſuarum ſententiarum in rebus arreſtatis. Et ſic intelligitur *text. in l. in iudicati. ff. de* 9.
re iudic. in qua Iulianus I. C. ait quod in actione non debet haberi ratio eius cui reus prior condemnatus eſt, ſcilicet vt procedat, quando plures alij quibus reus condemnatus eſt, poſt obtentas ſententias concurrunt in executione, & pro ea conſequenda vrgent. Ita enim eum textum accipiendum eſſe docent Angel. Zaſ. & alij *ibi*, & Iaſ. *ad d. l. inter eos. num.* 9. *verſic. incip. In ultima parte. gl.* vt ſic etiam verum ſit quod vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt *d. l. pupillus. &c. duob. cũ gl. de reſcript. li.* 6. *l. qui autem, l. ait prætor ff. quæ in fraud. credit.*

Tertiò intelligo omnium cauſam eſſe parem, ſi nullus eorum eſt priuilegiatus: nam ſi inter plures arreſtantes, vnus vel ius pignoris habeant, vel priuilegio aliquo inter perſonales creditores munitus eſt, vt ſunt vxor, fiſcus, Eccleſia, pupillus, Reſpublica, & ſi quid aliud his ſit ſimile, vtique ille præferetur, licet poſterior ſententiam obtinuit, aut arreſtum fecit. Et in his verum eſt quod Iulius Paulus ait, *priuilegia non ex tempore æſtimari, ſed ex cauſa. l. priuilegia ff. de priuileg. cred.* vt † priui- 10.
legiatus præferatur non priuilegiato, non tantùm in ſoluendo, aut ſolutione conſequenda, ſed etiam in repetendo, *l. pecunia. C. de priuil. fiſc.* Etenim in ea opinione expreſsè verſantur illic

Accurſ. Iaſ. *n.* 83. Zaſ. *num.* 5. & alij *in d. l. inter eos.* quod priuilegiatus non ſolùm præfertur aliis vt ſolutionem conſequatur, ſed quod alteri non priuilegiato ſoluta ſit pecuuia, poſſit illam repetere, non obſtante, quod non priuilegiatus prior venit, & ad ſententiam & ad executionem, & ideò textus *in eadem l. inter eos.* vtitur his verbis: *Ex eadem cauſa eiuſdem conditionis hominibus, &c. ff. de re iud.* Quo modo & *in l. ſi poſtquam. C. vt in poſſ. leg.*

CAP. XLI.

Debitore fugiente quo pacto Commentarienſis, ſeu cuſtos carceris teneatur.

SVMMARIA.

1. *Debitor frangens arreſtum compelli poteſt redire etiam per proprium ſuum Iudicem.*
2. *Cuſtos carceris eſt velut depoſitarius.*
3. *Cuſtos tenetur de negligentia.*
4. *Cuſtos ſi debitor fugit, tenetur non ſolùm debitum ſoluere, ſed etiam intereſſe.*
5. *Cuſtos carceris an & quando teneatur de facto ſuorum. & 6.*
7. *Pro officiali quando præſumatur.*
8. *Cuſtos carceris an & quando excuſetur.*
9. *Cuſtos carceris an teneatur, ſi debitor cum altero cuſtode fugiat.*

MAgna quidem ignauia eſt Apparitorum qui vel non diligenter inſequuntur debitorem, antequam elabi & occultari poſſit, vel non ſatis cautè ducunt, ne vi aut dolo eximatur. Sed multò maior culpa atque infamia eſt, ſi iam carceri aut vinculis mancipatum effugere ſinant: quippè quod facilius eſt iam captum atque comprehenſum cuſtodire, quàm nondum ductum prehendere & detinere. Vnde & de his aliquid nos dicere conuenit. Nam de ipſo debitore fugiente ſatis ſuperiùs diximus, quod *
1. etiam per proprium Iudicem in cuius territorio exiſtit, & domicilium fouet, cogi poteſt vt ad locum arreſti redeat. *deciſio. Cap Tholoſ.* 422. quod arbitrio Iudicis cuius arreſtum fregit, puniatur. *l. ſi. ff. de effract. & explicat.* quod arctiore cuſtodia detineatur. Ioan. de Ana. *conſ.* 55. *num.* 13. Roman. *ad l. lex Cornelia, ff. de Syllan.* & alia multa ſimilia, de quibus *ſup. cap.* 28. *& ſeq.* quæ hic iterum repetere non expedir. Cæterum ad ipſos Commentarienſes quod attinet, cum * loco depoſitariorum habeantur, vt ait
2. Caſtr. *conſ.* 42. ſalariumque pro cuſtodia recipiant, de periculo & omni culpa atque negligentia tenentur. *l. qui mercedem l. videamus & vtrobique gl. ff. locat.* Bart. & alij *ad l. eum qui. §. epiſtolã. ff de furt.* Ideoque Iul. Paul. *Carceri præpoſitus*, inquit, *ſi precio corruptus ſiue vinculis agere cuſtodiã vel ferrum in carcerẽ immitti paſſus eſt, officio Iudicis puniendus eſt. Si neſcit † ob negligentiã remouendus eſt ab officio, l. carcerari ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Qua ratione Bald. *conſ.* 177. *inc In iſta captura libro* 2. & Iaſ. *conſi.* 27. *lib.* 3. ad ſubiectam materiam eleganter admodùm reſponderunt, Commentarienſem ſeu cuſtodem * carceris ſi negligenter verſatus ſit, & reus vel debitor elapſus ſit, non ſolùm ad exolutionem debiti à creditore compelli, *vt l. 3. C. de exact. trib. lib.* 10. *l. eum pro quo ff. de in ius voc. l. fin. in verb. domino precium reddere debere, ff. de cuſtod. reor.* vbi hoc notat Angelus & Rodericus Suarez *ad declar. 2. l. 2. fol. 2. li. 2. ti. de los emplazamientos num.* 52. *c. inc. Sed attende:* verùm etiam ad præſtationem eius quod Intereſt teneri Io. de Anan. *conſ* 55. *inc. Quia dubia. ad fi.* Bald. *ad c. 1. in 5. col. de offi. deleg. & in c. dilectus col.* 7. *de appel.* Salic. *ad l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.* quia eos cuſtodiendos in fidem ſuam ſuorumq; recepit. Vnde † etiam ſi non principaliter & di- 5.
rectè per eius negligentiam debitor elapſus eſt, ſed ſuorum quibus cuſtodiam illius mandauit, æquè & ipſe & fideiuſſor ipſius tenetur. Bald *conſi.* 40. *& ſeq. lib.* 1. Florian. *ad l ſi fornicarius. ff. ad l. Aquil.* Oldrad. *conſi.* 84. *inc. Quidam dixit arg. l qui tamen non idoneũ. ff. commod. §. penul. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi deli.* quia explorare eum oportuit cuius fidei & innocentiæ eſſent, *l. ſi. §. ſeruorum. ff. naut. caup. ſtabul. l. 1. §. ſi quis igitur eod. tit.* Quod tamen ita intelligit idem Oldrad. *conſi.* 92. *inc. Rex habet caſtrum. &c.* & Oldradum ſecutus Paris de Put. *in tract. de ſynd. ad verb. Carcer. c.* 5. *n.* 4. niſi illi † carcerem 6.
commiſiſſet, cuius fides & diligentia tempore commiſſionis & mandati omnibus cognita atq; ſpectata fuiſſet, *arg. l. 1. § ſi magiſtratus. ff. de magiſtr. conuen. l. litis. §. ſi pecuviã ff. de neg. geſt. l. 3 §. ſi eo tẽpore. ff. de admi. rer. ad ciuit. pertinen. l. argentum. ff. commoda.* Et quamuis * generaliter præ- 7.
ſumatur pro quolibet officiali. *l.* 1. *C. de ſuſcept. lib.* 10. adeò quòd alleganti eius culpam, incumbat onus probandi. *l. 2. ff. de probat.* Bart. *ad l ſi quis argentũ. §. 1. ff. de eden.* Illud tamẽ locũ non habet, quando aliquid factum eſt contra naturam officij, vt hic. Alcia. *reg. 3. præſumpt. n.* 15. *n.* 4. *verſ fallit etiam.* Et ideò, inquit, ſi carceratus euadit, lex præſumit contra cuſtodem. *l. ſi. ff. de cuſtod. reor. l. diuus. ff. de offic. præſid.* nec præſumitur quod ferrum & ſimilia poſſunt in carcerem deferri, ſine culpa & negligentia cuſtodis. *d. l. carceri in fi.* & ideò meritò tenetur creditor ad id quod intereſt. Aretin. *conſ.* 38. *inci. Conſultiſſime Domine, &c.* etiam ſi debitor per funes, aut ex aliquo altiori loco ſe demiſiſſet, *d. l. ſi. in verb. vel ſe præcipitauerit*, licet allo iure vtamur, ſi vel ſub terra foſſis actiſque cuniculis, vel alio aliquo loco abſcondito, & quo minimè expectari debuiſſet talis caſus, effugit, Amadæus *in tract. de ſyndic. numer.* 99. *incip. item parcitur cuſtodi, &c.* Pari * ratione ſi plures debitores 8.
facta conſpiratione vim Commentarienſi adferant, & ſic ruptis compedibus fugiant; nulla eius culpa erit. Paris *d. lo. c.* 3. *incip. An ſi plures.*

Et

Et in ſumma ſi adhibuit omnem diligentiam, ſecundùm qualitatem rerum & perſonarum, de caſu fortuito, vi,& his quæ præuideri communiter non poſſunt, minimè tenetur, vt not. *ad d.l.ſi negocia,ff.de neg.geſt.l.ſi ut certo.§ nunc videndum. ff. commod.* latè Thomas Gram.*voto 26.incip.Summi opificis.num* 7.Paris *d. loco num.* 6. Anchar.*conſi.*340.in eo mihi videntur conuenire omnes,quod ſi conſtabat debitorem arreſtatum, verè debitorem non eſſe, neque ex alia cauſa detineri poſſe,non teneri Commentarienſem,ſi is qui erat arreſtatus fugiat. Ang. *ad l.ſi quis ſub conditione.§ fi. ff. de condi. inſtitu.* Barto.& alij *ad l.ſi pecunia,§. ſed & ſi acceperit. ff.de condict.ob cauſ.*Sed & Paris *d.c.*5. *n.* 4. *col.* 4 *ait*,quòd ſi carceratus impetraſſet literas ceſſionis bonorũ à Principe cum mandato, quod cedendo bonis liberaretur, & aufugerit negligentia Apparitoris,antequã Iudex diſcerneret ipſum eſſe admittendum ad ceſſionem bonorũ, vel non admittendum,ſolùm tenebitur Apparitor ille ad id quod intereſt,non ad totum debitum,ſi notorium erat,ipſum debitorem non eſſe ſoluendo. Ego quidem hæc locum habere poſſe aliquo modo admiſerim,reſpectu creditoris. Interim verò negligentiam ipſius quæ in hoc vno facto admiſſa, in alijs ſimilibus aut maioribus negotijs periculoſa atq; pernicioſa Reipub.eſſe poſſet, vel remotione ab officio, vel aliter arbitrio Iudicis coërcendam atq; puniendam eſſe arbitror.*d.l.carceri.* Sanè ſi * plu-
9. res cuſtodes extiterint,& vnus cum ipſo debitore aufugiat, alter non tenebitur,qui illum caſum veriſimiliter præuidere non potuit,*l.fi. §. interdum.ff. de cuſtod.reor* Bald. *ad l.filio.§. eius. ff.de iniuſt.rupt.irrit.fact. teſta.* Qua de re plura apud Boërium *quæſt* 216.videre licet.

CAP. XLII.

Debitor arreſtatus quomodo ali, atque tractari debeat.

SVMMARIA.

1. *Carcer deputatus eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam.*
2. *Carcer in quo eſt fames & ſitis, cenſetur tortura.*
3. *Iniuriarum tenetur Commentarienſis,qui victum aut lectos denegat carcerato.*
4. *Mortuus in carcere præſumitur culpa cuſtodis perijſſe.*
5. *Debitor carceratus cuius impenſis alendus.*

QVoniam verò, vt Vlpianus ait, carcer * ad continendos homines, non ad pu-
1. niendos haberi debeat,*l.aut damnum.§.ſolent.ff. de pœn.* cauere debet Cõmentarienſis, ne acerbitas adſit,ſed permaneat debitor tantũ ſub fida cuſtodia;nec ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpata luce vegetari, id eſt,ſubleuari.*l.*1.*C.de cuſto.reo.*Qua ratione Honorius Imp.etiam illud ad Iudicis officium inprimis pertinere arbitratus eſt, vt de cuſtodia captiuos ſubinde interroget, ne his humanitas clauſis per corruptos carceris cuſtodes negetur. *l.Iudices. C. de epiſc. audien.* quia * incarceratio 2.
in qua eſt fames & ſitis, veriùs tortura appellatur,Bart.*ad l.*1. §. *diuus. ff. ad Syllan. Et,ſi* (vt Mucinius Ruffinus I.C.ait)*qui victum,ſtratum inferri in carcerem iudicato non patitur,vtili pœnali, vel * iniuriarum actione conueniri poteſt, l.ſi* 3.
victum.ff.de re iudic. quantò magis iniuriarum tenetur Commentarienſis, qui victum aut lectos denegat debitori? Dd.*ibi.*& Henning.Goden.*conſi.*103.*n.* 14. *&* 15. Quod ſi reperiatur
† debitor in carcere mortuus,lex præſumit cul- 4.
pam cuſtodis,niſi probet eum aliter perijſſe. *l. fin.ff.de cuſtod.reor* Alciat.*reg.*3.*præſumpt.c.* 15. *n.* 4 *glo.ſingularis in l.cùm ita legatur. §. ſpecies. ff.de leg.*2.*l.cum filioſa.§.*1. *ff. de leg.* 1. Paris *in tract.de ſyndica.ad verb.tortus cap.*3. *numero* 15.
Porrò autem cuius impenſis hic† debitor arre- 5.
ſtatus ali & tractari debeat,quæſitum eſſe ſcio, & quod ipſe ſibi ſubminiſtrare expenſas debeat communiore calculo probatum eſt. Paris de Puteo *in d.tract.ad verb.carcer.c.*4.*incip.an carceratus,qui allegat l.quemadmodum ff.ad l. Aquil. & §. ſed vnum.in auth. vt cum de appel. cognoſ. cum c.ne religioſi extra de regular.*Felyn.*ad c.* 1. *de libel.oblat.& ad c.ex reſcripto in fin.de iureiur.* Quod ſi verò inops & pauper ſit,vt alere ſe non poſſit,creditoris officio incumbit,vt & alimenta & reliqua vitæ ſubſidia porrigat arreſtato, *glo.ad l.fin.C.de erog.milit. anno.*Angel *ad l.minimè.C.de appel.*quod & Guido Pap.*quæſt.*211. *incip. Debitor non poteſt verſic.Sed quid ſi debitor, &c.*vſu probatum eſſe refert. Vnde ſolent cauti Apparitores,non priùs curam & cuſtodiam debitoris in ſe recipere,quàm à creditore expenſarum illarum refuſionem eſſent ſtipulati. Ex quo etiam intelligi poteſt, quo pacto accipiendum ſit,quod pignus prætorium, aut iudiciale à debitore ali debet.*glo. in authen.ei qui. C. de bon.author.iudic.poſſ.l.ſi neceſſarias. ff. de pign. act.*hinc etiam facilè intelligimus, non ſemper ſatis conſultam eſſe arreſtationem, quæ ſic in perſonam inopis debitoris facta eſt, cuius inopia omnem actionem excludit.*l.nam it.ff.de dol. c. olim.de reſtit.ſpoliat.* duplici damno creditor afficitur,vt qui neque id quod ſibi debitum eſt acquirit,neque expenſas vnquam recuperat; & meliore precio maioreque voluptate, aues domeſticas, vel canes venaticos domi aluiſſet. Boërius verò *quæſt.* 302. *n.* 2. exiſtimat quod debitor ex eleemoſynis alendus eſt, ſine periculo creditoris, niſi aliter inter creditorem & Commentarienſem conuenit.

CAP. XLIII

Contractus cum arreſtato factus an infirmari poſſit.

SVMMARIA.

1. *Arreſtati & eius qui captus eſt eadem eſt ratio.*
2. *In vinculis eſſe quis dicatur.*
3. *Captus vt contrahat, an ſufficiat eum deductum eſſe extra carcerem in domum alicuius ciuis.*
4. *Solutio, ſeu promiſſio eius, quod debetur valet, etiam ſi in carcere facta ſit ſit, & 7.*
5. *Detentus in carcere priuato, contrahere aut teſtari non poteſt, ad vtilitatem detinentis.*
6. *Vis illicita non præſumitur inferri in cuſtodia publica.*
7. *Contractus cum arreſtato ſeu carcerato factus quando dicatur iuſtus & validus.*
8. *Contractus vt ſubſiſtat vel infirmetur, non inſpicitur an inter arreſtatum & arreſtantem, ſeu inter alios eorum nomine fuerit initus.*

EX his autem quæ dicta ſunt, ea quoq; nata eſt quæſtio, Vtrùm contractus cum arreſtato vel carcerato debitore initus, iure ſubſiſtat, nulloque modo infirmari poſſit? Nam cùm ſæpè flagitioſi ac improbi cuſtodes, durius quàm par eſt, excipiant arreſtatos, iuſtus videtur eſſe metus, quo inducantur ad promittendum.
1. Quod * autem eadem ſit ratio incarcerati & arreſtati, aſſerit Guido Papæ *quæſtio.* 253. *his verb.* Si quis dedit fideiuſſores de tenendo arreſtum vel de non recedendo ab arreſto, & iurauit non recedere, an cenſeatur carceratus, & in vinculis detentus? credo quod ſic, & pro eo videtur textus notabilis *ad l. in eadem §. in vinculis, iuncta gloſſ. fin. & l. necnon. ff. ex quibus cauſ. maior.* In vinculis* autem etiam eos accipimus,
2. qui ita alligati ſunt, vt ſine dedecore in publico apparere non poſſint. Et hæc ſunt ſingularia & attendenda; quia hinc apparet, quod contractus factus per talem arreſtatum, nõ ſubſiſtit viribus: Et ideò *anno* 1459. *die tertia menſis Nouembris,* Curia Parlamenti reuocauit quandam compoſitionem factam per quemdam de Roybonne, per Caſtellanum Briſiacij, licet ille dictam compoſitionem ratificauerat poſtea extra carceres, ipſe tamen adhuc exiſtens in arreſto. Hactenus ille. Illud verò an contractus cum carcerato initus, validus ſit, apertiùs notant Interpretes *ad l. qui carcerem. ff. quod met. cauſ.* Quo loco Bartol. & hunc eleganti *conſ.* 64. *incip. Caſus ſuper quo*, ſecutus D. Præſes Nicolaus Euerardi, ait promiſſionem factam in carcere, vel ipſi detinenti, vel participanti cum eo nihil valere, non autem annullandam eſſe, quia regula, quod geſta per metum teneant, & ſint reſcindenda, hic locum non habet. Panor. *ad c. Abbas in* 12. *fallen. quod met. cauſ.* Quod & ad dationem in ſolutum extendunt, Calcaneus *conſ.* 112. *col.* 2. Aretin. *ad l. qui. à latronibus. ff. de teſta.* Alex. *conſ.* 241. *li.* 6. Felin. *ad c. fi. de treug. & pac.* & Hippol. *conſ.* 42. adeò vt idem Aretin. *conſ.* 14. exiſtimauerit, illiuſmodi in ſolutum dationem aut contractum ipſo iure eſſe nullũ. Alij tamen tum exiſtimant valere ipſo iure, quando initus non fuit in vtilitatem incarcerati, ſed quod *per Edictum Quod metus cauſa* reſcindi poteſt. Qua de re latiùs Ioa. Neuizanus *conſ.* 52. *n.* 36. *verſic.* Secundùm principale debitum, cum multis ſeq. agit, aſſerens nullam hic requiri proteſtationem, ex quo ſemper metus carceris durat. Decius *conſ.* 356. Præpo *ad cap.* 1. *quo tempo. miles inueſt. pet. deb.* Iaſon *ad l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred.* etiam ſi * ad promiſſionem illam abſoluendam, in domum alicuius ciuis à vinculis 3. veluti remotam & liberam eſſe deductus, ſecundùm eundem Neuizanum *ibi.* Quia cùm adhuc eſt ſub cuſtodia, non eſt in plena libertate, cùm non ob aliam cauſam, ad illam domum deductus fuerit, quàm ne poſtea diceret, quod in carceribus contraxiſſet, Fabianus *in tract. de empt. & vendit. quæſtio.* 13. *in* 3. *quæſtio. princip.* Porrò autem Alberi. de Roſate ſummus Pragmaticus, quamuis *ad d. l. quia à latronib.* hanc ſententiam ſecutus fuiſſe videatur, quem ſequitur Angel. de Clauaſio *in ſua ſumma ad verbũ, Carceratus, n.* 5. *tamen ad d. l. qui carcerem.* vſu receptum eſſe ait, quod * ſi debitor à creditore in carcerem coniectus, ei dederit in ſolutum 4. fundum aliquem, valet datio, quantumis in carcere facta; quia, inquit, forte nunquam aliàs carcerem exire poſſet, & quod *d. l. qui carcerem*, loquitur de priuato carcere, non de publico, qui vtique eſt licitus & permiſſus, & per quem idcircò neq; vis, neq; metus inferri dicitur. Quam Alberici ſententiam Fulgoſio quoq; *ibidem num.* 2. placuiſſe video, dum ait, communem ſententiam eſſe veram in eo qui iniuſtè aliquem in carcerem coniecit, non ſi legitimè & rectè. Quo modo Raphael Cumanus *conſ.* 68. *incip. In præſenti.* circa medium hunc contractum valere exiſtimat, ſi liberatio & vtilitas aliqua debitoris appareat, & Bald. *ad rubr. C. de reſcind. vend. verſic. item requiritur quod ille,* ait promiſſionem in carcere factam non ſubſiſtere, niſi vtilis eſſet ipſi carcerato, quia, inquit, ſi tendat ad ipſius liberationem; non autem expreſsè, vel tacitè, in vtilitatem indebitè carcerantis, ſicut fit quando creditor ſuum recipit, & ſic de damno vitando agit tantùm. Sic & Caſtrenſ. *ad d. l. qui à latronibus*, reſpondet, licitè contrahi inter debitorẽ carceratum & creditorem, qui fecit illum detineri; quia nõ dicetur metu eſſe factum, quod fieri potuit iure permittente. Imo. verò ibi latiùs diſtinguens, Tu, inquit, potes ſic concludere, quod aut quis * detinetur in carcere priuato 5. & tunc non poſſit contrahere, vel teſtari, ad vtilitatem detinentis vel participantis, *per not. in d. l. qui carcerem*, ſed ad vtilitatem alterius ſic,

Quan-

Quandoque verò quis eſt detentus in carcere publico, qui propriè eſt cuſtodia. *l. ſi quis poteſt. ſup. eod.* Et tunc conclude, quod aut quis fuit detentus ritè & iuſtè, & tunc poteſt contrahere
6. ad cuiuslibet vtilitatem ; quia * non eſt veriſimile, quod in cuſtodia publica aliquid per vim illicitam cogatur facere : Aut fuit detentus iuſtè, & tamen non ritè, vel fortè licet erat debitor, tamen non erat caſus in quo de iure capi poterat, & nihilominùs de facto fuit carceratus, & tunc videtur idem dicendum, ac ſi in carcere priuato fuiſſet detentus. Et multò fortius idem dicendnm eſt ſi nec iuſtè nec ritè detentus fuit, propter potentiam aſſerentis ſe creditorem. Interdum verò quis eſt ritè captus, ſed non iuſtè, vt quia captus fuit virtute inſtrumenti confeſſati, cuius vigore ex forma ſtatuti poſſet quis capi, cùm re vera erat ſolutum, vel ſatisfactum, & tunc idem dicendum, ac ſi ritè & iuſtè fuiſſet captus, quia non eſt præſumtio quod ſibi fiat iniuſtitia, ſi petat ſe relaxari, & alleget debitum ſolutum, & ſic non eſt veriſimile, quod propter hoc cogetur ad aliquid illicitè faciendum. Et per hoc patet quid dicẽdum ſit, ſi quis fuerit non ritè captus, fortè non ſeruata ſolemnitate ſtatuti, tamen hoc non fuit propter potentiam creditoris, ſed fortè propter ſimplicitatem Iudicis qui conceſſit, exiſtimans hoc fieri poſſe : nam hoc caſu videtur dicendũ ac ſi ritè & rectè fuiſſet captus quo ad poteſtatem contrahendi & teſtandi, quia non eſt vereſimile, quod ſi dicat capturam nullam, & petat ſe relaxari, non miniſtretur ſibi iuſtitia. Hactenus Imol. Eoque pertinet quod idẽ Guid. Pap. *ſing.* 840. *col.* 1. dicit, quod conuentio facta in carcere eiuſque metu inita, eſt nulla, niſi eſſet detentus ex iuſta cauſa: Verba autem Guidonis ſunt hæc, Conuentio in carcere & metu carceris facta, eſt nulla, *l. qui carcerem. ff. quod met. cauſ.* vbi dicitur, *qui in carcerem quem detraxit, vt aliquid ab eo extorqueretur, quicquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti*, niſi eſſet detentus ex iuſta cauſa, quia tunc valeret compoſitio, etiam cum illo qui eum detinebat. Bart. *in l. qui à latronibus. ff. de teſt* Sed quid ſi poſtea talis compoſitio facta in carcere, ratificetur, & de nouo fiat extra carceres, puta quia poſt relaxationem à carceribus, incarceratus fuit poſitus in domo ſua, in arreſto, an talis ratificatio, facta in domo ſua in arreſto exiſtente valeat; credo quod non, quia talis de nouo promiſſio, cenſetur metu carcerum facta. Hactenus Guido, adiiciens aliquas rationes quibus hanc ſuam opinionem confirmat. Sic & Aufrer. *deciſio. Capel. Tholoſ.* 399. iudicatum fuiſſe ait, quod ſi incarceratus compoſitione facta cum Curia, obliget ſe ad ſoluendum id quod confitetur ſe debere Commentarienſi ſiue cuſtodi carceris, pro expenſis atque cuſtodia, tenet obligatio, ſi modò iuſtè fuit incarceratus ; & vide ibi additionem ad
7. eundem variè loquentem. Ego * ſanè etiam in ea ſum opinione (vt paucis dicam quod ſentio) vt exiſtimem contractum cum arreſtato & incarcerato initum per creditorem, eſſe iuſtum & validum, præcipuè ſi de veritate debiti conſtet, & promiſſio in conſpectu magiſtratus vel Scabinorum fiat. Quid enim conſideramus metũ, quando debitor non niſi quod verè debet, & expenſas ac vſuras, quas ob moram ſuam ſoluere tenetur, præſente auctoreque Iudice præſtare promittit, aut quid eo nomine in ſolutum tradit? Quid iniuriam infert creditor, qui quod ſuũ eſt ſic recipit, & debitorem vinculis ſeu arreſto exemptum liberat? Mihi (niſi mea me fallit opinio) ipſe Paulus ſatis hoc dicere videtur, *ad l. ſi mulier in princ. ff. quod met. cauſ.* Sed ſi vltra id quod debetur, aliqua, quo citiùs liberari poſſit, promiſit, hic Iudicis officium intendere oportebit, vt pro ſapientia atque religione æſtimet factum, & pro qualitate rei geſtæ, aut promiſſum reſcindat, aut certè moderetur, *l. fi. d. tit. facit potius, l.* 14. §. *pen. ff. eod.* Eademque eſt ratio ſi iniuſtè arreſtatus vel captus fuit. Et * his qui- 8.
dem caſibus nihil refert, quòd non ipſe arreſtatus vel captus, ſed alius pro eo promittat : quia cùm huiuſmodi promiſſio fiat incarceranti nomine carcerati, & ob liberationem eiuſdem, perinde haberi debet, ac ſi facta fuiſſet per ipſum carceratum : quippe quod fit meo nomine, & mea voluntate, per me fieri videtur ; perindeq; habetur, ac ſi per me fuiſſet factum, nulloque modo per tertium aliquem factum cenſetur, *l. in ædib.* §. *quod filius ff. de donat.* Pari modo ſubmiſſio tertiæ perſonæ fraudem & metum non minuit, ſed arguit. Præſes *d. conſ.* 34. Sed de his latius Gozadin. *conſi.* 19. Hyp. *ſing.* 306. *Deciſ. Capel Tholoſ.* 399. Fulg. *conſ.* 76. Affl. *deciſ. Neapol.* 140. agunt.

CAPVT XLIV.

De cuſtodia & periculo rerum, quæ arreſtatæ fuerunt.

SVMMARIA.

1. *Res quæ perit, ſuo domino perit.*
2. *Apparitor de qua culpa teneatur.*
3. *Apparitor qui lecticas fregerat, fuit condemnatus ad damni refuſionem.*
4. *Apparitor tenetur etiam morſus murium in rebus arreſtatis præſtare, quemadmodum & fullo in veſtimentis.*
5. *Res arreſtatæ ſi incendio pereant, an Apparitor teneatur.*
6. *Arreſtum perperam faciens, ſi res arreſtatæ perierint, obligatur debitori ad earum æſtimationẽ.*
7. *Impenſæ quales circa res arreſtatas faciẽdæ ſint.*
8. *Pecunias arreſtatas ſi Apparitor conſumpſerit, quo pacto creditori arreſtanti ſuccurratur.*

ET ſi ſecundùm communem regulam vnaquæq; res † pereat ſuo domino, *l. pignus. C.* 1.
de

de pig.act l.damnum C.locat. de conduct. tamen ſi quis vel dolo malo, vel culpa atque ignauia circa res alterius verſatus ſit, periculum in eum tranſit, ſuoque iumento proprio malum ſibi adfert, ex quo non niſi damni illati refuſione & præſtatione ſeſe extricat, *l. contractus. ff. de reg. iur.* Et hinc facilè intelligi poteſt, quantã curã & diligentiam Apparitor ſeu Seruiens adhibere debet circa res arreſtatas, fideique ipſius creditas ac commiſſas, vtpotè qui † de dolo, culpa,
2. & negligentia tenetur, non ſolùm debitori, ſi fortè ille ſoluto debito bona ſua arreſti vinculo exempta repetat, verùm etiam creditori, pro cuius indemnitate arreſtata ſunt, nullumque aliud promptius ſubſidium, debitore ſecundùm conuentionem non ſatisfaciente, aut pacta conuenta non adimplente, habet. Qua ratione motum fuiſſe Senatũ teſtatur Rebuf. *ad conſt. reg. tom. 1. de lit. obl art. 5 glo. 1. n. 5. verſ. 4. quartò quod &c.*
3. Vt Apparitorem vnum, † qui lecticas debitoris fregerat, & per fabrum lignarium (vt oportuit) disiungi non curauerat, ad id quod intererat, condemnaret, *vt l. lectos. iuncta l. ſequent. ff. de peric. & commod. rei vend.* Nam & ipſe Vlpian. *lib. 18. ad edictum.* in grauiore caſu reſpondit, magiſtratum ſi damnum iniuria dederit, Aquilia teneri: *Quia cùm pecudes aliquis pignori cepiſſet,* inquit. *& fame eas necaſſet, dum non patitur cibaria eis adferri, in factum actio danda eſt.* Idem ſi dum putat ſe ex lege pignus capere, non ex lege ceperit, & res tritas corruptaſque reddat, dicitur legem Aquiliam locum habere, *l. quemadmodum ff. magiſtratus ff. de reg. Aquil.* Vnde & Ioan. Conſtantinus *ad conſtit. reg. art. 183. verſ. adde vnum notabile verbum, &c.* ait, Apparitorem ſeu Seruientem tam ſtrictè ad cuſtodiam rerũ arreſtatarum teneri, vt etiam morſus murium *
4. ad ipſum pertineat, & periculo ipſius fiat, non multò aliter, quàm de fullone dicitur, quod ſi veſtimenta polienda acceperit, eaſque mures roſerint, ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cauere, *l. item quæritur, § ſi fullo, ff. lo. at. l. 1. §. ſi. roſæ tabulæ, ff. de bonor. poſſeſ. ſecundùm tabul.* quia cùm hæc facilè præuideri poſſint, inter caſus fortuitos non numerantur. Cæterum an in id quod facere poſſint, an potius in ſolidum condemnentur iſtiuſmodi Apparitores, apud Paridem de Puteo diſputatum eſſe video, *in tract. de ſyndica ad verb negligentia, cap. 1. num. 18. & 19.* ad quem te remitto.

Quid igitur * ſi domus Apparitoris vnà cũ
5. rebus ipſis arreſtatis flammis exuſta ſit? Sanè niſi culpa eius appareat, domino peribunt, hoc eſt, debitori, adeoq; etiam creditori arreſtanti nulla aduerſus non culpoſum Apparitorem ſupereſt actio, *d. l. pignus, & l. pignori. §. fina.*
6. *ff. eod. tit.* Exiſtimat tamen *d loco, art. 5. gloſſ. 6. in fi.* Petrus Rebuffus, creditorem ſi † perperam arreſtum facit, quia ſaltem per indirectum cauſa & occaſio fuit, quod res illæ in domum Apparitoris illatæ ſunt, ac deinde perierint, ad earumdem æſtimationem debitori eſſe obligatum, vt per glo. & alios, *ad d. l. non omnis. §. ſi pupillus, ff. ſi certum petatur.* per text. *in l. Titius,* & ibi Iaſon, *ff. de reſcript. verbis.* Cautè etiam proſpicere debet Apparitor, ne † inutiles ſum- 7.
ptus in rem arreſtatam impendat, ſed cum Iudicis poteſtate atq; licentia omnia moderetur, Rebuf. *tomo 3. in tract. de ſequeſtr. art 3. gl. 1.* ne pecunias alienas deglutire dicatur, quod multi facere ſolent; & ne etiam re vera multa perperam & ſine diſcretione exponat, quæ nimis graue eſſet debitori aut creditori reddere, *l. in fundo, ff. de rei vendic.* Quod ſi verò † pecunias 8.
arreſtatas deglutiat & conſumat, debitor quidem, pro magnitudine & quantitate eiuſdem illius pecuniæ liberatus eſt, *l. quæſitum, ff. de diſtrac pig.* ſed improbus ipſe Apparitor tenetur, quod *d. lo. art. 77. in fi.* ex Fabri ſententia reſpondit Ioan. Conſtantinus: Sin autem ſoluendo non fuerit, Iudex à quo conſtitutus & præfectus eſt, cautionibus tamen prius excuſſis, in ſubſidium tenetur, argum. *l. 1. ff. de magiſtr. conuen. §. penul. Inſtit. de ſatiſd.* Rebuffus *d. loco artic. 105. gloſ. 3. verſic. eſt tamen differentia, &c.*

CAP. XLV.

Arreſtum qua ratione relaxetur, vel diſſoluatur.

SVMMARIA.

1. *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
2. *Cautio de ſoluendo debito liquido & confeſſato, non liberat ab arreſto.*
3. *Arreſtum an per ſatiſdationem relaxetur, & num. 6.*
4. *Satiſdatione tollitur ſequeſtratio, & in poſſeſſionem miſſio.*
5. *Satiſdatio qua arreſtum ſoluatur, apud quem interponi debeat.*
7. *Satiſdatio de iudicio ſiſti dumtaxat, an in arreſto relaxando ſufficiat.*
8. *Cautio iuratoria an & quando ſufficiat, & num. 10.*
9. *Debitor quando incarcerari poßit.*
11. *Satiſdatio in arreſto, quatenus ſe extendat.*
12. *Fideiuſſores idonei qui ſint.*
13. *Iudex qui fideiuſſorem inidoneum admittit, poſt nominatores, in ſubſidium tenetur.*
14. *Fideiuſſores extranei, & pignora alibi ſita, an ſufficiant.*
15. *Arreſti vſus & commoditas potißimum verſatur in facilitate conueniendi debitorem.*
16. *Executio an ſine nouo proceſſu in fideiuſſores arreſtati fieri poßit.*
17. *Creditori qua ſint obſeruanda in cautione pro arreſtato admittenda.*
18. *Fideiubens ſoluere id quod ſubductis rationibus debitor debebit, an tenetur, ſi rationes non ſubducantur.*

19. Ar-

19. *Arreſtum diſſoluitur per ceßionem bonorum.*
20. *Literæ dilatoriæ & quinquennales, quando arreſtum relaxari faciant.*
21. *Arreſtum an ob nullitatem euidentem & apparentem, parte non vocata relaxari queat.*

HIs ita conſtitutis, ordo poſtulat, vt videamus quo modo & qua ratione arre-
1. ſtum diſſolui poſſit, & † quidem in primis naturalis ac ciuilis ratio docet, ſolutione eius quod debetur extingui obligationem, eaque perempta & finita tamquam cauſa arreſti ceſſante, ipſum arreſti vinculum relaxari. §. 1. *Inſti. quibus mod tollit. oblig. c. cum ceſſante, de appellat.* Quo modo & in ſimili reſpondit Marcianus retineri poſſeſſionem, donec ſoluta ſit pecunia, *d. l. ſi is qui bona, §. 1. ff. de pignor.* & generaliter definit Iureconſultus, quod ſi re integra fieret, in poſſeſſionem non mitteretur, id cùm offertur, à poſſeſſione diſcedere debet *l. eum qui. 1. ff. de priuile. credi.* Cautionem vero interponere de * ſoluendo debito, quod nunc liquidũ & con-
2. feſſatum eſt, non ſufficit. *l. 4. § ait prætor, ff de re iud. l. quod ſi non ſoluere, ff. de pign. actio. l. itẽ liberatur, §. qui paratus ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol. l. promiſſor. §. vltim, ff. de conſti. pecu* quod pluribus legibus, rationibus & argumentis oſtendunt. Bald. *ad l ſi rem, § omnis, ff. de pignor. act.* & Tyraq. *de vtroque retract. §. 3. ad verb. A payer gloſſ. 3 n. 14. cum ſeq.*

3. Porrò autem * ſi debitor arreſtatus, vel rerum detentarum dominus, ab inito neget debitum, ſtatim arreſtum diſſoluitur præſtita idonea cautione, de ſtando iuri in loco arreſti, & iudicato ſoluendo, eligendoque ibidem, quantum ad hanc cauſam attinet, domicilio, perſona, ſeu res eius vtique relaxabitur, *l. ſi fideiuſſor, §. fina. ff. qui ſatſd. cogant.* Iaffred. *deciſio. 55. incip. arreſtatus.* D. Præſes Nicolaus Euerardi *conſi. 102. incip. Venerabilis Domine* Feli. *ad c. legabatur de maior. & obed.* Ioan. de Anania *conſ. 21.* Iaſon *ad d §. fin. num. 17. cap. 2. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* Anchar. *conſ. 84. incip. Ex theoricis.* Corneus *conſ. 136. incip. viſis col. 2. li. 4.* Rebuf. *ad ord. reg to. 1. art. 6. gl. 3. n. 55.* facit etiã ad hoc *l. ſi pecunia, ff vt in poſſ. leg. l. ſi creditores, ff. de priuil. cred.* teneturq; actione iniuriarũ, qui oblata & præſtita idonea cautione, non relaxat debitorem, teſte Panor. & Fel. *ad d. c. legabatur.*
4. quæ res euidentem rationem habet, † quandoquidem & ſequeſtratio, & miſſio in poſſeſſionẽ per iſtiuſmodi ſatiſdationem ſeu cautionem tollitur, *l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſenatus. ff. de offi. præf. vrb. l. ſi pupillus, §. fi. ff. de priuileg. cred. l. 1. §. iuret, ff. de collat. bonor.* Cynus *ad l. vnic. C. de probib. ſequeſt. pecun.*

Hæc autem cautio non apud * ipſum Appa-
5. ritorem ſeu Seruientem, ſed apud Magiſtratum interponetur, qui arbitrabitur an ſufficiens ſit, nec ne, vt ait Raph. Cuman. *con. 157. inc. in cauſa Benedicti, col. 2. verſ. cũ ergo.* Neq; refert, an ipſe arreſtatus caueat, an verò alius pro eo, vt ait Benedict. Curt. *in li. de arreſtis amorẽ, poſt princ.* Nã quemadmodum ſoluendo quiſq; pro alio, licet inuito & ignorante, liberat eum, quia naturalis ſimul & ciuilis ratio ſuadet, alienam conditionem meliorem quidẽ nos facere poſſe, deteriorem non poſſe, *l. ſoluendo, ff de neg. geſt. l. ſolutionem, & l. ſi pro me, ff. de ſol. l. Stichum §. fi. ff. de nouat.* Ita quoque multò magis arreſtum relaxari debet, ſi quis alius, vel pro volente, vel pro ignorante caueat & fideiubeat.

Quod tamen dicimus * præſtatione cautionis reſolui arreſtum, Quint. Mandoſ. *in tractat. de monitorijs, quæſtione 10. libro. 3.* reſtringit his 6.
verbis: Hæc tamen limitabis, niſi is qui dearteſtari petit, obſtinatè vel calumnioſè differat, vel ſubterfugiat iuſto Iudicis mandato parere, vnde propter denegationem ſubterfugium, vel etiam dilationem poſſet facilè cauſæ vel negotio alicui detrimentum, vel quid ſiniſtri parari: puta ſi quis arreſtatus fuerit, ex quo materias ſeu articulos medio iuramento ſpecificare recuſauerit; vel iuramentum calumniæ ſubire noluerit, ſeu poſitionibus per verbum credit, vel non credit, reſpondere, vel in aliqua cauſa examini ſe ſubijcere, vel in aliquo ex infinitis caſibus, in quibus alicuius præſentia, vel actio requiratur, refractarius ſit, tunc nullo modo dearreſtabitur, imò contra ipſum iuxta facti contingentiam procederetur: Iura enim quoad fieri poteſt, fraudibus, malitijs, calumnijs, & contumacijs occurrunt, *ad l. ſi cui ibi per medias vias ff. de ſeruit. l. in fundo. vbi gloſſa, dat concordant. ff. de rei vend. c. 1. de iudic.* Card. *in Clem. 1 in 3. not. de rer. permut c. calumniam, de pœn. cum vulgar.*

Plerique tamen † verſantur in ea opinione, 7.
vt exiſtiment, dumtaxat cautionem de iudicio ſiſti, non etiam de iudicato ſoluendo interponendam eſſe, ſi forenſis aliquis receſſurus, ratione debiti ſiſtatur vel arreſtetur. Angel. *in l ſi arbitro ff. qui ſatiſd. cogant. & in l. nemo carcerem, ſuperiùs ſæpè allegata* Bald. *ad l. fi. §. etſi præfatã. C. de iure. delib. & d. cum proponas, C. de bon. auct. indic poſſi.* Fab. Ang. & alij *ad §. ſed hodie. Inſtit. de ſatiſd glo. ad l. 2. §. ſi dubitetur, ff. de iud.* latè Roder. Suarez *declar. l. 2. foro l. lib. 2. c. inc. vlterius nota, n. 4. tit. de los emplazamientos.* ſi non debitum ſit confeſſus. Quæ ſententia ratione ſua non caret: quia ſi perſona debitoris vellet abſque dolo manere in arreſto, neque haberet alia bona, creditor deberet contentus eſſe cum perſona eiuſdem, vel eundem relaxare; & iura non aſtringunt aliquem ad maiorem cautionem vel fideiuſſionem dare, quàm ipſe ſit obligatus. Sed non habens vnde ſoluat, implet cum perſona ſua: ergo eiuſmodi cautionem dando ſatis fecit, etiamſi non caueat de iudicato ſoluendo: Ideoque etiam ſatis erit, ſi fideiuſſores promittant, quod debitorem repræſentabunt, & Iudici exhibebunt quoties ab eis fuerit petitum, aliàs ſoluent iudicatum: quod ſi non fecerint, tenentur ad totum debitum, &

ad

ad totum verum intereſſe, ad quod principalis tenebatur, & non habebitur ratio eius quantum petatur,ſed quantum verè debeatur, *l. 2. §.in fideiuſſorem.& ibi gl. ff. qui ſatiſd. cog.* Roderic,*d.loco,c.incip.nunc oportune,n.* 21. *verſicu: quato vlterius. &c.* Sed tamen quorundam mores hac cautione ſola contenti non ſunt, quos in eorum foro ſequi oportet.

8. Hinc etiam † facilè colligi poteſt, cuiuſmodi iſta cautio eſſe debeat,ſcilicet non iuratoria, ſed datis fideiuſſoribus aut pignoribus:quia iuratoria cautio non dicitur ſufficiens *gloſſ. in c. qua fronte,de appellat.& in c.ex parte,de verb.ſig. & Clem.* 1.*de pœn.*Curt.*in tract.de ſequeſtr.quæſt.* 14. Ang. *ad l.poſtquam,§ Imperat.ff.vt leg. nom. caue.*Soc.*ad l.* 1.*ff. qui ſatiſd. cog.* Baldus *ad l. 2. C.de vſur. & fruct. leg.* Ideoque ad impediendum vel reuocandum arreſtum minimè ſufficit.Spec.*de ſeq.poſſ.§.*1. *verſ. ſed pone*, D.Ant. & Abb.*in c.*2.*eo. tit.* Bald. Angel. Imol. *ad l. filiusfa.§.diui.ff.de leg.*1.Dd.*ad l.fi.C. de ord.cognit.& ad l.ſi conſtante,§.quoties,ff.ſolu. matr. & ad l.*2.*C.de debit.ciuit.li.*10.Quemadmodum in ſimili,vbicunq; hæres non vult aut non poteſt ſatiſdare de ſoluendo legato adueniente die, mittitur legatarius in poſſeſſionem,nec auditur hæres cautionem iuratoriam offerendo, *d. l.filiusf.§.idem Princeps.* Quod etſi primò Roder. *d.lo.in initio ti.*7.dix ſſet eſſe cõtra ius commune,poſtea tamen melioribus rationibus motus *in c.inc.ſed attende,n.* 8. dicit eſſe ſecundùm ius commune,quod ex Fabro, latè eum articulum *in §.is quoq; Inſti.de act.*tractante,ſuxiſſe videtur. Et ſic tandem ſi ſatiſdare non poſſit debitor, non ſolùm pro principali debito, verùm etiam pro expenſis litis,teſte Rebuffo *d. tract.art.* 16. *gloſſ.*10.non dimittetur, ſed propter inopiam ſuam vel carceri vel cuſtodiæ tradetur. Ad quẽ

9. † carcerem tunc demùm perueniendum eſt, quando aliud remedium non competit. *§. quid autem, in auth. de fideiuſſor.* Roman. *conſ.*241. Alex.*conſi.* 139. *lib.*2.Qua de re latiùs quoque tradidit Feli *in c.quo ad conſultationem.de re iud.* quòd & vſus probat,& pluribus firmat Rode. *d.loc.c.inc. ſed attende.n.* 7. Niſi tamen *

10. is qui arreſtatus ſit, eſt egregia perſona, aut multum nobilis, cuius iuramento ſtari poſſit; nam & aliàs regulare eſt, quod iſtiuſmodi perſonis ciuitas pro carcere detur, fideique illorum credatur,& iudex hoc faciens, nulla ratione culpari poteſt,etiamſi ſtatutum, aut lex de debitore in carcerẽ conijciendo loquatur. Ange.*ad l.nullus, C.de exhib.reis.* Curt. *col.*52. *& alij ad l. admonendi,ff de iureiur.*Odofredus *ad l.*1.*§. fi. C. de cuſtod reor.* Alberi.*ad l.*1.*ff.eodem.* Lucas de Pena *ad l.quoties,C.de dignit.li.*12.Angel. rurſum *ad l.penul ff.quod metus cauſ.*Iaſ.*ad l.ſi pecuniã §. vlt.in fi.ff de condict.*ob cauſam, Catel. Cotta *in ſuis memorab.ad verb. carceres.* & omnium elegantiſſimè ac fusè Ioan, Neuiz. *conſ.*52.*n.* 22. & Tiraq.*in lib.de temper.pœn.cauſa* 31.*& cauſa* 51.cum alijs multis,ad quos breuitatis cauſa te remitto. & quamuis aliàs de iure communi nõ

teneatur† ſatiſdare,ſi poſſideat multa immobilia,*l.ſciendum,ff qui ſatiſd.cog.*qua de re plurima ad propoſitum cumulat Roderi. *d. loc. c. inc.* 11.
Hæc lex ſituata eſt, vſus tamen forenſis ad relaxationem arreſti vlterius poſtulat, quod etiam nominatim illa bona obligentur, & hypothecæ ſubijciantur, quo faciliùs meliuſque creditori ſit proſpectum, & quia non ſolùm ad ſecuritatem debiti,ſed ad facilitatem conueniendi, arreſtum moribus noſtris pertinet.

Quod ſi fideiuſſoribus datis relaxari arreſtum velit debitor,† certè non omnes idonei 12.
erunt: nam vt vnus ex multis tradit Rebuffus, aliorum traditiones referens, *ad conſtitut. reg. tomo* 1.*de ſent. execut. articul* 1.*gloſſ.* 16. *numero* 17. religioſi, vſurarij, clerici, ſcholares, prodigi, Conſiliari Principum, procuratores, leues & moleſti homines, non ſufficient,ne lis ex lite naſcatur, & dum vnam litem euadere conamur, incidamus in plures, & qui ante cum ſimplicioribus egimus, nunc cũ doloſis metuendis,& maieſtate ſua difficilibus ad conueniendum agamus.Ripa *in c.cum N. de conſt.n.*117.*l.*4.*§.ſi ex conuentione, ff. de re iud.* Boër.315.Tum etiam hi fideiuſſores bona immobilia poſſidere debent, ſaltẽ pro quantitate debiti, vſurarum,& expenſarum litis,*glo.ad d.l. ſi fideiuſſor & in authe.de exhibend.reis,§.ſuſcepto l.quos nos.§.*1.*de verb.ſignific.l.*1 *ff.in ius vocat. vt eant* Et hoc eſt quod ait Iaſon *ad l. ſi conſtante,ff.ſolu.matr.*quod fideiuſſor de iudicio ſiſti, vt dicatur idoneus, debet habere tantùm in bonis, quantùm ipſa cauſa valet. Si tamen poſſidens fideiuſſor immobilia reperiri non poſſit, ſufficiet in ſubſidium fideiuſſor multis mobilibus diues, quæ facilè occultari, ſubuerti,aut auferri non poſſunt.Angel.*ad d. l. ſi fideiuſſor.* Faber. *ad d. § ſed hodie.* Doct. *ad d. l.* 2. Ideoque mercator multa mobilia poſſidens, ſed intricatus ære alieno non eſſet idoneus, quia bona non dicuntur, niſi ære alieno deducto. Rodericus *d. loco numero* 14. *cum ſeq.* & Ang.*ad d.l.ſciendũ.* Et ſi aliquis poſſidet bona immobilia in loco periculoſo & obiecto euidenti periculo maris, non cenſebitur idoneus eſſe.Bart.*ad l.*2.*§.*1.*ff. ſolut. matr. & ad l* 3. *§.fi.ff.de liberat.legat* ſicut nec fructuarius, qui præter vſumfructum nihil habet: niſi eſſe vſusfructuarius tam magnus & pinguis, vt ceſſare faceret omnem præſumptionem, teſte eodem Roderico *d. loco numero* 271. Quid enim ſi pro debito centum aureorum fideiubeat is, qui mille in vſufructu habet? Quid ſi dies vſusfructus ceſſit? Quid ſi vſusfructuarius omni ære alieno ſolutus ſit? Sed vt omnia hæc ex multis cauſis variari,& pro qualitate rerum ac perſonarum, æqua vel iniqua videri poſſunt, benigniore ſententia receptum eſt, ea religioni & ſapientiæ Iudicis eſſe relinquenda, vt notant Doct.*ad d l.ſciendum.l.arbitrio l.ſi fideiuſſor.* Hip.*ad l.quæſtionis ff.de quæſt.*Fab.*ad d.§.ſed hodie.*

die. ſoletque Iudex decernere fideiuſſorem recipiendum eſſe, eundemque recipere, ſi idoneũ reperiat, quantumcumque parte aduerſa, quæ nunquam contenta foret, reclamante. Periculoſum eſt tamen Iudici partem non audire, quia
13. ſi * fideiuſſores ſunt inidonei, ipſe Iudex poſt nominatores & certificatores, in ſubſidium tenetur, *l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſ. tutor.* quod & Rebuff. per ſententiam Senatus confirmatum fuiſſe aſſerit, *Tom. 1. de ſentent. execut. art. 1. gloſſ. 16.* Quod ſi tamen non opponatur aduerſus fideiuſſorem de illius inhabilitate aut inſufficientia, ſufficiet, vt ait Iaſon, *ad d. l. fideiuſſor. num. 4* ſicut & ſi creditor ſemel non idoneum accepit, ſibi imputare poteſt, & alium poſtea dari, non rectè poſtulat, *l. 3. ff. de fideiuſſo. d. l. ſi ab. arbitro.* Alexan. *conſ. 60. lib. 5.* Aliud eſt ſi tempore quo acciperetur, idoneus erat, & poſtea deſinat idoneus eſſe: quia quæ de nouo eueniunt, nouo auxilio egent, *l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. l. ſi hominem. ff. mand.*
14. Illud quoque in conſideratione habendum erit, quod fideiuſſores & pignora pro cautione data minimè ſufficiant, niſi imperio Iudicis illius loci, in quo arreſtatio facta fuit, coërceri poſſint, Pariſ. *conſ. 99. num. 38. lib. 3.* Nam ſi debitor vel extraneos fideiuſſores, vel pignora alibi ſita, obligare, aut Hypothecæ ſupponere velit, non eſt audiendus, *l. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cog.* & ibi Iaſ. *num 8. verſi. puto contrarium.* Ang. *ad d. l. ſciendum. §. 1.* Faber *in d. §. ſed hodie, & in §. ſi verò Inſti. de ſatiſd. num. 9. verſi. credo.* quippe quod ſic deterior fieret conditio creditoris, propter difficultatem fideiuſſores tales excutiendi, vel pignora illa proſequendi, cum tamen in tali conueniendi facilita-
15. te, vſus atque commoditas * arreſti potiſſimum verſetur, abſurdumque eſſet ad hoc creditorem cogi, vt debitorem quem præſentem habet, dimittat, & ad difficultatem alibi proſequendi pignora, vel fideiuſſores ſe aſtringat. Etenim ſicut multum refert quo loco debitum ſoluatur, & recipiatur: vnde qui plus loco petit, in pœnam legis incidit, *§. plus autem Inſtit. de act.* quia ſcilicet, ut ait Iuſtinianus, vtilitatem quam habet promiſſor adimit: Ita quoque non parum refert, quo loco debitum exigatur, & cum improbo fideiuſſore, aut pro re pignori tradita, litigetur. Et quamuis Bart. cuius ſemper ferè & æquę benignæ ſunt opiniones, cũ nonnullis aliis exiſtimet *ad d. l. ſi fideiuſſ. §. poſſeſſor.* hoc non eſſe verum, ſi in loco omninò vicino illa bona mobilia exiſtant; tamen Baldi, Aretini, Fulgoſij, Iaſoniſque ſententia directò illi contraria, & vſu, & moribus populi magis recepta atque probata videtur. *glo. in l. fi. C. de princ: agent. in reb. lib. 12.* Quod non ita præciſe intelligi velim, ſed quod ſufficit ea imperio magiſtratus illius loci eſſe ſubiecta, & coram eodem euinci poſſe: quod ex multis aliis pulchrè & latè explicat Roderic. *d. c. inc. Vlterius quæritur.* quem omninò vide.

Iſti verò fideiuſſores * tenentur ſoluere ſine nouo proceſſu, executioque in eos fieri poterit: Ea enim eſt fideiuſſionis iſtius natura & conditio, vt cenſeantur fideiuſſores vnà cum principali debitore eſſe condemnati, *l. fin. C. de vſur. rei. iudic. l. 1. ff iudi. ſol gloſſ. ad c. 1. de iureiuran. lib. 6.* adeò vt cùm ferenda ſit ſententia contra debitorem, citari non debeant, quia iudicium cum ipſis non agitur. Bald. *ad l. duobus §. qui iurauit. verſic. igitur ff. de iureiur.* licet tamen indirectè, & per conſequentiam quandam hæc ſententia ipſis noceat: qua de re apud Bar. *ad l. 1. apud Odofred. ad d. l. 2. C. de vſur. rei iudic.* & latiùs apud Tyraq. *in tract. res inter alios act. &c.* videre licet. Nec obſtat, quod fideiuſſor poſſet habere aliquas exceptiones, quas non habuit debitor: quia, vt idem Bart. ibi teſtatur, in ipſa executione ſummariè de iis cognoſci poterit. Poteſt tamen fideiuſſor id quod ſoluit, illicò à debitore repetere, etiamſi arreſtatio fuit iniqua & iniuſta, neque poteſt ipſi obiici, quod ea de re aduerſus creditorem arreſtantem non excepit, niſi tamen ipſemet occaſio & cauſa fuerit arreſti malè atque perperam facti. Qua de re apud Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 149. inc. In cauſa magiſtri, num. 4. verſi. tamen fuit dictum,* latiùs videre licet. 16.

Nonnulla verò ſedulò obſeruanda ſunt creditori * arreſtum procuranti, in hac cautionis materia: quorum primum eſt, vt fideiuſſores à debitore præſentatos, faciat ſolemniter per ſtipulationem ſe obligare: & hoc ad euitandam diſputationem, quæ eſt inter Doct. *in Clem. 1. de procur.* Nam licet D. Card: *num. 6.* expreſsè ibi decidat, quòd ſi aliquis eſt arreſtatus, & cupit ſub cautione relaxari, & offert fideiuſſores ſuper eo quod ad requiſitionem Iudicis, aut aduerſarij reuertetur, quod tales fideiuſſores obligantur, etiamſi ſolùm fuerint præſentes, cum veluti fideiuſſores actis iudiciariis inſcribantur & taceant, *per l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſ. tutor.* eandemque ſententiam ſequi videantur Bonifacius *ibi, num. 31.* & Ancha. *num. 4. in 4. notab.* Contrarium tamen ſentire videntur & Ioan. de Imol. *ibi, numero 19.* & Bart ipſe. *in d. l. cum oſtendimus.* qui deciſionem illius legis exiſtimant extra caſum fauorabilem pupillorum, de quo loquitur, vel ad fideiuſſores, qui patiuntur ſe inſcribi præſentes & tacentes pro captiuo relaxando ad tempus in materia criminis non extendi, quaſi tunc agatur de fauore Reipublicæ, quæ pupillis æquiparatur. *l. rempublicam. C. de iure reipub.* & quòd alias regulariter fideiuſſor non obligatur, niſi per ſtipulationem, *l. blanditus C. de fideiuſſ.* Stultus verò eſt qui ſe opinionum periculo exponit. Se- 17.
cundum eſt, quod ſi tales fideiuſſores * promittant ſoluere creditori omne id & totum, quod apparebit ipſum debitorem ſibi debere, collectis rationibus. & ſubducto calculo cautus ſit creditor arreſtari procurans, vt ſubducat calculum cum debitore viuente: Nam 18.

ſi

ſi moreretur talis debitor, antequam rationes eſſent concluſæ, & calculus ſubditus, fideiuſſores non tenerentur, ſed eſſent liberati, vt notabiliter decidit Hippol. de Marſil. *ſingul.* 304. *incip. Animaduertant creditores, per text. in l. qui Romæ.* §. *Augerius.* & ibi Iaſon & Caſtrenſis *ff. de verb. oblig.*

19. Tertiò relaxatur † arreſtum per ceſſionē bonorum, per quam & carcer euitari ſolet, *l. fi. C. qui bon. ced. poſſ.* Bald. *conſ.* 424. *inc. Ad euidentiā. li.* 4. *& ad l.* 1. *C. d. tit.* Bart. *ad l.* 1. *ff. eo ti.* ſi modo in his caſibus verſemur, in quibus ceſſio illa bonorum, quæ finibus ſuis reſtricta & limitata eſt, locum habeat, Iaſon & alij *ad* §. *fi. Inſtit. de act.* Socin. *in reg.* 48. *inc. Ceſſio.* Rebuff. *de ſentent. execu. art. vlt. gl.* 1. *n.* 21. Quod cùm fit, tenetur debitor bona quæ tunc habet omnia, creditori dimittere *glo. in d. l pen.* Panor. *in c. Odoardus de ſolut.* his ſolis, quæ ad neceſſitatem veſtiendi pertinent, exceptis. Quo modo & inuictiſſimus olim Princeps noſter Carolus V. Auguſt. anno 1541. die 28. Nouemb. ſtatuit, cedenti bonis, non niſi lectum vnum cum ſuis ornamentis, item ex ſingulis rebus mobilibus non precioſis, vnam eſſe dumtaxat miſerationis gratia relinquendam: Satiſque erit debitorem in carcerem miſſum ad petitionem vnius creditoris tantū, hoc beneficium ceſſionis impetraſſe, quippe quòd ceſſio tunc facta, & hoc pacto impetrata, cæteris creditoribus præiudicat, *l.* 4. & ibi Doct. *ff. de ceſſ. bonor.* Salice. *ad d. l.* 1. *n.* 4. Guido Pap. *conſ.* 124. *num.* 7. Didacus Couar. *lib.* 2 *var. reſol. cap.* 1. *num.* 5. Interim verò dum litigatur, an ceſſionis beneficio gaudere debeat nec ne, in carcere detineri debet, & (quod eſt amplius) exiſtimat Aufrer. *deciſ. Capel. Tholoſ.* 28. executionem lite pendente aduerſus eum fieri poſſe, niſi pro certo ſciat Iudex, nulla bona ipſum habere. Sed hanc Aufrerij ſententiam quidam non probant, ne indulto Principis præiudiciū fiat. Quod ſi in carcere exiſtens, debitoque probato, aut confeſſato exire nolit, fieri etiam poteſt vt inuitus & ex cauſa ad id cogatur: quid enim ſi improbus nebulo, valido & vaſto corpore, ex mera malitia illic manere velit? Sanè Rodericus *tit. De los gouiernos. c. inc. Quaro tertio.* non eſſe hoc illi permittendum, ait. Qua de re abundè ſuperiùs diximus.

20. Idem quoque * dicendum videtur de literis dilatoriis & quinquennalibus, quia tempore illo dilationum pendente, nihil eſt inuocandum, ſicut & in appellatione fieri ſolet, *c. non ſolum de appel. lib.* 6. Quæ tamen literæ, quando de dote vxoris repetenda: de cauſis alimentorum quæ nullam dilationem patiuntur, *l. ſi longius.* §. *fi. ff. de iudi.* de debito coram magiſtratu recognito: de cauſa Principis, aut de aliqua alia ſimili agitur, vires non habent, quod *Tomo* 2. *in tract. de dilat. art.* 2. *glo. vnic. fol.* 88. latius explicat Rebu. magnaque pars eorum *ex d. conſti. Caroli V. Imp.* dependet. Et cùm debitores, hac dilatione pendente, congrua ſecuritate gaudere vtique debeant, *c. fi. de treug. & pace. l. vnic. C. de priuile. vrb. Conſtantinopolit. l.b.* 11. adeò quòd prehenſio poſtea attentata reuocetur. Boër. *quæſtio.* 296. *inc. Princeps*, & debitor fideiuſſores de ſe præſentando dare non teneatur. Ita & relaxari quoque debet, eidemque relaxationi ſi pertinaciter reſiſtat creditor, ad id quod intereſt, & in expenſas litis condemnatur, argum. eius quod not. Bald. *ad lib. per diuerſas. qu.* 15. *C. de mand.* Rebuff. *d. loco. articul.* 1. *gloſſ.* 1. *in fine.* Quin etiam vt pleniſſimum effectum ſortiantur hæc beneficia, hac dilatione pendente, nec vſuræ current, nec id quod intereſt præſtatur, *l. non ſolùm.* 2. § *illud, ff. de liber. leg.* Alber. & Dd. *ad l. quoties. C. de precib. Imperat. offer.* Interim tamen de ſoluendo debito, tempore illo adueniente, cauendum eſt, *l. vniuerſa C. de titul.* & notat Guido Pap. *quæſt.* 109. *incip. reſcripta*, idq; (*vt d. ſua conſtitutione cauit Imp.*) poſt literarum illarum impetrationem intra menſem: non enim literæ illæ incipiunt currere à tempore præſentationis, ſed à tempore datæ & impetrationis earum dumtaxat. *C. eam, de reſcript. c.* 2. *& c. dilectus, de decim. c. ſi propter. de reſcript. lib.* 6. & vt adiicit Guido, ad futuros creditores non extenduntur argum. *l. Aurelius*, § *Titius.* & ibi Doct. *ff. de liber. leg.* neque ad impediendam executionem ſententiæ in Parlamento latæ ſufficiunt, idem Guid. *q.* 97. Quod ego intelligo, niſi de mente contraria Principis plenè conſtaret, iuxta ea quæ not. *ad l. item ſi verberatum. ff. de rei vend. & in c. omnes. & c. eccleſia de conſti.* Poſtremò, † ſi arreſtum nulliter fuit poſitum, debet etiam parte non vocata relaxari, ſi modo ea 21.
nullitas euidenter appareat, neque excuſari poſſit, vt colligitur ex his quæ not. Zaſius *ad l. de vnoquoque. ff. de re iudic.* Sed eam viam ingredi non eſt ſatis tutum.

CAP. XLVI.

Arreſti reſolutio cuius authoritate fiat.

SVMMARIA.

1. *Apparitor ſolus non habita licentia Iudicis, arreſtat hodie periculo creditoris.*
2. *Apparitor ſolus debitorem non poteſt relaxare.*
3. *Arreſtatus an à Iudice relaxari poſſit, parte non vocata.*
4. *Iudex delegatus etiam officio finito relaxat debitorem.*
5. *Procurator qui ex ſpeciali mandato ſui domini aliquem arreſtauit, abſque ſimili mandato eumdem relaxare non poteſt.*

TAmetſi † moribus noſtris receptū eſſe diximus, ſupra *c.* 19. licere Apparitori non 1.
expectata Iudicis authoritate vel licentia periculo creditoris, debitorem ſiſtere vel arreſtare, ſi non altiori aliquo loco conſtitutus, & excel-

excellenti aliqua dignitate decoratus fuerit: relaxare tamen & remiſſis viuculorum acerbitatibus, ſine Iudice eum dimittere atque abſoluere non poteſt (Bart. Alex. & alij *ad l. neque. §. 1. ff. de in ius voc.* & expreſsè Rodericus Suarez *in decl. l. 2. for. ll. lib. 2. tit. de los gouiernos circa ſi verſ. inc. Et tenebis ſemper menti. n.* 54. Nã & Iul. Paul *de cuſt. reor.* Si quos, inquit, ex ijs qui in carceribus ſunt, celeriter, & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, eos vinciri iubebis: & ijs qui ſoluerint mulctam dices *l. ne quis ff de cuſto. reor.* Quo reſponſo generalem conſuetudinem, probari reſpondit Ang: *add.*
2. *l. neque.* quod† Apparitor, non habita prius à Iudice licentia, acceptoque teſtimonio, quod veteres *Bulletam.* vocant, debitorem non dimittit: quippe quod maieſtas & reuerentia carceris, non ex iudicio & poteſtate priuati alicuius Apparitoris, ſed à iuriſdictione ſuprema Iudicis, tamquam miniſtri legis & Principis, dependet. Vnde & ipſe debitor, vt relaxari poſſit, officium Iudicis implorare debet. Bart. & alij, *ad l. 1. §. per hanc ff. de rei vend.* Et hæc quidem ea ratione conſiſtunt, quam poſtea latiùs ſum dicturus. Quod† ſi creditor ipſe num-
3. dum ſatisfacto debito, relaxationi reſiſtat, res dubitatione caret: quia cum Commentarienſis ſit loco depoſitarij, vt ſuperiùs dictum eſt, ſequitur ipſum debitorem, veluti rem depoſitam, alteri quam creditori, tanquam depoſitario, reddendum aut dimittendum, ſine cauſa legibus probata, non eſſe *l. bona fides. ff. depoſiti.* Paris *in tract. de ſyndi. ad verb. Carcer, c. 5. circa prin.* Qua ratione reſpondent noſtri, etiam à Iudice relaxari debitorem non poſſe, niſi citato & vocato creditore. Bald. *conſ.* 424. *lib.* 4. *ſecundum antiquam impreſsionem, & ad c. 1. in 1. lect. de Iudic.* præterquam ſi aut de facto & notoriè iniquè in carcerem coniectus eſſet, aut omninò ac dilucidè conſtaret nihil eum debere. Barba. *ad d. c. 1.* Ioan. Berna. Diaz *regu.* 69. Quibus caſibus abſque vlla interlocutione relaxari debet. Alex. *conſ.* 179. *lib.* 1. *nullus in fin.*
4. *C. de exhib. reis.* non ſolùm† à Iudice ordinario, verum etiam à Iudice de legato, & officio ſuo perfuncto. Rom *conſ.* 320. Eodem etiam mo-
5. do exiſtimo procuratorem, qui ex ſpeciali † mandato domini ſui aliquem arreſtari fecit, abſque ſimili mandato eum relaxare non poſſe: Nam vt ait Iul. Paul. Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet: niſi cum in rem ſuam datus eſt, *ignorantis, & ibi gl. ff. de procur.* Et cum ex hac arreſtatione ius domino quæſitum ſit: non poteſt hoc ſine ipſius factu ab eo auferri, *l. id quod noſtrum. ff. de regu. iur.* & in quodcunque mandatum, poteſtas donandi vel remittendi nõ venit, *mandato. l. procurator tuatorum. ff. de procur.*

CAP. XLVII

Arreſtatus ex duabus cauſis, quarum altera tantùm probata eſt, an relaxari debeat.

SVMMARIA.

1. *Plus petens re condemnatur in expenſas, damna & intereſſe, & reus abſoluitur.*
2. *Fieri quod potuit vno modo benè, ſi fiat alio modo malè, non ſubſiſtit.*
3. *Ferendus nec iuuandus eſt, qui ſe in neceſsitate poſuit.*
4. *Duo vel plura quando requiruntur ad actum, vno deficiente actus corruit.*
5. *Vtile per inutile an & quando vitietur. &* 10.
6. *Quantitate minore probata quam fuerat petitũ, an ſequi debeat condemnatio.*
7. *Cauſam vnam ex pluribus propoſitis eſſe veram ſufficit.*
8. *Iudex videns ex mala cauſa actum eſſe, & bonam ex qua agi potuit, in actis relucere, non debet reum abſoluere.*
9. *Reus ad minus condemnatus, quam fuit petitum, tenetur nihilominùs ad expenſas.*
11. *Summam minorem ineſſe maiori, quomodo ſit accipiendum.*
12. *plus petere re, quando quis dicatur.*

Accidit ſubinde, quod creditor perſonam, aut res debitoris ſui arreſtet ex duabus cauſis, veluti quia debet ei centum ex mutuo, & ducentos florenos ex emptione panni. Quæſtio eſt igitur, an altera ex his cauſis non probata, debitor aut res eius relaxari & arreſtans in expenſis condemnari debeat.

Et ſanè videri poſſet quòd ſic, Primò, quia † creditor qui plus re petit, ſicuti iſte ex vna 1.
cauſa petit arreſtum, ex qua non debetur, in expenſas, damna & intereſſe condemnatur, adeoque reus abſoluitur, *§. & hæc Inſtitu. de act. c. vnic. de plus petit. & l. 1. C. de plus petit.* & Hoſt. iudicium & petitio non procedit.

Secundò, quia id quod† poteſt fieri vno modo benè; ſi fiat alio modo malè, nocet: nam col- 2.
latio beneficij facta ex capite incongruo, non ſuſtinetur ex capite congruo, *c. ex parte, de conceſ. præb.* Rom. *conſ.* 335. *inc. circa primũ.* Et ſi maritus egit nomine vxoris, non tanquam coniuncta perſona vt potuit, ſed tanquam procurator eius, & poſtea non appareat de mandato, iudicium non ſuſtinetur ex capite coniunctionis perſonæ. Idem Romanus *conſil.* 466. Iaſon. *ad l. maritus, num.* 7. *C. de procurat.*

Tertiò, quia non eſt† ferendus is qui ſe ni- 3.
mium conſtrixit, & poſuit ſe in neceſſitate, *l. ſi fideiuſſor, ff. qui ſatiſd. coga.* ſicut fecit iſte, qui vnam tantùm cauſam probare potuit, & tamen

men ad duarum cauſarum probationem ſe coarctauit, ſciens vel ſcire debens quæ paria ſunt, *l. quod te. ff. ſi cert. peta.* quod actor præparatus ad iudicium procedere debet, ſicut miles armatus ad prælium, vt notat Alciatus *ad l. 1. C. de eden.* & quod mala electio in actionibus præiudicat, *l. in hæredem. § eligere. ff. de tribut. act.*

Quartò,† quia quando duo vel plura requi-
4. runtur ad actum, vno deficiente totum corruit, *l. vlt. §. ait lex. ff. de diuort l. ſi quis ita ſtipulatus.* & ibi Bart. *ff. de verbor. oblig.*

In contrarium† tamen videtur eſſe veritas. Primò, quia ſecundùm vulgatum iuris axioma,
5. Vtile per inutile non vitiatur, *c. vtile de regul iur. in 6.* & ideò inquit Cynus *ad lib. 1. quæſt. vlt. C. de litiſcont*, probata † minori quantitate
6. quàm fuerit petitum, poteſt & debet ſequi cōdemnatio in parte probata. Quam tamen Cyni ſententiam, omninò ſequi & pro indubitata affirmare non auſim, propter ea quæ ſcribit Salicet. *ad l mora num. 10. in fi. ff. de vſur.*

Secundò, quia† quando vna cauſa ex pluribus
7. propoſitis vera eſt, hoc ſufficit, nā ſi in ſententia expreſſa eſt vna cauſa, ſed ea quidem falſa, ſufficit aliam, quæ etiam expreſſa eſt, eſſe veram, vt ſententia ſuſtineatur, *l. Titianus. ff. quod cum eo. & §. ſi talis. in authen. vt cum de appell. cognoſ.* etſi in appellatione fuerint expreſſæ cauſæ, ſufficit vnam ex illis probare, *c. exhibita de iudic. c. iamdudum de præben.* Panorm. *in c. cùm cauſam. in fin de appell.* Et regula quæ eſt, quòd ceſſante cauſa ceſſat etiam effectus, *c. cùm ceſſante, d. tit. de appell.* non habet locum quando vna tantùm ex pluribus cauſis ceſſat, & altera non ceſſat, *l. ſi non lex ff. de hæred. inſtit.* Tiraq. latè *in lib. ceſſante cauſa. limita. 22.* Et vna tantum ex rationibus legis correcta, lex ipſa non ideò correcta eſſe cenſetur, gl. & Imol. *ad l. tam is. ff. de donat. cauſ. mort.*

Tertiò, quia † in fortioribus terminis exi-
8. ſtimant nonnulli, quod ſi Iudex videt ex mala cauſa actum eſſe, & ex alia bona cauſa ex actis relucente agi potuiſſe, non debet reum abſoluere. Iaſon & alij *in § omnium. & in §. curare, Inſtit de action.*

Neque obſtant ea quæ in contrarium ſunt allegata: nam ad primū reſponderi poteſt, quod etiam hic condemnabitur arreſtari procurans in expenſas, ſi arreſtatus aliquas facere debuit, ratione illius cauſæ non probatæ, quas alioqui facturus non fuiſſet, veluti in deducenda iniuſtitia illius cauſæ, & probationibus eo pertinētibus, qui reſpectu illius eſt victor, & ſic aduerſarius debet illi condemnari in expenſas, *l. ſancimus. l. properandum. C. de iudic.* Et quod etiam declarari debet, arreſtum malè & iniquè eſſe factum, ſi arreſtari procurans facit debitorem, aut res eius arreſtari pro centum, cum tamen non debeantur ſibi niſi quinquaginta vel ſexaginta. Sed ſi fecit eum arreſtari pro vna ſumma centum florenorum ex mutuo, & pro alia ſumma ducentorum florenorum ex cauſa venditionis, aut ſimili, & ſic pro ſummis, obligationibus & actionibus diuerſis, nihil inter ſe commune habentibus, aut à ſe inuicem dependentibus, certè eo caſu videtur eſſe dicendum, quod aliud eſt plus repetere, aliud ex diuerſis cauſis, quarum altera probata non eſt, aliquem arreſtare aut detinere. Quia qui in vna ſumma, aut quantitate plus repetit, videtur vnum præcisè petere, & in eo præcisè perſiſtere: At qui ex diuerſis cauſis petit, reſpectu ſingularum videtur ſingulare iudicium inſtituere, & proinde nunc habetur, atque ſi diuerſi creditores, quorum alter creditum ſuum probaret, alter non probaret, debitorem, aut res eius arreſtari feciſſent. quod caſu arreſtum reſpectu probantis declaretur iuſtum & legitimum, reſpectu verò alterius, iniuſtum & perperam factum. Et certum eſt, quod reſpectu cauſæ probatæ & veræ, arreſtatus, aut dominus rei arreſtatæ eſt temerarius, & calumnioſus litigator. Sicut & in ſimili *contra gloſſ. in c. præſentium. in verb. ſigillatim. de teſtib. lib. 6.* & alios *in c. cum omnes de conſtit.* tenet Rebuf. *ad ord. reg. tom. 3. tit. de expenſi. num. 11.* quod quando reus victus eſt & condemnatus, etiamſi plus fuerit petitum, & ad minus condemnatum, tenetur † ad expenſas, quia eſt temerarius 9.
litigator in eo quod debet, ſi non offerat, *l. eum quem temerè. ff. de iudic.* dicens eam opinonem in Curijs Franciæ obſeruari. Et pro hac diſtinctione facit, quod in rebus † indiuiduis 10.
vtile per inutile vitiatur, *l. 1. §. illud. & §. Trebatius ff. de aqua quotid. & æſti. l. ſi ego ff de iniuſto teſtā.* ſed in rebus diuiduis aut ſeparabilibus obtinet prædicta regula locum, quod vtile per inutile non vitiatur, etiam in eadem parte ſeu membro, *l. ſancimus. §. ſi quis autem. C. de don. l. pecuniæ. l. placuit. ff. de vſur.* Tiraq. *de retract. conuen. ad fi. ti n. 143.* Quia ita eſt in propoſita facti ſpecie: Nam cum arreſtari procurans fundat arteſtationem ſuam ſuper ſumma maiore quā ei verè debetur, fundat ſe ſuper re non quidē natura ſua indiuidua, cùm ſummæ ſeu quātitates pecuniæ recipiunt diuiſionē, *l. quidē. ff. ſi cert. pet.* ſed ſuper re quæ opinione & voluntate eius fit indiuidua, quia indiuiſim petit totam ſummā, nec parte illius vult eſſe contentus, & ſuper totalitem conteſtatus eſt. Sed qui arreſtat debitorem ex diuerſis creditis, proponit res, & natura ſua diuiduas, & quas ipſe arreſtari procurās diuerſis medijs exigit, videlicet propter mutuum, & propter venditionem, quæ inter ſe nihil habent commune: Et ſi vrgeas quod † minor 11.
ſumma ineſt maiori, *leg. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verborum oblig.* quod plus in ſe continet, id quod minùs eſt, *cap. plus de regul. iur. lib. 6.* quod in toto pars ineſt, *l. in toto ff. dict. titulo.* quod totum petens: quamlibet eius partem petere dicitur, *l ſi quis cum totum. ff. de except. rei iud.* & quod proinde creditor qui fecit arreſtari debitorem pro centum, quæ fortè non debebat, ille etiam quinquaginta quæ verè de-

debebat petijſſe videtur, vt ſic actus qui non poteſt valere in eo quod plus eſt, ſaltem in eo valeat quod minus eſt, vt ſic accipiatur interpretatio, per quam petitio valeat, *l. quoties, ff. de reb. dub.* cùm nemo præſumatur elegiſſe viam, per quam petitio ſua ſubuertatur, *l. 3. ff. de teſtam milit.* Reſponderi poteſt, quod hæc omnia quidem vera eſſent, niſi ex apertis verbis actoris, ſiue arreſtari procurantis appareat, quod minore ſumma non eſt contentus, & ſic in re clara non eſt locus coniecturis: Ideoq; eſt quod *in d. l. 1. §. ſtipulanti. ff. de verb. oblig.* ſumma minor non eſt in maiore ad confirmandam ſtipulationem, quia ſtipulans non vult eſſe contentus minore, ſed voluit ſtipulari maiorem ſummam, in quam promiſſor non conſenſit. Sic & Salic. *l. mora, n. 9. ff de vſur.* Si, inquit, peto centum, quæ mutuaui, vel depoſui, vel quæ dico mihi legata, & verè non fuerunt niſi quinquaginta, hæc quinquaginta non ſunt pars de centum, ſed debitum per ſe: quia mutuum, vel depoſitum quod peto, dico finem recepiſſe in centum: ſed quod verè mutuatum aut depoſitum, aut legatum fuit, reſpicit finem in quinquaginta, & ſic non fuit pars illius. Ponderat ergo Sali. præcipuè intentionem agentis, an velit ſe figere in maiore ſumma, vel in minore: & niſi ita
12. dicatur, nunquam † dicetur aliquis plus repetere, aut in pœnam plus repetentis incidere: Nam ſemper ad euitandam & condemnationem & expenſas, poſſet dicere ſe etiam de minore ſumma intellexiſſe, quod eſſet abſurdum, videreturque lex non rebus, ſed verbis eſſe impoſita, *contra l. 1. & quæ ibi notantur per Doct. ff. quod quiſque iur.*

Secundum quoque argumentum in contrarium adductum non mouet, quia hic benè facta eſt arreſtatio, eo modo quo benè fieri potuit: & quoad vnam cauſam, in ea arreſtari procurans non errauit, in contrario autem is qui egit in vniuerſum errauit, & nihil benè fecit, licet alio modo licitè agere potuiſſet, adeò in maiore culpa eſt, qui nulla ex parte id quod egit, eo modo quo egit, iuſtificare poteſt.

Et ad tertium argumentum quod attinet, vtique verum eſt quod non eſt ferendus arreſtari faciens, qui ſe nimium coarctauit, & propterea in expenſas, ſi quæ eo nomine plures factę ſunt, condemnari debet: quod ſatis abundè ſuperiùs dictum eſt, cum regulariter non niſi in illas victus victori condemnetur. *d. l. properandum. & l. ſancimus. C. de iudic.* Et quamuis quando plura ad actum vnum requiruntur, vno deficiente, reliqua corruunt, id quod in quarto argumento proponitur, hic tamen ad arreſtationem non plura ſimul neceſſaria requiſita fuerunt, ſed vna ſola cauſa per ſe ſuffecit, ad debitorem arreſtandum, quæ probata eſt.

CAPVT XLVIII.

An debitor inuitus in quacũque iudicij parte oblatam relaxationem arreſtari procurantis, acceptare debeat.

SVMMARIA.

1. *Liti cedens ſolùm in expenſis condemnatur.*
2. *Liti renuncians non propriè dicitur ſuccumbere.*
3. *Renunciatio vnius actionis propoſitæ, & quando fieri poſſit, cum proteſtatione, ſaluo iure proponendi aliam. &* 5.
4. *Inſtantiæ an & quando renunciare liceat, niſi etiam renuncietur liti & cauſa* 6. & 7.

QVod ſi creditor qui ſub prætextu certi alicuius debiti alium arreſtari fecit, eoq; nomine iudicium cum eo ſuſcepit, in medio litis expenſas ſoluere, & perſonam arreſtam relaxare velit, arreſtatus verò, & vſque ad finem litis in arreſto manere malit, & ſe id iure facere contendat, dubitationem aliquam habere videtur: quia † is qui cedit liti, ſolùm in expenſis 1.
condemnatur. Bart. *in l. poſtquam liti. C. de pact. & in auth. contra, qui propriam, in 2. nota. C. de nõ num. pecu.* & præſumpta temeritas, in qua eouſq; fuit, *l. cum quem, ff. de iud.* videtur per earum expenſarum ſolutionem ſatis puniri, maximè cùm † is qui liti renunciat, non propriè dicitur ſuc- 2.
cumbere, *l. aliam.* vbi Bald. & Sali. *C. de his quib. vt indig.* Sicut † renunciatio vnius actionis pro- 3.
poſitę, ſaluo iure proponendi aliã fieri poteſt, *l. cum fundũ. §. f. ff. de vi & vi arma.* Bar. *in l. edita, C. de eden.* Ita quoq; & arreſtationis relaxatio.

Nihilominùs tamẽ his non obſtantibus exiſtimo eundem arreſtatum audiendum eſſe, niſi arreſtari procurans etiam omni ſuo iuri, vnà cum ipſa lite renunciet, & ſe nihil ab arreſtato in futurum eo nomine petiturum declaret: Nã ſi ſolùm vellet renunciare huic arreſtationi, & inſtantiæ, præiudicium faceret arreſtato, cuius fortè intereſt plurimùm hanc litem inchoatam potius nunc abſolui, vt & nunc de iure ſuo ſemel aliquid decidatur, quàm periculum nouæ arreſtationis in alio loco, & incommoda nouæ inſtantiæ alibi inſtituendæ, ſemper metuere. Et hoc eſt quod dicit Bart. *ad d. l. poſtquã* quod † renunciari inſtantiæ non poteſt, niſi 4.
etiam renuncietur liti & cauſæ. Et quod dicitur, † quod renunciatio vnius actionis pro- 5.
poſitæ poteſt fieri, ſaluo iure proponendi aliam & ſoluendo expenſas, *d. l. cùm fundum.* intelligitur, modò hoc non fiat in præiudicium aduerſarij, idem Bart. *in d. l. edita col. 5.* Bald. *in l. ſuus. C. de repud. hared.* & his verbis declarat Io. Petri de Ferrar. *in ſua pract. in forma libelli quo agitur, vt pacta ſeruentur ad verbum pacta. col.*

6. *col.vlti.* Sed † quod ſi pars aduerſa contradixerit tali renunciationi, an ea inuita fieri poterit? Diſtingue, aut volo liti & inſtantiæ cauſæ ex toto renunciare, & poſſum aduerſario inuito, *d.l.poſtquam & l. deſtitiſſe.ff. de iud.c.* ita tamen ſi ſoluantur litis expenſæ: Aut volo differre litis proceſſum, & non poſſum aduerſario inuito *Auth. qui ſemel.C.quomo & quand. iud.* Hactenus ille. Apertius tamen Caſtr. *in d. l. poſtquam circa fi.* ſic ait: Breuiter aduerte clarius &
7. ſubtilius. Aut intereſt † ipſius rei quod procedatur ad ſententiam, & quod non deſiſtatur à lite, per ea de quibus habetur *in l. vtique.ff.de rei vend.* vel quia renunciatur ſoli inſtantiæ, nō iuri. & ſic non finitur lis, & tunc reo non conſentiente, non valet renunciatio, quo minùs poſſit reus arctare actorem ad proſequendam litem; quo vſque perueniatur ad ſententiam diffinitiuam, *d.auth.qui ſemel.* Aut non intereſt ipſius rei quod fiat perſecutio, ſeu quod procedatur in cauſa, & tunc aut quærimus, an valeat renunciatio, ſine voluntate eius, quantum ad hoc, vt actor non compellatur proſequi, ſi non vult, & dico quod valet, *arg.l.reus paratus, ff. de procur.* vbi reus non compellitur litigare, ſi vult ſoluere, ergo & eodem modo actor non debet compelli proſequi, ſi vult renunciare, & reus ex hoc nullum damnum patitur, & ex toto quantum ad iſtum effectum, valet renunciatio etiam parte abſente, & non conſentiente, & nullo pro eo recipiente: Aut quærimus an valeat quantum ad hoc, vt ipſi reo acquiratur ius exceptionis, per quod poſſet repellere actorem volentem reinchoare litem, & in hoc ſtat ſubſtantia iſtius legis, in quo dico quòd requiritur eius præſentia, vel alterius recipientis pro eo, vel nuncius, aut epiſtola, per ea quæ not. *in l. conſenſu.de act. & obliga.* & non curo ſi alterum iſtorum non interuenit, ante litis conteſtationem, vel non, cum habeat vim pacti.

CAP XLIX.

Debitor an poſsit ab alijs creditoribus ſoluto debito, pro quo arreſtatus fuerat, in arreſto retineri ſeu commendari.

SVMMARIA.

1. *Citatus à diuerſis Iudicijs an venire debeat.*
2. *Depoſiti reſtitutio an impediri à tertio poſſit &* 4.
3. *Creditores plures poſſunt immitti in bona debitoris.*
5. *Creditor debitorem fugitiuum propria authoritate capere poteſt.*
6. *Creditore arreſtante non comparente, quid ſit faciendum.*
7. *Iudex laicus citare poteſt clericum ſub conditione, Si ſua putauerit intereſſe.*
8. *Debitor arreſtatus & incarceratus, an alibi per procuratorem ſe defendere cogatur.*

Domitius Vlpianus *lib.* 5. *ad Edictum*, reſpondit, In ius vocari non debere eum, qui apud Prætorem cauſam agit, *l.2.ff. de in ius voc.* quaſi dicat, quod pars litigans coram vno Iudice in vno tribunali † non poteſt vocari ad 1.
aliud tribunal, niſi fortaſſe aliud tribunal ſi maius; nam ait Iulius Paulus: Is qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſerit, contumax non videtur, *l.contra pupillum,§ fi.ff de re iud.* Quo reſponſo Vlpia. plériq; magni nominis Interpretes permoti exiſtimarunt debitorem qui ad inſtantiam ſeu petitionem vnius creditoris captus, vel arreſtatus fuit, ob aliud debitum, à reliquis creditoribus poſtea emergentibus aggrauari, & diutiùs in vinculis retineri non poſſe, quippe quod is qui ſic arreſtatur, & vinculis nonnunquam mancipatur, quodammodo in ius vocetur, & realiter (vt aiunt noſtri) citetur, *plerique, ff de in ius vo.* Et ſi cui † depoſitum, denunciatione no- 2.
ua per alium facta non impeditur, *l.pen.C.de depoſ.* ita quoq; & arreſtum iſtud, quo nunc conſtringitur debitor, per ſe conſiſtit, & ideò reſtitutio & relaxatio arreſtati, tamquam rei alicuius depoſitæ facto & denunciatione alterius creditoris impediri non debet, quod & Bart. *ad d l.1.* ſenſiſſe video. Porrò autem & ipſemet Bart. *ad l.2.§.1.ff.cuſt.reor.verſ. vlterius quæro* contrarium ſentit, & breuibus verbis eleganter ibi decidit, quod longa & varia diſtinctione, multorumq; argumentorum propoſitione ac diſcuſſione, *in quæſt.6.inc.Lapus.* facere conatus erat. Nihil enim eſt, inquit, quod repugnet debitorem ab alio creditore recommendari, id eſt, pro alio debito retineri. Sed quemadmodū † poſſunt plures creditores immitti in poſſeſ- 3.
ſionem bonorum debitoris, *l.ſi finita,§.cum autem plures.ff.de dā.infec.* ita nihil impedit, quod debitor etiam à pluribus recommendari poſſit. Zaſ. *ad d.l.1 n.22. verſ.quid autem ſi carceratus, &c.* cùm alius ſemper comparente aliquo † tertio 4.
& de iure ſuo probante, depoſiti reſtitutio impediatur, negeturq; etiam ipſi deponenti, *l.bona fides.ff.depoſ.* & lex ſi fugæ periculum imminet, debitorem contra communes regulas, ab † 5.
ipſo creditore capi patiatur, manuſq; creditorum armet, ne is elabatur, *l.ait prætor,§ ſi debitorem,ff.de his quæ in.fraud.cred.* Quod certè dubitationem non habet, ſi ſit noua cauſa ob quā vel ab eodem, vel ab alio creditore arreſtatur, *l ſed eximendi.§.idem ſi quis,ff. ad exhib.* doluſq; aut calumnia primi prætenſi creditoris ſecundo verò creditori obeſſe non debet. Bart. *in d. q. Lapus.* Guid.Pap.*q.61.in fi.* Socin.*conſ.* 119. *libro* 3. Cæterum vt refert Paris de Puteo *in* 6.
ſynd.ad verb.carcer.c.5.n.1. quando nō* reperitur is qui debitorē arreſtari fecit, publica proclamatione fieri debet, vt ſi quis habuerit iuſtā cauſam impediendi relaxationem, compareat, eam-

eamque alleget, nemineque veniente dimitti-
tur. Bart. *ad l. ſi quis vxori. § fugitiuum ff. de furt.*
Ang. *ad l. fin. de exhib. reis.* Bald. *ad l ſi quis. §.*
fin. ff. de condi. inſtit. l. ea quæ. ff. de in ius voc. l. ſi
eo tempore, C de remiſſ. pig. l. 1. §. cùm dicitur. ff. ſi
cui plus quàm per leg falc. Et eiuſmodi procla-
matione etiam clerici continentur, cùm non
ſit niſi cōditionalis quædam citatio dumtaxat
7. quæ à † Iudice laico in quemuis clericum fie-
ri poteſt, Bald. *ad l. teſtamenta, C. de teſtam. &*
ad d. l. ea quæ ff. de in ius voc. Iſtam tamen pro-
clamationem mores noſtri ignorant, quia ne-
mine impedimentum vltro præſtante, debitor
8. dimittitur. Quid autem † ſi aliquis eſt incarce-
ratus pro debito, & is citatur ab alio credito-
re, coram alio iudice, an teneatur comparere?
an valeat alterius iudicis proceſſus? Videtur
quod non, quia Vlpian. *ad d. l. 2.* negat, eum in
ius vocari poſſe, qui à loco nequeat diſcedere.
Sed Zaſ. paucis verbis non ineleganter ad ean-
dem *l. 2. n. 21.* diſtinguens ait, quòd ſi iſte eſt
iuſtè carceratus pro debito, & potuit mittere
procuratorem, qui ipſum defenderet coram a-
lio iudice, tunc valet proceſſus alterius iudicis,
& imputabit ſibi incarceratus, qui ſe per pro-
curatorem non defenderat, iuxta communem
regulam, quòd nemo excuſatur abſens ex qua-
cunq; neceſſitate, ſi iuſta fuit detentio, & pro-
curatorem mittere potuiſſet, *l. Papinianus ait, ff.*
de minor. & tenet proceſſus, ſiue alius iudex ſci-
uerit eum eſſe incarceratum, ſiue ignorauerit.
Caſt. *ad d. l. 2.* Bart. *ad l. is qui reus. ff. de pub. iud.*
Are. *conſ.* 132. Quod ſi verò alterum defecerit,
ſcilicet, vel quia non eſſet iuſtè carceratus, vel
quia non potuiſſet commodè mittere procura-
torem, & alius iudex ſciens citaret eum, tunc
proceſſus eſſet ipſo iure nullus, *l. 2. & ibi* Bald.
C. ex quib. cauſ. maior. Sin autem iudex ignorat,
tunc proceſſus non eſt ipſo iure nullus, ſed ad-
uerſus eum reſtitutio conceditur, *d. l. 2.* Dd. *ad*
l. quæſitum. ff. de re iudic.

CAPVT L.

Debitorē an poſſit Commentarienſis pro expenſis retinere, & relaxationē eiuſdem impedire.

SVMMARIA.

1. *Retentionis vſus in iure eſt neceſſarius.*
2. *Præſumitur quod Commentarienſis aluit captiuum.*
3. *Actus in dubio præſumitur ab eo geſtus, qui eum gerere debuit.*
4. *Ordinarium auxilium quamdiu ſupereſt, ad extraordinarium & ſubſidiarium non eſt recurrendum.*
5. *Plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam.*
6. *Actio eſt inanis, quam excludit inopia debitoris.*
7. *Locupletior factus quis dicatur.*
8. *Actio quando datur alijs quàm ijs cum quibus actum fuit.*
9. *Plura remedia quis habere poteſt.*
10. *Retentio an habeat locum, quando obligatio eſt nulla aut valida.*

RETENTIONIS † vſus frequens ac neceſſarius
eſt in iure, vt in qui rem alienam quid 1.
impendit bona fide, beneficio ſuo iuuetur, non
decipiatur, *l. in commodato, §. ſicut, in fi. ff. com-*
mod. & c. vnic. eod. tit. Ideoque & is qui in a-
lieno ædificat ſuo nomine, neceſſarias impen-
ſas, implorato iuxta legum ſubtilitatem iudi-
cis officio, ac velut retentionis iure deducit, *l.*
domum C. de rei vend. & qui inuenit bouē alie-
nū in fundo ſuo, eundemq; tenuit per aliquod
tempus & aluit, licet non pro damno ſibi illa-
to, ſaltem pro alimentis præſtitis, iure eum re-
tinere poteſt. *l. Quintus, & l. ſequent. ff. ad le Aqui.*
Alciat. *reg. 1. præſum. c. 50. & ad l. ſylua cædua. in*
fin. ff. de verb. ſignif. Eadem & de commodato,
pignore, depoſito, alijsque ſimilibus dici ſolent;
Nam & depoſitum, & pignus, & commodatum
propter expenſas in rem factas, retineri poteſt,
l. in rebus § fina. ff. commod. glo. ad l. ſi quis, C.
depoſ. l. Paulus ff de doli except l qui exceptionem.
ff. de cond. indeb.

Et hinc quoque nata eſt quæſtio, † vtrùm
Commentarienſis debitorem arreſtatum pro 2.
expenſis ſeu alimentis retinere, aut eiuſdem re-
laxationem impedire poſſit. Video quod ex
varijs diſputationibus & contentionibus tam
in hac, quàm in alijs quæſtionibus orta eſt per-
tinacia: progreſſi ſunt quidam longiſſimè, &
ratiunculis ſophiſticis, leuibus, inualidis, ma-
gnum pondus rebus grauiſſimis detraxerunt,
obortaque eſt his nubes, vel affectuum vel i-
gnorantiæ, vel inconſiderationis denſiſſima,
quæ conſpectum veritatis adimit. Sanè cum
nemo præſumatur vixiſſe de vento, *l. ſi C. de a-*
limen. pupil. præſtan. ſicut pupillus præſumitur
alimentatus à tutore, niſi probet ſe aliunde a-
limenta conſecutum, vt ibi ait Imp. Alex. &
ſicut creditor præſumitur equum pignori da-
tum ſuis expenſis aluiſſe, ex quo reperitur nu-
tritus, niſi contrarium doceatur. Alc. *d. c. 50.*
Bart. Alex. Imol. Caſtr. Iaſ. Zaſ. & alij *ad l.*
cum ſeruus ff. de verb. oblig. Ita quoque Appari-
tor præſumitur debitori arreſtato expenſas
omnes ſubminiſtraſſe, ſi non abundè de contra-
rio appareat, cùm ſit in illius domo aut cuſto-
dia, & onus atque officium ſubminiſtrandi a-
limenta ei incumbat, ideoque ſuccedit, & re-
ferri poteſt vulgatum illud axioma, Quod a-
ctus in dubio † præſumitur ab eo geſtus, qui
eum gerere debuit. Bald. *con. 378. num. 2. lib. 1.* 3.
Bartolus *ad l. 2. C. arbitrium tutel.* Barba. *conſi.*
15. num. 6. lib 2. Pariſ. *conſ. 72. num. 34. libro 3.*
Quæ alimenta cùm in vtilitatem ipſius ſint cō-
uerſa, videtur quod pro ijſdem retineri poſſit.
Porrò autem alia hoc loco inſtituenda eſt co-
gitatio. Superiùs enim oſtendi Apparitorem

 ad-

aduerſus creditorem qui arreſtum poſtulauit, actionem pro impenſis intendere poſſe, adeò vt ad ſubſidiarium hoc retentionis auxilium,
4. * quando remedium ordinarium ſupereſt, recurrere non liceat, *l.* 4 *ff. de damno infect. d. l. Paulus, & l. ſi in area, ff. de condi. indeb.* Atqui
5. dices vtiliùs eſſe rei * incumbere, quàm in perſonam creditoris agere, *l. plus cautionis, ff. de regul. iuris.* nihilque obſtare, quo minùs Apparitor vtrumque, creditorem ſcilicet, cuius mandato arreſtauit, atque incluſit, & debitorem cui expenſas ſubminiſtrauit, obligatum habeat. Reſpondeo, quod ſi creditor diues eſt, debitor verò inops, minimè dici poteſt, plus emolumenti eſſe in retentione eius quam in perſonali actione aduerſus eundem credito-
6. rem. Econtra verò ſi creditor egeat, † inaniſque ſie actio, quàm inopia ipſius excludat, debitor autem diues ſit & locuples, quod nonnũquam accidit, quantumuis res iſta dubitatione non careat, propterea quod ſibi imputare poſſet Apparitor, qui cautione aut fideiuſſione ab initio ſibi non proſpexerit, nihilque cum debitore, quem certè inuitum abduxit, & arreſtauit, egit vel contraxit, tamen exiſtimo in ſubſidium dictum debitorem pro impenſis retineri poſſe, ea ſcilicet ratione, quod ex his nutritus & alitus ſit debuiſſetque etiam ſi domi fuiſſet, tantum aut amplius expendiſſe. Antiquiſſima enim eſt iuris regula, neminem cum alterius iactura fieri debere locupletiorem, *l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ, ff. de regul. iuris.* Dicitur * autem locupletior
7. factus, qui ſuo pepercit, *gloſſ. in l. ex diuerſo. circa medium,* & ibi Doct. *ff de rei vendicat.* Quod ſi quis hanc naturæ legem contemnere velit, aduerſus eum iure noſtro prouidetur, & lex non ſolùm retentionem & exceptionem, verum etiam * actionem in ipſum concedit, licet
8. cum eo contractum vel actum non fuerit, *l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. pet.* Nam ſi rem meam ſine cauſa habeas, quamuis nullum negotium tecum geſſerim, mihi condictione teneris, ſiue certi, ſiue indebiti, ſiue condictione ſine cauſa, *l. ſeruus quem. ff. de actio. empt. l. ſi concubina. §. non ſolum, ff. rerum amotarum, in l. penultim. ff. de condictio. indebit l. fin ff. de condict. ſine cauſa.* Sed & alij etiam nobile iudicis officium competere poſſe illis caſibus aiunt, ſi aliter ſuccurri nequeat: quæ ſententia vera eſt, Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *ad c. bonæ, de appel.* quia ad Iudicis officium pertinet, ne quis iniquum lucrum aut damnum ſentiat, *l. illicitas, verſic.* 1. *de offic. præſi.* Nec refert quod quandoque aliter prouideri potuerit, ſatis enim eſt, quod in præſentia cùm agitur, aliter non ſit prouiſum, *l. ſi §.* 1. *& ibi* Bartol. *ff. de condict. indebit.* Alciatus *ad l. ſi me, n.* 8. Vnde ſi negotiorum geſtor à debitore meo exegerit, egoque ratam ſolutionem habere noluerim, eam tamen pecuniam condicere deinde potero, ſi aduerſus debitorem mihi conſultum aliter non ſit, vt Caſtr. & Ale. cenſuerunt *ad d. l. diſpenſatorem, in fi. ff. de ſolu. & ad d. l. cum fundus, §. 1. ff. ſi cert pet.* Neq; remediũ quod fortaſſis habuit Apparitor aduerſus creditorem arreſtantem, poſtea vel facultatibus lapſum, vel fugitiuum factum, ſi illud nunc non habet, *d. l. ſi me*, æquitatem impedit, ſicut nec impediretur, quando inefficacem actionem haberet, *l.* 2 *ff. de inſt. actio.* Loriot. *ad d. l. ſi me, n.* 4. neq; etiam mouet quod dici poſſet culpam imputari Apparitori, qui cautione ſibi ante nõ proſpexit: nam ſi tempore arreſti facti creditor adhuc diues erat, credere ei potuit; ſi verò non erat diues, ex Scæuolæ reſponſo conſtat, quod de in rem verſione agitur, † promiſſio & obli- 6.
gatio vnius non impedit actionem aduerſus eum in rem cuius conuerſum fuit, *l. penultim. ff. de in rem verſ. ſaltem in ſubſidium.* Quod ſi verò vterque diues ac ſoluendo eſt, creditor ſcilicet & debitor, ita vt aliter Apparitori ſuccurſum ſit, quàm per retentionem, vt pote quod creditorem, cuius mandato debitorem arreſtauit, conuenire poſſit, neq; nunc conuenire ipſum poſſe deſierit, æquius eſt vt debitor relaxetur, argu. eorum quæ not. Alc. & Lorio *ad d. l. ſi me.*

Cæterùm quod de retinendo debitore dixi, ita accipi velim, ſi ob legitimam cauſam arreſtatus fuit. Nam & Guido Papæ *quæſtione* 448. in grauioribus terminis ex Iacobo Aretino reſpondit, quod carceratus per ſententiam Iudicis abſolutus, Commentarienſi pro ſalario & expenſis de iure retineri non poteſt, cum ſimili, ſi obligatio hypothecaria aut pignoratitia non valet, nullus eſt * locus reten-
tioni, *l. cùm vitioſè. de pignor.* Bartol. *ad l.* 1. *eo. tit.* Anto. Neguſã. *in tract. de pignorib. in* 1. *membr.* 3. *part. nu.* 17. *verſi. quartò quæritur.* Nihilominùs tamen conſuetudine multis in locis recepta, contrarium ſæpè obſeruari Guido monet; fortè quod iniquum foret Apparitorem conijcere in hanc difficultatem, vt ipſe de iuſtitia, aut iniquitate arreſti diſquirat, & ſemper cautionem à creditore exigat, vel periculum inſolentiæ ipſius ſuſtineat, & quod huiuſmodi expenſæ ritè vel perperam factæ, in rem eius debitoris nihilominus conuerſæ reperiantur. Quæ conſuetudo, ſuam quidem rationem habet, ſed dura eſt. 10.

CAP. LI.

De modo & ratione expenſarũ, quas indebitè arreſtatus facere, atq; ab arreſtãte repetere poteſt.

SVMMARIA.

1. *Qualitas, & conditio arreſti conſideranda eſt in taxandis expenſis, quas in victu fecit.*
2. *Ruſticorum conditio & ſtatus non eſt, vt equites ad iudicium veniant.*

3. Te-

3. *Teſtes producens, tenetur eis prouidere de expenſis itineris, ſecundum Iudicis moderationem.*
4. *Expenſæ an ſint teſtibus deducendæ quas domi feciſſent: remiſſiuè.*

1. FRequenter* etiam accidit, & vt plurimum in hominibus admodum pertinacibus, vt non ſolum in arreſtatione potius manere, quàm præſtita cautione relaxari malint, verùm etiam vt libera voce iactitent, ſe ſumptu arreſtari procurantis, illic manſuros eſſe, delicatè quidem & opiparè victitantes, & hoc modo (vti ipſi arbitrantur) aduerſarium vexantes. Sed falluntur grauiter; Nam cùm de taxandis expenſis agitur, qualitas & conditio illius qui eas expenſas fecit conſideranda eſt: ſic vt conſuetudo illius ſeruari debeat; ut ſi ruſticus ſit, vilior victus ei ſufficiat; ſi nobilis aut in dignitate conſtitutus, lautior permittatur, vt eſt elegans dictum gloſſ. & aliorum *ad l. idemque & in fundo, § idem Labeo ait, ad verbum eum oporteret, ff. manda.* eamdemque gloſſ. Salic. ibi dicit eſſe notandam, ſignandam, & mente tenendam, maximè pro ruſticis, qui cum litigant, veniunt equites ad iudicium, cùm* tamen eorum ſtatus & 2. conditio non ſit alia, quàm vt pedites incedant extra opus ruſticum conſtituti, & ad actus iudiciarios vocati, dum ſint ſani & ſatis fortes. Et hoc idem probat Felinus *in l. cùm omnes. colum. antepenult. de conſtitut.* dum ait, quòd in taxandis expenſis ruſtico vincenti cauſam non computatur equus, quia debuit ire pedes. Et in ſimili reſpondit Abbas *in c. nobis de iure patro.* quod patronus ſuſtentatur ab eccleſia, ſecundum qualitatem ſui generis, tam in veſtibus quàm in cibis. Et Nicol de Neapol. *ad l. habitatio. ff de ventr. in poſſeſſionem mitten.* qui textus eſt bonus ad propoſitum, decidit, quod meliores expenſæ debent fieri familiaribus Cardinalium quàm aliis, ſicut *in § criminis, 25. diſtin.* dicitur, quod peccatum eſt, pauperibus non egentibus delicata cibaria adminiſtrare. Et cum ſumptuoſa & nimis delicata illa dilapidatio arreſtati, non niſi ex maliguo animo procedat, nimirùm vt aduerſarium maiore ſumptu afficiat, minimè ſanè huic malitiæ indulgendum eſt, *l in fundo. ff. de rei vend.* Sic & in ſimili decidit ibi Bald. *& in l. quoniam C. de teſtib. & ad l. eos* §. 1. *C de appell.* & Bart. *ad l. ſi ſeruus ff. de legat.* 1. & gloſſ. *in c Epiſcopus.* 10. *quæſt.* 2. & Panorm, *in c. cum inſtantia, de cenſ.* Ioan. Campegius *in tractat. de teſtib. reg.* 263. quod * licet producens teſtes
3. teneatur eis prouidere de expenſis itineris, tamen iſtas expenſas Iudex moderatur, etiam antequam teſtes vocentur. *c. ſtatutum. § proferendo,* & ibi Phil. Fran. *de reſcript. lib.* 6. vt ſi aliquis ciuis, vel honeſta perſona, requiratur in teſtem, quam non decet pedeſtrem venire, vel eſt aliquis ruſticus qui non vult venire pedeſter, etiam ſi via ſit breuis, attendat Iudex conditionem perſonarum, non obſtante, quod ſit proprius equus illius, qui ſolet locare equos, vt ex Ioan. Andrea & aliis, tenet Ioan. Crotus *in tract. de teſtibus parte* 9. *num.* 62. vbi etiam ſubiicit eam quæſtionem quæ * eſt, vtrum debeant deduci 4.
expenſæ, quas tales feciſſent domi, etiam ſi hæc cauſa exorta non fuiſſet. De qua etiam ſcribit Phil. Fran. & alij *ad d. c. ſtatutum. §. inſuper,* & latè Albert. de Maletis *in tract. de teſtibus. num.* 84. *cap.* 7. Quamuis verò arreſtatus has ſuperfluas expenſas ab arreſtari procurante repetere non poſſit, exiſtimo tamen quod Commentarienſis, aut Satelles apud quem conſumptæ ſunt, iuxta diſtinctionem ſuperiore capite poſitam, eum, donec ſoluantur, retinere poſſit, exemplo cauponis aut hoſpitis; de quo ſuperius dictum fuit, niſi is qui arreſtatus fuit, erat aut minor, aut prodigus, cui bonis interdictum fuerat.

CAP. LII.

De pacto quo alius debitum eius qui arreſtatus eſt in ſe recipit & non ſoluit.

SVMMARIA.

1. *Satisfactum eſſe creditori, quando dicatur.*
2. *Hæres conueniri debet à creditoribus, non emptor hæreditatis.*
3. *Actio quando per pactum quæri alicui poſſit.*
4. *Debitor liberatur, ſi quis tertius creditori acceptanti pro eo ſoluere promittat.*
5. *Promiſſio de ſoluendo pro alio, quid operetur, remiſſiuè.*
6. *Iuris ciuilis & Canonici maior eſt concordia, quàm vulgò arbitrantur.*

OMnis pecunia exoluta eſſe debet; aut eò nomine ſatisfactum, vt debitor conui- 1.
ctus vel confeſſus liberetur. Satisfactum * autem accipimus, inquit Vlpian. *lib.* 28. *ad Edictum.* quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum: ſiue pignoribus caueri ſibi voluit, ſiue alio aliquo modo, licet in hoc ſit deceptus, *l ſi rem alienam.* §. *omnis ff. de pign. act.* Et quemadmodum, quamdiu non eſt integra pecunia creditori numerata, etiamſi pro maiore parte eam conſecutus ſit, non diſſoluitur pignoris vel hypothecæ obligatio, *l. quamdiu. C. de diſtract. pign.* Ita quoque & debitor, non niſi vniuerſo debito ſoluto liberatur. *l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur. l acceptam. C eodem titul. l. qui Romæ ff. de verb. oblig. l. planè, ff. famil. erciſcund.* Quid igitur ſi cum creditor non niſi omni pecunia exoluta contentus eſſe vellet debitor rem ſuam alicui, ea lege, vt creditori ſolueret, vendidit aut ceſſit, an actio aliqua competat creditori aduerſus eundem? non loquor hic de legatione voluntaria emptoris ceſſionarij, & creditoris facta, per quam vinculum obligationis diſſolui non dubiū eſt, *l. delegare, l. ſi quis, ff. de noua. & deleg.* aut cū tertius mandato meo,

& creditoris mei conſenſu, ſe in libro creditoris debitorem conſtituit, de quo multa pulchrè ſcripſit Curtius Senior. *conſi.7.incip. Videtur iterata.*& Bartolus *in l. ſingularia,ff. ſi certum petatur* Neque etiam de ceſſione ſponte conſentienti & recipienti creditori oblata, quæ non minorem vim habet in re ſubiecta; ſed de venditione,aut ceſſione, ignorante vel non approbante creditore, cum alio inita, quæ inter alios acta; alijs neque obeſſe, neque actionem aliquam parere videtur, *l.ſæpè, ff de re iud.l. ſtipulatio*, §. *alteri.ff.de verborum oblig.*quod vtiq; dicendum eſſe Imperatores, Diocletianus & Maximianus, eleganti exemplo, & his verbis reſcripſerunt.

Cum res filio tuo emancipato, ea conditione, vt creditoritoribus tuis ſolueret, te donaſſe proponas, ſi ſtipulatione, vel incontinenti habito pacto huic rei proſpexiſti, creditoribus quidem non contra eum ex placito veſtro, ſed aduerſus te competit actio. Eum verò cui tu certa lege prædicta donaſti, incerta ciuili actione, ad placitorum obſequia vrgeri, ſecundùm legem donationibus dictam conuenit, l.cum res C.de donat. & in ſimili Anto. Auguſt.rationem

2. iuris poſtulare ait, vt hæres creditoribus † reſpondeat, quamuis alius ea ea lege emerit hæreditatem, vt creditoribus hæreditarijs ſatisfaceret, *l.ratio iuris, C.de hæred.vel act.vend.*Rurſum verò. *Si genero dotem dando pro filia*, inquiunt Imperatores, *pater communis eam reddi tibi extraneo conſtituto per emancipationem, ſtipulatus eſt, nec ſibi ceſſante voluntate, nec ibi prohibente iure quærere potuit actionem, l.ſi genero, C. de iure dotium.*Nam quamuis†cùm pactum reſpicit ipſã

3. rem cui cohæret, & cum re coniunctum, adeoque ferè intra rem eſt, tertiò alicui actio quæri poſſit; nulla tamen actio acquiritur quando aliquid extrinſecum, vt in re propoſita,pacto includitur. Baldus *ad d.l.cùm res.*Æmilius Ferretus *ad d.§.alteri.numer.*10.Et hanc ſententiam tenet Baldus Angel. & Salicet. *ad l.quoties,C.de donat.quæſub mod.*Socin.*conſ.*236. *incip.placet concluſio, libro* 2. Tyraquel.*de vtroq; retract.§.1. gloſſ.* 14. *numer.* 16. Angel. *conſilio* 243.& latè Benuenutus *in tract. de decoctoribus. parte* 5.*num.* 9. & aliquid per Carolum Molinæum *ad conſuetud.Pariſ. parte* 2. §. 55.*gloſſ.*5. *num.*8.*quæſt.*5.& Bald.*conſ*440. *lib.* 3. Sed hæc vera ſunt, niſi ipſe creditor qui fecit debitorem arreſtari, ſemel contentus fuit: Nam ſi Bart. credimus *ad l. ſingularia, ff. ſi cert. peta.* quem alij ibi ſequuntur: Si mandaui † alicui, 4.
vt tibi ſoluat pretium pannorum,quos à te habui, & ille promittit, ponatque ſe debitorem in libro ſuo de tuo conſenſu, ſtatim ego liberor. Idem notat Bald. *ad l. pro debito. C.de bon. auth.indic. poſſid.& ad l.2. C.de except.rei iudic.* & eſt bonus textus *in l inter cauſas, ff. manda.*& Imol *conſi.* 95. & Curtius ſenior *conſ.*7.notat, quòd emptor liberatur per promiſſionem alterius, de ſoluendo debitori, ſi venditor eam promiſſionem acceptauit, ita vt amplius emptor conuenire non poſſit &, vide Caſtr. *conſ.* 49.*incip. peruiſo puncto, & conſ.*50.*in cauſa quæ vertitur.* Vbi quærit an† promiſſio de ſoluendo 5.
pro alio, liberet principalem, & an inducat vim ſolutionis, aut nouationis, aut accumulationis. Caueat igitur debitor in eas arreſti ſeu vinculorum anguſtias coniectus, ne dum ſe liberare ſtudet, noua atque maiore calamitate afficiatur, ipſo non ſoluente creditori, qui aduerſus ipſum emptorem ſeu ceſſionarium fidem non ſeruantem, nullam penitus actionem habet, præterquam ſi Notarius aut Tabellio nomine illorum, quorum intereſſe poſſet, ſtipulatus fuerit, vel actio à debitore ipſi credatur. Iaſon *ad d.l. qui Romæ.§ Flauius,nu.*9.*verſi.ſecundò limita*, & alij *ad d.§.alteri.& §.ſequent.*Sunt tamen qui exiſtimant ex æquitate & benignitate Canonica cum duritie iuris Ciuilis Romanorum pugnante, in ſubſidium, creditori ex hac ſtipulatione debitoris, vtilem actionem concedi. Socin. *conſ.* 236.*lib.*2. Zaſius *ad d.§. alteri, num.*27. *argum.l. Caius, ff.ſoluto matrimon. & l.quoties. C.de donat.quæ ſub mo.*qua de re admodum dubito.Nam ſi benè circumſpicias, multò†certè rarior eſt inter ius Ciuile & 6.
Canonicum antinomia, quàm plerique exiſtimant: & quando nihil reperitur nominatim cautum in contrarium, ſacri Canones leges ciuiles ſequi non dedignantur. Mouet autem hanc dubitationem Tyraquel.*de vtroque retrac.* §.1.*gloſſ.* 14. *numero* 116. *verſiculo ſi autem ſcire vis, &c.* Sed eam non diſſoluit, quæ certè ad multarum aliarum difficultatum explicationem & reſolutionem pertinere poſſet.

FINIS.

IN-

INDEX
CAPITVM

Quæ in hoc Tractatu de Iure Siſtendi continentur.

CAPVT PRIMVM.
Arreſtum quid ſit,& Vnde dicatur. fol. 720
II. *Quo iure arreſtum introductum ſit,& qua ratione ſuſtineatur.* 721
III. *Qui res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poßit.* 723
IV. *Quis aut quorum bona legitimè arreſtentur.* 729
V. *Qui,aut quorum bona, ſeu res arreſtari non poßint.* 741
VI. *Quo in loco arreſtatio fieri vel non fieri poſſit.* 749
VII. *Debitor an eo loco arreſtari poßit, ad quem à creditore tranſigendi cauſa vocatus eſt.* 752
VIII. *De priuilegio bullæ aureæ.* 753
IX. *Vtrùm reditus hypothecatus in vno loco, ſi decurſus eſt,poßit à creditore eius cui debetur,arreſtari in loco domicilij debitoris qui illum debet.* 754
X. *Quo tempore arreſtum fieri poßit, vel non poſſit.* ibid.
XI. *Cuius loci ſtatutum ad faciendum arreſtum, ſpectandum ſit, & quæ conſuetudo, ſi in diuerſis locis alia atque alia ſit,ſpectetur.* 758
XII. *De renunciatione immunitatis & priuilegij de non arreſtando.* 759
XIII. *Renunciatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris.* 760
XIV. *Quando arreſtatus videtur priuilegio fori tacitè renunciaſſe.* 762
XV. *An Arreſtatus præſtando cautionem de iudicio ſiſti, priuilegio fori renunciaſſe videatur.* 763
XVI. *Quæ ſint neceſſaria vt debitor,vel quis alius arreſtari poßit.* 794
XVII. *Vtrum arreſtum indebitè factum, ex alia iuſta cauſa confirmari poßit.* 767
XVIII. *Quæ actione teneatur, qui perſonam, aut res alterius indebitè arreſtare fecit.* 769
XIX. *Arreſtatio per quem fieri debeat.* 770
XX. *Vtrùm Iudex per extraneum Apparitorem arreſtare poßit.* 771
XXI. *Vtrùm Apparitores magni Senatus vbique arreſtare poßint.* 772
XXII. *De pœna Apparitoris extra territorium arreſtantis.* 773
XXIII. *Quæ ſit pœna eius qui ſe Apparitorem eſſe ſimulat cum non ſit.* 774
XXIV. *De Apparitore,metu, precibus vel ſordibus corrupto, & arreſtum non faciente.* 775
XXV. *Arreſtatus an credere Apparitori debeat.* 776
XXVI. *Apparitori referenti ſe aliquem arreſtaſſe,an ſit credendum.* 777
XXVII. *Quis ſalarium Apparatoris ſoluere ei debeat.* 778
XXVIII. *De eo qui arreſtum violat.* 779
XXIX. *Quaniam mulctam ſeu pœnam Satelles violationi arreſti apponere poſſit.* 781
XXX. *Vtrùm aduerſus mulctam ſeu pœnam violati arreſti præſcribatur.* 782
XXXI. *Arreſtanti Apparitori an reſiſtere liceat.* 783
XXXII. *Arreſtanti reſiſtens,eundemque verberans quo pacto puniatur.* 784
XXXIII. *De his qui arreſtatos eximunt, aut in præiudicium creditorum occultant.* 785
XXXIV. *An ab arreſtatione appellari poßit.* 788
XXXV. *Quæ ſit vis, & quis effectus arreſti.* 789
XXXVI. *In cauſa arreſti quis ſit actor aut reus.* 790
XXXVII. *Statutum quo cauetur, quòd in cauſa arreſti,de triduo in triduum procedi debeat,quomodo intelligatur.* ibid.
XXXVIII. *De ſtatuto quo cauetur quod arreſtans prima die iuridica debet exhibere cauſas arreſti.* 792
XXXIX. *De inſinuatione arreſti ſuper bonis abſentis facti.* 793
XL. *Inter plures creditores vnius debitoris res ſeu bona arreſtantes, qui præferendi ſint.* 794
XLI. *Debitore fugiente,quomodo Commentarienſis teneatur.* 796
XLII. *Debitor arreſtatus quomodo ali, & tractari debeat.* 797
XLIII. *Contractus cum arreſto factus an infirmari poßit.* 798
XLIV. *De cuſtodia & periculo rerum quæ arreſtatæ fuerunt.* 799
XLV. *Arreſtum qua ratione relaxetur.* 800
XLVI. *Arreſti reſolutio cuius authoritate fiat.* 804
XLVI. *Arreſtatus ex duabus cauſis, quarum altera*

tera tantum probata eſt, an relaxari debeat. 805

XLVIII. *An debitor inuitus in quacvnque Iudicij parte oblatam relaxationem arreſtari procurantis acceptare debeat,* 807

XLIX. *Debitor an poßit ab alijs recommendari in arreſto.* 808

L. *Debitor an poßit pro expenſis carceris à Commentarienſi retineri.* 809

LI. *De modo & ratione expenſarum, quas indebitè arreſtatus facere, atque ab arreſtante repetere poteſt.* 810

LII. *De pacto quo alius debitum arreſtati in ſe ſuſcepit, & non ſoluit.* 811

AVTHOR AD LECTOREM.

HÆc ſunt, pie Lector, quę de Arreſtis & Iure Siſtendi, dilucidè ac ſuccinctè ſcribenda exiſtimaui. Meminiſſe te velim, me & hominem eſſe, & vnum hominem, nec omnia vel amplius per me aſſequi, quàm ab homine mediocris ingenij atque inſtitutionis. Itaque ſi quid inueneris in hoc opere, quod animi tui expectationi non ſatis reſpondeat, exiſtimabis non eſſe hoc laboris vitium, ſed tenebrarum humanæ mentis. Dicam cum Lactantio, Quòd ſi vita optanda eſt ſapienti, profectò nullam aliam ob cauſam viuere optarim, quàm vt aliquid efficiam, quod vita dignum ſit, & quod vtilitatem legentibus, ſi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ riuus eſt, ad iuuandum tamen proximum, & viuendum adferat, quod eſt maximè neceſſarium. Gloria, honor, decus, poteſtas, & imperium Deo in ſæcula ſæculorum. Amen.

D. PE-

PETRI PECKII I. C.
COMMENTARIA
IN
OMNES PENE IVRIS
CIVILIS TITVLOS
AD REM
NAVTICAM
PERTINENTES.

AMPLISSIMIS

CONSILIARIIS,

SANCTOQVE SENATVI

FLORENTISSIMÆ VRBIS

ZIRICÆANÆ

P. PECKIVS ZIRICÆVS I. C. S. D. P.

MArcus Tullius Cicero: Eo eſt, inquit, Ampliſſimi Viri, omnis vitæ noſtræ ratio tranſmittenda, vt magnam nominis noſtri famam ex maximis in patriam meritis collatis, poſteris relinquamus. Quòd cum latiùs mecum perpẽderem, atque humanæ vitæ originem, ortuſque noſtri locum ad animũ ſubinde reuocarẽ, etſi omnibus virtutibus affectum me eſſe cuperem, nihil tamen fuit optatius, quàm, vt omnibus quàm gratiſſimus erga Rempublicam veſtram, florentiſſimorum hominum, fortiſſimorum virorum, optimorum ciuium copiâ refertam, eſſe cognoſcerer, quæ non ſolùm nos maioreſque noſtros orbi exihibuit, ſed innumeris vbique atque promptiſſimis beneficiis proſecuta eſt. Nullum enim fuit tempus, neque honorum, neque ſtudiorum meorum, in quo

quo non vel ſalutis vel dignitatis meæ ſtudioſiſſimam,cupidiſſimamque non tacita opinione, ſed perſpicua declaratione cognoui. Quid hic referam?quanto Laureatum honore ſitis proſecuti,quanta ad vos humanitate venientem excipitis?Sanè ſi Marco Valerio Voleſi filio, quod Sabinos fudit,fugauitque,& caſtris exuit,locus inCirco ad ſpectandum in ſella Curuli premiſſa eſt:Si C.Duilio quod nauali prælio Chartaginenſem claſſem fudit,præter curulem ſellã,vt quotiesà cęna rediret,funale præferreretur,& Tibicen præcineret conceſſum fuit:Si Lucio quoq; Metello optimè de Repub.merito,qui oculis orbam ſenectutẽ egit,vt quoties in Senatum iret,curru veheretur, pro munere ſit datum: Ego me hercule qui cum his comparari omninò non poſſum,pro minima honoris portiuncula qua fortaſſis chariſſimam patriam affeciſſe videor,nõ minoribus præmijs exceptus ſum. Sed cùm facere non poſſum,vt in ſingulas res,meritaque veſtra gratias referã, vereor ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio non grata potiùs quàm arrogans videatur. Cùm igitur grauiſſimè vituperetur, qui in magnis beneficijs remunerandis eſt tardior, neque ſolùm ingratus,quod ipſum graue eſt,verum etiam impius appelletur neceſſũ eſt: vt meritò apud Perſas,Athenienſes atque Macedones, haud ſecus aduerſus malè gratos ingrati actio detur,ius,iudiciumque dictetur,ac ſi magno eſſent ſcelere polluti:quamuis non ignorem quam mihi ſit periculoſum naſutiſſimo huius orbis theatro,confirmata nondum ætate & creſentibus adhuc annis meipſum exponere: amiciſſimorum tamen quorundam precibus victus,quibus nihilominus honeſtè negare poſſum,ſtatui Reipub. veſtræ dignitatem & ſalutem meis commodis omnibus,ſtudijs vtcumque ſerioribus,& priuatis quibuſcumque rationibus anteferre. Cęterùm cum ex ieiuno & exili agro noſtro poma Alcinoo (vt aiunt) aut Floræ ſerta, id eſt, excellentiſſimis veſtris ingenijs quibus fœliciſſima veſtra Reſpub. ſcatet, dare tentarẽ: iudices ipſos laborum noſtrorum tacitus abſentes mecum inſpicio, quaque ad exactiſſimum fori theatrum accedendum ſit,cogito. Quid enim hic recenſeo D.Hieronymum à Zeroeskerke Equeſtris ordinis virum,omniumque ſcientiarum verticem, quem natura ad omnes animi dotes abſolutiſſimum effinxit? Quid cum filio D. Liuinum Burgium cognatum amantiſſimum, ciuibus vniuerſis,virtutis, antiquitatis,prudentiæ documentum?Quid vrbis Oratorem Vitellium, cuius laudem obſcuratura nulla vmquam eſt obliuio, loco, ordine, nomine,virtute,ingenio,ornatiſſimum?Quid tres illos fratres Claeſſonios,quos ego omnibus virtutibus continentiæ, grauitatis, fidei, fortitudinis,omni deniq; honore ſemper digniſſimos iudicaui?Quos cùm ego mihi præter multos adhuc alios,quorum plurimæ ciuitates doctrinam laudare potius quàm æmulari poſſum, veluti lucidiſſimũ ſpeculum ob oculos quotidie pono, id legum commentarijs aſſidua lectione verſatus,non futile,non ridiculum, non puerile, ſed graue, ſed vtile,ſed veſtris ingenijs dignum pro dono argumentum quærendum

rendum exiſtimaui. Inuenimus tandem, Viri ornatiſſimi, materiam hanc nauticam, magnis vbique ab ipſo Vlpiano encomiis celebratam, vobis (vt exiſtimo) nunquam non ante oculos poſitam, collocatam in vſu quotidiano, in conſuetudine ciuiũ, atque foro. Hanc igitur qualibuſcumque, non contemnendis, vt ſpero, annotationibus illuſtratam, vobis qui de propoſito argumento, vel natura, vel arte, vel ingenio ſcitè, appoſiteque iudicare poſſitis, deuotam, atque nuncupatam volui, quo ſpero, ſi me fortuna non fefellerit, me conſecuturum, vt magno præſidio Reipub. veſtræ nos fuiſſe & nunc ſentiant homines, & in poſterum memoria teneant. Sin minus, ex tanto ſtudiorum cumulo non me præterit, ſaltem fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem bonæ voluntatis, magnoſque honores ex ea re ſolum complures conſecutos video. Non, me hercule, hic gigno paradoxa, aut monſtroſas opiniones, nec fremitu Baltici littoris, quamquam horribili, tremefactus ac conſternatus ſum, vt turpè eſſe ducam circumſpicere, quæ ſint receptę à ſanioribus ſententiæ: non omnino ſtatim veterum ſententias improbamus, non Bartolo, non Baldo, non Alexandro ſpumoſa philautia manus afferimus: ſed eorum dicta veluti ſequentes poſt terga meſſorum, in manipulos emiſſis ſordibus colligimus, ſi deficiant: validioris argumenti penicillo confirmamus, & in ſumma, veritatem in abſtruſo, & (quod aiunt) in Democriti puteo deliteſcentem reuocare conamur. Vtinã autem liceat nobis tã commodè tamque dilucidè quæ ſuſcepimus explicare, vt ab optimo quoque intelligi poſſunt. Meum autem ſtudium erga vos & officium tãetſi multis iam argumentis ſpero vobis eſſe gratiſſimum, tamen tunc maximè declarabitis, quũ chariſſima naturæ pignora ex pueris paulatim excedentia, atque his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet imbuta, altioribus diſciplinis tradita, ad ſimile officium dulciſſimæ patriæ exhibendum inſtigaueritis. Quid enim ſtultius, quàm inutilem potentiam, inuidioſas opes, cupiditatem acquirendi præcipitem & lubricam, graui anteferre ac ſolidæ gloriæ? Rectè itaque Plato, tum denique fore beatas Reſpub. putauit, ſi aut docti aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent. Omitto nunc hos qui diuinæ legalis ſapientiæ ſacrario ſepoſito, & iura & æquitatem ipſam ex ſuo, vti Palladem ex Iouis capite effingunt. Sanè ſi in aliqua deſertiſſima ſolitudine ad ſaxa & ad ſcopulos hæc conqueri & deplorare vellem, omnia muta atque inanima tanta & tam indigna atrocitate commouerentur. Boni igitur cõſulite quicquid eſt hoc muneris, Grauiſſimi Viri, quo vobis gratificari volui. Qualecumq; ſanè eſt, æternũ dabit omnibus meæ erga Rempub. veſtram florentiſſimã teſtimoniũ voluntatis. Me Reip. veſtræ dedo, addico, aſtringo, & ſi quæ à nobis ornamenta proficiſci poſſunt, elaborabo vt in omnibus omnes intelligant, habitam à me eſſe rationem patriæ maiorumque meorum dignitatis. Valete, Louanij Octauo Calen. Feb. 1556.

D. PETRI PECKII ZIRICÆI, IVREC.

Ad eam Iuris patrem quæ de re nautica tractat, Commentarij.

IN TIT. IX. FF. IIII. VT *nautæ, caupones, ſtabularij recepta reſtituant.*

RVBRICA.

SVMMARIA.

1. *Nautæ, caupones, ſtabularij, genus hominum improbum.*
2. *Triboniani negligentia.*
3. *Stabulum & caupona quid ſit remiſſiuè.*

CVm Romanus Prætor creſcente indies hominum malitia raram inter mortales fidem conſiſtere animaduerteret, & (vt ille ait) non hoſpes ab hoſpite tutus eſſe inciperet, Vtiliſſimum id edictum propoſuit, quo aduerſus tantam improbitatem atque perfidiam proſpiceretur. Idque eorum quidem præcipuè quorum fidem plerunque coacti atque neceſſitate quadam ſequimur: genus hominum im-
1. probum, quoſque aduerſus bonam fidem mer-
catorum & ius gentium, cum furibus contra eos quos recipiunt, ſæpenumero coiuiſſe, multorum calamitate euidentiſſimum euaſit. Quod ſi verò (vt fieri poteſt) magiſtri ipſi & penes quos primaria totius exercitij cura eſt, bonæ fidei fuerint, & nullo crimine irretiti: certè familiam tamen impurioris farinæ vt plurimum adhibere ſolent. Quod cum res mali admodum exempli in Republica eſſet, atque quotidiana vectorum miſeria remedium expoſtularet: duplicem Prætor actionem in factum propoſuit. Alteram quæ de recepto dicitur, & in prima tituli parte tractatur. Alteram verò qua contra exercitorem de delicto famulorum nauigantes & vectores experiri poſſunt. Neque iſtud ſeuerum eſſe nimium & Prætoris æquitati indignum arbitrari oportet cum in poteſtate exercitoris ſit quos famulos eligat, & cuius fidei ſint atque innocentię prius explorare. Quod autem poſterioris in factum actionis in Rubrica nulla fiat mentio, incuria Tri-
2. boniani factum exiſtimo, qui totum Præto-
3. ris edictum non edidit. Quid autem ſit ſtabulum & caupona, poſtmodum in contextu explicabimus.

LEX I.

Vlpianus lib. XIII. ad Edictum.

Ait Prætor, nautæ, caupones, ſtabularij, quod cuiuſque ſaluum fore ceperint: niſi reſtituat, in eos iudicium dabo. Maxima vtilitas eſt huius edicti: quia neceſſe eſt plerunque eorum fidem ſequi, reſq; cuſtodiæ eorum committere: Nec quiſque putet grauiter aduerſus eos hoc conſtitutum. Nam eſt in ipſorum arbitrio, ne quem recipiant. Et niſi hoc eſſet ſtatutum, materia daretur, cum furibus aduerſus eos quos recipiunt, coeundi: cum ne nunc quidem abſtineant ab huiuſmodi fraudibus.

SVMMARIA.

1. *Ratio dubitandi in hac lege.*
2. *Ratio decidendi.*
3. *Ratio edicti.*
4. *Fraus nautarum.*
5. *Cautela contra fraudem nautarum.*
6. *Principis miniſtros in neceſſitate quilibet hoſpitio ſuſcipere tenetur.*
7. *Hoſpitio ſuſcipere inuiti caupones tenentur.*
8. *Occaſio mali auferenda.*

AIT PRAETOR, IVDICIVM DABO. Quod tamen mirum videri poteſt, cum nau- 1.
tæ, caupones, ſtabularij, non pro cuſtodia rerum inuectarum, ſed pro vſu tantum nauis, hoſpitij, ſeu ſtabuli, mercedem recipere videantur *l. nauta, inf. eodem.* & Dominis ipſis imputari poteſt, quod cuſtodiam meliorem non adhibuerunt. Sed contra reſponſum eſt. Quam- 2.
uis enim ſolum pro vectura mercedem recipiant: de cuſtodia tamen tenentur. Nam fullo & ſarcinator non pro cuſtodia mercedem recipiunt, & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur. Quod autem dicitur pro cuſtodia mercedem non exolui: id non aliter intelligendum eſt, quàm quod non primariè & principaliter, ſed ſecundario & in conſequentiam pro cuſtodia mercedem recipiant. Nautæ; Caupo-

Caupones, Stabularij. Nam ſimul atque recipiunt aliquem cum rebus,aut merces ſine perſona,ipſo contractu id agere ceſentur, vt ſaluas omnino merces reſtituant. Videtur itaque non vſque adeò multum à depoſito hoc edictum diſtare,ſi originem qualitateſque vtriuſque, & ius gentium quod reſtitutionem reſpicit, conſiderare velimus *Bona fides inf.depoſiti.* Eſt autẽ hæc actio rei perſecutoria, quæ de recepto intentatur,& in ſimplum datur. Maxima autem (vt rectè Vlpianus ait)huius edicti vtilitas eſt. Cum enim plerunque eorum fidem ſequi, & res noſtras cuſtodiæ eorum committere debeamus: materiam cum furibus aduerſus eos quos recipiunt coeundi,omnibus modis reprimere oportuit.Sæpe enim numero non ſolum cum furibus coeunt,ſed & ipſi furtum admittunt. Quis enim ignorat, obſecro, nefaria eo-
4. rum furta,qui vina eorum fidei concredita & in alias regiones vehenda exhauriunt, vaſaque etiam marina aqua rurſus adimplent? Nec ſolum damno amiſſionis vini dominũ afficiunt, ſed & in cauſa ſunt,vt quod reliquum eſt,vendere non poſſit, vel ſi vendat, emptoremq; circumueniat neceſſum eſt.Ego aduerſus tantam
5. improborum hominum nequitiam hac ratione conſultum eſſe crediderim, vt in tranſmittendis vinis,duplici vaſe,inani vno, altero verò repleto vtamur: tantumque alterum altero capacius ſit,vt quòd inane eſt & vacuum, alterum facile in ſe continere poſſit. Cum itaque vas quod vinum in ſe continet vacuo & inani impoſitum fuerit:non poterit niſi retecta fraude quicquam ex eo promi: Fundus enim duplex,non continuato intermedio, vnius tantũ vaſis fluxum admittere poterit. Clauus itaque clauum trudet, & qui alijs nocendum putabunt:ipſimet infamiam ſuſtinebunt*l.penul. D.de legat.*

In ipsorvm arbitrio.Quod tamen tunc verum nõ eſt cum urget neceſſitas,vel cũ Princeps vrbem ingreditur *l.2.C.de metat.li.*10.Nã
6. (vt Vlpia ait)*In l.3.§.eos inf.de mun.& bonor.* eos milites quibus ſuperuenientibus hoſpitia præbere in ciuitate oportet:ab omnibus(ſi nõ ſpecialiter excepti ſint)excipi conuenit. Sic & nautæ quoque eorum exemplo (ſi non per tempeſtatem legitimè excuſentur) etiam inuiti milites, & eos qui Principi ſeu reipublicæ inſeruiunt, traijcere tenentur. Quibus ceſſantibus,an ne id ſimpliciter verum ſit, quod hoc loco Iureconſultus ait, diſpiciamus. Videtur enim ex hac traditione ſequi, Nautas, Caupones,ſeu Stabularium publicum & qui communiter peregrinos ſuſcipiunt, ad hoſpitandum compelli non poſſe.Iniquum enim eſſe & bonis moribus contrariũ videri poteſt,modetationẽ arbitriumque in rebus proprijs alicui præcidi.Contrarium tamẽ verius eſt & Vlpiani ſententia comprobatum *l.vnic.in fi.inf.furti aduerſus nautas.* A principio quidem libera poteſtas vnicuiq;eſt recipiendi vel nõ recipiendi hoſpites, at poſteaquam interſignio quis vſus eſt,quo inuitari ad hoſpitium ſolent qui peregrè veniunt, amplius mutandæ voluntatis licentiam (niſi omnino exercitio renunciare velit) non habet *Argu.l.3. §. tametſi, ſupra tit. prox.* Ea tamen moderatione: vt ſi hoſpitium repletum ſit, pluresque recipere non poſſit: vel ſit inter caupones & hoſpites inimicitia interceſſerit: aut ſi qua probabili cauſa excuſare ſe poteſt, non teneatur *Roma. Bar. Bal.& Alb. hic* Alioquin iudicis officium aduerſus eum implorari poteſt.*Alber.hic in Rubric.numer.*8.Quo ſpectare etiam Bartoli deciſio *in l.non enim. inf. de reb.amot.*(à nõnullis *Iaſo.in l.vnica,ff.de æſtimat.auct.Bal.in l.1.C. de rerũ permut. & Alb. in d l.non enim.* tamen improbata) mihi videtur, quod ſi quis ſemel rem ſuam veno expoſuerit, pretio etiam non taxato,ſecundario ad venditionem compelli,& iuſtum boni viri arbitrio valorem rei recipere debere.

Materia daretvr. Occaſio enim mali omnibus modis ſemouenda eſt *§. illud. in prohe.ff.& l.pen.C de lat.li.toll.*& (vt Plautus ait) *In perſe.* virtus eſt vbi occaſio admonet diſpicere,Quo,fit vt pactum quo quis ad delinquendum inuitatur, nulla ratione ſuſtinere poſſit *l. conuenire.inf.de pac dotal.*

Qui ſunt igitur qui teneantur,videndum eſt, & ait Prætor nautæ. Nautam accipere debemus: eum qui nauim exercet, quamuis nautæ appellentur omnes qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt,ſed de exercitore ſolũmodo Prætor ſentit, nec enim debet inquit Pompo.per remigem aut meſonautam obligari, ſed per ſe vel per nauis magiſtros. Quamquam ſi ipſe alicui ex nautis committi iuſſit,ſine dubio debet obligari,& ſunt quidam in nauibus,qui cuſtodiæ gratia nauibus proponuntur vt ναυφύλακες. *Siquis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is qui eos huiuſmodi officio præponit,committi eis permittit quanquam ipſe vel nauicularius vel magiſter id faciat, quod Græci* ναυκληρόν *appellant.Sed & ſi hoc non extet,tamen de recepto nauicularius tenebitur. De exercitoribus ratium. Item de lintrarijs nihil cauetur: ſed idem conſtitui oportere, Labeo ſcribit, & hoc iure vtimur.*

SVMMARIA.

1. *Nauta quis ſit*
2. *Exercitor quis ſit.*
3. *Remiges & meſonautæ qui ſint.*
4. *Nihil intereſt per me quid faciam,ſeu per alium.*
5. *Dietarij qui ſint.*

EXplicata ratione edicti quam rethorico more verbis Prætoris ſubiecit, expoſitionem verborum Vlpian. aggreditur: nautamque definit eſſe qui nauim exercet, quamuis nautæ appellentur omnes qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt, ſed de exercitore ſolummodo Prætor ſentit. Exercitorem autem dicimus eum ad quem obuentiones & redditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à Domino nauem per aduerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum *l.* 1. §. *exercitorem, inf. de exer. act.*

1.
2.

REMIGEM AVT MESONAVTAM. Remiges ſunt nautici qui remos agunt, & ceſſante vento nauem remigando propellunt. Meſonautæ autem qui ſint, non rectè aſſecutus videtur Accurſius, dum eum meſonautam eſſe interpretatur, qui mediocriter remos agit. Quos autem aliter interpretari recenſet, nihilo magis veritatem attigerunt. Nec mirum id nobis videri debet, cum homines vtcunque Iuriſconſulti, litterarum tamen rudes, in infelicia ſæcula inciderint. Hermolaus Barbarus, mancipium ea voce intelligit in medio nauis vnicuique deſeruiens. Cæterùm Andreas Alciatus vir humanarum diuinarumque rerum & Iuris peritiſſimus, omniſque politioris literaturæ Antiſtes, Meſonautam vulgari voce eum dici exiſtimat, *lib.* 1. *parerg c.* 43. qui nauem inſcendit: & ne aliquid nauli nomine domino nauis ſoluat, ducendis remis operatur, quod apud noſtros Zelandos Batauoſque non eſt inſolitu. Nautæ enim vbi validiores mendicantes & fruges tantum conſumere natos, gratis traijcere tenentur: tranquillo admodum & vltra quam expetunt pacato mari, ad remigandum eoſdem impellunt, vt qui pecunia nequeunt, labore ſaltem naulum exoluant.

3.

COMMITTI IVSSIT. Nemo itaque ex contractu obligatur niſi per ſe, vel per eum qui mandatum à ſe habet *Bal. hic.* Vbi verò mandatum interceſſit, perinde eſt, atque ſi cum domino actum eſſet. Nihil enim intereſt, per meipſum, ſeu per alium quid fecero *l.* 1. § *deiecisse inf. de vi & vi, arma.* Vnde ſi exercitor alicui ex nautis committi iuſſit, ſine dubio debet obligari §. *ſi igitur inſtit. quod cum eo qui in alie.* Ναυφύλακτες. Alij codices habent, vt Dietarij, quos Vlpianus vbi de extraordinarijs criminibus diſſerit appellat qui in aliena cænacula ſe dirigunt furandi animo, & plus quam fures puniri debent. Hoc autem loco non eo modo ſumi haud difficile eſt colligere. Verum ſunt *l. ſaccularij, inf. de extraor. crim. Albe. in ſuo dictionario in verb. dietarij.* qui exiſtimant cum Accur. ea voce hic dici qui cibum ſeu mercedem in dies recipiunt, & cuſtodiæ cauſa vno aut altero tantum die naui præponuntur. Cæterùm recentiores libri lectionem noſtram continent, & nauium cuſtodes hoc loco intelligi facilè colligitur.

4.

Caupones autem et ſtabularios æquè eos accipiemus, qui Cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoréſve eorum. Cæterum ſi quis opera modeſtini fungitur, non continetur: vtputa atriarij, & focarij, & his ſimiles.

SVMMARIA.

1. *Tutores Æditui. ſtabularij qui ſunt.*
2. *Caupones & ſtabularij qui ſunt.*
3. *Caupona quid.*
4. *Stabulum quid & quotuplex.*
5. *Taberna quid.*
6. *Mediaſtini qui.*

CAVPONES &c. Ecce definitio ab Etymologia. Sic dicimus tutores qui pupillum tuentur. *Inſtit. de tut. in princip.* Æditui qui ædes tuentur. Mutuum quod de meo fit tuum 1.
l. 2. *inf. ſi cert. petat.* Affines ſunt viri & vxoris cognati, cum altera cognatio ad finem alterius accedit *l. non facile, inf de grad. affi.* Statu liber eſt, qui ſtatutam ad tempus libertatem habet *l.* 1. *inf. de ſtatu lib.* Sic hoc pacto loquitur hic IC. Caupones & Stabularij ſunt qui caupo- 2.
nam, aut ſtabulum exercent. Caupo vt viatores manere in caupona patiatur. Stabularius vt permittat iumenta apud eum ſtabulari, *l. nauta, in eo.* Eſt autem Caupona diuerſorum 3.
in quod peregrini perſoluta pecunia tam ad comedendum quàm ad cubandum recipiuntur. Stabula vero duplicia ſunt, & bifariam 4.
interpretationem recipiunt, vno enim modo pro diuerſorijs & loco in quem peregrini diuertunt accipitur ſtabulum *l. vrbana. prædia, inf. de verb. ſig.* Altero verò pro ſeptis, quibus iumenta vel greges ſtabulantur *l. eo iure, inf. in quib. cau. pig vel hipoth.* Et quamuis expreſsè de tabernarijs hoc loco per IC. nihil deciſum quoad definitionem reperiatur, dubium tamen non eſt quin ad edictum quoque pertineant. Sunt autem tabernarij, qui negotiationes in tabernis faciunt. Taberna autem eſt in 5.
qua merces venduntur, ſed vulgò nunc obtinet quod ad vinariam tantum referamus, & vbi ad cubandum ſtabulandumque nemo recipitur. *Accur. ad l. palam. inf. de rit. nup.*

OPERA MEDIASTINI: Dictio eſt ex Græca & Latina voce compoſita. Dicitur autem Mediaſtinus mancipium abiectius, quod viliſſima & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur, domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiuſmodi alia facere. Ipſum ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium, nutuſque excubare ſoleat. *Budeus hic.* Id genus quoque ſunt atriarij, focarij, & his omnino ſimiles, genus hominum abiectiſsimum qui focis & igne ſtruendo, oſtioque cuſtodiendo præficiuntur. Si quis igitur non alicui qui à Domino præpoſitus eſt, ſed huiuſmodi hominibus cuſtodien-

ſtodiendum quid in hoſpitio ſeu naui dederit: contra dominum regreſſum non habet. *Roma. & Bal. hic.*

Ait prætor, quod cuiuſque ſaluum fore receperint. Hoc eſt quancunque rem ſiue mercem receperint. Item apud Iul. relatum eſt, ad eas quoque res hoc edictum pertinere, quæ mercibus accederent: veluti veſtimenta, quibus in nauibus vterentur: & cætera quæ ad quotidianum vſum habemus.

SVMMARIA.

1. *Nauta an teneatur de rebus ſibi non oſtenſis.*
2. *Amicus recipiens amicum an teneatur de perditis.*
3. *Ciuis recipiens miniſtros principis an teneatur.*
4. *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*
5. *Merces pro veſtibus non ſoluitur.*

QVAMCVNQVE REM. An ne igitur de re-
1. bus non oſtenſis, & quæ in hoſpitium ſeu nauim immiſſæ dicuntur teneri debeant: hoc loco à nonnullis diſputatum eſt. Cæterùm cum ea quæſtio alio loco, *In l. 2. §. ſi nauis, inf. ad leg. Rod. de iactu.* à me diſcuſſa ſit: amplius
2. repetendam non eſſe exiſtimaui. At quid ſi amicus amicum hoſpitio ſuſcipiat, an ne deperpitis rebus edicto continebitur? Communis ſententia eſt non contineri. *Spec. in tit. de fur. verſic. quid ſi Amicus Alberi. hic per text. in l. ſi ego, ad fi. inf. de iur. dot.* Sunt, *Alberi. hic numer.* 1. quoque qui diſputant, quid de his definiendum ſit qui Principe vrbem ingrediente aulicos recipiunt. An ne (ſi ab aulicis quicquam de-
3. perditum ſit) à ſuſceptoribus Iure repeti poſſit. Et merito quidem ea in re dubitari poterat. Cum enim edictum iſtud exercitium quoddam requiri videatur: iniquum vtique videri poterat eum qui ſemel hoſpites ſuſcepiſſet, ſub edicti verbis comprehendi. Cæterùm diſtinctione res temperamentum recipit, vt ſi non nudum domicilium tantùm, ſed & cibum quoque & quæ ad victus rationem pertinent, vendendo præſtiterit: actio locum capiet. Si verò non vendiderit, ſecus eſſe. *Ang. legis finalis ſi men. cert: mo. dixerit & l. 1. §. 1. inf. de alea luſu.*

4. ACCEDVNT. Acceſſorium enim principale ſuum ſequitur. *Capi. Acceſ. extra de reg. Iur. li. 6.* & vt lepra leproſum concomitatur. Quo fit, vt quemadmodum merces, ita quoque & ea quæ mercibus adhærent, reſtituere teneantur. Hinc ait Iulianus, *In l. ſed etſi, §. fina. inf. eodem.* etiam eas res ad edictum pertinere quæ poſt impoſitas merces in nauim locatam inferuntur, etſi earum vectura non debeatur, vt veſtimento-
5. rum vel pegoris quotidiani: quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt. Sic etſi equam tibi commodauero quam pullus comitabatur, etiam pulli te cuſtodiam præſtare debere veteres reſponderunt. *l ſed vt certo, §. vſque adeò inf. commoda.* Poſtremò (quod ſingulare eſt) hoc textu notetis velim, pro victualibus & quæ ad corporis vſum circumferuntur, naulum non ſolui.

Item Pompo. lib. XXXV. ſcribit, parui referre, res noſtras, an alienas intulerimus: ſi tamen noſtra interſit ſaluas eſſe. Etenim nobis magis quam quorum ſunt, debent ſolui. Et ideo ſi pignori merces accepero, mihi magis quàm debitori nauta tenebitur, ſi à me eas ſuſceperit. Recipit autem ſaluum fore, vtrū ſi in nauim res miſſæ, ei aſsignatæ ſint, an & ſi non ſint aſsignatæ: hoc tamen ipſo quod in nauim miſſæ ſunt receptæ videntur? Et puto omnium eum recipere cuſtodiam quæ in nauim illatæ ſunt: & factum non ſolum nautarum præſtare debere, ſed & vectorum.

Gaius LEX II.

Sicut & caupo viatorum.

Vlpianus LEX III.

Et ita de facto vectorum & Pompo. li. 35. ſcribit. Idem ait & ſi nondum ſint res in nauim receptæ, ſed in littore perierint, quas ſemel receperit: periculum ad eum pertinere. Ait enim prætor, niſi reſtituerit in eos, iudicium dabo.

SVMMARIA.

1. *Explicata lex bona fides infra depoſiti.*
2. *Reſtitutio rei per tertium pro ſuo intereſſe impediri poteſt.*
3. *Nautæ ex ſola immiſsione tenentur.*
4. *Ratio cur IC. tam acerbè contra nautas ſtatuit.*
5. *Ignorantia vtrum nautas excuſet.*
6. *Ignorantia in facto alieno probabilis.*
7. *Ignorantia præſumitur.*
8. *Explicata lex 1. §. ſi ciſta. inf. depoſiti.*
9. *Nautæ an de facto vectorum teneantur.*

PARVI REFERRE. Etenim nobis magis quam quorum ſunt debent ſolui. Naturalis enim æquitas dictat vt rem fidei noſtræ mandatam, ei reſtituamus qui depoſuit. Obſtat tamen huic deciſioni aliud Tryphonij reſponſum. *l. bona fides, inf. depoſiti.* quo depoſitum à latrone non latroni ipſi, ſed vero domino reſtituendum adfirmat. Hanc enim eſſe ait Iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore pe- 1.
titione. Accur. hoc loco diuerſimode ſoluit, & ſuis vix pedibus (vt nonnulli opinantur) conſiſtere videtur. Andreas verò Alciatus bonam fidem ſecundum Triphonij reſponſum

acceptam noſtra hac lege non perpendi exiſtimat, *Ibi. numero* 32: ſed ſolam facti reſtitutionem, ut ei reddant à quo pro tempore acceperunt. Quia fides ipſorum omnino à viatore approbata non eſt, ſed ex neceſſitate quadam ſibi fuit creditum. Egò ſanè hac in re Accur. non malè reſpondiſſe exiſtimauero: *Hic in verb. nobis.* qui inter prædonem & eum cui res pignori data eſt diſtinctione vtitur. Triphoni reſponſum in prædone locum habet. Vnde æquum eſt vt domino reſtituantur, quæ facto ſceleratiſſimo adempta ſunt. Vlpianus autem hic caſum ſubiicit (ad quem quod præcedit referendum cenſeo) *Victo. in l. pacta nouiſſima C. de pact.* quo pignori res captæ in nauim immiſſæ ſunt. Vnde iure pignoris non præferendus domino videri non poteſt, *l. quod ſeruus, & ibi docto. inf. depoſi.* Quo ſpectare mihi verba incontinenti ſubiecta videntur. SI TAMEN NOSTRA &c. quæ indicant furem à domino factæ repetitioni obſtare non poſſe, cum eius, iure non interſit res domino non reſtitui. Secus autem in eo eſſe dubium non eſt, cui merces in nauim inuectæ, pignoris loco traditæ ſunt. Is enim pignore perempto, deteriorem obligationis cauſam habet. *Felynus in cap. veniens. 2. de teſt.*

SI TAMEN NOSTRA. Reſtitutio itaque non probato intereſſe quo minus domino fiat,
2. impedire nemo poteſt. Cæterùm ſi intereſſe probare poſſit (quod ad ſummariam tantum cognitionem referendum arbitror) aliud obſeruandum. *Vt l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, inf. de re iudicata.* erit.

RECEPIT AVTEM. Specialiter igitur hoc loco contra communes iuris regulas, & in merum eorum odium qui edicto continentur, conſtitutum eſt, quod ex ſola immiſſione rerum etiam expreſſe non aſſignatarum, tenean-
3. tur. *Bal. & Roma. numero 1. hic.* Ipſo itaque facto & patiendo res in nauem introduci, cuſtodiam rerum recipere & ſaluas fore permittere videntur. At cur obſecro tam exaſperatis animis aduerſus iſtud hominum genus Iureconſulti conſtituerunt? Sanè non alia ratione (vt opinor) niſi quod vt plurimum genus hominum
4. improbiſſimum ſit & contra mercatores cum furibus plerumque paciſci ſolitum. *Vt in princip l.* Qua ratione, ſi tam acriter ac durè aduerſus eos conſtitueretur, exiſtimabant prudentiſſimi viri delictis huiuſmodi occurrere ſe poſſe, maioremque diligentiam impetrare.

ILLATAE SVNT. Sed an ad ignorantiam quoque nautarum iſtud referri debeat: diſputat hoc loco Accurſius, definitque referri non
5. poſſe: & (meo iudicio) rectè. Ignorantia enim conſenſum excludit. Qui autem non conſentit, minimè tenetur; cùm conſenſu fiant
6. obligationes. *l. 2. inf. de actio. & obligat.* Sed & cum in alieno facto probabilis ignorantia ſit, *l. plurimum inf. de iur. & fact. igno.* tantum certè operari debet, quod diſpoſitio noſtra generaliter loquens generaliter intelligi nòn debeat. *Rom. in l. ſi vero. §. de viro, inf. ſoluto matr.. num. 1.* & vt Accurſius exiſtimat, ignorans rectè excuſabitur. Cæterum ſi de probanda ignoran- 7.
tia quæſtio inciderit, præſumi eam arbitror, & ſcientiam per aduerſarium probandam eſſe, *c. p. præſumitur, de reg. Iur. in 6.* Quod autem Vlpianus alio loco hic ab Accurſio in contrarium producto, reſpondeat, depoſiti contra eum agi poſſe, qui ciſtam cum rebus quas tamen ignorauit, cuſtodiendam ſuſcepit. *l. 1. § ſi ciſta, inf. depoſiti*: aduerſus hanc noſtram doctrinam non militat. Quamuis enim quid in ciſta incluſum erat ignorabat: ipſam tamen ci- 8.
ſtam rectè concluſam ſcienter recepit: eadem igitur ratione eodemque modo reſtituenda erat. Hic autem de nautis cæteriſque edicto contentis fit mentio, qui nec contentum, nec continens, depoſitum ſciant. Quo fit, vt rebus quas inuectas ignorant, diligentiam adhibere non poſſint.

SED ET VECTORVM. Diſſidere hoc titulo inter ſe Iureconſulti videntur; idque nō modicum. Ait enim hic Vlpianus, magiſtrum nauis non ſolum nautarum, ſed & vectorum, factum 9.
præſtare debere. *in § nauta ſupra eodem.* Qui tamen idem paulò ſuperius remigum meſonautarumq; factum minime ad magiſtrum pertinere adfirmauit. Sed & ſequenti lege Caius cauponem ex viatorum facto ſimpliciter teneri aſtruit, quē tamē Vlpia. alio loco *In l. licet. §. in factum, inf. eod.* pro his tantum teneri exiſtimat, qui habitandi cauſa in caupona ſunt, non item pro eo qui hoſpitio repentino ſuſcipitur, veluti viator. Quod autem in diuerſam partem vectorum, interpretationem diſtrahat Accurſius, non omninò rectè procedere exiſtimo, cùm toto hoc titulo vectorum appellatione non alij accipiantur, quàm qui ob hoc tantum in naui ſunt, vt vehantur. *Budeus hic.* Nemo eſt qui hæc rectè perpendit, ſed (vt pleraque omnia hoc titulo) ſicco tantum pede pertranſeunt. Ego verò hanc rem ita intelligendum arbitror, quod qui cuſtodiam recepiſſe intelligitur, à furto & damno defendere debet, & aduerſus quoſuis. *l. naut. inf. eo.* quod & Baronem ſentire hic video, igitur & eorum furtum qui vt vehantur in naui ſunt, præſtare debet. Cæterum quod Vlpianus ait per Meſonautam exercitorem non obligari: ad contractum, non item ad quaſi delictum referri debet, vt ex ſequentibus euidentiſſimè colligi poteſt. Porrò quod à Caio Vlpianus non diſſideat, neque contrarientur eorum reſponſa, ſuo loco inferius declarabitur. In delictis tamen aliud longè receptum eſt. Etenim cum maleficia ſuos tenere authores debeant, *l. ſancimus, C. de pæn.* ex vectorum delicto exercitor conueniri non poteſt. *l. 1. in fi. inf. fur. aduer. naut.* In eo igitur hic titulus ab eo diſcrepat, qui poſtea ſequitur, FVRTI ADVERSVS NAVTAS, CAVPONAS, STABVLARIOS &c. quod hic præ-

ſens

ſens datur ex contractu, ſcilicet ex recepto, vel quaſi maleficio: at ille ex delicto tantum. *Bar. in rubrica d.tit.*

Ex hoc edicto in factum actio proficiſcitur. Sed an ſit neceſſaria, videndũ. Quia agi ciuili actione ex hac cauſa poterit, ſiquidem merces interuenerit, ex locato & conducto. Et ſi tota nauis locata ſit: qui conduxit, & conducto etiam de rebus quæ deſunt, agere poteſt. Si verò res perferendas nauta conduxerit, ex locato conuenietur, ſed ſi gratis res ſuſceptæ ſint (ait Pomp.) depoſiti agi potuiſſe.

SVMMARIA.

1. *Actionis in factum diuiſio.*
2. *Actio in factum quo pacto ab alijs actionibus diſtinguatur.*
3. *Actionis in factum origo*
4. *Actio in factum hic duplex.*
5. *Actio ſubſidiaria quæ & quando detur.*
6. *Actio ciuilis quæ ſit.*
7. *Actio ciuilis an de iure ciuili introducta ſit.*
8. *Vldaricus Zaſius.*
9. *Explicata lex 2. ſupra de orig. iur.*
10. *Merces in locatione debet eſſe certa.*
11. *De toto & parte quid iuris.*
12. *Depoſitum debet eſſe gratuitum.*

EXplicatis verbis edicti prioris, pergit Vlpianus ad poſterioris edicti partis interpretationem, & quale iudicium id ſit quod Prætor daturum ſe pollicetur, examinat. Ait autem, in factum actionem dari: Actio verò in factum (vt alio loco exiſtimat Accurſius *In §.vlt. inſtitut. de interdict.*) quadruplex eſt:
1. Vna quæ ex omni edicto, vel interdicto Prætoris datur. Alia legis Aquiliæ ſubſidiaria. Alia extraordinaria, quæ ex varijs cauſarum figuris introducta eſt. Alia actioni de præſcriptis verbis omnino æquiparata. Verum Fabro
2. ea diſtinctio non probatur, *Ibi.* qui vnicam tantum in factum actionem eſſe exiſtimat, quæ ex varijs cauſarum figuris, varijſque factis & medijs, non autem ex vno cauſatur. Actiones aliæ nominatæ, ex vno medio deſcendunt, vtpote actio ex vendito: quia venditum, actio ex locato: quia locatio interuenit, & ita de cæteris. Actio autem in factum ex incerto, quo fit vt cùm nominari certo nomine non potuerit, in factum dicatur, quia ex facto recitato deſcendit. Cum enim legum authores ingentem caſuum diuerſitatem viderent, vt
3. complecti omnes certis nominibus non poſſent: facti nomine tanquam communiſſima deſignatione omnium quæ inter homines agerentur, notandos cenſuerunt. Oritur itaque
4. ex hoc edicto actio in factum duplex. Altera ad recuperandum res illatas in nauim, cauponam, vel ſtabulum, quæ Vlpiano honoraria de recepto actio hoc loco vocatur. Altera ad mulctandum exercitorem introducta, ob delictum familiæ ſuæ in rebus fidei eorum concreditis, commiſſum.

SED AN NECESSARIA. Vtique non neceſſaria videbatur: quia agi ciuili actione ex hac cauſa poterat. Vnde cùm ea ciuilis ordinaria actio competat, non videtur ad actionem in in factum quæ extraordinaria tantum eſt. *Iaſon. in l. quotiens, numero 1. inf. de præſcrip. verb.* & ex æquitate Prætoris introducta. *Iaſon in l. naturalis. §. quod ſi faciam, numero 5. eo. tit.* confugiendum eſſe. *l. in prouinciali. §. ſed ſi in loco, inf. de noui op. nunci.* Actio enim ſubſidiaria à ſubſidio nomen habet, quod ſcilicet his qui 5.
nulla actione ordinaria experiri cum aduerſario in iudicio poſſunt, ſubueniat. Ita quoque propriiſſimè in factum actio ſubſidiaria dicitur, quia alijs actionibus deficientibus, tanquam poſtremus comes alijs ſuccedens, per leges ſurrogatur.

QVIA CIVILI ACTIONE. Ciuilis actio ea propriè dicitur, quæ à Iure ciuili formam re- 6.
cepit. *Iaſon in §. ſupereſt, numer. 46. inſt. de actio.* Non autem (vt communiter exiſtimatur) quod actiones à iure ciuili introductę fuerunt. Nã (vt 7.
rectè Zaſius vir in omni ſcientia longè exerci- 8.
tatiſſimus & totius Germaniæ decus, ait, *l. 2. ſingul. reſpon. ca. 5.*) hiſtoriarũ peritis compertũ eſt, in iure gentium multis ante ius ciuile ętatibus actiones fuiſſe & iudicia. Quod ſanè neceſſariũ tunc temporis erat, quò dominia rerũ diſtincta erant, limites agris impoſiti, & contractuum obligationumq; vſus plurimũ vigebat. *l. ex hoc iure ſupra de iuſtit. & iur.* Ad quid enim hęc omnia profuiſſent, ſi non pro his actio cõceſſa fuiſſet? Erant itaque ante ius ciuile actiones, ſed (vt ille ait) informes, rudes, vagæ, quas lex tandẽ compoſuit, certas & ſolemnes fecit, non autem de nouo inuenit. Quo ſpectare mihi Pompo. verba videntur, dum ait, *In l. 2. §. dein-* 9.
de, ſupra de orig. Iur. DEINDE EX HIS LEGIBVS EODEM FERE TEMPORE ACTIONES COMPOSITAE SVNT &c Non ait inuentæ ſunt, ſed compoſitæ, id eſt, ordine poſitæ ſunt, actioneſque antè informes à iure ciuili formã receperunt. Ne populus prout vellet eas inſtitueret.

SI QVIDEM MERCES. Scilicet certa. Ad hoc enim vt locationis & conductionis contractus procedat, certa merces conſtitui debet. *§. 1. inſtit. de locat.* Quod vſque adeò verum eſt, vt ſi merces generaliter alieno arbitrio 10.
promiſſa ſit, locatio & conductio contrahi non videtur *l ſi merces, inf. locati.* Quod ſi prorſus nulla merces eo nomine præſtanda deſignata ſit: nõn ex locato & conducto, ſed mandati iudicio experiendum erit. *l. ſi tibi polienda. inf. de præſcript. verb.* Si verò inter nautam & vectorem ita conuenerit, quod tantum nauta accipiet, quam inter ipſum & vectorem poſtea conuentum erit: intelligetur contractus innominatus inter partes initus, & præſcriptis verbis actio dabitur. *l. 1. & 2. eo tit. &*

Cantiunc.in § 1.*inſtitu.de locat.*

11. Et si tota. Quod enim iuris eſt de parte quo ad partem, idem quoque iuris eſt da toto quoad totum *text.& doct.in l.vxori,inf.de legat.* 3. Sed ſi pars nauis conducta ſit, ex conductu agere licet. Idem ergo ſi nauis tota locata ſit, obſeruandum erit.

Sed si gratis. Nam ſi propter cuſtodiam aliquid datum ſit nautæ pro opera ſua, non depoſiti, ſed locationis contractus orietur,& ex conducto agendum erit. *l.* 1. §. *ſi ve-*
12. *ſtimenta, inf. depoſit.* Depoſiti autem obligatio, vt plurimum deponentis gratia contrahitur, & gratuitum eſt officium eius qui depoſitum rogatus ſua fide cuſtodiendum recepit, *dicta l.* 1.§ *ſiquis.*

Miratur igitur cur honoria actio ſit inducta, cum ſint ciuiles: Niſi forte (inquit) ideo vt innoteſceret Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum: quia in locato & conducto culpa, in depoſito dumtaxat dolus præſtatur. At hoc edicto omnimodo qui receperit, tenetur & ſi ſine culpa eius res perierunt, vel damnum datum eſt: niſi ſi quid damno fatali contigerit. Inde Labeo ſcribit: Siquid naufragio aut per vim piratarum perijt: aut damnum datũ eſt, non eſſe iniquum exceptionem ei dari. Idem erit dicendum & ſi in ſtabulo, aut in caupona vis maior contigerit. Eodem modo modo tenentur & caupones & ſtabularij, ſi quod exercentes negotium ſuum, recipiunt. Cæterum ſi extra negotium receperint, non tenebuntur.

SVMMARIA.

1. *Honoria actio quæ ſit.*
2. *Prætores Romæ duo.*
3. *Prætorum dignitas quæ.*
4. *Actio ordinaria quando ab extraordinaria ſuperetur.*
5. *Puniri ſine culpa nemo debet.*
6. *Puniri quis ex cauſa ſine culpa poteſt.*
7. *Caſus fortuitus vtrum ad nautas pertineat.*
8. *Amiſsionem quis & quomodo probari debet.*
9. *Præſumptio eſt ex præterito in præſens.*
10. *Culpam vtrum mercator probare debet.*
11. *Damna peccatis promeremur.*
12. *Vis maior quæ ſit.*
12. *Peccans extra officium, de officio puniri non debet.*

Honoraria. Actio honoraria à Prætore introducta eſt, & ab honore Prætori de
1. lato nomen accepit. Nam cũ (vt Pompon. author eſt, *l.* 2. *ſupra de orig. Iur.*) Conſules bellis finitimis à iure dicendo cui præerant, auocarentur, ita vt in ciuitate iudice aliquo opus eſſet, qui populi controuerſias derimeret: factum
2. eſt vt prętores duo crearentur. Vrbanus primũ, qui in vrbe tantum & inter ciues Romanos ius dicebat. Peregrinus deinde alius, qui inter extraneos iura reddebat. Et his ſanè data eſt 3. poteſtas adiuuandi, ſupplendi, atque corrigendi ius ciuile, prout publicè intereſſe videbatur, *l. Ius autem ciuile, ſupra de iuſtit. & iur.* Et hic honos Prætori ſemper habitus eſt, vt eius edictis pro publico iure vteretur. Quapropter velut per antonomaſim ab honore quo regijs penè inſignibus & apparatur ferme conſulari, Lictoribus ſex, ſella curruli & trabea, Prætores ſupra cæteros iudices fungebantur, ea autoritas eorum edictis tributa eſt, vt ius honorarium dici cœperit, *Zaſius in d.l.* 2. atque dehinc, hæc noſtra in factum actio honoraria dicta eſt, quam à Prætore introductam eſſe conſtat.

Nisi forte. Quæſtioni igitur propoſitæ reſpondet Vlpianus, Prætoremque nihil magis quam vt improbitatem nautarum cæterorumque eorum qui edicto continentur, graui pœna coerceret, cordi habuiſſe declarat. Coercebit autem potiſſimum & amplius, ſi edictum & honorariam actionem quam ſi ciuilem tantum inſtituat, in qua dolus & culpa ſolum præſtatur, *l. contractus, inf de reg Iur.* Quod quia incidenter hic ſolum allegatur, latius examinare non conſtituimus.

At hoc edicto. Quamuis itaque inter ſubſidiarias tantum actiones edictum iſtud numerari poſſit: eam tamen vim ac poteſtatem habet, vt ab ordinaria ciuili actione repelli nequeat. Quod autem ſuperius à nobis definita eſt tum demum locum obtinere, cum aliæ actiones deficiunt: illud tamen tunc verum non eſt, quando ſubſidiaria actio coadiuuandi cauſa introducitur, *l.* 1. §. *vnde quæritur, inf. de publico. & vectigal.* Sed & cum extra- 4.
ordinaria actio vberior eſt, & pleniorem vtilitatem actori adfert: à ciuili ordinariáve minimè impugnari poteſt *Bart. in l.ſi.C ſi aduer. rem iudi. Roma. conſil.* 220. *colum.* 7. Sunt equidem caſus quamplurimi, in quibus ordinaria actio ſubſidiariam impedire nequit, *Iaſon in l. in prouinciali.* §. *ſed ſi in loco, inf. de oper. no. nunciat.* ſed hoc loco haud idoneæ à nobis repetendæ.

Etiam si sine cvlpa. Sine culpa enim 5.
(ſi modo cauſa ſubſit) puniri quis poteſt, quod alio loco fuſiſſimè à nobis tractatũ eſt, *In cap. ſine culpa, extra de reg. Iur. in* 6. Ipſo namque 6.
contractu nauta conſentire videtur, vt merces ſaluæ omnino reſtituantur, etiam ſi ſine culpa eius perierint, aut damnum datum fuerit. Sic & innocens ob facti atrocitatem, non tamen non exiſtente cauſa, ſæpe punitur. Ex ſenatuſconſulto enim, de ijs quoque ſeruis ſupplicium ſumitur, qui ſub eodem tecto fuerunt, ſub quo dominus à conſeruis interemptus eſt, *l.* 1. *inf. ad S. C. Sillya.* quod eleganter apud Vlpianum Iurecon. deſcribitur. Habuit tamen aliquid ex iniquo omne magnum exemplum

plum, quod contra ſingulos vtilitate publica rependitur. Sic & eorum filij qui violentas in principem manus coniecerunt, etiam innocentes abſque culpa puniuntur. Subeſt tamen cauſa, vt filiorum ſaltem amore ab huiuſmodi ſceleribus alij deterreantur, *Alci. in l. aliud eſt fraus inf. de verb. ſigni.* Quamuis itaque durum & ab omni Prætoris humanitate alienum videri poſſit, ſine culpa nautam puniri: cauſa tamen ſubeſt hic in textu per Vlpian. allegata, quod genus hoc hominum vt plurimum impuriſſimum eſſe ſoleat, quorum improbitatem reprimi, maxime reipublicæ intereſſe videbatur.
7. Vtrum autem de caſu fortuito nautæ, caupones & ſtabularij teneantur, ſunt qui hoc loco tradiderunt, *Albericus & alij*. Eorum autem opinio inualuit qui negatiuam partem ſecuti ſunt. Quæ enim fortuitis caſibus accidunt, quum prouideri non poſſint: à nemine præſtari debent, ſi non ſpecialiter eius quoque periculum ſuſceptum ſit, *l. quæ fortuitis*, *C. de pignor. act.* Quis autem amiſſionem probare debeat, nautáne qui rem amiſſam aſſerit, an vector qui rem & merces repetit, à multis examinari ſolet, communiter tamen concluſum video, probationis difficultatem in nautam tranſire, non ſolum iureiurando, ſed manife-
9. ſtis probationibus, *l. ſi creditor. d. tit.* Hac nimirum ratione, quod in iis quæ non mutantur ſolum temporis curſu, præſumptio iuris ſit ex præterito tempore in præſens, *l ſiue poßidetis, C. de probat.* præſertim in nauta qui ex contractu eſt obligatus, & iure actionis tenetur. Manifeſtè autem probationes erunt ex circunſtantijs, confeſſione partis rem amiſſam confitentis: teſtes, & his ſimilia. Sic autem in genere probata amiſſione, vter debeat quod reliquum eſt probare, non omnino male quæritur: vectorne culpam nautæ, an verò nauta caſum fortuitum? Sanè nautam caſum fortuitum probare debere, argumento à ſimili conuinci videtur. Is enim qui ob capras male cuſtoditas liberari petit, probare debet latrones, capras, citra ſuam fraudem abegiſſe, *l. ſi quis fundum. §. Imperator inf. locat.* Cæterum plerique aliter, *In d l ſi creditor*, ſentiunt, nempe ad repetentem rem ſuam doli & culpæ probationem tranſire. Ego priorem ſententiam ſequi
10. malim, ita tamen, vt vector rem ſuam iuſtè repetere poſſit, contra quem nauta excipiendo amiſſionis modum aſſumere debet, in quo quidem, ſi reperiatur caſus merè fortuitus, & qui culpam in ſe regulariter non habet, ſatis erit exceptio nautæ fundata. Non enim ſufficiet quod furto omiſſas eſſe merces exceperit nauta, ſed in proponenda exceptione, addat aliquas facti furti circunſtantias, per quas præſumptionem culpæ illis ferè ſemper inhærentem excludat, *l ſi vendita. inf. de pericul. & com. rei vendit.* Quo caſu liberum adhuc vectori erit de culpa replicare.

NISI SI QVID. Vim itaque maiorem & quæ præuideri non poteſt, ſummo iure ſpecialiter, & ob contractum præſtare tenebantur. Cæterum id ex æquitate non eſſe Prætor arbitratus, exceptionem dare conſtituit. Fatale 11.
igitur damnum (quod plerumque ob hominum peccata irrogatur, & vnde nomen habere exiſtimo, *Vide Alci. ad l. ſi merces. §. vis maior, inf. locat. in lib. praterm ſſ. 2.*) ſeu vim maiorem eos præſtare iniquum eſt. Eſt autem vis maior 12.
cui reſiſti non poteſt. Qua ratione defendi poſſe exiſtimauero, ſi exercitus præteriens, ſeu hoſtis vrbem vi occupans, res alicuius in hoſpitio depoſitas, & fidei cauponis mandatas, abſtulerit: minimè edicto cauponem teneri: eo quod reſiſtere non potuerit, *Arg. in l. ex conducto, eod. tit.*

EODEM MODO. Eorum itaque officium, pro in factum actione conſequenda, qui edicto continentur, reſpicimus. Cæterum ſi quid cuſtodiendum ab aliquo receperint, non ſub officij exercitijve nomine, ſed amicabiliter tantum, & vt ſimplices merique depoſitarij: non ex dolo & culpa omni, ſed ordinaria tantum depoſiti actione conuenientur, *Bal. Accur. Roma. & Albéri. hic.* Ex quo non improbabiliter referri poteſt, quod ſi iudex in officio ſuo peccauit, delictum tamen ad officium non pertineat: vt non vt iudex, ſed vt priuatus tantum puniri debeat.

Si filiusfa. aut ſeruus receperit, & voluntas patris vel domini interuenerit: in ſolidũ erit conueniendus. Item ſi ſeruus exercitoris ſurripuit, vel damnum dedit, noxalis actio ceſſabit: quia ob receptum dominus ſuo nomine conuenietur. Si verò ſine voluntate exerceant, de peculio dabitur.

SVMMARIA.

1. *Ratio legis.*
2. *Facere per ſe vel per alium nihil intereſt.*
3. *Actio de peculio quando detur.*
4. *Actionis de peculio ratio.*
5. *Pater de peculio caſtrenſi non tenetur.*
6. *Vlpianus conciliatur.*
7. *Noxalis actionis vis.*

IN SOLIDVM CONVENIENDVS. Etenim qui ita cum nauta, caupone, ſtabulario, filiofamilias vel ſeruo contrahit, fidem domini vel patris ſequi videtur, *Inſtitut. quod cum eo qui in alie. §. 1.* Qua ratione mirum videri non 1.
debet, ſi inſolidum à vectoribus conueniri poſſint. Per me enim ſeu per alium quid fecero, nihil intereſſe exiſtimandum eſt, *l. 1. §. deieciſſe, inf. de vi & vi arm.* Cæterùm ſi ſine voluntate domini vel patris exerceant, de peculio tantùm actio dabitur. Sed quamuis de peculio tantùm actionẽ dari dixerimus, vbi ſine voluntate eorum in quorum poteſtate ſunt, contrahunt, dubium tamen non eſt, quin & eorum quoque intercedente voluntate, de peculio

culio agi poſſit. Sed erit ſtultiſſimus, ſi omiſſa actione qua facillimè ſolidum ex contractu conſequi poſſet, ſe ad difficultatem probandi perducat, ſeruum aut filiumfamilias peculium habere, *Inſtitut. quod cum eo. §. Cæterum.* Cæterùm ſiquid inuito, inſcio, aut non conſentiente patre, filius commiſerit, peculio tenus tantùm eo nomine obligat parentem. Æquiſſimum enim id eſſe Prætor ea ratione arbitratus eſt, quòd ſæpenumero vel parentes filijs vel domini ſeruis, non expreſſo certæ negotiationis genere peculium concedunt. Ex quo cùm præſumpta ſaltem concedentium voluntas emergat, peculio tenus obligari debent. Obligantur autem parentes non ſolum ignoranter, ſed & inuiti quoque & contradicentes, *l. ſi quis ſeruum §. fin. inf. de pecu.* Verumtamen quia voluntas hæc non omnino ſimplex eſt & abſoluta, & ad illud tantum peculium (vt præſumptione colligitur) reſtricta: noluit Prætor eadem æquitate, vltra peculium patrem dominumve obligari, *Bar. in l. 1. inf. de*
4. *pecu. Iaſ. in §. actiones autem, inſtit. de actio.* Et quamquam nihil contraxerint domini vel patres, vnde naſcatur obligatio, & ſic ſummo iure actio in eos videbatur dari non poſſe: ne tamen decipiantur bonafide contrahentes cum ſeruis vel filijsfamilias: exiſtimauit Prætor his caſibus ſummi iuris regulas ceſſare debere.
5. De caſtrenſi verò peculio, viuo filio pater non tenetur, ſed in ipſum filium ad exemplum patrisfamilias actio conceditur, *l. 4. §. 1. inf. de caſt. pec.*

ITEM SI SERVVS. Hic iterum à ſeipſo Vlpianus diſſentire videtur, dum noxalem actionem ceſſare adfirmat, paulò autem inferius, *in l. fina. §. ſeruorum inf. eodem.* ſeruorum nomine, noxali teneri dominum contrariè definit. Verum ſi quis penitius quod res eſt
6. perſpiciat: nullam vtique diſſentionem inueniet. Si enim ſeruus qui domini voluntate nauem exercet ſurripuerit vel damnum dederit, non ex hoc edicto vt recepta reſtituantur, dominus noxaliter conueniri poterit, qui ex contractu ſerui tenetur, *vt hic.* ſed ex ſecundo edicti capite quod de maleficio eſt, noxaliter conueniri poteſt, quod & Accurſius cum Odofredo cenſuit. Noxalis autem actionis ea poteſtas eſt, vt ſi damnati fuerimus, licet nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit, litis æſtimationem euitare, *l. 1. inf. de noxa. act.*

Hæc autem actio rei perſecutionem continet: vt Pompo. ait, & ideo in hæredem & perpetuo dabitur.

SVMMARIA.

1. *Actiones perſecutoriæ quæ ſint.*
2. *Cur in hæredem dentur.*
3. *Actiones Prætoriæ quando in hæredem non dantur.*

HÆC AVTEM ACTIO. Quæ ſcilicet de recepto eſt. Ea enim actio quæ ex poſteriore edicti parte oritur, mixta eſt, & pœnam cum re continet. Dicuntur autem perſecutionem rei continere omnes reales atque etiam perſonales actiones, quibus id tantum exigimus, quod in obligationibus extra pœnam leges venire ſtatuerunt. Illæ autem actiones quæ cum conſtitutione pœnæ proditæ ſunt, pœnales vocantur. Mixtæ verò actiones, per quas ſimul rem & pœnam perſequimur, *§. mixta & §. rei, inſtitut. de act.* In hæredem verò & hæredi dari, rectè Vlpianus ait. Manifeſtum enim eſt, hæredes ex defuncti contractu (vtpote in vniuerſum ius quod defunctus habuit, ſucceſſores, *l. hæreditas, inf. de verb. ſigni.*) vel quaſi, æquè conueniri quàm alios conuenire poſſe, *l. ex contractibus, l. ex depoſiti, inf. de act. & oblig.* Quod igitur dici ſolet, Prætorias actiones contrahi hæredem non dari, non ad rei perſecutorias, ſed ad pœnales tantùm actiones referendum eſt, *l. ſi ab inſtituto. §. hæredem & ibi Romã in fi. inf. ſi quis omiſſa cauſa teſta.*

Nouiſſimè videndum eſt, an eiuſdem rei nomine, & de recepto, honoraria actione, & furti agendum ſit: & Pompo. dubitat: ſed magis eſt vt vel officio iudicis, vel doli exceptione alterutra eſſe contentus debeat.

SVMMARIVM.

1. *Actiones plures an ſimul coniungi poßint.*

AN plures actiones ſimul concurrere, & vbi plura remedia competunt, vnà aduerſus eundem coniungi poſſint, fuſiſſimè & à plurimis hoc loco diſſeritur. Etenim cùm Vlpianus hic dicat, actiones pœnales de eadem re concurrentes inuicem non conſumere ex Seuer. Antoninique conſtitutione, *l. 1. C. de furt.* ſcrupulus emergit, ex qua communi interpretum ferè eſt concluſione receptum, quòd actione vna electa, ab altera recedere oporteat. Quæſtionem hanc (quòd aliàs, *In cap. nemo pluribus, extrà de reg. iur. in 6.* nobis excuſſa ſit) compendioſè abſoluendam exiſtimo. Actionum itaque aliæ pœnales ſunt, aliæ rei perſecutoriæ, aliæ mixtæ. Si igitur pœnales actiones plures, & ex eodem delicto originem ſumentes concurrant, alia per exceptionem aliam tollit, ſi non in vna plus fuerit. At ſi plus commodi altera habeat, idipſum per aliam tolli non poteſt, *l. 1. & ibi docto. inf. de vi bonorum rapt. & l. 1. inf. ar. fur. caſa.* Exemplo res fiet clara. Si arbores meas furtim quis cædat ſteriles faciendo, varijs à me actionibus conueniri poteſt. Actione nempe legis Aquiliæ ex ſecundo capite: actione furti, ſi arbores amouit: & actione ex lege duodecim tab. quæ iniuriam proſequitur. Actiones quidem hæ omnes, contra eundem hominem proditæ ſunt,

ſunt, non tamen aliter, quàm vt id quod actor ex vna conſecutus eſt, amplius ex altera conſequi non poſſit. Et è contrariò, quod ex vna non habet, ex alia (ſi plus contineat) conſequi non prohibetur. Porrò ſi ex diuerſis cauſis plures actiones pœnales natæ ſint, vna aliam non
19. tollet, *l. numquam. inf. de priuat. delict.* Quod ſi plures actiones rei perſecutoriæ contra eundem competunt, non quidem per concurſum, ſed per exceptionem vna per aliam tollitur. Si verò contra diuerſos, diuerſo iure vtimur, *l. ſi merces § culpa. inf. locat.* Poſtremò ſi alia pœnalis ſit, alia verò rei perſecutoria: regulariter alia per aliam non conſumitur. Nam ſi vendicatione tecum expertus ſim, rem etiam conſecutus, furti adhuc agere potero, *l. ex ping. §. cum furti, inf. de fur.* quæ tamen doctrina tunc vera non eſt cum vna ex iure ciuili, altera verò ex beneficio Prætoris deſcendit, *Panor. & Pet de anchora. num 7. in cap. fina. de collu. tegend.* Cum igitur furti actio ciuilis ſit: quæ autem contra nautas de recepto datur, honoraria & Prætoris beneficio proſiliens: rectiſſimè infert. Vlpian. officio iudicis vel doli mali exceptione actorem repelli poſſe, qui alterutra contentus eſſe recuſat.

LEX IV.

Paulus lib. 22. ad Edictum

Sed & ipſi nautæ furti actio competit, cuius ſit periculo, niſi ipſe ſurripuit: & poſtea ab eo ſurripiatur: aut alio ſurripiente ipſe nauta ſoluendo non ſit. Si nauta nautæ: ſtabularius ſtabularij: Caupo cauponis res receperit: æquè tenebitur. Iulianus dixit etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ poſt impoſitas merces in nauem, collocataſq; inferentur: etſi earum vectura non debetur (vt veſtimentorum vel penoris quotidiani) quia hæc ipſa cæterarum rerũ locationi accedunt.

SVMMARIA.

1. *Ratio legis.*
2. *Actio mauis eſt quam excludit inopia debitoris.*
3. *Nemo ex improbitate ſua commodum ſentire debet.*
4. *Fur an furti agere poſsit, & quando.*
5. *Furtum abſque animo furandi non committitur.*
6. *Infamis agere non poteſt.*
7. *Fur infamis eſt.*
8. *Commodatarius peioris conditionis quam conductor.*
6. *Aues concoloribus plumis vna volitant.*

1. SED ET IPSE NAVTA. Quia eius intereſt rem perſequi, atque proinde furti actione experiri poteſt: *l fullo. inf. de furt.* quoniam periculum rerum ad eum pertinet, *l. eum. eod. tit.* Non tamen aliter furti actionem competere placuit, quam ſi ſoluendo fuerit, hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſſit. Nam ſi ſoluendo non ſit: tunc quia ab eo dominus ſuum conſequi non poſſit: (qui enim non habet quod reddat, eius periculo nihil eſt, *l. Itaque, eodem tit. Item ſi fullo, Inſtitut de oblig. quæ ex delict.*) ipſi domino, furti competit actio. Idem eſt, ſi in parte ſoluendo non fuerit. Nam 2.
(vt Iabolenus l.b. 15. ait) ſoluendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum ſoluere poteſt. *l. ſoluendo, inf. de verb. ſigni.* Porrò ſi ipſe rem ſurripiat nauta, quæ & ei quoque furto deinde ſublata eſt: quamuis interſit eius rem non ſurripi, furti tamen actio non dabitur. Nemo
enim ex improbitate ſua actionem conſequi 3.
debet. *d. l Itaque in princi.* Et ideo ſoli bonæfidei poſſeſſori, non item malæfidei, furti actio conceditur. Quæ etſi ita ſint, an ab Vlp. tamen verbis, *In l. qui vas. §. ſi ego. eodem tit.* ſufficienter defendi poſſint, perſpiciamus. Si ego (inquit) tibi polienda veſtimenta locauero, tu verò inſcio aut inuito me commodaueris Titio, & Titio furtum factum ſit, tibi competet furti actio: quia cuſtodia rei ad te pertinet, & mihi aduerſus te nihilominus: quia non debueras rem commodare, quod faciendo furtum admiſiſti. Eſt igitur hic caſus, quo fur fur- 4.
ti agere poteſt. Quæ igitur huius exceptionis ratio? cur ex improbitate actionem conſequitur? Sunt qui in iuſto commodatarij initio & intercedente domini voluntate, rationem conſtituunt, *Alberi. & alij in l. fin. C. de furt.* Sed ego huiuſmodi rationem omnino probare non poſſum, quam aperto textu conuinci exiſtimo, An ne enim in quo nunc verſamur caſu, domini voluntate ad nautam merces peruenerunt? Id vtique negari non poteſt, cùm expreſſè contractus interceſſerit. Cur igitur ſi furtum nauta admiſerit, contra ſurripientem à ſe furti actionē experiri non poteſt? Communis itaque ſolutio traditur, *In d. l. fin. & ind §. qui vas.* (quam & Albericum quoque, meliora deinde ſecutum & à priore ſententia recedentem, tenuiſſe reperio) quòd in contrario furtum quidem, ſed reſpectu vſus tantùm, commodatarius admiſerit, dominumque non re ſua, ſed vſu ſolùm ſpoliare voluit. Quo, fit vt reſpectu rei agere non prohibeatur. Porrò ſi nauta furtum faciat, non vſu ſolùm, ſed & proprietate quoque dominum priuare contendit. Cùm itaque circa proprietatem rei, peccare commodatarius noluerit, æquum eſt vt à reuocatione rei minimè repellatur, qui cum animum furandi non habuit, *§. placuit in fi. inſt. obl. ſat. quæ ex delict.* quo ad proprietatem furtum admiſiſſe dici non poteſt. Plane
cum inuito domino vti voluit: eius rei gratia 5.
furti actione tenetur. Quòd autem nauta à furti actione excludatur, non ea ſolùm mihi videtur

videtur eſſe ratio, ne ex improbitate ſua lucrum accipiat: ſed & quia (vt à plurimis exiſtimatum eſt, *in cap. conſtituimus* 3. *q.* 5. *cap. licet* 3. *de teſt. l. vnic. C. de infa. lib.* 10. *cap. pen.* 5. *q.* 4.) infamis agere non poteſt. Quin & à reo per exceptionem à limine iudicij repelli poterit.
6. Furem autem infamem eſſe, nemo rectè negat, *furti ſup. de his qui notan. infa.* Sed & aliud hic ex Iuſtiniani deciſione, *in d. l. fina.* dubium oritur, qui arbitrio domini nulla diſtinctiouis ratione habita, ſoluendo ne ſit an non commodatarius, ponit: vel cum commodatario ipſo, vel cum eo qui à commodatario rem ſurripuit, furti actione experiri. Quamobrem quod hoc loco dicitur, quodammodo correctum videri poſſet. Cæterum aliter res ſe habet. Quia cum nauta vtriuſque gratia contractus initur: at cum commodatario eius vnius ergo, atque proinde æquius eſt, liberalis domini arbitrio, ſaltem actionis electionem relinqui.

SI NAVTA NAVTAE. Quod mirum videri poteſt. Cum enim concoloribus plumis (vt ille ait) aues vna volitent, furemque fur agnoſcat, & latro plerumque latronem non iugulet: nihil minus pręſumendum videbatur, quam quod cum furibus hoc genus hominum coiret. Atque proinde edicti ratio ceſſare debebat. Contra Paulus decidit, cum nec frater à fratre, nec ſocer à genero tutus ſit, & vt plurimum homines iſti, non tam gratia quàm inuidia coeunt, & vt figulus figulum odit, ita & horum quoque gratia rara eſt.

IVLIANVS. Quæ hoc loco ſcribenda forent, & ſequentem quoque legem ſufficienter interpretati ſumus. Quapropter ad §. fina. qui reſtare videtur, interpretationem accedemus.

LEX V.

Gaius lib. 5. Edic. prouinciale.

Nauta, & caupo, & ſtabularius mercedem accipiunt non pro cuſtodia, ſed nauta vt traijciat vectores: Caupo vt viatores manere in caupona patiatur: Stabularius vt permittat iumenta apud eum ſtabulari: & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur. Nam & fullo, & ſarcinator, non pro cuſtodia, ſed pro arte mercedem accipiunt, & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur. Quæcumque de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi. Non enim dubitari oportet, quin is qui ſaluum fore recepit, non ſolum à furto, ſed etiam à damno recipere videatur.

SVMMARIVM.

1. *Ex æquipollentibus quid fiat nihil intereſt.*

Siue furto merces ablatæ ſint, ſiue in his damnum acceptum ſit, ſecundùm cuiuſque rei qualitatem, & cauſæ conditionem, nautæ, caupones, & ſtabularij edicto tenentur. Omnino enim ex contractu præſtare debent, vt res ſaluæ reſtituantur. Quapropter cùm ſaluas non magis reſtituere poſſint, damno pro parte dato, quàm ſi pars furto ablata foret, rectè dixit Caius, quæcunque de furto dixerit, eadem & de damno intelligi debere. Etenim ex æquipollentibus quid fiat, parum aut potiùs nihil intereſt, *l. nauis. §. fina. inf. ad l. Rhod. de iact.* Et quamuis paritatem hanc inter damnum & furtum IC. poſuerit: exiſtimat tamen Accurſius, ſoli domino, non item nautæ, legis Aquiliæ actionem competere. Nam (vt Vlpianus ait, *l. Item mela. § l. inf. ad l. Aquil.*) legis Aquiliæ actio hæro competit, hoc eſt domino. 1.

LEX VI.

Paulus lib. 13. ad Edictum.

Licèt gratis nauigaueris, vel in cauponam gratis diuerteris, non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, ſi damnum iniuria paſſus es. Si ſeruo meo in naui vel in caupona vtaris, & damnum mihi det vel furtum faciat: quamquam & furti actio, & damni iniuriæ mecum ſit noxalis: hæc tamen actio quæ in factum eſt, etiam ſerui mei nomine aduerſus te competit. Idem dicitur, & ſi communis ſeruus ſit, tu tamen quod mihi præſtiteris eius nomine, vel communi diuidundo, vel pro ſocio actione: aut ſi partem eius, vel ſi totum conduxiſti: etiam ex conducto habebis me obligatum. Sed ſi damnum in eo datum ſit ab alio qui in eadem naui vel in caupona eſt, cum id factum Prætor æſtimare ſoleat: non putat Pomponius eiuſdem nomine hanc actionem vtilem futuram.

SVMMARIVM.

1. *Prætor cur tam aſperè contra nautas & alios diſpoſuerit.*

Tacitæ quæſtioni (quam etiam ſupra excuſſimus) occurrens Vlpianus, hac lege diſputat, an, ſi merces non interuenerit, ſed gratis res in nauem ſeu cauponam receptæ ſint, edicto contineantur. Merito enim ea in

re dubitari poterat, quod gratis recipiens, ſimplicis potius depoſitarij conditionem ſequi videbatur, atque proinde cum nulla eius eſſet vtilitas, præter dolum nihil præſtare debet, *l.3.§.ſi verò res, ſupra eodem, l.contractus inf. de reg. iur.* Et hæc ſanè planè admittenda videbantur (quemadmodum in amico amicum accipiente paulò ante conceſſimus) niſi ad Prætoris Romani curam reſpiciendum eſſet, qui nihil antiquius habuit, quàm vt improbum hoc hominum genus noua conſtitutione refrenaret. Conſtituit itaque rectè, vt omnino qui recipit ſiue gratis ſiue merces interceſſerit, teneretur, etiam ſi ſine culpa eius res perierit, vel damnum datum fuerit, niſi ſi quid damno fatali contigerit, *l.3.§.ex hoc ſupra eodem.* Prætor autem æquitate plenus, cur tantis odijs genus hoc hominum proſecutus ſit, vt etiam ab amicis & quos gratis ſuſcipiunt, manus non cohibituros exiſtimaret: ſatis mirari nequeo. Sed aſſiduis ſpoliatorum querelis, atque aſſidua experientia motum arbitror, *Arg. l. aſſiduas C. qui pot in pig.* Quid enim facilius quàm maleficium beneficio contegere? Qui melius accommodatiúſve improbum genus hominum edicto imponet, quam ſi gratis quempiam ſub forma amicitiæ recipiant, vt rebus furto ſubtractis, & vbi dominus furtum probare non poſſet, ad reſtitutionem non teneantur? Rectè itaque ait Vlpianus, licet gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris, non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, ſi damnum iniuria paſſus es.

1\. SI SERVO. Non eſt igitur abſurdum (vt Baldus hic ait) hinc inde ex eodem facto diuerſas actiones oriri, ſi diuerſa ratione conſiſtant.

In factum actione Caupo tenetur pro ijs qui habitandi cauſa in caupona ſunt. Hoc autem non pertinet ad eum qui hoſpitio repentino recipitur, veluti viator. Poſſum autem furti vel damni iniuriæ actione vti cũ nautis, vt certi hominis factum arguamus: ſed vna contenti eſſe debemus. Et ſi cũ exercitore egerimus, præſtare ei debemus actiones noſtras, quamuis ex conducto actio aduerſus eos competat exercitori. Sed ſi abſolutus ſit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta: exceptio dabitur, ne ſæpius de ciuſdem hominis admiſſo quæratur. & contrà ſi de admiſſo vnius hominis actum ſit deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur.

SVMMARIVM.

1. *Nauta cur ex quaſi maleficio teneatur.*
3. *Mercator vel cum fure vel cum nauta agere poteſt*
3. *Abſolutio vnius, an alteri proſit, & quomodo.*
4. *Eligens variare non poteſt.*
5. *Bis idem exigi non debet.*

HActenus de actione in factum quæ de recepto eſt & in ſimplum datur, quid iuris ſit, accepimus. Alteram verò nunc Vlpianus aggreditur, quæ ad mulctandum exercitorem ob factum ſuorum prodita eſt, & in duplum datur. Nam (vt & Iuſtinianus ait *in.§ penul. inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi delic.*) exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli de dolo aut furto quod in naui aut caupona aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur, ſi modò nullum ipſius eſt maleficium, ſed alicuius eorum quorum opera nauem aut cauponam aut ſtabulum exercet. Cùm enim neque ex contractu, neque ex maleficio conſtituta ſit aduerſus eum hæc actio, & aliquatenus culpæ reus ſit, quòd opera malorum hominum vtatur, ideo quaſi ex maleficio teneri videtur. Quod autem ſubiungit Vlpianus in factum actionem ad eum non pertinere qui hoſpitio repentino recipitur, veluti viator: ſuperius à nobis expoſitum eſt, *In l. 1. §. parui. ſup. eodem.* 1.

POSSVMVS AVTEM. In poteſtate igitur eius eſt qui rem amiſit an cum exercitore honorario iure, vel cum fure ciuili experiri velit. Quod tamen ita intelligi oporret, ſi exercitor ſaluum fore non receperit, vel ſi expreſsè per proteſtationem periculum cuſtodiamque rerum, conſenſu vectorum à ſe non ablegauerit, *l. vlt. §. 1. inf. eodem.* Etenim cum ex recepto periculum rei ſubierit: non domino, ſed (vt & ante diximus) exercitori, furti actio dabitur, ſi ſolueudo fuerit. 2.

VT CERTI HOMINIS. Talis eſt igitur ordo libellis adhibendus, vt ſi furti actionem intentare velit, perſonam deſignet vt factum eius argui poſſit, *Bald. hic.* Quòd ſi furem abſolui contigerit: contra exercitorem hac actione amplius experiri non poteſt, ſed abſolutio vnius, alteri abſolutionem pariet. Illud igitur eſt quod voluit Vlpianus, dum ait, *ſed vna contenti eſſe debemus.* Cæterùm ſi cum exercitore egerimus: actiones noſtras præſtare ei debemus. Itaque liberum exercitori erit, contra furem ciuili actione experiri, & ſi quid ex delicto famulorum ſuorum exoluerit, iure (vt quidam exiſtimat) repetere poterit, *Ioan. Fab. in d. §.* SED SI ABSOLVTVS. Obſtabit igitur electio actori, & qui ſemel cum exercitore experiri elegit, ad furem redire non poteſt. Nec verum eſt, quòd dicitur à quibuſdam, ob perſonarum diuerſitatem, quibuscum hic agitur, rei iudicatæ exceptionem obſtare debere. *l. cum quæritur, & ſequen. inf. de excep. rei iudic.* Quamuis enim re ipſa diuerſæ perſonæ ſint exercitor, & is qui furtum admiſit: quia tamen quod ſoluit exercitor, à fure (vt ante dictum eſt) repetere poteſt, fictione quadam & adumbratiuè, vnica perſona fingitur, ne de 3. 4.

eiuſdem

eiuſdem hominis admiſſo, ſæpius quæratur. Quæreretur autem ſæpius, ſi abſoluto exercitore, ad furem reditus pateret. Cum enim in priore iudicio cum exercitore actum fuit: de ipſo delicto ſufficienter quæſitum eſt. Etenim ſi delictum probatum non fuerit, atque ea ratione exercitor à iudicio dimiſſus eſt: contra furem quoque furtum probari non poterit, qui in priori iudicio deſignandus erat. Quæ etſi vera ſint, primariam tamen exceptionis cauſam, non ad rem iudicatam, ſed ad electionem, Accurſius referri voluit, *in verb. acceptio* 1.

Ne saepivs. Bonæ enim fidei contrarium eſt, vt bis idem exigatur, quod non in contractibus ſolum, ſed & in delictis quoque locum habere aliquando oſtendimus, *Id cap. bona fides de reg. iur. in* 6. Nec enim duplici contritione affici quis debet, *cap presbyter.* 18. *diſtinct.* cum Deus ipſe Opt. Max. bis nocentem non puniat, *cap. ſunt plures*, § *authoritas, de pœni. diſt.* 5. Accidit tamen interdum quod axioma illud veritatem ſimpliciter non habeat, ſed moderationem recipit. Ex eodem enim delicto & Ciuilis & Canonica pœna, ſed diuerſo reſpectu, nonnunquam irrogatur, vt ſi quis vtrique foro iniuriā faciat, in vtroque puniri poteſt, *l. cunctos*, C. *de ſum. trinitat.* Quod tamen non aliter recipiunt nonnulli, *Abbas & alij in cap. tua. de procurator.* b s. quàm quatenus in altero foro pœna maior eſt. Quod ſi æqualis ſit, præuentioni locum eſſe. Alij contra, *Felinus & alij in cap. his, de accuſat. Alciat. in d. l. cunctos.* vnam cum alia nihil commune habere arbitrantur, nec ſe inuicem reſpicere, atque ideo alteram pœnam per alteram dilui non poſſe. Ego huic rei diutius inhærere nolo, quam alio loco, *in cap. bona fides.* abunde ſatis excuſſi.

Vlp. lib. 13. ad Edictum. Lex finalis.

Debet exercitor omnium nautarum ſuorum, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, factū præſtare. Nec immeritò factum eorum præſtat, cum ipſe eos ſuo periculo adhibuerit, ſed nō aliàs præſtat, quàm ſi in ipſa naui damnum datum ſit. Cæterùm ſi extra nauim licet à nautis, non præſtabit.

SVMMARIA.

1. *Famuli eijcientes vrinam obligant dominum.*
2. *Dominus noxæ dando ſeruum liberatur.*
3. *Nauta negans maleficium, poteſt torqueri.*

Debet exercitor (vt Vlpianus ait) nautarum ſuorum facta præſtare, cùm ipſe eos ſuo periculo adhibuerit, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui: quod & in caupone & in ſtabulario locum habet. Ex quo conſequitur quod Angelus olim tradidit, *In l. ex maleſi.* § *is quoque num.* 1 *inf. de act. & oblig.* ſi famuli nocturno tempore in pertranſeuntem fortè hominem, malitioſè vrinam eiecerint: ex quaſi maleficio dominum teneri, qui impurioris farinæ domeſticos alit. 1. Eam tamen differentiam hic obſeruare oportet, quod ſeruum qui furtum admiſit, dedendo dominus liberetur. 2. Liberi verò hominis nomine, in ſolidum tenetur. Cuius quidem differentiæ rationem Vlpianus elegantur alio loco, *In l. vnic. inf. fur. aduerſus nau.* tradidit: quod liberum hominem adhibens, ſtatuere debebat de eo qualis eſſet. In ſeruo verò ſuo ignoſcendum ſit ei quaſi domeſtico malo, ſi noxæ dedere paratus ſit. Si autem alienum adhibuit ſeruum: quaſi in liberto tenebitur.

Si extra navim. Quod tamen non aliter intelligendum eſt, qnàm ſi cuſtodiam adhuc non receperit. Fieri namque poteſt, quod cuſtodiam receperit, etiam ſi res in nauim nondum receptæ ſint. Porrò ſi ſemel cuſtodiam receperit, & res in nauim receptæ non ſint, ſed in littore poſitæ, à nautis damnum acceperint, vel furto ſubtractæ ſint, tenebitur, quod & Vlpianus ſecundùm Pomponium ex lib. 24. ſupra, *In l.* 3. *in princip.* reſpondit. 3. Sed & ſi conſtanter maleficium negent: ſunt, *Iaſon in l. ſi quando, C. vnde vi Bar. in l.* 1. §. *ſi ciſta, inf. depoſiti.* qui exiſtimant, adhibitis tormentis, rei veritatem indagiri poſſe.

Item ſi prædixerit vt vnuſquiſque vectorum res ſuas ſeruet, neque damnum ſe præſtaturum, & conſenſerunt vectores prædictioni: nō conuenietur. Hæc actio in factum in duplum eſt. Sed ſiquidem nautæ inter ſe damnum dederint: hoc ad exercitorem non pertinet.

SVMMARIA.

1. *Proteſtationis vis.*
2. *Proteſtatio vtrum requirat conſenſum aduerſarij.*
3. *Proteſtatio an ſcripto fieri debeat.*
4. *Clauium traditio hoſpiti facta, quid operetur.*
5. *Actus vnicus contraria ſimul operari non poteſt.*

Si praedixerit. Magna profectò vis eſt proteſtationis, magnámque efficaciam habet, vt proteſtantem legitimè, ab omni damno exoneret, *l. non ſolum*, §. *morte eius, & ibi doct. inf. de no. ope. nunciat.* in quod omiſſa proteſtatione incidiſſet. 1. Quod ſi vllo in alio, certè hoc loco maximè, exemplo appoſitiſſimè probatur. Etenim nautæ, caupones, ſtabularij, aduerſus quos edictum Prætoris Romani proditum eſt, non facta proteſtatione, de damno omni accepto tenentur. Proteſtati autem conſentientibus vectoribus, ab eo onere eximuntur

muntur, & in vectores periculum tranſmittunt, ſi nihil dolo malo per eos factum probari poſſit. Porrò cum res tam præclara ſit, & tam præſentis remedij proteſtatio, quid in hac obſeruandum ſit pauciſſimis verbis, & quaſi
2. perfunctoriè perſtringemus. In primis itaque vectorum conſenſus ad nautarum proteſtationem accedere debet. Sed an tacitus ſufficiat, vel expreſſus requiratur, à plurimis peruicaciſſimè diſputatum eſt, alijs, *Accurſ. hic & in l. fideiuſſor, ſup qui ſatiſda. cogan. Ludo. Rom. in d. §. morte*: tacitum conſenſum ſufficere, alijs, *Inocen. Ioan. And. in cap. Cumana de elect. Bart. & Iaſo. in d. §. morte. Alc. in l. pacta nouiſſima in ſi. C. de pact.* contradicentibus. Ego tamen ea in parte Bar. & Iaſonem ſequi malim, ſentientes in actu neceſſario non conſentiente aduerſario, proteſtationem, & tacitum conſenſum nihil proficere, ſed expreſſum interuenire debere. Ex quo intelligi debet, nautas, caupones, & ſtabularios ad quos ipſo contractu, & ex neceſſitate quadam officij, periculum pertinet, expreſſum partis conſenſum requirere debere. Nec enim dubium eſt, quin ex neceſſitate teneantur, qui hoſpites repellere non poſſunt. Sin autem actus voluntarius eſt, tacitum partis conſenſum hoc caſu ſufficere receptius eſt. Vtroque tamen modo, ſi quis vi
3. vel metu proteſtatus non fuerit, atque id conſtare poteſt, proteſtationis beneficium non amittet, *Iaſon in d. §. morte. numer.* 17. An autem ſcripto conſtare debeat, ſunt, *Pet. de Anch. & Gemini. in cap. cupientes, §. quod ſi per* 20. *de elec. lib. 6. per tex. in l. fi. C. de nego. geſt.* qui latè examinarunt, ſed negatiuè pro regula concludentes. Reperiuntur tamen caſus à regula excepti, & in quibus ſcriptura requiritur. At ſi proteſtatio, actionis ſeu non numeratæ pecuniæ, *l. vt perfectius, C. de anna. excep. Auten. hanc autem, C. de non numer. pecu* exceptionis locum ſubeat. Sed & vbi damnum irreparabile eſt, & de periculo perſonæ, *Auten. ſi quis ei, C. ad l. Iul. de adulte.* ſeu acceptanda tutela agitur, ſcripto conſtare debet, *Auten. presbyteros, vltima C. de epiſcop. & cleric* Fieri autem debet coram vectore ipſo, vel (ſi eius præſentia haberi non poſſit) ad eum quem rebus ſuis præfecit, recurrendum erit. Sequitur nunc vt de clauium traditione per hoſpitem viatori facta, quid operetur paululum diſſeramus. Quæſtio in in vtramque partem diſputabilis eſt, & probabiliter ſuſtineri poſſe videtur. Si enim cauponem ſecurum ea traditione non fieri conſtituerimus, occaſionem furandi ijs qui hoſpitio repentino ſuſcipiuntur, haud incommodam præbere videmur. Petent enim ab hoſpite fortaſſis claues ſcrinij, & res ſuas quas ipſimet doloſè occultarunt, furto tandem ablatas contendent. Si verò ea clauium traditio cauponem liberet: idem periculum eademque furandi occaſio timeri poteſt. Quid enim ſi duplici claue vtatur? Quid ſi cum clauium poſſeſſione probè tutum ſe vector exiſtimat, contra fidem, merces caupo furetur? Itaque ego hac in re Accurſium, *hic in verb. prædixerit,* 4.
ſequor, atque quæſtionem hanc diſtinctione temperandam ſentio, vt ſi ab initio traditis clauibus & proteſtatione facta, periculum à ſe caupones reijciant: minimè teneri dicendum ſit. At ſi non proteſtentur, contra eſſe: & ſibi imputare poſſunt, qui præſens ac ſalutare conſilium neglexerunt. Neque illud nouum vobis videri debet. Cum enim tradendi vel non tradendi claues, in poteſtate hoſpitis ſit, & actus ille omnino à voluntate eius dependeat: ſimplex proteſtatio etiam non conſentiente aduerſario, non conſiſtere, non poteſt, *Iaſon d. loco.*

SIQVIDEM NAVTAE. Cum enim edicti ratio locum in his non habeat, quæ mero eorum odio, & ſolius cohibendæ nequitiæ gratia, circumſcribitur: non videntur ad edictum pertinere. Multo minus contra dominum iudicio experiri poſſe. Edictum enim quod in odium eorum introductum eſt, ad gratiam torqueri non debet. *ca. quod ob gratiã de reg Iur. in* 6. Ex quo illud conſequitur, quod idem actus, & præmij & pœnæ cauſam efficere non poſſit, *l. Curiales. C. de hæretic l. ſiue hæreditaria. ſup. de negot. geſt* 5.

Sed ſi quis ſit nauta & mercator, debebit illi dari: Et quid ſi quis ſit ex ijs quos vulgo ναυτεπιβάτας *dicunt? & huic tenetur & huius factum præſtat, cùm ſit & nauta. Si ſeruus nautæ damnũ dederit: licet ſeruus nautæ non ſit: æquiſſimum erit, in exercitorem actionem vtilem dare.*

Verſiculi iſtius caſus, apud noſtrates perquam frequentiſſimus eſt Etenim qui negotiandi animo, & ſolius illius ergo, in Hiſpanias, Franciam, Portugalliam, ſeu vlteriores Indiæ regiones, proficiſci cupiunt: ne nauli nomine admodum, & vltra quam opes eis ſuppetunt, grauentur: nautarum albo aſcribi ſe faciunt, operaſque ſuas conſentiente nauis magiſtro, pro parte nauli impendunt. Iſtiuſmodi igitur hominibus (ſiquid damni acceperint) in factum contra exercitorem actio competit. Quam quidam (vt rectè Accurſius ait) non vt nautæ, ſed vt mercatores, conſequuntur. In actionibus itaque diſcernendis, qualitas potiſſimùm attendenda eſt, non ea quæ nocet, ſed ſecundùm quam actio conſiſtere poteſt, *Baldus hic & Romanus hic & in l. 1. §. ulti. inf. ad ſyllia.*

Hæc autem actione ſuo nomine exercitor tenetur, culpæ ſcilicet ſuæ imputaturus qui tales adhibuerit: & ideo ſi deceſſerint, non releuabitur. Seruorum autem ſuorum nomine noxali dumtaxat tenetur. Nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet cuius fi-

dei, cuius innocentiæ ſint. In ſuis venia dignus eſt, ſi qualeſcunque ad inſtruendam nauim adhibuerit.

Meritò dominus ob delictum ſuorum conueniri poteſt, ſibique imputare debet, qui impuriſſimos homines adhibuit. Prius enim explorare debebat, cuius innocentiæ, & qualis fidei eſſent. Quod cum non fecerit, ſibi acceptum ferre debet, *cap. damnum. de reg. Iur. in* 6. Quod ex negligentia teneatur, cum culpa ſua damnum ſentiat. Diſtinguitur tamen, alienos an ſuos adhibeat; ſi enim alienos, morte eorum non liberatur. Si ſuos, noxæ dedendo veniam meretur. In ſuis enim quaſi domeſtico malo venia dignus eſt, in alienis verò non, quorum factum in ſe, & quaſi fideiuſſor qui pro principali debitore ſe conſtituit, recepiſſe videtur. *Accurſius hic.*

Si plures nauim exerceant, vnuſquiſque pro parte qua nauim exercet, conuenitur. Hæc iudicia quamuis honoraria ſint, tamen perpetua ſunt. In hæredem tamen nō dabuntur. Proinde & ſi ſeruus nauim exercuit, & mortuus eſt: de peculio non dabitur actio in dominum, nec intra annum. Sed ſi cùm voluntate vel patris vel domini, ſeruus vel filius exercet nauim, vel cauponam, vel ſtabulum, puto etiam hanc actionem in ſolidum eos pati debere: quaſi omnia quæ ab illis contingunt, in ſolidum recceperint.

SVMMARIA.

1. *Vlpiani reſponſa conciliata.*
2. *Contraietas nulla in legibus.*

DIſſidere iterum à ſe hic Vlpianus videtur vt qui alio loco, *In l.1.§.fin.inf.de exercito. actione.* ſi plures nauem exerceant, cum 1. quolibet eorum inſolidum agi poſſe reſpondit. Sed non eſt vlla inter has leges contrarietas, 2. quemadmodum nullam eſſe tam magnam contrarietatem in omnibus Pandectarum legibus aſſeuerantur dicere auſim, quæ non conciliari poſſit, & complacari. Sed induſtria aliquando opus eſt, vt infoſſa eruantur, eruderentur congeſta; ambigua diſſoluantur, & velut lumine obſcura illuſtrentur, *l. non poſſunt, l. non eſt nouum cum ſequen. ſup. de ll.* Quod igitur hic Vlpianus adfirmat, vnumquemque pro parte conueniri poſſe, non aliter verum eſt, quam ſi ex quaſi maleficio, aut exercitio quod per ſe omnes exercuerunt, conueniantur. Neque enim inuicem ſui magiſtri videntur. Sed ſi plures exerceant, vnum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, huius nomine in ſolidum poterunt conueniri: ne in plures aduerſarius diſtrahatur, qui cum vno tantum contraxit, quod & Catns & Paulus voluiſſe uidentur, *d. l.* 3.2. *&* 5 *.d.tit.* Poſtremò, quæ ad finem legis adduci poſſent, alio loco. *In tit.de exerci.act.* & inferius declarabimus.

AD TIT. I. XIV.

PANDECTARVM SEV.

Digeſtorum.

De exercitoria actione.

Rubrica.

CVm fieri nequeat, vt non in quibuſdam negocijs aliena opera vtamur: præcipuè cum rebus noſtris, ipſi ſupereſſe non poſſumus, *l.* 1 *.ſup.de procur. in ſi* operæprecium, me hercule fuit, obligationum modum conſtitui, vt quis ſcire poſſet, quatenus ipſe conueniri ab alijs, aut alios conuenire, propter eorum contractum quorum opera vtitur, iure concederetur. Proinde Prætor Romanus, animaduertens exercitores, id eſt, ad quos fructus omnes & obuentiones perueniunt, cum rebus ſuis præeſſe nequeant, magiſtros naui imponere, vel locandis nauibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus emendis vendendiſque, Exercitoriam actionem introduxit, qua conueniri exercitor poterit, vt condemnetur ad dandum & ſoluendum, quicquid ex contractu cum magiſtro nauis inito, ſecundùm modum præpoſitionis, debetur, §. *eadem ratione. Inſtit, quod cum eo qui in alie. poteſt.* In hoc autem differt iſte titulus ab eo quem immediatè ante expoſuimus: quod in hoc ex ſolius magiſtri contractu exercitor teneatur: In illo verò, ex quaſi maleficio eorum qui in naui ſunt, obligatur. Nam qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit. *l.* 1 *.ſop.vt Nau. Caup. Stabul.* Et ideo omnia facta magiſtri præſtare debet, qui eum præpoſuit: alioquin contrahentes deciperentur, *l.*1.*§magiſtrum, inf. eod.* Qui autem nautas habet

bet in naui, non contrahi cum eis permittit: ſed dolo & culpa carere eos, curare debet. *l. Nauta in fi. ſup. tit. Naut. Caupo, &c.* Porrò quod hic à pleriſque qui Accurſij delirium ſecuti ſunt, & obſeruarunt, diſputatum eſt, actio ne an actionis potius adiectio exercitoria dicenda ſit: ad ipſas leges, *ad l. ſi tamen plures, §. hæ actiones, inf. eo.* inferius à nobis examinabitur.

LEX I.

Vlpianus lib. 92. ad Edictum.

Vtilitatem huius edicti patere, nemo eſt qui ignorat. Nam cùm interdum ignari, cuius ſint conditionis, vel quales, cum magiſtris propter nauigandi neceſſitatem contrahamus: æquum fuit, eum, qui magiſtrum naui impoſuit teneri: vt tenetur, qui inſtitorem tabernæ, vel negocio præpoſuit: cum ſit maior neceſſitas contrahendi cum magiſtro, quam inſtitore, quippe res patitur, vt de conditione quis inſtitoris diſpiciat, & ſic contrahat. In nauis magiſtro non ita. Nam interdum locus, tempus non patitur plenius deliberandi conſilium.

SVMMARIA.

1. *AEquitas huius edicti.*
2. *Argumentum à minore, in Iure validum.*
3. *Ratiocinandi ſcientia Iureconſ. futuro vtilis.*

ETſi ſecundùm Iuris Ciuilis rigorem, qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius. *l. qui cum alio. inf. de reg. Iur.* Qua ratione qui filioſa. mutuum credidit, obſtante Senatuſconſulto repetere non poteſt. *l. penul. inf. ad maced.* quod primum & ante omnia de conditione eius inueſtigare poſſet. Prætor tamen ex æquitate ſua, eos qui
1 cum magiſtro nauis contrahunt, à regula excipiendos eſſe exiſtimauit. Nam (inquit) interdum nec locus, nec tempus patitur, plenius deliberandi conſilium. Significans hanc eſſe maximam differentiam, per quam diſcernimus æquitatem à ſummo Iure, quod æquitas ſemper in circumſtantijs facti verſatur, & à qua in iudicando, Iudicem recedere minimè oportet, vt rectè interdum appelletur, bona fides, naturalis iuſtitia, verum ius, germana iuſtitia, ſimplicitas legum, æqua lanx, humanum ius, benignitas, gubernatiua ſapientia, arbitratus boni viri, religio, remiſſio anguſti iuris. Tales autem circumſtantias, quæ in iure variant omnia, vt æquitas inde colligatur, Claudius Saturninus tradit ſeptem: vt ſunt, cauſa, quare aliquid factum ſit. Perſona, quis, & cum quo fecerit. Locus, vbi factum ſit. Tempus, quando factum ſit. Quantitas, magnum ne an exile ſit. Qualitas, quomodo factum ſit. Euentus, an metu, vi, errore, dolo, culpa, caſu fortuito factum ſit, *Io. Oldendorp. in tracta. de iure & æquit.* Huc reſpexerunt ſemper Iureconſulti: Hinc Paulus, *in l. Pom. ſup. de negot. geſt.* Pro qualitate perſonarum (inquit) & actio formatur, & condemnatio moderatur. Hinc Vlp. *In l. nonnunquam autem, ſup. de Iudic.* Hoc autem (ait) æſtimare oportet eum, qui ius dicit pro conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporis, & ita ordinem edictorum & compendium moderari. Ne igitur cum magiſtro contrahentes decipiantur, quibus perquirendi tempus non ſuppetit: à communi regula omnibus modis exemptos eſſe oportuit, ne perquàm facillimè ex præcipitatione, quæ ad errorem facillimam viam commonſtrat, innocenter detrimentum accipiant. Argumentatur 2
autem Vlp. à minori, quod argumentum in iure noſtro validiſſimum eſt, hoc modo. Si is qui Inſtitorem negocio ſeu tabernæ præpoſuit, ex contractu eius obligetur, cum tamen res patiatur vt de conditione quis Inſtitoris diſpiciat: quanto magis, hoc in caſu exercitor obligari debet, cum ea perquirendi facultas, tempore ſæpè & loco, contrahentibus adimatur, maiorque ſit neceſſitas cum magiſtro, quam cum inſtitore contrahendi. Ratiocinan- 3
di itaque ſcientiam, qualem hic in Vlpiano videtis, amplectimini ingenui adoleſcentes, & ab illorum perſuaſionibus quam longiſſimè recedite, qui in Iureconſ. nullam ratiocinandi experientiam requirunt. Qui enim verum à falſo, apparentia à veris, lepram à lepra (vt vulgò dicitur) diſcernere nequit: is legibus noſtris addictus, olei & ſomni iacturam facit. Cùm enim Iuriſconſulto, id quod propoſuit, argumentis confirmandum ſit, argumenta tenere qui poterit, ſi non locos ratiocinandi, in quibus argumenta non aliter latent, atque in conchis gemmæ, probè perſpectos habet? Hinc eſt, quod plerique Iuris interpretes, tam confuſanea & tumultuaria gloſſemata, pulcherrimis Pandectarum libris intulerunt. Omitto nunc hos, qui ſe Logicos appellantes, circa ſolam verborum contentionem verſantur, ſed eum ratiocinandi modum vobis comparetis velim, quem paſſim & vbique tam ab ipſo Juſtiniano, quàm à vetuſtioribus noſtris Iureconſultis obſeruatum videmus.

§. *Magiſtrum nauis accipere debemus, cui totius nauis cura mandata eſt. Si cum quolibet nautarum ſit contractum, non datur actio in exercitorem: quamquam ex delicto cuiuſuis eorum, qui nauis nauigandæ cauſa in naue ſunt, detur actio in exercitorem. Alia enim eſt contrahendi cauſa, alia delinquendi: Siquidem qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit. Qui nautas adhibet, non contrahi*

contrahi cum eis permittit: ſed culpa & dolo carere eos curare debet. Magiſtri autem imponuntur vel locandis nauibus, vel mercibus aut vectoribus conducendis, armamentiſve emendis. Sed & ſi mercibus emendis vel vendendis fuerit præpoſitus, etiam hoc nomine obligat exercitorem.

SVMMARIA.

1. *Vlp. vtitur Synecdoche hic, & quare.*
2. *Sacra ancora quæ ſit.*
3. *Vlp. reſponſa conciliata, hic & in l. 1. ſup. Naut. Caup. &c.*
4. *Argumentum à contractibus ad delicta quando procedat.*
5. *Armamenta quæ ſint.*

TOTIVS NAVIS CVRA. Alij legunt, *cui totius nauis ancora mandata eſt.* Priorem lectionem Haloander ſequitur & melior eſſe videtur. Porrò ſi quis poſteriorem retinere velit:
1 fatendum erit Vlp. per Synecdochen magiſtri definitionem tradidiſſe, vt quod de ancora dicitur, de tota naue intelligatur. Rationem autem huius eſſe exiſtimo, quod cùm diuerſi nautæ, diuerſos labores in naue ſuſtineant: alijque alia officia obeant: ancoræ tamen eijciendæ cura, ſoli magiſtro, imminente tempeſtate, vtpote, in re nautica magis verſato attribuitur. Vertitur enim in clauo & ancora totius nauis ſalus, & ſine his, vix eſt vt periculum euadere quis poſſit. Et hæc de ſacra an-
2 cora potiſſimum intelligi debent. Duplicem enim ancoram vt plurimum bene inſtitutæ naues habent, quarum maximam ac validiſſimam ancoram ſacram vocant, eamque tum demum mittunt, cùm extremo laborant diſcrimine. Hinc Lucianus in Drapetis, ἔδοξεν οὖν σκοποῦσι, μόνους τὴν ὑστάτην ἄγκυραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοί φασι, καθεῖναι, id eſt, Viſum eſt igitur re perpenſa extremam ancoram, quam nautæ ſacram nominant, dimittere. *vide Eraſ. in adag. Sacram ancoram ſoluere.* Altera verò, etiam ſereno cælo, & vbi ob receſſum maris fluctuumque dimiſſo velo quieſcendum eſt, vtuntur.

CVM QVOLIBET. Qui enim nautas habet, non contrahi cum quolibet permittit: ſed culpa & dolo carere eos curare debet, quanquam ſi ipſe alicui ex nautis committi iuſſit, ſine dubio debet obligari, *l. 1. §. 1. ſup. Nau. Caupo. Stabul.* Quod itaque alio loco, *ibi §. vlt.* ab Vl-
3 piano reſponſum eſt, exercitorem, nautarum factum præſtare debere: non alio pertinet, quam quod damno ab his dato, ex quaſi maleficio conueniri poſſit. Etenim (vt Caius, *In l. ex maleficijs. inf. de act. & oblig.* ait) aliquatenus culpæ reus eſt, quod opera malorum hominum vtatur.

ALIA ENIM EST &c. Quod tamen eadem delicti & contractus cauſa ſit, multis argumentis probari poſſe videtur. Quemadmodum enim ciuitas ex mutuo obligatur, *l. ciuitas. ſup. ſi cer. peta.* ita etiam ex delicto, *l. metum. §. animaduertendum, ſup. quod met. cau.* Quemadmodum in loco vbi contractum eſt, ratione contractus, *l. hæres abſens, ſup. de iudic.* ita & in loco vbi crimen admiſſum eſt, delicti ratione, *Auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. oport.* quis forum ſortitur. Quemadmodum in decidendis litigantium controuerſijs, is qui iuriſdictioni præeſt, conſuetudines loci in quo contractum eſt, obſeruare debet, *l ſi fundus, inf. de euic.* ita & in delictorum punitione, eius loci conſuetudinem, in quo peccatum eſt ſequi, *Doct. in l. cunctos, C. de ſumma trinit.* tenetur. Quæ tamen omnia etſi vera ſint: Vlp. tamen hoc 4
præſens reſponſum euertere non poſſunt. Etenim quemadmodum ex identitate rationis idem ius metimur, *l. illud, inf. ad l. falcid. l. à Titio, inf. de verb. ob.* ita quoque & è contrario, data rationis diſparitate, diuerſum ius conſtituamus neceſſum eſt. Igitur vbi inter contractus & delicta eadem ratio non eſt, ibi argumentum à contractibus ad delicta. & è contrario, locum habere non poteſt, *D. Præſes in loco à contract. ad delic. Salic. in l. vnic. C. vbi de poſſeſſ. agat.* Quæ autem diuerſitatis ſit ratio hoc loco inter vtrumque, optimè declarat Vlp. & ſuperius à nobis relata eſt.

VEL LOCANDIS NAVIBVS. Varia ſunt diuerſorum hominum ſtudia. Alius conducendis tantum vectoribus, alius ob naulum mercibus transferendis, alius ex longinquis regionibus aromata adducendis, intentus eſt. Qui tamen omnes cum rebus ſuis ipſi ſupereſſe non poſſint: magiſtrum naui præficiunt. Quod cum Domitium Vlp. excelſum virum, & verticem legum minimè lateret: ſubmouendæ dubietatis gratia, varias præponendi formulas enumerauit.

ARMAMENTIS. Armamenta nauis dicun- 5
tur nauium inſtrumenta, vt funes, vela, conti, remi, arbor, & quicquid ad reficiendam inſtruendamque nauem pertinet, *Columella lib. 4.*

§. Cuius autem conditionis ſit magiſter ille, nihil intereſt, vtrum liber, an ſeruus: & vtrum exercitor an alienus. Sed nec cuius ætatis ſit, intererit, ſibi imputaturo qui præpoſuit.

Cùm enim de damno tantum exercitoris agatur, non item eorum qui cum magiſtro contrahunt: mirum non eſt, quod parui referat, liber an ſeruus, proprius an alienus, pupillus an maior præficiatur. Obligant enim omnes hi eum qui præpoſuit, exercitoria actione, quoniam ſibi imputare poteſt qui eorum opera vtitur, *l. ſed & ſi quis, §. parui, inf. de Inſt. act.* Sic & ſi minor procuratorio nomine circumſcriptus ſit: imputari debet hoc domino, qui tali negocia ſua commiſit, *l. cum mandato.*

dato. ſup. de minor. Etenim quodcumque eiuſmodi perſonæ gerunt, voluntate domini gerere intelligendi ſunt, *l. etenim, eod. tit.* Sic & Paulus lib. 18. ad edictum. Qui iuraſſe dicitur, nihil refert, cuius ſexus ætatiſve ſit. Omni enim modo cuſtodiri debet iuſiurandum aduerſus eum, qui contentus eo, dum deferret, fuit. Significans quod vnuſquiſque in ſui præiudicium inhabilem approbare poſſit. Prudentis igitur viri eſt, Cicerone teſte, *l. qui iuraſſe. ſup. de Iureiuran.* 1. *Offici.* 2. quid in quaque re ſibi expedientiſſimum ſit conſiderare, & illis, me hercule, negocia noſtra concredere debemus, quorum adhuc debile iudicium non eſt. Licet enim de Thob. ſcriptum ſit, quod cum eſſet minor omnibus in tribu Nephtali, nihil tamen puerile geſſerit in opere, *Thob.* 1. 2. communiter tamen, pueri puerilia tractant, vt meritò à Iuſtiniano reſponſum ſit, ſecundum naturam non congruere, vt is qui ſuis rebus ſupereſſe non poteſt, ad aliena negocia adſumatur. Vnde & apud Platonem Socrates, callidorum hominum perſuaſionibus, imbecillem adhuc ætatem facillimè capi aſtruit, *in Theateto col.* 10. *cir. med.*

§. *Magiſtrum autem accipimus non ſolum, quem exercitor præpoſuit, ſed & eum, quem magiſter, & hoc conſult. Iul. in ignorante exercitore reſpondit. Cæterum ſi ſcit, & paſſus eſt eum in naue magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur. Quæ ſententia mihi videtur probabilis. Omnia enim facta magiſtri debet præſtare, qui eum præpoſuit: alioquin contrahentes deciperentur. Et facilius hoc in magiſtro quàm inſtitore admittendum, propter vtilitatem. Quid tamen ſi ſic magiſtrum præpoſuit, ne alium ei liceret præponere? an adhuc Iuliani ſententiam admittamus, videndum eſt. Finge enim nominatim eum perhibuiſſe ne Titio magiſtro vtaris. Dicendum tamen erit eo vſque producendam vtilitatem nauigantium. Nauem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſi ſchedia ſit.*

SVMMARIA.

1. *Procurator an ſubſtituere poſſit.*
2. *Tacens an habeatur pro conſentiente.*
3. *Præpoſitio quomodo probetur.*
4. *Dominus an teneatur delicto familiæ.*
5. *Obligari inuitus nemo poteſt.*
6. *Magiſter an ſubſtituere aliquem poſſit.*
7. *Naues ab vſu nomen ceperunt.*
8. *Schedia nauis quæ ſit.*

QVEM MAGISTER. Illud hic ſanè mirandum eſt, quòd is quem magiſter præpoſuit, obliget exercitorem. Videtur enim (vt Bal. ait) induſtria electa perſonæ, quo caſu, haud parum, exercitoris quis præponatur, intereſſe, videri poteſt. Ingenij enim & naturæ, & induſtriæ, longa inter artifices eſt differentia, *l. inter artifices, inf. de ſolut.* Quid igitur, ſi is quem magiſter præpoſuit, non æquè rebus agendis idoneus ſit? Sanè, quòd perſonæ induſtria electa videatur, negari non poteſt. Quamobrem ego non aliter Vlpiani reſponſum intelligo, quàm ſi paris induſtriæ, aut ſagaciorem hominē magiſter præpoſuerit, quod & Bal. ſentit. Cæterùm quòd ſcientia exercitoris, & conſenſus hoc caſu minimè attendatur, magis mirum videri poſſet: ſed hoc ideo receptum eſt, ne contrahentes deciperentur. Qui igitur, ad negocia vtiliter procurator da- 1
tus eſt, ſubſtituendi quoque poteſtatem accepiſſe videtur: ea tamen moderatione vt æquè peritum ſubſtituat, *l. ſi procuratorem, §. 1. inf. manda.* SI SCIT ET PASSVS EST, Qui enim tacet cum contradicere poteſt, in ſui præiudicium conſentire videtur. Sic ſi locator colo- 2
num finito conductionis tempore, in conductione remanere patiatur: eo anno quo tenuit, abſque cauſa legibus comprehenſa, *l. ead. C. locat.* expellere colonum non poteſt, & ita Vlp. lib. 33. ad edictum ait, *l. item, § fi. inf. d. tit.* Sic ſi parte ſciente in Decurionem filius aſſumptus eſt, in ſui præiudicium conſentire pater cenſebitur, *l. honores, inf. de decurion.* & proinde quicquid in Repub. filius geſſit, pater vt fideiuſſor præſtabit, *l. 2. inf. de mu. & hon.* Sic denique & filia quæ præſens & tacens patrem de dote experiri patitur: conſentire videtur, & poſtmodum contradicere non poteſt, *l. 2. §. voluntatem. inf. ſolut. mat.* Dicet aliquis, cum exercitoris prohibitio magiſtri præpoſitionem, vt Vlp. ait, minimè impediat, & ignorans obligetur: quid opus eſt hoc loco obſecro, de patientia ſcientiaque eius, ſuperuacaneè aliquid comminiſci? Vt ſcilicet cum ipſe eum impoſuiſſe videatur, ex præpoſiti facto, actiones aduerſus exercitorem inſtituantur. Sed & quod contradictione præpoſitionem impedire non poſſit, indiſtinctè verum non eſt, ſed tunc ſolum, cum magiſtrum ipſum, in officio adhuc permanere patitur. Igitur ſi reuocauerit mandatum exercitor: præpoſitio à magiſtro facta corruere debet. Clarum eſt ergo hic, præ- 3
poſitionem alicuius magiſtri, vel inſtitoris factam, non ſolum expreſſa domini voce, ſed etiam ex ſcientia & patientia illius metiri poſſe. Vnde in eo quod dicitur, nunquam domi- 4
num de facto familiæ appellari & teneri, niſi circa id negocium familia deliquerit, cui ipſe præpoſitus eſt, præpoſitio ſatis adimplebitur, ſi probetur, non quidem nominatim à domino quem præpoſitum, ſed illum patiente & ſciente domino geſſiſſe, *l. 1. inf. de tribut.* quod & Coſtalius nouiſſimè hic tradidit.

OMNIA ENIM FACTA &c. Quid enim in-

 tereſt,

tereſt, per ſe exercitor, an per eum quem ipſe ſubſtituit, contractum ineat, *Arg.l.* 1. §. *deieciſſe. inf. de vi & vi arm.* Quemadmodum igitur ex ſuo contractu obligatur, ita & eum contractum qui à magiſtro factus eſt ſuſtinere debet. Qui enim aliquem præponit, is clara & aperta voce dicere videtur: Hunc ego præpoſui, qui volet, cum eo contrahat, *Theoph. in* §. 1. *Inſti. quod cum eo, qui in alie. poteſt. &c.*

Ne alivm liceret præponere. Prohibitio itaque exercitoris hoc caſu nihil operabitur, ſed etiam contra prohibitionem & inuoluntarius obligabitur. Cæterum, ſi generalem illam contractuum obligationumque naturam conſideremus, ſecundùm quam inui-
5 tus nemo contrahere tenetur, *l. inuitus, C. de contrahen. emp.* ſed conſenſus pro forma requiritur, *l. conſenſu, inf. de act. & ob.* anne dura admodum & nimij rigoris Vlpia. hæc deciſio videbitur? Extat quoque Iuſtiniani Imper. ad Ioannem præfectum Prætorio reſponſum, *l. ſi. C. de negoc. geſt.* quo manifeſtè definit, quod ſi nolente & ſpecialiter prohibente domino, alicui rei quis ſe immiſcuerit, etiam de rebus poſt denunciationis tempora rectè geſtis, nullam aduerſus dominum actionem concedi. Sed & cum Vlp. ipſe præpoſitionem certam legem contrahentibus dare adfirmet, *in* §. *igitur inf. ea. l.* nulla ratione contra prohibitionem obligari poſſe dominus videtur. Mouet quidem hæc argumenta Albericus Roſates hic, ſed inſoluta oppoſitione ſiccatis labijs & tanquam Amelem angulum, vt in prouerbio eſt, pertranſit. Comenſis quoque argumenti difficultatem profitetur, *in* §. *ſi plures, inf. ea. l.* ſed delicatorum palato ſatisfacere non poteſt. Ego ſanè Iuſtiniani reſponſum cum hac noſtra lege conciliari ſic poſſe exiſtimo, vt dicamus, quod illud reſponſum generaliter quidem verum ſit, & pro regula traditum. Quod autem hic dicitur, ſpeciali iure ob nauigantium vtilitatem receptum. Solutio igitur facilis eſt, & ex ipſis Iureconſultorum fontibus prolata. Cum enim interdum locus & tempus non patitur plenius deliberandi conſilium, vt ne de eius quidem perſona qui præpoſitum ſe aſſerit, inquirere poſſimus, multo verò minus vtrum conſentiente exercitore præfectus ſit: vel non conſtituere magiſtrum, vel conſtituto ſubſtituendi poteſtatem concedere debet, & non niſi in totum reuocato magiſtro, quicquam operari eius prohibitio poterit. Vt igitur multa ſunt in iure, ex amicitia, odio, affinitate, maxima excellentia, conſtituta, quibus à generalibus regulis receſſum eſt, ita & hic ex negocij qualitate: vt ſi neceſſitas ſuadeat, vel periculum ſit in mora, vel abſurdum aliquod conſequatur, réſve ad eum caſum deueniat, quem maximè author abominetur, *Alciat. ad Rubr. tit. de verb. ſignif.* Porrò quod Vlp. ait, præpoſitionem certam legem contrahentibus dare: ad ea tantum referendum exiſtimo, quæ vtriuſque contrahentium voluntate in contractum deduci, & modum præpoſitionis conſtringere poſſunt, vt ſcilicet ſolum vel vecturas exigat, vel armamentis emendis, vel vendendis mercibus, magiſter præponatur. Quibus reſtrictionibus limitata & in anguſtum reiecta præpoſitione, modum egreſſus, non obligat exercitorem. Porrò quod per magiſtrum ſubſtitui alius non
poſſit, (vt dictum eſt) contrahentium volun- 6
tate fieri non poteſt: cum non de priuata ſolum eorum vtilitate, ſed de publico primariè commodo agatur, quod omnibus alijs anteferri debet, & priuatorum pactis mutari non poteſt, *l. Ius publicum, ſup. de pact.* Verum aliud fortaſſe dicendum erit, ſi ad perpetuam perſonæ ſuæ præſentiam aſtringere ſe, eamque ob cauſam ſubſtituendi poteſtatem reijcere, velit: quo caſu conuentio ſuſtineri poſſe videtur, ea tamen moderatione, vt vel febribus, vel alio morbo, vel caſu legitimè impedito magiſtro, vel nauis minimè exerceatur, ne contrahentes cum his qui præpoſiti non ſunt, decipiantur: vel ſubſtituendi poteſtas, ne publica vtilitas detrimentum accipiat, minimè impediri poſſit.

Navem avtem. Ab vſu naues varias ap- 7
pellationes acceperunt: & fluuiatiles, quibus per fluuios merces circumferimus, aut ipſi circumuehimur: hoc eſt quibus ſuper fluuijs ipſis vtimur, commodi noſtri cauſa, quemadmodum etiam marinæ & maritimæ à Iureconſulto dictæ. Onerariæ item, quibus ad onera huc atque illuc geſtanda, tam ſuper ipſo mari, quam ſuper fluminibus vtimur. Harum autem nonnullæ à rebus quas geſtant, nomina mutuantur: vnde palearum nauem dixit Cicero, primo de finibus, qua vehitur venditurque palea. Sic & frumentarij. Cæſar tertio de bello ciuili. Nocturno itinere non intermiſſo, comitatu æquitum triginta, ad mare peruenit, nauemque frumentariam conſcendit. Sic & carbonariæ, farinariæ, lutariæ, aquariæ, vinariæ, naues dicuntur. Aliæ à miniſterio aut officio, vt bellicæ; aliæ à forma, vt longæ, tectæ, conſtratæ, nomen accipiunt, vt latiſſimè ex Bayſio percipere poſſumus.

Sinedria. Nauis erat genus quæ ſpatian- 8
di gratia pararetur, & in qua ſedilia fabricata erant. Budeus verò hic, ſchedia, legendum exiſtimat. Dicitur autem ſchedia latinè ratis, id eſt, nauigium tenerè factum & inconditum, vt trabes connexæ & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent. Feſtus, Schedia, inquit, genus nauigij inconditum, id eſt, trabibus tantum inter ſe nexis factum: vnde mala poemata ſchedia appellantur. Schedios dicitur à Græcis extemporaneum, id eſt, quidquid inelaboratum, quicquid temerè factum eſt, nec ſatis confectum quod ἀπεσχεδιασμένον dicitur. Adſtipulatur autem huic ſententiæ & Alc. *lib. 2. prætermiſſor. ad explic. l. ligni.* §. *lignorum, inf. de legat.* 3. Ita enim ait σχέδια nauiculæ

ſunt

ſunt è trabibus inconditæ, in quibus ligna vehuntur.

§. *Non autem omni ex cauſa Prætor dat in exercitorem actionem, ſed eius rei nomine, cuius ibi præpoſitus fuit, id eſt, in eam rem cui præpoſitus fuit, vtputa ſi onus vehendum locatum ſit, aut aliquas res emerit vtiles nauiganti, vel ſi quid reficiendæ nauis cauſa contractum, vel impenſum eſt, vel ſi quid nautæ operarum nomine petent. Quid ſi mutuam pecuniam ſumpſerit, an eius rei nomine videatur geſtum? Et Pegaſus exiſtimat, ſi ad vſum eius rei, in quam præpoſitus eſt, fuerit mutuatus, dandam actionem, quam ſententiam puto veram. Quid enim ſi ad armandam, ſiue inſtruendam nauem, vel nautas exhibendos, mutuatus eſt? Vnde quærit Offilius, ſi ad reficiendam nauem mutuatus, nummos in ſuos vſus conuertit, an in exercitorem detur actio? Et ait, ſi hac lege accepit quaſi in nauem impenſurus, mox mutauit voluntatem, teneri exercitorem, imputaturum ſibi cur talem præpoſuerit. Quod ſi ab initio conſiliũ ceperit fraudandi creditoris, & hoc ſpecialiter non expreſſerit, quod ad nauis cauſam accipiat, contra eſſe. quam diſtinctionem Pedius probat. Sed et ſi in pretijs rerum emptarũ fefellit magiſter, exercitoris erit damnum, non creditoris. Sed & ſi ab alio mutuatus, liberauit eum qui in nauis refectionem crediderat, puto etiã huic dandam actionem, quaſi in nauem crediderit.*

SVMMARIA.

1. *Mandati fines diligenter cuſtodiendi.*
2. *Famulo cum carnibus empiis fugiente, an dominus teneatur.*
3. *Voluntatis mutatio quomodo probetur.*
4. *Ciuitati mutuum dans, quid probet.*
5. *Mutuũ dans in nauis vſum cæteris creditoribus præfertur, & quare.*

QVod non omni ex cauſa Prætor in exercitorem actionem dat, ſed eius rei nomine, cuius ibi præpoſitus eſt magiſter tantum, mirum fortaſſe alicui videbitur, qui ad priorem atque præcipuam exercitoriæ actionis rationem reſpicere volet. Interdum enim ignari cuius ſint conditionis, & ad quid præpoſiti, cum magiſtris ipſis propter nauigandi neceſſitatem contrahimus, vbi tamen, & quando ſæpius nec tempus nec locus admittit plenius deliberandi conſilium. Quapropter & præcipuè cum contrahentes (vt author eſt Domitius Vlp. *in l. ſed & ſi pupillus, §. Itẽ. inf. de Inſtit. act.*) decipi non debeant: anne obſecro æquum eſt, omnia magiſtri facta exercitorem præſtare debere? Non ignoro profectò mandati fines di- 1.
ligenter cuſtodiendos eſſe, & ſi procurator ad vnam ſpeciem datus, officium ſuum egreſſus ſit, nullum domino præiudicium generari, *l. diligenter inf mand. l. ſi procurator, C. de procur.* Neque etiam me latet, præpoſitionem, certam legem contrahentibus dare: verum ab æquitate Prætoris oculos deflectere non poſſum, qui loci temporiſque inquirendi rationem perpendit. Igitur, ſi æquitas hoc loco eadem verſetur: cur ante omnia eadem conſtitutio obtinere non debeat, non video. §. *igitur. inf. ea. l.* Extat quoque Iulij Pauli reſponſum, *l. fi. quod cum eo.* huic traditioni (vt videtur) planè & ex directo contrarium, quo manifeſtiſſimum euadit, & contra præpoſitionis legem, dominum teneri. Sed & cum Vlp. hic ait, exercitorum nautas dolo culpaque carere debere: mirum vtique non immerito videtur, cur de dolo eo caſu non teneatur, quo in aliam cauſam periculo contrahentium officium exercent? Sanè in hac re æquitatem vtrinque inſpicio, ſed in ipſam rem penitius paululum intuenti, maior ſe animo noſtro infundit quæ pro exercitore militat æquitas. Nemo enim eſt (niſi me mea fallat opinio) tam præcipitis conſilij, qui ſi cum aliquo contrahere velit, ignoret in quam rem præpoſitus ſit, quo cum agendum eſt. Etenim ob eam ipſam rem cum eo contrahit, quamuis interdum accidat, vt tempus pleniſſimum deliberandi ſpatium minimè admittat. Si igitur ex antiquo rogitet, ad quid præpoſitus ſit Titius: facile, me hercule, percipiet num merces emere, vectores traijcere, vel naues locare conſueuerit. Quibus vtcunque & ex vulgari hominum opinione perſpectis, ſi in aliam cauſam non oſtenſo mandato, præfectum ſe magiſter aſtruere velit: fraus vtique & dolus (qui ex coniecturis probari ſolet, *l. dolum, C. de dolo.*) præſumitur, ſibique acceptum ferre poteſt, qui mendaci fidem adhibuit. Exemplo res manifeſtior euadit. Quid ſi Ziricæam venero, in Angliam deinde abiturus: conſpiciens verò nauem in portu ſtationibus quidem adhuc detentam, ſed nauigationi paratam. Quis dubitat obſecro quin antequam ingrediar, inquiram quò curſum intendat? quò deſtinauit iter? & in quam rem vulgi opinione magiſter præpoſitus videatur? Si quis igitur reſpondeat in Hollandiam abire nauem ſolitam, alioque iter tendere non poſſe: Stultiſſimuſne ero omnium, ſi magiſtro in Angliam ſe iturum promittenti fidem adhibuero? Profectò cum Vlpia. dicit improbum eſſe genus hominum nautas, merito mihi imputari poterit, qui impuriſſimi hominis verbis fidem dedi. Quam ſit igitur iniquum contra præpoſitionis legem præponentem obligari, tanquam in ſpeculo manifeſtè conſpicitis, Quid enim ſi magiſter ſuo nomine mutuum contrahit? Quid ſi incautè mercetur, qui vectoribus tantum conducendis profectus eſt?

Qui

Quid ſi perdat, profundat & diſſipet omnia? Igitur præpoſitio dat certam legem contrahentibus, cuius limites egredi non licet. Porrò quamuis nulla contra exercitorem actione contrahentes iuuari poſſint: cum ipſo tamen magiſtro experiri non prohibentur, qui dolo contrahentem circumuenit. Quàm parum autem quod à Iulio Paulo reſponſum eſt, huic ſententiæ offendiculum exhibeat, ex ipſa eadem lege haud difficulter colligi poteſt, quæ ait, ea ratione contra dominum prolatam ſententiam eſſe, quod dominus id facere ſolitus erat. Rectè itaque Alber. *in d. l. fi.* conſe-
2. qui ex eo exiſtimat, quod ſi ſub fide carnes emere is dominus ſolitus ſit, qui ad recipiendas carnes famulum præpoſuit: ſeruitore etiam cum carnibus aufugiente, tenebitur: quia ſcilicet ſub fide emere conſueuit.

MVTAVIT VOLVNTATEM. At quî probabitur ſubitanea hæc mentis mutatio? Plerique,
3. *Bal & Alberic. hic.* crediderunt ad iuſiurandum confugiendum eſſe, & ab eo exigendum, qui mutandæ voluntatis arbitrium habuit. Etenim quamuis ſecundum communes regulas, mutare conſilium non liceat in alterius detrimentum, *cap. mutare, de reg. Iur. lib. 6. & ibi dixi.* tenebitur tamen hoc caſu exercitor, ſibique imputaret poterit qui talem præpoſuit. Non eſt igitur tunc relatæ iuris regulæ locus, cum is contra quem variatio proponitur, de culpa aliquatenus redargui poteſt, *l. ſi ſterilis §. fi. inf. de act empti.* vt merito, ſuo iumento ſibi malum accerſere (quod in adagio eſt) dici poſſit, ad quod in Heroidum epiſtolis alluſit Ouidius:

Remigiúmque dedi, quo me fugiturus abires.
Heu patior telis vulnera facta meis.

Sufficiet itaque ad mutui repetitionem, prima hæc mentis intentio, quodque bona fide in nauis refectionem vtilitatémve creditum eſt, vt tunc tandem communi regulæ locus ſit, quod in creditoris detrimentum, cui iuſtè aliquid imputari nequit, animum mutare magiſter non poterit. Rectè igitur ab Africano reſponſum eſt, *in l. fi. inf. eo.* non oportere creditorem ad hoc aſtringi, vt ipſe reficiendæ nauis curam ſuſcipiat, & negocium domini gerat. Quod certè futurum eſt, ſi neceſſe habeat probare, in refectionem, pecuniam erogatam eſſe.
4. Qua ratione & eum qui ciuitati mutuum credit, aliud nihil probare debere quamplurimis *in l. ciuitas, ſup. ſi cert. pet.* placuit, quam quod contractus tempore pecunia egeret ciuitas. Quorum ſententia in priuatis debitoribus certa eſt, ſed in priuilegiatis qualis eſt ciuitas, contra eſſe cum nonnullis Loriotus exiſtimauit, *ibi, & eſt gl. in § ſi verò quis in auth. de alienat. & emphyt.* niſi contrariis præſumptionibus aliud perſuadeatur, vt ſi adminiſtrator probatæ fidei ſit, ſi de modica ſumma agatur, ſi ciuitatis neceſſitas poſt mutuum ſtatim fuerit ſublata, vel ſi alia ſimilis neceſſitatis præſumptio haberi poſſit. Nihil his obſtat quod Vlp. ait, *in l. ſed Iulianus. §. proinde, inf ad Macedo.* poſtremam mutuum accipientis intentionem conſiderandam eſſe. Loquitur enim cum filius fa. ſuo nomine mutuum accipiens, mutato propoſito idem in rem patris vertit. Vnde cum Pomponio teſte, *in l. Iure naturæ, inf. de reg. Iur. l. 3. §. ex furtiua, inf. de pecul.* iure naturæ æquum ſit, neminem cum alterius detrimento, fieri locupletiorem: optimè profectò atque æquiſſimè à conſultis reſponſum eſt, vltra Macedoniani Senatuſcon. conſtitutionem, pœnas non euagari, ſed quod de in rem actio competat. Cæterum maiorem his difficultatem ſequentibus verbis ingerit Vlp. dum ait, *in l. 2. §. ſed ſi ſeruum, inf. de in rem verſ.* Si ſeruus ſic accepit, quaſi in rem domini verteret, nec vertit, & decepit creditorem: non videtur verſum, nec tenetur dominus: ne credulitas creditoris domino obeſſet, vel calliditas ſerui noceret. Cæterum communis opinio, *Bar. Fulgo. Alber. hic. & idem Alber in d. l. §. ſed Iulian.* Doctorum eſt, qui antinomiam hanc placare conantur, quod in eo caſu quem Vlp. depingit, ad mutuum recipiendum mandatum ſeruus nullum habuerit, vt merito mirari deſinas, ſi ex mutuo dominum obligare non poſſit. Anne igitur vlla in creditore diligentia requiritur? Ita, me hercule, dicendum eſt. Nam ſi ab initio conſilium ceperit fraudandi magiſter, & hoc ſpecialiter non expreſſerit, quod ad nauis cauſam accipiat: in exercitorem actio non dabitur. Africani igitur præcepta creditorem obſeruare oportet, quæ hæc ſunt. Quod ſciat nauem in ea cauſa eſſe, vt refici debeat, quod credat in eam cauſam contrahi, & quod exprimat refectionis gratia mutuum ſe credere. Etenim aliqualem diligentiam adhibere debet, ne merito culpa ei imponi poſſit, *Fulgo hic in fi.*

SED ET SI IN PRETIIS &c. Sed & hoc loco diligentiam in creditore requiro, nec alias eum excuſari crediderim, quam ſi iuſta credulitate defendere ſe potuerit. Quid enim ſi in ea cauſa nauis ſit, vt velo nouo indigeat quod ad ſummam æſtimationem relatum, viginti Carolinis comparari poſſit? Quid ſi eam in rem à creditore centum mutuo petat magiſter? Excuſari vtique hoc caſu non poterit creditor, qui non paruo labore, ſed ex ipſo naturali iudicio facillimè ſcire poterat, tantum æris eam in rem minimè expendi. Sibi igitur, qui plus quam ei rei ſufficeret, mutuum credidit, temeritatem ſuam acceptam ferre poterit, *Arg. l. qui hominem, inf de ſolu.* SED ET SI AB ALIO &c. Succedet igitur in eius locum qui ad reficiendam nauem mutuum dedit, poſterior creditor. Quo fit, vt quemadmodum 5.
ipſa nauis in cuius refectionem creditum eſt, priori creditori tacitè obligata fuit, ita & huic quoque qui vt creditori ſoluatur, pecuniam dedit, quo nomine & cæteris creditoribus præferri debebit, *l. 1. inf. in quib. cau pig. vel hypo. tac. contrah.* Quod enim cæteris creditoribus

bus præferantur, quorum pecunia nauis refecta, eſt ſummam rationem habet, quoniam neceſſarij ſumptus partem rei faciunt. Si igitur in nauem tuam quæ valebat decem aureis, neceſſario quinque impendi: iam habes nauem quindecim aureorum, cuius tertia pars quodammodo mea eſt, & quod ad te pertinet, nauis tua decem tantum aureorum eſt, cum quod plus eſt mihi debeatur, in primiſque ſit de eius æſtimatione deducendum, nec hoc fraudi eſt prioribus creditoribus, quibus relinquitur facultas perſequendi pignoris, vſque ad eam ſummam quam valebat nauis, priuſquam aliquem ſumptum feciſſem, qui & hanc vnam nihi gratiam debent, quod niſi ſuppeditaſſem illos ſumptus, tota ferè nauis perijſſet, quod & clariſſimus ille Connanus, puriſſimus Iuriſprudentiæ theſaurus, ſuo loco anrotauit; *lib.* 4. *comme.cap.*17 Porrò vt in prioris creditoris locum, poſterior ſuccedere poſſit: quod pecunia credita ad priorem creditorem perueniat, quod in eam rem detur, quodque expreſſa de ſuccedendo conuentio intercedat, requiritur, *Salic. Raphael, Bal.& alij in l.*1.*C. de his qui in pri. cre. lo.ſucce.* Quod ſi ea omnia ad vnguē vſque obſeruata fuerint: non ſolum tacitè pignus contrahetur, ſed & precio non ſoluto, ſecundum legum obſeruationem, nauem ipſam vendere poteſt. *Gloſſa in l. interdum inf. qui pot. in pig. hab.*

§. *Igitur præpoſitio certā legē dat contrahentibus. Quare ſi eum præpoſuit naui ad hoc ſolum, vt vecturas exigat, non vt locet, quod fortè ipſe locauerat: non tenebitur exercitor, ſi magiſter locauit. Vel ſi ad locandum tantum, non ad exigendum, idem erit dicendum. Aut ſi ad hoc vt vectoribus locet, non vt mercibus nauem præſtet, vel contrà, modum egreſſus, non obligauit exercitorē. Sed & ſi vt certis mercibus eam locet, præpoſitus eſt: puta legumini, cannabi, ille marmoribus, vel alij materiæ locauit: dicendum erit exercitorem non teneri. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipſi dicunt)* ἐπιβάτιδες *ſunt. Et pleroſque mandare ſcio, ne vectores recipiant: & ſic, ſit certa regione, & certo mari negotientur: vt ecce ſunt naues, quæ Brunduſiū, à Caſſopa, vel à Dyrrachio vectores traijciunt ad onera inhabiles. Item quædam capaces fluminum, ad mare non ſufficientes.*

SVMMARIA.

1. *Procurator ad vnum negocium datus, vltra id dominum non obligat.*
2. *Legumen vnde dictum, & quare caſtis non conueniat.*
3. *Canabi quid.*
4. *Naues onerariæ quæ.*
5. *Brunduſium.*
6. *Dyrrachium vbi ſit.*

CERTAM LEGEM. Vt igitur in aliam cauſam quam præpoſitus eſt, exercitorem obligare magiſter non poteſt: ita quoque ſi eandem excipias, ab exercitore debitorem liberare prohibetur. Vnde, ſi quis ex alia cauſa magiſtro ſoluerit: liberationem minime acquirit, *l. qui hominum, §. ſi nullo, inf. de ſolut.* ſi non & domini quoque ratihabitio poſtmodum ſubſequatur. Etenim ſi ſolutionem magiſtro factam, ratam habere exercitor noluerit: à magiſtro qui furtum admiſit, vel furti actione, vel condictione, repeti pecunia poterit, *l. ſi procuratori falſo, ſup. de condi. cau. dati.* Planè, ſi non ignorans præpoſitionis exceſſum, magiſtrum non prohibuerit exercitor: ſine dubio obligabitur, *Iaſon. in l. ſi quis, §. ſi procur. ſup. quod quiſque Iur.* Mandati igitur. & præpoſitionis leges ſtrictiſſimè obſeruandæ ſunt: quæ ſi aliquatenus poſtpoſitæ fuerint, dominus non obligabitur, *l. diligenter, inf. mandati.* Rectè itaque Antonius Impe. Si procurator (inquit, *l. ſi procurator. C. de procur.*) ad vnam ſpeciem conſtitutus, officium mandati egreſſus eſt, nullum domino præiudicium facere poterit. Sed & quod præter commiſſionis formam fit: ipſo iure nullum eſſe communiter tenetur, *l. item eorum. § ſed ſi ita ſup. quod cuiuſque vniuerſit.* 1.

LEGVMINI. Dictum eſt legumen, quod manu legatur. Inde Varro lib. 1. de re ruſt. Hoc enim quoque legumen, vt cætera quæ euelluntur à terra, non ſubſecantur, vt fruges quæ quod ita leguntur, leguminadicta. Vnde Virgil. 1. Georg. 2.

Vnde prius latum ſiliquaquaſſante legumen:

De legumine quoque pulchrè his verbis in problemat. inquirit Plutarchus. Cur moris eſt, vt qui caſtimoniam colunt, leguminibus abſtineant? An quemadmodum Pythagorici fabas, ob eas quæ vulgò dicuntur cauſas abominabantur, quaſi Lethes & Erebi cognomine? An quod ad concænationes, & manes prouocandos leguminibus maximè vtuntur? An illud magis, quod ad ſanctitatem ac caſtimoniam pura ac tenuia corpora habere oportet? Sunt autem legumina maximè ventoſa, & ea gignunt quæ quum ſuperflua ſint, multæ purgationis indigent? An quòd quum ventoſiſſima ſint legumina, ad res venereas maximè incitent?

GANABI. Alij legunt Canape. Budeus nobiſcum Canabi legit. Eſt autem Canabis eodem autore, herba ex cuius cortice funes torquentur, & telis texendis accommodata, à lino tenuitate differens & candore. 3.

NAVES ONERARIAE. Dictæ ſunt naues onerariæ ab oneribus ſuſtinendis, quod plerumque ad id ſolum ſeruentur, vt merces & onera tranſuehant. Emphatæ verò, ſeu potius (vt legit 4.

git Budeus) Epibatæ eæ ſunt, quæ traijciendis vectoribus aptæ ſunt, & latinis vectoriæ naues appellantur. Hinc Cæſar: Quia in re (inquit) admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectorijs grauibuſque nauigijs, non intermiſſo remigandi labore, longarum nauium curſum adæquarunt. Et ita Bayfius quoque ſentit. ἐπιβάδης enim Græcè, Latinis conſcendo nauem ſignifiat.

Brvndvsivm. Ciuitas hæc à Plinio tertia Italiæ parte ponitur, à Græcis condita, portu
5. nobilis, vt Calepinus ſcribit: ex qua tranſitus eſt in Græciam: ſic dicta, quod Meſapiorum lingua Brunduſium cerui caput dicatur. Sic enim eſt ciuitas cum portu capiti ceruicio perſimilis, cùm cornua, & caput, & linguam habere videatur. Ex hac Pacuuius Poeta ortum habuit.

Dyrrachivm. Ciuitas eſt hæc in Epiro,
6. quæ prius Epidamus dicebatur à rege Epidamno: Sed Romani eo Coloniam deducentes, Dyrrachium dixerunt, quòd (vt Plinius teſtatur) inauſpicatum Epidamni nomen, tanquam à damno vocitatum arbitrarentur.

§. Si plures ſint magiſtri non diuiſis officijs, quodcunque cum vno geſtum erit, obligabit exercitorem. Si diuiſis, vt alter locando, alter exigendo, pro cuiuſque officio obligabitur exercitor. Sed ſi ſic præpoſuit (vt plerunque faciunt) ne alter ſine altero quid gerat, qui contraxit cum vno ſibi imputabit.

SVMMARIA.

1. *Ignorantia ſuiipſius omnium malorum maximum.*
2. *Tutoris vnius autoritas pluribus data, quando ſufficiat.*
3. *Magiſter nauis quomodo à procuratore differat.*
4. *Noua ratio, reiectis aliorum opinionibus.*
5. *Nauigandi vtilitas quæ.*
6. *Ratio iſtius §.*
7. *Contrarietas apparens eſt in omni ſcientia.*
8. *Conſilium mulierum fragile.*
9. *Conſilium malum non eſt ſequendum.*
10. *Mandatum interpretatur ſecundum Iura.*

Praesentem §. ad longum, & prolixè ſatis, examinauit hîc cum nonnullis Bartholus. Nos quæ ad interpretationem legis ſacere exiſtimamus, & non plura hac in re trademus. Sunt enim qui leges faciles ſæpenumero ideò obſcurant, ſiue quod non omnium facilis ſit & expedita interpretatio, ſiue quod veritatis profundior inquiſitio negligatur. Quo fit, vt peſtilentes eiuſmodi tenebriones ſanctiſſimam illam philoſophiæ veſtem dilacerantes, paſſim ſeſe oſtentationis gratia circumferant. Rectè igitur Plato, *de legib. dialogo.* 5. omnium malorum maximum eſſe aſſerit ſuiipſius 1.
ignorantiam, cuius quidem, cum facile ſibi in omnibus ignoſcant, remedium nullum excogitant. Et ex hoc delicto accidit, vt ignorantiam ſuam, ſapientiam eſſe exiſtiment, & cum nihil ſciant, omnia tamen ſcire ſe opinantur. Nos iſtis omnibus etiam magna interdum exclamatione ſua profitentibus, minimè ſubſcribimus, ſed ipſam veritatem quam textuum nobis doctrina aperit, ſequemur.

Obligat exercitorem. Sic & tutores
ſi plures ordinati fuerint, ſiue in teſtamento 2.
paterno, ſiue ex lege vocati, ſiue à Iudice, ſiue ex inquiſitione, ſiue ſimpliciter dati: vnius autoritas ſufficiet vbi nondum adminiſtratio diuiſa eſt, vel pro regionibus vel pro ſubſtantiæ partibus. Ibi enim neceſſe eſt ſingulos pro partibus ſuis vel regionibus, authoritatem pupillo præſtare, *l. ſi C. de autor. tut.* Cæterum cur in procuratore ita receptum ſit, vt abſque expreſſa conuentione in ſolidum dari non videatur, admodum ſe torquent interpretes, & alijs aliud opininantibus, accidit vt in centum opinionum myriades quæſtio deducta, multo quam ante incertior euadat, *cap. ſi duo de procur. li. 6. l. ſi pluribus: de procur.* Bartholus enim inter primarios legum Antiſtites præſidens, eam diuerſitatis rationem adſignat, quod magiſtri certæ negociationi præponantur. Vnde
cum plena quodammodo in eos efficaciſſimè 3.
adminiſtratio transferatur quicquid adminiſtrationis nomine geſtum fuit, ad officij præceptum referri debet, vt directè dominus obligari poſſit. In procuratore verò ideo aliud conſtitutum arbitratur, quod ius aliquod tam plenariè in eum tranſmiſſum non ſit, ſed cum ſemper domini nomine contrahere debeat, *l. eum qui ſup. de conſt. pecu.* ordinarius adminiſtrator non videtur, atque dominum directè obligare non poteſt. Qua ratione cum magiſtrorum poteſtas ordinariæ, *l. 1. ſup. de officio Proconſul.* Procuratorum verò delegatæ pluribus iuriſdictioni, perquam ſit ſimillima: accidit, quod hi in partes, illi verò in ſolidum conſtituti cenſeantur, *l. duo ex tribus, inf. de re Iudic.* Quam Bartholi opinionem quamuis pro communi quam plurimi ſequantur: Fulgoſius tamen non probat. Etenim (inquit) quod ſemper officij nomine contrahat magiſter, perpetuo verum non eſt, vt nec illud quoque quod directo exercitor obligetur. Exercitoria ſanè quæ à Prætore Romano introducta eſt, vtique obligatur. Porrò diſſentientibus tam acriter ijs qui inter cæteros præcipui videntur: cur procuratores dati, in ſolidum poteſtatem non habeant: alia ratione haud difficulter perſpi-
ci poſſe exiſtimamus. Etenim non improbabi- 4
liter dici poſſe videtur, eum qui ſimpliciter procuratores duos conſtituit, idcirco in ſolidum eorum quemlibet conſtituere non voluiſſe, quòd alter alterius conſilio vteretur, *cap. cum*

cum in veteri. de elec. cap. cùm olim, de arbit. In magiſtris profectò publica vtilitas aliud exigebat, ne altero abſente, ſine quo aliter efficere quicquam non poſſet, nauigandi commoditas impediretur, quam non exilem ſanè & modicã, ſed multo maximam eſſe Chryſoſto. commonſtrat, *in Sermo. de comp. cord. lib.* 2. Quid verò
5. (inquit) maris vſum, & nauigandi vtilitatem loquar? per quam omnem penè orbem, qui longis à ſemetipſo dirimitur ſpatijs, non ſolum ſibi inuicem notum, ſed ſocium quodammodo, & communicabilem facit, vt vnuſquiſque ſi quid apud ſe gignitur boni, hoc etiam ad proximos ſuos procul poſitos deferat: & cum vnuſquiſque paruum apud ſe poſſideat terræ ceſpitem, per iſtud mercandi miniſterium, quaſi totius mundi, per omnia dominus efficitur, & vniuerſæ terræ fructibus vtitur. Et quid plura dicam? Vniuerſus orbis efficitur tamquam vna menſa omnibus, nullo prohibente ſumere quod vbique eſt, ſed parua ſunt hæc in muneribus Dei. Sed & Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus vir ſingularis & multiplici rerum cognitione, ſpectabilis: Per mare, inquit, longinquas peregrinationes facimus, & ea quibus indigemus, à nobis inuicem petimus, ſimulque alijs, quæ ipſis neceſſaria ſunt, rependimus. Nec enim aliquam terræ partem ſummus ille rerum adminiſtrator cultoribus ſuis omnia ſimul ad vſum victumque neceſſaria proferre paſſus eſt, ne nullius ope indigens copia mutuæ amicitiæ noceret. Iniurijs enim gaudet rerum ſaturitas, & turbarum parens eſt. Inde in medium telluris mare prominet, quod in plurimos ſinus diuiſum ingentis alicuius ciuitatis forum repræſentat, omnem neceſſariorum copiam exhibens. Quia autem profectionis quæ per terram fiunt, plenæ laborum ſunt, quin non modo laborioſum, verum etiam impoſſibile erat, vt per has omnis copia ſarciretur, maris dorſum oſtendit Deus, quod tam magnarum quàm paruarum nauium capax eſt, quæ multam neceſſariarum rerum copiam indignis hominibus aduehunt. Nam vnius nauis onera vix aliquot millibus iumentorum vehi poſſe videmus. Quoniam verò equis & mulis ad currum hunc, nauem ſcilicet, opus erat, eos autem non ferebat fluida aquarum ſubſtantia: hoc quoque incommodum nauis gubernator ſapienter admodum ſarciuit, manuum nimirum miniſterio vſus. Nam temonis loco malum erexit, cui vela inſtar iugi appendit, & immiſſis ventorum flatibus ceu equis aut mulis vſus eſt, quos ſimul tamquam equos Zeuglis dirigere conſueuit. Porrò cùm naui habenis quoque opus eſſet, claui vel gubernacula has imitantur, quibus arreptis gubernator, inſtar aurigæ alicuius, puppi tanquam currus circumferentiæ inſidens, nauem facili motu hinc inde transfert. Nec ſecundis modò ventis ſpirantibus nauim ſcienter regere, ſed & turbulentas ventorum procellas ceu equos effrenes, freno cohibere nouit. Porrò (vt vnde digreſſi ſumus, reuertamur) ſi diuiſis officijs, cum aliquo contrahatur: vltra præpoſitionem exercitor non obligabitur, & cum ſuum quiſque per ſe negocium gerit, quod extraneum adminiculum non requirit, publica vtilitas minimè impediet.

Sed si sic &c. Vlp. lib. 29. ad edictum. 6.
Æquiſſimum (inquit) erit id obſeruari, in quo præpoſitus eſt. *l. ſed & ſi pupillus*, §. *conditio. inf. de inſtitor. act.* Vnde ſi coram Titio iuſſit adire teſtator, ſi arbitrio Lucij Titij: rectè iuſſiſſe exiſtimandus eſt, & ſine Titij voluntate, aditio nulla cenſebitur, *l. ſi quis mihi bona*, § *ſi coram, inf. de acq. hæred.* Sed & ſi certa lege, vel ſub pignore, vel ad certam rem cum magiſtro contrahi voluit, omnibus modis voluntas obſeruanda eſt, *d.* §. *conditio.* Planè cur hæc ita à Prætore conſtituta ſint, quod qui cum vno contraxit, contra exercitorem actionem non habeat: nihil mirari conuenit. Etenim cũ conſenſu fiant obligationes, *l. conſenſu inf. de act. & ob.* qui omnino quidem in quolibet contractu neceſſarius eſt verus, *l.* 1. §. *adeò autem, ſup. de pact.* aut ſaltem à lege præſumptus, *Inſtit. de lit. oblig* obligari exercitor non poteſt, qui cum altero ſolo contrahi prohibuit. Cùm igitur ambo ſimul non item diuiſi, exercitoris perſonam referant: qui cum altero tantum contrahit, cum exercitore ne Iuris quidem fictione egiſſe videbitur. Por- 7.
rò cum nulla ſit tam perſpecta ſcientia, ne in diurnis quidem rebus, in qua non in cortice pugnantia appareant: mouebit fortaſſe aliquem quod lib. 5. reſponſorum Papinianus ait, *l. quidam decedens*, §. 1. *inf. de admi. tuto.* Si (inquit) pater tutelam filiorum conſilio matris geri mandauit, & eo nomine tutores liberauit: non idcirco minus officium tutorum erit, ſed viris bonis conuenit ſalubre conſilium matris admittere: tametſi neque liberatio tutoris, neque voluntas patris, aut interceſſio matris, tutoris officium infringat. Quinimò licet interdum hanc patris contemnere voluntatem. Hæc ille. Hæccinè eſt inter leges magna contrarietas? Hic adiecti conſilium, ibi verò minimè, ſequi tenetur. Sanè quod in legibus contrarietas, non ſit: ſi rerum, perſonarum, negociorum qualitatem, conditionum differentias conſtituamus: non vno loco diximus, quod & hic euenire conſpicuum eſt. Volunt vtique adiecti conſilium ſequi Iureconſulti, ſed eius tantũ, qui officij cui adiungitur, particeps eſſe poteſt. Igitur cum iure veteri ad tutelæ officium quod publicum eſt *l.* 2. *inf. de reg. iur.* admitti mater nõ poterat, *ibi.* conſilium eius ſpreta etiã teſtatoris voluntate, neceſſario requiri nõ debuit. Sed & quamuis fides vxoris & induſtria, à marito approbata videatur: falli profectò potuit, & rectè Pompo. ait, *l. nemo, inf. de leg.* 1. neminẽ efficere poſſe quominus in teſtamento ſuo legum diſpoſitioni locus relinquatur. Quid enim ſi conſilij imbecillitate ſeducta, tutoribus rem pupilli ſtudioſè pro- 8.

curantibus, impedimentum præſtet? De Chiorum, *de claris mulier. cap.* 3. quidem ac Tyrrhenorum, *d. li. ca.* 8. mulieribus quarum prudentiſſimo conſilio maritos defenſos & à morte liberatos ſcribit Plutarchus, aliud fortè dicendum eſſet: ſed hæ aures in omnem regionem non deuolant. Rectè igitur lib. xv. Digeſtorum Celſus. Ad ea potius debet adaptari ius, quæ & frequenter & facilè, quam ad ea quæ perrarò eueniunt. Quod enim ſemel tantum, aut iterum extitit, id legumlatores prætereunt. Sed cum nouiſſimo Iuſtiniani Imp. beneficio, *In auth. de hæred. ab inteſt.* § *ex his col.* 9. matri & auiæ ſecundum ordinem tutelam ſubire, etiam ante agnatos permiſſum ſit: ſi inter geſta, nuptijs alijs, & auxilio Senatuſconſulti Velleiani renunciauerint, ſolis teſtamentarijs præcedentibus eas, legitimis & datiuis poſthabitis: an hoc caſu conſilium earum à teſtatore adiectum, neceſſario requiri debeat, multis diuerſa ſentientibus, omnino expeditum non eſt. Etenim cum officij tutelæ participes eſſe poſſint: anne ſuperior ratio eradicabitur? Fulgoſius contra, *in l. Titium, inf. de admi. tutor.* quem hac in re non ſequi malim. Nam ſi eam de his fiduciam concipiat Iuſtinianus, quod filiorum nepotumve tutelam rectè adminiſtrabunt, quin & de conſilio ſolo id dicere liceat, quod minoris eſt præiudicij, non video. Cæterum ſi malè omnino conſulant: à conſilio recedere, *d. l. 2. reſpon.* aut ſi conſulere noluerint, rem conceptam perficere, *l. fi. C. de Iur. Emphit. d. cap. cum olim.* tutores poterunt. Illud profectò quod hic traditur, à conſilio recedendum non eſſe, perpetuo verum non eſt, ſed ſi malè conſulere videatur, ad exercitorem magiſter rem totam deferre tenetur. Sed nec in alijs cauſis adiecti conſilium indiſtinctè ſequi tenemur. Quid enim ſi iniquum conſulat? Quid ſi execrabili inuidia, quo (vt ille ait) maius tormentum Siculi non habuere Tyranni, in proximi perniciem rapiatur? Quid ſi pupillo, quod conſulit, damno futurum ſit? E contrario. Quid ſi expreſsè mandatum ſit, vt conſilium ſequatur? Quid ſi Princeps legum imperito mandet, vt non niſi tali conſulto iudicet? Ex coniecturis ſanè, multa Iudicem definire oportet, & is qui Iuriſdictioni præeſt, quid ad quamlibet rei deciſionem ſpectare poſſit, ex æquitate decernere debet, *Vide Clauaſ. in ſua ſumma in verb. conſilium.* Rectè igitur Bonifacius Octauus, ſecundum Iura, mandatum interpretationem recipere, definiuit, *cap. 1. de*
10. *teſtamen. lib. 6.* Examinari equidem hic poſſe non me latet, quid de vltimarum voluntatum executoribus dicendum ſit, ſi ad alienum conſilium remittantur: ſed inſtituti noſtri non eſt, hæc omnia vno loco congerare, & cum præſentis negocij argumentum non ſit, alio, *ad Bar. hic. Bal. in rub. C. eo. & alios in auth. in preſſi, C. de ſacroſanc. eccle.* vos remittimus.

§. *Exercitorem autem eum dicimus ad quem obuentiones omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue domino nauem per aduerſionem conduxit, uel ad tempus, vel in perpetuum.*

SVMMARIA.

1. *Obuentio quid ſit.*
2. *Reditus propriè quid ſit.*
3. *Fructus appellatione quid veniat.*
4. *Nauis prædio æquiparatur.*
5. *Aduerſione conducere, quid ſit.*

Exercitorem hoc loco deſcribit Vlpian. ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniunt, in qua re veteres illi, propter fatale quoddam ſæculi malum, vno aut altero excepto, quid inter obuentionis & reditus intereſt, non ſatis perſpexerunt, cum vtrumque tamen à fructibus in iure diſtinguatur. Vlpianus: An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus quæ conueniri poſſunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum
ſpe, atque obuentionum. Eſt igitur inter hæc 1.
differentia, quod obuentionum nomine omnis prouentus contineatur, & pro generali quadam vtilitatis deſignatione accipiuntur, *Card. Zarabel. in clement. vnic. de exceſſ. prælat.* Et quamuis fructus & reditus nomina, vt & obuentiónis & reditus hic, vt plurimum, eadem
ſignificatione appellantur, tamen reditus vo- 2.
cabulum (ſi Connano credimus) proprium eſt in eo agro qui numero locatur: Idem in ædi-
bus dici poteſt. Fructus autem in eo qui natu- 3.
ralibus emolumentis inſiſtit. Vnde non fruges tantum, quas terra fert ſignificantur, ſed etiam fœtus pecorum, lana ouium, & alia huiuſmodi, quæ fructus extraordinarij dicuntur à Varrone, *lib. 2. de re ruſt. cap.* 1. Mercedes habitationum naturaliter ex re non proueniunt, inde (vt dixi) reditus potius quam fructuum appellatione veniunt: quamuis (vt pulchrè Duarenus ait, *in l. diuortio. §. de penſionibus, inf. ſolut. matrimo.* ciuiles fructus vulgo non ineptè appellari ſolent. Vnde ſicut fructus rei dotalis, in contributionem deducuntur. Eſt igitur hoc loco reditus nomen non propriè ſumptum, ſed generaliter, largè, ſicut & obuentionis, quod & Alc. quodam loco, *d. l. frugem, inf. de verb. ſignif.* annotauit. Porrò ſi ad precium ex locatione nauis acceptum reditum tantummodo reſtringere velimus: propriiſſima
erit locutio, quod à Conſultis, prædio om- 4.
nino nauis æquiparetur, *Iaſon. in l. plerique nu. 9. ſup. de in ius vocan.* idque non male (mea ſententia) dicendum eſt, ne ſuperfluum quid in textu adiectum habeamus.

Per aversionem. Hæſitatum à pleriſ-
que eſt, quid ſit per auerſionem conducere. 5.
Accur. quem & poſteriores nonnulli ſequuntur

tur,auerſionem eſſe periculi à ſe repulſionem & in locatorem reiectionem arbitratur. Sed cũ antiqui Codices,ferè omnes, *Aduerſione*, ſcriptum habebant: aliam tex. noſtri interpretationem exhibere oportet. Alciatus igitur in perpetuum hic per aduerſionem nauem locari exiſtimat,*ca.28.lib.6.parag.Iur.* vt ſi nautæ locetur eo precio, quod deinde ex peritorum renunciatione æquum videbitur,vt quanto vetérior erit nauis,minus ſoluantur:& rurſus, quo anno carior fuerit eius vſus,*li.* 7.*ca.*11.& maius naulum, rarius locata cenſeatur. Cæterum Franciſcus Connanus,quem ſemper cum reuerentia refero: tunc putat per aduerſionem nauẽ conductam cenſeri, quando conductoris periculo conducta eſt,niſi vis maior, aut vetuſtas, aut id denique exceptum fuerit,quod peremptioni nauis cauſam attulit. Itaque nauis per aduerſionem conductor appellatur exercitor, & domino æquiparatur, & propterea plerumque perpetuæ erant hæ locationes,quod & ſuo loco inferius,*ad l. ſi inf. ad l. Rhod. de iactu.* fauente Deo Opt. Max. annotabimus.

§. *Parui autem refert,qui exercet, maſculus ſit an mulier, paterfamilias an filiusfamilias,vel ſeruus. Pupillus autem ſi nauem exerceat,exigemus tutoris autoritatem.*

SVMMARIA.

1. *Mulier quando ex contractu ſuo obligetur.*
2. *Mulier olim ſine tutore nihil poterat.*
3. *Pupillus cur tutore egeat.*
4. *Iuſtiniani vxor prudens mulier.*
5. *Mulieres nonnullæ viris prudentiores.*
6. *Adultus an abſque curatore exercere poſſit.*

Filiusfa. & ſeruus vtrum exercitoris officium ſubire poſſint, & qualiter, paulò inferius
1. ferius declarabimus. Sed in muliere maior dubitandi apparet ratio, quæ cum ad aliorum contractus obligatoriè efficaciter non accedat,*l.*1.*inf ad Velleia.* ex propria perſona minus obligari poſſe videtur, & cum ciuilia officia adempta ſint fœminis, *l.* 2. *inf de reg. Iur.* & pleraque ipſo iure non valeant: ita multo magis adimendum videbatur id officium ex quo incautæ & fragiles, rei familiaris iacturam accipere poſſent. Sanè, quod fauore mulierum conſtitutum eſt,ad læſionem earum inuentum eſſe non debet,*l.quod fauore,C de legib.* Non igitur ſemper quæ cum mulieribus aguntur iure inualida cenſentur: ſed ad bonum & æquum redigenda ſunt, ne magno incommodo afficiantur, & nemine cum his contrahente, quodammodo commercio eis interdicatur, *l. ſi mulier.inf.ad Velleia.* quod & libro 1. Sententiarum de minoribus à Paulo reſponſum eſt,*l. quod ſi minor,§.non ſemper, ſup de minor.* In rem igitur propriam obligatis, vt his Velleianum non ſuffragatur, & quod earum proprium eſt, non comprehenditur ſenatuſconſulto,adeò, vt quemadmodum reſpondit Caius: Aliquando licet alienam obligationem ſuſcipiat mulier, non adiuuatur hoc Senatuſconſulto: quod tunc accidit,cum prima facie quidem alienam, re vera autem ſuam obligationem ſuſcipiat. Sed & Affricanus,*l.tutor. inf.eod. tit.* Denique (inquit) ſi ponamus mulierem in emptione hæreditatis eo nomine damnum pati quod debitores hæreditarij ſoluendo non ſint, nulla, puto, dubitatio erit, quin Senatuſconſulto locus non ſit. Ratio autem eſt, quod non eo propoſito emit hæreditatem, vt pro debitorum hæreditariorum obligatione opponeret ſe creditoribus:ſed quod eam ſibi lucro futuram putaret. Planè tacito quodam vſu receptum videmus, quod non minor ijs in re ſua, quàm viris data aut certè permiſſa libertas ſit, ſi aliud impedimento non fuerit, *Franc. Conna.lib.6.cap.*8. Quid enim ſi minor ſit? Quid item ſi prodiga? Quid ſi furore correpta? Quid ſi vxor? Nam vſu moribuſque receptum eſt, vt viri poteſtati omnino ſubijciatur, nec vllum negocium abſque conſenſu & authoritate mariti ſui contrahere poſſit, quod & olim quoque apud Romanos obſeruatum fuiſſe ex Cicerone colligimus,*in oratione pro Murena, & pro Flacco.* Quanto rectius Cato pro lege Oppia,vt eſt apud Liuium, frenos impotenti naturæ,& indomito animali dandos eſſe cenſet, quum maiores nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine tutore voluiſſent, ſed in parentum eas fratrumque & virorum eſſe poteſtate. Qua tamen tutela liberabantur trium 2.
liberorum matres, vt in Numa oſtendit Plutarchus, cum ſcribit Veſtalibus virginibus licuiſſe teſtamentum facere, & cætera ſine curatore gerere omnia, quemadmodum & trium liberorum matribus. Sed an ea conſuetudo de qua diximus, iuri conſentanea ſit, eleganter explicat Duarenus,*in trac.ſol.matri. ſub. cap. de nup.col.*2.quem videte.

Pupillus autem. Cum pupillus deliberatè & propenſo animi iudicio nihil agat, æquiſſimum mehercule, fuit, ne per ſe exercere nauem poſſet, præuidere, ſed tutoris autoritas neceſſaria eſt, quam & fide, & iudicio, & prudentia denique conſtare oportet. Neque 3.
enim temere aut paſſim ac ſine delectu, ad pupilli,exercere nauẽ cupientis,vota interponi autoritas debet:ſed tum demũ, cum in rem pupilli creditur eſſe neceſſaria. Rectè igitur apud Platonem Athenienſis hoſpes,*de legi. Dial.* 11. Qui fœminam matrémve tutatur, non minus orphanos quam ſi genuiſſet eos, diligat, neque res illorum peius quàm ſuas gubernet: imò etiam affectu animi melius. Sed cum debile admodum & infirmum ſit muliebris animi conſilium, etiam ſi adulta ſit: cur non & hic quoque curatoris autoritatem exigimus? Cur ad exercitoris officium indiſtinctè ab Vlp.

 admit-

admittitur? Anne, quia iniquum eſſet perpetuo curatorum iugo mulieres conſtringi, cum certum minoribus ſpatium pręſcriptum ſit? An potius, quod æquale omnino cum minoribus, muliebris animi iudicium non ſit? Sanè, cum Pauli teſtimonio, *l. regula poſt princi inf. de iur. & fac. ignor.* manifeſtum euadat, tolerabiliorem eſſe in minoribus, quam in fœminis iuris ignorantiam: diuerſitatis ratio difficilis non eſt, vt facilè colligere liceat, quod ſit aliquis mulieribus, etſi non firmus in explicandis rebus delectus. Sed & Conſtantinus Imp. *l. quamuis C. d. tit.* Qamuis (inquit) in lucro ne fœminis ius ignorantibus, ſubueniri ſoleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam locum hoc non habere, retro principum ſtatuta declarant. Quid, quod multæ mulieres induſtria excellant? anne quarundam mulierum prudentiam inſigniter Dininus Propheta deſcribit? Confidit (inquit) in ea cor viri ſui. Conſi lerauit agrum & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit videam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Guſtauit & vidit, quoniam boniam eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. *Blondus lib. 3. deca. 1.* Quid, quod hic Iudith, imò & ipſam Iuſtiniani Imp. coniugem Theodoram, & ſexcentas alias referre poſſem, quarum ſagacitate Reſpub. conſtitit? Hæc autem
4. (inquit Iuſtinianus, *In aut. vt Iudic. ſine quo ſuffr. §. hac. autem.*) apud nos cogitantes & participem quoque conſilij ſumentes eam quæ à Deo data eſt nobis reuerendiſſimam coniugem, &c. Sed & prudentiſſimus ille Seneca, *in lib. de conſolat. ad Marciã cap. vlt.* O quam multarum (exclamat) egregia opera in obſcuro iacent, & quanto ingeniorum certamine celebranda. Quid igitur curatore ſimilibus opus
5. eſſet, quæ & ipſæ curatoribus prudentiores extitere? Planè ſi (quod ſæpiſſimè fieri poteſt) inueniantur, quibus animi iudicium ad exercendas naues omnino non ſuppetit: boni iudicis officium erit curatorem iſtis adhibere, cuius autoritate, cum vtilitas exigit, negocium peragitur, quod & in prodigis vſu venire videmus, *l. Is cui, inf de verb. ob.* At quod ante interdictionem factum eſt, viribus carere non debet. Porrò quod de pupillis hoc loco conſtitutum eſt, an ad adultum quoque qui ſub curatore adguc agit, extendi debeat: quæſtio eſt. Accurſius, idem eſſe, definit, & meo iudicio rectè. Etenim cum Diocleriani Maximinique Impp. teſtimonio, *l. ſi curatorem. C. de in inte. reſt.* non abſimilis ei habetur minor curatorem habens, cui à Prætore curatore dato, bonis interdictum eſt: quem ab Vlp. lib. 36. ad edictum pupillo comparari accepimus, *l. certe condictio, §. quoniã in ſi. ſup. ſi cert. petat.* conſequens eſt & minorem quoque pupillo abſimilem non eſſe. Igitur vt abſque tutore nauem exercere pupillus non poteſt: ita & curatoris autoritas
6. minori quoque neceſſaria eſt. Porrò cur abſque curatore nauem exercere non poſſit minor, qui Vlpiano autore, *l. videamus, §. adoleſcens, ſup de in lit. iur.* à iureiurando minimè repellitur, mirandum non eſt, cum præiudicium inde nullum accipiat. Nec enim alium ſenſum Vlp. reſponſum habet, quam ſi in vtilitatem ſuam iurauerit, *Fulgo Sal. Iaſon & alij ibi.* Igitur rectè Iuſtiniano, *Inſtit. §. 1. de auto. tit. l. verum, §. ſciendum. ſup. de minor.* placuit, meliorem quidem conditionem licere eis facere etiam ſine tutoris curatoriſue autoritate, deteriorem verò non. Vnde in ijs caſibus ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, quibus & nauis exercitium adijcere poſſumus: ipſi quidem qui cum his contrahunt obligantur, ſi autoritas non interuenerit; at hi inuicem non obligantur, ſi locupletiores facti non ſint, *l. in pupillo. inf. de ſolut.* Etenim in his omnibus ſemper conſiderandum eſt, vt æqui boniq́ue ſcopum vbique ſpectemus. Vnde ſi ex eo contractu facti ſint locupletiores, atque ætatis priuilegio iniquum cupiant trahere compendium, ſintq́ue de præda magis, quàm de damno ſolliciti, doli mali exceptione ſubmouebuntur.

§. *Eſt autem nobis electio, vtrum exercitorem, an magiſtrum conuenire velimus. Sed ex contrario, exercenti nauem, aduerſus eos qui cũ magiſtro contraxerunt, actio non pollicetur, quod nõ eodem auxilio indigebat: ſed aut ex locato cum magiſtro, ſi mercede operam ei exhibet, aut ſi gratuitã, mandati agere poteſt. Solent tamẽ præfecti propter miniſterium annonæ, item in Prouincijs Præſides prouinciarum extra ordinẽ eos iuuare, ex contractu magiſtrorum.*

SVMMARIVM.

1. *Ratio iſtius §.*
1. *Gabrielis Mudæi laus.*
3. *Exercitor quomodo conueniatur.*
4. *Mandatum gratuitum eſſe debet.*
5. *Annona priuilegium nautis præſtat.*
6. *Extraordinarium iudicium quod ſit.*

ELECTIO EST &c. Cur in exercitorem actio detur cum, ad magiſtrum tantum qui negocium exercuit, reſpexerint contra- 1.
hentes: omnino mirandum non eſt, quòd cum præpoſuerit naui magiſtrum, tacitè obligare ſe voluiſſe videatur. Etſi igitur in obligationibus ex quibus actiones naſcantur, lex ciuilis vtriuſque conſenſum requirat, tam ſcilicet eius qui experitur, quam eius qui conuenitur iudicio, ita vt nec alius alij obligationem acquirat, neque in obligationem alium inducat, etiam ſi alterius nomine contrahatur, *l. Iulianus. § ſi procurator, inf. de act. empt.* Hoc tamen tunc

tunc tantùm verum eſt, vbi ex noſtro contractu originem trahunt quæ gerimus *l. quæcunque inf. de act. & ob.* Quæcunque enim gerimus, inquit Paulus, cum ex noſtro contractu originem trahunt, niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumant: inanem noſtrum actum efficiunt. Et ideo neque ſtipulari, neque emere, neque vendere, contrahere, vt alter ſuo nomine rectè agat, poſſumus. At ex alieno contractu naſcuntur aliquando aduerſus alium actiones iure Prætorio, ex æquitate & euidente vtilitate. Imo nonnunquam ſic, vt quis ſic acquirat actionem aduerſus eum, cuius fidem non eſt ſecutus, quum ignoraret quod is eſſet, qui eum cum quo contraxit, præpoſuerat, vt hic, quod alio, *Ad Rub. C. hoc eo. tit.* loco ab excellentiſſimo Iureconſulto D. Gabriele Mu-
2. dæo, Præceptore meo omnibus modis obſeruando, (cuius doctiſſimæ in præcipuam iuris partem annotationes, neſcio quo fato, adhuc ſupprimantur) eleganter eſt annotatum. Hac igitur motum ratione Caſtrenſem exiſtimo, vt datiuam actionem hanc, quæ in exercitorem datur, nuncuparat. Eſt enim datiua actio, in qua contra reum efficaciter partium contractus allegari non poteſt, vel quod ipſæ partes ad inuicem nō contraxerint, ſed à tertio agendi ius accipiant: vel quod contractus inter partes initus ad producendam actionem idoneus non ſit, *Pulchrè Zaſius, ſingul. reſponſ. lib. 2. cap. 5.* ſed qua actione contra exercitorem expe-
3. riendum eſt? Sanè, ſunt qui exiſtimant, eum qui exercitorem nauis conuenire vult, non alia actione experiri poſſe, ſi à magiſtro quid venditum fuerit, & nondum traditum, quam ea quæ aliàs emptori contra non tradentem venditorem iure conceditur. Sed & ſi magiſtro mutuo datum ſit, ex mutuo per illos, ſecundum formam præpoſitionis contracto, certi condictione exercitoria conueniendū arbitrantur, vt non actio ex eo contractu cōpetens, nouam prorſus naturam induat: ſed vt propter occaſionem ex qua emerſit, tanquam ex accidenti, variari eius cauſa videatur.

NON EODEM AVXILIO. Cur ita? Anne quia deliberare potuit exercitor, quem rebus ſuis præficeret, & cuius innocentiæ ac fidei eſſet explorare *l. ſi ſup. Naut. Caup. Stabular.* Ita me hercule, exiſtimo, cum è contrario ideo Prætoris beneficium exierit, vt cum magiſtro ſolum contrahentibus, quos magiſtorum conditio aut temporis, aut loci importunitate, latere poteſt, ſubueniretur, *l. 1. ſup. eo.* Porrò cum expreſsè hoc loco per Vlp. decidatur vel in exercitorem, vel in magiſtrum, actionem dari: facillimè conſtare poteſt, falſum fuiſſe Angeli traditionem, qua Inſtitores, ſeu quos noſtro idiomate factores dicimus, magiſtroſque ex contractū obligari non poſſe, aſtruit, *In l. eod. inf. de duo. reis.* Rectius igitur cum Socyno, *conſil. 54. 2. vol.* Caſtrenſis, eos qui enumerati ſunt, quantumuis alienum officium exercentes conueniri poſſe exiſtimat.

MANDATI AGERE POTEST. Mandatum 4.
etenim gratuitum eſſe debet, quod ex amicitia atque officio originem trahit, *l. 1. inf. mand.* Quid autem officio gratuito magis contrarium eſt, quàm merces & ſalarium? Quid minus honeſtum, atque amicitiam fœnerari, & precio accepto eleuare vltronei beneficij autoritatem, *Cic. in Lælio. Quintil. a. lib. 12. cap. 7.* Et ideo procurator ex mandato nihil petere poteſt, ne locator appareat: quod in re tam honeſta, turpe exiſtimari debet, & quaſi autoramentum ſeruitutis. Porrò ſi ei quid honoris gratia offeratur, id honeſtè accipiet, *l. ſi remunerandi, inf. mand.* Rectè igitur Iuſtinianus: Si mandatum gratuitum non ſit, in aliam formam negocij cadet, *§. fi. inſt. d. tit.*

MINISTERIVM ANNONAE. Propter anno- 5.
nam quæ vbique inprimis neceſſaria eſt, multa paſſim in iure nauibus beneficia à Diuis Romanorum Principibus conceſſa reperiuntur. Iuſtinianus enim Imp. nullam, *l. 1. C. de nauic. lib. 11.* vim naucleros ſuſtinere ſpecies annonarias transferentes, voluit, nec concuſſiones perpeti: nec aliquod genus incommodi, ſed venientes ac remeantes, omni ſecuritate potiri, decem librarum auri mulcta proponenda, his qui eos inquietare tentauerint.

EXTRA ORDINEM. Quamuis igitur lege agere exercitor non poſſit, & via iuris ordinariam actionem intendere: extra ordinem tamen Præſes cognoſcet, quod noſtri dicunt venire per requeſtam. Nam cum aliquid tanquam ex tranſuerſo ſuperuenit, ad quod actionis legitimæ poteſtas dirigi non poteſt, libellum ſupplicem offerunt iudici, vt de eo ex æquitate ſtatuat, *Franc. Connanus lib. 7. comen. cap. 14.* Hinc extraordinarium iudicium dicitur, quod officio iudicis implorato conſti- 6.
tuitur, *l. 1. inf. de var. & extra ord. cognit.* quoties ex æquitate alicui ſuccurrendum eſt, quia remedium ordinarium deſit, *l. cum filiusfa. ſup. ſi cert. pet. 41.* Sed quæ hic eſt æquitas? Sanè ſi magiſter ſoluendo non fuerit, *l. 1. C. de act. & ob. l. fi. C. quomodo ſiſ. vel ptin.* vel ſi abſens ſit, & periculum ſit in mora, quod cum magiſter cedere non poteſt qui abſens eſt, debitor fortaſſis bonis exuatur. Quid contra, ſi abſente magiſtro bona dilapidet? Quid ſi ſuſpectus probari poſſit? Quod ſi magiſter ante ceſſionem rebus humanis exemptus ſit? *Caſtren. ad l. 7. inf. de inſtitor. act.*

§. *Si is, qui nauem exercuit, in aliena poteſtate erit, eiuſque voluntate nauem exercuerit, quod cum eius magiſtro geſtum erit: in eum, cuius in poteſtate erit, qui nauem exercuit, iudicium datur. Licet autem actio in eum detur, in cuius poteſtate eſt, qui nauem exercet: tamen ita demum datur, ſi voluntate eius exerceat. Ideo autem ex volun-*

tate in ſolidum tenetur, qui habet in poteſtate exercitorem, quia ad ſummam Reipub. nauium exercitium pertinet. At inſtitorum non idem vſus eſt, ea propter in tributum duntaxat vocantur, qui contraxerunt cũ eo, qui in merce peculiari ſciente domino negociatur. Sed ſi ſciente dumtaxat, non etiam volente domino, cum magiſtro contractum ſit: vtrũ quaſi in volentem dabimus actionẽ in ſolidum: an verò exemplo tributoriæ? In re igitur dubia melius eſt verbis edicti ſeruire, & neque ſcientiam ſolam, & nudam patris dominive in nauibus onerare, neque in peculiaribus voluntatem extendere ad ſolidam obligationem. Et ita videtur etiam Pomp. ſignificare: ſi ſit in aliena poteſtate, ſi quidem voluntate gerat, in ſolidum eum obligari: ſi minus, in peculium.

SVMMARIA.

1. *Ratio decidendi in hoc §.*
2. *Nauigatio an Reipub. vtilis.*
3. *Pater an emancipato filio teneatur.*
4. *Voluntas quomodo probanda.*
5. *Pater an ex quouis filij contractu teneatur.*
6. *Exercitoria actio in quo ab actione quod iuſſu diſcrepat.*
7. *Tributum quid ſit.*
8. *Merx peculiaris quid ſit.*
9. *Maris nauigatio vtilis.*
10. *Verba legis quando inſpicienda.*
11. *Mens legis anima legis.*

1. IVDICIVM DATVR. Cur ita? Anne, quòd is qui antecedens permittit, conſequentia quoque concedere videatur, *l. 1 §. 1. ſup ſi vſuſfruc. petat.* Etenim cum nec hi quidem, vt alij, rebus ſuis ſemper ſupereſſe non poſſunt, qui exercere eos nauem patitur, magiſtros quoque præponendi, authoritatem feciſſe cenſebitur. Vlpianus profectò, & nauigandi vtilitatem Reipub. accommodatiſſimam, pro ratione conſtituit. Maris nauigatio, vtrum ciuitatibus
2. quæ bonis legibus vtantur proſit, anne obſit, pulchrè in Politicis tradidit Ariſtoteles, *cap. 6. lib. 7.* & quamuis abundè ſatis ea quæſtio ſuperius à nobis deciſa ſit, multi tamen ſunt qui ambigant. Nam peregrinorum & exterorum quorundam, qui in alijs legibus educati ſunt, aduentum & communionem nocere aiunt & bonis legibus, & loci frequentiæ. Vſu enim maris fieri, vt mittendo & recipiendo, mercatorum multitudo exoriatur: quod præclaræ Reipubl. adminiſtrationi repugnet. Cæterum his argumentis facilè is idem Philoſophus reſpondet. De copijs autem naualibus, haud dubium eſt, quin perutile ſit earum quandam vim & copiam obtinere. Neque enim ſibi ipſis ſolum, ſed etiam finitimis auxilio ac præſidio & terrori eſſe omnes debent, vt terra, ſic mari. Sed vt ad patrem, dominumque, quo ex loco digreſſus ſum, reuertar, conſtat eos in ſolidum teneri ſi voluntate eorum filius ſeruuſve exer- 3.
ceat. Quod an in emancipato etiam filio locum habeat, quæri ſolet: & magis eſt, vt non habeat, ſed de his tantum geſta ſunt, obligari parentem exiſtimo, *l. ſi filiusfa. inf. de tutel. & ration. diſtrahen.* Quanto peius igitur Accur. ſentit, exiſtimans filium patris ſacris abſolutum in ſolidum conueniendum eſſe. Quin potius dicere oportet, noluiſſe leges plurimum grauare eum, qui cum arbitratu parentis contraxiſſet, eiuſque auxilio potuiſſet liberari obligatione, ſi in poteſtate manſiſſet, vt nunc ſui iuris factus, in initijs domus conſtituendæ euertatur omnibus fortunis, ne vnquam Reipub. vel domui ſuæ profuturus ſit. Sed etſi nondum emancipato filio, ſed in poteſtate adhuc conſtituto rebus humanis pater eximatur: hæredes teneri credibilius eſt, *arg. l. 1 C. de Decur. Iaſon in l. frater à fratre, ſup. de condict. indeb.*

SI VOLVNTATE. Quo pacto de voluntate patris dominive potiſſimum conſtare poſſit: multi contraria, ne dicam, abſurda, opinantur. Illud conſtat, voluntatem in animo retentam, & quæ exterioribus indicijs ſuiipſius teſtimonium non exhibet, in foro contentioſo, admittendam non eſſe. Igitur ſi expreſſa voluntas interceſſiſſe probari nequeat: ad coniecturas probabiles deueniendum erit, *Fulg. Bal. & Alb hic.* Etenim cùm teſte Seneca, hominum incertos animi motus diſcernere præter Deum nemo, *& Accur. in l. 1. ſup. de interrog. act. 1. Paralipo. 28.* poſſit: vt Philoſophorum & Theo- 4.
logorum potius ea cognitio ſit, non iudicium: ad exteriora mentis indicia confugere oportet, quæ voluntatis argumentum facillime præſtabunt, *l. 1. § diuus, inf. ad l. Cornel. de ſicar. l. cum quis, ſup. ſi cert. petat.* Quid igitur, ſi obuentiones omnes & reditus ad partem dominumve recipientem deferantur? Quid, anne pro expreſſa habebitur? Sanè, ſi nec eo modo de voluntate conſtare poſſit: non in ſolidum, non probata per actorem voluntate, *l. ei qui. inf. de prob.* quod hic requirit Vlpianus, ſed de peculio tantum actio dabitur. Sed an igitur, ex quouis contractu cum filiofa. inito, in ſolidum adhibita autoritate patres teneantur? Quæſtio temperamentum recipit. Nam & inuoluntarij & inuiti interdum in ſolidi obligationem incidunt, Adrianus enim Imp. Britaſio Pollioni Legato Lugdunenſi, in hæc verba reſcripſit, *l. ſi quis. §. 1. inf de excuſat. tuto.* Iſidorus Marcus quamuis filiusfa. ſit, idoneus tutor eſſe videbitur. Pater autem eius idcirco cauere non vult, vt filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeuerauit: exiſtimo te huic fraudi occurſurum, vt & ipſe & filius, ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur. Ecce & inuitus & in ſolidum hic

hic obligabitur. Interdum ſanè etſi conſenſum adhibeat, obligationis tamen vinculo minimè aſtringitur, quod ex Iuſtiniani Cæſaris, ad Ioannem Prætorij Præfectum epiſtola, conſtare poteſt, *l. cum non ſolum*, §. *neceſſitate*, *C. de bo. quæ lib.* Porrò ſi neutrum facere cogantur patres, neque conſentire neque obligare ſe: vltra peculium minime tenentur. Dicet aliquis, cum inter iuſſum expreſſamque ſaltem parentum voluntatem parum admodum intereſſe videatur, cur non exercitoria relicta, quod iuſſu actio conſtituta eſt, *l. Lucius*, *in de ad. tu.* Communis reſolutio interpretum in eo conſiſtit, quod actio quod iuſſu ex ſpeciali contractus expreſſione conſiſtat, quod hic neceſſarium non eſt in hac exercitoria actione, quæ generali præpoſitione contenta eſt. Sed cum hæc parum tuta ſit ſolutio, quod Vlp. reſponderit, *l.* 1. *inf. quod iuſſu*, iuſſum accipiendum eſſe ſiue ſpecialiter dominus parenſve in vno contractu iuſſerit, ſiue generaliter. Aliò confugiunt plerique, *Alberic hic.* exiſtimantque in exercitoria tacitam ſufficere, in ea verò quod

6. iuſſu, expreſſam voluntatem requiri. Planè cum nec in hanc ſententiam concederet Comenſis, non hic de filiorum ſeruorumue, ſed de magiſtrorum ab his præpoſitorum contractibus mentionem fieri aſtruit, quod in actione quod iuſſu rationem non habet.

7. In tribvtvm. Intelligimus hic per tributum id quod inter creditores ſerui negotiantis, & dominum cui idem ſeruus debet tribuitur, hoc eſt, diſtribuitur pro rata eius, quod cuique debetur. In tributum igitur vocari, aliud hic eſt nihil, quam ad virilem partem admitti. Quod vt plenius intelligi poſſit per exemplum, cuius maximam in docendo vim eſſe, apud Platonem teſtatur Socrates, *in lib. de regno*, *colum.* 9. *circa fin.* arduumque eſſe abſque exemplis res magnas lucidè oſtendere indicabimus. Filiusfa. in merce peculiari ſciente patienteque patre negociatur, cui ego ad certum contracta conuentione, magnam mercium quantitatem vendidi. Is & cum alijs in merce peculiari eadem ratione contractum inijt. Conuenio patrem, ſummam filio creditam exigo. Sanè quamuis regulariter in peculio receptum ſit, vt parentes, quod ſibi debetur inprimis deducere poſſint, *l. depoſiti inf. de pec. l. ſi cum dotem*, §. *vlt. inf. ſolut. matrimo.* hoc tamen in caſu communis regula locum non habet. In ſolidum igitur in medium delato & exhibito creditoribus peculio, nihil deducet pater, quo ſciente patienteque contractum eſt: ſed diuiſio inter omnes creditores, quoad virilem portionem, id eſt, pro rata eius quod ei à filio debetur, admittendus erit. Quæ hic in filio dicta ſunt, eadem & in ſeruo locum habent.

8. Merce pecvliari. Dicitur merx peculiaris, in qua dominus permittit ſeruum ſuo proprio nomine negociari. Dominica verò, in qua domini voce negocia gerit.

Sciente domino. Igitur cùm circa naualem negociationem, quàm terreſtrem maior 9.
Reipub. vtilitas conſiſtere videatur: ab æquitate profectò alienum non eſt, quod ex magiſtri à filio ſeruoúe præpoſiti contractu, in ſolidum patres, dominiue conueniantur, quodque in alijs aliter receptum ſit, vt deductionis tantum prærogatiua exuti, vltra peculij vires minimè obligentur, *Paul. Caſtren. hic. ver. ſed contra.*

In re dvbia. Rectiſſime ait Vlpianus in 10.
re dubia à verbis legis recedendum non eſſe. Nam vbi mens legis certa eſt, vel ex circunſtantiis colligi poteſt: procul dubio à verbis recedentes, mentem legis amplectimur. Etenim cum qui pertinaciter à ſcripto recedere non vult, perniciosè errare Celſus adoleſcens dicere conſueuit, *l. ſi ſeruum, inf. de verb. ob.* Illud 11.
vtique faiendum eſt, mentem, verborum radicem primamque ſubſtantiam eſſe: verba menti ſeruire, & ſub iugo mentis, non ſecus, quam mancipium premi. Non latuit hoc totius eloquentiæ fontem Tullium Ciceronem in ea oratione quam pro Aulo Cecinna habuit. Scriptum (inquit) ſequi calumniatoris eſt, boni autem Iudicis voluntatem ſcriptoris, & rationem defendere. Quod igitur Quintilianus ait, omnibus Iureconſultis ſummum ſemper laborem fuiſſe circa obſeruationem verborum, eatenus verum eſt, ſi de mente legiſlatoris aliter conſtare non poſſit, *l. non aliter. inf. de legat.* 1. Sed in quo hic verbis ſeruiendum Vlpianus exiſtimat? Sanè, quia cum in minori culpa ſint parentes dominiue quorum ſcientia ſolum cum magiſtro contractum eſt, quàm ſi iuuandis negocijs autoritatem feciſſent: à verbis edicti voluntatem requirentis, recedendum non eſt. Alioqui enim & ex ſola ſcientia in peculiaribus mercibus, ſolidi obligationem, lege repugnante, extendere deberemus. Sequitur igitur ex his, perpetuo in iure verum non eſſe, quod tacentes ſcienteſque conſentire videantur: de qua re latius alio loco à nobis dictum eſt, *in cap. qui tacet, de reg. iur. li.* 6.

§. *In poteſtate autem accipimus vtriuſque ſexus filios, vel filias, ſeruos, vel ſeruas. Si tamen ſeruus peculiaris volente filiofa. in cuius peculio erat, vel ſeruo, vicarius eius nauem exercuit, pater dominuſve, qui voluntatem non accommodauit, duntaxat de peculio tenebitur, ſed filius ipſe in ſolidum. Planè ſi voluntate domini, vel patris exercuit, in ſolidum tenebitur & præterea filius, ſi & ipſe voluntatē accommodauerit, in ſolidum erit obligatus. Quanquam autem ſi cum magiſtro eius geſtum ſit, duntaxat pollicetur Prætor actionem: tamen (vt Iulianus quoque ſcripſit) etiam ſi cum ipſo exerci-*

Bbbb 4 tore

tore ſit contractum pater dominúſue in ſolidum tenebitur.

SVMMARIA.

1. *In poteſtate noſtra qui ſint.*
2. *Seruus peculiaris quis ſit.*
3. *Seruus vicarius quis.*
4. *Principum amici qui.*
5. *Ordinarij ſerui vnde dicti.*
6. *Pater quare de peculio teneatur.*
7. *Filiusfa. quomodo conueniatur.*

IN POTESTATE. Iuſtinianus libro primo, *in tit. de his qui ſunt ſui uel alie Iur.* Inſtitutionum, perſonas ſumma diuiſione iin liberos homines, & ſeruos diuiſit: ſecunda diuiſione in eas quæ ſui iuris ſunt, & quæ alieni, perſonas. Diſpiciamus itaque de ijs quæ in aliena po-
1. teſtate ſunt. In poteſtate igitur dominorum ſunt ſerui, in noſtra verò liberi noſtri quos ex iuſtis nuptijs procreauimus. Dominorum ſanè poteſtas iuris gentium eſt, non naturalis: quo omnes homines æquales reperiuntur, *l. quod attinet, inf. de reg. Iur.* Naturalem autem eſſe patri in liberos poteſtatem, tam ex lege Romana, quàm ex Ariſtorele conſtat, quæ apud omnes gentes vim ſuam retinere debet, *l. in ſuis. inf. de lib. & poſthu. Gel. noct. attica. lib. 5. ca. 19.* Porrò cum permiſſa olim patri dominoque fuerit, vitæ neciſque poteſtas, hodie tamen humaniore ratione vtriuſque poteſtas conſtituta eſt. Patri itaque filium caſtigandi relicta facultas eſt, dum caſtigatio ipſa, plus pietatis quam acerbitatis habeat: dum etiam ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri, nihilque conſideratè Cicero exiſtimauit, *in Quæſt. Tuſcal. lib. 4. ad fi.* Sed & ius Ciuile à iure, *l. Ius ciuile, ſup. de inſtit. & iur.* gentium recedens domini imperio modum adhibuit: vt ſuo loco, *§. ſed hoc tempore, inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* cuilibet perſpectum eſſe poterit. Diuus enim Hadrianus ſeruos à dominis occidi vetuit: ſed ſi qui deliquiſſent, Prætoris iudicio pœna affici præcepit, ita vt Vmbritiam matronam, quòd in ancillas ſupra modum ſæuiiſſet, in quinquennium relegaſſe ferant: quod magis ex re publica duceret, permulcendo tractandoque animos probos fieri quàm verbere, *Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 10.* Hodie ſanè poteſtas vtriuſque, in acquiſitione, obſequio, atque alijs quibuſdam, quæ ſuo loco obſeruari poſſunt, conſiſtit, *C. per quas perſo. l. 1. D. de parent. qui. fil. & inf. tot. tit. de obſeq.* Et hæc quidem poteſtas priuata eſt. Publicam ſanè, de qua hoc loco nobis exponendum non eſt, habent Antiſtites ſummi, Imperatores, Reges, Principes, & omnes ij denique qui autoritate publica Reipu. præficiuntur.

SERVVS PECVLIARIS. Erant peculiares
2. ſerui qui peculio filiorum annumerantur, ſimiliter ac reliquæ eorum res peculiares, de quare ad longum diſputare noſtro ſeculo non conuenit, cum diuina lege eadem omnes conditione viuamus. Inter eos enim (inquit Paulus, *ad Gal. 3.*) qui in Chriſtum baptizati ſunt, neque liber neque ſeruus ſit. Sed quia ſeruorum tractatus plurium rerum expeditionem habet & quæ de alijs dicenda ſunt, à ſeruis magna ex parte ſumuntur: interdum obiter attigiſſe, ſufficiet.

VICARIVS EIVS. Cum multis varijſque 3.
officijs res familiaris gubernetur, neceſſe fuit diuerſitatem aliquam ſeruorum conſtituere, non vt in omnes non eſſet æqualis dominorũ poteſtas, ſed illorum quaſi honore quodam diſtinctus ordo & ſtatus, *Conna. lib. 2. cap. 1.* Seruorum igitur quidam ordinarij, quidam vicarij appellabantur. Ordinarij, quibus peculium dominus conceſſerat, negociarique permittebat, *l. ſi ſeruus, inf. de pecul.* Vicarij verò, ſerui ſeruorum erant ordinariorum quodammodo, quidamque quaſi ſubmagiſtri, vel ſubinſtitores. Accidit enim non rarò, vt domini naturali quodam fauore: hunc magis ament quam illum, atque proinde ſic præferunt alium alij, vt hunc mediaſtinum, de quo ſuperius traditum eſt, hunc verò atriarium conſtituant. Huic peculium concedunt, alterum eidẽ ſubij-
ciunt. Quod enim quidam ex Philoſophis de 4.
amicis Principum dixit, eos ſimiles eſſe calculis ſupputatorijs, qui parum aut multum valent, prout ad ſuperiores aut inferiores lineas tabulæ numerariæ transferantur: idem in ſeruis dici poteſt, qui tanto ſunt meliore conditione, quanto magis propitium quiſque nactus eſt dominum. Sed & vicarij hi peculium, & in eo ſeruos quoque habere poterant, qui peculiares & vicarij vicariorum dicti, in peculio primi & ordinarij ſerui continebantur. Si igitur ad poteſtatem domini reſpiciamus, ſubiectus ei eſt æqualiter ordinarius ſeruus & vicarius, eſtque horum alter alteri conſeruus. Sin ad rationem peculij: ordinarius vicarij dominus eſt. Exiſtimat autem Connanus, *d. loco.*
inde ordinarios ſeruos dictos eſſe, quod ordi- 5.
nem ſuum & locum tenebant in re familiari domini, non item vicarij, qui in peculio erant ordinariorum, vt ordinarium ius vocamus, ab eo differens, quod extra ordinem datur. Vicariorum verò nulla erat certa, deſtinataque miniſterij functio, ſed omnium etiam ordinariorum mandatis obſequi, & parere cogebantur.

DE PECVLIO. Quamquam enim nihil con-
traxerunt domini vel parentes, vt ſummo iure 6.
ciuili ex contractu filiorum aut ſerui minimè teneantur, multo minus ex facto eorum qui ab his præpoſiti ſunt, *C. ne fil. pro parte & è contra.* naturalis tamen æquitas exigit, dominos & parentes, ex contractibus & negocijs per ſeruos aut filios geſtis, teneri. Etenim cum hi certam pecuniæ quantitatem peculij loco, & negociationis ergo, ijs quos in poteſtate ſua habent,

habent, concedant: videntur quoque & horum autoritate contraxiſſe, quod ea in conſequentiam venire cenſeantur, *l. qui peculij. inf. de pecul.* quod & alibi fuſius, *in §. actiones, inſtit. de acti.* exprimitur.

IN SOLIDVM. Etenim, vt lib. xl. ad Edictum Vlp. ſcribit, *l. tam ex contractib ſup. de iudi.* tam ex contractibus quàm ex delictis in filiumfa. competit actio. Eadem igitur ratione ex magiſtri ſeruíve contractu conueniri poteſt. Si quis igitur cum filiofamilias contraxerit, duos habet debitores: filium in ſolidum, & patrem dumtaxat de peculio, quod & Domitius Vlpianus lib. lxiij. ad edictum ait, *l. ſi quis, inf. de pecu.* Ideoque ſi pater filio peculium ademerit, nihilominus (vt Iulius Paulus, *l. Ideoque d. tit.* teſtatur) creditores cum filio agere poſſunt. Sed quid ſi nihil habeat bonorum qui contraxit filiusfa. inaniſne actio per inopiam conſtituetur, *l. nam is. ſup de dolo.* Quid ſi omnia patris ſunt? Quæ non ſequente executione condemnationis utilitas? Communi calculo receptum eſt, ad ceſſionis beneficium eo caſu deueniendum eſſe. Cum enim (inquit Iuſtinianus. *l. penul. C. qui bo. ced. poſſunt.*) & filijfa. poſſint habere ſubſtantias, quæ patribus acquiri vetitæ ſunt: nec non peculium caſtrenſe, vel quod patre volente poſſident: quare ceſſio bonorum eis deneganda ſit: cum etſi nihil in ſuo cenſu habeant: tamen ne patiantur iniuriam, debet bonorum ceſſio admitti. Si enim & paterfamilias admittendus eſt, propter iniuriarum timorem ad ceſſionis flebile veniens adiutorium: quare filijsfa. vtriuſque ſexus hoc ius denegamus: cum apertiſſimi iuris eſt, & in patresfa. & inter alieno iuri ſubiectos, ſi quid poſtea eis pinguius acceſſerit: hoc iterum vſque ad modum debiti, poſſe à creditoribus legitimo modo auelli. Hactenus ille. Planè ſi bonis cedere recuſaret: in carcerem detrudi poſſe probabilius eſt, *Zaſius, Iaſon. & alij in § actiones, inſtit. de act.*

SI VOLVNTATE PATRIS &c. Ratio eſt, ne bona fide & voluntate parentem cum filijsfa. contrahentes, decipiantur. Maledictus enim eſt, inquit Hieremias, 48. *cap.* 8. qui facit opus fraudulenter. Is autem fraudulenter agit, qui voluntariè negociari filium permittens, debitum exoluere recuſat. Sanè an peculij partes ſæpenumero occultentur: aliorum eſto iudicium. Rectè igitur ſcriptum eſt: Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum. *Leui.* 9. *c.*

§. *Hæc actio ex perſona magiſtri in exercitorem dabitur, & ideo ſi cum altero eorũ actum eſt, cum altero agi non poteſt. Sed ſi quid ſit ſolutum, ſi quidem à magiſtro, ipſo iure minuetur obligatio. Sed et ſi ab exercitore, ſiue ſuo nomine, id eſt, propter honorariam obligationem, ſiue magiſtri nomine ſoluerit, minuetur obligatio, quoniam & alius pro me ſoluendo, me liberat.*

SVMMARIA.

1. *Bis idem exigi non poteſt.*
2. *Actione vna electa quando ad aliam redire licet.*
3. *Ipſo iure, & ope exceptionis quid fieri, quomodo differant.*
4. *Solui pro inuito poteſt.*

CAius conſultus, cuius reſponſum & Pontificio quoque iure probatur, *cap. bona fides, extra de reg. Iur. lib. 6.* Bona fides (inqui, *l. bona fides inf. d. t. t.*) non patitur, vt bis idem exigatur. Rectè igitur Vlpianus, quod dictum eſt, in poteſtate noſtra eſſe, vtrum exercitorem, an magiſtrum conuenire velimus, interpretatur, quod ſi cum alterutra eorum actum ſit, cum altero agi non poteſt. An igitur electio creditori præiudicium pariet, *l. 1. C. de furt.* Vtique non videtur. Quanquam enim in actionibus regulare ſit, vt vna electa, ad aliam redire non liceat, *l. quod in hæredem. § eligere, inf. de tribut. act.* in pluribus tamen debitoribus idem iure minimè recipitur, quorum alter ſi eligatur & conueniatur, non ideo dici poteſt cæteros abſolui: quin & perſtringi poterit, & ad eius quod ab altero ſeruari non potuerit, ſolutionem compelli, *l ſi creditor § pe. inf. de peculio.* Igitur ſi cum alterutro iterum actum ſit, perceptione (vt Iulius Paulus teſtatur, *l. perceptione, ſup. de his qui effud. vel deiec.*) non litiſconteſtatione liberatio continget. Sanè in pœnalibus, nec litis conteſtatio, nec perceptio ab vno in ſolidum facta, reliquos liberat, at ſuæ pœnæ quiſque obnoxius eſt, *l. item Mela. § ſi plures ſup. ad l. Aquil.* quod & latius à nobis alio loco tractatur, *in cap. nemo pluribus, de re. Iur. in 6.*

IPSO IVRE. An ipſo iure ſiue per exceptionem liberatio contingat, eatenus intereſſe conſulti arbitrantur: vt priore caſu, vinculum quo ligatus eſt, omnino tollatur. Poſteriore verò, quamuis maneat ſubtili ratione vinculum: per exceptionem tamen perimitur, eliditurque omnis vis, atque poteſtas obligationis, ſi modo exceptio, re ipſa, atque facto, ad excludendam actionem opponatur, hoc modo. Si non pactum de non petendo feceris. Si dolo verſatus non ſis &c. Quibus exceptionibus dabatur litigaturis) non tollitur ipſo iure, id eſt, quantum ad exactam rationem iuris attinet, obligatio: vt adhuc iuſta ſit actio ſummo iure. Sed ex æquo & bono non condemnatur reus propter exceptionem, §. 1. §. *præterea Inſtit. de excep.* quam ſi apud Prætorem qui dabat iudicia, reus initio conteſtatus non eſſet, condemnabatur: licet reuera pactum factum fuerit de non petendo, quod vt omnia peritè ſolent, eleganter apud Baronem explicatur, §. 1. *in-*

§.1.*inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Si quid igitur à magiſtro ſolutum ſit, ipſo iure minuitur obligatio. Sed ſi ab exercitore ſuo nomine, magiſtri obligatio ope exceptionis tantum, *l. Modeſt. inf de ſolut. Alb. hic.*

ME LIBERAT. Iuſtinianus Imp. Eius (inquit, *d*, §. 1.) quod debetur ſolutione, omnis
4. tollitur obligatio. Nec intereſt quis ſoluat, vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo. Liberatur enim & alio ſoluente: ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore, vel inuito eo ſolutio fiat. Naturalis enim ſimul & Ciuilis ratio ſuadet, alienam conditionem, meliorem quidem etiam ignorantis & inuiti facere nos poſſe: ſed (vt Caius, *l. ſoluendo ſup. de neg geſt.*) deteriorem facere non licet.

§. *Si plures nauem exerecant, cum quolibet eorum in ſolidum agi poteſt.*

LEX II.

Caius lib. 8. ad edictũ prouinciale.

Ne in plures aduerſarios diſtrahatur, qui cum vno contraxit.

LEX III.

Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

Nec quicquam facere, quotam quiſque portionem in naue habeat, eumque qui præſtiterit, ſocietatis iudicio à cæteris conſecuturum,

Lex IV. Vlpia. lib. 19. ad edictũ.

Si tamen plures per ſe nauem exerceant, pro portionibus exercitionis conueniuntur. Neque enim inuicem ſui magiſtri videbuntur. Sed ſi plures exerceant, vnum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, huius nomine in ſolidum poterunt conueniri. Sed ſi ſeruus plurium nauem exerceat voluntate eorum, idem placuit quod in pluribus exercitoribus. Planè ſi vnus ex communi voluntate exercuit, in ſolidum ille tenebitur. Et ideo puto in iſto & in ſuperiore caſu in ſolidum omnes teneri.

SVMMARIA.

1. *Vaſallus an omnibus domini hæredibus iurare debeat.*
2. *Communis opinio periculoſa.*
3. *Socius quatenus per ſocium obligetur.*
4. *Ratio §. expoſita.*
5. *Argumentum à parte ad totum validum eſt.*

FRequenti quidem & quotidiano vſu, apud noſtrates præcipuè, receptum videmus, etiam eos qui inter cæteros præcipui ditiſſimique habentur, pro portionibus tantum; ne amiſſa naue ingens vulnus ſoli recipiant, exercendi officium ſuſcipere. Pariter itaque his, & vnanimi conſenſu magiſtrum præficiunt, quocum ſi contractum fuerit: ne in plures aduerſarios (vt Caius ait) diſtringatur qui cum vno contraxit: non pro portionibus tantum, ſed in ſolidum quilibet conueniri poterit. Sed & ſi quis cum ſeruo duorum pluriúmue contraxerit, permittendum eſt ei, cum quo velit dominorum in ſolidum experiri, *l. Et ancillarum, §. fi. inf. de pecu.* quod & in Inſtitoribus receptum eſt, *l habebat inf. de inſtito. act.* Quinimò & eadem ratione à maximi nominis auto- 1.
ribus reſponſum inuenio, *Alberic Iacob. de Aret. & alij in l. de pupillo, §. ſi plurimi, inf. de no. op. nunciat.* non pluribus, ſed vni ſolum ex domini hæredibus, fidelitatis iuramentum præſtare, vaſallum cogendum eſſe, *c.* 1. §. *præterea ducatus, de prob. feu alienat. per Frederi.* Cæterum 2.
communis opinio, ſub cuius prætextu interdum perniciosè admodum peccatur, contrarium docet, *Aluero, & prapo. & alij in d. §. præterea.* exiſtimantque qui eam ſequuntur, omnibus iurandum & ab omnibus inueſtituram petendam eſſe. Sanè nobis ſufficere videtur, ſi vni omnium nomine iuretur, vaſallumque vt omnibus iurèt, compelli non poſſe: etſi omnibus hæredibns ad fidelitatis capitula adſtrictus ſit. Sed & ſi omnibus iurandum eſſet, ex pluralitate tamen hæredum ſeruitiorum pluralitas emergere non deberet, ne pluribus diſtrahatur, qui vni defuncto præſtare conſueuit: iuſtiſſimè adhuc dicendum eſſet, quod aut conuenire inter ſe debeant hæredes, vnumque cui ſeruitium ſoli exhibeatur, eligere, aut quod ad iurandum de fidelitate, vaſallus compelli non poſſit; *Zaſius in lib. de feud. parte. 8. numer.* Nihil his obſtat, quod alibi, *in l fi. ſup. naut. caupo. Stab.* ab Vlpiano ex lib. 13. ad edictum reſponſum eſt: Si plures nauem exerceant, vnumquemque pro parte qua nauem exercet, conuenieniendum eſſe. Illud enim ad quaſi delictum nauem exercentium pertinet, ex quo æquum eſt, pro parte ſingulos conueniri: cum præſertim vnum delictum ſit ex quo conueniuntur, licet, ſuo nomine, *l. penul. d. tit.* Cæterum ex delicto plures in ſolidum pulſantur, quod plura admiſſa ſint, niſi forte à familia furtum, &c. admiſſum dicatur, quod non ſit æquum dominum pro ſingulis pœnam dependere, vel tota familia carere, *Eguinarius Baro ad d. l. ſi facit tex. in l. 1. § illud. inf. ſi à famil. furt fac. eſſe dicatur.* Porrò etſi in ſolidum quilibet conueniri poſſit: vno tamen ſoluente alios liberari credendum eſt, quod & in duobus reis locum habere Iabolenus reſpondit, *l. 1. inf. de duob. reis.*

SI TAMEN PLVRES PER SE &c. Cur ita? An plus per alium quis, quam per ſeipſum obligari poterit? Sanè quia cum vno non contraxerit pro omnibus creditor, in plures deſtringi

ſtringi non poteſt, quod in præcedenti caſu deciſionem fecit. Quæ cum ita ſint: alius alium in ſua portione grauare non poteſt: quamuis ex Bal. *in l. ſi prædium C. de ædilit.* reſponderit Cremenſis, *ſingular.* 165. in ædilitia actione ſpeciali iure aliud receptum eſſe. Quid enim ſi (inquit ille) cum à pluribus mercatoribus ſimul in noſtram hanc ciuitatem equos adducentibus vendentibuſque certos, ſed morboſos ignoranter emero? Anne vitio equorum retecto, & fugientibus ob hoc fortaſſe alijs, qui remanſerunt in ſolidum conueniri potuerunt? Exiſtimat affirmatiuè reſpondendum eſſe. Sed an iure defendi poſſit, dubito. Vlpianus autem in eo deciſionis ſuæ rationem conſtituit, quod inuicem ſui magiſtri non videbantur. Quæ verba alium ſenſum non habent, quàm quod alter alterum præfeciſſe non cenſeatur. Porrò quod lib. 7. quæſtionum ab Africano reſponſum eſt. Si ſuæ conditionis cohæredes ſeruus hæreditarius habeat: inuicē bona fide ſeruire videri *l. eius qui in prouinc. in fi. ſup. ſi cert. petat.* contra Vlpianum non militat. Etenim cum plures ſunt hæredes neceſſarij & ignorantes (nam ſi vel ſcientes, aut extranei vel ſui hæredes eſſent, ſecus eſſet, *l. traditio* §. *fi. inf. de acq. rer. do.*) ob hoc alter alteri acquirit, & bona fide inuicem ſeruire videtur, quod lex eo caſu fictionem quandam ex æquitate introducere, & ob iuſtam ignorantiæ cauſam ad alios extendere debebat, ne ſcilicet alter alterius conditionem deteriorem efficere poſſet, *l. qui admittitur, inf. pro ſocio.* At ſi per ſe omnes ſocietatem exercent, cum ſocietas contractus perſonalis ſit, quilibet pro parte ſua teneri tantum videtur, *d. l. fi.* §. *plures.* nec alter ab altero inuicem præpoſitus cenſetur, ſiquidem facta præſumi non ſolent, *Bal. in rub. de fid. inſt n. 8.* qualis eſt hæc præpoſitio, vt latius Loriotus declarat, *in d. l eius qui circa finem.* Porrò quod hoc loco ab Vlp. reſponſum eſt, pro parte tantum ſingulos teneri: non aliter veteres, *Bar. & alij in l. eandem inf. de duobus reis.* admittendum cenſuerunt, quam ſi in eodem loco negotiationem exercent. Cæterum ſi in diuerſis locis negocientur, ad communem vtilitatem præpoſitos inuicem videri, *l. ſed ſi hoc* §. *pen. verſic. ſi libert. ſup. de in ius vocan.* Idem ſi in eodem loco ſed diuerſo negocij genere. Satis enim eſt eſſe ſocios, & communi ex vtilitate agere, *Alciat. ad d. l. eius.* Sed & ſi alternis vicibus exerceant, vt quia vno abſente, alter nihilominus rem tractet: idem iuris conſtitutum eſſe exiſtimat, *ibi.*

SED SI VNVM. Quod ſinguli exercitores vno conſtituto ex omnibus magiſtro, in ſolidum conueniri à contrahentibus poſſint: ean-
4. dem rationem habet, ne qui cum vno contraxit, in plures aduerſarios diſtringatur. Etenim (vt Bal. ait, *in Rubrica, C. eo. tit. in fi.*) cum deriuatiua obligatio indiuiſibiliter in vnius perſona formatur: vnitiuæ & in ſolidum obligationis radix in eos omnes deriuari cenſetur. Qua ratione, cum in rem ſuam obligati ſint, ad diuiſionis quoque beneficium fruſtra confugituros exiſtimat. Nec quicquam facere reſpondet Paulus, quotam quiſque portionem in naue habeat, ſed eum qui præſtiterit, ſocietatis iudicio à cæteris conſecuturum. In ſocietate enim ſicut lucrum, ita & damnum commune eſſe debet, *l. cum duobus*, §. *ſageriam, inf. pro ſocio.* etſi quid vnus neceſſariò vel vtiliter impendit, ſocietatis iudicio petere poteſt, *l. ſi vnus, d. tit.* Sed hæc cauſa introducendæ obligationis non eſt, vt diximus. Nemo enim (inquit Vlpia. *l. nemo ideo, inf. de reg. Iur.*) ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit: quamuis interea dubium non ſit melius eſſe non ſoluere quam ſolutum repetere, *l. ſupra iter*, § *apud Ferocem, inf. de aqua pluuia. arcen.*

SED SI SERVVS. Circa verſiculi iſtius expoſitionem non ſatis conueniunt Interpretes. Alij enim verſic. ſequentem, *Et ideo*, primam hanc reſponſi partem corrigere, alij contra opinantur. Verius eſt, hoc tota hac parte in- 5.
dicare velle Vlpian. vt oſtendat ſi ſeruus plurium dominorum voluntate nauem exercuit, in ſolidum ſingulos conueniri poſſe. Etenim cum incogniti iuris non ſit, idem iuris quod in parte eſt, & in toto quoque conſtituendum eſſe, *latè D. Præſes in loco à toto ad part. in penul. & ult. colum.* conſequens eſt, vt quemadmodū de vnius voluntate exercens, dominum in ſolidum obligat: ita etſi omnium voluntate exerceat, omnes in ſolidum obligari debere. Rectè igitur Vlp. ait, in ſuperiore caſu omnes in ſolidum teneri.

§. *Si ſeruus ſit, qui nauem exercuit voluntate domini, & alienatus fuerit: nihilominus is, qui eum alienauit, tenebitur. Hæ actiones perpetuo, & hæredibus, & in hæredes dantur. Proinde et ſi ſeruus, qui voluntate domini exercuit, deceſſit, poſt annum dabitur hæc actio quamuis de peculio vltra annum non detur.*

SVMMARIA.

1. *Mors quomodo dicatur omnia ſoluere.*
2. *Homine nihil fragilius.*
3. *Ratio* §.
4. *Hæc actio an inter cæteras actiones referenda ſit.*
5. *Prætoriæ actiones an & quando in hæredes dentur.*
6. *Actio de peculio, quare vltra annum non detur.*

ALIENATVS FVERIT. Etenim cūm (vt Anchoranus ait *conſil.* 332. *num.* 4.) cum ipſa merce potius quam cum perſona contractum videatur: alienatio exercitoris deterio-

rem

rem creditoris conditionem conſtituere non
1. poteſt. Et quamuis Iuſtiniano auctore, mors omnia ſoluere dicatur: ad naturalem hoc tantum, non item ad ciuilem reſolutionem pertinere poteſt, *doct. in l. ſi quis Titius, inf de verb. ob.* Alioquin enim & in hæredes quoque (quod falſum eſt) actiones non tranſire omnibus modis fatendum erit, *C. vt act. ab hæred incip.* Sed & cùm humana vita (auctore Seneca) nihil fugacius, nihil fragilius, nihil inanius ſit: vt rectè ab Hom. dictum videatur:

Nil homine enutrit tellus infirmius alma.

2. Quis obſecro cum ſeruis exercitoribus temerariè contrahere velit, quorum obligatio vel morte vel alienatione facillimè extinguere-tur? Igitur ne publica nauigandi vtilitas iniqui-
3. tate quadam interpretationis euertatur, illud potius dicendum erat, quod is cuius autoritate ſeruus exercuiſſet, vel morte vel alienatione liberari non poſſit. Sanè ſi alienato ſeruo actio extingueretur: quid ea alienatione facilius eſſet? Quid leuius quam iure acquiſito creditorem priuare?

Hae actiones. Magna eſt inter Doctores
4. altercatio & ambiguitas, exercitoria an inter actiones referenda ſit, an potius qualitatem quandam deſignat exercitio, & actionum aliarum adiectio videatur. Quæſtio hæc inutilis, vt plures aliæ quæ perperam tractantur, non eſt. Nam, ſi actiones inter referenda ſit: cum bonæ fidei contractibus à Iuſtiniano non annumeretur, ſtricti iuris naturam aſſumere deberet, §. *actionum inſtit. de action.* Cæterum ſi qualitas tantum & adiectio actionum vocari poſſet, eius actionis cuius adiectio eſſet, naturam ſequi deberet, vt ſi mandato exercitoria adijciatur, bonæ fidei; ſi ſtricti iuris actionibus, ſtricti iuris, diceretur. Accur. ſanè, quem omnes ferè vnanimi concluſione ſequuntur, actionis adiectionem eſſe arbitratur, vt & illæ de in rem verſo, quod iuſſu, de peculio. Sed & quod venditi, locati, empti, conducti actiones, condictionem quoque certi ex mutuo, & alias primarias actiones pro varietate illorum quibus contingit iſtos præfici, comprehendant, opinantur, vt ex ſe non habeant noſtræ vniformem vitam, neque dentur hæredibus æquè aut in hæredes, ſed pro conditione & qualitate primariarum actionum, quibus directo conueniretur, qui eos propoſuit, ſi ipſe, & non per aliũ contraxiſſet. Alij contra, inter actiones referendam exiſtimant, *Caſtren. & alij hic.* Iuſtinianus enim, Eadem (inquit, *Iuſti. quod cum eo. qui in alie. poteſt.*) ratione Prętor duas alias in ſolidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, alia inſtitoria appellatur.

In haeredes. Ait Vlp. has actiones perpe-
5. tuas eſſe & in hæredem dari. Etenim quod alibi à Iulio Paulo reſponſum eſt, Prętorias actiones in hæredem no dari, *l. in honorarijs, inf. de ac. & ob* ad pœnales, non autem ad rei perſecutorias referri debet. Prætor enim annuus fuit magiſtratus, & qui Calend. Ianuar. inibat Præturã, & exacto anno ijſdem Calend. inſignia ponebat, *Cic. in Prat. vrba.* Huius ædicta annuæ leges fuere, hoc eſt, anno ſuo quiſque ius æquabiliter ex ſuo edicto dicere debuit: quod cum Prætores malignè negligerent, & pro libidine ſua, & quæſtu, nunc ex edictis ſuis, nunc contra quãm edixiſſent, ius redderent: Cornelius legem tulit, vt ex edictis perpetuis, ius æquabiliter omnibus dicerent. *l. 2. ſup. de ſtat. homi.* Ea edicta deinde per Offilium & Saluinum Iulianum compoſita in vnum quaſi corpus, Edictum perpetuum dici cœpit. Igitur Prætor edicta pœnalia ita propoſuit, vt intra annum quo primum experiundi poteſtas eſſet, iudicium polliceretur, *l. 1. ſup. ex quib. cau. maior.* In cæteris, quæ ad rei familiaris perſecutionem ſpectabant, ea clauſula minimè addebatur, *Baro hæc ad §. 1. Inſt. de temp. & perpet. act.*

Etiam post annvm. Quamdiu (inquit 6.
Vlpianus, *in l. 1. inf. quan. act. de pecul. anna. ſit.*) ſeruus vel filius in poteſtate eſt, de peculio actio perpetua eſt: poſt mortem autem eius, vel poſtquam emancipatus, manumiſſus, alienatus fuerit, temporaria eſſe incipit, id eſt, annalis. Annus autem vtilis computabitur. Et paulò poſt. Nam, cum morte (ait) vel alienatione extinguatur peculium: ſufficiebat vſque ad annum produci obligationem. Cur igitur hic diuerſum conſtituitur? Cur poſt annum, vt actio de peculio, non conſumitur? Anne ideo, quod inuitus de peculio obligetur pater dominúſve, *l ſi quis ſeruum, §. etiã inf. de peculio.* exercitoria verò voluntate tantum? *l. 1. §. ſi is qui nauem, ſup. eo.* Ita arbitror. Etenim cum dominicæ tantum patriæque poteſtatis intuitu peculium dicatur: quæ morte eorum qui in ea poteſtate erant, extincta eſt: peculium quoque morte ipſa ſecundum iuris rigorem, extinctum eſſe videri poterat. Porrò cum Romanus Prætor cuius ſemper & vbique ſpectata eſt æquitas, onerosum creditoribus futurum animaduerteret, ſi ſeruo extincto actio de peculio deficeret: vices ſuus interponendo, longiorem actioni ætatem conſtituit. Sed ſanè hæc æquitas in exercitoria locum ſibi non vendicat, ſed vt regulariter omnes aliæ actiones quæ ex contractibus naſcuntur, *l. Ex contractibus, inf. de act. & ob.* perpetua eſt.

LEX V.

Paulus lib. 29. ad Edictum.

Si eum, qui in mea poteſtate ſit, magiſtrum nauis habeas, mihi quoque in te competit actio, ſi quid cum eo contraxero. Idem ſi communis ſeruus nobis erit. Ex locato tamen mecum ages, quod operas ſerui mei conduxeris: quia & ſi cũ alio contraxiſſet, ageres mecũ vt actiones quas eo nomine habui, tibi

tibi præſtarem: quemadmodum cum libero (ſi quidem conduxeris) experireris. Quod ſi gratuitæ operæ fuerint, mandati ages.

SVMMARIA.

1. *Acceſſorium aliquando eſt firmius principali.*
2. *Beneficium nemini debet eſſe damnoſum.*
3. *Seruorum ciuitas in prouerbio quid ſignificet.*
4. *Seruus an naturaliter obligetur.*
5. *Communis opinio non ſemper ſequenda.*
6. *Conductionis & locationis vſus apud Veteres confuſus.*
7. *Ceßio actionum, quid præſtet.*

MIHI COMPETIT ACTI. Etenim etſi principalis obligatio, naturalis ſit tantum illa qua ſeruus tenetur: vt actionem in eũ producere non poſſit. *l. ſi frater à fratre, ſup. de*
1. *cond. ind.* acceſſoria tamen exercitoria actio ex Prætoria ſeu ciuili obligatione procedens, quin principali efficacior (non dico maior) ſit, nihil omnino vetat, *Caſt. hic.* Quin & in curatore ex Diuorum Dioclet. *l. Et ſi is, C. de præd. minor.* Maximinique ad Mutianum reſcripto, idem quoque recipitur, qui ſi pro contractu contra legum ordinationem inito ſe obligauerit extincta principali actione, nihilominus obligatus manet, *l. lis nulla, ſup. de iudi.* Igitur etſi à Caio lib. 1. ad edictum publicum reſponſum ſit, quod lis nulla nobis eſſe poſſit cum eo quem in poteſtate habemus: in exercitorem tamen ipſum actio dari debet. Cùm enim natura ita comparatum ſit, vt is qui beneficium accipit, eo conſilio & animo eſſe debeat, vt illi à quo accepit multo cumulatiorẽ reddere velit, vt meritò Gratias vnam auerſam, duaſque non aſpicientes Veteres effinxere: quanto magis & hoc dicendum erit, communi ſaltem iure dominum vti debere, cuius tu ſeruum tuis negocijs præfeciſti? Quid enim ſi à domino commodato acceperis? Sanè non ius ciuile, non plebiſcitum ſolum, ſed ius naturæ conſtituit, bene-
2. ficium damnoſum domino non eſſe. Si igitur tu contra dominum qui cum ſeruo ſuo quem tu præpoſuiſti, contraxit, excipere pergas, profecto tanquam violator humani iuris, ita de officio decedis, vt omni humana ope indignus eſſe videaris, *Alex. ab Alex. Geni. Dier. lib. 5. cap. 1.* Sed & ſi non commodato acceperis, ſed conduxeris ſeruum, hoccine bona fides contractus exigit, vt locatori damno futurus ſit? Non arbitror. An igitur inter dominum & ſeruum naturale vinculum conſiſtit? Certè, cum Vlp. ait, *in l. in perſonam, inf. de reg. iur.* in perſonam ſeruilem nullam cadere obligationẽ: apud veteres dubitatum fuit. Quinimò cum is qui liber non eſt, ne in viuorum quidem numero cenſetur: vt antiquo prouerbio receptum ſit, de ijs
3. rebus quæ eſſe nequeunt, χιϊέμϐολω, ſeruorum ciuitas; qui poterit naturaliter obligari, cũ in mortuum hæc obligatio, *l. ſi Titius & ibi Doct. inf. de verb. ob.* vt nec alia aliqua ratione cadere poſſit? Contrarium ſanè quam plurimis Conſultorum reſponſis manifeſtè deciditur, *l. ſi id quod. ſup. de condic. indeb. & l. naturalter eo. ti. l. ſerui. inf de act. & ob.* Iure quidem Ciuili, quod in legibus conſtitutionibuſque omnino poſitũ eſt, ſerui nullo modo comprehenduntur. At iuris gentium pars quædam in primis etiam naturalibus verſatur, quæ ſeruis quadantenus communia ſunt. Et quamuis hactenus ea Iureconſultorũ reſponſa interpretationem eiuſ- 4.
modi admiſerint: Connano tamen non malis rationibus minimè probatur, qui præcisè Vlpianum intelligens, & naturali & ciuili pariter obligatione interdictos ſeruos exiſtimat, hoc eſt, vt nulla in perſonam ſeruilem cadat obligatio. Quod ergo idem Vlpianus ſeruum dicit obligari & obligare naturaliter, non propriè vereque dicit, ſed factum notat, cuius eſt ſeruus particeps, non ius obligationis, quo ſine dubitatione eſt expers. Naturaliter enim poteſt ſeruus promittere aliquid, loqui, cõtrahere, delinquere: ſed acta iſta nullũ ius ei, aut alicui in eũ pariunt: quia nullius ſocietate iuris continetur: tantummodo ipſum per ſe & nudum in eo factum attenditur. Sed dices hic Anne igitur natura ipſum ad implementum contractus propellit? Sanè id admittendum videtur, ſed non hoc ad obligationem pertinet, quæ tũ demum verè eſt eiuſmodi, cum neceſſaria eſt, & in inuitum vim ſuam ac poteſtatem exercere poteſt; ſed alia obligatio abuſiuè accipitur, & in facto tantum poſita eſt, & idcirco ſeruorum communis. Obligatio igitur primum iure gentium nata eſt, vt rectè iuri naturæ attribui non poſſit. Cum igitur Vlpianus ait, *l. quod attinet, inf. de reg. Iur.* Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur, non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. Naturale ius vocat, *in l. naturaliter, ſup. de condic. indeb.* quod in prima illa fuit ſimplicitate naturæ poſitum, nullam habens notitiam obligationis. Et cum à Iulio Paulo reſponſum eſt, naturaliter ſeruum obligari, factum in eo notari intelligimus, quanquam ex eo nullum ius oriatur. A communi itaque deciſione deflectens in nouam Connani ſententiam accedo, quod non tam autoritatis Bartoli aut Baldi aut aliorum, in docendo, quam rationis momenta quærenda ſint. Quin etiam obeſt plerumque (vt Cicero, *lib. 1. de natu. Deor.* teſtatur) ijs qui diſcere volunt, autoritas eorum quibus nimium adhæremus, & id ratum habent, quod ab eo quem probant, iudicatum vident. An igitur Neuizano, *in ſylua nup. lib. 5 n. 71.* fidendum ſit, qui Fulgo interdum dixiſſe aſtruit, communem opiniònem ſequendam eſſe, etiam ſi alia verior ſit: dubito. Sanè ſi dixerit hoc Fulgo, quid ab eo viro quem tanquam ſummum interpretem & abſolutiſſimum Iureconſ. omnes admirantur, vnquam ineptius dici potuit?

SI COMMVNIS SERVVS &c. Ratio eſt,quia pro ea parte qua tibi ſeruit,eius factum præſtare teneris,*l.ex qua perſona inf.de reg.Iur.*Etenim non in modo præpoſitionis, ſed in ſeruili corpore communionem habetis,*l. portionem. C. de com.rer alie.l.habuimus ſup.communi diuidun.* Vt igitur re communi alteri cum alterius iactura vti non licet:ſic nec in communi ſeruo alteri per alterum iniqua conditio inferri poteſt.

6. EX LOCATO. Alij,ex conducto legendum exiſtimabant. Nam vt Caius lib.4.ad edictum Prætoris Vrbani tit.de publica,*l.veteres.inf. de act.empt.*ait, Veteres, emptione, venditioneque in appellationibus promiſcuè vtebantur. Et idem rurſum ad edictum Prouinciale lib. 21. Idem (inquit) in locatione & conductione. Quam ſententiam comprobare videntur verba Iuli Pauli,dicentis: *Quod operas ſerui mei conduxeris.* Porrò hoc à conſuetudine Latini ſermonis nunc receſſit:atque ita poſteriores loquuntur,vt iſta diſtinguantur,dicaturque locare,qui dat rem vtendam: conducere autem qui pro rei vſu & fructu quam accipit,dat precium, vel precij loco penſionem certam vel nummorum,vel fructuum.

ACTIONES PRAESTAREM. Nam cum regulariter ſeruus quicquid acquirit, domino acquirere videatur, & per extraneum perſonam nihil nobis acquiri poteſt, §. 2. *& fi. inſtit. per quas perſo.nob.acq.* vtiliter ad ceſſionis benefi-
7. cium confugere oportet,promptum ſanè & expeditum:qua omne ius domini principalis recta via in ceſſionarium transfunditur,*tot.tit. de act.vel hæred vend.*

§. Item ſi ſeruus meus nauem exercebit, & cum magiſtro eius contraxero: nihil obſtabit,quominus aduerſus magiſtrum experiar actione,quæ mihi iure vel ciuili vel honorario competit. Nam & cuiuis alij non obſtat hoc edictum, quominus cum magiſtro agere poſſit. Hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adijcitur. Si vnus ex multis exercitoribus cum magiſtro nauis contraxerit,agere cum alijs exercitoribus poterit.

SVMMARIA.

1. *Ratio iſtius §.*
2. *Nemo poteſt ſibi debere.*

SI cum ſeruo noſtro rebus tuis & negociationi præpoſito contraxerimus, quid iuris ſit accepimus. Supereſt vt videamus an contrahentes cum magiſtro à ſeruis noſtris voluntate noſtra exercentibus præpoſito, contra magiſtrum actionem acquiramus. Etenim cum in poteſtate noſtra exercitor ſit, quique alijs ob conceſſam authoritatem in ſolidum nos obligat: dubium eſſe poterat, quid ea in re definiendum eſſet. Verum æquitatem ipſam intuitus atque conſiderans Paulus, indecorum eſſe, & ab omni ratione alieniſſimum arbitrabatur, quod in peiorem conditionem, quam 1
extraneus quiſpiam, dominus conijceretur. Quid enim ſi eo in loco exerceat ſeruus, quo neceſſario de minus contrahere debet? Quid ſi eam negociationem ſolus per magiſtrum ibi exerceat? Sanè ſi in peiorem conditionem incideret dominus:quis exercendis nauibus ſeruis authoritatem faciet? Igitur & publica vtilitas exigit, & in priuato æquitas perſuadere debet, contra magiſtrum actionem domino concedendam eſſe. Rectè igitur à Iulio Paulo reſponſum eſt:*Hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adijcitur.*

Quaſi dicat:ciuilis actio, quæ ex contractu naſcitur, à magiſtro in exercitorem minimè transfertur, vt non etiam magiſter teneatur: ſed adijciatur à Prætore aduerſus exercitorem ius perſequendi, vt nihilominus ciuilis actio vim ſuam retineat.

CVM ALIIS AGERE POTERIT. Quare hoc?Scilicet, ne & iſte peioris ſit conditionis quam extranei.Nam & intereſſe quoque Reipub. poteſt, eum qui cum communi magiſtro contraxit, opulentius negociationes exercere. Idem profectò in hæredibus defuncti quotidianus vſus nos docet, ex quibus ſi quis ſubhaſtatione facta, auitam rem (quod ſæpiſſimè accidere poteſt) iuſto precio emptam ſibi retinere cupit, pro portionibus cohæredes obligatos habet. Vtroque etenim caſu eius portio in primis deducenda eſt, ne abſurdum 2
iſtud conſequatur, quod idem & vnus, non diuerſis reſpectibus, creditor & debitor eſſe videatur,*l.penul.inf.de lega.1. l. debitori, C. de pact.*

LEX VI.

Idem lib. 8 breuius edicti.

Si ſeruus non ex voluntate domini nauem exercuerit: ſi ſciente eo, quaſi tributoria: ſi ignorante,de peculio actio dabitur. Si communis ſeruus voluntate dominorum exerceat nauem,in ſingulos dari debebit in ſolidum actio.

SVMMARIA.

1. *Dominus an & quando & quare inuitus &*
2. *Ignorans de peculio teneantur.*

QVæ hoc loco annotari poſſent, ex ſuperioribus, quibuſcum concordat iſtud Iulij Pauli reſponſum, facillimè peti poterunt, ne & nobis hoc obijciatur, quod Iuuenalis *Satyra 7.ait.*

Nam

Nã quacumq; ſedens modo legerat, hac eadẽ ſtans
1. *Profert, atque eadem cantabat verſibus iſdem*
Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Porrò an illud verum ſit, quod & ignorans & inuitus de peculio dominus obligari poſſit, videndum eſt. Etenim à Seuero & Antonino Diuis Roma. Principibus conſtitutum eſt, *l. ſeruus. C. de pact.* ſeruum meliorem domini cauſam facere poſſe: deteriorem non poſſe. Sed & cum poteſtas dominica in fauorem tantum dominorum introducta ſit: vnde & ipſo iure ei, etiam inuito, *l. ſeruus vetante. inf de verb. ob.* propter ius publicum acquiritur: ex ea damnum aliquod ei oriri non poteſt, §. *actiones, in-*
2. *ſtit. de act.* Sanè in peculio contra communes regulas receptum eſt, quod ſeruus quatenus in peculio eſt, dominum obligare poſſit: ſed ſponte domini facere videtur, qui peculium reuocare arbitrio ſuo poteſt. A qua tamen regula 7. caſus excipit Accur. quos non abſimili carmine Albericus Roſ. ſuo loco recenſet, *in d. l. ſeruus, & ibi hac Alc. C. de pact.*

Si vouet, aut donat, ſi compromittat, agátve.
Si ſponſor, ſi ſe vendat, ſi mandet emendum.

LEX VII.

Aphricanus lib 8. quæſtionum.

Lucius Titius Stichum magiſtrum naui præpoſuit, is pecuniam mutuatus, cauit ſe in refectionem nauis eam accepiſſe. Quæſitum eſt, an nõ aliter Lucius Titius exercitoria tenetur, quàm ſi creditor probaret pecuniã in refectionem nauis eſſe conſumptam? Reſpondit, creditorem vtiliter acturum, ſi quum pecunia crederetur, nauis in ea cauſa fuiſſet, vt refici deberet. Etenim non oportere creditorẽ ad hoc adſtringi, vt ipſe reficiendæ nauis curam accipiat, & negocium domini gerat. Quod certe futurũ ſit, ſi neceſſe habeat probare pecuniam in refectionem erogatam eſſe. Itaque & illud exigendum, vt ſciat in hoc ſe credere, cui rei magiſter ſit præpoſitus. Quod certè aliter fieri nõ poſſit, quàm ſi illud quoque ſcierit, neceſſariam refectioni pecuniam eſſe. Quare & ſi in ea cauſa fuerit nauis, vt refici deberet, multò tamen maior pecunia credita fuerit, quam ad eam rem eſſet neceſſaria: non debere in ſolidũ aduerſus dominũ nauis actionem dari. Interdum etiam illud æſtimandũ, an in eo loco pecunia credita ſit, in quo id propter quod credebatur, comparari potuerit. Quod enim (inquit) ſi ad velum emendum in eiuſmodi inſula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velum comparari non potuerit? Et in ſumma, aliquam diligentiam in eam rem creditorem debere præſtare. Eadem fere dicenda ait, & ſi de inſtitoria actione quæratur: Nam tunc quoque creditorẽ ſcire debere, neceſſariam eſſe mercis comparationem, cui emendæ ſeruus ſit præpoſitus, & ſufficere, ſi in hoc crediderit, non etiam illud exigendum, vt ipſe curam ſuſcipiat, an in hanc rem pecunia erogata ſit.

SVMMARIA.

1. *Confeſſio tutoris aut adminiſtratoris an obliget.*
2. *Iacobus de Aretio veneno ob cauillationem periit.*
3. *Conuerſum in vtilitatem quomodo probetur.*
4. *Exercitoriæ & inſtitoriæ actionis cognatio.*

DEducto ad coronidem argumento, breui admodum epilogo præcipuam exercitoriæ actionis materiam hoc loco iterum repetit Aphricanus, non omnem cauſam etiam intra exercitij omnis limites conſtitutam indiſtinctè, ſed certis numeris certiſque qualitatibus ornatam, exercitoriam actionem producere demonſtrans, quas nos præter ea quæ diximus per ordinem, ſed perfunctoriè tradere conſtituimus.

CAVIT SE ACCEPISSE. Quamuis igitur Papiniano teſte, ſuam confeſſionem infirmare confeſſus non poſſit, *l. quidam, ſup. de interrog. act.* ea tamen confeſſio alijs nocere nequit, & ſi alijs adminiculis fulſulta non veniat: in exercitoriæ actionis materia pro nulla reputabitur. Vt igitur magiſtri confeſſio exercitori ſola non nocet, ita & in Epiſcoporum, Curatorum, Tutorum, Procuratorum, omniumque denique adminiſtratorum confeſſione quoque dicendum eſſe, communi calculo receptum eſt, *In l. certum. §. ſed an & ipſos. inf. de confeſſis. auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſanc. eccle.* Quid igitur, ſi ad mutuam pecuniam recipiendã adminiſtrator conſtitutus ſit, an de recepta in domini præiudicium confiteri non poſſit? Nonne ſcriptura datur, vt de contractu conſtet? *l. Publia. inf. depoſit.* Nonne fidem de recepto facere, ſequela mandati eſt? Anne magna abſurditas eſt, quod qui ad contrahendum conſtituitur, de contractu ſuo fidem facere non poſſit? Sanè magna aperietur via malitijs, ſi domini conſtituentes ludificari creditores poſſent, quaſi confeſſio procuratorum eos non obligaret, vt rectè ob eam cauillationem Iacob. de Aretio veneno perijſſe referatur, *Zaſius cap. vlt. lib. 1. ſingul. reſpon.* Tutius itaque 2.
cum Fulgoſio dicendum videtur, non illud decidere hoc in loco Aphricanum, quod exercitor per magiſtri cautionem non obligatur: ſed hoc potius, quod ea confeſſio ſine ſpeciali domini mandato, ad exercitoriæ actionis natiuitatem ſufficiens non eſſet.

REFICI DEBERET. Quod non omni ex cauſa, ſed ex ea ſolum quæ vera eſt & neceſſaria, exercitor obligetur, rationem habet, ne in magiſtri poteſtate ſit ex futili cauſa exercitorem obligare. Igitur quod ad Vlp. ſuperius paulò reſponſum, *Si hac lege acceperit, quaſi in naue impenſurus mox mutauit voluntatem, exercitorem teneri:* alium ſenſum non habet, quam ſi refectio & eo quoque caſu neceſſaria fuiſſe probetur, *Caſtren. & alij hic.* Sed & hoc ab Aphricano requiritur, quod magiſter eam in rem accepiſſe confiteatur. Etenim ſi ſimpliciter à creditore pecunia magiſtro numerata ſit, iſque in nauis vtilitatem minimè conuerterit: contra exercitorem creditori minimè ſuccurritur.
3. Conuerſam autem in vtilitatem nauis eſſe pecuniam quæ accepta eſt, haud difficili negocio conſtare poterit, ſi nauis cauſa melior poſt acceptam pecuniam reddita probetur, *arg. l. 2. inf. de alimen. pupillo præſtan.* Sanè cum inſtitor aut magiſter, ad recipiendas pecunias expreſſum mandatum habet: communiore ſententia recipitur, vt creditor ex illorum contractu contra dominum agens, non teneatur probare in rem domini verſam eſſe, *Bar. in l. ſi pupilli, §. 1 ſup. de neg. geſt. & Caſtren. hic.* Sed hæc locum habere exiſtimat Coſtalius, cum iſtis actionibus exercitoria videlicet & inſtitoria agitur: ſin autem de in rem verſo: probandum eſt, nec præſumptiones huius legis ſufficerent, vel ſaltem caſus probandus eſt, quo ſeruus impeditus fuit, ne pecunia in vſum verteretur, *l. 2. §. vlt. de in rem verſo.* Tertiò requiritur, quod in eo loco pecunia credita ſit, in quo propter quod credebatur comparari potuit. Quid enim ſi creditor dederit, in quo omnino velum comparari non poſſet? Suſpectum ſanè magiſtrum creditor habere deberet, & ex loco mendacium conuincere. Quod ſi non fecerit, ſed ſuum ſenſum ſecutus, temeritate quadam crediderit, legis beneficio indignus eſt, & exercitoria actione minimè iuuabitur. Poſtremò, quod maiorem pecuniam credere non poſſit, quam nauis neceſſitas requirere videtur: abundè ſuperius expoſitum eſt.

FERE EADEM. Rectè ait Aphricanus, ferè eadem dicenda eſſe in inſtitoria actione quæ de exercitoria definita ſunt. Habent etenim cognationem quandam inter ſe actiones hæ, vt quemadmodum in exercitoria, ita & in inſtitoria creditoris ſcientia requiratur. Cæterum quo pacto in alijs diſcrepant, ex ſuperioribus quoque facillimè liquere poterit. Ad legis Rhodiæ vtiliſſimam materiam, auſpice Deo properandum eſt. 4.

AD LEGEM RHODIAM DE IACTV.

TIT. II. FF. LIB. XIV.

Rubrica.

RHodiæ leges naualium commerciorum, à Ciuitate Rhodo cognominatæ ſunt. Erat enim Ciuitas Rhodienſis olim & inſulæ oportunitate, (vt Gellius ait, *lib. 7. cap 3. noc. attic.*) & operum nobilitate & nauigandi ſolertia, naualibuſque victorijs celebrata: atque omnibus ornamentis tantopere cæteras ciuitates ſuperabat, vt nulla legum præſtantia æqualis putaretur, & naualis rei peritia adeo valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit, quod latiſſimè Strabo demonſtrat, *lib. 12. cap. 14.* Cum itaque mercatorum mari ſe exercentium in ea inſula numerus eſſet frequentiſſimus, & de re nauali indies lites & iurgia exoriebantur: Rhodiæ leges latæ ſunt, quibus altercationibus de rebus nauticis exortis, & præcipuè ſi exonerandæ naues eſſent, prouideretur, *cap. ſi diſtinct. 1.*

LEX III.

Paulus lib. 2. Sententiarum.

Lege Rhodia cauetur, vt ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt.

SVMMARIA.

1. *Si vrgente incendio, mea domo vicini ædes defenderim, expenſas repetere poſſum.*
2. *Mercatorum auaritia.*
3. *Neceßitate illicita decent.*
4. *Nauigatio res periculoſa.*
5. *Cautela pro nauigantibus.*

PApinianus IC. & Illuſtrator iuris Ciuilis egregius, indignum arbitratus cum de omnium

omnium qui in naui ſunt capite æqualiter agatur, alterum gratis, alterum vero cum ingenti mercium iactura, & in quibus tota ſæpè mercatoris fortuna poſita eſt, incolumitatem adipiſci: optima æquitate conſtituit, ad id quod omnes ſaluat, omnes quoque contribuere debere. Quæ quidem conſtitutio ad caſus alios quam plurimos planeque conſimiles tra-
1, hi poterit. Nam ſi vrgente incendio, vt à vicinorum ædibus progredientem flammam arcere poſſim, ædes meas deiecero: ſalute vicinorum ædibus quæſita, æquum eſt, vt æſtimationem domus meæ ob communem vtilitatem deiectæ, vicini refundent, quod & Albericus hic tradidit.

Levandae navis. De alleuiatione eiuſmodi pulchrè in Colloquijs loquitur Eraſmus, vbi de naufragio verba facit. Ea ſanè ſæpe eſt
2. mercatorum nautarumque auaritia & lucrandi immoderata auiditas, vt nauem plus æquo onerent, & cum hic nauli duplicationi, illæ verò vt copioſiſſimè merces abducat, intentus eſt: orta in mari tempeſtate, nauis aduerſus fluctuum inſultum erigere ſe non poteſt, & ingruente vndarum turbine (ſi mercibus non exoneretur) opprimi debet. Quo fit vt Bacchylidis ſententia habet; victa eſt ſapientia lucro, & non fortunas ſolum, ſed cum fortunis ſæpe corpora quoque in diſcrimen abducunt. Et vt Antiphanes ait, pecunias reſpiciens mercator ſuperbit, quarum aliquando omnium dominus fit ventus. Imminente autem neceſſitate, an merces in mare deijcere quis cogi poſſit, dubietatem non habet, & inferius à nobis decla-
3. rabitur, *in §. cum in eadem, in l. ſequenti.* Vbi enim periculum eſt in mora, recedimus à communibus regulis, & quod antea cum contradictione negari poterat, neceſſitas per excuſationem non admittit, *Iaſon in l. de pupillo, §. ſi quis pupillos, nu. 1. ff. de noui operis nunciat.*

Sarciatvr. Res ſanè plena periculo na-
4. uigatio, cui (vt Cato ait) quo pedibus contendi poteſt, minimè credendum eſt, *Alciat. in l. in itinere, ff. de verb. ſignif.* & in qua exorta tempeſtate, ſi nauis alleuitationem requirat, vel corporis pernicies timenda eſt, vel certè magna circa contributionem pro rebus alienis eiectis præſtandam, familiaris rei facienda iactura. Quapropter conſultius fore exiſtimo, & cautiſſimè à proficiſcente obſeruandum, vt ſe potius naui viliſſimas quaſque merces recipienti confidat. Nam ſi iactura mercium orta tempeſtate, hac in naui facienda ſit, contributio tamen rerum familiarium minor erit. Quæ doctrina quomodo intelligenda ſit, ſequenti lege declarabimus.

LEX II.

Idem lib. 25. ad Sabinum.

Si laborante naue iactus factus eſt, amiſſarum mercium domini ſi merces vehendas locauerint, ex locato cum magiſtro nauis agere debent. Is deinde cum reliquis quorũ merces ſaluæ ſunt ex conducto, vt detrimentũ proportione communicetur, agere poteſt. Seruius quidem reſpondit ex locato agere cum magiſtro nauis debere, vt cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præſtent: imò etiam ſi non retineat merces, magiſter vltro ex locato habiturus eſt actionem cum vectoribus.

SVMMARIA.

1. *Metus leuis non excuſat.*
2. *Metus iuſtus quis ſit.*
3. *Reſtitutio ob iuſtum metum datur.*
4. *Circulus in iure vitandus.*

Si laborante. Legis Rhodiæ conſtitutio non aliter locum ſibi vendicat, quam ſi laboraſſe nauem probari poſſit. Ex 1.
meticuloſo autem iactu, contributio non præſtatur. Ex quo intelligi debet eum qui mari non aſſuetus non ruptæ laceræque, ſed fluctuum motu erigenti ſe dehiſcentique naui quaſi nimium oneratæ falſo ſtulteque metuens, præcioſiſſimarum mercium iactum facit: in eo vtique caſu eſſe, vt ad contributionem agere non poſſit. Sic & is qui iuſto metu ductus, ne ad ſe ignis perueniat vicinorum ædes intercidit: Aquiliæ legis actionem non timet. At ſi metus iniuſtus ſit & 2.
qui in conſtantem virum cadere non deberet: aliud dicendum eſt, *l. ſi quis fumo in fi. ſup. ad l. Aquil.* & iniuſtum metum reſtitutionis beneficium non mereri, *cap. ad audientiam, ext. de his quæ vi met. ca.* Sed quid ſi ſeruandarum merciũ ſuarum cauſa alienam mercem in mare proiecis? Qua actione tenebitur? Iulianus exiſtimat nulla actione teneri, ſed ſi ſine cauſa id feciſſet, in factum: ſi dolo, de dolo teneri. Sed quid nulla, num ſaltem is ad contributionem tenebitur? Sane ſic, lege Rhodia & nautica, ſed quæ nulla ſit iure ciuili, nullo plebiſcito, Senatuſconſulto, decreto principum ſancita: ſolum communi quadam mercatorum & nauiculariorum conſuetudine vſurpata. Antoninus enim. Imp. Ego, inquit, dominus mundi ſum, continentis terrarumque Imperio contentus, ſuas mari, modo ne Romanis aduerſentur, leges permitto, quod & pulchrè in iuris ciuilis Commentarijs à Connano annotatum eſt.

Ex locato. Sunt qui mirantur hoc loco, cur ex locato contra magiſtrum nauis agatur, & non potius contra vectores conſocios qui eidem naui interfuerunt, quique ad contributionem damni accepti tenentur. Etenim ſi voluntate omniũ iactæ ſint merces, cur nõ mãdati

actio competit? Si verò inuitis, quibuſdam, quibus tamen exigente neceſſitate reclamare non licuit, cur non negociorum geſtorum actio dabitur, *Fulgo. hic & idem cum alijs ad l. fi. C. de nego. geſt.* Accurſius negociorum geſtorum actionem concedi quoque exiſtimat. At cur igitur ex locato agitur? Cur circulus iſte non euitatur? Cur non vectores ipſi potius primum & ante omnia in iudicium vocantur? Anne quod quandoque tutius ſit cum vno experiri quam in plures diſtrahi aduerſarios, *l. ne in plures, ſup tit. prox.* Ita exiſtimo. Vt enim mera ex æquitate legibus circuitus inhibitus eſt, *l. dominus, & ibi Bar. ſup. de condic. inde.* ita & ea ceſſante ſeu potius in aliam partem deflectente, prohibitio quoque ceſſare debet, *c. cum ceſſante, extr. appellat.* Annotant autem ad l. hanc interpretes, locationem hoc loco pro conductione vſurpari, quod qua ratione à Veteribus receptum erat, alio loco à nobis declaratum eſt, *in l. ſi eum ſup. tit prox.*

Quid enim ſi vectores ſunt qui nullas ſarcinas habeant? Planè commodius eſt ſi ſint retinere eas: at ſi non ſint, & totam nauem conduxerit, ex conducto aget: ſicut vectores qui loca in naue coduxerunt.

SVMMARIA.

1. *Pignori potius eſt incumbendum quam in perſonam agere.*
2. *Retentio quando locum habeat.*
3. *Sartor poteſt veſtem retinore ſi ei merces non ſoluatur.*
4. *Executio an in libris ſcholarium fieri poſſit & quando.*
5. *Lex finalis C. commodati explicata.*
6. *Bona inquilini domino domus ſunt obligata.*
7. *Neceſſitas non habet legem.*

COMMODIVS EST, &c. Expedit itaque magiſtro nauis pignori potius incumbere, quam in perſonam agere, *l. plus. inf. de reg.*
1. *Iur.* quod & Papinianus lib. duodecimo quæſtionum probat, *l. itaque Fullo. §. fi. inf. de furt.* Non ſolum autem creditorem earum rerum retentione vti poſſe quæ penes ſe ſunt. Bal Albericuſque hoc loco exiſtimauerunt: ſed & earum quoque quæ penes debitorem debitoris ſui repoſitæ ſunt. Quapropter ſi meus debitor apud Sempronium aurum argentumque,
2. ſeu quid aliud ſimile depoſitum habeat: poſſum (ſiqua mihi probata ſuſpicio incidat) arreſtamento quodam (vt practicè loquar) ius meum munire, & debitorem ne debitori meo creditorique ſuo depoſitum reſtituat, officio eius qui iuriſdictioni præeſt, coercere, *l. qua-*
3. *dam § nihil intereſt, ſup. de eden.* Sic poteſt ſartor pro mercede donec ſoluatur ſibi, veſtem retinere, *Bal. in l. fina. C. commodati.* Sic, etſi
4. regulariter in bonis ſcholarium executio non procedat: ſi quid tamen in funeris expenſas iuſtiſque perſoluendis expoſitum ſit: retentione etiam librorũ recuperari poteſt, *Bal. in l. 1. C. ob chyr. pecu. & Iaſon in l ſi nõ ſortẽ. §. ſi centum ſup. de cõdic. indebit.* Sic & hæres clerici qui ex patrimoniali ſubſtantia in refectionem Eccleſiæ neceſſario vtiliterve quid impendit, retentione ſibi conſulere poteſt. Nec ante quæ à defuncto poſſeſſa ſunt reſtituere cogendus eſt, quàm ſi plenarie ei quod debitum eſt, refuſum fuerit, *Panor. in c. de multa de præbendis.* Sic & vxor mariti domum donec dos ſoluta fuerit, retinere poteſt, *Bal in l. vlt. C. de pig. act.* Meritò tamen hac in re dubitari poterat Dioc. & Max. Impe- 5.
ratorum conſtitutione, *l. fin. C. commodati.* cauente, prætextu debiti reſtitutionem commodati probabiliter non recuſari. Cæterùm illius nodi haud perquam difficilis ſolutio eſt. Eſt enim retentio rei, non obligatæ, iure improbata, non ſolum ſi res vitioſè peruenerint ad eum cui debentur, *l. 1. §. rediguntur, inf. quod vi. aut clam.* verum etiam ſi abſque vitio peruenerint. Nam ſi ita paſſim permittatur cuiuſlibet rei retentio: liberum erit etiam ſi abſque pignore crediderit aliquis, facilè contra omne humanitatis officium, de pignore ſibi prouidere: nulla cum debitore conuentione, nullôue legis ſeu iudicis auxilio accedente, quod ſcilicet ipſe ſibi constitueret commodata velut pignora occupans, *l. pignoris. C. de pig. act.* Et ita allegatam Diuorum Principum Conſtitutionem exiſtimo interpretandam eſſe. Si verò cauſa debiti cohæreat rei, *l. Paulus, inf. de doli exceptione.* ſi pro alio debito obligata eſt & tardita creditori, ſi peruenerit ad creditorem prætextu alicuius debiti, pro quo ſoluta eſt, aut in ſolutum data, *d. l. ſi non ſortem, §. ſi centũ.* ſi tacitè obligata creditori fuerit: poterit creditor retentione rei ſibi conſulere, & ad eam reſtrictionem hoc præſens Papiniani reſpon- 6.
ſum referendum eſſe crediderim. Quemadmodum enim ea quæ voluntate dominorum, caloni in fundum conductum inducunt, pignoris iure dominis prædiorum tenentur, *l. cert. C. locat.* ita quoque ſi nauis conducta fuerit, tacitam conentionem de inuectis & illatis tam pro naulo quam pro toto naucleri intereſſe (de quo hic loquimur) locum habere puto *Bal. in d. l. cert. verſi. quid ergo de conducente nauem. Iaſon in l plerique numer. 9. ſup. de in ius vacando.*

ÆQVISIMVM &c. Quid enim iniquius obſecro quam ex beneficio damnum accipere, *Argumento legis, ſed etſi lege, § conſuluit, ſup. de peti. hære.* Æquitatem itaque hanc ſemper bonus iudex ante oculos habere debet, *l. quod ſi petatur. ſup de eo quod certo loco.* Quamus enim hic 7.
ſocietatis aliqua expreſſa conuentio inter eos qui in eadem naui ſunt interceſſiſſe dici non poteſt: neceſſitate tamen (qua urgente omnia communia ſunt) tacita quædam contractæ ſocietatis conuentio conſtituta cenſetur, *cap. ſicut hi, 47. diſti. gloſ. in cap Ius autẽ, 1. diſtinction.*
Quapropter

Quapropter quemadmodum ſi quid naufragio perierit, toti id ſocietati perire Vlpia. ſcripſit, *l. cum duobus*, §. *quod inf. pro ſocio*. ita quoque quod iactu amiſſum eſt, ad tacitam ſocietatis conuentionem, communeque damnum pertinere exiſtimandum erit.

Si conſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut ſiquid exarmauerit, nulla facienda eſt collatio: quia diſsimilis earum rerum cauſa ſit, quæ nauis gratia parentur & earũ pro quibus mercedem aliquis accipit. Nam etſi faber incudem aut malleum infregerit, non imputatur ei, qui locauerit opus. Sed ſi voluntate vectorum vel propter aliquẽ metum id detrimentum factum ſit: hoc ipſum ſarciri oportet.

SVMMARIA.

1. *Res domino perit.*
2. *Nauis, prædio æquiparatur.*
3. *Locator ſuſtinet vim hoſtium.*
4. *Accurſij expoſitio.*
5. *Budeus Accurſium capit.*

1. NVLLA FACIENDA COLLATIO. Si enim res quæ perit, domino perat: multo ſanè magis deterioratio rei ad dominum ſolum
2. pertinere debet. Cum itaque nauem prædio comparari docuerimus, *Iaſon in l. pleique, nu. 9. ſup. de in ius vocando*. conſequens eſt, vt quemadmodum dominus prædij inquilino imputare vim tempeſtatis, fluminum, incurſus hoſtium, & terræ motum non poteſt, *l. ex conducto*, §. *ſi vis. inf. locati*. ita quoque & nauclerus ſeu nauis magiſter deterior rationem nauis vel vi fluminis, vel tempeſtate immoderata acceptam, his qui in naui ſunt, imputare non
3. debet. Quemadmodum enim dominus colono agrum, ita & nauta nauem ijs quos vehit commodam & vt frui poſſit, præſtare debet. Illud tamen ea de iactura, eoque de damno interpretandum erit, quod præter exſpectationem ipſius magiſtri aut culpa ſua, aut ex inopinato accidit. Si enim voluntate vectorum vel ob metum aliquem probabilem ea clades accepta ſit: hoc ipſum à communitate reſarciri oportet. Quapropter hallucinatum Accur-
4. ſium video, qui priorem reſponſi partem ad culpam tantum magiſtri nauis referendam exiſtimat, non autem ad vim fluminis tempeſtatiſue, vectorum conſenſu minimè accedente. Budeo quoque Accur. expoſitio hoc loco
5. improbatur, vt qui verbum *exarmauerit* paſſiue ſumendum docuerit. Exarmare enim nauem, eſt nauem armamentis ſuis ſpoliare, vt malo, raſtro, antenna, carcheſio, clauo, pede, ancora, & reliquis. In quam quoque ſententiam Cumanus accedit.

NAM SI FABER. Sic nec nec Imperator militi cui in bello arma prærepta ſunt, eorundem valorem æſtimationémve refundere tenetur. Sufficit enim quod pro labore mercedem operarius recipiat, quem ſine inſtrumentis exercere non poſſet. Nec æquitas itaque, nec leges permittunt, inſtrumentorum fractorum æſtimationem iure exigi poſſe, *Zaſius Ang. Imo. & alij in l. ſtipulationes commodiſſ mum, inf. de verb. obl. l. ſi non ſortem*, §. *libertus, ſup. de condic. in. indebit.*

Cum in eadem naue varia mercium genera cõplures mercatores coegiſſent, prætereaq; multi vectores ſerui liberiq; in ea nauigarent: tempeſtate graui orta neceſſario iactura facta erat. Quæſita deinde ſunt hæc an omnes iacturam præſtare oporteat? Et ſiquidem tales merces impoſuiſſent quibus nauis non oneraretur, veluti gemmas, margaritas? Et quæ portio præſtanda eſſet: & an etiã pro liberis capitibus dari oporteat? & qua actione ea res expediri poſſit? Placuit omnes quorum interfuiſſet iacturam fieri, conferre oportere: quia id tributũ obſeruare res debent. Itaque dominum etiam nauis pro portione obligatũ eſſe. Iacturæ ſummã pro rerũ pretio diſtribui oportet. Corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe. Ex conducto dominos rerũ amiſſarum cum nauta, id eſt, cum magiſtro acturos. Itidem agitatum eſt, an etiam veſtimentorum cuiuſque & annulorum æſtimationem fieri oporteat: Et omnium viſum eſt, niſi ſiqua cõſumendi cauſa impoſita forent, quo in numero eſſent cibaria. Eo magis quod ſi quando ea deficerent in nauigatione, quod quiſque haberet, in commune conferret.

SVMMARIA.

1. *Ratio dubitandi.*
2. *Ratio cur nauta pro portione teneatur.*
3. *Ratio facultatum in contributionibus habenda.*
4. *Liberum corpus ineſtimabile.*
5. *Gabella an de veſtibus ſolui debeat.*
6. *Neceſſitas multa permittit.*
7. *Frumentum an & quando vendere diuites cogantur.*

QVintuplici quæſtione examinat Pomponius quæ quarũ mque rerum gratia collatio præcedat, ſeu iure exigi poſſit. Meritò enim ea in re dubitari poterat, liber homo vt 1.
ceteræ res nauem non onerauerit, quæ oneris facti ratione ad contributionem protrahuntur. Sed & cum gemmarum margaritarumque leue onus ſit: videbantur vtique, naui periclitanti & graui tempeſtate oborta non obfuiſſe

fuiſſe. Cum enim proculdubeo ea quæ maioris ſunt ponderis plus nauem premant quam quæ leuia ſunt : vt plus premunt nauem trabes & animalia quam margaritæ : prima fronte ponderis rationem in contributione ſolam conſiderandam eſſe quilibet facile dixerit. Sed hoc loco contrarium deciditur. Ait enim IC. iactutæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportertere: corporum autem liberorum nullã æſtimationem fieri poſſe.

PLACVIT OMNES. Res itaque ei oneri addi-
2. cta eſt. Quo fit vt nullo perſonarum reſpectu, omnes quorum intereſt iactum fieri, conferre oporteat, *arg. l. in his, inf. de prædi nauicul lib.* 11. Quemadmodum itaque domini nauis fluctibus nauem occupatam non eſſe, ſed exonerari potius interfuit : æquiſſimè conſtitutum eſt, etiam dominum nauis pro portione ſua obligatum eſſe ; quod & Accur. hic cenſuit.

PRETIO RERVM. Quod non ſolum in hac legis Rhodiæ materia, ſed & generaliter quoque in quibuſus contributionibus non ſegniter attendendum eſt. In his enim omnibus eum qui collectas, contributioneſque requirit, rerum facultatumque illius à quo exigitur, rationem habere oportet, *l. omnes, C. de operis pu-*
3. *blic. l. omniũ, C. de vectigal.* vt & in hac re à ſumma illa æquitate, quam bonus Iudex tamquam ſpeculum ſemper, in quo officium ſuum intueatur, ante oculos habere debet: nullo vnquam tempore recedamus. At ſi quid capitatim obeundum ſit, quod tamen redimi poteſt: eo caſu aliud eſſe Bar. Romanuſque crediderunt, *in l. ſi ſe obtulit. inf. de re iudicata.*

CORPORVM LIBERORVM. Diuerſum in ſeruili corpore conſtitutum eſt. Mancipia vendi poſſunt, æſtimationemque recipiunt, *toto*
4. *tit. C. ſi ſeruus. expor. vene.* Cæterum hominis liberi corpus ineſtimabile eſt, quemadmodum & ipſa libertas, *l. libertas, inf. de reg. iur.* & æſtimationem recipere non poteſt, *Iaſon in l.* 1. *de legat.* Quapropter cum liberi hominis corpus ex eo quod deiectum effuſumve eſt, læſum fuerit, Iudex computat mercedes medicis præſtitas: cæteraque impendia quæ in curatione facta ſunt. Præterea operarum quibus caruit, aut cariturus eſt, ob id quod mutilus factus eſt. Cicatricum autem aut deformitatis nulla fiet æſtimatio, *l. ſi ſup. de his qui deiece. vel effu.* quia liberum corpus nullam æſtimationem recipit.

VESTIMENTORVM. Hæc enim ſæpenumero ceteris rectus quæ in naui ſunt, multo etiam
5. ponderoſioribus præſtant. Cæterum vtrum gabella (vt antiquo vocabulo vtar) de his ſolui debeat: hoc loco à pleriſque controuertitur, *Caſtren. Alb. Rapha. Salic. Bal. & alij.* Ego(vt cõmunem opinionem ſequar à qua in iudicando non temere recedendum eſt) de his quæ ad corporis cultum tantum, non item quæ vendendi cauſa circumferuntur, nihil planè exoluendum exiſtimo, quod & Alphenus. Varus IC. egregius ſenſiſſe videtur, *l. in l. cenſoria, inf. de verb. ſign.* vnde communi quoque calculo receptum eſt, ſi lex vetet triticum extra territorium abduci : non cenſeri ea lege prohibitum qui pro ſuo vſu tantum abducit, *l. fina. §. quoties. inf. de public.*

DEFECERINT. Multa ſunt enim quæ per- 6.
mittit neceſſitas, & quod citra neceſſitatem pœnam meretur : id exigente neceſſitate omni iure permiſſum eſt. Nam(vt rectè dixit Cicero) *lib.* 3. *de oratore perfect.* neceſſitas cogit, quod non habes, aliunde ſumere. Quamuis enim nihil ſit turpius ingenuo(vt ille idem ait, 4. *act. in Verrem.*) nihil minus libero dignum, quàm furtum, & quod iure noſtro ignominioſiſſimè punitur: premente tamen famis neceſſitate, panemque negante eo qui dare rogatus eſt, furtum impunitum manet, nec vlla erit hoc caſu cũ fure actio, quod & latius alio loco expoſitum à nobis inuenietis, *in c. peccatum. de reg. Iur. lib.* 6. Quis enim tam iniuſtus, tam auarus, quam qui multorum alimento non ſuum vſum ſed abundantiam & delicias facit? Anne enim minus eſt criminis, habenti tollere, quàm cum poſſis & abundans ſis, indigentibus denegare? Non arbitror. Quem enim abundans detinet, eſurientium panis eſt, *c. ſicut ſi,* 47. *diſtinc.* Quo fit, vt non male hoc loco dixerit Cumanus annonæ caritatis tempore eos qui granum repoſuerunt, ad vendendum cogi poſſe: & verum eſt.

Si nauis à piratis redempta ſit, Seruius Offilius, Labeo, omnes conferre debere aiunt: quod verò prædones abſtulerint, eum perdere cuius fuerit, nec conferendum ei qui ſuas merces redemerit. Portio autem pro æſtimatione rerum quæ ſaluæ ſunt & earum quæ amiſſæ ſunt præſtari ſolet. Nec ad rem pertinet, ſi eæ quæ amiſſæ ſunt pluris venire poterant: quoniam detrimenti non lucri ſit præſtatio. Sed in ÿs rebus quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio debet haberi non quanti empta ſunt, ſed quanti venire poſſunt.

SVMMARIA.

1. *Naue redempta an contributio procedat.*
1. *Æſtimatio quomodo probetur rerum amiſſarum.*
3. *Ionæ exemplum deſcribitur.*
4. *Nautarum improbitas in periculo.*
5. *Inundationes ob peccatum oriuntur.*

REDEMPTA SIT. Rectè id intellexit Accur. non ita interpretandum eſſe vt ſi ſola abſque mercibus à piratis capta nauis ſit, pro liberatione vectores conferre debeant, ſed ſi cum mercibus capta redempta fuerit, quo caſu non pro nauis, ſed pro mercium qualitate contri-

contributio inter vectores procedat, vt quod pro communi ſalute exolutum eſt, communibus quoque expenſis reſarciatur. Porrò, quemadmodum incendij caſum non culpa inquilini prouenientem à locatore imputari conductori non poſſe iure conſtitutum eſt, §. *vis maior. in l. ſi merces, inf. locat.* ita & muta à vectoribus quod pro nauis ſuæ redemptione pendit,
1. exigere non poteſt. Denique ſi à piratis circumuenta naui, vnus ex vectoribus omnium nomine redemptionis precium exoluerit: negociorum geſtorum actionem pro contributione (ni fallor) aduerſus cæteros intentare poteſt.

Evm perdere. Veriſimile eſt quidem ſi ab hoc homine raptum quid non eſſet, alios qui preſtò quoque & eadem in naue erant prædonum iniuriam euadere non potuiſſe, ſed ad contributionis exactionem illud minime ſufficere poteſt: cùm ea periculum facientis mens non fuerit vt communis vtilitatis gratia prædonibus inuitus concederet. Ad caſum itaque fortuitum infelicitas eiuſmodi pertinere videtur, & ideo conſocijs imputari non debet, *Rapha. Fulgo. hic.* Verum ſi oppreſſa atque ſuperata rate, beluina illa & inhumana piratarum ferocitas (quod raro contingit) paululum ſopiatur, vt vnius ex vectoribus mercibus contenti recedant, quas pro communi liberatione, capere profitentur, aliud de Iure reſpondendum exiſtimo, æquiſſimumque eſſe commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent, *l. 1. ſup eo.*

Portio avtem. Saluæ itaque res & eæ quoque quæ amiſſæ ſunt, vera & communi æſtimatione æſtimari debent. Nam (vt Paulus ait) non ex affectu nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter rerum precia funguntur. Quod autem dici ſolet, tanti rem valere quanti vendi poteſt, *l. ſi ſeruus in princip. ſup. de cond. furt.* id ego alios, *Fulgo. Bart. & Accur. ibi.* ſecuntus, non aliter interpretandum exiſtimo, quam vt tanti rem valere dicamus, quanti communiter vendi ſolet, *arg l. Nam ad ea, ſup. de ll. & l. ſi pactam. l. 1. inf de prob. Bal. in l. 1. C. de reſcinden. vendit.* Cæterum ſi quis incautus, & veræ æſtimationis omnino imperitus emptor immoderato precio rem emat; non tamen ideo ſtatim tanti valere quod emitur dici poterit. Rei argumentum haud longè petendum eſt. Nam ſi is idem eandem rem eodem tempore reuendere alteri velit: quem inuenit rerum ſuarum ſatagentem obſecro, à quo precium exſolutum recuperabit? *vt l. cum de indebit. inf. de*
2. *prob.* Probari autem æſtimatio per teſtes perquam appoſitiſſime poterit, quibus de communi æſtimatione iureiurando deponentibus fides adhiberi debet, *Doct. in d l. 1. C. de reſci. vend.* Porrò ſi res huiuſmodi ſit, quæ ab omnibus æſtimari non poteſt, ad eius artis peritos æſtimatores confugere oportet, in qua merces eiuſmodi requiri ſolent, *l. hac edictali, §. mobiliū, C. de ſecun. nup. vide Plato. in lib. de Philoſophia col. 1.* Verum ſi hi (quod haud rarò neſcio an ex inuidia magis contingat, cùm altero alter peritior videri cupit) in æſtimatione diſcrepent, numeroque æquales ſunt: ſuperaddi alius debet, vt numero impari exiſtentes, à maiori parte negocium terminetur, *Bal. in d. l. 1.* Et hæc de æſtimatione dicta ſunt. Sed quid ſi merces in mare proiectas nemo viderit: proijcientine ſoli de numero, qualitate, æſtimationeque fides dabitur? An potius ſibi id acceptum feret, qui ante iactum merces non oſtendit? Poſterius ſanè durum omnino videri poteſt, cùm tanto imminente periculo, quam minime de rebus cogitemus, ſed maior nos corporis ſaluandi cura tenet. Quin potius tunc ipſum tempus nos admonet cũ propheta *Habacuc. 3. d.* vt dicamus: Numquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Ante periculum verò imminens cur merces non oſtenderit rectiſſimè excuſari poteſt. *Iaſon. l. in actionibus, ſup. de in lit. iuran. nu. 43. & facit l. 1. C. quando & quibus 4. pars lib 19. late Iaſon in § item ſeruiana, nu 32. Inſt. de act.* Anne enim obſecro ſtolidiſſimus is eſt omnium, qui cum iure cogi non poſſit, incognitis hominibus & ex ipſa fortaſſis inſpectione ad furta alliciendis merces reuelat? Anne hinc latrocinia, cædes, ſpoliationes, diruptiones, atque inſidias ſequi videmus? Quid notius eſt, quam quod pecuniarum merciumque oſtentatio multis mortaliũ millibus mortes attulerit? Exempla quotidie præ foribus ſunt & particulari probatione non indigent: Rectè itaque hoc modo admonuit ille, *Eccle. cap. 8. d.* Coram extraneo ne facias conſilium, neſcis enim quid pariet. Quæſtio ſanè hæc non vſque adeò facilis eſt vt contemni debeat, ſed cum in naualibus quæſtionibus ex præcipuis habeatur, paulò altius repetenda videtur. Cum enim more maiorum, teſte Cicerone, *in oratione pro Roſc. Amer.* ita comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de re ſua non dicerent: videri me hercule & apparenter poteſt, fidei eius, cuius merces in mare dimiſſæ ſunt, omnino ſtandum non eſſe. Quid enim ſi improbus, adulter, raptor, prædo, latro, & fur ſit, qui mercium iacturam fecit? Sapienter admodum à Sophocle reſponſum eſt, nullum iuſiurandum graue eſſe furi & impoſtori: & rectè ait Alexis, Sapientem non oportet iurantibus, ſed ipſis rebus ſemper habere fidem Quid item ſi talis ſit, de cuius conditione conſtare non poſſit? Quid ſi Hiſpanus prædo, vel ex vltimis Galliæ finibus in noſtram hanc Zelandiam latro quiſpiam fugitiuus accedat? Huiuſne ſuper amiſſis mercibus verbo etiam iurato credetur? Sanè cum quilibet bonus præſumatur, *cap. vlt de præſum.* ſi iureiurando credi debeat: omnino abſurda hæc locum habere videntur. Quid inde conſequitur?

tur? Mea quidem ſententia aliud nihil, quam vt afflictis afflictio addatur, & mercium quæ eiectæ non ſunt, æſtimationem ſoluere cogantur. Ego in hac quæſtione, ſaluo aliorum iudicio, hoc ordine reſpondendum exiſtimo, quod ſi ad mercium eiectionem compulſus à conuectoribus fuerit: iura-
2. mento eius ſtandum eſſe. Etenim mandatum hoc caſu interceſſiſſe cenſendum eſt, *vt ſup. in princip* & ſibi acceptum ferre debent, qui ante violentam eiectionem, vaſorum inſpectionem non exigerunt. Quo fit vt & tacitè fidem eius approbaſſe videantur, & iuramento contenti fuiſſe. Sciebant enim hi aut ſcire debebant, difficiles reo probationes futuras, neque poſſe eum rerum ſuarum ſolùm iacturã facere, qui ob commune periculum communemque ſaluationem iactum fecit. Igitur qui difficultatem ſibi ipſis impoſuerunt, Iuris beneficio iuuari non debent, *l. ſi fideiuſſor* §. 1. *ſup. qui ſatiſd. cogant.* & cum probandi facultatem eijcienti præciderint, videntur vtique ad exemplum eorum qui alterius probantiones & inſtrumenta ſubducunt, *arg l ſi de poſſeß. one. & ibi Cy. Salic. Bal & Alb. C. de probat Caſtren. & Aret. in l. prouidendum C. de poſtulan. Fely. in c. ſicut de re iudic.* ſolo iuramento contenti eſſe debere. Porrò ſi cum plures in naue merces eſſent, nullius inſtinctu coactus, ſed vltro ſponteque graui imminente periculo merces eiecerit: ad perſonam eijcientis reſpiciendum exiſtimo, & ſi appareat, prædonem ſimilique contagio imbutum fuiſſe, iuramento eius ne in minimis quidem ſtandum eſt. Quinimò ſi conſtiterit eas res quæ in mare proiectæ ſunt ab alijs vi, dolo, furtóve ſublatas eſſe: etiam ſi teſtibus probauerit æſtimationem, minimè audiendum. Ita enim Iudicem aduerſus improbos & doloſos qui alijs obfuerunt, ſubuenire conuenit, ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa, quod & Vlp. lib. xi. ad Edictum voluit, *l. 2. ſup. de dolo.* Et hæc quidem vſuuenire poterunt. Cum enim (ut pulchrè ait Cicero, *Tuſcula. q. lib.* 1.) nemo eſt mortalium cuius
3. mentem non aliquando imbuerit Deorum religio: quid ſi perditiſſimus eiuſmodi raptor, Ionæ *Ionæ* 1. exemplo commotus, & ob ſuum ſcelus ortam eſſe tempeſtatem exiſtimans, primus pro piaculo furtiuas merces eiecerit? Anne enim ſcriptum eſt, *Sapien.* 5. *d.* A petroſa ira plenæ mittentur grandines, & candeſcet in inſenſatos aqua maris: & flumina concurrent duriter? Vtinam ea mens omnibus eſſet ijs, qui furtiuas res per mare in alias regiones tranſportant. Vtinam perpenderent quod mare quoque crimina perſequatur. Fidelis enim ſeruus & prudens conſeruum inueniens fugientem, quaſi quid ex domini bonis ſurripuerit, nuſquam ab eo recedit, millaque impedimenta ingerit recipientibus illum, quoad ipſum vendicans reducit. Sic & mare, ſi Chryſoſtomo credimus, *in ſerm. de pænit. homil.* 2. conſeruum inueniens & agnoſceus, mille impedimenta excitat, turbans, clamans, non in iudicium trahens, ſed comminans nauem ipſis cum nautis demergere, niſi conſeruum ſuum ſibi prodiderit. Nihil tam onerоſum, graue, & ineptum, atque peccatum. Propterea Zacharias, *Zachar.* 5. id plumbi figurauit ſimilitudine. Quod ſi hæc ſeriò ſecum cogitantes perpenderent, qui (vt ille ait) per mare currunt, punitionem tempeſtatumque originem ex peccato ſæpenumero eſſe: qua deuotione, qua animi anxietate, qua denique compunctione ſcelera exuentes, mare ingrederentur? Vbi nunc è contrario barbari illi & inſenſati homines, tot inuoluti fluctibus, tanta circumſtante procella, & mari neque vel reſpirare permittente, inſaniunt atque exclamant: Deum blaſphemant: dira cuilibet imprecantur, minimeque conſiderant, 4.
quanto peccatorum grauamine nauis obruatur. Sanè hiſce in caſibus remos, funes, & vela gubernare quidem atque obſeruare conuenit, verum primariè ad totius mundi gubernatorem confugere oportet, orareque vt ille pro ſua clementia noſtri miſereri dignetur. Mirabitur forſitan aliquis, cur incidentia tantum huiuſmodi tam longo fuſoque ſermone proſequar. Verum facile mirari deſinet, ſi ad ipſam rei veritatem reſpiciens æterni illius ſplendoris radios in animum admiſerit. Quinimò & hic dici poſſet, quæ ratio ſit tam impetuoſi 5.
fluminis, & maris vndique regiones noſtras infeſtantis, quod à memoria hominum, imò ab æuo ſimile viſum non ſit. Sed hæc miſſa facio, cauſam ipſam Chriſtianus animus facillimè ſecum perpendet.

Vt igitur vnde digreſſi eramus reuertamur. Si prædonem furémve quidem eſſe non conſtet; ſed in profeſſo eſt, improbum ſatis, adulterum, infamem, nefarium hominem eſſe qui eiecit, ſuper æſtimatione qualitatéve ſeu qualitate mercium, iuramento eius ſtari non debet, qui honore nullo, omni verò grauamine dignus eſt, *c. paruuli & ibi gl.* 22. 4. 5. An igitur indiſtinctè eiectarum mercium iacturam faciet? Anne hic Iuris naturæ ſuccedet regula, quod nemo alterius detrimento locupletior fieri debet, *l. nam hoc ſuo. de condi. inde.* Anne hic verum eſt, vectores omnes eiectis mercibus alleuiatos eſſe? In primis ſanè ad alia confugiendum eſſe exiſtimo, vt (ſi fieri poſſit) ex coniecturis rei veritas innoteſcat. Si aſſerat tot taleſque merces in mare ſe proieciſſe, inquiratur, vbi, quo loco, & à quo emerit, à quo datæ ſint, & qua cauſa ad ipſum peruenerunt. Si enim honeſto titulo habet, quid obſecro difficultatis eſt, demonſtratione controuerſiam decidere? Inquiratur itaque ab his à quibus accepiſſe ſe fatetur, an res ita ſe habeat. Qui ſi improbi, *cap. teſtimonium, ext. de teſtib.* quoque non ſint, & pro actore deponunt, iuramento quidem eijcientis, vt puto ſtabitur, ſed ita vt deponentium magis teſtimonio quàm eijcientis iuramento

merito res ipſa probata, & vt in ſupplementum iuramentum accepiſſe videatur, *Accur. in l. in omnib. C. de teſtib.* Multæ quoque & diuerſæ aliæ ſunt circumſtantiæ & argumenta, ex quibus verum elicere poſſumus; vt rectè Diuus Adrianus Valeriano Vero in hæc verba reſcripſit, *l. 3. §. eiuſdem, inf. de teſtib.* Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant: nullo certo modo definiri ſatis poteſt, ſed ex ſententia animi tui te exiſtimare oportet, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. Sed quid ſi nullas huiuſmodi circumſtantias adducere poſſit de quibus primo locuti ſumus? quid item ſi mentitus ſit? Hoc caſu reſpicere oportet Iudicem quam mercaturam exercere ſolitus ſit, quam diuiter negotiari, & ſi quæ ſint ſimilia. Quid enim ſi corium emere ſolitus, gemmas ſe eiciſſe contendat? Quid ſi infamis homo & paupertate oppreſſus, mille ſe librarum merces eieciſſe diuulget?

Denique ſi honeſtæ & inculpatæ vitæ ſit, ſi omni ſuſpicione careat, qui voluntariè maximo imminente periculo eiecit: iuramento eius credendum eſſe arbitror, *gloſ. in c. ſignificaſti. de homicidio.*

NON LVCRI. Quo fit vt quanti emptæ ſunt res immiſſæ, non quanti eiectionis tempore vendi potuiſſent, æſtimari debeant.

§. Seruorum quoque qui in mari perierunt, non magis æſtimatio facienda eſt: quàm ſi ægri in naui deceſſeriut, aut alioqui ſeſe præcipitauerint.

SVMMARIA.

1. *Nautæ taxantur qui nimiùm velum intendunt.*
2. *Mortem ſibi inferre quam turpe ſit.*
3. *Baldi temeritas in condemnando animam Bartholi.*

IN tota hac legis Rhodiæ materia, illud ſolum tanquam ſcopum conſiderandum voluerunt Conſulti, communem an ob vtilitatem detrimentum acceptum fuerit. Igitur cum ſeruus qui in mari perijt, quive cum montes (vt ille ait) voluuntur aquarum, vt iam tacturos ſydera putes, per rudentes eiectus eſt, domino magis nauis opem tuliſſe ex officio videatur, quam communem ob vtilitatem eiectus eſſe: non communitati vectorum, ſed ſoli domino rectè perijſſe dicetur, *arg. 1. §. quod verò, ſup. eod.* Anne igitur ob tuitionem nauis perijt? Anne vt naue ſalua merces conſeruaret? Sanè cum mercedem recipiat à vectoribus magiſter, non diſſimilis videtur eius eſſe conditio, quam ſi faber incudem aut malleum infregerit, *§. ſi conſeruatis, ſup. hac ead. l.* Sed & exonerata naue eijci potuit, & maius periculum illi ex orta ventorum procella, ex rudentibus veloque timendum eſt, quam ſi vtcumque mercium grauamine reprimatur. Etenim vbi leuius obiectum ventorum rabies receperit, in omnem id partem facilius agit, & per margines totius nauis diſcurrens ſeruitores cum malo interdum in ipſum mare facillimè deuoluit. Cæterum hic nautæ admonendi eſſent, ipſique magiſtri, 1
qui nimia temeritate vela intendentes, non rarò in vitæ diſcrimen ſeruitores conijciunt. Nam vt eleganter ad Lucilium ſcribit, *lib. 11. Epiſtolar. epiſt. 1.* Lucius Annæus Seneca, nulla res æquè adiuuat curſum, quam ſumma pars veli: illinc maximè nauis vrgetur. Itaque quoties ventus (inquit) increbuit, maiorque eſt quàm expedit, antennæ & cetera huiuſmodi ſubmitti debent. Minus enim habet virium flatus ex humili. Porrò, ſi quis in mare præcipitem ſe dederit, damnum commune non erit, ne vnius hominis inſania, cæteris vectoribus detrimentum adferre videatur. Quid enim ſi animi timiditate, nandique peritia ductus, in mare vt abeſſet à naui, vnde eſſet periculum, præcipitem ſe dans, fluctibus obruatur? Quid, an idcirco nauis alleuietur? Quid item ſi veluti ſui carnifex, immaniſque naturæ, vltro ſibi mortem inferret? Eius ne an ſcelere hæredibus contribuendum eſſet? *l. unic. C. ex delic. defunct.*
Tametſi ſanè veteribus literis & annalium 2
monumentis extare notiſſimum ſit, apud varias gentes vim ſibi afferre, & necem ſua ſpontè conſciſſere, dignum laude & magni fuiſſe habitum, *Alex. ad Alexan. Gen. al. Dier. lib 4. cap. vlt.* apud alios tamen & nos præcipuè qui meliorem anteactæ vitæ remunerationem exſpectamus, nulla laude dignus eſt. Quin potius id crimini datur & probro, eoque facinore pudendam inſcitiam atque imperitiam ſuam coarguit. Rectè itaque Plato, *De lege. dialogo. 9.* cenſuit, optimum quemque infracto animo vim fortunæ, & incurſus calamitatum potius ferre, & niſi cùm dies promiſſus aduenerit, neminem iniuſſu Dei mortem ſibi conſciſcere, aut ante tempus fato fungi oportere vnquam magnificentius præclariuſque videri. Planè culpa omnino non carebunt vectores, ſi cum in illorum eſſet poteſtate, præcipitantem ſe non cohibuerunt, *ca. dilec. de ſentent. excommu. & vide Dyn. & addit. ad eum in cap non eſt ſine culpa de reg. iu.* Etenim ex geſtu corporis haud difficulter animi dolor cognoſci poteſt, *l. ob quæ vitia, inf. de ædilit edic. Iaſon. in l. furioſum, numer. C. qui teſtamen fac. poſſunt.* At ſi prohibere non potuerint, ſine culpa puniri non debent, *d. cap. ſine culpa.* Bartolus ſanè, homo alioquin æquus & pius quantum intelligo, non admodum mea ſententia probabiliter alio loco *in l. 1. §. ſed in ea, inf. ad Se Sylla.* contarium ſuſtinuit, vt eius idcirco animam infernalibus cruciatibus diſtringi, temerariè à Baldo reſponſum ſit. Ego profectò, etſi Bartholum erraſſe donemus: maiorem 3
tamen in Baldo modeſtiam requiro.

§. Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit,

hoc

hoc detrimentum magiſtri nauis non erit. Nec enim fortunas cuiuſque nauta excutere debet.

SVMMARIA.

1. *Merces pro naulo obligatæ.*
2. *Accur. rectè à Fulgoſio reprehenſus.*
3. *Vectores ſi ſoluendo non ſint, cuius periculo hoc fiat.*

SOLVENDO NON SINT. Accurſ. exiſtimat non ſoluendo eſſe vectores, ſi merces eorum pignoris vinculo alicui obligatæ ſint: quæ ſententia hoc loco recipi non debet. Sint equidem alicui pignoris iure merces debitæ quæ in nauem inuectæ ſunt, anne tamen hi potiores in iure ſunt, qui rerum ſuarum ob communem vtilitatem diſpendium fecerunt? Sanè
1. illud controuerſum eſſe non debet, magiſtro & pro naulo, & pro contributione merces omnino; etiam prælationis iure, obligatas videri, *Bal. in l. certi iuris in 4. quæſt. C. locati, verſi. quid ergo.* quod notatu dignū eſſe exiſtimo. Etenim iniquum eſſet, præferri his quorum iactu merces ſaluatæ ſunt, eos quorum extincta mari res, ius omnino ſublatum eſſet. Quæ deciſio, ne ad opinionum myriades deueniamus, vbi res clara eſt, expreſſo Vlpiani reſponſo comprobatur; *l. interdum cum l. ſequen. inf. de pign. act.* Alij itaque exiſtimant aliam huius rei expoſitionem accipiendam eſſe, eoſque non ſoluendo hoc loco dicendos, qui alienas res, & furto ſublatas, quaſque dominus omni iure repetere, *l. inciuilem, C. de fur.* poteſt, in nauem intulere. Cum enim is domini conditionem deteriorem facere non poſſit; videbatur quoque & contributionis grauamine minimè dominum obligari: Cæterum deciſio hæc omnino apud me expedita non eſt, quod & hoc quoque caſu domini res quantumuis furto ſublatæ, conſeruatæ ſint, *l. ſeruus cuiuſdam, ſup. de cond. indeb.* Quid enim ſi perijſſent? Videtur itaque ſub correctione mihi, ad eum caſum Iulij Pauli reſponſum referendum eſſe, quo aliqui mera paupertate depreſſi, conferre non poſſint. Quid enim ſi merces præter quas nihil bonorum habet vector, furto ei poſtmodum ablatæ ſint? Quod & Salicetus ſenſiſſe videtur. Quid item ſi incendio abſumantur? Quid ſi in hoſtium poteſtatem nauem egreſſus inciderit? His caſibus, magiſtri detrimentum non erit. Anne igitur illius ſolum qui iactum fecit? Exiſti-
2. mat Fulgoſius minimè hoc admittendum eſſe. Etenim (inquit) ſi illud fatendum ſit: quis iactum faciet? Tutius igitur contra Accurſ.
3. cum Fulgoſio dicendum videtur, commune alijs omnibus detrimentum eſſe, vt & magiſter quoque cæteris vectoribus annumeretur. Anne enim iniquum eſt, eum qui ob communem vtilitatem iactum fecit, cæteris qui merces ſuas ſaluas habent, deteriorem conditionem accipere? Sanè ſecundum rationem admitti non poteſt, eos quorum merces conſeruatæ ſunt, immunes eſſe, eum verò qui iactum fecit, alterius paupertatem ſuſtinere cogendum, mandatoque quaſi tacito eieciſſe videtur, atque idcirco beneficium ſibi damnoſum eſſe non debet. Porrò quod magiſtri detrimentum non ſit, tunc verum non eſt, cum ei culpæ aliquid imputari poteſt. *Odolfredus hic.* quod ad iudicis arbitrium referri debet. Quid enim ſi in conueniendo vectores negligens ſit? *Bal. hic.*

§. *Si res quæ iactæ ſunt, apparuerint, exoneratur collatio. Quid ſi iam contributio facta ſit, tunc ij, qui ſoluerunt, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat. Res autem iacta domini manet, nec fit apprehendentis: quia pro derelicto habetur.*

SVMMARIVM.

1. *Inuitus an & quando quis agere cogatur.*
2. *Socius rixoſus quomodo expellatur.*
3. *Nequitia nautarum.*
4. *Temeritas non admittenda.*
5. *Malo per tempeſtatem in mare deiecto an contributio procedat.*

RECTÈ ait Paulus, exonerari collationem, quaſi dicat, omnino non tollitur; habenda eſt enim deteriorationis ratio, *l. nauis, § cum autem inf. eo.* ſed exoneratur, id eſt, diminuitur, & leuior eſt. Sed cur exoneratur? Vtique ne & rem habeat, & alieno detrimento precium conſequatur, *Arg. l. eleganter, §. ſi quis in fi. de condic. ind. ſup.*

VT IS EX CONDVCTO. Quamuis igitur Dioclet. Antoninique Diuorū Roma. Principum conſtitutione deciſum ſit, *C. vt nemo inuit. agere in l. vnic. l. fi. C. de vſur pupill.* quod inuitus nemo agere cogatur: illud tamen tunc verum non eſt, quando non pro ſe, ſed ad alterius commodum actio exquiritur, quod rationem habet, ne in poteſtate ſit magiſtri, iure ſuo cæteros priuari. Ad agendum igitur nemo præciſè, ſed cauſatiuè ſolum iure compelli poteſt, *Salic. Ful. & alij in d. l. vnica.* Qua ratione, ſi in naui hoſpitioue rixoſus ſocius & quo cum quietè viuere non licet, receptus ſit: communi ſententia recipitur, *Alberic. & alij in l. 1. ſup. eo.* contra magiſtrum hoſpitémue actionem dari, vt is cum rixoſo homine ex locato litem inſtituat, vt vel ſoluta penſione recedat, aut alios turbare deſinat. Porrò ſi abſens ſit magiſter, aut ſi periculum ſit in mora, aut ſi ſoluendo non fuerit: relicto magiſtro, cum ipſis vectoribus iudicium rectè ſuſcipitur, *l. maniſeſtiſſimi, §. 1. & ibi doc. C. de furt.* Cæterum ſi exactis debitoribus recuperauit quod collatum erit, pro portionibus cuilibet reddere cogendus

gendus eſt. Sic ſi rem commodatam perdidero, & pro ea precium dedero, deinde res in poteſtatem tuam venit, Labeo ait, contrario iudicio, aut rem te mihi præſtare debere, aut quod à me accepiſti reddere, *l. in commodato, § ſi. ſup. de commoda.* Sic inquit Vlpianus, *l. ſi fullo, ſup. de condi. ſine cau.* ſi fullo veſtimenta lauanda conduxerit, deinde amiſſis his, domino precium ex locato conuentus præſtiterit, poſteaque dominus inuenerit veſtimenta, ex conducto contra dominum actione, precium recuperare poteſt. Planè quod hic Paulus ait, aliter locum non habet, quam ſi verè merces in mare proiectas iterum dominus recuperauerit, *Fulgo. hic. Caſtrenſ. & alij in d. l. ſi fullo.* Nec enim apparuiſſe merces, nec quo in loco ſint nouiſſe ſufficiet (multa enim interea accidere poſſunt, vt dominus eas non conſequatur, *arg. §. illud quæſitum, inſt. de rer. diuiſio.*) ſed apprehenſione opus eſt. At quid ſi per ſententiam ſolutum ſit Communius eſt quod ſine cauſa condictione iuuantur. Quæ ad interpretationem § iſtius reſtant, commodius ſuo loco poſtea explicabimus, *ad l. qui leuandæ, inf. eo.*

LEX III.

Papinianus lib. ix. Reſponſorum.

Cùm arbor aut aliud nauis inſtrumentum remouendi communis periculi cauſa deiectum eſt, contributio debetur.

SVMMARIA.

1. *Arbore nauis deiectâ, an & quando contribuendum à vectoribus.*
2. *Pro inuito ſoluere quis poteſt.*

1 ACcurſius Papiniani reſponſum intelligendum exiſtimat, ſi vel conſenſerint vectores, vel iuſto metu deiecta arbor fuerit, *§. ſi conſeruatis, ſup. in l. 1.* Quid enim ſi nulla neceſſitate arborem detritam fortaſſis & à ſoricibus comeſtam, vt nouam conſequatur, deijciat? Sed quid ſi conſentire nolint vectores, obſtantene prohibitione, & deiectis funibus, maloque ad thecam cui inſeritur vnà cum antennis in mare deuoluto, contributio procedet? Nonne obligationem conſenſus requirit? Procedet vtique, & vectorum temeritas recipienda non eſt. Vt enim cuilibet licitum eſt pro damnato etiam inuito appellare, ita & in cauſa neceſſitatis iſtorum ſalutem quærere. Hinc Vlpianus, *l. non tantum, inf. de appellat.* Quid ergo ſi reſiſtat qui damnatus eſt aduerſus prouocationem, nec velit admitti eius appellationem perire feſtinans? adhuc puto differendum ſupplicium. Sed & Auguſtini ad Bonifacium teſtimonium adducere libet. Si (inquit) *cap. Ipſa pietas, 23. q. 4.* duo aliqui in vna domo habitarent, quam certiſſimè ſciremus ruituram, nobiſque id prænunciantibus nollent credere, atque in eadem manere perſiſterent, ſi eos inde poſſemus extrahere vel inuitos, quibus imminentem illam ruinam prædemonſtrauimus, vt vlterius ſub eius periculum non accederent: puto niſi faceremus, non immerito crudeles iudicaremur. His adde communi deciſione receptum eſſe, infirmo inuito Medicos adhiberi poſſe. Dicet aliquis, ſed an contributio procedet? Pro inuito quidem ſoluere quis poteſt, *l. ſoluendo, ſup. de negoc. geſt.* ſed actionem contra debitorem intentare non poteſt, *l. fi. C. eo. d. tit.* Sanè cum interſit magiſtri nauem merceſque ſaluari contributionem procedere exiſtimo. Nam & in creditore ſecundo omnino conſtitutum eſt, vt priori creditori pro inuito debitore ſoluendo pignus ſibi quoque conſtitutum auferre & contra debitorem actionem intendere poſſit, *l. 1. & 2. inf. de diſtrac. pignor.* Ea itaque ratione huic quæſtioni, quam ab alio examinatam non vidi, reſponderi poſſe exiſtimauero. Sed quid ſi ipſa tempeſtate & non adhibita ferra, in mare deuoluantur? Iulianus ait, *l. naues. inf. eo.* conferendum non eſſe, & idem in nauta dicendum eſt, quod ſuperius à Paulo, in fabro conſtitutum vidimus. 2

LEX IV.

Caliſtratus lib. 2. Quæſtionum.

Nauis onuſtæ leuandæ cauſa (quia intrare flumen vel portum non potuerit cum onere, ſi quædam merces in ſcapham traiectæ ſint, ne aut extra flumen periclitentur, aut in ipſo oſtio vel portu, eaq; ſcapha ſubmerſa eſt: ratio haberi debet inter eos, qui in naue merces ſaluas habent, cum ijs, qui in ſcapha perdiderunt. Perinde tanquam ſi iactura facta eſſet, idque Sabinus Lib. 2. Reſponſorum probat. Contrà, ſi ſcapha cum parte mercium ſalua eſt, nauis perijt, ratio haberi non debet eorum, qui in naue perdiderunt quia iactus in tributum naue ſalua venit.

SVMMARIA.

1. *Nauis parua non ſemper maiore deterior, & quando.*
2. *Scapha quid ſit.*
3. *Ratio §.*

ELegantem ſanè & frequentem caſum ob oculos hoc loco Caliſtratus ponit, de cuius deciſione inquirendum eſt. Sæpe etenim numero quæ portubus adhærent vada non vſque adeò profunda ſunt, & latè patentia, vt oneratæ naues, ſi crebrioribus ventis oſtium cædatur, & reuerberatur fluctu, tutè intrare queant, quod tunc maximè vſu venit, cum vel inſequente hoſte, vel nimia tempeſtate oborta, ſtationibus ancorarum contineri non poſſunt. Quo fit, vt cum ex duobus malis alterum neceſſario eligendum ſit, in ſcaphas quæ vt plurimum nauibus adiunctæ ſunt, & tantam aquarum

aquarum profunditatem minimè requirunt,
1 cum mercibus ſe conijciunt. Non rectè igitur, dum generaliter loquitur, ſenſiſſe videtur Euripides, dum nauem parua ſcapha ſemper meliorem dixit. Quin potius cum in vada grauiter non impingat ſcapha, nauis verò grauiſſimè: his caſibus contrarium dicendum videtur. Colitur ſanè apud nos non vnius, ſed plurium naufragorum memoria, & vetuſtis admodum monumentis celebrata, qui amiſſa naue, ſcapharum beneficio defenſi ſunt. Scapha
2 autem (quantum ex Bayſio colligimus) non ſolum nauiculam ſignificat, ſed quicquid concauum in nauiculæ fluuiatilis formam factum eſt, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc eſt, à fodiendo: vnde vas illud culinarium in quo vaſa culinaria abluuntur, ſcapham Veneti appellant. Plutarchus quoque in Romulo, ſcapham appellat quem alueum Liuius vocauit, in qua Remus & Romulus fratres in Tyberim proiecti fuerant. Σκάφος autem apud Græcos neutrum cum eſt, accipitur pro communi nauium cuiuſcumque generis vocabulo. Vnde & apud Diodorum Siculum pro quadriremibus & quinqueremibus accipitur. Porrò σκάφη, ſcapha, fœmininum apud Græcos, tanquam inſtrumentum nauis eſſe à Labione reſponſum eſt, vt ſi quis nauem cum inſtrumẽto legaſſet, ſcapham quoque deberi. Sed Paulus contra, etenim ſcapha nauis, non eſt inſtrumentum nauis, nam mediocritate (inquit, *l. ſi. inf. de fundo inſtruc. legat.*) & non genere ab ea differt: inſtrumentum autem cuiuſque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe, quod & Pompo. lib. 7. Epiſtolarum placuit. Igitur dicendum eſt, quod eo in genere accipiebatur pro nauicula quæ longis nauibus inſeruiebat. Nempè ad ancoras circumducendas, & referendas, item ad alligandas naues in portu, & ſi quando opus erat, ad victum conquirendum, & celeriter huc atque illuc diuagandum dum immineret periculum. Hinc Tullius Cicero, *de inuentio. lib. 2.* Poſtea aliquando & eos quoque vehementius tempeſtas iactare cœpit, vſque adeò, vt dominus nauis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret. Igitur ſi nauis portum cum onere intrare nequierit, & ob id merces in ſcapham traiectæ ſint, ne ipſo oſtio, vel portu extra flumen periclitetur, eaque ſcapha ſubmerſa eſt: ratio haberi debet inter eos qui in naui ſaluas merces habuerunt, iiſque conferre tenentur, quorum communem ob vtilitatem in ſcapham merces traiectæ ſunt. Etenim cum mera nudaque alleuiationis cauſa hic vertitur, nihil intereſſe æſtimandum eſt, iactus an in mare factus ſit, an cum ſcapha merces perierint. Anne enim cæteri per alleuiationem hanc conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent? Vtique illud ſpectaſſe videtur Caliſtratus dum ait, *Perinde tanquam &c.*

CONTRA AVTEM &c. Eiectis in ſcapham mercibus, ſi ea, pereunte poſtmodum naue, in tutum portum deuenerit: his qui in naui res amiſerunt, contribuere non tenentur. Etenim cum (Hermogeniano autore, *l. amiſſæ. inf. eod.*) Rhodiæ legis æquitas iis ſubueniat quorum iactus ſaluam fecit totius nauigij cauſam: ad eos profectò extendi non debet, qui cæteris ſubſidio minimè fuere. Neque enim nauis ad hoc mercibus exonerata eſt, vt in tutum locum ſcapha deduceretur, ſed illud potius dicendum, ob nauis ſalutem, merces in illam inuectas fuiſſe. Quis enim ceſſante contributione, & vbi

Magnis nigreſcunt æquora ventis,
Erutáque ex imis feruet arena fretis,

in ſcapham proijcere merces velit? Sanè etſi vbi vadum profundum non eſt, tutius ſit (vt diximus) in ſcapham deſilire: priuſquam tamen à naue omnino diſſoluatur, periculo res non caret. Conto itaque (ſi caſus eueniat) protrudere ſcapham oportet, ne iuxta nauem adhuc voluentibus vectoribus, vacillatione eiuſdem ſcapha euertatur.

QVIA IACTVS IN TRIBVTVM &c. Caliſtratus his verbis, deciſionis ſuæ rationem adſignat. Iactus, inquit, tunc in contributionem venit, cùm iactu facto nauis ſalua facta eſt. Quod cùm hic dici non poſſit: & æquè vectorum quas in naue merces habent, pereunte ea, interijſſent: contributio locum habere non debet. Quinimò ſi iactu facto, poſt abſumptam fluctibus nauem, iactæ merces recuperatæ ſint: contributio earum rerum quæ in naui perierunt admittenda non eſt. In quam ſententiam, quæ verior & probabilior eſt, nouiſſimæ Iuriſconſultorum opiniones poſtea conceſſere, *Caſtren. & alij hic.*

§. Sed ſi nauis, quæ in tempeſtate iactu mercium vnius mercatoris leuata eſt, in alio loco ſubmerſa eſt, & aliorum mercatorum merces per vrinatores extractæ ſunt, data mercede, rationem haberi debere eius cuius merces in nauigatione leuandæ nauis cauſa iactæ ſunt ab iis, qui poſteà ſuas per vrinatores ſeruauerunt, Sabinus æquè reſpondit. Eorum verò, qui ita ſeruauerunt, inuicem rationem haberi non debere ab eo qui in nauigatione iactum fecit, ſi quædam ex his mercibus per vrinatores extractæ ſint, eorum enim merces non poſſunt videri ſeruandæ nauis cauſa iactæ eſſe, quæ perijt.

SVMMARIA.

1. *Vrinatores qui.*
2. *Colan homo & piſcis.*
3. *Ratio §.*
4. *Genus perire non poteſt.*

VRINATORES. Id genus hominum Varro natatores interpretatur, non quidem ſuper-

ſuperficiales tantum illos qui abluendi corporis gratia natant, ſed qui ſe flumini mariue committentes,ex fundo quantum fieri poteſt, iniecta extrahunt, oraque ne fluctibus intrent communiunt,& mercularem in mortem ad aquarias inquiſitiones longè oculantiſſimi ſunt.
1. Hinc & Plinius Phocas ranaſque ſub aqua diu vrinari dixit, *cap.* 37. *lib.* 1. Horum alijs longè perſpicaciores ſunt, & diutius ſub flumine latent, quod præſente Auguſtiſſimo Cæſare Carolo, in noſtra Ziriceana ciuitate, mea ætate conſpexi, & bello nauali admodum neceſſarij ſunt, vt qui hoſtilem claſſem profodiendo multum diminuere poſſent. Ex ijs autem omnibus qui hac in re plurimum valuerunt, præcipuus fuiſſe traditur homo quidam (vt eleganter Alexander ab Alexandro ſcri-
2. bit) cui nomen Colan inditum ferunt, cognomento piſcis, ſingulari fato ſeu fortuna genitus, qui plus in aquis degere, quam in terris victitare ſolebat, eumque diebus ſingulis mare & aquas petere neceſſum habuiſſe. Itaque inter marinas beluas complures dies verſabatur, & conuiuebat illæſus, haud aliter, quam ſi ex eis vna fuiſſet. Penetrabat maris intima & remotiſſima, reuertebatur ſæpe ad littus, & nautas de futuris tempeſtatibus præmonebat, vt apud Volaterranum quoque latiſſimè deſcribitur. Sanè illi hoc an fato an ſidere euenerit, in ambiguo plerique omnes reliquere. Nam tantum eum nando profeciſſe aſtruitur, vt maxima pelagi interualla, ſpaciaque immenſa CCCCC. & vltra ſtadiorum, fœda tempeſtate & reluctantibus aquis, excellenti vi & velocitate, natatu peragraret, idque non ſemel facere conſueſſe. Donec (inquit Alexander) feſto annuo ſolennique die in Siculo freto effuſa multitudine ad ſpectaculum,in portu Meſſanæ, experiri credo volens, quantum præ cæteris vrinando valeret: dum pateram auream,munus natantibus tunc à Rege in mare deiectum, ab imo eripere conatur, cùm ſe in mare merſiſſet,dum illius ſtudio profunda exquirit vada, diu expectatus ab imo maris fundo, in quod ſe deiecerat, nunquam emerſit, neque poſtea inuentus apparuit. Creditur in concauas illius pelagi cauernas,quibus totus ille ſinus refertus eſt,incidiſſe: ipſumque in imas voragines vorticibus rapidis ſemel delapſum, cùm ſe recipere vellet, & ad ſuperiora niti,reuerti nequiiſſe: cumque diutius reluctatus, reſpirare nequiret,inter occurſantes ſcopulos vndique inundantibus aquis oppreſſum, vitam interiſſe.

SERVAVERVNT. Cur ita? Sanè cum ſemel legitimè & ob ſalutem nauis iactus factus eſt, cumque ſemel iaciendo nauem præſeruauit: caſus ille à quo incipere contributio non poſſet:in conſiderationem deduci non debet, *cap.*
3. *factum legitime de re.iur.lib.6.*ſed ratione bonorum per vrinatores extractorum, contribuere tenentur. Quid enim ſi illo iacere nolente tota nauis interijſſet?quamuis poſtea perierit, detrimento tamen illud iacienti eſſe non poteſt, qui omnibus beneficium præſtare conatus eſt, *l. ſed an vltro,§.1.ſup.de negot.geſt.*Sed cum ſuperius, *§.proximo.*dictũ eſt,recuperatis quæ iactæ ſunt mercibus,ijs contribuendum non eſſe quorum merces in naue interierunt: cur non & idẽ hoc caſu recipitur?Cur & recuperatis rebus in naue deperditis,contributio nõ impeditur?An quia diuerſum ius diuerſam rationem conſtituat,*l.ſi ſocer à genero,inf ſolut.matr.l.de quibus ſup.de leg. pulchrè D.Præſes in loco à pari à ſimili,& in loco à ratione.l.ampla.*In eo vtique differentia conſiſtit,quod præter hæc omnia quæ diximus,quęque à Caliſtrato inferius tradentur,ſi eodem in ſolo cũ cæteris iacientis merces perijſſent, per vrinatores quoque inueniri integræ potuiſſent, & quamuis ſi iactus factus non eſſet, interire quoque potuerint, illud tamen ſiniſtrè in iacientis detrimentum interpretandum non eſt,ne à iactu quilibet abſtrahatur,& cum nemo iacere vult,vel lites oriantur & pugnæ,vel cum naue ipſa omnes ſimul fluctibus obruantur. Cæterum cum per vrinatores aliquid recuperatur:ideo contributio pro iaciente admittitur, & is deterioris eſſe conditionis quam cæteris cenſeatur. Igitur quod Caliſtr. ait, *Iactus in tributũ naue ſalua venit:*ea interpretatione accipi debet,vt omnino nihil referre exiſtimemus, ſi nauis alio loco perierit, *Fulg. hic.* Quod non ita intellegendum eſt abſurdè,vt ad minimi ſpatij locũ referatur(nec enim quieſcit, ſed pergit ſemper vlterius nauis) ſed ſi & tempus & loci diuerſitas rectè intercedat. Quid enim ſi iactum fecero antequam Bergas veniremus,& dehinc relicto iterum portu,Antuerpiã nauigando nauis intereat? Salua fuit ſemel nauigij cauſa,& rectè alio loco perijſſe dicetur. Sed cum (vt diximus) ſemel ſufficiat vtiliter negocium geſtũ eſſe,*d.l.ſed an vltro.* cur aduerſus alios,quorum merces recuperatæ non ſunt, negociorum geſtorum actio non dabitur? Sanè communi ſententia receptum eſt,*Caſtrenſ. Fulgo.Bald.Salic.& Alberic.hic.*actionem hanc merè perſonalem non eſſe,ſed in rem quodammodo ſcriptã (collatio enim pro rebus tantum repertis earumque æſtimatione procedit) atque proinde cum nullæ reperiantur, exonerari debitorem. Etenim quamuis quantitatis & generis (quod perire nõ poteſt,*l.incendium,C ſi cert.petat.*)debitores,ſi æſtimationis portionem conſideremus,dici poſſint:cum tamen quantitas ea ad ſpeciem referatur,interitu ſpeciei ſine culpa debitorum proueniente,*l.ſi ad libertatem,ſup.de naxalib.act.l.ſi ſeruum. §.ſequitur inf.de verb oblig.*liberatio iure acquiſita eſt,*Salic.Bal.& alij in d.l.incendium.* Sed hæc ita intelligenda ſunt, ſi nihil ſit quod cæteris vectoribus imputari poſſit.Quid enim ſi cũ ſaluare recuperareve merces poſſit,vector negligens ſit,*argum.l.quod te ſup.ſi cer.petat.*Non equidem me latet vnumquemque rerum ſuarum dominum eſſe & arbitrum, 4.

 ſed

ſed hoc ita, ſi alijs detrimentum inferre non velit, *ſi ex legat. inf de verb. oblig.* Quin potius cum ob communem ſalutem merces ſuas conſocius eiecerit, priuatamque vtilitatem publicæ poſthabuit: (potuiſſet enim facto etiam naufragio merces ſuas fortuna fauente in portum aliquem adegiſſe) ſic & econtrario ſi vectores res ſuas recuperare negligant, ita ob officio decedunt, vt perpetuam infamiæ notam effugere non poſſint.

§. Cum autem iactus de naue factus eſt, & alicuius res quæ in naue remanſerunt, deteriores factæ ſint, videndũ an conferre cogendus ſit, quia nõ debet duplici damno onerari, & collationis & quod res deteriores ſunt. Sed defendendum eſt, hunc conferre debere precio rerum præſente. Itaque (verbi gratia) ſi vicenum merces duorum fuerint, & alterius adſpergine x. eſſe cæperint, ille, cuius res integræ ſunt, pro xx. confert, hic pro x. Poteſt tamen dici etiam illa ſententia, diſtinguentibus nobis, deteriores ex qua cauſa factæ ſint, id eſt, vtrũ propter iactum inundatis rebus damnum ſecutum eſt, an verò alia ex cauſa: veluti quod alicubi iacebant merces in aliquo angulo, & vnda penetrauit, tunc enim cõferre debebit, ſed an ex priore cauſa, collationis onus pati non debet, quia iactus etiam hunc læſit? Ad hæc nunquid & ſi adſpergine propter iactũ deteriores factæ ſunt? Sed diſtinctio ſubtilior adhibenda eſt. quid ſi plus ſit in collatione quã in damno? (verbi gratia) hæres xx. fuerunt: & collatio quidem facit x. damnum autẽ duo, deducto hoc quod damnum paſſus eſt, reliquum conferre debeat? Quid ergo ſi plus in damno erit, quem in collatione? vtputa decem aureis res deteriores factæ ſunt, duo autem collationis ſunt? Indubitatè vtrumque onus pati non debet. Sed hic videamus, num & ipſi cõferre oporteat? Quid enim intereſt, iactatas res meas amiſerim, an inundatas deteriores habere? Nã ſicut ei qui perdidit ſubuenitur: ita & ei ſubueniri oportet, qui deteriores propter iacturam res habere cœpit. Hoc ita Papinianus Frontoni reſpondit.

SVMMARIA.

1. *Calamitoſi miſericordia digni.*
2. *Ratio ſpecialitatis ſemper aſſignanda.*
3. *Merces ſæpe vndis corrumpuntur.*
4. *Nauis bona quæ.*
5. *Scienti & volenti non fit iniuria.*

PRæſens §. (vt plures præfantur) difficilis eſt, & attentione dignus, in quo Caliſtratus omiſſa de iaciente quæſtione, de ijs diſceptat atque inquirit, quæ ob tempeſtatem ingruentibus vndis, in nauis aliqua parte poſitæ merces deteriores efficiuntur, an & pro his quoque iactu facto, omnino contribuendum ſit? Etenim cum duplici damno grauandus non videretur, & collationis ſcilicet, & quod res deteriores ſint, quid quæſo facilius æquiuſque dicendum videbitur, quàm quod ad contribuendum compellendus non eſſet? *l. Diuus, ſup. de offici. Præſid.* Anne 1. enim in calamitoſos benignitas (vt Cicero teſtatur *l. 1. Offic.*) propenſior eſſe debet? Anne ex Demoſthenis ſententia iuſtum eſt miſereri eorum qui immeritò infelices ſunt? Anne ſcriptum eſt, cor inopis ne afflixeris? *Eccle. 4. à cap. cum percuſſio. 7. q. 1.* Sed hæc nos alio loco, *in cap. bona fides, ext. de reg. iur. lib. 6.* latè ſatis expoſuimus, quò te remitto. Caliſtratus ſanè æquitatem ipſam tanquam normam totius boni diligentiſſime imitatus, afflictis quidem his, quorum merces deteriores redditæ ſunt, afflictionem addere non voluit, ſed mediam viam inter vectorem eijcientemque ingreſſus, optima ratione conſtituit, detracta mercium deterioratione contribuendum eſſe. Alioquin enim iniquum eſſet deteriorem eſſe eius cauſam, qui iactum faciendo re ſua ſpoliatus eſt, quam eius qui res ſuas, quamuis deteriores, tamen retinuit. Igitur ſi merces xx. Carolinorum in decem deteriores redditæ ſint: pro decem tantum exigi contributio poterit. Quod igitur à Iureconſulto reſponſum eſt præſente rerum precio conferendum eſſe, aliam interpretationem non habet.

Ex qva cavsa. Quidquid enim contra communes regulas conſtitutum eſt, ratione cauſaque munitum omnino eſſe debet, vt in omnibus cauſa receſſus attendatur, *Gl. in c. intelligentia de verb. ſignific.* Quam turpiter igitur errant hi, qui ſolutionem conciliationemque 2. legum ignorantes, ad ſpecialitates ſuas confugiunt: hoc ex loco colligere licet. Non erat igitur (quaſi dicat conſultus) à collatione, data etiam deterioratione, omnino recedendum, niſi cauſa cognita, & ſi iuſta deteriorationis ratio conſtitueretur.

Propter iactvm. Ea eſt quarundã mercium natura & qualitas, vt ſalſiſſimas Oceani vndas recipientes penitus deſtruantur. Si igitur 3. cum ponderoſiores in mare merces eijciendæ erant, ingenti lapſu exurgentes vndæ nauemq; penetrantes, deteriores merces huiuſmodi fecerint, aut ſi reſolutis ob ponderoſitatem eiectarum mercium, aliorum receptaculis damnum acceptum ſit: *l. 2. ſu. eo.* eius rationem habendam eſſe, æquiſſimum videtur. Etenim & Rhodiæ legis ratio hic militat, in eo fundata, quod omnino ſecundum rationem ſit (vt Paulus ait) commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum, conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent.

rẽt. Quid autẽ intereſt, iactatas res meas amiſerim an inundatas deteriores habere cœperim? Rectè itaque Caliſtratus: Sicut ei qui perdidit, ſubuenitur, ita & ei ſubueniri oportet, qui deteriores propter iactum habere cœpit.

VNDA PENETRAVIT. Quid enim ſi lacera & penè diſſoluta nauis fuerit? Sanè cum ob communem vtilitatem deterioratio non acciderit, & contributionis onus domini mercium exigere non poſſunt Sed an ex locato actionem contra magiſtrum habeant; quæri poteſt. Nobis videtur ſub temperamento reſpondendum eſſe. Etenim ſi lacera rimoſaque nauis fuerit, (quia vt Aphricanus, *l. qui fundum, inf. locati.* lib. 8. quæſtionum, & Paulus, *l ſi tibi, eo tit.* lib. 34. ad edictum aiunt, locator ita rem locatam præſtare debet, vt oportunè ea vti conductor poſſit) rectiſſimè definiendum videtur, actionem vectori in magiſtrum ex locato denegandam non eſſe. Vt enim cuiuſque facultates excutere nauta non debet, *d. l. 2. §. ſi ſup. eo,* ſic nec vectores grauandi ſunt, vt omnes & vniuerſos nauium angulos exquirant, & vt iuris præſumptione bonus quilibet eſſe cenſetur: certè vt vectores ſoluendo eſſe, ita & nautam, rimoſam nauem locare non velle præſumimus. His adde quod nec tempus, nec locus admittit, vt de conditione nauis vector diſpiciat, *l. 1. in princip. ſup. tit. prox.* Quid enim ſi omnino nauigationi parata ſit nauis, plenaque vectoribus, qui hic angulos perſpiciet, qui vbique ab omnibus occupati ſunt? Qua ratione ſi magiſter ſoluendo non ſit, quod fieri poteſt, contra alios regreſſum non habet. Et ideo prudentis eſt viri, ſi tempus poſtulat, bonam nauem eligere. Nauis autem bona dicitur, vt ad Lucilium 77. Epiſtola lib. 5. Annæus Seneca ſcribit,
4 non quæ precioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum roſtrum eſt: ſed ſtabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendum incurſum maris ſolida, gubernaculo parens, velox, & non ſentiens ventum. Porrò ſi ſciens prudenſque rimoſam nauem in-
5 grediatur (quia ſcienti & volenti iniuria non fit, neque dolus, *cap. ſcienti de reg. iur. in 6.*) ad actionem admittendum non eſſe exiſtimo Sed quid ſi vno merces omnes eijciente, alius deinde & ſuas eijcere cogatur: priórne poſteriori contribuere tenebitur? Alberic. exiſtimat teneri. Etenim quamuis merces in naue non habeat: contributionis tamen ratione; quam ab alijs exigere poteſt, in totum liberari non debet.

SED DISTINCTIO. Summa diſtinctionis hæc eſt, vt ſi collatio damno maior ſit, pro excedente tantum quantitate, recipiatur, quod appoſitiſſimo exemplo Caliſtratus demonſtrat. E contrario, ſi damnum collationem excedat, quod ob iactum factum acceptum eſt: peti à cæteris contributio poterit. Qui autem ex loco detrimentum accepit, à contributionis exactione iure repellitur.

LEX V.

Hermogenianus lib. 4. Iuris ἐπιτομῶν

Amiſſæ nauis damnum, collationis conſortio non ſarcitur per eos, qui merces ſuas ex naufragio liberarunt. Nam huiuſmodi æquitatem, tunc admitti placuit, cum iactus remedio, cæteris in communi periculo ſalua naue conſultum eſt. Arbore cæſa, vt nauis cum mercibus liberari poſſit, æquitas contributionis habebit locum.

SVMMARIA.

1. *Nauis vna ſi aliam frangat, an contributio fiat.*
2. *Arbore nauis cæſa an fiat contributio.*

ÆQuitas contributionis, naue tantum ſalua locum habet, vt merito ab Hermogeniano reſponſum ſit: Amiſſæ nauis damnum collationis conſortio non ſarciri. Etenim ob hoc ſolum iactus fit, vt à maris violentia merces vectorum defenderentur. Sed quid ſi (quod ſæpiſſimè graui admodum orta procella accidit) in vnam nauem alia vento concitata impingens perierit, hiccine contributio locum habet? Non arbitror, cùm & ob communem vtilitatem naufragium factum non ſit. Sed an in exercitorem inuadentis nauis actio dabitur? Quæſtio hæc ab ipſo Vlp. lib. 18. ad edictũ de- 1
ciſa eſt. Si nauis (inquit *l. quemadmodum. § ſi nauis ſup. ad l. Aquil.*) alteram contra ſe venientem obruiſſet, aut in gubernatorem, aut in ductorem actionem competere damni iniuria, Alfenus ait. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quod temperari non potuerit, nullam in dominum dandã actionem: ſi autem culpa nautæ id ſit actum: puto Aquiliæ ſufficere. Porrò ſi funem quis, quo religata nauis erat, præciderit de naue quæ perijt, in factum dandam eſſe actionem. Porrò 2
quamuis pro naue amiſſa locum non habeat collatio: tamen pro arbore imminente tempeſtate & ſub qualitatibus ſuperius ad præcedentis cap. initium relatis, cæſa, *l. cum arbor.* contributio recipitur, quod rationem habet, cum arbor ob nauis ſalutem perierit, eiuſque iactus totius nauigij cauſam defendit.

LEX VI.

Iulianus lib. 86. Digeſtorum.

Nauis aduerſa tempeſtate depreſſa ictu fulminis deuſtis armamentis, & arbore & antenna, Hipponem delata eſt, ibiq; tumultuarijs armamẽtis ad præſens comparatis, Hoſtiã nauigauit, & onus integrum pertulit, Quæſitum eſt, an ij quorum onus fuit, nautæ pro damno conferre debeant? Reſpondi, non debere.

 Hunc

Hunc enim ſumptum inſtruendæ magis nauis, quam conſeruandarum mercium gratia factum eſſe.

SVMMARIA.

1. *Fulmen quotuplex, & cuius naturæ ſit.*
2. *Hipponenſis Ciuitas quæ.*
3. *Caroli V. Imp. victoria.*

ARmamenta quæ ſint, abundè ſatis alio loco annotauimus, *ad l. 1. ſup. tit. 1.* Igitur ſi exuſta fulmine armamenta nauis habet, in contributionem ea venire non debent. Illud ſanè controuerſum non eſt, velum, antennas, armamenta denique altiora vel tempeſtate vel fulmine facillimè deijci. Hinc apud Virgilium legitur:

Stridens Aquilone procella.
Velum aduerſa ferit, fluctuſq; ad ſidera tollit.
Franguntur remi, tum proræ auertit, & vndis
Dat latus, inſequitur cumulo proruptus aquæ mons.

Accurſius autem hoc loco annotat, quoddam fulmen adurere, quoddam afflare, quoddam diruere.
1 Sed hæc pulchrius apud Annæum Senecam explicantur. Fulminum (inquit ille) genera ſunt illa; quod terebat ſubtile eſt & flammeum, cui per anguſtiſſimum fuga eſt, ob ſynceram & puram flammæ tenuitatem: quod diſſipat, conglobatum eſt, & habet commixtam vim ſpiritus coacti & procelloſi. Itaque illud fulmen per id foramen, quod ingreſſum eſt, redit & euadit. Huius latè ſparſa vis rumpit, icta non perforat. Tertium illud genus, quod vrit, multum terreni habet, & igneum magis eſt quam flammeum. Itaque relinquit magnas ignium notas, quæ percuſſis inhæreant. Quod vrit, & fuſcat, tribus modis vrit: aut enim afflat, & leui iniuria lædit; aut comburit; aut accendit. Omnia iſta vrunt, ſed genere & modo differunt. Quodcunque combuſtum eſt, vtique & vſtum eſt. At non omne quod vſtum, vtique & combuſtum eſt.

HIPPONEM. Ciuitas eſt Africæ hæc, Præ-
2 ſulatu Diui Ambroſij celebris, quam inuictiſſimus Auguſtiſſimuſque Imperator Carolus eius nominis Quintus, expugnata Carthagine, quã
3 Tunetum dicunt, cæteriſque locis circumuicinis deuaſtatis, & immaniſſimo Chriſtiani nominis hoſte Oenobarbo profligato, funditus vna cum arce illi impoſita per inclytum Melphitarum Principem, euertit.

TVMVLTVARIIS ARMAMENTIS. Exiſtimat Accurſ. tumultuaria armamenta eſſe, quæ in auxilium contra tumultum & impetum maris quæſita ſunt. Ego aliter ſentio, nec puto aliquem hac in re cum Accurſ. ſentire. Exiſtimo itaque tumultuaria hic armamenta dici, quæ ſubitaneè, præproperè & rapidè empta ſunt, & ex tempore conquiſita, non autem iuſtè & planè fabrefacta. In qua ſignificatione tumultuarium Liuius, *in lib. primo de bello Maced.* accepiſſe videtur. Duabus inquit legionibus ſubitarijs tumultus eius cauſa ſcriptis, additiſque ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo, Caium Appium Præfectum ſociorum, hac tumultuaria manu per Vmbriam agrum Boiorum inuadere iuſſit. Sed & ſic Budæum quoque ſentire video, *ad l. 1. inf. depoſiti.*

HOSTIAM. Ciuitas eſt hæc (vt Strabo deſcribit) in oſtijs Tyberinis ſita, ab Anco Martio condita, cuius & Plinius, *lib. 19. nat. hiſtor. in principio.* quoque meminit, in ipſo maris fluminiſque confinio, vt totius mundi opes illò veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperentur. Inde Cardinalem noſtrum Hoſtienſem dictum arbitror. Cætera quæ ad legis iſtius explicationem pertinent, ex ſuperioribus non magno negocio peti poſſunt.

LEX VII.

Paul. lib. 5. ἐπιτομῶν Alpheni Dige.

Cùm depreſſa nauis, aut deiecta eſſet, id quod quiſque ex eo ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruare reſpondit, tanquam ex incendio.

LEX VIII.

Iulianus lib. 2. ex Minutio.

Qui leuandæ nauis gratia, res aliquas proijciunt: non hanc mentem habent, vt eas pro derelicto habeant: quippe, ſi inuenerint eas, ablaturos: & ſi ſuſpicati fuerint, in quem locum eiectæ ſint requiſituros: vt perinde ſit, ac ſiquis onere preſſus vnam rem abiecerit, mox cum alijs reuerſurus, vt eandem auferret.

SVMMARIA.

1. *Differentia inter miſſilia & merces.*
2. *Vlpianus Iuliano conciliatus.*
3. *Dictio,* plerunque, *quomodo interpretanda.*
4. *Inuentor mercium quid facere debeat.*
5. *Inuentor an aliquid petere poſſit.*

ALia ſanè cauſa eſt earum rerum quæ 1
tempeſtate orta, *§. penul. Inſtitut. de rer. diuiſ.* leuandæ nauis gratia in mare eijciuntur, quàm ſi quis miſſilia in vulgus proijciat, quæ pro derelicto ex modo iaciendi habere cenſetur. Etenim quæ in mare alleuiandi gratiâ proijciuntur, dominorum manent: quia palam eſt non eo animo abijci, quod quis eas habere nolit, ſed quo magis cum ipſa rate mortis mariſque periculum effugiat. Igitur ſi quis eas fluctibus expulſas vel etiam ipſo in mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit: ſed de his ad eas leges latius dicemus, quas ad nauti-

nauticam materiam pertinentes, ex titulo Pandectarum de incendio, naufragio, & ruina examinabimus, *in l. falſus §. ſi iactum inſ. de furt.* Sed quidam putant aliud ab Vlp. traditum eſſe, vt in ambiguo creditur, dominum voluntate relinquendi abieciſſe. Si iactum (inquit) ex naue factum alius tulerit, an furti teneatur quæſtio in eo eſt, an pro derelicto habitum ſit: & ſi quidem derelinquendi animo iactauerit (quod plerumque credendum eſt quum ſciat periturum) qui inuenit, ſuum fecit, nec furti tenetur. Mihi profectò videtur nihil eſſe facilius quam Vlpianum reconciliare Paulo, Iuliano, Caio, & cæteris Iureconſultis, ſi
2 hanc dictionem *plerumque* non ſæpe, ſed inter-
3 dum interpretemur, hoc modo: plerumque, id eſt, interdum credendum eſt, derelinquendi animo iactaſſe, quum ſcilicet ſciat periturum, puta ſi in medio mari bene procul à terra iactus fiat, vt vix credi poſſit, non habitum pro derelicto, quum recuperandi ſpes nulla ſupereſſet, & ſciret, id eſt, crederet periturum, *Idem ſentit Conna. lib. 3. cap. 3.* Sic Cicero de Inuentione 2. Fortuita ſunt, quæ plerumque, non
4 ſemper eueniunt, id eſt, quæ interdum. Nam & quæ raro accidunt, fortuita tamen dicuntur. Porrò ſi is qui inuenit, neſciat cuius ſit, probè fecerit ſi aut per libellum aut per preconem indicauerit inueniſſe ſe rem deperditam, & à domino, vt ſibi videtur, amiſſam, quam ſe redditurum pollicetur, qui ſuum id eſſe demonſtrauerit, *Faber & alij. in d. §. penul.* Quibus omnibus ritè & ſolemniter peractis, ſi nemo compareat: vel ſibi, vel cæteris æquè paupertate oppreſſis, ſi inops eſſe reperiatur, aſſcribere poterit. Si autem diues ſit: vel in pauperum, vel in Eccleſiæ vſum conuertere debet, *auth. omnes peregrini. C. Communia de ſucceſſio.* Et hæc ſecundùm iuris legitimas conſtitutiones recepta ſunt, à quibus multarum nationum conſuetudinibus hodiernis temporibus receſſum eſt, quibuſque cauetur omnes omnino res quas alluens mare eiecit, ad loci præfectos, per inuentores deferendas eſſe. Sed an
5 re inuenta inuentori aliquid debeatur, apud veteres dubitatum fuit: & ſanè Vlpianus ait, probè peti non poſſe, ſi nihil in eas res impenſum ſit: ſed honeſtè recipi poſſe, *in l. falſus, §. plerique. inſ. de furt.*

LEX IX.

Voluſius Mætianus ad legem Rhodiam lib. Epitomarum.

Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα, Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε ναυάγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, τῷ νόμῳ τῶν ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος ἄυγουστος ἔκρινεν, *id eſt, libellus Eudemonis Nicomedenſis ſupplicatorius ad Antoninum Imperatorem. Domine Imp. Antonine, facto in Italia naufragio, ſpoliati direptique ſumus à ſeruis publicis, qui Cycladas inſulas inhabitant. Reſpondit Antoninus: Ego quidem mundi dominus, lex verò maris. Lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, diſceptetur: quatenus nulla ei noſtrarum legum aduerſetur. Hoc idem D. quoque Auguſtus indicauit.*

SVMMARIA.

1. *Cyclades inſulæ quæ.*
2. *Imperator an ſit dominus mundi.*
3. *Romanis an totus mundus paruerit.*
4. *Principes omnes quomodo Imp. ſubſint.*
5. *Conſuetudo contra leges non valet.*

CYCLADES. Inſulæ ſunt Cyclades (vt 1
Plinius teſtatur) in Ionio mari, quarum prima Andrus cum oppido, deinde Tenos cum oppido, quam ob aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, & aliæ plurimæ quæ latè apud eundem recenſentur. Dictæ Cyclades, quod in Cycli formam diſponantur. Nam à promontorio Ceraſto, circa Delum in orbem ſitæ ſunt.

DOMINVS MVNDI. Impatiens hic more 2
Albericus, contra Gallorum Regem, à ſubiectione Imperat. ſe eximentem, indignabundus exclamat. Omnes enim nationes de iure Imperat. ſubſunt, *cap. Adrianus 92. diſtinct.* & (vt Bal. *ſup. in proha. dig.* ait) in vniuerſa ditione ſupremus eſt, quæ aſcendentem deſcendentemque & vtrumque latus aſpicientem ſolem reſpicit, & in omnes inſulas ad latè patentis Oceani receſſus, imperium eius extenditur, *auth. vt omnes obed. Iudicib. prouincia. §. ſed hæc conſiderantes.* Quinimò & pleriſque viſum eſt in hæreſis crimen incidere eum, qui contrarium defendere pertinaciter conatur, *Bart. in l. hoſtes, inf. de capt. & poſtli. reuer.* Axioma iſtud an Imperator totius mundi dominus ſit, multis in locis latiſſimè diſputatur, & dum quiſque ingenioſus videri cupit, ſuoque Principi poſtpoſita etiam veritate, placere: accidit, vt in centum opinionum myriades quæſtio deducatur. Multæ ſunt equidem prouinciæ quæ Romano Imperio non paruerunt, vt Scythia, & Sarmatia, & vltra, *C. de commert. & Eunuc.* 3
Euphratem fluuium vniuerſus Oceanus, aliæque nationes plurimæ quas ex ijs titulis colligere poſſumus, qui de armis & alijs rebus ad bellum pertinentibus ad hoſtes non tranſuehendis, conſtituerunt. Alij, *in l. bene. à Zenone, C. de quadr. præſcrip.* iura hæc ad conſonantiam quandam & harmoniam reducere cupientes, de iure quidem omnes Principes omneſque regiones & regna Romanorum Imperatori

ſubeſſe contendunt, nonnullos tamen reges vel vi, vel priuilegio, vel præſcriptione immunes eſſe. Quorum tamen reconciliatio à pleriſque ridetur, eo quod verba non ad factum, ſed ad ius referri debeant, *Alc. ad l. 1. C. de ſumma trinit.* Ego ſanè in eorum ſententiam tranſeo, qui Imperatorem reſpectu vniuerſalis regiminis de iure, mundi dominum eſſe declarant. Et quamuis alia ad alios particulares Principes pertineant: vniuerſitas tamen de iure ad Auguſtum ſolum. Igitur etſi diuerſa regna, diuerſi reges obtineant: hi tamen omnes (niſi ſpeciali priuilegio exempti reperiantur, *Bal. hic.*) Imperatori non ſecus ſubeſſe, quam Pontifici, Cardinales, cæterique eccleſiaſtici ordines, tenentur. Rectène igitur an perperam
4 agant, qui non ſolum Romanorum Imperatori in immaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes bella paranti ſubſidium non exhibent, ſed omnem omninò lapidem mouentes obſtaculum præbere conantur, Chriſtiani hominis eſto iudicium.

QVATENVS NVLLA &c. Quæ igitur conſuetudine contra leges ab aliquibus recepta ſunt, iure ſubſiſtere non debent, *C. cum inſtantia de cenſib.* & longiſſimi temporis præſcriptione firmitatem acquirere non poſſunt, *Fely. in c. cum contingat. num. 5. de foro competen. c. fi. de conſuet.* Etenim non abſque delectu conſuetudo
5 admittitur, ſed tunc tantum vbi contra ſcriptam legem non pugnat, *l. præpoſit. in c. conſuetudinis. in fi. 11. diſtin. & in c. in iſtis, nu. 3. 4. diſtinc.* At ſi omnino in ratione fundata eſt, quadraginta annorum ſpatio legi frenum imponere poſſe à pleriſque, & communi ſententia reſponſum eſt, *Gloſ. & Doct. in d. cap. fi. de conſuet.*

LEX X.

Labeo lib. 1. πιθανῶν à Paulo in Epitomen redactorum.

Si vehenda mancipia conduxiſti: pro eo mancipio quod in naue mortuum eſt, vectura tibi non debetur. PAVLVS. *Imò quæritur, quid actum eſt: vtrum pro ijs qui deportati eſſent, merces daretur? Quod ſi apparere non poterit, ſatis erit pro nauta, ſi probauerit impoſitum eſſe mancipium.*

SVMMARIA.

1. *Actus contrahentium debent regulari ſecundùm eorum intentionem.*
2. *Debitor quomodo interitu rei debitæ liberetur.*
3. *Corpora mortua viuis grauiora.*
4. *Caſus fortuitus quomodo excuſet.*
5. *Aduocati non perducentes cauſam ad finem an conſequi debeant totum ſalarium.*

QVID ACTVM SIT. Cum actus agen- 1
tium & eorum qui contrahunt, ſecundùm intentionem, verba, mentem eorundem, interpretationem recipiant & effectum: illud omnino ante omnia diligentiſſimè inquirendum erit, quid expreſsè inter ſe egiſſe contrahentes probari poſſit, *l. ſed Celſus, §. ſi fundus, inf. de contrahen. empt.* Vnde ſi non appareat quid actum ſit: ſatis erit pro nauta (vt Labeo ait) ſi probauerit, impoſitum mancipium eſſe, *in auth. de iuramen. à morien. præſt.* Cur ita? Cum mors omnia ſoluat, cur mortua ſpecie vel interempta, vector non liberabitur? Sanè quod mors omnia ſoluere dicatur, ad naturalem tantum, non item ad ciuilem diſſolutionem pertinet, *l. ſi Titius. inf. de verb. ob.* & ad hunc caſum applicari non poteſt, *l. ſi ſeruum §. ſequitur. inf. de verb. ob.* Speciei quidem debitor ſi ſine 2
culpa ea interierit, obligationis vinculo liberatur, *l. incendium. C. ſi cert. petat.* ſed quantitatis in genere, quod perire non poteſt, obligatus extincta nihilominus ſpecie manet. Porrò cur impoſitionis probatione tantum à Labeone grauetur magiſter, mirum non eſt, quod cum de mente verbiſque expreſſis conſtare non poſſit, in obſcuris (vt Paulus ait) quod veriſimilius eſt, inſpici ſolet, *l. in obſcuris, inf. de reg. iur.* Sed quid hic eſt veriſimile? Vtique illud quod nauta qui operam præſtat, animalium merciumque periculum in ſe ſuſcipere noluerit. Quid enim eius intereſt obſecro, mortuáne 3
an viuentia animantia transferat? Quinimò & hoc dici ſolet, mortuis corporibus neſcio quid magni ponderis ineſſe. Caſus igitur fortuitus ære alieno non liberat debitorem, quod & in mutuo Iuſtinianus, *§ Item is Inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig.* & in pignore, & generaliter tandem Alexander, *in l. quæ fortuitis, C. de pig. act.* 4
Imp. reſpondit. His addi poteſt generalis illa regula Ciuili, *l. iure ciuili, inf. de regul. Iur.* Pontificioque, *cap. Imputari, ext. eod titulo.* iure probata, quod imputari non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum. Igitur etiam ſi ad locum deſtinatum non perducat, quod fortaſſe propter fætorem eijcienda ſint ea animalia, nihilominus vectores tenentur, quod & Diuus Antoninus cum Diuo Seuero conſtituit. Cum (inquit) per te non ſtetiſſe proponas, quo minus locatas operas Antonio Aquileio ſolueres, fidem contractus compleri æquum eſt, *l. ſed addes, §. fi. inf. locati.* Sic & Aduocati ſi per eos non ſteterit, quo minus cauſam agant, honorario priuari non debent, *l. qui operas, eo. tit.* de quibus omni- 5
bus ad ipſas communes regulas latiſſimè à nobis differitur.

§. *Si ea conditione nauem conduxiſti vt ea merces tuæ portarentur; eáſque merces nauta, nulla neceſſitate coactus, in nauem deteriorem (cum id ſciret te fieri nolle) tranſtulit, & merces tuæ cum ea naue perie*

runt

rierunt, in qua nouiſſimè vectæ ſunt: habes ex conducto cum priore nauta actionem. PAVLVS. *Imò contra: ſi modo ea nauigatione vtraque nauis pergit: cum id ſine dolo & culpa nautarum factum eſſet.*

SVMMARIA.

1. *Nauta quomodo ſuſceptas merces in aliam nauem tranſmittere poſſit.*
2. *Præſens & non contradicens videtur conſentire.*
3. *Subſtitutus per alium qualis eſſe debeat.*
4. *Nautarum temeritate multi perierunt.*

NECESSITATE COACTVS. Quid enim ſi nauis ſine dolo & culpa magiſtri vitium fecerit? Quid ſi in anteriore profectione à pi-
1. ratis capta ſit? Poteſt vtique fieri quod cum nauta mercator ea lege conuenerit, vt ea naue quæ ex Hiſpanijs expectatur, tranſuehi debeant. Quid item ſi emiſſis bellorum furijs naues ab hoſtibus detineantur? Sanè ſi tale quid euenerit, excuſandus videtur nauta, qui merces ſuſceptas, contractus complendi gratia in alienam nauem tranſmittit. Sed an in deteriorem? Puto & dolum & culpam hic præſtandam eſſe, ſed pereuntibus rebus de interitu non tenebitur, qui in culpa reperiri non potuit.

TE FIERI NOLLE. Igitur ſi præſens ſit dominus mercium, & cum impedire poſſit, ta-
2. ceat: conſentire videtur, *cap continebatur, extr. de his quæ fiunt à Prælat.* & contra nautã actionem non habet. Regulariter tamen, (vt lib. 3. Quæſtionum Paulus ait, *l. cum de indebito. inf. de prob.*) nemo ita reſupinus eſt vt facile res ſuas iactet & indebitas profundat. Et ideo contra nautam præſumptio aſſumitur, ſi dicat exiſtimaſſe ſe mercium dominum hoc permiſſurum fuiſſe. Sed quid ſi in nauem æque bonam aut miliorem tranſmiſerit? Quæſtio hæc in vtramque partem ſuſtentabilis eſſe videtur. Etenim quis in dolo culpaue nautam conſtituet, qui meliorem ſeu æquè bonam nauem eligendo hoc vnicè egiſſe videtur, vt domini merces ſaluæ in portum deducerentur? Quinimò à grati hominis officio decedere & in meliorem nauem merces transferenti iniuriam facere dicendus eſt, qui diligenti magiſtro culpam imponere conatur. Contra: quid ſi alterius nauis magiſtri non æquè nauigandi peritiam habeant? Quid ſi orta tempeſtate locatori potius quam alijs, merces ſuas conductor credere velit? Quid ſi induſtria electa perſona eſt, *l. inter artifices, inf. de ſolut. d. l ſi fideiuſſor, §. 1. ſup. qui ſa-*
3. *tiſda. cogan.* Cur ſe prudens in difficultates iniecit? Ego ſub correctione ſic diſtinguendum exiſtimo, vt ſi nulla neceſſitate coactus in alienam nauem non conſentiente domino immiſerit, omnino de culpa teneri, & cum factum vnius alterius factum dici non poſſit, vt nec ideo alteri alter eiuſmodi factum delegare inuito domino poſſet: à verbis formaque contractus recedendum non eſſe, *l. ſi quis ex eodem, C. de muneleg. lib 11. ad ſi. Zaſius ad l. continuum, n. 3. inf. de verbo. ob.* Porrò ſi neceſſitate compulſus in æquè bonam ſeu meliorem nauem ſuſceptas merces immiſerit, & inter magiſtros differentia nulla ſit, vt intereſſe aliquod prætendere mercator non poſſit, quod ad eius qui Iuriſdictioni præeſt cognitionem pertinere exiſtimo, excuſandum eſſe credidero.

VTRAQVE NAVIS. Etenim cum res æquè apud priorem nautam interijſſet, domini mercium intereſſe videri non poteſt, vt rectè per exceptionem, tua non intereſt, à lite contra locatorem inchoata, à iudicio repellatur, *l. ſi cui legetur, §. ſi Titio & ibi Iaſon. inf. de legat. 1.* Neq; pugnat cum his quod de depoſito alio loco, *l. 1. §. ſi rem. inf. depoſit.* à Domitio Vlpiano reſponſum eſt. Si, inquit, rem vendidiſti depoſitam, eamque poſtea redemiſti in cauſa depoſiti: etiam ſi ſine dolo malo tuo poſtea perierit, teneris depoſiti: quia ſemel dolum feciſti cum venderes. Sed hoc idcirco dicitur: quia ſi res depoſita vendatur, ſtatim actio depoſiti competit, cui ſatisfieri oportet re ipſa vel eius æſtimatione reſtituenda. Itaque ſi ea perempta ſit & extincta, neceſſe eſt eum, quocum agitur, æſtimationem eius ſecundum legum obſeruationem exſoluere. At hic, domino mercium nulla adhuc actio erat nata. Nam ſi ad portum vtraque nauis ſalua perueniſſet, nec deteriores fuerint nauis vitio merces redditæ: nihil eſt quod dominus de nauta conqueri poterit. Sanè poteram ab initio cum nauta agere, vt dicta naue merces meæ tranſuehantur: poſtquam autem vectæ ſunt ſeu illa ſeu alia, ſi intereſſe probari non poſſit, ad ineptam & inutilem actionem confugere non poteſt. Etenim ſi quid deeſt nobis, iudicio petere poſſumus: ſed nugari, & ſine cauſa iudicem adire non licet. Porrò quod dici ſolet culpa præcedente fortuitum caſum culpoſo obeſſe, *l. in reb. l ſi vt certo §. ſed interdum, ſup. commodat.* aliter verum non eſt, quam ſi abſque ea culpa fortuitus caſus minime eueniſſet, quod hic non eſſe, manifeſtiſſimum eſt.

SINE DOLO ET CVLPA. Sed quam hic culpam, quem dolum conſiderabimus, ſi nauis vtraque interierit? Sanè, vt rectè à Platone reſponſum eſt, *in Meno. vel de virtute, lib. 4* natura neminem bonum videri: mirum non eſt, ſi mille nocendi artes reperiantur. Quid igitur ſi rimoſam laceramque nauem habeat & multo mercium æſtimatione inferiorem, quin in alienam nauem ſuſceptas tranſtulit? Quid ſi is oppreſſa naue altera, in quam nulla neceſſitate coactus mercatorum merces coniecit, & vbi ad ſe periculum redundare ex negligentia videt, rimoſæ ſuæ nauis vltro iacturam facere, culpamque ſuam eo quaſi infortunio obducere velit? Præſumitur quidem ſuum iactare neminem velle, *l. cum de indebito. inf. de probat.* ſed

ſed hæc præſumptio vſque adeò fortis non eſt, quin ab alia quoque quæ validior eſt, ſuperari poſſit. Hinc dici ſolet, iuris præſumptionem contrariam probationem admittere. *latè Alc. ad tract de præſump. circa princip.* Quis enim non mallet viliſſimæ nauis iacturam facere, quam edocta negligentia culpáve, precioſiſſimarum mercium æſtimationem præſtare? Sed vnde hæc præſumi poterunt? Difficilis, me hercule, coniectura non eſt, ſi ſine gubernatore in flumen nauem miſerit, & tempeſtate orta nauem temperare non potuerit, & nauem perdiderit: quod & Domitius Vlpianus li. 33. ad edictum ait, *l. item quæritur, inf. locati.* Quid item ſi grauiſſima tempeſtate ingruente, &

Vbi totum à ſedibus imis
Vnà Eurúſque Notúſque ruunt, creberq; procellis
Africus, & vaſtos voluunt ad ſidera fluctus.

nauemque priorem cum mercibus interire reſpiciens obtegendæ culpæ gratia, in medios fluctus temerarius opprimendam ratem conijciat, *l. ſi. C. de nauicular. lib. 11. & l. quotiens, C de naufrag. eod. lib.* Quis non hæc attentaturos arbitrabitur, qui natandi peritia freti, ne vectorum quidem corporibus Deos omnes obteſtantiũ, parcere imminente procella conantur? Ah
4. quoties vectorum corpora, nimia nautarum temeritate indiſcrimen abducta ſunt? Vidit noſtra ætas nauem Bergis ſoluentem, & ad noſtras Ziriceanorum Nundinas properantẽ, triginta aut pluribus vectoribus onuſtã, ob vnius nautæ temeritatem interijſſe. Is vtique ſi & ſuorum & aliorum nautarum admonitiones admiſiſſet, tam flebile naufragium factum non eſſet. Denique cum caſus hi culpam vt plurimum & ferè ſemper in ſe contineant: boni iudicis erit quid ex circumſtantijs definiendum ſit, colligere.

§. *Idem iuris erit, ſi prior nauta publicè retentus, nauigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit. Idem iuris erit, ſi cùm ea conditionẽ à te conduxiſſet, vt certam pœnam tibi præſtaret, niſi ante conſtitutũ diem merces tuas eo loci expoſuiſſet, in quem vehendas eas merces locaſſes: nec per eum ſtaret, quo minus remiſſa ſibi pœna ſpectaret. Idem iuris in eodẽ genere cognitionis obſeruabimus, ſi probatum fuerit nautam morbo impeditum nauigare non potuiſſe. Idem dicemus, ſi nauis eius vitium fecerit, ſine dolo & culpa eius.*

SVMMARIA.

1. *Impeditus ad alium ſubſtituere teneatur.*
2. *Impeditus quomodo excuſetur.*
3. *Impeditus quomodo à pœna excuſetur.*

PVBLICE RETENTVS. Vt ſi in vincula coniectus ſit, ſi ob publicam profectionem detineatur, ſi ab hoſtibus captus ſit, & ſi quæ his ſint ſimillima, *l. ſed & ſi quis, §. 1. ſup. ſi quis caut. ind. ſiſti.* Sanè vt caſus hi Vlp. authore, ijs qui in iudicio ſiſtere non poſſunt, exceptionem pariunt: ita & nautis quoque obeſſe non debent. Sed hæc ita ab aliquibus interpretationem habent, ſi domini conductoriſve conſenſu alium ſubſtituere non poſſit. Quid enim, ſi vehendas merces ſuſpiciens, ægritudine detentus in alienam nauem conſentiente domino mittere queat? Igitur cum periculum ad eum pertineat, minus peritum nautam eligere non debet, & ne ex naue quoque delegata damnum eueniat, omnibus modis prouidendum eſt, *l. continuus, §. ſi ab eo, inf. de verb. obl. & ibi Zaſius,* Porrò ſi ita à principio conuentum ſit, quod per alium tranſuehi merces non poſſint, ſecus eſſe, à nonnullis exiſtimatum inuenio, *Roma. in l. 1. ſup. ſi quis caut. num. 16.* Videntur itaque duo hæc à nautis probanda eſſe, non ſtetiſſe per eos, quominus pactis conuentis ſatisfactum ſit, & quod per æquè idoneos minimè ſeruire potuerint, *Roma. in d. l. 1. §. quod diximus, numer. 5. facit text. in l. quibus diebus, inf. de condit. & demon. Bar. in l. qui commeatum, inf. de re milit.* Sed nec hæc indiſtinctè recipiuntur, *l. ſi fideiuſſor. §. 1. ſup. ſatiſda. cogan.* Etenim ſi dolo culpáve in difficultatem inciderit, omni beneficio indignus eſt, & pœnam, & intereſſe præſtare tenebitur, *Caſtren. & alij hic.* Quid enim ſi illicitas merces euehens in portu adhuc reprehenſus, 2.
detectus ſit? Quid ſi ob vectigalia Principi non perſoluta? Quid ſi ob homicidium ſeu latrocinium perpetratum.

REMISSA EA POENA. Quod difficultate à pœna liberentur nautæ, non aliter ex communi ſententia recipitur, quam ſi eam difficultatem præuidere minimè potuerit. Cæterum ſi potuerit, aliud omnino dicendum eſſet, *Zaſius & alij in l. ſtipulatio iſta. inf. de verb. ob. & l. continuus. §. illud eo tit.* Quid enim ſi merces eo tempore vehendas ſuſcipiat quo cum hoſte bellum proclamatum erit, cùm induciæ exſpirauerint? Quid ſi hoc conductor ignoret? Sanè omnino hoc caſu dicendum eſt, minime eos excuſari, qui in ſpontaneam difficultatem ſeſe conijcientes, mercatores decipere voluerunt, *d. l. ſi fideiuſſor. §. 1.*

§. *Si conduxiſti nauem amphorarum duorum milium, & ibi amphoras portaſti: pro duobus milibus amphorarum precium debes.* PAVLVS. *Imò ſi auerſione nauis conducta eſt, pro duobus milibus merces debetur: ſi pro numero impoſitarum amphorarum conſtituta eſt, contra ſe habet. Nam pro tot amphoris pretium debes, quot portaſti.*

SVMMARIVM.

1. *Auerſione vel aduerſione conducere quid ſit.*

EX generalibus regulis deciſio hæc Labeonis rationem habet. Etenim cum per nautam

tam non ſtet quominus conuentioni ſatisfaciens, duo millia amphorarum recipiat: imputari ei hoc merito non poteſt, *c. imputari, extr. de reg. iur. li.6.* ſed integram mercedem recipere debet. Cæterum auerſione conducere quid ſit, variè inter varios definitur. Alciatus enim hoc loco, *parerg. iur. lib. 6. cap.* 28. auerſione conducere exiſtimat aliud eſſe nihil, quam ſi conductor aduerti voluerit, quot amphorarum nauis capax eſſet. Cæterum Franciſcus Connanus *Aduerſionem* legit, exiſtimatque nauem per aduerſionem conductam dici, ſi conducentis periculo conducta ſit. Igitur ſi nihil omnino portatum ſit, vel quia noluit conductor, vel quia aut tempeſtate, aut naufragio, aut imbecillitate, aut vetuſtate non potuit: Locatori nihilominus ob ſuſceptum omne periculum, niſi ſi quid ſpecialiter exemptum ſit, integram mercedem exoluere tenetur. Accedamus nunc ad flebilem illam, ſed vtiliſſimam naufragiorum materiam.

DE INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPVGNATA.

Digeſtorum xlvii. Titulus ix.

COnteſtatum ante omnia hîc volo te Lector non expoſiturum me hoc titulo niſi eas leges, quæ ad rem nauticam pertinent. Illud enim noſtri eſt inſtituti. Cætera vel adfinia ſunt, vel ab alijs vtcunque ſuis locis examinata.

Ad Rubricam.

SVMMARIA.

1. *Rapina ne in bello quidem à veteribus permiſſa.*
2. *Hominis dignitas.*
3. *Rapina quomodo ſingulariter in raptore punita.*
4. *Deus cur malos viuere permittat.*
5. *Delicta puniri debent.*
6. *Templa quis Chriſto primus conſtruxit.*

FErtur Aurelianus Cæſar tam ſeueræ diſciplinæ fuiſſe, vt Tribuno per epiſtolam mandarit, vt militum manus contineret, ne quis pullum, aut ouem raperet, aut uvam ex vineis, aut ex ſegete ſpicas. Sed & Diuinus Plato, *dialogo. v. de ll.* idem omnino ſentiens, ab
1 hoſtium ſpolijs abſtinẽdum eſſe exiſtimat. Quæ ſi vera ſunt, ſi inimico nocere non liceat: quid de his dicendum cenſebimus obſecro, qui non hoſtium, non inimicorum, non vim inferentium, ſed amicorum, ſed conciuium, ſed miſerorum naufragorum merces fœdiſſimo delicti genere rapina diripiunt? Quis humanæ eloquentiæ vi ſatis poſſet explicare, quanta grauitate nobis ob oculos poſuerit Deus Opt.
2 Max legem naturæ de honeſtate viuendi, de non lædendo proximo: de reddendo cuique ſuum? Igitur quis ſatis mirari queat, hominem rem omnium nobiliſſimam & principem mundi ſublunaris, tam pij parentis præceptum contemnere & contra omne humanitatis officium, itineris ſui conſocium, quo in patriam pergimus omnes, nepharia contrectatione fortunis boniſque exuere? Vah miſerum ſeruitutis genus, huccine te conditum exiſtimas? Cùm natura nobis communis ſit, & præter hanc alia multa, aër & mare, & ignis, & aqua, & fontes, & vita, & mors, & adoleſcentia, & ſenectus, & morbus, & ſanitas, eſcæ, & veſtium indigentia. Sed & ſpiritualia quoque, ſacra menſa, dominicum corpus, regni promiſſio, lauacrum regenerationis, purgatio peccatorum, ſatisfactio, & redemptio: quomodo non indignum eſt, qui tot tantiſque mutuo communicamus: de ſcelere tam eſſe diuerſos, atque idem non ſeruare cognomentum, ſed ipſorum animalium de ſe præbere feritatem? *vide Chryſoſtomum de pœnit. hom.*7. Rectè admonuit Heſiodus diuitias non raptas, ſed diuinitus datas longe potentiores eſſe. Quod etſi ita eſſe eos haud latet, nihil tamen curæ diuino huic templo mancipant, quin eo neglecto, qua poſſunt fraude, alienas fortunas ad ſua domicilia transferre conantur. Scribit Plinius æditituum 3
quendam, fracta in ore annuli gemma quem rapuerat, ſtatim expiraſſe, *natur. hiſtor. lib.* 33. *cap.*1. Quod ſi non longanimitatem ſuam in 4
tales oſtenderet Deus, ſed eiuſmodi exitio delicta puniret: dignam omnino mercedem recepiſſe dicerentur. Mirari igitur non oportet, cur Deus è cuius ſolo nutu pendent omnia, patitur hos ſuos inimicos viuere. Nam ſi tam Deus illis eſſet inimicus, quam ipſi ſunt Deo, punctum profectò temporis non perſeuerarent. Ipſi quidem oderunt Deum, ſed ipſe cum ſit mitiſſimus, manſuetiſſimus, optimus, illos

illos non odit: abeſt enim à ſancta illa & beata natura odium affectus tam teter & deformis. Sed tamen cum ea ſit nephariorum hominum mens & cogitatio, quod protracta pœnarum executione, quiduis interea licitum ſit: viſum fuit veteribus illis Iureconſultis, imò & ipſis Auguſtiſſimis Roma. principibus, eos quos in officio natura continere non poteſt, pœnarum magnitudine à delictis ſubmouere. Etenim, vt apud Tullium Ciceronem, *in oratione pro Roſcio Amerino*. eſt, quemadmodum iuſtus atque
5 honeſtus labor honoribus, præmijs ac ſplendore decoratur, ita & vitia hominum atque fraudes, damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte mulctari debent, *Cicero de natura Deo. lib.* 1. Nam delictum, quo impunitius, eo effrenatius fit: quia niſi fuerit vindicatum, innoxios propoſita impunitatis ſpes mortalium animos criminibus inuitat. Et criminalem igitur & ciuilem actionem introduxere. Si quis enim naufragio naue rateque expugnata, quid rapuiſſe, recepiſſe, dolo malo, damniue quid in his rebus dediſſe dicetur, in quadruplum in anno quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, poſt annum autem in ſimplum iudicium datur, *l.* 1. *inf. eo.* Vt autem nihil ex naufragijs diripiatur: vel ne quis colligendis ijs extraneus interueniat, multifariam proſpectum eſt. Nam & Diuus Adrianus æquiſſimus Princeps, & qui Lampridio teſte, primus Chriſto templa condere inchoauit,
6 edicto præcepit, vt hi qui iuxta litora maris prædia poſſident, ſcirent quando nauis vel infixa vel fracta intra fines agri cuiuſque fuerit: ne naufragia diripiant, in ipſos iudicia Præſides his qui res ſuas direptas queruntur reddituros, vt quicquid ſibi naufragio ademptum probauerint, id à poſſeſſoribus iure recipere poſſint, *l. ne quid. inf. eo.* Sed & criminaliter agi poteſt, & pro perſonarum qualitate, qui Iuriſdictioni præeſt, pœnarum afflictiones moderari debebit, *l. de ſubuerſis, C. de naufrag. lib.* 11. *l.* 2. *in eo.* Sed de his per ordinem videbimus.

LEX V.

Vlpianus.

Prætor ait: In eum, Qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata quid rapuiſſe dolo malo, damníue quid in his rebus dediſſe dicetur: in quadruplum in anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit: poſt annum in ſimplum iudicium dabo. Item in ſeruum & familiam noxale iudicium dabo. Huius edicti vtilitas euidens eſt, & iuſtiſſima ſeueritas, ſiquidem publicè intereſt, nihil rapi ex huiuſmodi caſibus. Et quanquam ſunt de his facinoribus etiam criminum executiones: attamen rectè Prætor fecit: qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis propoſuit.

SVMMARIA.

1. *Actore non probante reus abſoluitur.*
2. *Raptor an vt fur conueniri poßit.*

DICETVR. Supple, & probetur, vt Bartolus hic monuit. Sed ea ſuppletio (vt mihi videtur) omnino neceſſaria hoc loco non eſt, quod ſciamus, actore non probante, reum omnino ab impetitione abſoluendum eſſe, *l. actor, C. de probat.* In re igitur certa, dubitationes ſupplendo ingerere non expedit, & ex ſe- 1
quentibus quæ qualiſue probatio requiratur, facillimè colligi poteſt.

QVADRVPLVM IN ANNO. Sed an in quadruplo rei æſtimatio ipſaue res computari debeat, non omnino malè quæritur. Etenim ſi (Caio authore, *l. ſi quis, inf. eo.*) vi bonorum raptorum iudicio teneatur, qui ex naufragio ſeruatam rem vel alio loco poſitam rapuit: computandam eſſe definitum eſt, *Inſtit. de vi. bono. rap.* §. 1. *l.* 1. *ſup. d. tit.* At cum idem reſponderit furti quoque actionem naufragis dari, dubietas non minima exoritur, quod vbi in eam quadruplum venit, totum illud pœna eſt, & res ipſa vltra pœnam repeti adhuc nihilominus poterit, §. *quadrupli.* §. *furti. Inſti. de act.* Circa diſſolutionem iſtius quæſtionis tot ſunt ſententiæ quot ſunt capita, & vt Terentius in Phormione ait, ex tribus Conſultis primus ait, ſecundus negat, tertius deliberandum cenſet. Sanè hac in re in primis reſpondendum videtur, furti nec manifeſti actione teneri raptorem, ſi deprehenſus ab alijs non fuerit. Et 2
hoc caſu actio hæc furti ita cum actione hac concurrere videtur, vt ſi furti prius agatur, non tollitur actio de bonis raptis, vt ſaltem in ea quod amplius eſt conſequatur: ſi contra: tollitur furti nec manifeſti actio. Quod ſi in rapina deprehendatur, non ideo furti manifeſti aduerſus eum agetur: quia Prætor ita pœnam edixit, vt non niſi in quadruplum raptor conueniri poſſit. Et cur hoc caſu non niſi tripli pœna multetur, fur autem manifeſtus quadrupli, ea ſolum videtur eſſe ratio, quod in alijs multo acerbius fure puniatur, vt ſuo loco à Commentatoribus annotatum inuenietis, *ad* §. 1. *Inſtit. de vi. bono. rap. ad authentic. Nauigia C. de furt.* Quod autem Vlpianus hic ait, criminum quoque executiones in raptores eiuſmodi legibus conſtitutas eſſe: inferius ſuo loco annotabimus.

§. *Item ait Prætor*, NAVFRAGIO. *Hic illud quæritur, vtrum ſi quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit: an verò etiam alio tem-*

tempore,hoc eſt,poſt naufragium , namque res ex naufragio etiam hæ dicuntur quæ in littore poſt naufragium iacent. Et magis eſt,vt eo tempore.

L. 2. Caius.

Et loco.

L. 3. Vlpianus.

Quo naufragium fit, vel factum eſt, ſi quis rapuerit,incidiſſe in hoc edictū videatur. Qui autē in litore rem iacentē poſteà, quàm naufragium factum eſt,abſtulerit,in ea conditione eſt,vt magis fur ſit,quam hoc edicto teneatur:quemadmodum is,qui quod de vehiculo exciderit,tulit.Nec rapere videtur,qui in litore rem iacentem tollit.

SVMMARIA.

1. *Rapina maior furto.*
2. *Tempus ſi requiratur ad aliquem actum,probari debet.*
3. *Locus deiecti probandus.*
4. *Nicolaus Euerardi Præſes.*
5. *Vehiculi genera varia.*
6. *Rapina eſt genus ad furtum.*

1. Rectè quidem mea ſententia, diuinus Plato dixiſſe videtur,*de legib.dialo.*12.furtum illiberale eſſe, rapinam vero manifeſtam , turpiſſimam.Quod ſi de furto nec manifeſto intelligatur, ad præſentem Iuriſconſultorum deciſionē perquam appoſitiſſimè applicari poterit. Etenim cum ridiculū ſit omnino, leuioris eſſe conditionis eum qui ipſo conſpectu naufragij, & in ipſa miſeriæ facie rem aufert, quam qui ex interuallo ſubducit : diſtinctio inter peccantes adhibenda eſt, vt is in quadruplum teneatur,qui naufragij tempore rapuit, is verò qui poſt naufragium clancularie: furti nec manifeſti ſolum,*l.1 ſup.de vi.bonor. rapt.* Porrò ſi inuentus ſit,& in furto vel abductione ipſa deprehenſus:quid iuris ſit, ad calcem præcedentis §. expoſuimus. Nam ſi in furto manifeſto quadruplum pœna ſit,in rapina verò triplum tantum : potior (me hercule) primo aſpectu raptoris, quam furis,conditio videretur. Quo pacto igitur manifeſtus fur fit qui rapuit, *l. ſi vendidero.§.cum raptor.ſup. de furt.* eo loco explicatur. Cæterum cum tempus alicui rei præ-
2. fixum, de forma eiuſdem & ſubſtantia eſſe dicatur,*l.fi.& ibi Bal.Salyc.& alij.C.de precip.Imp. offeren.Iaſon.In l.1.§.editiones,ſup.de eden.*conſequens eſt,eum qui agit, admiſſi criminis tempus probare debere,*cap.præſentium de teſtib. lib.* 6. Quod ſi non fecerit, vtilis condemnatio minimè ſequetur, *Iaſon in rub. C. qui admit. ad bono.poſſeſſio.num.6.* Sed & locum quoque quo 3.
rapina naufragiumque committitur, exprimendum eſſe,dubium non eſt. Etenim cum à tempore ad locum & è contrario, validum in iure argumentum ducatur , vt incomparabilis ille Iureconſultus D. Præſes conterraneus 4.
meus perpetuò obſeruandus,in locis ſuis egregiè admodum & inſigniter expoſuit: quæcunque de tempore dicta ſunt,in loco quoque locum habere debent,*d ca. præſentium & l. libellorum,inf.de accuſat.* Vnde eſt , quod ſi teſtes de loco rogati diſcreparent titubarentve: actio hæc quæ à Prætore naufragis prodita eſt, vt proponitur, locum habere non poſſet. Sed quid,an dies quoque hac in re omnino declarandus ſit? Sic arbitror. Si enim tempus præciſè probari debeat:cui dubium eſſe poteſt, an & ipſius diei expreſſio neceſſaria ſit? Rectè igitur communi ex ſententia receptum eſt,vbi ex tempore dieve delictum grauatur , eum qui agit,tempus diemque de neceſſitate exprimere oportere.Quare ſi ſtatutū ſit, eum qui in conuiuio colaphum alicui tali die impingit, vltra ſtatutam à legibus pœnam centum ſolidis mulctandum eſſe:dies omnino cum loco probabitur.*Vide Bar.in d. l. libellorum & practi ferra. in forma inquiſit.in verbo anno.*

Magis fvr. Non dixit Vlp. in ea conditione eſt,vt magis fur ſit quam raptor, ſed, in ea conditione eſt , vt magis fur ſit, quam hoc edicto teneatur. Etenim cum Iuſtiniano teſte, nemo magis alienam rem inuito domino contrectat, quam qui vi rapit, atque idcirco improbus fur dicatur. mirum alicui fortaſſis videretur, quod Vlp. ait , eum qui poſt naufragium abſtulit, magis raptore furem eſſe. Quare ne omnino confundantur quæ à conſultis diſtinctæ ſunt maleficiorum ſpecies: rectè ait Vlp. eum qui ita ſurripuit ,ſpeciali raptorum pœna non teneri.

De vehicvlo. Vehiculorum curruum- 5.
que (vt & hoc obiter annotem) diuerſa fuiſſe genera, non vna facie apud authores legimus. Nam & Eſſedum,& Petoritum,Ciſium, Carruca,Carpentum,Pilentum,Arcera,Plauſtrum, Rheda,& Sarracum, Epitedium ,quod barbarum eſt,Carri,Couinum,& Arcirma.Licet diuerſi generis, omnes tamen vehiculorum numero fuere.Petoritum enim gallicum fuit, rotarum 4. Couinum Britannorum, Eſſeda Belgarum,Carrucæ Germanorum , & Gallorum. Arcera infirmorum: Erat enim plauſtrum tectum vndique. Eas quidem carrucas etiam in Italia frequentes fuiſſe comperimus. Quippe Nero Cæſar, nunquam minus M. carrucis iter feciſſe proditur, longo ſemper agmine impedimentorum incedente.Pilentum veneti coloris erat,quo matronæ vectabantur caſtæ, quas poſtea Baſternas dixere, *latè Alex. ab Alex. Genial.Die.lib 2.ca.*30. Si quis igitur quod de his ignorantibus dominis excidit , lucrifaciendi

cauſa ſuſtulerit, frequentius eſt, vt de furto potius, quàm de rapina teneatur. Sed nec quicquam intereſſe exiſtimatum eſt, ſiue ſcit, ſiue ignorauerit cuius ſit. Quippe cum Iuſtiniano ad Iohan. Prætorij Præfectum, teſte, omnes ſcire debeant, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, *l. vlt. C. vnde vi.* nihil ad furtum minuendum facit, quod cuius ſit, ignoretur, & ita Domitius Vlpianus reſpondit, *l. falſus, §. qui alienum, ſup. de furt.*

Nec enim rapere &c. Indicat Vlpianus differentiam inter rapinam & furtum. Etenim omnis quidem raptor fur eſt, ſed non omnis fur raptor.

Deinde ait Prætor, Rate Naue expugnata. *Expugnare videtur, qui in ipſo quaſi prælio & pugna aduerſus nauem & ratem, aliquid rapit: ſiue expugnet, ſiue prædonibus expugnantibus rapiat.*

SVMMARIVM.

1. *Expugnare nauem quid.*
2. *Capta ab hoſtibus iuſto bello noſtra ſunt.*
3. *Beneficio iuuari, non decipi conuenit.*
4. *Belli indicendi mos Veteribus quis fuerit.*
5. *Tybarenorum inſignis fides in bello.*

1. QVid ſit expugnare nauem, latius inferius indicat Caliſtratus, ad cuius expoſitionem quicquid in edicto continetur, referri debet. Porrò & tunc expugnari hoc loco dicitur, cum prælium aduerſus nauem ſuſceptum eſt. Sed hæc ad iuſtum bellum referri non poſſe exiſtimo. Etenim cum ea quæ ab hoſtibus acquiruntur, iure gentium noſtra ſint, *§. item quæ ab hoſtibus. inſtit. de re diuiſ.* dubium profectò eſſe non poteſt, an vllo cum hoſtibus bello etiam peracto nobis competere queat. Bellum igitur Cæſarianis cum Gallo gerentibus, ſi na-
2. uale in mari prælium committatur, quod rapitur, iure gentium occupanti omnino conceſſum eſt. Porrò ſi Anglus quiſpiam quocum bellum non geritur, compoſitionis gratia fictè ſe ingerens, aliquid pugnantibus alijs rapuerit, ad reſtitutionem compelli poteſt, quippe (vt Iulius Paulus ait) iuuari nos, non decipi beneficio conuenit, *l. in commodato. § ſicut autem in fi. ſupra commodati.* Sed & illud quod Caliſtratus ait,
3. comprehendi edicto qui prædonibus expugnantibus rapiunt, eadem ratione intelligendum exiſtimo, & quod ad hoſtium quoque expugnationem referri poſſit, ſi modò qui rapit hoſtis quoque expugnatæ nauis non fuerit. Cæterum ſi bellum iuſtum non ſit quod geritur, de quo alio loco, *ad l. hoſtes inf. de verb. ſignific.* latè diſſeritur, res captæ & occupatæ, in dominium raptorum non tranſeunt, & idcirco ad legis noſtræ deciſionem pertinere videntur, *vide Bar. ad l. Hoſtes. inf. de cap. & poſtlim. reuer.* Et hæc quidē quæ diximus iuris ſunt, ſed vtilitatē ex hominum nequitia magnam non habent, cum de iuſto bello poſt amiſſas res diſputare, difficile ſit. Olim ſi cui bellum iudicendum 4.
foret, aut pia & iuſta arma mouenda, mos Veteribus erat, prius res repeti, mox bellum denunciari: quippe cum nullum putarent iuſtum bellum, niſi quod rebus petitis gereretur, aut antea denunciatum foret, & ſolenni modo indictum. Fæcialibus enim prohibentibus, aut non probantibus, neque Conſuli, neque Senatui, aut populo arma in hoſtes ſumere licebat. At nunc an ille mos qui à veteribus ſanctè ſincereque obſeruatus fuit, apud omnes omnino principes obſeruetur, aliorum eſto iudicium. Ego profectò Tybarenorum fidem ſa- 5.
tis probare non poſſum, qui non prius cum hoſte congrediebantur, quàm diem, locum & decertandi horam, ex fide per Fæciales renunciarent.

§. Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex cauſis ſupraſcriptis tenetur: quia receptores non minus delinquunt, quàm aggreſſores. Sed enim additum eſt, Dolo malo*: quia non omnis qui recepit, ſtatim etiam delinquit: ſed qui dolo malo recepit. Quid enim ſi ignarus recepit: aut quid ſi ob hoc recepit, vt cuſtodiret, ſaluamque faceret ei, qui amiſerat? Vtique non debet teneri.*

SVMMARIA.

1. *Receptatorum genus peſſimum.*
2. *Recepiſſe quis dicatur.*
3. *Sanguinem ſuum redimere licet.*
4. *Dolus quomodo probetur.*
5. *Zelandorum conſtitutio de naufragijs.*

REctè ait Martianus, *l. 1. inf. de receptor.* peſſimum genus receptatorum eſſe, ſine quibus latere nemo diu poteſt. Qua ratione æquiſſimè profectò conſtitutum eſt à legiſlatoribus, eadem pœna vtrumque afficiendum eſſe. 1.
Vnde & à Baldo reſponſum inuenio, mulierem receptatricem cum fure ipſo in crucem adactam fuiſſe, *in l. eos, C. de furt.* Recepiſſe autem videtur, qui refugium abſcondendi præſtat, vel in ſuo, vel in alieno loco, *l. 2. eo. d. tit.* Sed hæc ad eos tantum referre oportet, quos admiſſum crimen minimè latere probatur.
Probari autem poterit, vel per famam publi- 2.
cam, vel per vicinos, vel per alia indicia quæ ad probationem æquus Iudex omnibus examinatis ſufficere arbitrabitur, *Bar. in d. l. 1. & alij in d. l. eos.* At ſi ignorantes receperint, quod regulariter præſumitur, *cap. præſumitur de reg. Iur. li. 6.* aliud iure conſtitutum reperitur, *latè Hippolit. de Marſ. in l. qui falſam inf. ad l. Cornel. de fal.* Sed & ſi inuitus recipiat, & coactus, eodem iure vtimur, *Socy. conſil. 90. in 1. volu. numer. 8. & 9.*

& 9. Sic ſi bannitum & proſcriptum inuitus & per vim recipiat ruſticus, in legem peccare minimè videtur, *Hippolit.in l. 1. inf. ad l.Cornel. de ſicar. numer.* 90. Eos quoque apud quos cum
3 rebus raptis affines, cognati, fratres, parentes, & alij ſanguinis vinculo aſtricti, reperiuntur: neque abſoluendos, neque ſeuerè admodum puniendos Paulus conſtituit. Non enim (inquit, *d.l.* 2.) par eſt eorum delictum; & eorum qui nihil ad ſe pertinentes recipiunt. Significans & ſanguinis coniunctioni & affinitati multa extra ordinem à iure eſſe conceſſa. Etenim ſi quis excommunicationis vinculo alligatus, ab hominum Chriſti fidelium conuictu coerceri ſubmouerique debeat: is tamen & à parentibus & à conſanguineis cæteriſque neceſſarijs omnibus recipi poteſt, *cap. inter alia, §. præterea ext. de ſentent. excommunicat.* Sed & Iudicem & delatorem corrumpere ob ſanguinis coniunctionem permittitur, *Alberic.ad l.* 2. Verùm hæc non aliter intelligenda erunt, quam ſi ſurreptarum raptarumque parte non gaudeant, ne ſub benignitate legis, grauiſſimè peccetur.

4 Dolo malo. Sed quis erit ſceleratæ huius voluntatis Iudex? Sanè, cum homo externa tantum cernat, is ſolus animaduerſor videbitur, qui mentem intuetur. Vnde & Veteres crimina quædam ad Dei vltionem remiſerunt: veluti ingratitudinem, Seneca *lib.* 1. *de benefic.* & Cicero de legibus 2. ſic ait: Ad diuos adeunto caſtè, pietatem obſeruanto, opes amouento: qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. Cæterum quamuis dolus omnino in animo ſit, ab exterioribus tamen indicijs facilè cognoſcitur, *l. dolum C. de dolo.* & cum lege Zelando-
5 rum nemini exceptis ijs qui à principe authoritatem habent, res naufragorum apprehendere ſub capitis pœna liceat, *Cap.*4.*articulo* 13. ipſo facto dolus præſumitur. Rectè igitur ad propoſitum Baldus ait, *in d.l. dolum.* in his quæ de genere ſunt prohibitorum, ſemper dolum præſumi, quæ ſententia communi calculo comprobata eſt, *in l. ſi non conuitij C. de iniurijs.* Porrò (vt intra iuris Romani limites perſiſtamus, quo non malignandi animo eiectas merces colligere licet) ſi reſtituendi voluntate cogitationeque apprehenſa ſint, dolo ceſſante pœnam quoque ceſſare neceſſarium eſt, cum animum & propoſitum maleficia diſtinguere multo notiſſimum ſit.

§. *Non ſolum autem qui rapuit, ſed & qui abſtulit, vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur. Aliud autem eſſe rapi, aliud amoueri, palam eſt: ſi quidem amoueri aliquid ſine vi poteſt, rapi autem ſine vi non poteſt. Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur: eiecta, hoc eſt quod Græci aiunt, ἐξοκειλαμένης.*

SVMMARIA.

1. *Eiicere quid ſit.*

Accurſius noſter principaliter & directè 1
ad rapientem, ſecundariè verò & per interpretationem ſolum ad amouentem, damnum dantem, & recipientem quoque edictum iſtud referendum exiſtimat, *l. hac noſtra in princip.* cum & æquitas eadem ijs etiam caſibus ſubeſſe cenſeatur. Eijciendi verò verbum quo hic in textu vtitur Vlpianus, varias ſignificationes habet. Alciatus, *lib. prætermiſſo* 2. *& in annot. in* 11. *lib. C. in princip.* autem hîc legi poſſe commodius opinatur ἐκβολή, quod eiectam ſignificat Budæus autem ἐξοκειλάσεις. Eſt enim ἐξοκεῖλαι, τὸ πὰρ βίας τῶν κυμάτων καταγεῖν: vndarum vi in littus eijci, *vide Ant. Auguſtinū emendat. li.*4.*cap.*16. Vnde & apud Virgilium legitur:

Eiectum littore egentem
Excepi.

Aliquando eijciendi verbum ad immaturum partum accommodatur, qua ſignificatione & libro duodecimo Plinius vſus eſt.

§ *Senatuſconſultum Claudianis temporibus factum eſt, vt ſi quis ex naufragio clauos, vel vnum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine teneatur. Item alio SCto cauetur: eos quorum fraude, aut conſilio naufragi ſuppreſſi per vim fuiſſent, ne naui ibíve periclitantibus opitulentur: Legis Corneliæ, quæ de ſicarijs lata eſt, pœnis adficiendos. Eos autem qui quid ex miſerrima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratiue fuiſſent dolo malo: in quantum edicto Prætoris actio daretur, tantum fiſco dari debere.*

SVMMARIA.

1. *Claudius Cæſar mercaturæ cauſam defendit.*
2. *Clauus nauis quid ſit.*
3. *Homo homini Deus.*
4. *Charitas ordinata quæ.*
5. *Bello capta an noſtra fiant.*
6. *Emptores rerum raptarum taxantur.*

Claudianis temporibus. Nonnulli 1
exiſtimant, quibus cum ſentio, ipſum Claudium huic legi plurimum authoritatis adhibuiſſe. Etenim vt in vita Claudij Suetonius teſtatur, *Cap.* 18. multas actiones Claudius Imperator reſtituit, multa iura erexit, & nouas agendi formulas copioſiſſimè introduxit. Nam & negociatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet. Sed & Hoſtienſem quoque portum fabricaſſe fertur, & ſummam mercatorum curam habuiſſe.

Clavos vel vnvm ex his. Clauus in na- 2
ui, id eſt, ad quod gubernacula copulantur, quę

 nauis

nauis magiſter & gubernator in puppi ſedens dat operam vt rectum teneat. Vnde prouerbium à Quintiliano vſurpatum lib. 2. Dum clauum rectum teneam : id eſt, dum meo fungar officio. Indicare autem videtur hic Vlp. Senatuſconſulti mentionem faciens, plures naui clauos fuiſſe, dum plurali vtitur numero, quod omnino apud me controuerſum eſt, qui vnum tantum clauum vbique vidi. Accurſius ſanè clauum pro gubernaculo accipit, binoſque in naui clauos conſtituit. Scio gubernacula in naui dicta eſſe, quæ clauo adhærebant, quæque is tractabat in puppi qui gubernator & dominus nauis à Cicerone appellatur, à Græcis autem κυβερνήτης. Quapropter ſi Accurſij expoſitionem ſequamur, videbitur & de clauo ipſo & de gubernaculis annexis reſponſum iſtud intelligendum eſſe, & ſi quis vtrunque vel vnum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine tenebitur, quod rationem habet. Etenim cum clauo & gubernaculis nauis caret atque etiam ſpoliata eſt, quicquid continetur, neceſſariam ferè ſemper cladem accipiet, quod & Virgilius, *Aeneidos lib.* 1. & Ouidius, *Metamorph. lib.* 1. *& de triſtib. lib.* 1. *eleg.* 1. & Lucanus, *de Bello pharſal.lib.* 5. diuerſis locis fuſiſſimè teſtantur. Sed & protritum illud hinc & vetus adagium ortum eſt, rem ſaluam eſſe, dum clauum rectum & incolumem teneam, *Vide Eraſ.in Chiliad.* 3. *centur.* 1. Sic & ſi quis (inquit Domitius Vlpianus, *l. ſi quis in graui* §. *ſi quis tabulas inf.ad SC.Syllianum.*) non totum teſtamentum, ſed partem eius aperuerit, dicendum eſt, in edictum eum incidiſſe. Parui enim refert, vtrum totum an pars aperiatur. Sic & ab Alberico reſponſum eſt, *ibi.* ſtatuto quo centum ſolidis vulnerans punitur, eum quoque contineri, qui ſtricto enſe lædendi animo veſtimenta alterius inſcidit. Quo & Ciceronis ſententia ſpectare videtur, *in oratione pro Milone.* Non exitus (inquit) rerum ſolum, ſed & hominum conſilia legibus vindicantur: minus quidem dolendum eſt re non perfecta, ſed puniendum certè nihilominus. Sed & Plato, *Dialog.* 11. *de legib.* Si quis(inquit) voluerit, cogitaueritue amicum hominem, ex ijs quos prohibet lex, interficere: vulnerauerit autem, nec interficere potuerit: hunc omni remota miſericordia, non aliter quàm ſi vita priuaſſet, dare cædis ſupplicium cogeremus. Eadem igitur ratione in propoſita pœna dicendum erat, cum & is qui clauos aufert, hoc quoque egiſſe videatur agereque voluiſſe, vt in diſcrimen nauis tota veniret. Nihil his obſtat quod contra Trebatium Vlpianus ait, *l. Vulgaris princip. ſup. de furt.* eum qui dolium aperiens partem vini abſtulit, non totius ſed ſolius partis ratione, furti actione conueniendum eſſe: Qui enim vini partem aufert, is pro ea parte tantum vini dominum detrimento afficere poteſt. At qui clauum nauis reuellit, totius nauis periculum, dominum ſubire facit. Sed quomodo ait Vlpi. omnium rerum nomine teneri? Anne ſaluis etiam rebus, & Deo duce in portum deducta naue, de omnibus conuenietur? Quod ex ſuperioribus dici poterat. An potius depreſſa naue, amiſſiſque demum auulſo clauo mercibus, omnium nomine tenebitur? Illud tanquam rationi magis conſonum, verius eſſe exiſtimo, ſed pœnam à legibus vltra reſtitutionem rerumque amiſſarum æſtimationem conſtitutam, minimè euitabit. Nam ſi ea ſit ratio (vt & Accur. ait) quod omnium nomine teneatur, quia amiſſo clauo merces cum naue ipſa in periculum deducuntur; cauſa profectò ceſſante, & naue ſalua, effectus quoque ceſſare debebit, *l.cum ceſſante ext. de appellat.* Quod igitur dicitur, *latè Fulg.in tracta. de conat.Hipolit. in l.qui falſam,inf. de fal.* in atrocibus delictis, quale eſt iſtud, affectum pro effectu accipiendum eſſe: ad pœnam pertinere exiſtimandum erit.

Opitvlentvr. Rectè, & naturali ex ratione antiquum illud emanauit prouerbium, Homo homini Deus. Quo admonemur homines Chriſtiani, quod perpetuam charitatem & dilectionem erga proximum fouere debeamus. Si enim diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius (vt Ioannes teſtatur, 1. *Ioannis* 1.*c.*) in nobis perfecta eſt. Qua ratione prudentiſſimè à Cicerone ſcriptum accepimus, tunc maximè homines Deos immortales imitari, cum in graui periculo ſuccurrunt. Qua ratione quoque & Strabo tradit Ægyptios quoſdam duplicem facere Deum, immortalem, qui rerum omnium ſit author, & mortalem ignoti nominis, tum à quibus beneficio ſint affecti, eos fermè pro dijs colunt. Sed & pulchrè in lib. de beneficijs Annæus Seneca: Nam quo (inquit) alio tuti ſumus, quam quod mutuis iuuamur officijs? Hoc vno inſtructior vita, contraque inuaſiones ſubitas munitior eſt. Fac nos ſingulos, quid ſumus? Præda animalium & victima, ac belliſſimus & facillimus ſanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt, quæcumque vaga naſcebantur, & actura vitam ſegregem, armata ſunt. Hominem imbecillitas cingit, debilem & infirmum ſocietas munit. Hanc ſocietatem tolle, & vnitatem generis humani quâ vita ſuſtinetur, ſcindes. Quæ cum ita ſint, meritò ſanè atque æquiſſimè in eos Senatuſconſultum ſæuit, qui naturæ totiuſque humanitatis leges contemnentes, periclitantibus opem minimè tulerunt. Sed quomodo ſæuit? Ait Vlpianus legis Corneliæ pœna quæ de ſicarijs lata eſt, id eſt, capitis, *toto tit.inf.& C. ad l.Corn.de ſicar.* adficiendos eſſe, quod rationem habet. Anne enim minus eſt criminis vitam viuenti tollere, quam cum ferre poſſis, periclitantibus auxilium denegare? *arg. cap. ſicut* 47. *diſtinct.* Vt igitur in hominum interfectores lege Cornelia capitis pœna ſtatuitur, ita & eadem hoc loco recipienda eſt, & qui damnum vbi poteſt, non

non prohibet: delicti particeps eſſe cenſetur, *cap.dilecto de ſenten.excõmu.l.2.ſup.de nox.act.l. omne delictum,§.qui propoſitum,inf.de re milit.* Quę ergo nobis erit vel venia, vel excuſatio, quando vel tenuem amoris partem, quem Paulus in hoſtes vel ardentiſſimum de ſe præſtabat, nec in beneuolos ipſi oſtendamus? Sic & Moyſes ille beatus, qui multis Paulũ ſeculis anteceſſit, eorum cauſa qui ſe hoſtiliter lapidibus inuaſiſſent, de libro vitæ aboleri malebat, *vide pulchrè Chryſo.in ſerm.de charit.* Porrò quod periclitantibus opem ferre teneamur, tunc verum eſt, cum id ſine rerum noſtrarũ diſpendio fieri poteſt. Etenim & hodie Theologorum prouerbium celebratur, charitatem à ſeipſo proficiſci, natum videlicet ex his Cantici myſtici verbis, ordinate in me charitatẽ, *Eraſ. in adagio: omnes ſibi melius eſſe malunt: &c.* Igitur non comprehenditur
4. Senatuſconſulto qui nauem vicinam perire, naufragiumque facere videns, ipſe ſine periculo nauis ſuæ ſubſidium ferre non poteſt. Exemplo res fiet clarior. Nauta quiſpiam ſui capitis homo, ingenti tempeſtate orta, in medios fluctus temerarius ſe conijcit. Rumpitur, diſſoluitur, laceratur vento nauis. Alij nautæ qui ſtationibus ſuis ſe continent, naufragium quidem triſtes & à longè conſpiciunt, opem ferre deſiderant, ſed ſi pergant in eoſdem fluctus nauem deducere, eodem modo pereundum eſt. Hiccine in legem Corneliam hi incident? Non arbitror, *l nullum crimen, inf. de reg. iur.* Sed & gratificationis fauor à legis Corneliæ pœna excuſare poteſt. Quid enim ſi duæ naues quarum altera Anglicana, altera hoſtilis, naufragium faciant? Zelandis profectò, cæteriſque Belgis Anglicanam adiuuantibus, impunè hoſtilem relinquere licet. Huç ſpectat eorum ſententia, qui adagium iſtud, Genuſura propius, ex ſimili euentu natum volunt, interquos & Ariſtoteles vnus eſt, *lib. 9. moralium.* Cum in prælio quidam cõnſpiceret duos amicos, pariter de uita periclitantes, fratrem & conſobrinum, neque poſſet vtrique ſimul ferrè ſuppetias, omiſſo conſobrino fratrem defendit, atque hanc inde ſententiam pronunciauit, quæ poſtea tranſiuit in prouerbium, *Eraſmus in adagio Genuſura propius.* γόνυ κνήμης ἔγγιον. Sed & ſi hoſtilis altera non ſit, duabus periclitantibus, alteram iuuans, ab alterius nauis domino accuſari non poteſt. Sed quid ſi pereunte naufragiumque faciente Anglicana, Cæſariani Gallicam hoſtilem nauem, & in Anglorum auxilium tendentem, capiant: hiccine cum Cæſarianis Anglicanæ nauis dominus, ob impedimentum agere poterit? Exiſtimo non poſſe. Etenim qui ſuo iure vtitur, nulli facit iniuriam, *l. nullus uidetur dolo l. factum, §. 1. inf. de reg. Iur.* Vnde cum iure gentiũ Gallica hoſtilis
5. nauis occupantis facta ſit, eoque iure hoſtem inuadere liceat: in legis pœnam incidere non debet. Nam & poteſt quis in ſuo ædificare, & altius ad cœlum ædificium tollere, etiam ſi vicini lumina obſcurentur, *l. altius, C. de ſeruitut. l. in ædibus eo. tit. l. Imperatores, ſup. de ſeruit. vrba. prædior.* Cæterum ſi quis iniuſto bello in eadẽ ſpecie facti, nauem auxilium ferentem naufragio, occuparet: alio iure vtendum eſſe exiſtimarem, *vide not. in d. cap. nullus.* Sed & ea quæ dicta ſunt de hoſtium naue occupata, altera interea pereunte quacum nobis inimicitiæ non ſunt, ad humani iuris deciſiones pertinet, ſed in diuino iure, & in foro Cœlitũ (vt Plato dicebat) ſuſtineri poſſit: à Theologis petendum eſt.

LVCRATIVE ESSENT. Hic ego intelligi velim impuriſſimas illas beluas, peſtes immanes, eos qui vilis lucri ergo, raptas merces ſcienter ad vendendum circumferunt. Adijciamus his improbos illos & nefarios furtiuarum raptarumque rerum emptores, quibus nullum piaculum, religio nulla eſt, ſceleratos homines in crimine damnoſo fouere. Sanè ſi penes hos qui ex vtilitate precij, rei venditæ qualitatem ignorare non poſſunt, raptæ furtoque ſubductæ naufragorum merces reperiantur: violentiſſima naſcitur aduerſus eos præſumptio, & adhibitis tormentis, inquirendam veritatem exiſtimo, vt, *Salic. in l. inciuilem, C. de furt.* fraude retecta, condignum maleficio ſupplicium accipiant, *Accur in l. ciuil. eo tit.*

FISCO DARI DEBERE. De iſto articulo latiꝰ alio loco dicemus, *in l. 1. C. de naufrag. lib. xi.*

LEX IV.

Paulus

Pedius poſſe etiam dici ex naufragio rapere eum, qui cum nondum naufragium fiat, in ipſa trepidatione rapiat.

SVMMARIA.

1. *Pedius IC quis.*
2. *Mortem timens tranquillo animo eſſe non poteſt.*

PEDIVS. Bernardus Rutilius in libello de vitis Iureconſultorum, exiſtimat iſtum fuiſſe Pedium, quem Perſius ſuo carmine celebrauit. Ait enim. 1.

Fur es, ait Pedio, Pedius quid Carmina raſis
Librat in antithetis: doctas poſuiſſe figuras
Laudatur.

Libros reliquit de ſtipulationibus Item ad edictum 5. & xx. Ex quibus facillimè colligimus acris iudicij hominem fuiſſe.

IN ILLA TREPIDATIONE. Cum non minus verèquam prudenter à prudentiſſimis illis viris Annæo Seneca & Tullio. Cicerone non 2.
vno loco annotatum ſit, non poſſe eum tranquillo animo conſiſtere, qui mortem omnibus horis impendentem videt, neſcio profectò qua ratione fieri poſſit, quod nonnullis homini-

bus vniuerſus ratiocinandi vſus vſque adeò ademptus ſit: vt in ipſo mortis periculo à ſceleribus rapiniſque manus continere non poſſint. Hi ſanè cum corporis curam agunt, animam verò negligunt: nihil aliud (vt Plato exiſtimauit) facere videntur, quam principem partem negligere, ſubiectam verò excolere. Quæ cum Iureconſultos minimè laterent, voluerunt & in eos quoque legum ſeueritatem extendere, qui in ipſa trepidatione, hoc eſt, cum diſſoluta ferè naue omnibus momentis, timentibus vectoribus & ſua timore negligentibus, naufragium expectatur, rapiunt. Verum vt edicto locus eſſe poſſit, neceſſum eſt, naufragium poſt trepidationem ſecutum eſſe. Etenim ſi ſuſpicio (inquit Vlp. *in l.1.§. ſi ſuſpicio, ſup.eo.*) tantum fuerit, edictum locum non habet: quia ex naufragio raptum non eſt. Quanto ſceleratiores his ſunt, qui nandi peritiam profitentes, in trepidatione ipſa cæterorum pecuniam, aurum, annulos, ingenti precio in terram tutè ſe adducturos ſuſcipiunt, factoque naufragio & fluctibus oppreſſis dominis, minimè reſtituere conantur. Sanè ſi verum ſit quod Bal. ait, *in l.quid ergo, §.pœna grauior, ſup.de his qui not.inf.* latiſſimè Hipo. *ad l.vnius.§.cognituru. inf de quæſtion.* ob criminis immanitatem iura tranſgredi licitum eſſe: quibus, quàm exquiſitis, qualibus tormentis, nefarios hos homines afficiendos exiſtimabimus?

§.Diuus Antoninus de his qui prædam ex naufragio diripuiſſent, ita reſcripſit: Quod de naufragijs nauis & ratis ſcripſiſti mihi, eo pertinet, vt explores, qua pœna adficiendos eos putem, qui diripuiſſe aliqua ex illa probantur. Et facilè (vt opinor) cõſtitui poteſt: Nam plurimũ intereſt, peritura collegerint, an quæ ſeruari poſſint, flagitioſè inuaſerint. Ideoq; ſi grauior præda vi appetita videbitur: liberos quidem fuſtibus cæſos in triennium relegabis. At ſi ſordidiores erunt: in opus publicum eiuſdem temporis dabis. Seruos flagellis cæſos in metallum damnabis. Si non magnæ pecuniæ res fuerint, liberos fuſtibus, ſeruos flagellis cæſos dimittere poteris. Et omnino vt in cæteris, ita in huiuſmodi cauſis, ex perſonarum conditione & rerũ qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit,

SVMMARIA.

1. *Ratis quid ſit.*
2. *Raptores excommunicantur & quomodo.*
3. *Piratas ſpoliare licet.*
4. *Fuſtium pœna quæ.*
5. *Atrocitate delicti iura tranſgredi licet.*
6. *Relegatio quid.*
7. *Exilium quid.*
8. *Perſonarum reſpectus in pœnis imponendis habetur & quare.*

NAVIS ET RATIS. Nauis quid ſit, notius eſt omnibus quam vt longiore interpretatione opus habere videatur. Ratis autem quid ſit ita docet Budhus: nauigium eſſe teme 1.
re factum & inconditum, vt ſunt trabes connexæ & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent. Ponitur tamen & pro ponte, vel etiam loco fluminis quoque modo iuncto. Cicero ad Atticum: Circumuallatum eſſe Pompeium ratibus, etiam exitus portus teneri.

QVA POENA. Cùm Reipublicæ maximè interſit crimina puniri, non hoc ſufficere huic ſceleri exiſtimarunt Legiſlatores, quod in quadruplum naufragis raptores mercium rerumque eiectarum teneantur, ſed & publicam quoque punitionem conſtituerunt. Quinimò & ſacri Canones quoque, ne vllo in loco punitio deſideraretur, excommunicationis pœnam in eiuſmodi homines publico Lateranenſi concilio conſtituere. Excommunicationi (inquit tex. *cap.3.extr.de raptor c.ſi. quis Romipetas 24.* 2.
3.c.2.de treuga & pace) ſubdantur qui Romanos aut alios Chriſtianos pro negociatione vel alijs honeſtis cauſis nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. Illi etiam qui Chriſtianos naufragium patientes (quibus ſecundùm regulam fidei auxilio eſſe tenentur) damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere. Sed an ipſo facto excommunicati ſint, an potius ſententia opus ſit, in dubiũ venit. Cæterum communior eſt ſententia, ipſo facto in excommunicationem incidere eos qui naufragium patientes ſpoliarunt. Etenim cum tex. ait, *Excommunicationi ſe nouerint ſubiacere*, exiſtimant interpretes ipſo facto excommunicationem oriri, *Panor. & Anchor. ibi Felyn. c. Rodolphus col.19.verſic.ſciat ſe excommunicatum, & colum.20.in fi.extr.de reſcrip.* Planè à Romano Pontifice ter in anno ſollenniter excommunicantur & per eccleſiaſticum iudicem puniri poſſunt, quod naufragium facientes, miſerabilium perſonarum catalogo, quas eccleſia defendit, omni iure aſſcribi debeant, *Panor.d.loco in fi.* Addit autẽ Canon *vel alijs honeſtis cauſis.* Significans eos qui piratas ſpoliant legis pœnis ſubijciendos non eſſe. Ego rationem aſſig- 3.
no, quia (vt Vlp.ait, *l.itaque.ſup.de furt.*) nemo ex improbitate ſua actionem conſequitur, atque proinde quadruplum petere non poſſunt, *l.1.& 2. C. quando licet vnicuique ſine iudicio ſe vindic.* Sed & cũ cunctis aduerſus latrones graſſatoreſque publicos, pro quiete communi, exercendæ publicæ vltionis authoritas facta ſit: nullam pænam per magiſtratum inferendam, timere oportet, *l. factum §. l. qui autore non uidetur, §.1.inf.de reg.iur.*

Peritvra collegerint. Nam ſi tales ſint merces quæ omnino aquarum tranſmiſſione corrumpuntur, videtur dominus pro derelicto eas habuiſſe. Sed in his quæ ſeruari poſſunt, cum nemo ſuum iactare præſumatur: aliud receptum eſſe, abundè ſuperius à nobis declaratum eſt, *ad l. quæ leuandæ ſup. ad l. Rhodi.*

4. Liberos fvstibus. Fuſtis lignum erat teres & acutum, quo non omnes (autore Caliſt.) cædi ſolent, ſed hi duntaxat qui liberi ſunt, & quidem tenuiores homines: honeſtiores verò non ſubijciebantur, *in l. capitalium. §. 1. inf. de pœnis.* Quod igitur Diuus Antoninus indiſtinctè fuſtium caſtigationem hic liberis honeſtioribus imponit, *latè Hipo. in l. vnius, §. cogniturum inf. de quæſtion.* ob facti atrocitatem, qua iura communia tranſgredi licitum eſt, conſtitutum

5. exiſtimo. Sic & qui in Deum aut principem, parentes aut patrem delinquit: vt qui patrios lares focoſque, & Deos penates, quique Deorum delubra, ſepulchra maiorum prodere, fana peculari, parentes occidere non veretur: non vulgari pœna & ordinaria, ſed nouis exemplorum modis adficiendum, iura diuina & humana voluere, poſteris documento futurum, vt qui ita affectum viderint, ne ipſi pari crimine obnoxij fiant, deterreantur. Indicant hoc Romanorum ſecures faſcibus alligatæ. Fuſtium autem caſtigatio hodierno die, & apud noſtrates præcipuè in vſu non eſt, ſed eius loco ſco-

6. pis facinoroſi cæduntur. Relegatio autem cuius & hic meminit Imp. aliud nihil eſt quam exterminatio cum quis exire fines patriæ iubetur: quod Cicero ſedibus expellere interpretatur. Vſu hodierno in non paucis criminibus ſcopis caſtigati, ſimul etiam relegantur, vt & admiſſi criminis pœnas exoluant & ne idem in eo loco certo tempore committant. Rectè autem ait in triennium relegari: quia relegatio propriè eſt eorum qui nec ciuitatem nec libertatem amittunt, & ad certum tempus ſummouentur, *l 6 inf. de interdic. & relegat.* Vnde Ouidius:

Quippe relegatus, non exul dicor in illo,
7. *Parcaque fortunæ ſunt tibi verba mea.*

Exilium enim propriè deportatio eſt, quod verè is exulet, qui ius ciuitatis amiſerit: latiore tamen ſignificatione exilij, relegati etiam extra ſolum dicuntur, quod corpore ſaltem exules ſunt, licet ius ciuitatis retineant.

Opvs pvblicvm. Maior erat relegatione pœna operis publici. Relegati enim quietius ſibi viuentes arbitrium quiduis negocij exercendi non amittebant. At hi qui in opus publicum damnabantur, huic operi tanquam vilia ferè mancipia, ad operum publicorum Curatoris arbitrium ſeruire debebant. Qua ratione in noſtra Zelandia alijſque locis mari adiacentibus expedientiſſimum me herculè, mihi videretur, ſi ſcelerati eiuſmodi homines aggeribus reparandis ad annos multos manciparentur.

Servos flagellis &c. Maiores noſtri in omni ſupplicio ſeuerius ſeruos, quam liberos famoſos quàm integræ famæ homines punierunt, *d. l. Capitalium §. fi.* Vnde & Cicero, *act. in Verrem 7.* inter cætera crimina Verri obijcit, quod eandem in ſeruos, & ciues Romanos pœnam ſtatueret. Ex quibus igitur cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi & domino reddi iubetur, & ex quibus cauſis liber fuſtibus cæſus in opus publicum damnatur, ex his ſeruus ſub pœna vinculorum ad eius temporis ſpacium flagellis cæſus domino reddi iubetur, *l. in ſeruorum inf. de pœnis.* Quod ſi quis rationem iſtorum inquirat, videtur illi reſpondéri poſſe, in eos acriores leges pœnaſque promulgandas eſſe, quos ad faciliora faciliores cognoſcimus. Hinc Plato, *de legib.* nihil in animo ſeruiente integrum ineſſe, nec quicquam ſeruorum generi eſſe credendum dixit. Quod & ſapientiſſimus Poetarum teſtatur nobis, cum de Ioue ſic loquitur: Dimidium mentis Iuppiter illis aufert, qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt. Flagella autem diminutiuum eſt à flagris, ſummæ arborum partes & virgæ, ſiue capita minorum ſarmentorum vbi naſcitur vna, quod caro his percuſſa flagret: quamuis alij à flando potius dici velint, quod ventorum crebros flatus ſuſtineant.

In metallvm. Pœna iſta damnationis in metallum teſte Diodoro Siculo, *libro 6.* grauiſſima fuit, & apud antiquos frequentiſſimo in vſu habita eſt, quemadmodum & damnatio in opus ſalinarum, Calcariæ & Sulphurariæ.

Si non magna &c. Vt igitur ex perſonarum, ita & ex rerum quoque qualitate pœnas ſtatuere oportet, *l. reſpiciendum, inf. de pœnis.* Sic grauius punitur qui multos offendit quam qui paucos, *92. diſti. 2. cap.* Quæ ſi ita ſint, qua ratione Iaſonem defendemus, exiſtimantem minimarum rerum nefarium furem in crucem potius quam magnarum adigendum eſſe, *in §. ex maleficijs, numer. 13. Inſtit. de action.* Quinimò & à Decretorum Commentatore de libidinis cauſa differente, idem in ſimili reſponſum, *cap. fi. 14. q. vlt.* eſt. Rationem quidem quam allegant omnino improbare non poſſum, quod illiberalis ſit animi erga minimam rem, turpemque puellam affectum comprimere non poſſe: ſed ea morali ratione Martem in hac parte feruentem placare non poſſumus.

Personarvm conditione. Id conſcientiæ foro, non ex qualitate perſonarum, ſed ex contemptu peccantis delicta æſtimantur, *gl. & alij in c. cum quidam de iureiuran.* ſed in foro ſeculari alio iure vtimur. Nam (vt Claudius Saturni. ait) puniuntur aliter ex iiſdem facinoribus ſerui quam liberi, *l. aut facta, inf. de pœnis.* & aliter qui quid in dominum parentémve 8.
auſus eſt, quam qui in extraneum. Sic & Pauli teſtimonio, *l. ferè, inf. de reg. iur.* ferè in omnibus pœnalibus iudicijs, ætati & imprudentiæ

tiæ ſuccurritur. Ego totam hanc rem ad iudicis æſtimationem referendam exiſtimo. Etenim ſi delictum in officij aut dignitatis dedecus tendat, quo quis eſt dignior, eo atrocius eſt puniendus, *latè Fely.in d. cap.cum quoniam in princip.* alioqui pœna corporali pauperes, pecuniaria diuites, grauius affliguntur: quod Bar. ſentit. Sed & nobilioribus grauius mediocres puniri debent. Iniuſtum fortaſſe alicui videbitur ex iiſdem delictis diuerſam pœnam ſtatui, *in l. quadam inf. de pœnis.* Malè facitne vnus æquè ac alius? Reſpondet quodam loco Oldendorpius, *l.1. C.vt nemo ad ſuum pat. lib.11.c.in tract.de iure & æquitate.* Cū volueris rationem huius loci inueſtigare, non eſt reſpiciendum ad turpitudinem, quam Cicero in paradoxis non abſurde ad abſterrendum homines per omnia delicta diſputat parem eſſe: verum ad vtilitatem Reipub. ac humanæ ſocietatis conſeruationem vertenda eſt cogitatio. Ea enim exigit ordinem quendam politicum, ordo differentiam perſonarum, differentia proinde diuerſum ius, tam in meritis quam in pœnis: præſertim quod ſublimiores & bonæ frugi homines, non tam leuiter ad delinquendum ducantur, quam fex plebis. Duplicem igitur iuſtitiam ponere oportet. Diſtributiuam alteram, quæ habita perſonarum ratione, vnicuique ſuum meritum & pœnam tribuit. Commutatiuam alteram, quæ rerum communicationem per formas conſtituit, æqualiter ab omnibus ſeruandas, & perſonarum diſtinctione ſublata, *in l. reſpiciendum, inf de pœnis.*

NE QVID DVRIVS &c. Pulchrè hunc locum à Marcel. declaratum habemus. Nec enim (inquit) aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent: in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Significat prudentiſſimus vir, omnem affectionem ſemouendam eſſe. Qua ratione & pulchrè quoque à Catone reſponſum accepimus, iudicem nec pro iuſtis orandum, nec pro iniuſtis exorandum eſſe. Quemadmodum enim Geometræ inæqualia ſpacia perpendiculis ad æqualitatem redigunt: ita iudicem oportet, id quod durius aut remiſſius eſt, *latiſſimè vide Ioan. Rogeraium ad d. l. reſpiciendum.* exacto iudicio ad æqualitatem perducere.

§. *Hæ actiones etiam hæredibus dantur. At in hæredes eatenus dandæ ſunt, quatenus ad eos peruenit.*

SVMMARIA.

1. *Actio ex hoc edicto cur hæredibus detur.*
2. *Limitatio ad hanc l.*
3. *Hæredes raptorum quomodo reſtituere tenea*ntur.
4. *Lite conteſtata cum defuncto cur hæredes teneantur.*
5. *Impeditus litem teſtari, excuſatur.*

AIt Paulus, has actiones etiam hæredibus naufragorum concedi, quod rationem habet, ne extincto mercium furtiuarum domino, ex nefario ſcelere alienarum rerum raptores ditentur, *tot.tit.C. vt act. ab hæred. &c.* 1.
E contra, in hæredes quoque eatenus dantur, quatenus ad eos veniſſe probabitur. Idem iuris eſt, ſi lis cum defuncto conteſtata ſit, *l. vnic.C. ex delic. defunctor.* Poſt litis (inquit Dioclet.) conteſtationem, eo qui vim fecerit, vel concuſſionem intulit, vel aliquid deliquit, defuncto: ſucceſſores eius inſolidum alioquin in quantum ad eos peruenit, conueniri iuris abſolutiſſimi eſt, ne alieno ſcelere ditentur. Sed quomodo dicitur res furtiua ad eos perueniſſe? *l. ſed & ſi lege. §. qui autem, ſup. de pet. hæreditat.* Certè ſi res adhuc tota vel pro parte extiterit, vel ſi ita à raptore conſumpta ſit, vt ea conſumptione rem proprîam, quam alias conſumpturus erat, ſaluam integramque reſeruauerit. Quo caſu cum pinguior ſit quæ ad ſucceſſores peruenit hæreditas, res quoque ſurreptas iuris fictione accepiſſe videntur, *l. ſi ipſa.ſup.quod met.cau. Bal.in d.l.vnic. poſt princip.* Nihil his obſtat quod ab Alexandro 3. Pontifice Romano reſponſum eſt, raptorum hæredes, etiam ſi nihil affectarum rerum ad eos peruenit, ad reſtitutionem ſatisfactionemque cōpelli poſſe, *in cap.in literis de raptor. c.ſi de ſepultur.* Etenim etſi à pleriſque inter ciuilia pontificiaque iura diuerſitas neſcio quę, & contrarietas fingatur: mihi tamen Innocentij Panormitanique virorum ſanè doctiſſimorum placet ſententia, nihil diuerſitatis inter vtrumque ius conſtituentium, ſed tunc ſolum raptorum hæredes conueniendos eſſe, vbi nihil ad eos peruenit, exiſtimantium, cum defunctus paſtori ſuo indebitè ablata reſtituere promiſit, vel ſi in mortis articulo abſolutionem impetrauerit. Quod ſi promiſerit reſtituere quæ facto ſceleratiſſimo adempta ſunt, ex cautione, Sacerdoti ad hoc publicum officium habenti, promiſſa, conueniri hæredes poterunt, *c. quamquam de vſur.li. 6.* Sed & ſi pœnituit & abſolutionem cupiuit defunctus, tacitè mandaſſe reſtitutionem hæredi videtur, cum ſciuerit aliter peccatorum remiſſionem impetrari non poſſe. Qua ratione ad ſatisfaciendum vel iudicis officio, vel vt alij volunt, *Hoſtien. in d. ca. ſi.* ex quaſi contractu, cogendi ſunt. 2. 3.

Porrò quod diximus lite conteſtata hæredes teneri, eam rationem habet, quod iudicio quaſi contractum ſit, *l. 3. idem ait inf. de pecu.* atque proinde vt ex alio quod contractu debetur, hæredes teneri debent, *l. ſi poſſeſſor, ſup. de rei vendicat.* Sed an ex eadem inſtantia condemnandi ſint, vt ea extincta amplius conueniri non 4.

non poſſint, dubitatum inuenio. Verius eſt eadem inſtantia condemnandos eſſe, *Salic. & alij in d. l. Vnica.* Cur autem ante litem conteſtatam non teneantur hæredes, ea eſt ratio, quod per interitum (vt Fulgoſius ait, *ibi nume. 2.*) criminoſi, delictum ipſum extinctum quoque videri debeat. Quæ cum ita ſint, pœna quoque ſupereſſe non poteſt. Annc enim iniquum eſt, hæredem qui non deliquit, ad pœnarum ſolutionem compellendum eſſe? Poſtremò, ſi naufragium paſſi propter reorum ſubterfugia litem conteſtari non poſſint: raptoribus rebus humanis exemptis, ex delicto actiones in hæredes tranſeunt, & cum per actores non ſteterit, perinde erit, atque ſi lis cum defunctis conteſtata fuiſſet, *l. ſi cum. §. qui iniuriarum, ſup. ſi quis caut. & ibi Bal. Iaſon in l. ſi quis, §. quod autem, ſup. quod quiſque iur. numer. 9.*

LEX V. Caius.

Si quis ex naufragio, vel incendio, ruinâve ſeruatam rem, & alio loco poſitam ſubtraxerit, aut rapuerit: furti ſcilicet, aut alias vi raptorum bonorum iudicio tenetur: maximè ſi non intelligebat ex naufragio, vel incendio, ruinâve eam eſſe.

SVMMARIA.

1. *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2. *Actus agentium non debet vltra intentionem eorum operari.*
3. *Affectiones nemo facile comprimit.*

1 SERVATAM. Rectè Iulius Paulus, maleficia (inquit, *l. qui iniuriæ, ſup. de furt.*) voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguũt. Vnde qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, quamuis inde per alios res amotæ ſint, furti non tenebitur. Sic & is qui ex naufragio ſeruatam à viris bonis rem vt dominis reſtituatur, ſubtraxerit aut rapuerit, furti aut alias vi bonorum raptorum iudicio tenetur, ſi non intelligebat ex nau-
2 fragio eam eſſe. Etenim vt actus agentium intentionem eorundem egredi non poteſt: ita & pœna quoque vltra delinquentis propoſitum extendi non debet, *l. 1. inf. ad l. Cornel. de ſicar.* Sed his obſtare videtur, quod Paulus ait, *l. ſi quis. inf. de pœnis.* qui abortionis aut amatorium poculum dant: etſi dolo non faciant: tamen quia mali exempli res eſt, ſi ex eo mulier perierit, ſummo ſupplicio adficiantur. Quo ex reſponſo haud difficili negocio colligi poteſt, animum delinquentis inſpiciendum non eſſe. Sed & ſi quis verberari iuſſerit aliquem, mortem inferente mandatario, fineſque mandati excedente, de occiſo tenebitur, *c. fi. de homicid. lib. 6.* Sanè non diffident, neque ſibi mutuo aduerſantur reſponſa hæc, ſi quis aptè norit excutere ac perueſtigare. Etenim cùm quis abortionis poculum dat, cum verberari iubet, quæ paria ſunt, *l. quod te ſup. ſi cert. petat.* etiam cladem probabiliter euenire poſſe, percutientemque affectuum ſuorum, dominum non eſſe, *Cepola conſil. 36. Hipo. in d. §. Diuus, inf. ad l. Cornel. de ſicar.* perpendere debet. Quemadmodum enim in maris motibus venti interdum operantur, vt horrida tempeſtate mare omne à fundo verrant cum arena ipſa & piſcibus: ſic in animorùm agitationibus quædam ſunt quæ animum vniuerſum concutiunt, deque rationis ſede, ac ſtatu iudicij depellunt, quod quaſi iam animus ſui non ſit compos, ſed in alienam poteſtatem reciderit. Cum igitur Ariſtotelis teſtimonio, 3
motus iſti in poteſtate noſtra non ſunt, excuſari profectò non poteſt, qui verberandum ſolum mandauit, & cum occaſionem damni dederit, damnum dediſſe cenſebitur, *l. qui occidit, ſup. ad l. Aquil. l. nihil intereſt, inf. ad l. Cornel. de ſicar.*

§. Iacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit, ſi quis abſtulerit, plerique idem putant: quod ita verũ eſt, ſi aliquod tempus poſt naufragium interceſſerit. Alioquin ſi in ipſo naufragij tempore id acciderit: nihil intereſt, vtrum ex ipſo mari quiſque rapiat, an ex naufragijs, an ex littore.

SVMMARIA.

1. *Ratio iſtius §.*

AIt Caius furti actionem oriri cum aliquo tempore poſt naufragium merces 1
ablatæ ſunt. Edictum verò tunc competere cum ex ipſo naufragio rapitur. Differentiæ rationem conſiderare oportet. Exiſtimo eam eſſe, quod priore caſu, probabili naufragij commiſſi ignorantia excuſetur. Nam & aliæ res in littore à nautis cæteriſve in eo ipſo certum negotiationis genus exercentibus, relinqui poſſunt. Poſteriore verò, omnino excuſatio eiuſmodi reijcienda eſt, quod miſeria hæc ad vicinorum notitiam facillimè perueniat. Qua ratione Diuus Adrianus Præſidem in eos iudicia daturum pollicetur, *l. ne quid inf. eod.*

§. De eo quoque, quod ex rate, naue expugnata raptum ſit, eandem interpretationem adhibere debemus.

LEX VI. Caliſtratus.

Expugnatur nauis, cùm ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut pertunditur, aut funes eius perſcinduntur, aut vela conſcinduntur, aut ancoræ inuolantur de mari.

SVM-

SVMMARIA.

1. *Maris violentia quanta ſit.*
2. *Maris proſpectus amaniſſima res.*

CVm ipſius Iuſtiniani Imperatoris teſtimonio, violentiſſimus hoſtis ſit mare: pulchra alluſione vtitur Caliſtratus, nauem expugnari dicens, non ſolum cum ſpoliatur, ſed cum mergitur, cum diſſoluitur, cum pertunditur, &c. Sed hæc ijs ſolum perſuaderi poſſent, qui eius rei periculum fecerunt. Conſulamus hac in re Plinium, qui nihil violentius
1 quam mare eſſe exiſtimat, *lib.* 32. *ca.* 1. Pyrrham & Antiſſam circa Meotim Pontus abſtulit, Elicem & Buran in ſinu Corinthio. Ex inſula Cea amplius triginta millia paſſuum abrupta ſubito, & plurimi mortalium extincti ſunt, *Plinius lib.* 2. Sed ne tam longè exempla quæramus. Auorum memoria quot pagos, quot ciuitates, quot dominia, multis cum mortalium agminibus violentia maris exhauſit? Sanè qui eas miſerias hodierno etiam die intuetur, durus eſt, ſi à lachrymis continere ſe poſſit. Quid hic referam Cortgenam, Rommerſualiam, Duuelandiam, Catziam, Schaldiam, Walachriam, Bergenſem ditionem, Flandriam, Hollandiam? Quis eſt quæſo Zelandiæ angulus quem à maris rabie immunem fuiſſe oſtendemus? Dixerit itaque alio loco Iuſtinianus, *in*
2 *auth. de oper. no. nunciat. in princip.* maris proſpectum rem eſſe omnibus modis amæniſſimam, ego Homerum hac in re ſequi malim. Vbi (inquit) vehementium ventorum tempeſtas eſt ingens, nullum gaudium magis optari poteſt, quam ſi terram nacti, ſub denſo tecto ſtillicidium tranquillo animo audire poſſimus.

LEX VII. Idem.

Ne quid ex naufragijs diripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis, multifariàm proſpectum eſt. Nam & Diuus Adrianus edicto præcepit, vt hi, qui iuxta littora maris poſſiderent, ſcirent ſi quando naui vel infixa, vel fracta intra fines agri cuiuſque, naufragia diripiant: in ipſos iudicia Præſides his, qui res ſuas direptas querantur, reddituros: vt quicquid probauerint ademptum ſibi naufragio, id à poſſeſſoribus recipiant. De his autem quos diripuiſſe probatum ſit, Præſidem vt de latronibus grauem ſententiam dicere. Et quo facilior ſit probatio huius admiſſi, permiſit eis, qui quid paſſos ſe eiuſmodi querantur, adire Præfectos, & apud eos teſtari, reóſque petere: vt pro modo culpæ, vel vincti, vel ſub fideiuſſoribus ad Præſidem remittantur. A domino quoque poſſeſſionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit præcipitur. Sed nec interuenire naufragijs colligendis aut militem, aut priuatum, aut libertum, ſeruúmve Principis, placere ſibi ait ſenatus.

SVMMARIA.

1. *Zelandorum conſtitutio in raptores.*
2. *Poſſeſſores agrorum mari adiacentium quare teneantur.*
3. *Fallentiæ ad eam regulam.*
4. *Amiſſio rapináque quomodo probanda.*
5. *Bar. lapſus.*
6. *Teſtari apud Præfectum quid ſit.*

EXTRANEVS INTERVENIAT: Rectè ait Caliſtratus, ne extraneus interueniat: ſuum enim non etiam alienum vnicuique naufragium colligere licet, *l. fi. in eo.* Sed hic dolum malum ſubintelligi velim. Etenim ſi quis extraneus ad hoc collegit vt cuſtodiret, ſaluamque rem eiectam faceret ei qui amiſerat, vtique teneri non debet, *l.* 3. *§. ſed etenim. ſup. eo.* Quis enim tam eſt emotæ mentis, qui ex beneficio pœnam in beneficum conſtitutam arbitraretur, *Roma. in l. ex militari §. ſi filiusfa. ſup. de milit. teſtamen.* Planè ſi omnino vetitum ſit, ne quiſpiam merces in littus eiectas vlla ratione colligere poſſit, aliud fortaſsè dicendum eſt. Quo Zelandorum conſtitutio reſpicere videtur quæ ſic habet, *cap.* 4. *artic.* 13. Præter 1
Comitem eiúſve Præfectum, eoſque quibus à Comite authoritas ad hoc conceſſa eſt, vel qui in poſſeſſione legitima exiſtunt, res naufragorum ſeu alias fluctibus eiectas, nemini omnino colligere licet. Si quis temerarius contrauenerit conſtitutioni, vitæ bonorumque amiſſione in morem raptorum, punietur. Hac igitur conſtitutione à iure communi receſſum videtur, quo cuſtodiæ cauſa colligere licet. Sed an dolo malo an potius cuſtodiendi gratia collectæ ſint merces, is qui iuriſdictioni præeſt, ex indicijs perſpicuis colligere debet, *l. dolum, C. de dolo, Doct. in §. placuit, iuſt. de obl. quæ ex delic. naſcunt.* Sanè ſi quis collegerit merces præſentibus alijs, vel etiam ſolus, ſi rimoſi nominis non ſit, & ad loci præfectum detulerit, exiſtimo eum à pœna quæ colligentibus zelandica conſtitutione imponitur, immunem eſſe. Nam & rationem in omnibus conſiderare oportet, & iniquum eſſet, vniuerſis doli præſumptionibus, ceſſantibus, pœnam colligenti infligere, *cap. nemo debet alterius, ex. de reg. Iur.*

A POSSESSORIBVS. Anne igitur iniquum eſt, raptorum odio poſſeſſores grauari? Hocne humanum eſt, amiſſarum rerum æſtimationem exoluere eos ad quos omnino nihil peruenit? Sanè ob aliorum raptorúmque delicta minimè puniuntur, ſed ideo, quod cum ſciant naufragium intra fines agrorum ſuorum 2
com-

commiſſum eſſe, ab omni humanitatis officio decedentes, eiectas merces minime collegerint. Propria igitur culpa eſt, quæ eos afficit, & alterius odio minimè ſupprimuntur. At quid ſi neſciant? Videtur indicare Diuus Adrianus non excuſari, quod videlicet qui prædia vicina mari poſſident, quæ in littore aguntur, ignorare non poſſunt. Nam vt vicinus facta vicini ſcire præſumitur, *Iaſon in l. is poteſt, ſup. de acq. hæred. num. 71. & in l. 1. num. 19. & alij ibi ſup. ſi cert. petat. Bar. in l. de ætate. ſup. de inter. act. c. quantum de præſump.* ita & hac in cauſa reſpondendum videtur. Quinimò & amplius quid poſſeſſoribus his imponitur, quod videlicet diligentiam quoque debeant adhibere, & an naufragia committantur exquirere, nullaque ratione ignorantiam prætendere poſſint, *cap. 1. & 2. ext. de præſump.* Sed quid ſi naufragij tempore abſens fuerit prædiorum poſſeſſor? Exiſtimo exemplo abſentis vicini excuſan-
3. dum abſoluendumque eſſe, *c. cum tua & ibi Panor. ext. qui matrim accuſ. poſſunt. Bar. in d. l. 1. tex. in l. Titius, §. de lib. & poſthu. Alb. hic.* Idem iuris eſt, ſi poſſeſſor tali ægritudine affectus ſit, vt veriſimiliter ea de re inſtrui non potuerit, *Bar. & alij in d. l. is poteſt.* quod & in pupillis & minoribus recipitur, *Albe. hic.* ſed in tutorem actionem eſſe dandam æquiſſimum eſt. Porrò ſi adhibita diligentia rapinam impedire non poſſint poſſeſſores, ſi viribus prædonibus impares ſint, ſi reſiſtere eis nequeant, eodē iure vtimur, *Bal. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. audient. facit. c. Imputari de reg. Iur. in 6.* Quæ de prædiorum mari adiacentium poſſeſſoribus dicta ſunt, exiſtimant plerique ad territorij quoque Præfectos extendi debere. Sed hoc ita recipi poteſt, ſi naufragium factū eſſe probabilibus circumſtantiarum argumentis atque indicijs ſcientes vel eiectas merces colligere, vel prædonibus eripere, & aduerſus raptorum improbitatem defendere neglexerint. *Bart. hic.* Conuenit enim (inquit Vlp.) graui & bono Præſidi, *l. congruit. ſup. de officio Præſidis.* vt pacata atque quieta prouincia ſit quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſollicitè agat vt malis hominibus prouincia careat, eoſque conquirat.

PROBAVERIM ADEMPTVM. Quæ hoc loco
4. ad ſufficientem probationem requirantur, non ſatis inter interpretes conuenit. Cæterum exiſtimamus quod cum amiſſio cauſa ſit in hoc caſu actionis intentandæ, pleniſſimè probari debet, *Bar. Iaſon & alij in l. ſi quis ex argentarijs, §. Prætor ait ſup. de eden.* Sed de qualitate eiectarum rerum, earumque probatione, maior dubitatio exoritur. A pleriſque enim ad iuramentum amittentis, ſi ſuſpecti nominis perſona non ſit, confugiendum eſſe, exiſtimarunt. Nos eam rationem alio loco abundè ſatis excuſſimus. Sed hoc illis addendum eſt, quod non hic de probatione contra violentum ipſum vt ibi, probanda agatur, ſed in alios ſolum diſputatio producitur, inter quorum prædia facto naufragio eiectæ merces ablatæ ſunt. Anne igitur violenti odium quod faciliori probationi originem dedit, *l. ſi quando C. vnde vi.* ad negligentes ſolummodo agrorum poſſeſſores extendetur? Bartholus contra: Etenim cum ignorare naufragium nō poſſint, vt dictum eſt, in dolo verſari præſumuntnr, qui à raptorum iniuria merces defendere neglexerunt. Iaſon, *ibi numer. 4.* profectò Bartholum non ſequitur, & quamuis doli præſumptionem contra prædiorum vicinorum poſſeſſores violētiſſimam opinatur, exiſtimat tamen ſolum iuramentum hac in cauſa ſufficere non poſſe. Ego quæ alio loco in ſimili, imò in eadem ſpecie deciſa ſunt, *ad l. 1. ſup. ad l Rhodiam, de iactu.* hoc loco repetenda relinquo.

VT DE LATRONIBVS. Bartholus contrarietatem oriri videns apparentem, inter ea quæ dicta ſunt cum ijs quæ paulò ante docuimus (dictum eſt enim antè, mitiorem raptores quàm latrones pœnam manere) de ijs exiſtimat Præſidem, vt de latronibus grauem ſententiam 5.
dicturum, qui plura eiuſmodi delicta admiſiſſe probantur. Porrò ſi ſemel tantum peccaſſent, mitiorem ſententiam, ſecundum ea quæ diximus, proferendam eſſe. Hic iterum à Bartholo diſſentire compellor, & generalia Caliſtrati verba, generaliter quoque accipienda exiſtimo. Quid igitur ſi dicamus dictionem, vt, non identitatem pœnæ, ſed ſimilitudinem tantum aliquam introducere? Vt igitur de latronibus grauem ſententiam proferre, *Prœpoſitus in c. ſæpe, 50. diſtinct 10. And. in c. verum de conditio. appoſ.* Præſidis officio congruit, ita & de his quoque quos diri puiſſe probabitur, quoſque latronibus proximos eſſe conſtat, *l. capitalium, §. graſſatores inf. de pœnis.* in ſuo tamē punitionis genere, grauem ſententiam dicere debet. Quod autem eadem pœna puniri non debeant latrones & raptores, manifeſtiſſimis Iuriſconſultorum reſponſis deciſum videtur. Nam & Caliſtratus latrones in his locis vbi graſſati ſunt, furca figendos ait, *d. l. capital. §. ſi.* Paulus, *in l. 4. ſup. eo.* ex perſonarum qualitate vel relegationis vel damnationis in metallum, vel fuſtium pœnam irrogandam raptoribus definiuit.

AVVD EOS TESTARI. Senſus horum ver- 6.
borum hic eſt. Ad probandam hanc amiſſionem, neceſſe non eſt teſtes ad Præſidem de eo negotio cogniturum ducere, qui fortaſſis longè abeſt: ſed permittendum eſt apud Præfectum eos teſtari: id eſt, teſtibus productis maleficium admiſſum oſtendere, *l. capite quinto, inf. ad l. Iul. de adult. Duarenus ad l. in actionibus, num. 51. ſup. de in lit. iuran.* Præfectos autem huiuſmodi Præſidibus inferiores fuiſſe, ex Sex. Pompo. liquet. Sed quomodo ad Præſidem remittetur? An igitur Præfectus de crimine cognoſcere non poterat? Sanè in Præfectis vigilum illud manifeſtum eſt, quod de grauiori bu

bus cauſis nihil per ſe ſtatuere poterant, ſed ſi quid eiuſmodi eueniſſet ad Præſidem aut vrbis Præfectum referre tenebantur, *l. 1. C. de officio Præfect. vigil.* Idem & de alijs minoribus Præfectis dici poteſt. Cæterum (vt ad quotidianum vſum applicari hæc poſſint) arbitror in quibuſuis alijs minoribus iudicibus locorum, quæ hic deciſa ſunt, recipi etiam poſſe, vt ſi res exegerit, coram ijs de admiſſo crimine lite etiam nondum conteſtata, contra communes regulas, *vt lite nõ conteſtata per tot. tit.* teſtes recipiantur. Quid enim ſi pagus à ciuitate ad quã captiuus dedudi debet, cuique ſubeſſe tenetur, nimium diſtare videatur? Quod autem de remiſſione hoc loco diſputat Accurſius, tractari quidem hic poſſet, ſed arbitror nihil de remiſſione Caliſtratum ſentire. Eſt enim remiſſio cum ab vno iudice ad alterius iuriſdictionis iudicem iuris prærogatiuam prætendentem, facinoroſus remittitur. Nos loquimur cum ab inferiore ad ſuperiorem. Porrò hodierno die vſu moribuſque receptum eſt, quod à multis ſeculis veteres Conſulti defendere voluerunt, præuentione remiſſionem impediri, *in c. propoſuiſti de foro competenti.* Qua ratione tum maximè cum ad perſonalem comprehenſionem peruenitur, is qui cæpit ſine auocationis metu iudicare, & ad executionem procedere poterit.

A DOMINO. Quamuis itaque ſecundum communes regulas immobilium rerum poſſeſſor ſatisdare minime compellatur: *Bar. in l. 3. inf. de cuſtod. rer & in l. 1. de pœnis.* atrocitas tamen delicti contrarium inducere legiſlatores effecit, *l. ſciendum, ſup. qui ſatiſd. cogan.* ne vlla in re Præſidis cognitioni poſſeſſores deeſſe contingere poſſet, *Bal. ibi*

LEX I.

Neratius.

Ratis vi fluminis in agrum meum delatæ, non aliter tibi poteſtatem faciendam quam ſi de præterito quoque damno mihi cauiſſes.

SVMMARIA.

1. *Tractus futuri temporis an ad iudicem pertineat.*
2. *Nautæ non ſemper nauem regere poſſunt.*

DE PRAETERITO DAMNO. Idem quoque eſt de futuro damno, & quod in auferenda rate prædiorum mari adiacentium do-
1. minis poſtea dari poterit. Quod igitur dicitur tractum futuri temporis ad iudicis officium non pertinere, *l. 1. inf. de vſur.* tunc verum non eſt cum à præſentibus futura dependere, originemque deſumere probantur. Sed hæc ita intelligenda ſunt, ſi culpa nautæ damnum acceptum ſit. Quid enim ſi exorta tempeſtate negligentius ſtationibus naues affixerit? Quid ſi ſacram ancoram non emiſerit? Quid ſi nauem imprudenter gubernauerit? Sanè vt in lata culpa dicitur qui artis quam profitetur, præcepta ignorat: ita & imperitus nauta excuſari quoque à damno non debet, *Ludo. Roma. in l. hoc amplius, §. de hu, ſup. de dam. infecto, l. Celſus §. Itẽ Celſus, ſup. ad exhiben.* At, ſi tempeſtas tam horrida ſit, qualem noſtra ætate anno 1551. ſuſpirantibus animis conſpexit, ſi nauem ventorum vi in omnem partem agitatam gubernare nequiuerit: ſi ſacra ancora diſſoluta in alienum agrum ratis delata damnum fecerit: exiſtimo legi locum non eſſe. Quis enim aduerſus eiuſmodi rabiem munire ſe poterit, *d. l. hoc amplius in princip.* Rectè igitur Plutar. Vbi (inquit) tẽpeſtas non vſque adeò magna eſt, ibi nautam & gubernatorem & quemuis deinceps ſtrenuum eſſe oportet. Vbi verò mare iam ſuperauerit nauem, inanis eſt diligentia. Neque enim gubernator, quantumuis peritus, 2.
æſtuantem vndam componere, nec impetum ſæuientis maris retunderere quoquo modo poteſt, quam portum vbiuis nanciſci, quoties ei ex alto reuehi libitum ſit. Sed ne illud quidem ars illi præſtiterit, vt tempeſtate deprehenſus, conſtanter ac intrepidè neceſſitate defungatur, hactenuſque ipſa iuuat, vt tantiſper dum locum arti eſſe non deſperat, expanſa vela deducens vtcunque cum tempeſtate decidat, ab hoc iam ignauus compreſſis manibus ſedet, atque iterum dum malus exiſtit ventorum vi demerſus, vibranti pectore contremiſcit. Examinari quoque hoc loco ſolet, an pecus tuum quod damnum dedit, retineri pro accepto damno poterit? In qua quæſtione Pomponius non rectè includi ait, *l. quamuis ſup. ad l. Aquil.* Neratius verò contrarium defendere videtur, *d. §. de hu.* Sed communi deciſione pro concordia receptum inuenio, ſi de domino quis damnificantis fuerit animalis controuerſum non ſit, omnino reſtituendum eſſe: quod nimirum eo caſu vel Aquiliæ legis actio, vel de pecoris paſtu remedium, ad damni accepti repetitionem ſufficere videatur. Mihi ſanè Bartholi probatur opinio, & actiones has cum retentione interdum concurre poſſe exiſtimo *ibi.*

LEX X.

Vlpianus.

Ne piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues, & qui in eis ſunt, deducant, ſibique execrandam prædam dent: Præſidis religioſa conſtantia efficiatur.

Nauta-

SVMMARIA.

1. *Nautarum nocturno tempore nauigantium obſeruatio.*
2. *Nauis Prætoria lumen præferre conſueuit.*
3. *Cacodæmonis nequitia multæ naues in periculum deductæ.*
4. *Pœna illorum qui oſtenſo lumine naues euertunt, quæ.*

1. APud omnes ferè nautas & qui vaſto vagantur Oceano vſu receptum eſt, vt imminentibus tenebris, & vbi nunc nox horrida ingruit vndis, vnam ex his quæ vnà nauigant nauem, ardentibus facibus præmittant, quæ inſequentes ducat, & ne in Schyllas ſiue Charibdes incidant, viam commonſtret. Sic
2. & olim in Prætoria naui lumen quod cætera claſſis proſequebatur, ſpectatiſſimum inſigne noctu fuit. Quare Scipio in Africam traſmiſſurus, velis in altum datis, ſingula roſtratæ naui, bina onerariæ, Prætoriæ trina luminaria dedit. Cæterum cum omne bonum & quantumuis pia ordinatione conſtitutum, ad mali ſequelam à nefarijs hominibus omni conamine rapiatur, accidit interdum, piratas ſcopulis inſidentes lumen à longè errantibus Oceano nauibus præmonſtrare. Quod cùm miſeri nautæ tanquam à Prætoria naue accenſum ſequuntur, in miſerandas ſceleratiſſimorum hominum prædas imprudentes ſeſe conijciunt. Auorum memoria à Cacodæmone immani illa ac teterrima peſte, vel diuina ita 3.
ordinante prudentia, vel humanis id vitijs exigentibus, idem factum eſſe pro certo accepimus, qui ſcopulis quibus ſinus ille inter Angliam & Galliam refertus eſt, inſidens, lumenque in Prætoriæ nauis morem nauigantibus exhibens, innumerabiles naues ingentem hominum multitudinem ferentes, funditus euertit. Celebratur adhuc hodierno die in proximo littore eius rei memoria, & exaratis carminibus, miſeram illam cladem, flebili lectione repetere licet. Sed qua pœna piſcatores hos oſtenſo lumine in periculum deducentes, afficiendos eſſe exiſtimabimus? Accurſius, raptorum pœna puniendos arbitratur. Sanè cùm 4.
dolo malo prædam vænantur, ſi amiſſa naue mortalium quoque iactura facta fuerit, capite plectendos exiſtimo, *arg. l ſaccularij ſunt quidam ınſ de extraor. criminib.* Omitte nunc generalem illam conſuetudinem, qua antiquatis edicti iſtius pœnis, raptoribus piratiſque cum bonorum confiſcatione vita quoque pretioſiſſimus theſaurus adimitur. Nihil hic obſtat quod delicti hæc ſpecies ſub titulo iſtó qui mitiorem edicti pœnam præſcripſit, conſtituatur. Nam & idem in proximo capite receptum eſt, quo Caius ait, eum qui ædes aceruumve frumenti iuxta domum poſitum combuſſerit, vinctum, verbaratum igni necandum eſſe.

CONSTITVTIO FEDERICI IMPERATORIS DE STATVTIS ET

conſuetud. contra Eccleſ. liber. edit. tollen. col. x. poſita C. ſub tit. de furt.

NAuigia quocunque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingente rupta fuerint: vel alias ad terram peruenerint: tã ipſa nauigia quam nauigantium bona ipſis integra reſeruentur, ad quos ſpectabant, antequam nauigia huiuſmodi periculũ incurriſſent, ſublata penitus omnium locorum conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni, niſi talia ſint nauigia quæ piraticam exercent prauitatem, ſiue nobis ſiue chriſtiano nomini inimica.

SVMMARIA.

1. *Inuentis & reſeruatis mercibus, an ſalarium rectè petatur.*
2. *Zelandorum ius.*
3. *Conſuetudo contra ius natura non valet.*
4. *Piſcatio an conſuetud ne prohiberi poßit.*
5. *Taxantur ſeuerè Pirata.*

CVm Fredericus Imperator piratarum ſcelera æquiſſima conſtitutione damnauerit (quod de his ſuperius nihil ferè aut parum admodum à nobis expoſitum eſt) interpretationem conſtitutionis aliqualem ommittere nõ potui, & quæ alio loco à me tractata nòn ſunt, perſunctoriè & leui omnino penicillo docebo. Ait igitur Fredericus: *Ipſis integra reſeruentur.* Sed an gratis & nulla recepta mercede reddenda ſunt? Sanè re inuenta & domino reddita ἰσῶτρα inquit Vlpianus, *l. falſus, §. plerique, ff. de furt.* honeſtè quidem recipiuntur, ſed probè peti non poſſunt. Cæterum Zelandico iure aliud omnino conſtitutum inuenio. Ita enim 1.
habet, *Cap.* 4. *art.* 13. tex. Si quis eorum qui- 2.
bus naufragorum merces colligendi authoritas facta eſt, anno & ſex ſeptimanis collectas

merces domino cuſtodiuerit, mediocrem cuſtodiæ mercedem exigere poterit.

Omnivm locorvm consvetvdine. Cur ita? Illud ſanè ſine vlla dubitatione dici poteſt, quod certum ſit, conſuetudinem con-
3. tra ius naturæ nullam habere poteſtatem. *Panor. in c. fi. de conſuet.* Sic etiam cum mare eo iure commune ſit omnium, vetare quemquam vlla cõnſuetudine in eo piſcari non licet, *l. iniuriarum, ff. de iniuriis.* Porrò ſi ea ſit conſuetudo quæ ab omnibus ciuibus approbata eſt, non ab illis
4. ſolum qui ad littus maris ædes habuere ſitas, piſcatio rectè prohibebitur, *Cona. lib. 1. cap. 10.* Cæterum in caſu conſtitutionis noſtræ, omnium conſenſus operari quicquam non poteſt, cùm diuino naturæque præceptis conſuetudo eiuſmodi repugnare videatur. Anne enim omnium conditor Rex vniuerſitatis, præcepit furtum non fieri? alienas res non concupiſcendas eſſe? Quæ hoc loco deſiderari poſſent, ex ſuperioribus facilè petetis, *ad Rub. ff. de incend. rui. & naufr.*

5. Piraticam. Rectè ait Federicus, & Diis & hominibus piratas exoſos eſſe, vt merito & proſcripti & diffidati (vt aiunt *Bal. & Salyc. hic.* ipſo iure cenſeantur. Quamobrem quantum) honoris Pompeio Magno acceſſerit, quod oram maritimam liberando, & imperium maris populo Romano reſtituendo, M. CCC. XLVI. piraticas naues ſuſtulerit, *Plinius nat. hiſtor. lib. 7. Cap. 25. & 26.* facilè perpendere poteſt, quem triumphandi ratio Romanorum ducibus reſeruata non latet. Conſideret ſecum Chriſtianus animus, quam ſit nefarium crimen, cum in hoc prouidentia ac diſpoſitor ille mundi Deus vela ventis exercenda dedit, ne quid vlla in parte orbis terrarum nobis deeſſet, nos claſſes partem freti occupaturas complere, & ad innocui ſanguinis profuſionem telum acuere. Quæ hos piratas dementia exagitat, & in mutuum compellit exitium? Vela ventis dant prædam paraturi, & incertam fortunam experiuntur, vim tempeſtatum nulla ope humana ſuperabilem, mortem ſine ſpe ſepulturæ. Sed & ſi prædam nacti, euaſerint tot ſcopulos ingentes, & inſidias vadoſi maris, cum effugerint proceſſoſos deſuper montes, per quos præceps in nauigantes ventus impingit, quis hos feſſos tot malis portus excipiet? Vermis ſcilicet ille perpetuus conſcientiæ, qui nunquam morietur, ille obuius & in littore & vbique ſe offert, & flebilem illam peccatorum ſarcinam relinquere non poteſt. Rectè igitur Seneca: Miſeri (inquit) quid quæritis? mortem quæ vbique ſupereſt? Anne ad mortes terra late paret? Petet illa vos & ex lectulo, ſed vbique innocentes petat, ſed occupet nullum molientes malum. Quid igitur Lector humaniſſime Piraticum ſcelus aliud eſſe dixeris, quàm inſaniam? quid in mari tyrannidem exercere, quàm circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum ſine iniuria occurrentia euertere, ac ferarum more occidere quem non oderis? Ergo non immerito quis dixerit, rerum naturam melius acturam nobiſcum, ſi ventos flare vetuiſſet, & inhibito diſcurſu furentium, in ſua quemque terra ſtare iuſſiſſet. Sed certè non tamen queri poſſumus de auctore noſtri Deo, ſi beneficia eius corrumpimus, & vt eſſent contraria efficimus. Dedit ventos vt commoda cuiuſque regionis fierent communia, ad vlteriora noſcenda, non vt perniciosa piratarum arma tranſueherent. Si igitur beneficia naturæ, vtentium prauitate perpendimus: nihil non noſtro malo accepimus. *Ferè hæc ex Seneca lib. 5. natur. quæſtio. cap. 18.* Verum vt ex diuerticulo in viam redeamus, odio iſtorum communi ſententia receptum eſt, impune his vim furtumque & violentiam inferri poſſe. Sed hæc non aliter concedit Socynus, *conſil. 262. in 2. volu. num. 5.* quam ſi dominium piratarum, res furto ab eis ſubtractæ, minimè exierint.

§. *Tranſgreſſores autem huius noſtræ conſtitutionis bonorum publicatione mulctentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum omnibus modis compeſcatur.*

SVMMARIA.

1. *Publicatio bonorum non extenditur in detrimentum creditorum.*
2. *Filij cur dicantur ſui hæredes.*
3. *Publicatio bonorum quouſque extendatur.*

Qvod à Diuo Federico reſponſum eſt pu- 1.
blicationem confiſcationemque bonorum piratas manere, ad, creditoris ſcelerati piratæ detrimentum torqueri non debet, *l. aufertur. ff. de iure fiſci, & ibi doctores* Sed nec ex ſcele- 2.
re mariti vllã ad bona vxoris criminoſi actionem fiſcus prætendere poteſt, *auth. Bona damnatorum, C de proſcrip. bonor.* Porrò ſi particeps ſit criminis & conſilij coniunx, alio iure vtendum eſſet, *l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.* Sed an publicatis bonis, omnino inſontes filij priuantur? Sanè cum naturalis ratio quaſi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adijciat, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando, propter quod & in iure ciuili ſuorum hæredum nomen eis inditum eſt, eo quoque caſu quo propter pœnam parentis bona aufert damnatio, rationem haberi liberorum, ne alieno admiſſo grauiorem pœnam luant, quos nulla contingeret culpa interdum in ſummam egeſtatem deuolui, ipſa dictare nature videtur, *l fi. ff de bon. damnat.* Qua ratione cum Veteres conſulti prudenter admodum ea de re & moderatè conſtituiſſent: Iuſtinianus generaliter poſtea edita conſtitutione, bonorum publicationem, ad certum vſque gradum exiſtentibus hæredibus, locum habere prohibuit, *d. au-*

d.autent.Bona. Cæterum vſu moribuſque hodiernis temporibus ſeuerior publicatio procedit,& cuiusque regionis conſuetudinem quæ circa cauſas eiuſmodi admodum diuerſa eſt, imitari oportet. 3.

IN TIT. DE NAVICVLARIIS SIVE NAVCLERIIS, PVBLICAS ſpecies tranſportantibus.lib.Codicis Vndecimo.

LEX I

Imp.Conſtantinus. A.

Nullam vim oportet nauclerios ſuſtinere, ſpecies annonarias transferentes,nec concuſſiones perpeti:nec aliquod genus incommodi, ſed venientes ac remeantes omni ſecuritate potiri.x.lib.auri mulcta proponenda his qui eos inquietare temptauerint.

SVMMARIA.

1. *Nauicularij qui ſint.*
2. *Tranſuehentes res publicas non poſſunt arreſtari.*
3. *Naues priuilegiatæ an oſtendere publicanis merces teneantur.*
4. *Ziricæanorum naues à vectigalibus ſunt immunes.*
5. *Immunitas à vectigalibus quomodo probabitur.*

1. NAuicularij, vt Budæus tradidit. *ad l. ff.naut.caupo.ſtabul.* nauium ſunt domini,qui Græcè Naucleri dicuntur, meritorias naues habentes,quos patronos appellamus.Tacitus. Atque inde decurſu in littora vim in mercatores aut nauicularios audebant. Vegetius tamen li.quarto eos vocat, qui in claſſe ſingulis nauibus præſunt, quos Græci Nauarcos vocant, noſtrum vulgus capitaneum, aut caput armatæ marinæ nauis vocat. Cæterum quod hoc loco de nauicularijs ſiue nauclerijs traditur, ad omnes cæteros nautas publicas ſpecies transferentes,extenditur. Publicas verò ſpecies transferre intelliguntur propriè, qui annonam vel aromata ad rem publicam pertinentia, Præfectorum iuſſu in alias tranſuehunt regiones, ſed hoc loco omnes intelligi velim, qui quiduis ad rempublic. pertinens, Principis iuſſu trans mare vehunt. Siue igitur in exercitum annonam ferendam ſuſcipiant, *l. licitatio ff de publicanis.§.res exercitui.*ſiue arma, ſiue Ducis iuſſu,non autem aliàs,milites catalogo aſſcriptos,*l.3. ſup. de vectigal.* ſiue Principem ipſum, ſiue legatos ad Principem miſſos, *l.à legatis, C. d. tit.* reducant, omni ſecuritate
2. gaudere debent.Et quæ eſt iſta ſecuritas?Quod priuilegium? Quæ prærogatiua? Vtilitas me hercule modica non eſt. Etenim nec arreſtari (vt dicunt) nec detineri, nec ad vectigalium ſolutionem compelli poſſunt,*Barth. & alij hic.* 3.
Quæ tamen etiam ſi vera ſunt, vt diximus, oſtendere nihilominùs quæ vehuntur publicanis tenentur *§.Diuus.in l.interdum ff.de public. & ibi Docto.* Planè,ſi tales ſint naues quæ indiſtinctæ non ſolarum mercium ratione,ſed proprio iure priuilegioque exemptæ ſunt, aliud dicendum eſſe non malè mea ſententia tradidit Romanus,*ibi num.* 2. Vnde eſt, quod cùm Ziriceanæ naues Dordracenſibus vectigalia non ſoluant,merces oſtendere publicanis compelli non poſſunt,ſed nauis pertranſeuntis ſolum indicum facientes,in commiſſum non cadunt. Vno tamen caſu compellendos merces oſtendere exiſtimo. Quid ſi Cæſario edicto promulgatum ſit,ex Zelandia frumentum euehi non poſſe; ob publicum ſanè intereſſe, inſpectionem publicanus petere poterit.Sed quid ſi publicis rebus priuatæ adiunctæ ſint, annè ob defraudatum vectigal, reliqua quoque in commiſſum incidiſſe videantur? Quæſtio hæc olim ab excellentiſſimis ingenijs magna argumentorum vi oſtenſa ac patefacta eſt, vt ſuperuacaneum ſit eorum hic à me rationes repeti; in promptu eſt ex eorum libris cognoſcere.Sed tandem poſterior videtur obtinuiſſe ſententia, quam ſequor,quod rationabile,*l, publicanus*, §. *1.ex verbo.Si quid amplius d.tit.vide Bal. ad l. 3. ſup de naut fœnore.Guido Pap.deciſ.*472.non ſit, alterius culpam alteri obeſſe,niſi dominus quoque earum rerum,de dolo manifeſtè conuinci poſſit.Poſtremo, qui eundi immunitatem habent, & redeundo quoque eodem priuilegio gaudent, quod in ſcholarium rebus manifeſtè Diuus Fredericus conſtituit: *Auth. habita ſup. filius pro pat.* Probari autem immunitas literis 5.
publicis & à ſuperiore conceſſis,poterit,*Barth. hic.*

(4. in margin beside "non ſoluant,merces oſtendere publicanis com-")

L.3. & 4.

Quæ ad hanc l.c.annotari poſſent, alio loco abundè ſatis expoſuimus,*ad l.1.ff.de incend.ruin. & naufr.* Ex lege 4.colligi poteſt,quod ſi Imp. Ziricæanorum Reip. certum nauium numerum ad ſpecies publicas transferendas Calen. Maij.producere mandaſſet, deficientibus ſine culpa ciuium aliquot nauibus, Zelandiæ Vicecomes vicinas ciuitates præſtitis pro mercedula ſalarijs,ad ſupplendum ex ſuis nauibus numerum compellere poterit.

LEX V. Imp. Theod. & Valent. AA.

Qui fiſcales ſpecies ſuſcepit deportandas, ſi recta nauigatione contempta littora deuia ſectatus, eas auertendo diſtraxerit, capitali pœna plectetur.

SVMMARIA.

1. *Nautæ per tempeſtatem in deuia loca delati excuſantur.*
2. *Nautæ per tempeſtatem in alium portum delati, non ſoluunt ibi uectigal.*
3. *Nautæ vendentes dolo merces Reipub capite puniuntur.*
4. *Nautæ dolo euntes per deuia vt non ſoluant vectigalia puniuntur.*

1. SI nauta qui ſtatuto tempore publicas merces vehendas ſuſcepit, in deuias regiones per tempeſtatem ſine ſua culpa delatus, ſuo dic Principum mandatis ſatisfacere non poteſt, in pœnam incidere non debet, *cap. Imputari, de reg. iur. in 6.* quæ tunc ſolum irrogari ſolet, cum culpa manifeſtè deprehendi poteſt. Sic (inquit Martianus, *cap. ſine culpa eo. tit. l. interdum. §. ſi propter ff de public.*) ſi propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis in loco prohibito expoſitum onus fuerit, non debere hoc commiſſum vendicari Diui fratres reſcripſerunt. Quo loco
2. communi ſententia receptum eſt, nautam qui neceſſitate tempeſtatis in deuium portum defertur, eius loci vectigalia ſoluere, compellendum non eſſe. Econtra verò, vt ſine culpa nemo puniri debet, ſic & delictum quoque impunitum remanere non poteſt. *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* Igitur ſi nulla tempeſtatis aliáve probabili neceſſitate compulſus deuia littora ſectatus, publicas ſpecies, arma publica, frumentum, annonam ad exercitum deducendam,
3. diſtraxerit: capitali pœna plectetur. Sed & emptores quoque earum rerum doloſos eadem pœna manet, quod commercio rerum interdicto, emptor venditorque ſi vtriuſque dolus probari poſſit, pari pœna communiter adfici debeant. *text. & ibi Salyc. in l penul. ſup. quæ res vendi non poſſunt.* Sanè quamuis de deportatione capitalem hanc pœnam intelligant interpretes. *Accur. Io. de Plat. & alij hic.* Ego tamē de mortis pœna ſi inferiores vilioreſque perſonæ ſint, intelligendam conſtitutionem exiſtimo. *l. penul. & vlt. C. quæ res vendi non poſſ.* Honeſtiores enim ſtylū proſcriptionis, & amiſſionem omnium bonorum incurrunt, *d. l. vlt.* Nihil me mouet quod Accur. cæterique qui eum ſequuntur triplicem capitalem pœnam conſtituant, ex quibus in pœnis irrogandis, minima, alio non expreſſo, eligenda videtur. *l. interpretatione ff. de pœnis* Cap. talis enim cauſa, de infamia, relegatione, non niſi impropriè accipitur. At in inferendis pœnis etiam ſermonis proprietas maximè obſeruatur. *l. cum lege ff. de teſta.* Quod tunc maximè procedit, cum atrox eſt delictum, *doct. in cap. in obſcuris, de regul. iur li. 6.* & ideo minimum ſequendum non eſt. Anne atrox eſt delictum, eſurientes militum fauces furto fraudari? Anne is in cauſa eſt, quod per milites inedia laborantes, ruſticis vitæ bonorumque amiſſio, matronis honeſtioribs abortus ex timore illato, inferatur? Si Frederici Imperatoris conſtitutione, *de pace tenen. & eius violat. § ſi.* qui quinque ſolidos valens aut plus furatus fuerit, laqueo ſuſpendi debeat: quid, an iniquum ſit eodem argumento eiuſmodi nautas ſupremum ſuſtinere ſupplicium? Idem in cæteris rebus publicis locum habere debet. *in l. Reſpiciendum, inf. de pœnis* Nā ſi mortis pœnam ſuſtineant qui priuatis furtum fecerunt, quanto magis hi, qui Rempub. decipiunt? Etenim in pœnarum impoſitione, aliter, id eſt, ſeuerius (inquit Marcellus) ex iiſdem facinoribus punitur qui quicquam in dominum parentémve, in magiſtratum quam in priuatum auſus eſt. Denique, ut capitis pœna punitur qui in crimen hoc loco relatum incidit, ita & ille qui fraudandi vectigalis ergô per deuia tranſit, à ſolutione eiuſdem minime liberatur. Quinimò & à pleriſq; reſponſum eſt, res integras in commiſſum cecidiſſe, *hic & in l. 3. de nautico fœno.*

Iidem Auguſti.

LEX VI. finalis.

Iudices qui in partibus diœceſeos ſitæ omniſta nauigia cum proſperior flatus inuitat, ſub prætextu hyemis immorari permiſerint vna cum municipibus & corporatis eiuſdem loci, fortunarum propriarū feriantur diſpendiis, nauclerij præterea pœnam deportationis excipiant, ſi aliquid fraudis eos admiſiſſe fuerit relatum.

EX hac lege notamus, quod ſi Regia Maieſtas naues in Hiſpanias Angliámue publica onera transferentes miſiſſet, cum proſperior flatus inuitat, nuſquam locorum moram naucleris trahere licet. Quinimò ſi tempore ad nauigandum idoneo, ſuſpenſa nauigatione in portu ſtationibúſve Zelandiæ hærerent, iudicum erit officium omnibus modis eos abigere, ſi pœnam hac conſtitutione comprehenſam, cupiant euitare. Quæ conſtitutio & ad eos Iudices appoſitiſſime referri poteſt, qui turpem accipiendo pecuniam, nefarios, criminoſos neſcio quo prætextu, in ditione ſibi ſubiecta, vagari permittant. Quod autem deportationis pœnam nauicularijs Imperator proponat, rudioribus exponendum videtur. Dicitur igitur Depor-

Deportatio, quaſi portatio de eo iure, quod quis in ciuitate habuit, ad exilium perpetuum, annotata illi prouincia vbi ſemper manere eũ oporteat, *vide §. pari ratione Inſtit. quib. mod. ius pat. poteſta. ſolui. & ibi Cantiund. & alios.* Quod ſi tamen pudore tacti, vel pœnæ acerbitate commoniti in viam redeant, certamque melioris vitæ frugem producant: ij profectò ad Principis clementiam confugientes, delicti veniam petentes, vtque eis ignoſcatur orantes, non indigni videntur eſſe qui ex inſula iterum in vrbem, ex Apolidum numero, & inter ciues recipiantur. Vetus enim regula eſt, quæ per manus traditur: Ciuilis ratio, ciuilia iura corrumpere poteſt, §. *minus ergo inſt de hæredit. quæ ab inteſt. de ſer. cap. omnis res ext. de reg. Iuris antiq.* Vt igitur ciuilis ratio deportationis pœnam impoſuit, eam contraria ciuilis ratio tollere debet.

Tit. de nauibus non excuſandis.

SVMMARIA.

1. *Nemo excuſatur tempore neceſsitatis.*
2. *Fraus eorũ qui per priuilegiatas perſonas Principem decipiunt.*
3. *Præfectus ciuitatis ſi opus ſit, poteſt areſtare equos & currus ruſticorum*
4. *Naue ad exercitum miſſa amiſſa, vel ruſticorum equis, an princeps reſtituat æſtimationem.*

1. CVm priuatis nauigia habere iura permittant: ita quoque fraudi locum eſſe non ſinunt. Vnde cum omnes in commune ſi neceſſitas exegerit, conueniat vtilitatibus publicis obedire, nulla nauis ob neceſſitatem publicam excuſatur, & qui naues ſuas diuerſorum nominibus & titulis ad euitationem publicæ neceſſitatis excuſare conantur, glaucomam (vt ille ait) ob oculos patiuntur, ſed fiſco naues aſſociari debebunt. Neque Principum igitur, neque Ducum, neque Comitum naues premente neceſſitate à publicis oneribus immunes ſunt. Porrò ſi in ſuis ditionibus Cæſarea Maieſt. vel in iſtis, illuſtriſſimus Rex noſter Philippus, alicui ſpeciali priuilegio immunitatem concederet, is cui conceſſum eſt, alijs communicare nõ debet, & ſi qui ſint, qui eius inſignia ſuis nauibus ad euitandam profectionem affigant, pœna hac lege conſtituta puniuntur. Quo ſpectat frequens illa & quotidiana ferè eorum decep-
2. tio, dolus & fraus, qui corruptis vili nummo priuilegiatis, ijſque perſonam ſuam emptioni interponentibus, immunitate publica furtiuè vtuntur. Studioſi vectigalia non ſoluunt, ab impoſitionibus immunes eſſe deberent. Quid igitur ſi ſuo nomine interpoſito, Laicis vina ſtudioſus procuret? Vinũ ſine dubio fiſco applicari debet, & ſtudioſus quoq; notabili correctione notandus eſt. Quid ſi his addamus nautas, quinque vaſa à ſtudioſis vehenda aſſumentes, & V. litera in X. mutata, totidem immunitatẽ deceptis publicanis ambientes? Caſus mehercule, frequens eſt nimium, & qui ſeuerè admodum admotis etiam flagellis puniri deberet. Planè & illud ex poſteriore huius tituli capite colligitur, licere Rectori ciuitatis, plauſtra equoſque priuatorum pro deuehendo ad exercitium commeatu retinere. itemque licere iudici capere à viatore aſinum, ſupra quem deridendum aliquem reum traducat. *Alc. ad l. Iubemus. C. de ſacroſan. eccle num. 2.* Sed & vſu moribuſque non minus quam iure receptũ eſt, compellendos ruſticos vt damnatorum cadauera ad cruces rotaſque, cæteraque pœnarum loca deducant. At quid ſi naues ad exercitum miſſæ 3.
diripiantur, quid ſi aurigæ, ruſtici equos amittant, an his tenebitur Princeps ſatisfacere? Et 4.
non teneri verius eſt, quum neque nauem hoc caſu nauta locare cenſeatur, ſed obligationi ſibi à lege impoſitæ ſatisfacere. Quod ſi onus non villicum aut nautam, ſed vniuerſitatem reſpiciat: tunc æquum eſt per eam ſuccurri, quod & Alciat. poſt Lucam de Penna reſpondit.

Tit. V. de naufragijs.

LEX I. Imp. Conſtantinus.

Si quando naufragio nauis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat, fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur?

SVMMARIA.

1. *Imp. Traiani inſigne dictum de Fiſco.*
2. *Iuſtiniani dictum de locupletando Fiſco.*
3. *Fiſcus quam pœnam à raptoribus exigat.*

QVæ ad priorem primi iſtius capitis partẽ attinent, ſuperioribus titulis expoſuimus. Supereſt, igitur ſolum, vt inquiramus an eiectis in littus mercibus, aliquid iuris fiſcus ſibi vendicare poſſet. Et reſponſum eſt non poſſe, ne ex aliena calamitate lucrum quærat. Qua ratione optimus Imp. Traianus dicere ſolebat, Fiſcum non debere eſſe veluti lienem, quod ſicut eo 1.
excreſcente, artus reliqui contabeſcerent, ita ex priuatorum detrimento locupletatur fiſcus. Sed & idem: Scio (inquit, *l. 1. de interdic. & relegat.*) relegatorum bona auaritia ſuperiorum temporum fiſco vindicata, ſed aliud clementiæ meæ conuenit, qui inter cætera quidem innocentia, ac ratione meorum temporum hoc quoque remiſi exemplum. Hinc & Iuſtinianus: Noſtrum (inquit, *in l. 1. §. vlt. ſup. de caduc. toll.*) eſſe proprium ſubiectorum commodum exiſti- 2.
mamus. Non debet igitur ita ſe interponere

 fiſcus,

fiſcus, vt ex luctuoſo naufragio merces in littus eiectas ſibi aſcribere poſſit. Cæterum colligere eas debebit, & dominis ſecundum legitimos iuris tramites reſtituere. Quo caſu, an pro cuſtodia exigere quicquam liceat, ſuperioribus locis declarauimus, *ad d. l. ne quid, ff. eod.* Sed & eatenus interponere ſe ſolet, vt à raptoribus in quadruplũ naufragis damnandis, triplũ ex pœna exigere poſſit. Etenim quod alibi dicitur, *l. 1. ff. eo. tantundem & fiſco dari debebit*, ad triplum ſolum, re ſcilicet ex quadruplo ſubducta, referendum eſſe, Ioannes exiſtimauit. *Ioannes de Platea hic.*

LEX X.

Impp. Valentin. & Valens. AA.

Si quis nauicularius naufragium ſuſtinuiſſe adfirmat, prouinciæ iudicem eius videlicet in qua res agitur, adire feſtinet, ac probet apud eum teſtibus euentum, relatioque etiam ad ſublimiſſimam referatur præfecturam: ita vt intra anni ſpacium veritate reuelata, competens diſpoſitio procedat. Quod ſi per negligentiam præfinitum anni ſpaciũ fortaſſe claudatur; ſuperuacuas feraſque interpellationes placuit non admitti.

SVMMARIA.

1. *Teſtes in cauſa naufragij recipiuntur lite non conteſtata.*
2. *Teſtes naufragio facto, ad quid hic examinentur.*
4. *Deciſio text. noſtri an ad omnes nautas pertineat.*
4. *Vulgus in Principem & ſuperiores maleuolum.*

1. ET ſi ſecundum communes iuris regulas, lite cum aduerſario non conteſtata, teſtiũ depoſitiones recipi non debeant: excipitur tamen, cum luctuoſum naufragiũ factum eſt, *cap. quoniam ext vt lit. non conteſt.* Etenim nauicularius qui naufragium ſe feciſſe affirmat, iudicem illius loci in qua naufragium factum eſſe dicetur, adire debet, teſtibuſque productis naufragium probare. Ad quid obſecro? Scilicet, vt
2. probato naufragio quod fortuito caſu, nõ eius culpa, *l. ſi. ff ad l. Rhodiã & ibi dixi.* factum eſt, petentem merces dominum, innocuæ amiſſionis exceptione repellere poſſit, *Bart. & alij hic.* Cæterum quomodo examinandi ſint teſtes hi, & qui ad probationem naufragij ſufficiant: ſequenti reſponſo explicabitur. Debet autem teſtes infra annum producere nauta: nam ſi per neligentiam præfinitum anni ſpatium effluxerit, amplius admitti non poteſt. Sed cum exceptiones defenſioneſque communiter perpetuæ ſint, *l. purè in ſi. ff. de doli excep. l. licet, ſup. de exceptio.* cur nautæ defenſio in anguſtum angulum reiecta, annali probatione concluditur? Exiſtimãt nonnulli, *Ioã de Plat. hic. n. 2.* deciſionem tex. noſtri nõ ad omnes nautas, ſed ad eos 3.
ſolum qui publicas ſpecies ſuſcipiunt, pertinere, quod improbabile omnino non eſt; nimirũ quod maior ſtrictiorque probationis exactio in publica cauſa requiratur, quæ ab impuriſſimis hominibus ſemper erga Principem ſuperioreſque ſuos querulis, negligentius peragi- 4.
tur, vt maior idcirco facti naufragij ſuſpicio ſumi de his poſſit, quodque vendita cum rebus publicis naue, neſcio quale naufragium proponant. In cæteris verò nautis non videtur defenſionis auxilium conſtringi debere, niſi ſi & ipſi ob merces ſuas in littus eiectas & raptas, ad quadruplum, intra annum agere velint. Qua in re & illud quoque ſpeciali iure recipitur, quod non citata parte ad teſtium examen procedi poſſit, *contra l. de vno quoque ff. de re iudi.* & teſtimonia ſummariè hoc in loco recepta, in ordinario iudicio fidem habebunt. Porrò quod diximus, in cæteris nautis publica onera non tranſuehentibus probationis difficultatem extendendam non eſſe: ita intellige, vt tutius ſit tamen in loco naufragij facti (ſi fieri poſſit) de defurtunio documentum accipere.

LEX III.

Impp. Grac. Valent. & Theodo. AAA.

Quoties obrupta vel ſubmerſa fluctibus naui examen adhibetur competentis iudicis: duorum vel trium nautariũ quæſtione habita cæteri ab huiuſmodi nexu liberētur. Quid eſt enim quod non abundè intra præfinitum numerũ ſolers quæſitor inueniat? Circa magiſtros nauium, quibus eſt ſcientia plenior, immoretur, qui ſi fatali ſorte defuerint, in alios inquiſitio transferatur. Sanè ſi vniuerſos violentia tempeſtatus obruerit, ne veritas lateat, à liberis nautarũ ſiue magiſtrorum intra iudicia conſtitutis, ſuper eorum quæratur interitu, quos nauicularius naufragio periſſe contendit. Suſceptionis autem neceſſitas ex Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris manſura ſeruabitur.

SVMMARIA.

1. *Teſtes illi ſunt potiores, qui melius rei veritatem ſcire poſſunt.*
2. *Mors naufragorum quomodo probetur.*
3. *Nauigatio quo tempore fieri debeat.*
4. *Nauigatio hyemali tempore valde periculoſa.*

IN decidendis litium controuerſiis eorum potiſſimum teſtimonia recipere iudicem æquiſſimum

quiſſimum eſt,4.q.3.§.*fi.teſtes*. in quorum notitiã id de quo quæritur,facilius cadere potuit.
1. Igitur,cùm naufragij originem, rerum ſuſcepturam qualitatem, etſi quæ ſint ſimilia, nemo melius ſcire potuit quam nauta qui vehendas ſuſcepit: eius potiſſimum ea de re teſtimoniũ valet, ſi ſuper amiſſarum rerum qualitate controuerſia exorta fuerit. Sed & in his magiſtrorum præualet teſtimonium, quibuscum contractum inire ſolent, qui in longinquas regiones merces abducere conantur. Planè ſi vniuerſis tempeſtatis violentia obrutis, veritas exactiſſimè haberi non poſſit: admiſſis ad teſtificandum ijs, quos communiter à iure repulſos videmus, *l.parentibus,C.de teſtib.* aliqualis probatio etiã ab ipſius demerſi nautæ liberis, accipi poterit, *Bart.Luca de Penna.Io.de Plat.Angeli & aliorũ hic.* Quid enim ſi & hi,quod communiter fieri ſolet,inferri in nauẽ merces viderint? Et hæc quidem omnia ex communi ſententia recepta ſunt, & vniformi Iuriſperitorum calculo comprobata: ſed ego an ex hoc tex. colligi poſſint, dubius mecũ ſubinde cogitaui. Cur ita? Nimirum quod non de qualitate ſubmerſarum mercium,ſed de humanis exitijs naufragio comprobandis, Diuorum Impp. conſtitutio ex poſteriori parte intelligenda videatur. Ait enim, *Super eorum quæratur interitu.* Quæ verba quam improbabiliter quamque miſerè à veteribus illis conſultis, imò ab omnibus quos hactenus vidi commentatoribus, ad merces ſubmerſas referuntur ,diligens lector facilè perſpexerit. Qua ratione etſi quæ dicta ſunt,de probanda mercium qualitate ſine controuerſia admittenda dicamus : de eorum tamen interitu probando, qui obrupta ſeu ſubmerſa fluctibus naue,interijſſe dicuntur, præſentẽ conſtitutionem probabilius interpretandam exiſtimo. Cur igitur dicitur, *Circa magiſtros nauiũ plenius immoretur?* Eam eius rei rationem arbi-
2. tror, quod hi eorũ quos vehendos ſuſcipiunt, potiorem notitiam habuiſſe cenſeantur. Quod ſi & ipſos uiolentia maris exhauſerit, vt nec à cæteris vectoribus probatio ſperetur : à liberis nautarum intra iudicia conſtitutis, documenta qualiacunque deſumi poterunt. Etenim cũ hi parentibus nauem parantibus communiter adeſſe ſoleant, notitiam eorum qui nauem ingreſſi ſunt,non difficili negotio habere præſumuntur. Sed & ſi de nautarũ ipſorumque magiſtrorum interitu diſceptatio oriatur, omnibus qui naufragio adfuerunt fluctibus oppreſſis,ab eorundem liberis accipi inquiſitio poterit,quibus parentum interitus domum ſtatuto tempore & conſueto minimè redeuntium,manifeſtior eſſe præſumi poterit.

SVSCEPTIONIS. Rectè aiunt Diui Principes, nauigationis onus à Calendis Aprilis in
3. die Calendarum Octobris ſuſcipiendum eſſe. Vegetius verò de menſibus loquens, quibus tutiùs nauigatur.Ex die,inquit, *lib.* 4. tertio Iduum Nouembris vſque ad diem ſextum Iduum Martij maria clauduntur. Cæterũ hæc tempora vſque adeò multum non differunt, & vtriuſque ratio facillimè conſideratur, quod nimirum temporibus à conſultis nauigationi remiſſis,lux minima noxque prolixa, nubium denſitas,aeris obſcuritas,ventorum, imbrium, vel niuium geminata ſæuitia , non ſolum claſſes à pelago,ſed etiam commeantes à terreſtri itinere deturbat *vide Budæum ad l.Vtique.ſup.de rei vendicat.* Qua ratione prudentiſſimè quoque ab ijſdem Diuis Romanorum Principibus reſponſum eſt, nauigationem tempore hyemis ſæpe periculoſam, ſemper verò incertam eſſe. *in l.ciuitas Rhodiorum,ſup de offic Rector.Prouinc.* Qui igitur temerariè extra ordinem temporũ, mari ſe credit, is (vt Euripides dixiſſe fertur) aut inſanit,aut mendicus eſt, aut mori cupit. Ex his tribus non fieri poteſt, quin vnum ſaltem verum ſit. Porrò quod ſuſceptionis onus & neceſſitas, præſcripto tempore terminetur: vrgente cauſa publica, exceptionem habet. Etenim cum proſperior flatus inuitat,ſub prætextu hyemis, naues publicas ſpecies transferentes,nullo in loco latere permittuntur, *l. ſi* 4.
ſup.de nauicular.

LEX IV.

Ex hoc reſponſo notamus, quod ſi ſubditi certam quantitatem mercium Principi mittere debeant,miſſæque naufragio facto interierint,ſi culpa ipſis imputari non poſſit,ad aliàs merces minimè teneantur.

LEX V.

Imp.Honorius & Theodoſ. AA.

De ſubmerſis nauibus decernimus,vt leuato velo iſtæ cauſæ cognoſcantur, & ſi quiſquãde talibus negocijs aliquid accepiſſe detegitur:iudex apud quem conſiſterit, his conquerentibus,qui nudantur,pro qualitatibus perſonarum mulctandi,remouendi,proſcribendiq; habeat poteſtatem. Si verò cauſarũ talium cognitores à libelli datione, vel plenaria interpellatione commoniti,intra biennium has cauſas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapſum:præiudicium noceat catenus cognitori, vt nauiculario propter vitium Iudicis abſoluto,mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amiſſionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur,iudex cogatur inferre, reſiduam verò officium eius exſoluat.

SVMMARIA.

1. *Velo leuato procedere quid ſit.*
2. *Ratio iſtius reſponſi.*
3. *Criminales cauſæ biennio terminari debent.*
4. *Iudex negligens punitur..*

Velo

11. VELO LEVATO. Indicant Diui Principes cauſas ex naufragio exortas, ſummariè, breuiter, *vide Bar in conſtit. ad reprimendum quomo. in læſæ Maie. crimi.* & imperfecta deductione, ſi opus ſit, examinandas eſſe, vt nec ad pleniſſimas iudiciorũ formulas recurrere oporteat, ſed ſuccinctè, de plano, ſine ſtrepitu iudiciorum & ſolenni figura. Anne enim inhumanum eſt, calamitoſos naufragos & fortunis ferè omnibus exutos, nudos, & in alienam regionẽ eiectos, iudiciorum anfractibus moleſtari? Quis non litigandi moleſtiam pertæſos, iuſtam iudicij ſuſcepti rationem neglecturos arbitrabitur? *Vt l. illum ff. de petit. hæredit.* Qua ratione rectè mihi ſentire videtur, qui libellum his caſibus minimè requirunt, *Bar. Lucas Ioannes, & alij hic.* ſed nudam facti relationem nudamque Iudicis implorationem ſufficere arbitramur. Quinimò cum & miſerabilium ſit perſonarũ cauſis naufragij adnumeranda, feſtiuis etiam diebus & ſolennibus examinari poterit. *clement. ſæpe de ver ſignific.* Quod igitur inferius ſequitur *libelli datione &c.* non eo pertinet, quod neceſſaria ſit libelli oblatio: ſed quod volente accuſatore minimè reijciatur. Etenim licitum eſt vnicuique iuri pro ſe introducto renunciare. *l. penul. C. de pact.*

PRO QVALITATE PERSONARVM. Quæ ad hunc locum pertinent, non difficili negotio ex ijs quæ alio loco à me expoſita ſunt, petentur. Nos actum (vt in prouerbio eſt) agere nolumus.

INTRA BIENNIVM. Si non ſummariè & velato velo, ſed libello exhibito, liteque cum aduerſario ritè conteſtata, iudicium ſuſcipiatur: intra biennium finem accipere debet. Nam & 3.
Diuus Antoninus: Criminales (inquit, *l. fi. C vt intra cert temp. crimi. quæſtio termi.*) cauſas omnimodo intra duos annos à conteſtatione litis connumerandos finiri cenſemus. Porrò ſi ciuiliter, infra annum quidem ad quadruplum agendo inchoari iudicium debet, ſed in triennium extendi poſſe, à pleriſque hoc in loco, & cõmuni ferè calculo exiſtimatũ inuenio, *l. properandum. ſup. de iudic.* Sanè ſi admonentibus litigatoribus, ipſi Iudices litis introductionem vel examinationem diſtulerint: & propter vitium Iudicum nauicularius à Domino mercium de caſu naufragij ob culpam præcedentem accuſatus, abſolutus fuerit, pœnam diuali hac conſtitutione comprehenſam ſuſtinebunt. Quod & in cæteris de rapina accuſatis locum habere exiſtimo. Plura me hercule hoc loco tractari poſſe ſcio, ſed noſtri inſtituti non eſt omnia quæ ab antiquis dicta ſunt & diſputata, operoſis commentationibus repetere. Ego hæc ſecundum gratiam mihi à Domino datam tradidi vobis, & quantum fuit facultatis noſtræ, in lucem protulimus, adiuuante qui in ſæcula eſt benedictus Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo eſt Deo patri, & ſpiritui ſancto honor, gloria & poteſtas, per immortalia ſæcula. Amen.

FINIS.

In hoc Tractatu continetur Commentarius in Tit. hos Pandectarũ.

Nautæ, caupones, ſtabularij vt recepta reſtituant, &c. fol. 818.
De exercitoria actione. fol. 832.
Ad legem Rhodiam fol. 856.
De Incendio, Ruina, Naufragio, Rate Naue expugnata. fol. 875.

IN TIT. CODICIS HOS.

Authentica Nauigia, de Furtis. fol. 880.
De nauiculariјs ſiue naucleris publicas ſpecies tranſportantibus. fol. 891.
De auibus non excuſandis. fol. 893.
De Naufragijs. fol. 893.

INDEX

INDEX VERBORVM AC RERVM, QVÆ HOC OPERE DE REGVLIS IVRIS CONTINENTVR.

Prior numerus Paginam, ſecundus verò numerum marginalem deſignat.

A.

Abſolutio à iuramento illicito à quo impetretur. 233.5.
Abundans cautela non nocet. 162.1.
Acceptio perſonarum quid ſit. 67.2.
Acceſſorium quid ſit. 177.3.
Accidentalia contractus quæ ſint. 332.11.
Actio directa & vtilis quæ ſit. 161.8.
Actio quando priuato & parti non competit, an tunc competere poſſit fiſco. 128.7.
Actione vnâ electâ, an ad aliam via pateat. 96.1.
Actor & reus quare dicantur partes. 62.2.
Actor & reus in quo conueniant. 63.6.
Actor & reus in quo differant. ibid. 7.
Actor an initio inſtrumenta ſua reo edere teneatur. 98.8.
Actor ſi petat viginti, an reus debens decem, totum negare poſſit. 288.1.
Actus ab initio non ſubſiſtit propter tres cauſas. 90.1.
Actum facere, vel ei conſentire, paria ſunt. 127.2.
Actus legitimi qui dicantur. 204.1.
Admiſſio quid ſit. 6.23.
Aduocato totum ſalarium promiſſum debetur, ſi cliens cum aduerſario tranſigat. 175.1. 165.4.
Æqualitas in iudicijs quid efficiat. 67.1.
Æqualitas eſt mater publicæ & priuatæ tranquillitatis. 145.1.
Æqualitas quando præferatur rigori. 164.7.
Æſtimatio quando peti poteſt re peremptâ. 38.13.
Affectus quando non ſecuto effectu puniatur. 167.3.
Agere, gerere, contrahere, quomodo differant. 204.2.
Ageſilai elegans dictum de ſeruando promiſſo. 274.8.
Alternatiuorum quæ ſit natura. 277.1.
Angeli admonitio pulchra ad iudices. 109.8.
Annus probationis ad quid ſit introductus. 246.6.
Antiquior in collegio quomodò æſtimetur. 214.2.
Appellatio an ſtatuto prohiberi poſſit. 248.7.
Appellatio eſt communis vtrique parti. 148.4.
Archiepiſcopus vbi pallio vtatur. 293.2.
Argumentum à communiter accidentibus vnde. 152.12.
Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validum. 34.2.
Auaria impietas. 27.8.

B.

Baculo qui hominem occidit, cùm potuiſſet gladio percutere, an teneatur de homicidio. 165.1.
Beneficium pro quo accipiatur. 2.1.
Beneficium eccleſiaſticum quid ſit. ibid. 2.
Beneficiorum eccleſiaſticorum prima diuiſio. 3.5.
Beneficiorum vſus quando incepit. ibid. 6.
Beneficiorum ſecunda diuiſio. ibid. 7.
Beneficiorum tertia diuiſio. ibid. 8.
Beneficiorum quarta diuiſio. 4.10.
Beneficium quo pacto dicatur licitè obtineri. 9.28.
Beneficium & priuilegium Principis quomodo differant. 85.4.
Beneficio neminem decipi oportet. 246.1.
Beneficia quâ ratione ſint collocanda. 214.2.
Bona fides quid ſit. 12.2.
Bona fides cur requiratur. ibid. 3.
Bona fides in dubio præſumitur. 13.6.
Bona fides an præſumatur ſine titulo. 14.7.
Bona fides an omni tempore ſit neceſſaria. 15.10.
Bonorum poſſeſſor & fiſcus quales poſſeſſores ſint. 193.13
Bonus quilibet eſſe præſumitur. 318.1.

C.

Calice legato aut promiſſo qualis debeatur. 139.9.
Canonica inſtitutio beneficij quid ſit. 5.26.
Cardinalis occurens damnato ad mortem, eum liberare poteſt. 41.5.
Caroli Quinti Imperatoris contra ebrioſos conſtitutio. 108.3.
Caſmate rem perire quid ſit. 119.12.
Caſum fortuitum in ſe ſuſcipiens ad quid teneatur. 38.12.
Caſus, in quibus vtile per inutile vitiatur. 166.12.
Caſus non expreſſus habetur pro omiſſo. 186.9.
Caupona ſæpè ſolet eſſe ſuſpecta. 326.2.
Cauſis duabus occurentibus potior conſiderari debet. 19.17.
Cauſæ plures cùm concurrunt, quando vnam ex his adeſſe ſatis eſt. 129.9.
Cauſa proxima ſemper inſpicienda eſt. 235.10.
Cautela contra eum quo abſente ſententia lata eſt. 195.2

Cautela

Cautela abundans quando nocet. 247.9.& 248.11.
Certus quo modo quis dicatur. 142.1.
Certiorari *verbum an ſit Latinum.* ibid. 3.
Citatio vnica in quibus cauſis ſufficiat. 144.7.
Ciuitas immunitatem exteris conceſſam reuocare non poteſt. 100.5.
Ciuitas tempore belli deijciens ædificia priuatorum, an teneatur ad reparationem damni. 110.11.
Ciuitas an pro rebelli reputanda ſit, quæ metu adacta alterius poteſtati ſe ſubijcit. 301.2.
Ciuitas an ædificia aliorum tempore belli diruere poßit. 333.4.
Ciuitatis conſuetudo. Vide *Conſuetudo.*
Clauſula motus proprij quid operetur. 316.9.
Clerici quare ex beneficiis alantur, 2.3.
Clerici non luxuriari de beneficiis, ſed modeſtè viuere debent. 3.4.
Clericorum capita quare radantur. 4.11.
Coadiutor cui & cuius ſumptibus detur. 221.5.
Collatio beneficij quid ſit. 5.21.
Collatio ſeu electio prima, quando impediat ſecundam. 209.1.
Collationis quæ nulla eſt, non facienda mentio in reſcripto. 209.3.
Conceſſurus an quis fuiſſet quid, vnde colligatur. 312.2.
Conciliatrices nuptiarum an teneantur. 249.2.
Condemnatus præſumitur quis ex cauſa non famoſa. 201.4.
Conditio quo pacto dicatur ad aliquem pertinere. 264.1.
Conditio quid ſit. 265.2.
Conditio quo pacto impleri debeat. ibid. 3.
Conditio quando habenda ſit pro completa, quando non. 267.8.
Conditio ſolutiua & ſuſpenſiua quæ ſit. 37.11.
Conductoribus Gabellarum an augmentum vel diminutio cedat. 219.1.
Confeßio Prælati & Capituli de conuerſione pecuniæ in rem Eccleſiæ an proſit. 298.3.
Confeßus delictum, ſi de veritate aliter non conſtet, an damnari poßit. 109.7.
Confirmatio quid ſit. 4.14.
Confirmatio ſine confirmabili nihil eſt. 260.8.
Confirmatio Principis quouſque ſe extendat. 313.5.
Confiſcatio vbi locum habet. 200.6.
Commune quomodo meum dicatur. 226.6.
Conſenſus quo tempore præſtari debeat. 135.2.
Conſilium bonum res ſacra. 249.1.
Conſilium quid ſit. ibid. 3.
Conſilium in dubio eſt interpretandum in bonam partem 250.6.
Conſuetudo in delictis an excuſet. 109.4.
Conſuetudo vicinorum locorum an attendenda. 133.11.
Conſuetudo an extendatur ad locum vnitum. 134.13.
Conſuetudo Louanienſis de apprehenſione mobilium. 474.13.
Conſuetudo non valet, quod ex veſtibus dominarum fiant caſulæ ſacrificantium. 207.5.
Conſuetudo ciuitatis an extendat ſe ad loca ſubiecta. 309.8.
Conſuetudo localis an extendatur. 313.3.
Conſuetudo & ſtatutum influunt in contractum. 329.3.
Contractus an & quatenus ſunt facti. 58.10.
Contra ius quæ fieri dicantur. 131.5. & 158.1.
Contra ius quæ fiunt ipſo iure nulla. ibid. 2.
Contractus inter coniuges an ſubſiſtat. 148.2.
Contrahens matrimonium an de facto amittat beneficium. 204.9.
Copulatiuæ dictionis quæ ſit natura. 280.5.

D.

Debitor an liberetur à mora, ſi pecunia iudicis authoritate arreſtetur. 113.6.
Debitor non cogitur ſtatim cum ſacco paratus venire. 117.4.
Debitor an & quando debeat accedere domum creditoris. 118.10.
Delegatio eſt vice ſolutionis. 321.2.
Delicti præſumptio vnde deſumatur. 318.2.
Delicti proprij agnitio magni momenti eſt. 333.1.
Denunciatio an & quando eſt de forma. 145.8.
Deus animum reſpicit etiam delicto non ſecuto. 29.3.
Dictio, Cum, *quando coniungat.* 179.6.
Dictum viri celebris ponderandum eſt. 142.2.
Dies quo pacto dicatur interpellare pro homine. 118.9.
Differentia inter electionem & poſtulationem. 5.16.
Diſcipulus ſi promiſit triennio operari apud Magiſtrum ſuum, an cogatur eo mortuo apud hæredem eius operari. 273.9.
Diſpoſitio an poßit eſſe partim fauorabilis. 82.9.
Diſpoſitio qualibet verbis & mente conſtat. 138.1.
Doctor expulſus de collegio, & poſtea reſtitutus, non recuperat priſtinum ſuum locum. 217.12.
Doctor conſulens in conſiliis deciſiuis non debet adijcere hanc clauſulam, Saluo meliore iudicio. 149.7.
Doctores & aduocati an ex conſilio teneantur. 251.9.
Dolus quomodo & ex quibus præſumatur. 238.1.
Doli allegatio eſt famoſa & odioſa. 283.1.
Dolus in hoſte. 297.8.
Domini an teneantur ex delicto famulorum. 107.12.
Dominij difficilis eſt probatio. 255.10.
Dominium an & quando ex contractu prohibito transferatur. 261.16.
Dotes vxorum an confiſcentur ob hæreſim maritorum. 104.4.& 127.4.
Dubitans an ſit bonæ fidei. 13.4.& 258.9.
Duobus pugnantibus quis præſumitur aggreſſor fuiſſe. 109.9.

E.

Ebrius an ſit puniendus. 108.2.
Electio quid ſit. 4.13.
Eleemſynæ vtilitas quanta ſit. 222.7.
Emphyteuſis vltra tempus permiſſum conceſſa, quatenus vitietur. 163.5.
Epiſcopus an & quando priuilegium concedere poßit. 84.3.

Epiſcopus vno eodemq́; tempore à Rege & à ſuo Archiepiſcopo vocatus, cui parere potius debeat. 115.16
Epiſcopus conferens beneficium indocto, qui ſe doctum eſſe dixerat, an poſſit illud ab eodem auferre. 217.23.
Euangelium in ſenſu potiſſimum eſt. 140.11.
Exceptiones contrariæ an conditionaliter ſint proponendæ, nec ne. 262.3.
Exceptionem malitioſe opponere differens, condemnatur in expenſas. ibid. 4.
Excommunicatio quàm periculoſa. 126.10.
Exorbitantia à iure quæ ſint. 131.6.
Ex conſilio non ſecuto delicto an quis puniatur. 241.13.
Excommunicatus an pro alio poſſit eſſe in iudicio. 268.1.

F.

Facere & promittere ſe facturum quomodo inter ſe differant. 57.8.
Facta ſunt infinita. 1.2.
Facto proprio contrauenire non licet. 99.2. & 258.9.
Facti aut iuris quæſtio quæ ſit. 262.6.
Fama hominis precioſa eſt. 336.1.
Fama bona aut mala quid ſit. ibid. 2.
Familiæ ſuæ factum dominis aliquando præſtat. 333.2.
Famulus per dominum ira commotum abire iuſſus, an ſimpliciter poſſit recedere, vel an volente domino manere cogatur. 116 18. & 201.3.
Fictio imitatur naturam. 59.13.
Fidiuſſor ſimpliciter acceptus, videtur in omnem cauſam fideiubere. 123.19.
Fides an hoſti ſeruanda ſit. 148.5. 274.1. & 294.1.
Filius ſolet eſſe ſimilis patri. 46.5.
Filius & monachus ſtudioſus an obligent patrem & Abbatem ex ſuo contractu in Academia inito. 169.2.
Forma libellandi contra eum, qui dolo deſijt poſſidere. 158.2.
Forma ſpecificè adimpleri debet 155.4.
Fornicatio an in neceſſitate mortis permiſſa ſit. 27.9.
Fraus & dolus an differant inter ſeſe. 250.5.
Fraudem legi facere, & contra legem facere quomodo differant. 339.3.
Furioſus puniri non debet. 108.1.
Furore correptus poſt ſententiam mortis, mori non debet durante furore. 139.7.

G.

GEneralia verba ſubtilibus ingeniis non concludunt. 312.1.
Generis & ſpeciei tractatio in iure eſt frequentiſſima. 151.1.
Gero verbum quomodo accipiatur. 51.2.

H.

HAbitus quid ſit. 1.1.
Hæredi quædam conceduntur, non etiam auctori eius. 77.4.
Hæres ne ex ſua quidem perſona venire poteſt contra factum defuncti. 99.3.
Hæredis appellatio quouſque ſe extendat. 190.8.
Hæres quando venire poteſt contra factum defuncti. 193.12.
Hæres an legatario ad vſuras teneatur. 244.6.
Homicidium an confiteri videatur, qui dicit ſe ad defenſionem ſuam aliquem occidiſſe. 256.4.
Hoſpitij famulus ſi vulneret hoſpitem, an dominus teneatur. 104.5.
Hoſtienſis de aduocato iudicium. 272.7.

I.

IGnorantia, error, dubitatio, quo pacto differant. 70.1.
Ignorantia facti quid ſit. 70.2.
Ignorantiæ præſumptio facilior eſt in minore & muliere. 195.1.
Ignorantia an probetur iuramento. 196.7.
Illuſtres perſonæ debent per alios litigare. 271.3.
Impedimentum probare debet, & quo pacto. 176.5.
Impedimentum probare non ſufficit, niſi etiam probetur, quod ceſſante illo factum quid fuiſſet. ibid. 6.
Impoſſibile an Latinè dicatur. 32.2.
Impoſſibile quid ſit. ibid. 3.
Impoſſibile de iure quid ſit. ibid. 4.
Impoſſibile perplexi quid ſit. 33.5.
Impoſſibile ex facto quid ſit. ibid. 6.
Incidens quæſtio quæ ſit. 326.6.
Inconſtantia & variatio in quolibet homine turpis eſt. 99.1. & 147.1.
Incontinenti quando fieri dicitur. 330.5.
Inducias frangenti frangere non decet. 148.6.
Indiuiduum quomodo dicatur. 165.11.
Indiciæ an violari poſſint. 297.7.
In dubio accipiendus eſt ſenſus, qui vitio caret. 855.3.
Infamia quotuplex ſit. 336.3.
Infamia facti quò refertur. ibid. 4.
Informari quando dicitur contractus. 330.6.
Initium ſpectari debet. 315.7.
Innocentiæ priuilegia multa. 109.6.
Inſtitutio quid ſit. 6.24.
Inſtrumentis duobus vna die confectis, vtrum præferatur. 262.1.
Interpellatio quotuplex ſit. 117.5.
Interpellatio Procuratori facta an debitori noceat. ibid. 6.
Interpellatio quo loco & tempore fieri debeat. ibid. 7.
Interpellatio vnica an ſufficiat, necnè. 118.8.
Interpretatio illa optima eſt, quæ cum iure communi maximè conuenit. 131.1.
Interpretatio in dubio accipienda eſt, vt actus valeat. 322.3.
Interrogationi criminoſæ an quis reſpondere cogatur. 147.8.
Inutile vnde cognoſcatur. 162.2.
Inuidorum qualis natura. 293.4.
Is qui tacet quando conſentire videatur. 183.5.
Iudex ſi nequit habere carnificem, poteſt alium ad exequendum cogere. 115.14.

Iudex iniquus quo pacto puniatur. 68.4.
Iudicium ex tribus perſonis conſtituitur. 61.1.
Iudicium quatuor modis ſubuertitur. 67. 3.
Iudici exequenti de facto an poßit reſiſti de facto. 124.6.
Iura partium quando dicantur obſcura. 62. 5.
Iuramentum quod ſit contra bonos mores. 231. 1.
Iuramentum quando dicatur illicitum. ibid.2.
Iuramentum contra bonos mores an ipſo iure ſit nullum. 232.4.
Iuramentum metu extortum, an egeat abſolutione. 235.8.
Iuramentum obligat nos Deo principaliter. 284.5.
Ius an & quo modo ſit finitum. 73.10.
Ius quomodo dicatur in cauſa eſſe poſitum. 62. 3.
Iuris poteſtas eſt circa ea, quæ ſunt iuris, non facti. 261.15.
Iuſiurandum per æquipollens non adimpletur. 296. 4.
Iuſſus, mandatum, authoritas, licentia, ratihabitio quomodo differant. 50.1.

L.

Laboratores an de vi teneantur. 288. 10.
Laboratores in agrum alterius contra ius miſſi an excuſentur. 112.5.
Laicus an Epiſcopus creari poßit. 7. 27.
Laicus hæres clerici an coram Iudice eccleſiaſtico conueniendus ſit. 190. 6.
Legatum ſub pœnâ pio loco relictum, an auferatur, ſi adminiſtratores illius loci non adimpleant onus annexum. 299. 4.
Leges quare dicantur arenarum telis eſſe ſimiles 39.1.
Leges Romanorum æquißimæ, & dignæ quas omnes ſequantur. 131.2.
Legem conuentionis accipere quid ſit. 330.3.
Legis latores multa conſultò omittunt. 40.2.& 131.4
Legis virtus & natura quæ ſit. 225.1.
Legitimè factum quid ſit. 290. 1.
Legitimatio filij naturalis non extenditur ad ſpurium. 313. 4.
Lex dura, quia ſcripta eſt, ſeruanda eſt. 19. 18.
Lex nihil fruſtra facit. 260.13.
Lex Pompeia de parricidis quando locum habet. 286.1.
Lex eſt non in verborum foliis, ſed in ſenſu. 340 7.
Liberorum verbum verificatur etiam in vno. 174. 5.
Licentiatus an non obſtante iuramento de non reiterando gradum, poßit alibi fieri denuo Licentiatus. 234.7.
Ligna antiqua eccleſiæ collapſæ an poßint vendi. 207. 4.
Locatio ad longum tempus an valeat ſaltem ad tempus permiſſum. 163.4.
Locupletari cum alterius iactura quis dicatur. 197. 1.
Locupletiorem alium factum eſſe quis probare teneatur. 197.2.
Locus argumentandi à ſpeciali. 293. 1.
Locutio generalis & effuſa eſt periculoſa. 228.1.
Locutio ſecreta in aurem, ſecuto delicto arguit mandatum. 287.4.
Loquens in aurem homicidæ ante homicidium, an illud ei mandaſſe præſumatur. 249.4.
Lucri ceſſantis an & quando habenda ſit ratio. 119.13

M.

Mala fides vnde colligatur. 15.9.
Mala fides ſuperueniens an vitiet præſcriptionem bona fide inchoatam. 16. 12.
Mala fides poſt completam præſcriptionem ſuperueniens an vitiet eamdem. ibid.13.
Mala promißio an à malè promiſſo differat. 274. 2.
Mandatum an præſumatur ex antiquitate temporis. 55. 4.
Mandati actio an generetur ex ratihabitione. 57.7.
Mandatum quando & in quibus caſibus præſumatur. 113.7.
Mandatum ſtrictè accipiendum. 186.7.
Mandatum quo pacto fiat. 286. 2.
Manus ſi alicui amputari debet, intelligitur de ſiniſtra. 138.5.
Mater & vxor quæ filium in adulterio genuit, quid faciet vt in conſcientia tuta eſſe poßit. 28.10.
Mater non poteſt exhæredare filium odio mariti. 103.2.
Mater ſoluens partem debitorum filij, non ideo tenetur reliqua debita ſoluere. 104. 3.
Medicus vel tutor ſemel aſſumptus à magiſtratu an poßit reprobari & deſtitui. 101.9.
Memoria puerorum cur ſit labilis. 75.11.
Mendacium lex vbique punit, & deteſtatur. 99.9.
Mendacij pœna quæ ſit. 241.6.
Merces licitæ an cum illicitis confiſcentur. 162.3.
Metus excuſat delictum & quomodo. 302.3.
Metus iuſtus quis ſit. 302.4.
Mißio in poſſeßionem beneficij per quem fiat. 6.26.
Modi varij perueniendi ad beneficia. 4.12.
Monachus ſtudioſus an obliget Abbatem ex ſuo contractu in Academia inito. 169. 2.
Monetariorum priuilegium ad quos extendatur. 43. 8.
Mora an ſit commiſſa, facti magis quàm iuris eſt quæſtio. 116. 1.
Mora quo pacto definiri poßit. 117.2.
Mora quomodo & in quibus dicatur eſſe nociua. 119. 11.
Moræ quando fieri dicatur. 241.1.
Mora quando ſit in re illiquida. 242. 3.
Moræ purgatio quando admittitur. 122. 18.
Moroſus comparatur ignauo militi, & negligenti ſponſo. 123.20.
Morti proximo an credatur, ſi indicat ſe læſum à Titio. 202.6.
Mulier nobilis. Vide *Nobilis mulier.*
Mulier prohibita gemmas gerere, an poſſit gerere gemmas fictitias. 81.6.
Mulieres dignæ ſunt miſeratione, & quare. 141. 12.
Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. 125.8.

N.

Naturalia contractus quæ ſunt. 331.10.
Neceßitatis quanta vis ſit in iure. 301.1.

Negotium

Negotium quot modis dicatur. 51. 3.
Nobilis mulier an debeat prior ſedeer in eccleſia. 215.3.
Nobiles quando grauius puniuntur quàm ignobiles. 248.12.
Nobilitas an amittatur per mercaturam. 272.4.
Nominatio quid ſit. 5. 18.
Non ſtare per aliquem, multis modis dicitur. 176.4.
Notarÿ ex ſuo formulari multa aſſuunt. 235. 9.
Nouatio quando fieri dicatur. 245. 9.
Nullitatis tres ſunt modi. 32.1.
Numerus ſingularis quando reſoluitur in pluralem. 174.7.
Nuncius ferens literas de homicidio committendo an puniatur. 287. 8.

O.

Obligatio an firmet ſe à tempore negotÿ geſti, an verò à tempore ratihabitionis. 55.5.
Obligatio an alteretur ex perſona hæredis. 190.5.
Obligatio an veniat ſub nomine venditionis. 214. 5.
Obſcuritas ſacrarum literarum vnde. 187. 11.
Odioſum reſcriptum quid. 79. 1.
Odioſum aut fauorabile quid ſit & vnde cognoſcatur. 81. 8.
Officium Iudicis quod ſit. 123. 1.
Officium Iudicis nobile quid. ibid. 2.
Officium Iudicis mercenarium quid. 124. 4.
Onus ſuum quiſque portabit. 103. 1.
Opinionem communem in dubio ſequi debemus. 138.6.

P.

Pacto an poßit fieri id, quod per legem fieri non poteſt. 127.5.
Papa an poßit diſpenſare cum monacho ducente vxorem. 207. 2.
Parentes plus terrentur in liberis quàm in ſe. 107.10.
Paria ſunt, actum facere, vel ei conſentire. 127. 2.
Paria ſunt, per importunitatem concedere, & coactè concedere. 130. 14.
Paria ſunt non excipere, & obſcurè excipere. 228.3.
Paria ſunt intelligere, vel intelligere debere. 241. 2.
Pars quid ſit. 308. 3.
Pars diuiſa & indiuiſa quæ ſit. 309.9.
Paterfamilias non excuſatur, qui malos domeſticos domi ſuæ alit. 72.6.
Pater dans filiæ claues, an videatur rem cuius cuſtodiæ claues ſeruiunt, ei donare. 80.2.
Patris mandatum an excuſet filium. 112.4.
Paterfamilias qui curam ſuorum non habet, iam fidem negauit. 105. 8.
Pater an iniuriarum agere poßit, quas filius remiſit. 229.8.
Pati quis debet quod ſibi non nocet & alteri prodeſt. 227.7.
Peccatum, crimen, delictum an differant. 25.2.
Peccati vis & turpitudo. 45. 1.
Perinde *verbum quomodo accipiatur.* 287. 5.
Perinde *an fictionem inducat.* ibid. 6.
Periuro ſemel, amplius non creditur. 45. 3.
Perſonæ illuſtres debent per alios litigare. 271. 3.
Perſuaſio doloſa plus eſt quàm violenta coactio. 130.13.
Peſtis tempore an ſolemnitates teſtandi ſint remiſſæ. 175.3.
Petrus Apoſtolus dilexit Ioannem. 293. 3.
Plerumque vt dicatur fieri, quid requiratur. 188. 14.
Pluralis numerus quando verificatur in ſingulari. 174.6.
Poculum abortionis porrigens an ſecutâ morte, homicidÿ reus ſit. 251. 11.
Pœna multiplicato delicto, augetur. 29. 1.
Pœnarum duplex genus. 106.9.
Pœna an ſemper ſit culpa adiuncta. 111.13.
Pœna quoties committi poßit. 215.8.
Pontifex an poßit à Germanis imperiũ ad alios transferre. 100. 7.
Poſitiones & articuli quomodo differant. 253. 2.
Poſſeßio eſt cauſa vſucapionis. 20.1.
Poſſeßio quid ſit. ibid. 2.
Poſſeßionum quot ſunt ſpecies. ibid. 3.
Poſſeßio an debeat eſſe continua. 21. 4.
Poſſeßio quomodo probabitur. ibid.6.
Poſſeßio antiquior præſumitur iuſtior. 215.6.
Poſſeßionis ingens eſt commodum. 262. 3.
Poßidere quis dicatur. 23. 5. & 159. 4. & 262. 4.
Poßidere & in poſſeßione eſſe, diuerſa ſunt. 159. 4.
Poßidere dolo, & poßidere culpa quo modo differant. 160.5.
Poſtulatio quid ſit. 4. 15.
Prælati eccleſiæ & Pontifices quàm variè electi fuerint 15.19.
Prælatus an poßit non acquirere eccleſiæ, quod ei offertur. 248.12.
Præſcriptio quibus modis interrumpatur. 21.5.
Præſentatio quid. 6. 22.
Præſumitur quis ſe velle legi conformare. 32.7.& 319.1.
Præſumptio delicti vnde deſumatur. 318. 2.
Præſumptionis effectus. 46.1.
Præſumptio an allegari debeat. 46.7.
Præſumptio legis habetur pro veritate alio non probato. 77.5.
Præſumptio iuris non eſt propriè probatio. 181. 1.
Præſumitur delictum mandaſſe fieri, qui dixit: Vade, non redeas, antequam aliquid noui audierim de te. 287.3.
Præſumptio iuris, quamdiu non conſtat de contrario, habetur pro veritate. 113. 8.
Præter ius quæ fiant. 131. 3.
Pretium an & quomodo ſuccedit loco rei. 324. 8.
Primogenitus inidoneus an ſit præferendus in regno fratri magis idoneo. 246.4.
Princeps quare non poßit venire contra contractum ſuum. 82. 2.
Princeps ex ſuo contractu quomodo obligetur. 100. 6.
Princeps præſumitur ex iuſta cauſa omnia facere. 155.11.
Princeps confirmans certa quædam priuilegia, videtur reliqua reprobaſſe. 132.8.
Principem maximè decet conſtantia. 83.8. & 148. 3.

Principis mandatum pro iuſſu eſt. 112. 2.
Princeps an poßit aliquem eximere à collectis. 223.10.
Princeps ſi non ſeruat fidem vaſallo, an vaſallus ei fidem ſeruare debeat. 295. 3.
Princeps an poßit auferre dominium rei alienæ. 305.2
Princeps quomodo contractu ſuo obliget ſubditos. 332.12.
Principis beneficium quando ſit latè interpretandum. 132.9.
Principale quid dicatur. 177. 1. & 3.
Prioritas probanda eſt ab eo, qui eam allegat. 225. 4.
Prioritas quomodo probari poßit. ibid. 5.
Prior in beneficio quando eſt potior. 216.7.
Prior in nomine an præferatur. 216. 7.
Prior in pignore quando præferatur. ibid.14.
Priuilegium vnde dicatur & quid ſit. 40. 3.
Priuilegiorum diuiſio. 41. 5.
Priuilegium conceſſum ſubditis per Principem, an poſſit reuocari. 82. 1.
Priuilegia Principis quædam ſunt perpetua, quædam verò non. 86.1.
Probationis ſpecies quot ſint. 62. 4.
Probare non conuenit quod probatum non releuat. 334. 6.
Procurator ſpecialis requiritur ad Matrimonium contrahendum. 270. 1.
Profeßio monachi an in totum vitietur, ſi per pactum aliqua bona ſibi reſeruare voluit. 201.6.
Prohibitio quibus caſibus non tollat actionem negotiorum geſtorum. 94. 3.
Promittens dare quemadmodum alij dant, & alij dant difformiter, ad quid teneatur. 138.2.
Promittens dare ſingulis Canonicis quid annuum non tenetur aucto numero Canonicorum plus dare. ibid.4.
Promißio tacitè ſe extendit ad hæredem, licet non exprimatur. 190. 9.
Promißio citharœdi de ludendo ante feneſtras puellæ, an obliget. 232.3.
Promißionis verbum quomodo accipiatur. 275. 3.
Promotus in celebri Academia præſumitur doctus 216.9.
Prouiſio quid ſit. 5.17.
Proxeneta an obligetur ex conſilio. 250. 8.
Publicianæ actionis natura quæ ſit. 285. 6.
Punitus in vno foro an poßit adhuc in altero foro puniri. 323. 7.

Q.

QVæſtio incidens quæ ſit. 326. 6.
Qualitatem ſuam quis probare debet. 254. 7.
Quicquid eſt in territorio, præſumitur eſſe de territorio. 308.5.

R.

RAtihabitio quomodo fiat. 54.3.
Ratihabitio & mandatum quomodo differant. 56.6.
Ratihabitio poteſt etiam fieri per abſentem. 58. 11.
Ratihabitio intra quod tempus fieri debeat. 60. 15.
Ratihabitio in quibus nihil operetur. 61.17.
Ratihabitionis ſummaria quædam traditio. ibid. 16.
Ratio & mens legis lex eſt. 325. 1.
Ratum habere quid ſit. 54. 2.
Rectores prouinciæ quare in prouincia vxores ducere non poterant. 261. 14.
Reductio redituum ad legitimum modum. 164.8.
Regula, Si non valet vt ago, &c. quomodo accipienda ſit. 257. 6.
Rei appellatio generalis eſt. 64.1.
Rei vendicationem inſtituens duo probare debet. 94.1.
Relictum poſt mortem hæredum, non debetur poſt mortem vnius pro rata. 172. 1.
Religioſis inuitis an auſterior regula indici poßit, quam ſunt profeſſæ. 94.6.
Remißio delicti facta à principe, non tollit ius partis. 25.3.& 115.12.
Reſcriptum odioſum quod eſt. 79.1.
Res quot modis ad nos pertinere dicatur. 94.2.
Res maior vel minor quot modis dicatur. 211.1.
Reſortus quid ſit. 309. 3.
Reus malitioſè differens exceptionem in finem, condemnatur in expenſas. 229. 4.
Rogandi verba in reſcriptis Principum vim præcepti habent. 112.3.
Ruſticus de culpa tenetur, qui falconibus carnes ſalſas porrexit, vnde mortui ſunt. 94. 4.
Ruſtici compelluntur victualia ſua in ciuitatem deferre, & illic diſtrahere. 137. 7.

S.

SAcerdos dum celebrat, à latrone aggreſſus, an poßit eum intermiſſo Sacrificio occidere. 87. 2.
Sacrilegiū à Deo ſemper grauißime fuit panitū. 207.1
Salarium profeſſorum pro toto anno debetur hæredibus eorum. 222. 6.
Scholaris inuito ſocio inhoneſtam puellam in cubiculum commune inducere non poteſt, & minùs eam retinere. 135. 1.
Scholaris an poßit inuito ſocio, alteri cubiculum locare. 145.1.& 255.1.
Scholaris an habeatur loco ciuium. 246. 3.
Scholaris à patre vocatus domum an non obſtante iuramento, de non recedendo, abire poßit. 375.5.
Sciens æquiparatur renuncianti. 127.1.
Scire quis propriè dicatur. 195.3.
Scire & ſcire debere, ſunt paria. 319.5.
Secretá patrimonij propaláre durum eſt. 273.8.
Semel tantum facta lex ponderat. 45.4.
Senectuti ſemper fuit habitus ſuus honor. 214. 1.
Sententia inter alios lata, an alijs proſit. 288. 11.
Socius an inuito ſocio poßit nouum opus facere. 225.2.
Socij confeßio an inducat iudicium. 289.9.
Spoliatus quando non reſtituitur ante omnia. 240. 5.
Spurius an hæreditatis capax ſit. 326. 3.
Statutum & lex æquiparantur. 319. 4.
Statutum prohibens exceptionem, quomodo ſit intelligendum. 256. 3.
Statutorū verba accipi debent cū effectu iuris. 257.7.
Stipulationum diuiſio. 117. 3.
Studioſis cur priuilegiū nominationis cōceſſum ſit. 5.20

Studioſi

Studioſi an gaudeant priuilegijs ciuium. 82.10.
Studentis diligentia & acumine tempus requiſitum penſatur. 196.5.
Studioſus non obſtante iuramento à patre domum reuocari poteſt: itē Clericus ab Epiſcopo. 235.11.& 275.5.
Subſtantialia contractus quæ ſint. 331.9.
Subſtitutus non admittitur vbi eſt electa induſtria perſonæ. 3.9.
Succeßio quotuplex ſit. 76.1.
Succeſſor an cogatur locationi factæ per prædeceßorem. ibid.2.
Succeſſor quis propriè dicatur. 189.2.
Succeßio quo referatur. 189.1.
Succeſſor ſingularis quis. 189.3.
Succeſſor vniuerſalis quis. 189.4.

T.

Taciturnitas quibus caſibus ſit pro contradictione. 183.6.
Taciti & expreßi quando eſt eadem ratio. 318.12.
Tempus neq; inducit neq; aufert obligationem. 19.19.
Teſtator præſumitur tam parum hæredem grauare velle, quàm poßit. 157.7.
Teſtes ex ſuperabundanti recepti, ex capite inhabilitatis reijci non poſſunt. 164.7.
Teſtes deponentes de bona vita alicuius, licet pauci, præferuntur multis deponentibus de mala vita ſeu fama. 186.4.
Teſtis etiam non omnino idoneus fidem meretur ſi deponat veriſimilia. ibid.5.
Teſtis inimici reconciliatio an confirmet eius dictum. 256.4.
Teſtis qualitas conſideratur tempore depoſitionis. 337.6.
Titulus quid ſit. 12.1.
Titulum poſſeßionis ſuæ quando quis oſtendere cogatur. 14.8.
Totum approbari, aut totum reprobari debet. 167.2.
Totum quid ſit. 308.1.
Totum quotuplex ſit. ibid.2.
Tranſactio ſuper crimine, quando inducat tacitam confeßionem. 255.8.
Tutor ān pecuniā pupilli eâ lege ad reditum annuum dare poßit, vt debitor eam pupillo adulto reddat. 268.4.
Tutoribus ſunt agendæ gratiæ à pupillis. 298.1.

V.

Vaſallus duob. de principatu contendentibus cui præſtet iuramentum fidelitatis. 262.2.
Venari præſumitur clericus cauſâ exercitij tantū. 201.2.
Veniam petens an crimen fateri videatur. 253.3.
Verba impropriantur ne actus pereat. 186.9.
Verba vbi deficiunt, deficit ipſa lex. ibid.8.
Veritas in legibus non eſt abſcondita, licet ſubinde ſit obſcura. 141.13.
Vicini an & quando præſumātur ſcire facta vicini. 196.9
Vidua alteri nubens dicitur triſtiorem reddere animam mariti. 128.6.
Vnio beneficiorum ſeu Eccleſ. quomodo fieri poßit. 150.10.
Virginitatem ſeruare res eſt minimè impoß. 98.14.
Voluntas an non ſecuto effectu puniatur. 259.11.
Voluntas legis quomodo dicitur eſſe certa. 338.1.
Vſura etiam pro pia cauſa eſt iniuſta. 268.3.
Vſurarum pernicies. 25.1.
Vſurariorū cadauera à ſacris locis abijcienda. ibid.4.
Vſuras non deberi niſi per ſtipulationem, quomodo accipiendum. 120 14.
Vſusfructus quotuplex. 306.6.
Vtilitas regularum quanta. 1.3.
Vxori ſuperſtiti an debeatur Louanij vſusfr. in bonis mariti defuncti fideicommiſſo ſubiectis. 308.6.
Vxores à viris, non econtrà, defendi debent. 522.3.
Vxores cur in prouincias duci non poterant. 107.11.
Vxorum dos. Vide *Dotes vxorum.*

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM VERBORVMQVE
Quæ in hoc Tractatu
DE
CONTINENTIA CLERICORVM
Continentur.

Prior numerus Paginam, poſterior verò numerum marginalem deſignat.

A.

Abrahæ concubinam habere cur licuerit. 383.18.
Æquitas rigori præfertur. 382.10.
Animi declaratrix proteſtatio. 380.5.
Approbare & permittere diuerſa ſunt. 381.3.
Audacia Concubinarum quanta. 386.12.

C.

Canones aliter quàm leges concubinam accipiunt. 380.1.
Canones imitantur leges. 382.8.
Caſtitas Elephantis quæ. 383.14.
Claudiani dictum notabile. 387.20.
Coitus omnis præter vxorium eſt reprobatus. 381.2.
Communicantem quid deceat. 386.11.
Concubinæ appellatione quid de iure Canonum veniat. 380.2.
Quiduè de iurè ciuili. ibid.3.
Concubinam facit ſola animi deſtinatio. 380.4.
Concubinam habere cur Abrahæ licuerit. 383.18.
Concubinam Leges aliter, aliter Canones accipiunt. 380.1.
Concubinarum audacia quanta. 386.12.
Concubinatus an ſit licitus. 381.1.
Concubinatus in Sacerdote præcipuè reprobatus, & quare. 385.8.
Concubinatus quantum malum Reipubl. Chriſtianæ inferat. 386.13.
Conſilium Epicteti contra libidinem. 382.12.
Copula omnis, matrimonali exceptâ, eſt illicita. 380.7.

D.

Delicta maiorum ſæpè nocent. 387.15.
Dictum Claudiani notabile. 387.20.
Dies quando incipiat. 382.9.

E.

Effectus Orationis. 382.13.
Epicteti conſilium contra libidinem. 382.11.
Error Regis Solomonis. 388.3.
Ex duobus malis minus eligendum. 381.4.

F.

Familiaritas nimia vitanda. 388.2.
Fides M. Attilij Reguli Romani. 386.10.

H.

Hiſpanorum Sacerdotum laus. 388.5.
Hominis vitium non eſt ordinis. 387.19.

I.

Incontinentia cuidam ſubitam perniciem attulit. 385.7.
Infortunium Samſonis. 388.4.
Innocentij laus. 387.18.
Iura Naturæ quo pacto ſint incommutabilia. 383.16.

L.

Laici Clericis infeſti. 387.17.
Laus Innocentij. 387.18.
Laus Sacerdotum Hiſpanorum. 388.5.
Lex odit ex concubina natos. 381.7.
Leges imitantur Canones. 382.8.
Leges aliter, aliter Canones concubinam accipiunt. 380.1.
Libido ſobrietate domatur. 382.11.
Lumen Mundi quinam dicantur. 387.14.
Lupanaria quare permiſſa. 381.5.
Lutherus, eiuſq; continentia. 383.15.

M.

Maiorum delicta ſæpè nocent. 387.15.
Matrimonium vbi inſtitutum. 383.17.
M. Attilij Reguli Romani fides. 386.10.
Mundi lumen Sacerdotes dicuntur. 387.14.

N.

Naturæ iura quo pacto incommutabilia ſint. 387.14.

O. Orati-

O.

ORationis effectus. 382.13.
Ordinum varietas vnde in Eccleſia. 385.4.

P.

PErmittere & approbare differunt. 381.
Prælatorum de manibus ſanguis ſubditorum requiretur. 387.16.
Presbyteri conſtituti ſunt in locum 72. Chriſti diſcipulorum. 385.3.
Proteſtatio animi declaratrix. 380.5.

Q.

QVidam ſubitò perijt ob Incontinentiam. 385.7.

R.

REipublicæ Chriſtianæ quid mali Concubinatus inferat. 386.13.
Rigori præfertur æquitas. 382.10.

S.

SAcerdotis nomine an Subdiaconus hic contineatur. 388.2.
Sacerdotis ſacrificantis ad vocem cæli aperiuntur. 385.5.
Sacerdotes lumen mundi dicuntur. 387.14.
Sacerdotes priſci temporis certo tempore abſtinebant. 385.6.
Sacerdotes quarum mulierum famulitio vtantur. 388.1.
Sacerdotum Hiſpanorum laus. 388.5.
Sacerdotibus ab vxoribus ſemper abſtinendum. 384.1.
Sacerdotij origo. 385.2.
Salomonis Regis error. 388.3.
Sampſonis infortunium. 388.4.
Sanguis ſubditorum de manu Prælatorum requiretur. 387.16.
Sobrietas libidinem domat. 382.11.
Subdiaconus continere debet. 388.1.
Subdiaconus vtrum Sacerdotis nomine hic contineatur. 388.2.
Subditorum ſanguis. Vide Sanguis.

V.

VArietas Ordinum. Vide Ordinum varietas.
Veteres quanti vota fecerint. 385.9.
Vitium hominis non eſt vitium Ordinis. 387.19.
Vota in quanta æſtimatione apud Veteres fuerint. 386.9.
Vſurarij quare tolerentur. 381.6.
Vxor vnica ſola viro ducenda. 380.6.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Quæ in hoc opere
DE
REPARANDIS ECCLESIIS

Continentur, locupletiſſimus.

Prior numerus Paginam, ſecundus verò numerum marginalem inſinuat.

A.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. 408.4.
Actio perſonalis quando detur contra ſingularem ſucceſſorem. 414.5.
Actio popularis quæ ſit. 420.3.
Actio ſemel extincta, ampliùs non reuiuiſcit. 428.2.
Actus qui fieri nequit ſine conſenſu Principis, deſtructus refici poteſt ſine eius conſenſu. 427.3.
Altare eſt ſedes Corporis Domini. 431.2.
Altaria reconſecrantur. ibid. 4.
Altaris reconſecratio quando neceſſaria. ibid. 6.
Altaris ſigillum quid. 432.7.
Altaribus reliquiæ Sanctorum cur apponantur: ibid. 8.
Altarium denſor Iulianus pro pacto punitus fuerit. 431.3.
Altarium conſecratio. Vide *Conſecratio.*
Altarium olim diuerſitas. 434.2.
Altaria cur hodie ſint lapidea. 435.4.
Altaria olim in Eccleſia fuiſſe plura. 433.2.
Altaria quando deſtrui poſſint. 434.5.
Ampliatio Eccleſiæ. Vide *Eccleſiæ* vel *Templi ampliatio.* 414.5.
Apoſtoli cuiuſcunque altaribus veteres vtebantur. 435.6.
Appellare licet ab iniquâ taxatione. 406.5.
Appellari an poſſit à ſententia lata in cauſa reparationis Eccleſiæ. 424.1.
Appellatione remotâ. Vide *Clauſula*, appellatione remotâ.
Arbores Eccleſiæ an ad illius reparationem applicari debeant. 411.2.
Arbores grandes quis excidere non poſſit. ibid. 1.
Arreſta varia Galliæ contra negligentes reparationem Eccleſiæ. 422.3.
Arreſtari an poſſint decimæ aut fructus pro Eccleſiæ reparatione. 422.1.

B.

Beneficium datur propter officium. 419.2.
Bona Eccleſiæ ex quibus vendi queant. 417.4.
Bona Eccleſiæ inter quos diuidantur. 410.1.
Bona Prælati an ſint tacitè hypothecata. 398.3.

C.

Calices ſacri quales eſſe debeant. 435.5.
Calix ſi ſit legatus Eccleſiæ, qualis eſſe debeat. 395.3.
Capellæ an teneantur ad reparationem Eccleſiæ. 417.1.
Campanæ quot eſſe debeant in Eccleſia. 409.4.
Cancelli quid ſint. 408.1.
Canonici quando ad reparationem Eccleſiæ teneantur. 414.1.
Caſtrum ſi ex ſtatuto fieri non poteſt, reparari tamen poteſt. 428.3.
Cauſa Eccleſiæ reparandæ eſt pia & popularis. 420.1.
Cautio certior eſt in rem, quàm in perſonam. 398.1.
Cereorum antiquus in Eccleſia vſus. 436.6.
Citatio in omni actu præiudiciali eſt neceſſaria. 411.1.
Ciuitas an habeat ius hypothecæ. 398.2.
Ciuitas quæ non poteſt hoſti reſiſtere, ex deditione in nullum crimen apud ſuum Principem incidit. 402.9.
Ciuitas ſi cum hoſte paciſcatur cui reſiſtere non poteſt, an Clerici contribuant. 404.5.
Clauſula appellatione remotâ, *quid operetur.* 424.2.
Clericus criminoſus & concubinarius an fructus beneficij bonâ conſcientiâ percipiat. 419.1.
Clerici diœceſani an ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis teneantur. 417.5.
Clerici quando ad reparationem Eccleſiæ teneantur. 414.1.

Collecta

Collecta & gabella an ſolui debeat ab eo quod Eccleſiæ relictum eſt. 426. 3.
Collecta quo modo imponatur. 406. 2.
Collectarum taxatores quales eſſe oporteat. 406. 3.
Concluſio quo pacto capiatur contra negligentem reparare Eccleſiam. 423. 6.
Concubinarij an ad certam pœnam condemnari poßint. 449. 3.
Conditio dotium duarum. Vide *Dotium duarum conditio.*
Conſecratio Eccleſiarum & altarium apud Latinos & Græcos ſemper fuit. 430. 3.
Conſentire videtur, qui ad delicta conniuet. 401. 4.
Conſtitutio Concil. Tridentini de reparatione Capellarum. 418. 3.
Contributio fit ab omnibus, quando nauis ad tempeſtatem exoneratur. 403. 2.
Correctio legum eſt euitanda. 399. 2.
Conſuetudo probari debet, & quomodo. 404. 3. & 4.
Conſuetudo requirit actus conformes. 405. 5.
Conſuetudo non inducitur ex actu metu geſto. 405. 6.
Conſuetudo vicinorum locorum, quando attendatur. 405. 7.
Conſuetudo & ſtatutum an idem poßint. 417. 3.
Crucis veneratio quanta ſit. 392. 4.

D.

Damni illati reſtitutio ex iure diuino, naturali, ciuili eſt. 397. 1.
Decimæ ad quos vſus applicandæ ſint. 410. 2.
Decimæ an arreſtari poßint pro Eccleſiæ reparatione. 422. 1.
Decimæ an ſint tacitè obligatæ pro reparatione Eccleſiæ. 412. 1.
Dei virtus eſt in loco ſacro. 429. 2.
Deploratio huius temporis. 392. 1.
Domicilij tranſlatio an liberet à ſolutione collectæ, aut à reparatione Eccleſiæ. 406. 6.
Donatio quando præſumitur. 411. 3.
Dotium duarum conditio æqualis eſt, niſi altera tempore præcedat. 400. 4.

E.

Eccleſia an præferatur Prælati creditoribus. 413. 5.
Eccleſia ædificari non debet de rebus malè partis. 418. 3.
Eccleſia, dos, piæ cauſæ æquiparantur. 399. 3.
Eccleſia filialis an teneatur ad reparationem matricis. 408. 2.
Eccleſia polluta expenſis polluentis reconciliatur. 397. 2
Eccleſia diues tenetur alere pauperes clericos. 415. 7.
Eccleſia diuiſa ſuo iure proprio vtitur. 408. 3.
Eccleſia deſtructa & renouata an ſit eadem, & an retineat iura vetera. 429. 4
Eccleſia eſt communis domus omnium. 420. 4.
Eccleſia quæ ex negligentia Prælati læſa eſt, contra eum agere poteſt. 401. 1.
Eccleſiæ ædificandæ cura ad Epiſcopum pertinet. 427. 1
Eccleſiæ antiqua ornamenta, ligna, &c. in quem vſum applicentur. 424. 1. 2.
Eccleſiæ bona quibus de cauſis vendi poßint. 417. 4.
Eccleſiæ reconſecratio quando eſt neceſſaria. 429. 3.
Eccleſiæ reditus & bona inter quos diuidantur. 410. 1.
Eccleſiæ Prælati. Vide *Prælati.*
Eccleſiæ reparandæ cauſa eſt pia & popularis. 420. 1.
Eccleſiaſticus Iudex cognoſcit contra laicos de pia cauſa. 421. 1.
Eccleſiæ reparatio an eodem planè modo fieri debeat, quo antè fuit. 394. 2.
Eccleſiæ turres quando poßint muniri à ciuibus contra hoſtes. 403. 1.
Eccleſiæ rector ad quam curam teneatur in Eccleſiarum reparatione. 405. 8.
Eccleſiarum & altarium conſecratio apud Latinos & Græcos ſemper fuit. 430. 1.
Eleëmoſyna an ſit in præcepto. 419. 10.
Eleëmoſyna ex re aliena fieri non debet. 418. 2.
Epiſcopus an malè ablata, incerta, poßit conuertere in reparationem Eccleſiæ. 418. 1.
Epiſcopus an poßit dare partem fructuum Monaſterio conſtruendo. 419. 8.
Epiſcopus an poßit rem Eccleſiæ alteri adijcere 417. 2.
Exemplum horribile de Eccleſia ex rapinis fundata. 418. 4.
Exempla iræ diuinæ in ſpoliatores Eccleſiarum. 397. 4.
Exempla Regum, qui à ſpoliatione templi abſtinuerunt, aut ex his ablata reſtituerunt. 397. 3.
Exercitu occupante vnius ruſtici prædium, eoq́; illud nimiùm onerante, & alia omittente, an vicini ad reparationem vel contributionem teneantur. 404. 4.

F.

Fabricæ legatum an ad emptionem ornamentorum Eccleſiæ applicari poßit. 425. 1.
Facienda mala non ſunt, vt eueniant bona. 418. 5.
Fiſcus quando acquirat jus ad bona delinquentis. 400. 6.
Fiſcus quando habeatur loco hæredis. 400. 7.
Fiſcus quando poſtponatur priuato. 400. 8.
Forenſes an ad reparationem pontium, murorum & Eccleſiarum teneantur. 407. 3.
Forenſes an ad reparationem Campanarum teneantur. 407. 5.
Forenſis an per ſtatutum aut priuilegium ad collectam vrgeri poßint. 407. 6.
Fulmina ſæpè ſolent tangere loca polluta. 431. 5.

G.

Gabella an ſolui debeat de eo quod ad reparationem Eccleſiæ relictum eſt. 426. 3.

H

HÆres Prælati tenetur ad omiſſam reparationem. 412.3.
Hæres quomodo ex delicto defuncti conueniatur. 412.4.
Hæretici ſacræ Scripturæ verba ſemper cauiliantur. 433.1.
Hæretici textum Iuris Ciuilis corrumpunt. 392.3.
Homicidij remiſſio pacem offenſorum præſupponit. 401.4.

I.

IMpoſſibile neminem obligat. 402.8.
Incendio vrgente, an vicini teneantur ad reſtitutionem damni, quando illi, ne ignis ad ſe permigret, domum vicini diruerunt. 403.3.
Iræ diuinæ exemplo in Eccleſiarum ſpoliatores. 398.4.
Iudæi an poſsint habere Synagogas. 427.2.
Iudex an ex officio quid poſſit circa reparationem Eccleſiæ. 420.6.
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit contra laicos de pia cauſa. 421.1.
Iudicandum in dubio pro dote & Eccleſia. 400.5.
Iulianus deriſor altarium quo pacto punitus ſit. 431.3.
Ius Canonicum ſeruatur in vtroque foro in rebus pijs. 399.4.

L.

LAici in neceſſitate Euchariſtiam ferre poſſunt. 437.5.
Laici inter Sacerdotes ſedere non debent. 436.1.
Laici non poſſunt Clericis collectam imponere ſuo iure. 414.4.
Legatus ſi ſit Calix Eccleſiæ, qualis eſſe debeat. 395.3.
Legatum fabricæ an ad emptionem ornamentorum Eccleſiæ applicari poſſit. 425.1.
Legatum in vnum vſum, in alium conuerti non debet. 418.6.
Legatum ad vſum pauperum an poſſit conuerti in refectionem Eccleſiæ. 426.2.
Legatum in vſum reparationis Eccleſiæ, quo pacto diſtribuatur, ſi Eccleſia reparari vetetur. 427.4.
in Legatis verba ſunt ſtrictè accipienda. 396.1.
Ligna & tigna Eccleſiæ in quem vſum applicentur. 425.2.

M.

MAgiſtratus negligens quo pacto puniatur. 401.5.
Magiſtratus an potuit reſiſtere necne, pertinet ad officium boni uiri dijudicare. 403.10.
Mala non ſunt facienda vt ſequantur bona. 418.5.
Metus & vis quando excuſent. 402.7.
Miracula quædam de his, qui olim ſacram Euchariſtiam contrectabant. 437.4.
Miſſæ cur nunc ſint plures quàm olim. 434.4.
Miſſas an plures vno die fieri expediat. 433.3.
Moniales ſacra non tangunt. 436.2.
Mors Sanctorum eſt pretioſa in conſpectu Domini. 433.1.
Mulieres quare ſint priuilegiatæ. 399.1.

N.

Nauis Eccleſiæ quid ſit. 409.3.

O.

ONus reparandi Eccleſiam, an ſit perſonale, an reale. 407.4.
Ornamenta Eccleſiæ an debeant dari multiplicia. 409.5.
Ornamenta an debeant refici, & dari pretioſa. 409.6.
Ornamenta antiqua Eccleſiæ, in quem vſum transferenda ſint. 424.1.
Ornamenta Eccleſiæ dare debet, qui eam debet reparare. 414.2.

P.

PArochia an poſſit diuidi. 408.1.
Parochiani an ex conſuetudine teneri poſſint ad oblationem. 404.1.
Parochiani quo modo contribuant ad reparationem Eccleſiæ. 406.1.
Patronus an amiſsâ priore dote, aliam dare debeat. 417.2.
Patronus Capellam dotare an teneatur. 417.1.
Patronus negligendo ius ſuum, illud amittit. 428.1.
Patrum zelus contra eos, qui templa & res ſacras violabant 402.6.
Paupertas Epiſcopi præfertur paupertati Eccleſiæ. 415.6.
Pauperes clericos alere diues Eccleſia tenetur. 415.7.
Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. 400.1.
Penſio eccleſiaſtica an ſit beneficium. 415.1.
Penſionarius an teneatur ad charitatiuum ſubſidium, & reparationem ciuitatis. 415.3.
Penſionarius an teneatur ad decimas Papales. 415.2.
Penſionarius an teneatur ad reparationem Eccleſiæ. 415.4.
Peritis in arte creditur de reparatione. 411.5.
Pontium refectio ad quos pertineat. 404.2.
Populus debet Sacerdotibus exhibere aliementa. 416.2.
Populus quando tenetur de Iure Communi ad reparationem Eccleſiæ. 416.1.
Populi zelus ad reparationem Eccleſiæ quis olim fuit. 416.3.
Prædia an ſint tacitè obligata pro collectis. ibid.2.
Prædia regulantur ſecundùm conſuetudinē loci. 407.1.
Prælatus an poſſit non agere contra ſpoliatorē. 420.5.
Prælatus æquiparatur Vſufructuario. 395.4.
Prælatus ſi non reparet Eccleſiam, ex illius bonis reparatio fieri debet. 412.1.
Prælatus quantum conferat ad reparationem ex fructibus,

ſtibus, aut decimis Eccleſiæ. 410.3.
Prælati bona ſint tacitè hypothecata. 398.3.
Prælati Eccleſiæ non debent luxuriari. 395.4. 415.8.
Prælati hæres tenetur ad omiſſam reparationem. 412.3
Præſcriptio quid requirat. 410.1.
Præſcriptio & conſuetudo an differant. 410.2.
Princeps rem alterius quando auferre poßit. 401.5.
Principis intentio præſumitur eſſe talis, qualis Iure eſſe debet. 400.2.
Principis officium intendi debet circa reparationes Eccleſiæ. 421.2.
Principis reſcripta ſunt accipienda ſine alterius præiudicio. 401.3.
Proceſſus an fiat executiuè, & ſummariè in cauſa reparationis Eccleſiæ. 424.2.
Publica ſalus in ſacris conſiſtit. 420.2.
Punitio eorum, qui olim Arcam tetigerunt. 436.3.

R.

Ratio ſcribendi hunc Tractatum, quæ fuerit. 394.7.
Reconſecratio Eccleſiæ quando eſt neceſſaria. 429.3.
Rector Eccleſiæ ad quam curam teneatur in reparatione Eccleſiarum. 405.8.
Rectores piorum locorũ negligentes puniuntur. 401.2.
Reditus & bona Eccleſiæ inter quos diuidantur. 410.1.
Refectio pontium ad quos pertineat. 404.2.
Reficiendi & reparandi verbum quo pacto accipiatur. 349.1.
Regibus Sacramentorum defendendorum cura eſſe debet. 401.3.
Regum exempla, qui à ſpoliatione Templi abſtinuerunt, aut ex his ablata reſtituerunt. 397.3.
Religio contempta quo pacto ſe ipſam vlta ſit apud Gentiles. 393.5.
Reliquiæ Sanctorũ cur altaribus apponantur. 432.8.
Remißio homicidij præſupponit pacẽ offenſorum 401.4.
Renuncians vſui Eccleſiæ an liberetur à reparatione. 416.4.
Reparatio Eccleſiæ an eodem planè modo fieri debeat, quo antè fuit. 394.2.
Reparatio non debet fieri de putridis legnis. 411.6.
Reſcripta Principis ſunt accipienda ſine alterius præiudicio. 401.3.
Reſtitutio damni illati ex Iure Diuino, Naturali, & Ciuili eſt. 397.1.
Rex quare poßit ſe immiſcere de reparatione Eccleſiæ. 422.4.

S.

Sacerdoti conuenit ornare templũ Domini. 414.3.
Sacerdotium Chriſti eſt æternum. 429.1.
Sacerdos inuaſus in Eccleſia poteſt aggreſſorem ſuum occidere, & nihilominus deinde Sacrificium peragere. 433.2.
Sacra quâ veneratione ſint tractanda. 392.2.
Sacramentorum defendendorum cura debet eſſe Regibus. 401.3.
Sacrilegis quàm varia ſupplicia fuerint à Deo iniuncta. 393.6.
Salus publica in Sacris conſiſtit. 420.2.
Sanctorum mors. Vide Mors Sanctorum.
Sanctorũ reliquiæ cur Altaribus opponantur. 432.8.
Sigillum Altaris quid ſit. 432.7.
Socius reparans rem communem, quando repetat ſumptus 411.4.
Spoliatores Eccleſiarum quomodo à Deo puniti fuerint. 398.4.
Spoliatus quando ante omnia reſtituitur. 423.7.
Statutum & conſuetudo an idem poßint. 417.3.
Succeſſor an teneatur ad ſolutionem decurſæ penſionis. 413.2.
Succeſſor in dignitate an teneatur ad Eccleſiæ reparationem. 413.4.
Succeßor in Eccleſia cenſetur vt hæres. 413.1.
Succeſſor quando teneatur ſtare locationi prædeceſſoris. 413.3.
contra Succeßorem ſingularem quando detur actio perſonalis. 414.5.
Supplicia Sacrilegorum quàm varia fuerint à Deo iniuncta. 393.6.

T.

Taxatio pro reparatione facienda de quibus fructibus beneficij fieri debeat. 415.5.
Taxatores Collectarum quales eſſe oporteat. 406.3.
Taxatores iniqui quâ ratione puniantur. 406.4.
Templi ampliatio quando eſt permiſſa. 395.5.
Templorum apud veteres variæ figuræ. 434.1.
Tigna Eccleſiæ in quem vſum applicentur. 425.2.
Translatio domicilij an liberet à ſolutione Collectæ, aut à reparatione Eccleſiæ. 406.6.
Turres Eccleſiæ quando poßint muniri à Ciuibus contra hoſtes. 403.1.

V.

Vaſa Eccleſiæ debent eſſe munda. 409.7.
Veneratio Crucis. Vide Crucis veneratio.
Verba in Legatis ſunt ſtrictè accipienda. 396.1.
Verba ſunt accipienda ſecundùm communem vſum loquendi. 408.2.
Veſtimenta Eccleſiæ debent eſſe munda. 409.7.
Vicinus renuncians vſui communis putei, an liberetur à reparatione eius. 416.5.
Vniuerſitas an poßit excommunicari. 423.4.
Vſufructuarius an arbores mortuas lucretur. 425.3.
Vſufructuarius an poßit proprietatem meliorem facere. 396.1.
Vſufructuarius vocandus eſt quando circa proprietatem aliquid innouatur. 411.2.

Z.

Zelus Patrum contra eos qui Templa & res ſacras violabant. 402.6.
Zelus populi ad reparationem Eccleſiæ quis olim fuerit. 416.3.

FINIS.

INDEX

RERVM ET VERBORVM

Quæ in hoc Tractatu

DE AMORTIZATIONE BONORVM

Continentur, locupletiſſimus.

Prior numerus Paginam, poſterior verò numerum marginalem deſignat.

A.

Actio vtilis an Donatario competat ex pacto Donatoris. 464. 3.
Actus non egreditur intentionem agentium. 474. 2.
Æſtimatio rerum immobilium FF. Minoribus relictorum an debeatur. 447. 1.
Agens hypothecariâ quid probare debeat. 464. 1.
Amortizare an poſſit Prorex, Tutor aut Curator Principis. &c. 467. 1. & 469. 4. & 5.
Amortizare Princeps an poſſit ſine licentia domini inferioris. 468. 2.
Amortizari an reditus debeant. 480. 1.
Amortizatio an neceſſaria, quando vna Eccleſia transfert in aliam. 480. 2.
Amortizationis defectus à quocumque deferri poteſt. 479. 3.
Amortizationis ius an præſcriptionem contra Principem admittat. 481. 3.
Amortizationis quæ iura. 476. 1.
Amortizationis ratio. 445. 4.
Amortizationem non rectè P. Iacobi adiuuationem vocat. 440. 1.
Antiquitas temporis facit præſumi omnia legitimè eſſe facta. 473. 1.
Antiquum tempus quod ſit. 474. 2.

B.

Beneficij poſſeſſio, bullis non expeditis, ſub ſola ſignatura accipi an poſſit. 471. 2.
Bonifacij VIII. conſtitutiones an rectè in Gallia non receptæ. 442. 2.
Bonorum omnium ſuorum catalogum Eccleſiaſtici Principi quandoque exhibent. 479. 1.

C.

Caroli II. Siculi, aliorumq́ de amortizatione Conſtitutio. 442. 1.
Catalogum omnium bonorum ſuorum Eccleſiaſtici quandoque Principi exhibent. 479. 1. & 2.
Clauſula litteris regijs ſolita. 441. 1.
Clauſulæ codicillaris quæ vis. 448. 2.
Clauſulæ (fiat vt petatur) quæ vis. 471. 4.
Conditio impoſſibilis quæ, 453. 3.
Conditio magis inficit quàm modus. 452. 1.
Confirmatio fieri ſolet ſine præiudicio iuris alteri acquiſiti. 473. 2.
Confirmatio ſequens & conſenſus præcedens an eiuſdem ſint effectûs 473. 1.
Confirmatio nihil eſt, niſi de re confirmata appareat. 475. 1.
Confirmatio nihil noui tribuit. 475. 2.
Conſtitutio Caroli II. Vide *Caroli II. Conſtitutio.*
Conſtitutio Principis an locorum ſtatutis deroget. 482. 1. & 2.
Conſtitutiones Bonifacij VIII. an rectè in Gallia non receptæ. 442. 2.
Contractus teſtamento fieri an poſſit. 451. 2.
Contrahens contra legem an pretium repetat. 462. 1.

D.

Decretum irritans quam vim habeat. 450. 4.
Decretum nulliter interpoſitum an ad fructus lucrandos ſufficiat. 457. 2.
Decuriones cur res ſuas vendere prohibeantur. 460. 2.
Dominium miniſteriale, ſeu momentaneum quod ſit. 453. 2.
Dominium quando ex inutili actu transferatur. 454. 3.
Dominium rerum Eccleſiæ penes quem ſit. 459. 1.
Donatario an vtilis actio competat ex parte Donatoris. 464. 3.

E.

Eccleſia an ſoluat laudimia. 466. 2.
Eccleſia ſine conſenſu Principis, quibus caſibus iure communi non acquirit. 442. 3.
Eccleſiaſtici catalogum omnium ſuorum bonorum quandoque Principi exhibent. 479. 1.
Eccleſiaſticis ad exhibendum bonorum catalogum dilatio an concedenda. 479. 2.
Eccleſiaſticorum operâ regiones cultæ. 443. 3.
Emens ſcienter rem alienã non agit de euictione. 465. 1

Error

Error juris an ſufficiat ad fructus lucrandos. 459.5.
Exceptio notorij defectus iuris an obſtet ſpoliato. 455.2.
Extra Iuriſdictionis locum quæ licita ſint. 470.1.

F.

FActo proprio quando liceat contrauenire. 456.1.
Fieri aliquid de facto quando ſufficit. 453.2.
Franciſcani bonorum immobilium ne volente quidem Principe ſunt capaces. 442.4.

G.

GAllia an rectè non receperit conſtitutiones Bonifacij VIII. 442.2.
Grauatus fideicommiſſo hæres ad reſtituendam hæreditatem ſpurio teſtatoris, an in foro animæ teneatur. 447.2.

H.

HÆres an ſoluat impenſas in rem legatam factas. 477.2.
Hæres fideicommiſſo grauatus ad reſtituendam hæreditatem ſpurio teſtatoris, an in foro animæ teneatur. 447.2.
Hypothecariâ agens, quid probare debeat. 464.1.

I.

IMpenſæ à quibus poſſeſſionibus repeti poſſint. 461.2.
Impoſſibilia videntur, quæ ſine conſenſu Principis fieri non poſſunt. 448.3.
Indemnitas quid. 476.2.
Intellectus l.1.c de ſacroſ. Eccleſ. 441.1.
Intellectus l. ſacra loca ff. de rer. diuiſ. 441.2.
Iuris error an ſufficiat ad fructus lucrandos. 457.4.

L.

LAudimia an Eccleſia ſoluat. 466.2.
Laudimia quare debentur. 466.1.
Laudimia ex contractu nullo an debeantur. 466.3.
Legata an ex minus ſolemni teſtamento debeantur. 447.1.
Legata vnde oriantur. 477.3.
Legatum incapaci relictum an fiſco cedat. 460.3.
Lex pœnalis an obſtringat conſcientiam. 446.2.
Licentia Principis expreſſis verbis fieri debet. 473.2.
in Lucrandis fructibus an validitas tituli ſpectetur. 357.1.

M.

MAnus mortua variè dicitur. 440.1.
Maritus amortizare an poſſit. 469.5.
Maritus vendens rem dotalem, an de euictione teneatur. 465.3.
Minor rem ſuam ſine decreto alienans, pretium cogitur reſtituere. 463.2.
Mortua quæ dicantur. 440.1.

N.

NAtura qui obligantur. 445.1.
Nulliter interpoſitum decretum, an ad fructus lucrandos ſufficiat. 457.2.
Nulliter res vendita, an iuſtâ conſcientiâ retineri queat. 457.3.

O.

OBſtringere conſcientiam an legi pœnali conueniat. 446.2.
Omnium bonorum ſuorum catalogum Eccleſiaſtici Principi quandoque exibent. 479.1.

P.

PÆna an valeat inutili contractui adiecta. 445.2.
Permiſſa ſunt nonnulla Iudici, ad quæ tamen facienda non cogitur. 469.1.
Poſſeſſio beneficij, bullis non expeditis, ſub ſola ſignatura accipi an poſſit. 471.2.
Poſſeſſionis duplex qualitas. 454.4.
Poſſeſſor bonæ & malæ fidei an vnus idemq; eſſe poſſit. 461.1.
Poſſeſſor malæ fidei quis. 457.4.
Poſſideri an poſſit, quod teneri non poteſt. 453.1.
Præſentia conſenſum inducit. 473.1.
Princeps an poſſit amortizare ſine licentia domini inferioris. 468.2.
Princeps, iuſtâ causâ exiſtente, diſpenſare an teneatur. 470.2.
Principis conſtitutio an ſtatutis locorum deroget. 482.1.
Principis gratia ante expeditionem litterarum, eſt informis. 471.1.
Principis gratia an poſſit per teſtes probari. 471.5.
Principis licentia expreſſis verbis fieri debet. 473.2.
Principis ſigillum ſubſtantiale eſt. 471.3.
Procurator ſpecialis an ad petendam amortizationem neceſſarius. 468.3.
Prorex an amortizare poſſit. 467.1.

Q.

Qualitas poſſeſſionis duplex. 454.4.

R.

REditus an amortizari debeant. 480.1.
Res nulliter vendita an iuſtâ conſcientiâ retineri queat. 457.3.
Rem alienam ſcienter emens, non agit de euictione. 465.2.
Rerum Eccleſiæ dominium penes quem ſit. 459.1.
Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis. 464.2.
Retractus an locum habeat venditione exiſtente nulla. 467.1.

S.

SEntentia quæ nulla eſt, non dicitur ſententia. 468.3.
Sententia nulla an poſſit confirmari. 450.1.
Sigillum Principis ſubſtantiale eſt. 471.3.
Stipulatio facta in contractu antenuptiali ad vtilitatem tertij poteſt per ſolos contrahentes reuocari. 475.3.

T.

TEneri quod non poteſt, poſſideri an poſſit. 453.1.
Teſtamento contractus fieri an poſſit. 451.2.
Teſtamentum nullum quomodo poſſit approbari. 451.3.
Teſtamentum vaſalli an ex ſequenti conſenſu Principis valeat. 472.3.
Teſtator præſumitur hæredem grauare, quàm minimè fieri poteſt. 477.1.
Turbatus in poſſeſſione an ſine libello poſſit officium Iudicis implorare. 455.1.
Turpitudo propria quando allegari poſſit. 456.2.
Tutor aut curator Principis an amortizare queat. 469.4.

V.

VAſallus an extra territorium inueſtiri de feudo poſſit. 470.2.
Vaſalli teſtamentum an ex ſequenti conſenſu Principis valeat. 472.3.
Venire contra factum proprium quando liceat. 456.1.
Voluntas vltima fauorabilis & mutabilis. 474.1.

INDEX
RERVM VERBORVMQVE
Quæ in hoc Tractatu
DE TESTAMENTIS CONIVGVM
Continentur, locupletiſsimus.

Prior numerus Pāginam, poſterior verò numerum marginalem deſignat.

ABſentis in remoto loco mariti conſenſus expectari non debet. 572. 1.

Abrogat ſtatutum ſpeciale generali. 610. 3.

Acquiſitorum diſpoſitionem an habeat maritus in ſocietate bonorum manens. 560. 4.

Acquiſitorum diſpoſitionem maritus iure communi quando non habet. 560. 5.

Acquiſitorum diſpoſitionem maritus non habet, vbi conſuetudo dimidiam eorum partem vxori tribuit. 549. 2.

Acquiſitorum dimidiam partem an habeat vxor. 549. 1.

Acquiſitorum partem quando ob dotem non ſolutam vxor amittat. 552. 4.

Acquiſitorum parti renunciare vxor an poſſit. 550. 3.

Actio de dolo competit hæredibus vxoris, quæ ex inſtigatione mariti teſtata eſt. 588. 2.

Actio dotis an aditione hæreditatis ſit confuſa. 655. 1.

Actionum ſtricti iuris, & bonæ fidei differentia. 534. 2.

Actum ex neceſſitate facienti magis fauetur, quàm ei qui vltrò facit. 580. 1.

Actus contrarius non obeſt, ſi à patre non fuerit acceptatus. 528. 4.

Actus diuerſa ratione valet, & non valet. 536. 3.

Actus qui trahantur ad bona vbicumq; ſita. 563. 2. 619. 1.

Actus præſumitur ſponte metu factus. 537. 6.

Ad hoc ſtatutum ſufficit, ſi aliqui ex propinquis conſentiant, etiamſi proximi non ſint. 593. 1.

Adſectatum impedimentum non excuſat. 584. 10.

Aditâ hæreditate bona deſinunt eſſe hæreditaria 563. 2.

Adito hæreditatis an obſtet retentori. 532. 1.

Aditione hæreditatis actio crediti tollitur. 532. 3.

Adoptiuorum conſenſus quatenus ad hoc ſtatutum pertineat. 595. 5.

Adprobans teſtamentum an præiudicium patiatur in ſua legitima. 538. 7.

Adprobatio teſtamenti prætermiſſæ an obſit ignoranti teſtamentum fuiſſe 535. 11.

Adſcribens ſibi legatum in teſtamento nuncupatiuo an pœna de falſ. teneatur. 576. 1.

Adultera vxor, quæ ſine auctoritate Eccleſiæ relinquit maritum, ſiuè ægrotanti, & petenti medicum non acceſſiuit, à dotario excluditur. 529. 5.

Æqualitas inter liberos non ſeruanda ſi aliqui eorum grauiter offenderint. 520. 4.

Æqualitas in teſtamento inter liberos ſeruari debet. 579. 2.

Æqualitatem inter liberos pater ſeruare velle præſumitur. 520. 1.

Æqualitatis quare inter liberos ſeruanda. 520. 3.

Æqualitatis ratio fauorabilis. 525. 4.

Æquitati an cedat præſcriptio. 535. 7.

Æſtimatio legati refertur ad tempus teſtamenti. 618. 1.

Aſtimatio rei legatæ an coniugi forenſi ex ſtatuti forma adquirere prohibito debeatur. 625. 1.

Affectione motus quis donaſſe præſumitur. 538. 4.

Alienare in vita an poſſit, quis id, quod alicui teſtamento relinquere cogitur. 598. 1.

Alienare prohibitus, vſumfructum conſtituere non poteſt. 611. 1.

Alienandi facultas, vel eligendi an tranſeat ad hæredes. 523. 1.

Alienandi poteſtas ad caſum neceſſitatis reſtricta, non porrigitur ad caſum mortis. 523. 10.

Alienatio fauorabilior eſt teſtamento facta, quàm contractu. 522. 3.

Alienatio neceſſaria non continetur legibus vel ſtatutis de alienatione loquentibus. 580. 2.

Alienatio neceſſaria prohiberi nequit. 603. 2.

Alienatio quando prohibita inter patrem & filium. 540. 6.

Alienatio rerum reſtitutioni ſubiectarum quomodo conſiſtat. 498. 2.

Alimenta accipere poteſt, qui alioquì legati incapax eſt. 612. 2.

Alimentorum appellatione quid contineatur. 663. 1.

Aliquid eſſe intentione, an ſufficiat, ſi non ſit in diſpoſitione. 501. 2.

An valeat diſpoſitio in pœnam illius facta, qui patitur ſe decipi. 654. 2.

An veſtitus pretioſus vxori dandus ſit. 663. 2.

An vxor cogatur percipere alimenta in domo hæredis. 663. 4.

Arbitrium

Arbitrium bono viro delatum quibus verbis ſignificetur. 519.7.
Arreſtum de marito relinquente vxori ſuorum bonorum diſpoſitionem. 518. 4.
Argumentum à contractu ad diſtractum quando procedat 586.3.
Argumentum à contrario ſenſu habet locum in ſtatutis etiam circa caſum à iure exorbitantem. 609.1.
Argumentũ à cõtrario ſenſu venit ex mente ſtatuti. 609.2
Argumentum à pacto ad ſtatutum. 598. 3.
Auctoritas & conſenſus ad ſolemnitatem actus requiſitus per ſimile præſtari non poſſunt. 572.1.
Auctoritas & conſilium propriè ſunt virorum. 591.4.
Auctoritas ſecundo actu retrotrahitur. 574. 2.
Auctoritas tutoris & curatoris non pertinet ad ea, quæ non ſunt in patrimonio pupilli & minoris. 592.9.
Auitæ poſſeſſiones continentur ſtatuto, Ne forenſis bona *immobilia adquirat.* 638.3.

B.

B*Aldi ſententia de minoribus &c. refutatur.* 592.7.
Bartolus defenſus contra Alciatum. 504.8.
Bartoli ſententia de minoribus &c. refutatur. 592.5.
Belgicus magnus Senatus. Vide *Senatus magnus Belgicus.*
Belli tempore an creditor res hypothecatas euincere poſſit. 530.8.
Blando ſermone Coniunx. Vide *Coniunx.*
Boni publici causâ primum diſtincta proprietas. 589. 2.
Bona in familia conſeruari intereſt publicè. 596. 5.
Beneficij renuntiatio l. hac edictali à liberis prioris mariti facta, reuocatur; nec iuramento mulieris idem beneficium tolli poteſt. 566.6.
Beneficij reſignatio, niſi fiat intra certum tempus ante mortem beneficiati, nulla eſt. 555.6.
Bona deſinunt eſſe hæreditaria hæreditate aditâ. 563. 2.
Beneficium l. hac edictal. tranſmittitur ad nepotes. 565.5.
Beneficij l. hac edictal. renuntiatio à liberis prioris Matrimonij facta reuocatur. 566.6.
Beneficium l. hac edictal. mulieris iuramento tolli nequit. 566.6.

C.

C*Ancellatũ, ruptumuè teſtamentum in domo coniugis inuentum, reuocatum à coniuge cenſetur.* 546.1.
Captatoria quando dicatur voluntas. 517.1.
Captatoria voluntas an ſtatuto firmari poſſit. 518. 12.
Caroli V. Conſtitutio, ne minores curatoribus ſuis legent. 575.3.
Caſus fortuitus inter coniuges communis eſt. 552.3.
Caſus omiſſus in ſtatuto relinquitur diſpoſitioni Iuris. 600.3.
Caſus triſtis an præuiſus eſſe debeat. 583.6.
Causâ inſtitutionis ceſſante, ceſſat & inſtitutio. 543. 5.
Cauſa liberorum in plerisque cauſis pia cauſa præfertur. 649.2.
Cauſſa neceſſaria ceſſante ceſſat effectus in actibus futuris. 585. 6.
Cauſſa limitata limitatum parit effectum. 538.2.
Chirographum cancellatum, vel ruptum quando habeatur pro nullo. 548.2.
Clandeſtina matrimonia publicè pernicioſa. 488.4.
Clauſula conceſsi inuentarij litteris addi conſueta. 532 1.
Clauſula derogatoria actum contrarium, etiam ex interuallo ſequutum, tollit. 497.7.
Clauſula derogatoria in priori teſtamento poſita omnes poſteriores voluntates tollit. 497.5.
Clauſula (Donec) quid operetur in cauſa legati. 649.2.
Clauſula, rebus ſic ſtantibus, *aduerſus apertam vim verborum ſolet intelligi.* 542. 4.
Clauſula, rebus ſic ſtantibus, *cenſetur omni diſpoſitioni ineſſe.* 544. 7.
Clauſulæ codicillaris vis & effectus. 657. 2.
Clauſulæ, vt dos redeat ad latus vnde prodijt, *quis effectus.* 488. 2.
Codicillos ſcribere non poteſt teſtari prohibitus. 634. 1.
Clerici ligantur ſtatuto laicorum, quod iuſtam cauſam habet. 580. 2.
Cognatis ſimpliciter vocatis, qui intelligantur. 486. 2.
Cohæredem beneficio Inuentarij vti volentem hæres an excludat. 532. 3.
Conſenſiſſe videtur, qui, cùm poſſit prohibere, non prohibet. 553.4.
Conditio in teſtamento mariti, Si vxor non nupſerit, ſi vidua manſerit. 510. 4.
Conditio, Si à liberis meis non receſſerit. 514. 11.
Conditio, Si ante finem menſis nupſerit. 513. 7.
Conditio, Si arbitratu Titij nupſerit. 512. 6.
Conditio, Si caſtè & honeſtè vixerit. 513. 8.
Conditio, Si dotem non exegerit. 515. 14.
Conditio, Si hæredes non moleſtauerit. 515. 13.
Conditio, Si Mercatori nupſerit. 512. 4.
Conditio, Si liberos genuerit. 515. 12.
Conditio, Si quamdiu liberi mei impuberes erunt, nuptijs abſtinuerit. 513. 10.
Conditio, Si Titio nupſerit. 512. 3.
Conditio, Si Titio non nupſerit. 512. 5.
Confeſsio extraiudicialis perſonarum donare inter ſe vetitarum an probet. 537. 5.
Confeſsio iracundiæ metu facta, nec poſteà repetita, inutilis eſt. 537. 4.
Confeſsio non expreſsè à parte acceptata an plenam probationem habeat. 537. 3.
Confeſsio vxoris marito poſtulante facta an ad plenum probet. 537. 2.
Confeſsio erronea vel falſa non nocet confitenti. 538. 3.
Confeſſus rem habere an teneatur ad æſtimationem. 537.7.
Confirmari videtur, quod non mutatur. 468. 1.
Confundi actiones aditione hæreditatis quo pacto dicantur. 655. 3.
Coniectio voluntatis ex non obſcuris circumſtantijs ſumpta in legatum coniugum ſufficit. 501. 1.
Coniecturæ, ex quibus colligi poſſit an vxor teſtamentum metu factum mutare voluerit, nec ne. 498. 2.
Conqueſtuum nomine quæ veniant. 559. 1.
Coniux antiquo Iure an ſucceſſerit coniugi. 485. 1.
Coniux commodum capere non poteſt ex teſtamento coniugis, quem eſſe inteſtabilem palàm & conſtantem adſeruit. 536. 1.
Coniux coniugi legare, hæreditatemq́; relinquere hodie poteſt. 485. 3.
Coniunx liberos ex priore coniuge habens, ſi nupſiſ-

✝✝✝ *ſet,*

ſet ius omne teſtamenti defuncti quæſitum, excepto vſufructu, amittebat. 547.2.

Coniunx teſtamentum cum coniuge factum, pro ſua parte reuocare poteſt. 539.1.

Coniuges ſe inuicem ad relinquendum blandis verbis prouocare poſſunt. 494.1.

Coniuges qui priùs erant, manent tori ſeparatione factâ. 606.1.

Conſanguineorum & familiæ appellatio magis naturæ quàm iuris videtur. 593.1.

Conſenſus ad ſolemnitatem requiſitus poſt actum interponi non poteſt. 573.1.

Conſenſus expreſſus an requiratur eius, de cuius re alius teſtatur. 541.11.

Conſenſus expreſſus quando neceſſarius. 541.9.

Conſenſus inhabilis eſt nullus, & in quibus. 592.2. & 3.

Conſenſus inter coniunctos ex taciturnitate facilè præſumitur. 570.1.

Conſenſus mariti abſentis an tempore peſtis vxori teſtanti neceſſarius ſit. 583.5.

Conſenſus mariti, cùm haberi non poteſt, Iudicis auctoritas adhibetur. 572.3.

Conſenſus mariti in teſtamento vxoris ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumitur. 587.1.

Conſenſus mariti quando per procuratorem vxori teſtanti adhiberi poſſit. 573.4.

Conſenſus mariti ſi requiratur in teſtamento vxoris, non cenſetur requiri in eius reuocatione. 586.2.

Conſenſus multis caſibus ex diuturnitate temporis præſumitur etiam vbi magnum verſatur præiudicium. 587.2.

Conſenſus propinquorum in contractu minoris expreſſè debet incedere. 571.4.

Conſenſus requiſitus ad ſolemnitatem in ipſo actu interuenire debet. 573.3.

Conſenſus tacitè continet hanc clauſulam, Si actus valet. 524.4.

Conſenſum an iuſtâ causâ maritus vxori teſtanti deneget. 570.3.

Conſenſum petere an ſufficiat, niſi impetretur. 569.1.

Conſenſum ſtatuto requiſitum vxori teſtanti maritus adhibere cogitur. 569.2.

Conſenſum vxori teſtanti præbitum maritus reuocare non poteſt. 587.5.

Conſentire an poſſit pater filio, vt donet rem ſuam alteri. 540.5.

Conſentire leganti poteſt is qui ipſe legare nõ poteſt, ſi fraus abſit. 636.1.

Conſentiens alteri facultatẽ de bonis ſuis diſponendi, peræquè ſibi præiudicat, ac ſi conſenſiſſet in contractum. 540.4.

Conſentiens alteri leganti rem ſuam, reuocare conſenſum non poteſt. 586.3.

Conſentire coniunx coniugi non poteſt, vt de omnibus ſuis bonis indiſtinctè diſponat. 541.8.

Conſiliũ Doctorũ Louanienſ. contra Car. Molinæũ. 577.4

Conſuetudo Louanienſis in ſtatuto ciuitatis deferente vxori vſumfructum bonorum mariti. 645.2.

Contra factum proprium venire non poſſum. 536.2.

Contractus an poſſit inferri teſtamento. 541.7.

Contractuũ effectus an poſſit conferri poſt mortẽ. 522.7.

Contractu antenuptiali an tertio ius adquiratur. 524.1.

Contractu antenuptiali, ſi conuentum ſit, vt primogenitus eius matrimonij habeat certum caſtrum, etſi pater nullâ aliâ factâ declaratione moriatur, caſtrum primogenito cedet. 525.7.

Contractus omnes, præter donationem, inter coniuges celebrari poſſunt. 536.1.

Contractûs initi tempus cur ſpectetur. 624.9.

Conſtitutio Caroli V. *ne minores curatoribus ſuis legent.* 575.3.

Conſuetudo de Iure *primogenituræ an pertineat ad bona alibi ſita.* 619.4

Contrarietatis præſumptio euitanda eſt. 653.4.

Creditor ſuccedẽs debitori, videtur ſtatim ſibi ſoluiſſe. 655.2

Curiam ſequentes non ligantur ſtatuto ciuitatis curialis. 627.3.

D.

Dari non poteſt tutor certæ rei. 563.1.

Decuriones minores 26. annorum honoraria quidẽ recipiunt, ſuffragia tamen non habent. 592.4.

Derogatio ſequens an tollat præcedentem diſpoſitionem iureiurando firmatam. 497.6.

Deſtinatio an habeatur pro actu perfecto. 5[illegible].5.

*Dictio (*Cum*) cuius ſit natura.* 652.1.

*Dictio (*Donec*) quem vſum habeat in legato.* 648.1.

Dignitas Senatoria non mutat domicilium. 627.5.

Diſponendi verbum cuius ſit naturæ. 522.6.

Diſpoſitionem acquiſitorum an habeat maritus in ſocietate bonorum manens. 560.4.

Diſpoſitionem acquiſitorũ maritus iure communi quando non habet. 560.5.

Diuerſa eſt ratio legandi alimenta, quæ debet bene conſiderari. 664.6.

de Diuerſis formulis legandi vſufructum. 659.1.

Diuortium an legati vim diſſoluat. 547.6.

Doctorum Louanienſium conſilium contra Carolum *Molinæum.* 577.4.

Doëria quibus modis viduæ amittant. 529.3.

Doërium detrahit vxor iuſſa reddere hæreditatem mariti, etiamſi neglexerit inuentarium. 533.6.

Dolus malus circa teſtamenta etiam inualida punitur. 628.1.

Domicilium an quis conſtituerit, Iudex æſtimat. 628.1.

Domicilium conſtituiſſe vbi quis dicatur. 627.2.

Domicilij cõſtitutio quibus circũſtantiis probetur 628.2

Domicilij & habitationis locus quando inſpiciatur. 629.2

Domicilij tranſlatio non infringit teſtamentum anteà factum. 631.1.

Dominium eiuſdem rei in ſolidum apud filium, & apud matrem eſſe non poteſt. 651.4.

Dominij definitio. 642.3.

Dominium imaginarium. 643.6.

Dominus & hæres olim eiuſdem ſignificationis erant. 642.1.

Dominus rerum malè partarum, ſi ignoretur, quid faciendum. 509.2.

Domini vocabulum. 643.7.

Dominorum priuilegijs gaudent famuli. 627.6.

Domus, ſi legetur vxori, ſicut teſtator eam nunc poſſidet, quid contineatur, remiſſiuè. 670.3.

Domo legatâ, quæ accedant. 668.6.

Domo legatâ, ſi Teſtator nullam habeat, quid debeatur. 667.1.

Donare mortis causâ non poteſt legare prohibitus. 635.1

Donare non dicitur, qui ex cauſſa neceſſaria dat. 561.3.

Donatio infirmi cenſetur eſſe donatio cauſa mortis 554.1.
Donatio an ſit inter viuos, an mortis cauſa, ex coniecturis iudicandum. 555.5.
Donatio cauſſa mortis an ſit vltima voluntas. 521.4.
Donatio cauſa mortis coniugalis, quando reuocata cenſeatur. 491.3.
Donatio cauſa mortis æquiparatur legato. 635.3.
Donatio cauſa mortis inter coniuges an requirat traditionem. 400.2.
Donatio cauſa mortis inter coniuges permiſſa. 491.1.
Donatio cauſſa mortis, quando contineatur ſub prohibitione legati. 635.2.
Donatio in dubio præſumitur eſſe inter viuos. 554.2.
Donatio in dubio non præſumitur. 561.1.
Donatio inter conſanguineos & amicos faciliùs præſumitur. 538.5.
Donatio facta ei qui priùs donauerat, cenſetur remuneratoria. 581.1.
Donatio omnium bonorum fraudulenta præſumitur. 556.3.
Donatio valet inter Imperatorem & Auguſtam, Regem, & Reginam. 590.4.
Donationis remuneratoriæ multa priuilegia. 581.2.
Donationem vxor reuocare poteſt à marito ſe neſciâ immediatè ante nuptias prioris thori liberis factam. 545.14.
Dos & donatio propter nuptias poſſunt grauari fideicommiſſo. 490.1.
Dos quando cenſeatur. 598.3.
Doti legitima æquiparatur. 537.5.
Dotem non ſoluentem vxorem, maritus à ſe dimittere poteſt. 552.2.
Dote non ſoluta vxor nihil lucratur. 529.4.
Dotis æſtimatio pertinet ad tempus mortis vxoris. 618.5
Dotis pars eadem naturam, quam dos, habet. 612.2.

E.

EBrioſa vxor. Vide *Vxor.*
Effectus contractuum an poſſit conferri poſt mortem. 522.7.
Effectus in actibus futuris, non in præteritis, ceſſat, causâ neceſſariâ ceſſante. 585.6.
Effectus ſententiæ an extra territoriũ extendatur. 620.8.
Electio certæ perſonæ ex incertis nominatis rectè à marito vxori committitur. 519.8.
Electio non dicitur quando poteſt retractari. 526.9.
Electio iuris municipalis, vel doërij plerumque vxoribus potentiorum datur. 529.1.
Emancipatorum liberorum inhæredatio. Vide *Inhæredatio.*
Emptum à patre nomine filiorum an eorum ſit. 557.1.2.
Epiſcopi Statutum vt ſubditi extra Diœceſim delinquentes puniantur, valet. 621.2.
Erronea confeſſio. Vide *Confeſſio.*
Error in nomine non vitiat legatum nec inſtitutionem coniugis. 502.1.
Error in qualitate adiecta non nocet. 502.2.
Euenire quod poteſt an potiùs inſpiciendum ſit, quàm quod præſens eſt. 526.11.
Examinatio rerum iniquè partarum ad Epiſcopum pertinet. 509.1.
Exceptio à ſtatuto aduerſante iuri communi latè accipitur. 611.1.
Executio Teſtamenti vxori committi poteſt. 507.1.
Executor Teſtamenti vltra vires hæreditarias non tenetur 510.2.
Extenſio in Statutis an fiat? & quâ ratione. 632.3.
Extitiſſe non videtur quod non durat. 614.2.
Extorta petitionibus importunis non obſeruantur. 495.9.
Extrema Vnctio impedire non debet quo minùs poſteà teſtamentum fiat. 601.2.

F.

FAciens per procuratorem, fictè facere dicitur. 472.2.
Facta arguunt conſenſum. 571.5.
Facti quæ ſunt, non tranſmittuntur ad hæredes 523.3.
Facultas alienandi, vel eligendi an tranſeat ad hæredes. 523.1. & 4.
Facultas renuntiandi bonis mobilibus vxori conceſſa, an debeatur hæredibus. 523.4.
Facultas teſtandi ad hæredes non tranſit. 523.2. & 5.
Falſitas circa teſtamenta notatur. 607.1.
Falſitas in teſtamento nuncupatiuo non facilè committitur. 576.2.
Familiæ appellatio magis naturæ quàm iuris eſſe videtur. 593.1.
Familiarum conſeruatio fauorabilis. 613.3.
Famuli gaudent priuilegijs dominorum. 627.6.
Fauorabile ſtatutum. Vide *Statutum.*
Fictio tranſlatiua quando locum habeat. 574.3.
Fideicommiſſum coniecturis probatur. 501.3.
Fideicommiſſum quando conſtitutionem vſusfructus non impediat. 491.4.
Fideicommiſſo ſubijci ex ſtatuto, an ex teſtamento, paria ſunt. 612.1.
in Fideicommiſſis mortis tempus inſpicitur. 613.3.
Filius adoptiuus in nulla diſpoſitione filij appellatione continetur. 646.2.
Filius adoptiuus non verus ac proprius, ſed velut imaginarius tantùm eſt. 645.1.
Filius pro parentibus an inſtrumentum conficere poſſit. 578.2.
Filius renuncians hæreditati, non cenſetur renuntiaſſe legitimæ. 537.4.
Filius, ſi legata ſub pœna priuationis hæreditatis præſtare iuſſus, ante mortem non paruerit, priuatus eſt. 548.10.
Filiusfam. quare donare poſſit mortis cauſa, teſtari non poſſit cum patris conſenſu. 522.9.
Filij an implorare poſſint officium Iudicis aduerſus patrem decoctorem. 559.3.
Filij appellatione nepos quando veniat. 578.1.
per Filios principum honor familiæ conſeruatur, & ſeruitia principi exhibentur. 650.2. & 3.
Fiſcus, niſi nominatim aliud cautum ſit, iure priuati vtitur. 649.3.
Feminæ olim multæ illuſtres & prudentes exſtitêre, hodieq; exſtant. 561.1.
Feminum genus quando à maſculino contineatur. 951.3. & 613.2.
Forenſis intelligitur ſe ſubieciſſe ſtatuto loci in quo actum celebrat. 621.1.
Forenſis quando ligetur ſtatuto ne vir relinquat vxori. 622.2.
Forum viri ſequitur vxor. 626.1.
Fraus de loco ad locum quando committitur. 621.4.
Fraus fraude repellitur. 497.4.

Fraus per interpoſitam perſonam. 633.3.
Fraus præſumitur, ſi alienatio fiat in perſonam coniunctam. 556.2.
Fraudis præſumptio quando accipiatur. 636.3.
Fraudem arguit vicinitas temporis. 556.1.
Fraudulenta donatio. Vide *Donatio omnium bonorum.*
Frumenti aliquot modijs ad menſuram Louanienſem legatis, an Louanij ſolutio fieri debeat. 671.3.
Frumento & pecuniâ ſimul legatis, an eodem tempore ſolui debeant. 571.1.
Frumento legato quid contineatur. 670.1.
Funeribus veſtes & ornamenta impendi non debent. 562.2.
Furioſus pro abſente habetur. 572.4.

G.

GAbella pro duobus teſtamentis in eadem charta factis, an duplicetur? remiſſiuè. 506.4.
Generi per ſpeciem derogatur. 644.2.
Generalis prouiſio. Vide *Prouiſio.*

H.

HAbilem aliquem ad teſtandum eſſe ſufficit, quo tempore condit teſtamentum. 544.3.
Habitatio & origo quando non ſpectentur. 620.4.
Habitationis locus quando inſpiciatur. 629.2.
Habitum priuatio præſupponit. 651.1.
Hæres ab inteſtato manutenetur aduerſus hæredem ex teſtamento. 558.3.4.
Hæres ad tempus inſtitui non poteſt. 653.2.
Hæres cohæredem beneficio Inuentarij vti volentem an excludat. 532.3.
Hæres defuncti conſcientiam exonerare tenetur. 610.2.
Hæres & dominus olim eiuſdem erant ſignificationis. 642.1.
Hæres in foro conſcientiæ an grauetur vltra acceptum. 531.4.
Hæres legatum modum ſtatuti excedens negare in conſcientia an poſſit, & vxor idem retinere. 615.2.
Hæres mariti, quâ actione partem quæſtuum petat. 555.4.
Hæres nec ex propria perſona poteſt venire contra factum ſui auctoris. 557.6.
Hæres non conficiens inuentarium non amittit ius ſuum quoad fideicommiſſarium vniuerſalem. 523.2.
Hæres quando poſſit venire contra factum defuncti. 528.3.
Hæres qui ſemel eſt, hæres eſſe deſinere non poteſt. 654.1.
Hæres quibus temporibus capax eſſe debeat. 623.4.
Hæredi, aut legatario ab eo ſcripto, quæ poſt conditum teſtamentum nupſit, an ius aliquod competat. 545.12.
Hæredi cõiugis an ex pacto nuptiali jus irreuocabile quæratur. 617.2.
Hæredibus vxoris, quæ ex inſtigatione mariti teſtata eſt, competit actio de dolo. 588.2.
Hæreditas in iure abſtracto à proprietate & vſufructu etiam abſque vllo corpore conſiſtit. 644.3.
Hæreditatis aditio an obſtet retentioni. 532.1.
Hæreditatis aditione actio crediti tollitur. 533.3.
Hæreditatis aditione an actio dotis ſit confuſa. 655.1.
Hæreditatis aditione actiones confundi quo pacto dicantur. 655.3.
Hæreditate aditâ bona deſinunt eſſe hæreditaria. 563.2.

I.

IGnoranti iniuria inferri non poteſt. 535.10
Ignorantia facti à quibus excuſet. 535.6.
Ignorantia in illicito matrimonio quæ excuſet. 487.2.
Ignorantia niſi iuſta aut probabilis non excuſat. 535.8.
Ignorantia tantum prodeſt ad damnum vitandum. 534.3.
Illegitimorum conſenſus an ad ſtatutum, liberorum aut propinquorum conſenſum requirens, pertineat. 594.2.
Illicita interdum remunerationis gratiâ admittuntur. 596.1.
Impedire teſtamenta ad publicã vindictã ſpectat. 499.3.
Impedimentum affectatum non excuſat. 584.10.
Impeditum teſtamentum allegans quæ probare debeat. 499.2.
Importunis petitionibus extorta non obſeruantur. 498.9.
Importunis poſtulationibus extortum à coniuge teſtamentum non valet. 495.8.
Incapax certæ partis quando ſolidũ cauere poſſit. 602.2.
Incertitudo quando vitiet. 486.1.
Incerto coniugi vtiliter relinquitur. 586.2.
Indignis relinqui poteſt. 607.4.
Indotata vxor deficientibus liberis & agnatis marito ſuccedit. 551.2.
Inferior ſuperiori legem imponere non poteſt. 590.1.
Infirmi debitoris confeſſio, dicentis ſe ſoluiſſe creditori, non præiudicat. 555.7.
Inhabilis conſenſus pro nullo eſt, in quibus? 592 2. & 3.
Inhæredatio liberorum emancipatorum in acquiſitis, an noceat vxori in vſufructu. 557.5.
Inhæredatio liberorum in bonis acquiſitis an officiat vxori. 557.3.
Iniquum eſt, plus nepotibus, quàm eorũ parentibus concedi. 658.2.
Initium in teſtamentis ſpectatur. 623.2.
Iniuſtè à marito acquiſitorum partem vxor petere non poteſt. 550.1.
Inſtituere ventrem quid ſit in iure. 641.3.
Inſtitutio & hæreditas in iure abſtracto à proprietate & vſufructu etiam abſque vllo corpore conſiſtit. 644.3.
Inſtitutio mutua quâ ex cauſa videatur fieri. 542.1.
Inſtitutio ventris ita facta, Si vxor prægnans eſt, *vel ita*, Si prægnans eſſet. 642.8.
Inſtrumentum an filius conficere poſſit pro parentibus. 478.2.
Inſtrumentum facere poteſt Notarius, quo ipſe alteri obligatur, non verò quo alter ipſi. 578.1.
Intellectus legis. Vide verb. *Lex.*
Interpretatio illa aſſumenda eſt, vt verba aliquid operentur. 651.2.
Inuentarium non conficiens, aliquid ſubſtraxiſſe præſumitur. 531.3.
Inuentarium non conficiens hodie iure ſuo cadit. 533.5.
Is qui inter pauperes nominatur, tametſi ex manu executoris vel grauati accipiat, ab ipſo tamen defuncto verè accipiſſe videtur. 652.2.
Italica loquendi conſuetudo ſeu pop. propriam verborum ſignificationem vincit. 645.1.
Iudex cognoſcit, an maritus iuſtâ cauſâ vxori teſtanti conſenſum deneget. 570.2.
Ius irreuocabile an ex pacto nuptiali coniugis hæredi quæratur. 616.2.

Ius municipale relicto contractu & teſtamento an vxor eligere poſſit. 528. 5.
Iuris municipalis vel doerij electio plerumque potentiorum vxoribus datur. 529. 1.
Ius retractus an competat ei conſanguineo, qui venditioni adfuit & tacuit. 541. 10.
Iura loquentia in nuptijs, locum habent & in ſponſalibus. 604. 3.
Iuramento non firmatur pactum de ſuperſtitis hæreditate. 493. 6.

L.

Legare quis vxori poteſt hæredibus conſentientibus, etſi ſtatutum legata generaliter prohibeat. 603. 1.
Legare prohibitus mortis cauſâ donare nequit. 635. 1. & 2.
Legans rem, proprietatem legare videtur. 651. 3.
Leganti conſentire poteſt is, qui ipſe legare non poteſt, ſi fraus abſit. 636. 1.
Legata an reuocata cenſeantur, teſtamento reuocato. 545. 11.
Legatâ domo cum ijs quæ in ea ſunt, an veniant nomina debitorum & inſtrumenta. 669. 2.
Legatâ domo, & ijs quæ in ea ſunt, an merces & venalia debeantur. 668. 1.
Legatâ domo & ſi maritus vetat vxorem in ea non moleſtari, quid relictum videatur. 668. 5.
Legatâ domo, quæ accedant. 668. 6.
Legatâ domo, ſi teſtator nullam habeat, quid debeatur. 667. 1.
Legatâ domo, vt vxor habitet in ea toto tempore vitæ ſuæ, quo pacto intelligatur. 668. 4.
Legatâ domo vxori, ſicut teſtator eam nunc poſſidet, quid contineatur, &c. 670. 3.
Legata extorquere vxoribus viri nõ præſumuntur. 600. 4.
Legata ſtrictè interpretanda. 560. 2.
Legatæ rei alienatio inducit præſumptionem legati reuocati. 544. 6.
Legatæ veſtes. Vide *Veſtes.*
Legatarius æſtimationem legati, cuius propter ſuum delictum incapax eſt, conſequitur. 625. 2.
Legatarius rem legatam propriâ auctoritate apprehendere an poſſit. 548. 1.
Legatario tempore mortis teſtatoris incapaci legatum non debetur. 625. 2.
Legatarium ſufficit eſſe capacem tempore mortis. 623. 5.
Legatum communiter minus lucroſum eſt quàm inſtitutio. 632. 4.
Legatum eſt donatio. 667. 2.
Legatum excedens modum ſtatuti negare an poſſit hæres in conſcientia. 615. 2.
Legatum futuræ vxori relictum ad ſecundam & tertiam peruenit. 487. 3.
Legatum in teſtamento nuncupatiuo ſibi adſcribens, an pœnâ l. Cornel. de falſ. teneatur. 576. 1.
Legatum inualidum ratione legantis & legatarij quando conualeſcat. 614. 1.
Legatum remuneratorium eſt magis debiti reſtitutio, quàm largitio. 596. 2.
Legatum ſolui debet monetâ tempore teſtamenti currente. 618. 2.
Legati alioqui incapax, alimenta accipere poteſt. 612. 2.
Legati æſtimatio ad teſtamenti tempus refertur. 618. 1.
Legato æquiparatur donatio mortis cauſâ. 635. 3.
in Legato mariti tempus mortis ſpectatur. 618. 3.
Legato panno an debeantur veſtes. 672. 2.
Leg. hac edictal. beneficij renuntiatio à liberis prioris matrimonij facta reuocatur; nec iuramento mulieris idem beneficium tolli poteſt. 566. 6.
L. hac edictal. beneficium tranſmittitur ad nepotes. 565. 5.
L. hac edictal. C. de ſecundis nuptijs, beneficium non computatur liberis prioris matrimonij in legitimam. 564. 3.
L. hac edictal. locum habet etiam in eo quod plus vitrico relictum eſt ad alimenta. 565. 4.
L. Hac edictal. quibus caſibus non procedat. 566. 7. 8. & ſeqq.
Leg. In coniunctione C. de nuptijs. verus intellectus. 592. 8.
Leg. Iubemus in fin. C. de teſtamen. intellectus. 616. 5.
Leg. Nec non. § Si quid eis. ff. Ex quibus cauſ. ma. o. & l. Ab ea parte ff. De probat. verus intellectus. 592. 6.
Legis Voconiæ quæ capita. 485. 2.
Legitima doti æquiparatur. 537. 7.
Legitima ex tempore mortis patris computatur. 618. 4.
Legitima liberorum pro ære alieno reputatur. 645. 5.
Legitimatus imago legitimi eſſe dicitur. 593. 4.
Legitimatorum conſenſus quatenus ad ſtatutum conſenſum liberorum aut propinquorum requirens, pertineat. 593. 3.
Legitimæ liberorum vſumfructum non habet vxor. 645. 4.
Lego verbum inſtitutionem ſignificat. 63.. 2.
Lex aliquid diſponens ratione frequentioris vſus, habet locum, etiamſi illud aliter contingat. 617. 6.
Lex aut ſtatutum non ad ea quæ rara ſunt, ſed communiter accidunt, referri debet. 591. 2.
Lex non rebus, ſed verbis impoſita abſurdè dicitur. 652. 1.
Lex non ſuccurrit ei, qui ſe vitrò in neceſſitatem conjecit. 572. 2.
Lex noua tantùm ad actus futuros pertinet. 616. 2.
Lex paucitatem aliquando ſpectat. 595. 4.
Lex vlt. C. de edict. D. Hadrian. toll. quando procedat. 559. 5.
Libera poteſtas an contineat viri boni arbitrium. 520. 2.
Liberalitas Principum conſtringi non debet. 590. 5.
Liberationis & cautionis remiſſio à teſtatore vxori relicta, quid operetur. 654. 1.
Liberi matrem ſuam alere tenentur, ſi modò ipſi non egeant. 648. 4.
Liberi à patre legitimâ portione ſuâ ne per vſumfructum quidem grauari poſſunt. 645. 3.
Liberorum alendorum dotandorumq; onus coniugi vſufructuario incumbit. 645. 6.
Liberorum cauſſa in pleriſque cauſſis piæ cauſæ præfertur. 649. 2.
Liberorum fauore, qui hæredes inſtitui ſunt, introductum eſt, quòd vxor ſola alimenta conſequatur. 649. 1.
Liberorum inhæredatio Vide *Inhæredatio.*
Liberorum legitima Vide *Legitima liberorum.*
Liberorum præteritio patris teſtamentum vitiat. 657. 1.
Liberos ex famis neceſſitate diſtrahere parentibus permittitur. 648. 5.
Limitatio ceſſat, cauſâ eius ceſſante. 648. 2.

Louanienſis conſuetudo. Vide *Conſuetudo.*
Lucra turpia poſſeſſoribus Superioris auctoritate auferenda ſunt. 550.2.
Luctus neglecti pœna hodie an ſublata. 547.3.
Luctus religionem nō præſtans vxor, olim commodo teſtamenti coniugis excidebat. 546.1.
Luxus mulierum notatur. 553.2.

M.

Magnus Senatus Belgicus non tenetur ſtatutis Namurcenſium, etſi ibi ad quoddam tempus conſiſtat. 627.4.
Mandatum Papæ de vendendis fructibus Monaſterij intelligitur, ſi conſenſus Superioris illius Monaſterij acceſſerit. 524.6.
Maritus an iuſtâ causâ vxori teſtanti conſenſum deneget, Iudex cognoſcit. 570.3.
Maritus an ſit hæres mobiliaris vxoris. 545.13.
Maritus committens vxori ſuæ bonorum ſuorum diſpoſitionem, an cenſeatur velle vt in pias cauſas illa diſtribuat. 518.6.
Maritus conſenſum à ſtatuto requiſitum vxori adhibere non poteſt ad ipſius commodum teſtanti. 575.1.
Maritus conſenſum ſtatuto requiſitum vxori teſtanti adhibere cogitur. 569.2.
Maritus conſenſum vxori teſtanti præbitum reuocare nequit. 577.5.
Maritus de ornatu & mundo vxoris teſtamenti factionem habet. 562.5.
Maritus diſpoſitionem acquiſitorum non habet, vbi conſuetudo dimidiam eorum partem vxori tribuit. 549.2.
Maritus in ſocietate bonorum manens, an acquiſitorum diſpoſitionem habeat. 560.4.
Maritus iure communi quando acquiſitorum non habeat diſpoſitionem. 560.5.
Maritus, non obſtante ſtatuto ne vxori leget, poteſt legare alienationem rerum ſuarum pro communibus debitis. 603.1.
Maritus non poteſt cauere contra voluntatem vxoris. 563.3.
Maritus non poteſt dicere: Inſtituo illum hæredem, quem vxor eliget. 518.5.
Maritus notario præcipere poteſt, vt ſcribat teſtamentum ad dictamen vxoris. 519.9.
Maritus prohibens legare, cauere poteſt ne hæredes ſine conſenſu vxoris bona alienent. 602.1.
Maritus, qui in donatione propter nuptias vxori impoſuit, lucro dotis priuatur. 552.3.
Maritus ſi inſtituat vxorem in vita, & ſimiliter nepotes in vita, an ſit vxor vſufructuaria, an proprietaria. 655.4.
Maritus ſi leget vxori res mobiles, quas ei donauerat, quid comprehendatur. 680.7.
Maritus à ſe dimittere poteſt vxorem dotem non ſoluentem. 552.2.
Maritus ſi liberat vxorem à neceſſitate reſtituendi rem aliquam, an rem ipſam legaſſe videatur. 654.3.
Maritus vxori legare poteſt, hæredibus conſentibus, etſi ſtatutum generaliter legata prohibeat. 603.1.
Maritus vxori veſtimenta decentia præbere tenetur. 561.2.
Mariti conſenſus. Vide *Conſenſus.*
Mariti non præſumuntur legata eblandiri aut extorquere vxoribus. 600.4.
Mariti teſtamentum vxor repudiare poteſt. 527.1.
Marito pauperi vxor, etſi ſtatuto legare niſi pro anima prohibita, legare poteſt. 610.1. Vide *Vir.*
Maſculinum genus quando fœmininum contineat. 581.3. & 613.2.
Mater à ſucceſſione filij repellitur cui tutrix fuerat, & à marito ſubſtituta, ſi antequam alium ei tutorem peteret, nupſerit. 517.3.
Mater poteſt committere cui vult adminiſtrationem bonorum, quæ relinquit filio. 564.6.
Mater quibus tutoribus præferatur. 562.1.
Matri tutela non admittitur, niſi per expreſſam deſignationem alterius tutoris. 562.2.
Matrimonium inuitis parentibus contrahere atrox crimen eſt. 488.3.
Matrimonium quando conſummetur. 489.6.
Matrimonium ſine traductione ad domum eſſe poteſt. 604.2.
Matrimonij fauor non patrocinatur pacto de ſuperſtitis hæreditate. 493.3.
Matrimonij illiciti cauſa relictum quando coniuges adſequatur. 487.1.
in Matrimonio illicito quæ ignorantia excuſet. 487.2.
Matrimonia clandeſtina publicè pernicioſa. 488.4.
Media tempora non nocent. 625.3.
Medico facto promiſſio nullius momenti eſt. 494.6.
Mercatoris proteſtatio, quòd domicilium habere non vult, ante decem annos efficax eſt. 628.3.
Merces & venalia, an legatâ domo, & iis, quæ in ea ſunt, debeatur. 668.1.
Metus peſtilentiæ iuſtus eſt. 583.4.
Metus præcedens vitiat teſtamentum inter coniuges blanditiis captatum. 494.2.
Metus reuerentialis legatum vitiat. 459.7.
Metus ſemel illatus quamdiu perſeuerare præſumatur. 494.3.
Militis teſtamentum vt iure militari valeat, quæ requirantur. 585.3.
Minus an quis exſequi ſoleat, non eſt ponderandum. 494.4.
Minores an curatoribus ſuis legare poſſint. 575.3.
Minores 25. annis decuriones facti, honoraria quidem recipiunt, ſuffragia tamen non habent. 592.4.
Minores & pupilli in quo comparentur. 592.1.
Mobilia perſonam ſequuntur. 629.7.
Mobilium appellatione vtrùm nomina & actiones veniant. 679.5.
Mobilium & mouentium appellatio, an ſit eadem. 676.1.
Modica rei acquiſitio vel alienatio non conſideratur. 637.1.
Modicum regulariter conſideratur. 637.3.
Modus, Quoad caſtè vixerit. 513.9.
Modus ſub quo maritus vxori relinquit, Quoad vidua manſerit. 511.2.
Mola an dicatur res mobilis. 677.2.
Mortis tempus fideicommiſſis inſpicitur. 613.3.
Mortis tempus in vniuerſalibus plerumque ſpectatur. 618.6.
Mortis tempus ſpectatur in legato mariti. 618.3.

Mortis

Mortis tempore legatarium capacem eſſe ſufficit. 623. 5.
Mortuus an faciat hæredem ex teſtamento an verò ſolùm hæredem ab inteſtato. 558. 3.
Mulier binuba exemplariter ſubſtituere non poteſt. 567. 18.
Mulier naturâ auariſſima. 636. 2.
Mulier non excuſatur in ijs, quæ ſpectant ad formam actûs, vel rigorem iuris, licet non potuerit conſulere peritiores. 530. 2.
Mulier non præſumitur gratis conſentire alteri, vt de rebus ſuis ſe viuâ diſponat. 636. 3.
Mulier quæ adoleſcentem in nuptias pellexit, lucrum ſtatutarium an conſequatur. 552. 1.
Mulier quæ iterum nupſit, & ſucceſſit vni ex liberis prioris matrimonij, tenetur cæteris ex eodem matrimonio illa bona relinquere; at, ſi moriantur, ea pleno iure obtinebit. 648.4.
Mulier ſeparata à viro, ſua bona liberè alienat. 606.3.
Mulier ſi antequam nuberet, teſtamentum aliorum commodo fecerit, marito nihilominùs ius ſuum ſeruatur. 544. 4.
Mulieres ad donandum faciles non ſunt. 537. 2. Vide plura verb. *Fœmina.*
Mutatio conſenſûs ſemel accommodati non permittitur. 587.4.
Mutatio teſtamenti. Vide *Teſtamenti mutatio.*
Mutatio voluntatis non præſumitur. 542. 3.

N.

Namurcenſium ſtatutis non tenetur Senatus magnus Belgicus, etſi ibi ad quoddam tempus conſiſtat. 627.4.
Nemo iuri ſuo in dubio renuntiare intelligitur. 529. 2.
Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ. 554.4.
Nemo præſumitur ſe in continenti corrigere. 653. 3.
Nemo præſumitur velle contra factum ſuum proprium venire. 557. 4.
Nepos quando appellatione filij veniat. 578. 1.
Nepotibus plus concedi quàm eorum parentibus, iniquum eſt. 658.2.
Nobiles an de futura ſucceſſione validè paciſcantur 493. 5.
Nobiles curiam ſequentes nec ciues nec incolæ ſunt eius ciuitatis vbi curia moratur. 627. 1.
Nomina debitorum & inſtrumenta, an domo legatâ cum ijs quæ in ea ſunt, veniant. 668. 2.
Noſtrum an ſit, quod ex re noſtra naſcitur. 656. 4.
Notarius à teſtatore rogari debet. 503.3.
Notarius poteſt inſtrumentum facere, quo ipſe alteri obligatur, non quo alter ipſi. 578. 1.
Notario poteſt præcipere maritus, vt ad dictamen vxoris teſtamentum ſcribat. 519. 9.
Nubens an patiatur capitis diminutionem. 544. 5.
Nulla in diſpoſitione adoptiuus filius appellatione filij continetur. 646. 2.
Nullum quod eſt, an ſit in conſideratione. 543. 6.
Nullum quod eſt, pœnæ non ſubiacet. 500. 3.
Nuncupatiuum teſtamentum, cuius exemplum à teſtatore laceratum, cancellatumuè reperitur, reuocatum an videatur. 546. 3.
Nuptiæ ſecundæ, vtpote liberis prioribus damnoſæ, varijs pœnis conſtringuntur. 564 1.

O.

Obligatio inter virum & vxorem conſiſtit. 586. 2.
Obliquè conceditur, quod directè impetrari non poteſt. 633. 1.
Obliuio an præſumatur. 576. 3.
Occidens coniugem, à teſtamento eiuſdem omnimodò arcetur. 547. 4.
Omiſſio ſolemnitatis neceſſaria non vitiat. 582. 1.
Omnibus vtrimque paribus, proximi remotioribus præferendi. 594. 9.
Operari marito vxor an teneatur. 556. 2.
Opinio ſequenda quæ animæ fauet. 615. 1.
Opinione vulgi non excuſatur, qui illam falſam eſſe nouit. 536.4.
Oratio diſiunctiua non ponitur pro coniuncta. 516. 1.
Origo & habitatio quando non ſpectentur. 630. 4.
Origo vxoris transfunditur in originem viri. 626. 2.
Originis locus quando inſpiciatur. 630.3.
Ornamenta funeribus impendi non debent. 562. 2.
Ornamenta & veſtes pretioſiores vxoris viri hæredibus remanent. 561. 4.
Ornamentis legatis, quæ comprehendantur legato. 675.7.

P.

Pactum de futura ſucceſſione non valet, etiam inter coniuges. 492. 1.
Pactum de ſuperſtitis hæreditate iuramento non firmatur. 493.6.
Pacta reciproca ſuper futura ſucceſſione an ſint vtilia inter coniuges. 492. 2.
Pacto de ſuperſtitis hæreditate an fauor matrimonij patrocinetur. 493. 3.
Panno legato, an debeantur veſtes. 672. 2.
Papæ mandatum. Vide *Mandatum Papæ.*
Parentibus ex neceſſitate famis liberos diſtrahere permittitur. 648.5.
Pars dotis eandem, quam dos, habet naturam. 612. 2.
Partem acquiſitorum renunciare vxor an poſſit. 550. 3.
Partem acquiſitorum quando ob dotem non ſolutam vxor amittat. 552.4.
Partim teſtatus partim inteſtatus an quis decedere poſſit. 545. 10.
Partus exſectus ex matris vtero an ſit verè poſthumus. 641.7.
Pater ad ſecundas tranſiens nuptias, ſi in contractu antenuptiali liberis prioris tori reſeruauerit certa aliquot millia, quomodo illis ius quæſitum dicatur. 527. 13.
Pater an conſentire poſſit filio, vt rem ſuam alteri donet. 540.5.
Pater poteſt ſtipulari filijs in poteſtate ſua conſtitutis poſt mortem ſuam. 524.2.
Pater præſumitur optimè filio proſpicere. 563. 4.
Patris imperfecta voluntas inter liberos an firma ſit. 526.10.
Patris voluntatem per coniecturas probari ſufficit. 527.14.
Pauperes Chriſti in cauſa teſtamenti inter extraneos reputantur. 649. 1.
Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata, an inter mobilia computentur. 678.4.
Penſio annua perſonalis ſecuriùs ab vxore petitur, quàm aſſignatio bonorum. 530.7.
Peregrini teſtamentum cum minori numero teſtium factum,

ctum, non rumpitur eo reuerſo. 585. 4.
Perfectum eſſe quid non dicitur, etſi proximum ſit ad perficiendum 525. 8.
Periculum vbi maius eſt, ibi cautiùs agendum. 569. 7.
Peſtis horrenda Louanij anno 1579. 584. 7.
Peſtilentiæ tempore conſilium eſt, vt infectus vel ex feneſtra voluntatem ſuam vltimam teſtibus inferiùs ſtantibus declaret, vel in publicum ſe portari faciat. 584. 8.
Petere conſenſum an ſufficiat niſi impetretur. 569. 1.
Piſces in ſtagno exiſtentes an reputentur inter mobilia. 677. 3.
Pœnalia ſtatuta. Vide Statuta pœnalia.
Pœnitentia ſola an teſtamentum reuocet. 543. 1. & 544. 9.
Poſſeßio ex conſuetudine generali in hæredem transfuſa quomodo intelligatur. 448. 3.
Poſſeßionem dimidiæ partis acquiſitorum vxor retinet. 558. 2.
Poſſeßiones auitæ continentur ſtatuto, vt forenſis bona immobilia acquirat. 638. 3.
Poſſeſſoribus auferenda ſunt turpia lucra Superioris auctoritate. 550. 2.
Poſthumus an verè ſit partus ex vtero matris exſectus. 641. 7.
Poſthumis inſtitutis qui veniant. 640. 1.
Poſthumorum tria genera. 640. 2.
Poteſtas alienandi ad caſum neceßitatis reſtricta, non porrigitur ad caſum mortis. 523. 10.
Poteſtas libera an contineat viri boni arbitrium. 520. 2.
Præſcriptio an noceat ei qui agere non poteſt. 534. 2. & 535. 7.
Præſcriptio æquitati an cedat. 535. 7.
Præſcriptionem recipit ignorans tam in perſonali, quàm reali actione. 534. 1. & 535. 7.
Præſentia principis ſiniſtram ſuſpicionem excludit. 588. 2.
Præſumitur fraus, ſi alienatio fiat in perſonam coniunctam 556 2.
Præſumitur nemo immemor ſalutis æternæ. 554. 4.
Præſumitur nemo velle contra factum ſuum proprium venire. 557. 4.
Præſumptio fraudis quando accipatur. 636. 4.
Præteriti amicorum teſtamento, turpe & probroſum. 595. 1.
Præteritio liberorum teſtamentum patris vitiat. 657. 1.
Preces moribundo adhibitæ extorſioni æquiparantur. 503. 2.
Precium ſuccedit in locum rei. 558. 7.
Primogenitus, cui ex contractu antenuptiali competit, caſtrum certum, etſi pater, nullâ aliâ declaratione factâ, moriatur, caſtrum ei cedet. 525. 7. & 12.
Princeps compenſare debet damnum alteri propter bonum commune illatum. 590. 12.
Princeps dominium rei meæ mihi auferre non poteſt. 589. 1.
Princeps ex contractu tenetur. 590. 13.
Princeps non derogat ſtatuto de lucro dotis. 590. 11.
Princeps legibus & ſtatutis ſolutus eſt. 589. 4.
Princeps non præſumitur derogaſſe ſtatuto, de quo certioratus non fuit. 589. 10.
Princeps non præſumitur vti voluiſſe plenitudine poteſtatis. 589. 9.
Princeps pater populi debet eſſe. 589. 7.
Princeps quando derogare poßit ſtatuto, Ne vxor ſine conſenſu mariti teſtetur. 589. 6.
Princeps ſemper præſumitur iuſtâ causâ moueri. 589. 5.
Princeps vtens plenitudine poteſtatis, honeſti rationem habere debet. 589. 8.
Principis præſentia ſiniſtram ſuſpicionem excludit. 588. 2.
Principis ſcientia difficulter probatur. 597. 7.
Principe præſente conditum teſtamentum reuocari poteſt. 588. 3.
Principe præſente factum teſtamentum non indiget ſolemnitate ſtatuti conſenſum mariti requirentis. 588. 1.
Principi per filias honos familiæ ſeruatur, & ſeruita exhibentur. 650. 2. & 3.
Principum liberalitas conſtringi non debet. 590. 3.
Priuatio habitum præſupponit. 651. 1.
Priuilegia multa donationis remuneratoriæ. 581. 2.
Prohibitio ad alienantem, an ad acquirentem referatur, intereſt. 638. 2.
Prohibitus alienare, vſumfructum conſtituere non poteſt. 611. 1.
Prohibitus codicillos ſcribere, teſtari nequit. 634. 1. & 2.
Prohibitus legare, mortis causâ donare nequit. 635. 1.
Promittere bona ſimpliciter poſt mortem an liceat. 493. 4.
Pronepos quando veniat vocabulo nepotis. 579. 2.
Pronomen ſuum vel, eius quid ſignificet. 560. 1.
Propinquorum conſenſus contractum minoris expreſsè debet intercedere. 571. 4.
Propria alterius res legari vel fideicommitti non poteſt. 517. 2.
Proprietas bonorum primùm diſtincta causâ publici boni. 589. 2.
Proteſtatio an poßit abſente parte fieri. 496. 2.
Proteſtatio vxoris de metu reddit teſtamentum ſequens nullum. 496. 1.
Prouiſio generalis nõ contrahitur ad ſpecificata. 645. 7.
Proximi, ad quos peruentura eſt ſucceßio, alijs diligentiores fore expectantur. 594. 2.
Proximi interdum impediunt ea quæ honeſta ſunt. 594. 8
Proximi præferuntur remotioribus, omnibus vtrimque paribus. 594. 9.
Prouiſio in vnum caſum facta, quando ad alium extendatur. 640. 2.
Pupillorum & minorum an idem iudicium. 592. 1.
Putatiui hæredis liberatio vero hæredi an prodeſſe poßit. 538. 1.

Q.

Qualitas adiecta verbo quomodo accipiatur ſecundum tempus verbi. 624. 7.
Qualitatem requiſitam ſemel exiſtere an & quando ſufficiat. 625. 1.
Quæſtuum partem quâ actione hæres mariti petat. 556. 4.
Quilibet præſumitur eligere viam ſibi tutiorem. 542. 2.
Quilibet præſumitur ſe conformare velle legi de actu loquenti. 509. 1.
Qui legat rem, proprietatem legare videtur. 651. 3.
Quod ex re noſtra naſcitur, noſtrum an ſit. 656. 4.

R. Rati-

R.

Ratificatio non trahitur in præiudicium tertij. 574.4.
Ratificatio quando locum non habeat. 574.2.
Ratihabitio in quibus actibus non ſufficiat. 488.1.
Ratihabitio pro iuſſo habetur. 488.5.
Ratio legandi alimenta bene conſideranda. 664.6.
Ratione ſtatuti ceſſante ceſſat ſtatutum ipſum 612.1.
Reditus an computetur inter mobilia. 679.6.
Regula Catoniana quando locum habeat. 624.8.
Regula, quòd vna determinatio reſpiciens plures determinationes, debeat æqualiter determinari; quas limitationes recipiat. 644.4.& 5.
Remedium quodnam vxor habeat pro alimentis legatis. 666.7.
Remiſſio cautionis & liberationis vxoriâ teſtatore relicta quid operetur. 654.1.
Remunerationis gratiâ multa admittuntur, quæ alioquin illicita forent. 596.1.
Remuneratorium legatum. Vide Legatum.
Renuntiatio beneficij l. Hac edictali, à liberis prioris matrimonij facta reuocatur; nec iuramento mulieris idem beneficium tolli poteſt. 567.6.
Renuntiare iuri ſuo in dubio nemo intelligitur. 529.2.
Renuntiare parti acquiſitorum an vxor poſſit 550.3.
Renuntiatio generalis nō debet intelligi, vt ſit alicui captioſa 537.1.
Renuntiatio generalis nō extenditur ad ea, quæ veri ſpeciem non habent. 537.3.
Renuntiatio non cognito teſtamento nulla eſt. 537.6.
Res empta nomine filiorū in poteſtate patris exiſtentiū cuius ſint. 557.2.
Res mobiles ſi maritus vxori leget, quas ei donauerat, quid comprehendatur. 680.7.
Res propria alterius legari vel fideicōmitti nequit. 517.2
Res quæ maiorum coniugis legatarij fuerunt, cōtinentur ſtatuto, Ne coniux coniugi leget. 638.1.
Res quando fieri dicatur. 521.3.
Rei modicæ acquiſitio vel alienatio nō cōſideratur. 637.1
Rem qui legat, proprietatem legare uidetur. 651.3.
Rerum iniquè partarum examinatio ad Epiſcopū pertinet. 509.1.
Rerum malè partarum ſi dominus ignoretur, quid faciendum. 509.2.
Reſignatio beneficij, niſi fiat intra certum tempus ante mortem beneficiati, nulla eſt. 555.6.
Reſponſio eius qui mentis cōpos non eſt, vel articulatè loqui deſijt, pro nulla eſt. 503.6.
Retentioni an obſtet hæreditatis aditio. 532.1.
Retractûs ius an & conſanguineo competat, qui venditioni adfuit, & tacuit. 541.10.
Reuocare conſenſū nō poteſt coniux, quo præbuit facultatem coniugi de rebus ſuis teſtandi. 542.14.
Reuocatio conſenſûs trifariam impeditur. 586.1.
Reuocatio teſtamenti an eandem ſolemnitatem requirat, quam teſtamentum. 586.4.
Reuocatio teſtamenti quâ cautelâ poſſit impediri. 539.3
Reuocato teſtamento, legata an reuocata cenſeantur. 545.11.

S.

Sacerdos dicens ſibi aliquid ſecretò à teſtatore mandatum eſſe, an teneatur mandati adimpleti fidem facere. 580.4.
Sacerdoti de mandato teſtatoris ſecreto an credatur. 508.3.
Scholaſticus etiamſi mille annis in ciuitate maneret, non cenſeretur domicilium fixiſſe, ſi conſtet de contraria voluntate. 628.5.
Scholaſticus etiam domicilium habens, ſtatuto ciuitatis non tenetur quoad mobilia. 629.6.
Scholaſticus ſtatuto ciuiū vtitur quoad fauores. 628.4.
Scriptura præparatoria ad teſtandum teſtamentum non eſt. 505.3.
Secundæ nuptiæ. Vide Nuptiæ.
Senatoria dignitas domicilium non mutat. 627.5.
Senatus magnus Belgicus nō tenetur ſtatutis Namurenſium, etſi ibi ad quoddam tempus conſiſtat. 627.4.
Sententia Bartoli refutatur. 592.5.
Sententia Bartoli refutatur. 592.7.
Sententia effectus an extra territoriū extēdatur 620.8
Separata mulier à viro, bona ſua libere alienat. 606.3.
Separatione tori factâ manent coniuges qui priùs erant 600.1.
Separatorum ſeparata eſt ratio. 521.1.
Socius ſocio acquirit etiam ſine traditione 558.1.
Solemnitas eadem quæ in teſtamento, an in teſtamenti reuocatione requiratur. 586.4.
Solemnitas teſtandi ſpectatur, quæ eſt loco teſtamenti. 620.9.
Solemnitatis omiſſio neceſſaria non vitiat. 582.1.
Spes incertorum vana. 526.12.
Sponſa per verba de præſenti propriè dicitur vxor. 606 8
Sponſæ an acquiratur id, quod futuræ vxori relictum eſt. 486.3.
Sponſalia de præſenti iure communi pro nuptijs accipiuntur. 604.1.
Statutum admittens propinquos ad retractum, non modò ad proximos agnatos, verumetiam ad quoſcunque pertinet, niſi expenſis verbis proximos alijs præferat. 594.4.
Statutum an cenſeatur fauorabile, odioſum ex primaria voluntate ſtatuentium. 600.6.
Statutum an valeat, ne vxor ſine conſenſu mariti teſtari poſſit. 569.4.
Statutum contra libertatem relinquendi ad piam cauſam an valeat. 580.1.
Statutum de lucro dotis non habet locum in dote, quam Princeps filiæ vel ſorori conſtituit. 590.2.
Statutum de vxore, etiam de ſponſa intelligitur. 605.4.
Statutum Epiſcopi, vt ſubditi extra diœceſim delinquentes puniantur, valet. 621.1.
Statutum etiam correctorium juris communis extenditur. 634.2.
Statutum fauorabile etiam extra territorium ſtatuentium valet. 582.2.
Statutum in alicuius fauorem inductum; in eiuſdem odium verti non debet. 699.2.
Statutum in vno correlatiuorum, habet locum & in altero. 599.1.
Statutum inducens nouam formam teſtandi, refertur, ad tempus verbi teſtationis. 616.4.
Statutum ligat ſubditos extra territorium. 619.3.
Statuta, ne abſque conſenſu filiorum aut propinquorum vxor teſtari poſſit, nullis locis vigent. 591.1.
Statutū, ne Coniux coniugi leget, in ſeparatis locū non habet

habet. 606.2.

Statutum ne coniunx poſt Extremam Vnctionem teſtari poſſit va'et. 601. 1.

Statutum, ne maritus vxori legare poſſit, valet. 595.3.

Statutum, ne mulier teſtetur ſine conſenſu propinquorum, locum non habet tempore peſtilentiæ. 583.3.

Statutum, ne quas res coniunx coniugi leget, pertinet etiam ad vſumfructum. 611.2.

Statutum, ne quis forenſi leget, non continet eum qui tempore mortis teſtatoris ciuis eſt, etſi tempore teſtamenti peregrinus fuerit. 624.6.

Statutum, ne quis forenſi leget, non continet vxorem in loco ſtatuti habitantem, etſi alibi natam. 626.4.

Statutum ne quis lecto decumbens teſtetur, non pertinet ad vxorem puerperam. 608.2.

Statutum, ne vir habens liberos leget vxori, ceſſat liberis ante eum morientibus. 614.3.

Statutū, ne vir vxori leget, an impediat, quo minus vir ei cōmittat pecuniā diſtribuendā pro anima ſua. 602.1

Statutum, ne vir vxori leget, an municipium egrediatur. 620.6.

Statutū, ne vir vxori leget, habet locū in ſponſa. 605.7

Statutum ne vir vxori leget, non trahitur ad teſtamentum antea factum. 616.3.

Statutum, ne vxori leget, ſi poſt contractum matrimonij abrogetur, coniuges liberat. 617.1.

Statutum, ne vxor præter dotium conuentum quicquam ex bonis mariti habeat, non eam impedit ex mariti teſtamento capere. 609.1.

Statutum ne vxor ſine conſenſu mariti teſtetur, non aufert liberam teſtandi facultatem. 569.5.

Statutum, ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, an locum habeat in teſtamento ad piam cauſam. 580.3.

Statutum, ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, in fauore n vxoris introductum eſt. 575.2.

Statutum, ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, procedit in vxore alibi teſtante, quantum ad bona in territorio ſtatuentium ſita. 582.3.

Statutum, ne vxor vltra dotem leget, non excludit ei à patre donata poſt contractas nuptias. 612.1.

Statutum non ad ea quæ rara ſunt, ſed communiter accidunt, referri debet. 591.2.

Statutū omne iuri communi derogans eſt odioſū. 600.5

Statutum præſens cum iure ſucceſſionis nihil habet commune. 594.6.

Statutum prohibens legatum, inſtitutionem prohibere cenſetur. 632.1.

Statutum prohibens rem aliquam alienari ſine conſenſu vicini, intelligitur etiam de vicino remotiori. 594.3.

Statutum quando ad limites iuris communis reducendum. 597.7.

Statutū quod certâ ratione nititur, ſeruari debet. 568.1

Statutum quòd vxor debeat marito relinquere certam partem bonorum, quomodo impediat illam alienare inter viuos. 599.2.

Statutum requirens conſenſum mariti in teſtamento vxoris, procedit etiamſi vxor relinquat ei, qui priùs eandem rem donauerat. 581.3.

Statutum ſi requirat conſenſum mariti in teſtamento vxoris, expreſſus præſtari debet. 570.2.

Statutum ſi vetet coniugem coniugi relinquere, ne quidē donatio inter viuos morte coniugis donantis confirmatur. 636.4.

Statutum ſimpliciter vetans maritum vxori relinquere, continet maritum alibi teſtantem. 621.2.

Statutum, ſiue in rem ſiue in perſonam, non pertinet ad bona alterius loci. 620.7.

Statutum ſpeciale abrogat generali. 610.3.

Statutū valet quod vir vxori relinquere cogatur. 598.1

Statutum vetans maritum vxori legare, non accipitur vice verſâ. 600.2.

Statutum ſi vetet mulierem contrahere ſine conſenſu curatoris, an illa poſſit eo inſcio dare in dotē. 581.3.

Statutum, vt agnatus excludat matrem, an territorium egrediatur. 619.2.

Statutum, vt bona coniugis tranſeant ad fratres, non extenditur ad ſorores. 613.4.

Statutum, vt liberi ſuccedant in dotem, an impediat matrem de ea teſtari. 613.2.

Statuti natura eſt, extra territorium porrigi. 619.5.

Statuti verba, maximè pœnalis, debent ſumi in potiori ſignificato. 489.7.

Statuti verbis nihil addi vel demi poteſt. 637.2.

in Statuto caſus omiſſus diſpoſitioni iuris relinquitur. 600.3.

Statuto de lucro dotis Princeps non derogat. 590.11.

Statuto in noſtrum fauorem inducto renuntiare poſſumus. 603.2.

à Statuto iuri communi aduerſante exceptio latè accipitur. 611.1.

Statuto laicorum, quod iuſtam cauſam habet, ligantur Clerici. 580.2.

Statuto ſimpliciter cauenti, ne mulier ſine conſenſu agnatorum contrahat, ſatisfit, etiamſi remotiores accerſiuerit. 593.1.& 2.

Statuto vxor ſeſe conformare videtur. 544.9.

Statuta contra liberam teſtandi facultatem ſunt odioſa & ſtrictè accipienda. 605.5.& 7.

Statuta cuiuſq; loci, vbi bona ſita ſunt, ſpectantur. 629.1

Statuta eluſoria reddi, abſurdum. 582.2.

Statuta etiam in foro conſcientiæ ſeruari debent. 615.3

Statuta exorbitantia non ſēper ſtrictè accipienda. 611.3

Statuta pœnalia de matrimonio loquentia non extenduntur ad ſponſalia. 489.8.

Statuta pœnalia quoad pœnam non extenduntur. 633.4

Statuta prohibentia coniugem coniugi legare, quando locum habeant in legato remuneratorio. 597.5.

Statuta quo modo capiant interpretationem à iure communi. 592.10.

Statutorum verba accipiuntur iuxta communem vſum loquendi. 605.6.& 606.8.

Statutorum verba ad ius commune reducenda. 608.1.

Statutorum verbis inhærendum eſt. 579.4.

in Statutis quare & quando extenſio fiat. 632.3.

Stipulari poteſt pater filijs in poteſtate ſua conſtitutis poſt mortem ſuam. 524.2.

Stipulatio incertis facta an valeat. 525.3.

Subrogatum ſequitur naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 646.3.

Subſtitutio cōtinetur ſtatuto inſtitutionē vetante. 633.2

Subſtitutio his verbis à marito facta: Lego vxori decē, & illa decem poſt mortem vxoris volo ad hæredes eius peruenire, *intelligitur de hæredibus mariti.* 516.1.

Subſtitutio quando permittatur, niſi inſtitutio corruat. 634.5.

T.

Tabulas ſupprimens, quibus actionibus teneatur. 500. 1. & 534. 3.
Tacens in quibus actibus non dicatur conſentire. 571. 3.
Tacens quando conſentire videatur. 541. 12.
Tacita voluntas teſtatoris quando efficax. 501. 4.
Tempus conditi teſtamenti inſpicitur quantum ad ſolemnitatem. 585. 5.
Tempus contractûs initi cur ſpectetur? 624. 9.
Tempus mortis in fideicommiſſis inſpicitur. 613. 3.
Tempus mortis in vniuerſalibus plerunq; ſpectatur. 618. 6.
Tempus mortis ſpectatur in legato mariti. 618. 3.
Tempus quod conſideretur circa côditionẽ teſtatoris. 623. 3
Temporis vicinitas fraudem arguit. 556. 1.
Tempore mortis legatarium capacem eſſe ſufficit. 623. 5.
Tempora media non nocent. 616. 3.
Teſtamentum à duobus factum, ſi alter eorum moriatur, in eius tantùm bonis firmatur. 539. 2.
Teſtamentum ab initio nullum quando conualeſcat. 575. 2
Teſtamentum cancellatum ruptumuè in domo coniugis inuentum, reuocatum à coniuge cenſetur. 546. 1.
Teſtamentum conditum ſecundùm leges antiquas, nouo ſtatuto non rumpitur. 616. 1.
Teſtamentum coniugis cum coniuge, factum, an reuocari poſſit, & quo modo. 539. 1.
Teſtamentum cuius perfectio in aduentum Notarij collata eſt, ſi interim teſtator moriatur, non valet. 505. 1.
Teſtamentum de relatione alterius à Notario conſcriptum non valet. 503. 4.
Teſtamentum eligere remoto contractu, vel ſtatuto, an vxori liceat in proprium emolumentum. 528. 2.
Teſtamentũ impeditũ allegans, quæ probare debeat. 499. 2
Teſtamentum imperfectum ſupprimens cur minus puniatur, quàm qui legatum ſibi inutile adſcripſit in teſtamento perfecto. 500. 4.
Teſtamentum in conſpectu Principis conditum reuocari poteſt. 588. 3.
Teſtamentum inter liberos non requirit ordinariam ſolemnitatem. 579. 1.
Teſtamentum mariti vxor repudiare poteſt. 527. 1.
Teſtamentum non irritatur per nouam conſtitutionem, aliam formam teſtandi inducentem. 631. 2.
Teſtamentum militis vt iure militari valeat, quæ requirantur. 585. 3.
Teſtamentum nuncupatiuum, cuius exemplum à teſtatore laceratum cancellatumuè reperitur, reuocatum an videatur. 546. 3.
Teſtamentum peregrini cùm minori numero teſtium factum, non rumpitur eo reuerſo. 585. 4.
Teſtamentum perfectum poſteriore teſtamento reuocatur, ſi eo poſteriori hæredes ſcripti ſint illi, quibus ab inteſtato debebatur ſucceſſio. 544. 8.
Teſtamentum præſente Principe factum non indiget ſolemnitate ſtatuti requirentis conſenſum mariti. 588. 1.
Teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, ne quidem ad pias cauſas, nec quoad liberos valet. 505. 4.
Teſtamentum ruri factum cum 5. teſtibus non rumpitur, ſi fiat ciuis. 585. 2.
Teſtamentum ſine conſenſu mariti factum non rumpitur teſtatrice ſuperuiuente. 584. 1.
Teſtamenti conditi tempus inſpicitur quantum ad ſolemnitatem. 585. 5.
Teſtamenti mutatio clam facta non nocet emptori rerum hæreditariarum. 498. 1.
Teſtamenti nuncupatiui ſubſtantia non conſiſtit in ſcriptura. 505. 1.
Teſtamenti reuocatio an eandem ſolemnitatem requirat, quam teſtamentum. 586. 4.
Teſtamenti reuocatio quâ cautelâ poſſit impediri. 539. 3.
in Teſtamento ad piam cauſam an ſtatutum, Ne vxor teſtetur ſine conſenſu mariti, locum habeat. 580. 3.
in Teſtamento æqualitas inter liberos ſeruari debet. 579. 2
Teſtamento amicorũ præteriri turpe & probroſum. 595. 1.
Teſtamenta impedire ad publicam vindictã ſpectat. 499. 3.
Teſtamenta tam nuncupatiua, quàm in ſcriptis in eadem chartâ fieri poſſunt. 505. 2.
Teſtandi facultas ex gratia conceſſa eſt. 517. 2.
Teſtandi ſolemnitas ſpectatur, quæ eſt in loco teſtamenti. 620. 9.
Teſtator à coniuncta perſona interrogetur, an ab alia, perinde eſt. 503. 5.
Teſtator in dubio duplicato onere hæredem non grauaſſe præſumitur. 645. 8.
Teſtator in dubio præſumitur ſuam voluntatem accommodaſſe legi, vel ſtatuto, vel conſuetudini loci, quibus à lege receſſum eſt. 650. 1.
Teſtator reſpondens Cui magis relinquo? vel Cuiui? reliquiſſe videtur. 504. 9.
Teſtator domum legauerit, & nullam habeat, quid debeatur. 667. 1.
Teſtatoris verba intelliguntur ſine præiudicio tertij. 657. 2
Teſtatoris voluntas. Vide Voluntas.
Teſtatorem rogatum an coniugem inſtituat, quando ſatis ſit reſpondere quòd ſic. 503. 1.
Teſtaturus quomodo dicatur impediri. 499. 1.
Tori ſeparatione factâ manent coniuges qui priùs erant. 606. 1.
Tranſigere ſuper alimentis an poſſit vxor. 663. 2.
Tranſlatio domicilij non infringit teſtamentum antea factum. 631. 1.
in Tutela filiorum mandanda oportet verba teſtatoris eſſe certa & minimè dubia. 650. 1.
Tutela matri non admittitur, niſi per expreſſam deſignationem alterius tutoris. 562. 2.
Tutor à matre datus quãdo poſſit præferri paterno. 563. 5
Tutor certæ rei dari non poteſt. 563. 1.
Tutoris auctoritas non pertinet ad ea quæ non ſunt in patrimonio pupilli & minoris. 592. 9.

V.

Vaſallus quo pacto ſeruitutem conſtituat. 658. 3.
Vaſallus vtile dominium alienare non poteſt. 658. 2
Venalia, an legatâ domo & ijs quæ in ea ſunt, debeantur? 668. 1.
Ventris inſtitutio ita facta, Si vxor prægnans eſt; vel ita, Si prægnans eſſet. 632. 8.
Ventrem inſtituere quid ſit. 641. 3.
Vẽtre inſtituto, veniunt omnes pòſt naſcituræ. 641. 4. 5. & 6
Verbum Adminiſtrationis quid in propoſito operetur. 650. 2. & 3.
Verbum diſponendi, cuius ſit natura. 522. 6.
Verbũ volo iunctũ infinitiuo, quam vim habeat? 504. 7.
Verbi Relinqui adiecti vniuerſitati, vel verbi Domina quæ vis? 643. 3.
Verba cum effectu ſunt accipienda. 521. 2.

Verba de præſenti, licet ſolùm ſint enuntiatiua, inducunt diſpoſitionem fauore liberorum. 525. 6. & 527. 13.
Verba in futurum euentum collata, an accipi poßint pro fideicommiſſo? 516. 2.
Verba ita accipienda ſunt, vt aliquid operentur. 644. 1.
Verba quando aliquid operari debent, vel non. 653. 5.
Verba teſtatoris intelliguntur ſine præiudicio tertij. 657. 2.
Verus intellectus leg. Vide *Lex.*
Veſtes funeribus impendi non debent. 562. 2.
Veſtes hyemales & æſtiuales ſi legentur, quales & quando debeantur? 675. 6.
Veſtes lugubres vxori legatæ, an poſt annum luctûs peti poßint? 674. 4.
Veſtes pretioſiores vxoris remanent hæredibus viri. 561. 4.
Veſtes poſt teſtamentum factæ an debeantur legatariæ veſtium? 672. 3.
Veſtes ſi æſtimatæ ſint à legatore certo pretio, an, ſi plus vel minus valeant, hoc pertineat ad hæredem. 675. 5.
Veſtibus legatis an veſtis ſciſſa & non parata, ſed apud ſartorem exiſtens debeatur. 672. 1.
Veſtimenta decentia maritus vxori præbere tenetur. 561. 2.
Veſtitus pretioſus an vxori dandus ſit? 663. 2.
Vicinitas temporis fraudem arguit. 556. 1.
Viduæ quibus modis doëria amittant? 529. 3.
Viri non præſumuntur legata eblandiri aut extorquere vxoribus. 600. 4.
Vis & effectus clauſulæ codicillaris. 657. 2.
Vltimæ voluntates an omnino diſcrepent à contractibus? 522. 8.
Vnctio extrema non debet impedire quo minus poſtea teſtamentum fiat. 601. 2.
Vocatus vt conſentiat, aut contradicat, ſi poſteà præſens taceat, an habeatur pro conſentiente? 541. 13.
Vocabulum Domini *intelligitur ſecundùm qualitatem perſonæ.* 643. 7.
Voluntas alicuius tacitè in alterius voluntatem conferri poteſt. 519. 10.
Voluntas noſtra ab alterius arbitrio pendere non poteſt. 517. 3.
Voluntas quando præſumatur mutata. 543. 7.
Voluntas tacita teſtatoris quando efficax. 501. 4.
Voluntas teſtatoris perfecta quæ. 505. 2.
Voluntatis coniectio ex non obſcuris circumſtantijs ſumpta, in legatis coniugum ſufficit. 501. 1.
Voluntatis mutatio an præſumatur. 542. 3.
Voluntatis mutatio quando præſumatur. 575. 1.
Vox alius *refertur ad ſimilia.* 532. 2.
Vſus populi naturalem rei ſignificationem immutat. 643. 3.
Vſusfructus an veniat appellatione bonorum? 652. 2.
Vſusfructus ſtatuarius an excludatur per fideicommiſſum doti inductum? 490. 3. & 4.
Vſumfructum conſtituere eſt alienare. 658. 1.
Vſumfructum legandi diuerſæ formulæ. 659. 1.
Vſufructuarius quid poßit, aut non poßit? 662. 5.
Vſufructuarij hæres an ſumptus fructuum gratiâ factos repetat, ſi Vſufructuarius ante perceptos fructus moriatur. 662. 7.
Vſufructuario coniugi onus alendorum dotandorumq́ue liberorum incumbit. 645. 6.
Vtilitatem propriam procurare licet. 495. 11.
Vulgi opinione non excuſatur, qui ſcit illam eſſe falſam. 536. 4.
Vxor abſente marito ſi teſtamentum ſcripſerit & ſignauerit, an cenſeatur ex præcedente metu feciſſe? 497. 8.
Vxor aduerſus fraudem mariti de acquiſitis teſtati quâ actione experiatur? 555. 8.
Vxor aduerſus teſtamentum cum conſenſu mariti factum in integrum non reſtituitur. 587. 1.
Vxor adultera, quæue ſine auctoritate Eccleſiæ maritum reliquit, eiq́ue ægrotanti & petenti medicum non accerſiuit, à doërio excluditur. 529. 5.
Vxor alibi nata, alibi nupta, vtriuſq́ue loci beneficijs vtitur. 626. 3.
Vxor amittit proprietatem rerum à marito ſibi relictarum, ſi nupſerit viuente filio ex illo marito. 648. 3.
Vxor an acquiſitorum dimidiam partem habeat? 549. 1.
Vxor an cogatur operari hæredibus mariti? 665. 5.
Vxor an cogatur percipere alimenta in domo hæredis? 663. 4.
Vxor an deducat de acquiſitis ea, quæ maritus profudit? 554. 6.
Vxor an ius municipale, contractu & teſtamento reiecto eligere poßit? 528. 5.
Vxor an marito operari teneatur? 556. 2.
Vxor an parti acquiſitorum renuntiare poßit? 550. 3.
Vxor an præſumatur ſcire facta mariti. 535. 4. & 9.
Vxor an ſua faciat ea quæ vltra dotem requirit. 556. 1.
Vxor an ſuper alimentis tranſigere poßit? 663. 3.
Vxor clam facto teſtamento derogare poteſt omnibus in poſterum ſecuturis. 496. 3.
Vxori committi poteſt executio teſtamenti. 507. 1.
Vxor, cui commiſſa eſt diſtributio, ſuſpecta non habetur, ſi alij ſint adiuncti. 602. 3.
Vxor cui maritus ſcripſit in teſtamento ſe aliqua ſecretò commiſiſſe, non cogitur reuelare commißionem. 507. 2.
Vxor de iure communi ab hæredibus mariti non niſi intra annum luctûs alenda eſt. 647. 2.
Vxori de veſtibus à ſe in matrimonium illatis liberè teſtatur. 562. 1.
Vxor dicens ſibi aliquid ſecretò à teſtatore mandatũ eſſe, an teneatur mandati adimpleti fidem facere? 508. 4.
Vxor dimidiæ partis acquiſitorum poſſeßionem retinet. 559. 2.
Vxor dote non ſolutâ nihil lucratur. 529. 4.
Vxor ebrioſa, vel decoctrix, an acquiſitorum portione priuetur. 553. 3.
Vxor eligens doërium, petere poteſt vt iudex ſuper certa parte bonorum illud conſtituat. 529. 6.
Vxor ex bonis mariti acquirere quando præſumatur. 556. 3.
Vxor filio ſubſtituta, quomodo eius hæreditate priuetur? 547. 7.
Vxor forum & domicilium viri ſequitur. 626. 1.
Vxor in donatione propter nuptias vſumfructum habere ſolet. 647. 3.
Vxor in liberorum legitima vſumfructum non habet. 645. 4.
Vxor indotata an comprehendatur conſuetudine acquiſita inter

inter coniuges communicante? 551.1.
Vxor indotata deficientibus liberis & agnatis, marito ſuccedit. 551.2.
Vxor intra quod tempus ius municipale, vel teſtamentum mariti, vel contractum antenuptialem eligere poſſit? 528.6.
Vxor inuentarium omittens, ſibi ipſi damnum infert. 533.4.
Vxor inſtituta hæres cum filio ſi naſceretur, vel cum filia ſi naſceretur, vtroque nato quid conſequatur? 640.1.
Vxor inſtituta hæres poteſt diſponere de bonis hæreditariis, etiamſi liberos habeat. 521.5.
Vxor inſtituta ita vt reddat rationem, an ſit vſufructuaria tantùm? 655.3.
Vxor iuſſa reddere hæreditatem mariti, etiamſi neglexit inuentarium, doerium detrahit. 533.6.
Vxor læſa, in electione iuris an reſtituatur. 528.7.
Vxor marito pauperi legare poteſt, etſi ſtatuto prohibeatur legare niſi pro anima. 610.1.
Vxor miniſtrans peſte laborantibus, an ſine mariti conſenſu, ſi ipſa luem contraxerit teſtari poſſit? 584.9.
Vxor minor continetur ſtatuto, Ne minori 24. annis teſtari liceat. 608.2.
Vxor mortem mariti non vindicans, eius hæreditatem amittit. 547.8.
Vxor non exequens voluntatem mariti, à commodo teſtamenti an arceatur? 547.9.
Vxor non poteſt plus ſecundo marito relinquere, quàm vni liberorum prioris thori. 564.2.
Vxor partē iniuſtè à marito acquiſitorum petere non poteſt. 550.1.
Vxor per maritum teſtari non poteſt, teſtanti tamen conſentire non prohibetur. 520.13.
Vxor per ſecunda Vota nō perdit executionem teſtamenti. 507.2.
Vxor poſterior non admittitur ad id, quod maritus priori legauit. 486.1.
Vxor præſumitur non ignorare res à marito geſtas. 531.6.
Vxor pro alimentis legatis quod remediū habeat? 666.7.
Vxor quæ fraudulenter dotem, quam non habebat, promiſit, acquiſita non lucratur. 552.1.
Vxor quæ marito ægrotanti ſeruire negat, niſi ſibi leget, nō capit relictum. 494.5.
Vxor quæ res mariti amouit, acquiſitorum partem an conſequatur? 553.1.
Vxor, quam maritus ita inſtituit, ſi filia ſibi naſcatur, non natâ filiâ hæres non eſt. 639.1.
Vxor, quā maritus liberos nō habens, reliquit dominā omnium ſuorum bonorum, cenſetur hæres inſtituta. 643.8.
Vxor quando ob dotem non ſolutam acquiſitorum partem amittat. 552.4.
Vxor quòd ſola alimenta conſequatur, liberorum fauore introductum eſt, qui hæredes inſtituti ſunt. 649.1.
Vxor quomodo dicatur domina? 643.3.
Vxor quomodo marito relinquere poſſit, cuius conſenſum ad teſtandum habere debet? 576.4.
Vxor quomodo obſtringatur marito ad obſequia. 596.3.
Vxor rectè ea ſua vocat, quæ ſine ope mariti, conſtante matrimonio, acquiſiuit. 561.3.
Vxor renubens quidquid à priori marito habet, eiuſdem matrimonij liberis ſeruare cogitur. 557.16.
Vxor renubens quod debet per mortem alicuius ex liberis prioris thori, eius fratribus & ſororibus debet. 567.17.
Vxor ante aditam hæreditatem bona mariti quando occupare poſſit? 548.2.
Vxor reuocare poteſt donationem, à marito, ſe inſciâ immediatè ante nuptias prioris tori liberis factam. 545.14.
Vxor ſciens prudenſq; approbans in mariti teſtamento omnia, quæ contra dotem faciunt, an videatur renuntiare doti relictæ? 538.8.
Vxor ſtatuto aut conſuetudini ſeſe conformare videtur. 544.9.
Vxor ſtatuto dictante ne ei relinqui poſſit, quomodo poſſit dari executrix teſtamenti? 507.3.
Vxor ſubſtituta, ſi hæredi inſidiata ſit, quâ actione teneatur? 534.1.
Vxor ſuccedit marito in quartam partē bonorum. 598.2.
Vxor teſtamentum mariti eiuſq; hæreditatem omiſſo inventario amplexa non reſtituitur in integrum. 530.1.
Vxor teſtamentum mariti repudiare poteſt. 527.1.
Vxor vſufructuaria an poſſit propriâ auctoritate occupare bona hæreditaria? 660.2.
Vxor vſufructuaria an teneatur ſoluere æs alienum? 662.6
Vxor vſufructuaria quomodo caueat? 660.4.
Vxor vſufructuaria tenetur ad confectionem Inuentarij. 660.3.
Vxoris confeſſio marito poſtulante facta ad plenum probat. 537.2.
Vxoris origo transfunditur in originem viri. 626.2.
Vxoris ſolius dicto de mandato mariti defuncti non creditur. 507.1.
Vxori teſtanti an maritus iuſtâ cauſâ conſenſum deneget, iudex cognoſcit. 570.2.
Vxori deducenda non ſunt quæ maritus ex pietate pro ea ſoluit. 553.5.
Vxori, quæ ignorauit legatum, ſubuenitur. 535.5.
Vxori relinqui poteſt eâ lege, ne quicquam marito acquiratur. 559.2.
Vxori teſtanti conſenſum ſtatuto requiſitum maritus adhibere cogitur. 569.2.
Vxori teſtanti quando conſenſus mariti per procuratorem adhiberi poſſit? 573.4.
Vxorem dotem non ſoluentem maritus à ſe dimittere poteſt. 552.2.

Z.

Σεισάχθεια Solonis. 589.3.

INDEX
RERVM QVÆ IN OPERE
DE LEGATIS

habentur, locupletiſſimus.

Primus numerus Paginam, ſecundus numerum marginalem deſignat.

A.

ABſente filio, Vide *Filio abſente.*
Abſentia iuſta excuſat. 699.13.
A definitione rei vniuſcuiuſque incipiendum. 687.1.
Actio ad exhibendum eligenti competit. 708.4.
Actio ceſsionario qualis naſcatur. 704.3.
Ædium appellatione quid veniat. 691.1.
ad Ædes quid pertineat, ex aditu cognoſcitur. 696.3.
Ædibus affixa an legari poſsint? 696.5.
Ædibus iniuncta, eaq́ quorum commercium haberi non poſſet, non rectè legantur. 714.7.
in Ædibus quæ ad tempus tantùm ſunt, legata non cenſentur. 695.2.
Ægyptij arundine pro ligno vtuntur. 706.3.
Agnis legatis quid præſtandum. 705.4.
Agnorum loco oues quamdiu habeantur. 705.5.
Alimenta quamdiu præſtanda, ex verbis colligendum. 698.2.
Alimenta quando, & vbi præſtanda. 698.8.10. & 11.
Alimenta quibus præſtanda ſint. 699.12.
Alimenta vnà cum vita finiuntur. 699.14.
Alimentorum fauore valet legatum incertum. 698.3.
in Alternatiuis totum, non pars præſtandum eſt. 709.3.
in Alternatiuis ad quem electio ſpectet. 709.1.
Anguſtia temporis vtrum Legatis obſtet. 688.3.& 715.3.
Annulus vnde dictus? 700.1.
Annulorum vſus vnde promanarit. 700.2.
Annulis legatis dactilothecæ non cedunt. 701.3.
Arbiter præſtatur diſcordantibus de via eligenda. 692.6.
Argentum factum quid. 699.4.
Argentum infectum quid. 699.5.
Argentum potorium quid. 700.9.
Argentum in credito ſuum non cenſetur. 700.11.
Argento legato quid contineatur. 699.1.
Argumentum bonum eſt à contractibus ad vltimas voluntates affirmatiuè. 709.4.
Augmentatio ad Legatarum pertinet. 705.2.706.1.
Aurum legato quid veniat. 705.8.
Aurum factum quid ſit. 699.2.
Aurum fractum ſub auro facto non continetur. 699.6.
Aurum infectum quid. 699.3.
Auro legato quid contineatur. 699.1.

B.

BArtholus veritatis fons. 701.3.
Bonum eſt argumentum à contractibus ad vltimas voluntates affirmatiuè. 709.4.
Boue legato mortuo, nihil debetur. 705.3.

C.

CAptatoriæ ſcripturæ. Vide *Scripturæ captatoriæ.*
Cauſa adiecta legato, quid operetur. 715.11.
Cauſa hæredis fauorabilis. 713.7.
Cauſa in dubijs inſpicienda eſt. 711.1.
Cauſæ lucratiuæ duæ circa eundem hominem non concurrunt. 707.5.
Chirographum qui legat, debitum legare cenſetur. 704.1.
Chirographi traditio liberationem inducit. 703.10.
Cohæres ex facto cohæredis non tenetur. 710.6.
Communicatio bonorum rectè legatur. 708.2.
Comparatum quid eſſe vel emptum, quomodò differant. 802.3 & 4.
Conditio impleri prohibita, pro impleta habetur. 714.6.
Conditio ſi apponatur, quid iuris. 714.5.
Conditionis ante aduentum petitio non admittitur. 714.7.
Conditionalia ante conditionis euentum non præſtantur. 715.
Conſuetudo regionis & patrisfamiliâs maximè attenditur. 704.1.
Contraria contrarijs ſoluuntur. 717.1.
Cupæ an contineantur vino legato. 693.3.

D.

DActilothecæ an cedant legatis annulis? 701.3.
Debitor ante tempus ſoluere poteſt. 714.3.
Debitor non liberatur, niſi res perfectè facta ſit creditoris. 709.1.
Debitoris nomen generali legato non venit. 713.4.
Debitum legare cenſetur, chirographum qui legat. 704.1.
Debitum non debitum legari non poteſt. 713.5.
Demonſtratio legato appoſita ſi ſit, quid iuris. 715.10.
Demonſtratio falſa legato non obeſt. 705.3.
Dies certus Legato appoſitus quid operetur? 714.2.
Dies incertus appoſitus quid. ibid. 4.
Differentia inter Legatum alimentorum & legatum cibariorum. 698.1.
Differentia inter legatum lanæ & lini. 701.4.
Differentia inter penū ruſticā legatam & vrbanā. 697.5
Differentia inter legatum vſumfructum omnium bonorū, & partis. 688.1.
Differentia inter legatum vſûs & habitationis. 691.1.

Differentiæ

Differentia inter penum eſculentam & poculentam. 697.1.
Differentia inter vſum & vſumfructum legatū. 691.6.
Diminutio ad Legatarium pertinet. 705.2.706.1.
Diſcordantibus de via eligenda arbiter præſtatur 692.6
Dolia vel vaſa an legato vino cenſeantur legata. 693.2. & 3.
Domus an adhuc legata cenſeatur, eâ refectâ anteà legatâ. 696.6.
Domus ſi ædificetur in area legata, quid iuris. 696.7.
Domus ſi ſimpliciter legata fuerit, quid iuris. 696.4.
Domûs vſu legato, qui eam inhabitare poßint. 691.3.4. & 5.
Domo, & omnibus, quæ in ea ſunt, legatis, an merces prehendantur. 696.8.
Domo legatâ an ſupellex contineatur. 697.3.
Dos quo pacto boni viri arbitrio conſtituatur. 692.6.
Dos quo pacto legatur, intereſt. 692.3.
in Dubio quod minus eſt ſequimur. 695.11.& 712.2.
in Dubijs cauſa inſpicienda. 712.1.

E.

Electio ad quem ſpectet in alternatiuis. 709.1.
Electio generaliter Legatarij eſt, & quo pacto optabit. 708.5.
Electio hæredis quando fit? & quoties. 708.6 & 7.
de Electione in generali legato, remißiuè. 713.8.
Eligens vno debet eſſe contentus. 709.2.
Eligenti actio ad exhibendum competit. 708 4.
Emptum quid eſſe, vel comparatum differunt. 702.2. & 4.
Error quantitatis legato non obeſt. 711.5.
Error quomodo probetur. ibid.7.
Erratum in corpore quando dicatur. 611.4.
Erratum in ſubſtantia ſi ſit, quid iuris. 711.6.
Eſcarium quid comprehendat. 700.8.
Exceptione perpetuâ munito inutiliter legatur. 803.3.
Expreßio quantitatis in legatis neceſſaria eſt. 704.6.

F.

Falſa demonſtratio. Vide *Demonſtratio.*
Fauor in legatis quid operetur. 712.7.
Filius Patri rectè legat. 688.6.
Filiusfam. ſine iuſſu patris optare nequit. 708.3.
Filio abſente vſuario, pater domum inhabitare poteſt. 691.2.
Fœmininum à maſculino concipitur. 705.9.
Fructus omnes ad Legatarium vſûsfructûs pertinent. 688.3.
Fructus ſi ad alimenta præſtanda non ſufficiant, quid iuris. 698.5.
Frumentum quid ſit. 693.9.
Fugitiuus ſeruus Vide *Seruus.*
Fundus multis modis legatur. 694.2.
Fundus etiam pro parte rectè legatur. 694.8.
Fundus ſimpliciter legatus quid contineat. 694.7.
Fundi pars fundus eſt. 694 9.
Fundi appellatione quid veniat? 694.1.
Fundi inſtructi appellatione quid. 694.3.
Fundo, ſicut eſt, vel vti erit, legato, quid intelligendum. 694.4
Fundo, vti optimus maximuſq; eſt, legato, quid veniat. 694.6.
in Fundum ad tumulandum legatum doloſè congeſta, in fundo eſſe cenſentur. 694.5.
Futura rectè legantur. 706.1.

G.

Genus an & quando omnes ſpecies ſub ſe comprehendat. 713.3.
Genus ex vtentium conſuetudine limites accepit. 713.2
Generis in legato quid præſtandum. 713.5.
Genera quæ legari non poßint. 712.1.
Grex pro parte ſperni, acceptariuè nequit. 705.1.
Grege legato. augmentatio, ſiue diminutio ad Legatarium ſpectat. 705.2.

H.

Habitatio gratuita cui relicta eſt, quid iuris habeat. 703.9.
Hæres an vinum legatum effundere poßit, Legatario in mora exiſtente. 693.7.
Hæres an teneatur legatarium ad diſciplinam perducere. 698.6.
Hæres de culpa leuißima tenetur. 710.3.
Hæres moroſus quid teneatur præſtare. 715.7.
Hæres rectè legatum vendicat, ſi legatarius defuncti voluntatem non impleat. 717.1.
Hæres ſi ſub eadem conditione eandem rem mihi leget, ſub qua mihi teſtator eandem legauit quid. 709.3.
Hæres vectigal & tributum rei legatæ præſtat. 710.3.
Hæres ſi rem legatam alienet, quid iuris. 706.6.
Hæres tenet r cauere de præſtando. 715 9.
Hæres quo pacto rem legatam luere poßit. 707.3.
ad Hæredem ſpectat periculum in generali legato. 710.2
Hæredes in indiuiduis in ſolidum conueniuntur. 688.5.
Hæredis cauſa fauorabilis. 713.7.
Hæredis mora quid operetur. 710.5.
Hæreditatis aditione ſeruitutes confundi 695.12.
Hæredū vnuſquiſque in indiuiduis in ſolidum tenetur. 688.5.& 715.5.
Hominis voluntas. Vide *Voluntas.*
Hoſpitem inhoneſtum recipere non licet. 691.4.

I.

Incapaci non legatur. 714.9.
In Indiuiduis hæredes in ſolidū conueniuntur. 688.5 & 715.5.
Inutilia legata Vide *Legata.*
Iumentis legatis quid veniat. 705.5.
Ius idem quod defunctus habuit, cum re ad Legatarium tranſit. 716.3.
Ius commune interpretatur verba Teſtatoris. 717.2.
Iuris aliud eſt, ſi quid tacitè contineatur, aliud ſi verbis exprimatur. 711.3.
Iuris quid, ſi in ſubſtantia erratum ſit. 711.6.
Iuris quid, ſi res eadem ſepiùs, vel duorum teſtamentis legata ſit. 696.7.
Iuris quid ſi in area domus ædificetur. 696.7.
Iuris quid de eo cui habitatio gratuita relicta eſt. 703.5
Iuris quid ſit, ſi res communis legetur. 708.1.

L.

Lana appellatione quid veniat. 701.1.
Lanæ appellatione quæ non contineantur. ibid.2.
Lanæ aliud aliud lini legato continetur. ibid. 4.
Legans chirographum, debitum legare cenſetur. 704.1
Legatum quid. 687. 2.
Legatum adimi poteſt pro parte. 717 5.
Legatū in aliena voluntate poſitū quomodo valet. 710.1

Legatum incertum an alimentorũ fauore valeat. 698.3. & 4.

Legatorum & fideicommiſſorum eadem eſt natura. 687.3.

Legatum corruit, ſi res legata non demonſtretur. 694.10.

Legatum debitoris creditori factũ quando valeat. 704.1

Legatum pro parte acceptari, & pro parte repudiari nequit. 716.2. Excipe, ibid. 3.4. & 5.

Legare nemo poteſt niſi is qui teſtamentum condere valet. 687.1.

Legatum debiti ſub conditione, vel in diem, bene purè relinquitur à debente. 704.4.

Legatum ſine vtilitate nullum eſt. 704.3.

Legari quibus poſſit, & quibus non. 687.1.

Legatum vnum diminutionem non recipit. 709.6.

Legatum ad ornamentum honoremuè ciuitatis quid intelligendum. 688.4.

Legato boue mortuo, nihil debetur. 705.3.

Legato ligno quid cedat. 706.1.

Legatum plenius eſt quàm de dote actio. 692.1.

Legato vſu domûs, qui vnà habitare poſſint. 691.3.

Legato non obſtat anguſtia temporis. 688.3.

Legatum veſtimenti quæ ſequatur. 701.2.

Legatum vſusfructus in quibus rebus conſiſtat. 688.2.

Legatum vbi præſtandum ſit. 710.4.

Legata alimentorum & cibariorum quomodo differant. 698.1.

Legatarius conſentiens alienationi, quid conſequatur. 706.7.

Legatarius ſuper alimentis tranſigere nequit. 698.9.

Legatarius vſusfructûs cauere debet ſe boni viri arbitratu vſurum. 689.7.

Legatario in moram exiſtente, an hæres vinum legatum effundere poſſit. 693.7.

Legatum factum pro dote ſi in dotem detur, quid iuris. 692.7.

Legato grege, ad legatarium quid ſpectet. 705.2.

Legato quid obſit, quidue non. 705.3.4.

Legato vino quid veniat. 693.1.2. & 3.

pro Legato ſemper ſtandum. 704.5.

Legato pecorum quid veniat. 705.6.

Legato iumentorum quid. ibid.7.

Legato auium quid. ibid.9.

Legari an poſſint ea, quæ in rerum natura non ſunt. 693.10.

Legari an poſſit vſus pro parte. 691.8.

Legatur inutiliter exceptione perpetuâ munito. 705.3.

Legatur rectè futurum, nec non id quod apud hoſtes eſt. 706.1.&.2.

Lego quæ ibi mobilia erunt, *quid veniat ſi ita legetur.* 705.6.

in Legatis alternatiuis ad quem electio ſpectet. 709.1.

in Legatis alternatiuis, totum, non pars præſtanda eſt. 709.2.

in Legato generali periculum ad hæredem ſpectat. 710.2.

in Legato generis quid præſtandum. 713.5.

Legatarius cauere debet de implenda defuncti voluntate. 715.8.

Legatarius cauet de modo adimplendi. 715.9.

Legatarij debet eſſe plenariè effecta res debita. 715.4.

Legatario voluntatem defuncti non implente, hæres rectè Legatum vendicat. 717.1.

Legatarij nomen ſi adſcriptum ſit, quid iuris. 712.6.

Legatum in arbitrium hæredis non confertur. 710.2.

Legatum extinguitur, ſi viuus teſtator rem legatam alienauerit. 717.4.

Legatum quandoque in hæredis arbitrium conferri poteſt. 711.4.

Legatum ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem. 716.1.

Legatum vtilitatem aliquam contingere debet. 713.4.

Legatum quo pacto deficiat. 714.11.

Legatum quo pacto, & quibus modis transferatur. 717.6.

Legatum repudiatum non cenſetur Legatum. 716.1.

Legata inutila per repetitionem confirmantur. 714.10

Legata perſonalia ad hæredem non tranſeunt. 716.4.

Legata pura à die aditæ hæreditatis præſtanda ſunt. 715.1.

Legata quibus modis relinquantur. 714.1.

Legata turpia an, & quo modo valeant. 713.1.

Liberatio quibus legari poteſt. 703.1.

Liberatio partis etiam fieri poteſt. 703.2.

Liberatio ſi ei relinquatur, qui pluribus actionibus teſtatori obſtrictus eſt, quid iuris. 703.12.

Liberationem inducit chirographi traditio. 703.10.

de Liberatione legata reddendarum rationum. 703.5.

de Liberatione pluribus relicta, aut vni ſoli. 703.11.

Leydanus ſilex: 714.8.

Lini legato quid contineatur. 701.4.

M.

MAlitijs indulgendum non eſt. 692.5.

Maſculinum concipit fœmininum. 705.8.

Mens Teſtatoris attendenda. 712.4.

Modicum tempus. Vide *Tempus modicum.*

Mora hæredis quid operetur. 710.5.

Mulieres facilè decipiuntur. 687.2.

in Mulieris præiudicium pacta, quomodo tollantur. 692.2.

Mulier ſi veſte virili vtatur, quid iuris. 701.4.

Multum refert quo pacto verba proferantur. 698.7.

Mundus muliebris quid ſit. 700.1.

Mundi legato quæ vnguenta contineantur. 700.2.

Mutatio nihil legato obeſt. 706.2.

Mutatio rei legatæ an legatum perimat. 697.4.

Morientibus eodem tempore duobus, vter prior mortuus cenſeatur. 712.5.

N.

NAue legatâ, diſſolutâ, quid debeatur. 696.1.

Nauis ſi cum inſtrumento legetur, quid intelligatur. 696.2.

Nauis ſcapha inſtrumentum nauis non eſt. ibid.3.

Nomen debitoris generali legato non venit. 713.4.

Nomen Legatarij. Vide *Legatarij nomen.*

de Nomine non curatur, modò de corpore conſtet. 711.1

Nomina hominum ſignificandorum gratiâ reperta ſunt. 711.2.

Noſtrum ſine facto noſtro ad alium non tranſit. 707.2.

O.

OFficium artificio mutatur, non econtrà. 706.5.

Optans, maior & ſui iuris eſſe debet. 708.2.

Optare nequit filiusfam ſine iuſſu patris. 708.3.

Optari

Optari niſi ſemel poteſt. 708.7.
Optari non poteſt ante aditam hæreditatem. 708.1.
Ornamentorum appellatione quid veniat? 700.1.

P.

PActa in mulieris præjudicium quomodo tollantur? 692.2.
Pars fundi fundus eſt. 684.9.
Pars minor ineſt maiori. 712.3.
Pecorum legato quid veniat. 705.6.
Pecunia ſignata auri argentiue legato non venit. 700.8.
Pecuniæ numeratæ probatio. Vide *Probatio.*
Penum eſculentam legatam quæ ſequantur? 696.2.
Penum ruſticam inter & vrbanam differentia. 697.5.
Penu legatâ, venalia non comprehendi. 697.3.
Potorium aurum quid? 700.7.
Præſumpta reuocatio. Vide *Reuocatio.*
Prætor ad eligendum moroſum compellet. 708.8.
Probatio numeratæ pecuniæ neceſſaria eſt, non expreſſâ certâ quantitate. 692.4.
Propria res nulli legari poteſt. 707.1.
Pura legata. Vide *Legata.*

Q.

QVantitas pecuniæ numeratæ an neceſſario in dote exprimenda? 692.4.& 5.
Quantitatis expreſſio in legatis requiritur. 714.6.
Quantitatis error non obeſt. 711.5.
Quid de eo qui rem ſibi legatam ignorans emit? 707.4.
Quid de eo qui rem emit, & eandem venditori legauit? 707.4.
Quod contra leges fit, nullas vires habet. 717.3.

R.

REfectio modica ad vſuctuarium pertinet. 689.6.
Regionis vſus inſpiciendus. 706.2.
Regula Catoniana quando locum habeat? 707.3.
Relictum ſub nomine dignitatis, an & quando tranſeat ad ſucceſſorem? 716.1.& 2.
Res communis ſi legetur, quid iuris? 708.1.
de Re quando conſtare dicitur. 711.3.
Res incerta legata quare valeat? & incertis perſonis legata non ſubſiſtat? 712.7.
Res, cuius commercium haberi nequit, legari nequit. 707.4.
Res debita debet plenariè eſſe effecta Legatarij, priuſquàm hæres liberetur. 715.4.
Res legata ſi non demonſtretur, legatum corruit. 694.10.
Res propria nulli legari poteſt. 707.1.
Rem legatam ſi legans alienauerit, quid iuris? 706.3.& 4.
Rem legatam ſi hæres alienet? 706.6.
Reuocatio præſumpta aliquando ſufficit. 717.3.
Reſtrictio ad dictam Regulam. 707.2.

S.

SAtiſdandi ab onere qui releuentur? 689.8.
Scapha nauis non eſt inſtrumentum nauis. 696.3.
Scripturæ captatoriæ non valent. 713.2.
Seruitus pro parte conſtitui non poteſt. 691.2.
Seruitus prædij nulli, niſi prædium habenti, conſtitui poteſt. 692.7.
Seruitus tam ruſtica quàm vrbana legari poteſt. 691.1.
Seruitutes hæreditatis aditione confunduntur. 695.12
Seruitute vti oportet ciuiliter. 692.4.
Seruus legatus, fugitiuus, cuius ſumptibus recuperetur? 710.1.2 & 3.
Silex Leydanus quid? 714.8
Statua quid ab imagine differat? 702.1.
Statuæ appellatio quid contineat? ibid.3.
Statuas qui primùm poſuerunt? ibid. 2.
in Subſtantia ſi erratum ſit quid iuris? 711.6.
de Sumptibus neceſſarijs in re legata factis. 710.3.
Supellex quid ſit? 697.1.
Supellex an contineatur domo legatâ? 697.3.

T.

TApetis legatis quid iuris? 697.2.
Tempus modicum hæredi ad ſoluendum concedendum eſt. 705.5.
Teſtamentum condere quinã poſſint, qui verò non? 687.2.
Teſtatoris vſus & regionis inſpiciendus. 706.2.
Teſtator ſi ſine certa quantitate vinum, &c. legauerit, quid præſtandum? 693.11.
Teſtatoris mens attendenda. 712.4.
Teſtatoris verba ius commune interpretatur. 717.2.
Teſtatoris voluntas aliquando ex coniecturis præſumitur. 691.2.
Teſtator non poteſt cautionem vſufructuario remittere. 716.10.
Teſtator viuus ſi rem legatam alienauerit, extinguitur legatum. 717.4.
Triticum quid ſit? 693.8.
Turpia legata. Vide *Legata.*

V.

VAſa an cenſeantur legata vino legato? 693.2.& 3.
Vaſis generaliter legatis quid veniat? 700.10.
Veſtimentum quid ſit? 701.71.
Veſtimentum an veſtis legetur, nil refert. ibid.2.
Veſtimenti appellatione an veniant quæ equis inſterni ſolent? ibid.6.
Veſtimenti legatum quæ ſequantur? 701.2.
Vino legato quid veniat? 693.1.
Vino legato quæ cenſeantur legata? 693.2.& 3.
Vini certus numerus amphorarum ſi legatus ſit, nec tot amphoræ ſint, quid iuris? 693.4.
Quid ſi nullum vinum teſtator reliquerit? 603.5.
Vinum vetus à nouo quo pacto noſcamus? 693.6.
Vinum ſi ſine certa quantitate legatum ſit, quid præſtandum? 693.11.
Voluntas hominis ambulatoria eſt ad mortem vſque. 617.2.
Voluntas teſtatoris quandoque ex coniecturis præſumitur. 691.2.
Vſus annulorum vnde promanarit? 700.2.
Vſus teſtatoris. Vide *Teſtatoris vſus.*
Vſu domus legato, qui vnà habitare poſſint. 691.3.& 4.
Vſufructuarius quid poſſit, vel non poſſit facere. 689.4.& 5.
ad Vſufructuarium modica pertinet refectio. 689.6.
Vſuarius qualiter vti debeat? 691.7.
Vſus pro parte legari non poteſt. 691.8.
Vſus ſeruitutum temporibus ſecernitur. 692.3.
Vſusfructus quibus modis legetur, quibuſue amittatur? 690 9.& 10.

✠✠✠✠✠ INDEX

INDEX
RERVM AC VERBORVM
NOTABILIVM
QVÆ IN HOC TRACTATV
DE IVRE SISTENDI
Continentur.

Prior numerus Paginam, alter numerum marginalem denotat.

A.

Actio eſt inanis, quam excludit inopia debitoris. 810. 6.
Actio quando datur alijs quàm ijs, cum quibus actum fuit. 810. 8.
Actio quando per pactum quari alicui poßit. 812.3.
Actionem hypothecariam & perſonalem ſimul haberi poſſe, nihil prohibet. 754.3.
Actiones pœnales & mulctæ certi temporis ſpacio præſcribuntur. 782.1.
Actor quis eſſe dicatur. 790.2.& 3.
Actus in dubio præſumitur ab eo geſtus, qui eum gerere debuit. 809.3.
Actus omnis an prima vice abſumatur. 781.9.
de Aduocatis & Medicis. 744.13.
Agens ſtimulatus & per alium prouocatus, dicitur ſuſtinere partes rei. 790. 4.
Altercatione pendente ſuper proprietate rei, an arreſtatio rectè fiat. 766.9.
Animalia pro damno licitè detinentur. 740.24.
Animal in agro alieno repertum an retineri queat. 721. 2.
Apparitor an apparitorem ſubdelegare queat. 771.7.
Apparitor an apparitori teſtis eſſe poßit. 777. 2.
Apparitor an poßit debitorem reſiſtentem occidere. 785. 5.
Apparitorem non habentem ſignum offendens, an eodem modo puniatur? 776 3.
Apparitores an coram teſtibus arreſtare debeant. 777.1.
Apparitori an & quando credatur literis ſui officij non oſtenſis. 776.1.& 4.
Apparitor plus accipiens quàm ſalarium, quo pacto puniatur. 779.4.
Apparitori an reſiſtere liceat? 785. 1.
Apparitori violenter reſiſtentis pœna. 785. 3.
Apparitor cui mandatum arreſtandi datum eſt, an poßit arreſtare, ſi iudex mandans moriatur. 739. 20.
Apparitori dicenti ſe percuſſum eſſe, an credatur. 785.4.
Apparitor egrediens limites ſuæ poteſtatis, tenetur iniuriarum. 774. 5.
Apparitores improbi ab officio ſunt remouendi. 775. 5.
Apparitori an ſit credendum, conſuetudo docet. 776.7.
Apparitoribus arreſtum commiſſum non facientibus, quo modo partibus conſulatur. 775. 4.
Apparitor de qua culpa teneatur. 800. 2.
Apparitores magni Conſilij iuſſa eiuſdem vbique exequuntur. 772. 1. & 4.
Apparitores magni Conſilij vtrum inferiorum Magiſtratuum ſententias mandare queant executioni, ibid. 2. & 5.
Apparitori facta iniuria. Vide *Iniuria.*
Apparitori ſoli an credendum ſit, iudicis arbitrio reliquitur. 778.4.
Apparitor ſimulans ſe mandatum arreſtandi habere, quâ pœnâ teneatur. 774. 6.
Apparitoris falſitas quo pacto conuincatur, relatinè. 778.6.
Apparitoris falſam relationem facientis pœna. 778. 5.
Apparitor qui lecticas fregerat, fuit condemnatus ad damni refuſionem. 800. 5.
Apparitor quando carcerari poteſt. 773.1.
Apparitori qui operam dedit vt arreſtaret, ſi ex pœnitentia creditoris deſiſtat nihilominus ſalarium debetur. 779.6.
Apparitor ſolus debitorem non poteſt relaxare. 805. 2.
Apparitor ſolus non habitâ licentiâ Iudicis, arreſtat hodie periculo creditoris. 804.1.
Apparitor tenetur etiam morſus murium in rebus arreſtatis præſtare, quemadmodum & fullo in veſtimentis. 800.4.
Apparitores vt plurimum maligni, infames, ac viles ſunt. 774.5.
Apparitor vtrùm abſque mandato Iudicis aliquem arreſtare poßit. 771. 3.
Apparitor eſſe præſumitur, qui pyxidem defert. 776. 2.
Appellare an poßit debitor, ſi pecunia ſibi debita ſub manu ſui debitoris per creditorem arreſtetur. 788. 4.
Appellare ab arreſtatione an liceat. 788.1. & 3.
Appellari an poßit ab executione Apparitoris ſupremæ curiæ ſententiam inferioris iudicis exequentis. 772. 3. & 6.
Appellatio à decreto iudicis interpoſita, an & quando executionem ſuſpendat. 788. 2.
Arbitrariæ pœnæ aut mulctæ impoſitioni quando locus ſit. 781.1.
Arbitrio ſoli an credatur. 777.3.
Argumentum bonum eſt à lege ad pactum. 759.4.
Armis an reſiſtere poßit is qui illegitimè ob debitum capi-

capitur. 783. 4. *&* 6.
Arreſtante non exhibente cauſas arreſti in termino, an arreſtatus ſit relaxandus. 792. *&* 4.
Arreſtantium an & quando omnium cauſa par ſit. 795. 7. *&* 8.
Arreſtare Brabantus an Brabantum poßit, & vbi. 753.1.
Arreſtare & prebendere quomodo differant. 720. 5.
Arreſtari an poßit aduena, quem quis ſtatim receſſurum ſciuit. 730. 4.
Arreſtari an poßint, qui cauſa religionis ad locum aliquem veniunt ſeu per eum tranſeunt. 744. 12.
Arreſtari non poteſt euocatus ad Curiam Principis veniens. 744. 11.
Arreſtatæ res. Vide *Res arreſtatæ.*
Arreſtatam rem detinens, eam præſcribere non poteſt. 790.6.
Arreſtatio an poſt ſolis occaſum admittatur. 756. 2.
Arreſtatio an producat pignus prætorium. 789. 5.
Arreſtatio an & quando inducat litis pendentiam. 789. 1. *&* 4.
Arreſtatio etiam licita debet eſſe abſque iniuria. 783. 3.
Arreſtatio non fit, niſi creditore poſtulante. 764. 3.
Arreſtatio quatenus iure ſit permiſſa. 722. 5.
An ante Arreſtationem apud Iudicem facienda ſit ſummaria aliqua probatio de debito. 765. 4.
Arreſtati & capti eadem eſt ratio. 798. 1.
Arreſtatus an à iudice relaxari poßit, parte non vocatâ. 805. 3.
Arreſtatus an Iudicis incompetentiam obijcere poßit. 758. 11.
Arreſtatus fugiens, an ſine noua citatione condemnari poßit. 781.11. *&* 13.
Arreſtatus iniquè an poßit impunè è carceribus effugere. 784.7.
Arreſtatum iniuſtè è carcere eximens, an teneatur Edicto, Ne quis eum, *&c.* 784. 8.
Arreſtatum debitorem eximentis pœna. 786.1.
Arreſtatus ob pœnam violati arreſti poſt annum conueniri non poteſt. 783. 3.
Arreſtatus perperam, etiam poſt tempora appellationi præſtituta appellare poteſt ab arreſto. 784. 9.
Arreſtatus poteſt arreſtantem contra ſe teſtimonium ferentem, vt inimicum reprobare. ibid. 10.
Arreſtatus recedens non obſtante arreſto, quibus caſibus non puniatur. 780.5. *&* 6.
Arreſti introducendi quæ fuerit ratio. 722. 6.
Arreſti violati pœna cui veniat adiudicanda. 782.6. *&* 9.
Arreſti violati pœnam. Vide *Pœnam violati Arreſti.*
Arreſti vſus an ſit fauorabilis. 722. 7.
Arreſti vſus & commoditas potißimùm verſatur in facilitate conueniendi debitorem. 803. 15.
Arreſto durante, an res arreſtata alienari poßit. 790.9.
Arreſtorum duo genera. 721. 5.
Arreſtum, arreſtatio arreſtare quid ſit. 720. 4.
Arreſtum an ob vtilitatem euidentem & apparentem, parte non vocatâ relaxari queat 804.21.
Arreſtum an per ſatiſdationem relaxetur. 801.3. *&* 6.
Arreſtum an pro debito minimo concedatur. 747. 20.
Arreſtum diſſoluitur per ceßionem bonorum. 804. 19.
Arreſtum perperam faciens, ſi res arreſtata perierint, obligatur debitori ad earum æſtimationem. 800.6.
An ad Arreſtum quis ſe obligare poßit. 760. 7.
Arreſtum quis dicatur violaſſe. 780. 2.
Aſſumendus ad officium publ. an tam ex ſua, quàm ex aliena domo extrahi queat. 752. 9.

B.

Bedelli, quid de ijs dicendum. 743. 5.
Bona debitoris ſine ſolenni ritu in creditorem transferri non poſſunt. 770. 1.
Bona debitoris ſi apud tertium exiſtant, quid iuris. 765.10.
Bona mobilia ſequuntur perſonam. 753.6.
Bona ſcholaris eſſe, vel non eſſe quis probabit. 742.2.
Boues, equi & aratra, an arreſtentur. 747. 22.
Boui trituranti non claudendum os. 779. 3.
Brabantus an Brabantum arreſtare poßit, & vbi. 753.1.

C.

Cadauer hominis mortui an arreſtari poßit. 747.33.
Captura an reſoluantur quæ nulla fuit, ſi modò aliter de veritate debiti conſtare poßit. 768. 6. 9. *&* 10.
Captura eſt admodum ignominioſa. 783. 1.
Captus vt contrahat, an ſufficiat eum deductum eſſe extra carcerem in domum alicuius ciuis. 798. 3.
Carcer deputatus eſt ad cuſtodiam non ad pœnam. 797.1.
Carcer in quo eſt fames & ſitis, cenſetur tortura. ibid. 2.
Cauſa non iuſtificata in propoſitione, non poteſt iuſtificari in probatione. 768.7.
Cauſa Rei fauorabilior multò eſt quàm Actoris. 790. 1.
Cauſam vnam ex pluribus propoſitis eſſe veram ſufficit. 806.7.
Cautio de ſoluendo debito liquido & confeſſato, non liberat ab arreſto, 801. 2.
Cautio de iudicato ſoluendo, non prorogat iuriſdictionem Iudicis. 793.2.
Cautio de iudicio ſiſti, quomodo intelligatur 763. 1.
Cautela pro eo qui fecit arreſtum perperam. 773. 3.
Cautio iuratoria an & quando ſufficiat. 801.8. *&* 10.
Cedere bonis qui non poßint. 729. 2.
Ceßionarius vtrùm arreſti iure vtatur. 725.6.
Ceßio bonorum quid. 746. 6.
Citatio ante arreſtationem non requiritur. 730.5.
Citatus à diuerſis iudicibus an venire debeat. 808. 1.
Ciuis an pro debito ciuitatis arreſtetur. 737.17.
Clauſula hæc, Quia tale eſt noſtrum placitum, *quid ſignificet.* 720. 3.
Clericus debitor, an & à quo arreſtetur. 736. 14.
Colloquio de tranſigendo vel componendo durante, nihil creditor aduerſus debitorem attentare debet. 743. 7.
Comitem, Doctorem, ſeu Magiſtratum ſe ſimulans cùm non ſit, falſi crimen contrahit. 774.2.
Commentarienſis iniuriarum tenetur, qui victum aut lectum carcerato denegat. 797. 3.
Commißio generalis de arreſtando quoſcunque ad petitionem partis, non valet. 725. 5.
Commeatum ferentes ad caſtra non ſiſtuntur. 743.7.
Compromiſſo pendente nihil eſt innouandum. 752.1.
Condictio ex l. Diffamari, C. De ingen. manumiſ. intenta, an inducat litispendentiæ exceptionem. 789. 3.
Confirmare minus eſt, quàm de nouo dare. 797. 3.

de Conſiliarijs & Aduocato Regio. 744. 10.
Conſors litis quo caſu licitè arreſtari faciat. 727. 8.
Conſuetudo in arreſtis attendenda. 771. 5.
Conſulens debitori vt fugiat, an teneatur. 786. 2.
Contractus cum arreſtato ſeu carcerator factus, quando dicatur iuſtus & validus. 799. 7.
Contractus vt ſubſiſtat vel infirmetur, non inſpicitur, an inter arreſtatum & arreſtantem, ſeu inter alios eorum nomine fuerit initus. ibid. 8.
Contrahens in nundinis poteſt ibi arreſtari. 756. 6.
Contumacia nulli nocet, niſi aduerſarius eam in termino comparens accuſauerit. 793. 5.
Contumax quoque rectè ſiſtitur. 740. 23.
Creditor ad domum debitoris accedere debet pro habenda ſolutione, ſi non ſit eiuſdem cum eo fori. 754. 2.
Creditor an rectè petat debitorem arreſtari, in cuius bona miſſus fuit. 739. 19.
Creditor debitorem fugitiuum propriâ auctoritate capere poteſt. 808. 5.
Creditor excommunicatus an arreſtare poſſit. 723. 1.
Creditor in dubio præſumitur ignoraſſe debitoris, cum quo contraxit, conditionem. 749. 25.
Creditor malè arreſtans, an ius crediti amittat. 770. 5.
Creditor ſi plura bona exequendo vendat, quàm expoſcit debitum, an tota executio concidat. 768. 8.
Creditores plures poſſunt immitti in bona debitoris. 808. 3
Creditore arreſtante nõ comparente, quid faciendũ. 808. 6
Creditori quæ ſint obſeruanda in cautione pro arreſtato admittenda. 803. 17.
Creditori an liceat debitorem vim inferentem interimere. 785. 6.
Criminoſi priuilegio nundinarum non gaudent. 757. 7.
Cuſtos carceris an teneatur, ſi debitor cum altero cuſtode fugiat. 797. 9.
Cuſtos carceris, an & quando teneatur de facto ſuorum. 796. 5. & 6.
Cuſtos carceris an & quando excuſatur. 796. 8.
Cuſtos carceris eſt velut depoſitarius. ibid. 2.
Cuſtos, ſi debitor fugit, tenetur non ſolùm debitum ſoluere, ſed etiam intereſſe. ibid. 4.
Cuſtos tenetur de negligentia. ibid. 3.

D.

Debitor an in Eccleſia capi poſſit. 759. 6.
Debitor an in ferijs arreſtari poſſit. 755. 1.
Debitor an in loco arreſtari poſſit. 749. 1.
Debitor an in molendino, apotheca, taberna, naui, porticu, oſtio, &c. exiſtens arreſtari poſſit. 750. 4. 5. & 6.
Debitor an in portu eius ciuitatis, in qua arreſtari non poſſet, eadem immunitate gaudeat. 751. 7.
Debitor an in monaſterijs, hoſpitalibus, domib. Canonicorum intra ambitum Eccleſiæ exiſtentibus, & in palatio Epiſcopi arreſtari poſſit. 750. 2.
Debitor arreſtatus & incarceratus, an alibi per procuratorem ſe defendere cogatur. 809. 8.
Debitor arreſtatus ſi in cuſtodiam ſequi nolit, quid iuris ſit. 779. 1.
Debitor carceratus cuius impenſis ſit alendus. 797. [illegible].
Debitor de fuga ſuſpectus, an in nundinis arreſtari queat. 757. 9.
Debitor etiam facti arreſtari poteſt. 732. 7.
Debitor frangens arreſtum, compelli poteſt redire etiam per proprium ſuum iudicem. 796. 1.
Debitor fugitiuus non iuuatur vllo priuilegio. 753. 7.
Debitor fugitiuus propriâ auctoritate capi poteſt. 721. 2.
Debitor in diem, vel ſub conditione an ſiſti poſſit. 731. 6.
Debitor in ſua vel aliena domo exiſtens, an rectè arreſtetur, & quæ ſit ratio. 750. 3. & 8.
Debitor liberatur, ſi quis tertius creditori acceptanti pro eo ſoluere promittat. 812. 4.
Debitor manifeſtè inops, utrùm arreſtari poſſit. 729. 1.
Debitor non ritè arreſtatus, an approbet arreſtum dando fideiuſſores. 770. 6.
Debitor quando incarceri poſſit. 802. 9.
Debitor qui bonis cedere non vult, aut non poteſt, ad hoc damnari, vel ſe obligare poteſt, vt creditori ex opera ſuis ſatisfaciat. 730. 3.
Debitor qui tempore contractus non fuit ſoluendo, an poſſit arreſtari. 748. 24.
Debitorem arreſtatum eximens, debitum eius creditori arreſtanti ſoluere cogitur. 786. 1.
Debitoris non ſoluentis quod olim ſuppliciũ fuerit. 721. 3.
Debitori vt fugiat conſulens an teneatur. 786. 2.
Debitum iuſtum ſi ſoluatur, prætextu ordinis non ſeruati, executionis non ritè factæ, vel quia per vim ab executore eſt exactum, vel per metum promiſſum, non repetitur. 768. 4.
Defructuatores bonorũ obligatorũ rectè arreſtãtur. 739. 21
Depoſiti reſtitutio an impediri à tertio poſſit. 808. 2. & 4
Detentus in carcere priuato, contrahere aut teſtari non poteſt in vtilitatem detinentis. 798. 5.
Dies termini an contineatur in termino. 792. 8.
Diffamans à diffamato arreſtari an queat. 732. 8.
Dicens ſe arreſtari non poſſe, declinatoriè excipit & ante litem conteſtatam hoc opponere debet. 762. 1.
Dilatio a cuius fauore ordinata poteſt ab eo ſperni. 791. 3
Doctorem ſe ſimulans cùm non ſit, falſi crimen contrahit. 774. 2.
Domicilia plura ſi habeat debitor, ad quod fieri inſinuatio debeat. 793. 4.
Duo vel plura quando requiruntur ad actum, vno deficiente actus corruit. 806. 4.

E.

Exceptio declinatoria poſt litem conteſtatam ſuperueniens, an oppoſita proſit. 763. 5.
Exceptionem competentiæ quinam habeant. 746. 18.
Excommunicatio ligat ſubditum in omni loco. 753. 4.
Executio an ſine nouo proceſſu in fideiuſſores arreſtati fieri poſſit. 803. 16.
Exiſtens in porticu, oſtio, vel ſcalis, extra domum, an poſſit arreſtari. 751. 6.
Expenſas ſoluere debet, qui actum fieri deſiderat. 778. 1.
Expenſæ an ſint teſtibus deducendæ quas domi feciſſent, remiſſiuè. 811. 4.
Extraneus tantùm, aut ciuis ſuſpectus arreſtari poteſt. 764. 1.

F.

Facta multa tenent, quæ non facta prohibentur. 768. 5.
Factores & Inſtitores mercatorũ arreſtari poſſunt. 735. 12
Feriarum renuntiatio. Vide Renuntiatio.

Ferendus

Ferendus nec iuuandus eſt, qui ſe in neceſſitate poſuit. 805.3.
Fideiubens ſoluere id quod ſubductis rationibus debitor debebit, non tenetur, ſi rationes non ſubducantur. 803. 18.
Fideiuſſor an arreſtari poſſit. 732. 9.
Fideiuſſores extranei, & pignora alibi ſita an ſufficiant. 803. 14.
Fideiuſſores idonei qui ſint. 802. 12.
Fieri quod potuit vno modo, ſi fiat alio modo malè, non ſubſiſtit. 805.2.
Forenſes ligantur ſtatutis loci, vbi conueniuntur, in his quæ ad ordinationem iudiciorum pertinent. 759.13.
Fructus beneficiorum an arreſtentur. 743.8.
Fructus in fundo meo ab alio poſſeſſo iacentes, vel exiſtentes, arreſtare poſſum. 741. 26.

G.

G*Abellis ſoluendis, quæ conſuetudo attendatur.* 759.2.
Generalis commiſſio de arreſtando quoſcumque ad petitionem partis non valet. 725.5.

H.

H*Æredem debitoris ſui qui arreſtat, probare debet eum hæredem eſſe.* 762. 8.
Hæres compelli poteſt ad omne id, ad quod compelli poterat defunctus. 761. 2.
Hæres conueniri debet à creditoribus, non emptor hæreditatis. 812. 2.
Hæres creditoris an rectè arreſtum petat. 728. 11.
Hæres debitoris an rectè arreſtetur. 732. 10.
Hæres eius qui perſonam ſuam obligauit, an capi poſſit 761. 1.
Hæres intra nouem dies poſt mortem defuncti arreſtari non debet. 758. 10.
Hæres vtrùm arreſtari poſſit, antequam ipſi fides aliqua de debito facta ſit. 762. 7.
Hoſpites an arreſtare viatorē pro expenſis queant. 723.2

I.

I*Mpenſæ quales circa res arreſtatas faciēdæ ſint.* 800.7
Incipere ab executione non licet, 722. 4.
Iniuria eſt, fideiuſſorem idoneum reſpuere. 769.2.
Iniuria facta Apparitori, cenſetur Principi & Iudici facta. 785. 2.
Iniuria magna afficitur is, qui indebitè arreſtatur. 769.1
Iniuriarum actio non ſemper reponit debitori famam, etiamſi ſecundùm ipſum iudicetur. 771. 4.
Iniuriarum tenetur Commentarienſis, qui victum, aut lectos denegat carcerato. 777. 3.
Inſinuatio an ſæpiùs ſit facienda. 793. 3.
Inſinuatio per quem fieri debeat. 793. 2.
Inſinuatio procuratori facta, an ſufficiat. 793. 5.
Inſinuatio quomodo fiet, ſi debitor ſit omninò exterus, & abſit. 793. 6.
Inſtantiæ an & quando renunciare liceat, niſi etiam renuncietur liti & cauſæ. 807.4.6. & 7.
Inſtrumentum fieri mandans, Tabellioni ſoluere tenetur. 779. 2.
Inſtrumentum publicum meretur executionem contra hæredem. 761.4.
Intellectus l. In iudicati ff. de re iud. 795. 9.
Interdictio bonorum facta prodigo, contractum eius irritat quocumque loco factum. 753.5.
Iudex an cogi poſſit à partibus, vt vel ordinariè, vel ſummariè procedat. 791. 5.
Iudex an pœnam & mulctam augere & minuere poſſit. 782. 5. & 7.
Iudex an poſſit per executorem ſuperioris Curiæ arreſtare aliquem. 772. 3.
Iudex an poſſit per priuatum quemque hominem arreſtare debitorem. 771.1.
Iudex an poſſit creditori licentiam arreſtandi ſuum debitorem tribuere. 771. 2.
Iudex an terminum ſtatuti vel legis prorogare queat. 793. 6.
Iudex contra Apparitorem improbum ſummariè procedit. 776. 7.
Iudex delegatus etiam officio finito relaxat debitorem. 805. 4.
Iudex inferior quando animaduertat in Apparitorem regium. 774. 4.
Iudex laicus citare poteſt clericum ſub conditione, Si ſua putauerit intereſſe. 809. 7.
Iudex negligens aut iuſtitiam non adminiſtrans, grauiter punitur. 775.3.
Iudex qui de facto proceſſit, de facto iterum reuocare poterit. 768. 9.
Iudex qui fideiuſſorem inidoneum admittit, poſt nominatores, in ſubſidium tenetur. 803. 13.
Iudex ſuperior, an in territorio iudicis inferioris ſibi ſubditi, de omnibus cauſis cognoſcere poſſit, de quibus poteſt ipſe inferior. 772. 7.
Iudex videns ex mala cauſa actum eſſe, & bonam, ex qua agi potuit, in actis relucere, non debet reum abſoluere. 806. 8.
Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt. 784. 5.
Iudici ſoli non creditur. 777.3.
Iudicium coram vno iudice ex neceſſitate intentatum, an ad alium iudicem transferri poſtea queat. 789. 2.
Iuramenti violati perſecutio anno nō cōcluditur. 783 5.
Iuramento reuertentis ad carceres creditur, dicentis ſe ob iuſtam cauſam aufugiſſe. 781.12.
Iuramentum an per Principem laicum relaxari queat. 780.4.
Iuramentum debitoris de non recedendo ſine licentia creditoris quid operetur. 781. 8.
Iuramentum quod occaſionaliter tendit in damnum ſalutis corporalis, non eſt ſeruandum. 780. 7.
Iuris ciuilis & Canonici maior eſt concordia, quàm vulgo arbitrantur. 812. 6.
Iuriſdictionem non habens, ſed habere ſimulans, quo modo puniatur. 774.4.
Ius conſtante iudicia, vel poſtea adueniens, non prodeſt actori. 769. 12.
Ius reuocandi domum, an & quando proponi debeat ante litem conteſtatam. 762. 2.

L.

LAicus poſt delictum factus clericus, à quo iudice veniat puniendus. 763.4.
in Legatis Principum quid ſeruetur. 744.9.
Legatarij an & quando hæredem arreſtare poßint. 723.3
Lex nihil fruſtrà facit. 769.13.
Literæ dilatoriæ & quinquennales quando arreſtū relaxari faciant. 804.20.
Literas dilatorias ſolutionis habentes, non arreſtantur 746.17.
Liti cedens, ſolùm in expenſas condemnatur. 807.1.
Liti renuncians non propriè dicitur ſuccumbere. ibid. 2.
Locupletior factus quis dicatur. 810.7.
Locus celebrati contractus quando conſideretur. 758.1.
Locus promißionis in dubio cenſetur eſſe locus ſolut. 754.1.
Locus quando ſit arbitrariæ pœnæ aut mulctæ impoſitioni. 781.1.
Luxuries & auaritia homines plerunque ad ſcelera adigunt. 775.1.

M.

MAlitijs hominum indulgendum non eſt. 692.5.
Mandatum an præſumatur. 777.6.
Mercatores an in eo loco arreſtari queant, ſine quo ad nundinas venire non poßent. 756.4.
Mercatores an ex fide promiſſorum dependeant. 769.3.
Mercator etiam lucrum ceſſans petit. ibid. 4.
Metus omnis turpis eſt in iudice. 775.2.
Milites an rectè arreſtentur. 743.6.
Mortuus in carcere præſumitur culpa cuſtodis periiſſe. 797.4.
Mulcta ob ſpretum iudicis præceptum commiſſa, poſt annum non poteſt exigi. 783.1.
Mulctandi modum eſſe arbitrarium, quomodo ſit accipiendum. 782.3.
Mulier ob libidinem vitandā fugiens pœnâ fracti arreſti non tenetur. 781.10.
de Muliere debitrice. 745.14.

N.

NObilem aut potentem mercatorem arreſtare plus eſt quàm aliquem plebeium 783.2.
Nuncius falſus de falſo tenetur. 774.1.
Nundinæ non omnes liberant ab arreſto 756.3.
Nundinæ publicum fauorem continent. 759.2.
Nundinarum immunitatis renuntiatio an valeat. 758.1
Nundinarum tempore arreſtare non licet. 756.2.
pro Nuncio præſumitur in his quæ officiū eius concernunt. 777.5.

O.

OBligare ſe ad carceres ſeu arreſtum an quis poßit. 745.15.
Obligatio omnis tollitur ſolutione eius quod debetur. 801.1.
Occultans debitorem alienū quo modo obligetur. 787.3.
Occultator an & quando cōpelli poteſt, vt debitorem occultatum exhibeat. 788.5.
Offendens Apparitorem non habentem ſignum, an eodē modo puniatur. 776.3.
Ordinarium auxilium quamdiu ſupereſt, ad extra ordinarium & ſubſidiarium non eſt recurrendum. 810.4.
Ordo temporis non facit prælationē in pignore prætorio, ſed ueritas debiti. 794.5. & 6.
pro Officiali quando præſumatur. 796.7.

P.

PArentes ſcholarium an arreſtari poßint, 743.3.
Partes dū ſunt in tractatu pacis, omnis ratio procedendi ceſſat. 752.4.
Pecunias arreſtatas ſi Apparitor conſumpſerit, quo pacto creditori arreſtanti ſuccurratur. 800.8.
Pecunia debitori debita vtrùm arreſtari queat. 735.11.
Perſona coniuncta quo iure vtatur. 737.10.
Petens ſibi caueri de refundendis expenſis, aut ſoluens ſportulas, nō videtur ob hoc in Iudicē conſentire. 764.4
Plus petere re, quando quis dicatur. 807.12.
Plus petens re cōdemnatur in expenſas, dāna & intereſſe, & reus abſoluitur. 805.1.
Pœna arreſtantis propriâ auctoritate debitorē non fugitiuum. 770.2.
Pœna etiā ex leuißima contumacia imponi poteſt. 782.8
Pœnæ arbitrariæ quando ſit locus. 781.1.
Pœnæ extra caſum ſuum non ſunt extendendæ. 779.5.
Pœnæ & mulctæ ſunt commoda iuriſdictionum. 782.2.
Pœnam violati arreſti poſt annum non poſſe peti, quo pacto intelligendum ſit. 783.4.
Pœna arreſti violati cui veniat adiudicanda. 782.6.
Pœna violati arreſti etiam ab alterius territorij Iudice irrogari poteſt. 782.4.
Pignus prætorium quas ob cauſas contrahatur. 794.2.
Plus cautionis eſt in rem, quàm in perſonam. 810.5.
Plura remedia quis habere poteſt. 810.9.
Præſumitur quod Cōmentarienſis aluit captiuū. 809.2.
Princeps ſuâ lege immunitati Eccleſiæ nō præjudicet. 760.5.
Principes an ſine expreſſo Iudicis mandato per apparitorem arreſtari poßint. 771.6.
Priuilegi... præfertur nō Priuileg. non ſolū in ſolutione conſequenda, ſed in eadē alijs facta repetenda. 795.10
Priuilegium perſonale, aut pactum, perſonam non egreditur. 761.2.
Procurator creditoris quo iure arreſtū impetret. 724.4.
Portator literarum cum clauſula eius qui hanc feret, an rectè arreſtum aduerſus debitorem petat. 726.8.
Procurator qui ex ſpeciali mandato ſui domini aliquem arreſtauit, abſque ſimili mandato eundem relaxare nō poteſt. 805.5.
Procurator, qui alieno nomine contraxit, rectè ſiſtitur. 736.13.
Promißio de ſoluendo pro alio quid operetur, remißiuè, 812.5.
Proteſtatio vbi non ſit neceſſaria. 771.7.

Q.

QValitas, & conditio arreſtati cōſideranda eſt in taxandis expenſis, quas in victu fecit. 811.8.
Quantitate minore probatâ quàm fuerat petitum, an ſequi debeat condemnatio. 807.6.
Quilibet in contrahendo aut renunciando, præſumitur ſe conformare legibus vel ſtatutis patrijs. 762.5.

R. Regij

R.

REgij Viatores an poßint ab inferiori magiſtratu carcerari. 773.2.
Regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. locum habet etiam in pignoribus, & in quibus. 794.1.3.& 4.
Remotus ab officio, an amplius ad idem, vel aliud admitti poßit. 776.8.
Remoueri quis poteſt ab officio ob ſolam negligentiam. 776.7.
Renunciatio feriarum an ſubſiſtat. 759.3.
Renunciatio immunitatis quid tacitè in ſe contineat. 762.6.
Renunciatio immunitatis nundinarũ an valeat. 759.1
Renunciatio vnius actionis propoſitæ, an & quando fieri poßit, cum proteſtatione, ſaluo iure proponendi aliam. 807.3.& 5.
Res aliena arreſtari non poteſt. 795.5.
Res apud debitorem inuenta, eius eße præſumitur. 765.6.& 8.
Res arreſtatæ ſi incendio pereant, an Apparitor teneatur. 800.5.
Res immobilis non arreſtatur. 747.21.
Res pignori obligatæ an arreſtari poßint. 706.11.
Res propriæ an arreſtari poßint. 740.25.
Res quæ perit, ſuo domino perit. 799.1.
Res quæ pro parte eſt debitoris, an tota arreſtari poßit. 738.18.
Reſcriptum Principis arreſtum impedientis an indiſtinctè admittatur. 757.9.
Reſiſtere Apparitori an liceat. 785.1.
Reſiſtentis Apparitori violenter, quæ ſit pœna. ibid. 3.
Reus ab actore, item actor à reo arreſtari poſſunt, vt reſpondeant poſitionibus & articulis. 737.16.
Reus ad minus condemnatus, quàm fuit petitum, tenetur nihilominus ad expenſas. 806.9.
Retentio an habeat locum, quando obligatio eſt nulla aut inualida. 810.10.
Retentionis vſus in iure eſt neceſſarius. 809.1.
Ruſticorum conditio & ſtatus non eſt, vt equites ad iudicium veniant. 811.2.

S.

SAlarium apparitorum arreſtantium aliquem, an omnibus æquale ſit. 772.4.
Saluus conductus etiam tacitè dari poteſt. 752.3.
Satiſdans de parendo mandatis Iudicis, an renunciet fori priuilegio. 763.3.
Satiſdatio de iudicio ſiſti duntaxat, an in arreſto relaxando ſufficiat. 801.7.
Satiſdatio in arreſto quatenus ſe extendat. 802.11.
Satiſdatio quâ arreſtum ſoluatur, apud quem interponi debeat. 801.5.
Satiſdatione tollitur ſequeſtratio, & in poſſeßionem miſſio. 811.4.
Satisfactum eſſe creditori quando dicatur. 811.1.
Scholaris creditor vtrum rectè ſiſtat debitorem. 729.12
Scholares, & eorum bona arreſtari non poſſunt. 742.1.
Scholaris, vel alius debitor, vtrum in ſcholis publicis alicuius Academiæ ritè arreſtetur. 752.10.
Scholaris vnius an ſcholarem alterius Academiæ arreſtare queat. 743.4.
Sententia contra abſentem non citatum eſt ipſo iure nulla. 793.1.
Sententiæ ſupremarum Curiarum cur Arreſta dicta ſint. 720.1.
à Sententijs ſupremæ Curiæ non appellatur. ibid. 2.
Seruientem ſeu Apparitorem delinquentem an iudex remoueat, an verò is qui illum conſtituit. 776.9.
Solutio ſeu promißio eius quod debetur valet, etiamſi in carcere facta ſit. 798.4.& 7.
Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. 801.1.
Spoliatus quando ante omnia ſit reſtituendus. 767.2.
Statuendi poteſtas inter ſubditos non arctatur. 753.3.
Statutum abſolutè prohibens comprehendi ſubditum in alieno exiſtentem territorio. 753.2.
Statutum vt de triduo in triduum procedatur, an in fauorē rei ſit introductum, eiq; renunciare poßit. 791.2.& 6.
Statutum vt in cauſa extranei creditoris ſummariè procedatur, pium eſt, & fauore creditoris introductum. 792.7.
Suburbani homines iure ciuium gaudent. 719.13.
Summam minorem ineſſe maiori, quomodo ſit accipiendum. 806.11.
Suſpectus debitor quando dicatur. 764.2.

T.

TAbellionis officio fungens, qui nunquam Tabellio fuit, qua pœna puniatur. 774.3.
Tempus arreſti facti ſpectamus, ſicut & contractus & delicti, quo ad conditionem perſonarum. 763.3.
Tempus elapſũ habet vim tacitæ renunciationis. 791.1.
Tenuta minus ritè conceſſa, reuocari an debeat. 767.1.& 11.
Termini peremptorij lapſus inducit tacitam renunciationem iuris. 792.3.
Terminus alicui datus ab eo præueniri poteſt. 791.4.& 8
Terminus à ſtatuto vel lege præſcriptus in dubio cenſetur eſſe peremptorius. 792.2.
Teſtes producens, tenetur eis prouidere de expenſis itineris, ſecundùm Iudicis moderationem. 811.3.
Teſtimonij dicendi cauſa arreſtare licet, etiam executores. 737.15.

V.

VEctigalia ſoluentes detineri poßunt. 740.22.
Viatores regij an ab inferiori Magiſtratu carcerari poßint. 773.2.
in Vinculis eſſe quis dicatur. 798.2.
Vis illicita non præſumitur inferri in cuſtodia publ. 799.6.
Vtile per inutile an & quando vitietur. 806.5.& 10.
Vxor non tenetur, ſi recipiat vel occultet maritum criminoſum, vel eundem debitorem celet. 788.4.
Vxor quo pacto ſuarum rerum arreſtationi ſe opponat. 766.7.

INDEX

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ HISCE DE RE NAVTICA

Commentarijs explicantur.

Primus numerus Paginam, ſecundus verò numerum marginalem indicat.

A.

ABſolutio vnius conuenti quando & quomodo alteri proſit. 829. 3.
Acceſſorium ſequitur ſuũ principale. 821. 4.
Acceſſorium interdum firmius principali. 853. 1.
Accurſius à Fulgoſio reprehenſus. 864. 2.
Actionis in factum diuiſio, & quomodo ab alijs diſtinguatur, & eius origo. 823. 1. 2. 3.
Actio ſubſidiaria quæ. ibid. 5.
Actio Ciuilis quæ. ibid. 6. 7.
Actio de peculio quando detur. 826. 3.
Actionis de peculio ratio. ibid. 4.
Actio honoraria quid. 824. 1.
Actio ordinaria quando ab extraordinaria ſuperetur. 824. 4.
Actiones plures quando ſimul coniungi poſſunt. 826. 1.
Actio eſt inanis, quam excludit inopia debitoris. 827. 2.
Actione vna electa an ad aliam redire licet. 849. 2.
Actore non probante reus abſoluitur. 876. 1.
Actus agentium debent regulari ſecundùm intentionem eorum. 872. 1. 885. 2.
Actus vnus contraria operari non debet. 831. 5.
Adminiſtratoris confeſſio an obliget. 855. 1.
Aduerſione conducere quid ſit. 844. 5. & 875. 1.
Aduocati an ſemper debeant habere totũ ſalariũ. 872. 5.
Æſtimatio rerum amiſſarum quomodo probetur. 861. 2.
Adultus an abſque curatore nauẽ exercere queat. 844. 6.
Affectiones nemo facilè comprimit. 885. 3.
Amicus recipiens amicum, an de rebus amiſſis teneatur. 821. nu. 2.
Amiſſio quomodo probanda. 887. 4.
Amiſſionem quis probare debeat. 825. 5.
Anchora ſacra quæ ſit. 834. 2.
Annona dat nautis priuilegium. 845. 5.
Arbore nauis caſa an contribuendum ſit. 869. 2.
Argumentum à minore, in iure validum. 833. 2.
Argumentum à parte ad totum, in iure validum. 851. 3
Argumentum à contractibus ad delicta validum. 834. 4.
Armamenta nauis quæ ſint. 834. 5.
Aues concolores vnà volant. 828. 9.
Atrocitate delicti iura tranſgredi licet. 883. 5.

B.

BAldi temeritas in condemnando Bartolo. 863. 3.
Bartolus homo pius. 863. 3.
Bartoli lapſus. 887. 5.
Belli indicendi mos veteribus quis fuerit. 848. 4.
Bello capta an noſtra fiant. 881. 5.
Beneficio iuuari nos, non decipi conuenit. 878. 3.
Beneficium nemini debet eſſe damnoſum. 853. 2.
Bis idem exigi non poteſt. 830. 5.
Bona inquilini domino domus ſunt obligata. 858. 6.
Brundiſium vbi. 840. 5.

C.

CAcodæmonis nequitâ multæ naues perierunt. 889. *num.* 3.
Calamitoſi miſericordia digni. 868. 1.
Canabis quid ſit. 839. 3.
Capta ab hoſtibus iuſto bello noſtra ſunt. 878. 2. & 881. 5.
Caſus fortuitus an ad nautam pertineat. 825. 7.
Caſus fortuitus quomodo excuſet. 872. 4.
Caroli V. Imp. victoria. 870. 3.
Caupones qui, & quæ Caupona. 820. 2. 3.
Cautela contra fraudem nautarum. 819. 5.
Cautela pro nauigantibus. 869. 5.
Ceſſionis vtilitas. 854. 7.
Charitas ordinata quæ. 880. 4.
Circulus in iure vitandus. 858. 4.
Ciuis recipiens miniſtros Principis an teneatur de perditis in domo ſua. 821. 3.
Ciuitati mutuum dans quid probet. 838. 4.
Claudius Cæſar nauigantium patronus. 879. 1.
Clauium traditio facta hoſpiti quid operetur. 831. 4.
Clauus nauis quid ſit. 870. 1.
Colan homo & piſcis, & miranda de eo hiſtoria. 867. 2.
Commodaturus peioris conditionis quàm Conductor. 828. 8.
Cõductionis & locationis verba à veteribus cõfuſa. 854. 6
Confeſſio adminiſtratoris an noceat domino. 855. 1.
Communis opinio periculoſa. 850. 2.
Communis opinio non ſemper ſequenda. 853. 5.
Conſilium muliebre debile. 841. 8.
Conſilium malum non eſt ſequendum. ibid. 9.
Conſuetudo an contra leges valeat. 872. 5.
Conſuetudo contra ius naturæ non valet. 890. 3.
Contrarietas nulla in legibus. 832. 2.
Contrarietas apparens eſt in omni ſcientia. 841. 7.
Conuerſum in vtilitatem quid eſſe, quomodo probetur. 856. 3.
Corpus liberum inæſtimabile. 860. 4.
Corpora mortua viuis ſunt grauiora. 872. 3.
Cyclades inſulæ quæ ſint. 871. 1.

D.

DAmna ob peccata accipimus. 825. 11.
Debitor quomodo interitu ſpeciei liberetur. 872. 2

Deus

Deus cur malos viuere permittat. 875.4.
Delicta puniri debent. 876.5.
Depoſitum debet eſſe gratuitum. 824.12.
Dietarij qui. 820.5.
Differentia inter miſſilia & merces. 870.1.
Dolus quomodo probetur. 879.4.
Dominus an teneatur de delicto ſui famuli. 835.4 & 838.2.
Dominus noxæ dando ſeruum liberatur. 830.2.
Dominus an & quando & quare teneatur de peculio inuitus. 855.1.2.
Dyrrachium vbi. 840.6.

D.

Eijcere quid ſit. 879.1.
Eligens variare non poteſt. 829.4.
Emptores rerum furtiuarum taxantur. 881.6.
Exercitoriæ & inſtitoriæ actionum cognatio. 856.4. & 844.3.
Exercitor quis & quomodo cõueniatur. 820.2.& 845.3.
Exercitoria actio quomodo ab actione, Quod iuſtu, differat. 847.6.
Executio in libris ſcholarium non procedit. 858.4.
Exilium quid ſit. 883.7.
Ex æquipollentibus quid fiat nihil intereſt. 828.1.
Extraordinarium iudicium quod ſit. 845.6.
Expugnare nauem quid ſit. 878.2.

F.

Facere per ſe, vel per alium nihil intereſt. 826.2.
Facultatum ratio eſt habenda in contribuendo. 860.3
Famuli eijcientes vrinam obligant ſuum dominum. 830.1
Famulus fugiens cu carnibus emptis an dominum obliget venditori. 838.2.
Filiusfamilias quomodo conueniatur. 849.7.
Fiſcus quam pœnam à raptoribus exigat. 894.3.
Filij cur ſui hæredes dicti. 890.2.
Frumentũ an & quando diuites vendere cogantur. 860.7.
Fructus appellatione quid veniat. 842.3.
Fulmen quotuplex, & cuius natura ſit. 870.1.
Fur eſt infamis. 828.7.
Fur an furti agere poſſit. 827.4.
Furtum abſque animo furandi non committitur. 827.5.
Fuſtium pœna. Vide *Pœna fuſtium.*

G.

Gabella an de veſtibus ſolui debeat. 860.5.
Gabrielis Mudæi laus. 845.2.
Genus perire nequit. 867.4.

H.

Hæredes raptorum quomodo reſtituere teneantur. 884.3.
Hipponenſis ciuitas quæ ſit. 870.2.
Hominis dignitas. 875.2.
Homine nihil fragilius. 852.2.
Homo homini deus. 880.3.
Honoraria actio quæ ſit. 824.1.

I.

Iacobus de Aretio ob cauillationem veneno perijt. 855.2.
Ignorans an de peculio teneatur. 855.2.
Ignorantia vtrum nautas excuſet 822.nu.2.
Ignorantia in facto alieno probabilis. 822.nu.6.
Ignorantia præſumitur. ibid.7.
Ignorantia ſui ipſius omnium malorũ maximum. 840.1.
Imperatoris Traiani inſigne dictum de Fiſco. 893.1
Imperator an ſit dominus mundi. 871.2.
Impeditus an alium ſubſtituere teneatur, & quomodo excuſetur. 873.1.2.3.
Impeditus litem conteſtari nihil amittit iuris. 885.5.
Infamis agere non poteſt. 828.6.
Inuentor mercium quid facere debeat. 871.4.
Inuentor an aliud petere poſſit. 871.5.
Inundationes vnde oriantur. 862.5.
Inuitus an quis agere cogatur. 864.1.
Inuitus an quis obligari poſſit. 836.5.
Ionæ exemplum deſcribitur. 861.3.
Ipſo iure & ope exceptionis quid fieri, quomodo differant. 849.3.
Iudicium extraordinarium. Vide *Extraordinarium Iudicium.*
Iuſtiniani dictum de Fiſco locupletando. 893.2.
Iuſtiniani vxor prudentis erat conſilij. 844.4.

L.

Legumen vnde dictum, & quare caſtris non conueniat. 839.2.
L bona fides, ff. depoſ. explicata. 821.2.
L. 1. § ſi ciſta, inf depoſ. explicata. 822.8.
L. 2. ff. de origine iur. 823.nu.9.
L. fin. C. commod. explicata. 858.5.
Liberum corpus æſtimabile non eſt. 860.4.
Lite cũ defuncto conteſtatâ cur hæredes teneantur. 884.4.
Locus delicti probandus. 877.3.
Locator ſuſtinet vim hoſtium. 859.3.

M.

Magiſter nauis an ſubſtituere aliquem poſſit. 836.6.
Magiſter nauis quomodo à procuratore differat. 840.2.
Malo per tempeſtatem in mare deiecto, an contributio procedat. 864.4. & 865.1.
Mandati fines diligenter cuſtodiendi. 837.1.
Mandatum interpretandum ſecundùm iura. 842.10.
Mandatum gratuitum eſſe debet. 845.4.
Maris violentia quanta ſit. 886.1.
Maris proſpectus amœniſſima res. ibid.2.
Mediaſtinus quis. 820.6.
Mens legis anima legis. 847.11.
Mercator vel cum fure vel cum nauta agere poteſt. 829.2
Mercator vtrum culpam probare debeat. 825.10.
Mercatorum auaritia. 869.2.
Merces pro veſtibus non ſoluitur 821.5.
Merces in locatione debet eſſe certa. 823.10.
Merces pro naulo obligatæ ſunt. 864.1.
Merces ſæpè vndis corrumpuntur. 868.3.
Merx peculiaris quid ſit. 847.8.
Metus leuis non excuſat. 857.1.
Metus iuſtus quis ſit. ibid.2.
Mores quomodo dicatur omnia ſoluere. 852.1.
Mortem ſibi inferre quàm ſit turpe. 863.2.
Mortem timens non poteſt eſſe tranquillo animo. 881.2
Mulier quando ex contractu ſuo obligetur. 843.1.
Mulier olim ſine tutore nihil poterat. 843.2.
Mulieres nonnullæ viris prudentiores. 844.5.
Mutuum dans ciuitati quid probet. 844.5.
Mutuum dans in nauis vſum quare cæteris creditoribus præferatur 838.5.

N. Nauis

N.

NAuis prætoria lumen præferre conſueuit. 889.2.
Nauis parua non ſemper maiore deterior,& quando. 866.1.
Nauis bona quæ. 869.4.
Nauis vna ſi alteram frangat,an contributio fiat. 869.1.
Nauigandi vtilitas. 841.5.
Nauigatio an reipublicæ vtilis ſit. 846.2.
Nauigatio maris vtilis. 847.9.
Nauigatio res periculoſa. 869.4.
Nauis prædio æquiparatur. 842.2.& 859.2.
Naue redempta an contributio fiat. 861.1.
Nauem expugnare quid. 878.1.
Naues ab vſu nomen ceperunt. 836.7.
Naues onerariæ quæ. 839.4.
Naue ad exercitum miſſa amiſſa, an Princeps teneatur. 893.4.
Nauicularij qui ſunt. 895.1.
Naues priuilegiatæ an publicanis merces oſtendere debeant. 891.3.
Nautarum nocturno tempore nauigantium obſeruantio. 889.1.
Nauta quomodo ſuſceptas merces in aliam nauem tranſmittere poſſit. 873.1.
Nautarum temeritate multi perierunt. 874.4.
Nautarum improbitas in periculo. 862.4.
Nautarum nequitia. 864.3.
Nautarum fraus. 819.4.
Nauta quis ſit. 820.1.
Nauta cur proportione teneatur. 860.2.
Nauta an teneatur de rebus ſibi non oſtenſis. 821.1.
Nauta ex ſola immiſſione tenetur. 822.3.
Nauta cur ex maleficio teneatur. 829.1.
Nauta negans maleficium poteſt torqueri. 830.3.
Nautæ non ſemper nauem regere poſſunt. 888.3.
Nautæ taxantur qui nimium velum contendunt. 863.1.
Nautæ an de facto vectorum teneantur. 822 4.
Nautæ per tempeſtatem in deuia loca delati excuſantur. 892.1.
Nautæ per tempeſtatem in alium portum delati non ſoluunt ibi vectigal. ibid.2.
Nautæ vendentes dolo merces reipublicæ,capite puniuntur. ibid.3.
Nautæ euntes dolo per deuia vt non ſoluant vectigalia,puniuntur. ibid.4.
Nautas an ignorantia excuſet. 822.5.
Neceſſitate illicita decent. 869.3.
Neceſſitas multa permittit. 860.6.
Neceſſitas non habet legem. 858.7.
Nemo poteſt ſibi debere. 854.1.
Nemo ex improbitate ſua commodum ſentire debet. 827.3.
Nicolaus Euerardi præſes. 877.4.
Noxalis actionis vis. 826.7.

O.

OBligari inuitus nemo poteſt. 836.5.
Obuentio quid. 842.1.
Occaſio mali auferenda. 819.8.
Ordinarij ſerui vnde dicti. 848.5.

PAter quare de peculio teneatur. 848.6.
Pater de peculio caſtrenſi non tenetur. 826.5.
Pater an ex contractu filij obligetur. 846.5.
Pater an emancipato filio teneatur. 846.3.
Peccans extra officium de officio non punitur. 825.13.
Pedius quis ſit,& vnà Perſij locus explicatus. 881.1.
Perſonarum reſpectus habetur in pœnis 883.8.
Pignor. potius incumbendum quàm agendum in perſonã. 858.1.
Plerumque quomodo interpretandum. 871.3.
Pœna fuſtium quæ. 883.4.
Pœna illorũ qui oſtenſo lumine decipiunt nautas. 869.4.
Piratæ taxantur grauiter. 891.5.
Piratas ſpoliare licet. 882.3.
Piratæ ſunt hoſtes Reipublicæ. 891.5.
Poſſeſſores agrorum mari adiacentium cur de rebus naufragio perditis teneantur. 886.2.
Præfectus vrbis poteſt ex cauſa ruſticorũ currus arreſtare. 893.3.
Præpoſitio quomodo probetur. 835.3.
Præſens & tacens conſentire videtur. 873.2.
Præſumptio eſt de præterito in præſens. 825.9.
Prætores Romæ duo. 824.2.
Prætorum dignitas. ibid.3.
Prætor cur tam ſeuerè in nautas conſtituit. 829.1.
Prætoriæ actiones quæ. 852.5.
Principis miniſtros hoſpitio ſuſcipere tenentur ciues 819.6
Principes omnes an ſubſint Imperatori. 872.4.
Principum amici quales. 848.4.
Procurator an alium ſubſtituere poſſit. 835.1.
Procurator vltra mandatum dominũ non obligat. 839.1.
Proteſtationis vis. 830.1.
Proteſtatio an requirat aduerſarij conſenſum. 831.2.
Proteſtatio an ſcripto fieri debeat. 831.3.
Publicatio bonorum debitoris creditori non obeſt. 890.1.
Publicatio ad quos extendatur. ibid.3.
Puniri quis ex cauſa ſine culpa poteſt. 824.5.& 6.
Pupillus cur tutore egeat. 843.4.

R.

RApina an militibus licita ſit. 875.1.
Rapina maior furto 877.1.
Rapina genus ad furtum. ibid.6.
Rapina quomodo ſingulariter in raptore punita. 875.3.
Raptores quomodo excommunicentur. 882.2.
Raptor an vt fur puniatur. 876.2.
Raptorum hæredes. Vide Hæredes.
Ratio ſpecialitatis. Vide Specialitatis ratio.
Ratiocinandi ars Iureconſulto neceſſaria. 833.3.
Ratis quid ſit. 882.1.
Receptatorum genus peſſimum. 878.1.
Recepiſſe quis dicatur. ibid.2.
Reditus quid ſit. 842.2.
Relegatio quid ſit. 883.6.
Remiges quid ſint. 820.3.
Reſtitutio ob iuſtum metum datur. 857.3.
Reſtitutio rei impediri per tertium quando poſſit. 822.2.
Retentio quando locum habeat. 858.2.
Romanis an totus mundus paruerit. 871.3.

S.

SAnguinem ſuum redimere licet. 879.3.
Sartor poteſt retinere veſtem pro mercede. 858.3.

Scædia

Scœdia quid ſit ? 836.8.
Scapha quid ? 866.2.
Scienti & volenti non fit iniuria neque dolus. 869.5.
Seruus an naturaliter obligetur ? 853.4.
Seruorum ciuitas quid ſit in adagio. 853.3.
Seruus peculiaris & vicarius quis. 848.2.3.
Serui ordinarij vnde dicti ? 848.5. & 865.2.
Socius rixoſus quomodo repellatur. 864.2.
Socius quomodo per ſocium obligetur. 850.3.
Solui pro inuito poteſt. 850.4.
Specialitatis ratio ſemper aſsignanda. 868.2.
Stabulum & caupona quid ? 818.3. & 4.
Subſtitutus per alium qualis eſſe debeat. 873.3.

T.

TAberna quid ? 820.5.
Tacens an habeatur pro conſentiente. 835.2.
Traiani Imp. inſigne dictum de Fiſco. 893.1.
Tranſuehentes publicas merces non poſſunt arreſtari. 892.2.
Temeritas non admittenda. 864.4.
Templa quis Chriſto primus conſtruxit. 876.6.
Tempus ſi ad actum aliquem requiratur probari debet. 877.2.
Traditio Clauium. Vide *Clauium traditio.*
Teſtari apud Præfectum quid ? 887.7.
Teſtes in cauſa naufragij lite non conteſtatâ recipiuntur. 893.1.
Teſtes in cauſa naufragij ad quid examinentur. ibid. 2.
Tractus futuri temporis an ad Iudicem pertineat? 888.1.
Triboniani negligentia. 818.2.
Tributum quid ? 847.4.
Tutores vnde dicti. 820.1.
Tutoris confeſsio an obliget ? 855.1.
Tutoris vnius autoritas quando ſufficiat pluribus data. 840.2.
Tybarenorum inſignis fides. 848.5.

V.

VAſallus an omnibus hæredibus iurare teneatur. 850.1.
Vdalricus Zaſius. Vide *Zaſylaus.*
Vehiculi genera varia. 877.5.
Verba legis quando inſpicienda. 847.10.
Vectores ſi non ſint ſoluendo, cuius ſit periculum. 864.3.
Vis maior quæ ſit. 825.12.
Vlp. conciliatus. 826.6. & 832.1.
Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. 885.1.
Voluntas quomodo probetur. 846.4.
Voluntatis mutatio quomodo probetur. 828.3.
Vrinatores qui ſint. 867.1.
Vulgus mala beſtia. 894.4.

Z.

ZAſij laus. 823.8.
Zelandorum conſtitutio de naufragiis. 879.5.
Zelandorum conſtitutio in raptores. 886.1.
Ziriceanæ naues à vectigalibus immunes. 891.4.

FINIS.

JAN 31 1934